





CAROLI Du FRESNE,
Domini Du CANGE,
GLOSSARIUM LATINITATIS.

Cum Privilegio S. Cæsar. Majestatis.

Schafer Williams
Green Bay - 1 June 1970.

GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ
&
INFIMÆ
LATINITATIS.



Francofurti ad Moenum, ex Officina Zunneriana Anno M.DCCX.

Melchior Haffner sculp.

CAROLI Du FRESNE,
Domini Du CANGE,
Regi à Consiliis & Franciæ apud Ambianos Quæstoris:

GLOSSARIUM
AD SCRIPTORES MEDIÆ & INFIMÆ LATINITATIS;

IN QUO

Latina Vocabula novatæ Significationis, aut Usus rarioris, Barbara & Exotica explicantur, eorum Notiones & Originationes reteguntur: *Complures ævi medii Ritus & Mores, Legum, Consuetudinum municipalium, & Jurisprudentiæ recentioris Formulæ, & obsoletæ voces;* Utriusque Ordinis, Ecclesiastici & Laici, Dignitates & Officia, & quàm plurima alia observatione digna recensentur, enucleantur, illustrantur.

E libris editis, ineditis, aliisque monumentis cùm publicis, tum privatis.

Accedit DISSERTATIO de Imperatorum Constantinopolitanorum, seu de inferioris Ævi, vel Imperii, uti vocant, Numismatibus.

EDITIO NOVISSIMA INSIGNITER AUCTA, UBI NON solùm è Glossario Latinitatis, sed & Græcitatis addita cuique Parti supplementa, suis quæque locis inserta sunt.

CUM PRIVILEGIO SAC. CÆS. MAJESTATIS.



FRANCOFURTI ad MOENUM,

EX OFFICINA ZUNNERIANA,

apud JOHANNEM ADAMUM JUNGIUM.

M DCC X.

SERENISSIMO ac POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO,
REGI BORUSSIÆ,
MARGGRAVIO BRAN-
DENBURGICO,
SACRI ROMANI IMPERII
ARCHICAMERARIO ET PRIN-
CIPI ELECTORI,
SUPREMO PRINCIPI
ARAUSIONENSI, NEOCASTELLENSI
ET
VALLANGIÆ;
DUCI
Magdeburgi, Cliviæ, Juliaci, Montium, Stetini, Pome-
raniæ, Caſſubiorum, Vandalorum & Megapolis,
nec non in Silesia & Crosnæ:
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI;
PRINCIPI
Halberſtadii, Mindæ, Camini, Vandaliæ, Suerini,
Raceburgi & Murſii;
COMITI
Hohenzolleræ, Ruppini, Marcæ, Ravensbergi, Hohen-
ſteinii, Tecklenburgi, Lingæ, Suerini, Bühræ & Leerdami,
MARCHIONI Vehræ & Vliſſingæ,
DOMINO
Ravenſteinii, Roſtochii, Stargardæ, Lauenburgi,
Bütoviæ, Arlayæ & Bredæ, &c.
REGI ac DOMINO MEO LONGE CLE-
MENTISSIMO atque OPTIMO.

blicos usus protrudentes, regia munificentia: is Rem communem, TE REGE dignus, incredibilis juvandi fervor, ut Augustæum, TE regnante, rediisse ævum, aureaque cælo demissa tempora affirmare haud falsus ausim. Quemadmodum vero Beatissimum SPENERUM, τὸν πάνυ, sanctosve θεοφιλτάτυ manes, contra ἀθεόλογον λογομαχούντων αἱρετικοποίησιν semper clementissime tutatus es, & potenti adhuc zelo in Natis, paternarum Virtutum æmulis, fovere pergis: ita me plusculorum ejus operum strenuum Editorem, hocce renovato fœtu demisissime ad TUOS provolutum pedes, sueta respicies clementia. Quodsi Artaxerxes aquæ pugillum, alius gloriosæ memoriæ Rex rapam, non pauciores πρόθυμον offerentium in levibus affectum pie suspexerunt; TU hercle, ad minora sæpius gratiosissime respiciens, hocce meum levidense munusculum, non tam dignitate quam animo meo & Auctoris merito commendatius, neutiquam aspernaberis. Miror cum universa sæpe EUROPA sub cruentissimis bellorum æstibus pacatissimum Terrarum tuarum STATUM, justa pietate; at sancto simul rigore temperatissimum REGIMEN tuum: Urbes, Palatia, Turres, TE magnificentissimo Dædalo, de novo exurgentes: divinum illud sanctiusve CONCILIUM tuum, cujus quot membra, tot justitiæ Sacerdotes, piarum mentium Fautores ac Mæcenates: ut haud nimirum, magni bello ac pace, domi forisque geri nihil, ubi non Tuæ primæ partes, ac ferme non atlantici labores, consilia, operæ: atque inde fieri, ut ita ad ἀκμὴν non sine successu aspirent ARTIUM μελετήματα. haud infeliciter evolvantur tot latentis MECHANISMI profunda mysteria, SCIENTIÆ ac Huma-

SERENISSIME AC POTENTISSIME
REX,
PIE, AUGUSTE, FELIX;
LITTERARUM STATOR ac DOMINE
multo
CLEMENTISSIME!



Ulgaturus iterum illuſtris du FRESNE, DN. du CANGE, incomparabile ad MEDIÆ & INFIMÆ LATINITATIS SCRIPTORES GLOSSARIUM, quod enixis Eruditi votis toties à me efflagitarunt; Tutelare NUMEN, ſub cujus umbra tuto prodiret, haud aliud, quam TE, REGUM optime, circumſpicere potui. Cum id beatus Socer primum in GERMANIA luci publicæ exponeret, SERENISSIMI CAROLI, Palatini ELECTORIS, ſubire oculos haud erubuit, ſerena, quod fateri lubet ac par eſt, fronte exceptum: rurſus ſub prelo ubi gemere juſſum eſt, TE, inclyte REGUM, ſalutare debuit. Ea enim Litterarum, ſub TE efflorescentium, felix facies: ea in Litteratos, operumque in publicos

nisſimis porro alveis in TE largisſime effundat, quo opima vix Terrarum plaga mactus, amplioris in dies audias hæres, clucasve & ſis, Hoſtium terror, Fœderatorum auguſtum ſidus ac fulcrum, Proborum aſylum, Vitioſorum expulſor, Oppreſſorum invidiaque ejectorum præſens ac certisſimum refugium, Eccleſiæ ac Amplisſimarum Provinciarum grande præſidium, divinarumque Artium ac Ingeniorum PATRONUS ac PROMOTOR longe indulgentisſimus.

Nec objecti tamen *ſcrupuli* tanti à me habiti ponderis, ut à cœpto me conatu averterent, inprimis quod fœtus, quem nuncupatum venio, *Exteri* ſit: *Cum* eruditus labor Curioſis, quibus in delitiis, prima ſe diſtractione ita probarit, ut ingens ejus pretium ac deſiderium ſecunda ſatis impresſio manifeſtet. *Multo minus*, quod tenebris lucem affundat, eque ſqualore eruat, æterna caligine dignisſima: *Cum* artis haud ſit, obvia cuivis, nullique non trita pandere; ſed ibi mentis prodere ἀγχίνοιαν res apprime ingenii, ubi oedipo præ cæteris opus eſt. Octona enim ob horridam barbariem vix rite perciperentur ſæcula, ritus, leges, cærimoniæ, conſuetudines, infinitaque ἀξιομνημονευτότατα feliciter ignorarentur, niſi ſolertis hujus hodegi perſpicacisſima luce colluſtrata, nemini non explanatisſima paterent. *Minime omnium*, quod ridiculi atque præpoſteri aliquot Ariſtarchi, in cenſendis aliorum ſudoribus lynces, in ſuis talpæ, παροραμάτων crepent myriadas: *Quippe* hi ubi in ſimili labore lacertos vel movere cœperint ſuos, omnibus palam in litterario regno deprehendentur pumiliones, ac de facili ipſimet haud inviti agnoſcent, curtisſimam ſibi domi ſupellectilem,

longe-

Humanitatis artes in immenſum excolantur ac amplificentur: ingenuæque Nobilitatis ſelectior flos, animos ac mores politurus, cultiores dum perluſtrat regiones, ad URBEM AULAMque Tuam, velut ad Orbis theatrum ac celebre civilis Prudentiæ gymnaſium frequens advolet, coramque ORACULA ac MIRACULA Tua, ſapientisſimum Regimen ac magnificentisſimum ſplendorem demirando contuitus, πολιτικώτερος, & ad ARTEM, & ad MARTEM aliquando habilior, inſigni totius IMPERII cum fructu domum regrediatur. Id profecto gratiæ præ aliis de cælo pium TIBI tribuere NUMEN Orbis ſtupet, ut, licet MARTE nulli cedas; ARTE tamen quam plurimos antecellas, inter armorum ſtrepitus omine & nomine PACIS clueas PRINCEPS, ALBERTIque JOACHIMI ac FRIDERICI GUILIELMI, Auguſtorum Prædeceſſorum, Pietatem, Muſophiliam ac herculeam Animoſitatem, ΘΕΙΑ brevi omnia felici unus nexu cum admiratione complectaris: dumque Bonarum Artium Heroas undequaque ſolertisſima indagine conquiris, ingeniorumque fœtibus incredibili liberalitate obſtetricaris; cæleſtis, non intermorituræ, famæ certisſimos TIBI eopſe ebuccinatores concilias, futurisque ſæculis glorioſe commendatus, TUÆmet ipſe famæ cum plauſu ſupervivis. Quam felicitatem uti omnes Terræ tuæ; ita DIVINA inprimis HALLA, opus TUUM, præclarisſime loquitur, quæ omnes junctis Votis ac feſtis precibus cælum ardentisſime ſollicitant, ut TE & TUOS JEHOVA clypeus tuus fortiter inpoſterum protegat, benedictionumque cataractas ple-

Hoc ipſo ad nova pro orbe Litterario audenda regio me ſtimulo fortiter animabis; egoque ſupplex ob id gratiæ cælum ſtrenue fatigabo, ut, quod TE STATORE ab animarum corporumque peſte liberatum exurrexit, & NEPOTE fauſto nuper ſidere auctum eſt, florentisſimum REGNUM: TE diutisſime incolumi, in SERENISSIMA REGIA PROSAPIA REGNORUM ſummus STATOR jubere velit perenni felicitate firmisſimum. Dicabam FRANCOFURTI ad Mœnum, ipſos inter Nundinarum ſtrepitus, Anno reparatæ Salutis MDCCX. Idibus Septembris.

AUGUSTISSIME ac POTENTISSIME

REX,

DN. multo CLEMENTISSIME,

REGIÆ MAJESTATIS TUÆ

ſubjectisſimus ac humillimus

JOHANNES ADAMUS JUNGIUS,
Bibliopola Mœno-Francofurtenſis,
nomine Hæredum Joh. Dav. Zunneri.

PRÆFA-

longeque facilius μα-ἢ μιμεῖσθαι, dumque rodunt non produnt παραβλεψίας, nulli, vel Argo, SOLI pervidendas, palmam noſtro præ omnibus, quæ in hoc genere extant, decernere longe certisſimam.

GRANDE igitur VOLUMEN, quod TIBI, ANTONINE AUGUSTE, Additionum Emendationibus ex Auctoris mente ſuis pasſim locis inſertis, eoque juſta & non interrupta ſerie terſius, atque priori Editione ordinatius digeſtum offero: mendis etiam, qua licuit, expurgatum, prolixaque ex ejusdem MEDIÆ GRÆCITATIS GLOSSARIO APPENDICE, novoque gallico INDICE auctius, humillima mente D. D. Conſecro: ſique DEUS & Amici voluerint, ex Hadriani VALESII atque Johannis SCHILTERI, conſummatisſimorum in hiſce curis Virorum, aureis lucubrationibus propediem ſupplebo, ſerenisſima, ut ſoles, fronte ſuſcipe, reſpice. Utque *ſtemmate* ac *enſe* claros REGNI TUI præcipuo clinodio, AQUILINO, vere URANIO ORDINE, certo meritorum teſte, condecoras: *calamo* etiam merentes alius DIVINIOR APOLLO, SCIENTIARUMque SOCIETATIS eminentisſimum CAPUT, pro cujusque meritorum pondere dignis brabeis remuneraris: ita me de Pulchris Litteris, earumque Cultoribus, boni commatis Auctores vulgando, bene mereri nitentem, alarum Tuarum umbraculo contra malignos malevolorum inſultus potentisſima AUCTORITATE REGIA maſcule tuebere, Opusque hoc meum per vaſta Terrarum Tuarum ſpatia libere, largiterque diſtribui clementer patiere, jubebis.

)( )(Hoc

TABELLÆ ALIQVOT GRÆCANICÆ
ad Dissertationis de
IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM NUMMIS
atque adeo
totius HISTORIÆ BYZANTINÆ illustrationem.



Gloss. Pars III. in dissert. de Nummis C.P. Pag. I.



SAPHIRUS CONSTANTII.


ILLVMINA VVL.
TVM TVVM DEVS
SVPER TENEBRAS NOSTRAS MILITABO
IN GENTIBVS


SVPER ASPIDEM ET BASILISCVM AMBVLAVIT
ET CONCVLCAVIT LEONEM ET DRACONEM


ΚΡΑΤΩΡ· ΡΩΜΑΙΩΝ· Ο· ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟC +ΙΩΑΝΝΗC· ΒΑCΙΛΕ Κ ΚΑΙ· ΑΥΤΟ


OPVS PISANI PICTO
RIS
ЄΡΓΟΝ·ΤΟΥ·ΠΙCΑΝΟΥ ΖΩΓΡΑΦΟΥ


+CONSTANTINVS IN XPO DEO FIDELIS IMPERATOR ET MODERATOR ROMANORVM ET SEMPER AVGVSTVS


+MIHI·ABSIT·GLORIARI·NISI·IN·CRVCE·DOMINI·NOSTRI·IHV·XPI·


V
IC XC
ΡΩΜΑΝΟϹ
ΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΡΩΜΑΙΩΝ
ΕΥΔΟΚΙΑ
ΒΑϹΙΛΙϹ
ΡΩΜΑΙΩΝ



VI



ΜΙΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ
ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΚΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ
ΡΩΜΑΙΩΝ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ
ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ
ΚΟΜΝΗΝΟΣ
Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ


ΘΕΟΔΩΡΑ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ · ΤΩ
ΘΕΩ ΠΙΣΤΗ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΣΑ
ΡΩΜΑΙΩΝ Η ΚΟΜΝΗΝΗ



ΜΡ
ΘΥ
VII
ΕΛΕΝΗ ΕΝ ΧΩ
ΟΛΟΓΙΝΑ
ΙΩ ΕΝ
ΧΩ ΤΩ
ΘΕΟΔΩΡΟC
ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝ
ΝΗΤΟCΕΥΤΥ
ΟΥΙΟCΑΥΤΥ
ΟCΑΥΤΥ


VIII


IX
ΝΙΚΟ ΛΑΟΣ
ΒΑΣΙ ΛΙΟΣ


X


XI
ВАРВАРА
МАРІ
НА

PRÆFATIO
AD
GLOSSARIUM,
DE CAUSIS CORRUPTÆ LATINITATIS.

I.

PRæclarè olim dixit Heraclitus apud [a] Platonem, τὰ ὄντα ἰέναι τὰ πάντα, καὶ μένειν οὐδέν. Nec rectè minus apud eundem Socrates: μεταπίπτειν πάντα χρήματα, καὶ μηδὲν μένειν. Ea quippe est rerum, quæ sub cœlo sunt, natura & conditio, ut quemadmodum ortum habent suum; ita & interitum consequantur. Nihil in iis firmum constansque est, & quod semel in lucem prodiit, abdat se se in decursu temporis, ac tandem extinguatur necesse est: unde bellè Seneca [b] dixit: Certis ire cuncta temporibus, nasci debere, crescere & extingui, nullique rei non senectutem suam esse: ita ut quod protulit ac dedit sua sponte naturâ, quasi tamen beneficii pœniteat, retractare ac resumere videatur: ἡ πάντα δοῦσα, καὶ κομίζεται φύσις. Quin & homo ipse, qui εἰκὼν τοῦ νοητοῦ Θεοῦ, [c] Hierocli, τίμιον καὶ ἱερὸν ζῶον, [d] Psello, dicitur, perpetuæ istius instabilitatis & vicissitudinis insigne præbet exemplum. Ex infantiâ sensim ad adolescentiam, hinc per statæ virilisque ætatis robur in senium, tandemque in mortem delabitur. Quid mirum, si linguæ perinde ipsæ, quibus cogitationes suas exprimit explicatque, nedum sibi constent; & ut sua initia, sua incrementa; ita & sua pariter decrementa obtineant. Scitè igitur, meo quidem judicio, quidam ex eruditis dixere, vivum quoddam & spirans in earum mutationibus humanæ vitæ exprimi simulacrum, ut quæ velut infantes in suo balbutiant ortu, cultu deinde artisque disciplinâ sensim adolescant, ac rursum ex ejusdem artis desuetudine ad pristinam redigantur infantiam, vel etiam interdum omnino evanescant. Quod sanè compluribus accidisse evidens per se se, manifestumque est, cùm modò sit invenire, quænam fuerint Pœnorum, Phœnicum, Gallorum, Germanorum, Britannorum, Hispanorum, aliarumque gentium linguæ, quarum nulla, vel certè paucissima supersint vestigia, & quæ nondum prorsus exolevere, tantum à primævâ sui absint ori-

[a] *Plato in Cratylo.*

[b] *Seneca epistola 71.*

[c] *L. de Provid. p. 26.*

[d] *De operat. dæmon. p. 18.*

origine, & ab eâ, in quam evaſere, præſtantiâ, ut fatendum ſit in miſerabile prolapſas ſenium, ad ſuam quodammodo rediiſſe balbutiem, ſicut non eædem, quæ priùs; ſed diverſæ prorſus eſſe videantur. Proinde veriſſimum, quod ait Varro, [e] "Conſuetudinem loquendi eſſe "in motu, itaque ſolere fieri ex meliore deteriorem: *Vetuſtas enim*, ſubdit idem Scriptor, *non pauca depravat, multa tollit. Quem puerum vidiſti formoſum nunc vides deformem in ſenecta. Tertium ſæculum non videt eum hominem, quem vidit primum.* Multa ſunt, inquit [f] Scriptor Anglus, "quæ nullam ſtabilem ac firmam naturæ ſuæ ſedem, & quaſi "ideam habeant: in quibus moris & conſuetudinis præcipuum jus "& tanquam imperium eſt, ut ex ejus decreto cuncta fiant & admi"niſtrentur: cujuſmodi linguas & habitus & mores dicimus ho"minum viventium, quæ nulla ſtabili in ſede; ſed in perpetuo mo"tu ac mutatione conſiſtunt. Neque enim teſtamentum ſolùm, "& ſuprema voluntas hominis incerta, variabilis, &, ut Jure con"ſultus ait, ambulatoria cenſetur usque ad mortem: ſed & ipſa ho"minis facies; & oris lineamenta, & tota quaſi figura corporis, & "veſtis forma, & geſtus ratio, quamdiu quis in vivis degit, identi"dem immutantur. At ubi ſemel ex iis exceſſerit, ſtabilitatem "quandam ſuam conſequuta ſunt: ut neque ex ejus voluntate, quæ "jam nulla eſſe poteſt, nec ex arbitrio poſterorum, quod tantum jus "in fato functum non habet, variari atque aliter effingi queant, vel "alterationem ullam accipere. Id porro ipſum in Linguis accidiſ"ſe quis inficiari audeat? nonne enim tres illas præſtantiſſimas, La"tinam, Græcam & Hebraicam, injuriâ temporis, tanquam Satur"ni edacitate voratas adeò atque conſumptas videmus, ut ubi maxi"mè illæ frequentarentur olim à vulgo, ibi hodie nec intelligantur "quidem? ſed quemadmodùm civium illorum, qui maximè vel in "Athenienſium Republicâ florebant, ut Themiſtoclis, Ariſtidis, Ci"monis, Miltiadis, aut in Romanâ, ut Appii, Pauli, Fabii, Papyrii, "Camilli, memoriam & cognitionem non à plebe, quæ nunc Ro"mana eſt, vel Athenienſium efflagitare poſſumus, quippe quæ ni"hil horum ſciat, vel inaudierit; ita neque illi hodie de eorum Lin"guâ quicquam reſpondere poſſunt. Solùm illud de utraque re cer"tum & exploratum habemus, quod è monumentis librorum ſe"dulitate ac diligentiâ poſſit erui. Ergò nec hujus ætatis doctis ho"minibus, cùm quid de Linguæ illius antiquæ, & in libris tantùm "ac monumentis veterum viventis ſono comminiſcuntur, quod ex "iiſdem libris non poſſunt comprobare, fides eſt adhibenda: Non "hercle magis quàm ſi hiſtoriam aliquam de priſcis illis viris ac an"tiquorum factis concinnarint, quæ nusquam à quoquam veterum "fuerit relata. Quis enim Italos, Gallos, & Hiſpanos Latinè un"quam locutos ſibi perſuaſerit ex hodiernis eorum linguis, quæ La"tinam ut matrem agnoſcunt, & à quâ genus ducunt. [g] Ita paulatim "Linguarum omnium fato, (verba ſunt viri doctiſſimi) inquilino"rum ac mancipiorum ex omni natione ac turbâ externâ, vulgique "cuncta depravantis licentiâ, Latialis ſermo corruptus ac vitiatus eſt, "ut mater filias, pingue quiddam & agreſte ſonantes, veluti alieni "ſanguinis abdicaverit: natæ parentis ſermonem non intelligant, "&, ut intelligant, ærumnabili labore nutricis an novercæ linguam diu

[e] *Lib. 8. L. L.*

[f] *Thom. Smith. l. 1. de lingua Græca pronunt.*

[g] *Oct. Ferrarius.*

diu perdiscere inter pueritiæ pœnas ac supplicia numerent. Nec,,
ipsæ sorores se se inter se noscitant, & sicut animis, ita sermone dissi-,,
dentes ad linguæ commercium sequestro uti coguntur, ac porten,,
ti loco inter eadem alvo editas, surda verba, muta loquacitas, men-,,
tisq; interpres oratio egens interprete: *Tantum ævi longinquitas valet,,*
mutare vetustas. Quamquam id minimé mirum videri debet, *cùm* ut,,
diximus, [h] *deficiat omne quod nascitur*. ,,[h] *Quintil. l.5.c.10.*

II. Jamverò si ejusdem Linguæ Latinæ, cujus gratiâ hanc Dis-,,
sertationem instituimus, originem & incrementa investigemus ac,,
perscrutemur, quis non animadvertit crebras illas quo utitur ser-,,
monis mutationes, quibus ut Linguæ cæteræ, juxta temporum vi-,,
cissitudines, obnoxiam se vidit? Latinus sermo ait [a] Sosipater Cha-,, [a] *L.1.p.35*
risius, cum ipso homine civitatis suæ natus, significandis intelligen-,,
disq; quæ diceret præstitit. Postmodum planè supervenientibus-,,
sæculis accepit artifices, & horum solertiæ observationibus cap-,,
tus est, paucis admodum partibus orationis, normæ suæ dissentien-,,
tibus,, regendum se regulæ tradidit, & illam loqendi licentiam ser-,,
vituti rationis addixit: quæ ratio adeo cum ipsa loquela generata,,
est, ut hodie nihil de suo analogiæ inferat. Ea enim quæ ad expli-,,
candam elocutionem jam apud sensus nostros educata sunt, à con-,,
fusione veritatis dissemina vit & disparibus paria copulavit, ad af-,,
fectionis regulam argumento similium. [b] Verùm quam artis disci- [b] *Sirmond. ad Inscript. Scipion. Barbati.*
plina, elegantissimorumq; auctorum imitatio rudem perpoliverat,
brevique ad summam perfectionis dignitatem perduxerat, quæq;
florente republicâ viguerat ac steterat quandiu Romana res stetit,
exinde cum Imperio ipso sensim deflexit, & quod in cæteris rebus
accidere solet, per eosdem gradus & incrementa quibus adoleverat,
revocata, pristinam rursus ad infantiam balbutiemq; redacta est. Ita
Latinæ Linguæ sua quodammodo fuit infantia vel pueritia, adole-
scentia, & senectus: vel potiùs ætates quatuor, si quasi virilis seu con-
stans ætas adolescentiæ & senectuti interseratur. [c] Latinas enim lin-
guas quatuor quidam esse dixerunt, priscam, Latinam, Romanam,, [c] *Isid. l.9.c.9.*
,,mixtam: priscam, quâ vetustissimi Italiæ Populi sub Jano & Satur-
,,no sunt usi, incondita ut se habent carmina Saliorum, scilicet.

Quum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat:

,,Latinam deinde, quam sub Latino & Regibus Tusciæ cæteri in La-
,,tio sunt locuti, ex quâ fuerunt XII. Tabulæ scriptæ: Romanam, quæ
,,post Reges exactos in populo Romano viguit, quam Nævius, Plau-
,,tus, Ennius, Virgilius Poëtæ, ex Oratoribus Gracchus, Cicero, cæte-
rique effuderunt: mixtam denique quæ post Imperium latiùs promo-
tum simul cum moribus & hominibus in Romanam civitatem irrepsit
integritatemque verbi per soloecismos & barbarismos corrupit. Pri-
scam igitur cum infantiâ, Latinam cum virili quasi ætate, Romanam
cum juventute, mixtam denique cum senectute licebit comparare.
De postrema, scilicet mixta, (ut sileamus de [d] iis qui Latinæ Linguæ [d] *Schoppius*
quatuor assignant ætates, auream, argenteam, æneam & ferream)
sermonem instituere decrevimus, ac investigare potissimùm, quid
Latini sermonis elegantiam nitoremque adeò deturparit, & vitia-
rit, ut in quoddam quasi senium prolapsa sequioribus sæculis, ad in-

teritum propemodum venisse videatur.[c] Atque huic quidem quarto & jam senescentis Linguæ tempori Eloquentiæ Magistri solent adscribere Gellium, Macrobium, Lampridium, Spartianum, Trebellium Pollionem, utrumque Victorem, Jurisconsultorum centones, qui in Pandectis in unum quasi corpus conflati, Tacitum, & alios ejusmodi argumenti & styli, qui ad ætatem Imperatoris Gordiani pervenere. Ab eo quippe tempore penitus extinctæ sunt Latinæ puritatis reliquiæ, & barbaries undequaque, non modò Italiam, sed et Romam ipsam invasit, atque cæteras exinde provincias Romani Imperii, in quibus utcunque Latinæ Linguæ puritas hactenus servata fuerat, florente adhuc Republicâ ac Imperio. Tunc enim barbaris has pervadentibus, non incolæ duntaxat, verùm etiam Lingua ipsa, quasi sub jugum missa, servitutem passa est, ita ut vix tantillùm se se in aliquot Scriptoribus non prorsus incultis extulerit, conservaritque incolumem, cùm in vulgo fœditate barbaricâ vitiata passim jaceret.

c Robert. Constant.

III. Atque ut institutæ Disputationis initium faciam, statuendum mihi videtur inprimis, quid sit Latinitas, quidve hac voce intelligatur, ut in quibus corrupta vitiataque fuerit, inde percipiamus. *Latinitas*, inquit [a] Auctor ad Herennium, *est, quæ sermonem purum conservat ab omni vitio remotum*: vel, ut [b] Sosipater Charisius, [c]Diomedes, & [d]Maximus Victorinus, *est incorrupta loquendi observatio secundùm Romanam Linguam.* Ut denique[e] S. Prosper: *Ea est, ni fallor, judicata Latinitas, quæ breviter & apertè, observatâ duntaxat verborum proprietate res intelligendas enuntiat, non quæ vernantis eloquii venustate luxuriat.* Constat autem, ut asserit[f] Varro, his quatuor, naturâ, analogiâ, consuetudine, & auctoritate. "Natura, inquit, verborum nominumque immutabilis est, nec quicquam aut minus aut plus tradidit nobis quàm accepit. Analogia, sermonis à natura proditi est ordinatio, quæ barbaram Linguam ab eruditâ dissociat. Consuetudo, seu ratio curiosæ observationis, uti ab aliis appellatur, non ratione, analogiæ, sed viribus par est, ideò solùm recepta, quòd multorum consensione convaluit: ita tamen ut illi artis ratio non accedat, sed indulgeat. Auctoritas denique in regula loquendi novissima est: nam ubi omnia defecerint, sic ad illam, quemadmodum ad sacram anchoram decurritur: non enim quicquam aut rationis, aut naturæ, aut consuetudinis habet, cùm tantùm opinione secundùm veterum lectionem recepta sit, nec ipsorum tamen, si interrogentur, cur id secuti sint, scientium. Quæ quidem omnia brevi epilogo complectitur [g] Victorinus, scribens, "Latinitatem constare tribus modis, ratione, auctoritate, consuetudine. Ratione secundùm Technicos, id est, artium traditores: auctoritate, veterum scilicet lectione: consuetudine, quæ doctorum modo loquendi usu placita assumptaque sunt.

a Auctor ad Herenn.
b Sosipater.
c Diomedes.
d Victorinus.
e L. 3. de Vita contempl. c. ult.
f Varro de L. L.
g Victorin. de Arte Gramm.

IV. Cùm igitur in Lingua Latina, de qua nobis est sermo, contra naturam analogiam, consuetudinem, & auctoritatem peccatur tum Latinitas corrumpitur ac vitiatur, neque hac appellatione donari debet, quæ suis non insistit legibus. Porrò contra naturam peccatur, si vox Latina non sit; contra analogiam, si prava sit verborum constructio: contra consuetudinem denique ac auctoritatem, si verba non multorum consensione recepta, vel proborum Scriptorum judicio firmata sint. Atque ut de consuetudine & auctoritate quædam

præ

præmittamus, [a] verborum alia vetera ſunt, nova alia: nam ſi Plauti-,, [a Smith l. 1. de Ling. Græca pronunt. p. 9.]
na ſunt, aut Enniana, quantumcunque longo tempore non audita,,,
proferuntur in lucem, vetera ſunt: ſin à Quintiliano vel Gellio, vel,,
aliquo eorum, qui tum, vel etiam aliquot poſt ſæculis vixerunt,,,
ut Apulejo aliisque ejusdem ætatis Scriptoribus efficta ac uſurpa-,,
ta, qui non reperiebantur Ciceronis atque Octavii temporibus,,,
ſub quibus conſtans Latinæ Linguæ ætas vulgò cenſetur, nova ſunt,,
etſi ante mille quadringentos annos conſtituta compactaque fue-,,
rant. Priſca illa & obſoleta, quæ ante Ennium, & iſta nova & ridi-,,
cula, quæ poſt Aulum Gellium invaſerant in Latinam Linguam,,,
caſtior loquendi ratio reſpuit, & qui ſibi Ariſtarchi vices in illo la-,,
bore deſumpſerunt, pepulere foro. Cùm, ut ait [b] Theon Sophiſta, cu- [b Theon in Progymn. p. 34.]
rare debeant, præſertim qui dilucidè & apertè ſcribere contendunt,
ut voces non modò poëticas, figuratas ſeu metaphoricas; ſed & con-
fictas & peregrinas vitent: περὶ δὲ τὴν λέξιν, φυλακτέον τῷ σαφηνίζοντι, τὰ ποιητικὰ ὀνό-
ματα λέγειν, καὶ πεποιημένα, καὶ τροπικά, καὶ ἀρχαῖα, καὶ ξένα, καὶ ὁμώνυμα. Cætera porrò in
Latinitate vitia ad duo potiſſimùm reducuntur à Grammaticis, ſo-
lœciſmum & barbariſmum. [c] Solœciſmus ab iisdem definitur cor- [c Soſipater Chariſius. l. 2.]
ruptio, non dictionis, ſed conſtructionis: vel nonconveniens orationi
ſermonis verborumque junctura, vel denique, [d] eſt contra rationem, ſer- [d Diomed. l. 2.]
monis diſturbans orationem, & vitium in contextu partium oratio-
nis contra regulam artis Grammatices factum. Proinde quidquid
peccatur contra analogiam, ſolœciſmus eſt.

V. Barbariſmus cætera contra Latinitatis receptas regulas pecca-
ta ſpectat: eſt enim pars una orationis corrupta, vel contra Romani
ſermonis legem aut ſcripta aut pronunciata vitiosè dictio, corrupta,
ac per hoc non Latina. Neque aliter [a] S. Auguſtinus barbariſmum de- [a L. 2. de Doct. Chr. c. 13.]
finit, cùm ait, *nihil aliud eſſe niſi verbum non eis literis, vel ſono enuntiatum,
quo ab eis, qui Latinè ante nos locuti ſunt, enuntiari ſolet.* Quæ quidem barba-
riſmi definitio vitia contra naturam complectitur, cùm ſcilicet ver-
bum, quod Latinitas non agnovit, uſurpatur: contra conſuetudi-
nem et auctoritatem, ſi non vulgò, aut omnium conſenſione rece-
ptum ſit, aut graviorum Scriptorum auctoritate roboratum. In
hoc enim differunt ſolœciſmus & barbariſmus, quòd ſolœciſmus
in ſenſu & in plurium conjunctione ſit, barbariſmus in voce. Vtrumque autem com-
plexus videtur [b] Hermogenes, ſcribens, duo genera eſſe ἁμαρτημάτων contra λέξιν, ſci- [b p. 496.]
licet τὴν ἀκυρίαν, & παραφθοράν, altero ſolœciſmum, altero barbariſmum innuens. Eſt igi-
tur barbariſmus propriè in Lingua Latina, cum vox aliter quam debet effertur, [c] Martialis: [c L. 6. ep. 17]

Cinnam, Cinname, te jubes vocari,
Non eſt hic, rogo, Cinna, barbariſmus?
Tu ſi Furius antè dictus eſſes,
Fur iſta ratione dicereris.

Nempe aliud eſt *Cinna*, aliud *Cinnamus*; aliud *Furius*, aliud *Fur*, tametſi utrumque
vocabulum Latinum ſit. [d] Et alibi: [d L. 1. ep. 66.]

Cùm dixi ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici ficos, Cæciliane, jubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos, Cæciliane tuos.

[e] Vbi barbarum verbum *ficus*, non dixit, quaſi peregrinum eſſet, ſed quod in ejus de- [e Laur. Valla l. 1. Eleg. c. 4.]
clinatione barbariſmum fieri contenderet Cæcilianus: [f] Aliud enim eſt barbariſmus, [f Diom. Fronto. Sarisb. l. 1. Met. c. 18.]
aliud βαρβαρόλεξις, ſeu dictio barbara, quam βαρβαρολογίαν vocat [g] Iſidorus, cùm barba- [g Iſid. l. 1. c. 31]
riſmus ſit in Latinâ, dum corrumpitur, βαρβαρόλεξις verò in peregrina, dum latinis e-
loquiis inſeruntur voces peregrinæ & barbaræ: cujusmodi ſunt
de quibus [h] Tertullianus: *Quæ accuſatio vocabulorum, niſi aut bar-* [h In Apol. c. 3.]
barum ſonat aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum?

Quippe barbaram Linguam appellabant, quæ non esset Romanæ legibus adstricta: neque enim aliter [i] S. Augustinus: *Barbarismorum autem genus nostris temporibus tale compertum est, ut & ipsa ejus oratio barbara videatur, quâ Roma servata est.* Et [k] auctor Queroli, ut alios omittam: *Qui Græcorum disciplinas ore narrat barbaro.*

i L. de Ordine c.17. *k Querolus*

VI. Enim verò barbarismi, ait [a] Fabius, alii scribendo fiunt, alii loquendo, quia quod malè scribitur, malè etiam dici necesse est: qui vitiosè dixerit, non utique & scripto peccat. Proindeque monet pueros, qui in Grammaticis elementis versantur, ut in rectè scribendo summam curam adhibeant. Ut & S. Basilius in Epist. ad Notarium: Σὺ μὲν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια πόιει, καὶ τοὺς τύπους ἀκολούθως κατάστιζε· ἐν γὰρ μικρᾷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος, τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τοῦ γράφοντος, κατορθοῦται τὸ λεγόμενον. Et sanè scriptorum seu Antiquariorum incuriâ ac imperitiâ, multa in libros irrepsisse menda constat, quæ fucum faciunt Lectoribus, difficultatesq; non modicas ingerunt, [b] dum paragrammata reperiunt, vel minùs aliqua descripta, quæ sensum legentis impediunt, quasi absq; nævo essent, facilè intelligerent. Addendo quippe literas, vel demendo, vocabulorum sententia longè diversa, efficitur, ut interdum vocabulum diversa significet. Socrates apud [c] Platonem: Προστιθέντες γράμματα καὶ ἐξαιροῦντες, σφόδρα ἀλλοιοῦσι τὰς τῶν ὀνομάτων διανοίας, ὥστε σμικρὰ πάνυ παραστρέφοντες ἐνίοτε, τἀναντία ποιεῖν σημαίνειν. Ejusmodi pravos descriptores, *negligentes veritatis Librarios* scitè vocat [d] Symmachus. De quibus ita Sulpitius Severus: Sed non dubito, librariorum potiùs negligentia, præsertim tot sæculis intercedentibus, veritatem fuisse corruptam, quam ut Propheta erraverit: sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, ut describentium in curia, quæ non incuriosè á nobis sunt digesta, vitientur. Accidit præterea ut qui notarum compendiis libros describebant Antiquarii, cùm multa occurrerent quæ iis exarari ægrè possent, menda complura in libros inveherent, sensumq; autoris sæpe inverterent, quod in iis maximè qui de rebus mysticis agunt, evenisse observat [e] Hieronymus his verbis: *Difficilè grandes libri de rebus mysticis disputantes, notarum possunt servare compendia, præsertim qui furtim celeriterq; dictantur: ita in illis confusa sunt omnia, ut & ordine in plerisque & sensu careant.* Vetus est studiosorum ista querela, cum testetur [f] Tullius sua ætate libros Latinos adeò mendosè scriptos, ut nesciret quò se verteret. Cujus quidem Librariorum negligentiæ causam eorum festinationi adscribit [g] Palladius, cùm [h] scribant non quod inveniunt, sed quod intelligunt: et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos, ita ut persæpe difficile sit deprehendere, [i] utrum scriptoris negligentiâ, an dictatoris contigerint imperitiâ: quó fit [k] ut vitium Librarii dormitantis ad culpam interdum referatur interpretis. Accidit deinde ut qui à vitiosis codicibus exscribuntur libri, vel cum iis conferuntur novis deinceps erroribus infarciantur. Unde ajebat [l] Porphyrius, τῶν παλαιῶν βιβλίων ἐπὶ τὸ χεῖρον κινεῖσθαι τὴν γραφήν. Et [m] S. Hieronymus, *Sciat*, inquit, *Lector, omnia propé verba Hebraica, & nomina, quæ in Græcâ & Latinâ translatione sunt posita, nimià vetustate corruptâ, scriptorumq; vitio depravata, & dum de inemendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imò nullius gentis, dum & Hebræa esse desierint, & aliena esse non cœperint. Quot sunt, inquit Guillelmus Canterus, in bonis auctoribus optimæ notæ vocabula, quæ tamen nullis in Lexicis, quantum libet speciosis*

a L. 1. c. 9. — *Epist 178* — *b S. Hier. ep. 28. ad Lucin.* — *c Plato in Cratylo.* — *d L. 1. ep. 18* — *Lib. 1. Hist* — *e Epist. 59. ad Avitum c. 1.* — *f ad Attic.* — *g In Præf. ad lib de Instit.* — *h S. Hier. Ep ad Licinium.* — *i Rather Veron. in Præf. ad Vits Vr smari.* — *k S. Hieron. epist 135.* — *l Porphyr.* — *m In cap. 40 Ezech.*

„ſpecioſo decoratis ac proſtitutis titulo, unquam ſunt inventa? quo-„modo enim poſſit aliter fieri, quando Lexica de Lexicis, & ine-„ptis quorundam verſionibus, non de bonis auctoribus colligun-„tur. Atque id non de Græcis modò dictum volo; ſed etiam de La-„tinis. Nam & in his aliquando talia reperiri multa, quæ inſulſum aut dormitantem collectorem indicent; vel una vox *ferabites* teſtabitur. Cum enim apud Nonium legiſſent quidam è Siſenna hæc relata verba: *Partim ferabitæ, partim lauro ac pinu abundant*; nec animadvertiſſent; quod erat tamen factu facillimum, pro *ferabite* legendum *fera-vite*, uti nos amicus quidam (Joſ. Scaliger) admonuit, mox vocabulum *Ferabites*, aut monſtrum potiùs, tanquam ἑρμαιον quoddam in Commentarium retulerunt; & *Agreſtem* expoſuerunt. Quo loco Nicolaum Perottum in Cornucopiæ carpit. Lib. 3. Nov. Lect. c. 3.

Quod ſanè, quantum ad codices ſpectat, qui in Bibliothecis hodie habentur, ortum inde vero ſimile eſt; [n] quod in Monaſteriis ex Monachis pueri; vel qui in diſciplinis nondum plenè verſati erant; ad id operis adhiberentur. Quod cùm in libris Eccleſiaſticis deſcribendis etiam accideret, neceſſe erat, ut ex Quintiliano notavimus, quod malè ſcriptum erat, malè etiam diceretur. Cum è contra, ut ait [o] Caſſiodorus, *glorioſum profectò ſit ſtudium; & humanis ac divinis* „*Literis, ut videtur, accommodum, quod loqui debeas, competenter ſcribere: & quæ* „*ſcripta ſunt, ſine aliquâ erroris ambiguitate proferre.* Cui quidem incom-„modo ut obviam iretur, cautum eſt in [p] Capitulari Aquiſgranenſi „anno DCCXXCIX. *ut ſi opus eſſet Evangelium vel Pſalterium vel* „*Miſſale ſcribere; perfectæ ætatis homines ſcriberent cum diligentia.* Maximè „enim, ut ibidem habetur, intereſt; *libros Catholicos bene emendatos ha-*„*bere: quia ſæpe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt; per inemendatos libros* „*malè legunt.* In quam ſententiam [q] Alcuinus, ubi de Scriptoribus, ſeu „Antiquariis:

n Gloſſ. 1. Scriptor.

o Lib. de Orthogr. c. 10.

p c. 70.

q Poëm 136.

Per cola diſtinguant proprios & commata verſus
Et punctos ponant ordine quoſquæ ſuo.
Ne vel falſa legat, taceat, vel fortè repente
Ante pios fratres Lector in Eccleſiâ.

[r] Hanc quidem Antiquariorum incuriam ut caverent Scriptores Chriſtiani, Operibus ſuis ajurationem præmittebant, per Chriſti nomen, diemque tremendi judicii, ut poſtquam ea deſcripſiſſent, conferrent, & diligenter emendarent ad exemplar; uti S. Irenæus & S. Hieronymus: quod etiam obſervatum à [s] Joanne Gerſono, qui ejuſmodi ſtupidorum Scriptorum indiligentiam, inertiam ac ſtupiditatem hiſce verbis carpit: *Videat autem ſcriptor, ne ſuum ſal infatuet, vel ſibi ſi ei non ſapuerit, vel aliis; ſi corruptum per ineptias ſcribendi reddiderit: quales verè protulit ætas noſtra plurimos, quorum mendoſa fuerunt adeò volumina; ut conſultius fuiſſet nulla, quàm talia miniſtrari, cum literis inconditis ſine lege; ſine ſenſu, vel ordine: adeò quidem ut auctori proprio, ſeu dictatori non intelligibilia viderentur, quantumlibet introſpecta. Hanc exiſtimant aliqui non minimam jacturam tribuiſſe ſtudiis ac univerſitatibus noſtræ tempeſtatis, dum quilibet admittebatur ad ſcribendum, non probatus, non cognitus; exemplaria quoque dabantur incorrecta. Quidni multiplicior corruptio ſequeretur, junctâ tranſſcribentium vel inertiâ vel ignorantiâ? Si dantur viſitatores in artibus mechanicis, ne fraus committatur in operationibus, ut in pannis, in pane, vel cultellis, & cæteris; quis dignè tulerit opus pretioſiſſimum expers eſſe viſitationis; ne corruptio ſua*

r Irenæus. Hieron. in Chr. Euſeb. & in Verſion. Origen. ep 28. 63

s Gerſon de laude Scriptor. conſid. 6.

ſua ſerpat jugiter in deterius? Sic olim ap. ſanctos Patres habebatur electio ſuper ſcriptoribus, nec paſſim admittebatur indoctus; ſed usque ad punctorum formationem, qui lucem dant magnam legentibus, examen habebatur. Priſci Doctores, nominatim Irenæus, ſi non fallit memoria, ſubjungebant in opuſculorum ſuorum fine terribilem divini nominis obteſtationem, ut ſcripta ſua correcta transſcriberentur, & per poſteros ita fieri perſuaderent, alioquin, juxta Hieron. quis vel ſcripſiſſe, vel emendaſſe, fructus eſſet?

VII. In orthographiam igitur peccata barbariem in Latinam „Linguam invexere. Orthographiam porro definiunt[a] Grammati- „ci, rectitudinem ſcribendi, nullo errore vitiatam, quæ manum „componit & linguam. [b] Scribendi autem rationem quatuor modis „vitiari, ajunt, per adjectionem, detractionem, immutationem, adnexionem: per adjectionem, cùm additur litera: per detractionem, cùm ea detrahitur: per immutationem, cùm litera pro aliâ ponitur, ut *ſet*, pro *ſed*, quæ ſæpe occurrit in libris apud Anglos ſcriptis: denique per adnexionem, cum litera ſyllabæ priori adnectitur, quæ poſterioris eſt. Recorrigitur verò tribus regulis, hiſtoriâ, originatione ſeu etymologiâ, & proportione, quæ à Græcis analogia vocatur. *Verborum novorum & veterum diſcordia omnis*, ait[c] Varro, *eſt in conſuetudine communi: quot modis literarum commutatio ſit facta, qui animadverterit, ſcrutari facilius origines patietur verborum. Reperiet enim eſſe commutata, aut litterarum demptione, aut additione, aut propter earum aŕtationem, aut commutationem, item ſyllabarum productionem.* [d] Orthographia apud Roma- „nos conſuetudini ſerviit, ideoque ſæpe mutata eſt; olim enim quo- „modo ſcribebant, ſic & loquebantur: hic enim uſus eſt litterarum, „ut cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus. Ita- „que exprimere debent, quod dicturi ſumus. Orthographiam, *id eſt*, „*formulam rationemque ſcribendi* à Grammaticis inſtitutam non adeò „obſervaſſe Octavium Auguſtum ſcribit[e] Suetonius, eorumque vi- „deri ſecutum potiùs opinionem, qui perinde ſcribendum ac lo- „quamur exiſtiment: quomodo ſanè & Scriptores aliquot inferioris ævi, qui *Anachorita, Cimiterium, Iconomus*, & ſimilia extulerunt, quod ita efferrentur apud Græcos. Fit etiam barbariſmus *per transmutationem ſyllabæ, ut deſplicina, pro diſciplina; imperiti hoc faciunt aliquando per imperitiam.* Verba ſunt[f] Clementis in Collectaneis ad Donatum. Ita obſervat Goldaſtus in Heitonis Epiſcopi Baſileenſis Viſione Vettini, [g] *ſpalmus, & ſpalmodia*, pro *pſalmus*, & *pſalmodia* perpetuò ſcriptum in veteri codice. Quæ quidem pleraque in orthographiam peccata etiam arrident, ita ut ea corrigere piaculum ferme fuerit: [h] *Tanta eſt vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa plerisque vitia placeant.*

a Senator de Grammat.
b Quintil. l. 1. c. 9. Terentius Scaurus de Orthographia.
c Varro l. 1. pag. 6.
d Quintil. l. 1. c. 13.
e c. 86.
f Apud Goldaſt. ad S. Valerian.
g Vide Gloſſ. in Supreſtes, in Salmus.
h S. Hieron. 2. Præfat. in Job.

VIII. Tametſi poëtica verba in oratione ſolutâ non tam barbariem quàm obſcuritatem inducant, vitanda tamen Scriptori cenſent Rhetores: cùm ſcriptionis emendatæ legibus plerumque adverſentur, nec ea admittant, qui elocutionis ſtudent venuſtati. Neque enim ab omnibus probatum, quòd Herodotus [a] τῇ λέξει ποιητικῇ ſemper uteretur, ποιητικώτατα imitaretur, unde Ὁμηρικώτατος indigitatur à Longino. Poëtica autem vocabula potiſſimum vocabant, [b] ὅσα τινὸς ἐξηγήσεως δεῖται, quæ non ita plana eſſent, ut absque explicatione intelligerentur. Sed huic ſcribendi rationi longè potius tribuenda indulgentia, quàm ei, qua neſcio quos recentioris ævi Scriptores uſos videmus, qui non poëtica à priſcis probisque Poëtis petita; ſed nova

a Hermog. περὶ ἰδίων l. 2. p. 399. 400.
b Longin. περὶ ὕψους p. 25.

va,& à ſe confićta vocabula ſuis inſeruere ſcriptis: quaſi idem ſibi liceret quod Poetis, [a] quibus, quia plerumque metro ſervire coguntur, adeò ignoſcitur, ut vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur, proindeque hæc [b] *apud Scriptores carminum, aut veniâ digna, aut laude ducantur:* datâ ſcilicet ipsâ virtutis laude neceſſitati. [c] Nam ſolœciſmos & barbariſmos, ſchemata & metaplaſmos mutatis nominibus vocarunt: [d] quibus interea detractis ſuaviſſima condimenta deſiderarentur, ut ait ſanctus Auguſtinus. At dum conceſsâ Poëtis licentiâ, non Proſaici duntaxat ſcriptores; ſed etiam mali interdum Poëtæ malè utuntur, ſusque deque omnia invertunt; & cum purioris Latinitatis expertes ſint, ut tamen videantur ſcioli, falſamque ſibi eruditionis perſuaſionem induant, voces peſſimè compactas, ac confictas, aut à Græcis longè petitas, vel etiam male formatas, interſerunt, ut de iis liceat, quod de Joviniano hæretico [e] Hieronymus, in eorum ſcriptis tantam eſſe barbariem, & tantis vitiis ſpurciſſimum ſermonem confuſum, ut, nec quid loquantur, aut quod narrare volunt, poſsit intelligi: cùm toti tumeant, toti jaceant: attollant ſe per ſingula, & quaſi debilitati colubri in ipſo conatu frangantur, non contenti noſtro, id eſt, humano more loqui: affectata cæteroquin ubique, neſcio quâ, obſcuritate, quæ Lectoribus intolerandum tædium ingerit, tametſi hos non pœnitere tarditatis liceat, cùm id in legendo patiantur, quod ii paſsi ſunt in ſcribendo. Quod ſanè Anglis olim ſcriptoribus familiare potiſsimùm fuit, qui vocibus ineptè confictis ſic involvunt omnia [f] & quibusdam inextricabilibus nodis univerſa perturbant, ut illud [g] Plautinarum literarum iis poſsit aptari: "*Hæc quidem præter Sibyllam leget nemo, nam divinandum eſt*: Quippe [h] ut "Græci involutè, Romani ſplendidè, ita pompaticè dictare ſolebant, "ait Willelmus Malmesburienſis; idque, ſubdit ille, in omnibus an"tiquis chartis eſt animadvertere, quantùm quibusdam verbis abs"truſis, & ex Græco petitis delectentur: maximè ſcilicet in Anglo-Saxonum diplomatibus, quæ deſcribuntur paſsim in Monaſtico Anglicano, & apud Anglicos Scriptores. Ejusmodi eſt etiam Vita S. Wilfridi, Epiſcopi Eboracenſis, carmine exarata, in quâ tot voces Græcæ peſsimè compactæ, inſulſæ, frigidæ, & abſtruſæ intermiſcentur, ut ſcriptor ejus Fridegodus inſtar Heracliti illius, quem σκοτεινὸν appellabant, quòd eum ſuadentes Philoſophi vix intelligerent, jure haberi poſſit. Neque hiſce modò vitiis laborant recentiorum Poëtarum noſtrorum carmina, licèt interdum haud omninò inelegantia; ſed & ut plurimùm nullis metrorum legibus adſtricta ſunt, in quibus longæ pro brevibus, breves pro longis ſæpe uſurpantur: quod neque ipſe diffitetur [i] Walafridus Strabus in Præfatione ad Viſionem Wettini Monachi Augienſis, metro à ſe redditam. *Et ſi,* inquit, *in pedum menſuris & ſynalœpharum poſitione fefelli, contra nullum luctamen inibo: quia ad rumuſculos ſpargendos non egi; ſed potiùs ad propoſiti mei conſervationem; quippe cui ætas ad talia competit, nec ſcientia ſuppetit.* Ejusmodi ſunt infinita recentioris ævi edita Poëtarum carmina: qualia etiam fuere Chilperici Regis, qui, ut ait [k] Gregorius Turonenſis, *confecit duos libros, quaſi Sedulium meditatus, quorum verſiculi debiles nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt: in quibus, dum non intelligebat, pro*

[a] *Theon in Progymn.* p. 34.
[b] *Quintil. l. 1. c. 14.*
[c] *Id. l. 1. c. 9.*
[d] *S. Auguſt. l. 2. de Ordine c. 4.*
Soſipater Chariſius &c.
[e] *L. 1. in Jovin. c. 1.*
[f] *Id. in Jovin. l. 1. c. 1.*
[g] *Plaut.*
[h] *Will. Malmesb. in vita S. Althelmi c. 5.*
[i] *Apud Caniſ. tom. 6. Antiq. lect.*
[k] *L. 6. c. 46.*

longis syllabas breves posuit, & pro brevibus longas statuebat: & alia opuscula, vel hymnos, sive Missas, quæ nulla ratione suscipi possunt.

IX. Barbarismum præterea conficiunt βαρβαρολέξεις, de quibus suprà egimus, seu gentium ac populorum propria idiomata, quæ si Latinis misceantur, pro barbaris jure censentur. Quippe, ut est apud [a] Varronem, *verba sunt aut nostra, aut aliena, aut oblivia*, id est, obsoleta. Ξένα, inquit [b] Theon Sophista, sunt τὰ ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς δ᾽ ἄλλοις οὐ συνήθη. *Hinc* ξενοφωνία, apud Pollucem, *Vox peregrina*, & ξενοφωνεῖν, apud Mauricium, pro *uti sermone peregrino*. Barbarismum, ait [c] Quintilianus, *pluribus modis accipimus, unum gente quale sit, si quis Afrum vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat: ut ferrum, quo rotæ vinciuntur, dici solet Canthus, quanquam eo, tanquam recepto, utitur Persius: sicut Catullus Ploxenum circa Padum invenit. Et in Oratione Labieni, sive illa Cornelii Galli est, in Pollionem, Casnar assectator è Gallia ductum est. Nam Mastrucam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.* Quæ quidem aliis postea inculcat Scriptor eruditus: [d] *Verba aut Latina, aut peregrina sunt. Peregrina porrò ex omnibus propè dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa, venerunt. Taceo de Tuscis & Sabinis, & Prænestinis quoque: nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem, licèt omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima Gallica valuerunt, ut Rheda ac Petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur. Et Mappam, usitatum quoque Cicero nomen, Pœni sibi vindicant: & Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Hæc nimirum suis inseruere Latinis barbara vocabula, cùm *potentiorem facere Linguam Latinam studerent*, & ubi, Latina deessent, ab exteris, sicut illi à Latinis nonnunquam, mutuati sunt, præsertim à Græcis, unde *maxima ex parte Romanus sermo conversus est.* Atque id præ cæteris firmat Tullius: [e] "Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est "hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aër, Græcum illud "quidem, sed receptum jam tamen usu à nostris: tritum est enim pro "Latino. Hunc rursus complectitur immensus æther, qui constat "ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque "tam æther Latinè quàm dicitur aër: & si interpretatur Pacuvius: hoc "quod memoro, nostri cælum, Graji perhibent æthera, quasi verò "non Grajus hoc dicat. At Latinè loquitur: siquidem nos non quasi "Græcè loquentem audiamus, &c.

X. Verùm tum maximè inductum fuisse videtur, ut Latinis barbaræ voces insererentur, cùm ab aliis quàm ipsis Romanis, conscripti libri in provinciis, ubi sermo Latinus utcumque obtinebat, in lucem prodiere, qui ab eo scriptionis charactere longè distarent, quem agnoscit castior puriorque Latinitas, & ut de Livii Patavinitate ajebat ille apud Quintilianum, receptam usitatamque apud suos locutionis rationem redolerent, inspersis ubique ferè indigenis vel proprio arbitratu confictis vocabulis, adeò ut ex iis, si non a Latino sermo alius, diversus certè omnino scribendi stylus deprehendatur: cujusmodi fortè fuit Gallicus, quem Squamam Latini sermonis appellabat Sidonius, & is, quo Scriptores Afros usos palam est: qui quidem à Latina oratione ita alienus est existimatus, ut qui hos illustrare commentariis aggressi sunt, vocum locutionumque Latinis insolentium Glossaria colligere, præmittereque necessarium duxerint.

[a] Lib. 1. de L. L.
[b] In Progymn. p. 35. Pollux. l. 2. c. 4. Maur. l. 1. c. 1.
[c] L. 1. c. 9.
[d] Eod. cap.
[e] Lib. 2. de Natura Deorum.

XI.

XI. [a] Sed id potiſſimùm accidit, cum victores populi arma in provincias exteras intulerunt, iisque debellatis, non Linguam modò ſuam ipſi ſervàrunt, verùm etiam ut ab iis, quos ſubegerant, uſurparetur, ſummam curam adhibuerunt. Ita Galli noſtri veteres, expugnatis Græciæ provinciis, nomen ſuum indiderunt, ac propriam Linguam retinuerunt, quam eandem penè fuiſſe, quâ utebantur ſuâ ætate Treviri, ſcribit [b] S. Hieronymus, excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquebatur. Nec referre, ſubdit ille, ſi ali-„ qua exinde corruperint, cùm & Afri Phœnicum Linguam non-„ nulla ex parte mutaverint, & ipſa Latinitas & regionibus quo-„ tidie mutetur & tempore. Sic Romani, quocumque pergebant, Latinam inferebant Linguam, ut de aliis ſileamus, cùm de hac maximè ſermo nobis ſit: neque enim de Græcis, qui in Maſſilienſem tractum Græcam Linguam cum Imperio intulere, quidquam dicemus, idque ſimilibus firmabimus exemplis. [c] Imperioſa nimirum civitas non ſolùm jugum, verùm etiam Linguam ſuam domitis,„ gentibus imponere voluit, [d] non vulgarem modò, de qua minùs ſol-„ licita erat, ſed et puriorem Latinam tradi provincialibus curavit:„ unde ſtudia illa Galliarum florentiſſima, & Gallicanus cothurnus, tantopere ab [e] Hieronymo commendatus, & municipales illæ Scholæ apud Viſontionem & Lugdunum, & illa non apud Clivium in Germania ſecunda; ſed Auguſtodonum in Heduis, cui præfuit Eumenius Rhetor. Hoc enim pacto feritas animorum paulatim abſterſa: quo quidem in conſilio res adeò feliciter ſucceſſerat, ut ubicunque Romanorum diffunderetur Imperium, [f] hìc & Latinæ„ vocis honor vigeret, & quadam deſuetudine nativâ aboleretur.„ Quod adeò verum eſt, ut quæratur hodie, quâ tot provinciarum, quæ iis olim paruerant, incolæ Lingua uſi fuerint? cùm & Romani appellari exoptarent, eâque nomenclaturâ ad cæterarum barbaricarum gentium, à quibus ſubactæ ſunt deinceps, diſcrimen, ab ipſis barbaris vulgò donarentur, eorumque Lingua, quantumvis fœdata poſtmodum, & vitiata, Romana diceretur. Quod de Tudertanis, & iis præſertim, qui ad Bætim in Hiſpania incolunt, ſcribit Strabo, (lib. 3.) adeò in Romanum immutatum morem, ut ne ſui quidem ſermonis meminerint, τελέως εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. [g] Rem profectò conabantur pulcherrimam, & toti humano„ generi nobiliſſimam, quocunque in fine facerent, ut eſſet una ali-„ qua Lingua, quâ ſe gentes omnes mutuò intelligerent: vel certè„ [h] quo per Linguæ præſidium obſequentiores & faventiores habe-„ rent nationes, cùm inter diſſimilis Linguæ homines amicitia vix„ coaleſcere queat. Atque id quidem argumenti jam alii proſecuti ſunt, atque in iis [i] Bernardus Aldretus ſcriptor Hiſpanus cultiſſimus.

XII. Quin etiam translatâ ab urbe Româ Byzantium, ab Italia in Thraciam, & à Latio in Græciam, Imperii ſede, Latinam etiam Linguam in ea ſervari voluit Conſtantinus Magnus. Quod ſatis arguunt inditæ novæ urbis regionibus, ac locis, præcipuis, Latinæ appellationes; Inſcriptiones etiam ſtatuis, ædificiis, ac monetis eâdem Linguâ affixæ: Conſtitutiones præterea ejusdem Auguſti & ſucceſſorum diu eodem conſcriptæ idiomate. [a] Sed & in Academiis Urbis pu-

[a] Bernard. Albret, l. 1. c. 22.
[b] In Procem. ad lib. 2. in Ep. ad Galat.
[c] S. Aug. l. 19. de Civit. Dei c. 7.
[d] Rhenan. l. 2. Rer. Ger. p. 115.
[e] S. Hieron. ep. 4. 13.
[f] Valer. Max. l. 2 c. 2. n. 2.
[g] Lud. Vives ad S. Aug. locum laudatum.
[h] Rhenan. 2. Rer. Germ. p. 115.
[i] Lib. 1. de l. Orig. de la Lingua Castellana c. 11 12. &c.
[a] L. 3. C. de Stud. &c.

publicis, de quibus copioſè alibi diſceptamus, Romanæ Eloquentiæ oratores tres, decem verò Grammatici, ab Imperatoribus conſtituti: cùm in Eloquentia Græca quinque eſſent Sophiſtæ, uti appellabantur, decemque perinde Grammatici, ita ut utraque Lingua uno eodemque tempore exculta fuerit: quarum dum promiſcuus habetur uſus, utraque ſenſim vitiata ac corrupta, nec ſuis conſtitit regulis, nec ſuum nitorem ſplendoremque in ſermone ac ſcriptis ſervare deinceps potuit. Tametſi fatendum ſit, non defuiſſe identidem viros doctiſſimos, qui utriusque Linguæ cognitione præſtarent, & eleganter ornateque ſcriberent. Sed id eorum potiſſimum fuit, qui diſciplinis ac eruditioni ſtudia ſua omnia conferebant, quorum operâ etiam in conficiendis vel Epiſtolis, vel Edictis, aut Conſtitutionibus, utebantur Auguſti; cùm cæteri, dum vulgarem, hoc eſt, Græcanicum & Latinum unà colunt ſermonem, neutro rectè loquerentur. Quod quidem Theodoſii Magni temporibus accidiſſe præſertim obſervare eſt, ex præfationibus & verſibus aliquot, Itinerario, quod Antonini nomen præfert, præfixis in codice Regio, ſatis colligitur; in quibus, & quod pedeſtri, & quod ligato, deſcribitur ſermone, inſulſum planè eſt & ſemibarbarum.[b] Id porrò, quidquid eſt, damus in noſtrâ Conſtantinopoli Chriſtianâ, ubi etiam ejusdem eſſe venæ Pentaſtichon Latinum, adſcriptum Obeliſco ejusdem civitatis, adnotamus, de quo ſic ait[c] Franciſcus Philelphus: *Legi*, inquit, *ad Hippodromum "Conſtantinopolis in marmoreis quibusdam lapidibus ſub pulcherrimo illo Obeliſco, verſus quosdam ad partem anteriorem Obeliſci Latinos, ad poſteriorem "autem Græcos, & utrosque Heroicos, & item utrosque admodum ineptos, quod "quantum ex iis poteſt intelligi, impreſſi atque inſculpti in lapidibus illis fuerant "Theodoſio ſeniore Imperante, cui Arcadius atque Honorius filii in regnum ſucceſſere. Quod ſi in ſecundiſſimis rebus illius Orientalis Imperii literæ & bonæ "artes negligebantur, quid nunc exiſtimandum ſit in tantâ Græcorum calamitate, & ſervitute?*

b Vid. Conſtantinopolim noſtram Chriſt.

c Lib. 6. ep.

XIII. Non adeò tamen ſtabilita firmataque in provinciis à Romanis ſubactis Latina Lingua, ut ferè ſemper, neſcio quibus nativæ locutionis aſperſa non fuerit formulis, aliquotque retinuerit ex priſtinis barbaras voces: quòd in plebe maximè obtinuit, quæ eruditionis ac literarum expers, nitidæ elocutionis diſciplinam non tam facilè amplectitur. [a] S. Hieronymus in epiſt. ad Lætam, de inſtitutione filiæ: *Sequatur ſtatim & Latina eruditio, quæ ſi non ab initio os tenerum compoſuerit, in peregrinum ſonum Lingua corrumpitur, & externis vitiis ſermo patrius ſordidatur.* Atque inde ſenſim invaluit vulgaris illa Romana Lingua, quæ, etſi aliquid Latinitatis redoleret, Latina tamen non eſſet, ut quæ & barbara non agnoſceret vocabula, & longè aliis Grammaticæ legibus regeretur. Eapropter jam non Latina Lingua cœpit appellari, ſed Romana, quòd Romani, qui in Galliis & Hiſpaniis poſt Septentrionalium nationum irruptiones remanſerant, eâ uterentur. In hanc rem [b] Luithprandus: *Romani etiam, qui in Galliis habitabant,* (ſub Chlodovæo) *ita ut nec reliquiæ ibi inveniantur, exterminati ſunt. Videtur mihi inde Francos, qui in Galliis morantur, à Romanis Linguam eorum, quâ usque hodie utuntur, accommodaſſe. Nam alii*

a S. Hieron. epiſt. 7.

b L. 4. c. 22.

qui

qui circa Rhenum ac in Germania remanſerunt, Teutonicâ Linguâ utuntur. Quæ autem Lingua eis antè naturalis fuerit, ignoratur. Cùm enim Romani Galliam diu obtinuerint, quæ Imperii ferè pars melior fuit, in eaque Imperatores aliquot ſuas fixerint ſedes, non magnoperè mirandum, ſi Lingua nativa in deſuetudinem abiit, hodieque, qualis fuerit? quæratur. Sed tum maximè pro Romanis haberi cœpere veteres Galliæ incolæ, cùm à barbaris id nominis iis inditum, quò à novis diſcernerentur, [c] qui ſe ſe etiam haud invidioſo ſibi vocabulo Barbaros dici & appellari non dedignabantur. Eorum deinde Lingua Romana dicta, non Latina, tum quòd ſic appellaretur, quia Lingua eſſet Romanorum, ſeu veterum Galliæ incolarum, qui Romanis paruerant, tum quòd reverâ à Latinâ longè eſſet diverſa, quantùm vis ab ea profluxiſſe idiomatis character ſatis doceret: quod quidem diſcrimen rectè obſervat [d] S. Gerardus Abbas Silvæ majoris in Vita S. Adalardi: *Qui, ſi vulgari, id eſt, Romanâ Linguâ loqueretur, omnium aliarum putaretur inſcius, --ſi verò Theutonicâ, enitebat perfectiùs, ſi Latinâ, in nulla omnino abſolutiùs.* Atque ita Romanam Linguam appellant [e] Nithardus, [f] Capitularia Caroli C. cæterique, quos ſuo loco laudamus, Scriptores, quam *ruſticam Romanam*, vocat [g] Concilium Turonenſe III. ann. DCCCXIII. & [h] Concilium Moguntinum I. ann. DCCCXLVII. *Ruſticam* nudè [i] Anonymus in Hiſtoria Translationis S. Germani Pariſienſis: *Unde factum eſt, ut tam auditu, quàm locutione, in brevi non ſolùm ruſticam Linguam perfectè loqueretur; ſed etiam literas, in ipſa Eccleſia Clericus effectus, diſcere cœpit.* Ita nempe *ruſticam* appellabant, quia à Latinitatis legibus abſona eſſet prorſus, & barbaris potiſſimùm aſperſa vocabulis. Si quid enim verbo expreſſum vellent, quod apud vulgus obtineret, Latinitasque non agnoſceret, id ſe ruſtico exprimere dicebant: quia *noſtri ſic rure loquuntur*, ajebat [k] ille. [l] Charta Ludovici Pii Imperatoris. *Conſtituit Monachos in Cella S. Pauli, quæ ruſtico nomine Cormeriacus dicitur.* Alia Caroli Calvi: *In loco, qui ruſtico vocabulo Villalupe vocatur.* [m] Baldricus Noviomenſis: *Ad ſingulare certamen, quod ruſticè dicimus campum, provocaverunt.* [n] Helgaudus denique: *Exuens ſe veſtimento purpureo, quod Linguâ ruſticâ dicitur Rocus.* Et alio loco: *Ornamentum quod erat in ſex unciis auri, dependens à genibus, & quod nos Linguâ ruſticâ Lablellos vocamus*: Ubi promiſcuè vocabula peregrina & barbara, & Latina novatæ ſignificationis Ruſtica appellantur. Neque aliter *ruſtica nomina* dixit [o] Martialis:

Nos Celtis genitos, & ex Iberis,
Noſtræ nomina duriora terræ
Grato non pudeat referre verſu.

Et mox: *Non tam ruſtica, delicate Lector,*
Rides nomina? rideas licebit,
Hæc tam ruſtica malo, quàm Britannos.

c Vide Gloſſ. in verbis Barbarus, & Roman.
d c. 8.
e Nithard. l. 3.
f Capit. Carol. C. tit. 26 extremo.
g c. 17.
h c. 2.
i c. 12.
k Auter Antibucol.
l apud Sammarth. in Abb. Cormer. & Villalup.
m lib. 1. c. 10
n In Roberto Rege.
o L. 1. ep. 135

XIV. [a] Ea porrò exteros pleroſque conſuetudo ſemper te-„ nuit, Gallos ſanè & Germanos, Romanum cultum ſonumque pro-„ perè imitandi, quod in Francis multimodè oſtendi poteſt, (ut ni-„ hil dicam, Romanos id maximè enixos, ut non minùs Imperium „ quàm Leges Linguamque ſuam quàm longiſſimè propagarent,) qui,

a Guillim. l. 1. de Rebus Helvet. p. 80.

 cùm

"cùm Galliam totam ex Germania profecti, in eaq; nati & educati
"occupassent, ita Germanica vocabula Latinâ norma regulaq; infle-
"xerunt, ut qui hodie Leges Salicas Ripuariasque legat, centesimam
non intelligat. Si quando enim ad res, de quibus agebatur, Latinè
reddendas propria deessent vocabula, aut si essent in Latio, ea i-
gnorarent, tum verò ex receptis ac vulgatis in Latinum sonum effor-
mandi facultatem sibi concessam Scriptores arbitrabantur. Quem-
admodum olim Latini ipsi veteres Græca à Græcis, & Græci vicis-
sim Latina in Linguam perinde suam transtulere, quantumvis bar-
bara ea existimarent. Nulla enim est tam fœcunda felixque Lin-
b Agell. l. 2. c. 26. gua, quæ non careat aliquando, quibus res haud sibi vulgares ex-
primantur, propriis vocabulis. Sola ferè Græca [b] *prolixior fusiorque
quàm Latina*, id peculiare habet, ut verborum circumlocutioni-
bus, vel compositionibus, propiùs ad id accedat. Paupertatem
cæteræ quandam præ se ferunt, adeò ut ab externis, quod sibi deest,
mutuari sæpe cogantur. Atque ut id unico exemplo firmetur, scri-
c L. 2. c. 15. bit [c] Quintilianus, non habuisse Romanos vocem, quâ Rhetoricam
dicerent, licèt, inquit, non defuerint, qui copiam Romani sermo-
nis augere tentaverint, tum Oratoriam, tum Oratricem eam no-
"minando: *sed non omnia nos ducentes ex Græco sequuntur, sicut ne illos qui-
"dem, quoties suis utique verbis signare nostra voluerunt: & hæc interpreta-
"tio non minùs dura est, quàm illa Flavii Entia, atque Essentia.* Cùm i-
gitur id occurrit, necesse est, ut ab aliis Linguis mutuemur, quibus
d L. 1. c. 14 familiaria sunt ea vocabula, quibus caremus, vel si etiam desunt,
ut dicamus, quomodo possumus, ait idem [d] Quintilianus. Quod verò de
Rhetoricâ ille scribit, idem de liberalibus ac mechanicis artibus di-
ci debet. Quippe à Philosophis & Theologis efferuntur hodie ne-
e Lib. 3. Metal. c. 4. scio quæ verborum portenta, quæ purior nusquam agnovit Latini-
tas, quorum *inaudita verba tonitrua sunt*, inquit [e] Joannes Sarisberi-
"ensis. Musicam & Astrologiam, quæ sunt infra Arithmeticam con-
Carm. 13. "sequentia membra Philosophiæ, nullatenus possunt sine nomini-
"bus Græcis indicari, ait Sidonius Apollinaris, quæ si quispiam ut
"Græca, sicut sunt, & peregrina verba contempserit, noverit sibi aut
"super ejusmodi artis mentione supersedendum, aut nihil omnino
"se, aut certè non ad assem, Latiari Lingua hinc posse disserere. Sed &
quæ religionem spectant, sacraq; illius mysteria, innumera sunt ab i-
psis institutoribus & primariis illius cultoribus sensim inducta, quæ-
f Quintil. l. 1. c. 11. que ab iis deinceps, qui Latini sermonis cultui ac elegantiæ studebant,
usurpanda etiam fuêre, quòd [f] *ea mutari vetaret religio, & consecratis neces-
g Lib. 9. c. 3. sariò utendum esset*, quantumvis minùs Latinis. Unde cum præfatio-
ne aliquâ ea ferè semper usurpabant: quomodo [g] Facundus Her-
mianensis, de Theodoro: *Quis enim audiens condidisse libros de Incarna-
tione, aut ut propriè hoc exprimam, minùs quidem Latino, sed necessario verbo,
h Lib. 2. de Mor. Manich. c. 2 sicut à Græcis dicitur, de Inhumanatione*, (ἐνανθρωπήσει) *Filii Dei, duos eum pu-
tet Filios Dei prædicasse*? Et [h] S. Augustinus: *Itaque ut nos jam novo nomi-
ne ab eo quod est esse, vocamus Essentiam, quam plerumque Substantiam etiam
h Orat. 21. p. 39. nominamus.* Atque hanc quidem in Latinorum lingua circa res sa-
cras penuriam, notat etiam Gregorius Nazianzenus: Οὐ δυναμένων, διὰ
στενότητα τῆς παρ᾽ αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων διελεῖν, ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης
τὰ

τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ λέξεις ὑσίαι παραδεχθῶσι. In Medicis Latina pauca habentur propria, omnia ferè à Græcis, complura etiam ab Arabibus extremis ſeculis petita. Ejusmodi perinde ſunt recentiorum Juriſconſultorum, ſeu, uti vocant, Practicorum, infinita vocabula, foro Romano prorſus incognita: tum quòd aliæ ſe Leges à Romanis in provincias effuderint, tum quòd mores alii, & à veterum moribus alieni diverſique ſenſim obtinuerint, qui & res novas, & nova induxere nomina à barbaris accepta, & ab ipſis hodiernis Juriſconſultis, (quod de Saliorum carminibus à ſacerdotibus ſuis, ajebat [i] Quintilianus) vix intellecta: adeò ut *Jus Faunorum & Aboriginum*, quod de XII. Tabulis dixit ille apud [k] Agellium, eſſe hodie exiſtiment. Quot præterea ſunt in mechanicis artibus, quæ Latinè reddi non poſſunt, cùm & fortè non noverit Latium ipſum, vel, ſi novit, ad nos vocabula iſta non pervenerint: aut certè, ſi alicubi extant, horum vim non omnino percipiamus, quod in unica Vitruviana Architectura licet obſervare: in cujus vocabulorum notionibus inveſtigandis inſudarunt tot viri eruditi, adeò ut vix inter ſe conveniant, & de unica *Scamellus* voce integri extent Commentarii. Cùm igitur in hiſce occaſionibus nobis verba deſunt, quibus res deſignemus, ab aliis Linguis ea petenda. Scribit [l] Quintilian. ἴδιον qui non ſit legitimus, Græcos vocare, Latinos verò rei nomen cùm non haberent, ideò uſos peregrino, cùm, ut [m] alibi ait, ſint quædam, quæ proprio carent nomine. Ita [n] Fridericus II. Imperator, de aucupio per falcones, quod veteribus incognitum fuit, ſcripturus, hæc præfatur: *Nam cùm ars habeat ſua vocabula propria, quemadmodum & ceteræ artium & nos non inveniremus in Grammatica Latinorum verba congruentia in omnibus, appoſuimus illa, quæ magis videbantur eſſe propinqua, per quæ intelligi poſſit intentio noſtra*, à vernaculis nempe mutuò accepta. Quam quidem ὀνοματοποιΐαν non modò minimè improbat; ſed & approbat [o] Galenus, ſcribens, eum, qui aliquid Literis commendare aggreditur, primùm debere, res oſtendere, quæ ſuapte naturâ inter ſe ſimiles ſunt, atque ob hoc neglectæ, deinde imponere eis nomina, maximè quoad ejus fieri poteſt uſitata, & à patrio ſermone non aliena, ([p] *uſitatis enim tutiùs utimur, nova non ſine periculo fingimus:*) quòd ſi hæc ignorat, fingere ſibi propria, idque ſummoperè curare, ut ſingulis rebus ſingula adhibeat nomina. Sed & ea pro arbitrio mutandi facultatem indulget, modò obſervetur, ut res ipſæ permaneant. Sic hìc, & [q] locis aliis, Medicos perſtringit, qui vitam omnem de nominibus altercando conterunt, adeò ut nunquam poſſint ad artis finem pervenire. *Omnis oratio*, [r] inquit Varro, *cùm debeat dirigi ad utilitatem, ad quam tum denique pervenit, ſi eſt aperta & brevis, quæ petimus, quòd obſcurus & longus orator eſt odio, & cùm efficiat aperta ut intelligatur: brevis, ut citò intelligatur, & apertam conſuetudo, brevem temperantia loquentis, & utrumque fieri poſſit ſine analogia, nihil ea opus eſt. -- Præterea quum utilitatis cauſſâ quæque res ſit inventa, ſi ex ea quis id conſecutus, ampliùs eam ſcrutari non debet, cùm ſit nimiùm otioſi: & cùm utilitatis cauſâ verba ideò ſint impoſita rebus, ut ea ſignificent, ſi id conſequimur unà conſuetudine, nihil prodeſt analogia.* In hanc ſententiam [s] Rabanus Maurus: *Quamvis in bonis doctoribus tanta docendi cura ſit, vel eſſe debeat, ut verbum quod minùs obſcurum ſit, vel ambiguum*

[i] Lib. 1. c. 11.
[k] L. 16. c. 10.
[l] Lib. 3. c. 7.
[m] c. 12.
[n] Lib. 1. in prol.
[o] L. de Sympt. differ.
[p] Quintil. l. 1. c. 10.
[q] L. 2. Nat. facult. l. 1. de Locis affect. l. 9. Therap.
[r] L. 7. de Ling. Lat.
[s] Lib. 3. de Inſt. Cleric. c. 30.

Latinum esse non possit, vulgi autem more sic dicatur, ut ambiguitas, obscuritasq; vitetur, non sic dicatur ut à doctis; sed potiùs ut ab indoctis dici solet. Quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cùm loquendi omnino multa sit causa, si, quæ loquimur, non intelligunt, propter quos, ut intelligant, loquimur. Qui ergo docet, vitabit verba omnia, quæ non docent: & si pro eis aliqua quæ intelligantur, integra potest dicere, id magis eliget: sin autem non potest, sive, quia non sunt, sive, quia in præsentia non occurrunt, utetur etiam verbis minùs integris, dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integrè.

XV. Nonnullam etiam aliquando apud Scriptores difficultatem ingerunt barbara ista nomina, quibus Latinam inflexionem ita tribuunt, ut genuinam veramque assequi appellationem haud omnino proclive sit. Quærit [a] Fabius, an eadem ratione per casus duci externa, quâ Latina, conveniat? ac si reperias, inquit, Grammaticum veterum amatorem, neget quicquam ex Latina ratione mutandum. Subdit deinde, & si recentiores instituerint, Græcis nominibus Græcas declinationes potiùs dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest, sibi tamen placere Latinam rationem sequi, quousque patitur decor, præsertim si auctoritatem consuetudo non superet: tum enim qui Græcam (seu alterius Linguæ) figuram sequi malit, non Latinè quidem; sed extra reprehensionem locuturum. Quæ quidem eò potissimùm ex Quintiliano descripsimus, ut quod videmus in controversiam hodie adduci, an familiarum nominibus, vel prædiorum aut dignitatum titulis, in Latinis libris exarandis, vernacula, an verò Latinâ ratione utendum sit, leviter attingamus. Et certè Latinos Græcosve Scriptores barbarica seu extranea hominum, aut regionum, vel oppidorum nomina immutasse, Latinamque iis inflexionem dedisse, probant, quæ supersunt, eorum monumenta: tametsi dum quæ vernaculè enuntiata nota sunt, ipsâ inflexione Latinâ subobscura facerent, atque adeò incerta. Quis enim, ut id unico aut altero firmem exemplo, hodie agnoscit priscam & Gallicam Icii vel Itii portus appellationem, quam Latinâ ratione extulit Cæsar? Quis Lutavici Galli Ducis apud eundem Scriptorem? Si quippe portus Itius Gallis dictus fuit *Wits*, quemadmodum vero similius est, cùm etiamnum hac nomenclaturâ donetur *Witsan*, ubi olim stetit, quod [b] alibi pluribus probavimus argumentis: Lutavicus verò Gallis *Lutavvic*, vel *Ludvvic* appellatus, quod aliqui volunt, quæ similitudo vel affinitas cum Latinis à Cæsare confictis vocabulis? nam in his, ut & in tractuum & oppidorum nominibus, quorum meminit, divinationi indulgendum omnino, cùm nihil quippiam certi de Gallica priscaque vel etiam genuina enuntiatione constet. Atque id in Magni Thuani præclara illa Historia expostulant nonnulli, maximè rerum nostratium minùs scientes, quòd propria virorum illustrium, locorumque nomina juxta Fabii consilium, veterumque Scriptorum exemplo Latina ratione expresserit, quæ aliàs nativis suis appellationibus reddi ægrè possunt, nisi ab iis, qui in rerum familiarumque Gallicarum, vel etiam Geographiæ cognitione versati sunt. Atque cùm ii pauci admodum sint, indicem conficiendum existimavere viri eruditi, Thuanique familiares, quô tot nomina propria Latinâ ratione descripta vernaculi ac suis appellationibus donarentur. Verùm licèt

[a] Lib. 1. c. 9.

[b] Dissert. ad Joinvill. 28.

cèt quod de priſcis illis è Græcia vel Latio Scriptoribus attigimus, rariùs occurrere in confeſſo ſit, ut Græcam aut Latinam inflexionem barbaricis vocabulis non ſemper tribuant; conſtat ſaltem, Sanctos Patres, qui eloquentiâ præclaraque dicendi arte præſtiterunt, cæterosque, propriis, quotquot habentur in veteri Teſtamento, ſeu hominum, ſeu locorum, nominibus, nullam Linguæ ſuæ declinationem dare: ita ut dicere liceat, veterum Artium magiſtrorum auctoritatem, ab inolita quadam apud eos conſuetudine ſuperatam. Sed & quosdam videmus queri, quòd qui hodie libris à ſe editis cognomina ſua, vel ſuorum prædiorum titulos inſcribunt, id edant vernaculè, cum Latinè ſecundùm Fabii conſilium debuiſſent. Quam ſanè non ſemel agitatam à viris doctis, ſeriòque diſcuſſam controverſiam meminimus, qui eò viſi ſunt concedere, ut, quibus haud ægrè dari poſſunt Latinæ terminationes, ſeu, ut Fabii verbo utar, quousque patitur decor, nomina edantur Latinè, id eſt, cum quæ ſint vernacula, aut fuerint, ſatis perſpicitur: contrà verò non ita immutanda, vel Latinis aut Græcis ejusdem notionis edenda vocabulis, quæ Scriptorum nomina, vel titulos, aut dignitates in incerto prorſus relinquant. Quis enim Gerardum de Gerardis in Deſiderio Eraſmo agnoſcat, Joannem Palæonhydorum in Joanne de *Oude-Water*, Janum Vittorium *da Roſſi* in Jano Nicio Erythræo, Caſaubonum in Hortobono, ut cæteros prætereeam? Adde, quod niſi vernaculis adjuncti articuli ſerventur, nomina in incerto manent. Atq; id cauſæ fuit, ut vir doctiſſimus, & cui plurimùm debet Rerum familiarumque Francicarum cognitio ac hiſtoria, Andreas *du Cheſne*, qui primo ſe Quercetanum nominaverat, poſtea *Ducheſnium* appellaverit. Quam tamen ſcribendi rationem non probarunt alii, qui *Cheſneum*, vel *Cheſnium* laudarunt: cùm in *Ducheſnius*, duplex litera majuſcula debeat præponi, altera articulo, altera ipſi nomini, quod Latinæ ſcribendi rationi omnino repugnat. Quod quidem in memoriam revocat Ludovicum *de la Cerda* Societatis Jeſu, virum admodum eruditum, qui in[a] Adverſariis ſacris cum Nicolao Abramo [a] *p.* 497. ejusdem Societatis paulò acriùs expoſtulat, quòd ſe *Lacerdam* laudaſſet: *Nicolaus, inquam, Abramus* (ait ille) *cujus ego nomen meliùs teneo quàm ille meum, qui me citans Lacerdam nominat. Ego enim Joannes Ludovicus de la Cerda nominor. Itaque Cerdam debuiſſet dicere, non Lacerdam. Sed ignoſco homini, ignoranti noſtrum idioma: apud Hiſpanos enim La vicem habet articuli, ut la plaça, la terra, la yglesia. Rurſum dicitur de la plaça, de la terra, de la yglesia.* Ita ille non probaſſet Ducheſnium dici, quem tamen hac nomenclaturâ laudari par eſt; cum ita ſe ipſe appellari voluerit. Quæ quidem tot hac ſuper re ſententiæ effecere, ut plerique ſatius duxerint, ſua, prout vernaculè obtinent, nomina, libris ſuis præponere, ut, quæ fuerint, percipiat ſciatque Lector, Scriptoribus cæterum, à quibus nominandi erunt, prout quisque cenſuerit, ea deſcribendi facultate ultro conceſſa. Atque hæc obiter obſervaſſe ſuffecerit.

XVI. Enimverò, ut redeat, unde divertit oratio, quis adeò imperitus, qui non modò complura ex omnium ferè gentium idiomatibus in Latinam Linguam immiſſa fuiſſe non ſciat peregrina voca-

bula, & ab ipsâ sui origine, & quando maximè efflorescebat, atque adeò inclinato & collabente Romano Imperio; sed & subinde in cæteras Linguas omnes? Scribit [a] Fabius, peregrina verba ex omnibus propemodum gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa, in Latium venisse. Notum illud ex [b] Suetonio, cùm quidam verbum peregrinum pro Latino usurparet, & ad reprehensorem Augusti auctoritatem opponeret, audivisse statim, Cæsarem Gallos Romanâ civitate donare posse, Gallorum verba non posse. Sed & tradit S. [c] Hieronymus, omnium penè Linguarum verbis usos Hebræos: & [d] Jornandes: *Nemo est*, inquit, *qui nesciat animadverti usu pleraque nomina gentes amplecti, ut Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi plerumque mutuentur Hunnorum.* Rectè igitur dixit [e] Rhenanus, existimare se, hodie Linguas omnes non nihil esse mixtas, puram nullam. Quot enim ab Arabibus, vel Mauris, quibus diu paruere, accepta vocabula servant Hispanicæ provinciæ, quorum Catalogum contexuere Tamaridus, cum Nebrissensis Lexico excusum, & [f] Bernardus Aldretus in Originibus Linguæ Castellanæ? Quot ab Anglo-Saxonibus major Britannia? quot à veteribus Francis Francia nostra? Cùm, ut ait idem [g] Rhenanus, satis constet, provincialem Gallorum sermonem ex peculiari illâ veterique Linguâ multas adhuc habere voces inmixtas; ex Germanica, quam Franci intulere, quam minimùm; sed tamen aliquid. Quot denique Catalania ac Aragonensis tractus, ipsaque Italia à Provincialibus nostris voces accepit? Tametsi non desunt, in quibus est [h] vir plurimùm eruditus, qui Bembum carpant, quòd voces, quarum origo, ajunt illi, acumen ejus effugerat, Gallis Provincialibus adscripserint, cùm tamen nemo ignoret, eam Galliæ partem, id est, Narbonensem, ideò Provinciam appellatam, quòd prima ex Gallicis Imperio Romano subjecta, & in provinciam redacta fuerit. Quod sanè etsi verum sit, non ideò tamen sequitur Provincialia idiomata non accepisse Catalanos & Italos, cùm quæ hodie servant, non pro Hispanicis vel Italicis à probatis Scriptoribus habeantur, tametsi Hispanica & Italica Lingua, perinde ac Provincialis, Latinæ origines suas debeat, cùm, ut ait [i] S. Hieronymus, *unaquæque provincia & regio habeat proprietates suas.* Iis porrò non immoror, qui plerasque ex vulgaribus Linguis Græcæ ortus suos debere contendunt, quod de Francica hodierna Joachimus Perionius & Henricus Stephanus, de Italica Monosinius, [k] de Hispanica Matutius & Aldretus, de Anglica Stephanus Skynnerus, qui verborum Catalogos subinde contexuere, quæ à Græcia profluxisse volunt. Neque potiori jure audiendi illi, qui omnes ferè vulgares Linguas ab Hebraica accersunt, in quibus est [l] Stephanus Guichardus. Sed & autor est [m] Josias Simlerus, Conradum Gesnerum meditari cœpisse origines Germanicorum vocabulorum ex Hebræa, Græca, & Latina Lingua.

XVII. Verùm ut Franci nostri armorum gloriâ ac bellicâ fortitudine, rariùs affinitatum jure, quod Austriacis Principibus accidit, Imperium suum in regiones exteras longè latèque propagarunt,

[a] Quintil. l. 1. c. 9.
[b] Sueton.
[c] In cap. 7. Isaia.
[d] L. de Reb. Get. c. 9.
[e] L. 1. Rer. Germ. p. 116.
[f] Aldretus l. 3. c. 15.
[g] L. 2. Rer. Germ. p. 117.
[h] Octav. Ferrarius.
[i] In Matth. c. 26.
[k] Matute in Prosapia Christi, ætat. mundi 2. c. 4. §. 5. Bern. Aldret. l. 1. de Orig. Ling. Castell. c. 1.
[l] In Harm. etymol. Linguar.
[m] In Vita Conr. Gesn.

garunt, ita Linguam eò ſuam transtulere. Hanc enim ſi non transmiſſam omninò, ab ea ſaltem vocabula complura mutuatos earum incolas, & in ſuam ſenſim intuliſſe conſtat. Ex quo factum poſtea ut in acta & diplomata, quæ, ut fieri tum ſolebat, Latino exarata idiomate à Notariis vel amanuenſibus conſcribebantur, eadem in Latinam terminationem deflexa perſæpe insererent. Ejusmodi quippe multa in iis occurrunt, & apud Hiſtoriarum Scriptores, quæ cùm indigenæ hodie haud agnoſcant, in eorum genuinâ retegendâ notione ſæpe laborant; præſertim verò quæ Leges ſpectant, cùm Europa ferè univerſa ſuas à Francia noſtra mutuò acceperit, ipſasq; admiſerit. Quæ enim regio ab eorum armis intacta, vel cui non aliquando imperaverit? An utrumq; Imperium Francorum non fuit? Occidentali initium & incrementum dedit Carolus Magnus, tenuit id ejus ſtirps diu, eoque nomine non Germaniæ modò; ſed & toti Italiæ jus dixit. Paruit Orientale, & Conſtantinopolis ipſa Flandrenſibus, & Curtenæis è ſtemmate Francico proceribus. Græcia ferè univerſa eadem tempeſtate noſtros agnovit dominos, iisque in regionibus ſtabilitæ Leges Francicæ, quomodo ſervatam Linguam Francicam docent eorum diplomata, ex qua in Commentarios ſuos retulere interdum vocabula Græci recentiores Hiſtorici. Calabriam, Apuliam, & Siciliam Normannos noſtros obtinuiſſe quis ignorat? quibus vario jure ſucceſſere deinceps Principes è Sanguine regio, qui & Hungariæ, Poloni, Majoricæ, Corſicæ, Sardiniæ poſſedere ſubinde regna? In iis porrò ſervatâ Linguam Francicam, maximè in Regum Palatiis, ſatis docet[a] Hugo *Falcandus*. Narrat enim, cùm plerique ex aulicis, qui in Regium Cancellarium conſpiraverant, Comitem Henricum, Reginæ fratrem ab ejus amicitia divulſum, ad Regni negotia capeſſenda impellerent, illum reſpondiſſe: *Francorum ſe Linguam ignorare, quæ maximè neceſſaria eſſet in Curia.* Hieroſolymitanum & Cyprium Regnum ſua perinde debent initia & progreſſus Francis noſtris, qui & Linguam & Leges ſuas eò intulerunt, ſemperque ſervarunt, quamdiu iis paruit. Regum Hieroſolymitanorum & Cypriorum ſervantur etiamnum Leges, Aſſiſiarum nomine, noſtro conſcriptæ idiomate. In Græcia ipſa, ſeu Orientali Imperio, dum Francorum fuit, Lingua pariter *Francica* obtinuit, non Conſtantinopoli duntaxat; ſed & in cæteris, quæ à primaria iſta urbe pendebant, provinciis, diu etiam poſtquam à *Græcis* recepta eſt; adeo ut tradat[b] Raimundus Montanerius, Scriptor Catalanus, ſuâ ætate, hoc eſt, circa annum MCCC. in Moreæ Principatu, & in Ducatu Athenienſi, Linguam Gallicam æquè ac Pariſiis in uſu fuiſſe vulgari: *E parlaven axi bell Frances, com dins en Paris.* Neque intacta ab eorum armis ac dominatione Hiſpania. Ut enim Caroli M. expeditioness Hiſpanicas ſileam, Luſitaniæ Regno initium dedit Princeps Francicus: Catalania diu etiam Reges noſtros, & usque ad S. Ludovici tempora dominos agnovit, indeque Luſitanos & Catalanos complura à Francis accepiſſe vocabula agnoſcit[c] Bernard. Aldredus Cordubenſis Canonicus. Sed & Navarra interior iis paruit, citerior eorum eſt.

[a] *Falcandus de Calamit. Siciliæ.*

[b] *In Hiſtor. Aragon. c. 261.*

[c] *Lib. 2. del Origen. de la Ling. Caſtellana c. 3.*

XVIII. Quid quod majori Britanniâ à Normannis noſtris expugnatâ, Lingua Francica ita propagata eſt in ejus provinciis, ut Anglica

glica & Saxonica, quæ tum vigebant, extinctæ ferme fuerint, adeò ut inter tot Regum & privatorum diplomata, nulla Anglico; sed omnia, aut Latino, aut Gallico idiomate conscripta habeantur usque ad sæculum decimum quartum. Willelmo quippe Normannorum Duci, statim atque firmavit Imperium, primùm curæ fuit, ut Francicam induceret, Anglicam ut barbaram quadam desuetudine aboleret. *Tum enim*, inquit [a] Ingulfus, *cœpit terra sub Rege & sub aliis Normannis Anglicos ritus dimittere, & Francorum mores in multis imitari. Gallicum idioma omnes magnates in suis Curiis, tanquam magnum gentilitium loqui, chartas & chirographa sua more Francorum conficere, & propriam consuetudinem in his & in aliis multis erubescere.* [b] Alibi verò de Normannis: *Ipsum etiam idioma tantùm abhorrebant, quòd leges terræ, statutaque Anglicorum Regum Linguâ Gallicâ tractarentur, & pueris etiam in scholis principia literarum Grammatica, Gallicè, ac non Anglicè tractarentur: modus etiam scribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis & in libris omnibus admitteretur.* Id ipsum tradit [c] alio loco, additque post Normannorum adventum in has provincias, chartas veterum Regum Anglorum pro Monasteriis partim duplicatas tam Gallicâ manu, quàm Saxonicâ descriptas. *Manus etenim Saxonica*, ait ille, *ab omnibus Saxonibus & Merciis usque ad tempora Regis Alfredi, qui per Gallicanos doctores omnibus literis apprimè instructus erat, in omnibus chirographis usitata, à tempore domini dicti Regis* (Guillielmi) *desuetudine viluerat, & manus Gallicana, quia magis legibilis, & aspectui perdelectabilis, præcellebat, frequentiùs in dies apud omnes Anglos complacebat. Et licèt omnibus Anglicis & Normannis manus Saxonica extiterat inusitata penitus & invisa, ac tunc maximè cum gente sua contemptui habita, & nimiùm inaccepta.* In eandem sententiam [d] Robert. Holkotus Dominicanus, qui vixit circa anno MCCCL. *Narrant historiæ, quòd cùm Willelmus Dux Normannorum Regnum Angliæ conquisivisset, deliberavit, quomodo Linguam Saxonicam posset destruere, & Angliam & Normanniam in idiomate concordare: & ideò ordinavit, quòd nullus in Curia Regis placitaret nisi, in Gallico, & iterum quòd puer quilibet ponendus ad literas, addisceret Gallicam, & per Gallicam Latinam, quæ duo usque hodie observantur.* Hisce denique adjungendus [e] Gervasius Tilesberiensis: *Anglos*, inquit, *usus tenebat, filios suos apud Gallias nutrire ob usum armorum, & ad Linguæ nativæ barbariem tollendam.*

[a] pag. 595. [b] 901. [c] p. 912. [d] Lect. 2. sup. Sapientiam. [e] Lib. MS. de Otiis Imper.

XIX. Adeò denique Gallicanæ Linguæ in Anglia usus invaluerat, ac præsertim in Regum Aulâ, ut S. Ulstano Episcopo Wigorniensi, ab inimicis, qui à Regiis illum consiliis amovere satagebant, nihil ferè aliud objectum fuerit, præter simplicitatem & illiteraturam, *quàm quòd quasi homo idiota esset, qui Linguam Gallicanam non noverat, ac proinde Regiis Consiliis interesse non poterat.* Unde ipso Rege consentiente, & hoc dictante depositus est, uti narrat [f] Matthæus Parisius: quemadmodum olim Claudius splendidissimum virum, Græciæque provinciæ Principem; verùm Latini sermonis ignarum, non modò albo judicum erasit; sed etiam in peregrinitatem redegit, ut est apud [g] Suetonium. Ita sensim prorsus extincta ferè Lingua Anglicana in Anglia: quâ de re extat querela [h] Henrici Huntindonensis: *Cui autem non comparet amorem cœlestium, & horrorem terrestrium, si cogitet non solùm Reges eorum,* (Anglorum) *& Principes, & populum deperiisse; verùm*

[f] An. 1659. [g] Sueton. [h] Lib. 1. Hist. pag. 300.

rùm etiam ſtirpem omnem, & Linguam, & mentionem ſimul defeciſſe? etſi de aliis mirum non eſſet, de Lingua tamen, quam unam inter cæteras Deus ab exordio Linguarum inſtituit, mirandum videtur.

XX. Id ſanè ita ægrè tulit populus Anglicanus, ut non ſemel ſuos exoraverit Principes, ut nativæ ſuæ Linguæ uſus tamdiu, in foris præſertim publicis, deſitus reduceretur, abrogareturque penitus Gallicum idioma, cui plebs ægrè adſueſcere poterat: quod tandem ſancivit Edvvardus III. in eo Parlamento, quod Londini celebratum eſt XVII. Kal. Novembr. anno MCCCLXVII. & productum usq; in feſtum S. Bricii, quo die Rex natus fuerat, annis ætatis ſuæ quinquaginta exactis: *In ſuo jubilæo*, inquit [i] Thomas Walſinghamus, *populo ſuo ſe exhibuit gratioſum, reis majeſtatis ſuæ regiæ offenſas indulgendo, vinctos liberè abire permittendo, & exules revocando: ad petitionem etiam Communitatis placita in Lingua materna, & non Gallica verſari juſſit.* Verùm radices jam altiùs fixerat Gallica Lingua, in judiciariis tribunalibus præſertim, in quibus & formulæ fori Gallicani, & feudalia vocabula nimis invaluerant, quàm ut tam facilè convelli poſſet & extingui, uti obſervat Joannes Forteſcutus, Angliæ olim Cancellarius, & Summus Juſtitiarius, adeò ut poſt Edvvardum, extremis etiam ſæculis, rerum forenſium libros Gallico idiomate ediderint aliquot ex Anglicis Juriſconſultis, atque in iis Guillielmus Stanfordius, Raſtallus, & alii. Adde quod eorum [k] feciales verbis Gallicis armorum inſignia etiamnum deſcribunt. Sed præſtat de Gallicæ Linguæ apud Anglos uſu audire differentem eundem [l] Forteſcutum Anglum. In Univerſitatibus Angliæ, inquit, non docentur ſcientiæ, niſi in Lingua Latina: & Leges terræ illius in triplici Lingua addiſcuntur, " videlicet Anglicâ, Gallicâ, & Latinâ. Anglicâ, quia inter Anglos " Lex illa maximè inolevit; Gallica, quia poſtquam Galli duce Wil- " lielmo Angliæ Conqueſtore terram illam obtinuerunt, non permi- " ſerunt ipſi eorum Advocatos placitare cauſas, ſuas niſi in Lingua, " quam ipſi noverant, qualiter faciunt & omnes Advocati in Fran- " cia, etiam in Curiâ Parlamenti ibidem. Conſimiliter Gallici poſt " eorum adventum in Angliam ratiocinia de eorum proventibus " non receperunt, niſi in proprio idiomate, ne ipſi inde deciperentur. " Venari etiam & jocos alios exercere, ut talorum & pilarum ludos, " non niſi in propria Lingua delectantur. Quo & Anglici ex fre- " quenti eorum in talibus comitivâ, habitum talem contraxerunt, " quòd hucusq; in ludis hujusmodi & compotis Linguâ loquuntur " Gallicanâ, & placitare in eadem Lingua ſoliti fuerunt, quousque " mos ille vigore cujusdam ſtatuti quamplurimùm reſtrictus eſt. " Tamen in toto huc usque aboleri non potuit, tum propter termi- " nos quosdam, quos plus propriè placitantes in Gallico exprimunt: " tum quia declarationes ſuper brevia originalia tam convenienter " ad naturam brevium illorum pronuntiare nequeant, ut in Gallica, " ſub quali ſermone declarationis hujus formulæ addiſcuntur. Re- " portantur etiam ea, quæ in CuriisRegiis placitantur, diſputantur, " & judicantur, ac in libros ad futurorum eruditionem reducuntur " in ſermone ſæpe Gallico. Quamplurima etiam ſtatuta Regni illius " in Gallico conſcribuntur: unde accidit, quòd Lingua jam in Fran- "

[i] p. 179.

[k] Ralph. Brook. York, &c.

[l] L. de laudib. Agnl. c. 48.

« cia vulgaris, non concordat aut consimilis est Gallico inter Legis « peritos Angliæ usitato; sed vulgariter quadam ruditate corrupta, « quod fieri non accidit in sermone Gallico intra Angliam usitato, « cùm sit sermo ille ibidem sæpius scriptus quàm locutus.

XXI. Neque in Angliæ modò; sed & in Scotiæ Regno Linguæ Gallicæ usus invaluit: quod ex variis Regum tabulis hoc idiomate, præsertim sub exitum sæculi XII. descriptis colligere licet, apud [a] Matthæum Westmonasteriensem, [b] Thomam Walsinghamum, [c] Guillielmum Prynneum, & alios, cùm ii forsitan se ad Anglicorum, vel etiam nostrorum Principum, quibuscum varia subinde pepigere fœdera, Linguam & mores componerent.

[a] *Matth. Westm. an. 1292.*
[b] *VValsingh. anno 1279: Addit. ad Matth. Paris.*
[c] *Guill. Prynneus in Libert Eccles. Angl. p. 400. 529. 534. 649. 553. 665. 1053.*
[d] *Knygthon. p. 282.*

XXII. Atque hic quidem tam latè porrectus prolatusque Linguæ Francicæ nostrorumque institutorum apud exteras gentes usus, in eam me semper sententiam adduxit, quò existimarem difficile esse, ut, quod sum aggressus operis, ab alio pro rei satis dignitate conficiatur, quàm à Gallo, & eo quidem, qui non modò quâ hodie utimur; sed & exoletam illam, quâ patres nostri loquebantur, cujusque in Gallo-Belgicis provinciis apud vulgus nonnulla supersunt vestigia, probè noverit. Non quòd revera ad id aggrediendum id satis esse putem, cùm & consuetudinum nostrarum municipalium abstrusas voces, & Jurisprudentiæ Gallicæ formulas nosse præterea debeat. Quâ quidem in cognitione licèt non ita me versatum haud diffitear, dicam tamen ingenuè quod res est, plerosque editos ac ineditos, qui præteritis longè sæculis idiomate nostro Francico obsoleto aliquid scripto mandarunt, atque adeo veteres nostros Poëtas sat accuratè evolvisse: quibus absque res nostrates illustrare haud omnino promptum sit. Atque id causæ fuit, ut verba Latino-barbara Francicobarbaris persæpe explicare, & ritus, qui in desuetudinem abiere pridem, rursum in lucem revocare, vel illustrare fuerim conatus. Quæ quidem scribendi ratio in iis, quæ criticam exquirunt manum, haud respuenda hactenus visa est; sed in hoc, quod aggredimur, argumento, eò tolerabilior videri debet, quòd Gallicas voces, Latio utcunque donatas, non tolerabilior videri debet, quòd Gallicas voces Latio utcunque donatas, non aliis ferè quàm Gallicis enucleari posse pro certo sit.

XXIII. Enimverò quod ego de Gallica Gallus, Germanus de Germanica, Anglus, si non de Anglia, saltem de Anglo-Saxonicâ idem judicium feret, cùm in Latino-barbaram Linguam multa irrepserint ab utraque deducta vocabula, ut non defuerint [e] qui satius esse existimarent, edi Glossaria ab unoquoque gentis suæ Scriptore, quia is faciliùs certiusque, quid è suæ nationis genio proficiscatur, per- « spiciet: & cùm varii sic variè operam partientur, solùm superfu- « turum, ut aliquis postea exsurgat, qui pulcrè adeò priorum adjutus « laboribus, hunc judicio bono superaddat, ut ex iis condat opus « plenum justumque, vel ejusmodi saltem quod à perfectione pro- « ximè abesse videatur, cùm nemo verè sit qui unum se perficere, hoc omne posse speret. Et sanè non ut dissimulem, optandum esse, ut in singulis nationibus prodeant viri docti, qui Linguæ suæ idiomata, vim eorum, notionem, origines; sed & desuetas & pridem obsoletas voces

[e] *Vossius in Præf. ad lib. de Vitiis sermon.*

voces adamuſſim inveſtigent, explicentque: cùm in enodandis il-luſtrandisq; ætatis mediæ Scriptorib⁹ non mediocris inde lux affulſura ſit. Et quamquã id utcumq; præſtitere, qui ſingularum Linguarum edidére vocabularia, non eâ tamen, quâ par erat diligentiâ, in id incubuere argumenti, ut ex iis ſuppetat, unde, quæ tot ſubinde enaſcuntur ejusmodi Auctores legentibus, difficultates facilè ſolvantur. Trita enim perſequuntur ferè ſemper, & quæ in uſu ſunt, quæ extra uſum omittunt, nudos vocum ſignificatus, non origines proferunt, fortè quia iis ignotæ. Nam ut in eas inquiratur, eruditione, literaturâ, & lectione plurimâ opus eſt, quibus plerumque carent, qui huic operæ ſtudia ſua curasque conferunt.

XXIV. Sed hæc generatim dicta ſint: neque enim defuêre viri admodum eruditi, qui Linguas ſuas ſubinde illuſtrarunt, Galli, Itali, Germani, Angli, etſi ex iis pauci Linguis obſoletis explanandis operam ſuam contulerint: quæ tamen ferè unica eſt in hocce ſtudii genere neceſſaria cognitio: cùm[a] *ætatis ſuæ verbis loquantur*, iisque potiſſimùm utantur Scriptores, quæ tum cùm ſcribebant, obtinebant: quæ cùm jam à vulgari uſu longiùs receſſerint, nobis prorſus ſint incognita, ita ut in horum evolvendis libris neceſſe ſit hærere Lectoribus, niſi aliunde quidpiam adhibeatur ſubſidii. Ex iis verò qui Linguas ſuas obſoletas illuſtrare conati ſunt, præcipuam imprimis laudem merentur Angli, qui in Saxonica, quæ in tota ferè majori Britanniâ diu obtinuit, enucleandâ, ita inſudarunt, ut absque eorum vigiliis, Anglo-Saxonum Regum Leges, etiam quæ Latio ſubinde donatæ ſunt à veteribus Scriptoribus, haud perciperemus, cùm ejusce Linguæ vocabulis, ut formalibus, ubique aſperſæ ſint, quemadmodum etiam aliquot Regum Normannicorum: in qua quidem palæſtrâ maximâ cum laude verſati ſunt viri eruditiſſimi Henricus Spelmannus, Emericus Caſaubonus, Magni Iſaaci filius, Joannes Sommnerus, aliique, ex quorum Commentariis hauſiſſe nos multa, ingenuè agnoſcimus, tum ad Anglicos Scriptores illuſtrandos, tum etiam ad vocabulorum noſtrorum origines retegendas, cum & Saxonicæ ſuas interdum debeat noſtra, ut longè plura Germanica Lingua, cujus quodammodò matrix habetur.

[a] *Agell. l. 1. c. 10.*

XXV. Enimverò ut in viam redeat, à qua longiùs fortean divertit oratio, & ut de Barbariſmo, quo univerſa Latinitas fœdata vitiataque eſt, quæ ſuperſunt dicenda paucis abſolvamus; Is in privis vocibus, uti jam obſervatum, totus verſatur, quarum aliæ nec uſu nec ortu ſunt Latinæ, quemadmodum βαρβαρολέξεις, ſeu vocabula peregrina, de quibus egimus: aliæ verò ortu quidem ſunt, non tamen uſu, cum apud probatos Scriptores neutiquam occurrant, quæ cum utcumq; Latinæ ſint, aliquid tamen vulgarium locutionum redolent. Innumeras ejusmodi complectuntur Gloſſaria vetera, de quibus mox acturiſumus, noſtrumque complures continet. Aliæ deniq; Latinæ ſunt, vel Græcæ originis; ſed alterius prorſus ſignificationis ab ea, qua uſos veteres conſtat: quæ invectæ tum maximè, cum Religio Chriſtiana in Romanum ac Latinum orbem ſe ſe effudit. Nam cum novis ceremoniis ac ritibus, & à paganicis omnino diverſis conſtaret, uteretur ve: S. Patres, qui florente adhuc Romanorum, ut Impe-

Imperio, ita & Linguâ, vixêre, in explicandis deſcribendiſque Religionis ſuæ myſteriis, ac inſtitutis, vocibus uſi ſunt potiſſimùm, quas Latinitas agnoſceret, vel certè minimè abdicaret, à genuina quantumvis & receptâ notione ac ſignificatione recederent. Factum deinde ut eas interdum inflecterent, & immutarent, novas etiam & priſcis Scriptoribus ignotas adinvenirent, cùm, quæ à Fidelibus percipi vellent ac intelligi, vocabulis purioris Latinitatis reddi vix "poſſe arbitrarentur, quod ſuprà monuimus. Unde Athanaſius apud

> a Vigil. Tapſ. l. 1. contra Arrium c. 11. 12. l. 1. contra Arr. Sabell. & Photin, c. 20.

"[a] Vigilium Tapſenſem, objicienti Arrio novum *Homoouſii* nomen in "Symbolum inductum, reſpondit, Eccleſiaſticæ ſemper moris fuiſſe "diſciplinæ, ſi quando Hæreticorum nova doctrina exurgeret, con"tra inſolentes quæſtionum novitates, rebus immutabiliter perma"nentibus, nominum vocabula immutare, & ſignificantiùs rerum "naturas exprimere, quæ tamen exiſtentium cauſarum virtutibus "congruerent, & quæ magis eaſdem antiquitus fuiſſe demonſtra"rent, non ortus novitatem inſinuarent. Atque id exemplis deinde firmat, aitque, contra primos Hæreticos inductam *Chriſtianorum* appellationem: contra Sabellianos, Patri novum *Innaſcibilitatis*, & *Impaſſibilitatis*, nomen Eccleſiam impoſuiſſe: contra Fotinum, *Filium Deum ex Deo, Lumen de Lumine*: *Similem Patri*, contra Eunomium: ita *Homoouſion*, id eſt, unius ſubſtantiæ, contra Arrium tum primùm

> b S. Hieronym. epiſt. 137. 145.

"dixiſſe. [b] Multa etiam ſunt vocabula ab Hebræis petita, quæ ſine "ulla interpretatione ſervavit Eccleſia, ut eſt illud, *Alleluya*, *Amen*, "*Maranatha*, *Ephod*, *Oſanna*, & cætera, quæ in ſacris Scripturis aſperſa "paſſim habentur, quæ quoniam ex Judæis fuerat congregata, ni"hil ad Credentium ſcandalum innovandum cenſuit; ſed ita, ut à "parvo imbiberant, tradidit. Poſtea verò quàm in univerſas gen"tes Evangelii dilatatus eſt ſermo, non potuêre ſemel ſuſcepta muta"ri. Addit deinde Origenes, propter vernaculum Linguæ uniuscu"juſq; idioma, non poſſe ita apud alios ſonare, ut apud ſuos dicta ſunt, "& multò melius eſſe, non interpretata ponere, quàm vim eorum

> c Id. ep. 29. in Vigilantium, & in 64. Iſa.

"interpretatione tenuare. [c] Mitto conficta ab Hæreticis magis portenta quàm nomina, quæ ad imperitorum & muliercularum animos concitandos, quaſi de Hebraicis fontibus hauſere, barbaro ſimplices quoſque terrentes ſono, ut ſunt Baſilidianorum *Armagil*, *Barbelon*, *Abraxas*, & ridiculum *Leuſiboron*, præterea Latina, *Theſaurus*, *Balſamum*, & aliquot alia Manichæorum. Ita ſcribit Theodoritus, Bor-

> d Chryſoſt. ſerm. 1. de de Anna.

borianos hæreticos Ἑβραϊκὰ ὀνόματα adinveniſſe, καταπλήττειν τοὺς ἁπλουστέρους πειρωμένους. Similia porrò de verbis Hebraicis, quæ retinuit Eccleſia, commentatur Chryſoſtomus, [d] dum ait, ſacrorum librorum Interpretes φοβερὰ τὰ ῥήματα καὶ φρίκης γέμοντα, Adonai, Eloi, & Sabaoth, in Græcum ſermonem noluiſſe convertere, quod vix potuiſſent μετὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς. ſeu propria horum vocabulorum retenta virtute. Verùm omiſſis, quæ admiſit Eccleſia, quot ſunt verba inſolentia, audaciùs tranſlata, & obſoletâ vetuſtate petita, aut poëtica licentiâ uſurpata, quæ in Ora-

> e Quintil. l. 4. c. 1.

tionum proœmiis vitanda præſertim ait [e] Fabius, quibus uſos videmus paulò recentioris Latinitatis ex Chriſtianis Scriptores: qui univerſam ſermonis ſui ſeriem ita iis intricant, ut in iſtis ſenticetis inoffenſo pede Lectori progredi non liceat. Atque, ut alios ſileam, quot ejus-

ejusmodi occurrunt ſalebræ apud Sidonium, Ennodium, & ejusce ævi cultiſſimos aliàs Scriptores? Quot voces Ciceronianæ Latinitati incognitæ, à vetere repetitæ, audaciùs confictæ & translatæ, ex quibus nonnullas interdum ſelegimus, prætermiſſis aliis, quæ ab eruditiſſimis commentatoribus enucleantur, ne in immenſum opus noſtrum excreſceret?

XXVI. Latinam præterea Linguam deturparunt Interpretes, ſeu qui Latio donarunt, vel Græcorum, vel aliarum gentium Scriptorum monumenta. Nam cùm haud planè ea intelligerent; vel vocabula ex Latinis, quibus, quæ intelligebant, redderent, non eſſent ad manum; aut ea minimè agnoſceret Latinitas, tum vel Græcas, vel barbaras Scriptorum voces, Latinâ inflexione malè ſemper formatas, Latinis, quas meliores rebantur, interdum & novas, arbitratuque ſuo confictas, inſeruere. Deinde cùm in Linguis penè omnibus diverſa ſit ſcribendi ratio, diverſusque ſtyli character, fieri aliter vix poteſt, quin ſi quis Scriptoris, quem Latinis verbis vertendum ſuſcepit, mentem exprimere velit omnino, à proba Latinitate non recedat aliquando, vel certè neſcio quid obſcuri ac implexi Lectoribus obtrudat. Οὐδὲ γὰρ πάντως, inquit Jamblichus Chalcidenſis, τὴν αὐτὴν διασώζει διάνοιαν μεθερμηνευόμενα τὰ ὀνόματα. ἐπεὶ καὶ εἰ οἷόν τε τὰ αὐτὰ μεθερμηνεύειν, ἀλλά γε τὴν δύναμιν οὐκ ἔτι φυλάττει τὴν αὐτήν. Ἔχει δὲ καὶ τὰ βάρβαρα ὀνόματα πολλὴν μὲν ἔμφασιν, πολλὴν δὲ συντομίαν, ἀμφιβολίας δὲ ἐλαττόμενος μετέσχηκε καὶ ποικιλίας καὶ τοῦ πλήθους τῶν λέξεων. Quo quidem Barbororum nomine, Hebræos, ſacrasque literas intellexiſſe, cenſent plerique. Hæc certè Jamblichi legerat Hieronymus, cum dixit: *Difficile eſt enim alienas lineas inſequentem non alicubi excidere: & arduum, ut quæ in alia Lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in translatione conſervent. Significatum eſt*, ait ille, *aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam, & dum quæro implere ſententiam, longo ambitu vix brevis viæ ſpatia conſumo. Accedunt Hyperbatorum anfractus, diſſimilitudines caſuum, varietates figurarum, ipſum poſtremò ſuum, &, ut ita dicam, vernaculum Linguæ genus.* His conſona ſunt, quæ [a] alibi ait. Non debere putidâ nos verborum interpretatione torquere, cùm damnum non ſit in ſenſibus, quia unaquæque Lingua ſuis proprietatibus loquitur: & hæc [b] S. Auguſtini, ſcribentis: Habere omnem Linguam ſua quædam propria genera locutionum, quæ cùm in aliam Linguam transferuntur, videntur abſurda. [c] Vigilius Tapſenſis: *Difficiliùs*, inquit, *integritas ſenſuum in aliam Linguam pari poteſt ſermonis venuſtate ſervari*, quæ quidem hauſit ex Chryſoſtomo. [d] Ὅταν γλῶττα ἑρμηνευθῇ εἰς ἑτέραν γλῶτταν, πολλὴν ἔχει τὴν δυσχολίαν, καὶ ἴσασιν ἀκριβῶς ὅτι πολλῶν εἰσιν ἔμπειροι, πῶς οὐ δυνατὸν πᾶσαν τὴν σαφήνειαν τῆς φωνῆς τῆς ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει κειμένης μένειν ὑγιεῖν, εἰς τὴν ἑτέραν μεταβάλλοντας γλῶσσαν. Quanta enim apud Græcos bene dicuntur, quæ ſi ad verbum transferamus, in Latino non reſonant: & è regione quæ apud nos placent, ſi vertantur juxta ordinem, apud illos diſplicebunt. Proinde cenſebat [f] Tullius non exprimi verbum è verbo neceſſe eſſe, ut Interpretes, indi-

[a] Euſeb.

[b] Epiſt. 135.

[c] Lib. de Vera Relig. cap. 50.

[d] Lib. I. contra Eutyc. cap. 15.

[e] De Prophet. obſcurior. S. Hieron. epiſt. 101. cap. 4.

[f] Lib. 3. de Finib.

"indiserti solent, cùm sit verbum quod idem declaret, magis minus-
"ve usitatum: sed quod uno Græci, si aliter non potest, idem pluri-
"bus verbis exponendum. Neque aliter sensit [a] *S.* Hilarius, dum
"ait, ex Græco in Latinum ad verbum expressam translationem af-
"ferre plerumque obscuritatem, dum custodita verborum translatio
"eandem absolutionem non potest ad intelligentiæ simplicitatem
"servare. [b] Quippe dum interpretationis κακοζηλίαν sequimur, omnem
"decorem translationis amittimus: & hæc esse debet regula boni In-
"terpretis, ut idioma alterius Linguæ, suæ Linguæ exprimat pro-
"prietate. Quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in
"OEcumenico Xenophontis, & in Demosthenis contra Æschinem
"oratione fecisse convincimus: & Plautum, Terentium, Cæcilium-
"que, eruditissimos viros, in Græcis Comœdiis transferendis. Ne-
"que ex eo Linguam Latinam angustissimam putet, quòd non pos-
"sit verbum de verbo transferre, cùm etiam Græci pleraque nostra
"per circuitus transferant, & verba Hebraica non interpretatio-
"nis fide; sed Linguæ suæ proprietatibus nitantur exprimere.
[c] Largus Designatianus: *Cavi*, inquit, *fateor, ne ad verbum verba transferrem, quo minùs pleraque Linguarum diversitate congruerent, si parum ponderis in significationibus fieret.* Atque inde fit, ut ejusmodi translationes, quæ verbum verbo reddunt, obscuræ plerumque sint, & pro barbaris ac insulsis à peritioribus habeantur. [d] Ejusmodi est sanè *S.* Irenæi Interpres Latinus (nam Græcè scripsisse Irenæum in confesso est apud eruditos) apud quem plurima sunt ita de Græcis imitata, ut, quid ea significent? vix satis quispiam assequi possit, nisi mediocrem Græcæ linguæ peritiam sibi comparârit. Extat [e] Nicolai PP. I. Epistola ad Michaëlem Imperatorem Constantinopolitanum, qui Romanam seu Latinam Linguam, Scythicam & Barbaram vocaverat, quod quæ Româ, vel ex Italia. Constantinopolim perferebantur Epistolæ, in Græcam translatæ Linguam, barbarum, nescio quid? subolerent, non ex ipso Linguæ Latinæ defectu aliquo; sed quòd ab imperitis interpretibus Græcâ utcumque Linguâ donarentur, ubi sic Pontifex reponit: *Si jam sæpe nominatam Linguam ideò barbaram nuncupatis, quoniam à translatoribus in Græcam dictionem mutata barbarismos generat, non Linguæ Latinæ; sed culpa est, ut opinor, Interpretum, qui quando necesse est, non sensum è sensu; sed violenter "verbum edere conantur è verbo.* Quippe sæpe accidit, ajebat [f]
"Hieronymus, ut dum verbum de verbo exprimimus, &, dum
"syllabas sequimur, perdamus intelligentiam. Quod verò in iis, quæ è Latina in Græcam vertuntur Linguam, expostulant Græci Byzantini, id nos potiori jure in iis, quæ è Græca ejusce ætatis in Latinam translata sunt à nostris, hodie querimur: cum nec Græca, nec Latina dici queant, quæ utriusque Linguæ perperam formatis, imò barbaris omninò vocibus scateant, cùm tot aspergantur salebris, ut quantumvis in Græca priorum sæculorum Linguâ non modò; sed & recentioris ævi, vel etiam in Latina admodum quis versatus fuerit, hærere semper

[a] *Lib. de Synod.*

[b] *S. Hieron. epist. 135. adde epist. 165. c. 3.*

[c] *Largus De sig.*

[d] *Jacob. Billius l. 1. obs. sac. c. 32. lib. 2. cap. 5. lib. 3. c. 10.*

[e] *Apud Baron.*

[f] *Epist. 135.*

ſemper neceſſe habeat. Atque id quidem in unico Anaſtaſio in Geſtis Summorum Pontificum licet obſervare; apud quem tot voces Græcanicæ malè compactæ ac deſcriptæ interſeruntur, ut non à Latinis; ſed ab horum temporum Græcis Scriptoribus ſua hauſiſſe, quibusdam omnino perſuaſum ſit: vel certè nimiâ quadam affectatione à Græca Lingua, in cujus cognitione ſat mediocriter verſatus erat, in ſpeciem eruditionis pleraque mutuatum vocabula. Vel denique, quod longè potius cenſuerim, quod ſuâ adhuc ætate vulgaria illa ac ſemigræca, vel barbarogræca vocabula Romæ & in Italia obtinerent, quò à Byzantinis illata ſenſim fuerant, dum iis illa parebat. In enodandis verò ac diſſolvendis, quæ in hoc Scriptore crebriùs occurrunt, iis difficultatibus, OEdipo ferè ſemper opus eſt: quod inde tamen accidiſſe exiſtimaverim, non quòd ab eo perperam efficta verba, vel reddita; verùm quod ab Antiquariis, Græcæ Linguæ ignaris, malè deſcripta ſint. Sed & ejusmodi Latinorum Interpretum incuriam & ignorantiam attigit [a] Gregorius Magnus: *Indicamus præterea*, inquit, *quia gravem hîc difficultatem Interpretum patimur. Dum enim non ſunt, qui ſenſum de ſenſu exprimunt; ſed transferre proprietatem ſemper volunt, omnem ſenſum dictorum confundunt. Unde agitur, ut ea, quæ translata fuerint, niſi cum gravi labore intelligere nullo modo valeamus.* Quæ quidem Magni Pontificis querela, in eundem etiam Anaſtaſium jure poteſt retorqueri, cùm in Theophanis Hiſtoriæ & aliorum Græcorum ejusce ævi Scriptorum verſione ita ſe geſſerit, ut, dum totus eſt in proprietate Græci ſermonis transferenda, nova finxerit vocabula, Latinitati prorſus ignota, quorum ſignificatus, niſi Græca ipſa vocabula inſpiciantur ac conferantur, ægrè percipi poſſunt ac divinari.

[a] *Lib. 8. ep. 42.*

XXVII. Neque minùs adſcribenda Notariorum, ſeu Tabellionum publicorum imperitiæ Latini ſermonis barbaries. Nam ut res altiùs repetatur, & ab ipſis Principibus barbaris, qui Galliæ noſtræ primi imperarunt, quis non animadvertit, Latinitatis interitum in eorum Legibus, Latinè utcumq; exaratis, in quibus & deſunt Grammaticæ regulæ, & permiſcentur barbara, ignotaque hodie vocabula, vel quòd, quibus ea efferrent, fortè ignorarent, vel, ſi indulgentiùs agendum, quòd formalia & ex iis eſſent, quæ mutari vetaret, non religio; ſed barbarica Juriſprudentia. Si vetera Regum prioris Stemmatis diplomata, cujusmodi ſunt, quæ à Doubleto, veteraque placita, quæ nuper à viro ſummæ eruditionis Joanne Mabillonio edita ſunt, inſpiciantur, nemo eſt, qui profligatam, ac penè extinctam, ejusce ævi Latinitatem non agnoſcat: tametſi fatendum, inter has barbaricas nænias prodiiſſe identidem cultiora longè ſcripta, præſertim ſub ipſa Principatus Francici initia, cùm ſcilicet ſupereſſent adhuc nitidæ elocutionis ſcintillæ quædam: quod ex Sidonii, Aureliani, & ſimilium opuſculis colligimus, & ex aliquot Chlodovæi epiſtolis. Sed abiit ſenſim poſtea in deterius, adeò, ut in laudatis placitis & plerisque veterum formulis, nihil ferè Latinitatis, barbariei plurimum occurrat. Ac ſi aliquantulùm revixit Caroli M. curâ & induſtriâ, rurſumque inſtaurata eſt, haud diu id ſanè ſtetit, bellis civilibus inter Ludovici Pii filios flagrantibus, univerſamque deinde Franciam Normannis invadentibus & depopulantibus. Ita enim ſiluit inter arma Latina Lingua:

ſiluere, vel potiùs extinctæ penitus fuêre diſciplinæ omnes, &, ſi quid ex iis ſuperfuit, Clericos ac Monachos ferè tantùm ſpectavit, quos ad ea ſervanda ſtudia adſtrinxit Eccleſiaſtici ordinis profeſſio. Cùm igitur is mos invaluiſſet, ut quæ in publicum emitterentur diplomata, vel quæ conſcriberentur epiſtolæ, Latino idiomate exararentur, deeſſentque apud Laicos, qui Latinas literas ſcirent, è Clericorum, [a] quos ideo *Literatos* nudè interdum vocabant, ordine, ſibi adſciſcebant Proceres & Magnates, qui amanuenſium & ſecretariorum vices agerent, [b] quos inde *Clericos* ſuos appellabant, vel *Capellanos*, quòd & capellis ſuis domeſticis præeſſent, in iiſque ſacra munia obirent, quod pluribus alibi docemus. Atque hi quidem non adeò erant Latinis imbuti literis, ut nitidè & adamuſſim ſcriberent; ſed cùm has leviter, ſummiſque, ut ajunt, labris attigiſſent, ea utcumque conſcribebant, ita ut ubi Latina, quibus quæ vellent exprimere, non occurrerent, è vernacula Lingua, Latinâ iis datâ inflexione, vocabula depromerent, non obſervatis cæteroquin religioſiùs in ipſa ſermonis ſerie, in quibus minùs verſati erant, Grammaticorum regulis. Quod quidem accidit deinde Actuariis ac Notariis publicis, qui, ut plurimùm mercede conducti, non eâ eſſent, quâ par erat, eruditione, cui ſtudia minimè ſua impenderant, ut dictionis flores nitoremque elocutionis magnopere curarent.

[a] Gloſſ. in Literati.

[b] In Gloſſ. vv. Brevis, Capellanus, Clericus.

XXVIII. Jam verò mirum videri minimè debet, ſi difficilimis temporibus, poſt vaſtationem Romanarum provinciarum, communemque depopulationem, barbaries ipſa conſecuta eſt; ſi, tot inter bellorum tumultus, inter tot gentes exteras, & ab ipſo profectas Aquilone, quæ has torrentis inſtar pervaſerant, diſciplinæ omnes "quodammodo interierint. Quòd ſi, inquit [c] Hieronymus de "Vandalorum & Gothorum in orbem Romanum irruptionibus "agens, juxta inclytum Oratorem: Silent inter arma Leges, "quantò magis ſtudia *S*cripturarum, quæ & librorum multitudi"ne, & ſilentio, ac Librariorum ſedulitate; quodque proprium "eſt, ſecuritate, & otio dictantium indigent? Adde quòd neque publicæ haberentur Scholæ, quas barbari ipſi aſpernabantur: nec veteribus incolis otium facultaſque ſuppeteret, hiſce applicandi rebus animum, quibus aliàs obſtabat rei familiaris anguſtia & egeſtas, quam *diſciplinarum novercam* ſcitè vocat [d] Autor libri de Diſciplina *S*cholarium, Boëtio perperam vulgò ad"ſcripti. [e] Tum enim quemdam ſibi Latinum ſermonem horum "ſæculorum homines eruditi confinxere, qui quidem cum veros "ac genuinos fontes non attigiſſent; ſed, neſcio quos? turbidos ri"vos eſſent ſectati, non omnino; ſed utcumque Latinè loquebantur. Illud etiam appone, ait Sidonius, quod tantùm increbuit ea tempeſtate multitudo deſidioſorum, ut niſi vel pauciſſimi quique meram latiaris linguæ proprietatem de trivialium barbariſmorum rubigine vindicâſſent, eam brevi abolitam defleſſent, interitamque, ſic omnes nobilium ſermonum purpuræ per incuriam vulgi decolorabantur. Enimverò quis neſcit, hanc eſſe ferè ſemper eorum mentem, qui provincias exteras armis quærunt, obtinentque, ut ſubactorum Linguam abhorreant, &, ſi id facilè fieri poſſet, ſuam in eas immitte-

[c] Epiſt. 82.

[d] cap. 6.

[e] Thom. Smith, lib. 1, p. 10.

mitterent? Præſertim verò barbaros iſtos Septemtrionales, qui in totum ferme Romanum Imperium ſe ſe effuderant, literarum ſtudia averſatos, ſatis teſtantur verba iſta ejuſdem [a] Sidonii Apollinaris: *Negotiatores militant, milites negotiantur, ſtudent pilæ ſenes, aleæ juvenes, armis Eunuchi, literis Fœderati:* quâ poſtremâ voce Gothos intelligit. Et alio loco: *Ructat inter cives pugnas, inter barbaros literas.* Sed & tradit [b] Procopius Amalſunthæ, Theoderici Regis Italiæ uxori, graviter quondam ſuccenſuiſſe Proceres Gothos, quòd Athalaricum filium præceptoribus literis imbuendum tradidiſſet: cùm exiſtimarent, literas à fortitudine longè eſſe disjunctas, traditamque à ſenibus inſtitutionem in timiditatem & animi humilitatem plerumque deflectere: itaque oportere, ut in re bellica futurus animoſius gloriaque inſignis, amoto doctorum metu, armis exerceretur. Viluere igitur, ſeu potiùs deſiere hiſce de cauſis in provinciis, quas ii pervaſerant literarum ſtudia omnia, inductaque ſenſim cùm in moribus, tum in Lingua barbaries, apud Nobiliores præſertim, qui Principibus ſuis placere, & in eorum verſari palatiis ambiebant. Manſit interea in plebe vulgaris ille ſermo Romanus, quo illa utebatur antea, cum aliquot ex honoratioribus, utpote à præceptoribus edocti, Latinâ ac tersâ aliquatenus oratione uterentur: non illâ quidem, quæ poſterioribus paulo ſæculis obtinuit; ſed quæ magis ad Latinitatem accederet, atque adeò quam *Quotidianum* [c] Suetonius, *Pedeſtrem Sermonem* vocant [d] Vegetius, [e] Trebellius Pollio, & [f] Vopiſcus: πεζὸν [g] Conſtantinus Porphyrogenitus: *Vulgarem,* [h] *S*erenus *S*ammonicus: *Simplicem,* [i] Honoratus Maſſilienſis, & [k] Eligius Noviomenſis: *Ruralem,* [l] Dinamius Patricius: *Uſualem,* [m] *S*idonius: *Publicum,* [n] auctor Vitæ S. Theodardi: *Plebejum,* [o] *S.* Iſidorus, & auctor Vitæ *S.* Hermelandi Abbatis: *Ruſticum* denique alii. Nam cum ſimplici ſermone, nec affectatis Rhetorum ornamentis chartæ mandare ſe quidpiam profiterentur Scriptores, id ſe ruſtico (quod ſupra attigimus,) ſcribere dicebant, ut qui ad ruſticorum ſeu popularium ſermonem proximè accederet: [o] *aliam enim videtur habere naturam ſermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio.* Quomodo nempe ſcribit [p] Hieronymus, Fortunatianum, natione Afrum, Aquilejenſem Epiſcopum, in Evangelia brevi & ruſtico ſermone ſcripſiſſe Commentarios. [q] Joannes II. PP. in Epiſtola ad Cæſarium, Arelatenſem Epiſcopum: *Qui chartulam iſtam cum ſupradictis titulis Canonum non fuerit aſpernatus, nec pro ruſticitate deſpexerit, &c.* [r] Idacius in Præfatione libri contra Varimadum: *Cujusdam Varimadi Africani propoſitionibus —— ruſtico quidem ſermone reſpondens, &c.* [s] Ruricius Epiſcopus Lemovicenſis: *Exigit ſolliciti cordis affectus, ut imperitioris promatur affatu: nec erubeſcit ruſticitatis opprobrium, dummodo impleat caritatis imperium.* [t] Et alio loco: *Cogitis enim nos auribus peritiæ veſtræ verbis ruſticis injuriam inferre frequenter, dum apices noſtros ſæpius vultis accipere.* [u] Catvvulfus in Epiſtola ad Carolum M. *Placuit mihi ruſtico verbo, quamvis ſicut ſum ignarus, tamen vobis ſcribere in veſtram pietatem, confidens, ut meæ ſtultitiæ venia detur, & veſtra merces apud Deum copioſior fiat.* Et revera ruſticitatem magnam advertere eſt in hac Epiſtola, quæ vix Latina eſt. Prologus MS. in Hiſtoriam Relationis S. Sebaſtiani, ex Codice Vindocinenſi: *Neque in eo verborum phaleras, neque*

[a] *L. 1. ep. 8. lib. 2. ep. 1.*
[b] *Lib. 1. de Bello Goth. c. 2.*
[c] *In Aug. c. 86.*
[d] *In Præfat. l. 3. Artis veter.*
[e] *Trebell.*
[f] *Vopiſc.*
[g] *De Adm. Imp.*
[h] *C. 19.*
[i] *In Vita S. Hilar. Pictav.*
[k] *Homil. 1.*
[l] *In Præfat. ad Vit. S. Maximi.*
[m] *Lib. 4. ep. 12.*
[n] *In Præfat. ad Regul.*
[o] *Quintil. l. 12. c. 12.*
[p] *Deſcript. Eccleſ.*
[q] *Joannes II. PP.*
[r] *Idacius.*
[s] *Lib. 2. ep. 16.*
[t] *Id. ep. 40.*
[u] *To. 2. Hiſt. Franc.*

eloquii venustatem attendatis; non enim qualiter, quantumve volui; sed ferè qualiter quantumque potui, & licet rusticè, verba tamen edidi: ut enim egregius doctor Hieronymus ait: Tolerabilius est verba rusticè, quàm falsa disertè proferre. [a] Helpericus in Prologo ad librum de Computo: *Præsertim cùm sim ingenio rudis, sermone impeditus, & ne rusticano quidem eloquio balbutire sufficiens, &c.* Denique [b] auctor Vitæ S. Silvini Episcopi Tolosani in Prologo: *Præfata Abbatissa eam* (Vitam olim scriptam) *investigans, in corruptis membranulis, jamque nimiâ vetustate ex parte deletis, quàm sæpius relegens animadvertit, partim rusticè, partim vitiosè compositam, ferè juxta normam literalis artis.* [c] Rusticum sermonem appellabant, qui artis Grammaticæ regulis, aut Rhetorum figuris apprimè non esset subactus; sed nudus ac simplex, quemadmodum etiam appellatur à Lactantio; sed & ab Honorato Massiliensi in Vita Hilarii Pictaviensis: *Si peritorum turba defuisset, simplici sermone rusticorum corda nutriebat.* "Et à [d] Ratherio Veronensi: *Simplex autem, & ut ita dicam, penè rusticus,* "*cùm totus sermonis textus altus possit videri sapientibus, à nobis ideo minimè vilius* "*est commutandus.* Quare non invenustè dici videtur, ajebat Quintilianus, aliud esse Latinè, aliud Grammaticè loqui, id est, secundum exactiores Grammaticæ Leges, quemadmodum loquuntur ii, quos *Scholasticos* vocabant. [e] Severus Sulpitius: *Sedebat autem,* inquit, *S. Martinus in sellula rusticana, ut est in usibus servulorum, quas nos rustici Galli Tripetias, vos verò Scholastici, aut certè tu, qui de Græcia venis, Tripodas nuncupatis.* Rusticum igitur sermonem non humiliorem paulò duntaxat, & qui sublimi opponitur, appellabant; sed eum etiam, qui magis reperet, barbarismis, solœcismisque scateret, quem appositè [f] Sidonius *squamam sermonis Celtici,* alibi, *rubiginem trivialium barbarismorum* vocat, *rusticum* scilicet *& impolitum sermonem,* ut est in Epistola Eadburgæ apud [g] Baronium, & sicuti describitur ab [h] Anonymo in Miraculis S. Agili: *Sed & si quis movetur rusticitate sermonis, solœcismorumque inconcinnitatibus, quia minimè vitare studui, audiat, quia regnum Dei non est in sermone; sed in virtute, neque apud homines bonos interesse, utrum vina vase aureo, an ligneo propinentur?* Rusticum igitur ferè semper appellabant, qui nullis vel Grammaticæ, vel Orthographiæ legibus astringitur; ut rusticos Scriptores, [i] *qui rusticitatis enormitate incultique sermonis ordine sauciant, imò deformant examussim normatam orationis integritatem, politumque ejus lumen infuscant ex arte prolatum.* [k] Gellius: *Quod nunc autem barbare quem loqui dicimus, id vitium sermonis, non barbarum esse; sed rusticum; & cum eo vitio loquentes, rustice loqui dictitabant.* [l] Publius Nigidius: *Rusticus fit sermo, si aspires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbarismus, qui ante Divi Augusti ætatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint? nondum equidem inveni.* In ejusmodi rustici insulsique sermonis specimen afferre placet Epitaphia aliquot, quæ in urbe Lugdunensi leguntur, ut alia ejusmodi prætercam, ex quibus colligere liceat, qualis fuerit Latinæ Linguæ apud vulgares usus, vel certè, quantùm à primæva sui puritate, & *ab ubertate Gallici nitoreque sermonis,* quem mirè prædicat [m] Hieronymus, in deterius sensim prolapsa sit, quinto potissimum sæculo. Primum à I. Spono [n] sic describitur:

†EPITAPHIUM HUNC QUINTVIS (*quod intuis* pro *intueris*) LECTOR BONE RECORDATIONIS AGATI NEGUTIATORIS MEMBRA QUIESCUNT, NAM FUIT ISTE STACIO MISERIS ET PORTUS EGINIS OMNEBS

[a] Helperic. ap. Mabillonium in Analect.
[b] Apud Castell. p. 841.
[c] Gellius l. 13. c. 16.
[d] In Præf. ad Vitam S. Vrsmari.
[e] Dial. 2. de Vita S. Martini.
[f] Lib. 3. ep. 3. l. 4. ep. 10.
[g] An. 725. num. 23.
[h] Lib. 1.
[i] Diomedes l. 1. de Orat.
[k] L. 13. c. 6.
[l] In Commentariis Grammat.
[m] S. Hieron. ep. 4.
[n] In Antiq. Lugdun. p. 48. 49.

OMNEBS ARTS FUIT PRECIPUE LOCA SANCTORUM ADSEDUE ET EIEEMOSINAM ET ORATIONEM STUDUIT. VIXIT IN PACE ANNIS LXXXV. OB. VIII. KAL. APRILIS LXI. PC. JUSTINI INDICT. QUARTA. Alterum ita concipitur: ✝HOC TUMULO JACET BONOM MEMORIOM RAPSO CUI VIXIT ANN. XXXV. Tertium denique: HOC TUMULO QUIESCIT BONE MEMORIE CESARIUS VIXIT ANUS XIV. REQVIBIT IN PACE SUB DIE X. KAL. DECEMBRIS ANASTASIO ET RUFO VV. CC. (an. 482.)

XXIX. Non mirum igitur si Carolinis sæculis, vel paulò antè, in Gallia, Italia, & Hispania, sic deturpata deinceps fuerit Latina Lingua, quæ barbarorum illuvie toties fœdata fuit: quod, qui cognoscere volet, legat ex Hispanicis Scriptoribus unicum Elipantum, Archiepiscopum Toletanum, cujus extant fragmenta quædam inter[a] Alcuini opera: legat ex Gallicis, ut de Italicis sileam ac Longobardicis, plebejos illos Annales, quos edidit[b] Andreas Duchesnius, de quibus ita[c] Regino Prumiensis in Chronico: *Hæc, quæ suprà expressa sunt, in quodam libello reperi, plebejo & rusticano sermone composita, quæ ex parte ad Latinam regulam correxi.* Neque aliæ sunt Marculfi, & quæ à viris doctissimis subinde editæ sunt Formulæ, quas cum nævis suis, ex ipsis scriptis codicibus, rursum publicâ luce donavit[d] V. C. Stephanus Baluzius, quibus ille novas adjunxit longè magis barbaras, & quæ ubique ferè OEdipo indigeant, ut quæ nullâ verborum connexione cohæreant, barbarisque passim inspergantur vocabulis: quod certè non ipsis modò Scriptoribus; sed descriptoribus interdum adscribendum facilè mihi persuaserim.

a p. 998.
b To. 2. Hist. Franc.
c Regino.
d In nova Edit. Capitul.

XXX. Neque tamen ejusmodi Latinæ Linguæ inducta sensim & longiùs propagata depravatio effecit, ut illius deleretur usus omnino, cùm à vulgo etiam intelligeretur: quod satis arguunt tot, quas manibus terimus, Latino idiomate conscriptæ, & ad populum habitæ in ædibus sacris homiliæ à Præsulibus Africanis, Gallis, Hispanis, aliisque, quas quidem publicè non recitassent, si ab omnibus intelligi se debere non essent arbitrati. Sic nempe hodie in provinciis nostris Gallicis, in quibus tot penè Linguæ Gallicæ usurpantur idiomata, quot eæ numero sunt, Lingua purior Gallica ab omnibus intelligitur in publicis concionibus. Fatendum tamen ante Carolum M. literarum disciplinarumque in Galliis ita evanuisse studia, ac Linguæ præsertim Latinæ, ut stante Regum nostrorum priorum Stemmate, vix se se tantillum extulerit: quod probant, quæ de veteribus formulis suprà observavimus, & de Chilperici Regis Latinis seu barbaro-Latinis Scriptis tradit Gregorius Turonensis. Id etiam testatur[e] Anonymus Scriptor de Miraculis S. Florentii: *Liberales siquidem artes*, inquit ille, *usque temporibus Domini Karoli Imperatoris, prædecessoribus nostris ita extiterunt extraneæ, ut in Galliæ regionibus etiam inter summos Pontifices vix aliquis, negligentiâ præpediente, reperiretur, qui urbanitate eloqui synodales saltem valeret venustate exolvere definitiones. Sed quoniam, favente Deo, instantiâque Domini supradicti Imperatoris, quæ vetustiores neglexerant, moderniores adsecuti sunt.* Et[f] Scriptor Vitæ S. Urbani Lingonensis Episcopi: *Exterarum quippe persecutio gentium, & intestina etiam bella Regum, sic postponi fecerant liberalium studia literarum, ut usque ad tempora Caroli M. vix possent in Galliis inveniri, qui in scientia Grammaticæ artis*

e Ex Cod. MS.
f Ex Cod. MS.

artis essent efficienter instructi. Id ipsum profitetur [a] Carolus ipse in ea Constitutione, quam edidit de Scholis, per singula Episcopia & Monasteria instituendis: *Nam cùm nobis in his annis à nonnullis Monasteriis sæpius scripta dirigerentur, in quibus quod pro nobis fratres ibidem commemorantes sacris & piis orationibus decertarent, significaretur, cognovimus in plerisque præfatis conscriptionibus eorundem & sensus rectos, & sermones incultos: quia quod pia devotio interiùs fideliter dictabat, hoc exteriùs propter negligentiam discendi Lingua inerudita exprimere sine reprehensione non valebat, &c.*

a Apud Sirmond.

XXXI. Quòd verò suprà laudatus Scriptor Anonymus de Galliæ nostræ in Lingua Latina barbarie ante Caroli M. tempora, idem de Hispania post Saracenorum irruptionem testatur [b] Alvarus: ubi neglectis & posthabitis Scripturis sanctis, earumque sacris Interpretibus, quotquot supererant Christiani, Arabum Chaldæorumque libris evolvendis incumbebant, *gentilitiâ eruditione præclari, Arabico eloquio sublimati, Ecclesiasticam pulcritudinem ignorantes, & Ecclesiæ flumina de Paradiso manantia, quasi vilissima contemnentes, legem suam nesciebant, & Linguam propriam non advertebant Latini, ita ut ex omni Christi Collegio vix inveniretur unus in milleno hominum genere, qui salutatorias fratri posset rationabiliter dirigere literas, cùm reperirentur absque numero multiplices turbæ, qui eruditè Chaldaicas verborum explicarent pompas.* Quod quidem abundè firmat, quæ de Elipanto Toletano suprà diximus. Sed & inde satis arguimus, unde tot voces Arabicæ in Hispanam, subinde se se intulerint.

b In Indiculo luminoso.

XXXII. Neque eâ in re felicior fuit Britannia post Saxonum, ac Danorum maximè irruptiones, ut ex [c] Ælfrico docemur, cujus verba hîc apponam: *Sedulò cavendum est igitur Dei servis & viris Ecclesiasticis, ne in diebus nostris sacra deferveat aut deficiat eruditio, quemadmodum per paucos jampridem annos in Anglia contigit, ita ut Anglicorum Sacerdotum nullus, donec Dunstanus Archiepiscopus & Ethelvvaldus Episcopus in vita monastica doctrinam resuscitassent, epistolam Latinè scribere, aut interpretari posset.* Dunstanum verò Archiepiscopum Cantuariensem, ut *artium liberalium in tota insula post Regem Alfredum excitatorem mirificum*: quemadmodum Athelvvaldum, quem alii Adilvvaldum & Ethelvvodum vocant, Wintoniensem Episcopum, *ob sanctitatis studium & doctrinarum exercitium* commendat [d] Willelmus Malmesburiensis. Vixit uterque obiitque Alfredo regnante, [e] qui quidem extinctas ferè in Anglia literas primus excitavit, scholas publicas Oxonii instituit, & optimates suos ad literaturam addiscendam in tantum provocavit, ut ipsi filios suos, vel, si filios non haberent, servos saltem suos literis commendarent. Obiit ille anno DCCCXCIX. successoremque habuit Edvvardum cognomento Seniorem.

c Ælfric. in Præfat. ad Grammat. Saxon.

d p. 56. 244.

e Brompton. p. 884.

XXXIII. Sic porrò in disciplinis sorduit Gallia nostra, usque ad tempora Caroli M. *qui*, ut ait [f] Monachus Egolisinensis, *à Roma artis Grammaticæ & computatoriæ magistros secum adduxit in Franciam, & ubique studium literarum expandere jussit. Ante ipsum enim Dominum Regem Carolum in Gallia nullum studium fuerat liberalium artium.* Quod quidem maximi Principis in liberales artes studium, ita etiam prædicat [g] Alcuinus in Epistola ad eundem Carolum M. *Nec fastidiosa segnities legentium benevolentiæ magistri justè deputari debet, si plurimis inclitum vestræ devotionis studium*

f Mon. Egolism. in Vita Caroli M. an. 787.

g Epist. 10.

studium sequentibus forsan Athena nova perficeretur in Francia: imò multò excellentior, quia hæc Christi nobilitata magisterio omnem Academicæ exercitationis superat sapientiam. Et[a] Lupus Abbas Ferrariensis scribens ad Eginhardum: *Amor literarum ab ipso ferè initio pueritiæ mihi est innatus, nec earum, ut nunc à plerisque vocantur, superstitiosa otia fastidio sunt. Et nisi intercessisset inopia præceptorum, & longo situ collapsa priorum studia penè interiissent, largiente Domino meæ aviditati satisfacere potuissem. Siquidem vestra memoria per famosissimum Imperatorem Karolum, cui literæ usque eò deferre debent, ut æternam ei parent memoriam, cœpta revocari, aliquantùm quidem extulere caput, satisque constitit, veritate subnixum præclarum dictum: Honos alit artes, & accenduntur omnes ad studia gloriâ.* Quod verò subdit de honore, literatis hominibus à summo Principe impenso, observatum etiam ab ipso[b] Eginhardo: *Artes liberales studiosissimè coluit, earumque doctores plurimùm veneratus, magnis sublimabat honoribus.* Neque minori postea studio Romanas ac Græcas disciplinas coluit Carolus Calvus, Magni ex filio Ludovico nepos; quod testatur inprimis[c] Hericus Monachus S. Germani Autisiodorensis in Epistola illi inscriptâ, ad Vitam ejusdem Sancti, carmine à se editam: *Multa sunt vestræ monumenta clementiæ, multa symbola pietatis. Illud vel maximè vobis æternam parat memoriam, quòd famatissimi avi vestri Caroli studium erga immortales disciplinas, non modò ex æquo repræsentatis, verùm etiam incomparabili fervore transcenditis: dum, quod ille sopitis eduxit cineribus, vos fomento multiplici tum beneficiorum, tum auctoritatis usquequaque provehitis, imò, ut sublimibus sublimia conferam, ad sidera perurgetis. Ita vestrâ tempestate, ingenia hominum duplici nituntur adminiculo, dum ad sapientiæ abdita persequenda omnes quidem exemplo allicitis, quosdam verò etiam præmiis invitatis.* Ac tandem concludit: *Quidquid igitur literæ possunt, quidquid assequuntur ingenia, vobis debent.* [d] His proinde Principibus, ne quid ampliùs dicam, sua debent initia Scholæ publicæ ac Monasticæ, & omnium disciplinarum in Francia instauratio, dum interim duplex apud vulgus vigeret idioma, Francicum scilicet & Romanum. Francici enim usus erat in Regum nostrorum Palatiis stante potissimùm[e] primo Regum Stemmate, atque adeo sub Carolo M. & Ludovico Pio, cùm ii Linguâ suâ Sicambrica loquerentur, quod ab aliis observatum; apud reliquum verò vulgus, & quod à Romanis Gallis ortum duxerat, Lingua, uti vocabant, Romana seu rustica ac semibarbara semper obtinuit, quæ, ex quo Imperii provinciæ inter Ludovici Pii filios partitæ sunt, qui Germanicis imperavêre, Theotiscam, quam & [f] *Barbaram* vocabant: qui Francicis, Romanam servarunt, quod potissimùm ex [g] Fœdere, quod inter illos pactum est, licet colligere, in quo Ludovicus II. Romanâ, quæ Caroli erat; Carolus Theotiscâ, quæ Ludovici, sacramentum præstiterunt, cùm uterque plebem circunstantem, Ludovicus Theotiscâ, Carolus Romanâ antea essent allocuti.

XXXIV. At quam Romanam nostri, *Limosinam* appellavere non modo [h] Itali; sed & Hispani præsertim, apud quos diu in usu fuit. Ex quo enim exacti ex Hispania Mauri, redactum est potissimùm vulgare idioma ad tres Linguas, Vasconicam, seu Biscainam, quæ in Biscaja, Navarra, Guipuscoa, & Alva obtinuit: Castellanam alteram, quæ rarioris fuit usus, utpote barbaris aspersa vocabulis, à quibus

[a] *Epist.* 1.
[b] *In Vita Caroli M.*
[c] *Heric. Monach.*
[d] *V. Gloss. in v.* Schola.
[e] *Freherus.*
[f] *V. Gloss. in* Barbarus
[g] *Nithard. l.* 3.
[h] *Dant in Purg. cant.* 26.

tum demùm eſt purgata, cùm ad unicum Principem tota Hiſpaniarum poteſtas rediit. Hâc autem Linguâ uſi præſertim Caſtellani, Toletani, Leonenſes, Aſturienſes, Extremadurenſes, & Granatenſes. Sed & viguit in Gallicia, Andaluſia, Luſitania, ac Aragonia, exteris ſubinde vocabulis, Arabicis, Francicis, aliiſque intermixtâ. Tertia denique fuit Limoſina, cujus uſus fuit in Catalania, in Comitatibus Ruſcinonenſi & Ceritanenſi, in Aquitania, Occitania, atque adeò, ut Scriptores Hiſpani volunt, in ipſâ Regum noſtrorum aulâ. A Catalania in Valentiæ, Majoricæ & Minoricæ Regna poſtea tranſiit, quòd ea ad Barcinonenſes Principes perinde ſpectarint.

XXXV. De Limoſinæ Linguæ origine ac nomenclaturâ varia varii ſcripſerunt. [a] Calca, [b] Eſcolanus, & [c] Andreas Boſchus à Lemovicum, urbe Galliæ notiſſima, denominatam volunt, indeque in Catalaniam transiiſſe, cùm Francorum noſtrorum exercitus, Pyrenæos montes transgreſſi, has inſedere provincias, ex variis tum gentibus conflati, maximèque ex ea Occitaniæ parte, in qua ſita eſt urbs *Catalens*, cujus incolæ toti Cataloniæ nomen dedêre, uti Catellus & Hiſpani Scriptores volunt. Utut ſit, conſtat idem eſſe ferè Catalanorum idioma, quod Provincialium noſtrorum, quod in Catalaniam inductum à Comitibus Barcinonenſibus vero proximum eſt, ex quo Provinciæ Comitatum ſuis adjunxêre dominiis. Ea quippe Lingua nitida adeò, florida, culta ac polita habita eſt, ut nulla ferè extiterit regio, in quam non immiſſa fuerit, cùm maximè in Principium aulis magno in pretio haberentur Poëtæ Provinciales, eorumque poëmata, ut genio quaſi dotata ſingulari, ubique ferè legerentur. Eſcolanus & Boſchus de hac Lingua ſcribentes, ajunt, quod fuit *tant gratioſa, corteſana, ſententioſa, y dolça, que noy ha llenga que ab mes breus paroles, diga mes ales, y meillors, conceptes tenint en tot una viva ſemblança ab ſa mare Latina. Ella fonc la que la donà Principi al verſos, y rimes que uſaron en Roma, cantant ab elles ab ſo de conſonancies, las diſſonancies de las paſſions ab aguts y dolços penſamens, &c.* Subdunt deinde hujus idiomatis vocabulis crebriùs poëmata ſua aſperſiſſe Petrarcham, quod obſervarunt etiam ejus Interpretes. Raimundus Montanerius, qui vixit circa annum M CCC. Hiſtoriam ſuam hac Linguâ exaravit: & [d] Carbonellus in Chronico, ejuſdem idiomatis tabulas variaque acta deſcripſit.

[a] Calca in Catalania c. 16.
[b] Eſcolanus in Hiſt. Valentiæ to. 1. c. 14.
[c] Andr. Boſch de titul. honor. Catalan. l. 1. c. 2. §. 4. ſ. l. 2. c. 17.
[d] In Chron.

XXXVI. Certè Linguam hanc, Provincialem ſcilicet, in Regum noſtrorum Palatiis primitus uſitatam, evincunt, quæ ex ea delibavit [e] Nithardus, à quo Romana appellatur, quæ haud omnino diverſa ab ea, quâ utuntur Provinciales noſtri: quod facile “erit aſſequi utramque comparanti. Unde rectè, opinor, dixit [f] “Vadianus, Salicam Legem Romanos, hoc eſt, Provinciales vo- “care, qui Romanâ, id eſt, Provinciali Linguâ utebantur; cùm “Provincialium nomine omnes de Alvernia, & Vaſconia, & Go- “thos Provinciales appellatos autor ſit [g] Raimundus *de Agiles*. Ut vero res plana fiat, placet Sacramentum Ludovici Regis, cujus meminimus, Romana Lingua deſcriptum à [h] Nithardo hic proponere: *Cumque Karolus*, inquit, *hæc eadem verba Romana Linguâ peroraſſet, Lodhvvicus, quoniam major natu erat, prior hæc deinde ſe ſervaturum teſtatus eſt: Pro Deo [i] amor, & pro Chriſtian poblo, & noſtro comun [k] ſalvamento diſt*

[e] Lib. 3.
[f] Lib. de Monaſt. Germ.
[g] In Hiſt. Hieroſol.
[h] Bodin. l. 5. c. 6. p. 633.
[i] amur.
[k] ſalvament.

dist di en avant, in quant[a] *Deus*[b] *savir*[c] *& podir me dunat*, [d] *si salvarejo cist meon fradre Karlo, & in adjudha, & in cadhuna cosa, si cum om*[e] *per dreit son*[f] *fradre sal-var dist*, (l. *dust.*) *in o*[g] *quid il mi altre si*[h] *fazet, & ab Ludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit.* Quæ sic Latinis istius seculi verbis sonant: *Pro Dei amore, & pro Christiano populo, & nostro communi salvamento inantea* (seu deinceps) *in quantum Deus sapere & posse mihi dederit, sal-vabo*, (seu salvum & incolumem præstabo) *hunc meum fratrem Karolum, & in auxilio, & in unaquaque causa* (i. re Gall. *chose*) *ut homo per drictum* (seu jus) *suum fratrem sal-vare debet*, in *eo, quod ille mibi alter faceret, & cum Lothario nullum placitum unquam capiam, quod meâ voluntate huic meo fratri Karolo in damno sit.* Sacramentum verò populi Romana pariter Lingua sic describit idem [i] Nithardus: *Si Lodhvvigs sagrament, que son fradre Karlo jurat, conservat, & Karlus* [k] *meos sendra* (f. senior) *de suo* [l] *part non los* [m] *tanit, si jo returnar non* [n] *lint pois, ne jo ne veuls* (al. neuls) *cui eo returnar* [o] *int pois in nulla adjudha contra Lodhvvig nun si juer.* Id est, Lingua ejusce ævi Latina, quantum licet assequi: *Si Ludovicus sacramentum, quod suo fratri Karolo jurat, conser-vat, & Karolus meus senior ex sua parte non illud tenet, si ego retornare non possim, vel nolim ad eum retornare, in nullo ei auxilio ero contra Ludovicum.* Ubi observare licet in Romana veteri ista Lingua, servatas ac usurpatas aliquot Latinas voces, *ut amor, nunquam, jurat, conser-vat, contra, in damno sit*: præterea alias Francis nostris haud ita pridem in usu, ut *salvare jo*, ubi nostri *sauverai-je, adjudha*, pro *ayude*, quomodo Picardi dicunt: *meon vol*, ubi nostri, *mon voill, &c.* Quædam etiam alia occurrunt vocabula malè descripta, ut *salvar dist*: legendum enim *dust*, i.e. *debet*: nam Theotiscum hoc loco præfert, *scal*, quod idem sonat apud Keronem: & in sacramento populi, pro *meo sendre*, Bodinus habet *sender*; sed legendum videtur *senior*, quæ vox vulgaris usus etiam erat. Pro *tanist*, Bodinus habet *taint, i. tenet*, quemadmodum Normanni etiam efferunt. Quæ sequuntur paulò intricatiora sunt: *si jo returnar non lint pois*, hisce reddidi: *si ego retornare nequeo*, sic enim Theotisca sonant; *nemag* quippe idem valet quod *nequeo, non possum*: *mag* exponitur *possum* apud Keronem. Reliqua, quæ non magis expedita, nescio, an bene reddiderim? *ne jo, ne neuls*, al. *veuls, cui eo returnar nit pois*, ubi *pois* Theutonicè redditur *mag, i. possum.* Neque etiam voces postremæ planæ sunt, *nun li juer*, ubi legendum puto *fuer*, *i. fuero*, nam Theotiscum hoc loco præfert *ne vvirdhit*, quæ vox, vel certè *vvirthit*, quæ eadem est, *fuerit*, exponitur in Capitulari Theotisco Ludovici Pii apud [p] Brovverum, ut *theru*, non semel pro *ipse, ille*, ponitur, quæ vox occurrit in eodem sacramento: ubi enim *ne neuls*, Theotiscum præfert *noh thero.* Atque hæc quidem Romana Nithardi, licèt mendis utcumque carere non dubitem, velim Lector conferat cum veteri charta vernacula in Ruthenensi Comitatu, ubi Lingua Lemovicina perinde usurpata, sub Ludovico VI. hoc est, circa annum MC. exaratâ, quam descripsimus ex Tabulario Abbatiæ [q] Conchensis, ut idioma ejusce ævi cum idiomate ævi Carolini comparet. *Ego in Dei nomine, ego Hector, & Pontius de Cambolas, & ego Falcas, daquesta hora ad enant ella villa de Pradis, home ni femena de las crodes enins non y prendren, ni lyferen, ni ly queeyren, ni son aver, no ly tolren, ni fac*

a *salvament.* b *ds.* c *a ir.* d *pordi.* e *salverio.* f *por.* g *fradra.* h *qui id nu altre si faret.*

i *Bodin.* k *meo sender.* l *par.* m *taint.* n *lust.* o *me. vel nit.*

p *In Proparasc. Annal Trevir. n.* 14.

q *Ch.* 566.

nou la faren, ni deforas los crous home ny femena que sien en la villa sia esta dehors, se per forfactura que faran aquez no no fazian, & à quo no faran tro el Abat, & al Priour, quella villa tenria clamat o acsem una vice vel duas. Et se els reddezer nos o fazio que non pressen subre nostre dreich, & senescian, & o efrangrian fers XIII. dias al so monimemt del Abbat, o de so messatgue, o del mongue que la vila tenria, o de so messatgue, o emenderan aissi o tenren, & o atendren per se, & senes engan per es saints Evangelis. Authores Ademarus, Ruthenensis Episcopus, & Odolricus Archidiaconus, & Guillelmus & Azemarus Dauriat, Bac de Petra bruna, Folquenis de Segur, Bernardus, qui vocatur Græcus, Bernarz Guiralz della Salas, Bernarz de Cannet, Deusdet de Cannat, & Peire de la Vallada, Rainalz lo Monges, & altre molt que ouiro, & que audiro. Regnante Ludovico Rege.

XXXVII. Inter hæc tamen non extincta omnino Latina Lingua, licèt in senium quodammodo abierit, totque etiam barbararum gentium colluvies hanc vel deturparit, vel absumpserit, cùm neque posthac ampliùs usu hominum frequentaretur: hanc enim qui in literis utcumque versati fuere, vel sacris ordinibus initiati, ut rerum Ecclesiasticarum studiis necessariam excoluerunt. Quinetiam servata ab ipsis (quod mirari licet) barbaris Romanorum provincias pervadentibus: cùm hac, tum in legibus suis, publicisque decretis, tum etiam in actis, quà publicis, quà privatis, tanquam quæ ab omnibus intelligeretur, usos passim legamus, quia fortè Linguam suam nativam, ut barbaram insulsamque ejus pronuntiationem aures mollioribus assuetas naturaliter refugere persuasum haberent: quod non in Galliis modò; sed & in cæteris, quæ Romanis olim paruerant, provinciis accidisse comperimus. Vel certè quòd iis potissimùm Romanis scriberentur, quos subjugarant, qui longè potiori majorique erant numero quàm barbari ipsi, quibus ii parebant, cùm denique Romanis Gallis ignota prorsus esset Lingua barbarica. Id porrò non minimè ad Latinæ Linguæ commendationem conducit, quòd inter tot barbararum gentium ubique ferè terrarum quasi exundationes se se utcumque servarit incolumem: ita ut Romana Ecclesia propriam sibi effecerit, & cæteræ nationes, etiam remotissimæ, & quas Romani nunquam attigerant, non in Scholis modò publicis; verùm etiam in actis ferè omnibus eâ usi legantur. Unde ortum deinde ut Ecclesia Romana, *Latinæ Linguæ* nomenclaturâ intelligatur in quodam [a] Stephani PP. IX. diplomate *In quorum sorte non inferius Cluniacense Cœnobium, quod ab ipso suæ fundationis primordio hactenus evibrat longè latèque sanctæ conversationis jubar sanctissimum: adeò ut faciendo & docendo extiterit, & existat Gallicanis, Germanicis, Italicis, & planè cunctis Latinæ Linguæ Monasteriis forma atque speculum.* Atque id quidem in Gallia nostra sic obtinuit, ut & acta publica ac privata pleraque & suprema Curiarum judicia, Latino fere idiomate semper describerentur, quod seriùs desitum Francisco I. regnante.

[a] *In Bullario Cluniac. p. 15.*

" XXXVIII. [b] Accidit deinde, quod fieri solet, ut gnavi homi-"nes & industrii, tanquam frugi patres-familiâs, quæ in sua "cujusque ætate fuerunt vocabula, tanquam variorum cujusdam "longi anni temporum baccas & fruges & vindemiam, in Libros, "quasi in quasdam cellas & horrea & specus condiderint antè longo "tempore, & invexerint. Itaque quædam in dulcibus ac suavibus Com-

[b] *Thomas Smithus l. 1. de pronunt. Lingua Gr. p. 9.*

Commentationibus, tanquam in melle & paſſo, & defruto ſervata, quædam in contentionibus acribus & vehementibus, quaſi in quodam ſalſo atque aſpero ſucco & durâ muriâ cooperta, quædam in parvis & exilibus opuſculis, quaſi in ſeriis, & cupis, & doliolis, quædam in magnis & ingentibus voluminibus, tanquam in vaſto ſpecu atque horreo concluſa, usque ad nos integra, illæſa, intacta, pura, putaque venerunt. In hoc penu eſt, quidquid illius veræ ac veteris Linguæ fœtus ac fructus fuit, quicquid extra eſt, ſpurium eſt, adulterinum eſt, nec Germanum ac verum; ſed adſcititium ac ſuccedaneum. Et quamquam plurima quidem amiſimus per temporis injuriam, quæ vel extincta prorſus interierunt, vel abdita, neque dum reperta ignorantur, magnum tamen theſaurum, & infinitam copiam Græcarum ac Latinarum vocum reperimus, ac in uſu habemus. Nam præterquam quòd in veterum Scriptorum monumentis patet omnibus, emerſere ſubinde rei literariæ ſtudioſi, quibus curæ fuit ſelecta utriusque Linguæ, ac reconditiora etiam vocabula colligere, & poſteritati ſervare, Gloſſarum nomine in publicum hactenus emiſſa. In iis porro Gloſſis non modò probæ nitidæque Latinitatis vocabula; ſed etiam antiquata, obſoleta, interdum etiam recens inducta, denique & barbarica vitiataque inſerta ſunt ab earum deſcriptoribus, qui tritico ſuo infelicia inſperſerunt lolia, ſeu, ut ait, [a] Hepheſtion, ἀψινθίῳ κατέπασαν Ἀττικὸν μέλι. Quò factum deinceps, ut, dum nullo delectu, ejusmodi vocabulis utuntur imperiti [b] *qui ruſticum putant omne, quod noſcitur, quibusque adulterium Linguæ etiam placet*, non jam Latinè loquuntur; ſed barbarè cùm iis, à quibus exaratæ ſunt Gloſſæ (de primis earum auctoribus loquor) non ea mens fuerit, ut horum vocabulorum promiſcuus eſſet uſus; ſed ut cum apud Scriptores occurrerent, ſignificatus à Lectoribus perciperetur. Unde rectè dicebat [c] Varro, *inductis non tam iraſcendum, quàm hujusce pravitatis patronis.* Propterea Gloſſas appellarunt Græci Linguam ſecretiorem, ut γλωσσήματα, voces minùs uſitatas; quæ ſcilicet à veteribus Scriptoribus inductæ, à communi uſu receſſerant, quemadmodum γλῶσσαν definit [d] Galenus ὅσα τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα, inquit, γλώττας καλοῦσι. Et infrà: Ἡ γλῶσσα παλαιόν ἐστιν ὄνομα τῆς συνηθείας ἐκπεπτωκός. Neque aliter [e] Theon Sophiſta: Τὰ ἀρχαῖα, τὰ πάλαι συνήθη, νῦν δὲ ἐκλελοιπότα. Atque his addit Galenus ea vocabula, quæ à quibusdam è veteribus inventa, ab aliis tamen deinceps nec admiſſa, nec uſurpata ſunt: unde conficit duo eſſe genera Gloſſarum, ſcilicet, ἢ τοῦ κοινοῦ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος, τῆς ἐπικρατούσης συνηθείας, ἢ τοῦ γινομένου πρός τινος τῶν παλαιῶν, μὴ παραδεχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν, quomodo, ſubdit ille, Hippocrates τὰ μὲν ἐκ τῶν ὄντων οὐ συνήθων ὀνομάτων παραλαμβάνει, τὰ δὲ αὐτὸς ποιεῖ, τὰ δὲ καὶ τοῖς σημαινομένοις ὑπαλλάττει. Quibus quidem poſtremis verbis tertium Gloſſarum genus inducit, eorum ſcilicet vocabulorum, quorum genuina ſignificatio in aliam detorquetur, quod Dioſcoridem, & Artemidorum Capitonem non ſemel feciſſe [f] obſervat: cujusmodi etiam complura occurrunt apud Latinos ævi medii Scriptores, præſertim Eccleſiaſticos, quæ in noſtro Gloſſario explicantur. Ita igitur librum ſcripſit Galenus, τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησιν, in quo enucleat,

[a] Hepheſtion Rigaltii.

[b] S. Hieron. ep. 22. c. 13.

[c] Lib. 8. de Ling. Lat. Quintil. l. 1. c. 2. 14.

[d] Galen. in Gloſſ. Hippocrat.

[e] Theon. p. 34.

[f] In verbo ἀπεβράσθη.

 οὐ μόνον

οὐ μόνον ὅσα τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς ὑπάρχοντα συνήθη τῶν ὀνομάτων, οὐκέτι ἐστὶν ἐν ἔθει νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅσα κατά τινα τρόπον ἴδιον αὐτὸς ἐποιήσατο ὁ Ἱπποκράτης, ἢ μετενεγκὼν ἀπὸ τοῦ συνήθους, ἢ σχῆμα περιθεὶς ἕτερον, ἢ τὸ σημαινόμενον ὑπαλλάξας. Sed & γλώσσας Græci propriè vocabant ξενικὰ, seu pe- a Aristot. de Poët. & de Rhet. b Clemens Alex. l. 1. c Theon. p. 30. d Athen. regrina vocabula, uti docent[a] Aristoteles & [b] Clemens Alexandrinus: ξένα nempe τὰ ὀνόματα, τὰ ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ συνήθη, ut ait[c] Theon Sophista. Ejusmodi fuêre Diodori Ἰταλικαὶ, Hermonis Κρητικαὶ, & Philemonis Ἀττικαὶ γλῶσσαι, quæ laudantur ab[d] Athenæo, & aliis, quibus adjungi possunt Phrynichi & Thomæ Magistri editæ Ἀττικῶν ὀνομάτων συλλογαί. Laudantur præterea nonnulli alii Glossographi ab eodem Athenæo, scilicet Pamphilus, Philetas, Timarchidas, & Nicander Colophonius, qui γλώσσας Heroico versu scripsit, unde ἐποποιὸς appellatur: ut & Dioscorides Junior ab Galeno. Appollodorus Cyrenæus à Suida, Zenodotus, Silenus, Himerius. Hanc denique vocem ad Poëticorum vocabulorum explicationem sua ætate traductam, e Plut. de Isid. & Osirid. f Pollux. g L. 2. p. 420. ait[e] Plutarchus: Ὧν (ὀνομάτων) τὴν ποιητικὴν ἀνακαλουμένην διαβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζουσαν, οἱ γλώττας τὰς τοιαύτας προσαγορεύοντες. Ita etiam latiori fortè, quàm par est, extensione, retulit[f] Julius Pollux. Et certè *Glossulas Poëticas* memorat alicubi[g] Diomedes. Enimverò cùm in ejusmodi Glossis, unà cum obsoletis, confictis, & peregrinis, vulgò etiam receptæ, & quæ in communi usu versantur, insertæ fuerint, factum deinceps ut *Glossas* promiscuè dicerent quasvis dictiones quæ aliis ex- h Pag. 327. 527. i In Grammat. plicarentur: vel *Glossulas*, uti appellantur in[h] Glossis ab Henrico Stephano editis, ubi λέξεις exponuntur. Neque aliter[i] Alcuinus, scribens *Glossam esse unius verbi vel nominis interpretationem*. Eâdem fermè ratione Glossas acceperunt recentiores Grammatici, ut ex Ugutione & Joanne de Janua colligimus, quorum hæc sunt: *Glossa est expositio sententiæ & ipsius literæ: quia non solùm sententiam, sed & verba attendit. Vel Glossa est expositio sententiæ, literam continens & exponens: unde & dicitur Glosa, quasi Glossa, id est Lingua, quia tanquam Lingua doctoris adesset, exponeret, sic literæ exponendæ insistit, & vim enucleat.* Hîc porrò non moror ineptas recentiorum Grammaticulorum nugas. Eadem deinde ratione *Glossemata* dicta vocabula minùs usitata, uti observatum ex Quintiliano: quæ vox, licèt ex nullo Græco Scriptore afferatur, k Lib. 6. de Ling. Lat. l Sosip. l. 1. Inst. Gram. m Diomed. l. 2. occurrit præterea apud[k] Varronem, à quo laudantur, *qui Glossemata interpretati sunt*, & apud[l] Sosipatrum. Hinc quinque genera locutionum statuit[m] Diomedes, Rationale, Artificiale, Historicum, Glossematicum, & Commune: ubi Glossematicum videtur illud, quod ex Glossis, seu vocibus antiquatis ac peregrinis, vel etiam ex earum collectione conflatum est, qualis est illa Glossarum sylloge, quæ Isidorum autorem præfert, seu ille Hispalensis fuerit, sive quisquis alius, in qua obsoletæ complures, & quæ rariùs alibi occurrunt, habentur ab antiquariis perperam sæpe descriptæ. Hæc porrò fusiori sermone disseruimus, ut Lector tandem perciperet, cur nostro operi titulum indiderimus Glossarii potiùs quàm Dictionarii, cùm vetera aliquot, & obsoleta à priscis Latinis olim usurpata, à recentioribus rursum, nescio quo fato? reducta, præterea barbara seu peregrina, Latina etiam; sed novatæ significationis, hoc est, quæ à recta, & eorum proprio significatu deflectunt vocabula contineat;

tineat;

tineat: atque ut verbo dicam, quæ Latinitas, ſeu[a] *incorrupta loquendi obſervatio ſecundùm Romanam Linguam*, non agnoſcit.

XXXIX. In his igitur, quarum meminimus, Gloſſis, ſeu Gloſſariis, Latina interdum vocabula miſcentur, ab ultimis jam obliteratis temporibus repetita, quæ ſtudio peculiari, nulloque ſæpe delectu uſurpata ſunt ab inferioris ævi Scriptoribus in ſpeciem quandam reconditioris doctrinæ, [b] quòd verba à vetuſtate repetita non ſolùm magnos aſſertores habere; ſed etiam afferre orationi majeſtatem exiſtimarent, cùm & auctoritatem antiquitatis habeant, &, quia intermiſſa ſunt, gratiam novitati ſimilem parent: [c] Et, ut ait Sidonius, *nova verba* videantur, *quia vetuſta*. Tametſi opus ſit modò, ut neque crebra ſint hæc, neque manifeſta, quia nihil odioſius eſt affectatione. Deinde penè ridiculum eſt, malle ſermonem, quo locuti ſunt homines, (quem *veternoſum dicendi genus* appellat [d] Sidonius) quàm quo loquantur, quod exprobatum olim [e] Tuberoni IC. legimus, qui ſermone antiquo affectavit ſcribere, ex quo parum grati ejus libri habiti ſunt. Sed & [f] Octav. Auguſtus monebat, vitandos eſſe reconditorum verborum fœtores, præcipuamque curam habendam ſenſum animi quàm apertiſſimè exprimere: irridebatq; Tiberium, exoletas interdum & reconditas voces aucupantem, & M. Antonium ut inſanum increpabat, quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potiùs homines quàm intelligant. Ajebat denique dandam operam, ne moleſtè ſcribamus, aut loquamur: [g] "

Iam Saliare Numæ carmen qui laudat, & illud
Quod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:
Ingeniis non ille favet, plauditque ſepultis,
Noſtra ſed impugnat, nos, noſtraque lividus odit.

XL. Idipſum longè poſtea objecit[h] Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo, qui in Scriptis ſuis plurima ex ejuſmodi Gloſſulis collecta abſtruſa vocabula nullo judicio interſeruerat: *Verba quoque*, inquit, *abſtruſa, & undecumque per Gloſſulas collecta & ſine ratione poſita, quæ in hoc ſcripto tuo poſuiſti, ſicut & in aliis Domino Regi & mihi olim directis congeſſiſti, redarguunt, te typo jactantiæ, cùm dicat*[i] *Apoſtolus: Vocum novitates devita, &: Malo quinque verba loqui in Eccleſia ad ædificationem, quàm decem millia verborum in Lingua. Qui enim Linguam, in qua natus es, non ſolùm non loqui, verùm nec intelligere, niſi per interpretem potes, cùm ſuppeterent ſufficienter verba Latina, quæ in his locis ponere poteras, ubi Græca & abſtruſa, & interdum Scotica, & alia barbara, ut tibi viſum fuit, nothata atque corrupta poſuiſti.* Et infrà: *Nos etiam moderni Gloſſarios Græcos, quos ſuatim Lexicos vocari audivimus; ſed & ſapientum ſcripta de nominibus abſtruſis habemus, & adeò ſenſatuli ſumus, ut dictatiunculas eò uſque circumducere & producere poſſimus, quatenus verba Græca vel abſtruſa de Gloſſariis adſumpta in admirationem vel ſtuporem neſcientibus ſeu ſcalpentibus aures habentibus proferre poſſimus.* Denique in [k] Concilio Duſiacenſi I. eundem Laudunenſem ſic carpit: *Quapropter nunc tibi iterum, Frater, ſcribo, non pueriliter ſermonibus per Gloſſulas exquiſitis, ut ſtudes, quo ſine ullo intelligentiæ ac inſtructionis fructu, à fatuis inanes admirationis rumuſculos capias, nec quaſi aërem verberans, vel mundanæ ſapientiæ verbis, aut ſæculari militiâ tecum pugno; ſed virtute diſpoſitionis divinæ, &c.* Ubi ſanè Gloſſaria,

quæ

[a] Diomed. l. 1. Maxim. Victorin. de Re Gramm.
[b] Quintil. l. 1. c. 11.
[c] Idem Lib. 4. Epiſt. 3.
[d] Lib. 1. ep. 1.
[e] Lib. 2. D. de Orig. Iur.
[f] Sueton. in Aug. c. 86.
[g] Horat. l. ep. 1.
[h] In Opuſc. 55. Capit. c. 43.
[i] 1. Timoth.
[k] Part. 2. c. 20.

quæ ab Henrico Stephano, deinde à Bonaventura Vulcanio edita sunt, videntur intelligi, cùm eo, quo uterque vixit Hincmarus ævo, in Francia nostra passim haberentur, vel etiam Linguæ Græcæ cognitio Carolo Calvo regnante utcumque floruerit, quod testatur [a] Hericus Monachus S. Germani Autissiodorensis in ejusdem S. Vita carmine à se editâ, quem sic alloquitur in Epistola illi inscripta: *Luget Græcia, quam sui quondam incolæ jamdudum aspernantur, vestrâ potiùs magnanimitate delectati, studiis allecti, liberalitate confisi: Luget, inquam, se olim singulariter mirabilem, ac mirabiliter singularem à suis destitui. Dolet certè sua illa privilegia, quod nunquam hactenus verita est, ad climata nostra transferri.*

[a] Hericus Mon. in Vit. S. Germani.

XLI. Inter tot autem, quæ labentibus sæculis prodiere, Glossaria, seu λεξικά, primas procul dubio tenere illa debent ac præferri cæteris, cùm propter venerandam, quâ præstant potissimùm, antiquitatem, tum ob extincta ferè, ac oblivione sepulta, quæ in lucem rursum revocant, reconditioris Latinitatis vocabula. Atque ea jure merito ut incomparabilia passim venditantur à [b] viris eruditis, quorum auctorem Justiniani ævo superiorem fuisse existimant: à Professoribus fortè ac Grammaticis Constantinopolitanis, qui in utraque Lingua florebant circa ea tempora, quod ex Prisciano & aliis colligere licet, condita: in quibus tamen reperiuntur voces aliquot, vel obsoletæ, vel à veteribus tantùm usurpatæ, vel denique quas cultior Latinitas omnino non admiserit. Id præ cæteris observatum à Salmasio, in libro de Hellenistica: "Multa, inquit, idiotica vocabula in hisce Glossis occurrunt, quæ, cum apud idoneos auctores non extent, & cum Gallica plerumque Nostratia ex his derivata sint, liquet inde, plebeji ea tantùm usus fuisse, non doctorum indaginis. Talia sunt *Matta*, pro *tegete*, nunc *Nattam* dicimus: item *Storea*, pro eodem; *Sculna*, pro sequestro: & infinita. *Scordalus*, pro feroce, quo usi Seneca & Petronius: at illi trivialis sermo & plebejus objectus est à Criticis: *Cocio* & *Arillator*, pro negotiatore: *Vissire*, pro flatum à parte postica emittere: cujus verbi mentio apud Lucilium: item *Manuari*, pro furari: *Manuæ*, pro manipulis: *Elutriare*, pro lavare, quo tamen usus est Plinius. Non pauca ejusmodi sordentia vocabula Laberium usurpasse, Gellius notavit, quæ apud eum videri possunt. Cimussa, pro σειρά; *Gerdius*, pro textore. Inexhausta seges est harum vocum idioticarum, quas hîc colligere & explicare non decrevi: hæc ad exemplum sufficiant." Hactenus Salmasius. Servatur etiamnum in Bibliotheca Monasterii S. Germani Parisiensis, unde ea olim depromserat Henricus Stephanus, vetus Codex alter sub Carolo Calvo Rege uncialibus literis à quodam Martino sat malè descriptus, in quo horum alterum, Græco Latinum scilicet, continetur: qui quidem codex mendis licèt ubique scateat, non modicum tamen conferre potest ad emendandum illud, quod editum est. Fuit Ecclesiæ olim Laudunensis, ut ex hac Epigraphe colligitur: *Hunc librum dederat Bernardus & Adalelmus Deo & S. Mariæ Laudunensis Ecclesiæ: si quis abstulerit, offensionem Dei & S. Mariæ incurrat.* Sed quod observandum, Glossario præfigitur epistola, nescio an collectoris, vel auctoris? quam hic describere visum est, ut cuivis liceat de ea judicium ferre:

[b] Lud. Carrio l. 3. Antiq. lect. c. 4. Salmas lib. de Modo usur. p. 703.

ferre: *Dilectissimo Abbati S. M. fidissimus amicus veram in Christo salutem: Lectis epistolæ vestræ literis, Amantissime Abba, per quas me super quibusdam quæstiunculis consulere voluistis, animadverti diligentiam efficacis ingenii vestri nequaquam rerum temporalium tumultibus succumbentem; sed Scripturarum meditationibus laudabiliter inhærere. Atque idcirco dignum est, ut piè pulsanti aperiam, imò ipse per me pandere dignetur, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit, splendor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Accipite igitur* ἐρωτήσεων *vestrarum solutiones, quas de Græcorum fontibus haurire studuimus, & vobis legendas sine præjudicio altioris fortè interpretationis transcripsimus.* Quæ quidem Epist. fortasse scripta fuerit *S*maragdo *S.* Michaëlis ad Mosam Abbati, qui vixit anno *DCCCXX.* cujus nomen vel dignitas hisce literis SM. designetur.

XLII. Laudatur deinde Dictionarium SALOMONIS Abbatis *S.* Galli, postea Episcopi Constantiensis, qui præceptorem habuisse Isonem *S.* Galli Monachum, cujus sunt *G*lossemata in Prudentium, obiisseque dicitur anno *DCCCCIX.* Dictionarii *S*alomonis meminit [a] Chronicon Episcopatus Constantiensis, ut & [b] auctor Chronici Augustani, ubi de Henrico Abbate SS. Udalrici & Afræ: *Salomonis Constantiensis Episcopi Dictionarium Magnum, quem Papiam appellant, scribi fecit.* Unde videtur confici, Papiæ nomine donatum, qui sæculo pòst integro vixit, quòd is fortè à *S*alomone pleraque hauserit in eo, quod postmodum composuit, *G*lossario. Salomonianum verò esse non ausim asserere, nullo præsertim auctore, quod characteribus Longobardicis descriptum habetur in duobus grandioribus voluminibus, altero in Bibliothecâ D. Jolii Cantoris Parisiensis à litera A. usque ad literam I. altero à litera I. usque ad ultimam, in Bibliotheca S. *G*ermani Parisiensis; quod integrum in Bibliotheca Vaticana extare etiam didicimus. Longè enim ante Papiam scriptum apparet, cùm multa contineat vocabula, quæ ille non habet, Papiæque non meminerit; sed Scriptores classicos præsertim recenseat citetque, Ciceronem, Virgilium, Placidum, Eutropium, Orosium, Isidorum, Eucherium, Ambrosium, Hipprocratem, Galenum, Origenem, seu eorum Interpretes, prætereaque *G*lossas, quas sæpius nomine *Antiquarum Glossarum* donamus in nostro *G*lossario. *G*lossas *S*alomonis non semel laudat [c] Goldastus, quas extare ait Constantiæ, & in Cœnobio S. Galli, ut & librum de Septem artibus liberalibus. Sed & [d] alibi videtur innuere Glossarium istud, quod ex omnibus veterum *G*lossariis collectum ait, ab Isone Magistro Monacho *S. G*alli, qui obiit anno MCCCLXXI. ut auctor est Hepidannus, nomine discipuli sui *S*alomonis Constantiensis Episcopi fuisse editum. Atque illud quidem Glossarium, quod interdum Longobardicum, interdum Ecclesiæ Parisiensis appellamus, cæteris, quæ subsecuta sunt, jure præferri debet, cùm ex pravis illis ac semibarbaris vocabulis, quæ ea induxêre, vix habeat; præterea quæ ex *G*lossis interdum aliquot laudat; sed synonyma complura, eaque à probis *S*riptoribus repetita contineat. Verùm qui illius auctorem excepere deinceps ejusmodi *G*lossarum collectores, non eo, quo par erat, delectu vocabula suis lucubrationibus

[a] *Chron. Episcopat. Constant. p. 635.*
[b] *Part. 2. c. 2.*
[c] *In Not. ad S. Valerian. p. 102 & ad Versus Columbani, & l. 1. Aleman. p. 392. Simler. in Bibl.*
[d] *Idem Goldast. in Alemannicis p. 230.*

intruſere; ſed poſthabitis iis, quæ cultior agnoſcit Latinitas, nova vel à ſe confictа, vel à ſemibarbaris deprompta Scriptoribus malo, ut ajunt, fato induxêre. Inde enim accidit, ut artium ac diſciplinarum Magiſtri has novitiorum curas & infauſtas racemationes veterum eruditiſſimis perfectiſſimisque Commentariis, qui nativum ſermonem Latinum unà cum lacte materno imbiberunt, anteponerent, & in Scholis ſuis, pueris vel addiſcendas, vel conſulendas curarent. Adeò ut neſciam? an ulla unquam deterior peſtis juventuti corrumpendæ, & à regiâ veterum viâ deducendæ graſſata fuerit, quàm cum profligatis & in exilium miſſis veteribus, diſpendioſi novorum iſtorum hominum Commentarii in illorum locum ſubrogati ſunt.

a Joan. Pitſeus de Script. Angl.

XLIII. [a] Eodem, quo Salomon Conſtantienſis Epiſcopus ſæculo, vixit ÆLFRICUS Anglus, Abbas Abindonenſis, deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui non modò Grammaticam Saxonico-Latinam; ſed & Gloſſarium Latino-Saxonicum, non literarum quidem ordine; ſed ſecundum certa rerum ac argumentorum capita conſcripſit, in quo complura vocabula, aut novè dicta, aut rarioris uſus reperiuntur. Illud Oxonii editum curâ Guillelmi Somneri cum ejusdem Dictionario Saxonico-Latino Anglico ann. MDCLIX. Obiit ille anno MXVI.

b De Script. Eccl.

XLIV. Floruit porrò PAPIAS, cujus paulò ante meminimus, ann. MLXIII. ut eſt in Chronico Alberici MS. non verò anno MCC. ut [b] Trithemius tradidit. Alberici verba ſunt: *Anno MLIII. anno decimo tertio Imperatoris Henrici filii Conradi, Papias librum ſuum, videlicet Elementarium doctrinæ rudimentum edidit: quod probatur per numerum annorum, ubi agit de ætatibus ſæculi in prima litera, & enumerando pertingit usque ad hunc annum.* Proſtat verò ejus Gloſſarium, typis editum curâ Bonini Mombritii, (cujus ſunt Vitarum Sanctorum duo volumina) Venetiis ann. MCCCCXCVI. menſ. April. XIX. Sanè non tam de novo condidiſſe, quàm antea utcumque digeſtum ac elaboratum Gloſſarium auxiſſe videtur ipſe innuere, in Præfatione, verbis hiſce: *Jam verò de hujus artis nomine non prætermittendum videtur, quod quidem & ſi olim quia verbi, & ſimpliciter unius alterius dictionis retinebat interpretationem, Gloſſarium vocaretur; jam verò definitionibus, & ſecundùm regulas notationibus, ſententiis quoque, & multis id genus ſuperadditis, altiùs atque aptiùs Elementarium doctrinæ erudimentum nominari poterit.* In eo porrò condendo decennium inſumpſiſſe teſtantur verſus, adſcripti Papiæ exemplari Aquicinctinenſi, & à viro doctiſſimo Joanne Mabillonio exſcripti, quos hic apponam, ubi neſcio quis Rainaldus nominatur, à quo hic codex deſcriptus fuit:

Si durante die nunquam tenebreſceret orbis,
Viſibus humanis nulla lucerna foret.
Sic in Scripturâ qui proſpicit omnia clarè,
Non eget iſtius commoditate libri.
Sed quoniam quivis, qui noverit omnia, non eſt,
Eſt amplectendus omnibus iſte liber.
Inſtar apis mella collecta labore decenni
Cunctis Papias iſte legenda dedit.
At cibus ut noſter de divite ditior eſſet,
Appoſuit nobis has Raïnaldus opes.

Ne

Ne tali nostra dulcedine mensa careret,
Extitit ejus in hoc officiosa manus.
Istud habe gratum munus, Salvator, & illi
Perpetuam requiem comparet iste labor.
Hunc amet, hunc relegat, hoc delectetur, & omni
Hunc studio servet, Grex Aquicincte, tuus.
Scripti tempus habet qui Ihesu copulat annis
Undecies centum septuaginta tribus.
Noveris ista legens, quòd pro mercede laboris,
Non aurum scriptor postulat, imò precem.
Ergo precem reddes, quoniam pretiosius auro:
Est prece devota propitiare Deum.

Scripsisse prætereа Papiam Epistolarum librum ad diversos, auctor est Trithemius. Edidit etiam Elias Putschius inter Grammaticos veteres Notarum veterum explicationes ex Papiæ Glossario, quas in MSS. Codicibus, quos videre contigit, non animadverti.

XLV. [a] Eâdem ferme tempestate, quâ Papias, vixit JOANNES DE GARLANDIA, Anglus, anno scilicet MXL. Haraldo in Angliâ regnante, qui multa scripsit, atque in iis Synonymorum in arte Alchymisticâ expositionem secundùm ordinem literarum, editam Basileæ cum ejus Alchymiæ Compendio anno MDLX. cujus etiam circumferuntur Synonyma & Æquivoca, versibus descripta, quæ cum Commentario typis edita sunt Coloniæ anno MCCCCXCV. & in scholis vulgò legebantur; quemadmodum [b] Ebrardi Betuniensis Græcismus, seu Liber carmine conscriptus de Figuris, deque octo orationis partibus, editus Lugduni anno MCCCCXC. cum Expositionibus Vincentii Metulini, ejusdemque elementa Grammatica, Lovanii edita: qui an ille ipse sit? cujus Antihæresim contra Valdenses hæreticos vulgavit Jacobus Gretzerus, dubium facit Distichon ab [c] Antonio Sandero & [d] Valerio Andrea allatum:

Anno milleno centeno bis duodeno.
Condidit Ebrardus Græcismum Bethuniensis.

Secundùm enim hos versus Græcismum suum conscripserit ille anno MCXII. Verùm cum vox *bis*, referri etiam possit ad *centeno*, quod sanè magis arridet, proindeque scripserit anno MCCXII. idem censeri potest cum eo, qui contra varias Valdensium sectas, quæ sub exitum seculi undecimi, & initium duodecimi tum primùm innotuere, scripsit. [e] Laudantur prætereа ejusdem Ebrardi Epistolæ secundùm artem dictatæ, ex Bibliothecâ Monasterii Dunensis in Flandria.

XLVI. Papiam excipit UGUTIO Pisanus, qui longè fusiùs ac multâ vocabulorum & ἐτύμων accessione auctius edidit, sive Glossarium, sive Dictionarium, quod MS. in Bibliothecis passim reperitur: nam typis excusum non puto, quod cum ars typographica inventa est, in scholis haberetur illud, quod à Joanne de Janua ex Papiâ & Ugutione confectum est. In Præfatione verò consilium operis & nomen suum ita aperit: Opus igitur divinâ favente gratiâ compo-" nere statuimus, in quo, præ aliis, vocabulorum significationes,"

[a] *Balæus Pitseus.*
[b] *Henricus à Gandavo de Script. Eccl.*
[c] *Sander in Bibl. MSS. p. 222.*
[d] *In Bibl. Belg.*
[e] *Sander. in Bibl. MSS. p. 203.*

"significationum distinctiones, derivationum origines, etymologia-"rum assignationes, & interpretationum reperientur expositiones: "quorum ignorantiâ Latinitas naturaliter indiga quâdam doctorum "pigritiâ non modicùm coarctatur. Nec hoc tantùm ut vitream ce-"nodoxiæ fragilitatem lucrifaciamus, adimplere conabimur, quan-"tùm ut omnium scientiæ literarum invigilantium communis inde "utilitas effloreſcat. Nec minùs descendat in mentem, nos in hoc ope-"re perfectionem insinuatim adhibere cùm in humanis nihil ad un-"guem inveniatur expolitum, licèt aliis de hac eadem re tractanti-"bus quadam singulari perfectione haud injuriâ videri possumus ex-"cellere. Nam hîc parvulus delectabitur suaviùs; hîc adultus uberiùs "cibabitur; hîc perfectus affluentiùs delectabitur: hîc Gignosophistæ "triviales, hîc Didascali quadriviales, hîc Legum professores, hîc "Theologiæ perscrutatores, hîc Ecclesiarum proficient gubernato-"res: hîc supplebitur, quicquid hactenus scientiæ defectu prætermis-"sum est; hîc elimabitur, quicquid à longo tempore malè usurpatum "est. Si quis quærat operis hujus quis actor fuerit? dicendum est Deus. "Si quærit, quod operis hujus fuerit instrumentum? respondendum "est, quòd patriâ Pisanus, nomine Hugutio, quasi Eugetio, id est, bona "terra, non tantùm præsentibus; sed etiam futuris: vel Hugutio, "quasi Vigitio, id est, virens terra, non solum sibi; sed etiam aliis. Et his tamen quis ille Ugutio fuerit, & quo vixerit sæculo, non percipimus: sed id docemur ex Chronico Nonantulano MS. cujus verba hîc de-"scribemus: Per hæc tempora (circa annum M C XCII.) Agno Ugu-"tio, natione Pisanus, Episcopus Ferrariensis, qui datus à Sede Aposto-"licâ Coadjutor Abbati Monasterii Nonantulani prodigo homini, ex "libro Papiæ, qui illic est, librum derivationum composuit. Ejus obitum circa ann. M CC XII. conjicit Ughellus, cui hæc de Ugutione haud nota fuerunt. Laudatur porrò is sub nomine Pisani à nescio quo Poëta infimi ævi MS.

Est commune Gigas, Pisanus ut asserit: unum
Approbo Galterum, qui protulit, Una gigantum.

XLVII. Papiam & Ugutionem exscripsit, auxitque tandem JOANNES DE JANUA, operique suo titulum dedit: *Summa, seu Catholicon*, unde postmodum, quæ prodiere Dictionaria, hoc nomine ferè donata sunt, cui præmisit multa ad Grammaticæ regulas spectantia. Quando verò illud absolverit, hisce verbis indicat in ipso libri fine: *Immensas omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto gratiarum referimus actiones, qui nostrum Catholicon ex multis diversis Doctorum texturis elaboratum atque contextum, licèt per multa annorum curricula in millesimo ducentesimo octuagesimo sexto anno Domini, Nonis Martii ad finem usque perduxit.* Quis verò fuerit, ipsemet in V. *Ianua*, edocet: *Item à Ianua portâ dicta est Ianua, quædam civitas potens, nobilis, pulcra, & dives, juxta mare sita, & est quasi introitus & porta Lombardiæ, Tusciæ, Provinciæ. Hujus civitatis oriundus fuit compilator præsentis libelli, qui dicitur Prosodia vel Catholicon. Compilator siquidem hujus operis dictus Frater Ioannes Ianuensis de Balbis, de Ordine Fratrum Prædicatorum modicus, qui etiam compilavit alium libellum in Theologia, qui dicitur Dialogus de quæstionibus animæ ad spiritum: qui etiam composuit quoddam opus Paschale, ubi scilicet de facili reperitur Pascha, scilicet hoc opus Paschale com-*

compoſuit, antequam Ordinem intraret. Proſtat autem Joannis de Janua Catholicon non ſemel typis editum, ac primùm Moguntiæ in ipſis Typographiæ initiis anno MCCCCLX. cujusmodi videre licuit in Bibliotheca PP. Fulliacenſium Pariſiis; deinde Venetiis, ſcilicet anno MCCCCLXXXVII. quo ſum uſus codice potiſſimùm, & à Magiſtro Ægidio auctum & recognitum, & denuò ab Aſcenſio Badio auctum, Lugduni per Joannem de Platea anno MDXIV. Cæterùm monet[a] Philippus Boſquierus Minorita in Catalago MSS. librorum Bibliothecæ Monaſterii S. Ghisleni Joannem de Luna appellari. Sed vereor, ne malè legerit: de quo hæc ſubdit, *Addo, quòd & ſi*[b] *Eraſm. Roterodamus Catholicon Ianuenſis infamet, & velut de gradu dejciciat, quà Latinitas ſpectatur, ego tamen in rebus Theologicis ſentio non contemnendum.*

[a] *In Not. ad Gerſon. de Laude Scriptor.*
[b] *Eraſm. de Ratione ſtudii & in Colleg.*

XLVIII. Prodiit eadem tempeſtate MATTHÆI SILVATICI Mantuani Dictionarium Medicum: vivebat enim ille anno *MCCXCVII.* ut ipſemet[c] teſtatur, proinde ante an. *MCCCXX.* uti ſcribit[d] Trithemius: quod quidem opus *Pandectas Medicinæ* appellavit, unde *Pandectarius* vulgò indigitatur, in quo voces Latinæ, Græcæ, Arabicæ, & Exoticæ, quæ rem medicam utcumque ſpectant, ita aliis vocibus redduntur, ut ſani aliquid expiſcari haud promptum ſit, propter depravata, ſi non auctoris, ſaltem exſcriptorum vitio vocabula: adeò ut de hiſce Pandectis judicium iſtud ſuum interpoſuerit Otto Brunsfeldius, & ipſe Medicus: *Certè*, inquit, *in re medicâ veteris Pandectarii errata tam manifeſtaria ſunt, ut prorſus perſpecta nemini non ſint, niſi qui ſanæ eruditionis ac veterum Scriptorum nihil attigit: in quo tertia ferè ſemper dictio corrupta vitiataque, aut certè barbara, obſoleta, vel exotica eſt: nec paulò diverſa omnia ab magorum & necromanticorum præſtigioſis nomenclaturis, ut neſcias, rerumnè an malorum potiùs dæmoniorum ſint nomina.* Sed de his videant peritiores Medici, Linguæque Arabicæ potiſſimùm periti, qui unici duntaxat judicium ferre meâ quidem ſententia poſſunt.

[c] *Trithem.*
[d] *In V. Brucus.*

XLIX. Habentur præterea Gloſſæ variæ cum ineditæ, tum editæ in ſacra utriusque Teſtamenti ſcripta, quæ cum ſecundùm libros digeſta ſint, non omnino Lexicorum nomine cenſeri debent: tametſi vocabula, quæ in iis explicantur, Dictionariorum vicem videantur ſupplere. Harum aliæ incertis auctoribus latent in Bibliothecis, quæ non tanti viſæ ſunt, ut editionis ſumptus promererentur. Aliæ ſuos laudant auctores, quas inter maximè eminent hocce titulo inſcriptæ in codicibus Corbeienſis Monaſterii, S. Germani Pariſ. & Collegii Navarrici Pariſienſis: GUILLELMI BRITONIS, *Ordinis Fratrum Minorum opuſculum difficilium vocabulorum Bibliæ, ex Gloſſis Sanctorum, in quo præmittit ſuum præambulum, metro confectum: pòſt proſaicè procedit.* Ita autem hi verſus malè digeſti leguntur:

Difficiles ſtudeo partes, quas Biblia geſtat,
Pandere; ſed nequeo latebras niſi qui manifeſtat
Auxiliante Deo, qui, cùm vult, ſingula præſtat.
Propria ponuntur hæc nomina pauca; ſed oro,
Qui legis indulge mihi, qui brevis eſſe laboro,
Si quem profectum retines, hoc opus eſt Deitatis,
Quicquid non rectum patet hic, quicquid ruditatis,
Supplens defectum, Lector, ſtudio pietatis
Corrige correctum, ſit in uſum poſteritatis.

Scematis ignarus ſtylus eſt, non abnuo limam,
Nam pollere facit opera correctio prim m.
Deſuper irradia ſcribendi gratia Dia,
Sis Dux, ſis ſocia mera lux, & vera Sophi i.

Ad calcem verò libri iſti alii leguntur verſus:

Hic ego doctorum compegi ſcripta ſacrorum,
Floribus auctorum loca certa notando librorum,
In ſerie quorum textus patet hîc poſitorum.
Prævia cunctorum, confirmatorque bonorum
Lux occultorum, via veri, lux dubiorum,
Sit tibi cælorum Rex, gloria, culmen honorum,
Quod completorum datur hîc mihi meta malorum,
Egis egenorum, miſer ô, quia dego Minorum,
Te precor ipſorum comitem me fac meritorum
Sorte beatorum, quòd ſim velut unus eorum.

[a] *Pitſeus.* Fuit autem Guillelmus iſte Brito [a] ex antiquorum Britonum ſtirpe in Cambria natus, ut auctores ſunt ex Willoto Pitſeus, & Waddingus [b] *N. 31.* in Annalibus Minorum [b] ad ann. MCCCLVI., quo ille obiit, ubi & viri elogium perſtringit. Ejus etiam fortaſſe ſunt Synonyma, [c] *Ph. Labb. in Bibl. Mſſ. p. 205.* quæ Britonis nomen præferunt, edita Pariſiis, per Dionyſium Roſſeum an. MDVIII. Hanc eandem lucubrationem perperam [c] alii adſcribunt neſcio cui Joanni Ægidio Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

L. Similis argumenti erat liber inſcriptus MAMMOTRECTUS, in quo voces Bibliorum perinde enucleantur. Nominis rationem & etymon ſic in Prologo prodit auctor: *Et quia morem gerit talis decurſus pædagogi, qui greſſus dirigit parvulorum, Mammotrectus poterit appellari.* [d] *Serm. 2. in Pſal. 30.* Imò *Mammothreptus*, ex Gr. μαμμόθρεπτος, quâ de voce præ cæteris [d] Auguſtinus. Hunc è Regio Lepidi ortum, quæ civitas propè abeſt Mutinâ, appellatumque MARCHESINUM, ex Ordine Minorum, ac floruiſſe in Provincia Bononiæ & Cuſtodia Ferariæ circa an. [e] *Wadding. de Scriptor. Minor.* MCCC. auctor eſt [e] Waddingus: [f] Sixtus verò Senenſis vixiſſe ann. MCCCCL. ſcribit. Is liber primùm excuſus Moguntiæ in ipſis [f] *Sixt. Sen.* artis typographicæ initiis, anno ſcilicet MCCCCLXX. ſervatur enim in Bibliotheca Collegii Navarrici Pariſiis, ad cujus calcem hæc leguntur: *Explicit Mammetractus arte imprimendi ſeu caracterizandi abſque calami exaratione ſic effigiatus, & ad euſebiam Dei induſtriè per Petrum Schoiffer de Gernſehem in civitate Moguntina feliciter conſummatus anno Dominicæ Incarnationis MCCCC LXX. in Vigilia Martini.* Cujus quidem codicis à primis typographiæ repertoribus excuſi non meminit Naudæus in accuratiſſima, quam de ejus ortu inſtituit, diſſertatione. Rurſum deinde Metis impreſſus eſt anno MDIX. ac demum Venetiis anno MDXCVI.

LI. Acceſsêre denique ſub exitum ſæculi decimi quinti, aut ſequentis initium, Dictionaria, librique alii Grammatices, quorum uſus etiam in ſcholis maximè invaluit, ut *Vocabularius compendioſus ex Summa Ianuenſis, Huiguicione, & Papia excerptus*, editus Venetiis anno [g] *Sander. in Bibl. Mſſ. Belg. p. 137.* MCCCCXC. [g] cujus auctorem neſcio quem Nicolaum præferunt quidam codices ſcripti, in Bibliotheca Monaſterii S. Martini Tornacenſis: & *Vocabularius Breviloquus*, typis editus Argentinæ anno

an. MCCCC XCI. uterque Joannis de Janua Catholici Compendium, additis tamen & insertis subinde vocabulis aliquot, non tamen melioris notæ, quæ in Januensi non habentur. Nec scio, an alii sint diversique prorsus ab eo, quem *Papiam abbreviatum* vocant codices MSS. Bibliothecæ Puteanæ? qui libri seu compendii istius auctorem laudant [a] Martinum de arenis sub anno MCCC VII. Prostat præterea Vocabularius alter, *Catholici parvi* titulo donatus, seu Dictionarium Latino-Gallicum, in quo complura vocabula à puriori Latinitate jure proscripta continentur, typis incertis; sed antiquis, (Rotomagi editum laudat [b] Sanderus) ex quo selectas quasdam voces, quòd ineditum putaret, ex MS. Bibliothecæ Thuanæ erutas, libello de Lingua Francica inseruit Philippus Labbeus. [c] Laudatur præterea *Catholicon parvum* Roberti Veisi Angli. Ejusmodi etiam est *Catholicon Armorico-Franco-Latinum à Joanne Lagadec Diœcesis Trecorensis, compositum ad utilitatem Clericorum novellorum Britanniæ*: ita enim libri titulus concipitur, editi Lantriguieri à Joannes *Casnez*, v. Novemb. anno MCCCCXCIX. Prodiere præterea eâdem tempestate Dictionaria varia, scilicet *Vocabularius optimus*, *Gemma vocabulorum dictus*, editus Daventriæ anno MDII. aliud, *Gemma Gemmarum* inscriptum, Coloniæ editum anno MDII. & Dictionarium *Dionysii Nestoris* Minoritæ Novariensis, eodem anno Argentinæ publicatum, qui quidem Catholici & Ugutionis, uti vocat, somnia singulis ferè paginis redarguit. [d] Legebantur denique in scholis sub initium decimi sexti sæculi, & antea, Grammatices libri modò ignoti, ut *Maximiniani Grammatica, Doctrinale Alexandri de Villa Dei, Partionale, & Combinale Grammaticæ*: *Guidonis de Fontenaio Biturici Magna Synonyma, Grammaticæ regulæ, Epitheta, Differentiæ vocabulorum*: quibus successere demum Joannis Despauterii Ninivitæ, qui obiit circa annum MDXIV. & aliorum subinde ejusce generis Grammaticalia opuscula, quibus utuntur hodie scholæ nostrates. Ex iis porrò veteribus Dictionariis vel Glossariis, de quibus hactenus egimus, vocabulorum etymologias interdum describimus, ridiculas & putidas, quibus, quòd non subinde refellantur, nolimus à Lectoribus existimari assensum nos præbere. Neque enim ejusmodi næniis confutandis tanti visum est immorari, cùm quales sint, ex se se satis ostendant: *Horum quippe sententias prodidisse, refutasse est*, quod de hæreticorum perfidiâ ajebat [e] Hieronymus.

[a] *Bibl. MSS. Labb. p. 43.*
[b] *In Bibl. MSS. Belg. p. 152.*
[c] *Pitseus p. 904.*
[d] *Vide Hist. Academiæ Paris. to. I. p. 518.*
[e] *Epist. 54. & Epist. 91. cap. 3.*

LII. Ejusmodi igitur Latina Dictionaria ad amussim minimè exacta, neque à Latinitatis sordibus purgata, in scholis publicis passim habebantur: [f] quorum compactores malæ interdum fidei damnare licet, quòd, quantumvis isthuc esse corruptum & adulterinum scirent, non putarent tamen aut otii sui esse, quo delectabantur, aut negotii, quod gravius esse existimabant, quicquam in rebus istis innovare, ita quidem ut de Latinis sentirent ut Latini, loquerentur & docerent ut barbari, & vocum mutationem ullam in Lexicis suis faciendam putarent: magna adeò vis est, magnum pondus, auctoritas plurima consuetudinis & usus, ut vitiosa retinere, bona negligere, recta contemnere, prava colere, æqua repudiare, quàm rectis insistere, bonosque auctores prælegere, ac in Latinitate

[f] *Thom. Smith.*

duces

"duces sibi assumere maluerint ætatis istius Scriptores, ipsique artis "Grammaticæ doctores. Sed cùm veritas haud facilè convella-"tur, nec per usucapionem aboleatur, revixit tandem studiosorum "operâ, quæ quasi intermortua tot sæculis jacuerat Latinitas: ita ut ratione temporum mutatâ, discussâ barbariei caligine, veternosaque ablegatâ dicendi ratione, omnibus summo studio ad perfectissimam Linguarum cognitionem incumbentibus, literarum gloria in illam magnitudinem excreverit, ut non defuerint absolutæ eruditionis viri, qui non tantùm præstantissimis Latii luminibus opponi mererentur; verùm etiam cum priscis de ingeniorum felicitate contenderent. Extitere enim circa ea tempora, post Franciscum Petrarcham, qui literas à multo ævo sepultas è Gothicis tumulis primus ferè excitaverat, LAURENTIUS VALLA, civis Romanus, & NICOLAUS PEROTTUS Saxoferratensis, Sipontinus Episcopus, ut omittam HADRIANUM Cardinalem, & aliquot alios, qui defæcandæ Latinitati insudarunt, quorum alter scriptis sub annum *MCCCCL.* Elegantiarum Latinæ Linguæ libris sex: alter sub annum *MCCCCLXX.* publicato grandiori Commentariorum ejusdem Linguæ volumine, cui Cornucopiæ nomen indidit, cum duobus singularum dictionum indicibus, Græco altero, altero Latino, qui justi Dictionarii vicem præstant, non quatriduanam; sed quadringentis ampliùs annis extinctam & sepultam Latinitatem excitarunt, & rursum in lucem eduxerunt. Horum denique insistens vestigiis, primus ab barbaricâ illâ fæce Dictionaria, hactenus in scholis recepta, purgavit AMBROSIUS DE CALEPIO in agro Bergomensi, ([a] quidam filium Comitis Calepiensis fuisse volunt, quorum quidem Comitum meminit [b] Cælestinus in Historia Bergomensi) unde & CALEPINUS appellitatur, edito Dictionario ex veteribus Scriptoribus profanis & Catholicis, in quo multa se contra Priscianum, atque adeò ipsum Laurentium Vallam, præstantiorum Scriptorum auctoritate nixum dixisse & observasse profitetur in epistola operi præfixâ; quam quia in vulgatis Calepinis non est edita, hîc describere operæ pretium duximus. Prodiit autem primùm, ni fallor circa annum DM.

[a] *Borrichius de Lexicis Latin. p. 3.*
[b] *Cælest. in Hist. Bergom. part. I. l. 7. c. 6.*

Ambrosius Calepinus, Eremitanus, Senatui, populoque Bergomensi Salutem plurimam dicit.

Plures anni sunt, magnifici consumatissimique viri, ex quo vel à prophanis, tum veteribus tum recentibus, vel à Catholicis, & iis sanè doctissimis, sanctissimisque viris, complurimas Dictionum interpretationes, quàm mihi ad pernoscendas auctorum sententias idoneæ viderentur, excerpere, atque in unum cœpi cogere. Quod planè opus sic à me susceptum esse velim existimetis, ut aliis, & mihi in primis, usui quandoque futurum esse considerem. Non enim tam instruendorum aliorum, quàm mei exercendi ingenii gratiâ id efficere aggressus sum. Nam cùm à teneris (ut ajunt) unguiculis inter Sacratorum numerum, faventibus superis relatus fuissem, & neque declamationibus, refragante naturâ, me dedendum putarem, neque percipiendæ Philosophiæ ulla mihi à Patribus facultas daretur, quippe qui in id temporis incidissem, quo de salvandis animis tantummodò cogitandum foret, cùm nec tempus omnino frustra terendum ducerem, haud iniqua res visa est, ea me amplecti studia, quæ certam præ se ferrent humanitatem. Neque verò

eo vel temeritatis, vel dementiæ redactus sum, ut bonarum artium studiosis satis me facere posse existimem, quando nemo, licèt sapientissimus, id unquam præstare potuerit, certoque sciam, me nec tanto ingenio, tanta-ve literaturâ præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Festo Pompejo, Pediano, Servio, Donato, Varrone, cæterisque Latinæ Linguæ luminibus elucubrata fuerint, ego ipse magis religioni dedicatus, quàm cuipiam disciplinæ, clariùs, aut enucleatiùs scribere posse considerem. Verùm quia in præstantissimis illis literarum antistitibus plurima desiderabantur, ego, ut communi studiosorum utilitati consulerem, ac meis pro viribus suscepti muneris officio cumulatissimè satisfacerem, ea carptim ex omnium penè disciplinarum monumentis exprimere conatus sum, multa contra Laurentium Vallam, contra Priscianum, aliosque auctores, præstantiorum auctoritate nixus. Plus enim apud me Ambrosii, Hieronymi, vel Augustini gravitas, & doctrina valet, & Græcorum, quàm Laurentii Vallæ studiosa reprehensio. Id autem bene malè-ve fuerim assecutus, judicent alii. Hoc unum affirmare ausim, nostrum hoc opus & vocabulorum multitudine, & propositionum interpretamento & auctorum citatione, ordineque, Dictionaria cuncta superare. Quòd cùm in volumen amplum excrevisset, ac illud multorum rogatu emittere statuissem, Patriam delegi, cui id dedicarem. Nam cui potissimùm consecrari opus de re litterariâ debuit, nisi patriæ, & illi quidem patriæ, in qua magno & excellenti ingenio viri sunt, qui de gravitate, de juris prudentia, deque omni scientiarum genere præclarè meriti essent, quos ego tanquam obices oblatrantibus constitui opponere. Ferè enim plerique omnes, qui in literis præsertim aliquid edidere, id Principi, vel Senatui cuipiam inscripsère, quærentes, ut ab eorum potentatu ac magnitudine laboribus suis apud omnes auctoritatem, & ab invidis tutelam, munimenque pararent. Prudenter id quidem, quando ita veteri consuetudine fieri videmus, ut omni in re, quæ Principes probant, ea cæteri laudent, cupiant, tueantur. Scio namque futuros esse, qui labori nostro detrahant. Ita enim fit, ut quæcunque mortales agant, sive privatim, sive publicè, calumniæ subjacere certum sit, nec divinis operibus maledica Lingua parcit, tantum sibi humanus arrogat intellectus. Ego non nisi volentibus hæc legenda trado. Multa sanè fateor à me tradita sunt, quæ alii probent, ab aliis vitio dentur, quod plerisque etiam doctissimis usu venisse compertum est. Velle suum cuique est, (inquit Poëta) *nec voto vivitur uno. Domus, quæ apud forum extructa est, quæ editior sit, vel depressior quàm æquum videatur, sæpe contenditur. Difficile reor omnibus placere posse. Sed ego non solùm cuipiam me non præpono; sed nec æquiparo quidem, eligens cum Propheta abjectus esse in domo Dei. Quare si meum opus à vobis acceptum fuerit, illudque probasse videamini, abesse non poterit, quin à tam gravibus, tam doctis, tamque eloquentibus viris laudatum, laudandum quoque reliqui existiment. Multa verò, immò penè innumerabilia desunt in hoc opere. Quis enim universa multis etiam queat comprehendere voluminibus? Verùm ne longiùs epistolam evagari patiar, finem dicendi faciam, si modò hoc unum vos monitos effecero, quod ad rem plurimùm conducere videtur: quippe quod unamquamque Dictionem inventu facilem reddit. Nam omnes orationis partes, aut simplices sunt, aut compositæ. Quæ simplices sunt, suo quæque loco pro duarum trium-ve litterarum præcedentium ordine collocantur. Compositarum alias cum simplicibus, alias per se, secundùm variam multiplicemque earum significantiam, coaptavi, ab A littera initium sumens.*

LIII. Calepinianum exhinc Dictionarium, nescio an tum primùm in Galliâ, Parisiis editum est anno MDX. quo idem Calepinus

pinus obiisse dicitur, cum hoc titulo: F. AMBROSII CALEPINI *Bergomatis, professionis Eremitanæ, Dictionarium, ex optimis quibusque auctoribus, Nonio Marcello, Festo Pompejo, M. Varrone, Pædiano, Servio, Donato, Cornucopiæ Perottino, Laurentio Valla, Tortellioque: præterea ex Suida Græco, aliisque compluribus, nullo ferè vocabulo Cornucopiæ prætermisso studiosè collectum, & ab Ascensio diligenter recognitum atque impressum.* Prodiit altera deinde editio Parisiensis ann. MDXXV. Idib. Augusti, sumptibus Joannis Parvi & Ponceti *le Preux*, cum hoc titulo: *F. AMBROSII CALEPINI Bergomatis, Eremitanæ professionis, viri undecumque doctissimi Lexicon ex optimis quibusque auctoribus collectum, novis additamentis, quæ nondum ad nos pervenerant, ipsiusmet auctoris autographis illustratum, quæ hoc signo .... indicantur. Adducuntur & Joannis Badii frugiferæ annotationes, stellâ notatæ. In summâ hoc in opere recondita latet eruditio, ita ut nullum vocabulum Cornucopiæ, immò nullius Dictionarii quæratur prætermissum, &c.* Huic porrò ejusdem Calepini epistola præponitur, quam ille iteratæ ac postremæ suæ editioni præmiserat, quam Venetiis anno MDIX. factam quidam scribunt, in quâ tum se decrepitâ fuisse ætate, visu etiam præ senectute privatum testatur. Hanc perinde hoc loco describendam duximus, cùm alibi vix occurrat.

Ad clarissimum & sapientissimum Theologum Dominum Magistrum Egidium Viterbiensem totius Augustiniani gregis Eremitarum Pastorem dignissimum, Ambrosius Calepinus Bergomas, ejusdem religionis de Observantia nuncupatæ minimus S. P. D.

Quum hominem, senem præsertim, bullam quæ dicitur esse non ignorarem, meque ingravescens ætas colligendas jam esse sarcinas admoneret, dictionum interpretamenta olim quidem à me edita, proximis verò annis incudi reddita, & aliquanto diligentiùs amussitata collegi, effecique, ut castigatiora & uberiora in manus hominum exire possent. Hoc verò quicquid est operis, quamvis & ipse nomini tuo dicare exoptarem, idque ipsum religiosi, quotquot Bergomi degunt Collegæ nostri pro suâ quisque in te pietate à me certatim contenderent, hærebam tamen, neque ingenii tui judicium præsertim, ut Secundus ait, lacessitum subire audebam. Neque enim sic toto, ut dici solet, cælo errabam, ut non viderem eum esse te, quem quasi Lucillianum illum Persium omnium doctissimum metuere etiam eruditi debeant. Quis enim, quæso, vel unicam oden tuam, Egidii Romani laudes continentem, legere potuit, ut te summum in Poëtica non agnosceret? Quis librum de Ecclesiæ incremento à te conscriptum, & divina Pontificis Maximi voce laudatum non admiratur? Quis Eloquentiæ tuæ fulmina æquaverit? Quis ad populos te concionantem audivit, qui voces tuas Pauli esse tonitrua non existimaverit? Quis tuæ illius dialecticæ subtilitatis ceratinas & soritas effugerit? Quem porrò lateat, quantum in iis, quæ Physica, quæque item Metaphysica nominantur, quantum denique in sacrarum literarum studiis semper excellueris? Quid plura, te unum intelligebam, cui nihil non lectum, nihil non intellectum esset. Sed bene, quem summa doctrina formidabilem effinxerat, eundem vitæ sanctitas amabilem reddidit. Neque enim mihi, quamvis à te longissimè constituto, nescire permittitur, quàm bonus commissi tibi gregis Pastor existas, ut languentes foveas, ut demissos erigas, ut salubrius medelis aut venienti morbo occurras, aut eundem, si fortè irroboraverit, amoveas. Noster Ordo, quod diu exoptavimus, te auctore est integratus, te Magistro sibi restitutus, te intercedente summis privilegiis honestatus, quæ cùm animo volverem, facilè percipiebam, te, qui universos ita dirigeres, singulos non contemnere.

Hoc denique quasi addita obrepsit audacia, meque illuc impulit, ut ad te quasi ad numen aliquod confugerem, & qualescumque vigilias meas tibi dicarem. Quod factum meum boni consulas obsecro, memerisque, me quasi non postremæ notæ villicum hac ipsâ dicatione rationem otii mei exhibere tibi voluisse, quem tu velut diligens paterfamilias inspicere non gravaberis, vel certè ut bonus pastor ne pusillæ quidem ovis fœtum tibi contemnendum nonputabis; sed umbrâ potiùs tui nominis proteges. Quod si, ut spero, feceris, ad summam votorum meorum pervenisse mihi videbor, ac tuo quasi colophonio suffragio, ut in veteri verbo est, adjutus, in singulis etiam tribus puncta omnia tulisse me existimabo, nec ætatis tantùm nostræ oblatratores; sed & celebratum illum veteribus modum contemnam. Vale Pater R. & Congregationem nostram, ac præsertim Bergomensem Conventum habe commendatissimum. Nam & te, ut debent, omnes mirificè amant ac reverentur, & me decrepitum jam senem atque oculis captum mirâ pietate complectentur. Bergomi Kalendis Octobris M D IX.

LV. Sic auctum deinceps, novisque vocabulis adornatum Calepinianum Dictionarium, in magnam voluminis molem excrevit, dum quisque pro libitu observationes eò suas immittit, librumque suffarcit nominibus etiam propriis ac Geographicis, licèt nihil ad Latinam Linguam spectantibus: quod quidem nescio an ab ipso Calepino in primis editionibus præstitum fuerit? cùm eas non viderim, tametsi in primâ Parisiensi aliquot, & in iis, quæ Venetiis alibique confectæ sunt, multò plura occurrant. [a] Quæ quidem vir multi judicii ac singularis literaturæ Conradus Gesnerus Tigurinus, in Calepiniano Dictionario à se recensito, & supra quatuor millibus vocabulorum ex probatissimis auctoribus aucto, cum prosodiæ, id est, quantitatis syllabarum notis in Onomasticum peculiare rejecerat, in editionibus Basileensibus ann. M D XLIV. & M D LX. postremâ ex Pauli Manutii observationibus plurimùm adauctâ. Et sanè mirandum ab ejusmodi vocabulis, quæ rursùm malo fato in alias editiones irrepsere, Calepinianum Dictionarium non purgasse virum in hisce literarum studiis versatissimum Joannem Passeratium, à quo postremò adornatum est, cùm aliunde infinitis aliis Latinis vocabulis, maximè Scriptorum, qui vel prioribus Romanæ reipublicæ sæculis, vel etiam inclinante paululùm Latinitate floruerunt, adaugeri potuisse, quæ tamen omissa sunt, pro certo habeatur, adeò ut ex iis duo ferè alia confecerit volumina Matthias Martinius. Sed & iis præsertim adornari debuit, quæ à probæ Latinitatis auctoribus peti possunt, ac Tullianis maximè, quæ tanto studio Marius Nizolius, Robertus Stephanus, & alii ordine literarum collegerunt. Quâ de re meritò queritur vir doctus Olaus Borrichius in ea Dissertatione, quam de Lexicis Latinis & Græcis edidit, Hafniæ excusa anno M DC LX. Tot igitur subsidiis, doctorumque virorum conatibus revixit intermortua Latinitas, & abdicatis insulsis istis Lexicis, à quibus barbaries ipsa fovebatur, successêre longè tersiora, & ab omni illo, quo priùs scatebant, squalore purgata, quorum in scholis Academiisque publicis, feliciori eruditionis ac literaturæ fato, hactenus usus invaluit.

Auspicibus venere Deis cælóque secundo
Non nota elapsis commoda temporibus.

[a] Josias Simler. in Vita Conr. Gesn.

Quæ priùs obscuris fuerant infusa tenebris,
Sensa Poëtarum jam per aperta volant.
Ante salebroso Latialis Lingua veterno
Obruta, vix poterat triste levare caput.
Et pro Romano Geticus pollebat ubique
Sermo: vel hoc si quis durior alter erat.
Nemo Maronæi volvebat dona laboris:
Nemo Catullæos Bilbilicosve sales.
Delituit Cicero spurcâ contemptus in algâ:
Tu quoque cum Marco Quintiliane tuo.
Livius, & Naso, dulcisque Propertius, & qui
Cantavit Nemesin dexteriore lyrâ.
Lucanus, Senecæque duo, Juvenalis Aquinas,
Tranquillus, Tacitus, Persius atque Pedo.
Stella, Macer, Flaccus, tersique Papinius oris,
Deliciæ Latii Plautus & eloquit.
Plinius, Italicus, Celsusque, Apuleius, Aratus,
Et quicumque bonus Scriptor, opertus erat.
Infelix plebes Papiam Ebrardumque legebat:
Scriptáque barbaricis vix bene nota Getis.
In pretio fuerant Uguitio, Catholiconque;
Atque Mamotrecti semilatina lues.
At nunc auspicibus Superis cælóque secundo
Induit antiquum Romula Lingua jubar.
Sic post millenos ales reparabilis annos
Abjecto renovat omne decus senio.
Contulit huic operi Gazes Theodorus & acer
Vallensis multùm: tuque Philelphe simul.
Hinc Itali crevere viri: crevere juventus
Gallica Pieriis deliciata sacris.
Nec te Pice sagax: nec te Beroalde silebo:
Nec te cum Musis Politiane tuis.
Adde Marullum illis & blandidicum Pontanum:
Et Carmelitam, Mantua dia, tuum.
Qui simul Hermoleos, non verò Barbarus ore
Dicitur: hi Linguæ restituere decus.
Illorum impressit pubes Germana labores:
Et gens in prælis Gallica fecit idem.
Sic pedepressim aucta est Italæ cultura loquelæ:
In varia nec non castra tetendit humo.
Quis nunc tricosus, quis fusculus auctor habetur:
Ad quem scriptorum non via lata patet?
Cuncta innotescunt limâ scrutata severâ:
Quæque priùs fuerant turbida, clara micant.

Istis haud incomptis carminibus lusit olim Petrus Bouherius Sabulensis in Elucidarium Conradi de Mure Canonici Thuricensis, à se repurgatum & adornatum anno MDXIII. [a] Vixit autem Conradus anno MCCLXXIII. ut auctor est Conradus Gesnerus, isque est, qui novum Græcismum condidit, ut ipsemet in præfatione istius operis testa-

[a] Bibl. Gesn.

testatur. Atque hæc quidem de veteribus ac etiam paulò recentioribus Glossographis adnotasse sufficiat.

LVI. Jam verò haud nescius sum, fore complures, qui inferioris ævi Scriptorum, quibus nulla est elegantia Latinitatis, vel munditia, abstinendum lectione eò arbitrentur potissimùm, quòd scriptionis stylum, locutionisque characterem vitiet ac corrumpat: ut suam omnem sermonis elegantiam, & Latini eloquii venustatem stridore lectionis Hebraicæ sordidatam fuisse agnoscit[a] Hieronymus: *Nos, ut scis*, inquit, *Hebræorum lectione detenti, in Latinâ Linguâ rubiginem obduximus: ut loquentibus quoque nobis stridor quidam non Latinus interstrepat.* Sed & [b] Julius Severianus, etsi oratori juris studium non omittendum existimaret, non tamen penitus appetendum censebat: cùm si se multùm scientiæ juris dederit, plurimum de cultu orationis atque impetu amissurus sit, cùm alia sit Jurisconsultorum, alia Oratorum dicendi scribendique ratio. Adde quòd, ut ait [c] Fabius, non assuescendum est sermoni, qui dediscendus sit, quia ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt.[d] Difficulter enim eraditur, quod rudes animi perbiberunt, proclivisque est malorum æmulatio: & quorum virtutes assequi nequeas, citò imiteris vitia. [e] Quin etiam objectum Herodoto, quòd de Barbaris, id est, exteris populis, Historiam suam conscribens, eorum sermonem imitatus dicatur, ut auctor est Theon Sophista: Καὶ βαρβαρικαῖς φαμὲν εἰπεῖν πολλάκις τὸν Ἡρόδοτον, καίπερ Ἑλληνιστὶ γράφοντα, ὅτι τοὺς ἐκείνων λόγους μεμίμηται. Et de versibus suis, dum apud Getas exul degeret, exaratis, ajebat [f] Ovidius:

Nec te mirari, si sunt vitiosa, decebit,
Carmina quæ faciam penè Poëta Getes.
Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum:
Structaque sunt nostris barbara verba modis.

Querentur etiam quod propter hoc ipsum, quòd pravi sunt, laudentur, [g] & tanquam sermo rectus & secundùm naturam enunciatus nihil habere ex ingenio videatur, illa, quæ utcunque deflexa sunt, tanquam exquisitiora miremur. Non aliter quàm distortis & quocunque modo prodigiosis corporibus, apud quosdam majus est pretium, quàm iis, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt: atque etiam qui specie capiuntur, vulsis lævatisque, & inustas comas acu comentibus, & non suo colore nitidis, plus esse formæ putant, quàm possit tribuere incorrupta natura, ut pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus. Digna, inquit [h] Vossius, hæc pueris est oratio, quos ab ejusmodi Scriptoribus ipsi etiam arcemus. Siquidem hos demum iis commendamus, qui jam subacti sunt in optimis auctoribus, ac minimùm Historiarum disciplinarumque rudimentis imbuti. Nec enim jam ætate ac judicio firmatioribus metuendum inde erit illud periculum, quod formidant: atque ut fortasse aliquid amitteretur de castimonia sermonis, pulcrè id tum compensabitur utilitate rerum præstantissimarum, quas ex Scriptoribus iis addiscimus. [i] Plerique enim, rudes litterarum, dum de tractatibus hominum disertorum quippiam legunt, verbositatem solam discunt, absque ullâ doctrinæ reconditioris, qua ii ferè semper carent, notitiâ. Ea quippe sunt aliquando studia illorum

[a] Epist. 130; & in Prolog. lib. 2. in Ep. ad Galat.
[b] In Syntom.
[c] Quintil. l. 1. c. 1.
[d] S. Hieron. ad Latam.
[e] Theon Sophist. in progym. p. 89.
[f] Lib. 4. de Ponto el. 13.
[g] Quintil. l. 2. c. 5.
[h] In Præf. de Vit. Serm.
[i] S. Hieron. Epist. 8. ad Demetriad.

lorum, qui eruditorum nomen sibi arrogant, ut vocabulorum argutiis, periodorum concinnitatibus, trivialisque eloquentiæ flosculis toti insistant, humaniorum literarum solidiorisq; doctrinæ cultum negligant, & veterum ac ævi medii auctorum lectionem aspernentur, quâ subinde possent illustrari, quas sibi tractandas suscipiunt, rerum argu- a Id. Hieron. menta, [a] *priùs imperitorum magistri, quàm doctorum discipuli*. Qui, ut ait Petronius Arbiter, levibus atque inanibus sonis ludibria quædam excitando, efficiunt, ut corpus orationis enervetur & cadat. Ac de ejusmodi Scriptoribus haud insulsè, opinor, dixit, nescio quis nostræ ætatis Satyricus: Nihilum præclaris verbis ac elegantibus persæpe inclu- b Id. Ep. 13. dere horum, quantumlibet laboriosas, lucubrationes. [b] *Jacet enim omnis oratio, in qua tantùm verba laudantur*: cùm id in primis cavere debeat, qui ad scribendum se se accingit, ut non jejuna sit, neque in sola verborum connexione vel compositione tota hæreat ac versetur; sed, eâ perlectâ, habeat Lector, unde instructior evadat ac doctior. Ita plerique suas ineptias vulgò obtrudunt, & se deridendos præbent somniis, versiculis, & declamationibus: de iis loquor quisquiliis, quæ c Martial. l. 4. Ep. 87. simul ac prodeunt, [c] scombros, thus, [d] & piper, & quidquid char- d Hor. l. 2. Epist. 1. tis amicitur ineptis, tunicæ vestiunt; Chartæ emporeticæ [e] Pli- e Plin. l. 13. nianæ. Hinc tot ἡμερόβιοι Libelli, qui, ut [f] Plautinis utar,

f Plaut. Pseud. c. 12.

Quasi solstitialis herba paulisper sunt,
Repentè exorti sunt, repentinò occidunt.

g In Præf. ad lib. 12. Comm. in Esaiam. "Nullus interim tam imperitus Scriptor est, ajebat [g] Hieronymus, "qui lectorem non inveniat similem sui, multoque pars major est "Milesias fabellas revolventium, quàm Platonis libros. In altero enim "ludus est & oblectatio, in altero difficultas & sudor mistus labori. h Plin. in Præfat. " [h] Magna pars studiorum amœnitates quærimus: quæ verò tractata ab aliis dicuntur immensæ subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur: Nemo porrò inficiari audeat non classicos veteresque duntaxat; sed & recentiores paulò Scriptores amplissimam suppeditare sæpenumero scribendi, scriptaque illustrandi, materiam, quorum sermonem vel dicendi rationem, rerum interim solidiorum argumentis ab iis depromptis, despicari liceat: est quippe quævis i Theon in Progymn. pag. 5. ἀνάγνωσις, τροφὴ λέξεως, ajebat Apollonius Rhodius, apud [i] Theonem Sophistam. Quidquid enim ii causentur, [k] *non obstant hæ disciplinæ per* k Quintil. l. 1. c. 13. *illas euntibus; sed circa illas hærentibus*, ut Fabii verbo utar, & quando, cum his *non habitandi electione; sed itinerandi necessitate versamur*, quod de l Lib. 1. de Musica c. 1. Grammaticis ac Poëtis dixit [l] *S.* Augustinus. Adde [m] quòd artis o- m Quintil. l. 2. c. 5. ratoriæ magistri inutile haud esse existimant, etiam corruptas aliquando & vitiosas orationes legi palàm pueris, ostendique in his quàm multa impropria, obscura, tumida, sordida, lasciva, effeminata sunt.

LVII. Fuit etiam hæc Gentilium expostulatio, quorum studium omne in verborum & sermonis elegantiâ positum erat, qui sacros Christianorum libros, quòd eleganter essent scripti, merámque redolerent barbariem, aversabantur: seu, ut [n] ait Lactantius, scri- n Epit. c. 3. 46. Instit. "ptis cælestibus, quia videbantur, incompta, non facilè credebant, "quia aut ipsi erant diserti, aut diserta legere volebant, & quæ auri- "bus blandiuntur assueti, dulcibus & politis, sive orationibus, sive carmi-

carminibus, divinarum literarum simplicem communemque ser-" monem pro sordido aspernabantur. Quasi verò Deus, inquit ille," & mentis, & vocis, & linguæ artifex disertè loqui non potest: cùm" summa prudentiâ carere fuco voluerit ea, quæ divina sunt, ut omnes intelligerent, quæ ipse loquebatur. Sed & [a] S. Hieronymus fatetur, primis adolescentiæ annis, Tullio, Platone cæterisque ejusmodi Gentilibus Scriptoribus perlectis, in semetipsum reversum Prophetas legere cœpisse: *Sed horum,* subdit ille, *sermo horrebat incultus, & quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam esse culpam; sed solis.* Quin etiam ævi nostri Sectarii vulgatam versionem eò vellicarunt, quòd voces aut minimè Latinas, & velut ignotas, aut planè obsoletas, vel denique minùs congruentes contineat. In quos [b] viri pii ac eruditi insurrexere non semel, variisque à sacris Libris, & sanctorum Patrum auctoritatibus petitis argumentis, eas non mutari, imò servari, ponique debuisse probarunt: tum quòd res, de quibus agitur, rectè omnino exprimerent, tùm quòd paulò humilior oratio vulgarium hominum maximè captui accommodatior sit, &c, ut ait [c] S. Augustinus, plerumque consuetudo loquendi vulgaris utilior est significandis rebus, quàm integritas literata. *Mallem quippe,* ut ait, *cum barbarismo dici: Non est absconditum ossum meum, quàm ut ideò esset magis apertum, quia magis Latinum est.* Quò spectant ista [d] Hieronymi: *Illud autem" semel monuisse sufficiat; nosse me cubitum & cubita neutrali appellari genere;" sed pro simplicitate & facilitate intelligentiæ, vulgique consuetudine ponere masculino: non enim nobis curæ est vitare sermonum vitia; sed Scripturæ sanctæ quibuscunque verbis disserere.* Et [e] alio loco, *Camisiæ* vocabulum usurpaturus: *Volo,* inquit, *pro legentis facilitate abuti sermone vulgari.* Ex quibus interim animadvertere licet vulgarem sermonem Latinum non semper ad Grammaticæ leges exactum fuisse hacce tempestate. Sic igitur verborum argutias deridebant sancti Patres, cùm rebus disquirendis, non sermonum lenociniis insisterent. Ajebat Origines: [f] Ὁ διαιρῶν παρ' ἑαυτῷ φωνὴν, καὶ σημαινόμενα, καὶ πράγματα, καθ' ὧν κεῖται τὰ σημαινόμενα, οὐ προσκόψει τῷ τῶν φωνῶν σολοικισμῷ ἐπ' ἂν ἐρευνῶν εὑρίσκῃ τὰ πράγματα, καθ' ὧν κεῖνται αἱ φωναὶ ὑγιῆ· καὶ μάλιστα ἐπ' ἂν ὁμολογῶσιν οἱ ἅγιοι ἄνδρες τὸν λόγον αὐτῶν καὶ τὸ κήρυγμα, οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας τῶν λόγων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. In eandem sententiam [g] Augustinus contra Cresconium Grammaticum: Demosthenes clarissimus" Oratorum, quibus verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoritas nostris, cùm tamen nonnullam ei locutionis insolentiam objecisset Æschines, negavit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illóne an illo verbo usus fuerit, (pro Ctesiphonte) & an huc & illuc manum porrexerit: quantò minus nos laborare debemus de regulis derivandorum nominum, quando sive hoc, sive illud dicamus, intelligitur" sine ambiguitate, quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis; sed in demonstratione veritatis est major intentio. [h] S. Hieronymus: Unde & leporem artis Rhetoricæ contemnentes, & puerilis" ac plausibilis eloquii venustatem, ad sanctarum Scripturarum gravitatem confugimus, ubi verba vulnerum medicina est, ubi dolorum certa remedia, &c. Sic [i] vetus Scriptor, præcepta daturus Scholaribus: *Hæc autem,* inquit, *ad intelligentiæ cognitionem suscepimus peragenda, pristinum modum tractandi ferè omittentes, nonnunquam leviori stylo perusi, quoniam*

[a] Epist. 22. c. 13.
[b] Baron an. 57. n. 175. an. 331. n. 58. & seqq. Franc. Turrian. l. 2. pro Epist. Pontif. cap 2. Filesac. l. 1. Select. c. 14.
[c] in Psal. 38.
[d] In Ezech. cap. 40.
[e] De veste sacerdos.
[f] Philocal. cap. 4.
[g] L. 2. contr Crescon. c. 1.
[h] Epist. 34. cap. 1.
[i] Liber de Disciplin. Scholar. in Proœm.

niam in majori parte pro rudibus informandis est executio, & tantò levior dilucidandi debet esse translatio. Quin etiam ea mens fuit quorundam Philosophorum, ut verborum lenociniis operam non darent, nec eleganter scribere curarent; sed res ipsas potissimùm spectandas censerent. De
a Proph. Plotino ajebat[a] Porphyrius: Ἔγραφε δὲ οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα, οὔτε εὐσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν, οὔτε τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνου τοῦ νοῦ ἐχόμενος. Ea etiam fuit veterum Christianorum scribendi vivendique ratio, ut eloquentiam non quærerent, non flagitarent Linguæ nitorem; sed animæ
b S. Hieron. Adv. Helvid. c. 8. quærerent puritatem, [b] cùm apud eos solœcismus magnus & vitium, turpe quid narrare vel facere censeretur. Sanctus Basilius: Καὶ τὸ τῆς λέξεως ἁπλοῦν καὶ ἀκαλλώπιστον, πρέπον ἔδοξέ μοι προθέσει χριστιανοῦ, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον ἢ κοινὴν ὠφέλειαν γράφοντος.

LVIII. Sanctorum igitur Patrum in eo cura præsertim fuit, ut
Epist. 167. *stylo Ecclesiastico* scriberent; id est, ut deposito sermonis cothurno libros suos divinæ Scripturæ flosculis adornarent, reperentque potiùs, quàm verborum exquisitione tumerent: non compositâ oratione, plausuque populari, qui solet imperitorum aures decipere, atque palpare; sed oratione simplici, & ecclesiastici eloquii veri-
c Epist. ad Letam, & Epist. 139. tate, ut ait [c] Hieronymus. Sed & id maximè curabant, ut à vulgo intelligerentur, ejúsque captui se se accommodarent, tùm [d] omni-
d Quintil. l. 1. c. 14. um operum virtutem sententias putarent, ab hisque sanctitatem & virilitatem petendam, quando nos in omnia delitiarum genera vitiaque dicendi quoque ratione deflexinus ajebat Quintilianus:
e Orat 3. quod simili de Christianis sententia dixit [e] Gregorius Nazianzenus:
f Epist. 4. Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἱερουργοῦμεν τὸν λόγον, ὥσπερ τὰ σώματα. Quippe ut ejusdem [f] Hieronymi verbis utar, quod in disertissimis viris Græciæ legimus, Asianum tumorem Attico siccabant sale, & luxuriantes flagellis vineas falcibus reprimebant, ut eloquentiæ torcularia, non verborum pampinis; sed sensuum, quasi uvarum expressionibus, redundarent.
g Quinitil. decl. 306. [g] Iis nempe minor fuit verborum custodia, cùm intellecturi non ti-
h S. Aug. mebantur. Hinc [h] S. Augustin. Non timemus, inquit, ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam & certiorem perve-
i Lib. 1. de Vita contempl. c. 23. niamus. Et [i] S. Prosper: Tam simplex & apertus, etiam minùs Latinus, disciplinatus tamen & gravis debet esset sermo Pontificis, ut ab intelligentia sui nullos, quamvis imperitos, excludat; sed in omnium audientium pectus cum quadam delectatione descendat. Alia enim est ratio declamatorum, & alia debet esse doctorum. Illi elucubratæ orationis pompam totis facundiæ suæ viribus concupiscunt, illi rebus inanibus pretiosa verborum indicant ornamenta, isti veracibus sententiis ornant & commendant verba simplicia. Illi affectant suorum sensuum deformitatem tanquam velamine quodam phalerati sermonis abscondere, isti eloquiorum sacrorum rusti-
k Cap. 24. citatem pretiosis sensibus venustare, &c. Et [k] alio loco: Cæterum de curatione dictionis elaboratæ non satago, nec mihi pudori est, si disputatio mea, quæ fortè probatur in rebus, aliquos inanium verborum sectatores horrore incomptæ orationis offendat: quia quod ab homine doctore studendo non didici, id exhibere loquendo non potui. Et tamen cùm sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus enervet, quis non judicet, me affectationem compositionis

debu-

debuisse contemnere, etiamsi eam potuissem velut dicendi peritus implere, &c. [a] Ruffinus Aquileiensis: Non ergò spernas simplicitatem & impolitos sermones: nec enim mei operis est divinæ doctrinæ, scripturæque, sophisticè & eloquenter signare sermones; sed suadere mentes hominum in fide & operibus veritatis. [b] Neque aliter præfatur haud inelegantis venæ Poëta inferioris ævi, Leonius Presbyter, S. Benedicti Parisiensis Canonicus, in Historia sacra:

[a] In Prolog. ad lib. 3. de Vitis Patrum.
[b] In Cod. MS. Loisolliano.

At tu, cui pravus semper nova carpere mos est
Ingenia, & priscas extollere laudibus artes,
Non rerum inspectis, Judex temerarie, causis,
His saltem incipias discasque ignoscere livor,
Nec tenuis tantique impar facundia rebus,
Inclita magnorum nec te moveant mediocri
Gesta Patrum digesta stylo; sic vera referri,
Sic divina volunt, sanctus sic denique Moses
Hæc sacra expromens oracula simpliciore
Tradidit eloquio. Picto sermone necesse est
Ficta loqui, magnoque attollere parva boatu.
His satis est splendor suus. Adde quòd ista
Scribimus ingeniis rudibus, puerisque legenda
Tradimus, ut puras primùm sacra lectio mentes
Imbuat, & melior doctrina præoccupet aures,
Hic scelerum pœnas, virtutum præmia discant,
Divinoque rudes jam participare timore
Incipiant, tenerisque Deum cognoscere ab annis,
Et fidei prima hæc habeant elementa fideles.

Denique, ut cæteros, qui id argumenti sunt prosecuti, omittam, Salvianus carpens quosdam sui temporis Scriptores, [c] qui verborum sectabantur amœnitates, & ut sive utiles ac probas; sive inutiles atque improbas materias sibi delegissent, seriem tantùm rerum nitore illustrarent: Nos autem, inquit, qui rerum magis, quàm verborum amatores utilia potiùs, quàm plausibilia sectamur, neque id quærimus, ut in nobis inania sæculorum ornamenta; sed ut salubria rerum emolumenta laudentur. In scriptiunculis nostris non lenocinia esse volumus; sed remedia, quæ scilicet non tam otiosorum auribus placeant, quàm ægrotorum mentibus prosint, magnum ex utraque re cælestibus donis fructum reportaturi. Atque inde illud [d] Hieronymi: Inter Christianos verborum vitia non solere reprehendi.

[c] In Præf. ad lib. 1. de Provid.
[d] Lib. 2. in Ruffin. c. 27.

LIX. Proinde ita legendos sacros libros suadebat [e] Cassiodorus, ut Scripturæ divinæ idiomata nullâ præsumptione temerarentur, ne cum ad intellectum communem, quæ dicta sunt, trahere cupimus, cælestium verborum puritas dissipetur. Idiomata enim legis divinæ dicuntur propriæ locutiones, quas communis usus non habere cognoscitur: quæ quidem cum occurrunt, ista nobis ab expositoribus aperienda desideremus, non eorum aliquid sacrilegâ voluntate timuncemus. Nec illa verba tangenda sunt, quæ interdum contra artem quidem humanam posita reperiuntur; sed auctoritate multorum codicum vincantur: corrumpi siquidem nequeunt, quæ inspirante Domino dicta noscuntur. Regulas igitur elocutionum Latinarum, id est, Quadrigam Messii, omnimodis non sequaris, ubi tamen aucto-

[e] Senator l. de Div. lect. c. 15.

"auctoritate priſcorum codicum convinceris. Expedit enim inter-"dum prætermittere humanarum formulas dictionum, & divini "magis eloquii cuſtodire menſuram. Et [a] Joannes Gerſenius : *Veritas eſt in Scripturis ſanctis quærenda, non eloquentia : omnis enim Scriptura ſacra eo ſpiritu debet legi, quo facta eſt. Quærere potiùs debemus utilitatem in Scripturis, quàm ſubtilitatem ſermonis.*

LX. Enimverò etſi plerique ſanctorum Patrum à puriori recedentes Latinitate, nedum receptis; verùm etiam barbaris uſi ſint vocabulis, non ideo tamen elegantiæ omnis atque literaturæ expertes fuiſſe ſunt cenſendi. Cùm id affectatione quâdam vulgarem ſermonem præferrent cultiori, ut ad eorum captum, quos Chriſtianæ Religionis imbuere præceptis, aut à quibus volebant in concionibus intelligi, orationes ſuas componerent, quemadmodum Julianum, recèns Imperatorem creatum, *verbis, ut intelligi poſſet, ſimplicibus,* "milites in tribunali allocutum, refert Ammianus.[b] Græcam facun-"diam, quod de S. Paulo dicebat [c] Hieronymus, contemnebant, vel "certè quod eſt humilitatis, diſſimulabant, ut prædicatio eorum "non in perſuaſione verborum; ſed in ſignorum virtute conſiſteret: ſpernentes alienas opes, qui in ſuis divites erant: cùm præterea [d] *nollent ea cavere, quæ ſano intellectui nihil detrahunt.* Nec ſum de nominibus anxius, ajebat ipſe [e] Quintilianus: vocet enim, ut voluerit, quiſque, dum vis rerum manifeſta ſit, appareatque hoc temporis, illud eſſe naturæ. Atque hanc quidem veterum Patrum in diſſimulanda rectè dicendi ratione affectationem teſtatur [f] Hieronymus, cùm ad Paulum Concordienſem Vitam Pauli Eremitæ mittere ſe ait, *in qua propter ſimpliciores quoſque multum in dejiciendo ſermone laboraverat.* Auctor eſt "[g] Tullius ſuâ etiam ætate viſos, *qui impoliti & conſultò rudium ſimiles & "imperitorum videri volebant* : quod quidem de Scriptoribus Eccleſia-"ſticis, aliâ licèt mente, prodit [h] Arnobius, ſcribens, etiam quoſdam "ſapientiæ deditos non tantùm abjeciſſe ſermonis cultum ; verùm "etiam cùm poſſent ornatiùs atque uberiùs eloqui, trivialem ſtudio "humilitatem ſecutos, ne corrumperent ſcilicet gravitatis vigorem, "& ſophiſticâ ſe potiùs oſtentatione jactarent. Exiſtimabant quippe "cum Chriſtianis ac fidelibus ſimplici utendum eſſe oratione, ſermo-"niſque abjiciendum cothurnum, [i] quòd ea convenire videretur "Chriſtiani ſtylo, non ad oſtentationem; ſed ad utilitatem hominum conſcribentis. [k] S. Hieronymus: *Eccleſiaſtica interpretatio etiamſi habet eloquii venuſtatem, diſſimulare eam debet & fugere, ut non otioſis Philoſophorum ſcholis, paucisque diſcipulis; ſed univerſo loquatur hominum generi.* [l] Hinc Gregorius M. ſic ſtylum ſuum incultum & inelegantem excuſat: *Unde & ipſam,* inquit, *artem loquendi, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſervare deſpexi. Nam ſicut quoque hujus Epiſtolæ tenor enunciat, non metaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem devito : ſitus motuſque præpoſitionum caſuſque ſervare contemno. Quia indignum vehementer exiſtimo, ut verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.* Quæ quidem Gregorii verba exſcripſerunt [m] Grimlaicus in Præfatione ad Regulam Solitariorum, & Felix Girvvenſis ad Vitam *S.* Guthlaci. Ita [n] Braulio Cæſarauguſtanus Archipiſcopus in Præfatione ad Vitam *S.* Æmiliani : *Melius ſiquidem eſt, ut vera minùs eruditè, quàm ut*

[a] *Lib. 1. de Imit. Chr. c. 5.*
[b] *Lib. 20.*
[c] *S. Hier. l. 1. in Ruffin. c. 4.*
[d] *S. Auguſt. de Doctr. Chriſt. c 13.*
[e] *Quintil. l. 5. c. 10.*
[f] *Epiſt. 21.*
[g] *De Orat.*
[h] *Lib. 1.*
[i] *S. Baſil. ep. ad Diodor. ap. Facund. Hermian. l. 4. c. 2.*
[k] *Hieron Epiſt. 52. ad Pammachium.*
[l] *S. Gregor. M. in Epiſt. ad Leandr. in Comm. lib. Iob.*
[m] *Grimlaic. in Prolog.*
[n] *Apud Bivarium.*

ut ficta narrentur eloquenter, quod in Evangeliis Salvatoris perfacilè intelligitur, quæ populis sermone simplici prædicantur. Et mox: *Quamobrem disciplinarum sæcularium studium etsi ex parte attigi, omnino hîc servare contemsi, ne & intelligentiæ difficultatem minùs eruditis facerem, & Jericundinâ Linguâ conturbarem Israëlitica castra. Dicturus igitur ea, quæ institui dicere, volo lectorem auditoremque monere, ut non hîc verborum avidum; sed religione plenum præbeat auditum: sin autem illuc spectat, jam hinc discedat, ne moras infructuosas expendat.* Similibus præfationibus lectorum & auditorum animos præparant plerique Scriptorum. [a] Ruffinus Aquileiensis in Præf. ad [a] *Ruffin.*
lib. 2. de Vitis Patrum: *Non tam ex stylo laudem requirens, quàm ex narratione rerum ædificationem futuram legentibus sperans.* Et in Præfatione ad libros Recognitionum Clementis: *Nec mireris, si fortè tibi in eo minùs solito floridus eloquentiæ vultus appareat: nihil interest, dummodo sensus idem sapiat.* [b] Cyprianus in Præfatione ad Vitam S. Cæsarii Arelatensis: [b] *Cyprianus.*
Unum hoc in præsentis opusculi devotione à lectoribus petimus, ut si casu aliquo simplicitas eloquii nostri ad eruditorum aures & censuram adducatur, non arguant, quòd stylus noster videtur pompas verborum & artis Grammaticæ leges negligere: nobis enim actus, verba & merita tanti viri bonâ fide narrantibus lux sufficit operum ejus & ornamenta virtutum. [c] Paulus Emeritensis Diaconus in [c] *Paulus. Emerit.*
Præfatione ad Historiam Episcoporum ejusdem Sedis: *Omittens phaleratas verborum pompas, & prætermittens facundiæ spumas, nunc etiam ea, quæ omnimodis vera sunt, simpliciter veraciterque narramus. Nam si ea, quæ luce clariora esse noscuntur, obscuris sermonibus involvere voluerimus, audientium animos non instruimus; sed fatigamus: quia cùm multorum imperitorum minùs intelligit sensus, fatigatur auditus.* [d] Auctor Vitæ S. Præjecti [d] *Vitæ S. Præjecti.*
in Prologo: *Si quis captus amore Pontificis legere decreverit, non quærat in his Tullianam eloquentiam, nec Oratorum facundiam, non Philosophorum flosculos, & Historicorum diversas affectiones; sed puritatem sanctæ Ecclesiæ. Neque enim aquila extensis alis semper ad æthera volitat; sed crebriùs remissioribus pennis divertit ad terras: & inter regias dapes, etiam vilia poma, lactucæque agrestes optimæ quoque censentur.* Quæ quidem ex parte mutuatus est à [e] Juvenco. Denique, ut cæteros ejusmodi omittam, [e] *Juvencus in Præfat.*
agmen claudat [f] Almannus Altivillarensis Monachus: *Ipsas Gram-* [f] *Apud Mabillon. to. 2. Analect. p. 92.*
maticæ cautelas, quibus à barbarismo aut solœcismo censet ipsa cavendum, aut nihil aut parum curamus in hujus rei moderatione, cùm quæratur veritas, & debeat facessere vanitas, & optemus fugere contrarium, cùm insistamus gravitati pro viribus mentis. Nimirum censebant sancti Patres, [g] "pompam istam ser- [g] *Arnob. l. 1.*
"monis, & orationem missam per regulas, concionibus, litibus, foro, "judiciisq; servandam, dandamq; illis, imò qui voluptatũ delinimenta "quærentes, omne suum studium verborum in lumina conferebant."

LXI. Proinde non continuò abjiciendi de manibus incompti illi, & quoad sermonis characterem malè feriati libri, atque adeò barbari, maximè si quid in se contineant, quod nos doceat, sive ad vitæ institutum, moresque formandos, sive ad eruendam præteritarum rerum cognitionem & memoriam: [h] cùm eorum præsertim stu- [h] *Plin.*
dium fuerit, ut utilitatem juvandi præferrent gratiæ placendi. Licèt enim complures ex Scriptoribus ac Poëtis, naturæ fortean vitio, orationis sublimitatem, quam Græci ὕψος vocant, non sint assecuti, non ideò contemnendi, cũ &, etsi communibus ac vulgaribus utantur ver-

a Longin. περὶ ὕψους p. 61. bis[a] κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὐδὲν ἐπαγομένοις, atque ex ipſa vocabulorum concinnatione ac compoſitione vix laudem mereantur, ipſi tamen reperè haud dicendi ſint, ut qui eloquii humilitatem rerum ac cogi-
b Arnob. l. 1. "tationum magnitudine compenſent. Puerilis ſanè, inquit[b] Ar-"nobius, atque anguſti pectoris reprehenſio, quam ſi admittere-"mus, ut vera ſit, abjiciamus ex uſibus noſtris quorundam fructuum "genera, quòd cum ſpinis naſcantur, & purgamentis aliis, quæ nec "alere nos poſſunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod prin-"cipaliter antecedit, & ſaluberrimum voluit eſſe natura. Quid enim "officit, ô quæſo, aut quam præſtat intellectui tarditatem, utrumne "quid grave an hirſutâ cum aſperitate promatur? inflectatur quod "acui, aut acuatur quod oportebat inflecti? aut quî minùs id quod "dicitur verum eſt, ſi id numero peccetur aut caſu, præpoſitione, "participio, conjunctione? Deinde cùm de rebus agitur ab oſten-"tatione ſubmotis, quid dicatur? ſpectandum eſt, non quali cum a-"mœnitate dicatur: non quid aures commulceat; ſed quas afferat
c Laërt. l. 7. "audientibus utilitates. Neque alia fuit Zenonis Citiæi[c] Philoſophi ſententia, qui in nummo non elegantiam ſcripturæ ſpectandam eſſe ajebat; ſed pondus & materiam, adeòque nihil referre exiſtimabat, quàm elegans ſit oratio; ſed quàm utilis; ac proinde non circa voces & vocabula memoriam; ſed circa intelligentiam men-
d Quintil. l. 2. c. 17. e Chron. Montis-Serens. "tem exercerent. Commodum igitur in quavis re ſpectandum, ac "præſertim in libris,[d] quos non eſt æquum haberi malos, quibus be-"ne uti licet. *Nemo*, inquit,[e] Scriptor ævi inferioris, *pro eo quòd Scriptorem fortaſſis juſtè contemnit, ſi quid utilitatis ex hoc opere conſequi voluerit, contemnendum pariter arbitretur, quia tritico in ſe contrito vilitas cophini nihil derogat: nec aqua contemnitur, quàm uſibus omnium plumbi fiſtula ſubminiſtrat.* Ita nempe rem, ſenſumque attendendum, non verba exiſtimabant.
f Orat. 39. lib. 1. c. 3. [f]Gregor. Nazianzenus apud Facundum Hermianenſem, nihil pro vocabulorum diverſitate diſſidendum cenſebat, cùm ad eundem ſen-
g In Prologo ad Cantica Cantic. ſum omnium diverſitas provocet intellectum. Et[g] Aponius: *Si cui ſordet*, inquit, *agreſtis & hiſpidus ſermo, ſi habet in ſe reconditum ſal, non ſyllogiſmorum reſonantia verba; ſed ſenſum requirat.* Neque aliter Romani, qui Scriptorum ſuorum veterum non ſunt aſpernati lectionem, qui
h Varro in Bimargo. etſi, ut ait[h] Varro, *allium & cæpe eorum verba olerent, tamen optimè animati*
i Apud Senat. lib. de Divin. lect. cap. 1. *erant*, id eſt, optimè ſentiebant. Et[i] Virgilius ipſe Poëtarum Princeps, dum Ennium legeret, à quodam, quid faceret inquiſitus, re-
k Prudent. in Pſychom. v. 457. ſpondit, *aurum ſe in ſtercore quærere.* Legebat quippe[k] *auri fragmenta caduci inter arenarum ſcopulos.*
l S. Hieron. Ep. 26. c. 3. [l] *Lucet* enim interdum *margaritum in ſordibus, & fulgor gemmæ puriſſimæ etiam in luto radiat*: quæ[m] *à prudente debet cu-*
m Primaſius Utic. in Præfat. ad Apocalypſim. *rari, colligi, & reperta dignitati ingenuæ revocari.* An nobis non licet legere
n S. Hieron. Epiſt. 22. [n] de ſpinis roſam, de terra aurum, de concha margaritum: vel idem agere quod apes, quæ ex variis quidem floribus, quos pervolitant, ea duntaxat decerpunt, quæ ſibi ad opus profutura putant, cætera prætermittunt? Sed & ex venenatis ipſis interdum floribus quædam hauriunt, unde mella ſua conficiant. Sed & in hanc ſententiam præclarè omnino Theodoretus, dum Gentiles arguit & Græcos, qui comtos & elegantes ſermones ſectabantur, & ſi ejuſmodi non
o De curat. Græc. aff. ſerm. 9. invenirent, eos riſu effuſo contemnerent & maledictis inceſſerent: quaſi, inquit ille, τὸν πολυτελῆ μαργαρίτην, καὶ τοῖς πλουτοῦσι περιπόθητον, εὐκαταφρόνητον

ὄστρεον

ὄστρεον καὶ τίκτει καὶ τρέφει, καὶ μέντοι καταχρύπτει. οἱ δὲ τοῦτον ὠνούμενοι, χρυσίον διδόντες, ὅτι κάλιστα πλεῖστον χαίρειν ἐῶσι τὸ ὄστρεον· Καὶ τοῖς διαυγέσι δὲ λιθιδίοις ἐκείνοις, ἃ τὴν βασιλικὴν διακοσμεῖ κεφαλὴν, ἑτέρα λίθου φύσις ἔξωθεν περίκειται παντάπασιν ἄχρηστος. Neque aliter Gregorius Nazianzenus, qui ita legendos prophanos Scriptores censebat, ut ex iis, quod utile esset, more apum colligeretur, quæ noxia viderentur, prætermitterentur: Jambo 3.

Τούτοις δ' ἅπασιν ἐμφρόνως ἐντύγχανε,
Σοφῶς ἁπάντων συλλέγων τὸ χρήσιμον,
Φεύγων δ' ἑκάστου τὴν βλαβὴν κεκριμένως,
Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμούμενος,
Ἥτις ἐφ' ἅπασιν ἄνθεσι καθιζάνει,
Τρυγᾷ δ' ἑκάστου πανσόφως τὸ χρήσιμον,
Αὐτὴν ἔχουσα τὴν φύσιν διδάσκαλον.

At ista quæ cuncta fac cautus legas,
Prudenter ex his colligens quod utile,
Fugiensque quicquid noxium est & pestilens.
Apis æmulari cura sit sapientiam,
Quæ flore in omni sessitans, ex singulis,
Idoneè carpit, esse quod videt usui.
Natura doceat quamvis hanc tantummodò.

[a] *Operis mei est & studii,* ajebat S. Hieronymus de hæreticorum libris, *multos legere, ut ex plurimis diversos flores carpam, non tam probaturus omnia, quàm quæ bona sunt electurus: assumo multos in manus meas, ut à multis multa cognoscam, secundùm illud quod scriptum est: Omnia legentes, quæ bona sunt retinentes.* [b] Scitum illud Theophili, Episcopi Alexandrini, apud Socratem, qui interroganti, cur Origenis libros, quos dam nabat, legeret & amplecteretur, hæc reposuit: Τὰ Ὠριγένους ἔοικε βιβλία λειμῶνι πάντων ἀνθέων. εἴτι οὖν ἐν αὐτοῖς εὕρω καλὸν, τοῦτο δρέπομαι· εἰ δέ μοι ἀκανθῶδες φανείη, τοῦτο ὡς κεντοῦν ὑπερβαίνω. [c] Sed & in mala segete bonum aliquod spicum sæpe reperitur, & in testaceis vasculis thesaurus interdum reconditur. Quocirca jure carpuntur, nescio qui magistelli, qui cùm apud ævi interioris Scriptores quidpiam barbari, vel minùs sani deprehendunt in vocibus, aut in verborum sententiis, criticam illicò immittunt manum, eas immutant, aliasque nullo ferè judicio obtrudunt, cùm recentiora sua & paulò cultiora Lectoribus fore longè gratiora, licèt falsò, sibi persuadeant. Nam cùm in ejusmodi scriptis non elegantiam sermonis quæramus, quàm à tot disertissimis Oratoribus & Historicis petere licèt, quæ ipsi prodiderunt, eorummet verbis, etsi minùs Latinis vel etiam incomptis, edoceri non minima est voluptas. [d] Si enim eloquentiam quæris, Demosthenes aut Tullius legendus est. Adde quòd in iis, quæ illi inducunt, sæpe latent venerandæ antiquitatis vestigia, quæ modò cogimur ignorare. Hinc tot Sanctorum Vitas interpolatas legimus à quibusdam sciolis, dum eas ad cultiorem Latini sermonis nitorem reducere conantur, & qui dum nævum illius ætatis medicari student, deformant potiùs pulcritudinem faciei, quàm ornant. [e] Auctor Vitæ S. Pauli Episcopi Armorici: *Hujus sancti viri gesta scripta quidem reperi; sed Britannicâ garrulitate confusa, ut legentibus fierent onerosa. Negligebantur ergo virtutum clara ingenia Scriptoris ignavi culpâ. Inconveniens enim verborum sententia sententiarumque compositio nullâ attentionis docilitate aut benevolentiæ delectatione sibi Lectorem comparabat. Erat igitur tota neglecta in omnibus: pro quâ re utilitate multorum commoniti, & corporali præsentiâ B. Pauli provocati, --- longitudinem*

a S. Hieron. Epist. 79.
b Socrat. l. 6. c. 17.
c Idem Ep. 39.
d S. Hieron. Ep. 130. & in Præfat. ad lib. 5. Comment. in Esaiam.
e Ex MS. Cod.

nem ſententiarum adbreviare curavimus, & verborum ordinem, prout potuimus, ad unguem direximus. Ita ille & ſimiles interpolatores, dum ſcribillandi, & ex aliorum laboribus ſua conſarcinandi laborant prurigine, fucum faciunt Lectoribus. Id ſanè, neque injuria, objectum & crimini datum viro cæteroquin ſummæ eruditionis, & cui plurimùm debent literæ, Laurentio Surio Cartuſiano, qui in magno illo quod aggreſſus eſt opere de Vitis Sanctorum, plerasque longè aliter, quàm in ſcriptis Codicibus deſcriptas invenerat, edidit, mutatis interdum ſententiis, ſæpius etiam interpolatis vocabulis inſolentibus ac ignotæ, ut rebatur, vel difficilis ſignificationis, in quo quidem quotquot ſunt eruditi, ejus fidem meritò expoſtulant. Quod in re literariâ damnum, laborioſâ omnino curâ, ac diligentiâ ſingulari reſarciunt hodie viri ſuprà laudem omnem, qui Sanctorum geſta ab ipſis hauſta fontibus, & prout ab ipſis etiam exarata ſunt auctoribus, luce publicâ donant, ac illuſtrant. Sed & hæc interpolatorum veſania effecit, ut genuinos Joannis Joinvillæ fœtus deſideremus, quos ab editis longè abeſſe docet autographa ipſius Epiſtola, quam olim deſcripſimus. Proinde de ejusmodi Scriptoribus idem dicere liceat, quod de puerulis balbutientibus, [a] *qui linguæ offenſione fiunt dulciores.*

[a] *S. Hieron. Epiſt. 9.*

LXII. Fatendum tamen maximè, hanc eſſe complurium mediæ ætatis Scriptorum ſcribendi rationem, ut in eorum libris animus peregrinari non expetat, qui, ſi quædam bona contineant, ſcatent perſæpe pravis ac ſupervacaneis: adeò ut patentia interdum non ſine faſtidio peragranda ſint arva ſalebroſa, vel ſenticeta, priusquam occurrat, ubi pes certò figatur, vel unde aliquid ſani hauriatur aut reconditi: in quod certè ſi quis inciderit, habebit fortaſſe quod "ſcriptioni ſuæ præclarum inſerat emblema. Credamus ſummis ora-"toribus, ajebat [b] Quintilianus, qui veterum Poëmata, vel ad fidem "cauſarum, vel ad ornamentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præ-"cipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium, "& cæteros, qui ſunt proximi, vidimus, Ennii, Accii, Pacuvii, Luci-"lii, Terentii, Cæcilii & aliorum inſeri verſus, ſummâ non eruditio-"nis modò gratiâ; ſed etiam jucunditatis, quùm poëticis voluptati-"bus à forenſi aſperitate reſpirent. Quibus accedit non mediocris utilitas, quùm ſententiis eorum, velut quibusdam teſtimoniis, quæ propoſuêre, confirment. Ita nempe veteres illi diſertique omnino oratores à priſcis illis Poëtis ac Scriptoribus, licèt fortè ab eâ, quæ tum vigebat, ſermonis elegantiâ procul abeſſent, præclaras ſententias mutuari, easque laudare non indignum putabant, [c] cùm de nominibus anxii non eſſent, dum vis rerum ipſa manifeſta eſſet. Adde quòd tædioſorum ejusmodi librorum moleſtia his, qui optatam curſu contingere metam ſtudent, devoranda eſt, cùm [d] nullus tam malus auctor ſit, qui non aliquâ ſui parte prodeſſe poſſit, nullusque tam gravis cibus, qui non ſtudioſi ſtomachi calore concoquatur. Studioſorum, hoc eſt, eorum, qui diſcendi cupiditate tenentur, duplex "genus eſt, ajebat [e] Antonius Auguſtinus; alteri enim nocere exi-"ſtimant linguarum peritiam, antiquitatis cognitionem, diſſerendi "aut dicendi artem, & cæteras diſciplinas, quibus tamen veteres "Juriſconſultos exornatos fuiſſe negare non poſſunt: alteri his omnibus

[b] *Lib. 1. c. 8.*

[c] *Idem lib. 5. c. 10.*

[d] *Plin.*

[e] *In Præfat. ad Julian. Anteceſſ.*

bus libenter operam dant, & cæterorum ignaviam, quam etiam stupiditatem appellant, vehementer irrident. Utrosque admonendos esse potiùs quàm irritandos semper censui: peccare enim quosdam ex utroq; genere hominum video, dum præter modum aut hi suavitate dictionis atque ornamentorum capti minùs in hanc ipsam disciplinam incumbunt, aut illi nec verbis nec sententiis sibi ipsi constant, in utrisque hærent, artis docendi rudes atque imperiti. Sic statuo, inquit [a] Vossius, etsi multo augustius sit sapere, quàm dicere, esse tamen dignum sapiente intelligere omnes, etiam barbaros, at interim convenienter loqui auribus Romanis. Ejusmodi enim sunt *S*criptores recentioris paulò ætatis, ut hos legisse semel necesse fuerit, qui in istorum sæculorum, ac maximè Ecclesiasticis rebus peregrinus omnino esse noluerit: [b] quos quidem ita leget vir prudens, ut magis judicet quàm sequatur. Rectè ergo dixit [c] Antonius Aprutinus Episcopus, extare monumenta majorum, quæ etsi non accuratè magnificèque scripta sint, continent tamen aliquid, quod legi possit, & sunt cognitione dignissima, iis præsertim, qui non tam *S*criptorum elegantiam desiderant, quàm notitiâ delectantur antiquarum rerum. Huc igitur non veniant Criticastri delicatulas delibatum amœnitates, verbis utor [d] viri doctissimi, neque ad stribliginem dictionis semibarbaræ creetur nausea. Sanè non est optandum Monachos nostros Latiniores fuisse, aut rebus suis digniores. Servanda est singulis temporum suorum meritorumque prærogativa, ajebat [e] *S*idonius. Quidquid tulerunt sæcula, ferendum est nobis. Qui à rudiori ævo expectat elegantias, optat ille [f] *voce ut loquatur psittaci coturnix.* Alia tempora alios *S*criptores habent: Historia autem cùm sit universæ antiquitatis conservatrix, omnium ætatum auctores desiderat; nec minùs à mediocri, quàm à comptiori stylo suppetit nobis vera ac genuina rerum anteactarum cognitio. Scripturis deinde celsioribus sepositis, humilioribus licet interdum animum reficere. Abscedant igitur, quibus [g] non sunt suaves epulæ, quæ non placentam redolent, quas non condit Apicius, in quibus nihil de magistrorum hujus temporis jure suffumat.

LXIII. Atque his quidem hactenus, de causis corruptæ Latinitatis ad Glossarium in antecessum prælibatis, modò superest, ut nostri in hoc aggrediendo opere consilii rationem aperiam Lectori, ut ad illud vel perlegendum, vel consulendum, prout libuerit, edoctus accedat. Emensis utcumque classicis ac veteribus, ad recentioris ætatis utriusque Linguæ *S*criptores accessi eò lubentiùs, quòd cum nova prorsus ac mihi antea peregrina ex iis addiscerem in dies, non mediocri inde sensim animi voluptate afficerer. Nam etsi aliquantulum deterreret insulsus dictionis character, censebam non tam spectanda verba, quàm res ejusmodi mente retinendas, quas à probatæ Latinitatis auctoribus edoceri minimè liceret: cùm præterea ex ipsis, quæ barbara appellamus, vocabulis occurreret persæpe, nescio quid: unde plurimum perciperetur eruditionis, tum ad instituta moresque majorum nostrorum, tum ad vulgarium vocum origines retegendas. Quæ quidem cùm memoriâ complecti omnia, quæ legimus, haud facilè sit, in adversaria referebam, ne elaberentur, ita ut sensim,

[a] In Epist. ad Eric. Oxenstern. præfixa lib. de Vit. serm.

[b] S. Hieron. Epist. ad Lætam. 7.

[c] Lib. de Reb gest. Brachii.

[d] I. Marsham in Propylæo ad Monast. Anglic.

[e] Sidonius p. 2. Serm.

[f] Martial. l. 10. ep. 3.

[g] S. Hieron. Epist. 130.

sensim, ac aliud ferè agendo rerum inferioris ætatis immensa penè succreverit, seges, quam ita digesseram, ut, cùm liberet, faciliùs quæsita occurrerent. [a] Quippe

a Ovid. lib. 3. de Ponto, Eleg. 9.

Non liber ut fieret; sed uti sua cuique daretur
Littera, propositum curaque nostra fuit.
Post modò collectas utcunque sine ordine junxi,
Hoc opus electum ne mihi fortè putes.
Da veniam scriptis; quorum non gloria nobis
Caussa; sed utilitas officiumque fuit.

b Seneca Epist. 55.

[b] Quicquid enim lectione collectum est, stylus redegit in corpus, & apes imitati, quæ vagantur, & flores, ad mel faciendum idoneos, carpunt, deinde, quicquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt, ut de se cecinit Lucretius: Omnia nos itidem depasti utcumque sumus &c. Neque enim eâ accuratione, quæ istius erant argumenti, à me sunt observata, quin quamplurima elapsa sint: ut qui noveram, viros undecumque doctissimos, aut in hac palæstrâ magnâ cum laude jam desudasse, aut id sibi tractandum sumpsisse, idque scriptis suis palam esse professos, adeò ut præcipua duntaxat, & quæ extra communem usum essent omnino mihi adnotanda censerem, ad memoriæ, si quando ea recordari oporteret, subsidium. Ita nempe Isaacum Vossium, scriptis quamplurimis clarissimum, ab hoc argumento, in quod multa jam legendo contulerat, ut erat immensæ lectionis, deterruit, non Spelmanniani tantùm Glossarii pars prior edita, & quæ sperabatur altera; sed & quòd Joannes Meursius in Glossario Græco-barbaro, Latino-barbari etiam publicandi spem fecerat, & quòd nescio quis Guillelmus Noompsius, tum temporis adolescens, id se aggredi operis palam fecerat. At iis demortuis, pœnituit virum doctissimum intermissi laboris, omniaque ejusce argumenti in chartas suas non retulisse. Damnum tamen quodammodo istud ut sarciret, quæ jam olim in adversaria sua retulerat, recollegit, excussisque priùs editis Glossariis, maximè quæ Scriptoribus inferioris ævi ab editoribus adjuncta sunt, quâ ille erat literarum ferè omnium amplitudine, in unum volumen compegit ac retulit quamplura vocabula, quibus & criticam manum interdum adhibuit. Dumque alia, majoraque in hanc rem molitur ac pollicetur, ejus consilia mors abrupit, literatis omnibus semper nimiùm immatura. Glossarii deinde Spelmanniani prodiit pars posterior, quæ etsi multa observatu digna, licèt indigesta, contineat, priore tamen longè inferior: ut mirum sit, virum doctissimum operi, quod eruditi quique tot votis tantoque studio expeterent extremam manum non apposuisse, cùm prioris partis editioni, quæ anno MDCXXVI. prodiit, annis XV. superfuerit: obiit enim anno MDCXLI. ætatis LXXVIII. Cujus quidem rei caussam esse aliam non arbitror, quàm quòd Anglicanæ Ecclesiæ Conciliorum collectioni ac editioni, veteribusque eruendis monumentis, totum dedisset se se, Glossarium verò, quantum exigebat dignitas argumenti, absolvere immensi nimiique esset laboris.

LXIV. Atque id quidem quod viros tantos, & in rerum fermè omnium literarumque cognitione consummatos toties ab incœpto revo-

revocavit, non ſemel etiam à propoſito me deterruit. At cùm viderem pleroſque ex iis qui id hactenus ſibi tractandum ſuſceperant, nudis paſſim vocibus exponendis, Grammaticiſque quiſquiliis incubuiſſe potiſſimùm, Spelmannum verò rebus Saxonicis Angliciſque, in quibus apprimè verſatus erat, inſtitiſſe maximè, adverteremque in ſacris ac Eccleſiaſticis, aliis etiam prophanis inferiorum ſæculorum ritibus, atque adeò vocabulis multa conferri poſſe, quæ ille aliique non attigerant, quamplura denique in Francicis noſtris, imò & exteris elucidandis vel illuſtrandis deſiderari: ſubiit animum rem intentatam vel certè non confectam aggredi, & quantumvis forſitan ſupra vires, ejuscemodi ſcribendi ſuſcipere argumentum quod literarum ſtudioſis profuturum arbitrarer. Cùm igitur permulta ex ingenti Scriptorum, quos identidem levandi tædii vitandique otii causâ in manus ſumpſeram, numero adeſſent animadverſa, tot doctorum virorum inſiſtendo veſtigiis, ea recenſere, & utcumque digeſta in lucem emittere publicam decrevi. Quod quidem feci, ut non diſſimulem, animo ſat reluctanti, cùm & argumenti immenſitas accurationem diligentiamque excluderet, atque tot difficultatibus, quæ apud Scriptores occurrunt, enucleandis ea eſſet neceſſaria, quam mihi deeſſe agnoſcebam, cognitio. Sed importunis tandem victus amicorum flagitationibus, qualiacumque iſta ſunt, non ſine famæ forſitan periculo, vel etiam diſpendio, eruditorum oculis placuit exponere. Atque id cùm aggredior, ecce quod unico volumine conficiendum ſperaveram, in tria excreviſſe animadverto: unde novum poſtea in corrigendis tam vaſtæ ac multiplicis literaturæ mendis negotium acceſſit, quod qualis ſit faſtidii, cùm innumeri penè Scriptorum loci recenſendi, ſimulque cum adverſariis exactè conferendi ſunt, norunt qui ſtudiorum ſuorum monumenta typis commendant. [a] Verùm licèt propè infinitum mihi laborem « [a] *Quintil. l. 4. c. 1.*
proſpicerem, & ipsâ cognitione ſuſcepti muneris fatigarer, durandum eſſe, quia cœperamus, & ſi viribus deficiemur, animo tamen « perſeverandum, ſpemque in eo qui vires dat ponendam exiſtimavimus.

LXV. Noſtrum porrò hoc opus ita digeſſimus, ut minimè ingratum fore etiam politioris literaturæ amatoribus non usquequaque diffidamus, qui ſcilicet in evolvendis præclaræ eruditionis, veteribus nempe, Scriptoribus, ſtudia ſua ut plurimùm conferunt, qui cum in ævi inferioris incidunt libros, hærere coguntur ferè ſemper quos ejusmodi ſalebræ planâ & in offensâ percurrere lectione non ſinunt, cùm nulla penè ſit inter utrumque literaturæ genus affinitas, nec qui in humanioribus literis, claſſicisque perlegendis auctoribus, operam ſuam collocant, quidpiam continuò in iſtis percipiant. [b] Hinc optandum dicere ſolebat Joſephus Scaliger, ut infimi ſæculi [b] *Scaligeriana p. 144.*
Gloſſaria quis conſcriberet. Noverat quippe nonnulla interdum occurrere, quæ in perlegendis libris doctiores quosque remorantur, nec omnia iis eſſe ſemper explorata. Quin & reperient in hoc Gloſſario qui inferioris ſunt in literis ſubſellii: unde moleſtias ſuas ſublevent, dum barbaro-Latina, aut peregrinæ notionis vocabula inter legendum ſe ſe offerent.

XVI. Occurrunt igitur apud medii & infimi ævi Scriptores infinita propemodum vocabula, quæ aut ignotæ, aut novatæ significationis, aut denique barbara sunt, & cùm eorum notio minimè plana sit aut perspicua, Lectorem ad alia properantem non modò retardant; sed etiam quandoque sistunt, & ab eorum lectione
a Lib. 2. de Doct. Christ. c. 14. propter obscuritatem prorsus avertunt. *Ignotum verbum*, inquit [a] Augustinus, *facit hærere Lectorem, aut ignota locutio, quæ si ex alienis Linguis veniunt, aut quærenda sunt ab earum Linguarum hominibus, aut Linguæ eædem, si & otium est & ingenium, ediscendæ, aut plurium interpretum consulenda collatio*
b In Præf. p. 9. "*est.* Equidem memini, ajebat [b] Vossius, cùm primitus aurum duntaxat tractare adsuetus, abderem me in hos seu ferreos seu lutulentos Scriptores, crebrò evenisse, ut propemodum non magis eos intelligerem, quàm si alium in orbem delatus fuissem. Ac interfui aliorum simili querimoniæ, qui eos jamdiu de manibus abjecerant, quia de eorum mente assequendâ desperarent: quando,
c S. Hieron. Præfat. in Daniel. "ut dici solet, legere & non intelligere, verius sit negligere. [c] Proinde sæpe accidit, ut qui in probis Auctoribus scioli sibi videntur, "incipiant rursus esse discipuli in iis quæ mediæ ætatis appellamus. Ei igitur qui ad Scriptores legendos animum adjecerit, & nihil quod cognitione dignum existimet sibi elapsum voluerit, vocabulorum notiones erunt tenendæ, cùm absq; eo nihil ferè scire possit: est enim,
d Lib. 2. c. 17. ut ait [d] Epictetus, *principium eruditionis verborum intelligentia* ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις.
e S. Paul. *Si nescieris virtutem vocis*, inquit [e] S. Paulus,
f In Versib. de Eccelino & Alberico Romano. *ero ei cui loquor barbarus.* Quæ ita expressit [f] Thadæus Notarius Vicentinus:

Vir qui non non intelligit verbum quod loquatur,
Esse per Apostolum barbarus monstratur
Qui fert, Si nescieris tu virtutem vocis,
Ero tibi barbarus talibus in locis,
Et tu mihi barbarus, frater, per hoc eris,
Dum non intellexero dicere quod quæris.

Proinde si res velis percipere, voces ipsas primùm scire debes. Rectè
g In Cratylo. enim [g] Plato dixit, ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, *qui gnarus est vocabulorum, gnarus erit & rerum.*
h Maximus Martyr. ad versus Pyrrhum. E contra, [h] *dicere aliquid, nec ejus quod dicitur varias significationes discernere, nihil aliud est quàm confundere.* Omnis namque quæ à ratione suscipitur de aliquâ re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur,
i Cic. lib. 1. Offic. ut est apud [i] Tullium, quod ad vocabulorum significationem referri rectè potest, absque cujus notione frustra te librorum lectioni committas. Unde ea est recentiorum scribendi ratio, ut cùm res haud omnino tritas ac obvias enarrant, si quid abstrusi in vocibus occurrat, paululùm subsistant, earumque vim Lectores suos doceant, tùm quòd sæpe contineant in se multam eruditionem, tum
k An. 262. n. 60. quòd hac ignoratâ prorsus ipsis hærere necessum sit. Hinc [k] Baronius: *Voces obscuras interdum declarare ratio instituti, cui nos obligavimus, exigit: quod haud putamus ingratum esse Lectori. Quonam pacto, quæso, rerum gestarum narratio innotescet, nisi voces quædam exoticæ & exoletæ in ea positæ explicentur?* Sed quàm necessaria sit in re literariâ, atque adeò in Republicâ verborum accurata interpretatio, satis Jurisconsul-

consulti amplissimo de Verborum significatione titulo in Pandectis demonstrarunt, quam in sententiam legendus omnino Petrus Faber in Semestribus *Lib. 2. c. 2.* initio.

LXVII. Verùm etsi ex iis complura, non omnia tamen quæ apud ejusmodi Scriptores habentur, in hisce voluminibus complectimur, nec quæ in iis exponimus quâ par est fortè eruditionis ac diligentiæ dignitate tractata magnis illis ingeniis videbuntur. Nec dubitamus multa esse, quæ & nos præterierint, ut dicam cum [a] Plinio, " homines enim sumus, & occupati officiis, succisivisque tempori-" bus ista curamus: proinde ego planè istis adjici posse multa confi-" teor, nec his solis; sed & omnibus, quæ edidi, ut obiter caveam istos " Homeromastigas. [b] *Quis enim scire omnia, aut reminisci potest?* Quis libros omnes se legisse, inferioris ætatis dico, audeat profiteri?

[c] *Legisse libros omnium qui scripserint,*
Laboriosum est, longiusque sæculo.

Certè per *innumeros librorum cucurrimus agros*, ajebat [d] ille; sed non omnes evolvimus &, ex iis, quos legimus, elapsa multa, quòd ex eorum genere esse arbitraremur, [e] *quæ nescire inter virtutes habentur*; scilicet [f] *quæ scita non conferunt, & ignorata non lædunt*. Deinde cùm id consilii paulò seriùs ceperimus, non omnia, quæ in illud argumentum conferri possent, à nobis observata ultro agnoscimus. [g] *Sæpe enim præsumimus aliquid memoriâ retenturos, & cùm id putamus, non scribimus, nec nobis postea, cùm volumus, venit in mentem.* Sed & [h] non me-" diocres tenebræ in silva, ubi hæc captanda, neque eò, quò perve-" nire volumus, semitæ semper tritæ, neque non in tramitibus quæ-" dam objecta, quæ euntem retinere possent. Verùm hac in re quid-" piam nos consecutos saltem arbitrabimur, si ex iis, quæ àperitioribus" observari potuissent, nonnulla deprehendimus, vel explanavimus. " [i] In magnâ silvâ boni venatoris est indagantem feras, quampluri-" mas capere, nec cuiquam culpæ fuit non omnes cepisse. Deinde" [k] cur Scriptoris industriam reprehendas, qui Herois atavum tritavumque non potuerit reperire, cum ipse tui tritavi matrem non possis dicere: quibus, non omnia nos investigare vel scire posse innuebat Romanorum doctissimus. Proinde liceat dicere cum [l] Prisciano: *Ne pigeat à me ignorantiâ forte prætermissa, vel vitiosè dicta; nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus esse credo.* Deinde cum infinita sit in vetustis Auctoribus ejuscemodi vocabulorum copia, nec quisquam eo sit ingenii acumine, ut singula quæque annotet: nec hominis unius quantumvis perspicacis ætas & vires sufficiant, ad omnia perscrutanda, non potuimus non multa præterire, & posteris erudienda relinquere, in quibus & ipsi, si in hoc argumento versari velint, desudare habeant.

LXVIII. Non deerunt fortè etiam qui minùs probent trita ac obvia, complura etiam interdum, quorum ex se notio perspicua est, vocabula; vel denique quòd ex veteribus tabulis vocum quisquiliæ ac nullius penè momenti interserantur: ac proinde [m] Fabii illud objiciant: *Persequi quidem quid quis unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ esse, & detinere atque obruere ingenia meliùs aliis vacatura. Nam qui*

[a] *In Proæmio.*
[b] *Facund. Hermian. l. 10. c. 10.*
[c] *Thom. Naogeorgius.*
[d] *Adam. Brem. p. 75.*
[e] *Quintil. l. 1. c. 14.*
[f] *Joan. Sarisb. in Metalog. c. ult.*
[g] *S. August. l. 4. de Anima ad Vincent. c. 7.*
[h] *Varro l. 4. de Ling. Lat.*
[i] *Columell. l. 5. c. 1.*
[k] *Varr. l. 6. de Ling. Lat.*
[l] *In Epist. ad Julian. Consul.*
[m] *L. 1. c. 14.*

omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest. Quibus quidem ut reponam, fateor, multa esse in hoc Glossario,

a Terentian. Maur. [a] *Quæ pueris etiam promptum occurrere parvis*

Sed ea est scriptionis ejusmodi ratio, ut delectui locum dare haud facile sit, cùm, quæ omnibus nota putamus, peritioribus persæpe ignota sint, aut si sunt perspecta, ea auctoritatibus stabilita ac confirmata intueri non displiceat. Accedit, quòd qui materiam scribendo aliquam sibi deligunt, nihil ex iis, quibus illustrari utcumque potest, omittere debent, [b] *ardui* duntaxat *laudem expetentes, non favorem ex obviis.* In his igitur interpretandis & explanandis, id inprimis curarum habuimus, ut nulla præterirentur vocabula, quantumvis levia, quæ aliquam lucem expeterent, adeò ut ad infima quæque demittere interdum calamum non piguerit, nullaque vox ferè occurrerit, quæ à communi Latinitatis usu recederet, quæ non à primævâ sui origine deducta declarataque sit, vel saltem indicata & observata. In apertis enim verbis supervacanea interpretatio visa est, cùm nulla ingenii laus sperari debeat è re tam humili, & ab omni ostentatione procul positâ: & [c] *stultissimum sit docere, quod noverit ille, quem doceas.* At ubi latior se se campus aperuit, plus oneris, quàm mihimet primò imposueram, sponte suscepi, & instituti ratione non satis sæpe perpensâ, totum me dedidi in enodandis ac investigandis abstrusioribus, cùm vocibus, tum ritibus ac moribus, & multis iisdemque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias extendi, rem haud ingratam facturum me arbitratus, si, quæ in desuetudinem longè abierant, & quæ Lectoribus difficultatem movent, prolixiori interdum parergo plana facerem, Scriptorum invicem peractâ comparatione: in quibus Pieridum sæpe peragro loca, nullius antè pressa solo, consultò tamen omissis quampluribus, "quibus ea potuissent adornari. Quippe, ut ait [d] Fabius, si quantum "de quacunque re dici potest, persequamur, finis operis non reperie-"tur. [e] Neque per singulas species exequi patitur natura rerum, "quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incommoda, ut "& nimium dicerent, nec tamen totum. [f] Sed & non omnia man-"danda sunt literis, ut aliis aliquid ad narrandum relinquatur. De vocibus verò Latinis obsoletis & antiquis, quas interdum indicamus, idem ferè dicere licet, quod Socrates apud [g] Platonem, videri barbarum, quod ignoramus, φαίμεν ὃ ἐὰν μὴ γινώσκωμεν βαρβαρικόν τι τοῦτο εἶναι. Mox subdit: εἴη μὲν οὖν ἴσως ἄν τι ἀληθεία, καὶ τοιούτων αὐτῶν. εἴη δὲ κἂν ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι. διὰ γὰρ τὸ πανταχῆ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα, οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη, εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νῦν βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέρει.

LXIX. Reperientur perinde alii, qui nobis vitio vertant, quòd crebriùs istis indulgeamus παρεκβάσεσι, seu egressionibus, uti à [h] Fabio, vel excessibus, ut ab utroque [i] Plinio appellantur, atque hinc inde exspatiemur: & quòd libri titulum, quod monet Plinius alter, non sæpius legerimus, nosque identidem interrogaverimus, quid scribere incœperimus. Quibus quidem ut faciamus satis? velim intelligant, eam nobis fuisse mentem, ut hæc qualiscumque lucubratio nostra non jejuna omnino prodiret in publicum, veterum, atque recentiorum aliquot Glossariorum more, quæ verba cum sola expl ica-

b Terent. Maur.
c S. Hieron. ep. 22. c. 12.
d In Præf. lib. 1.
e Idem l. 5. c. 10.
f Symm. l. 1. ep. 40.
g In Cratylo.
h L. 4. c. 3.
i In Præfat. & Plin. Jun. l. 9. ep. 26.

plicatione complectuntur. Nam etsi interdum vocabula, quæ paucis expediuntur, nostrum contineat, ea tamen, quæ eruditionis ac literaturæ admittere quidpiam poterant, pro virili illustrare id nobis curæ ac pensi inprimis fuit, ubi [a] *ne quid esset incognitum, vitanda fuit nimiùm constricta brevitas*: præsertim cùm veteres nostrorum mores, ac ferme obliteratos & oblivione sepultos ad Scriptorum intelligentiam detegendos, & rursum in lucem revocandos existimaremus. Quâ quidem in re firmandâ, non Latinos modò; sed etiam ævi supparis Scriptores vernaculos adhibuimus, erutos plerosque è manuscriptis codicibus, [b] cum reverentia debeatur verbis Auctorum, tum quia quandam à magnis nominibus antiquitatis præferunt majestatem, tùm quia dispendiosiùs ignorantur, cùm ad urgendum, aut resistendum, potentissima sunt. Sed & licèt modernorum & veterum sit sensus idem, venerabilior est vetustas. Tametsi haud sum ignarus esse quosdam, quibus non omnino placent vernacula ista vetera, Latinis admixta; quibus respondere liceat verbis [c] Hieronymi: Peregrinas istas merces tantùm volentibus navigare: balsamum, piper & poma palmarum rusticos posse non emere. Mihi interim ipsis Scriptorum locis, quæ in medium afferuntur, firmare satius visum est, tum [d] ut in perquisitione talium quæstionum numerositas librorum quærenti animæ laboriosa non esset; sed multiplicem Lectoris sitim hæc collecta brevitas satiaret: tum etiam, [e] ut si qua ex his displicuerint, erroribus meis paratior sit venia, quia non erunt referenda ad culpæ titulum, de quibus testificatio adhibetur Auctorum. Quòd si in quibusdam aliquando plus quàm instituti ratio videbatur exigere, sermo noster excurrat, & si currente rotâ, dum urceum facere cogitat, amphoram interdum finxit manus, noverit Lector, tunc [f] laudandam duntaxat brevitatem, cùm moras rumpens intempestivas nihil subtrahit cognitioni justorum. Cæterùm quamvis patula sit hæc nostra lucubratio, [g] *tamen in singulis suam continet brevitatem*. Multa enim [h] ex multorum libris decerpta concinnâ brevitate conclusimus, ut nec jejuna parum instruat compensatio, nec verborum prolixitas fastidium legentibus moveat. [i] Ita nempe solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. Hæc me ad defensionis exemplum posuisse sufficiat, ne hæc ipsa longitudinis deprecatio longa videatur.

LXX. Sed & nuda interdum damus verba, & absque ulla explicatione; Scriptorum locis tantùm descriptis:

[k] *Hæc sunt viribus quoniam altiora nostris:*

seu [l] quod, ut nihil ampliùs dicamus, excederent intelligentiam nostram. Alia sunt exili literâ expedita, & præterita obscura multa, quod de C. Ælii Carminum Saliorum interpretatione dixit [m] Varro, & [n] in quibus, sicut à perfectâ scientiâ procul sumus, levioris culpæ arbitrati sumus, quodcunque dicere, quam omnino nihil dicere. Neque tamen ab his colligendis, quòd eorum ignoraremus vim ac notionem, abstinere visum est, [o] cùm nulla sint magis mandanda memoriæ, quàm illa verborum locutionumque genera, quæ ignoramus, ut cùm peritior occurrerit, de quo quæri possunt, vel

a Diomed. de Orat.
b Joan. Sarisb. l. 3. Metal. c. 4.
c In Trad. Hebr. in Prol.
d Julian. Tolet. in Progn.
e Isid. in Præfat. ad lib. de Off. Eccl.
f Ammian. l. 15. initio.
g Diomed.
h Phocas Gramm.
i Plin. lib. 8. epist. 21.
k Terentian Maur.
l Ruffin. in Præfat. ad lib. Recognit.
m Lib. 6.
n S. Hier. in Ezech. 40.
o S. Aug. lib. 2. de Doct. Chr. c. 14.

talis lectio, quæ ex præcedentibus vel conſequentibus, vel utriſque oſtendat quam vim habeat, quidve ſignificet quod ignoramus, facilè adjuvante memoriâ poſſimus animadvertere & diſcere.[a] Hæc ergo, tanquam quæ ſupra vires noſtra eſſent, aliis reſervare maluimus, quàm minùs plena proferre: & cùm melius ſit, in occultis confiteri ignorantiam, quàm periculoſam ſumere audaciam. Si qua tamen Lectores propoſita invenerint vocabula, nec ſoluta; non ideò ſibi nihil collatum putent; nonnulla enim pars inventionis eſt, noſſe quod quæras, ait ſanctus[b] Auguſtinus: adde, quod[c] pars ſcientiæ eſt ſcire quod neſcias. *Fateor me*, inquit [d] Walafridus Strabo, *nec reperiſſe cuncta, quæ dilucidare cupivi, nec cuncta potuiſſe, quæ reperi, cùm & rerum magnitudo ſciendi cupiditatem ſuccenderet & diverſitatum confuſio faſtidii nimietatem præberet. Habebit tamen in his Lectoris mei curioſa veſtigatio, &, ſi non copiam ſatietatis, quâ delectetur, qualemcunque tamen inquiſitionis quâ meliùs exerceatur.*

a Senator l. de Anim. c. 4.
b S. Aug. l. 1. Quæſt.
c S. Hieron. Præf. ad l. 13. Ezech.
d VValafrid. Strabo.

LXXI. Sunt denique voces aliæ, quæ conjecturis utcumque illuſtrantur, &, cùm res obſcura videretur, nec occurreret, ubi certò pedem figere liceret, leviter attinguntur: [e] in re enim naturaliter obſcura, qui exponendo plura quàm neceſſe eſt ſuperfundit, addit tenebras, non adimit denſitatem. Proinde [f] ubi ingenio non fuit locus, curæ teſtimonium promeruiſſe contentus, paucis quæ dicenda videbantur abſolvi, ita ut in iis quæ omnibus nota ſunt vocabulis, ſeu ut[g] Fabii verbo utar, quæ apertiora ſunt, quàm ut docenda ſint, vel quæ frequentiùs occurrunt, quàm ut exemplis confirmandum ſit, indicatâ eorum duntaxat notione Scriptorum, ſi qui adeſſent, locos laudare ſatis duxerim, à quibus uſurpata eſſe conſtaret: inutilibus cæteroquin reſecatis, ne illorum more agere viderer,[h] qui ne parum multa ſciſſe videantur, ea conquirunt quæ nihil ad rem pertinent: cùm præterea,[i] quoties exitus rei oſtendit priora debeamus hoc eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur. [k] Nec enim complecti omnia vel in hac parte, vel in cæteris poſſumus, contenti rationem plura quæſituris oſtendere. [l] Sermonis igitur latitudinem fugi, ſenſúſque, qui latum quærunt certaminis campum, in anguſtum conſtitui, ut faſtidium lectionis auferrem.

e Macrob. in Somn. Scip. l. 2. c. 4.
f Quintil. l. 3. c. 1.
g l. 4. c. 1.
h Auctor. ad Heren.
i Quintil. l. 4. c. 2.
k Id. l. 5. c. 1.
l Lib. de Præſt.

LXXII. Cùm verò in rebus iis exquirendis, quarum cognitio quibuſdam eſt obſtructa difficultatibus, ut aut quod verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat, eliciatur, recentiorum Scriptorum ſententias cogor expendere, ita mihi verſandum ſemper exiſtimavi, ut nullius famam læderem, nullius in nomen luderem, nullius famam imminuerem. Si quando enim ab his diſſentio, ſuppreſſo ferè ſemper nomine ſententiam edico, maximè ſi in vivis ſunt.

[m] *Hunc ſervare modum noſtri novere libelli,*
Parcere perſonis, dicere de vitiis.

Quando enim ſine nomine contra vitia ſcribitur, qui iraſcitur, accuſator eſt ſui, ait[n] Hieronymus. [o] Et ſanè Auctores claros in literis nominari in ea parte, quâ reprehenduntur, inhumanum eſt, licèt qui talia libris complexi ſunt, nomina inſcripſerint. [p] Utique par eſt ſine derogatione perſonæ ſententiam impugnari, nihilque turpius quàm cùm ſententia diſplicet, rodere nomen Auctoris.

m Martial. l. 10. Epig. 32.
n Hieron. l. 1 in Ruffin. c. 3.
o Quintil. l. 1. c. 10.
p Joan. Sariſb. l. 1. Metal. c. 12.

Longè quidem probabilius, ut opinioni falsæ, quatenus tamen error tolerabilis est, ut parcatur interdum propter hominem, quàm ut propter opinionem homo carpatur. Singula suis sunt examinanda judiciis, & paria meritis præmia conferenda: ità tamen ut rigorem mansuetudo clementiæ vincat. Præfractam illam & gladiatoriam quorundam violentiam non laudo, ajebat [a] vir magnus, qui non tanquam vindices veritatis, licèt id profiteantur; sed tanquam ultores offensæ alicujus cum aliis Scriptoribus agunt, nec quicquam scribere possunt sine contumeliâ, quasi major iis laus accedat ex aliorum condemnatione. [b] Quod certè neque in in ipsis de religione controversiis quisquam sani vir ingenii probet omnino: quod quidem dum agitur, procul aberrant ab eo quem sibi proposuere scopo, qui Lectorem persuadere conantur: cùm argumentis pugnandum sit, non conviciis, si in tuas partes trahere adversarium velis, ne te aliquâ factione implicatum vel pravo affectum animo arbitretur. Tametsi aliter censuit [c] Hieronymus, qui nunquam hæreticis se pepercisse non semel profitetur, imò omni studio egisse, ut hostes Ecclesiæ sui quoque hostes fierent. Utinam, inquit [d] Vossius vir perinde doctissimus, fœdus ille scribendi modus, qui sic nostris temporibus in famam hominũ grassatur, sublatus esset de terris Scriptoribus salvis. Quo loco ille Jacobi Gretzeri in Franciscum Junium Socerum & Joannem Meursium nimis virulentum carpit: quem perinde non probat [e] Lucas Holstenius, ut nec aliorum qui Scriptorum ἀστοχίαν sive ἀκρισίαν insectantur, non superstitum duntaxat; sed & eorum qui pridem obierunt. [f] Scitum illud Planci, cùm diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset, *Cum mortuis non nisi larvas luctari.* Adde quòd [g] quisquis aliorum sententias impugnat, existimare debet, quod cùm ab aliis dissentit, & dissensum scripto profitetur, se perinde objicit, reprehensionibus plurimorum. Qui enim loquitur, judicatur ab uno, vel à paucis: qui scribit, omnium sententias excipit, & totius orbis, & totius ætatis se exponit judicio. Verùm cùm illud sit præsertim Scriptorum consilium, ut si qua proferant emittantque in publicum, non continuò velint indubitatam sibi fidem haberi; sed ea prout sentiunt chartæ mandant, ut rationum pondus Lector expendat, & has quidem si probet, præstet assensum: sin contra, quod velit & quod placeat eligat: hæc certè mihi semper mens fuit, cum sententiam meam in dubiis quandoque interposui, ut salvum sit unicuique in omnibus judicium, [h] ut qui nec me pariter cujusquam sectæ, velut quadam superstitione imbutus addixerim. [i] Cur enim nobis non liceat salvâ honorificentiâ quæ eruditis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quòd aliter senserint, quàm veritas habet, divino adjutorio, vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum. Interdum etiam ita Scriptorum sententias describo, ut Lectoris relinquam arbitrio quam de pluribus eligat. Et si quis non aliorum opiniones; sed nostram scire dicat desiderare, reponam cum [k] Hieronymo, noluisse me sic unum recipere, ut alios videar condemnare. LXXIII.

a Jos. Scal. Ep. 443.
b Vid. Boland in Præfat. tom. 1. c. 2. §. 6.
c In Præf. in lib. contra Pelag.
d Vossius lib. de Vitiis serm. p. 174.
e Ep. 10. ad Petr. Lamb.
f Plin. in Prol.
g Ioan. Sarisb. lib. 2. Met. c. 18.
h Quintil. l. 3. c. 1.
i S. Aug. epist. 111.
k In Proœm. lib. 11. in Esaiam.

LXXIII. Dum interim aliud agimus, vulgarium vocabulorum etymologias ac originationes interdum inquirimus, non ex professo quidem, [a] magnam quippe molestiam suscipit, Chrysippi instar, qui rationem omnium vocabulorum investigat; sed prout se se "res ipsa offert. Neque enim ex iis sum, [b] qui si quid novum in- "sonuit auribus, non satis putant nosse quid significando valeat, nisi "etiam unde dicatur exquirant: [c] Stoicorum scilicet more, qui "unde verba sint ducta studiosè indagabant. [d] Sed cùm habeat origi- "natio usum necessarium, quoties interpretatione res de qua quæ- "ritur eget, contineatque in se multam eruditionem, sive illa ex Græcis Latinisque, atque adeò ex obsoletis nostratium vocibus, sive denique ex Historiarum veterum notitiâ orta tractetur, non omittenda omnino visa est. [e] Etymologia quippe, etsi in multis obscura est, superque eadem voce alia alii visa, tantum tamen abest, ut tollenda sit, ut tam maximè sit investiganda, quàm maximè latet. [f] Τῶν ὀνομάτων, ajebat Socrates apud Platonem, τὰ μὲν πρῶτα, ἢ τὰ ἐκ πρωτέρων συγκείμενα: seu, ut [f] Varro, *Duo verborum*, sunt *principia*, *impositiciorum*, *& declinatorum: alterum ut fons, alterum ut rivus. Imposititia nomina esse voluerunt quam paucissima, quò citius ediscerentur: declinata quamplurima, quæ istoc opere facilius omnes, quibus opus essent, discerent.* [g] Primigeniorum istorum nominum alia quidem casu, alia certâ quadam ratione imposita sunt. Eorum quæ casu, nullam habendam rationem: eorum verò quæ consultò ab ipsis repertoribus vel auctoribus imposita erant, etymologias diligenter notandas censebat idem Socrates [h] οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδέν, οὐδενὶ, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν ἐθισάντων τε καὶ καλούντων. Quæ quidem nominis impositio non vulgarium hominum fuit: [i] Οὐ φαῦλον ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὔτε φαύλων ἀνδρῶν, οὔτε ἐπιτυχόντων. Quò respexit [k] Philo, cum scripsit, eos, qui, apud Græcos Philosophiæ operam dabant, dixisse: εἶναι σοφοὺς τοὺς πρώτους τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέντας. Sed cum ejusmodi primariæ nominum impositionis rationes assequi non semper liceat, tametsi generatim loquendo, [l] ὄνομ' ἐστὶν, ὡς ἔοικε, μίμημα φωνῆς ἐκείνου ὃ μιμεῖται, καὶ ὀνομαζόμενος, ὁ μιμούμενος τῇ φωνῇ ὃ ἂν μιμεῖται, derivatis præsertim hactenus institit Etymologice. Nam primigeniorum causas cognoscere eosdem non est necesse; sed casum, aut arbitrium inventoris pro causa habere satis est. *Jul. Cæs. Scaliger de causis lat. Ling. c.* 187. "Fatendum tamen plenum esse aleæ id genus studii quod hæret in di- "vinationibus, quæ si non falsæ prorsus, persæpe incertæ sunt: cùm "[m] ut somniorum interpretatio, ita verborum origo pro cujusq; ingenio prædicetur. [n] Nam & si conjectura dicta sit à conjectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem, non ea tamen est veritas illa, ut sistat se se statim ac repræsentet inquirentibus: Obstant quippe nubeculæ nescio quæ ferè semper, quibus obumbratur, ita ut pleno se lumine non patiatur conspici. Licèt enim similitudinis veri quidpiam appareat, non eò usque tamen ut certú quid statuere ac stabilire quispiam audeat. [o] Εἴ τις ζητῶν τὰ πράγματα ἀκολουθεῖ τοῖς ὀνόμασι, σκοπῶν οἷον αὐτῶν ἕκαστον βούλεται εἶναι, ἆρ' ἐννοεῖς ὅτι οὐ μικρὸς κίνδυνός ἐστιν ἐξαπατηθῆναι, ajebat Socrates, apud Platonem. Quippe, inquit, [p] Theodoritus, ἄλλο ἐστὶν εἰδέναι, καὶ ἄλλο τὸ οἴεσθαι εἰδέναι, μηδὲν ἐπιστάμενον, πολλῷ γὰρ διαφέρουσιν ἀλλήλων ἀλήθεια καὶ στοχασμὸς ἀληθείας· ὁ μὲν γὰρ στοχασμὸς καὶ διαμαρτίας ἔχει πολλάς· ἡ δὲ ἀλήθεια ἐκπαιδεύειν οὐδὲν ἐναντίον ἀνέχεται, præterea nomina

sunt

[a] Varro.
[b] S. August. lib. 12. de Genesi ad lit. c. 18.
[c] Cicer. l. 1. de Offic.
[d] Quintil. l. 1. c. 10.
[e] Jul. Scalig. d. c. L. L. cap. 190.
[f] Plato in Cratylo.
[f] Lib. 7. de L. L.
[g] Plato in Cratylo.
[h] Plato.
[i] Plato.
[k] Philo de nomin. mutat.
[l] Plato.
[m] Aug. in Princip. Dialect. c. 5.
[n] Quintil. l. 3. c. 7.
[o] Plato in Crat.
[p] Theod. serm. 1. ad Græc.

ſunt infinita, ait [a] Julius Scaliger, aut omninò aut propemodum, atq; idcirco ignota. Adhæc quæ uſu mutantur aſſiduo partimq; interiere, partim quotidie ſubnaſcuntur, ea ignorari neceſſe eſt: cum æternarum rerum tantùm ſcientia ſit. Eſt enim ſcientia habitus animæ certus: at corruptibilia incerta ſunt. Ita veteres de etymologia ſentiebant. Atque id quidem ut fatear ingenuè, effecit, ut non tam facilè ejusmodi conjecturis indulſerim, imò ut in iis parcus, & providè nimiùm cautus fortaſſe fuerim, quin & ab iis ſæpe abſtinuerim, [b] „more Academicorum, qui vitantes præcipitium falſitatis, in eo „quidem modeſtiores ſunt, quòd defectum ſuum minimè diffiten„tur, & in rerum ignorantiâ poſiti ferè de ſingulis dubitant. Quod „quidem longè tutius eſt, quàm incerta temerè definire: tametſi „interdum, quod ajebat [c] Hieronymus, quaſi per cryptam ambulanti „rarum deſuper lumen conſpiciatur. Satis enim norunt quotquot ſunt eruditi, quàm periculoſæ ſint in verborum etymis inveſtigandis conjecturæ, & quàm fallaciter plerumq; ſuis conjectoribus adblandiantur: ſic ut, in quit [d] Varro, de originibus verborum qui multa dixerit commodè, priùs boni conſulendum, quàm qui aliquid nequiverit, reprehendendum: præſertim cùm dicat Etymologice non omnium verborum poſſe dici cauſas.

[a] *Jul. Scal. de cauſ. ling. Lat. cap. 1.*
[b] *Joan. Sarisb. in Policr. l. 7. c. 1.*
[c] *Præfat. in Daniel.*
[d] *Lib. 6. L. L.*

LXXIV. Non deſunt quippe ex hominibus apprimè doctis, qui dum Linguarum ſuarum cunabula venantur, ne quicquam relinquant intactum, à Græcis veteribus, vel à puriori Latinitate originationes accerſunt, verbaque ſic inflectunt, ut ſi reducantur ad primariam vocem, obſcuræ omnino, duriusculæ, & ægrè detortæ videantur, ita ut utraque inter ſe commune nihil propemodum habeant: qui denique, ut Ariſtophanes & Apollodorus, apud [e] Var„ronem, verba ex verbis ita declinari volunt, ut verba literas alias „adſumant, alia amittant, alia amittant, alia commutent, ſeu ut ait Socrates [f] apud Platonem, ἐμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνιέναι ὅτι ποτὲ τὸ ὄνομα. Neque enim vis inferenda vocabulis in eorum inveſtigandis orginibus, cum nihil ſimile vero ſuccurrit: [g] Οὐ δεῖ ταῦτα προσβιάζεσθαι, ἐπεὶ μὴ ἔχοι ἄν τις περὶ αὐτῶν. Spectandum verò maximè ut in ejusmodi disquiſitionibus, φωνὴ, σχῆμα & χρῶμα conſonent. In Linguarum deinde vernacularum quæ Latinam ut matrem agnoſcunt, etymis indagandis minimè adhibendæ Græcæ voces, nec ab iis repetendæ etymologiæ, niſi priùs in Latinitatem tranſierint, cùm in vulgari ſermone recepta nusquam fuerit Lingua Græcanica, ſed Latina, eaque corrupta. Unde in ejusmodi etymis præclaram Latinitatem vix etiam adhiberi debere plerique opinantur. Si quis igitur id ſtudii perſequi uberiore omnium fructu in animo habuerit, non continuò ad Græas vel Latinas; ſed ad obſoletas illas vulgares voces, ſitu jam obrutas atque antiquatas recurrat, conſulatque Scriptores uniuscujusque Linguæ paulò ſuperioris ætatis, à quibus hauriet indubiè unde conjecturas ſuas firmare longè tutius poterit; [h] quo modo apud Græcos & Latinos, qui in diſciplina, quam ἐτυμολογικὴν vocant, deſudarunt, ab ipſamet Græcâ vel Latinâ Lingua originationes ſuas ferè ſemper formarunt: tametſi non inficias ierim eas interdum ab exteris repetendas. Ajebat quippe Socrates apud Plato-

[e] *Lib. 5. de L. L.*
[f] *In Cratylo.*
[g] *Ibid.*
[h] *Varro. l. 4.*

Platonem Græcos aliàs quidem ipſos univerſim, tùm verò eos maximè qui barbarorum ditioni ſubjectas regiones incolebant, multa nomina à barbaris ſumpſiſſe, ac proinde quemvis allucinaturum, qui illorum vocabulorum rationem ad Græcæ Linguæ regulam exigat, & non ad illam Linguam ex quâ originem duxerunt, εἴ τις ζητεῖ ταῦτα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ὡς εἰκότως κεῖται, ἀλλὰ μὴ κατ' ἐκείνην ἐξ ἧς τὸ ὄνομα τυγχάνει ὄν. Verùm, ut dicam quod res eſt, non ſemper vocabulorum omnium, ſcrupuloſiùs inquirendæ ſunt origines, cùm infinita ſint quæ primigenia, complura etiam à vulgo formata & ſenſim inducta: alia denique ab exteris barbariſque accepta nationibus, ſicque poſtmodum immutata, ut unde noſtri ea acceperint haud facilè ſit expiſcari. Deinde, ut ſcribit [a] Varro, *non omnis impoſitio verborum extat, quod vetuſtas quædam delevit; nec quæ extat ſine mendo omnis impoſita, nec quæ rectè eſt impoſita certa manet. Multa enim verba literis commutatis ſunt interpolata. Omnis origo eſt noſtræ Linguæ è vernaculis verbis, & multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud autem ſignificabant.* His accedit, quòd, ut alibi attigimus, in ſingulis Italiæ, Galliæ, ac Hiſpaniæ provinciis, tot ferè ſunt idiomata, quot eæ ſunt numero, à quibus ſæpe viciſſim voces mutuantur, quarum incertæ origines, quòd ex iis complures primigeniæ ſint. De ſola Gallia Narbonenſi ajebat [b] Auſonius:

a Lib. 4. de L. L.

b Auſon. in Vrbib. 11.

Quis memoret portuſque tuos, monteſque, lacuſque,
Quis populos varios diſcrimine veſtis & oris?

c Lib. 1.

Scribit Julius [c] Cæſar Belgas, Aquitanos, & Celtas Linguâ, inſtitutis, & legibus inter ſe diſcrepaſſe. Qui igitur Linguarum vulgarium etymologias inquirit, peculiaria provinciarum idiomata probè noſcat neceſſe eſt, cùm etymon quod à Græcis, aut Hebræis, vel à longinquis petit regionibus, à vicinis, ſæpe repetendum ſit. Idque in noſtrâ Francicâ licet potiſſimùm advertere, cujus origines ægrè aſſequetur, qui Belgico-Francicam apprimè non noverit, hoc eſt, eam quâ patres noſtri loquebantur antequam ab impura illa fæce purgatior evaderet. Quæ quidem non eo dico animo ut damnari velim laudandos tot eruditorum virorum in hocce genere ſtudii conatus, (quod nec Socrates apud Platonem, nec Varro togatorum doctiſſimus, aliique non pauci è veteribus averſati ſunt) qui præclaros de Linguis ſuis Commentarios ediderunt, quarum veràs origines ſæpe attigerunt, & ſi quando deflectant à ſcopo, multa proferunt alia quæ docent, à probis repetita Scriptoribus.

LXXV. Atque hæc quidem de Etymologica diſciplina, in qua ſi quando ipſemet etiam à vero aberraverim, ut & in cæteris vocabulis quæ explicanda illuſtrandaq; ſuſcepi, veniam facilè mihi à benigno Lectore impetrandam perſuadeo, cùm ſcriptis ipſe meis tantum abeſt ut indulgeam, quin me primum illorum, ac fortè ſeveriorem cæteris cenſorem exhibeam. De libris ſuis ajebat [d] Ovidius:

d De Ponto l. 3. El. 9.

Ipſe ego librorum video delicta meorum,
Cùm ſua plus juſto carmina quisque probet.

Et alibi:

Cùm relego, ſcripſiſſe pudet, quia plurima cerno,
Me quoque qui feci judice digna lini.

Et

Et de suis [a] S. Augustinus : *Ego autem difficillimè bonus judex lego quod scripserim; sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea: sed hoc malo audire à melioribus, ne cùm me rectè fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potiùs mihi videar in me, quàm justam tulisse sententiam.* [b] Levium ingeniorum est, quia nihil habent, nihil sibi detrahere. Magna verò ingenia multaque nihilominus habitura convenit etiam simplex erroris confessio, præcipuéque in eo, quod utilitatis causâ posteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione quâ quis antè deceptus est. [c] Ita Hippocrates clarus arte Medicinæ videtur honestè fecisse, qui quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est. Et M. Tullius non dubitavit aliquos suos jam editos libros, aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum, atque Lucullum, & alios. Etenim supervacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire præteritis. In magno opere, & immenso scriptionis argumento, somnum aliquando obrepsisse, non mirabitur eruditus Lector, & veniam, ut spero, dabit. [d] Nolim igitur arbitrari sic legi meos libros velle, tanquam Prophetarum vel Apostolorum, de quorum scriptis quòd omni errore careant, dubitari nefarium est. [e] Errasse scribentem, aut lapsum esse in sermone, novum non est, &, ut opinor, veniâ dignum est: quia & Scriptura dicit, *In multis enim offendimus omnes: qui autem in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Ea est lucubrationis istius moles, in quâ tam multa describuntur, ut accurata ubiq; adiberi potuerit diligentia, [f] cujus laudem simul & celeritatis nullus assequitur. Τὸ μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ, ajebat Callimachus apud [g] Athenæum: [h] grandium quippe librorum graves materiæ in eandem scedulam nullâ unquam diligentiâ compinguntur: & magnus liber, ut vulgò dicitur, magna sæpe seges est errorum, [i] cùm ad plenum nosse omnia, in nullo labi, unica duntaxat Angelorum perfectio sit. Deinde [k]

Sæpe aliquod verbum cupiens mutare, relinquo:
Judicium vires destituuntque meum,
Sæpe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere, & longi ferre laboris onus.

[l] Sed & interdum quamvis literæ syllabæque scribentium cogitationem non exigant, ut ait [m] Quintilianus, attamen sæpe non literas modò; sed syllabas inter scribendum aut permutare, aut præterire, communis hominum error est, quo non caruisse Octavium Augustum [n] *Suetonius* refert. Quin etiam accidit scribentibus non semel, iis præsertim, quibus variarum rerum cogitatione animus distrahitur, atque à sententia suspensus, curis majoribus aberrat, verbo uno posito, si alterum scribendum sit, mendosè ut illud aut membrũ nonnunquam integrum repetant: & vice versa ut ex quadam anticipatione vocabulum, quod paulò post mente præceperis, id statim ac præproperè alieno semel, & suo postea loco inseras. Cujus erroris & me quotidie periculum fecisse crebrius animadverti. Proinde liceat dicere cum [o] S. Augustino: *Si aliquid vel incautius, vel indoctius à me positum est, quod nonsolùm ab aliis, qui videre id possunt*

[a] Epist. 3.
[b] Cornel. Celsus l. 8. c. 4.
[c] Quintil. l. 3. c. 8.
[d] S. Aug. ep. 197.
[e] Ruffin. l. 1. in S. Hieron.
[f] Apul. de Deo Socr.
[g] Athen. lib. 3. c. 1.
[h] Joan. Saresb. epist. 172.
[i] Id. lib. 3. Metal. c. 3.
[k] Ovid. l. 3. de Ponto Eleg. 9.
[l] Petr. Fab. lib. 2. Sem. cap. 25.
[m] Quintil. l. 5. c. 10.
[n] Sueton. c. 88.
[o] Epist. 7. ad Marcell.

merito reprehendatur, verùm etiam à meipſo, quia & ego ſaltem poſtea videre debeo ſi proficio, nec mirandum eſt, nec dolendum, ſed potius ignoſcendum atq; gratulandum, non quia erratum eſt; ſed quia improbatum. Illius quippe ſcripta ſumma ſunt auctoritate digniſſima, qui nullum verbum quod revocare deberet, omiſit. Hoc qui non eſt aſſecutus, ſecundas partes habeat modeſtiæ, quia primas non potuit habere ſapientiæ: & quia non voluit omnia pœnitenda dixiſſe, pœniteat quæ cognoverit dicenda non fuiſſe [a] Ab omnibus igitur corripi, ab omnibus emendari paratus ſum: [b] nec me pigebit, dum vivo, & hæc quæcunque ſcripſero, vel meâ diligentiâ vel amicorum monitu, vel invidorum vituperatione, ſi juſta fuerit, emendare: [c] neque enim ut Pomponius ille *S*abinus Tragœdiarum ſcriptor, ad Populum provoco. [d] Arguat qui volet meum ratione vel auctoritate mendacium, & ego vel ad inimici vocem non refugiam emendari, imò & amicum ducam, qui meum caſtigabit errorem [e] Nec pigebit me ſicubi hæſito quærere; nec pudebit ſicubi erro diſcere. Proinde quisquis hæc legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum: ubi pariter hæſitat, quærat mecum: ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me; ubi meum, revocet me [f] Utinam hoc qualecunque opus tam multos inventores habere poſſet, quàm multos contradictores habebit: [g] cujus quidem, ſi quid mihi creditur, multùm doleo ſortem, de quo non tantum expecto fructum, quantum ſuſcepi laborem. [h] Quippe cùm vel ſola Grammatica omni ſtudiorum genere plus habeat operis, quàm oſtentationis, [i] inter tam multa ſcribendi genera & argumenta, quæ ab illa ſtatuuntur, videlicet rationale, artificiale, & hiſtoricum, gloſſematicum, rerumq; communes locos & ſtatus, haud ſcio an ullum moleſtius extet, quàm λεξικῶν Commentarios ſcribere. Nam tot vocum ſilvas & turbas ſeriatim in ſuas claſſes digerere, earum notiones *S*criptorum locis firmare, omnium ferè gentium ritus antiquitatesq; retegere, & illuſtrare; quod in ea lucubratione utcumque ſum aggreſſus, præterquam quòd res eſt immenſi tum laboris tum ſtudii, etiam magiſtrū requirit in bonorum Auctorum lectione diligenter verſatum exercitatumq;: maximè qui non unius peculiariter diſciplinarum artiumque; ſed omnium ferè vocabula à communi captu prorſus aliena velit examuſſim exquirere. Et hæc quidem appoſitè deſignateq; efferre, ad polycleti, quod dicitur, regulam exprimere, hoc opus, hic labor eſt. Cùm enim vix protritiſſima quæque teneamus, tantum abeſt ut in abſtruſis & ab uſu communi prorſus remotis, vel antiquatis, absq; offenſione incedere quisquam ſe poſſe audeat profiteri.

[a] *Gregor. M. lib. 2. Epiſt. 37.*
[b] *Priſcian. in Præfat. lib. 6.*
[c] *Plin. l. 7. Epiſt. 17.*
[d] *Joan. Sarisber. in Prolog. ad Policr.*
[e] *S. Aug. l. 1. de Trinit. c. 2, 3.*
[f] *Id lib. 3. de Trinit.*
[g] *Facund. Hermian. l. 10. c. 1.*
[h] *Quintil.*
[i] *Otho Brunsfeld.*

[k] *Fronte exile negotium,*
Et dignum pueris putes:
Aggreſſis labor arduus,
Nec tractabile pondus eſt.

[k] *Terent. Maur.*

Quod quidem de hocce præſertim ſcriptionis genere dicere jure merito poſſumus, tum propter immenſitatem materiæ varietatemque rerum, quæ ſi non pertractari omnino, attingi ſaltem leviter debuêre: tum quod fieri aliter non poteſt, ut in accuratâ quantumvis præteritorum, antiquitatisque inveſtigatione ſemper aliquid non deſit, quod primus ipſe animadvertit, qui inquirit. [l] Rem eſſe

[l] *Plin. in Prol.*

esse arduam ajebat Plinius, vetustis novitatem dare, novis auctori-„ tatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, du-„ biis fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia. Quæ sanè difficultates, & alia id genus argumenta, ut jam semel atque iterum monui, ab inchoato opere non semel deterruere, ac tædium ejusmodi ingessere animo tam longi quasi labore itineris defatigato, ut desperatione subitâ illius conficiendi consilium, labore omni ve-„ tere contempto, non semel abjecerim, vel saltem hæredi, quod a-„ jebat [a] idem Plinius, mandare statuerim, tum etiam ne quid ambi- [a] *In Prol.* tioni dedisse vita judicaretur. At instare contrà amici, monue-„ réque subinde, id genus esse studii cui edendo pares haud facilè oc-„ currerent, nisi operis ac editioni ipsemet præessem ac incumberem,„ nec me deterrere debere, quòd ea lucubratio non esset ad unguem„ expolita, suisque numeris absoluta, cùm in rebus arduis non affe-„ cutis voluisse, abundè pulchrum atque magnificum sit. Deinde„ esse certè quidem aliquid, (quod de eloquentiâ ajebat [b] Fabius) con-„ [b] *Quintil. in Prafat.* summatam disciplinarum cognitionem, ad quam pervenire natura„ humani ingenii non prohiberet: quod si non contingat, altiùs„ tamen ire qui ad summa nituntur, quàm qui præsumptâ desperati-„ one quò velint evadendi, protinus circa ima subsistunt: eòque magis„ impetrandam veniam, si ne minora quidem illa, verùm operi quod„ instituimus, necessaria præterierim. Sed & illud [c] Sosipatri Charisii„ [c] *Sosip. Charisius l. 1. Instit.* opponebant, Ipsam quidem rerum naturam tam finitam, ut nobis„ novissimum sui assignet, nedum artes quarum consummationibus„ imbecillitas humana non sufficit, vel propter extremum difficul-„ tatis laborem, vel sola earum inventione satiata. Et sanè quid potest„ absolutum esse quod assiduè pro subtilitate cujusque ingenii astru-„ itur? Non ideo tamen nullæ sunt, quia illas subinde adjectionibus„ tutas non patimur. Quare contenti simus eo quod repertum est,„ cum in omni rerum ratione partes quoque mensuram sui habeant,„ & naturam nec aliter profectam esse videatur, quod interim est.„ Hisce & similib' argumentis [d] ita suffudere pudorem negantis, ut plus„ [d] *S. Hier. Epist. 9.* considerarem quid illi cuperent, quàm quid me facere conveniret.

[e] Cur igitur, si me videam delinquere, peccem,
Et patiar scripto crimen inesse, rogas?
Non eadem ratio est sentire, & demere morbos:
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.

[e] *Ovid. l. 3. de Ponto Eleg. 9.*

LXXVI. Non mirum igitur si ægrè ac invitus ferè Commentarios istos emitto in publicam lucem, quos à nemine videri vel-„ lem, si omnibus abscondere possem. [f] Quem enim rudis & impo-„ [f] *Roberti Abbas in Prolog. ad Cantica Cantic.* litus artifex fecerit anulum, ab aliis videri formidat, omnes inspe-„ ctores non laudaturos; sed judicaturos expectat. Et ostendit itaque„ & metuit, quia sibi & de opere suo minimè credit, & de alterius ju-„ dicio non confidit: dum id soli sibi ante examen perfectè non placet,„ in examine displicere plus timet. Sic ostendentis & paventis accipiat„ Lector munusculum nostrum: [g] judicet quod placuerit, & rescri-„ [g] *Quintil.* bat quod judicaverit, ut si refrigerato inventionis amore, diligentiùs repetitos, si Deus vitam dederit, Lector perpendam, & à mendis purgati editione alterâ, si tanti habeantur, limatiores libri

prodant. Sæpe enim accidit, ut [a] semper addat aliquid ſtylus, & ſcribendi morâ, creſcatque ipsâ cogitatione oratio. [b] Interim qui volet proferat meliores epulas, & me conviva utatur, aut qualicunque cœnâ noſtrâ contentus ſit. Ego verò ſatis me præſtitiſſe arbitrabor, ſi miſeram utcunque ſuſtinuerim antiquitatem, aliorumque ingenia ad eandem illuſtrandam excitaverim, & ſi inter mala multa, quædam mediocria, quædam etiam bona protulerim, cùm aliter, ut ait [c] Martialis, non fiat liber.

LXXVII. Verendum deinde mihi ſatis adverti, ne quod viris longè doctioribus aliàs objectum legitur, & mihi opponeretur, ac proinde minorem ſibi gratiam conciliaret hoc qualecunque opus [d] quòd pleraque non inventa per me; ſed ab aliis tradita contineat, & cornicem Æſopi alienis coloribus adumbraverim: [e] ut factum impudenter dicant, qui noſtro nomini voluerimus ex aliorum laboribus libare laudem; & ſi volumen iſtud prehenderint antiqui, ſeu paulò recentioris ævi Scriptores, & ſuum quiſque de libris ſuis tulerit, nihil quod noſtrum velimus relinquatur. Sed fateri non pudet, multa non primi tradidimus, [f] communia ſunt quæ cum veteribus ac recentioribus ſentimus. Omnes aut noſtra, aut aliena referimus, ajebat [g] vir doctiſſimus, neque tamen pari auctoritate cenſemur. Debetur more majorum antiquitati & ſenectuti honos, cui ſtudimus potiſſimùm, dum in ipſos fontes digitum intendimus, res Scriptorum firmavimus auctoritate, qui ſi ab aliis jam laudati, norunt plus ſatis viri eruditi, eoſdem libros nos legere, neque uni conſcriptos: ut meritò [h] Quintilianus pravum illud quorundam ſtudium circa Scriptores Artium ſugillet, Nihil eiſdem verbis, quæ prior aliquis occupaſſet, finiendi: quæ ambitio, inquit, procul aberit à me. Quin & obſervat [i] Plinius conferentem Auctores ſe deprehendiſſe à juratiſſimis & proximis veteres ttanſcriptos ad verbum, neque nominatos, non, inquit, Virgiliana virtute ut certarent. [k] Ajunt enim Mantuanum vatem, cùm ex eo quòd verſus quoſdam tranſtuliſſet Homeri, compilator veterum diceretur, reſpondiſſe magnarum eſſe virium Herculi clavam extorquere de manu. Sed & Tullius, qui in arce Romanæ eloquentiæ ſtetit Rex oratorum, & Latinæ Linguæ illuſtrator, repetundarum accuſatus eſt à Græcis. Et Terentius Comœdiarum prologos in defenſionem ſui ſcenis dabat, quòd urgetur à Luſcio Luſcinio, & quaſi publici ærarii fur, Poëta accuſaretur. Quæ quidem magnorum virorum exempla obtrectatoribus proponere viſum eſt, ut vel inde diſcant, omnes ferè quæ in publicum exeunt lucubrationes, ex propriis vix confici, earumque auctores oblatis quaſi opibus uti poſſe interdum. Ego verò ſic porrò in hac lucubratione verſatus ſum, ut cæteros Gloſſographos ferè non conſuluerim, niſi poſt confectas ex propriis ſchedis vel adverſariis obſervationes, ne vulgarem viam ingreſſus, alienis veſtigiis totus demum viderer inſiſtere: ex quibus quidem ſi quid aut à me prætermiſſum, aut ignoratum eſſet, quod chartæ mandari dignum videretur, excerpſiſſe non diffiteor, factâ Auctorum perhonorificâ mentione: [l] ita tamen ut ab aliis confecta non damnem, ſed poſt prio-

[a] S. Hier.
[b] Id. ep. 50.
[c] Martial. l. 1. Ep. 17.
[d] Quintil. l. 3. c. 1.
[e] Auctor ad Heren.
[f] Octavius Horatian. l. 4. p. 81.
[g] Ant. Auguſt in Prolog. ad Gloſſar. Juliani Anteceſſ.
[h] L. 2. c. 16.
[i] Plin. in Prol.
[k] S. Hier. in Tradit. Hebraic. in Prolog.
[l] S. Hier. lib. 2. in Ruffin. c. 7.

priorum ſtudia quod potuerim laborare curaverim,[a] & in iis quæ" alii jam occupaverant, Lectorem ad eos amandare ſatius duxerim," ne viderer potiùs aliena quàm mea quæſiſſe. Non defuerunt enim" variis temporibus viri doctiſſimi, quorum vigiliis & lucubrationibus debemus, ut dubiis quibusdam lux allata ſit, quique in ea quâ nos palæſtrâ deſudarunt, & non ſine ſummâ eruditionis laude verſati ſunt. Alii quippe generalia aggreſſi ſunt Gloſſaria, cujusmodi ſunt Henrici Spelmanni Archæologus, & Joannes Gerardi Voſſii libri duo de Vitiis Sermonis Latini, ut aliquot alios è paulo recentioribus omittam. Alii Scriptoribus mediæ ætatis à ſe editis, aut illuſtratis, ſubjunxere vocum inſolentium, & ab bonæ Latinitatis uſu alienarum explanationes ordine literarum, quæ Commentarii vicem præberent. Non deſunt præterea ex viris eruditis, qui multa ad hoc opus pertinentia, etſi non ex profeſſo, obiter ſaltem ſcripto poſteris reliquerunt. In hìs verò quæ ab aliis ſunt occupata, præterquam quòd ad cætera attentiùs perſcrutanda quæ illorum diligentiam fefellerunt, quaſi nobis iter aperiunt, fatendum poſt tantas meſſes, in uberrimâ ſtudiorum diſciplinarumque ſegete, non contemnendum reſtare ſpicilegium: quod voluminis noſtri magnitudo, quod nedum omnia quæ explicationem aliquam poſtulant, complectitur, abundè convincere poteſt: [b]ita ut pro novitate rerum, veterem materiam novam fieri, & ex vetere novum ædificiũ novâ curâ inſtaurari poſſe nemo diffiteatur. Quantacunque enim ſit noſtra lucubratio, multis adhuc augeri poſſe ultro agnoſcimus, cùm fieri nequeat ut in ampliſſimâ rerum graviſſimarum varietate non ſuperſint difficultates aliæ, & ſalebræ apud Scriptores, quæ aut oculos fugere, aut hominis quantumvis eruditi captum ſoleant ſuperare. Verùm ſi quis noſtri laboris æquus arbiter, aliorum fortè inſpexerit in hoc genere lucubrationes, de hac noſtrâ qualiſcunq; tandem illa ſit, non ſiniſtram adeò ſententiam feret, vel benigniùs pronuntiabit. [c]Quæ cùm ita ſe habeant, nil" aliud ſupereſt, niſi ut Lectorem obſecrem, ne laborem meum re-" prehenſionem exiſtimet aliorum. In tabernaculo Dei offert unus-" quisque quod poteſt. Alii aurum & argentum, & lapides pretio-" ſos: alii biſſum & purpuram & coccum offerunt, & hiacynthum. Nobiſcum bene agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos.

LXXVIII. Aliud eſt deinde genus hominum ex iis qui utcunque literis dant operam, qui magnam laudis gloriam inde ſibi accedere putant, ſi quid in Scriptorum libris expiſcentur, quod carpere poſſint: & ſecuri aliena ſubſannant, dum ſua ſimili periculo non exponunt: [d]qui, inquam, per ſingulas ſyllabas, antequam" ſenſum deſudantis contingant, ſubſannando verba condemnant."

[e] --- *Forſan multò præſtantior alter*
Pauca reperta putet, quàm plura invenerit ipſe:
Deſes & impatiens minus hæc obſcura putabit.
Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Sunt qui aliquid diſcere affectant, ait [f]Lupus Abbas Ferrarienſis," & velut in edito ſitos loco ſtudioſos quosque imperiti vugò aſpe-" ctantes, ſi quid in eis culpæ deprehenderint, id non humano vitio," ſed

[a] *Id. in Epitaph. Nepotian.*
[b] *S. Hier. Ep. 30. & in Praf. ad Hebr. nom.*
[c] *S. Hieron. lib. 2. in Ruffin. c. 7.*
[d] *Apon. in Prol. ad Cantic. Cantic.*
[e] *Terent. Maur.*
[f] *Epiſt. 1.*

"sed qualitati disciplinarum assignant. Certè non defuêre qui nos [a] usurpatores ardui operis sugillarent, & lucubrationem hanc nostram vellicarent, priusquam edita prodiret in publicum, atq; adeò nec visam, nec lectam: cùm institutum nostrum reprehenderent, operamq; frustra hîc positam vellent, quasi post tot hactenus in eo genere studii publicatas eruditissimorum ævi nostri hominum vigilias, ausu temerario, ac penè sacrilego conatu, libros hosce moliremur, novi nihil aut parum dicturi. Quasi verò Aristotelem in Philosophiâ à scribendo deterruerit Platonis amplitudo: vel Aristoteles ipse cæterorum æqualium, & qui longè pòst vixêre, studia restinxerit, & post Ciceronem & Demosthenem Oratoriam artem nullus excoluerit: quasi denique excellentium virorum premere vestigia non liceat. Ita enim sentire solent scioli quidam, [b] & qui maximè docti sibi videntur, qui dictionem sanam & insanam ferme appetitu pari revolvunt, non ampliùs concupiscentes erecta quæ laudent, quàm despecta quæ rideant. Neque porrò eram nescius, dum in tam illustre literatorum theatrum prodirem, fore ut in ejusmodi varia incurrerem hominum judicia. Neque me latebat quàm sit res quorumlibet etiam censuris obnoxia verborum interpretatio, ac proinde & laboris & temporis, & meæ quoque existimationis me subire aleam mihi non erat obscrum. Quippe [c] qui scribit, "multos sumit judices: alius in alterius livet ac grassatur ingenium. "Ille si unus sermo defuerit, quasi claudam oratiunculam diffugit. "[d] Deinde in rebus humanis nihil sic elimatum, ut aliquâ parte detractioni non pateat: cùm mala de merito, bona autem de livore "carpantur. Unde detractorum aculeos æquanimiùs tolerare con-"stitui qui scilicet malunt aliena carpere, quàm sua componere, vel "emendare. [e] Felices, inquit Fabius, essent artes, si de illis soli artifices "judicarent. Poëtam non potest nosse, nisi qui versum potest struere. "Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates. "Manufacta, & oculis patentia magis probant artifices. Nostra "quàm dura sit necessitas potest animadverti, quòd vulgi standum "est judicio: & ille in turbâ metuendus, quem cùm videris solum, "despicias. Hoc præteriens tetigi, ut eruditis contentus auribus, non "magnopere curemus quid imperitorum de ingenio nostro ru-"musculi actitent. Dicam rursum cum Terentiano: [f]

Sed me judicii non pœnitet: hæc bene vobis
Commisi, quibus amor est & prudentia juxtà,
Et labor in studiis semper celebratus inhæret:
Vos sequar, in vestro satis est examine tutum.

In eam enim spem veni, ut judices præsertim experiar, qui in hac eadem arenâ aliquando decertarunt, aut hoc decurrere stadium, "quò vires ipsi suas periclitarentur, aliquando tentarunt. [g] Conticescant igitur, obsecro, qui nec sua edunt, nec aliena benignè "suscipiunt, nec, si quid eis displicet, pacificè corrigunt. Discant "ea quæ nesciunt, & si discere nequeunt, patiantur saltem symmathetas suos edere quæ sentiunt. proinde

[h] *Vive liber, liberque vive: sed si qua nocebunt,*
Disce libens livore nihil sublimius esse,

a Jul. Severian.
b Sidon. l. 3. Epist. 14.
c Epist. ad Præsidium Diac. tom. 9. oper. S. Hieron.
d Joan. Sarisberg. in Prolog. ad Metalog.
e S. Hier. Epist. 26. c. 4.
f Terent. Maur.
g Orderic. Vital. l. 6. p. 597.
h Jos. Iscan. de Excidio Trojano.

Cùm

Cum tibi mordaces obliquent læva cachinnum
Murmura, cùm cupient linguis lacerare prophanis.
Sit utinam invidiâ dignus, quæ summa lacessit,
Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas.

LXXIX. In iis porrò, quæ à me pertractantur in hisce voluminibus, non elocutionis splendorem spectavi, sed [a] placuit ut hoc ipsum tumultuario simplicique sermone dictarem; cùm ad Scriptorum sententias subtiliter examinandas animũ potiùs adverterem, nec ad verba expolienda studium superesset, aut otium. Quæso igitur Lectorem, ut [b] Vigilii Tapsensis verbis utar, ut vilitatem nostri sermonis usquequaque non despiciat, quia & fortassis potuit eloquentiùs oratio comi. Cùm nos ita stylum temperaverimus, ut rem potiùs quàm verba legentibus commendaremus. Et maximè hoc opus cothurno tumentis eloquii inflari non debuit, cùm in iis quæ in rerum versantur investigatione, criticum omne, nihil de oratore sperari debeat, sed cura simplicis & diligentis solertiæ. Ejusmodi enim sunt lucubrationes istæ, ut de iis proferre liceat, quod de suis [c] Plinius, nec ingenii esse capaces, nec admittere excessus, aut orationes sermonesve: vel quod [d] Pomponius Mela de Geographiâ, impeditum esse opus, & facundiæ minimè capax, quæ denique ἀνθηρογραφεῖσθαι nullo modo possunt, quod de iisdem rebus Geographicis dixit Strabo. Nam & ipsum operis argumentum orationem non tam gravem, quàm perspicuam & interpretationi aptam requirit. Cùm enim totum sit in concinnandis & examinandis auctorum locis, ut vel vocabulorum genuina eruatur significatio: vel ut ritus veteres moresque obsoleti, actâ eorundem Scriptorum inter se comparatione, elucescant, [e] eloquentiæ non opus est, sed laboris, ut verbo utar veteris Medici, seu ut Vegetii, cum hîc nec verborum concinnitas sit necessaria, nec acumen ingenii; sed labor diligens ac fidelis, ut quæ apud diversos scriptores dispersa & involuta celantur, pro utilitate publica proferantur in medium. Commentarii enim quid operis habent, ait [f] Hieronymus, alterius dicta edisserunt, quæ obscurè dicta sunt, plano sermone manifestant: multorum sententias replicant, & dicunt, Hunc locum quidam sic edisserunt, alii sic interpretantur: illi sensum suum & intelligentiam his testimoniis & hac nituntur ratione firmare, ut prudens Lector cùm diversas explanationes legerit, & multorum vel probanda vel improbanda didicerit, judicet quid verius sit, & quasi bonus Trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet. [g] Quid ad interpretem sermo compositus, ait idem Scriptor, cujus professio est, non quò ipse dissertus appareat, sed quò eum qui lecturus est, sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit qui scripsit. Huc accedit quòd nulla ferè est ævi recentioris quæ hîc tractantur rerum affinitas cum veterum moribus, quibus ignotæ fuêre, ut veterum complures hodie ignorantur, quòd in desuetudinem abierint. Si quis enim ex verborum similitudine res nostras hodiernas, aut paulò superiorum sæculorum, ad Romanorum mores ac ritus vellet componere, non tam eas illustraret, quàm tenebras illis caliginemque offunderet. Quemadmodum [h] quidam ex recentioribus Jurisconsultis res nostras Forenses Romani fori

[a] Joan. Sarisber. in Metal.
[b] L. 1. cont. Eutych. c. 15.
[c] In Præf.
[d] Pomp. Mela in Proœm.
[e] Octav. Horatian.
[f] Lib. 1. in Ruffin. c. 4.
[g] Ep. 133.
[h] Joan. Lucius. Ren. Chopin. Ann. Robert.

fori expressere vocabulis, qui cùm ea minimè publici esse saporis satis perciperent, ut ipsi intelligerentur, Glossaria, quibus utcunque plana fierent, libris suis præmittere operæ pretium censuerunt. "Quò sanè referre hoc loco placet, quæ in hanc rem habet [a] Scriptor "Anglus, dum ait, qui apud Scotistas, & in multis formulis Jure-"consultorum barbarè loquitur & malè Latinè, probari: qui purè, "venustè, Latinè, licèt graviter & copiosè disserat, tamen omni ir-"risione ludi, & arrogantiæ notari: id quod, inquit, in Senatu no-"stro accidisse superiore die animadverteram. Nam cùm rogatio-"nem apud nos de amici sui honore quidam ferret, & quia Latinè "per statuta jubemur id facere, scripsisset ita, *Supplex à vobis contendit* "*Titius, ut, &c.* cùm ferebatur, à multis imperitis hominibus conti-"nuò propter Latinitatem, antiquata est. Quòd cùm ille intelle-"xisset, animadverso errore suo, scripsit ita, *Supplicat vestris Reveren-*"*tiis Titius, quod, &c.* Statim rogatio, nemine usquam contradicente, "accepta est. Risimus, subdit ille, in illâ Academiâ, quæ formulis "omnibus in judicio super sedere patitur, & ubi Latinæ Græcæq; lin-"guæ fons & propagatio debeat esse, scribendi magis formulam, quia "Latina fuit, ad antiquationem, quàm æquitatem rei petitæ, quia "justa videbatur, ad impetrationem valuisse. Didicimus tamen et-"iam inde, consuetudinis usûsque longævi non levem esse au-"ctoritatem, nimirum ad abolendam rogationem apud imperitos "& ineptos: non ad constituendam Latinitatem apud doctos & di-"sertos. Quanquam enim reprehendebatur, etiam cum repulsæ "mulctà, propter Latinitatem petitio, tamen neque reprehensio, ne-"que repulsa poterat efficere, quo minus magis esset Latina quæ "rejiciebatur, quàm quæ fuerat accepta. Hactenus ille. Unde colligi datur, haud proclive esse formulas semel receptas abolere & antiquare, deinde ejusmodi scriptionis genus, quod totum in interpre-"tatione versatur, ita esse debere, [b] ut interpretatio ipsa alio inter-"prete non egeat: quod plerisque nimiùm disertis accidere solet, quod suprà attigimus, ut major sit intelligentiæ difficultas in eorum explanationibus, quàm in iis quæ explanare conantur. [c] Sterili "materiâ rerum natura, hoc est, vita narratur, ajebat Plinius, & hæc "sordidissimâ sui parte, ut plurimarum rerum, aut rusticis vocabu-"lis, aut externis, imò barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis. Satius igitur duximus, aliorum Glossographorum exemplo, paulò squalidiori sermone res patrias, ipsasque nostrates formulas, & ut eæ tum efferebantur, atque adeò cum ipsâ barbaricâ & incultâ minusque interdum Latinâ loquendi ratione proponere. "Verbi enim gratiâ, *feudum, terram,* aut *Ecclesiam deservire,* non semel "dicimus, quòd sint formalia verba, ac proinde ut familiaris lo-"quendi modus exhibeatur. Neque enim nobis ignotum, "has & ejusmodi locutionis formulas barbaras esse, quæ si "Latinis purioribus efferrentur, non tam planæ essent, quod "monendum fuit, ne quis in hisce continuò criticum agat. Tametsi phrasis illa, ut id obiter adnotem, apud Latinos haud omnino insolens ac ignota, cùm eodem sensu *Inservire aliquem,* dixerint Plautus, Festus Avienus, & aliquot alii, ut observatum est ab

[a] Thom. Smith. l. 1. de Pronun. Ling. Gr.

[b] S. Hier. Epist. 139.

[c] Plin. in Præfat.

ab Euſtathio [a] Suartzio. Deinde, ut ſcitè ſcribit Henricus Valeſius, non refugienda ſunt hæc verba, quæ tot ſeculorum uſus conſecravit: alioquin *Eccleſiæ* & *Apoſtolorum*, & *Epiſcopi*, & *Catholici*, vitanda erunt vocabula: & longa verborum ſerie obſcuranda erit oratio, ne dictionis unius prorſus neceſſariæ aſperitate lædatur. [b] Atque hac quidem ſcribendi ratione etſi aliquantum Lectores fatigentur, rerum intentos virtutibus calculum ſaltem veritati daturos, [c] nec jejunæ maciem orationis, ad ea quæ ſunt caligantibus impedita ſententiis expedienda, omnino rejiciendam exiſtimaturos confidimus. [d] Denique ſi quid minus à nobis, aut ſecus quàm oportuit dictum eſt, veniam poſtulamus: aut enim verborum nos copia defecit, ut aut quod ſentiebamus exprimere nequiremus, aut quæ ſentienda fuerant, exilitate ingenii, & mentis infirmitate ſentire non valuimus. Sed ſi opere diſplicemus, ſaltem ſtudio placeamus. Sit acceptum voluiſſe, ſi diſplicet non potuiſſe noſtrum.

[a] Suartz.
H. Valeſ. ad l. 4. Euſeb. cap. 11.
[b] Gregor. Bætic. l. 1. de Fide.
[c] Boëtius in Præf. ad lib. de Arith.
[d] Vigil. Tapſ. l. 5. contr. Eutich.

LXXX. Hac igitur tanquam futuri operis craſsâ quadam & rudi informatione præmiſsâ, expoſitâque inſtituti mei ratione, quâ quicquid non tam præſtiti, quàm præſtare ſum conatus, Lectoribus proponere ſtatueram, ſupereſt ut quorum ope adjutus extremam arduo & laborioſo operi manum impoſuerim, paucis aperiam, cùm [e] benignum & plenum ingenui pudoris ſit fateri per quos profeceris, & contrà [f] ingratus ſit & perverſi ingenii, qui profectus ſui diffitetur auctorem. Ego certè, iis præſertim debere me plurimùm ingenuè fateor, qui Scriptores non veteres duntaxat, ſed & quos ætas ſequior tulit è tenebris erutos, hactenusque neglectos, etiam hac ipsâ quâ vivimus tempeſtate, ab interitu vendicant, qui quidem etſi nitidâ non omnino, imò inſulsâ interdum, ne dicam barbarâ perſæpe oratione libros ſuos conſcripſerint, habent tamen, quod jam attigimus, unde magna eruditionis ſeges accedere poſſit. Ejusmodi ſanè ſunt à viris omni virtutis, & eruditionis genere ornatiſſimis è Societate Jeſu, *JOANNE BOLANDO*, *GOTEFRIDO HENSCHENIO*, & *DANIELE PAPEBROCHIO*, immenſò ſtudio undique conquiſiti, ſummóque reipublicæ Chriſtianæ bono editi Scriptores, qui Sanctorum vitas ac geſta literis mandarunt, quos ii eruditiſſimis commentariis, in quibus, quidquid eſt reconditioris literaturæ, occurrit, illuſtrarunt. Horum veſtigiis inſiſtunt ex ordine Benedictino, ut alios ſileam, *LUCAS ACHERIUS*, & *JOANNES MABILLONIUS*, pari vitæ integritate & literarum cognitione inſignes, quorum alter Scriptorum hactenus ineditorum, non ſpicilegium, ſed meſſem integram demetendam literatis omnibus expoſuit, confecto tandem nuper tomo decimotertio: alter Analectorum duobus jam editis, aliiſque paratis voluminibus, Auctorum qui ejusdem Ordinis Sanctorum Vitas reſque geſtas ſcriptis exararunt, collectioni, cum collega Acherio magnâ cum laude incumbit, hancque eruditis obſervationibus adornat. Horum induſtriâ, quâ ſunt comitate ac humanitate, codices manuſcriptos ex inſtructiſſimâ Sangermanenſi Bibliothecâ evolvere ſæpè contigit, unde noſtrum

[e] Plin. in Proœm.
[f] Joann Saresber l. 1. Metalog. c. 5.

hoc opus indidem illustraretur. Neque ab iis divellendus vir simili erga nos benevolentiâ ac singulari prorsus eruditione *JOANNES BAPTISTA COTELERIUS*, Regius Linguæ Græcæ Professor, qui editis duobus antiquorum Patrum, qui Apostolicis temporibus floruerunt, voluminibus, cum eruditis adnotationibus, idem modò ferè in Græcis præstat, quod in Latinis Scriptoribus Acherius, Monumentis Ecclesiæ Græcæ, è veteribus codicibus erutis, primoque jam publicato volumine, aliis proximè subsecuturis. Neque perinde reticendus vir clarissimus *STEPHANUS BALUZIUS*, qui indefesso studio publicandis Scriptoribus operam collocat, nuperque Regum nostrorum Capitula accuratâ prorsus diligentiâ conquisivit, collegit, contulit, digessit, notisque ac veteribus formulis & monumentis locupletavit, ex quibus Glossarium nostrum collustrandi oborta sæpe facultas & occasio. Ubi tamen monendus Lector, non ubique semper in laudandis septem Capitularium libris ejus me editionem secutum, cùm res dudum esset confecta ex Pithœanâ, & quidquam in adversariis mutare haud levis fuisset laboris. Mihi denique duo supersunt viri clarissimi ac doctissimi hac in parte commemorandi, quorum alter est *PETRUS CARCAVIUS* Bibliothecæ Regiæ Curator dignissimus, cujus diligentiæ quantum illa debeat accessionis & incrementi, ut & numismatum veterum locupletissima ac verè Regia Gaza, norunt quotquot sunt in hac urbe Galliarum primariâ eruditi. Is enim & manuscriptos ejusdem Bibliothecæ codices, & rariores ex editis, singulari nobis urbanitate suppeditavit. Alter est nobili beneficentiâ, & rerum nostrarum cognitione inter paucos illustris, *ANTONIUS VIONIUS* Herouvallius, literatorum ferè omnium nostræ ætatis commendatione notissimus: qui citius impetrantibus, quàm implorantibus "coacervatas undique literarias opes liberali manu distribuens, "(verbis utor viri docti) unus sterilitatem temporum, regionum inopiam vel sustulit, vel sublevavit: qui Historiæ nostræ in lacinias discerptæ veriùs quàm descriptæ integritatem dedit ac nitorem. Is enim quà est animi magnitudine, & incredibili in literas omnes amore, quibus juvandis totus natus est, veteres codices, tabularia, ac diplomata quæ vel habuit, vel quæ in manus venere, mecum statim communicavit: ita ut quod ex manuscriptis monumentis toties excerpta in hocce Glossario laudantur, hujus præsertim liberalitati acceptum referre Lector debeat. In quibus quidem describendis ab eo nominando consultò abstinui tot beneficiorum in me collatorum palàm in ipso libri limine contestationem editurus.

LXXXI. *S*ed inter tot homines eruditos, an præterire silentio possim Virum undequaque ornatissimum, quem irreparabili literarum detrimento, atque adeò immenso bonorum omnium & totius Orbis Gallici dolore, mors præmatura nuper absumpsit, studiorum fautorem, & hujusce operis incentorem præcipuum?

[a] *Hunc dico, qui Linguà potens,*
Minorem Atridam præterit,

a Auson. Epist. 3.

Orando

Orando pauca & musica;
Qui grandines Ulixei,
Mellifluentem Nestora,
Concinnatorem & Tullium

Hunc, inquam,

Quem nemo fando dixerit,
Qui non priùs laudaverit.

Is est illustrissimus *GUILLELMUS LAMONIUS*, Bavillæ Marchio, & Senatus Parisiensis Princeps, cujus immensa aliunde merita infinitarum penè rerum illustrabat cognitio, quam pervigili lectione ac studio pertinaci à primo ætatis flore sibi acquisierat: quamque demùm sic postea excoluit & auxit ut prodigii sit instar ipsum adhuc adolescentem præcipuis Senatus functum dignitatibus, rebus publicis subinde gerendis, ac toti postea Curiæ præfectum à Rege moderatorem, tot potuisse ac tam diversi generis disciplinis animum informare. Quid enim ipsum fugit in multiplici Linguarum scientiâ, quid in literis certè humanioribus, de quibus graviter appositéque semper disserentem, etiam ex tempore, nemo qui audiit, non suspexit? Quis ad felicissimam & incredibilem illam quâ valebat memoriam, ingenio adeò perspicaci, ac tam solido adjunctam iudicio non obstupuit? Cujus mentem egregia illa ac singularis eloquentia, seu verborum spectes elegantiam, seu sententiarum dignitatem, seu etiam dicendi gratiam non perstrinxit, cùm aut in amplissimo Senatu, aut in Regis Maximi conspectu peroraret? Sed licèt tantâ præstaret eruditione, ingeniique elegantiâ ac comitate, [a] "quas compertum est viris præsertim primariis necessarias esse, quibus absque naturæ bona quasi incompta, aut etiam horrida despectui sunt, contraque ea æternam gloriam pariant: [b] Illud tamen in eodem studiorum omnium culmen antevenit, quod haberet huic eminenti scientiæ conscientiam superiorem. Quæ quidem animi facultates dotesque tantæ, ut nihil dicam de illustrium in primis splendore natalium, [c] "cui pater, socer, avus, proavus, urbanis, Palatinis, militaribusque magisteriis insignes fuere", ad supremum Themidis thronum jure merito eum communi omnium applausu extulerunt. Quo in Magistratu singulari cum prudentiâ, vigilantiâ, moderatione & morum integritate ita est versatus, ut quâ erat animi amplitudine, tot gravibus licèt occupatissimus distineretur negotiis, quà officiis maximis, quà amicitiâ Principum impeditus, se se viris quibusq; eruditis amicum adeò affabilemque exhibuerit, quasi nihil aliud ipsi incubuisset muneris ac pensi, quam literati illius otii in familiari eorum consuetudine degustare delicias. De ipso dixerim, quod de Titinnio Capitone [d] Plinius junior: "Studiosos amabat, fovebat, provehebat, multorumque qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium, omnium erat exemplum: ipsarum denique literarum jam senescentium reductor ac reformator. Domum suam recitantibus præbuit, auditoria, non apud se tantùm, eâ benignitate frequentavit", [e] ut qui dignitate Principibus excellebat, par infimis esse videretur. [f] Dum raro

[a] Victor, Schotti in Maxent.
[b] Sidon. l. 1. Epist. 9.
[c] Id. l. 1. Epist. 3.
[d] Lib. 8. Epist. 12.
[e] Cicero.
[f] Sidon. lib. 2. Epist. 3.

raro[a] genere exempli altitudinem suam humilitate compensaret; in iis verò siquid intricatum vel obscurum proponeretur, quam ille omnibus statim non dubitans, non fastidiens aperiebat? voluptuosissimum reputans, si fortè oborta quarumpiam quæstionum insolubilitate labyrinthica, scientiæ suæ thesauri eventilarentur. Nec ipsi porrò satis fuit eximias istas animi virtutes, aut à naturâ comparatas, vel arte ac studio acquisitas excultasque dotes possidere, nisi & eas ad illustres filios, locupletius veluti ac nobilius longè patrimonium, curâ pervigili paternáque diligentiâ transfunderet. Nam si, quod ait [b]Fabius, afferunt laudem liberi parentibus, sui similes genuit, [c]quasi contra naturæ legem, quæ crebrò tanquam ex industriâ malos è bonis, agrestes è doctoribus, & cæteros ejusmodi seu contrà gignit: quo demum exemplo sapientium plures caruisse liberis utilius duxere. [d]Vegetis iis quantumlibet & alacribus exemplum, pigrioribus paulò ac desidibus incitamentum dedit: & si quod eum quocunque animo deinceps æmulantur, sibi forsitan quod consequantur debent, illi debebunt procul dubio quod sequuntur. Horum alterum post exacta haud vulgari cum laude in forensibus Cancellis prima veluti Juris Civilis studiorum crepundia, Senatorem in Curiam, tum in arcanum Regis Consilium Supplicum libellorum Magistrum allectum, Patroni deinde Regii in amplissimo, cui præerat, Senatu dignitate fungi voluit; non tam ut domesticæ gloriæ velificaretur, quàm ut magnificum ei campum aperiret, in quo eruditionem suam, eloquentiam, vitæque integritatem pro dignitate demonstraret: quod perfecit toties in maximi momenti negotiis, spectante cum incredibili gaudio patre, ad omnium usque admirationem. Sed & filium alterum paribus insistere vestigiis, ac per ipsosmet penè honorum gradus ascendere voluit, quò iisdem se se doctrinæ, facundiæ, ac virtutum luminibus, quibus hodie effulget, in regiis perinde Consiliis conspicuum exhiberet. Quin & hac domesticâ laude non contentus, extera & aliunde petita, quibus undequaque locupletaretur, ornamenta in familiam inducere studuit: dum in generum adscivit eâdem certè morum integritate, sed & eruditione pariter, ac eloquentiâ singulari, avitâ etiam clarum gloriâ, Virum amplissimum, *ACHILLEM HARLÆUM*, Comitem Bellomontanum, Regium in eodem Senatu Procuratorem. Unde contigit ut raro, & inaudito forsitan hactenus exemplo idem Senatus ille supremus, si non prorsus regeretur, splendorem certè præcipuum ab unicâ ejus familiâ desumeret. Constans adeò in illâ fuit, tantaque virtutis ac probitatis existimatio, ut Princeps invictissimus, cui pridem erat explorata, tot unâ fascibus ac dignitatibus hanc cumulare non dubitarit, Neque intra civiles duntaxat supremosque in Curiâ Magistratus, quorum ad gloriam præsertim pertinent studia literarum, illam continere voluit, cùm & generum haberet alterum non modò antiquâ præcipuâque nobilitate, sed & inter Regiarum copiarum Præfectos inprimis illustrem: ut cùm ab vetere illa, ac Militari Lamoniorum gente post longam avorum seriem genus ipse

a *Sidon. l. 4. Epist. 11.*
b *Quintil. l. 3. c. 9.*
c *Victor Shotti in Claudio.*
d *Sidon. l. 1. Ep. 4.*

ipſe duceret, ab eâ quâ diu fulſit armorum profeſſione illam decedere omnino non pateretur. [a] Falsò ergo creditur judicii neſciam eſſe Fortunam, quæ tot in eum, familiamque congeſſit honores, cùm & præteritorum memor, & prudens futuri, ei rependerit quicquid cæteris præſtitit. Neque enim erratica eſt, à quâ ſcimus alios donum cepiſſe, hunc præmium. Quid mirum igitur, ut eò redeam unde tantillùm deflexi, ſi tot ingenii, eloquentiæ, ac doctrinæ ornamenta, quæ ad totius reipublicæ commodum & gloriam totâ vitâ excoluerat, ſuſpexêre quotquot ſunt in Orbe Gallico eruditi; & ſi non ſtatuis in Roſtris poſitis, ut viros diſertos Romani, vel templis, quomodo Platonem Græci, ſed τῇ βιβλίων ἀναθέσει quemadmodum τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους honorandos cenſebat Orator [b] Ariſtides, cohoneſtandum exiſtimarunt: librorum, inquam, dicatione ac nuncupatione, quâ non tam honorum, quibus præfulgebat, faſtigia, quàm conſummatam diſciplinarum cognitionem cum ſingulari humanitate conjunctam, cæteraque vitæ ejus decora poſteritati commendarent. [c] An non etiam licuerit inter olores canoros" anſerem obſtrepere, & balbutientem idem aliquatenus præſtare," quod univerſus penè ætatis noſtræ Literatorum conſeſſus, & in hac qualicunque lucubratione eximii literarum parentis ac fautoris præcipui nomen memoriamque celebrare; quod quidem paternarum virtutum imitatoribus liberis haud ingratum fore non dubitem, cùm eas in patre, quibus & ipſi inſigniter adornantur, citra omnem invidiam ac minimam aſſentationis ſuſpicionem prædicari animadvertent: [d] tametſi vereri debuerim, ne vulnus nondum obductū exaſperem, & virtutis ejus recordatio fiat doloris inſtauratio.

[a] Symmac. lib. 1.

[b] Sacror. Serm. 5. extremo.

[c] Symmach.

[d] S. Hier. Epiſt. 8.

LXXII. Jam verò priuſquam huic Præfationi finem imponam, ſupereſt ut aliquid dicam de eâ, quæ operi noſtro ſubjungitur, Diſſertatione *de Imperatorum Conſtantinopolitanorum, ſeu inferioris, uti vocant, Imperii Numiſmatibus.* Atque hanc quidem licèt ad Gloſſarii argumentum minùs ſpectare fatendum ſit, non ita tamen ab eo diſcedit, ut non habeat aliquid cum ipſo commune, cùm non recentioris duntaxat Græcitatis; ſed & Latinitatis in re monetariâ voces complures hîc exponantur fuſiore interdum commentario, eoque non ſemel Lectorem in noſtro Gloſſario remittamus. Huc accedit, quòd mediæ etiam ætatis mores, rituſque perſæpe enucleantur. Denique cum id argumenti ab ejuſmodi antiquitatum indagatoribus hactenus neglectum ſit, haud ſupervacaneum fortè videbitur, ſi quas nullâ obſervatione dignas cenſuere, quòd barbariem totæ ſpirent, ejuſce ævi monetæ quoquo modo, atque adeò ita illuſtrentur, ut non prætermittendam earum cognitionem, ſpurcaſque illas quantumlibet quiſquilias inter tot præclara, quibus Gazophylacia ſua adornant, κειμήλια, locum habere poſſe tandem cogantur agnoſcere. Hanc porro Diſſertationem olim conſcripſeram, ut eſſet veluti introductio ad Imperatorum Conſtantinopolitanorum Numiſmata, quæ haud mediocri ſtudio ex Regis Chriſtianiſſimi, aliorumque eruditorum virorum Muſeis conquiſita, collecta ac digeſta in ordinem ſecundùm ipſorum Auguſtorum Familiarum Genealogias, ex utriuſq; Linguæ Scriptoribus adornatas,

ære

ære incidi Regiis impensis curaveram, ut essent Historiæ Byzantinæ, quæ hactenus elegantissimis typis Luparæis prodierat, quod ei deesse videbatur, insigne aliquod ornamentum. Sed cùm vix spes sit fore, ut hoc qualecunque opus, nescio quo fato, in lucem aliquando prodeat, hocce de Nummis Augustorum inferioris ævi Syntagma ab eo avellendum putavi, & in postremam Glossarii nostri partem rejiciendum, quandoquidem id voluminis utcunque moles pateretur, ut vel saltem inde haberent, quod jam monui, Rei antiquariæ studiosi, quò hanc Monetariæ supellectilis partem deinceps minimè respuant, cùm multa doctiorum indagatione & cognitione haud indigna in eo contineri ex nostris observationibus animadvertent: interim dum ipsa Augustorum Byzantinorum cusa hactenus Numismata, nostrâ, si fors ita tulerit, vel alterius operâ publici juris fiant. Sed & ne quid ad id argumenti deesset, binas alias Dissertatiunculas subjecimus, Marquardi Freheri alteram de Saphiro Constantii Imperatoris, alteram ejusdem & Josephi Scaligeri, de Constantini postremi Constantinopolitani Imperatoris numismate argenteo, quod hæc seorsim in folio ferme unico editæ vix hodie occurrant.

LXXXIII. Cæterum,

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in istis,
Sive obscura nimis, sive Latina parum:
Non meus est error, nocuit Librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.

[a] L. 2. Epigr. 8.

[a]Quæ quidem ex Martiale duplici de causâ præponenda duximus, tum ut si quid occurrat, quod aures accuratis Grammaticorum præceptionibus assuetas offendat, id tanquam à rectè loquendi scribendique legibus abhorrens non illico damnet Lector, & criticorum more quidpiam emendandum existimet, [b] *ne dum Scriptoris vitium putat, & errorem emendare dum vult, faciat*: sed ætatis illius agnoscat conditionem, quæ nullis erudita magistris incultam barbariem redolebat: deinde ut quæ ex publicis documentis, vel ex alienis Commentariis laudantur, prout in ipsorum exemplaribus, vel editis, vel scriptis, quibus usi sumus, continebantur, ea nos summâ cum fide descripsisse persuasum habeat. Proinde si non Auctorum incuriæ, certè Librariorum *properantium*, ut Poëtæ verbo utar, seu ut cum Scriptoribus ipsis agatur humaniùs, celeritati, vel sæculi infelicitati errores sunt condonandi. Quæ verò operas spectant σφάλματα, fatendum aliquot, imò mirandum non irrepsisse plura, cùm à nobis subinde collecta, non eo essent, quo par erat, digesta ordine in adversariis, imò tumultuariâ satis operâ, nec sat benè descripta. Ex iis tamen, quæ alicujus momenti esse viderentur, & sub manu inter relegendum occurrerunt, ne cuipiam offendiculo sint, quædam emendavimus: cætera levia & quæ facilè assequi Lector possit, pro sua ille humanitate boni consulet, & si aliquando viderit numerum pro numero positum, & ejusmodi quæ Hipparchus παρορά́ματα vocat, pro æquanimitate suâ vel corriget vel condonabit, cùm hæc communia sint iis, qui tam longos ἐπιλογισμὺς tractant. Appendices porrò singulis voluminibus adjunxi, tum ut si quid perperam à me scriptum sit retractem, tum ut quæ jam excusa novis Auctorum locis, qui me fugerant, & lucem aliquam dare poterant, firmarem.

[b] S. Hieron. in Esa. 15.

INDEX

INDEX
SEU
NOMENCLATOR SCRIPTORUM
MEDIÆ ET INFIMÆ
LATINITATIS.

IN hoc parando condendoque Indice onus mihi longè majus imposui, quàm primò constitueram. Nam cùm quidam ex familiaribus meis animadverterent, complures in hoc nostro Glossario laudari Scriptores, quorum nec esset apud literatos usus omnino communis, neque nomina ipsa satis explorata, rem haud ingratam Lectoribus facturum me existimarunt, si & ætatem, quâ singuli vixere, & ubinam typis editi reperirentur, levi calamo adnotarem: cùm ex iis nonnulli non seorsum vulgati; sed in aliorum Auctorum majoribus voluminibus, vel in Scriptorum alicujus literariæ facultatis, aliisque ejusmodi collectionibus quodammodo delitescant. Sed dum monentibus morem gerere, remque ipsam aggredi statui, intervenere ecce alii, qui cæteros, etiam illaudatos inferioris Latinitatis Scriptores, laudatis adjungendos censerent, ævo pariter, quo quisque floruit, breviter indicato: cùm præsertim res sit ab instituto nostro haud aliena, scireque intersit, in quorum gratiam, quibusve elucidandis nostra hæc qualiscumque lucubratio insudarit? Parendum igitur mihi utcunque fuit amicis, etiam atque etiam id efflagitantibus, licèt imparato, & qui ad hoc argumentum nihil ferè comparaveram, imò neglexeram, quibus poterat aliquatenus adornari. Huc accedit, quòd plerosque ex rarioribus mutuò acceptos ab amicis, vel ex majoribus desumptos Bibliothecis, ac redditos libros hanc in rem consulere haud jam promptum esset, & quod urgente acriùs Typographo ad id aggrediendum haud satis superesset otii ac temporis. Ne tamen eorum expectationi non responderem, operi manum admovi, licèt seriùs, quàm argumenti dignitas postularet. Indicemque hunc ita digessi, ut Lector inde potiùs primis quasi labris rem delibet, quàm satiatus abscedat, cùm aliæ occupationes & temporis angustia neque prolixiorem neque accuratiorem esse sinerent. Nominatos enim ferè duntaxat inveniet, neque omnes tamen, etsi plerosque, mediæ ætatis Latinos Scriptores, adjunctis annorum, quibus vixere, characterismis, sumptoque initio à collabente Latinitate, quod circa Antoninorum AA. tempora accidisse constat, ad medium usque quintum decimum sæculum, quo studiosorum operâ rursum Latini eloquii splendor effloruit. Sed & interdum quo ex iis aliquot, maximè qui in Glossario nostro laudantur, loco reperiantur, obiter indicamus. Id enim satis esse existimamus ad institutum nostrum, cùm liceat plura nosse cupientibus illos consulere, qui de Bibliothecis commentarios conscripsere, quorum nomina congessit Philippus Labbeus, eo in libello, quem BIBLIOTHECAM BIBLIOTHECARUM inscripsit. In eo quippe recensentur, qui catalogos Scriptorum, vel secundùm scientiarum artiumque facultates, vel secundùm nationes, vel denique secundum dignitates, ac religiosorum Ordinum sodalitates contexuere. Quæ quidem in hoc Indice ferè semper hunc in finem adnotare curavimus, ut Lector, qui alia de quolibet Scriptore, vel, quæ ille scripserit, rescire voluerit, continuò ad ejusmodi catalogos confugere valeat: interim dum exurgat vir aliquis eruditus, qui tot jam publicata de Scriptoribus volumina in unum quasi fascem cogat, non prætermissis etiam, qui à veteribus laudantur, Scriptoribus, ignotis modò & temporum injuriâ absumptis, & qui supersunt hactenus ineditis, quorum prostant indices evulgati, quamquam fateor id non exigui esse studii ac laboris.

Sed & huic Catalogo ex iis, quos subinde laudamus, librorum indices aliquot subjunximus, quorum auctores hactenus incerti: præterea Codicum manuscriptorum, Latinorum, Græcorum, & Vernaculorum: Gallicorum etiam Scriptorum, Italicorum, Hispanicorum, qui superioribus sæculis vixere, editique prostant: Catalogum Tabulariorum, seu, ut vocant, Chartulariorum, unde desumptæ tot, quæ adducuntur, veteres Tabulæ: ac denique recentiorum Scriptorum, qui complura alia diplomata ac vetera monumenta suis interuere lucubrationibus, ac proinde nobis suppeditarunt. Quos quidem indices absit ut ad multiplicis lectionis ostentationem annectamus, quod suspicari quis posset, quando in his consultum esse voluimus unius commodo Lectoris, qui etiam expensâ laboris nostri molestiâ, si in immenso hoc quasi pelago à rectâ interdum viâ fortè deflexerimus, indulgentius condonabit. Tametsi non dissimulandum, hosce perinde indices non eâ accuratione digestos, ut multa, quæ in eos debuissent referri, non elapsa sint: cùm id consilii, ut attigimus, seriùs ab amicis; sed & ab ipso Typographo suggestum sit, ac Editione ferme confecta. Proinde non miretur quis, si alia interdum laudata in Glossario deprehendat, quæ in indicibus non reperiantur.

Hic denique monendus Lector, in Auctorum mediæ ætatis Nomenclatore, cùm Conciliorum volumina laudantur, Labbeanam, ut dum citatur Bibliotheca Patrum, postremam, hoc est, Lugdunensem Editionem intelligi debet.

A

ALEXANDER *Wendocus*, seu *Wenedotius*, Cambrensis, ob. an. 1238.
ALEXANDER Vulturnensis Episcopus de Vita S. Alberti Episc. &c. *to. 9. Bolandi p.* 434.
ALFREDUS, Beverlacensis Ecclesiæ Thesaurarius, Historicus, ob. an. 1136.
ALFREDUS, cognom. *Magnus*, Angliæ Rex, cujus multa habentur, ob. an. 901. *Vide Pitseum, Bromptonum, Lambardum, to. 9. Concil. Bedam edit. Anglo Saxon. &c*
ALFREDUS Malmesburiensis Abbas, deinde Cridiensis Episcopus, vix. an. 990.
ALFREDUS, Oswii Nordamhumbrorum Regis filius nothus, ob. an. 705.
ALFREDUS, cogn. *Philosophus*, Anglus, vix. an. 1270.
ALGERUS, Leodiensis Scholasticus, vix. an. 1130. *in Biblioth. Patr. tom. 21. tom. 1. Analector. Mabillon. pag.* 303.
ALIPHAS, Anglus, Gregorii Ariminensis auditor, in 1. Sentent.
ALMANNUS Monach. Altivillarensis, vix. an. 868. *tom. 1. SS. Ord. Bened. p. 368. tom. 2. Analect. Mabillonii p. 87. in Metropoli Remensi tom. 1. p. 402. Sigebert. cap. 98.*
ALPHANUS, Hispanus, Ord. Minor. vix. an. 1320.
ALPHANUS Monachus Casinensis, Archiep. Salernitanus, Gregorio VII PP. coævus. *Ejus Carmina edidit Ughellus to. 2. p. 1055. Vide Paul. Diac. I. B. Marum, Vossium, &c*
ALPHONSUS *Bonihominis*, Hispanus, Ord. Præd. vix. an. 1336. *Vide Sander. part. 2. p.* 107.
ALPHONSUS, Castellæ Rex, scriptor Tabularum Astronomicarum, vix. an. 1270.
ALPHONSUS Hispalensis Episcopus, Augustinianus, vix. an. 1340.
ALPHONSI I. Lusitaniæ Regis *Constitutiones Militum S. Michaëlis, sive de Ala*, an. 1166.
ALPHONSI Philosophi Clericalis disciplina. *In Bibl. Sangerm. Cod.* 795.
ALPHONSUS *Tostatus*, Episcopus Abulensis, ob. an. 1454.
ALPHONSUS *Vargas*, Archiepiscop. Hispalensis, ob. 26. Decemb. an. 1366.
ALTFRIDUS Episcopus Mimigardefordensis, vix. an. 848. *tom. 5. Bol. p. 642 tom 5. SS. Ord. Benedict. p. 15.*
ALVARDUS Cadurcensis, Ordinis Prædicatorum Theolog.
ALVAROTUS Patavinus, Jurisconsult ob. 27. Jun. an. 145..
ALVARUS Cordubensis, scriptor Indiculi luminosi, & Vitæ S. Eulogii, vix. an. 854. *to. 1. Bibl. Patr. to. 7. Bol. p.* 90.
ALVARUS *Pelagius*, Ord. Minor Episcopus Silvensis, auctor libri de Planctu Ecclesiæ, &c. vix. an. 1340.
ALUISIUS *Marsillus*, Italus, August. Theolog. vix an. 1350.
ALULFUS Monach. S. Martini Tornac. auctor Gregorianæ. *edita to. 1. Analect. Mabillonii p.* 312.
AMALARIUS Fortunatus, Archiepiscopus Trevirensis, ob an. 814. *in Bibl. Patr. to. 2. Capitul Baluzian. p. 352. to. 1. Analector. Mabillon. p. 419. to. 2. p. 96. to. 7 Spicileg. p. 164. to. 14. Bibl. Patr.* Perperam edit. *Attularius apud Sigebert. cap.* 87
AMALARIUS Metensis Episcopus, auctor Regulæ Canonicorum in Concilio Aquisgr. an. 816 &c.
AMALRICUS *Augerii*, scriptor Chronici Pontificalis, vix. sub Urbano V.
AMANDUS, Prior Monasterii Aquicinctini vix. an. 1113. scripsit de Vita & Morte Odonis Episc. Camerac. MS.
AMATUS Episcopus, & Casinensis Monachus, scripsit Hist. Normannorum, ineditam, vix. an. 1070. *Vide Paul. Diac. & I. B. Marum.*
AMBROSIUS *Autbertus*. Vide *Autbertus*.
AMBROSIUS *Camaldulensis* Abbas, Italus, vix. an. 1450.
AMBROSIUS Abbas Camaldulensis, vix. an. 1340.
S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, ob. 4. April an. 397.
AMBROSIUS *Mediolanensis*, scriptor Chronici Ord. Prædic *Leander Albert.*
AMBROSIUS *Merlinus*, vix. an. 450.
AMEDEUS, Mon. Cisterciensis, Episcopus Lausannensis, vix. an. 1144. *Edit. à Theophilo Rainaudo, & to. 20 Bibl. Patr. pag.* 1278.
AMMIANUS *Marcellinus*, cujus extat Historia, vix. sub Gratiano & Valentiniano.
AMPHIBALUS junior, cogn. *Simenus*, Britannus, vix. an. 569.
AMULO Archiepiscopus Lugdunensis, vix. an. 850 *Ejus Epistolas cum Agobardo edidit Steph. Baluzius, in Bibl. Patr. to. 14. p.* 329.
ANASTASIUS I. PP. ob. 27. April. an. 402. *Vide Concil. & Lud. Iacob. & to 5. Spicileg. p.* 552.
ANASTASIUS, Abbas Romanus, S. E. R. Bibliothecarius, vix. an. 876. *Ejus Complura extant. Vide to. 12. Bibl. Patr.*
ANASTASIUS Presbyter & Apocrisiarius Romæ, vix an 665. *In Collectaneis Anastasii Bibl. & to. 12. Bibl Patr. p.* 555.
ANATOLIUS Alexandrinus Laodicensis Episcopus, vix. sub Caro & Probo AA. *Vide Bucherium in Canone Paschali pag* 439.
ANDOINUS *de Rocca*, Abbas Cluniacens. Cardin. ob. an. 1369.

ANDREAS *Agnellus*, Ravennensis Archiepisc. sub Ludovico Pio. *Vide Hieron Rubeum.*
ANDREAS Arelatensis, de Orig. & Gestis Francor. *In Bibl. Puteana Cod.* 1138.
ANDREAS, Aulæ Regiæ Capellanus, vix. an. 1170. *ejus Amatoria edita Dorpmundæ an* 1610.
ANDREAS *Bilius*, Mediolanensis Augustin. vix. an. 1420.
ANDREAS Monachus Fontebraldensis, de morte Roberti de Arbrissello, *edit. cum Vita ejusdem Robert.* vix. an. 1150.
ANDREAS *Dandulus*, Venetorum Dux, Chronicon Venetum MS. perduxit ad an. 1253.
ANDREAS Hispanus, Episcopus Megarensis, Cardinalis.
ANDREAS *Hornus*, Anglus, Jurisconsult. vix. sub Edvv. II.
ANDREAS *Leucander*, alias *Witemam*, Ramesiensis in Anglia Abbas, vix an. 1020.
ANDREAS *de Luxemburgo*, Cardin. Episc. Camerac. an. 1396. *to. 2. Spicil. p.* 294.
ANDREAS, Marcianensis Cœnobii Prior, ob an. 1194. *Edit. in Hist. Merovingica.*
ANDREAS *Silvius*, Prior Marcianensis, ob. an. 1194. *Ejus Chronicon edit. à Raph. de Beauchamps in Hist. Merovingica.*
ANDREAS, Montis viridis in Etruria Abbas; de Vita S. Vualfridi Abbat. ejusdem Monasterii *to. 4. Boll. p.* 842.
ANDREAS, Palatioli Abbas in Tuscia, *to. 4. SS. Ord. Benedict. pag* 196.
ANDREAS, Ratisponensis Presbyter, auctor Chronici Ducum Bavariæ, vix. sub Sigismundo Imp.
ANDREAS *Redusius*, scriptor Annalium Tarvisinorum, ad an. 1420. quo vixit.
ANDREAS, S. Victoris Parisiis Monachus, Anglus, vix. an. 1150. *Vide Cod. Thuan. 275. & Pitseum.*
ANDREAS *Suenonis*, Archiepisc. Lundensis, c. an. 1110. *Ejus habentur Leges Scanicæ.*
ANDREAS, Trajectensis, Monachus Spanheimensis, vix. an. 1445.
ANGELICUS *Grimaldi è Grisaco*, Gallus, Cardin. ob. 16. Kl. Apr. an. 1387.
ANGELOMUS, Lexoviensis Monachus, vix. an. 855. scripsit in Libros Regum. *to. 15. Bibl. Patr. p. 307. Sigebert. c.* 86.
ANGELUS *Acciaivolus*, Episcop. Florentinus, Cardin. ob. an. 1407.
ANGELUS *è Cingulo, Clarenus* dictus, Italus, Ord Minor. ob. an. 1294.
ANGELUS *Salvetus*, Senensis, Ord. Minor. Minister Generalis, ob. an. 1423.
ANGELUS *Tancredus*, Aretinus, Ord. Minor. scriptor Miraculor S. Francisci, vix. c. an. 1246.
ANGELUS *de Ubaldis*, Perusinus, Jurisconsult. Baldi frater, vix. an. 1423.
ANGILBERTUS, Abbas Corbeiensis an. 865. *to. 2. Analect. Mabillonii p.* 657
ANIANUS, Vir spectabilis, jubente Athalarico Theodosianum Codicem compegit, & aliquot Joan. Chrysostomi Homilias in Latinam linguam vertit. *Edit. post Bedam in Epist. S. Pauli, & cum Ioan. Chrysost.*
ANIANUS, Abbas Aldeburgensis scrips. Chron. ad an. 1457. *Vide Sander. p.* 225.
ANNIBALDUS *Ceccanus*, Neapolitanus Archiepisc. Cardinal. Tusculan. vix. an. 1327.
ANSCHARIUS, primus Archiepisc. Bremensis, *to. 4. SS. Ord. Bened. p.* 401.
ANSCHERUS, Abbas Centulensis, vix sæculo 11. *to. 5. Bolandi p. 101. to. 5. SS. Ord. S. Bened. p.* 123.
ANSEGISUS, Abbas Lobiensis, vix. an. 840.
ANSEGISUS, Luxoviensis & Fontanellensis Abbas, vix. sub Carolo Magno & Ludov. Pio quorum Capitularia collegit.
ANSELLI Archidiaconi Glossulæ super Psalterium, MSS.
ANSELMUS Havelbergensis Episcopus, non longè ab Albi flu. vix. an. 1146 *Ed. to. 13. Spicileg. p. 88. Vide Eisengr.*
S. ANSELMUS. Archiepisc. Cantuariensis, ob. 21. April. an. 1109. *Ejus opera collegit & edidit Gabriel Gerberonus Benedict.*
ANSELMUS, Gemblacensis Abbas, Chronicon Sigeberti deduxit ad an. 1135. quo vixit. *Edit. à Miræo.*
ANSELMUS, Laudunensis Decanus & Scholasticus, vix. an. 1110. *Vide Henric. Gandav. Sander. part. 2. p. 171. &c.*
ANSELMUS, Leodiensis Canonicus, scripsit Hist. Episcop. Traject. & Leodiens. vix. an. 1050. *to. 1. Hist. Leod. p.* 99.
ANSELMUS, Episcopus Lucensis, S. R. E. Cardin. ob. 18. Mart. an. 1056. *to. 6. Canisii p. 202. 235. in Biblioth Patr. to 27. 28. Vide Sigeb c.* 161.
ANSELMUS, Episcopus Marsicanus, *edit. Colon.* 1570.
ANSELMI Ord. Minor. Descriptio Terræ Sanctæ *to. 6. Canisii p.* 1289.
ANSELMI *de Monte Leonis* Glossæ in Matthæum MSS. *Cod. Reg.* 246.
ANSELMUS, Mon. Remensis vix. an. 1050. scripsit Itinerarium Leonis IX. PP. à Roma in Galliam. *Vide Sigeb. c.* 152.
ANSELMUS *de Ribimonte*, an. 1100. *to. 7. Spicileg. p.* 191.

ANSEL

ANSELMI Peripatetici Rhetorimachia, MS. *Cod. Thuano* 559.
ANSO, Abbas Laubiensis, ob. an. 801. *tom.* 19. *Bolandi p.* 560. *tom.* 11. *p.* 375. *tom.* 3. *SS. Ord. Benedict. p.* 564.
ANTERUS PP. ob. 3. Jan. an. 238. *Vide Concil. & Lud. Iacob.*
ANTONIUS *Cartolarius*, Patavinus, de Vita & moribus Philosophorum, ob. an. 1440.
ANTONIUS, Episcopus Constantiniensis.
S. ANTONIUS, Ord. Prædic. Archiepisc. Florentinus, ob. 2. Maii an. 1459. *Edit. seorsim.*
ANTONINI Monachi Itinerar. Hierosol. *Edit. Andegav.*
ANTONIUS, qui Gennadio *Honoratus*, Constantinæ, in Africa Episcopus, *apud Baron. an.* 437. *tom.* 8. *Bibl. Patr. p.* 665.
ANTONIUS *Andreas*, Ord. Minor. ob. c. an. 1320. *Edit. Venet. an.* 1578.
ANTONIUS *de Butrio*, Bononiensis, JC. ob. an. 1408. non. Octob. *Fichard.*
ANTONIUS *Cartularius*, Patavinus, vix. an. 1420.
ANTONIUS *Corarius*, Venetus, Episcopus, Bononiensis, & Patr. Constantinop. Card. ob. an. 1445.
ANTONIUS *de Cremona*, Ord. Min. scripsit Quadragesimale.
ANTONIUS *Gaynerus*, Papiensis, Medicus, vix. an. 1440.
ANTONIUS Genuensis, Augustinianus, vix. an. 1418.
ANTONII *Godi*, Vicentini Chron. ab an. 1194. ad an. 1260. *Edit. cum Albertino Mussato à Felice Osio.*
ANTONIUS *Ilerdensis*, Ord. Minor. Philosoph. & Theolog.
ANTONIUS *Lucensis*, Ord. Min. vix. an. 1320.
ANTONIUS *Massanus*, Etruscus, Ord. Min. vix. an. 1430. *VVad.*
ANTONIUS *à Montefalcone* Italus, Ord. Min. scriptor Vitæ B. Claræ à Montefalcone. *Vide VVadding. an.* 1308. *&* 1491.
S. ANTONIUS *de Padua*, Lusitanus, Ord. Minor. ob. 13 Jun. an. 123. *Ejus habentur Conciones.*
ANTONIUS *de Parma*, Monach. Camaldul. vix. an. 1420.
ANTONIUS *Randensis*, seu *Randinus*, Italus, Ordin. Min. vix. c. an. 1420.
ANTONIUS *à S. Angelo*, Patavinus, JC. vix. an. 1394.
APOLLONIUS Romanæ Urbis Senator, sub Commodo Imp. *Hieron.*
APPONIUS, vix. sæculo 7. *in. Bibl. Patr. tom.* 14. *p.* 98.
APRIGIUS, Episcopus Pacensis, vix. an. 530. *Isidor. &c.*
APULEIUS *Madaurensis*, vix. sub Antoninis Marco & Philosopho.
AQUILA Romanus, *edit. inter Rhetores.*
AQUILIUS *Severus*, Hispanus sub Valentiniano *Vide S. Hieron.*
ARATOR, S. R. E. Subdiaconus, Poëta Christianus, vix. an. 534. *Edit. seorsim, & tom.* 10. *Bibl. Patr. Vide Sirmond. ad Ennodium pag.* 99.
ARCIMBALDUS, Mediolanens. auctor Catalogi Hæreticorū.
ARCHANGELUS *Neapolitanus*, Cavæ, seu S. Justinæ de Padua Monachus, auctor Hist. Monast. Cavensis.
ARCULFUS Episcop. auctor Itinerarii Terræ Sanctæ, quod à Beda compendium est. *Vide eundem Bedam lib.* 5. *Hist. c.* 16.
ARDO, seu *Smaragdus*, Mon. Anianensis, vix. c. an. 824. *to.* 4. *Bolandi p.* 610. *to.* 5. *SS. Ord. Benedict. p.* 191.
ARIBO, Episcop. Frisingensis, sub exitum 8. sæculi, *to.* 3. *SS. Ord. Bened. p.* 500.
ARIBO, Archiepiscop. Moguntinus, ob. an. 1031. *Vide Sigeb. cap.* 140.
ARIALDUS, Casinensis Presbyter, vix. an. 1050. *Petr. Diac.*
ARLOTUS, Ord. Minor. Magister Generalis, Hetruscus, vix. an. 1290.
ARLOTTUS *de Rainone*, Vicentinus, scriptor Hist. Vicentinæ.
ARNALDUS *Avertinus*, Majoricensis, Pacensis Episcopus.
ARLUNUS *Bernardinus*, Historicus. *Vide Vossium.*
ARNALDUS *de Verdala*, Episcopus Magalonensis, ob. an. 1352. *de episcopis Magalon to.* 1. *Bibl. Labbei p.* 793.
ARNALDUS *de Via*, Cadurcensis diœcesis, Joannis XXII. nepos, Cardin. ob. an. 1335.
ARNO, Archiepiscop. Saltzburgensis, vix. sub Carolo Magn. *Edit. to.* 2. *Canisii, & in Metropoli Salisburg. to.* 2. *p.* 484.
ARNOBIUS Afer, Sicensis, Rhetor, scribebat an. 297. vix. usque ad an. 326.
ARNOBIUS Junior, vix. c. an. 460. *Edit. Coloniæ an.* 1596. *& in Bibl. Patr. to.* 5. *p.* 203.
ARNOLDUS, Altahensis Monach. scriptor Vitæ S. Godeharti, *edita à Surio to.* 7. vix. an. 1030.
ARNOLDUS, Carnotensis, Abbas Bonæ vallis, vix. an. 1170. *Edit. an.* 1609. *& tom.* 22. *Bibl. Patr. p.* 1260. *Vide Henr. Gandav.*
ARNOLDUS, Corbeiensis, in Saxonia Monach. vix an 1030.
ARNOLDUS, Lubecensis Abbas, Chronicon Slavorum Helmodi perduxit ad Ottonem IV. Imp. *Edit. à Reineccio, ejusque Appendix ab Erpoldo Lindenbrogio in Hist. Slavica.*
ARNOLDUS, Archiepiscop. Narbonensis, de Victoria ad Navas Tolosæ, an. 1212. *tom.* 1. *Vghelli p.* 191.
ARNOLDUS *de Roterodamo*, seu *de Hollandia*, Canon. Regular. vix. an 1424.
ARNOLDUS, Vohburgensis S. Emeranni Monach. de Miraculis ejusdem Sancti, *to.* 2. *Canisii p.* 35. vix. sub Henrico IV. *Vide Aventin.*
ARNULPHUS, Aretinus, Canonicus ac Diaconus, c. an. 1050. scripsit Vitam SS. Floridi & Amantii, *in Cod. Naudæano* 27.
ARNULPHUS, Lexoviensis Episcop. ob. 3. Aug. an. 1182. *Ejus Epist. edita an.* 1588. *Vide to.* 2. *Spicileg. & post to.* 13. *p.* 246. *& to.* 22. *Bibliot. Patr.*
ARNULPHUS, Monachus, Poëta. *Vide Sigeb. c.* 157.
ARNULPHUS *à Monte S. Eligii*, Canonic. Regularis ejusdem Monast. *Vide Valer. Andr.*
ARSENIUS, Leodiensis, S. Mariæ de Florentia Abbas, vix. an. 1442.
ARVODOLPHUS, scriptor Vitarum aliquot Sanctor. c. an. 1160. *Wicelius.*
S. ASAPHUS, Episcopus, Britannus, vix. an. 590.
ASCLEPIODOTUS, Historicus, vix. sub Diocletiano. *Vide Vopiscum.*
ASCLEPIUS, Afer, Episcopus Vagensis, seu Baiensis, vix. an. 440. *Gennad.*
ASTESANUS, Ord. Minor. Theologus, vix. an. 1317.
ASTESANUS alter, Ordinis Minor. Theologus, vix. eodem sæculo.
ATHELARDUS, vel *Adelardus*, Bathonensis in Anglia Monachus, Mathematicus, vix. an. 1130.
ATHELSTANUS, Angliæ Rex, ob. an. 939. *Hujus Leges habentur apud Bromptonum & Lambardum.*
ATILIUS *Fortunatianus*, *edit. inter Grammaticos Putschii.*
ATTO II. Episcopus Vercellensis, vix. an. 945. *tom.* 8. *Spicileg. p.* 1.
AUCTUS, Florentinus, Vallis Umbrosæ Monach. scriptor Vitæ Bernardi Uberti Cardinal. &c. vix. sub Lothario II. c. an. 1147.
AUDENTIUS, Episcopus Hispanus, *de quo Gennad.*
S. AUDOENUS, qui & Dado, Archiepisc. Rotomagensis, auctor Vitæ S. Eligii, ob. an. 672. *to.* 5. *Spicileg. p.* 147. 301.
AUDRADUS, Monachus, vix. sub Carolo Calvo *to.* 2. *Hist. Franc. p.* 390. *vide Bibl. MSS. Labbei p.* 57.
AUGUSTINUS *de Ancona*, Augustin. ob. an. 1328. *Edit. Romæ* 1590.
S. AUGUSTINUS, Episcop. Hipponens. ob. 28 Aug. an. 430.
AUGUSTINUS *de Roma*, Augustinianus Theologus, vix. an. 1410.
AUGUSTINUS *de Roma*, Augustinian. Archiepisc. Nazarenus, ob. an. 1445.
AUGUSTINUS *Triumphus*, Augustinian. Archiepisc. Nazarenus, ob. an. 1328.
AVITUS, Presbyter Hispanus, vix. c. an. 418. *Gennad.*
AVITUS, Viennensis Episcop. ob. 5. Febr. an. 520. aut 521. *Edit. à Sirmondo & al. adde eundem Sirmondum ad Ennod. pag.* 67. *tom.* 5. *Spicileg. p.* 110. *Bibl. Labbei to.* 1. *p.* 226.
AUMINUS Keldus, Scotus, Episcopus electus, ob. an. 1298. *Demsterus.*
AUNARII Episcopi Epistola ad Stephanum Presbyterum, de scribenda S. Germani Episcopi Autissiodorensis Vita, *in Bibl. Sangerman. Cod.* 633.
AURELIANUS, Arelatensis, Episcop. an. 550. *inter Epistolas to.* 1. *Hist. Franc. in Regulis Monasticis Holstenii.*
AURELIANUS, Clericus Remensis, Musicus, vix. an. 900. *Vide Sigebert. cap.* 110. *& Barthium l.* 45. *Adversf. c.* 7. 21.
AURELIUS *Apollinaris*, Numeriani Imp. Vitam jambis scripsit. *Vopisc.*
AURELIUS *Festivus*, scriptor Vitæ Firmi Tyranni, vix. sub Aureliano. *Vopisc.*
M. AURELIUS *Olympius* NEMESIANUS, Carthaginens. Poëta, auctor Cynegetici, *editi à Pithœo*, &c. vix. sub Caro Imp.
AURELIUS *Philippus*, scriptor Vitæ Alexandri Imp. *Vide Lamprid.*
AURELIUS *Verus*, scriptor Vitæ Alexandri Severi, *laudatur à Lampridio.*
AURELIUS *Victor*, *ab Andrea Schotto editus*, vix. sub Constantio & Juliano Impp. *vide eundem Schottum, & Vossium.*
AUSONIUS, Burdegalensis, Consul Romanus, ob. cir. an. 394.
AUTBERTUS, Abbas Casinensis, de Vita SS. Paldonis, Tatonis, &c. *to.* 6 *Vghelli p.* 458. ob. an 837. Kal. Mart. *De aliis scriptis vide Paul. Diac. & I. B. Marum.*
AUTBERTUS, cogn. *Ambrosius*, Abbas S. Vincentii ad Vulturnum, ob an. 778. *to.* 3. *SS. Ord. Benedict. p.* 423. *to.* 13. *Bibl. Patr. p* 403. *vide Sigeb. cap.* 91.
AUXILIUS, de Translationibus Episcoporum & ordinationibus à Formoso PP. factis. *In Append. to.* 12. *Annal. Baronii apud Morinum, to.* 17. *Bibl. Patr. p* 1. *vide Sigebert. c.* 112.
AZO, Bononiensis, Jurisconsult. vixit circa an. 1200. *vide Fichard.*
AZO, vel ASSO, Dervensis Monach. scriptor Vitæ S. Bercharii, Frodeberti, &c. ob. an. 992.

B.

BACHIARIUS, vel *Bacciarius*, vix. tempore S. Augustin. *tom. 6 Bibl. Patr. pag. 88. Vide Genn. &c. &c.*
BAGAROTUS, JC. vix. an. 1200.
BALBUS, Mensor, *edit. inter. Gromaticos.*
BALDRICUS, Andegavensis, Abbas Burguliensis, vix. sub Philippo I. Rege Franc. *Ejus Carmin. editat o 4 Hist. Franc p. 251.*
BALDRICUS, Episc. Dolensis, ob. 7. Jan. an. 1129 *in Gest. Dei p. 81. to. 7. Spicileg. pag. 196. to. 4. Bol. p 758. to. 5. p. 603.*
BALDRICUS, Noviomensis Episc. ob. ult. Maii an. 1112. Ejus Chron. Camerac. edidit Colvenerius. *Vide to. 8. Spicil. p. 169.*
BALDUINUS *de Avenis*, vix. c. an. 1255. *Ejus Genealogia edita to. 7. Spicileg. p. 584.*
BALDUINUS Imp. Constantinopol. ob. an. 1205. Ejus extant Epistolæ de Urbis expugnatione, *apud Arnold. Lubecens. Innocentem. III. Doutremannum, &c.*
BALDUINUS *Devonius*, Angl. Cantuariens. Archiep. ob. an. 1193.
BALDUINUS, Ninivent. Ord. Præmonst. scripsit Chron. à Christo nato ad an. 1294. quo ipse obiit, MS. *Valer. Andr. Sander p. 22.*
BALDUINUS *de Marrochie. Vide Sander. in Bibl. MSS. Belg. p. 202.*
BALDUINUS *Paderbornensis*, Parochus Histor. vix an. 1418.
BALDUS Perusinus, Jurisconsult. ob. 28. April an. 1400.
BALTHARIUS vel *Baltherus*, Seckinganus Mon. auctor Vitæ S. Fridolini, quam Notkero Balbulo inscripsit. *Vide Alamannica Goldasti to. 2. p. 195 to. 6. Bol. p 433.*
BANCHINUS Londinens. Monach. Theol. vix. an. 1384.
BARDUCCIUS *Petrus de Canigartis to. 11. Boll p. 959.*
BARTHOLOMÆUS *Anglicus*, Angl. Philosoph.
BARTHOLOMÆUS, Brixianus, Jurisconsult. & Histor. vix. an. 1240.
BARTHOLOMÆUS *Capo'vacensis*, Patavin. JC. vix. an 1348.
BARTHOLOMÆUS, Cartusiensis, vix. an. 1446.
BARTHOLOMÆUS Cluniacensis, scripsit Sermon. *Sander p. 180.*
BARTHOLOMÆUS *Dunacensis Vide Sander. in Bibl. MSS. Belg. p. 351.*
BARTHOLOMÆUS *Facius*, Genuens. Histor. vix. an. 1440.
BARTHOLOMÆUS *Florarius*, auctor Florarii, Anglus, vix. an. 1420.
BARTHOLOMÆUS *Gaetanus*, scriptor Historiæ Brixiensis, ob an. 1404.
BARTHOLOMÆUS *Glannvillus*, cogn. *Anglicus*, Ordinis Minor. auctor libri de Propriet. rerum editi, &c. vix. an. 1360.
BARTHOLOMÆUS *Grauvvise*, Anglus, Ord. Min. vix. c. an 1360.
BARTHOLOMÆUS, Iscanus, id est, Exoniensis Episcopus, ob. an. 1184. *Vide Pœnitentiale Theodori edit. à Jac. Pettio.*
BARTHOLOMÆI *de Luca*, Chron. MS. ex Bibl. Vaticanæ Cod. 5764. *Laudatur à Ghirardacco in Hist. Bononiens. lib. 6.*
BARTHOLOMÆUS *Neocastrensis*, Siculus, auctor Poematis quod *Messana* inscribitur, seu de Rebus à Petro Aragoniæ Rege in Sicilia adversus Carolum I. gestis. *Menini, Surita.*
BARTHOLOMÆUS, Ordinis Minor. ob. 4. Novemb. c. an 1380.
BARTHOLOMÆUS *Osa*, Bergomensis, scripsit Histor. Romanor. Pontificum & Imper. vix. an. 1340.
BARTHOLOMÆUS, Ord. Præd. de Casibus.
BARTHOLOMÆUS *Roquacallius*, Carmelitarum Ordinis Magister Generalis, & Massiliensis Episcopus, vix. an. 1433.
BARTHOLOMÆUS Raimundanæ Cartusiæ Prior. ob. 4. Id. Jul. an. 1440.
BARTHOLOMÆUS *de Saliceto* JC. vix. an. 1390.
BARTHOLOMÆUS *de S. Concordio*, Ord. Prædic. Pisanus dictus, ob. c. an. 1347. *Vide Sander. p 209.*
BARTHOLOMÆUS *de Tolomæis*, scriptor Vitæ B. Luchesii, *edit. to. 11. Boll p. 597.*
BARTHOLOMÆUS *Vicentinus*, Ord. Prædic. vix. an. 1260. *Vide Leand. Albert.*
BARTHOLOMÆUS Episcop. Urbinensis, August. vix. an. 1410. *vide Cod. Reg. 428.* (1435.
BARTHOLOMÆUS *de Yano*, Ord. Min. *vide Wadding. an.*
BARTHOLUS *de Saxoferrato*, JC. celebris, ob. a. 1355. ætat. 45.
BASSATIUS, Abbas Casinensis, ob. 16. Kal. April. an. 856. *vide Petr. Diacon.*
BAUDEMONDUS Mon. Elnonens. aliis Blandinens. Abbas, scriptor Vitæ S. Amandi. vix. an. 657. *Ed. to. 3. bol p. 848. to. 2 SS. Ord. Bened. p. 710.*
BAUDOVINIA, Monialis, scripsit Vitam S. Radegundis Reginæ Francor. sub qua vixit, id est, c. an 590. quo Radegundis obiit *to. 1. SS. Ord Bened. p. 326. Surius. 13. Aug.*
BEATUS, Presbyter, adversus Elipandum. Toletanum Episc. *in Auctario Stevvartii.*
BELEANUS, Poeta, *edit. cum Victore Massiliensi an. 1560. pag. 93.*
BEDA, cogn. *Venerabilis*, ob. 26. Maii an. 635. *Ejus opera 3. tom. & in 8. Vide præterea tom. 7. Spicileg. p. 126. tom. 2. SS. Ord. Bened. pag. 1001. 1031. Iacob. Waræum, &c. Boland. tom. 1. pag. 943. tom. 8. p. 97.*
BELLATOR, Presbyter, Origenis Latinus Interpres, vix. an. 840. *Cassiodor. de Divin. lect. cap. 6. Sigebert, cap. 88. Trithem. &c.*
BELLESARIUS, Scholasticus. *tom. 1. Analector. Mabillonii pag. 301. tom. 5. Bibl. Patr p. 472.*
BELTRANNUS *de Mignanellis*, Senensis, vix an. 1416. *Vide Lambec. lib. 2. de Bibl. Cæsar. p. 977.*
S. BENEDICTUS I. PP. ob. 30. Jul. an. 577. *Vide Concil. & Lud. Iacob.*
BENEDICTUS II. PP. ob. 7. Maii an. 658. *V. de Concil. & Lud. Iacob.*
BENEDICTUS III. PP. ob. 26. Febr. an. 858. *Vide Concil. & Lud. Iacob.*
BENEDICTUS VII. PP. ob. 28. Febr. an. 1024. *Vide Lud. Iacob.*
BENEDICTUS XI. PP. ob. 6. Jul. an 1304. *De ejus scriptis vide Lud. Iacob*
BENEDICTUS XII. PP. ob an. 1342. 25. April. *Ejus Statuta benedictina eadem Brolius post Chron. Casinense. De aliis scriptis vide Lud. Iacob.*
S. BENEDICTUS, Ord. sui nominis Fundator, ob. 21. Mart. an. 543. *tom. 9. Bibl. Patr. &c.*
BENEDICTUS, Abbas, scripsit Histor. Henrici II. Regis Angl. suo quo vixit.
S. BENEDICTUS *Biscopius*, Wiremuthensis Abbas. cujus Vitam scripsit Beda, ob. an. 703.
BENEDICTUS, Icenus, seu Nortfolcensis, Augustin. Cardicensis Episcopus, ob. an. 1340.
BENEDICTUS, Abbas Massiliensis, scripsit lib. de Fide Catholica & potestate Ecclesiæ, MS.
BENEDICTUS, Petroburgensis Monachus, Anglus, scriptor Vitæ S. Thomæ Cantuar, vix. an. 1200.
BENEDICTUS *Raimundus*, filius Raphaëlis, Cumani, JC. vix. an 1447.
BENEDICTUS *Sala*, Patavinus JC. vix. an. 1445.
BENEDICTUS *Tarancredus*, Perusinus, Ord. Prædicat. vix. an. 1260.
BENEDICTUS, Veronensis, Ord. Præd Theolog. vix. an. 1420.
BENEDICTUS, Urbevetanus, Ord. Prædicat. Theol. vix. an. 1260.
BENNO, Cardinalis, scripsit de Vita Hiltebrandi, seu Gregorii VII. PP. sub quo vixit. *Edit. à Reineccio de quo vide Baron. Nomenclatorem, & al.* vix. an. 1092.
BENTIVENGA *de Bentivengis, de Aquasparta*, Umber, Ord. Min. Episcop. Tudertinus, Cardin. sub Nicolao III. PP.
BENVENUTUS *de Campesanis*, Poeta. *Vide Vossium de Hist. Lat. pag. 795.*
BENVENUTUS *de Rembaldis*, Imolensis, auctor *Augustalis* editi cum Petrarcha, vix. sub Carolo IV Imperat.
BERARDUS, Monachus Celestinus, S. Petri Celestini discipulus, scripsit ejusdem PP. Vitam. *Extat MS.*
BERCHARIUS Presbyteri Hist. Episcop. Virdunensium, ad an. 888. quo vixit. *Edit. tom. 12. Spicileg. Acheriani p. 251.*
BERCHTOLDUS *Hochbergerius*, Campidonensis Abbas, de Laude Martyrum, vix. an. 1151.
BERENGARIUS, Episcopus Biterrensis, & Cardinal. vix. an. 1300. *Vide Sander. part. 2. p. 116. & Possevin.*
BERENGARIUS, Hæresiarcha, an 1052. *tom. 5. Spicileg. pag. 510. Vide Sigeb. cap. 154. & al.*
BERENGARIUS *Stedelli*, Vasco, Episcop. Cardinal. Tusculan. ob. an. 1321.
BERENGAUDI viri Ecclesiastici expositio in Apocalypsin; *in Bibl. Sangerman. c 556. & in Bibl. Reg. Cod. 564.*
BERENGOSUS, Abbas S. Maximini Trevirensis, de Inventione S. Crucis, vix. circa an. 1110. *tom. 12. Bibl. Patr p. 349.*
BERNARDUS, Constantiensis Presbyter, vix. sub Gregorio VII. PP. *Edit. à Pengagelio & Gretzero.*
BERNARDINUS *de Roma*, Carmelita, Episc. Sutrensis, Cardinalis.
BERNARDINUS *de Rosergio*, ex Canonico Regulari Archiep. Tolosanus, vix. an. 1460.
S. BERNARDINUS, Senensis, Ord. Minor. ob. 20. Mart. an. 1444. *Ejus opera seorsim edita.*
BERNARDUS *Albertus*, de Variis morbis, MS.
BERNARDUS *de Amlasia*, Carmelita, & Cardinal. vix an. 1364.
BERNARDUS *Angrianus*, Bononiensis, Carmelita, vix a. 1390.
BERNARDUS *Ayglerius*, Abbas Lerinensis, deinde Casinensis, & S. R. E. Cardin. ob. an. 1282.
BERNARDUS *Balbus*, Episcop. Parmensis, ob. an. 1213. *tom. 1. Ughelli.*
BERNARDUS *de Bessa*, Aquitanus, Ord. Minor. vix. an. 1278.
BERNARDUS, Abbas Casinensis, vix. c. an. 1350.

BRUNETUS, *Latinus*, Dantis præceptor, auctor libri, qui *Thesaurus* inscribitur, ob. an. 1295.
S. BRUNO, Ordinis Cartusiensis Institutor, ob. 6. Octob. anno 1191.
BRUNO, Coloniensis Archiep. ob. an. 965. scripsit in Pentateuchum *Vide Sixtum Sen.*
BRUNO, Herbipolensis Episcop. ob. 17. Maji an. 1045. *to. 18. Bibl. Patr. p. 65.*
BRUNO, Monachus, scriptor Hist. Belli Saxonici *edit. à Frehero inter Hist. German.* vix. an. 1082.
BRUNO, Mon. Casin. Episcop. Signiensis, Cardinalis, ob. 23. Jan. an. 1225. *Ejus opuscula edita Venetiis an. 1651. Vide to. 12. Spicileg. p. 79. & Petr. Diac. c. 33. to. 20. Bibl. Patr p. 1294.*
BRUNO, Ruthenorum Archiep. Germanus ob. an. 1008.
BRUTUS, Historicus, *laudatur ab Hieronymo in Chronico Eusebiano.*
BULGARUS, JC. vix. c. an. 1190. *V. Fichard.*
BURCHARDI, Balernensis Abbatis subscriptio in Vitam S. Bernardi, *in Bibl. Sangerman. c. 584.*
BURCHARDUS, Dorcestrensis, Giribenensis in Anglia Monachus, vix. an. 870.
BURCHARDUS, Mon S. Galli, vix an. 1204. *Edit. in Alemannicis Goldasti.*
BURCHARDUS, *Mangepheldius*, Compilator Wichbildi Magdeburgensis, vix. sub Ottone IV. Imp.
BURCHARDUS, Notarius Friderici I. Imp. de ejus Victoria ad Mediolanum. *Edit. inter script. Germ.*
S. BURCHARDUS, Nuiffcellensis in Anglia Monachus ob. 2. Febr. an. 791.
BURCHARDUS, Episcop. Wormaciensis, ob. 14. Octob. an. 1026.

C

CADOCUS, *Ventolugius*, Britannus, vix. an. 570.
CADUCANUS, Britannus, Monachus Durensis, ob. an. 1225.
CÆLIUS *Aurelianus*, Siccensis, Medicus, Galeno superior, cùm illius non meminerit.
S. CÆSARIUS, Arelatensis Episcop. ob. 27. Aug. an. 543. *Edit. seorsim, & to. 8. Bibl. Patr.*
CÆSARIUS, Monachus in *Heisterbach*, Theutonicus, vix. an. 1220.
CAJETANUS, patriâ Vicentinus, Canonicus Patavinus, vix. an. 1430.
S. CAJUS PP. ob. 20. April. an. 296. *Vide Concil. & Lud. Jacob.*
S. CALIXTUS I. PP. ob. 14. Sept. an. 226. *Vide Concil. & Lud. Iacob.*
CALIXTUS II PP. ob. 13. Decemb. an. 1124. *to. 20. Bibl. Patr. p. 1278. De ejus scriptis vide Lud. Iacob.*
CAMPANUS, Lombardus, Astronomus, vix. an. 1030.
CANDIDUS, Arrianus, ad Marium Victorinum Rhetor, de Generatione divina. *Vide Sander. p. 140.*
CANDIDUS, Monachus Fuldensis, scriptor Vitæ S. Eglis, vix. sub Lothario I. Imp *to. 5. SS. Ord. Bened. apud Brovverum in Siderib. Germania, & in Antiq. Fuld. Vide Pitseum p. 828.*
CANDIDI dicta de Imagine Mundi, *in Bibl. Sangermanensi Cod. 561.*
CAPPIDUS, Stauriensis, Rerum Frisicarum scriptor, vix. sub Henrico Aucupe. *Suffrid.*
CANUTI Regis Leges, *apud Bromptonum, Lambardum, Spelmannum, & Labbeum*, vix. an. 1032.
CAPREOLUS, Episcopus Carthaginensis, vix an. 432. *Ejus Epistolam ad Vitalem edidit Sirmondus. Edit. etiam in Bibl. Patr. to. 8.*
CARADOCUS. Lancarvanensis, Britannus, vix. an. 1150.
CAROLUS Calvus Imp. ob. an. 877. *Ejus Capitularia edita à Sirmondo & Baluzio.*
CAROLUS Magnus Imp. ob. an. 814. *Ejus Capitularia edita à Pithœo, & aliis, ut & liber de imaginib. &c. Epistola verò in Codice Carolino.*
CAROLUS IV. Imp. Vitam suam scripsit, *editam à Reineccio, & Frehero*, ob. an. 1378.
CAROLI *Saxi*, Doctoris Parisiensis Sermo de S. Bernardo, *in Bibl. Sangermanensi Cod. 603.*
CASSIODORUS, Senator, ob. post an. 562.
CASTERTONUS, Norwicensis Monachus, Theologus, vix an. 1382.
CATALDINUS *de Bonis Compagnis*, vix. tempore Concilii Basileensis.
S. CATHARINA *Senensis*, Ord. S. Dominici, ob. 29. April. an. 1380. *Ejus opera edita.*
CATO *Saccus*, Papiensis, JC. quem audivit Jaso de Maino.
CEDMONUS, cogn. *Simplex*, Monachus Pharensis in Anglia, ob. an 676 *Beda l. 4. Hist. c. 24.*
S. CELESTINUS I. PP. ob. 6. April. an. 432. *Vide Concil. & Lud. Iacob.*
CELESTINUS III. PP. ob. 8. Jan. 1198. *Vide Concil.*
CELESTINUS IV. PP. ob. 8. Mart. an. 1144. *Vide Lud. Iacob.*
S. CELESTINUS V. PP. antea *Petrus de Murrone* dictus, ob. 8. Jun. an. 1296. *Ejus scripta edita Neapoli an. 1640. to. 25. Bibl. Patr. p. 754.*
CELESTINUS VI. PP. ob 8. Octob. an. 1241. *Vide Lud. Iacob.*
CELESTINUS, Pelagianus. *Vide Gennad.*
CELSUS, Armachanus Episcopus, vix. an. 1120. *Simler.*
CENCIUS *de Savellis*, S.R.E. Cardinalis & Camerarius, auctor Ceremonialis Romani, qui laudatur *à Baronio & Nic. Alamanno non semel, & extare dicitur in Bibl. Barbarina*, Idem qui Honorius III. PP. *Vide infrà.*
CENSORINUS, scriptor libri de Die natali, vix. an. 238. *Edit.*
CEOLFRIDUS, Abbas S. Petri & Pauli in Anglia, vix. an. 650.
CEOLFRIDUS, Anglus, Wiremuthensis Abbas, cujus Vitam scripsit S. Wicbertus, ob. an. 724.
CEREALIS, Castulensis in Hispania Episc. vix. c. an. 490. *In Bibl. Patr to 8. p. 671. Gennad.*
CHARTUITIUS, Episcopus Ungarus, scriptor Vitæ S. Stephani Regis Ungariæ, *edita à Surio 20. Aug. & in Script. Hungar. p. 268.* vix. c. an. 1100.
CHILIENUS, Monach. Inis-Kiltrahensis Cœnobii, de Vita S. Brigidæ, metro, *to. 3. Bol. p. 141.*
CHRISTIANI Abbatis S. Petri in Valle Carnot. Sermones & Flores Scripturarum. *In Bibl Sangermanensi Cod. 769.*
CHRISTIANUS, Aquitanus, in Evangelium Matthæi. *Vide Sigebert. c. 72*
CHRISTIANUS *Druthmarus*, Mon. Corbejensis, vix. an. 855. *Edit. an. 1530 & in Bibl Patr. to. 15. p. 86.*
CHRISTIANUS, Moguntinus Archiep. Friderici I. Archicancellarius, ejus Vitam scripsit. vix. an. 1170.
CHRISTOPHORUS *de Bondelmontibus*, vix. an. 1422. *In Cod. Reg. 1214. Thuano 42.*
CHRISTOPHORUS *de Castiliano*, Mediolanensis, JC. vix an. 1420.
CHRISTOPHOR. *Marcellus*, auctor Ceremonialis Romani, vix. sub Pio II. PP. cujus fuit Amanuensis.
CHRISTOPHORUS *Molhusensis*, Angl. Ord. Præd. Theol. vix. c. an. 1350.
CHRODOGANGUS vel *Grodegangus*, Episcopus Metensis vix. an. 767. *to. 1. Spicileg. p. 205. & in Conciliis Labbeanis to. 7. p. 1443. Vide Meurissium.*
CHROMATIUS, Episcop. Aquileiensis, ob. 2. Decemb. c. an. 410. *to 5. Bibl. Patr. p. 976.*
CICARDI, Abbatis Chronicon MS. dicitur asservari *in Bibl. S. Galli.*
CINUS, Pistoriensis, ex nobili Simbaldorum familia, JC. vix. an. 1330.
S. CLARA, Assisias, Ord. Min. ob. an. 1253.
CLAREMBALDUS, Atrebatensis Diaconus, in Boëtium de Trinitate.
CLARICON *Magister. Vide Sander. p. 198.*
CLARIUS, Monach. Floriacensis, deinde S. Petri Vivi, auctor Chronici ejusdem Monasterii S. Petri, quod desinit in an. 1284 *to. 2. Spicileg. p 705.*
CLAUDIANUS, Poëta, vix. sub Honorio.
CLAUDIANUS *Mamertus*, Viennensis Episcopus, vix. sub Zenone.
CLAUDIUS *Clemens*, Scotus, Bedæ discipulus, vix. an. 810. *Vide Simler.*
CLAUDII Chronicon, *edit. Tom. 1. Bibl. Labbei* vix. an. 814.
CLAUDIUS *Eusthenius*, Historicus, vix. sub Diocletiano. *Vopisc.*
CLAUDIUS, Hispanus, Taurinensis Episcop. ob. c. an. 824. *to. 14. Bibl. Patr. p. 139. 197. to. 1. Analect. Mabillonii p. 30. Vide Bibl. MSS. Labbei p. 24.*
CLAUDIUS *Mamertinus*, auctor Panegyrici Maximiano, sub quo vixit, dicti, *edit. inter Panegyr.*
CLAUDIUS *Mamertus*, Presbyter, S. Mamerti Viennensis Episcopi frater, ob. c. an 466.
CLAUDIUS *Marius Victor*, aliis *Victorinus*, Rhetor Massiliensis, vix. sub Theodosio & Valentiniano, *to. 8. Bibl. Patr.*
CLAUDIUS, Taurinensis Episcopus, vix. sub Lud. Pio. *Vide Dugdalum.*
CLEDONIUS, Romanus Senator, Constantinopolitanus Grammaticus, *inter Grammaticos Putschii.*
CLEMENS II. PP. ob. 9. Octob. an. 1047. *Vide Concil.*
CLEMENS III. PP. ob. 26. Maji. an. 1191. *De ejus scriptis vide Lud. Iacob.*
CLEMENS IV. PP. ob. 29. Novemb. an. 1268. *De ejus scriptis vide Lud. Iacob.*
CLEMENS V. PP. ob mense Aprili an. 1314. *De ejus scriptis consulendus Lud. Iacob.*
CLEMENS VI. PP. ob. 6. Decemb. an. 1352. *De cujus scriptis vide Lud. Iacob. præterea to. 4. Spicil p. 271. & 10. p. 221.*
CLEMENS, de Vita Caroli M. *Laudatur à Lazio in libr. de Republ. Romana.*
CLEMENS, Claudiocestrensis, Langthoniensis Canonicus regularis, ob. an. 1170.
CLIMTONUS *Langleius*, Anglus, Philosophus & Astronom. vix. an. 1350.

COG.TO-

COGITOSUS, de Vita S. Brigidæ Virg. *tom. 5. Caniſii part, 2. pag. 625. to. 3. Bol. p. 129. de ætate, vide Voſſium.*

COLMANNUS, cogn. *Sapiens*, Angl. vix. an 1200.

S. COLUMBANUS, vix. c. an. 565. *vide Regulas Monaſtic. Holſtenii, Epiſt. Hibernicas Vſſerii, t. 1. Caniſii to. 12. Bibl. Patr. p. 1. &c.*

COMMODIANUS, Gazæus, vix. temporibus Silveſtri I. PP. *Edit. à Rigaltio, & to. 7. Bibl. Patr. vide Gennad.*

CONANTIUS, Palentinus in Hiſpania Epiſcopus, vix. ſub Cindaſuindo Rege *Ildefonſ.*

CONGELLUS. Britannus, vix. an. 530.

CONNOVITIUS, Sacerdos, de Vita S. Hildegundis, vix. an. 1190. *to. 10. Bol p. 782.*

CONRADUS *Alpendorf.* Germanus, Carmelita, Arotenſis Epiſcop. Hiſtoric. vix. an. 1390.

CONRADUS *de Altzeia*, Moguntinenſis diœceſis, vix. an. 1370. *Simler.*

CONRADUS, Bravvillerenſis Monachus, de Vita B. Wolphelmi Abbat. ejuſd. Monaſt. vix. c. an. 1130. *Edit. to. 11. Bollandi p. 77. & apud Sur.*

CONRADUS, Dalmata, de Laudibus S. Crucis, vix. an. 1156.

CONRADUS *de Fabaria*, Presb. S. Othmari, *edit. à Goldaſto in Alamannicis.*

CONRADI Fabularius MS. laudatur.

CONRADUS, Germanus, Ord. Præd. ſcriptor Vitæ S. Dominici, c. an. 1290. *Vide Leandrum.*

CONRADUS *de Halberſtad.* Ord. Præd. qui primus Concordantias Bibliorum ſcripſit, vix. an. 1290.

CONRADUS, Hildeshemenſis Epiſcopus, vix. c. an. 1221.

CONRADUS, Monachus Hirſaugienſi vix. an. 1140.

CONRADUS *à Lichtenavv*, Uſpergenſis Abbas, Chron. perduxit ad an. 1229. *Edit. inter Scriptor. German.* ob. an 1240.

CONRADUS *de Marburch*, de Vita S. Elizabeth Reginæ Hungariæ, cujus confeſſionibus fuit. *Ed. in Symmictis Allatii p. 269.*

CONRADUS, Mildevienſis Abbas, Concinator. *Poſſevin.*

CONRADUS *de Monte puellarum*; Canonicus Ratiſponenſis. ſcripſit contra Beghardos an. 1337. *Edit. à Gretzero in Valdenſib. & to. 1. Bibl. Labbei p. 231. Baron. to. 1. p. 541.*

CONRADUS, Epiſcopus, ſcriptor Chronici Moguntini ab an. 1140. ad. an. 1250. *Edit. inter Scriptores German.*

CONRADUS *à Mure*, Cantor & Canonicus Tigurienſis, vix. an. 1273.

CONRADUS *de Rondenberg.* Rinaugienſis Abbas.

CONRADUS S. *Vdalrici*, Hiſtoriam univerſalem perduxit ad an. 1331.

CONRADUS è *Saxonia*, Ord. Min. Theolog.

CONRADUS, Scheurnenſis vel Schyrenſis Monachus; auctor Chronici; *quod laudatur ab Aventino & aliis*, vix. cir. an. 1240.

CONRADUS, Sereni montis in Saxonia Presbyter, ſcriptor Chronici Lauterbergenſis uſque ad an. 1225. *Edit. in* 4.

CONRADUS, Verdenſis Epiſcopus, Theolog. vix. an. 1395.

CONRADUS, Baro *de Zimbern*, Germanus, Ord. Bened. vix. an. 1427.

CONSENTIUS, V. C. Grammatic. *Inter Grammaticos Putſchii.*

CONSTANTINUS PP. ob. 9. April. an. 714. *Vid. Lud. Jacob.*

CONSTANTINUS, de Naturis liquidorum, &c. *Simler.*

CONSTANTINUS, Monachus Caſinenſis, natione Afer, vix. an. 1070. *Ejus opera Medica edita in fol. Vide Petr. Diac. & I. B. Marum.*

CONSTANTINUS, Epiſcopus, ſcriptor Vitæ S. Germani, vix. c. an. 450. *Iſid.*

CONSTANTIUS, Urbevetanus, Ord. Præd. ſcriptor Vitæ S. Dominici, vix. an. 1248.

COPERIUS *Magiſter*, ſcriptor rerum Vicentinarum.

CORDUS, Hiſtoricus, vixit ſub Maximinis & Gordianis. *Capitolin.*

CORIPPUS, Africanus, Grammaticus, vix. ſub Juſtino Juniore, cujus laudes ſcripſit carmine. *Edit. à Dempſtero cum Notis.*

S. CORNELIUS PP. ob. 14. Sept. an. 255. *Vide Concil.*

CORNELIUS *Capitolinus*, Hiſtor. vix. ſub Claudio. *Trebell.*

CORONATUS Notarius, ſcriptor Vitæ S. Zenonis Epiſcopi Veronenſis. *Vghell. to. 5. p. 555. Boland. to. 10. p. 70.*

COSMAS, Mateſienſis, cujus Carmina edidit *Vghellus to. 2. pag. 139.*

COSMAS, Pragenſis Eccleſiæ Decanus, Chronicon Regum Bohemiæ perduxit ad an. 1086. *Edit. à Frehero an.* 1602

CRESCENTIUS *Æſinus*, Ord. Min. Miniſter General. Epiſcopus Aſſiſias, vixit ſub Innocentio IV. PP.

CRESCONIUS, al. *Criſcentius*; Afer Poëta ſcripſit carmine Geſta Juſtin. Imp. in Africa. *Geſner. vide an alius ſit à Corippo.*

CHRISCONIUS, Africanus Epiſcop. auctor Breviarii Canonum. *Edit. ſeorſim, & in Bibl. Patr.* vix. ſub Leontio Imp. *Vide Cedren. in eodem Leontio, & Labb. to. 6.* Concil. p. 1381.

CHRISOLANUS, Archiepiſc. Mediolanenſis.

CHRASONIUS *Gorippus*, auctor Joannidos. *Laudatur à Cuſpiniano.*

CRUINDMELI Excerpta ex multis Grammaticorum libris cum ejus Præfat. metrica. *In Bibl. Sangermann. Cod. 540. Gloſſar. Pars I.*

CUMBERTUS, vel *Cimbertus*, Reidfordenſis Monachus, Anglus, *cujus meminit Beda*, vix. an. 730.

CUMMIANUS, Hibernus, vix. an. 650. ſcripſit de Controverſia Paſchali. *Edit. inter Epiſt. Hibernic. Vſſerii.* Idem fortè cum *Cummeneo Albo* ſcriptore Vitæ S. Columbæ Abbat. Hienſis in Anglia. *Edit. to. 1. SS. Ord. Bened. p. 361.*

CURIUS *Fortunatianus*, ſcriptor Vitæ Maximi, qui & *Pupienus* dicitur. *Vide Capitolin.*

CUTHBERTUS *Gervicius*, Girvvenſis Monachus, ſcriptor Vitæ Bedæ, vix. an. 740. *Edit. to. 3. SS. Ord. Bened. p. 534.*

S. CUTBERTUS, Hagultaldenſis Epiſcopus, ob. an. 688.

CUTHBERTUS, *Magejetus*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ob. an. 760.

CYPRIANUS, Monach. Caſinenſis, vix. an. 760. *Vide Petr. Diacon. c. 7.*

CYPRIANUS, Epiſcopus Tolonenſis, ſcriptor Vitæ S. Cæſarii Epiſc. Arelat. vix. an. 542. *Edit. in Chronolog. Lerinenſi, & to. 1. SS. Ord. Bened. p. 658.*

CYRILLUS, Carmelitarum Miniſter Generalis, vix. an. 1200.

D.

DACRIANI Speculum Monachorum. *Vide Sander. part. 2. p. 213.*

DAGELIUS *Fuſcus*, Galieni Imp. & Tyrannorum; illorum temporum geſta conſcripſit.

DAMALDUTIUS, Forolivienſis, Auguſtinian. *Pamphil.*

S. DAMASUS I. PP. ob. 11. Decem. an. 384. quem elegantem in verſibus componendis fuiſſe ait Hieronymus, quorum complures habentur. *In Inſcript. Chriſt. apud Gruterum, & to. 4. Bibl Patr. pag. 635. to. 8. pag. 558. De aliis ejus operibus multa Ludov. Jacob.*

DAMIANUS *de Padua*; qui & *Cartarienſis*; Ord. Min. ob. an. 1401.

S. DANIEL *Arvonius*, Britannus, Banchorenſis Epiſcop. vix. an. 563.

DANIEL *Chinaſius*, Tarviſinus, Hiſtor. vix. an. 1381.

DANIEL *ab Eccleſia*, Anglus, vix. an. 1180.

DANIEL *Morleius*, Anglus, Mathematicus, vix. an. 1190.

DANIEL, Wintonienſis Epiſcopus; ob. an. 746.

DANTES *Aligerus*, Florentinus, ob. an. 1321.

S. DATIUS, Epiſc. Mediolan. ob. 14. Jan. an. 552. hujus nomine laudatur Chronicon *de quo vide Ughellum to. 4. p. 137. & Mabillon. to. 1. Analect. p. 3.*

DAVID *de Auguſta*, Ord. Minor. vix. an. 1240. *to. 25. Bibl. Patr. p. 867. Vide Sander. part. 2. p. 136.*

DAVID *Boiſius*, Cambrenſis, Carmelita, ob. an. 1450.

S. DAVID, Britannus; ob. c. an. 544.

DAVID *de Dinanto*, citatur in *Summa Alberti Magni.*

DAVID *Obuge*, Hibernus; Theol. vix. an. 1320.

DAVIDIS I. Regis Scotiæ Leges Burgor. Scoticor. *edita à I. Skenæo, an.* 1609. ob. an. 1153.

DAVIDIS II. Regis Scotiæ Leges *edita ab eod. Skenæo.* ob. an. 1370.

DAVID *Scotus*, Wirtzeburgenſis Ludimagiſter, Mariani Scoti ſocius. *Aventin. Vide Geſnerum.*

DEODUINUS, Leodienſis, Epiſcopus, aliis *Durandus* dictus vix. ſæc. 11. *tom. 18. Bibl. Patr. p. 531.*

S. DESIDERIUS, Epiſcop. Gadurcenſis; ob. 19. Nov. an. 660. *Ejus Epiſtolæ editæ à Caniſio to. 5. to. 1. Hiſt. Franc. to. 8. Bibl. Patr. p. 579.*

DESIDERIUS, Longobardus, cujus ſunt Diſputationes contra ſtatum Monachorum. *Laudatus à S. Thoma.*

S. DEUS DEDIT PP. ob. 8. Nov. an. 617. *Vide Concil.*

DEUS DEDIT *Frithona*, Weſtſaxo, Cantuarienſis, Archiepiſc. ob. an. 664.

DEUS DEDIT, S. R. E Cardinalis S. Petri ad vincula, vix an. ..

DEXTER, Paciani qui Barcilonenſis Epiſcopus fuit, filius, vix. ſub Theodoſio M. cujus nomine *editum à Bivario Chronicon fictitium.*

DIEMO, Ord. S. Bened. ſcripſit Vitas SS. vix. an. 1131.

DIETHMARUS Helmovardienſis Abbas, ſcriptor Vitæ S. Modoaldi, vixit an. 1107.

DINAMIUS Patricius, de quo *Gregor. Turon. lib. 6. c. 7. 11. to. 2. Bol. p. 774. Sigeb. c. 114. Ed. in Chronolog. Lerinenſi, to. 1. SS. Ord. Bened. p. 105. Vide Gloſſ. in* Patricius.

DINUS *de Garbo*, Florentinus, Medicus, vix. c. an. 1300.

DINUS *Mugellanus*, JC. vix. an. 1301.

DIOCLEATES, Presbyter, de Regno Slavorum; *edit. Lat. à Jo. Lucio in Hiſt. Dalmatica, & Ital. ab Orbino.*

DIONOTUS *Avonius*, Britannus, Banchorenſis Abbas, ob. an. 603. *Pitſ.*

S. DIONYSIUS PP. ob. 26. Decemb. an. 272. *Vide Concilia, &c.*

DIONYSIUS, *Exiguus*, dictus, natione Scytha, Romanus Abbas, vix. c. an. 533. *Vide Concil. tom. 2. Analect. Mabillonii pag. 1. &c.*

DIONYSIUS, Historicus, cujus meminit Iornandes de Reb. Getit, c. 19.

DITMARUS, Mersburgensis Episcopus, cujus Chronicon edit. inter Hist. German. vix. an. 1030.

DODECHINUS, Presbyter, in Loagenstein, vix. an. 1140. Edit. inter script. German.

DOLABELLA, Agrimensor, edit. inter Gromaticos.

DOMINICUS de Barta, Aquitanus, Ord. Min. ob. an. 1343.

DOMINICUS Bonaventura Fessis de Fabriano, Picenus, Ord. Min. vix. an. 1340. to. 11. Boll. p. 954.

DOMINICUS Capranica, Romanus, Cardin. ob. an. 1458.

DOMINICUS Foroliviensis, Ord. Min. de Officio Imperatoris.

DOMINICUS Pantale., Florentinus, Ord. Min. Theolog. ob. an. 1376.

DOMINICUS de S. Germiniano, JC. vix. an. 1430.

DOMINICUS Spinzza, e Fabriano, Ord. Præd. vix. an. 1314.

DOMINICUS, Tolosanus, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1314.

DOMNIZO, Presbyter, qui Vitam Comitissæ Mathildis heroico carmine scripsit, vix. Henrico IV. Edit. à Tengnagelio an. 1612.

DONATUS, à quo Donatiani Hæretici, sub Constante & Constantio. S. Hieron.

DONATUS, Monachus, cujus extat Regula ad Virgines, inter Holstenianas, vix. an. 660. Vide Ildefons.

DONATUS, Diacon. Ecclesiæ Metensis, to. 2. SS. Ord. Bened. p. 1069.

DRACO, seu Drogo, Monach. Bergensis, vix. sæculo 11. to. 3. SS. Ord. Bened. p. 301.

DONATUS à S. Agatha, Ord. Min.

DOROTHEUS Monoeus, Hibernus Wadd.

DRACONTIUS, Hispanus, Poeta Christianus, vix. sub Theodosio Jun. c. an. 440. Edit. an. 1560. & tom. 9. Bibl. Patr. pag. 724.

DREPANIUS Florus, Poeta, quem Baronius eum esse putat, cujus meminit Sidon. l. 5. Ep. 11. Edit. à Morello an. 1560. & to. 8. Bibl. Patr. p. 667.

DROGO, Hostiensis Episcopus, vix. tempore S. Bernardi, to. 2 Bibl. Patr. p. 341.

DROGO, Morinensis, Episcopus, scriptor Vitæ S. Godelevæ Mart. edita à Surio 6. Jul. ob. an. 1079.

S. DUBRICIUS, cogn. Guainus, Britannus, ob. an. 522.

DRUSIANUS, Florentinus, Medicus, vix. an. 1300.

DUDO, Decanus S. Quintini, vix. sub Roberto Rege. Edit. in Normannicis Duchesnii p. 49. Vide Hemereum pag. 107. 111.

DUNGALUS, Diaconus, vix. sub Carolo M. & Ludovico Pio. Edit. à Massono, & to. 14. Bibl. Patr. p. 196. Idem fortè cum

DUNGALO Recluso, qui vixit pariter sub Carolo M. Edit. to. 10. Spicileg. p. 143.

S. DUNSTANUS, Cantuariensis Archiepiscop. ob. an. 988. vel 1001. Vide Pitseum.

DURANDUS Campanus, Gallus, à confessionibus Reginæ Franciæ & Navarræ, vix. an. 1340.

DURANDUS à S. Porciano, Ord. Præd. Episc. Aniciensis, deinde Meldensis, ob. 23. Sept. an. 1333.

DURANDUS Troarnensis Abb. vix. an. 1060. Edit. post Lanfrancum Acherii, & to. 18 Bibl. Patr. pag. 419.

E.

EADMERUS, cogn. Cantor, Cantuariensis Monachus, vix. an. 1121. Ed. à Seldeno, & inter opera S. Anselmi ult. Edit. to. 3. SS. Ord. Bened. pag. 196. to. 10. Bolandi p. 866. tom. 11. pag. 293. Vide Pitseum.

EALREDUS, vel Ailredus, Rievallensis Abbas, ob. prid. Id. Januar. an. 1166. de ejus scriptis multa Pitseus, & Seldenus ad Script. Anglic. p. 27. Ed. in eod. vol. & apud Boland. to. 1. p. 293.

EAMBALDUS Junior, Senioris in Eboracensi Archiepiscopatu successor. vix. an. 800.

EBBO, Archiepiscop. Remensis, vix. an. 840. to. 7. Spicileg. pag. 175.

EBERHARDUS, Altahensis, Archidiacon. Ratispon. Chronic. perd. ... an. 1305. edit. to. 1. Canis. & apud Freher.

S. EBERHARDUS, Discipulus S. Harvici Salisburg. Episcopi, cujus Vitam scripsit, edit. in to. 2. Canisii, vix. an. 1030.

EBERHARDUS Mainardus, Moguntinus, Carmelita, vix. an. 1403.

EBERHARDUS, de Parentinis Ord. Præd. Tolosanus, vix. an. 1339. Vide Lambec. lib. 2. de Bibl. Cæsarea, p. 775.

EBRARDUS, Bethuniensis, vix. an. 1212. Edit. à Gretzero in Valdensio, & to. 24. Bibl. Patr. pag. 1525. Vide Præfat. nostram n. 45.

ECKARDUS, primus Abbas S. Laurentii Urangiensis in diœcesi Herbipolensi, vix. an. 1130. Vide Trith.

ECKHARDUS, Theutonicus, Ord. Præd. vix. an. 1430.

ECKBERTUS, Schonaugiensis Abbas, vix. an. 1160. In Bibl. Patr. to. 23. p. 600. Vide Trith.

ECKBERTUS, Clericus Leodiensis, vix. an. 1060.

ECKEHARDUS Junior, Monach. S. Galli, vix. sub Lothario II. Imp. to. 2. Alaman. Goldasti p. 196. to. 5. Canisii part. 2. post pag. 728. to. 6. p. 934.

ECKEHARDUS Minimus, Decanus S. Galli, vix. c. an. 1220. Vide Alamannica Goldasti p. 232. Canisium, Boland. to. 9. pag. 579.

EDGARUS, Angliæ Rex, ob. an. 975. Ejus Leges habentur apud Bromptonum, & Lambardum, in Concil. Anglic. & Labbeanis.

EDGARUS, Rex Anglor. vix. an. 966. Apud Selden. in Not. ad Eadmer.

EDMUNDUS Albonus, Anglus, Monachus, vix. an. 1340. Pits.

EDMUNDI Angliæ Regis Leges, apud Bromptonum, Lambardum in Concil. Anglic. & Labbeanis, &c. vix. c. an. 944.

S. EDMUNDUS, Archiepisc. Cantuariensis, ob. 16. Nov. an. 1240. in Bibl. Patr. to. 25. p. 316.

EDMUNDUS Dinterus, cujus extat Chron. Brabant. MS. ob. an. 1448.

EDMUNDUS, Monachus Anglus, vix. an. 1120.

S. EDMUNDUS, cogn. Richius, Anglus, Cantuariensis Archiepiscopus, ob. an. 1140.

EDMUNDUS Stuttonus, Glasconiensis in Anglia Monachus.

EDWARDUS, Angl. Historiam perduxit ad annum 1202.

EDWARDUS, Cantuariensis, Monachus, qui Vitam S. Thomæ scripsit, vix. an. 1171.

S. EDMUNDUS, Confessor, Angliæ Rex, cujus Leges Latinè editæ extant, ob. prid. Non. Januar. an. 1066.

EDWARDUS, Dinleius, Anglus, Carmelita, vix. an. 1450.

EDWARDUS Kirketonus, Anglus, Sermones scripsit.

EGBERTUS, Archiepisc. Eboracensis, vix. an. 766. Edit. apud Wareum in Epist. Bedæ, tom. 6. Concil. p. 1556. & seqq. Vid. Pitseum.

EGBERTUS, Anglus, cujus meminit Beda, Episcopus Lindisfarnensis, ob. an. 698. vel potiùs an. 730.

EGBERTUS, Monachus, Lindisfarnensis, Anglus, ob. an. 729.

EGEBERTUS, Leodiensis Clericus, Poëta Vide Sigeb. c. 146.

EGEHARDUS, Uragiensis Abbas, Auctor Chronici de Episcopis Hildesheimensib. editi à Brovvero an. 1616. vix. an. 1290.

EGILWALDUS, S. Burchardi Wiceburgensis diœcesis Monachus vix. c. an. 1300. Ed. to. 3. SS. Ord. Bened. p. 703.

EGINHARDUS, Abb. Selingestadiensis, scriptor Vitæ Caroli M. & Annal. Franc. obiisse dicitur 25. Jul. an. 843.

EGINUS, Monach. de Vita S. Ansovini Episc. Camerini, vix. an. 963. to. 7. Bol. p. 322.

S. EGWINUS Wiccius, Anglus, cujus Vita edita à S. Bercivaldo Cantuariensi Archiep. ob. an. 716. V. Pits. & Vossium.

EINHARDUS, Spirensis Episcopus, de Ecclesiæ ceremoniis, vix. an. 1058.

ELBODUS, Britannus, Venedotarum Archiep. vix. an. 610.

ELDADUS, seu Eldadus, Britannus, Glocestrensis Episcop. vix. an. 490.

ELDEFONSUS, Episcopus, vix. an. 845. Edit. à Mabillonio cum Dissert. de Azymo.

ELERIUS, Monachus in Cambria, vix. an. 660.

S. ELEUTHERIUS PP. ob. 26. Maii an. 194. Vide Concil.

S. ELEUTHERIUS, Episc. Tornacensis, ob. an. 529. Ejus extant Sermones, editi ab Andrea Schotto, & to. 8. Bibl. Patr. pag. 1124. V. Sander. p. 308.

ELIAS de Annibaldis, à S. Heredio, seu de S. Irier. apud Lemovicenses, Ord. Min. Episc. Uticensis, Cardin. ob. an. 1367.

ELIAS Cortonensis, Ord. Min. ob. an. 1253.

ELIAS, Dunensis Abbas. Sander. p. 180.

ELIAS de Eveshamo, Angl. Mon. Ben. Historicus. vix. an. 1270.

ELIAS Presbyter, auctor Florilegii, &c. vix. sæculo. 12. to. 22. Bibl. Patr. pag. 736.

HELIAS Ruseus, Anglus, vix. an. 1280.

ELIAS Trickinghamus, Anglus, Bened. Historicus, vix. an. 1270.

S. ELIGIUS, Episcopus, Noviomensis, ob. 2. Decemb. an. 665 habentur ejus Sermones in Bibliot. Patrum tom. 12. &c.

S. ELIZABETHA, Hungariæ Regina, cujus extant Revelationes, an. 1227.

ELIZABETH, Sanctimonialis in Schonaugia, soror Ecberti Regis, ejus Visiones variæ laudantur, vix. c. an. 1140.

ELUODUGUS, cognomine Probus, Britannus, vix. an. 590.

EMERICUS, Elephantiacensis in Germania Monach. scriptor Vitæ S. Magni, vix. fæc. 9.

EMMO, de Qualitate vitæ futuræ. Vide Sander. pag. 271.

EMICHO, Schonaugiensis Abbas, scripsit carmine Vitam S. Elizabeth Virg. & Abbatissæ, vix. c. an. 1200.

EMPORIUS, Rhetor. Edit. inter Rhetores.

ENCOLPIUS, Historicus, vix. sub Alexando Imp. Vide Lamprid.

ENERVINUS, Steinveldensis Præpositus, vix. sub S. Bernardo. Vide Sander. pag. 69.

ENGELBERTUS, Abb. Admontensis, vix. an. 1177. Vid. Chron. MS. Alberici hoc anno, edit. à Schotto, & to. 25. Bibl. Patr. p. 362.

ENGEL-

GAL-

GALONIS, S. R. E. Cardinalis, Constitutiones, sub an. 1208. *tom.* 11. *Concil. p.* 32.
GALO Parisiensis Episcopus, & S.R.E. Cardinal. vix. an. 1104.
GALVANEUS *Flamma*, Mediolanens. Ord. Præd, cujus laudantur Chronicon majus, & Manipulus florum, à Puricello, & aliis, vix. an. 1336. *Vide Vossium de Hist. Lat. p.* 498. 512. *Possevin.*
GARGILIUS *Martialis*, scriptor Vitæ Alexandri Imp. *Vide Lamprid.*
GARINUS, Ord. Præd. de Vita B. Margaretæ Hungaricæ vix. an. 1340. *tom* 2 *Bol. p.* 900.
GARNERIUS, Mon scriptor Vitæ S. Valeriani, *edit. à P. Chiffletio in Trenorchio.*
GARSIAS, Hispanus JC. vix. c. an. 1290.
GASPAR, Veronensis, de Gestis Pauli II. PP. MS. *Laudatur à Lud. Jac.*
GASPARINUS, Bergomensis, Grammaticus, vix. c. an. 1420.
GAUDENTIUS, Episcop. Brixiæ, ob. an. 415. aut circiter, de quo Baron. an. 38. n. 6. &c. *tom.* 5. *Bibl. Patr. p.* 942.
GAUFREDI Carmen de 5. partibus Rhetoricæ, *Laudatur ut* MS.
GAUFREDUS *Altevantus*, Anglus, Carmel. Theolog. vix an. 1340.
GAUFRIDUS, Altacumbæ Abbas in Cantica Cantic. & de Vita S. Petri Tarantasiensis Episc. vix. an. 1150. *vide Sander. pag.* 265. *ur.* 8. *Maji.*
GAUFRIDUS, Autisiodorensis, Abaelardi auditor, vix. circa an. 1209. *vide Alberici Chronicon MS. hoc. an.*
GAUFRIDUS *de Bello loco*, Ord. Præd. de Vita & conversat. S. Ludovici IX. Regis Franc. cui fuit à confessionibus, *edit. tom.* 5. *Hist. Franc. p.* 444.
GAUFRIDUS, Episcopus, Carnotensis an. 1132. *to.* 3. *Spicileg. pag* 15.
GALFREDUS *Chancerus*, nobilis Anglus, pleraque Anglicè scripsit, quædam Latinè ob. 25. Octob. an. 1400.
GALFREDUS *Grandfeldus* Anglus, Augustin. Theolog. ob. an. 1340.
GAUFREDI *de Grimovilla* Summa, *in Bibl. Sangerman. Cod.* 344.
GAUFREDUS *Grossus*, Mon. scriptor Vitæ S. Bernardi Abb. Tiron. vix. an. 1130. *Edit à I. B. Souchato, & Bol. to.* 10. *p.* 222.
GAUFREDUS *Malaterra*, scriptor Rerum in Apulia à Germanis gestarum, vix c. an. 1100. *Edit. à Surita, & tom.* 4. *Script. Hispan.*
GAUFREDUS *de Monte*, Abbas S. Honorati, de potestate & auctoritate Concilii Basiliensis. *vide Sander. part.* 3. *p.* 39.
GAUFREDUS, Tranensis. JC. *Vide Henricum Gandav. c.* 55.
GALLUS *Antipater*, Historicus, *de quo Pollio in Claudio.*
GAUFRIDUS *de Trano*, Papæ Capellanus, vix an. 1290. *Trith. Sander. p.* 204.
GAUTERIUS, de Bellis Antiochenis, *edit. in Gest. Dei p.* 441. vix. an. 1115.
GAUTERIUS, Mon. Cluniac. de Miracul. B. M. Virg. *tom.* 1. *Bibl. Labbei p.* 279.
GEBEHARDUS, Augustanus Episcopus, vix. an. 1016.
GEBEHARDUS, Episcopus Constantiensis. *Vide Alamannica Goldasti p.* 196. 198.
GEBHARDUS, Salisburgensis Episcop. ob. an. 1088. *Edit. cum Domnizone an.* 1612.
S. GELASIUS I, PP. ob. 21. Nov. an 496. *Ejus opera edita cum Conciliis, & tom.* 5. *Bibl. Patr.*
GELLIUS *Fuscus*, Historicus, *cujus meminit Tremell. Pollio.*
GENNADIUS, Massiliensis Presbyter, vix. an. 490.
GENTILIS, Fulginas, Medicus, vix. an. 1310. *Trith. Linden.*
GENTILIS *de Monteflorum*, Picenus, Ord. Min. Cardinal. ob. an. 1312.
GEORGIUS, Altaichensis in Bavaria Mon. auctor Chronici ejusdem Monasterii.
GEORGIUS *Benignus*, Ragusæus Ord. Min. Archiep. Nazarenus, Theologus, vix. an. 1480.
GEORGIUS *Chadleius*, Anglus, Theolog. vix. an. 1366.
GEORGIUS *à Tenfera*, Brugensis, Histor. *laudatur à Mejero & Locrio.*
GERALDUS, Grandimontanus Prior, de Vita S. Stephani Fundat. Ord. Grandimont. *tom.* 4. *Boland. p.* 205.
GERALDUS II. Episcopus Cadurcensis, an. 1096. *tom.* 8. *Spicileg. pag.* 360.
GERALDUS, Lemovicensis, Ord. Præd. vix. an. 1256. *Edit. Duaci* 1619. 4°.
GERALDUS, Medicus. *vide Sander. p.* 194.
GERARDUS, Mon. Affllighemensis, de Statu mundi.
GERARDUS, *de Alverna*, cujus extat Chron. ad an. 1274. *In Bibl. Paulin. an.* 1185.
GERARDUS *Bergomensis*, Augustinianus, Savonensis Episc. vix. sub Clemente V. PP.
GERARDUS *Blancus d. Gambaco*, Parmensis, Cardin. ob. an. 1315.
GERARDUS *de Bononia*, Carmelita, ob. an. 1317.
GERARDUS *de Castris*, Carmelita, vix an. 1424.
GERARDUS *Coloniensis*, Ord. Præd. vix. an. 1314.
GERARDUS *è Cussaco*, Agennensis Carmelita, vix. an. 1346.
GERARDUS *Domarus*, Lemovicens. Ord. Præd. Cardin. ob. an. 1345.
GERARDUS *Frachetus*, Lemovicens. Ord. Præd. ob. an. 1271. scripsit de Vitis Fratrum Prædic. *Edit. Duaci.* scripsit etiam Chron. Lemovicense, MS.
GERARDUS *Haucinus*, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1312.
GERARDUS, Leodicensis Ord. Cisterc. vix. an. 1140. *Vide Valer. Andr.*
GERARDUS, Ord. Præd. Lector Leodicensis, vix. c. an 1300. *Vide Henric. Gandav Valer. Andr. & Vossium.*
GERARDUS *Machetus*, Episcopus Castrensis, ob. an. 1448. *Ejus Elogium & scripta vide in Hist. Navarrei Collegii*
GERARDUS Magnus, Daventriensis Theolog. ob. 20. Aug. an. 1384.
GERARDI *Maurisii*, Vicentini, Historia Eccelini tyranni, *edita cum Alb. Mussato. vide Vossium p.* 467.
GERARDUS *Mindensis*, Ord. Præd vix. an. 1314.
GERARDUS, Mon. vel Abb S. Medardi Suession. *Vide Analecta Mabillonii tom.* 1 *p.* 107.
GERARDUS *à Nazareth*, Laodicensis Episcop. vix an. 1040. *Vide Vossium de Hist. Lat. p.* 779.
GERARDUS, Ordin. Prædic. Prior Leodiensis, vix. an. 1270.
GERARDUS *Odonis*, Ruthenensis, Ord. Min. Minister Generalis, ob an. 1349.
GERARDUS, Mon. S. Quintini in Insula, vix. c. an. 1270. *Vide Henric. Gandav. Trith. &c.*
GERARDUS, Episcopus, Savonensis, Bergomensis, Augustinianus, vix. an. 1340.
GERARDUS, Abbas Sylvæ majoris, de Vita Adalardi Abb. Corbeiensis, *tom.* 5. *SS Ordin. Bened. Boland tom.* 1. *p.* 111.
GERARDUS *Schaanus*, al. *Schedanus*, dictus. ob. an 1444. *Val. Andr.*
GERARDUS *de Senis*, Italus, Augustinian. JC. vix. an. 1340.
GERARDUS, Zutphaniensis, cogn *Zerbolt*, ob. an. 1398. *Trith. Valer. Andr. tom.* 26. *Bibl. Patr. p.* 234.
GERBERTUS, Scholasticus, Archiep. Remensis. deinde Silvester II. PP. *Ejus edita Epistola à Massono. tom.* 2. *Hist. Franc. tom.* 17. *Bibl. Patr. vide tom.* 2. *Analect. Mabillon. p.* 212.
GERICUS, Glasconiensis in Anglia Monachus.
GEROCHUS, seu *Gerohus*, Reichersbergensis, de Henricis IV. & V. Imp. & de Gregorio VII. PP. *Edit. à Gretzero an.* 1611.
GERVASIUS, Cicestrensis, vix. an. 1160.
GERVASIUS, Dorobernensis, seu Cantuariensis Monach. cujus extat *Hist. edita inter Hist. Angl. an.* 1652. vix. an. 1200. *Vide Seldenum in Præfat. p* 42.
GERVASIUS *Melkelejus*, Anglus, Mathematicus, vix. an. 1219.
GERVASIUS *Ricobaldus*. Ferrariensis, Ravennensis Canonicus, Vitas PP. perduxit usque ad an. 1300 *Hier. Rubeus.*
GERVASIUS *de Parco*, Eboracensis Monach. vix. an. 1150.
GERVASIUS, Remensis Archiep. *Boland. tom.* 1. *p.* 333.
GERVASIUS, Præmonstratensis Abbas, deinde Sagiensis Episcopus, vix. an. 1213. *Ejus Epistolæ editæ.*
GERVASIUS, Tilleberiensis, Anglus, Henrici II. Regis Angliæ nepos, Marescallus Regni Arelatensis, *tom.* 3. *Hist Franc. pag.* 375. *Vide inter MSS*, vix. sub Ottone IV. Imperat. anno 1210.
GIBUINI, Lingonensis (l. Catalaunensis) Episcopi, Rythmi de Paradiso laudantur, vix. an. 962.
GILBERTUS *de Aquila*, Medicus. *vide Sander. p.* 194.
GILBERTUS, Mon. Ord. Cisterciensis, & Abbas, vix. an. 1200.
GILBERTUS *Crispinus*, Abb. Westmonaster. *edit. cum Lanfranco Acherii.*
GILBERTUS *Foliotus*, Londinensis Episcop. ob. an 1187.
GILBERTUS *de Hoilandia*, Angl. Swinsetensis in agro Lincolniensi Abbas, vix. an. 1200. *vide Sand. p.* 162.
GILBERTUS *Legleus*, Angl. Medicus, vixit anno 1210.
GILBERTUS *Magnus*, Angl. Ord. Cisterc. Theologus, ob. Tolosæ. an. 1280.
GILBERTUS, Medicus, *Vide Bibl. Labbei p.* 205.
GILBERTUS, cogn. *Porretanus*, Episcop. Pictav. ob. an. 1154. *Vide opera Boëtii, Cod. Reg.* 1571. 1579. *Thuan.* 275.
GILBERTUS *Segravius*, Angl. Philosophus, & Theologus, ob. c. an. 1316.
S. GILBERTUS, *de Sempringham*, Ordinis sui nominis institutor, *cujus habetur Regula edita in Monastico Anglic. tom.* 2. ob. an. 1189.
GILBERTUS *de Thornton*, sub Edw. I. Angliæ Justiciarius, Abbreviator Bractoni. *Vide Seldenum ad Fletam c.* 2. *n.* 4.
GILBERTUS, sive *Gislebertus*, S. Waltrudis in Montibus Præpositus, scripsit Chron. vix. an. 1170. *Miræus.*
GILBERTUS *Vrgalius*, Carmelita, Theologus, vix. an. 1330.

GILBERTUS, Westmonasteriensis Abb. ob. an. 1117.
S. GILDAS *Albanius*, S. Patricii discipulus vix. an. 512.
GILDAS, hujus nominis quartus, Monach. Banchorensis in Anglia, vix. an. 860.
GILDAS *Badonicus*, qui & *Sapiens*, Angl. de excidio Britanniæ, ob. c. an. 583. *Edit. seorsim, & tom. 8. Bibl. Patr. vide Boland. tom. 2. p. 952. Pitseum, Vossium, &c.*
GILDUINUS primus Abb. S. Victoris Paris. scriptor libri Ordinis S. Victoris. Ejus obitus notatur in ejusdem Monasterii Necrologio, Idib. April. ubi *Canonicum ordinem, qui penè defecerat, reparasse* dicitur.
GILLA, Linconiensis Episcopus, *de usu Ecclesiæ.*
GILLEBERTUS, Decanus S. Andreæ Elnonensis, de Incendio Monast. S. Amandi, MS.
GILLEBERTUS, Lunicensis Episcop. vix. c. an. 1090. vel 1130. *Extat in Epistol. Hibernicis Usserii.*
GILO, Cluniacensis Monach. scriptor Vitæ S. Hugonis Abbat. Cluniac. vix. c. an. 1222.
GILO *Parisiensis*, scripsit Historiam viæ Hierosolymitanæ, *edit. tom. 4. Hist. Franc. vide Sander. p. 50.*
GIRALDUS *Barrius*, vulgò *Cambrensis* dictus *v.* Silvester.
GIRALDUS, Aurelianensis. *vide tom. 4. Hist. Franc. p. 794.*
GISBERTUS Alexandrinus, Ord. Præd. an. 1287. *tom. 8. Bol. pag. 151.*
GISELBERTUS, Præpositus Westmonasster. S. Anselmi Cantuar. auditor, vix. an. 1090. *vide Bibl. Labbei pag. 26. Pitseum &c.*
GISLEBERTUS, scriptor Vitæ S. Romani Abbat. *In Bibl. Floriac. & tom. 1. SS. Ord. Bened.*
GISLEBERTUS, Abbas Aureæ Vallis. *vide Bibl. Labbei p. 59.*
GISLEBERTUS, Diaconus Autissiodorensis in Hieremiam; MS laudatur.
GISLEBERTUS, Decanus & Monach. Elnonensis; ob. an. 1095. *tom. 3. Boland. p. 895. Valer. Andr.*
GLABER *Rodulphus*, Mon. Autissiodorensis, vix. an. 1045. *to. 4. Hist. Franc. Boland. tom. 1. p. 58.*
GOBELINUS, Germanus, Carmelit. vix. an. 1305.
GOBELINUS *Persona*, Bilefeldensis Decanus, auctor *Cosmodromi* editi, vix. an. 1418.
GOBERTUS, Laudunensis, de Vita Clericorum. *vide Sander. part. 2. p. 240.*
GODELBERTUS, Presbyter, vix. an. 500.
GODEFRIDUS *Calvus*, Bituricensis * Archiepiscop. scriptor Vitæ S. Guillelmi Briocensis Episcopi, *edita à Surio 29. Jul.* vix. seculo 13.
GODEFRIDUS *Cornubiensis*, Anglus, Carmelita, Philosophus. vix. an. 1320.
GODEFRIDUS, qui scripsit contra Mendicantes, vix. an. 1283. *vide Hist. Academiæ Paris. tom. 3. p. 680.*
GODEFRIDUS *de Fontanis*, Cameracensis Episcopus, ob. an. 1238. *vide Hist. Academiæ Paris. tom. 3. p. 650.*
GODEFRIDUS, ad S. Pantaleonem Coloniæ Monach. Chron. perduxit ad. an. 1237. *Edit. inter Script. German.*
GODEFRIDI Remensis Carmina varia. *vide Bibl. Labb. p. 59.*
GODEFRIDUS, Spirensis Episcop. vix. an. 958.
GODEFRIDUS, Abbas Vindocinensis, ob. c. an. 1130. *Edit. à Sirmondo, & tom. 21. Bibl. Patr.*
GODEFRIDUS, Viterbiensis Presbyter; auctor *Panthei edit. inter Scriptor. German.* vix. sub Frederico I.
GODEFRIDUS, Wintoniensis Monach. ob. an. 1107.
GODELBERTUS, Sacerdos, Britannus, vix. an. 498.
GODESCALCUS, Canonicus Leodiensis, vix. c. an. 770. *to. 3. SS. Ord. Bened. tom. 1. Histor. Leodiensis p. 321.*
S. GODRICUS, Eremita, Angl. ob. an. 1171. *vide Matth. Paris. Pitseum, &c.*
GODWINUS, Sarisberiensis Ecclesiæ Canon. & Præcentor, vix. an. 1272.
GOFFRIDUS *Babion*, Andegavensis, *vide Sander. 2. part. pag. 23.*
GOLDSCHERUS, S. Matthiæ Trevirensis, Mon. vix. an. 990. *tom. 2. Bolandi p. 918.*
GOMBANDUS *de Vigta*, Aragon. Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1400.
GOMESANUS, Presbyter Pampilonensis, *in Cod. Reg. 1183.*
GONDISALVUS *de Vallebona*, Gallecus, Ord. Min. Minister Generalis, ob. an. 1313.
GORDIANUS, Placidi Martyris & aliorum Vitam scripsit, sed quæ ex eo circumferuntur, dubiæ habentur fidei.
GORDIANUS *Cæsar*, pater, scripsit versibus Antoniniada, seu Vitam Antonini Pii, & Antonini Marci. *Capitolin.*
GORDONI, Monachi S. Germani Paris. Commentar. in Evangelium S. Joannis. *In Bibl. Sangerman. Cod. 90.*
GOSBERTI Epitome Prisciani laudatur.
GOSLENUS Suessionum Episc. in Symbolum & Orat. Domin.
GOSSELINUS, Monac. Angl. vix. an. 1000. *to. 3. Boland. p. 345. tom. 10. p. 37. vide Pits.*
GOSSUINUS *Bossutus*, Villariensis in Brabantia Monachus, de Vita Arnulfi Conversi, qui ob. an. 1228.
GOTESCALCUS, Monachus Orbacensis. *Vide Bibl. Labbei pag. 59.*
GOTHARDUS, Hildesheimensis Episcopus, vix. an. 1024.
GOTSELINUS, Monach. S. Bertini, de Miraculis S. Galli. *Vide Alamannica Goldasti tom. 2. p. 195.*
GOUDEFRIDI *de Fontibus*, Theol. tractatus Quodlibetici. *In Bibl. Sangerman. c. 628.*
GRATIANUS, Monachus S. Felicis Bononiæ, Canonum compilator, obiisse dicitur an. 1151.
GRATIANUS, Florentinus, Augustin. Theol. vix. an. 1431.
S. GREGORIUS I. cogn. *Magnus*, PP. ob. 12. Mart. an. 604. *De ejus operib. multa Lud. Jacob.*
S. GREGORIUS II. PP. ob. 11. Febr. an. 731. *Vide Concil. & Lud. Jacob.*
S. GREGORIUS III. PP. ob. 28. Nov. an. 741. *Vide Concilia.*
GREGORIUS IV. PP. ob. an. 843. *Vide Concil.*
GREGORIUS V. PP. ob. 18. Febr. an. 998. *Vide Lud. Jacob.*
GREGORIUS VII. PP. ob. 24. Maii an. 1085. *Ejus epist. edita in Concil.*
GREGORIUS VIII. PP. ob. 16. Decemb. an. 1187. *Vide Concil.*
GREGORIUS IX. PP. ob. 22. Aug. an. 1241. *Ejus Opera seorsim edita.*
GREGORIUS X. PP. ob. 10. Jan. an. 1276. *Vid. Lud. Jacob.*
GREGORIUS XI. PP. ob. 27. Mart. an. 1378. *Vide Lud. Jacob.*
GREGORIUS XII. PP. ob. 4. Jul. an. 1415. *Vide Lud. Jacob.*
GREGORIUS *de Arimino*, Ord. S. Augustini Generalis, ob. an. 1358. *Edit.*
GREGORIUS *Baeticus*, Eliberitanus Episcop. vivebat adhuc an. 392.
GREGORIUS *Bridlingtensis*, Angl. Canonicus Regular.
GREGORIUS *Britannus*, Ord. Præd. *Edit. Venetiis &c.*
GREGORIUS, Monach. Casinensis, Tarracinensis Episcop. vix. sub Alexio Comneno Imp. *vide Petr. Diacon. & T. B. Marum.*
GREGORIUS, Monach. Casinensis, Episcop. Suessanus, Poeta; vix. an. 1120. *Petr. Diac.*
GREGORIUS *Huntingtonus*, Angl. Ramesiensis Monach. vix. an. 1250.
GREGORIUS *Noellus*, Angl. Theologus.
GREGORIUS *Trapezuntius*, Secretar. Apostol. vix. an. 1435.
S. GREGORIUS Episcop. Turonensis, ob. 17. Nov. an. 595. vel 600. ut aliis placet. *Non semel edit. demum in Bibl. Patr. tom. 3. Boland. tom. 1. p. 168.*
GREGORIUS, Wintoniensis, Angl. Mon. Bened. Historicus, vix. an. 1290.
GRIFFINUS, Cambrensis, Theologus.
GRIMLAICUS, Sacerdos, cujus extat *Regula Solitariorum edita ab Acher o & Holsten.* vix. sæc. 9.
GRIMOALDUS, Abbas Benedictin. de Sacramentis; *Edit. à Pamelio cum Sacramentario Gregorii M. an. 1571.*
GUAIFERIUS, Salernitanus, Monach. Casinensis, vix. an. 1060. *vide Petr. Diac. c. 29. edit apud Ughell. tom. 7. p. 1363. tom. 4. Bol. p. 531. tom. 6. p. 304.*
GUALDO, Corbeiæ veteris Mon. de Vita S. Anscharii Archiep. Hamburg. versu, vix. an. 10 0. *tom. 3. Boland. p. 427.*
GUALO, Cantuariensis, Poeta, vix. an. 1170.
GUALTERUS, cogn. *Anglicus*, Panormitanus Archiep. ob. an. 1177.
GUALTERUS, Aurelianensis Episcop. *cujus extant Capitula, apud Cellotium, Baluzium, & tom. 8. Concil. Labbei.*
GUALTERUS *Bederichwortus*, Anglus, Buriensis Monach. Theolog. ob. c. an. 1350.
GUALTERUS, *Bibliothecarius* interdum appellatus, vix. an. 1151.
GUALTERUS *Brinklaus*, Angl. Ord. Min. Theolog. vix. an. 1310.
GUALTERUS *Britho*, vel *Britte*, Angl. Mathematicus, vix. an. 1390.
GUALTERUS *de Brugis*, Ord. Min. Episcopus Pictavensis, vix. an. 1250. *Valer. Andr.*
GUALTERUS *Burlei*, Philosophus. *Vide Sander. p. 202.*
GUALTERUS *Baleus de Swinborn*, Angl. Canon. Reg. Oxoniensis, Histor. vix. an. 1320.
GUALTERUS *Brinkelius*, Angl. Ord. Min. Theolog. vix. an. 1310.
GUALTERUS *Brugensis*, Ord. Min. Pictavensis Episcopus ob. 22. Jan. 1307.
GUALTERUS *Bucdenus*, Anglus, Ordin. Prædic. Theolog.
GUALTERUS *Burlaus*, Anglus, Theologus, multa scripsit, ex quibus quædam edita prostant, vix. an. 1337.
GUALTERUS, *de Castellione*, Insulanus, scriptor *Alexandreidos*, editæ an. 1513. 1558. *Henr. Gandav.*
GUALTERUS *Cathchepollus*, JC. Anglus.
GUALTERUS *Cattonus*, Anglus, Ord. Min. Theolog. ob. an. 1343.
GUALTERUS *Ceptonus*, Angl. Ord. Min. Theolog.

GUAL-

GUALTERUS, Constantiensis, Angl. Lincolniensis, Episcop. deinde Archiepisc. Rotomagensis, vix. an. 1199.
GUALTERUS, Coventriensis Monachus, Historicus, vix. an. 1270.
GUALTERUS *Cornutus*, Archiepiscop, Senonensis de susceptione Coronæ spineæ, &c, an. 1239. *tom.5. Hist. Franc. pag.* 407.
GUALTERUS *Daniel*, Rievallensis, Monach. ob. an. 1170 al. 1350.
GUALTERUS *Dissaus*, Anglus, Carmelita, Theolog. ob. an. 1404. 25. Jan.
GUALTERUS *Duffeldius*, Angl. Philosophus.
GUALTERUS *Duridentus*, Angl. Theolog.
GUALTERUS *Elvedenus*, Anglus, Mathemat.
GUALTERUS *Estonus*, Anglus, Carmelita, Theolog. vix. an. 1350.
GUALTERUS, Eveshamensis, Monach. Angl. vix. an. 1240.
GUALTERUS, Excestrensis, Angl. Ord. Præd. Histor. vix. an. 1301.
GUALTERUS, alias *de Insulis* dictus Flander, Episcop. Magalonensis, vix. an. 1129. *Trith. Henric. Gandav. Sammarth. Vide tom.* 1. *Analector. Mabillonii, p.* 299.
GUALTERUS *Galenius*, Oxoniensis Archidiac. ob. an. 1120.
GUALTERUS *Hemmingfordius*, Angl. Canon. Regul. Hist. ric. ob. an. 1347.
GUALTERUS *Hiltonus*, Angl. Ord. Cartus. Theolog. vix. an. 1433.
GUALTERUS *Jorsius*, al. *Joyce*, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1310.
GUALTERUS *Kellanus*, Angl. Carmelita, Theolog. vix. an. 1367.
GUALTERUS, Abbas S. Martini Laudunensis, an. 1148. *tom.* 2. *Spicilegii p.* 145. 446.
GUALTERUS *de Mauritania* Episcop. Laudun. vix. an. 1156. *Vide tom.* 2. *Spicileg. p.* 459. *& Cod.* 656. *Bibl. Sangerman.*
GUALTERUS *Mapus*, Angl. Oxoniensis Archidiaconus, Poeta, vix. an. 1210. *Vide Seldenum ad Fletam p.* 524.
GUILLELMUS *de Monte*, vel *de Montibus*, Angl Lincolniensis Eccles. Cancellarius, vix. an. 1210.
GUALTERUS *Morganius*, Angl. Philosophus, vix. an. 1219.
GUALTERUS *à S. Victore*, ejusdem Monasterii Monachus, *cujus extant libri* 4. *MS. cont. a Abaelardum in Bibl. Victorin.*, vix. an. 1180. *Vide Hist. Academ. Paris. tom.* 2. *p.* 404. 629.
GUALTERUS *de S. Albano*, Anglus, Historicus.
GUALTERUS *Reginaldus*, Anglus, Wigorniensis Episcopus, Theolog ob an. 1327.
GUALTERUS *Reclusus*, Anglus, vix. an. 1280.
GUALTERUS, Pictaviensis Episcopus, vix. an. 1250.
GUALTERUS, *Parsherus*, Angl. Sacerdos.
GUALTERUS *Teringtonus*, Anglus, JC.
GUALTERUS, Tervanensis Archid. scriptor Vitæ S. Caroli Comit. Flandriæ, vix. an. 1127. *Edit. à Sirmondo & Bolando tom.* 6 *p.* 163.
GUALTERUS *Wiburnus*, Angl. Ordin. Min. vix. an. 1367.
GUALTERUS *Winterbornus*, Angl. Ord. Præd. Cardinalis S. Sabinæ, Theologus, ob. an. 1305.
GUARNERIUS, Abbas Resbacensis, *to.* 5. *SS. Ord. Benedict. p.* 644.
GUERRICUS, Abbas Igniacensis, obiit 19. Aug. c. an. 1157 *Edit. an.* 1539. *& tom.* 23. *Bibl. Patr. p.* 169.
GUIARDUS, seu *Guido de Lauduno*, Episcop. Cameracensis, an. 1247. *Valer. Andr.*
GUIBERTUS, Abbas Gemblacensis, vix an. 1137. *Apud Lambecium tom.* 2. *Bibl. p.* 904.
GUIBERTUS *Martinus*, Abbas Gemblacensis, ob. an. 1208. *Valer. Andr.*
GUIBERTUS, Novigenti Abbas, *cujus Opera seorsim edita ab Acherio.*
GUIBERTUS, Sommersetensis in Anglia Monach. Philosophus & Historic.
GUIBERTUS, Tornacensis, Ord. Min. vix an. 1263 *Vide Henric. Gandav. Sander p.* 162. *Valer. Andr. tom.* 5. *Boland. pag.* 195. *Histor. Academiæ Paris. tom.* 3. *p.* 692. *&c.*
GUIDO, Ambianensis Episcop de Gestis Guilelmi Nothi Regis Angliæ *Laudatur à Guillelmo Gemeticensi l.* 6. *c.* 43.
GUIDO, Aretinus, Monach. Musicus, vix. an. 1025. *Sigeb. & alii.*
GUIDO *de Bayso*, Archidiaconus Bononiensis, JC. vix. an. 1290.
GUIDO *de Besochis. Vide Sander. p.* 215.
GUIDO, Bobiensis Abbas scripsit *Statuta Canonicorum Regularium*, vix. an. 1039.
GUIDO *Bonatus*, Forojuliensis Astrologus, vix. an 1284. *Edit Venet. an.* 1560.
GUIDO, Bononiensis Archid. in Decret. *Vide Sand. pag.* 177.
GUIDO, Episcopus Cameracensis, c. an. 1309. *Valer. Andr.*
GUIDO V. Valentinus, Prior Cartusiæ, scriptor Vitæ S Hugonis Episcopi Gratianopolitani, vix. an. 1137. *Sur.* 1. *April.*
GUIDO, Casinensis Presbyter & Monach. vix. an. 1115. *Vide Petr. Diac. c.* 41.
GUIDO, Cisterciensis Abbas, S. R. E. Cardinalis, an. 1187. *Vide Privileg. Ord. Cisterc.*
GUIDO *Columna*, Siculus, auctor Chronici, vix. an. 1287.
GUIDO, Concordiensis Episcopus.
GUIDO, Abbas Monast. de Cruce, S. Leufredi in Normannia, vix. an. 1030.
GUIDO, Ebroicensis, Ord. Prædic. vix. sub Carolo VI. *Vide Sander. p.* 181.
GUIDONIS *Fabe*, Dictamina laudantur.
GUIDO, Ferrariensis Ecclesiæ Presbyter. al. Ord. Præd. vix. an. 1310. *Vide Trith. & Possevin.*
GUIDO *Flonoethus*. Ord. Præd. Magister, auctor Chronici, ob. an. 1452.
GUIDO *Folla*, Anglus, Theolog.
GUIDO *Fulginas*, Ord. Min. vix. an. 1300.
GUIDO, Gallus, Ord. Præd. Doctor Parisiensis, vix. an. 1440.
GUIDO *Genetius*, Bononiensis, Ord. Præd. Philosophus, vix. an. 1314. vel 1386.
GUIDO, Abbas S. Germani Antisid. de Gestis Abbatum ejusdem Monast. ad an. 1150. *Edit. to.* 1. *Bibl. Labbei p.* 570.
GUIDONIS Magistri laudatur *Summa dictaminum.*
GUIDO *Marchensis*, vel *de Marchia*, Anglus, Ord. Min.
GUIDONIS, Ord. Min. Collectio Decretalium, *Cod.* 774. *Bibl. Sangerman.*
GUIDO *de Monte Rotherii*, vix. an. 1030. *Vide Trith. Sander. pag.* 171.
GUIDO, Narbonensis Archiepiscopus, an. 1226. *tom.* 11. *Concil pag.* 793.
GUIDO *de Perpiniano*, Carmelita, Episcopus Elnensis, vix. c. an. 1330. *Edit. vide Cod. Reg.* 1164.
GUIDO *de Plantis*, de Historia Trojana, MS.
GUIDONIS, Ord. Præd Sermones, *in Bibl. Sangerman.*
GUIDO, Ravennas, scriptor Hist. Gothorum, &c. vix. an. 886.
GUIDO *de Suzaria*, JC. vix. c. an. 1250.
GUIDO, Cartusiensis Prior, de Vita S Hugonis Episcop Gratianopol. ob. an 1136. *tom.* 9. *Bol p.* 35.
GUIDO, quintus Cartusiæ Prior, vix sæculo 12. *to.* 22. *Bibl. Patr. p.* 1163.
GUIDO II. Prior Cartusiæ, ob. an 1188. *Edit. à P Chiffletio. Vide Regul. Cartusiens. & tom.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 331. *tom.* 24. *Bibl. Patr. p.* 1473.
GUILLEBERTI, Episcopi Capitula. *tom.* 2. *Capitul. Baluzii pag.* 1377.
GUILLELMUS, Afflighemensis Abbas, vix. an. 1160. *Vide Sander. part.* 2. *p.* 149.
GUILLELMUS *de Agrifolio*, Gallus, Archiep. Cæsaraugustanus, Card ob an 1405.
GUILLELMUS *Aimoinus*, Ord Min. Theolog.
GUILLELMUS, Abbas Albæ ripæ de Numeris, *Vide Sander. p.* 202. de Sacramentis Minorum, *in Cod. Thuano* 757.
GUILLELMUS *Alvewicus*, Angl. Ord. Min. Theolog. ob. an. 1332.
GUILLELMUS *Altonus*, Anglus, Theologus, vix an. 1330.
GUILLELMUS, Andrensis Abbas, scriptor Chronici ejusdem Monasterii ab an. 1052. ad. an. 1235. *tom.* 9. *Spicil. p.* 339
GUILLELMUS *Anglicus*, Ord. Præd. S R. E. Cardinalis vix. an. 1373.
GUILLELMUS, Apuliensis de reb à Normannis in Apulia, gestis lib. 5. carmine, *edit. Rotom. an.* 1582. vix. c. an. 1100.
GUILLELMUS *Asketellus*, Anglus, Hist. vix. an. 1320.
GUILLELMUS, *Augerus*, Anglus, Ord Min. Theol ob. an. 1404
GUILLELMUS, Autissiodorensis Episcop. deinde Parisiensis, ob. 23. Novemb. an. 1223.
GUILLELMUS Armoricus, Philippi Aug. Capellanus, ejusdem Vitam scripsit, *edit. tom.* 5. *Histor. Franc. p.* 65.
GUILLELMUS S. Arnulfi Metensis, Abbas. vix. an. 1070. *tom.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 247.
GUILLELMUS *Badvius*, Carmelita, Wigorniensis Episcopus. vix. an. 1350.
GUILLELMUS *de Batsio*, Bononiensis Archid. vix. an. 1300.
GUILLELMUS *de Baldenzeel*, scripsit *Hodæporicum Terræ sanctæ*, an. 1337. *Edit. tom.* 5. *Canisii part.* 2. *p.* 96.
GUILLELMUS *Baterombus*, Angl. Mathematicus vix. an. 1420.
GUILLELMUS, Bathonensis, Anglus, Homiliarum scriptor.
GUILLELMUS *Becclesius*, Anglus, Carmelita, Theolog. ob. an. 1435.
GUILLELMUS *Beckley*, *Carmelita* ob. an. 1438.
GUILLELMUS *Bertonus*, Angl. Theologus, vix. an. 1381.
GUILLELMUS *Bensu*, Anglus, Carmelita, Theologus, ob. an. 1390.
GUILLELMUS *Boderishamensis*, Angl.. Theologus, vix. an. 1262.
GUILLELMUS *de Bongevilla*, Neustrius, Fecceensis Monachus, Chronicon perduxit ab an. 1000 ad 1250. quo vix

GUIL-

GUIL.

GUILLELMUS *de Paghamus*, alias *de Pagula*, dictus, Anglus, Carmelita, Theolog. vix. an. 1250.

GUILLELMUS *de Pagula*, Anglus, Theolog. ob. c. an. 1350.

GUILLELMUS *Paris*, Anglus, Sacerdos.

GUILLELMUS, Parisiensis Episcopus, ob. 30. *Mart.* an. 1249. *Ejus opera Venetiis edita. Vide Bibl. Patr. p.* 329.

GUILLELMUS *Parvus*, Anglice *Litle Neubrigensis* vulgò dictus Canonicus Regularis, *cujus extat Hist. Anglor. edita à Picardo & al.* vix. an. 1200.

GUILLELMUS *Peralt*, Ord. Præd. Gallus, vix. an. 1250. *Trith. Sander. p.* 191.

GUILLELMUS, cogn. *Peregrinus*, Angl. vix. an. 1200.

GUILLELMI *Petri*, Cardin. & Episcop. Sabinensis tractatus *de Potestate Papæ & Prælatorum Ecclesiæ in Bibl. Sangerman. Cod.* 294.

GUILLELMUS, Petroburgensis, Ramesiensis Monach. vix. an. 1188.

GUILLELMUS *Pictavensis*, de Professione Monastica *in Bibl. Sangerman. Cod.* 400.

GUILLELMUS *Pictavensis*, Lexoviorum Archidiac. de Gestis Guilelmi Ducis Normannor. & Regis Anglor. sub quo vixit, *edit. in Normannicis Duchesnii p.* 178.

GUILLELMUS, Placentinus, Medicus, vix. an. 1240.

GUILLELMUS *de Podio Laurentii*, scripsit Hist. Bellorum contra Albigenses usque ad an. 1271. *edit. à Catello, & tom.* 5. *Hist. Franc. p.* 666.

GUILLELMUS, cogn. *Procurator*, Egmundanus Monachus, Chronici Egmundani continuator, vix. an. 1332. *edit. ab Andr. Schotto, &c.*

GUILLELMUS *Radingius*, Angl. Carmelita, vix. an. 1312.

GUILLELMUS *de Ramesey*, Angl. Croylandensis Abbas, ob. an. 1180.

GUILLELMUS *Read*, Theologus Oxoniensis.

GUILLELMUS *Remingtonus*, Anglus, Ord. Cisterciens. Theologus, vix. an. 1390.

GUILLELMUS, Rievallensis, Monachus, scriptor Historiæ Angl. vix. an. 1160.

GUILLELMUS *Rishangerus*, Angl. ad S. Albanum Monach. *cujus extat Historia post. Matth. Paris.* ob. an 1312.

GUILLELMUS *Rothvvellus*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1360.

GUILLELMUS *de Rubione*, Aragonius, Ord. Min. vix. an. 1333. *Edit.*

GUILLELMUS *Ruysbrokius*, Angl. Ord. Min. vix. an. 1293.

GUILLELMUS *de Saceovilla*, scripsit Sermon. *Sander p.* 183.

GUILLELMUS *Safontis*, Tolosanus, Augustin. Theolog. vix. an. 1350.

GUILLELMUS *de Samuco*, Carmelita, Gallus, vix. an. 1280.

GUILLELMUS, S. Albani Monach. cujus Vitam scripsit, vix. an 1170.

GUILLELMUS *de S. Amore*, Theolog. Paris. vix. an 1270. *Vide Hist. Acad. Paris. tom.* 3. *p.* 685.

GUILLELMUS *à S. Godialdo*, Mathematicus vix. an. 1293.

GUILLELMUS *de Sancta Fide*, Angl. Carmelita, Theolog. ob. an 1372.

GUILLELMUS, S. Theodorici Abbas, auctor Vitæ S Bernardi, &c. vix. an. 1140. *Bibl. Cisterc. & tom.* 22. *Bibl.* Patr.

GUILLELMUS *de Sauvilliaco*, Tolosanus, Carmelita, Theologus, ob. an. 1348.

GUILLELMI Regis Scotiæ Assisæ & Statuta, *edita à Skenæo in Legib. Scoticis an.* 1609. ob. an. 1214.

GUILLELMUS *Settonus*, cogn. *Eximius*, Medic. Oxon.

GUILLELMUS, *Senghamus*, Anglus, Theologus, vix. an. 1260.

GUILLELMUS *Shirburnus*, Angl. Theolog. vix. an. 1390.

GUILLELMUS *Shirvvodus*, Anglus, Theologus, ob an 12.9.

GUILLELMUS *Sladius*, Angl. Devoniensis, Monachus. Philosophus, vix. an. 1380.

GUILLELMUS *de Southamptonia*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1340.

GUILLELMUS *Starnefeldius*, Anglus, Carmelita, Theolog. Histor. vix. an. 1390.

GUILLELMUS *Stephanides*, seu *Stephanus*, Londinensis, Cantuariensis Monach. scriptor Vitæ S. Thomæ Cantuar. vix. an. 1190.

GUILLELMUS *Sudberuis*, Westmonasteriensis Monachus.

GUILLELMUS *Sudre*, Lemovicensis, Ord. Præd. Episcop. Massiliensis, Cardin. ob. an. 1373.

GUILLELMUS *Suttonus*, Anglus, Mathematicus, vix. an. 1450.

GUILLELMUS, S. Theodorici Remensis Abbas, scriptor Vitæ S. Bernardi Clarevall cujus æqualis fuit. *Surius* 20. *August.*

GUILLELMUS *de Thoco*, Ord. Præd. scriptor Vitæ S. Thomæ Aquin. *tom.* 6. *Bol. p.* 657.

GUILLELMUS *de Thesan*, Ord. Cisterc. *Vide Sander, pag.* 171.

GUILLELMUS *Thorne*, Augustinianæ Cantuariæ Cœnobii Monachus, vix. an. 1350 *Edit. Londini an.* 1652.

GUILLELMUS *de Thornaco*, Ord. Præd. Theolog. vix. c. an. 12 2, *Valer. Andr.*

GUILLELMUS *de Tortona*, Ord. Min. Philosoph.

GUILLELMUS *Tripolitanus*, Ord. Præd. vix. an. 1273. *tom.* 5. *Hist Franc. p.* 432.

GUILLELMUS, Tyri Archiepiscopus, adhuc superstes an. 1188. *Edit in Gestis Dei, & alibi.*

GUILLELMUS *de Waria*, Anglus, Ordinis Minor. vix. an. 1270.

GUILLELMUS *Wels*, aliàs *Fontanus*, Angl. Augustin. Theolog. ob. 9. Kal. April, an. 1421.

GUILLELMUS *Wethleius*, Angl. Boëtii Commentator, vix. an. 1310.

GUILLELMUS *Wiccamus*, Angl. Eboracensis Archiepiscopus, ob. an. 1255.

GUILLELMUS *Wiltonus*, Anglus, Philosophus.

GUILLELMUS *Witteleseius*, Angl Cantuariensis Archiepiscopus, ob. an. 1374.

GUILLELMUS *Wodfordus*, Angl. Ord. Min. Theolog. ob. an. 1397.

GUILLELMUS *Worcestrius*, Anglus.

GUITELINUS, Londinensis Episcopus, vix. an. 444.

GUITMUNDUS, Gallus, Archiep. Aversanus, S. R. E. Card. vix. an. 1060. *In Bibl. Patr tom.* 18.

GUNTERUS, Bambergensis Episcop. an. 10.4. scripsit *Itinerarium Terræ sanctæ.*

GUNTHERIUS, Elnonensis Monach. scriptor Martyrii SS. Cyrici & Julittæ. carmine, vix. an. 1090. *Sigeb. c.* 168.

GUNTHERUS, Monach. Parisiensis in Helvetia, *de expugnat. CPoleos* an. 1204. *tom.* 5. *Canisii part.* 2. *pag.* 358. vix. an. 1210 idem creditur auctor *Ligurini editi inter Hist. Germ.*

GURDESTINUS, Monach. de Vita S. Winwaloei Abbat. *tom.* 6. *Bol. pag.* 256.

H.

HADRIANUS I, PP. ob. 26. Decemb. an. 795. *Habentur ejus Epistolæ in Cod. Carolino, in Concil. &c. Vide Lud. Jacob.*

HADRIANUS II. PP. ob. 1. Novemb. an. 872. *In Concil. to.* 6. *Canisii p.* 413. 438.

HADRIANUS III. PP. ob. 9. Maii an. 885. *Vide Synodum VIII.*

HADRIANUS IV. PP. ob. 1. Septemb. an. 1159. *Vide Lud. Jacob.*

HADRIANUS V. PP. ob. 18. Aug. an. 1276 *Vide Nomenclat. Cardinal. & Lud. Jacob.*

HADRIANUS Cartusiensis, scripsit *de Remediis fortuitorum*, *edit.* vix. an. 1410. *vide Sander.* 2. *part. p.* 42. &c.

HAGANO, Episcopus Bergomensis, an. 840. *tom.* 2. *Analect. Mabillonii, p.* 81.

HAIMERANUS, Reginaburgensis Præpositus, de scriptoribus Ecclesiasticis, vix. sub Henrico IV. *Aventin.*

HAIMINUS, Mon. S. Vedasti Atrebat. Alcuini discipulus, de Miracul. S. Vedasti. *tom.* 3. *Boland p.* 591.

HAIMO, Cantuariensis Archidiaconus. ob. 9. Octob. an. 1054.

HAYMO Eboracensis Monach. scriptor *Martyrii* Abbonis Floriacensis, vix. an. 1010.

HAIMO, Halberstadiensis Episc. ob. 27. Mart. an. 853. *Vide tom.* 12. *Spicileg. p.* 2.

HAIMO, Hirsaugiensis Monachus, scriptor Vitæ B. Willelmi Abbat. Hirsaug. vix an. 1092.

HAIMO, Anglus, Ord. Minor. Minister Generalis, vix. an. 1270.

HALDOINUS, Abbas Monast Altivillarensis. vix. c. an. 852. *to.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 416.

HALITGARIUS, Episc. Cameracensis, ob. 25. Jun. an. 830 *ejus pœnitentiale edit. à Canisio tom.* 5. *part.* 2. *p.* 227. *Menardo in Sacrament. Gregorii M. Morino. in libr. de Pœnitentia tom.* 14. *Bibl. Patr. p.* 926.

HANNIBALDUS *Hannibaldensis de Molovia*, Romanus, Ord. Prædic. Cardinal. ob. an. 1272.

HANNIBALDUS *de Ceccano*, Romanus Archiepisc. Neapolitan. Cardinal. ob. an. 1350.

HARIGERUS, Lobiensis Abbas, ob. an. 1107. *tom.* 1. *Hist. Leodiensis. p.* 1. *tom.* 8. *Bol. p.* 35.

HARIULPHUS, Abbas Aldenburgensis, de Miracul. S. Petri apud Aldenburgum. *Vide Sander. p.* 225.

HARIULPHUS, scriptor Chronici Centulensis ab an. 625. ad an. 1088. *tom* 4. *Spicileg. p.* 419. *tom.* 5. *Boland. p.* 98.

HARIULPHUS, Abbas, Aldeburgensis, *Vide Valer. Andr.*

HARMANNUS, Abbas S. Galli, cujus Historia *laudatur ab Ekehardo Iun. c.* 4.

HARTHMANNUS, Monach. S. Galli, *to.* 5. *Canisii part.* 2. *post p.* 728. *Vide Conrad. de Fabaria. c.* 3.

HASMONIUS, Monach. de Abbreviatione Historiarum, MS.

HEPERNUS, Turonensis Archiepiscop. de Miraculis S. Martini, &c. vixit an. ...

S. HEDDA, vel *Beddius*, aliis *Headа*, Anglus, Wintoniensis Episcop. ... an. 704. *Pits. Vide* Stephanus Eddius.

HEDDIUS, cogn. *Stephanus*, Angl. Monach. Cantuar. vixit ... *Vita S. Wilfridi* ... *edit. tom.* 5. *SS. Ord. Bened. p.* 671.

HEDERICUS, Monachus, Italus, vixit an. 650.

HEGESIPPUS, de Bello Judaïco & Excidio Hierosolymitano, vix. post Constantinum M. *Vide Henr. Valesium ad Ammianum p.* 108. *& Vossium de Hist. Lat. p.* 707.

HEIDENRICUS, Hallensis in Saxonia Præpositus, de Cura Pastorali, vix. an. 1137.

HEIMERICUS *de Campo*, Germanus, Theologus, vix. an. 14... *Vide Sander. part.* 2. *p.* 166.

HELGALDUS, sive HELGAUDUS, Monac. Floriacensis, scripsit Vitam Roberti Regis Fr. *Edit. à Pithœo, & Duchesnio to.* 3. *Hist.* vix. sub eod. Rege.

HELIAS *de ...*, Monach. Capellanus Henrici Regis Angl vix. an. 1164. *to.* 2. *Bibl. Labbei p.* 237.

HELINANDUS, Monach. Frigidi Montis, vix. sub Philippo Aug. *Ejus Chronic. edit. in Bibliot. Cisterciensi.*

HELIZABETH, Abbatissa Schonaugiensis, ob. an. 1165.

HELMODUS, Canonicus Butsoniensis, vix. an. 1168. *Edit. cum Arnoldo Lubecensi.*

HELPERICUS, *Sigeberto c.* 145. CHILPERICUS, Monach. S. Galli, de Computo Ecclesiastico, vix. an. 980. *Vide Analect. Mabillonii to.* 1. *p.* 113.

HELVIDIUS, Auxentii discipulus, adversus quem scripsit S. Hieronymus, *quem vide, ut Gennad.*

HELWICUS Turingus, auctor *Rationarii Austriæ, &c.* an. 1265. 1275. *to.* 2 *Bibl. Lambecii p.* 627.

HEMOALDUS *Providus*, Anglus, an. 740.

HENRICUS *de Alemannia*, super Ethica. *Vide Sanderum* II *pag.* 199.

HENRICUS *de Amondivilla*, Chirurgus Philippi IV. Regis Franc. an. 1306. de Chirurgia.

HENRICUS *de Andernaco*, Carmelita, Theolog. vixit c. an. 1390.

HENRICUS I. Rex Angliæ, cogn. *Bello-Clericus*, cujus Leges extant editæ ob. an. 1135.

HENRICUS II. Rex Angliæ, ob. an. 1189. *Vide Pitseum.*

HENRICUS *de Aquila*, Germanus, Carmelita, Theolog. vix. an. 1330.

HENRICUS, Aquilonipolensis, Poëta, auctor Adolpheidos, & Poem. de Primordiis Lubicanæ urbis, *edit. ab H. Meibomio an.* 1620. vix. c. an. 1460.

HENRICUS *de Arena*, Anglus, Carmelita, ob. an. 1399.

HENRICUS, Augiæ divitis Abbas, scriptor Vitæ S. Pirminii, vix. an. 1220.

HENRICUS *de Balma*, vel *de Palma*. *Vide Sander. p.* 171.

HENRICUS *Bedericus*, Angl. Clarensis Monach. Theologus, vixit an. 1380.

HENRICUS *Blauferdus*, ad S. Albanum in Anglia Monach. Histor. *Laudatur a Thoma Walsingh. ... an.* 1425.

HENRICUS *Bodo*, Auctor Chronici Gandesheimensis.

HENRICUS *Boyck*, Germanus, Carmelita, Croatiensis Episcopus, vix. an. 136..

HENRICUS *Boyk*, Brito Armoric. De Poetista, vix. c. an. 1390.

HENRICUS *de Boyo*, Brito, Carmelita, Theolog. vixit an. 1450.

HENRICUS *de Bracton*, JC. Angl vixit sub Henrico Rege an. 12.. *edit. an.* 1569. *Vide Pitseum & Seldenum ad Fletam c.* 2. §. 2.

HENRICUS Britenawiensis Abbas, vixit an. 1132.

HENRICUS *Brundshaw*, Angl. Monach. Bened. Præceptor Vitæ S. Uneburgæ Virg. vix. an. 1346.

HENRICUS *de Bruxellis*, Monach. Affilighem. Compotista, vix. c. an. 1310. *Henric. Gandav. & Trith.*

HENRICUS *Galteizenius*, Ord. Præd. vix. an. 1443. *edit. to.* 4. *Canisii.*

HENRICUS Cantuariensis Archiepiscop. an. 1422. *tom.* 12. *Concil. p.* 343. 350. 439.

HENRICUS *de Caleto*, Ord. Min. Lucanus Episcop. Theolog. vixit an. 1316.

HENRICUS *Chichilerus*, S. R. E. Cardinalis, ob. an. 1445.

HENRICUS, Abbas Carevallesis, deinde S. R. E. Cardinalis, Episcopus Albanus, sub Alexandro VI. PP. *Vide to.* 12. *Baronii.*

HENRICUS I. Abbas Cluniacensis, vix. an. 1305. *In Biblioth. Cluniac p.* 1542.

HENRICUS *à Clingenberg*, Constantiensis Episcop. scriptor ... Comitum Habspurgensium, vix. an. 1300.

HENRICUS *Constantiensis*, vix an. 1368

HENRICUS Constantiensis Episcopus, Theologus & Historicus, vix. an. 1287.

HENRICUS *Cossetus*, vel *Costesaius*, Angl. Ord. Min. Theolog. ob. an. 1336.

HENRICUS *de Coesveldia*, Teutonicus, Cartusiensis, Theol. ob. an. 1410. *Trith. Sander. part.* 2. *p.* 173.

HENRICUS *Criatedus*, Anglus, Monach. in Regulam S. Benedicti.

HENRICUS *Daniel*, Angl. Ord. Præd. Philosophus, vix. an. 1379.

HENRICUS *de Dolendorpio*, Carmelita, Theologus, vix. an.

HENRICUS, Archiepisc. Ebredunensis, Cardinal. vulgo *Hostiensis* dictus, vix. an. 1250.

HENRICUS *de Eimeck*, dictus *Magister Angelus*, Saxo Theologus, ob. an. 1430.

HENRICUS *de Erfordia*, Nindensis. Ord. Præd. vix. an. 1355.

HENRICUS *Esseournus*, Angl. Ord. Præd. vix. an. 1280.

HENRICUS *Ferrariensis*, Ord. Præd vix. an. 1390.

HENRICUS *de Gandavo*, Archid. Tornacensis, ob. 8. Sept. an. 1293. *edit. Valer. Andr. & Possevinum.*

HENRICUS *de Gauda*, Teutonicus, Theolog. vix. an. 1435.

HENRICUS *Gorrichen*, Germanus Theol. vix. an. 1430.

HENRICUS *Gulpen*, Abbas S. Ægidii Norembergensis, Theol. vix. an. 1417.

HENRICUS *de Hachemburg*, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1400.

HENRICUS *de Hanna*, vel *de Harena*, Anglus, Carmel. ob. an. 1299.

HENRICUS *Harcleius*, Anglus, Theologus, vix. an. 1396.

HENRICUS *Harphius*, Ord. Min *Vide Sander. part.* 2. *p.* 137.

HENRICUS *de Iluda*, Angl. Ord. Min. vix. an. 1350.

HENRICUS *Huntindonensis*, Archidiac. Lincolniensis, vix. an. 1150. *Extat inter Histor. Anglic. Adde to.* 8. *Spicileg. p.* 178. *& eod. Reg.* 511. *Vide Pitseum & alios.*

HENRICUS *Kalkariensis*, cogn. *Æger*, Cliviensis, Cartusianus, vix. an. 140..

HENRICUS *Kaltyzen*, Confluentinus, Ord. Præd. Archiep. Nidrosiensis & Cæsariensis, vix. an. 1465.

HENRICUS *Kalteisen*, Dominicanus, an. 1433. *to.* 4. *Canisii part.* 2. *p.* 1. *tom.* 12. *Concil. p.* 1249.

HENRICUS, *Knyghton*, Angl. *cujus Historiæ edita inter Histor. Anglic. an.* 1652. vix. an. 1395. *Vide Selden. in Præfat. pag.* 47.

HENRICI IV. Imper. Epistolæ aliquot editæ à *Reineccio cum illius Vita*, ob. an. 1106.

HENRICUS, *Isnensis*, Abbas Benedictinus in Suevia, vix. an. 1348.

HENRICUS *de Langenstein*, dictus *de Hassia*, Teutonicus, Theolog. ob. an. 1425.

HENRICUS *Leicestrensis*, Anglus, Histor.

HENRICUS Marionovventis, Germanus, Carmelita, Episcop. vix. an. 1440.

HENRICUS *Maunsfeldius*, Angl. in Boëtium.

HENRICUS *à Montejardino*, Genuensis, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1350.

HENRICUS *Oxoniensis*, Angl. Ord. Min.

HENRICUS, Rebdorfensis Monachus, annales ab an. 1295. ad annum 1362. quo vixit, perduxit. *edit. à Frehero.*

HENRICUS *Rosla*, Nieubergensis, Saxo, vix. an. 1287. *Edit. à Meibomio an.* 1652.

HENRICUS, Salterciensis in Anglia Monach. vix. an. 1140.

HENRICUS *de Segusia*, Ord. Præd. Gallus, Archiepisc. Ebredun. deinde Cardinalis Ostiensis, ob. an 1281. Ejus est *Summa*, quæ vulgo *Ostiensis* dicitur.

HENRICUS *Selderus* an. 1340. *In Cod. Reg.* 1090.

HENRICUS Archiepiscop. Senonensis, an. 1132. *tom.* 3. *Spicileg. pag.* 158.

HENRICUS *de Snirenberg*, de Sphæra, &c. *Vide Sander. pag.* 193.

HENRICUS *Stain*, Utinensis Præpositus, Histor. *Vide Aventin. lib.* 4.

HENRICI *Steronis* Monachi Altahensis annales ab an. 1152 ad an. 1273. *tom.* 1. *Canisii pag.* 279. *& apud Freher.*

HENRICUS *Suinesius*, Glasconiensis Abbas, Poëta, vix. an. 1190.

HENRICUS *Suso*, Suevus, Ord. Præd. ob. 23. Jan. 1365.

HENRICUS *Theuto*, Ord. Præd. Alberti M. discipulus, vix. an. 1290.

HENRICUS, Canonicus Tornacensis, scriptor Vitæ Eleutherii Episcop. Tornac.

HENRICUS, ex Scholastico Trevirensi Episcop. Vercellensis, vix. sub Gregorio VII. *Sigebert. c.* 160.

HENRICUS *de Verlis*, Teutonicus, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1390.

HENRICUS *de la Vile*, Anglus, Philosophus.

HENRICUS *Urimarius*, seu *Frimarius*, Thuringus, Augustin. *edit.*

HENRICUS *Wichinghamus*, Angl. Carmelita, Theologus, ob. 2. Mart. an. 1447.

HENRICUS, Wintoniensis Episcopus, c. an. 1190. scripsit *de inventione corporis Arthuri.*

HEN-

HENRICUS *de Vrimaria*, Augustinianus, Theolog. vix. an. 1340.
HEPIDANNUS, Mon. S. Galli, vix. an. 1072. ut ipse testatur in Tractat. ad Vitam. S. Wiboradæ. *Edidit Goldastus, & ex eo Duchesn. tom. 3. Histor. Franc. p. 141.*
HERARDI, Turonensis Archiepiscopi, Capitula, *to. 8. Concil. p. 637.* vix. an. 566.
HERBERNUS, Turonensis, de Miraculis S. Martini. *Vide Sander. part. 2 p. 217.*
HERBERTUS, Turrium Sardiniæ Archiepiscopus, de Miraculis *edit. à P. Chiffletio in S. Bernard. vix an. 1178.*
HEREBERTUS *Boshamus*, Anglus, scriptor *Vitæ S. Thomæ Cantuar.* vix. an. 1181.
HEREMPERTUS *Lozinga*, Trifordiensis Episc. ob. an. 1120.
HEREMPERTUS, auctor Hist. Longobardicæ, *edit. à Caracciolo an. 1626.*
HERENUS *de Boso*, Armoricus, Carmelita, Theologus, vix. c. an. 1330.
HERICUS, Monachus Altisidior. vix. sub Carolo C. *to. 1. Bibl. Labbei p. 531. Vide to. 5. Analect. Mabillonii p. 413. 415. Vide Codd. 547. 632. 633 Bibl. Sangerman.*
HERIGERUS, Abbas Laubiensis, cujus sunt Gesta Abbatum Laubientium. ob. an. 1107. *Val. Andr.*
HERIMANNUS, Abbas S. Martini Tornacensis, scriptor Historiæ ejusdem Monast. ad an 1160. *to. 12. Spicileg. p. 355.*
HERIVEUS, Remensis Archiepiscop. Caroli Simplicis Cancellarius, coiit an 922. *tom. 17. Biblioth. Patr. p. 146.*
HERMANNUS, scripsit de Astrolabio, &c. *Vide Sander p. 199.*
HERMANNUS, Altaichiensis Abbas, scripsit de Rebus Bavaricis. *Laudatur ab Aventino.*
HERMANNUS, Augustanus, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1355.
HERMANNUS, *Bracher.* Northusianus, Ord. Min. vix. an. 1376.
HERMANNUS, *de Campo*, Westphalus Ord. Cisterciensis. vix. an. 1440.
HERMANNI, Monachi, Epistola ad Bartholomæum Episcopum Laudunensem. *In Bibl. Sangerman. c. 527.*
HERMANNUS, Mon. Cisterciensis. Ord. vix. an. 1440.
HERMANNUS *Contractus*, Monachus S. Galli, vix. an. 1040. *Ejus Chronicon edit. à Canisio to. 1. & aliis.*
HERMANNUS, Eremitarum in Noricis, seu Waldsassensis Abbas, Theolog. vix. an. 1214.
HERMANNUS *de Lerbeke*, Ord Præd. auctor Chronici Comitum Schavvenburgensium, *editi ab H. Meibomio an. 1620.* vix. an. 1414.
HERMANNUS, Mindensis, Ord. Præd. vix. an. 1270.
HERMANNUS, Monachus, de Miraculis S. Mariæ Laudun. ad Bartholomæum Episcop. Laudun. *edit. post Guibertum p. 526.*
HERMANNI *de Petra*, Ord. Cisterc. Sermones. *Vide Sander. p. 314.*
HERMANNUS *de Saxonia*, Ord. Min de Casib. conscientiæ.
HERMANNUS *de Schildis*, Augustinianus, Theolog. vix. an. 1340.
HERMANNUS *Petra de Stutdorp*, Cartusiensis Theolog. ob. an. 1428.
HERMIAS, Philosoph. Christianus, *to. 4. Bibl. Patr.*
HEROLDUS, Hirsaugiensis Monach. de Laude Martyrum, vix. an. 1149.
HERRANDUS, aliis *Stephanus*, Germanus, Abbas Ilsemburgensis, al. Episcop. Halberstadensis, ob. an. 1107. *Vide Trith.*
HERVARDUS, Archidiac. Leodiens. vix. an. 1200. *to. 2. Analect. Mabillonii p. 536.*
HERVEUS, Dolensis Monach. in Isaam, ad Joan. Abbat. Dolensem, MS. vix. an. 1130.
HERVEUS *Natalis*, Armoricus, Ord. Præd. Prior Gener. ob. Narbone an. 1325. *Vide Sander. 2. part. p. 39. Bellarm.*
HESSO, Scholasticus, vix. an. 1120. *edit. à Tengnagelio cum Domnizone an. 1612.*
HETETO, Abbas Augiensis, deinde Episcop. Basileensis, vix. an. 924 *to. 5. SS. Ord. Bened. p 263.*
HIEREMIÆ *Iudicis*, Compendium Moralium notabilium. *Vide Sander. p. 225.*
HIEREMIAS *de Montagnone*, Patavinus JC. scripsit Compendium sapientiæ, ob. an. 1300. *Scardeon Sander. p. 199.*
HIERONYMUS *Otho*, Perpiniacensis, Carmelita, Episcop. Elnensis, vix. an. 1420.
HIERONYMUS, Pragensis, Eremita Camaldulensis, de Vita S. Romualdi, ob. an. 1440. *tom. 4 Boland. p. 124.*
HIERONYMUS *à Sancta fide*, ex Judæo Christianus, sæc. 15. *tom. 26. Bibl. Patr. p. 523.*
HIERONYMUS *de S. Marco*, Anglus, Ordin. Min. Philosophus.
S. HIERONYMUS, Stridoniensis, Presbyter, ob. 30. Sept. an. 420.
HIERONYMUS *Vallensis*, Patavinus, Poëta, vix. an. 1443.
HIGINUS, auctor *Prædestinati*, ut ex Hincmaro & aliis quidam volunt. *edit. à Sirmondo, & to. 27. Bibl. Patr. p. 543.*
S. HILARIUS, Archiep. Arelat. ob. 5. Maii an. 454. *edit. seorsim, & to. 2. Bol. p. 17.*
S. HILARIUS, Pictavensis Episcopus, ob. 13. Jan. 367. aut seq. S. Hilarius PP. ob. 10. Sept. an. 467. *In Concil.*
HILDA, Abbatissa in *Herethen*, in Anglia, ob. an. 650.
HILDEBERTUS, Moguntinus, Archiep. vix. anno 938. scripsisse dicitur aliquot Vitas Sanctorum.
HILDEBERTUS, Episcop. Cenomanensis, deinde Archiep. Turonensis, ob. 18. Dec. an. 1132. *V. to. 4. Spicileg. p. 244. to. 13. in append. p. 260. tom. 1. Analect. Mabillonii p. 293. Bibl. Cluniac. p. 414. to. 21. Bibl. Pat. &c. to. 9. Bol. pag. 83 to. 11. pag. 634.*
HILDEFONSUS, Archiep. Toletanus, vix. an. 662. *to. 12. Bibl. Pat. to. 1. Spicileg. p. 310.*
HILDEGARDIS, Abbatissa S. Ruperti in Diœcesi Moguntina, cujus extant Revelationes, ob. an. 1180. *Vide Chron. MS. Alberici an. 1140. 1153. 1169. 1170. Trith. & Sander. part. 2. p. 168. tom. 23. Bibl. p. 535.*
HILDEGARIUS, Episcop. Patr. Meldensis, vix. sub Carolo C. *to. 2. SS. Ord. Bened. p. 610.*
HILDEMARUS, in Regulam S. Bened. *in Bibl. Sangerman. cod. 667.*
HILDERICUS, Pauli Diaconi Aquileiensis auditor, Abbas Casinensis, ob. an. 834. *Vide Petr. Diacon. &c.*
HILDUINUS, Anglus, Theologus.
HILDUINUS, Abbas S. Dionysii, cujus extant *Areopagitica*; obiisse dicitur 30. Oct. an. 842.
HILDUINUS, Abbas Laubiensis, deinde Episcopus Veronensis, & Archiepiscop. Mediolan. scripsit Gesta Abbat. Laubientium vix an 920.
HILDWARDUS, Episcopus Halberstadensis, *tom. 1. Bibl. Labbei pag. 632.*
HILLINUS, Monachus Corbeiensis, de Martyrio S. Foliani.
HINCMARUS, Episcop. Laudunensis, vivebat adhuc an. 868. *edit. cum Hincmaro Remensi.*
HINCMARUS, Archiepisc. Remensis, ob. 21. Decemb. an. 842. *Edit. à Sirmondo 2. to. Vide præterea Concilia Labbei tom. 8. p. 565. 1732. 1901. &c. to. 2. Spicileg. p. 582.*
HIPPOLYTUS, Florentinus, Ord. Min. scriptor Miracul. S. Æmilianæ de Circulis, vix. an. 1245
HIPPOLYTUS, Portuensis Episcopus, seu Martyr, vix. an. 229. *apud Bucherium in Canone Paschali p. 289.*
HOELI *Boni*, Principis Walliæ, Leges, *to. 9. Concil. pag 600. & in Concil. Anglic.* vix. an. 940.
HOMOBONUS, Cremonensis Episc. an. 1223. *to. 7. Boland. pag. 753.*
HONORATUS, Constantinæ in Africa Episcopus. *Gennad.*
HONORATUS, Massiliensis Episcopus, scriptor Vitæ S. Hilarii Arelat. &c. *Gennad.*
S. HONORIUS I. PP. ob. 11. Oct. an. 638. *Vide Concil. & to. 12. Bibl. Patr.*
HONORIUS II PP. ob. 14. Febr. an. 1130. *Vide Concilia.*
HONORIUS III. PP. ob. 18. Mart. an. 1227. *De Ejus Epistolis a'iisque scriptis, vide Lud. Iacob.*
HONORIUS IV. PP. ob. 11. April. 1287. *Vide Lud. Iacob.*
HONORIUS, Augustodunensis, cogn. *Solitarius*, quibusdam Scholasticus, aliis Presbyter, aliis denique Abbas Ord. S. Benedicti dictus, vix. an. 1130. secundum al. an. 1220. *Ejus opera edita ab Andr. Schotto, & to 20. Bibl. Patr. p. 963.*
HONORIUS, Monachus Anglus, vix. an. 1090.
HONORIUS, Scholasticus, vix. sæculo 6. *to. 1. Analect. Mabillonii pag 367.*
S. HORMISDA PP. ob. 6. Aug. an. 523. *Vide Concilia.*
HROSWITA, Monialis Gandershemensis, vix. sub Ottone M. Imp. *Ejus opera edita an. 1501.*
HUBERTINUS *de Casalis*, Ord. Minor. deinde Cartusiensis, vix. an. 1300.
HUBERTUS *de Bobio*, IC. vix. c. an. 1230.
HUBERTUS *de Bonacurso*, Italus, IC. vix. c. an. 1230.
HUBERTUS *Gualterus*, Anglus, Cantuariensis Archiepiscopus, ob. an. 1205.
HUBERTUS, scriptor Vitæ S. Gudilæ Virg. vix. post an. 1047. *Boland. to. 1. p. 514.*
HUCARIUS, Levita, Anglus, Cornubiensis, vix. an. 1040.
HUCBALDUS, Elnonensis Mon. ob. 1. Jul. an. 937. *ed. to. 2. Bolandi p. 1040. to. 2. SS. Ord. Bened. p. 710. 937. Vide Sigeb. c. 107. Trith. Val. Andr. Vossium, &c.*
HUGO, Argentoratensis, Ord. Præd. Theolog. vix an 1296.
HUGO *Atratus*, Anglus, S. R. E. Cardinalis, ob. an. 1287.
HUGO *Blancus*, Tridentinus, Cardinalis, vix. sub Clemente III. Antipapa.
HUGO *Candidus*, Anglicè *Withe*, Anglus, Petroburgensis Monachus, vix. an. 1217.
HUGO, Carnotensis, adversus Adelmannum Brixiensem Episcopum.
HUGO, *de Castronovo*, Ord. Min. dictus *Defensor Doctoris Subtilis*, Theolog.

HUGO *de Claeris*, Miles, de Maioratu & Senescalia Franciæ, &c. vix. sub Ludov. VI. Reg. Franc. *Edit. in Notis ad Gefred. Vindocin. & to. 4. Hist. Franc.*

HUGO, Abbas, Cluniacensis, *Bibl. Clun. p. 491. to. 2. Spicil. p. 401. 447. &c.*

HUGO III Abbas Cluniac. an. 1157. *to. 2. Spicil. p. 400.*

HUGO V. Abbas Cluniac. *Bibl. Cluniac. p. 1458.*

HUGO, Compostellanus Archidiac. de Translat. S. Fructuosi, &c. *to. 10. Bol. p. 436.*

HUGO *de Dina*, Gallus, Ord. Min. vix. an. 1280.

HUGO *de Dittona*, vel *Ductona*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1340.

HUGO *Eterianus*, Tuscus, vix. an. 1177. *in Bibl. Patr. to. 22. p. 1176.*

HUGO *Falcandus*, de Calamitatib. Siciliæ à Rogerio Comite Siciliæ ad Gulielmum II. Reg. sub quo vix. *edit. à Tornaceo.*

HUGO *Farsitus*, de Miracul. S. Mariæ Suession. vix. an. 1132. *Edit. à Mich. Germano Bened. cum Hist. ejusdem Monasterii.*

HAYMO *de Feversham*, Angl. Ord. Min. ob. an. 1260.

HUGO, Abbas Flavmiacensis, antea Mon. S. Vitoni Virdun. scripsit Chronicon, quod vulgò Virdunense inscribitur, quod perduxit ad an. 1102. quo vixit, *edit. to. 1. Bibl. Labbei p. 75.*

HUGO, Floreffiensis Mon. vix. an. 1227. *Boland. to. 1. p. 863. vide Valer. Andr.*

HUGO, Floriacensis Mon. scripsit Chron. *edit. tom. 3. Hist. Franc. p. 142.*

HUGO *de Folieto*, Gallus, Prior S. Laurentii in Agro Ambian. ex Monacho Corbeiensi Cardinal. vix. an. 1120. *Cod. Reg.* 1830. *Trith. Sander. p. 191. 224.*

HUGO *de Hibernia*, Ord. Min. vix. an. 1360.

HUGO *Kirkestedus*, Monach. Ord. Cisterc. Hist. vix. an. 1220.

HUGO *Legattus*, ad S. Albanum Monachus, Architrenii & Boetii Commentator, vix an. 1400.

HUGO, Lingonensis Episc. vix. 1031. *Edit. post Lanfrancum Acherii, & to. 18. Bibl. Patr. vide Cod. Reg.* 1831 *& Sangerman.* 588.

HUGO, Archiep. Lugdunensis, an. 1094 *to. 5. Spicil. p. 552.*

HUGO *Manchestrensis*, Angl. Ord. Præd. Theol. vix an. 1294.

HUGO *Matisconus*, Anglus, de Gestis Clarorum Militum, MS

HUGO *Metellus*, Canonic. Regularis, vix. ætate S. Bernardi.

HUGO *de Miromari*, de miseria hominis, *in Cod. Thuano* 73.

HUGO, Matisconensis, (*f.* Matisconensis) de Gestis militum memorabilibus lib. 5. metrice. *Sander. p. 155.*

HUGO *Narbonensis*, Ord. Min. Theolog.

HUGO *Novantus*, Neustrius, Coventriensis Episcop. ob. an. 1095. *Vide Vossium de Hist. Lat. p. 782.*

HUGO *de Novocastro*, Dunelmensis, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1284.

HUGO *à Palma*, Cartusianus, de Triplici via, &c.

HUGO *Pancera*, Ord Min. de Contemptu mundi, vix. an. 1312.

HUGO *de Petriburgo*, Angl. Historic.

HUGO, Pictavinus, scriptor Hist. Vezeliacensis ab an. 846. ad an. 1147. *to. 3. Spicil. p. 465.*

HUGO, Portugalensis Episcop. Historic. *cujus meminit Vasæus c. 4.*

HUGO, Præmonstratensis Abbas primus, scripsit Vitam S. Norberti. *Edit. à Surio 17. Iul.*

HUGO *de Prato*, Etruscus, Ord. Min. vix. an. 1313.

HUGO, Readingensis Abbas, vix. an. 1181.

HUGO Rotomagensis Archiep. ob. an. 1164. *Edit. post. Guibertum Acherii p. 690. & to. 22. Bibl. Patr.*

HUGO *de S. Caro*, seu *de S. Theodorico*, Ord. Præd. vulgò dictus *Hugo Cardinalis*, obiit 19 Mart anno 1260.

HUGONIS *de S. Laurentio* Columba deargentata laudatur. *Vide* Hugo de Folieto.

HUGO *de S. Neoto*, Angl. Carmel. Theol. ob. an. 1340.

HUGO à S. *Victore*, natione Saxo, ob. 11. Febr. an. 1140. *Hugo Gandav. Trith. Bellarm. &c.*

HUGO *Seguinus*, Ord. Præd. Archiepisc. Lugdun. & Cardin. ob. an. 1328.

HUGO Senensis, Italus, Medicus, vix. an. 1430.

HUGO, Archidiac. Turonensis, sub Roberto Rege. *to. 2. Analect. Mabillonii p. 439. Vide Bibl. Labbei p. 200.*

HUGO, Sletstadensis, vix. c. an. 1400.

HUGO *Sotovagina*, Eboracensis Archidiaconus.

HUGO *Suethus*, Angl. Ord. Præd. Theolog.

HUGO *Verlesus*, Angl. Carmel. Theolog. vix. an. 1344.

HUGOLINUS, JC. vix. c. an. 1190.

HUGOLINUS, Patriarcha Constantinop. August. vix. an. 1290.

HUGOLINUS *de Sancta Maria in Monte*, Picenus, Ord. Min. *Wadd.*

HUMBERTUS V. Generalis Præd. ob. an. 1276. *to. 25. Bibl. Patr. p. 424*

HUMBERTUS, Abbas Pruliacensis, in lib. 4. Sententiar. vix. an. 1377. *Vide Sander. p. 168. part. 2. p. 217.*

HUMBERTUS, Silvæ Candidæ Episcop. Cardin. Monach. Tullensis, vix an. 1054. *to. 11. Baronii, to. 6. Canisii p. 114. to. 18. Bibl. Patr.*

HUMFREDUS, Glocestrensis Dux, & Pembrochiæ Comes, ob. an. 1447.

HUNFREDUS *Nectonus*, Anglus, Carmelita, Theol. ob. an. 1303.

HUNIBALDUS, *cujus Francorum Historia dubiæ fidei circumfertur*, vix. sub Justino Juniore.

HYGINUS, Gromaticus. *Edit. à Scriverio & Rigaltio.*

S. HYGINUS PP. ob. 11. Jan. an. 159. *Vide Concil.*

I.

JACOBUS, Alexandrinus, Ord. Min. Philosoph.

JACOBUS *de Altavilla*, Abbas Ebirbacensis, Ord. Cisterc. vix. an. 1360. *Vide Trith. Sander. p. 168.* &c.

JACOBUS, cogn. *Anglicus*, Ord. Cisterc. vix. an. 1270.

JACOBUS *Aquinas*, Ord. Præd scripsit contra Guillelmum de S. Amore.

JACOBUS I Rex Aragon. edidit an. 1247. *Foros Regni Aragonum*, in Urbe Oscæ. *Edit. cum Foris Aragon. an.* 1624. *&c.*

JACOBUS *de Arena*, Parmensis, JC. vix. an. 1300.

JACOBUS Atrebas, Abbas S. Martini in diœcesi Cameraci vix. an. 1220. *Valer Andr.*

JACOBUS *Balduini*, JC. Odofredi auditor, vix. an. 1240.

JACOBUS *de Belvisio* vel *de Bellovisio*, JC. vix. an 1270.

JACOBUS *de Benedictis*, dictus *Iacoponus*, Tudertinus, Ord. Min. ob. an. 1306. *Vide Cod. Reg.* 880.

JACOBUS *Bertaldus*, Vegiensis Episc. scripsit Jus Consuetudinarium Reip. Venetæ an. 1245. *Vide Lambec. lib. 2. de Bibl. Cæsar. p. 953.*

JACOBUS *de Blanchis*, sive *de Albis de Alexandria*. Ord. Min. vix. sub Roberto Rege Siciliæ.

JACOBUS *Bracellius*, Genuensis, auctor *Hist. belli Hispaniensis*, &c. vix. sub an. 1440.

JACOBUS *à Brugis*, Flander, Carmelita, vix. an. 1310. *Valer. Andr.*

JACOBUS *de Butrigariis*, JC. Bartholi Præceptor, vix. an. 1320.

JACOBUS *Caietanus de Stephaneschis*, Romanus, S. R. E. Card. scripsit Vitam S. Petri Celestini PP. & Coronationem Bonifacii VIII. PP. ob. an. 1343. *Vide Bzovium in Bonif. & tom. 25. Bibl. Patr. p. 936.*

JACOBUS *de Cessulis*, Ord. Præd vix. an. 1295. *In. Bibl. Reg. Vide Lambec. lib. 2. de Bibl. Cæsar. p. 848.*

JACOBUS *Columna*, Ord. Præd auctor Chronici ad an. 1340.

JACOBUS *de Dondis*, Patavinus, Medicus, dictus *Aggregator*, vix. an. 1355.

JACOBUS, Forliviensis, Medicus, vix. an. 1430.

JACOBUS *de Furno*, aliàs *Forneris*, Cardin. ob. an. 1342. *Vide Hist. Academ. Paris. to. 4. p. 994.*

JACOBUS *Gruitroedius*, Leodiensis, Carthusiensis Theolog. ob. an. 1462. *Vide Sander. part. 2. p. 81. Valer. Andr &c.*

JACOBUS *Gusius*, Ord. Min. *cujus sunt Annales Hannoniæ*, MSS. ob. an. 1398.

JACOBUS *Henricus de Alba*, Italus, Ord. Min. vix an. 1340.

JACOBUS *Izelgrinus*, Ord. Min. de Rhetorica. *Vide Sander. p. 204.*

JACOBUS *Laudensis*, Ord. Min. Theolog vix. an. 1350.

JACOBUS *de Lausanna*, Ord. Præd vix c. an. 1370. *Trith. Possevin. Vide Sander. 2. part. p. 135 151. & Cod. Sangerman.* 242. 435.

JACOBUS *à Leocato*, Siculus, Carmelita Theolog.

JACOBUS *Magni*, Toletanus, August vix. an. 1415.

JACOBUS *Malvetius*, Brixiensis, Medicus, vix. an. 1432.

JACOBUS *è Mevania*, Ord. Præd. ob. an. 1301.

JACOBUS *Odo*, Perusinus, Ord. Min. auctor *Franciscina, &c.*

JACOBUS *de Osana*, Ord. Præd. ob an. 1314.

JACOBUS *de Partibus*, Canonicus Tornacensis & Parisiensis, Medicus, vix. sub Carolo VII. Rege Francor. *Vide Lindenum.*

JACOBUS *Passavantius*, Florentinus, Ord. Prædic. ob. an. 1357.

JACOBUS, Presbyter, de Miracul. S. Zenonis Episc. Veron. *to. 10. Boland. p. 76.*

JACOBUS *de Ravenna*, Lotharingus, JC. vix. an. 1300.

JACOBUS *de S. Andrea*, Senensis, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1262.

JACOBUS *Scalza*, Urbevetanus, vix. an. 1262.

JACOBUS *de Senis*, cogn. *de Tundo*, Ord. Min. Histor. vix. an. 1330.

JACOBUS *Soldius*, Florentinus, Ord. Servorum, Theol. ob. an. 1440.

JACOBUS *Suedoricus*, Germanus, Ord. Min. vix. an. 1439.

JACOBUS *de Susato*, Ord. Præd. Histor. vix. c. an. 1415.

JACOBUS *de Theramo*, Aversanus Archidiacon. vix. an. 1390. *Trith. vide Sander. part. 2. p. 38. 39.*

JOANNES *Bever*, Anglus, Westmonasteriensis Monachus, Historicus, vix. an. 1306.

S. JOANNES *Beverlacius*, Eboracensis Archiepisc. ob. Non. Maii an. 721.

JOANNES *Beverlacus*, Anglus, Carmelita, Theologus, vixit an. 1390.

JOANNES, Biclariensis in Hispania Abbas, deinde Gerundensis Episcopus, Chronicon perduxit ad an. 594. *edit. à Canisio, & to. 4. Hist. Hispan. Vide Isid.*

JOANNES *Blacvvelus*, Anglus, Ord. S. Trinitat. Grammaticus, vix. an. 1447.

JOANNES *de Blanasco*, Burgundus, JC. Bononiensis, vix. an. 1256.

JOANNES *Blondus*, Anglus, Theologus, obiit anno 1245.

JOANNES *Bloxhamus*, Anglus, Carmelita, Theologus, ob. an. 1334.

JOANNES *Campensis*, Carmelita, Theologus, vix. an. 1404.

JOANNES *Blomendal*, vel *Blumendal*, Germanus, Ord. Min. vix. an. 1330.

JOANNES *Bloxhamus*, Oxoniensis Doctor, vix. an. 1394.

JOANNES *Bocatius de Certaldo*, Italus, Florentinus, ob. an. 1376.

JOANNES *Bockinghamus*, Anglus, Theologus. vix. an. 1398.

JOANNIS *Bondi* de Aquilegia, Usus seu Ars dictandi litteras, *in Bibl. Sangerman. Cod.* 531.

JOANNIS *de Bononia*, Summa Tabellionatus officii, &c. MS.

JOANNES *Bonus*, Patavinus, scripsit de Familiis Patavinis, vix. an. 1334.

JOANNES *Bosianus*, Cremonensis, JC. Azonis præceptor, vix. an. 1200.

JOANNES, Bossinensis in Hungaria Episcopus, Friburgensis, Ord. Præd. vix. an. 1250.

JOANNES *Bocleshamensis*, Anglus, Ord. Præd. Theologus, vix. an. 1358.

JOANNES *Botrellus*, Anglus, Carmelita, Philosophus, vix. an. 1400.

JOANNES *Brammart*, Aquensis, Carmelita, vix. c. an. 1350.

JOANNES *Brando*, Monachus Dunensis, scripsit Chron. ad. an. 1431. *Sander. p.* 183.

JOANNES *Brevicoxa*, Episcopus Gebennensis, an. 1449. *ejus elogium & scripta vide in Histor. Collegii Navarrei.*

JOANNES, Bridlengtonensis Abbas, Anglus, ob. 6. Id. Octob. an. 1379.

JOANNES *Bromiardus*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. cujus quædam edita, vix. an. 1390.

JOANNES *Bromius*, Anglus, Augustin. ob. an. 1449.

JOANNES *Bromptonus*, Jornallensis Abbas, Chronicon Angl. perduxit ad an. 1198. *edit. an.* 1652. *ubi de eo multa Seldenus.*

JOANNES *Burchardus*, vel *Bucchardus*, ceremoniarum Palatium Magister, vix. sub Julio II. PP. *Lud. Iacob.*

JOANNES *Burgensis*, Petroburgensis in Anglia Abbas, Histor. vix. an. 1340.

JOANNES *de Burgo* Anglus, auctor libri inscripti *Pupilla oculi* editi, &c. ob. an. 1386.

JOANNES *Buriensis*, Abbas, Anglus, Historicus, ob. an. 1280.

JOANNES *Burlaus*, Anglus, Carmelita, Theolog. ob. an. 1333.

JOANNES *Buschus*, scriptor Chronici Windeseimensis edit. à Rosvveido, vix. an. 1470.

JOANNES *Cacheng*, Friburgensis, Theolog. vix. an. 1335.

JOANNES, Cæsaraugustanus Episc. vix. sub Sisebuto & Suinthilane Regibus. *Ildefons.*

JOANNES *Galderinus*, Bononiensis, JC. Joannis Andreæ filius adoptivus. vix. an. 1340.

JOANNES *à Calvisiano*, Ord. Præd. *Vide Possevin.*

JOANNES *è Cambico*, Ord. Præd. vix. an. 1295.

JOANNES *Campsconus*, aliis *Campsensis*, & *Canseon*, Anglus, Carmelita, Theol. vix. c. an. 1241.

JOANNES *Canales*, Italus, Ord. Min. vix. an. 1450.

JOANNES, cogn. *Canonicus*, Ord. Min. Joannis Scoti auditor, vix. an. 1320.

JOANNES, Canonicus Regularis, Anglus, vix. an. 1250.

JOANNES *Cantianus*, Anglus, Ord. Min. vix. an. 1248.

JOANNES *Capistranus*, Ord. Min. ob. 3. Octo. an. 1456. *edit.*

JOANNES *Capreolus*, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1415. *edit.*

JOANNES *è Carcassona*, Narbonensis, Augustin. Theol. vix. an. 1350.

JOANNES *de Cardalhaco*, Archiep. Tolosanus, scripsit Sermones & Orationes, MS. ob. an. 1390.

JOANNES *Carmessonus*, scriptor Vitæ B. Thomasii Patr. CP. vix. an. 1360.

JOANNES, Cartusiensis ex Monasterio Portarum, vix. an. 1150. *edit. à P. Chifletio, & tom.* 24. *Bibl. Patr. p.* 1595.

JOANNES *de Casanova*, Aragonius, Episcop. Elnensis, Ord. Præd. S. R. E. Cardinal. ob. an. 1436.

JOANNES, Abbas Casinensis, an. 915. *Vide Petr. Diac. & l. B. Marum.*

JOANNES *Cassianus*, Mon. ob. 23. Jul. c. an. 448. *edit. à Gazeo, & to.* 7. *Bibl. Patr.*

JOANNES, Castellensis in Diœcesi Eystetensi Mon. vix. c. an. 1390.

JOANNES *Caxtonus*, Anglus, Ord. Min.

JOANNES *de Ceccano*, auctor Chronici Fossæ novæ, vix. an. 1217. *edit. to.* 1. *Ughelli.*

JOANNES *Charlerius*, à patria *Gersonius* cognominatus, Doctor & Cancellarius Parisiensis, ob. an. 1429. 12. Jul.

JOANNES *Chelmestonus*, Anglus, Carmel. Theolog. vix. an. 1290.

JOANNES *Chillingvvorthus*, Angl. Medic. & Mathemat. vix. an. 1360.

JOANNES *Chumarcus*, Angl. Mathemat. vix. an. 1390.

JOANNES *è Chiniveto*, Gallus, Carmelita, Theol. vix. an. 1340.

JOANNES *Christophori*, Moguntinus, Ord. Præd. Theol vix. an. 1260.

JOANNES, Cimeliarcha Ecclesiæ Neapolit. vix. an. 1362. *to.* 9. *Bolands p.* 34.

JOANNES *Clipston*, Anglus, Carmelita, Theolog. ob. an. 1378.

JOANNES *Clyn*, Hibernus, Ord. Min. Histor. vix. an. 1349.

JOANNES *de Collemedio*, Archidiac. Morinensis, vix. an. 1140. *to.* 2. *Bol. p.* 794.

JOANNES *Colleus*, Carmelita, vix. an. 1440

JOANNES *Colton*, Anglus, vix. an. 1410.

JOANNES *de Columna*, Ord. Præd. Messanensis, Archiepisc. scripsit *Mare Historiarum*, vix. an. 1255.

JOANNES *è Condeto*, Hannoniensis, Carmelita, Theologus, vix. an. 1380.

JOANNES *Constablius*, Anglus, Poëta, &c.

JOANNES, *Cornubiensis*, dictus, & *Magister Ioannes*, *Petr. Prat. c.* 38.

JOANNES *Cresetus*, Anglus, Carmelita, obiit anno 1450.

JOANNES *de Dacia*, de Philosophia, &c. *Vide Sander. p.* 197. 204.

JOANNES *Danck*, de Saxonia, Philosoph. vix. an. 1330.

JOANNES *Deebtus*, Viconiensis, Ord. Præm. Canonic. vix. an. 1384.

JOANNES *Deirus*, Angl. Theol. vix. an. 1360.

JOANNES *de Deo*, Hispan. Decretista, vix. Bononiæ an. 1347. *Vide Sander. p.* 177. *& Pœnitentiale Theodori, edit. à Petito p.* 377. *Trith. &c.*

JOANNES *Destigius*, Angl. de vocabulis Bibliorum.

JOANNES *Diaconus*, Casinensis, scriptor Vitæ S. Gregorii M. vix. an. 874. *tom.* 1. *SS. Ord. Bened. p.* 398. *to.* 7. *Bol. p.* 139.

JOANNES, Diacon. & Monach. Casinensis, Poëta. *V.* vix. an. 1170.

JOANNES *Dastinus*, Angl. Philosoph.

JOANNES *Datus*, Imolensis Episcop. Augustinian. Theolog. ob. an 1360.

JOANNES *Dedecius*, Angl. Philosoph.

JOANNES *Derclingtonus*, Angl. Ord Præd. Theol. Archiep. Dublinensis, ob. an. 1284.

JOANNES, Diaconus Neapolitanus, auctor Chronici Episcopor. Neapolit. vix. c. an. 890. *Vide to.* 7. *Bolands p.* 22. *to.* 8. *p.* 32.

JOANNES *Diaconus*, Veronensis Canonic. Hist. scripsit à Julio Cæsare ad Henricum VII. Imp.

JOANNES *Dieppurg*, dictus *de Misericordia*, vix. an. 1430.

JOANNES *Divinus* de Doctrina Cordis. *Vide Sander. p.* 359.

JOANNES *Dominici*, Florentinus, Ord. Præd. Cardinal. ob. an. 1420. *Vide Trith.*

JOANNES *Dondus*, seu *Horologius*, Patavinus, Medicus, & Mathemat. ob. an. 1380.

JOANNES *Deibocus*, JC. Angl.

JOANNES *Dritonus*, seu *de Arida villa*, Angl. Philosoph. vix. an. 1260.

JOANNES *Dembletonus*, Angl. Theolog. vix. an. 1320.

JOANNES *Duns*, Scotus, Ord. Min. Doctor Subtilis, ob. 8. Nov. an. 1308.

JOANNES *de Duren*, Ord. Min. vix. c. an. 1412.

JOANNES *Eboracensis*, Carmelita, Theolog.

JOANNES *Edens*, Guallensis, Ord. Min. Theolog. ob. an. 1406.

JOANNES *Eytonus*, Anglus, *de Usura*, MS.

JOANNES *Eligerus de Gondersleven*, Theuton. Philosoph. c. an. 1350.

JOANNES *Eremita*, scriptor Vitæ S. Bernardi, *edita à P. Chifletio, an.* 1660. vix. c. an. 1180.

JOANNES, *Elinus*, vel *Helinus*, Angl. Carm. Theolog. ob. an. 1479.

JOANNES *de Erfordia*, Thuringus, Ord. Min. vix. c. an. 1350. *Trith. Sander. p.* 204.

JOANNES *Ernesti*, Theut. Theol. vix. an. 1440.

JOANNES *de Esculo*, Ord. Min. Generalis Minister, vix. an. 1270.

JOAN-

JOANNES *Esiwodus*, Anglus, Mathematic. vix. an. 1360.
JOANNES *Eversfleaus*, Angl. Burgensis Monach. Theol. & Histor. ob. c. an. 1336.
JOANNES *Fabri*, Abbas S. Vedasti, deinde Episcop. Carnotensis, ob. an. 1390.
JOANNES *de Fabriano*, Theolog. & Philosoph. Bononiensis, ob. an. 1348.
JOANNES *Felminghamus*, Angl. Philosophus.
JOANNES *Fentonus*, Angl. Theolog. vix. an. 1440.
JOANNES, Abbas Fiscamensis, ob. an. 1078. *to.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 221.
JOANNES *Fietus*, Westmonasteriensis Monach. Histor.
JOANNES *Folshamus*, Angl. Ord. Carmel. Theolog. ob. 18. April. an. 1348.
JOANNES *Fordun*, vel *de Fordun* Angl. Abbas Fordensis, Histor. auctor *Scotichronici*, vix. an. 1360. *Vide Seldenum ad Scriptores Anglic p.* 19.
JOANNES *Fortescuë*, Capitalis Justitiarius & Cancellarius Angl. vix. an. 1460. sub Henrico VI. *edit. an.* 1599. *&* 1616.
JOANNES *Francigena*, de Abbatisvilla, ex Archiep. Bisuntino Cardinal. ob c. an. 1240.
JOANNES *de Frarino*, de Eucharistia & aliis Christianæ religionis mysteriis, *in Bibl. Sangerman. cod.* 330.
JOANNES *Friburgensis*, Ord. Præd. Episcop. Offunensis, in Hungaria, ob an. 1314. *edit. Vide Lambec. lib.* 2. *Bibl Cæsar. p.* 814. 873.
JOANNES *Frihitoris*, Parisiensis, Theologus, Ord. Præd. vix. an. 1290.
JOANNES *Frumentarius*, Monach. Glocestrensis, Theolog. vix an. 1440.
JOANNES *Fust*, Theutonicus, Carmelita, vix. c. an. 1370.
JOANNES *Gauvver*, Theuton. Carmelita, vix. an. 1440.
JOANNES *de Garlandia*, Angl. vix. an. 1040. *Ejus Synonyma edita an.* 1495. *Chymica an.* 1560.
JOANNES *Gascoinius*, Angl. Theolog vix. an. 1382.
JOANNES *Gastisdenus*, Angl. Medic. vix. an. 1320.
JOANNES *Gattuer*, cogn. *Theutonicus*, Carmelita, vix. an. 1440.
JOANNES *de Geduno*, de Anima. *Vide Sander part.* 2. *p.* 89.
JOANNES *Gerbrandus à Leidis*, Carmelita, Chronicon Hollandiæ perduxit ad an. 1417 *edit. a Sevvertio anno* 1620.
JOANNES *Gersen*, Abbas Vercellensis, auctor libri *de Imitatione Christi*.
JOANNES *Gerson*, Remensis Diœcesis, Doctor Parisiensis, ob. an. 1429 *ejus opera seorsim edita*.
JOANNES *Ghuel*, Theutonicus, Carmelita, vix. c. an 1390.
JOANNES *de Gmuden*, Germanus, Mathem. ob an. 1442.
JOANNES *Godardus*, Angl. Ord. Cisterc. Mathematicus, vix. an. 1250.
JOANNES *Godvvicus*, Angl. Augustin. Theolog. ob. c. an. 1360.
JOANNES *Gobii*, Junior, Ord. Præd. *Sander. p.* 191.
JOANNES *Goldestonus*, Angl. Carmelita, Theolog. vix. an. 1320.
JOANNES *Golein*, Normannus, Carmelita, vix. c. an. 1370.
JOANNES Abbas Gorciensis, *to.* 5. *SS. Ord. Bened.*
JOANNES *Govverus*, Nobilis Angl. Historicus, &c. ob. an. 1402.
JOANNES *Graytus*, Angl. Norvvicensis Episcop. &c. ob. an. 1217.
JOANNES *Grammaticus*, Angl. vix. an 1270.
JOANNES *Grandisonus*, Angl. aliis, Burgundus, Exoniensis Episcop. vix. an. 1370.
JOANNES *Grauner*, Carmelita, Theolog. vix. an. 1440.
JOANNES *Grutsch*, Basileensis, Ord. Min. Theolog. vix an. 1430.
JOANNES cogn. *Grossus*, Carmelitarum Prior Generalis, vix. an. 1400. *edit.*
JOANNES *Gualensis*, vel *Walleis*, Angl. Ord. Min. multa scripsit, è quibus quædam edita, vix. an. 1260.
JOANNES *Guallensis*, Junior, Angl. Theol. vix. an. 1346.
JOANNES *Guentus*, Cambrensis, Ord. Min. Theol. ob. an. 1345.
JOANNES *Gultener*, Germanus Carmelita, Theolog. vix. an. 1340.
JOANNES Hagustaldensis, Prior, *cujus Historia edita inter Anglic. an.* 1652. vix. an. 1190.
JOANNES *de Haida*, Angl. Poeta, vix. an. 1280.
JOANNES *Haintonus*, Angl. Carmelita, Theologus, ob. an. 1425.
JOANNES, Hautivillensis in Anglia natus, ad S. Albanum Monach. auctor *Archithrenii*, vix. an. 1150. *Vide Pitseum.*
JOANNES *Herefordensis*, Anglus.
JOANNES *de Hesdinio*, Ord. Hospital. S. Joan. Hierosol. vix. an. 1390.
JOANNES *de Hese*, Trajectensis Presbyter, cujus extat *Itinerarium Iudicum*, an. 1389. *edit. an.* 1565.
JOANNES *de Hida*, Angl. Wintoniensis, Monach. vix. an. 1254.
JOANNES Hildesemensis, Carmelita, vix. an. 1370.
JOANNES *Hittonus*, Angl. Ord. Min. ob. an. 1376.
JOANNES *Hintonus*, cogn. *Sophista*, Angl. Philosophus.
JOANNES Hispanus, in Decretales, *in Cod. Jouano*, 162.
JOANNES *Hocsemius* Leodiensis Canonicus, de Gestis Pontificum Leodiensium, vix. an. 1348. *edit. to.* 2 *Hist. Leodiens. pag.* 373.
JOANNES *Holfmannus*, Misnensis Episcop. vix an. 1415.
JOANNES *Holivvocus*, seu *de Sacro Fonte*, Angl. Mathematic. vix. c. an. 1450.
JOANNES Horcensis Archidiaconus c. an. 1170.
JOANNES *Hornebius*, Angl. Augustin. ob. an. 1351.
JOANNES *Hortingrus*, Angl. vix. an. 1310.
JOANNES *Hornebius*, Angl. Carmelita, vix. an. 1374.
JOANNES *Hovedenus*, Londinensis, Theol. vix. an. 1275.
JOANNES *de Imenhusen*, Germanus, Theol. vix. an. 1300.
JOANNES *de Imola*, JC. ob. 18. Febr. an. 1435.
JOANNES *de Indagine*, Erphordiensis, Cartusianus, auctor Chronici, ob. an. 1475.
JOANNES *Iohnban*, Anglus, Carmelita, Theologus, vix. an. 1345.
JOANNES *Yorkus*, Angl. Carmelita, Theolog.
JOANNES *Ipertus*, Abbas S. Bertini, cujus est Chron. ejusdem Monasterii ab an. 590. ad an. 1294. vix. an. 1303.
JOANNES, Italus, Monach. Cluniac. scripsit Vitam S. Odonis Abbat. Cluniac. cujus fuit discipulus. *in Bibl. Cluniac. p.* 14.
JOANNES *Keningalus*, Angl. Carmelita, ob. 28 April. an. 1451.
JOANNES *de Kikuleo*, de Gestis Ludovici Hungariæ Regis, cui fuit à secretis, *edit. cum Tvvroczio, p.* 92.
JOANNES *Kyllyngvvorth*, Canones Tabularum, *Vide Sander.* 2. *part. p.* 37.
JOANNES *Kinighamus*, Angl. Carmelita, Theolog. ob. 4. Id. Maii an. 1399.
JOANNES *Langdenus*, Angl. Cantuariensis Monach. Historic. ob. an 1420.
JOANNES *Langhamus*, Angl Augustin Philosoph.
JOANNES *Langtonus*, Angl. Carmelita, Histor. ob. an 1434.
JOANNES *Lathberius*, Angl. Ord. Min. Theologus, vix. an. 1406.
JOANNES, Laudensis Monach. discipulus S. Petri Damiani, cujus Vitam scripsit. *Inter Opera Petri Damiani, & to.* 5. *Bol. p.* 416.
JOANNES *Lelandus*, cogn. *Senior*, Grammaticus, Angl. ob. penult. April. an. 1428.
JOANNES *Lemovicensis*, aliàs *Launha*, de Stylo Dictionario, &c. vix. sub Theobaldo Navarræ Rege. *Vide Sander p.* 204. 302.
JOANNES *Leo*, Romanus, Ord. Præd. de Gestis Concilii Basileensis, MS.
JOANNES *Ligdatus*, Buriensis in Anglia Monach. Theolog. multa scripsit, *de quibus Pitseus*, ob an. 1440.
JOANNES *Lignanus*, JC. Bononiensis, vix. an. 1350. *Mantua. Vide Cod.* 294. *Bibl. Sangerman.*
JOANNES *de Lignerus*, Philosophus, vix. an. 1330.
JOANNES *de Lignano*, JC. vix. an. 1400.
JOANNES, Lombardiensis Episc. Basileensis, vix. c. an. 1420.
JOANNES *Londinensis*, auctor Chronici Anglici.
JOANNES *Loneius*, Anglus, Carmelita, Theologus. ob. an. 1370.
JOANNES *Longiacus*, Aquitanus, vix. sub Clemente VII. PP.
JOANNES *Leodiensis*, Ord. Bened. scripsit Leodiensem Hist.
JOANNES *Lous*, Angl. Augustin. Theolog. ob. an. 1436.
JOANNES *Luccus*, Angl. Theolog. vix an. 1420.
JOANNES *Ludovicus Lambertazius*, Patavinus, JC. auctor, Statutor. Patavin. vix. an. 1352 *Mantua.*
JOANNES *Lutterellus*, Oxoniensis Academiæ Cancellarius, Theol. vix. an. 1340.
JOANNES *Major*, Angl. Theolog.
JOANNES *Melvernus*, Angl. Histor. vix. an. 1342.
JOANNES, *Mandvvithus*, Anglus, Mathematicus, vix. an. 1346.
JOANNES, Macrobii deflorator de Differentiis Græci Latinique sermonis, *edit. inter Grammaticos Putschii, p.* 2770.
JOANNES *de Mandevilla*, Nobilis Angl cujus habetur *Itinerarium*, &c. ob. Leodii 17. Nov. an. 1372.
JOANNES *Marcanova*, Patavinus, Poeta, Medicus, & Antiquarius, vix. an. 1445
JOANNES *Marchinellus*, Carmelita, Leodicensis, Theolog. vixit an. 1410.
JOANNES *de Marcia. Vide Sander. part* 2. *p.* 170.
JOANNES *Markleius*, Angl. Ord. Min. Theol ob. an. 1376.
JOANNES *de Marliano*, Medicus, vix. an. 1430.
JOANNES *Marus*, vel *de Mare*, Anglus, Carmelita, Theologus, ob. 15. Mart. an. 1407
JOANNES *Marsicanus*, S. R. E Cardinalis Episc. Tusculanus, ob. sub Paschali II. PP.
JOANNES *Marfeldus*, Anglus, Medicus.
JOANNES, *Mauburnus*, five *à Bruxella. Vide Sander. part.* 2. *pag.* 56.

JOAN.

JOANNES *Maxentius*, Scytha, & Presbyter Antiochenus, vix. an. 520. *edit. cum . Fulgentio, to. . Bibl. Patr.*
JOANNES *Mearus*, Norvicensis Monachus, Theolog.
JOANNES, *Mercius* dictus, quia in Regno Merciorum natus. vix. an. 1150.
JOANNES *Minius*, ſeu de *Muro vallium*, Picenus, Ord. Min. Miniſter Generalis, deinde Cardinal, ob. an. 1312.
JOANNES *Miraus*, qui & *Lilleshulus*, Angl. Mon. vix. an. 1403.
JOANNES *Monachus*, Diœceſis Ambian. Epiſcop. Meldenſis, & Cardinal. fundator Collegii ſui nominis Pariſiis. ob. 22. Aug. an. 1313.
JOANNES Monach. Caſinenſis, Medicus, Conſtantini Africani diſcipulus, ob. an. 1072. *Petr. Diac. c. 35.*
JOANNES *Monachus*, Ord. Celeſtinorum, ac S. Petri Celeſtini diſcipulus.
JOANNES, Monach. Majoris Monaſterii, ſcriptor Vitæ Gaufredi Ducis Normann. & Geſtorum Conſulum Andegavenſium, vix. ſub. Ludovico VII.
JOANNES *de Molinis*, Gallus Carmelita, vix. an. 136e.
JOANNES *de Monte Caſale*, Genuenſis, Ord. Min. Theolog. vix. c. an. 1300.
JOANNES *Morlandinus*, Lemovicenſis, Ord. Prædic. Cardin. ob. an. 1358.
JOANNES *Moven*, Londinenſis Epiſcop.
JOANNES *à Mechlinia. Vide Sander part. 2. p. 56.*
JOANNES *Multonus*, Angl. Carmelita, ob. an. 1400.
JOANNES *de Muris*, Piſceo *de Muris* Angl. de Muſica *Cod. Reg. 354.*
JOANNES *de Montefono*, Ord. Præd. ſub. Urbano VI.
JOANNES *à Naone*, de Familiis Patavinus, *laudatur à Felice Oſio.*
JOANNES *Nider*, Ord. Præd. Theutonic. vix. an. 1430.
JOANNES *Noblet*, Gallus, Carmelita, vix. c. an. 1455.
JOANNES *Nonantulanus*, ſcripſit Vitam S. Fortunati Epiſcopi Engubini. *tom. . Vghelli p. 707.*
JOANNES *Noviomenſis*, ſumma, *in Bibl. Collegii Claromontani Pariſ.*
JOANNES *Nuſcenſis*, Montis Virgin. Monach. ſcriptor Vitæ S. Guillelmi, vix. c. an. 1200.
JOANNES *Oczko*, Bohem. Archiepiſc. Pragenſis & Cardin. ob. an. 1381.
JOANNES *Olveius*, Angl. Ord. Cartuſ. vix. an. 1350.
JOANNES *Ovinhellus*, Angl. Carmelita, Theolog. ob. an. 1438.
JOANNES Oxfordius, vel *de Oxonio*, Norvvicenſis Epiſcop. ob. an. 1200.
JOANNES *Oxraccus*, Angl. Philoſophus.
JOANNES, Canonic. de novo Burgo, Angl. Hiſtoric. vix an. 1257.
JOANNES *Palmerus*, Angl. IC. vix. an. 1033.
JOANNES *de Paloma*, Barcinonenſi, Archidiac. vix. an 1420
JOANNES *de Pariſiis*, cogn. *Pungens aſinum*, Ord. Prædic. vix. an. 1303. *to 2. Monarchia Goldaſti Vide Trith. & Hiſt. Academiæ Pariſ. to. 4. p. 967.*
JOANNES *Pariſis*, dictus *Quidort*, de Poteſtate Regia, & Papali, & de Chriſto & Anti-Chriſto. *In Bibl. Sangerman. codd.* 294. 602.
JOANNES *de Parma*, Bononienſis, Ord. Min. Miniſter General. vix. an 1260.
JOANNES *Paſchallus*, Angl. Carmelita, Theol. ob. an. 1361.
JOANNES *Peccamus*, Angl. Ord. Min. Theolog. multa ſcripſit, *de quibus Pitſeus, & alii*, ob an. 1292.
JOANNES *de Perſico*, Cremonenſ. Auguſtinian. Theol.
JOANNES *Perujinus*, auctor. *Deſcription. Terræ Sanctæ*, MS.
JOANNES *Philotechnus*, de Triangulis, &c. *V. Sand. p.* 200.
JOANNES *Picus*, Hiſtor. Angl. vix. an. 1115.
JOANNES *Plaeth*. Theutonic. Profeſſor Hildebergenſis, vix. an. 1430.
JOANNES *de Plano Carpini*, Ord. Min. S. Franciſci diſcipulus, vix. an. 1246.
JOANNES *Polemarius*, Barcinonenſis Archidiacons, vix. an. 1433. *Edit. to. 4. Caniſii to. 12. Concil. p. 1364.*
JOANNES *Poleſtedus*, Angl. Carmelita Theol. ob. an. 1341.
JOANNES *Polus*, Angl. ſcriptor Vitæ S. Walburgæ, ob. an. 1410.
JOANNES *Prædicator*, Canoniſta. *Sander. p. 177.*
JOANNES, Præmonſtratenſ. Abbas ſecundus, vix. an. 1260.
JOANNES, Pragenſis Archiepiſc. S. R. E. Cardin. cujus extat Oratio poſt mortem Caroli IV. Imp. habita, *edita à Frehero.*
JOANNES *Priceſius*, Viconienſis, Ord. Præm. Abbas, Theol. vix. an. 1320.
JOANNES, Prior S. Joannis de Vineis, de Clauſtro animæ, *in Cod Reg.* 1830.
JOANNES, Raguſinus, Dalmata, Ord. Præd. Cardinal. vix. an 1433. *Edit. à Caniſio to. 3. & to. 12. Concil. p.* 1013.
JOANNES *Raimundi*, Convenenſis, Epiſcop. Toloſan. Cardinal. ob. an. 1349.

JOANNES *Ravennas*, ſcripſit de Familia Carrarienſi, vix. an. 1420.
JOANNES *de Regno*, Gallus, Carmelita, vix. c. an. 1330.
JOANNES *Repingalus*, Angl. Carmelita, Theol. ob. an. 1350.
JOANNES *Ridevallus*, Angl. Auguſtin. Theolog. vix. an. 1330.
JOANNES *Robinus*, Angl. Mathematicus.
JOANNES *Rochefordus*, Nobilis Angl. Hiſtor. vix. an. 1406.
JOANNES *Rode*, Abbas S. Matthiæ Trevirenſis, ob an. 1439.
JOANNES *Redingtonus*, Angl. Ord. Min. Theol. ob. an. 1348. *Vide Sander. p. 168.*
JOANNES *Rufus*, vulgò, *Redad*, Angl. Ord. Præd. Hiſtoricus, vix. an. 1254.
JOANNES *de Rupella*, Ord. Min. Theolog. vix an. 1150. *Trith. Sander. &c.*
JOANNES *de Rupeſciſſa*, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1340. al. 1240.
JOANNES *Ruysbrokius*, Canonic. Regular. ob. 2. Decembr. an. 1390.
JOANNES *de Sacroboſco*, Angl. *Holivvoa*, Mathematicus inſignis, ob an. 1256.
JOANNES *Salentinus*, Siculus, Ord. Auguſt. Magiſter Generalis, vix. an. 1430.
JOANNES *de S. Albino*, in Magiſtrum Sentent. *in Bibl. Sangerm. Cod.* 318.
JOANNES *de S. Amando*, Grammat. *Vide Sander p.* 204.
JOANNES *de S. Edmundo*, Angl. Carmel. Theolog. vix. an. 1350.
JOANNES *de S. Fide*, Angl. Carmel. Theolog. ob. 18. Sept. an. 1359.
JOANNES *de S. Geminiano*, Ord. Præd. vix. c. an. 1300.
JOANNES *à S. Georgio*, Bononienſis JC. vix. an. 1437.
JOANNES *de ſancto Omero*, Norfolcenſis, vix. an. 1220.
JOANNES *Saracenus*, *Vide Sander. p.* 164
JOANNES *Sarisberienſis*, Epiſcop. Carnotenſis, ob. an. 1182. *Vide Pitſeum.*
JOANNES *de Saxonia*, Ord. Min. vix. an. 1340. *Trith. Sander. p. 178. 199.*
JOANNES *Saxonius*. Ord. Servitarum, vix. an. 1412. *Vide Voſſium de Hiſt.*
JOANNES *Schadlant*, Ord. Præd. Colonienſis Epiſcop. vix. an 1365.
JOANNES *Schodehoven*, Carmelita Machlinienſis, vixit c. an. 1390.
JOANNES *de Schonhevia*, Ord. Canon. Reg. in Viridivallo juxta Bruxellam, ob an. 1413.
JOANNES *Scotus*, cogn. *Erigena*, cujus ſcripta habentur, ob. an. 884. *Vide Pitſeum & Hiſt. Academiæ Pariſ. to. 1. p. 611.*
JOANNES *Seguardus*. Angl. vix. an 1420.
JOANNES *Semur*, Ord. Min.
JOANNES *Serlo*, dictus *Magiſter Serlo*, Abbas Fontanus in Anglia, Poeta, vix an. 1160. *Vide Pitſeum.*
JOANNES *Setonus*, Senior, Angl. Philoſoph.
JOANNES *Severlaus*, Angl. JC.
JOANNES *Sharpus*, Angl. Philoſophus & Theologus, ob. an. 1390.
JOANNES, Epiſcop. Signienſis. *Vghell. to. 1. p. 964.*
JOANNES *Sinthemius*, Doctrinalis Alexandri de Villa Dei Commentator.
JOANNES, Sithivenſis Monach. de Vita S Erkembodonis *to.* 10. *Bol. p. 93.*
JOANNES *Somerius* vel *Summer*, Angl. Ord Min. Mathematic. vix. an. 1390 al. 1300.
JOANNES *Sommertonus*, Angl. Ord Præd. Theolog.
JOANNES *Sorethus*, Carmelitarum Magiſter Generalis, in Regul. Camelit. *edit.*
JOANNES *Stabulanus*, Monach. S. Laurentii Leodic. ſcripſit Chron. Leodic. ad. an. 1449. quo obiit.
JOANNES *Staffortus*, Angl. Ord. Min. Hiſtoric. vix. an. 1380.
JOANNES *Stoccus*, Angl. Ord. Præd. vix. an. 1374.
JOANNES *Stovus*, Angl. Ord. Bened. vix. an. 1440.
JOANNES *Stratfordus*, Cantuarienſis Archiepiſc. ob. an. 1348 *Multa illius extant.*
JOANNES *Stringarius* Auguſtin. Theolog. vix. an. 1430.
JOANNES *Sticcheius*, Norvvicenſis Monach. Theolog.
JOANNES, S. R. E. Subdiac. vertit de Græco in Lat. librum unum de Vita Patrum, *edit. à Roſvveido.*
JOANNES *Sulmonenſis*, Auguſtin. Theolog.
JOANNES *Svvaffanus*, Angl. Carmelita, Theologus, Banchorenſis Epiſcop. vix. an. 1394.
JOANNES *Taceſphalus*, Angl. Carmelita, Theologus, ob. c. an. 1420.
JOANNES *Talangernus*, Wigornienſis Monach. Theolog. vix an. 1448.
JOANNES *de Tambacc*, Argentinenſis, Ord. Præd. an. 1386. al. 1320. *V. Trith. Sander. p. 172. 247.*
JOANNES *Tartarus*, Anglus Philoſophus.
JOANNES *de Teneramunda*, Cartuſienſis, vix. c. an. 1439.

JOAN-

JOANNES *Teuxburiensis*, Angl. Philosoph. vixit. an. 1350.
JOANNES *Thanatensis*, Angl. Cantuariens. Mon. ob. an. 1330.
JOANNES *Thaulerus*, Germanus, Ord. Præd. vix. an. 1370.
JOANNES *Thoresbius* Angl. Theol. Oxoniensis, ob. an. 1374.
JOANNES *Thorpe*, Angl. Carmelita, Theolog. ob. an. 1440.
JOANNES *Tiburtinus*, Monach. Casinensis vix. an. 1120. *Petr. Diac. c. 46.*
JOANNES *Tilleberiensis*, Angl. Presbyter, vix. an. 1190.
JOANNES *Tilvaus*, Angl. Carmelita, Theolog. vix. an. 1430.
JOANNES *Tinmouthensis*, vel *Tinnemuthensis*, Angl. ad. S. Albanum Monach. Theol. vix. an. 1366. scripsit Vitam S. Paterni, Venetensis Episcopi, *edit. à Bolando.*
JOANNES *Tissinghtonus*, Angl. Ord. Min. Theol. ob an. 1395.
JOANNES *Tileshadus*, Angl. Carmel. Theol. ob. Romæ an. 1354.
JOANNES *Tomsonus*, Angl. Carmelita, Theol. vix an. 1380.
JOANNES *Tortellius*, Aretinus, vix. an 1420.
JOANNES *Trevisa*, Angl. Presbyter, vix. an. 1399.
JOANNES *Triclous*, Angl. Histor.
JOANNES *Tungrius*, Viconiensis, Ord. Præm. Abbas, Theol. vix. an. 1304.
JOANNES *de Turrecremata*, Hispanus, Ord. Præd. ob. an. 1458.
JOANNES *Valeis*, aliàs *Galensis*, Ord. Min. Angl vix. an. 1270.
JOANNES *de Veris*, Monachus scripsit *Chronodromum*, seu Chron. ad. an. 1463. *Vide Sander. p. 224.*
JOANNES *Verrochius*, Florentinus, Ord. Min. Philosoph. ob. an. 1413.
JOANNES *Vateus*, Anglus, Mathematicus.
JOANNES *de Villario*, Ord. Cisterciensis, *Sander. p. 151.*
JOANNES *de Vineta*, Armoricus, Carmelita, vix. c. an 1345.
JOANNES *Vinetus*, Armoricus, auctor Chronici Ord. Carmelitani, vix. an. 1238. *Miræus.*
JOANNES *Vitalis à Farno*, Ord. Min. Cardinalis, an 1386. *In Cod. Thuano, 164. edit.*
JOANNES *Vitoduranus*, Ord. Min. Historiam scripsit, ob. an. 1215. ad. an. 1348.
JOANNES *Ultricuria*, Angl. Theol. ob. an. 1392.
JOANNES *Uptonus*, Carmelita, ob. an. 1442.
JOANNES *Wanifletus*, Angl. Carmelita, Theol vix. an. 1418.
JOANNES *Waldebius*, Angl. Augustin. Theol. ob an. 1393.
JOANNES *Wallingfordius*, Anglus, Histor.
JOANNES *Walsinghamus*, Angl. Carmel. Theol. ob. an. 1310.
JOANNES *Walterus*, Angl. Mathemat. ob. c. an. 1412.
JOANNES *de Werdena*, Germanus, Ord. Min. vix. an. 1330.
JOANNES *Wellis*, Ramesiensis in Anglia Monach. Theolog. vix. an. 1382.
JOANNES *Whetamstedus*, ad S. Albanum in Anglia Monach. Theolog multa scripsit *de quibus Pitseus*, vix an. 1440.
JOANNES *Wiccamus*, Anglus, Theolog.
JOANNES *Whitinghamus*, Angl. Ord. Min. vix. an. 1362.
JOANNES *Wiltonus*, Senior, Angl. Augustin Theol & Philosoph. ob. an. 1310.
JOANNES *Wiltonus*, Junior, Angl. Westmonasteriensis Monach. Theol. vix. an. 1360.
JOANNES *Winchelsaus*, Angl. Ord. Min. Theolog. & Philosophus, ob an 1326.
JOANNES *Wratingus* Angl. Walthamensis Canonicus, Theol.
JOANNES *Wrothamus*, Angl. Carmel. Theol. ob. an. 1407.
JOANNES *de Ymenhusen*, Theutonicus, c. an. 1360.
JOANNINUS *de Mantua*. Ord. Præd. vix. an. 1300. *Vide Hist. Albertini Mussati, p. 70.*
JOCELINUS *Braclandus*, Anglus, vixit an. 1214.
JOCELINUS, Monach. de Furnesio, de Vita S. Patricii, vix. c. an. 1130 *to. 7. Bol. p. 540.*
JOHEL, Monach. S. Petri ad Culturam apud Cenomanos de Miraculis S. Nicolai, ad Natalem Abbatem S. Nicolai Andegav. *In Bibl. Sangerman. Cod. 470. 636.*
JONAS, Episcop. Aurelianensis, ob. an. 841 aut seq. *to. 1. Spicil. p. 1. to. 5. SS. Ord. Bened. p. 293. to. 14. Bibl. Patr.*
JONAS, Italus, Monach. Bobiensis, vix. an. 665. *to. 2. SS. Ord. Bened p. 116. 123. 160. 439. to 7. Bol. p. 43. to. 8. p. 786.*
JONAS, Monach. Fontanellensis, scriptor Vitæ S. Vulfranni, vix. sæculo 8. *to. 3. SS. Ord. Bened p. 355.*
JONAS, Caroli C. Imp. Notarius, *Vide to. 4. Spicil. p. 496.*
JONAS, Scriptor Vitæ S. Huberti, Episcop. Leodiensis.
JORDANUS, Augustinian. vix. an. 1410.
JORDANUS *Magister*, vix. an. 1320. Ejus Chronicon *edit. à Schardio. Vide Vossium p. 788.*
JORDANUS *Nemorarius*, Mathematic. vix. an. 1235. *Edit. Paris. an. 1296. &c.*
JORDANUS *Quedelinburgius*, Saxo, Augustinian. an. 1441, al. 1359. scripsit Vitas Patrum sui Ord. *Romæ edit. an. 1587. Vide Sander. 2. part. p. 56 62. & Miræum.*
JORDANUS *Ruffus*, Calaber, de Cura equorum ad Fridericum Imp. MS. *extat etiam Gallicé.*
JORDANUS *Saxo*, Ord. Præd. Theol. Parisiensis, an. 1221. *Edit. Romæ an. 1587.*

JORNANDES, Ravennensis Episc. vix. sub Justiniano Imp. *edit. seorsim, & to. 11. Bibl. Patr.*
JOSEPHUS *Barbarus*, Venetus, cujus extant *Itineraria ad Tanaim, & in Persiam, an. 1446. Edit. post Persica Bizarri.*
JOSEPH *Iscanus*, seu *Excestrensis*, Anglus, Poeta, cujus extat *Poëma de Bello Trojano, &c.* vix. an. 1173. seu ut vult Pitseus, an. 1210. *Vide Hist. Academiæ Paris. to. 2. p. 751.*
JOSEPH, Sacerdo, an. 846. *to. 12. Spicileg. p. 600.*
JOSSELINUS *de Cassanis*, Decretista.
S. IRENÆUS, Episcop. Lugdunens. ob. an. 201. *Incertum Latinène, an Græcè scripserit.*
IRNERIUS IC. dictus *Lucerna Iuris*, ob. c. an. 1190. *Fichard.*
ISAAC *ex Judæo*, cujus *Librum fidei edidit Sirmondus*, vix. ante an. 400. *Edit. etiam to. 20 Bibl. Patr. Vide Gennad.*
ISAACI, Episcopi Lingonensis, Canones, *editi à Sirmondo, Labbeo, Baluzio, &c. Vide Cod 658. Bibl. Sangerm.*
ISAACUS, Abbas de Stella Ord. Cisterc. vix. sub finem sæculi 12. *to. 1. Spicil. p. 345. Vide Possevin.*
ISIDORUS *Asturicensis*, vix. an. 675.
S. ISIDORUS Episcop. Cordubensis, vel Pacensis, ut alii volunt, Cæsaraugustanus, quem vulgò *Seniorem* vocant, ut ab Hispalensi distinguatur.
S. ISIDORUS, Episcopus Hispalensis, ob. 4. April. an. 636. *Ejus opera seorsim edit. Vide. to. 1. Spicil. p. 286.*
ISIDORUS *Mercator*, quem Possevinus eundem cum Hispalensi esse putat. *Vide Concil.*
ISIDORUS, Episcop. Pacensis, vixit an. 754. *Ejus Chronicon edit. à Sandovallio an. 1615.*
ISO *Magister*, Monach. S. Galli, ob. an. 871. *Vide Alamannica Goldasti to. 1. p. 230 & Prudentium Weitsii in Not. p. 771.*
JUHELLUS Archiep. Turonensis, an. 1233. *to. 2. Spicil. p. 606. to. 11. Concil. p. 476.*
JULIANUS, seu *Julius*, Anglus, IC.
JULIANUS *Antecessor*, vix. c. tempora Justini jun.
JULIANUS, Capuanus Episcopus, Pelagianus, ob. sub. Valentiniano. *Gennad.*
S. JULIANUS *Pomerius*, Episc. Toletanus ob. 8. Mart. an. 690.
JULIANUS, Toletanus Episc. diversus à Juliano Pomerio, vix. c. an. 680. *Ed. to. 1. Hist. Franc. p. 821. to. 12. Bibl. Patr. p. 590. to. 2. Bol p. 536.*
S. JULIUS I. PP. ob. 12. April. an. 352. *Vide Concil.*
JULIUS *Aterianus*, Historicus, de quo *Trebellius Pollio.*
JULIUS *Cæsarinus*, Romanus, Episc. Grosseranus. Cardin ob. an. 1444.
JULIUS *Capitolinus*, *edit. inter Scriptores Historiæ Augustæ*, vix. sub Constantino M.
JULIUS *Maternus Firmicus*, de Erroribus prophanarum Religionum vix an. 340. *Edit. seorsim.*
JULIUS *Florus*, auctor Chronici de Rebus Aquitanicis à Carolo C. ad. an. 1140. *Miræus.*
JULIUS *Pomerius*, natione Maurus, Abb. Arelate vix. an 500.
JULIUS *Severianus edit inter Rhetores*
JULIUS *Titianus*, pater Titiani qui junioris Maximini præceptor fuit. *Vide Vossium*
JULIUS, Urgelitanus Episcop vix. an. 540. *In Bibl. Patr. & to 3. Spicil. p. 1111.*
JUNCTA *Bevagnas* Ord. Min. vix. an. 1350. *Boland. to. 5. p. 300.*
JUNILIUS, Episcop. Africanus, vix. c. an. 552 *In Bibl. Patr. to. 10. p. 339.*
IVO, Episcop. Carnotensis ob. 23. Decemb. an. 1115.
S. JUSTINIANUS, Episcop. Valentinus in Hispania, vix. an. 540. *Vide Isidor, &c.*
JUSTINUS, Argentoratensis Episcopus. vix an 680.
JUSTINUS *Lippiensis*, scripsit *Lippiflorium*, seu Poema de rebus gestis Comitum Lippiensium, *edit. ab H. Meibomio an.* 1620. vix. sub Simone Episcopo, Paderbon an. 1274.
JUSTUS, Cisterciensis Abbas, an. 1300. *to. 26. Bibl. Patr.*
JUSTUS Toletanus Episc. vix. an. 633. *Vide Ildefons.*
S. JUSTUS, Episcopus Urgelitanus, vix. an 540. *to. 9. Bibl. Patr. p. 731.*
JUVENCUS, Hispanus, Presbyter & Poeta, vivebat, an. 329.

K.

KAMBERTUS *Primatius*, Bononiensis, Ord. Præd Castellanus. Episc. vix. an. 1314.
KENETHI, Regis Scotorum, Leges Ecclesiasticæ, *to. 7. Concil. Labbei. p. 1777.* vix an. 840.
KERO, Monach. S. Galli, vix. sub Pipino Rege, *ejus Glossas in Regulam S. Benedicti edidit Goldastus in Alemannicis.*
KEBIUS *Corinius*, Cornubiensis, vix. an. 380.
KENTIGERNUS, Episcopus Glascoensis, vix. an. 566.

L.

LABORANS, Cardin. tit S. Mariæ trans Tiberim, an. 1182. *V. Bibl. MsS. Labei p. 61.*
LACTANTIUS *Firmianus*, Crispi Cæsaris Magister. vivebat adhuc an. 325. *Edit. non semel.*
LAMBERTUS, Ardensis Ecclesiæ Presbyter, scriptor Hist. Co-

mitum Guinensium, vix. sub Philippo Aug. *edit. à Duchesnio in Hist. Guinensi, ex Cod. Thuano 240*

LAMBERTUS, Episcopus Atrebatensis, an. 1093. *to. 5. Spicil. p. 543*

LAMBERTUS *de Legia*, Poëta, vix. an. 1050. *Vide Trithem.*

LAMBERTUS *Parvus*. Mon. S. Jacobi in urbe Leodic scripsit Hist. rerum Leodiens. ab an. 988. ad an. 1194. quo ob. MS

LAMBERTUS, Schaffnaburgensis, Monachus Bened. vix. an. 1077. *Extat inter Historic. Germ.*

LAMBERTUS, Trevirensis Monach. de Invent. corpor. S. Matthiæ, vix. an. 1127. *to. 5. Bol. p. 448.*

LAMBERTUS, Tuitiensis Monachus, de Vita S Heriberti Archiep. Coloniensis, vix. an. 1260. *to. 7. Bol. p. 467. Vide Vossium.*

LAMBERTUS *Waterlos*, Canon. S Autberti scripsit Hist. Episc. Cameracens. ab Odone Episc ad an. 1160. quo vixit, MS.

LANDENULPHUS, Capuanus, Monach. Casinensis, vix. an. 1050. *Vide Petr. Diac.*

LANDENULPHUS, Monach. Casinensis, vix. an. 1060 *Petr. Diac c. 40.*

LANDULPHUS *Caracciolus*; Amalphitanus Archiepisc. Theolog ob. c. an. 1350.

LANDULFUS *de Columna*, Canonicus Carnotensis, auctor Chronici vix. sub Joanne XXII.

LANDULPHUS *Sagax*, auctor Historiæ Miscellæ, vix. sub (Lothario I.

LANDULFUS *de S. Paulo*, scriptor Chronici Ecclesiæ Mediolan. penè totus exscriptus ab *Ughello à pag. 159. to. 4.* ab an. 1096. ad an. 1142.

LANFRANCUS, Archiepisc. Cantuariensis; ob. 14. Maii, an. 1089. *Ejus Opera edidit Acherius.*

LANTFRIDUS, Vintoniensis Monachus, scriptor Vitæ S. Swithuni Vintoniensis Episcopi, vix. an. 980.

LANFRANCUS *de Mediolano*, de arte Chirurgica vix. an 1300.

LAPUS *Florentinus*, Abbas S. Miniatis, IC vix an 1347.

LAPUS *de Castellione*, IC. alterius discipulus. *Vide Possevin.*

LARGIUS *Designatianus*. Medicus, *edit. cum Marcello Empirico.*

LATINUS *Frangipanus*, Ord. Præd. ob. an. 1294.

LATINUS *Malabranca*, seu *Frangipanis*, Cardin. ob. an. 1294

LATINUS *Pacatus Drepanius*, auctor Panegyrici Theodosio M. sub quo vixit, dicti, *edit inter Paneg.*

LATRONIANUS, Hispanus; Poëta, ob. an. 385. *S. Hieron.*

LAURENTIUS, cogn. *Anglicus*, ob. an 1260.

LAURENTII *de Aquileia*, Practica Dictaminis laudatur, MS.

LAURENTIUS *Bononiensis*, Italus; Ord. Servor. Theol vix. an. 1390.

LAURENTIUS *Brancofordius*, Placentinus. Ord. Præd. Theol. vix an. 1420.

LAURENTIUS, Monachus Casinensis, vix. c. an 650. *Vide Petr. Diac.*

LAURENTIUS, Dunelmensis Abbas; vix. an. 1160. *In Cod. Thuano 428. Bol. to. 3. p. 192 V. Pitseum.*

LAURENTIUS *Guathius*, Florentinus, scriptor Vitæ Hugonis Comitis Magdeburgensis; vix. an. 1430.

LAURENTIUS *Holbeccus*, Ramesiensis Monach. vix. an. 1410.

LAURENTIUS *Justinianus*, Patr. Venetiarum, ob. 8. Jan. an. 1455. *Ejus Opera seorsim edit.*

LAURENTIUS, Leodiensis Monach. scripsit Histor. Episcoporum Virdunensium à Theodorico 40. ad Adalberonem. *to. 12. Spicil. p. 274.*

LAURENTIUS *de Monacis*, Venetus, Cancellar. Cretensis, vix. an. 1419. *Vide Muss-tum Osii p. 79.*

LAURENTIUS, cogn. *Mellifluus*, Archiep. Mediolanensis; vix. an. 707. *In Bibl. Patr. to 9. & to. 2. Analector. Mabillonii p. 15.*

LAURENTIUS, Decanus Pictavensis, vix. an. 1154. *Edit. à Beslio in Episc. Pictavens p. 103.*

LAURENTIUS *Somercatus*, Anglus, vix. an. 1240.

LAURENTIUS *Vadus*, Cantuariens. Mon scriptor Vitæ S. Thomæ Cantuar.

LAURENTIUS *Valla*, civis Romanus, Canonicus Lateranensis, ob. Romæ an. 1457.

LAURENTIUS *Ubaldinus*. Florent. Ord. Præd vix an. 1418.

LAURENTIUS, Veronensis Petri Archiep. Pisani Diaconus, vix. an. 1104. *Ughell. to. 3. p. 897.*

LAURENTIUS, Abbas Westmonasteriensis, an. 1160. *to. 2. Spicil. p. 455.*

S. LEANDER, Archiepisc. Hispalensis. ob. 3. Id. Mart. an. 607. *Baron. an. 589. n. 12. to. 12. Bibl. Patr. p. 999.*

S. LEBUINUS, Ripensis in Anglia Mon ob. an. 740.

LECHBERTUS, Anglus. Ord. Can. Regul. Abbas, vix an. 1210.

LEIDRADUS, Archiepisc. Lugdunensis, vix. an. 800. *Ejus epist. extat cum Agobardo Baluzii & to. 14. Bibl. Patr.*

LENTWARDINUS, Anglus Theolog.

S. LEO I. PP. cogn. *Magnus*, ob. 11. April an. 461. *Seorsim edit.*

S. LEO II. PP. ob. 28. Jun. an. 684. *In Concil. &c.*

LEO III. PP. ob. 16. Jun. an. 816. *in Concil. &c.*

S. LEO IV. PP. ob 17. Jun. an. 855 *In Conc. to. 10 Baron. &c.*

LEO VI. PP. ob an. 929 *Vide Concil. Lud. Jacob. &c.*

LEO VIII. PP. ob. an. 939. *Vide Concil. Lud. Jacob. &c.*

S. LEO IX. PP. ob. 19. April. an. 1054. *Vide Concil. Trith. Lud. Jacob. &c.*

LEO, Episcopus Atinensis, ob an. 1072. *Apud Ughell. to. 6. p. 651.*

LEO. Monachus Casinensis, S. R. E. Cardinalis creatus; an. 1105. *Vide Petr. Diac. & I. B. Maram.*

LEO, Marsicanus, Mon. Casinensis, deinde Card. Ostiensis. Episc. ob. 11. Kl. April. an. 1115. *Ejus extat Chronic. Vide Petr. Diac. & I. B. Marum.*

LEO, Archiepisc. Ravennensis, vix. an. 1000. *Apud Ughell. to. 2. p. 353.*

LEO, Tuscus, vix. an. 1170.

LEONARDUS *Bertepaglia*, Patavinus. Medicus, scripsit de Chirurgia, &c. vix. c. an. 1400. *Vide Portenar. in Patavio, p. 261.*

LEONARDUS *Brunus*, Aretinus, ob. an. 1443. *Edit.*

LEONARDUS Giphonensis, seu ex Jovis Phano, Apulus; Ord. Min. Card ob. an. 1405.

LEONARDUS *Justinianus*, Venetus Patricius, vix. an. 1430.

LEONARDUS *Pistoriensis*, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1280.

LEONARDUS *Pisanus*, Mathematicus, vix. an. 1400.

LEONARDUS *de Rubeis*, Italus, Ord. Min. Magister Generalis, ob. an. 1405.

LEONARDUS *Statius*, Florentinus, Ord. Præd. Magister Generalis, ob. an. 1425.

LEONARDUS *Utinensis*, Ord Præd. vix. an. 1445.

LEONINUS *de Porta S. Petri*, scriptor Historiæ Vicentinæ, vix. an. 1354.

LEONIUS, Presbyter, Canonicus S. Benedicti Paris scripsit metro Historias veteris Instrumenti. *in Bibl. D. Joh. Cantoris Paris. Eccl.*

LEONTIUS. Arelatensis Episc. vix an 460. *to 5. Spicil. p 578.*

LEONTIUS, Nicopolitanus in Insula Cypro Episc vix. an. 610.

LEOVIGILDUS, Cordubensis Presbyter vix an. 716.

LEONTIUS, Presbyter, Britannus, vix. ante S Augustin. *edit. à Sirmondo, & to. 7. Bibl. Patr. Vide Gennad.*

LETALDUS, Monach. vix. an. 990. *to. 2 Bolandi p. 762. to 1. SS. Ord. Bened. p. 598. to. 5. p. 4 4. Cod. Reg. 541. 627.*

LESBERTUS, Canonicus Insulensis, deinde S Rufi Abbas; *Sander. p. 154. Vide Pitseum. p. 295.*

LEVOLDUS, Northovius, cujus Chronic. Markanum desinit in an. 1358. *Edit. à Meibomio.*

LIBERATUS, Carthaginensis Diacon. vix. c. an. 570. *Edit. in Concil. & nuper cum Notis I. Garnerii*

S. LIBERIUS, PP. ob. 9. Sept. an. 367. *Vide Concil. Bibl. Patr. Lud. Iacob. &c.*

LIBERIUS, Poeta, de Sedulio Acrostich scripsit, *edit. in Sedulio.*

LICENTIUS, Hipponensis, cujus extat carmen ad S. Augustin. *edit cum eod. Augustino, & à P. Pithœo, &c.*

LICINIANUS, Episc. Carthaginis Spartariæ, vix. sub Mauricio Aug. *Isid. Vide to. 2. Spicileg. p. 368.*

LINTBERTUS, Hirsaugiensis Abbas, vix. an. 840.

LIOS (f. Eliæ) *Monachi*, libellus Sacerdotalis heroico, sed rudi Carmine compositus, *in Bibl. Sanger. cod. 634.*

LISIARDUS, Episc. Suessionensis, de Vita S. Arnulphi, Ep. Suession. *edit. à Surio 15. Aug.* ob. an. 1127.

LIUDGERUS, Episc. Mimigardensis, vix. an. 781. *tom. 4. SS. Ord. Bened. p. 319.*

LIVINUS, Episc. & Martyr. vix. an. 633. *Inter Epist. Hibernicas Usserii. Vide to. 2. SS. Ord. Bened p. 404.*

LIVINUS, Gallus, Ord. Min. vix. an 1345.

LOLLIUS *Urbicus*, Historicus, vix. sub Macrino & Heliogabalo. *Vide Vossium.*

LOMBARDUS *Sirichius*, Patavensis, Petrarchæ discipulus; *edit. cum Petrarcha Operib.*

LOTSALDUS, Monac. de Vita S. Odilonis, Abbat. Clun. *In Bibl. Clun. & apud Boland. to. 1. p. 65.*

LOVATUS, Patavinus, Poëta, vix. sub Henrico VII. Imp *Vide Vossium de Hist. Lat. p. 794.*

LUCAS *Assisias*, Ord. Min. vix. an. 1440.

LUCAS *Bosdenus*, Angl. Carmel. Theol. vix. an. 1340.

LUCAS, S. Cornelii Leod. Abbas Ord. Præm. vix. c. an. 1140. *Edit. to. 14. Bibl. Patr.*

LUCAS *Mannellus*, Florentinus, Ord. Præd. Theol. vix. an. (1345.)

LUCAS *Manzolus*, Florentinus, Ord. Humiliatorum Episc. Fesulan. Card. ob. 4. Sept an 1411.

LUCAS *Patavinus*, Ord. Min. ob. an 1245.

LUCAS, Tudensis Episc. ob. an. 1250. *Edit. inter Hist. Hispan. In Valdensib. Gretzeri, to. 25. Bibl. Patr. & to. 9. Bol. p. 130.*

LUCIFER, Episc. Calaritanus, ob. c. an. 370. *Edit. à Tilio an. 1568. & to. 4. Bibl. Patr.*

S. LUCIUS I. PP. ob. 4. Maii an. 257. *Vide Concil. &c.*

LUCIUS II. PP. ob. 25. Febr. an. 1145. *Vide Concil.*

LUCIUS III. PP. ob. 25. Nov an. 1185. *Vide Conc. & Lud. Jac.*

LUDIGERIUS, Cellensis Abbas tertius.

S. LUDGERUS, Episc. Monasteriensis ob 26 Mart. an. 809.

LUDOLPHUS, Augustanus Episcop. de Miraculis S. Udalrici.

LUDOLPHUS, Bebemburgius, Bambergensis Episcopus; an. 1240. *to. 26. Bibl. Patr. p. 88.*

LU.

LUIDO PHUS, Presbyter, de Vita S. Severi, Episc. Ravenn. *Edit, to. 3. Bol, p.* 88. vix an. 840.

LUDOLPHUS *Saxo*, Cartusianus, scriptor Vitæ Christi. vix. c. an. 1330.

LUDOLPHUS, Suchensis Ecclesiæ Parochus, scripsit libr. *de Terra Sancta*, &c. an. 1336.

LUDOVICUS *Alamannus*, Episc. Maclovienfis, Cardin. ob. 6 Sept. an. 1450.

LUDOVICUS *Barbo*, Abbas S. Justinæ de Padua, vix an. 1440.

LUDOVICUS *de Caerleon*, Guallensis, Mathem. ob. an. 1369.

LUDOVICUS *de Castilione Aretino*, Ord. Min. vix c. an. 1320.

LUDOVICUS *Marcuentus*, Veron. Poëta, vix. an. 1330.

LUDOVICUS *Pontanus de Roma*, JC. vulgò Romanus dictus, ob an. 1439.

LUITHPRANDUS, Ticinensis Diac. deinde Episc. Cremonensis, vivebat adhuc an. 870.

LUITBERTUS, Moguntinensis Archiep. vix. an. 863. *to.* 16. *Bibl. Patr. p.* 764.

S. LULLUS, Angl. cujus extant aliquot epistolæ, ob. an. 784.

LUPOLDUS *de Levenburg*, Bambergensis Episc. Canonista, ob. an. 1363. *Edit.*

LUPUS *de Oliveto*, Hispanus, vix. an. 1420.

LUPUS *Protospbata*, de Reb. Neapolitanis usque ad an. 1102. *Edit. à Caracciolo.*

LUPUS *Servatus*, Abbas Ferrariensis, vix. an. 846. *Edit. à Baluzio & al.*

M.

MACER, qui de virtutibus Herbarum scripsit. *edit.* 1. *cum Comment. Guill. Gueroald.*

MACHUTUS *Cambrius*, aliis *Maclovius* dictus, Britannus, vix. an. 560.

MACROBIUS, Presbyter, Donatista, vix. c. an. 420 *Gennad.*

MÆONIUS *Astyanax*, Historic. vix. sub Gallieno. *Vide Trebell Pollion in Macriano.*

MAGNO, cujus extat liber de Notis Juris Regi Carolo (M forte) inscriptus, *inter Grammaticos Putschii.*

MAGNUS Richobergensis, Noricus scriptor Chronici, vix. sub Henrico VI. *Aventin.*

MAGNUS, Archiep. Senonensis de Baptismo, MS. vix. an. 810.

MAGO Agrimensor *edit inter Gromaticos.*

MALACHIAS *Hibernicus*, Ord. Min. vix. an. 1310.

MALSNHANI Ars, *in Bibl. Sangerm. Cod.* 540.

M NEGAUDUS, in Psalmos & Epistolas S. Pauli *Henric. Gandav. c.* 28.

MANFREDUS, de Vita S. Gerardi Episc. Placentini, *apud Ughell. to.* 7. *p.* 177.

MANFREDUS *de Monte Imperiali*, de Simplicibus, *in Cod. Reg* 34.

MANFREDUS *Terdonensis*, Ord. Min. vix. an. 1360.

MAPHÆUS *Vegius*, Laudensis, S. Petri in Urbe Canon. ob. an. 1457. *to.* 26 *Bibl Patr.*

S. MARCELLINUS PP. ob. 26. April. an. 304. *Vide Conc.* &c.

MARBODUS, Cambrensis, si Pitseo credimus, Redonensis Episc. ob. an. 1123. *to.* 21. *Bibl. Patr, to.* 13. *Spicil. p.* 395. *to.* 3. *Bol. p.* 487. *to.* 4. *p.* 672. *to.* 11. *p.* 317. *Vide Hist. Academiæ Parif. to* 1. *p.* 522. *&c.*

S. MARCELLINUS, Anglus, scriptor Vitæ SS. Swiberti, Willibrordi, &c vix. an. 761. *Sur. & Boland* 1. *Mart.*

MARCELLINUS *Comes*, Chronic. perduxit ab an. 379 ad an. 535. *Edit. à Schonhovio, Sirmondo, & al.*

S. MARCELLUS I. PP. ob. 16. Jan. an. 309. *Vide Conc.*

MARCELLUS *Empiricus*, vix. sub Theodosio M. *Edit. à Jan. Cornario qui Burdegalensem putat.*

MARCELLUS Presbyter scriptor Vitæ S. Felicis, quam Leoni Nolano Episcopo dicavit *to.* 1. *Boland p.* 946.

MARCELLIUS, Anglus Historiographus

MARCHELMUS, Anglus, S. Marcellini frater, vix. an. 772.

MARCHESINUS *è Regio Lepidi*, Ord. Min. auctor *Mamotrecti*, vix. c. an. 1300.

MARCULFI Formulæ *edita à Bignonio, & nuper à Stephano Baluzio*, vixit circa an. 660. *Vide Labbeum to.* 6. *Concil. p.* 530.

S. MARCUS PP. ob. 7. Octob. an. 336. *Vide Concil.*

MARCUS, S. Benedicti discipulus, de quo *vide Petrum Diac. & Martinenghi Poëmata to.* 2.

MARCUS, *de Summa ripa* Italus, Ord. Min. vix. an. 1419.

MARCUS *Venetus* scripsit de *Regionib. Orientis*, an. 1272. *Edit. non semel.*

MARCUS, Viterbiensis, Ord. Min. Card ob. an. 1369.

MARCUS *Ulmensis*, Ord Min. vix an. 1400.

MARCWARDUS, Abbas Fuldensis, vix. an. 1170. *apud Brouver, l.* 3. *Antiq. Fu d. c* 18

MARCWARDUS *de Wadassen*, Germ. Ord. Cist. vix. an. 1353.

MARIANUS *Florentinus*, Ord. Min. scripsit Chronicon sui Ordinis, vix. an. 1430.

MARIANUS *Scotus*, ob. an 1086. *Ejus Chronicon edit. inter Histor. German. Sigeb c.* 159.

MARIANUS, Toletanus Episc vix. an. 527 *V. Ildefonsum.*

MARINUS I. PP. ob. 18. Jan. an. 884. *Vide Lud. Jacob.*

MARINUS II. PP. ob. an. 946 *Vide Lud. Jacob.*

MARINUS *Sanutus* Venetus, scripsit Secreta Fidelium crucis. *Edit. in Gest. Dei*, vix. an 1324.

MARIUS, Aventicensis, seu Lausanensis Episc. vix an. 623. *Ejus Chron. edit. to* 1. *Hist. Franc.*

MARIUS *Maximus*, Historicus. *Vide Vossium.*

MARIUS *Mercator*, vix. an. 430. *Edit. à Jo. Garnerio S. I. Gerberono, to.* 2. *Concil.* 1512. *ult. edit to.* 27. *Bibl. Patr.*

MARIUS *Plotius*, Sacerdos, Romanus Grammaticus, *edit inter Grammaticos Putschii.*

MARIUS *Victor*, seu *Victorinus*, vix. an. 430. aut. 440. *Vide Bibl. MSS. Labbei p.* 24. *& Cod. Reg* 774.

MARSILIUS *ab Ingen*, Coloniensis Canonicus, Theol. Heidelberg. ob 20. Aug. an. 1394 *Edit.*

MARSILIUS *Menandrinus*, Patavinus, vix. an 1319. *Edit. an.* 1592. *& to.* 2. *Monarch. Goldasti, & alibi. V Chron. Nangii an.* 1317. *& Lambecium lib.* 2 *de Bibl Cæsarea p.* 257.

MARTIANUS *Minutius Felix Capella*, vix. sub Mauritio. *Vide Vossium de Hist Lat. p.* 712. *& de Poetis Lat p.* 66.

MARTINIANUS, Monach. de Monachorum laude & institutione, *in Bibl. Sangerman. Cod* 456.

S MARTINUS I. PP. ob. 12. Nov. an. 654. *Vide Concil. Collectanea Anastasii & to.* 7. *Bibl. Patr.*

MARTINUS II. PP. ob. 29. Mart. an. 1285. *V. Lud. Jacob.*

MARTINUS III. PP. ob. 20. Febr. an. 1421. *De ejus scriptis Vide Lud. Jacob.*

MARTINUS, cogn. *Abbas*, JC. vix. temporibus Azonis, hoc est, c. an. 1200. *Vide Wadding.*

MARTINUS *Alvewicus*, Angl. Ord. Min. Theol. ob. an. 1336.

MARTINUS *de Bosco Galteri*, Ord. Min de Vita Mariæ de Malliaco, vix. an. 1415 *to.* 8. *Bol. p.* 737.

MARTINUS *Corbenus*, Tolosanus, Augustin. Theol. vix. 1330.

MARTINUS *de Clivo*, Cantuariensis Monach.

MARTINUS, ex Dumiensi Abbate Archiep. Bracarensis, ob. an. 550. *In Bibl. Patr. & in Concil. to.* 10. *Spicil p.* 626. *Vide Sigeb. c.* 127.

MARTINUS *de Fano*, JC vix. an. 1300

MARTINI *Junioris*, Geometria, &c. MS

MARTINUS *de Lauduno* Prior Cartusiæ Vallis S. Petri in Diœcesi Laudun. *to.* 27. *Bibl. Patr.*

MARTINUS *Polonus*, Ord. Præd. Archiep. Gnesnensis, ob. an. 1275. *Habetur ejus Chron.*

MARTINUS, Presbyter, auctor Chronici quod perduxit usque ad Innocentium III.

MARTINUS *Raimundi*, Ord. Præd. Auctor *Pugionis fidei.*

MARTINUS *Sculthropius*, Anglus, Carmelita, Theol. vix. an. 1430.

MARTINUS *de Sulmannis*, vel *Sulimani*, JC. c. an. 1300. *Fichard.*

MARTONANI Liber ad Monachos, MS.

MARIUS *Georgius*, Venetus, Ord. Servitarum, Philosophus & Theol. an. 1381.

MATRONIANUS, Hispanus, Poëta, cæsus Treveris à Maximo Tyranno *S. Hieron.*

MATTHÆUS, Anglus, Monac. S. Albani, obiisse dicitur an. 1159. *Edit. Londini & Paris.*

MATTHÆUS *de Aquasparta*, Tudertinus, Ord. Min. Card. ob. an. 1302.

MATTHÆUS, Germanus, Aulæ Regiæ Mon. vix. an. 1415.

MATTHÆUS, Bapalmensis, Episc. Bononiensis in Gallia ob. an 1410

MATTHÆUS *Bononiensis*, Italus, Carmelitarum, Ord. Magister Generalis, vix. an. 1410.

MATTHÆUS *Doring*, Saxo, Ord. Min. Theol. vix. an. 1440.

MATTHÆUS *Ebroicensis*, Ord. Præd. Theol.

MATTHÆUS *Gritus*, Mediol. Ord. Præd vix an. 1262.

MATTHÆUS, *Palmerius*, Florentinus, auctor Chronici editi, vix an. 1449.

MATTHÆUS *Paris*, Anglus, ad S. Albanum Monac. cujus habetur Historia, ob. an. 1259.

MATTÆUS *Patavinus*, Augustin. Theolog. vix. sub Clemente VI. PP.

MATTÆUS *Polonus*, Cracoviensis, Card. sub Gregorio XII. ob. an. 1410. *Trith. Sander.* 2. *part. p.* 77. *Lambec. lib.* 2. *Bibl. Cæsar. p.* 776.

MATTHÆUS *de Rubeis*, Ursinus, Romanus, S. R. E. Card. ob. c. an. 1306.

MATTHÆUS *Scornus*, Ord Præmonstr. Ninovensis Abbas, vix. an. 1195.

MATTHÆUS *Silvaticus*, Mantuanus, Medicus, vix. an. 1297. *Vide Præfat nostram.*

MATTHÆUS, Vindocinensis, vix. sub Bartholomæo Archiep. Turon. *Edit cum Theodolo & al.*

MATTHÆUS, Westmonasteriensis Monach. *cujus Historia habetur inter Hist. Anglic.* vix. an. 1277.

NICO-

NICOLAUS *de Filii*, Dunelmensis Episc. Hist. Angl. vix an. 1201.
NICOLAUS *de Fractura*, Abbas S. Vicentii ad Vulturnum, in Reg. S. Bened. scripsit an. 1299. *In Bibl. Sanger. Cod.* 806.
NICOLAUS *Gallicus*, Carmel. 7. Prior General. vix an. 1270.
NICOLAUS *Gorraus*, Anglus, Ord. Præd. vix. an. 1350.
NICOLAUS *Galantius*, Episc. Andegav. *ejus Statuta Synodalia an.* 1269. *edita to.* 11. *Spicil. p.* 201.
NICOLAUS *Gorhamus*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. multa scripsit *ex quibus quædam edita*, ob. c. an. 1400.
NICOLAUS *de Hanapis*, ex diœcesi Remensi, Ord Præd. Patriarcha Hier. ob. an. 1288. *Edit. Vide Sander. p.* 152. 270. 271.
NICOLAUS *de Harcileg*. Friburgensis, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1355.
NICOLAUS *Hastifragus*, Anglicè *Breakspeare*, ob. an. 1159. *Ejus quædam edita extant. Vide Pitseum.*
NICOLAUS *Hostreshamus*, Angl. Medic. vix. an. 1443.
NICOLAUS *Jaquerius*, Ord. Prædic. Insulis, vix. an. 1442. scripsit contra Valdenses.
NICOLAUS *Insulensis de Farno. Vide Sander part.* 2. *p.* 135.
NICOLAUS *de Laune*, S. Gerardi Abbas, ob. an. 1448.
NICOLAUS, Leodiensis Canon. de Gestis S. Lamberti, vix. c. an. 1120. *to.* 1. *Hist. Leodiensis p.* 371. *tom.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 303. *Valer. Andr.*
NICOLAUS *Linnensis*, Anglus Carmel. Mathem. vix. an. 1370.
NICOLAUS *de Lira*, Ord. Min. ob. 23. Oct. an. 1340.
NICOLAUS *Lokman*, German. Ord. Min Theol vix. an. 1440.
NICOLAUS *Marianus*, Mantuanus Ord. Min. vix. an. 1312.
NICOLAUS *Martini de Prato*, Thuscus, Ord. Præd. Card. ob. an. 1341.
NICOLAUS Montignius, Castelli S. Martini ad Scarpum Abb. scriptor Annalium Monasterii Vicomensis, &c. vix. an. 1308.
NICOLAUS, Mutinensis, JC. vix. an. 1340.
NICOLAUS *Mutius*, Venetus, Ord. Min. vix. an. 1238.
NICOLAUS *de Neapoli*, JC. vix. an. 1300.
NICOLAUS *Nus*, vix. c. an. 1130. *Vide Sander. part.* 2 *p.* 151.
NICOLAUS *Occamus*, Angl. Ord. Min. Theol. vix. an. 1120.
NICOLAUS *Oresmius*, Episc. Lexoviensis, vix an. 1378. *Ejus elogium contexuit Jo. Launoius in Hist. Collegii Navarræi. Extat. to.* 26. *Bibl. Patr.*
NICOLAUS, Siculus, Panormitanus Episc. vix. an. 1435.
NICOLAUS, *de Pennafortis*, auctor *Summæ Theologicæ*, *in Bibl. Saugerman. Cod.* 525.
NICOLAUS *Pontius*, Oxoniensis Theol. vix. an. 1410.
NICOLAUS *à Prato*, seu *Martini*, Tuscus, Ord. Præd. S. R. E. Card ob. an. 1321.
NICOLAUS *Radcliffus*, Angl. ad S. Alban. Mon. ob. an. 1390.
NICOLAUS *Ristonus*, Anglus, vix. an. 1410.
NICOLAUS *Rizonis*, Tolos. Carmel. vix. c. an. 1390.
NICOLAUS *Rosellis*, Tarraconensis, Ord. Præd. ob. an. 1362.
NICOLAUS, S. Crucis in Austria Mon. vix c. an 1410.
NICOLAUS *à S. Martino*, ex agro Mantuano, Ord Præd. vix. an 1312.
NICOLAUS *Secundinus*, Constantinop. scripsit de Rebus Turcicis usque ad captam Constantinop. *edit. Lovanii.*
NICOLAUS *Smeregus*, Notarius Vicentinus, Chron. scripsit ab an. 1200. ad an. 1279. *Edit. à Felice Osio cum Albertino Mussato an.* 1636.
NICOLAUS *Stanfordius*, Angl. Ord. Cisterc. vix. an. 1310.
NICOLAUS *Suafhamus*, Anglus, Carmel. Theologus, ob. an. 1449.
NICOLAUS, Suessionensis Mon. scriptor Vitæ S. Godefridi Episc. Ambian. qui ob. an. 1115. cujus æqualis fuit. *Sur.* 8. *Nov.*
NICOLAUS *de Sufato*, Teuton. vix. an. 1417.
NICOLAUS *Theutonicus*, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1355.
NICOLAUS *Trevereth*, Ord. Præd. in Senecæ Tragœd. MS. vix. an. 1360.
NICOLAUS *Trivettus*, Anglus, Ord. Præd. Chronic. perduxit ab. an. 1126. ad an. 1307. *Edit. to.* 8. *Spicil. p.* 438. *de aliis scriptis vide Pitseum, qui eum obiisse an.* 1326. *scribit.*
NICOLAUS *Tudeschus*, Abbas Siculus, Archiep. Panormit. Card. ob. an. 1443.
NICOLAUS *Voigelt*. Friburgensis, vix. an. 1438.
NICOLAUS *Uptonus*, Anglus, JC. *cujus Libri editi à Bysseo*, vix. an. 1441.
NICOLAUS *Walkingtonus*, Anglus, Kirkehamensis Mon vix. an. 1193.
NICOLOSA *Sanuta*, pro restitutione ornamentorum matronalium. *V. Sander. part.* 2. *p.* 221.
NIGELLUS *Wirckerus*, Anglus, Mon. & Præcentor. Eccl. Christi Cantuar. vix. an. 1220.
S. NINIANUS, Britannus. ob. an. 432. *Sixtus Sen. Pitseus, &c.*
NITHARDUS, S. Angilberti filius, Caroli M. ex filia nepos scribebat an. 844. *Edit. tom.* 2. *Hist. Franc. p.* 359.
NIZO, Mediolacensis Abbas, de Vita S. Basini Trevir. Archiep. vix. c. an. 1070. *Bol. to.* 6. *p.* 315.
S. NORBERTUS, Ord. Præm. fundator, Archiep. Magdeburgensis, ob 6. Jun. an. 1134. *In Bibl. Patr.*
NOTGERUS, Leodiensis Episc. ob. 10. Ap. an. 1007. *to.* 1. *Hist. Leod. to.* 3. *Bol. p.* 372.

NOTHELMUS, Londinensis, Cantuar. Archiep. ob an. 739.
NOTINGUS, Episc. Constantiensis, ob. an. 934. *Vide Alamannica Goldasti to* 2. *p.* 154.
NOTKERUS *Balbulus*, Monachus S. Galli, auctor Librorum 2. de Gestis Caroli M. ob. an. 912. *V. Alamannica Goldasti to.* 1. *p.* 195. *to.* 5. *Canisii part.* 2. *post pag.* 728. *to.* 6. *p* 761.
NOTKERUS *Medicus*, *to.* 5. *Canisii part.* 2. *post pag.* 728.
NOVATIANUS, Romanæ urbis Presbyter, auctor hæresis Novatianorum, vixit sub Gallo & Volusiano, *Hieron.*
NOVATUS, Catholicus, *edit. in Regul. Holstenii, in Bibl. Patr. to.* 5.
NUNO *Sancius*, Dom. Rossilionis, an. 1217. *to.* 8. *Spicil. p.* 366.

O.

OBERTUS *ab Orto*, cujus crebra in Libris Feudor. mentio, quorum etiam conditor dicitur.
OCTAVIANUS *Ubaldinus*, Florent. Card. ob. an. 1282.
OCTAVIUS *Horatianus*, Afer, Vindiciani, qui sub Valentiniano floruit, discipulus, scripsit Rerum Medicar. lib. 4. *edit. an.* 1532.
ODERICUS *de Portu Naono*, seu *de Foro Julii*, Ord. Minor. scripsit Itiner. an. 1331. &c. *Apud Wadding. in Annal. Minor. Boland. to.* 1. *p.* 986. *to.* 9. *p.* 51. ob. an. 1331. 14. Jan.
ODERISIUS, Abbas Casinensis, ob. 4. Non. Decemb. an. 1105. *Vide Petr. Diac.*
S. ODILO, Cluniacensis Abbas, ob. 1. Jan. an. 1049. *in Bibl. Cluniac. p.* 279. *to.* 2. *Spicil. p.* 386. *to.* 7. *Bibl. Patr.*
ODILO, Mon. S. Medardi Suession. sub initium sæculi 11. *to.* 5. *SS. Ord. Bened. p.* 387. 411.
ODILO, Abbas S. Remigii, vix. an. 1125. *to.* 1. *Analect. Mabillonii p.* 334.
ODINGTONUS, Eveshamensis in Anglia Mon. Philosophus, vix. an. 1280.
ODO, Astensis, Mon. Benedict. *to.* 20. *Bibl. Patr.*
ODONIS, Aurelianensis* Episc. Carmina, MS.
ODO I. Belvacensis Episc. vix. sub Carolo C. *Boland. to.* 1. *p.* 461.
ODO, Cameracensis Episcopus, ob. an. 1113. *Edit. ab. Andr. Schotto, in Bibl. Patrum to.* 22. *&c. Vide Henr. Gandav.*
ODO, Canonicus Regul. c. an. 1160. *to.* 2. *Spicileg. p.* 113.
S. ODO, Cantianus, Cantuariensis Mon. deinde Abbas Monasterii de Bello, ob. an. 1160. *Vide to.* 11. *Analect. Mabillonii.*
ODONIS *de Cicestre*, Summa de Pœnit. *in Bibl. Sanger. Cod* 323.
S. ODO I. cogn. *Musicus*, Cluniacensis Abbas, ob. an. 944. 1. Decemb. *Edit. in Bibl. Cluniac. in Bibl. Patr. to.* 17. *&c.*
ODO *de Diogilo*, Monachus, deinde Abbas sancti Dionysii in Francia, de Profectione Ludovici VII. Reg. Franc. in Orientem, sub quo vixit, *edit. à P. F. Chiffletio.*
ODO, Fossatensis Mon scripsit Vitam Burchardi Comitis Corboilensis, *edit to.* 3. *Histor. Fr. p.* 115. *& à Brolio.*
ODO, Abbas Glannofoliensis, *Boland.* 15. *Jan. to.* 1. *SS. Ord. Bened. p.* 274.
ODO, Abbas Morimundensis. *V. Bibl. MSS. Labbei p.* 208. *& Voss. de Hist. Lat. p.* 782, ob. an. 1161.
ODO, Episc. Parisiensis, vix. an. 1197. *In Concil. to* 10. *p.* 1801.
ODO *Severus*, Cantuar. Archiep. ob. an. 959. *to.* 9. *Concil. p.* 609.
ODO *Shirton*, vulgò dictus *Magister Odo*, Ord. Cisterc. Angl. vix. an. 1181.
ODO, Episcopus Tuscul. an. 1249. *tom.* 7. *Spicileg. p.* 354.
ODO, Abbas Ursicampi, deinde Episcopus Prenestinus sub Eugenio III. PP. ejus laudantur Quæstiones, &c.
ODOFREDUS, vel *Ottofredus*, Beneventanus, JC. Bononiensis, Azonis, vel, ut alii, Jacobi Balduini auditor, ob. an. 1265.
ODORANNUS, Mon S. Petri Vivi Senon. Chron. perduxit ad an. 1045. *Edit. to.* 2. *Hist. Franc p.* 636.
OLBERTUS, Gemblac. Abbas, vix. an. 1008. *to.* 3. *Bol. p.* 845. *Vide Sigeb. c.* 142.
OLDONIUS, Cellæ novæ in Hisp. Mon. auctor Rationalis divinorum offic. vix. an 1227.
OLDRADUS *Bisdominus*, Senensis, Ord. Præd. an. 1287. *to.* 8. *Bol. p.* 151.
OLDRADUS *de Ponte*, Laudensis, Italus, JC, Dini auditor, vix. an. 1310.
OLIVERIUS *Scholasticus*; de captione Damiatæ. *Edit. in Gestis Dei p.* 1185. vix. an. 1220.
OLIVERIUS, aliis *Elmerus*, Malmesbur. Mon. Mathemat. ob. c an. 1060.
OLIVERIUS, S. Bavonis Prior, de Eucharist. vix. an. 1449.
OLIVERIUS *Saxo*, Germ. ex. Episc Paderborn. Episc. Sabin. & Card. sub Honorio III. PP.
OLYMPIUS, Hisp. Episc. *Vide Gennad.*
OLYMPIUS, Hisp. Episc. cujus scripta laudat S. August. vix. an. 405.
OMNIBONUS, Leonicenus, vix. an. 1420.
ONESIMUS, Probi Imp. Vitæ scriptor, sub eo vixit, *Vopisc.*
ONOFRIUS, Florent. Archiep. Augustin. vix. an. 1430.
OPTATIANUS *Porphyrius*, scripsit Panegyr. Constant. M. sub quo vix. *Edit. à Velsero, & in vet. Poemat. Pithœi, &c.*
OPTATUS Milevit. Episc. ob. 4. Jun. c. an. 370.

ORDERICUS *Vitalis*, Mon. Utic. vix. an. 1141. *Edit. in Nov. manuscr Duci eſuit.*
S. ORIENTIUS, Tarrac. Epiſcop. vix. an. 517. *Edit. Salmanticæ an 1599 Vide Sigeb.*
S. ORIESIS Abbas Ægyptius, æqualis S. Pachomii, vix. an. 340. al. 400. *to. 5. Caniſii part. 2. pag. 913. Bibl. Patr. to. 5. & . Vide Gennad.*
OSBERNUS, al. *Oſbertus*, Cantuar. Monac. de Vita S. Elphegi, &c. vix. an. 1020. ut Pitſeus, 1074. *Extat. Boland. to. 10. p. 631.*
OSBERNUS *Claudianus*, ſeu *Claudioceſtrenſis*, Mon. Anglus, vix. an. 1140.
OSBERTUS *Clarentius*, vel *de Stoc Care*, Anglus; Weſtmonaſter. Mon. vix. an. 1136. *Vide Pitſeum.*
OSBERTUS, Carmel. Angl. vix. c. an. 1340.
OSBERTUS *Pickenghamus*, Angl. Carmel. Theol. ob. an. 1330.
OSIUS, Cordubenſis Epiſc. vix. an. 390.
OSMUNDUS, Aſtoric. Epiſc. vix. an. 1059. *to. 1. Analect. Mabillonii pag. 287.*
OSTFORUS, vel *Oſfertus*, Angl. Wigorn. Epiſc. ob. an. 704.
OSWALDUS, Cartuſianus Angl. vixit an. 1450.
OSWALDUS *Odonius*, Eborac. Archiepiſc. ob. an. 992. *Vide Pitſeum.*
OSWALDUS, Wigorn. Mon. vix. an. 1010.
OTFRIDUS, Mon. Weiſſenburg. Rhabani Mauri auditor. vix. an. 870. *Ed. to. 16. Bibl. Patr. V. Trith. & Lambec. lib. 2. Bibl. pag. 415.*
OTHELGRIMUS, ſcriptor Vitæ S. Ludgeri, cujus diſcipulus fuit; vix. c. an. 830. *Edit. à Sur. Brovvero, &c.*
OTHLONUS, Fuldenſis Mon. ſcriptor Vitæ S. Pyrminii, & S. Bonifacii, vix. an. 1000. *Edit. à Caniſio to. 4. part. 2. pag. 493. Serrario in Hiſt. Mogunt to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 28.*
OTTO *Candidus de Alerano*, ex Marchionibus Montiſf. Card. ob. an. 1251.
OTTO *de Caſtrorodulphi*; Bituric. diœc. Card. Epiſcop. Tuſcul. ob. an. 1275.
OTTO, Friſing. Epiſc. ob. 21. Sept. an 1158 *Extat inter Hiſt.* (*Germ.*
OTTO, Mindenſis Epiſc. ſcripſit Itinerarium ſuum Hieroſolym ob. an. 324 *Chron. Mindenſe.*
OTTO *Morena*, ſcriptor rerum Laud. uſque ad an. 1168. vix. ſub Frider. I. Imp. *edit. à Felice Oſio.*
OTTO *de S. Blaſio* vix. an. 1210. Ejus Chron. *Editum ab Urſtiſio.*
OVIDIUS, de Vitula, vix. ſub Joanne Vatatze Imp. *edit. an. 1534. & 1610.*
OUDARIUS, Hiſtoricus Semilatinus, &c. *Geſner.*

P.

PACIANUS, Barcinon. Epiſc. ob. 9. Mart. c. an. 360. *S. Hieron. to. Bibl. Patr.*
PALFURIUS *Sura*, Hiſtoric. vix. ſub. Valeriano & Gallieno Impp. *Trebell.*
PANDULPHUS, Capuanus, Preſbyt. Caſin. vix. an. 1060. *Vide Petr. Diac.*
PANDULPHUS, Mon. Caſin. Oſtienſis Epiſc. ob. an. 1134. *Vide Petr. Diac.*
PANDULFUS *Piſanus* S. R. E. Card. ob. ſub. Celeſtino III. PP.
S. PASCHALIS I. PP. ob. 12. Mart. an. 824. *Vide Lud. Jacob.*
PASCHALIS II. PP. ob. 18. Jan. an. 1118. *Ejus Epiſt. habentur in Concil to. 3. Spicil à pag. 126.*
PASCHASINUS, Lilybei in Sicilia Epiſc. vix. an. 443. *Vide Iſid. Bucher. in Can. Paſchali pag. 75. & Concil.*
PASCHASIUS, S. R. E. Diac. ob. 3. Maii c. an. 312. *In Bibl. Patr. to. 8. pag. 807.*
PASCHASIUS *Rathbertus*, Corbeienſis Abbas, ob. 26. April. an. 851. *Vide to. 12. Spicil. p. 1. to. 5. SS. Ord. Bened. p. 453 to. 14. Bibl. Patr. Boland. to. 1. pag. 96.*
PASTOR *de Albernaco*, Gallus, Ord. Min. Archiepiſc. Ebred. Card. ob. an. 1354.
PASTOR, Epiſc. contra Priſcill. ſcripſit. *Gennad.*
PATERIUS, S. R. E. Notarius & Secundicerius, S. Greg. M. diſcip. vix. an 600. *Edit. cum eod. Gregorio.*
S. PATRICIUS, Hibernorum Apoſt ob. an. 492 *Ejus Opuſc. edidit. Waraus an. 1656. Vide Pitſeum.*
PAULINUS, auctor Tractatuum de initio Quadrageſimæ &c. *Gennad.* (*Patr.*
PAULINUS, Aquil. Patriarcha ob. 11 Jan. an. 802. *In Bibl.*
PAULINUS *Diaconus*, ſcriptor Vitæ S. Ambr. &c. vix. an. 418. *Vide Iſid. Bar. hoc. an n. 12. 13. 14. 15.*
S. PAULINUS, Nol. Epiſc. ob. 22. Jun. an. 431. *Edit. à Roſvveido, & P. F. Chifflet.*
PAULINUS *Petricordius*, ſeu Petricoricenſis dictus, ſcriptor Vitæ S. Mart Nolano junior. *Vide Bibl. MSS. Labbei p. 65.*
PAULINUS, Preſbyter, diſcip. S. Ephremi *Gennad.*
PAULUS I. PP. ob. 28. Jun. an 767. *Vide Concil. & Lud. Jacob.*
PAULUS, vel *Paululus*, ſcriptor Vitæ S. Erardi Ratisp. Epiſc. *Bol. to 1. pag 535.*
PAULUS Aquileienſis Diac. & Mon. Caſin. vix. ſub. Carolo M *Vide Petr. Diac. & J. B. Marium ad eund. ubi de ejus ſcriptis.*
PAULUS, Bernrietenſis, Auguſtin. Epiſc. Auguſtanus, *edit. Ingolſtad. an. 1610. to 10. Bol. pag. 552.*

PAULUS *Bonetus*, Narbon. Carmel. vix. c. an. 1400.
PAULUS *Carthagena*, Epiſc. Burgenſis, ob. c. an. 1435.
PAULUS *de Caſtro*, JC. Bonon. ob. an. 1437. ſeu, ut alii volunt, 1457.
PAULUS, Diac. ſcriptor Hiſt. Epiſc. Met. *to. 6. Spicil. p. 661.*
PAULUS, Emerit. Diac. de Geſtis Epiſcopor. Emerit. vix. an. 650. *Edit. à Bivario in Chron. Pſeudo-Maximi à pag. 515. to. 4. Bol. pag. 64. to. 8. pag. 908.*
PAULUS Epiſc. auctor libri de Pœnit. *de quo Gennad. &c.*
PAULUS *Florus*, Hiſt. vix. ſub Juſtin. cujus res geſtas ſcripſit carm. ut auctor eſt Aleman. ad Procop. Anecdot.
PAULUS *Gerardus*, Florent. Mathematicus; vix. an. 1327.
PAULUS *Gualducius*, è Pileſtris; Florent. Ord. Prædic. Patriarch. Grad. Theol. vix. an. 1320.
PAULUS *de Heredia*, Hiſp. vix an. 1464.
PAULUS *de Liazariis*, JC. Joan. Andreæ auditor, vix an. 1340.
PAULUS; è Liguria, ſeu Genuenſis; Mon. Caſin. vix. an. 1100. *Vide Petr. Diac. cap. 36.*
PAULUS, Diac. Neapolit. ſub. Car. M. *to 3. Bol. p. 583. V Sigeb.*
PAULUS *Oroſius*, Hiſp. vix ſub. Arcadio & Honorio AA.
PAULUS *de Peruſio*, JC. Bibliothec. Roberti Regis Siciliæ, vix. an. 1350.
PAULUS, Presbyt. Pann. vix. an. 430. *Gennad.*
PAULUS *de S. Maria* ex Judæo Chriſt. Burg. Ep. vix. an. 1434.
PAULUS *de Venetiis*, Auguſtinian Theol. ob. 15. Jun. an. 1428.
PAULUS *VVarnefridus*, Diac. Aquil. ob. c. an. 801. *Habetur ejus Hiſt. Longobard*
S. PELAGIUS I. PP. ob. 4. Mart an. 559. *Vide Concil.*
PELAGIUS II. PP. ob 8. Febr. an. 590. *Vide Concil.*
PELAGIUS, Hæreſiarches, vix. an. 390 *Gennad.*
PELAGIUS *Alvarus*, Hiſp. Ord. Minor. Silvenſis in Luſit. Epiſc. vix. an. 1320.
PELAGIUS, Diac. Eccl. Rom qui Vitas Patrum in Latinum ſermonem vertit, *de quo multa Roſvveidus*, vixit c. an. 580.
PELAGIUS, Ovet. Epiſc. vix. an. 1100. *Ejus Hiſt. edit. à Sandovallio an. 1615. & 1634.*
PEMBOGULLUS, Anglus, Philoſoph.
PEREGRINI, Abbatis Hiſt. Abbat. S. Mariæ de Font. diœc. Turon. vix. an. 1134. *to. 5. Spicil. p. 105.*
PEREGRINUS *Bononienſis*, Ord. Min. Hiſt. vix. an. 1310.
PEREGRINUS, Germ. Hirſaug. Mon vix. an. 1100.
PEREGRINI, Epiſc. Propugnaculum fidei adv. Hæreſes, vix. an. 970. *Vide to. 17. Bibl. Patr. p. 456.*
PEREGRINI Mon. Speculum Virg. *in Bibl. Sangerm. Cod. 367.*
PERPETUUS, Turon. Epiſc. an. 474. *to. 5. Spicileg. p. 105. to. 9. Bol. p. 750.*
S. PETROCUS *Corinius*, ſeu Cornub. vix. an. 564.
PETRONIUS, Bononienſis in Italia Epiſc. ob an. 385. *Genn &c.*
PETRUS *Abaelardus*, Theolog. notiſſimus, vix. an. 1140. *Ejus Opera edidit A. Ducheſnius.*
PETRUS *de Abano*, Patav. Medic. & Philoſoph. ob. an. 1316. *Vide Portenar. in Patavio p. 2 2.*
PETRUS *Alberti*, Major Prior Cluniac. vix. an. 1420.
PETRUS, Alectenſis, Senogall. Epiſc. Auguſtin. auctor Itiner. Greg. XI. PP. ſub quo vixit, *edit. à Bzovio.*
PETRUS *de Aliaco*, Compendienſis, Epiſc. Anic. & Camerac. ob. 8. Aug. an. 1415. *Ejus elogium & ſcripta vide apud Launoium in Hiſt. Collegii Navarr.*
PETRUS *Alphonſi*, ex Judæo Chriſt. de Diſcipl. Cleric. &c. vix. an. 1106 al. 1091. *to. 21. Bibl. Patr Vide Sander. p. 192. 205.*
PETRUS *de Alvernia. Vide Sander. p. 200. 205.* (1399.
PETRUS *de Ancharano*, Bonon. JC. Baldi auditor. vix an. 1385.
PETRUS *de Andlo*, vix. ſub Friderico III *edit. à Frehero.*
PETRUS *Andreas de Caſtaneis*, Carmelita, de Vita S Andreæ Corſini, vixit an. 1440. *to. 2. Boland. p. 1064*
PETRUS *de Anagnia* Ord Præd S. Thomæ diſcip. vix an. 1270.
PETRUS *Anglicus*, Ord. Præd. Theolog vix. an 1340.
PETRUS *de Apono*, cogn. *Conciliator*, Patavinus, Philoſoph. vix. an. 1310. *Edit. Venet.* 1502. (1315.
PETRUS, Aquenſis Archiep. in libros Sententiarum, vix. c. an.
PETRUS *Aquilanus*, vel *de Aquila*. cogn. *Scotellus, & Doctor ſufficiens*, Ord. Min Theolog *Vide Bibl. Sangerman. Cod. 321.*
PETRUS *Argentoratenſis*, Carmelita, ſcripſit de Bello Argentin ſub. Epiſc. Galtero, vix. an. 1270.
PETRUS *de Argentina*, Auguſtin. *Vide Sander. part. 2 p. 246.*
PETRUS *Aureoli Verberius*, Ord. Minor. Archiep. Aquenſis, Card. ob. 27. April 1321.
PETRUS S. *Autberti*, Camerac. Canonicus, de Martyrio S. Dympnæ, &c. *apud Sur. 15. Maii.*
PETRUS *Babion*. Angl. Theol & Poëta, vixit an. 1317.
PETRUS *è Balneo*, Auguſtin. Theol.
PETRUS *Barcinonenſis*, Ord. Præd. auctor *Pugionis Judæorum*, vixit an 1297.
PETRUS *Baſſetus*, Anglus, Hiſtoric vixit an. 1430
PETRUS *de Bellapertica*, Burg. JC. vix. an. 1300.
PETRUS *Berchorii*, Mon. Pictav Prior S. Eligii Par. ſcriptor *Breviarii Hiſtoriarum Biblia*, vixit an. 1360. *Trith. Vide Bibl. Sangerm. Cod. 687.*

PETRUS

PETRUS *Bertrandi*, Vivar. diœcef. Epifc. Autifiod, deinde Heduenfis Card. ob. 24. Jun. an. 1349. *to.* 26. *Bibl. Patr.*
PETRUS *Bladunius*, Malmesbur. Mon. vix. an. 1130.
PETRUS *Blefenfis*, Archid. Bathonienfis in Anglia, vix an 1200
PETRI, Bibliothecarii Hiftoria Francor. abbreviata, ab an. 715. ad an. 895. *to.* 3. *Hift. F. p.* 540.
PETRUS *Boërius*, Abbas S. Aniani Tomeriarum. & Epifc. fcripfit in Reg. S Bened. vix. an. 1360. *In Bibl. Sangerm. Cod.* 454. 664. *Vide Trith.*
PETRUS è *Bruniquelló*, Aug. civit. novæ in Latio Epifc Theol.
PETRUS *Calo*, Clug. Venetus, Ord. Præd. fcripfit Vitas SS. c an. 1300. *Leander.*
PETRUS, cogn. *Canonicus*, Lond Archid Theol vix an. 1230.
PETRUS *Cantor*, Parif. vix. fub Philippo Aug. *Henric. Ganaav. Trith. &c.*
PETRUS, Canufinus Archiep *Ughell. to* 7. *p.* 538.
PETRUS *Capuanus*, Amalphit. S. R. E. Card. ob. an. 1205.
PETRUS *Carnotenfis*, Cancellarius, in Pfalmos vix an. 1030.
PETRUS *de Cafa*, Lemovic. Ord. Carmel, Card. & Patr. Hierofol. an. 1316. *To.* 8. *Spicil. p* 276. *V Trith*
PETRUS, Mon Cafinenfis, S. R. E. Subdiac. vix. an. 1120. *Petr. Diac. c.* 43.
PETRUS *de Caftellione*, Italus, Ord. Min. vix. an. 1453.
PETRUS, Cellenfis Abbas, deinde Epifcopus Carnot, ob 18. Febr. an. 1187. *Edit. à Sirmondo, to.* 2. *Spicil. p* 447. *to.* 3. *p.* 44.
S PETRUS *Chryfologus*. Raven. Epifc. ob. 2. Decemb. an. 449.
PETRUS, Cluniac. Abbas, vix c. an. 1200.
PETRUS *de Colle*, Teut Ord. Min. vix. an. 1440.
PETRUS *de Columbaria*, Card. Oftienfis, cujus Itiner, an. 1355. *edit. to.* 1. *Bibl. Labbei p.* 354.
PETRUS *Comeftor*, Decanus Trec. auctor Hift. Scholaft. ob. c. an. 1190.
PETRUS *de Condeto*, Capellanus S. Ludov. IX. Regis Franc. an. 1270. *to.* 2. *Spicil. p.* 551.
PETRUS *de Corbolio*, Senon Archiepif. ob. an. 1222. *Henric. Ganaav. Trith. &c.*
PETRUS *Corfinus*, Florent S.R.E. Card. ob. 16. Aug an 1495.
PETRUS *de Crefcentus*, Italus, auctor libri de Agricultura, vix. fub Roberto Rege Sicil.
PETRUS *de Cuneris*, Advocatus Regis Philippi VI. Reg. Franc. vix. an. 1328. *to.* 2. *Monarch. Goldaft.*
PETRUS *de Dacia*, Aftronomus, vix. an. 1300.
PETRUS *Damianus*, Card. Oftienfis, ob. 23. Febr. an. 1072. *Opera ejus edita. Vide præterea to* 7. *Spicileg. p.* 120.
PETRUS. Diaconus, Mon & Bibliothecarius Cafin. de cujus Operibus idem confulendus lib. de Viris Illuftr. Cafin. c 47. ob. poft an. 1140. *Extat ejus Chron. Cafin. & liber de Notis, &c.* ... B. *Marum. to.* 5. *Bol* 288.
PETRUS *Ducis*, feu *le Duc*, S. Victoris Parif. Abbas, vix. an. 1390. *Vide Hift. Acad. Parif. to.* 4. *p.* 982.
PETRUS *de Ebano*, in Ariftotelem, &c. *V. Sander. part.* 2 *p.* 155.
PETRUS *de Filco*, *Vide Sander. p.* 169.
PETRUS *Ferrandus*, Hifp. Ord. Præd fcriptor Vitæ S. Dominici.
PETRUS *Flandrinus*, Gallus Decretorū Doct. Card. ob. a. 1381.
PETRUS *Ferraena*, Gennenfis, Ord. Præd, vix. an. 1310.
PETRUS *Guillermus*, S. R E Card. Bibliothec. qui Anaftafii Vitas PP. profecutus eft ufque ad Pafchalem II. vix. an. 1073.
PETRUS, Hafnonienfis, Mon. de S. Gylida.
PETRUS Helie, Grammat. *Vide Sander. p.* 205.
PETRUS *Henhamus*, Anglus Mon. Hift. vix. an. 1224.
PETRUS *Herentalius*, Brabantus, Florenfienfis Mon. vix, an 1354. *Vide Valer. Andr*
PETRUS *Hieremia*, Panormit. Ord. Min ob. an. 1434. al 1444.
PETRI, Hifpani, Regimen fanitatis *in Co . Reg.* 1925.
PETRUS *Honeftus*, S. Mar. de Portu ad Ravenn. Abb. ob. an.)
PETRUS *Ikshamus*, Anglus, Hift. vix. an. 1274. (1119.
PETRUS, Ilerdenfis in Hifp. Epifc. *Vide Append. ad Ifid. c* 12.
PETRUS *de Infula*, Ord Min. dictus *Doctor notabilis*, fcripfit in libr. Sentent. (1297.
PETRUS-*Joannes Olivi*, Gallus, Ord. Min, ob. 16. Mart. an.)
PETRUS *de Limoges*, al. *de Cyperia*, diœc. Lemovic.
PETRUS, Lodovenf. Epifc. *V. to.* 5. *Hift. Franc. p.* 764.
PETRUS, *Lombardus*, *Magifter Sententiarum* dictus, ob. 20. Jul. an. 1164.
PETRUS *Longus*, fcripfit lib. 4. Sentent. *Sander. p.* 173.
PETRUS *de Luna*, Aragon. Antipapa Bened. XIII. ob. an. 1424.
PETRUS *à Lutra*, feu *Keyferlautenfis*, Ord. Præm. Canonicus, Theol. vix. an. 1330.
PETRUS *Mainanus*, Mediol. Auguftin. Theol
PETRUS *Malleacenfis*, Mon. de Antiquitate Malleac. Infulæ, &c. *to.* 2. *Labbei p.* 223.
PETRUS *Mallius*, Canonicus S. Petri Romæ, cujus Bafilicæ Hiftoriam fcripfit, vix. an. 1160. *Bzovius an.* 1216. *n.* 15.
PETRUS *Mamoaraus*, de triplici Imperio. *V. Sand.* 2. *part. p.* 5.
PETRUS *Mauricius*, *Venerabilis* dictus, Abbas Cluniac. ob. 25. Decemb. an. 1157. *Edit in Bibl. Clun. à p.* 1590. *to.* 11 *Spicil. p.* 352.
PETRUS *Maurocenus*, Venet. S. R. E. Card. vix. an. 1418.
PETRUS *Monachus*, cujus habetur Præfatio in librum S. Methodii Patarenfis Epifc. *in Bibl. Sangerm. Cod.* 281.
PETRUS, Novæ Civitatis Epifc. Auguftin. vix. an. 1410.
PETRUS *de Mora*, Beneventanus Cardin. fub Innoc. III. PP.
PETRUS, Neapolit. Ecclefiæ Subdiac. vix. an. 890. *To.* 6. *Ughell. p.* 76. *to.* 4. *p.* 878.
PETRUS è *Nogento*, Gallus, Carmel Theol. vix. an. 1404.
PETRUS, Oftienfis, *In Cod. Reg.* 895.
PETRUS *Paludanus*, Ord. Præd. Patriarcha Hierofolym. vix. an. 1330.
PETRI *Parifelli*, Mon. S. Germani Prat. Sermones, *in Bibl. Sanger. Cod.* 396.
PETRUS *Pafferinus*, Utinenfis, fcriptor Diarii rerum Forojulienfium, vix. an. 1356.
PETRUS *de Paulo*, Patritius Jadrenfis, Auctor Memorialis, quod definit in an. 1408 *Edit. à Jo. Lucio in Hift. Dalmatica.*
PETRUS *Paulus Vergerius*, Juftinopolit. vix. an. 1420.
PETRUS *Parochia*, vix, poft an. 1406. *Vide Launoium in Hift. Collegii Navarei.*
PETRUS *Pateshullus*, Anglus, Auguftin. Theol. vix. an. 1390.
PETRUS *de Pennis*, Ord. Præd. *Vide Leandr. Albert.*
PETRUS *de Perpiniano*, dictus *Rimi*, Catal. Carm. vix. c. an. 1320.
PETRUS *Pictavienfis*, Cluniac. Prior, major multa fcripfit, *de quibus Poffevinus, & Voffius*, vix. an. 1130.
PETRUS, Pictav. Abbas S. Victoris Parif. cujus Pœnit. extat in Bibl. Victorina. *Vide Pœnitent. Theod. p.* 341. *& to.* 22. *Bibl. Patr.*
PETRUS, Pictav. Cancell. Eccl. Parif. in Sententias Petri Lombardi, vix. an. 1200. *V. Hemereum de Acad. Parif.*
PETRI *Pictoris*, Canonici Audomarop. Carmen. de Sacramento Altaris, *in Bibl. Sangerm. Cod.* 658.
PETRUS *Pilichdorfius*, contra Vald. *edit. à Gretzero in Scriptorib. Valdenf. & to.* 25. *Bibl. Patr.*
PETRUS, Ord. Præd. Prior Provincialis in Francia, c an. 1270.
PETRUS, Prior S Joannis Senon vix fub Ludov. VI. Rege Fr. *edit. to.* 4. *Hift Fr. p.* 540.
PETRUS *Quefvellus* Anglus, Ord Min Theol.
PETRUS *Raimundi*, de Infula Graffa, Gallus, Ord. Carmel. Prior Generalis, vixit an. 1343.
PETRUS, Remenfis, Prior Provincialis, Ord. Præd. fcripfit Sermones feftivales. *V. Sander. p.* 128. 7. *part. p.* 166.
PETRUS, Rippon. in Anglia Canon. vix. an. 1190.
PETRUS *de Riga*, Remenfis Canonicus, Auctor libri infcripti *Aurora*, &c. vix c. an. 1160 *Vide Bibl. MSS. Labbei p.* 5 *Trith.*
PETRUS *de Rofenhem*, Mellicenfis in Auftria Mon. vix. a. 1420.
PETRUS *Ruffellus*, Anglus, Ord. Min. Theol. vix. an. 1410.
PETRUS *de S. Fide*, Anglus, Ord. Carmel. Theol. ob. 8. Nov. an. 1452.
PETRUS *de Saxonia*, Teut. Ord. Min. vix. c. an. 1300. vel 1319.
PETRUS *Scala*, Veron. Ord. Præd. auctor Poftillæ fcholafticæ in Joannem, &c.
PETRUS, Senon. Archiep. viv. an. 1356.
PETRUS *de Spira*, Teut. Auguftin. viv. c. an. 1410.
PETRUS *Stoccus*, feu *Stockes*, Anglus, Carmel, Theol. ob. 28. Jul. an. 1399. (1340.
PETRUS *Supinus*, Tolof. Ord. Min. Vafatenfis Epifc. v. an.
PETRUS *Swaningtonus*, Anglus, Carmel. vix. an. 1270.
PETRUS, Theanenfis, Diac. & Mon. Cafin. vix. an. 1080. *Petr. Diac. c.* 39.
S. PETRUS *Thomas*, Carmel Patriarcha Conftantinop. *cujus extat Vita edita.*
PETRUS *Tudebonus*, Sacerdos Siuriacenfis, vix. an. 1100. *Edit. to.* 4. *Hift. Franc. p.* 773. *& in Geftis Des incerto nomine.*
PETRUS Vallis Sarnaii Mon. Ord. Cifterc. fcripfit Hift. Bellorum contra Vald. ufque ad an. 1218. *Edit. à Camufato, & to.* 5. *Hift. Franc. p.* 554.
PETRUS *de Ubaldis*, JC. Baldi Frater, vix. c. an. 1400.
PETRUS, Viconienfis, Ord. Præm. Canonicus, Theolog vix. an. 1323.
PETRUS *de Vineis*, Teut. Friderici II. Imp. Cancell. ob. 1249.
PETRI, Viri difertiffimi Exceptiones Legum Romanarum ad Odilonem, &c *In Cod. Reg.* 1817.
PHILASTRIUS, Brixiæ Epifc. ob. 1. Aug an 387.
PHILIPPUS *Aubinus*, Anglus, Aftronomus.
PHILIPPUS *de Bergomo*, Ord. S. Bened. vix. c. an. 1350.
PHILIPPUS *Beverlacus*, Anglus, Mon. Philofoph.
PHILIPPUS *Boftonus*, Anglus, Carmel, ob. an. 1320.
PHILIPPUS *Brufferius*, Savonenfis, Ord. Min. Hift. v. a. 1340.
PHILIPPUS, Cancellarius Parif cogn. *Grevius*, v. a. 1237. *Edit.*
PHILIPPUS *Corneus*, Perufinus, JC. ob. an. 1462.
PHILIPPUS 39. Eichftadianus Epifc. de Vita S. Walpurgis *edit. to.* 5. *Canifii part.* 2. *p* 563. 605.
PHILIPPUS, Epifc. de Pafchate, *apud Bucherium in Canone Pafchali p.* 469
PHILIPPUS *Harvengius de Eleemofyna.* Abbas Bonæfpei, an. 1159. *Ejus Opera edita Duaci an.* 1620. *to.* 2. *Spicil. p.* 453. *to.* 3. *Bol. p.* 857. *to.* 10. *p.* 773.
PHILIPPUS, Elnonenfis Abbas, *laudatus à Meiero an.* 1161.

PHILIPPUS, Eystetensis Episc. *edit. à Gretzero an.* 1617. *to.* 5. *Bol. pag.* 553.
PHILIPPUS *Ferrariensis*, Tolos. al. Siculus, Pacensis Episc. ex Ord. Carmel. vix. circa an. 1396.
PHILIPPUS *Florentinus*, dictus *Ultranensis*, Ord. Min. vix. an. 1313.
PHILIPPUS *Gualterus*, auctor *Alexandreidos*, vix. an. 1175. *Edit. Lugduni an.* 1558. *Vide Hist. Acad. Parif. to.* 2. *p.* 740.
PHILIPPUS *Mazerius*, Ambian. diœc. Cancell. Regni Cypri, vix. an. 1370. *to.* 2. *Bol. pag.* 995.
PHILIPPUS, Mon. & Presbyter, S. Hieronymi auditor, vix. an. 1430.
PHILIPPUS è *Monte Calerio*, in Subalpinis, Ord. Min. vix. an. 1344.
PHILIPPUS Otterburgensis Abbas, vix. c. an. 1410. al. 1430.
PHILIPPUS, Presbyter, S. Hieronymi auditor, ob. Martiano & Avito regnantibus, *Gennad.*
PHILIPPUS è *Pera*, Ord. Præd. vix. an. 1310.
PHILIPPUS *Perusinus*, Ord. Min. Hist. vix. an. 1250.
PHILIPPUS *Presbyter*, in Job, *in Bibl. Sangerm. Cod.* 61.
PHILIPPUS *Repingtonus*, Canon. Regul. Lincolniensis Episc. Theol. vix. an. 1408.
PHILIPPUS *Ribots*, Catalanus, Carmel. Histor. vix. c. an. 1365. *Edit.*
PHOCAS, Grammaticus, *edit. inter Grammat. Putschii.*
PHOEBADIUS, Aginnensis Episc. vix. an. 392. *in Bibl. Patr. &c.*
PILEUS, Modicensis, JC. vix. c. an. 1200.
PILEUS *de Prata*, Ravennens. Archiep. an. 1378. *to.* 4. *Spicil p.* 301.
PILICHDORFFIUS, contra Valdenses, *edit à Gretzero, & in Bibl. Patr.*
S. PIUS, I. PP. ob. an. 166 vel 167. *Vide Concil.*
PIUS II. PP. qui & *Æneas Sylvius*, ob. 15. Aug. an. 1494. *Ejus opera seorsim edita. Vide Spicil. to.* 4 *p.* 400. *to.* 7. *p.* 305. *to* 8. *p.* 292.
PLACENTINUS, Italus. JC. vix. an. 1200.
PLACIDI *Legerii*, Mon. S. Germani Prat. Sermones; *in Bibl. Sangerm. Cod.* 390.
PLEGUINUS. Angl. cujus meminit Beda vix. an. 740.
PLINIUS, Medicus, hujus meminit Marcellus Empiricus, qui utrumque Plinium laudat, *edit. Romæ an.* 1509. *& alibi.*
POGGIUS *Brandolenus*, Florentinus, vix. c. an. 1420.
POLEMEIUS *Silvius*, cujus *Laterculi fragmenta edidit Bol. in Præfat. ad to.* 1. *cap.* 4. §. 3. vix. an. 448.
POMPEII, Grammatici Liber & Commentum artis Donati *in Bibl. Sangerm. Cod.* 522.
S. PONTIANUS PP. ob. 19. Nov. an. 237. *V. Concil.*
PONTIUS, Diac. S. Cypriani, & ejus Vitæ scriptor, ob. 8. Mart. post an. 258.
PONTIUS *Carbonellus*, Catal. Ord. Min. S. Ludovici Tolos. Episc. Magister & Rector Theolog.
PORCARIUS, Abbas. *To.* 27. *Bibl. Patr. p.* 483.
PORCELLIUS, Neapolit. Poeta, vixit sæculo 14.
POSSIDIUS, alias *Possidonius*, Afer, Episc. Calamensis S. Augustini auditor, cujus vitam scripsit, vix. an. 430.
POSTIMIANUS, Mon. de Conversatione SS. Patrum Ægyptiorum, &c.
POTAMIUS, Episc. an. 355. *to.* 2. *Spicil. p.* 366.
POTHO, Prumiensis Abbas, vix. an. 1152. *In Bibl. Patr. to* 21. *p.* 489.
PRÆPOSITIVUS, seu *Magister Præpositivus*, Cancellarius Paris. vix. an. 1217. *V. Jac. Petitum in Pœnit. Theod. p.* 365. *& cod.* 557. *Bibl. Sangerm.*
PRIMASIUS, Adrumeti in Africa Episc. vix. an. 552. *to.* 11. *Bibl. Patr. p.* 142. *V. Cod.* 94. *Bibl Sangerm.*
PRISCIANUS. Grammat. vix. sub Justiniano.
PRISCILLIANUS, Abilæ Episc. vix. sub Maximo Tyranno, *Hieron.*
PROBA *Falconia*, *de qua multa Hieron & alii.* Scripsit Virgilio-Centones non semel edit. vixit sub Theodosio jun.
PROFACIUS, Angl. Mathemat. vix. an. 1260.
S. PROSPER, Aquitanus, cujus Chron. perducitur ad an. 455. *Edit. à Pithœo, Labbeo*, &c. alia scripsit.
PROSPER, Regiensis Episc. *to.* 13. *Spicil. p.* 254. *to.* 3. *Bibl. Patr.*
PROTERIUS, Patriarcha Alexandrinus, an. 455. *Vide Isid. & Bucher. in Canon. Paschali p.* 82.
PRUDENTIUS *Aurelius Clemens*, Hispanus, Poeta Christianus, vix. an. 405.
PRUDENTIUS, Tricassinæ civitatis Episc. ob. an. 861. *to.* 15. *Bibl. Patr. p.* 467.
PTOLEMEUS *de Luca*, Ord. Præd. Torcellanus Episc. auctor Chron. *edit. Lugd. to.* 5. *Hist. Franc. p.* 893. *to.* 23. *Bibl. Patr.* vix. an. 1342.
PUBWELLUS, cogn. *Sophista*, Angl. Philosoph.
PULEX *de Custoza*, Vicentinus, Poeta, vix. an. 1310.

Q.

QUALICHINUS, scripsit Historiam Alexandri M. versibus, an. 1236. MS.
QUINTIANUS, Asculanus Episc. *Vide Bibl. MSS. Labbei p.* 27.
QUINTUS *Julius Hilarion*, auctor Chron. quod *edit to.* 6. *Bibl. Patr. pag.* 373. vix. circa an. 400. *Vide Lambec. lib.* 2. *de Bibl. Cæsar. pag.* 853.
QUIRICUS, Barcinonensis Episc. vix. an. 650. *to. Spicil. pag.* 311. *to.* 2. *Analect. Mabillonii pag.* 76.

R.

RABANUS *Maurus*, Moguntiensis Archiep. ob. 4. Febr. an. 856. *Ejus Opera edita. Vide præterea Sevvart. p.* 635. *to.* 6. *Canisii pag.* 658. *to.* 2. *Capitular. pag.* 1375. *Conc. pag.* 1545. *&c.*
S. RADBODUS, Ultrajectinus Episc. ob. an. 917. *Vide Trith. Valer Andr. &c.*
RADBODUS, Noviomensis, scripsit Vitam S. Medardi Episc. Noviom. *Cod. Thuano* 593. *V. Boland. to.* 6. *p.* 84. *to.* 10. *p.* 32.
RADEVICUS, Frisingensis Canon. Ottonis Frisingensis Sacellanus & Continuator, *edit. cum eod. Ottone.*
RADULPHUS *Actonus*, Anglus, Theol. vix. an. 1320.
RADULPHUS, S. Albani in Anglia Mon. vix. an. 1150.
RADULPHUS *Ardens*, Pictavus, vix. an. 1100. *Ejus sermones editi.*
RADULPHUS *Baldoccus*, Anglus, Lond. Episc. Histor. ob. an. 1313.
RADULPHUS *Bockingus*, Anglus, Ord Præd. vix. an. 1270.
RADULPHI *Britonis*, Quæstiones super librum de Anima, *in Bibl. Sangerm. Cod.* 327.
RADULPHUS, Coggeshalensis, Anglus, Mon. Cisterc. vix. an. 1228. *Ejus extat Chron. Terræ Sanctæ in Bibl. S. Victoris Paris. MS. Vide Pitseum.*
RADULPHUS *de Diceto*, Anglus, *cujus Historiæ habentur editæ cum Hist. Angl.* vix. an. 1210.
RADULPHUS, Eleemosynarius, Angl. Mon. Westmon. ob. an. 1160.
RADULFUS, Flaviacensis Mon. vix. an. 912. *Edit. Col. an.* 1536.
RADULPHUS *Fresburnus*, Anglus, Carmel. vix. an. 1274.
RADULFUS *de Hengham*, Angliæ Justitiarius, ob. an. 1309. *Edit. Londini. an.* 1616.
RADULPHUS *Londinensis*, Anglus, Theolog.
RADULPHUS *à Longo Campo*, Anglus, scripsit Comment. in Anticlaudianum.
RADULPHUS *Marrhamus*, Anglus, Augustin. Histor. vix. an. 1350.
RADULPHUS *Kelleius*, Anglus, vix. an. 1347.
RADULPHUS, *Niger*, Anglus, vix. an. 1217.
RADULPHUS, Ord. Præd. de Vita S. Richardi Episc. Cisterc. vix. an. 1270. *to.* 9 *Bol. pag.* 282.
RADULPHUS *de Praëllis*, Magister Hospitii Caroli V. Reg. Fr. *Vide Bibl. MSS. Labbei pag.* 65.
RADULPHUS *Redipttorius*, Anglus, Ord. Min. Theol. vix. an. 1355.
RADULPHUS *Remingtonus*, Anglus, Histor.
RADULPHUS *de Rivo*, Tungrensis Decanus, de Gest. Episc. Leodiens. ob. 3. Nov. an. 1403. *to.* 3. *Hist. Leod. pag.* 1. *to.* 26. *Bibl. Patr. pag.* 289. *Vide Valer. Andr.*
RADULPHUS *Spaldingus*, Anglus, Carmel. Philosoph. ob. an. 1390.
RADULPHUS *Strodus*, Anglus, vix. an. 1370.
RADULFUS, Trudonensis Abbas. scriptor Chron. ejusd. Monast. & Vitæ Lietberti Episcopi Camerac. vix. c. an. 1078. *to* 9. *Spicileg. p.* 675. *to.* 2. *Analect. Mabillonii p.* 499. 535.
RADULPHUS, Villariensis Mon. *vide Valer. Andr.*
RADULPHUS *de Ulmonte*, Gallus, vix. an. 1368. *vide Hist. Acad. Paris. to.* 4. *pag.* 827. 987.
RAGIMBERTUS, S. Valerici Abbas, de ejusd. S. Valerici Vita, cui prope coævus fuit. *to.* 9. *Bol. pag.* 16.
RAIMUNDUS *de Agiles*, al. *de Agilers*, Canonicus Podiensis, auctor Histor. Hierosol. in Gestis Dei, vixit an. 1100.
RAIMUNDUS *de Altoponte*, Gallus, Augustin. Theolog. vix. an. 1402.
RAIMUNDUS *Boquierius*, Narbonensis, Ord. Carmel. Generalis Magister, ob. an. 1388.
RAIMUNDUS *de Canillac*, Gallus, Episc. Atrebat. Card. ob. an. 1373.
RAIMUNDUS *de Capua*, Ord. Præd. Magister Generalis, ob. an. 1399. *to.* 10. *Bol. pag.* 792. *to.* 11. *pag.* 853.
RAIMUNDUS *Hugonis*, Ord. Prædic. an. 1368. *to.* 6. *Bol. pag.* 725.
RAIMUNDUS *Lullus*, 3. Ord. S. Francisci, ob. 26. Mart. an. 1315.
S. RAIMUNDUS *de Pennaforti*, Ord. Præd. ob. 6. Jan. an. 1275. *Ejus Summa edita.*
RAIMUNDUS, Ord. Præd. *edit. Coloniæ an.* 1502.
RAIMUNDUS *Sebtide*, Hispanus, vix. an. 1430.
RAINALDUS, Subdiaconus & Mon. Casin. Poeta. *Vide Petr. Diac. cap.* 44. *& I. E. Marum.*

RAINAL-

RAINALDUS, ex Comitibus Marsorum, S. R. E. Card. ob. an. 1165.
RAINALDUS, Prior S. Eligii in Isaiam, &c. MS.
RAINALDUS, Lingonensis Episc. de Vita S. Mamantis, *edit. in Bibl. Flor-iac.*
RAINALDUS, ex Vezelianensi Abbate Lugdun. Archiep. scripsit Vitam S. Hugonis Abbat. Cluniac. *edit. in Bibl. Clun. & tom.* 11. *Bol. p.* 645. *Vide Henric. Gandav.*
RAINALDUS I. Remensis Archiep. an. 1093. *tom.* 5. *Spicil. p.* 519.
RAINAUDI *Gibboni*, Mon. S. Germani Paris. Commentaria Græca in Lucam cum Scholiis Latinis. *In Bibl. Sangerman. Cod.* 85. 86. 87.
REINERUS *Alemanni*, auctor *Faceti*, editi cum Catone & aliis. *Vide Sander. p.* 206.
RAINERIUS *de Arsendis*, Foroliviensis, JC. Bartholi præceptor, vix. an. 1330. *Vide Portenarium in Padua p.* 228.
RAINERUS, Cellensis Mon. scriptor Vitæ Gisleni, vixit 11. sæculo. *to.* 2. *SS. Ord. Bened. p.* 788. 796.
RAINERUS *Sachonus*, Placentinus Ord. Præd. contra Valdenses, *edit. à Gretzero, & in Bibl. Patr.* vix. an. 1254.
RAINERUS, S. Jacobi Leodic. Prior scripsit Hist. Leodic. ab an. 1194. ad an. 1230. MS.
RAINERUS, S. Laurentii prope Leodium Mon. de Gestis S. Lamberti, vix. c. an. 1130. *to.* 1. *Hist. Leodiensis p.* 411.
RAINERUS, scriptor. Translat. SS. Eutychetis & Acutii. vix an. 773. *to.* 6. *Ughelli pag.* 595. *& Caracciol. p.* 349.
RAINHAMUS Anglus, Philosophus.
RAMENTIUS, Ord. Præd. vix an. 1350.
RANGERIUS, Lucensis Episc. scripsit carmine Vitam S. Anselmi Episc. Lucensis. *D'Achery to.* 2. *c.* 3.
RANULFUS *de Glanvilla*, Anglus, vix. sub Henrico II. Rege Angl. an. 1230. *Edit. Londini an.* 1604. *V. Pits.*
RANULPHUS *Higdenus*, Anglus, *Cestrensis*, Mon. auctor Chron. &c. ob. an. 1377. *Vide Selden. in Praf. ad Script. Angl. pag.* 48. *& Pitseum*
RAINULPHUS *Lokesleius*, Angl. Ord. Min. Theolog. vixit an. 1310.
RAPHAEL *Cumanus*, al. *Comensis*, JC. vix. an. 1416.
RAPHAEL *Fulgosius*, Placentinus, JC. vix. an. 1416.
RASO *Bonus vicinus*, Stemfeldensis, Ord. Præm. Canon. vix. an 1235.
RATHERIUS, Veron. Episc. ob. an. 974. *to.* 1. *Hist. Leodiensis p.* 179. *to.* 2. *Spicil. p.* 161 *& to.* 12. *p.* 37. *to.* 3. *SS. Ord. Bened. p.* 250. *to.* 9. *Concil. p.* 1265. *V. Trith. Valer. Andr. &c.*
RATPERTUS *Turegiensis*, S. Galli Mon. Chron. ejusd. Monasterii perduxit ad an. 783.
RATRAMNUS, Corbeiensis Mon. c. an. 860. *to.* 1. *Spicil. p.* 318. *to.* 1. *p.* 1. *to.* 15. *Bibl. Patr. p.* 442.
RECTUNUS, scriptor. Vitæ S. Margaritæ, cui coævus fuit MS.
RECUPERATUS, vel *Recuperus de Petramala*, Aretinus, Ord. Præd. an. 1287. *to.* 5. *Bol. p.* 181. 210.
REGINALDUS, Angl. Cantuar. Mon. Poeta.
REGINALDUS, Eystet. Episc. scriptor Vitæ S. Willibaldi, Nicolai, Blasii, & Unibaldi, vix. an. 965.
REGINALDUS *Langhamus*, Anglus, Ord. Min. Theol. vixit an. 1410.
REGINALDUS *de Piperno*, Anglus, Theolog.
REGINALDUS, Ord. Præd. S. Thomæ Aquinat. socius.
RIGINALDUS *de Putelolis. Vide Sander p.* 169.
REGNALDUS, Ord. Min. Rotomag. Archiep. Card. Episcop. Portuensis.
REGINALDUS *Umber*, Ord. Min. Theol. vix. an. 1300.
REGINO, Pruminensis Abbas, vix usque ad an. 908. *Ejus habentur Annales, & Libri de Eccles. disciplina.*
REIMBALDUS, Canon. Leodicensis, de Vita Canonica, &c. *V. Sander. part.* 2. *p.* 255.
REINHARDUS *de Fronthoven*, Teut. Ord. Prædic. vix. c. an. 1415.
REMBERTUS, Hamburgensis Archiep. de Vita S. Anscharii, cui ille successit. *to.* 3. *Bol. p.* 405.
REIMANNUS, sive *Ousmannus*, scriptor Vitæ S. Cadroe Abb. *to.* 6. *Bol.* 474.
REMEDIUS, Curiensis Episc. vix. an. 813. *vide tom.* 2. *Alamannic. Goldasti p.* 154. 157.
REMIGIUS, Autissiodorensis Mon. vix. an. 890. *In Bibl. Patr. to.* 16. *Cod. Reg.* 514. 5. *Sigeb. c.* 123. *Bellar.* &c.
REMIGIUS, in Donatum. *Vid. Sander. p.* 206.
RENARDUS, Magister, *in Cod. Reg.* 1655.
RENATUS *Profuturus Frigeridus*, Historicus, cujus meminit *Gregor. Turon. l.* 2. *Hist. Fr.*
RENATUS, Vindocin. Mon. Poeta, *in Cod. Reg.* 1069.
RESTITUTUS, Lond. Archiep. vix. an. 350.
RHEMNIUS *Fannius*, Grammaticus & Poëta, Arnobii discipulus, scripsit Carmine de Ponderibus & Mensuris, *edit. à Pitœo & al.*
RHETICIUS, Augustodunensis Episc. vix. an. 1320.
RICERUS Italus, S. Francisci socius, *edit. an.* 1554. *Lovanii. Glossar. Pars I.*

RICHARDUS, Anglicus. Medicus, vix. an 1230.
RICHARDUS *Adagonsta*, Anglus, JC. vix. an. 1210.
RICHARDUS, Armachanus Archiepisc. vix. an. 1357. *Trith. Pits. V. Cod.* 324. *Bibl. Sangerm.*
RICHARDUS *Aungervillus*. Dunelm. Episc. vix. an. 1349.
RICHARDUS *Barrus*, Anglus, Theol.
RICHARDUS *Belgravius*, Anglus, Carmel. Theolog. vix. an. 1320.
RICHARDUS *Billinghamus*, Anglus. Philosophus, vix. an. 1360.
RICHARDUS *Blitonius*, Angl. Carmelita, Theol ob. an. 1334.
RICHARDUS *de Buri*, Duneml. Episc. vix. an. 1350.
RICHARDUS *Cambrius*, Histor. Anglus.
RICHARDUS, Canon. Regul. Angl. vix. an. 1200.
RICHARDUS, Cantuar. Archiep. ob. an. 1184.
RICHARDUS *Castriconensis*, Anglus, Ord. Præd. vixit an. 1270.
RICHARDUS *Chefferus*, Anglus Norvvicensis Monach. vix. an. 1354.
RICHARDUS *Chillingtonus*, Angl. Decanus Eccl. Lond. Theol vix. an. 1360.
RICHARDUS *Cicestrensis*, Westmonast. Mon. Historic. vix. an. 1345.
RICHARDUS *Clapoellus*, vel *Clapvvellus*, Angl. Ord. Præd. Theol vix. an 1290.
RICHARDUS, Cluniac. Mon Histor. vix. an. 1160.
RICHARDUS *Coninghtonus*, Anglus, Ord. Min. Theod. ob. an. 1330.
RICHARDUS *Cornubiensis*, Angl. Ord. Min. Theol
RICHARDUS *Cruliaden*, Canon. Regular Theol. vix. an. 1310.
RICHARDUS *Depedalus*, Angl. Carmel. vix. an. 1381.
RICHARDUS Divisiensis, Angl. Wintoniensis Monach. vix. an. 1190.
RICHARDUS *Dominicanus*, seu Ord. Præd. Theol.
RICHARDUS, Eliensis Mon Angl. vix. an. 1220.
RICHARDUS *Ersleius* Angl. de Vita Pandionæ Virg.
RICHARDUS *Fastolfus*, Fontanus in Angl. Abbas, vix. an. 1150.
RICHARDUS *Ferebrigus*, Anglus, Philosophus vixit an. 1360.
RICHARDUS *Fisacrius*, Angl. Ord. Præd. Theol. vix an 1330.
RICHARDUS *Fizacrius*, Ononiensis Ord. Præd. ob. an. 1248.
RICHARDUS *Flemingus*, Lincoln Episc. vix. an 1430.
RICHARDUS *Folsnamus*, Norvvicensis Mon vix an 1410.
RICHARDUS *è Grandisilva*, Gallus, Mon. de Laude Claræ vallis, *edit. cum S. Bernardo.*
RICHARDUS *Grasdaldus*, Angl. Histor vix. an. 1420.
RICHARDUS *Greckelatensis*, Anglus, Canon Reg. [illegible] c. an. 1310.
RICHARDUS *Grimcastrius*, Anglus Histor.
RICHARDUS, Hagultaldensis Mon. & Prior, cujus Histor. *edita inter Hist. an.* 1652. ob an. 1190.
RICHARDUS, cog. *Rollus*, dictus etiam *Hampolus*, Anglus, Eremita, multa scripsit, *de quib. Pitseus.* ob. an. 1349 *Ex to.* 26. *Bibl. Patr.*
RICHARDUS *Kendallus*, Anglus, Gramm. vix. an. 1431.
RICHARDUS *Lavinghamus*, Anglus, Carmel. Theol. multa scripsit, *de quibus Pitseus*, ob. an. 1381.
RICHARDUS *Ledredus*, Londinesis, Ord. Minor. ob. an. 1360.
RICHARDUS, cog *Magnus*, Angl. Theol ob. an. 1231.
RICHARDUS *Maidstonus*, Anglus, Carmel. Theolog. ob. 1. Julii an 1396.
RICHARDUS *Malumbra*, vel *de Malumbris*, Cremonensis, JC. vix. an. 1310.
RICHARDUS, Medicus.
RICHARDUS *Melchesbamus*, Angl. Ord. Cisterc. Theol.
RICHARDUS *Midletonus*, seu *de Mediavilla*, Angl. Ord. Min. Theol. ob. an. 1300.
RICHARDUS *de Montibus*, Lincoln. Cancellar. Theol.
RICHARDUS *Northallus*. Anglus, Carmel. Theol. Archiep. Dublinensis, ob. an. 1357.
RICHARDUS, *Nottinghamus*, Anglus, Theol. vix. an. 1320.
RICHARDUS *Parisiensis*, de 12. Patriarchis, *in Bibl. Sangerm. Cod.* 199.
RICHARDUS *Petronus*, Senensis, Card. vix. an. 1300.
RICHARDUS *Phizaca* Anglus, Ord Præd. vix. an. 1270.
RICHARDUS, Pictaviensis, Ord. Cluniac. Histor. vix. c. an. 1260.
RICHARDI, Pictaviensis, Chronicon MS. laudatur à Frehero.
RICHARDUS *Pluto*, Monachus, Cantuariensis, vix. an. 1181.
RICHARDUS *Porlondus*, Anglus, Ord. Min. Theol.
RICHARDUS, Abbas de Pratellis, Theolog. *in Bibl. Sangerm. Cod.* 607.
RICHARDUS, Premonstratensis, Anglus, Abbas vix. an. 1190.
RICHARDUS *Radulfus*, Armachanus Archiep. ob. an. 1359.
RICHARDUS, Ord. Min. Remensis Archiep vix. an. 1270.
RICHARDUS *Ringstedus*, Anglus, Theol.
RICHARDUS *Rufus* Anglus, Ord. Min. dictus *Philosophus admirabil.* vix an. 1250.

RICHARDUS *Ruys*, Anglus, Ord. Min. Theol.
S. RICHARDUS, cogn *Sacriſta*, Anglus, Ord. Ciſterc. de Harmonia.
RICHARDUS *de S. Angelo*, Caſin. Mon. in Regulam S. Benedicti, *in Bibl. Sangerm.* Cod 802.
RICHARDUS *de S. Germano*, Chron. perduxit ad an. 1243. *Edit tom. 3.* Ughelli
RICHARDUS *à S. Victore*, natione Scotus, ob. 10. Mart. an. 1173. *Edit. 2. to.*
RICHARDUS *Scropus*, Eboracenſis Archiep. ob. 8. Jul. 1405.
RICHARDI, Sarisberienſis Epiſc. Conſtitutiones ſub an. 1216. *Edit. to. 11. Conc. p. 245.*
RICHARDUS *de Senis*, S. R. S. Cardinalis, vix. an. 1300.
RICHARDUS, Syracuſanus, Presbyter Anglus, vix. an. 1181. *Rad. Diceto, Pitſeus, &c.*
RICHARDUS *Stadleius*, Anglus, Ord Ciſterc, Theol. vixit an. 1336.
RICHARDUS *Stravanellius*, Angl. Ord. Præd. vixit an. 1295.
RICHARDUS *Snetishamus*, Angl. Theologus, vixit an. 1420.
RICHARDUS *Tenetus*, Anglus, Carmelita, Philoſoph, vixit an. 1390.
RICHARDUS *Tetfordienſis*, Anglus, Theol.
RICHARDUS, cogn. *Theologus*, Anglus, Canon. Regul. vix. an. 1240.
RICHARDUS *Vllerſtonus*, Anglus, Theolog. vixit an. 1430.
RICHARDUS *Walingfordus*, Anglus, ad S. Albanum Mon. Mathem. obiit an. 1326.
RICHARDUS *Wichius*, Anglus, Theologus, vixit an. 1390.
RICHARDUS *Wickinghamus*, Anglus, Carmel. Theol. obiit an. 1381.
RICHARDUS *Wichius*, Angl. Ciceſtrenſis Epiſc. ob. an. 1252.
RICHARDUS *Weterſetus*, Angl. Acad. Cantabrig. Cancellar. vixit an. 1350.
RICHARDUS, Abbas Caſin. ſcripſit in Regulam S. Benedicti, vix. an. 1256.
RICHARDUS *à S. Laurentio*, Pœnitentiarius Rotomag. de Viris Illuſtr. Ord. Ciſterc. MS.
RICHARDUS, Sophiſta. *Vide Sander. p. 201.*
RICHERIUS, S. Martini Metenſis Abbas, de Vita S. Martini Epiſcop. Turon.
RICHERIUS, Mon. auctor Hiſt. Abbatiæ Senonienſis vixit an. 1167. *to. 8. Spicil. p. 271.*
RICIUS *Polentonus*, Patavinus, vix. an. 1413. *Vide Voſſ. de Hiſt. Lat.*
RICOBALDI, Ferrarienſis, Chron. totius orbis, *in Cod. Puteano* 1166.
RICULFUS, Helenenſis Epiſc. an. 915. *Edit. in Not. ad Regino. de Eccleſ. diſcipl.*
RICULFUS, Sueſſioneſis Epiſcopus, vix. an. 889. *Vide Concil. to. 9.*
RIGORDUS, Medicus, ſcriptor Vitæ Philippi Aug. Reg. Franc. ſub quo vixit, *edit. to. 5. Hiſt. Franc.*
ROBERTUS *de Arbriſſello*, fundator Ord. Fontis Evraldi, ob. an 11.7.
ROBERTUS *Alingtonus*, Anglus, Theol. Philoſophus, vix. an. 1400.
ROBERTI *Anglici* Quadrans, *in Bibl. Sangerm. Cod. 615.*
ROBERTUS *Avesberienſis*, Anglus, Hiſtor. vix. c. an. 1340.
ROBERTUS *Baconus*, Anglus, Londin.
ROBERTUS *Balſacus*, Anglus, vix. an. 1450.
ROBERTUS *de Bardis*, Cancellarius Pariſ. *in Cod. Reg.* 182.
ROBERTUS *Baſtonius*, Anglus, Carmelita, ob. c. an. 1310.
ROBERTUS *de Bertiis*, de Sacramentis, in libr. Sentent. de formula conſcribendarum Epiſtolarum, &c. *in Bibl. Sangerm. Cod.* 334. 661.
ROBERTUS *de Bellofoco*, Sarisber. Canon. vixit an. 1190. *Pitſ.*
ROBERTUS *Blondelli*, vixit ſub Joanne Rege Franc. *in Cod. Reg.* 935.
ROBERTUS *Bridlingtonus*, Anglus, Ord. Ciſterc Theol.
ROBERTUS *de Brugis*, primus Abbas Dunenſis, an. 1238. *Sander. p. 182.*
ROBERTUS, Cantuar. Arichiep. an. 1300. *to. 11. Conc. p.* 1402. 1439.
ROBERTUS *Cannutus*, Anglus, Canonicus Regularis, vix. an. 1170.
ROBERTUS, Gallus, Carmel. vix. c. an. 1350.
ROBETUS, Caſin. Abbas, vix an. 1045.
ROBERTUS, Mon Celeſtinus, S. Petri Celeſtini diſcipulus, cujus Vitam ſcripſit, MS.
ROBERTUS, *Cervinus*, al. *Carevvalli*, Angl. Theol. & Philoſoph. vix. an. 1326.
ROBERTUS *Ceſtrenſis*, Anglus, Hiſtor.
ROBERTUS *Cibollius*, Pariſ. Theol. obiit an. 1459. *Vid. Hiſt. Collegii Navarrei.*
ROBERTUS *Chorcon*, Card. *Vide Jac. Petitum in Pœnit. Theod. p. 367.*
ROBERTUS *Colmannus*, Anglus, Ord. Min, vix. an. 1428.
ROBERTUS *Colman*, Anglus, Ord. Min. Theol vix. an. 1428.
ROBERTUS *Contonus*, alias *Cothon*, Anglus, Ord. Min. Theol. vixit an. 1340.
ROBERTUS *Crucius*, Anglus, Ord. Min. Theol. & Philoſohp. vix. an. 1300.
ROBERTUS *Curſonus*, vel *Curtonus*, Mon. Weſtmon. vix. an. 1218.
ROBERTUS *Dodefordus*, Anglus, Rameſ. Mon. vix. an.
ROBERTUS *Dominicanus*, i. Ord. Præd. Angl. Theol.
ROBERTUS *Eliphatus*, Angl. Ord. Min. Theol. vix. an. 1340.
ROBERTUS *Ferſbrigus*. Angl. Philoſoph. vix. an. 1350.
ROBERTUS *Finincbamus*, Angl. Ord. Min. vix. c. an. 1460.
ROBERTUS *de Flamesbore*, Canonicus S. Victoris, auctor Pœnitentialis, *in Bibl. Sangerm. cod.* 312.
ROBERTUS *Foliothus*, Anglus, Herefordienſis, Epiſc. vixit an. 1170.
ROBERTUS *de Clauceſtria*, Anglus, Hiſtor.
ROBERTUS *Grimmus*, Anglus, Bene dict. vixit an. 1320.
ROBERTUS *Groſſeteſte*, Anglus, *Greathead*, Lincolnienſis Epiſc ob. 7. Id. Octob. an. 1153. *Multa ſcripſit, è quibus quadam edita. Vide Pitſ. Prynneum to. 3. Libert. Angl. p.* 1134. 1155. *& ejuſdem Roberti librum de Ceſſatione Legalium, edit. Londini an.* 1658.
ROBERTUS *Gentilis*, Angl. Benedictinus, Theologus
ROBERTUS, Gloceſtrenſis Dux, vixit an. 1140.
ROBERTUS *Hardebius*, Anglus, Carmelita, vixit an. 1450.
ROBERTUS *Herefordenſis*, Anglus, Hiſtor.
ROBERTUS *Holkot*, Anglus, Ordinis Prædicatorum, vix. an. 1349. *Multa ſcripſit, ex quibus quadam edita.*
ROBERTUS *Humbletonus*, Anglus, Ord. Præd. Theol. vixit an. 1390.
ROBERTUS *Hundeslavus*, Anglus, Ord. Sanctiſſimæ Trinitatis, Theologus, vixit an. 1430.
ROBERTUS *Ivorius* Anglus, Carmelita, Theol. an 1392.
ROBERTUS, Ketenſis, Anglus, Pampilonenſis Archiep ob. an. 1143.
ROBERTUS *Kilvvarbius*, Angl. Ord. Præd. Card. & Epiſc. Port. multa ſcripſit, ob. an. 1280.
ROBERTUS *de Leiceſtria*, Angl. Ord. Min. Theolog. ob. an. 1348.
ROBERTUS, Lingonenſis Epiſcopus, *in Cod. Reg.* 153. 862.
ROBERTUS *de Licio*, de Paſſione Domini. *vide Sander part. 2. p.* 137.
ROBERTUS, Lirenſis, Mon. in Eng. S. Joannis, *in Cod. Reg.* 2201.
ROBERTUS *Magiſter*, de Divinis Officiis. *Vide Sander. p.* 137.
ROBERTUS *Malchotius*, de Hæreſibus. *Vide Sander. p.* 173.
ROBERTUS, S. Mariani Altiſiodorenſis Mon. cujus Chron. *editum à Camuſato*, ob. an. 1212.
ROBERTUS *Maſcallus*, Angl. Carmelita, Hereford. Epiſc. obiit 21. Decemb. an. 1417.
ROBERTUS *de Meleduno*, Epiſc. Hereford. ob. an. 1153. *vide Sander. p. 169. Hiſt. Acad. Pariſ. to 2. p. 585. & alibi.*
ROBERTUS, Abbas de Monte, ſeu S. Michaëlis de periculo maris, Chron. Sigiberti perduxit ad an. 1148. *Edit.* à *Miræo, Acherio poſt Guibertum, & al.*
ROBERTUS, *Omeskircus*, Angl. Carmel. Theologus, obiit an. 1382.
ROBERTUS, Archidiac. Oſtrevand. de Vita S. Ayberti Presb. vixit an. 1150 *to. 9. Bol. p* 673.
ROBERTUS *Oxfordius*, Angl. Ord. Præd. vix. an. 1270.
ROBERTI *Paululi*, Ambianenſis, libri 3. de Divinis Officiis, *editi apud* Hugonem *à ſancto Victore ſub titulo Eruditionis Theologica, in Bibl.* Sangerm. Cod. 658.
ROBERTUS *Plimtonus*, Angl. Canonic. Regul. vix. an. 1320.
ROBERTUS *Perſcrutator*, Angl. Ord. Min. Mathematicus, vix. an. 1326.
ROBERTUS *Pullus*, aliis *Pulleinius*, Angl. S. R. E. Card ob. an. 1146. *Ejus Opera ſeorſim edita.*
ROBERTUS, S. Remigii Remenſis Mon. auctor Hiſt. Hieroſol. *edit. in Geſtis Dei, & al.* vix an. 1100.
ROBERTUS *Ribuerbius*, Angl. Theol. vix. an. 1250.
ROBERTUS *Richius*, Angl. S. Edmundi Archiep. Cantuar. frater, vix. an. 1248.
ROBERTUS *Ringſtedus*, Angl. Theol.
ROBERTUS *de Romana*, Diac. Saponariæ. *Vghell. to. 7. p.* 651.
ROBERTUS *Roſus*, Anglus, Carmel. Theol. ob. 16. Decemb. an. 1420.
ROBERTUS *de Ruſſia*, Ord. Min. Theologus, ob. an. 1280.
ROBERTUS, S. Remigii Rem. Mon. vix. c. an. 1120.
ROBERTUS, S. Vigoris in Neuſtria Abbas, vix. an. 1087. *to. 1. Analect. Mabillonii p.* 125.
ROBERTUS *Salopienſis*, vulgò *de Schrosbery*, Salopienſis Abbas, vix. an. 1140.
ROBERTUS, Sarisberienſis Epiſcop. vix. an. 1410.
ROBERTI I. Regis Scotiæ Statuta, *edita à Skenao in Legib. Scoticis an.* 1609.
ROBERTI III. Regis Scotiæ Statuta, *ibid.* ob. an. 1406.

ROBERTUS

ROBERTUS, cogn. *Scriba*, Angl. Canonicus Regul. vix. an. 1150.
ROBERTUS *de Sorbona*, fundator Collegii sui nominis Parisiis, vix. an. 1251. *in Bibl. Patr. to. 8. Spicil. p. 247.*
ROBERTUS *de Sothindena*, Regi Anglor. Heur. III. ab Epistolis, vix. an. 1250.
ROBERTUS *de Swapham*, Angl. auctor Chron. Monast. Petroburg. vix. sub Henrico III.
ROBERTUS *Tavernerus*, Anglus.
ROBERTUS *Tumbleius*, Angl. Croyland. Mon. Philosoph.
ROBERTUS, Walciodorensis Monachus, de Vita sancti Forannani, *edita tom. 11. Boland. p. 808.* vixit c. an. 1158.
ROBERTUS *Waldebius*, seu *de Walbi*, August. Eborac. Archiep. Theol. ob. an. 1399.
ROBERTUS *Walsinghamus*, Angl. Carmel. Theol. ob. an. 1310.
ROBERTUS *Wanthamus*, Angl. Grammat.
ROBERTUS *Vesfus*, Angl. Bened. Grammat. auctor Catholici Parvi.
ROBERTUS *Winchelseius*, Anglus, Theologus ob. an. 1313.
ROBERTUS *Worsopus*, Angl. August. Theol. ob. an. 1350.
ROBOAS, Diac. & Mon. Casin. scripsit Vitam S. Leonardi, vix. an. 1120.
RODERICUS *Ximenes*, Tolet. Archiep. *cujus extant Historia, Hispanica, & Arabum*, ob. an. 1245.
RODOLPHUS *Trotarius*, Floriac. Mon. *in Bibl. Floriac. to. 8. Bol. p. 336.*
RODULPHUS *à Bussella*, Suevus, Theologus, vix. an. 1430.
RODULPHUS *Orphodius*, Ord. Præd. Theol. vix. an. 1242.
ROFREDUS, Beneventanus, Jurisconsultus, vix. c. an. 1215.
ROGERIUS, Abellinensis Episc. *to. 4. Bol. p. 764.*
ROGERIUS *Calcagninus*, Florent. Ord. Præd. ob. an. 1290.
ROGERIUS, Casæ novæ Mon. scriptor Vitæ B. Placidi Rhodiensis, qui ob. an. 1248. *to. 6. Vghell. p. 598.*
ROGERIUS *Hovedenus*, Historiam perduxit usque ad an. 1199. *Edit. inter Hist. Anglic. Vide Pits.*
ROGERIUS *Ivonius*, vel *Jongus*, Anglus, de Computo.
ROGERIUS *Magister*, seu *Magister Rogerius*, de Destructione Hungariæ, per Tartaros an. 1252. *Edit. post Thuvroczium.*
ROGERIUS, Mon. Ord. S. Bened. scriptor Vitæ S. Brunonis Cartus. vix. c. an. 1040.
ROGERIUS, Trevirens. Archiep. vix. an. 914.
ROGERIUS *Vacarius*, Longobardus, Abbas Beccensis, Jurisconsultus, an. 1149. *Vide Seldenum ad Fletam p. 509.*
ROGERUS *Baconus*, Anglus, Ord. Min. Philosophus, multa scripsit, *ex quibus quædam edita*, ob. an. 1284.
ROGERUS *Albanus*, Anglus, Carmelita, Hist. ob. an. 1450.
ROGERUS, Cisterciensis Ord. Monach. Angl. vix. an. 1181.
ROGERUS *Cestrensis*, Mon. Anglus, Hist. Angl. scripsit, usque ad an. 1339. quo vixit.
ROGERUS *Computista*, Barrensis in Anglia Mon. vix. an. 1360.
ROGERUS *Convæus*, Anglus, Ord. Min. ob. an. 1360.
ROGERUS, Croyland. Mon. scriptor Vitæ S. Thomæ Cantuar. vix. an. 1214.
ROGERUS *Dimoccus*, Anglus, Ord. Præd. Theologus.
ROGERUS, Fuldensis, Mon. Vitas aliquot Sanctorum scripsit c. an. 1156.
ROGERUS *Glactonus*, vel *Glastonus*, Anglus, August. Theol. ob. an. 1340.
ROGERUS, Hereford. vix. an. 1170. *Vide Pits.*
ROGERUS *Ivonius* vel *de S. Ivone*, Angl. Mon. Theol. vix. an. 1420.
ROGERUS *Marshallus*, Anglus, Mathemat.
ROGERUS *Nigellus*, Angl. *Black*, Westmonast. Mon. ob. an. 1241.
ROGERUS *Rugosus*, Angl. Ord. Bened. Theol.
ROGERUS, Salisberiensis, vix an. 1160.
ROGERUS *Suisetus*, vel *Suinshedus*, cogn. *Calculator*, Angl. Ord. Cisterc. Mathemat. vix. an. 1350.
ROGERUS *Tusfordus*, Angl. August. Theol. vix. an. 1390.
ROGERUS *Walthan*, Anglus, vix. an. 1250.
ROGERUS *Welpedalus*, Angl. Mathemat. vix c. an. 1368.
ROGERUS *de Winzejera*, Angl. Mon. in Cœnobio S. Albani, vix. an. 1255.
ROGERUS *Windoverus*, Angl. Hist. vix. an. 1217.
ROGO *Fretellus*, Antioch. Archidiac. de Locis Patriarchii Hierosolym. usque ad Arnulphum, III. MS.
ROLANDINUS *Patavinus*, cogn. *Grammaticus*, cujus extant *Chron. lib. 12. edit. cum Albertino Mussato, & Ars notaria edita Taurini an. 1479. deinde cum Glossis Lugduni*, vix. an. 1263. *V. Trith. & Voss.*
ROMERIUS, Regnonis Chron. ab. an. 907. ad an. 977. al. 1467. perduxit. *V. Simler & Possevin.*
S. ROMUALDUS, Camaldul. Abbas, ob. an. 1023.
ROMUALDUS, Salernit. Archiep. Chron. perduxit. ad an. 1177. *Extat MS. in Bibl. Reg.*
RORICI, Mon. Gesta. Francor. a gentis origine ad Chlodovei I. obitum, *edit. to. 1. Hist. Fr.*
RORICUS *Wittonus*, Angl. Ord. Min. Theol.

ROSETUS, scripsit in Sententias. *V. Sander. p. 169.*
ROSTANGNUS, Cluniac. Mon. vix. an. 1206. *In Bibl. Clun. p. 1452.*
ROSWITA, Sanctimonialis in Saxonia, vix. c. an. 1120 *Ejus Opera seorsim edita.*
RUDOLPHUS *de Frameinsberg*, Bavarus, cujus Itiner. T. S. *extat to. 6. Canisii*, vix sub Carolo IV. Imp.
RUDOLPHUS, Fuld. Mon. c. an. 850. *to. 3. Bol. p. 512. to. 4. SS. Ord. Bened. p. 245.*
RUDOLPHUS, S. Trudonis Abbas, vix. an. 1169.
RUFFINUS, Aquileiensis Presbyter, ob. c. an. 418. *V. Gennad. &c.*
RUFFINUS, V. D. Grammat. Antiochensis, *edit. inter Grammat. Putschii.*
RUFFINUS, Palæstinæ provinciæ Presbyter, cujus nomine *edit. à Sirmondo Liber precum, &c. & to. 27. Bibl. Patr.*
RUFFINUS *Sciffius*, Assisias, consanguineus S. Claræ, vix. an. 1245.
RUFINUS, Abbas, de Vita S. Martini, carmine MS. *in Bibl. S. Martini in Tornac.*
RUFUS *Festus Avienus*, cujus habentur Poëmata, vixit sub Theodosio M. Imp.
RUODEPERTUS, Magister & Monachus S. Galli. *Vide Alamannica Goldasti, tom. 2. p. 13. 87. Extat Ruodberti Vita S. Theodori Episc. Sedunensis in Cod. Thuano 275.*
RUPERTUS, Lympurgensis in diœcesi Spirensi Abbas, vix. an. 1124.
RUPERTUS, Ord. Præd. vix. an. 1320.
RUPERTUS, Tuitiensis Abbas, ob. 4. Mart. an. 1135. *Opera ejus varie edita. Vide Bol. to. 7. p. 475.*
RURICIUS, Lemovicensis Episc. vix. an. 506. *Ejus Epistolas edidit Canisius, to. 8. Bibl. Patr.*
RUSTICUS, S. R. E. Diac. vix. an. 550. *In Bibl. Patr. to. 10.*
RUSTICUS *Elpidius*, T. C. Exquæstor, scripsit picturas veteris ac novi Testamenti, carmine, *edit. à I. Fabricio, & tom. 9. Bibl. Patr. p. 462. Vide Bibl. MSS. Labbei p. 64.*
RUTHARDUS, Hirsaug. Mon. scriptor Vitæ S. Bonifacii, ob. an. 565.
RUTILIUS *Lupus, edit. inter Rhetores Pithœi.*
RUTILIUS *Claudius Numatianus*, vir Consularis, cujus extat Itinerarium carmine scriptum, vix. sub Theodosio & Honorio.

S.

SABBATIUS, Episc. provinciæ Gallicanæ, vix. an. 440. *Gennad.*
SALIMBENUS *de Salimbenis*, Ord. Min. Hist. vix. an. 1257.
SALIPHILAX, Britannus, de Genealogia Regum Britannor. *Vide Pits. p. 175.*
SALOMON, Constantiensis Episc. carmina scripsit, *edit. à Canisio to. 5. & to. 16. Bibl. Patr.* vix. an. 895.
SALONIUS, S. Eucherii filius, Episc. *to. 8. Bibl. Patr. p. 401.*
SALVATUS, Scriptor Vitæ S. Martini Presb. in Lusitania, cujus fuit discipulus, vix. an. 1160. *Bol. p. 1131.*
SALVIANUS, Massiliensis Presbyter vix. an. 440.
SALVIDIENUS, Scriptor Vitæ Saturn. Tyr. *apud Vopisc.*
SALVUS, Alveldensis Abbas ob. an. 962. *V. Miræum de Script. Eccles. p. 102.*
SAMUEL *Benlanius*, Britannus, vix. an. 650.
SANCTES *de Arduinis* Pisaur. Med. vix an. 1430.
SAMSON *Corduben.*, Hisp. Abbas S. Zoili, ob. 21. Aug. an. 890.
SAMSON *Demeta*, Britannus, Archiep. vix. an. 567.
SAMSON, Dorovernensis, Cantuar. Monach. vix. an. 1170.
SAXO, Grammat. scriptor Hist. Danicæ, *quam illustravit Stephanus Stephanius*, vix. c. an. 1200.
SEBASTIANUS, B. Benedicti Monach. scripsit Vitam S. Hieronymi, ut auctor est Petrus Diac. vix. an. 560. *V. Possevinum.*
SEBASTIANUS, Salmanticensis Episcop. vix. an. 870. *Ejus Hist. edita à Sandovallio. an. 1615.*
SECUNDINUS, Episc. S. Patricii, ex sorore Daverca nepos. *V. Waræum in Opusc. S. Patricii p. 146.*
SECUNDUS, Historiæ Longobard. scriptor vix. sub Heraclio. *Warnefrid. l. 3. c. 29.*
SEDATUS, Episc. Biterrensis, ut quidam volunt. *to. 11. Bibl. Patr. p. 1093.*
SEDULIUS *Scotus*, Sacræ Scripturæ Interpres, floruisse dicitur an. 818. *V. Bellarm.*
SEDULIUS, Presbyter, Poeta, vix. c. an. 430. aut 440. scripsit Opus Paschale, *edit. seorsim, & tom 4. Bibl. Patr. p. 458 &c.*
SENATUS *Bravonius*, Wigorn. Abbas, ob. an. 1170.
SEPTIMIUS, Scriptor Vitæ Alexandri Severi, *laudatur à Lampridio.*
SERENUS *Sammonicus*, ab Antonino Caracallo occisus, multa scripsit. *de quibus Vossius, & Humelbergius ad lib. de Medicina, edit. non semel.*
S. SERGIUS I. PP. ob. 9. Sept. 701. *Vide Concil.*
SERGIUS II. PP. ob. 12. April. an. 847. *V. Lud. Iacob.*

SERGIUS III. PP. ob. an. 910. *Vide Lud. Iacob.*
SERGIUS IV. PP. ob. 13. Mart. an. 1012. *Vide Possev. & al.*
SERLO, Abbas de Eleemosyna in Brabantia, in Orationem Dominicam. *In Bibl. Sangerm. cod. 563. Vide Opera Philipp. ejusdem loci Abbat.*
SERLO, Fontanensis in Anglia Mon. vix. c. an. 1160. *Vide Hist. Angl. edit. an. 1652. p. 331.*
SERTORIUS *Gualensis*, Angl. Ord. Min. Magister Gen. an. 1362. *Pits. Trith. Possev.*
SERVATIUS *Edicellus*, Aggripinas, Vitam S. Willebrordi metro scripsit.
SERVUS-DEI, Episc. vix. an. 480. *Gennad.*
SEVALUS, Eborac. Archiep. ob. an. 1255.
SEVERIANUS, Gabal. Episc. ob. sub. Theod. jun. *Gennad.*
SEVERINI, Abbatis Sermones in Natali SS. Innocent. *in Bibl. Sangerm. codd. 464. 491. 495. 496. 500.*
SEVERINUS, Episc. *to. 27. Bibl. Patr. p. 478.*
SEVERI Imp. Historia Vitæ suæ, *laudatur à Capitolino, in Clodio Albino.*
SEVERUS, Malacitanæ Sedis Episc. vixit sub Mauricio Aug. *Isid.*
SEVERUS, Minoricens. Episc. *V. Bar. an. 418. n. 60.*
SEVERUS *Sanctus*, id est *Endelechius*, Rhetor, *inter Poëtas Pithœanos. p. 449.*
SEVERUS *Sulpitius*, vix. c. an. 400. *Ejus extant Historia Eccles. & Vita S. Martini, præterea Epist. to. 5. Spicil. p. 532. V. Gennad. &c.*
SEXTUS, de Resurrectione, vix. sub. Severo Imp.
SEXTUS *Aurelius Victor*, alius à Victore, quem *Schotti* vocant, vix. sub Theodosio.
SEXTUS *Rufus*, vir Consularis, qui Historiæ Romanæ Epitomen scripsit, vix. sub Valentiniano Imp.
SIAGRIUS, de Fide adversus hæreticos scripsit *Gennad.*
SIBERTUS *de Beka*, Geldrensis, Carmelita, vix. an. 1320.
SIBERTUS, S. Pantaleonis Colon. Prior, vix. an. 1136. *to. 2. Analect. Mabillonii p. 495.*
SIBRANDUS, Frisius, Horti Mariæ Abbas, scriptor Vitæ S. Siardi ejusdem loci Abbatis, ob. an. 1238.
SICARDUS, Cremonensis Episc. Histor. vix. an. 1160.
SIDONIUS *Apolinarius*, Arvernorum Episcop. obiit 23. Aug. an. 482. *ejus opera illustrarunt Colvius, Savaro, Sirmondus*, &c.
SIFFRIDUS, Misnensis Presbyter, Chronicon perduxit ad an. 1307. *Edit. cum Hist. German.*
SIGEARDUS, S. Albani Monachus, *to. 5. Canisii part. 2. p. 648.*
SIGEBERTUS, Gemblacensis Monach. obiit 5. Oct. an. 1113. *Edit. seorsim. V. præterea to. 3. Bol. p. 227. Sur. 1. Feb. 23. Maii, 15. Nov. &c. Vide eundem Sigeb. c. 171.*
SIGEBERTUS, cogn. Pius, Orientalium Saxonum in Anglia Rex, obiit an. 652.
SIGIBERTUS, Corbeiensis Monach. scriptor Vitæ S. Voymonis Bremensis Archiep. vix. an. 905.
SIGOARDUS, Remensis Canonicus, sub Fulcone Archiep. *to. 1. Labbei p. 362. to. 1. Hist. Academ. Paris. p. 255.*
SIGWOLFUS, Monachus, Anglus, vix. an. 790.
SILVESTER *Giraldus*, Cambrensis, *Edit. cum Hist. Anglic.* ob. an. 1210. *De ejus scriptis multa Pitseus.*
SILVIUS *Bonus*, Britannus, vix. an. 410.
SIMEON, Dunelmensis Præcentor & Monach. *cujus habentur scripta inter Histor. Anglic.* vix. an. 1164.
SIMON, Afflighemensis Monachus, *Vide Henric. Gandav. & Trith.*
SIMON *Ailuvardus*, Angl. Poeta, *de Ludo Scacorum*, vix. an. 1456.
SIMON *Alcoccus*, Anglus, Theologus, vixit an. 1380.
SIMON *Baringuedus*, Tolosanus, Augustin. Theolog. vix. an. 1390.
SIMON *de Borsamo*, Archiepisc. Mediolan. Cardin. ob. an. 1381.
SIMON *Bredonus*, seu *Biridanus*, Anglus, Astrologus, vix. an. 1386.
SIMON *Burnestonus*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1337.
SIMON *de Cassia*, Augustinianus, vixit an. 1340.
SIMON *Corbeiensis*, al. è *Corbilo*, Gallus, Carmelita, Theolog. vixit an. 1312.
SIMON *de Covino*, an. 1349. *in Biblioth. Reg.*
SIMON *de Cremona*, Augustinianus, obiit an. 1348.
SIMON *Dominicanus*, i. Ord. Præd. Theolog.
SIMON *Fevershamensis*, Anglus, Philosophus, vixit c. an. 1370.
SIMON *Fidatus*, dictus *à Cassia* Augustinianus. ob. 2. Febr. an. 1348.
SIMON *Fraxinus*, vulgò *Ashé*, Herefordiensis Canonicus, Poëta, vix. an. 1200.
SIMON *Gandavensis*, Londiensis Theologus, Sarisburiensis Episcopus, vix. an. 1298.
SIMON, Monach. Hafflighemensis, vixit c. an. 1310. *Vide Sanderum p. 134.*
SIMON *Hentonus*, Angl. Ord. Prædic. Theol. vixit. an. 1360.
SIMON *Jacumaus*, Gyrarii Episcop. deinde Thebanus Archiepiscopus, vix. an. 1400
SIMON *de Janua*, cujus sunt notæ aliquot marginales in Alexandrum Iatrosophistam, vixit c. an. 1300. *Vide Cod. Reg. 334.*
SIMON *Islepus*, Cantuariensis Archiep. ob. an. 1366.
SIMON *Langhamus*, Cantuariensis Archiepiscopus, ob. an. 1376. *Vide to. 2. Concil. p. 2034. & Pits.*
SIMON *Langtonus*, Stephani Cantuar. Archiep. frater, ob. an. 1248.
SIMON *Mephamus*, Cantuar. Archiep. ob. an. 1333.
SIMON *Southraius*, Angl. ad S. Albanum Monach. Theolog. vixit an. 1382.
SIMON *de Spira*, German. Carmelita, vixit c. an. 1340.
SIMON *Stochius*, Angl. Ord. Carmelitarum Magister, obiit 16. Maii, an. 1265.
SIMON *Sudberius*, Cantuar. Archiep. ob. an. 1381.
SIMON *de Tornaco*, Theologiæ Professor, vix. an. 1216. al. 1284. *Vide Sander. p. 169. Henric. Gandav. Trithem*, &c.
SIMON *Tornaquitius*, Florentinus, Monach. Bened.
SIMON *Tunstedus*, Anglus, Ord. Min. Philosophus, ob. an. 1369.
SIMON *Wichinghamus*, Angl. Carmelita, Theolog. vix. an. 1360.
SIMPLICIANUS, Episcopus, S. Augustini familiaris, *Gennad.*
S. SIMPLICIUS PP. obiit 2. Mart. an. 483. *Vide Concil.*
SIMPLICIUS, S. Benedicti discipulus, obiit an. 576. *Vide Petr. Diacon. & I. B. Marum.*
S. SIRICIUS PP. ob. 22. Febr. an. 398. *Vide Concil.*
SIVIARDUS, Anisolensis Abbas, vix. ineunte sæculo 8. *to. 1. SS. Ord. Bened. p. 642.*
S. SIXTUS I PP. ob. 6. April. an. 142. *Vide Concil.*
S. SIXTUS II. PP. ob. 6. Aug. an. 261. *Vide Concil.*
S. SIXTUS III. PP. ob. 28. Mart. an. 448. *Vide Concil. & to. 7. Biblioth. Patr. p. 804.*
SMARAGDUS, aliàs *Ardo*, dictus, Anianensis Monach. obiit 7. Mart. 843. *multa scripsit. Vide Codd. 171. 269. 358. 370. 371. 412. 413. 493. 525. Bibl. Sangerman.*
SMARAGDUS, S. Michaelis ad Mosam Abbas, floruit an. 820. *to. 5. Spicileg. p. 1. V. Honor. Augustod. p. 6.*
SOMNIATORIS Monachi Postillæ in Evangelia, *in Bibl. Sangerman. Cod. 709.*
S. SOTER. PP. ob. 22. April. an. 179. *Vide Concil.*
SOZOMENUS, Pistoriensis, scriptor Historiæ universalis vix. sæc. 14. *Volaterr.*
STANTONUS, Anglus Mathematicus.
STEPHANARDUS *Flamma*, Historiam carmine confecit, ut observat Jovius in Vicecomit. Mediolan. vix. an. 1290. Vide *Galvaneus supra, & Possevin.*
S. STEPHANUS I. PP. ob. 2. Aug. an. 260. *V. Concil.*
STEPHANUS III. PP. ob. 26. April. an. 757. *In Concil. & in Cod. Carolino.*
STEPHANUS IV. PP. ob. 1. Febr. an. 772. *V. Concil.*
STEPHANUS V. PP. ob. 25. Jan. an. 817. *V. Lud. Iacob.*
STEPHANUS VI. PP. ob. an. 891. *Vide Concil.*
STEPHANUS VII. PP. ob. an. 909. *Vide Concil.*
STEPHANUS IX. PP. ob. an. 943. *Vide Lud. Iacob.*
STEPHANUS X. PP. ob. 28. April. an. 1028. *In. Concil. & Bibl. Patr.*
STEPHANUS Anglicus, Carmelita, Theolog. vix. an. 1417.
STEPHANUS, Anglus, Jurisperitus.
STEPHANUS, Augustodunensis Episcop. vix. an. 950. *Edit in. Bibl. Patr.*
STEPHANUS *Bisuntinus*, Ord. Prædic. Magister Generalis, ob. an. 1294.
STEPHANUS *Brickingtonus*, Angl. Cantuariensis Mon. Hist. vix. an. 1380.
STEPHANUS *Brounus*, Angl. Monach. Theol. vix. an. 1340.
STEPHANUS, Cantuariens. Archiep. an 1205. *to. 8. Spicil. p. 55. 137. 179.*
STEPHANUS, Cellæ novæ in Hispania Mon. de Vita S. Rudesindi Dumiensis Episcopi, vix. c. an. 1200. *to. 6. Bol. p. 107.*
STEPHANUS III. Cisterciensis Abbas, autor *Charta caritatis*, edit. *in Nomastico Cisterc.*
STEPHANUS *de Chalmeto*, Cartusiæ Portarum Monach. *to. 2. Bibl. Patr.*
STEPHANUS *de Conty*, natus de Ambianis, Monach. ac Officialis Corbeiensis, cujus extat Historia sui temporis, *in Cod. 520. Bibl. Sangerman.* vix. sub Carolo VI.
STEPHANUS *Ettonus*, vel *Edonus*, Angl. Canon. Regularis, Historicus, vixit an. 1320.
STEPHANUS *Gilletus*, Burgundus, Carmelita, vix. an. 1320.
STEPHANUS, Halberstadensis Episc. vix. an. 1107.
STEPHANUS, Grandimontensis Ordinis Fundator, cujus Regula edita Divione an. 1645. obiit an. 1124.

STEPHA-

THIE-

THILMANNUS *de Hachenberg*, Germanus, Ord. *Min.* vixit c. an. 1412.
THIMO, S. Michaëlis Bambergensis *Monach.* vix. an. 1146.
THIOTRIDUS, Epternacensis Abbas, vix. an 1110. *edit. an.* 1619. *& tom.* 12. *Bibl. Patr.*
THIUREDUS *Doverensis* Monach. Anglus, Musicus, obiit an. 1371.
THOMÆ Chronicon ab Augusto ad Rudolfum Imp. *in Cod. Reg.* 227. *post Martini Poloni Chron.*
THOMAS, autor libri Ænigmatum. *Vide Sigebert. c.* 133.
THOMAS *Alsbeius*, Angl. Theologus.
THOMAS *Antonii*, Senensis, Ord. Præd. script. vitæ S. Catharinæ de Senis, vixit an. 1430.
S. THOMAS *de Aquino*, Doctor Angelicus, Ord. Præd. ob. 7. Mart. an. 1274.
THOMAS *de Argentina*, Ord. S. Augustini Generalis Magister, obiit an. 1357. *edit.*
THOMAS *Arundelius*, Cantuar. Archiepisc. ob. an. 1415.
THOMAS *Asheburnus*, Angl. Augustin. Theologus, vix. an. 1352.
THOMAS Bajocensis, junior, scriptor Officiarii Eboracensis Ecclesiæ, vix. an. 1169.
THOMAS *de Bellaico*, Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis, Theolog. ob. an. 1328. *Hemeraus de Academ. Paris.*
THOMAS *Becchinghtonus*, Angl. Theologus, vixit an. 1350.
THOMAS *Brostallus*, Anglus, Augustin. Theolog. vix. an. 1290.
THOMAS *Bradvvardinus*, Angl. Mathemat. multa scripsit, ex quibus quædam edita, ob. c. an. 1350.
THOMAS *Brintonus*, vel *Brampton*, Angl. Norwicensis Monach. vixit an. 1380.
THOMAS *Bromius*, Anglus, Carmelita, Theologus, ob. an. 1350.
THOMAS *Bucchinghamus*, Exoniensis Theolog.
THOMAS *Bungeius*, Anglus, Ord. Min. Theologus, vix. an. 1290.
THOMAS *Cabhamus*, Wigorniensis Episcopus, Theolog. vix. an. 1316.
THOMAS Cantipratanus, Canonicus Regul. vix. an. 1280. *edit. à Colvenerio.*
S. THOMAS, Cantuariensis Archiep. ob. 4. Kal. Jan. an. 1171. *Ejus Epistolas aliquot edidit Stapletonus. V. Pitseum.*
THOMAS *de Capua*, Cardinalis, obiit an. 1243. *In Cod. Reg.* 278. *& in Sangerman.* 798.
THOMAS Angl. Ord. Prædic. S. R. E. Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, vix. an. 1350.
THOMAS *Castelfordus*, Angl. Benedictinus, Historicus, vixit an. 1320.
THOMAS *de Cellano*, Ord. Minor. scriptor libelli de Vita S. Francisci, vixit c. an. 1230.
THOMAS *de Ceperano*, Ord. Min. vix. an. 1250.
THOMAS *Chilledenus*, Anglus, JC.
THOMAS *Clantonus*, Angl. Ord. Præd. Theolog.
THOMAS *Colbius*, Anglus, Carmelita, Theol. ob. an. 1406.
THOMÆ Cracoviensis Dialogus de Ratione sumendi Corpus Domini, *in Cod. Thuano* 773.
THOMAS *Cranleius*, Dublinensis Archiepisc. ob. an. 1417.
THOMAS *Daudo*, Anglus, Carm. Histor. ob. an. 1436.
THOMAS *Diaconus*, Flander, Histor. an. 1333.
THOMAS *Dockingus*, Angl. Theol. vixit an. 1270.
THOMAS *Donatus*, Venetus, Ord. Præd. Venetiar. Patriarcha, an. 1492.
THOMAS, Abbas Dumdramensis Scotus, vix. an. 1439.
THOMAS, Eboracensis, Anglus, Ord. Min. an. 1260.
THOMAS *Eclestonus*, Anglus, Ord. Min. vix. an. 1340.
THOMAS *Edvvarstonus*, Angl. Augustin. Theolog. obiit an. 1396.
THOMAS, Eliensis Monach. *to.* 2. *SS. Ord. Bened. p.* 378.
THOMAS *Elmhamus*, Anglus, Historicus, vixit sub Henrico V.
THOMAS *de Garbo*, Florentinus, Medicus, vix. an. 1340.
THOMAS *Gratus*, scriptor libri inscripti: *Scala mundi. Vide Voss.*
THOMAS *Halensis*, seu *de Hales*, Angl. Ord. Min. Theolog. vix. an. 1340.
THOMAS *de Hanneia*, Angl. Grammat. vix. an. 1360.
THOMAS *Haselbachius*, Germanus, Theologus, vix. sub an. 1410. *edit.*
THOMAS *Hasilvvodus*, Anglus, Canonicus Regular. Historic. vix. an. 1321.
THOMAS, Hibernicus. *Vide Sander p.* 174.
THOMAS *Hilleiensis*, aliis *de Illeia*, Angl. Carmelita, Theolog. vix. an. 1290.
THOMAS, Ismaelita, Angl. Ord. S. Brigittæ Monachus, vix. an. 1430.
THOMAS *Iorsius*, seu *Ioyce*, Anglus, Ord. Præd. Theologus, obiit an. 1311.
THOMAS *à Kempis*, Canonicus Regularis Montis S. Agnetis, ob. an. 1471.
THOMAS *Langfordus*, Angl. Ord. Præd. Theolog. & Histor, vix. an. 1320.
THOMAS *Langletus*, Hulmensis in Anglia Monachus. Poëta, vix. an. 1430.
THOMAS *Lavinghamus*, Anglus, Philosophus.
THOMAS *de Lentino*, Ord. Præd. Patriarcha Hierosolymitanus, vix. an. 1260. *Sur.* 29. *April. to.* 2. *Bol. p.* 686.
THOMAS *Lilus*, Anglus, Ord. Prædic. Theol. ob. an. 1360.
THOMAS, Lincolniensis Archidiacon. Theol. vix. an. 1253.
THOMAS *Lirer*, Rankweilensis, vix. an. 1200. *Vide Alamannica Goldasti to.* 2. *p.* 199.
THOMAS *Lombardus*, Ord. Prædic. Cardinalis sub Clemente VII. Antipapa.
THOMAS *Lumbaus*, Angl. Carmelita, Theologus, obiit an. 1390.
THOMAS *Maldonus*, Angl. Carmelita, Theologus, obiit an. 1404.
THOMAS, Monemuthensis Monachus, vixit an. 1160.
THOMAS *de la Moore*, Angl. Miles, cujus Historia edita cum Hist. Anglic. vixit an. 1326.
THOMAS Netterus, vulgò *Waldensis*, à patria sic dictus, Anglus, Carmelita, obiit Rotomagi 3. Nov. an. 1430.
THOMAS *Norvvodus*, Anglus, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1320.
THOMAS *de Novomercato*, Angl. Philosophus, Carleolensis Episcopus, vixit an. 1410.
THOMAS *Ocleffus*, Anglus, vixit an. 1410.
THOMAS *Otterbornus*, Anglus, Ord. Min. Historic. vixit an. 1411.
THOMAS *Palmerus*, Angl. Ord. Præd. Theologus, vixit an. 1410.
THOMAS *Peverellus*, Anglus, Carmelita, Theolog. obiit an. 1418.
THOMAS *Pontius*, seu *Pontinus*, Cantuariensis Monachus, Theolog. vixit an. 1332.
THOMAS *Radburnus*, Menevensis in Anglia Episcopus, Historicus, vixit an. 1418.
THOMAS *Radcliffus*, Lincolniensis Episcop. vix. an. 13[illegible]
THOMAS *Ringstedus*, Banchorensis, Episcop. obiit an. 1370.
THOMAS *Ringstedus* junior, Anglus vixit an. 1440.
THOMAS *à S. Victore*, Canonicus Regularis, Abb. S. Andreæ Vercellensis, Theologus, obiit an. 1260.
THOMAS *Sarisburiensis*, Theologus, Anglus, *de Arte prædicandi.*
THOMAS *Spermannus*, Angl. Ord. Præd. Theologus, vix. an. 1300.
THOMAS Spalatensis Archidiaconus, scripsit Hist. Episc. Salonitanorum & Spalatensium usque ad an. 1266. *edit. à Jo. Lucio in Hist. Dalmatica.*
THOMAS *Sportius*, Anglus, Benedict. Historicus, vixit an. 1274.
THOMAS *Stevius*, Angl. Mathematicus, vixit an. 1440.
THOMAS *Stravesha[illegible]us*, Angl. Ord. Præd. Theol. obiit an. 1346.
THOMAS *Stubs*, Angl. Ord. Prædic. cujus extat liber de Eboracensibus Archiepisc. inter Histor. Angl. vixit an. 1360. *Vide Pitseum & Seldenum.*
THOMAS *Sturetensis*, Anglus, Augustin. Theolog. vixit an. 1370.
THOMAS *Suttonus*, Angl. Ord. Præd. Philosoph. & Theologus, vixit an. 1290.
THOMAS *Varoye*, Scotus, Poëta, an. 1390.
THOMAS Viconiensis, Ord. Præmonstrat. Canon. Theologus, vixit an. 1323.
THOMAS *Valleis*, seu *Guallensis*, Ord. Præd. multa scripsit, de quibus Antonius Senensis, Pitseus & alii, vix. an. 1333.
THOMAS *Virleius*, Anglus, Theologus.
THOMAS Walsinghamus, ad S. Albanum in Anglia Monach. cujus Hist. edita a Camdeno, vixit an. 1440.
THOMAS *Wiccius*, Anglus, Canonicus Regularis, Historicus, vixit an. 1290.
THOMAS *Wichingamus*, Angl. Carmelita, vixit an. 1372.
THOMAS *Wicket*, Anglus, Histor.
THOMAS *Winchecumbus*, Angl. Eveshamensis Monachus, Historicus.
THOMAS *Wintertonus*, Anglus, Augustinian. Theol. vix. an. 1382.
THOMAS *Wodbrigius*, Anglus, Historicus.
THOMASINUS Ferrariensis, Ord. Præd. vixit c. an. 1410.
THOMELLUS Flander, scripsit de Laudibus Balduini Insulani Comitis Flandriæ &c. vix. an. 1070.
THURIBIUS, Asloricensis Episcopus. *Apud Ambrosium Moralem lib.* 11. *c.* 26.
TIBERIANUS, Brixiensis, de quo S. Hieron.
TIBERIANUS, Poëta, sub Constantino M. Præfectus Prætorio Galliar. *Vide Lacarrium.*

TI E-

TIBERIUS *Claudius Donatus*, Scriptor Vitæ Virgilii Maronis.
TICHONIUS, Afer, vixit ſub Theodoſio M. *Gennad.*
TIDERICUS *Langen*, Canonicus Eimbecenſis, & Goslarienſis, vixit an. 1300. *Edit. à Meibomio an.* 1652.
TITIANUS, Rhetor, Gallus, vixit ſub Theodoſio. Hujus meminit Auſonius.
TOBIAS, Monachus, Anglus, obiit an. 722.
TOXOTIUS *Senator*, Poeta, cujus meminit Capitolinus.
TRAIMUNDUS, al. *Transmundus*, Clarevallenſis Monachus, vixit ſub Ludovico VII. Rege Fr. *Ejus Epiſtola edita tom. 4. Hiſt. Franc. p. 477. Vide Cod. 798. Bibl. Sangerman.*
TREBELLIUS *Pollio*, editus inter Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, vixit ſub Conſtantino Chloro.
TRETERII Diaconi Homiliæ, *in Cod. Thuano* 27.
TRUMHERUS, Lichefeldenſis Epiſcopus, vixit an. 700.
TRUSIANUS, Florentinus, Cartuſianus, Medicus, vixit an. 1300.
TRUSTANUS, vel *Truſtinus*, Eboracenſis Archiepiſcopus, obiit an. 1139. vel 1140.
TUNDALUS, Hibernus, Caſſellenſis, Cartuſianus, ſcripſit librum Apparitionum ſuarum, vixit an. 1148.
TURDULUS *Gallicanus*, Hiſtoric. de quo Vopiſcus in Probo.
TURGOTUS, Dunelmenſis Monachus obiit an. 1115.
TURPINUS, aliis *Tilpinus*, Remenſis Arhiepiſcopus, vixit ſub Carolo M. cujus fabuloſa hiſtoria ejuſdem Turpini nomine circumfertur, cujus autor ſat antiquus.
TURTIUS *Rufus Aſterius Quintus*, V. C. Exconſul ordinarius atque Patricius, *poſt Sedulium Aldina edit. Vide Bibl. MSS. Labbei p* 23.
TUTELO, Monachus S. Galli, *tom. 5. Caniſii part. 2. poſt. p.* 725.
VALERIANUS, Cemelenenſis Epiſcopus, vixit an. 455. *ejus Sermones editi à Sirmondo, Rainaudo, &c.*
VALERIUS, Aſturicenſis Archipresbyter, vitas Patrum Orientalium collegit. *Roſvveid.*
VALERIUS, Abbas, Scriptor vitæ S. Fructuoſi Bracarenſis Epiſcopi, *to. 2. SS. Ord. Bened. p.* 581.
UBERTINUS *de Ilia*, Italus, Caſalenſis, Ord. Min. vixit an. 1325. *Vide Wad. & Sander. 2. part. p.* 137.
UDALRICUS de Argentina. Ord. Præd. vixit c. an. 1280.
UDALRICUS, Auguſtanus Epiſcopus *Vide Alamannica Goldaſti tom. 2. p. 96. & Poſſevinum.*
UDALRICUS, in Commentar. Aponii & Lucæ Abbatis, *to. 14. Bibl. Patr. p.* 128.
UDALRICUS *à Lentzburg*, Curienſis Epiſcop. obiit an 1355. *Voſſ.*
UDALRICUS, Monachus, ſcriptor Conſuetudinum Cluniacenſis Monaſterii, vixit c. an. 1100. *edit. to. 4. Spicil. p.* 21.
UDALRICUS, al. *Hericus*, *Herlinger*, à Wirmberg, Abbas, Scriptor Chronici ſui Monaſterii, vixit an. 1253.
UDASCALCUS, Abbas, vix. c. an 1150. *to. 2. Caniſii p.* 203. *Vide Alamannica Goldaſti to. 2. p.* 198.
VEGOIA, Agrimenſor. edit. inter Gromaticos.
VERECUNDUS, Africanus Epiſcopus, ſcripſit carmine de Reſurrectione & de Pœnitentia. *Vide Appendicem Iſidori.* Laudatur etiam Verecundus Presbyter in Canticum Exodi.
VENERICUS, Vercellenſis, obiit an. 1077. *Edit. à S. Schardio & Frehero.*
VERNERIUS Bononienſis, JC. vixit an. 1200.
VERUS, Hiſpalenſis Epiſcopus, de Vita Eutropii Epiſc. vixit c. an. 760.
UFFINGUS, Monachus Wertinenſis, de Vita S. Ludgeri Epiſc. Mimigardenſis, &c. vixit ſub Ottone II. aut III. c. an. 1000. *to. 8. Bol. p. 659. Surius 4. Sept. Vide Suffridum Petri.*
S. VICTOR I. PP. obiit 28. Jul. 202. *Vide Concil*
VICTOR III. PP. obiit 15. Sept. an. 1087. *Ejus Dialogi editi Romæ & Pariſiis. De aliis ſcriptis vide Petrum Diac. de Viris Illuſtr. Caſſin. c. 18. Poſſevin. Lud. Jacob. & al. to. 18. Bibl. Patr.*
VICTOR, Captanus Epiſc. ſcripſit adverſus Victorii Canonem Paſchalem an. 545. vixit an. 480. *tom. 3. Bibl. Patr.*
VICTOR, Cartennenſis in Mauritania Epiſcop. vixit c. an. 450.
VICTOR Tunonenſis, vel Tunnonenſis in Africa, autor Chronici editi non ſemel, obiit Conſtantinopoli an. 566.
VICTOR Uticenſis, vel Vitenſis, in Africa, obiit 11. Aug. c. an. 488. *edit. an. 1569. & à P. F. Chiffletio.*
VICTORIANUS *Buconius*, Caſtellianæ in Mauritania Epiſcopus, vixit an. 450.
VICTORINUS, Afer, S. Hieronymi in Rhetorica Præceptor, vixit ſub Conſtantio, *ed. à Sirmondo, & to. 4. Bibl. Patr.*
Claudius Marius VICTOR, Gennadio *Victorinus*, Rhetor Maſſilienſis, qui Geneſim carmine expreſſit, vixit ſub Theodoſio & Valentiniano, *edit. an. 1560. Vide Miraum de Script. Eccl. p.* 103.
S. VICTORINUS, Petabionenſis in Pannonia Epiſcopus paſſus 2. Nov an. 302. vel 303. *Hieron. Bellarm. ed. to. 3. Bibl Patr.*
VICTORIUS. Trithemio *Victorinus*, Aquitanus. cujus extat Canon Paſchalis, vixit an. 460. *Gennad.*
VIGILANTIUS, Presbyter, Gallus, Hæreticus, contra quem ſcripſit S. Hieronymus, &c.
S. VIGILIUS PP. obiit an. 555. *Vide Concil.*
VIGILIUS, Afer, Tapſenſis Epiſcopus, multa contra Arianos ſcripſit c. an. 550. *edit. à P. F. Schifletio, & in Bibl. Patr.*
VIGILIUS Diaconus, ſcriptor Regulæ Monachorum.
S. VIGILIUS, Tridentinus Epiſcopus, obiit 26. Jun. an. 400. vel 405
VINCENTIUS Beluacenſis, Ord. Præd. obiit c. an. 1256.
VILCO, *Jaërſma*, Friſius, Hiſtoricus, c. an. 1120. *Suffrid. Petri.*
VINCENTIUS *Cadlubeus*, Cracovienſis, Epiſc. Hiſt. Polonicæ ſcriptor, obiit an. 1226.
VINDICIANUS, Comes Archiatrorum ſub Valentiniano Aug. *vide Marcellum Empir. p. 26. 253. edit. 1536.*
VINCENTIUS Belvacenſis, Ord. Prædic. vixit an. 1240. *Ejus opera 4. to. edita.*
VINCENTIUS *Carſulanus*, Ord Præd. ſcripſit Hiſtor. PP. *Vide Volaterr.*
VINCENTIUS è *Caſali*, Ord. Præd. Theolog. vix. an. 1217.
VINCENTIUS, Conventrienſis, Anglus, Ord. Min. vixit an. 1251.
S. VINCENTIUS *Ferrerius*, Valentinus, Ord. Prædic. obiit 5. April. an. 1419.
VINCENTIUS *Gruner*, Germanus, vixit an. 1410.
VICENTIUS, Lirinenſis, Monachus, cujus extat Commonitorium adverſus hæreſes, &c vixit an. 434.
VINCENTIUS, Presbyter, Gallus, ſcripſit in Pſalmos.
VIRGILIUS *Solivagus*, Hibernus, obiit an. 784.
S. VITALIANUS PP. obiit 27. Jan. an. 669. *Vide Concil.*
VITALIS *Canel*, Oſcenſis Epiſcopus, vixit ſub Jacobo I Rege Aragnon. *Vide Molinum in Repertorio p.* 72 159.
VITELLIUS, Afer, vixit ſub Conſtante, filio Conſtantini, *Gennad.*
ULRICUS *de Argentina, Vide Sander. 2. part. p.* 70.
S. URBANUS I. PP. obiit 25. Maii an. 223. *Vide Concil*
VITALIS *de Furno*, Vaſatenſis diœceſ. Ord. Minor. Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis, obiit 16. Auguſti an. 1327.
VITELLIUS, Afer, vivit an. 360.
VITUS *Cortonenſis*, Etruſcus, Ord. Min. Hiſtoricus, vixit an. 1250.
ULMARUS, Vedaſtinus Monachus, *tom. 5. SS. Ord. Bened.*
ULPHO, Vaſtenenſis Monachus, de Vita S. Catharinæ Suecicæ, obiit an. 1433. to. 8. *Bol. p.* 505.
VOCONIUS, Caſtellani in Mauritania Epiſcopus.
VOLCMARUS Furſtenfeldenſis Abba, Boiorum Hiſtoricus, cujus meminit Aventinus, vixit c. an. 1314.
URANIUS, Presbyter, qui de obitu S. Paulini Nolani, cui adfuit, ſcripſit, *edit. à Surio & P. F. Chiffletio in Paulino illuſtrato p.* 224.
URBANUS II. PP. obiit 28. Julii an. 1099. *Vide Concil. & Lud. Jacob.*
URBANUS III. PP. obiit 20 Octob. an. 1187. *Vide Concil. & Bibl. Patr.*
URBANUS IV. PP. obiit 2. Oct. an. 1264 *vide L. Jacob. to. 25. Bibl. Patr*
S URBANUS V. PP. obiit 29. Decemb. an. 1370. *de ſcriptis vide Lud. Jacob. tom. 4. Spicil. p. 199. to. 9. p* 284.
URBANUS VI. PP. obiit 15. Octob. an. 1389. *Vide Concil. & Lud. Jacob, præterea to. 7. Spicil. p.* 243.
URSINUS, Monachus, de non rebaptizandis hæretic. vixit an. 440. *Gennad.*
URSINUS, Scriptor Vitæ S. Leodegarii Auguſtodun. Epiſcopi, *to. 2. SS Ord. Bened. p.* 698.
URSIO, Altimontenſis Abbas, vixit an. 1054. ſcripſit vitam, S. Marcelli, *edit. to. 2. Bollandi p.* 9.
URSUS, Eccleſiæ Romanæ Diaconus, vitam S. Baſilii Lat. vertit. *in Vitis Patrum.*
USUARDUS, Monachus & Abbas S. Salvatoris Vicecomitis, cujus habetur Martyrologium, vixit c. an. 806. *Sigbert. c* 85.
UTHO, Argentoratenſis Epiſcopus, de Vita SS. Arbogaſti & Amandi, vixit an. 950.
UTREDUS *Boltonus*, Dunelmenſis in Anglia Monachus Theologus, vixit an. 1380.
VULCATIUS *Gallicanus*, edit. inter Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ. vixit ſub Deocletiano.
VULCATIUS *Terentianus*, Hiſtoricus, vixit ſub Gordianis. *Vide Capitolin.*
WALAFRIDUS *Strabo*, Augienſis Abbas obiit an 859. *vide Alamannica Goldaſti to. 1. p. 229. tom. 2. p. 195. tom. 6. Caniſii p. 331. 546. 672. to. 2. SS. Ord. Bened. p. 127. to. 4. p. 135. 439. to. 5. p. 272. tom. 15. Bibl. Patrum.*

S. WALBUR-

S. WALBURGA, Angla, SS. Vinibaldi & Willibaldi, cujus Hodeporicum scripsit, soror, vixit an. 750.

WALDIWINUS Wigorniensis Episcopus, vixit an. 1200.

WALDRAMNUS, *tom. 5. Canisii p. 2. to. t. p. 728.*

WALDRAMNUS, Numbergensis Episcopus, vixit an. 1109. *edit. à Schardio Vide to. 1. Canisii in Appendice.*

WANDELBERTUS, Prumiensis Diaconus & Monachus, scriptor Vitæ S. Goaris, & Martyrolog. vixit an. 842. *to. 2. SS. Ord. Bened. p. 281. 288.*

WARINUS, S. Eorulii Metensis Abbas, *to. 1. Analect. Mabillonii p. 225.*

WARMANNUS, Constantiensis Episcopus, de Vita S. Firmini, edit. tom. 4. SS. Ord. Bened Vix. an. 1314.

WARNEHARIUS, de Vita SS, Tergeminorum, vixit an. 630. *to. 2. Bolandi p. 74.*

WARNERUS, aliis *Warmerus*, cogn Homiliarius, à libro Homiliarum quem edidit, vixit an. 1025.

WARNERUS *de Botis*, Ord. Præd. Theologus, vix. an. 1314.

WASELINUS, S. Laurentii Leodiensis Abbas, obiit an. 1147. *to. 1. Analect. Mabillonii p. 339.*

WENCESLAUS, Altaichiensis Abbas, Historic. cujus meminit Aventinus, vixit sub Henrico IV. Imp

WENERICUS, Germanus, ex Canonico Trevirensi Vercellensis Episcopus, vixit an. 1050. *edit. cum Scriptoribus Germanis.*

WEREMBERTUS, Sangallensis Monachus, cujus Liber in Apocalypsin, & Historia Sangallensis laudantur, vixit an. 870.

WEREMBODUS, Hirsaugiensis Monachus, vixit an. 988.

WETTINUS, Monachus S. Galli, de Vita & Mirac. S. Galli *in Bibl. Sangallensi.*

WIBERTUS, Archidiaconus, de Vita S. Leonis IX. PP. cui coævus fuit, *edit. à Sirmondo & Bolando to* 10 *p* 648.

WIBERTUS *Saxo*, scripsit Sermones. *Sander. p. 183.*

S. WICBERTUS, Anglus, Wiremuthensis Abbas, obiit an. 730.

WICHARDUS, Salisburgensis Episcopus, scriptor Chronici Austriæ, obiit an. 1315.

WIDARDUS, Flaviniacensis Abbas, an. 748. *to. 3. SS. Ord. Bened. p. 683.*

WIGMORUS, Anglus, cogn. *Homiliarius*, ab Homiliis quas edidit. *vide* Warnerus.

WILBERTUS *Alemannus*, Scriptor Historiæ de Patribus Terræ sanctæ, vixit an. 1336.

WILFRIDUS, Ripponensis, Eboracensis Archiepisc. obiit 8. Kal. Maii an. 710.

WILKINUS *de Spoleto*, Italus, Poëta, vixit sub Friderico Bayaro. *Vide Simler.*

WILLEBRANDI *ab Oldenborg*, Canonici Hildeshemensis, Itinerarium Terræ sanctæ an. 1211. in Symmictis Alatii p. 122. to. *5. Canisii. vide Bibl. MS. Labbei. 49.*

WILLERAMUS, Messeburgensis Abbas, vixit an. 1070.

WILLIBALDUS, primus Eystetensis Episcopus, de Vita S. Bonifacii, cujus discipulus fuit, &c. vixit an. 890. *tom. 4. Canisii part. 2. p. 341. 481. to. 4., SS. Ord. Bened. pag. 136. Vide Pits.*

WILLIBRORDUS, Anglus, Ripponensis Monachus, cujus vitam scripsit Alcuinus, obiit anno 736. vel 739.

WIMUNDUS, Monachus & Presbyter, an. 1060. to. 2. Spicileg. p. 377.

WINDIGNOTUS, Anglus, Historicus.

WINDRICUS, S. Apri Tullensis Abbas, de Vita S. Gerardi, vixit an. 995. to. 11. *Bollandi. p. 206.*

WIPPONIS Presbyteri Panegyricus ad Henricum II. Imp. to. 2. *Canisii p.* 191. *idem de Vita Conradi Salici apud Pistorium;* vixit. c. an. 1040.

WITIKINDUS, Corbeiæ Saxonicæ Monachus, vixit an. 973. *Ejus extat Historia Saxonica.*

WITMUNDUS *de Cruce Heltonis*, Monachus. cogn. Sapiens de S. Trinitate, ad Erfastum, *in Bibl Sangerman. cod.* 724. *Vide* Guitmundus.

WITRHEDUS, Presbyter, Anglus, vixit 730.

WLPHINUS *Boëthus*, Scriptor Vitæ S, Juniani Confessoris, &c. vixit sub Ludovico Pio Rege Franç. to 2. *Biblioth. Labbei p. 569. to. 1. SS. Ord. Benedict. p. 307. to. 5. p. 440.*

WNWOCUS, Cambrensis, Scriptor Vitæ S. Albani, vixit an. 970.

WOLFARDUS, Presbyter, Hasenrietanus, de Vita S. Walpurgis, vix. sæculo 9. *tom. 4. Canisii p. 720. to. 4. SS. Ord. Bened. p. 257. to. 5. Bol. p. 523. Sur. to. 7. &c.*

WOLSTANUS, Wintoniensis Monachus vixit an. 1000.

S. WOLSTANUS, Glavorniensis Abbas, deinde Wigorniensis Episcopus, obiit. 4. Kalend Februar. 1095.

WORGRESIUS, Glasconiensis Abbas, vixit anno 630.

ZACHÆI, Christiani & Apollonii Philosophi, Consultationum libri tres scripti c. an. 500. *to. 10. Spicileg. p. 1.*

S. ZACHARIAS PP. ob. 15. Mart. an. 652. *Vide Concil. & Lud. Jacob.*

ZACHARIAS, Chrysopolitanus Episcopus vixit c. an. 1110. *tom. 19. Bibl. Patr.*

S. ZENO Veronensis Episcop. & Martyr. passus 20. April. c an. 260. *to. 3. Bibl. Patr. &c.*

S. ZEPHERINUS PP. obiit 26. Aug. an. 221. *Vide Concil.*

ZIXILANES, Toletanus Episcop. vixit an. 371. *tom. 2. Bollandi p. 536. to. 2. SS. Ord. Bened. p. 517.*

S. ZOZIMUS PP. obiit 26. Dec. an. 418. *Vide Concil.*



OPUSCULA ET SCRIPTA ΑΔΕΣΠΟΤΑ,
seu quorum Scriptores Anonymi, quæ in Glossario laudantur.

ACTA Alexandri III. PP. laudantur non semel à Baronio.
Acta Exauctorationis Ludovici Pii Imp. to 2 Hist. Fr. p. 331.
Acta Archiepiscoporum Rotomagensium, quorum auctor vixit sub Gregorio VII. to. 2. Analector. Mabillonii p. 424.
Admonitio Synodalis, edita à St. Baluzio cum Regmone p. 602 607. 609
Alamannicæ Ecclesiæ Anniversarii, to. 2. Alamannic Goldasti p. 189.
Analecta Cœnobii Flaviniacensis, to. 1. Bibl. Labbei p. 469
Annales Francici breves ad an 790. to 2. Hist. Franc. p. 3.
Annales Francorum ad an. 800. to, 2. Hist. Franc. p 6.
Annales Francorum ad an, 808. ex Cod. Tiliano. to. 2. Hist. Franc. p. 11.
Annales Francor. ab an. 769. ad an. 806. to. 2. Hist. Franc. p. 21.
Annales rerum Francicar plebeii Loiselliani ab an. 741. ad an 814 to. 2. Hist. Franc. p. 24.
Annales Francorum Fuldenses ad an. 714. ad. an. 900. edit to. 2. Hist. Fr. p. 531.
Annales Francor. Bertiniani ad an, 882 edit. to. 2. Hist. Franc. p 150.
Annales Rerum Francicar. Metenses ab an. 687. ad an 904. edit. to. 3. Hist. Franc. p 262.
Annales Francor. ab an. 726. ad an. 796. to. 2. Bibl. Labbei p. 733.
Annales Francorum veteres editi à P. Lambecio lib 2. de Bibl. Cæsar. p. 366.
Annales rerum Pisanarum ab an. 971. ad an. 1176. edit. to. 3 Ughelli.
Annales Colmarienses ad an. 1303. editi. ab Urstisio.
Annales Sclavici scripti circa an. 1288. edit. ab Erpoldo Lindenbrogio inter scriptor. Rer. Septentrionalium.
Anonymus de Rebus Friderici II Imp. Conradi, & Manfredi, filiorum, edit to. 9. Ughellii p. 752.
Anonymus Hasenrietanus laudatur passim à Gretzero in Episcopis Eystetensibus.
Anonymus de Suevorum origine, edit. à Goldasto.
Anonymus de Arte Architectonica, seu Vitruvii Epitome, edit. apud Vascosanum an. 1540.
Anonymus de Constantino M. post Ammianum Valesii.
Benedictio Dei, seu Commentariolus quomodo Deus præcipuè per Psalmos benedicendus ac laudandus sit edidit Stevvartius.
Benedictionalis Rotomagensis Ecclesiæ, edit. à Jacob. Petito cum Pœnitentiali Theodori p. 281.
Breviarii Casinensis sub an. 1100. Excerpta, edit. à Jacob. Petito cum Theodori Pœnitentiali p. 306.
Canones Hibernienses scripti circa 8. sæculum. to. 9. Spicileg. p. 1.
Capitula Monachorum Sangallensium an. 817. to. 2. Capitul Baluzii p. 1382. tom. 5. Vitar. SS. Ord. Bened. p. 741.
Capitula Monachorum ad Augiam directorum, to. 2. Capitul. Baluzii p 1380. & to. 5. Vitar. SS. Ord. Bened. p. 748.
Capitula data Presbyteris, Diaconi, &c. to. 2. Capitul. Baluzii p. 1374.
Carmen de origine atque primodiis gentis Francorum, cujus autor vixit sub Carolo C. edit à Thoma Aquinate Carmelita an. 1644.
Carmen de Laude vitæ Monasticæ, in Notis Sirmondi ad Gotefridum Vindocinensem p. 69.
Carmen de Laude S. Joan. B. edit. cum Victore Massil. an. 1560.
Catalogus brevis Episcoporum Chyemensium, to. 6. Canisii sub finem.
Catalogus Episcoporum Eboracensium ad an. 971. to. 1. Bibl. Labbei p. 322.
Catalogus Pontificum Romanorum usque ad Liberium, apud Bucher. in Canone Paschali p. 269.
Charta Divisionis Imperii Caroli M. to. 2. Hist Franc. p. 88.
Charta Divisionis Imperii Ludovici Pii p. 327.
Ch[illegible] Parentales, edit. cum Marculfo à Bignonio & Baluzio.

Chronicon Monasterii Acutiani, sive Farvensis in Ducatu Spoletano ab an. 669 ad Ottonem I. Imp. to. 3. Hist. Franc p. 650.
Chronicon Albigensium Episcoporum & Abbatum Castrensium, ab an 647. ad an. 1211. to. 7 Spicileg. p. 335.
Chronicon Monast S. Albini Andegav ab an. 929. 1200. alterum ab an. 786. ad an. 1106. to 1. Bibl. Labbei 4. 275 280.
Chronicon Andegavense ab an. 678. ad an. 1251. to. 1. Bibl. Labbei p. 283.
Chronicon Anonymi Galli, edit. in Synopsi Merovingica.
Chronicon Autoris Anonymi ab an. 1096. ad an. 1272. apud Castellum post Hist. Tolosan.
Chronicon Aquitanicum ab an. 834 ad an. 1025. to. 1. Bibl. Labbei p. 291.
Chronicon Atinense desin. an. 1356. edit. to. 1. Ughelli.
Chronicon Auriliacensis Abbatiæ ad an. 1139. to. 2. Analector. Mabillonii p. 237.
Chronicon breve Autissiodorense ad an. 1174. to. 1. Bibl. Labbei p. 292. 405.
Chronicon breve Barcinonense ab an. 885. ad an. 1311 to. 10. Spicileg. p. 621.
Chronicon Beccensis Abbatiæ, edit. à Luca Acherio post Lanfrancum.
Chronicon Beneventani Monasterii S Sophiæ, edit. to. 8. Ughelli p. 562.
Chronicon S. Benigni Divionensis ad Cyclos Paschales, ab an 753 ad an 1223 to. 1. Bibl Labbei p. 293.
Chronicon Aulæ Regiæ seu Bohemiæ ab an. 1317. ad an. 1333. edit. inter Histor. Bohem.
Chronicon S. Stephani Cadomensis ab an. 633. ad an. 1293 in Normann. Duchesnii p. 1015.
Chronicon Cavense. Vide Boland. to. 6. p. 335.
Chronicon Monasterii Cavensis, edit. to. 7. Ughelli.
Chronicon Clarevallense ab an. 1147. ad an. 1192. edit. Petr. Franc. Chiffletius cum Odone de Diogilo & aliis. an. 1660.
Chronicon Corbeiæ novæ, edit. cum Witikindo ab Henrico Meibomio.
Chronicon breve S. Dionysii in Francia ad an. 1234. to. 2. Spicileg. p. 808.
Chronicon Divionensis Monasterii definens in an. 1135. to. 1. Spicileg. p. 353
Chronicon de divisionibus & generationibus gentium, to. 1. Bibl. Labbei p. 198.
Chronicon Dolensis Cœnobii ab an. 917. ad an. 1345. to. 1. Bibl. Labbei p. 315.
Chronicon Abbatum Abbatiæ Domini Martini, seu D Jodoci in Nemore versibus conscriptum, Vide Stapletonum in S. Thoma Cantuar: p. 135.
Chronicon Engolismense ab an. 914. ad an. 991. to. 1. Bibl. Labbei p. 323.
Chronicon Fiscanense ad an. 1220. to. 1. Bibl. Labbei. p. 325.
Chronicon Floriacense ad an. 1028. to. 3 Hist. Franc p. 354.
Chroncion Fontanellense, seu S. Wandregisili. to. 2. Hist. Franc. p. 387.
Chronicon Fontanellensis Abbatiæ ad an. 1053. to. 3. Spicileg. p. 185.
Chronic. breve Franc. ad Robertum Regem to. 3. Hist. Fr. p. 356.
Chronicon breve Franc. ad an. 1137. to. 3. Hist. Franc. p. 347.
Chronicon breve in Monasterio S. Galli scriptum, ab an. 748. ad an. 626. to 3. Hist. Fr. p. 466.
Chronicon breve Franc. ad an. 810. ex Bibl S. Dionysii, to 3. Hist. Franc. p. 125.
Chronica Regum Francor. ad an. 855. to. 1. Bibl. Labbei p. 330.
Chronicon brevissimum Franc to. 1. Hist Franc. p. 781.
Chronica Regum Francor. breviter digesta usque ad Ludovici Pii filios. to. 1. Hist. Franc. p 797.
Chronicon Gemblacensis Monasterii ab an. 922. ad an. 1013. to 6 Spicileg p. 505.
Chronicon Hildensheimense ab an. 714. ad an 1138. edit. to. 3. Hist Franc p. 504
Chronicon incerti autoris ad an. 1167. in Auctario P. Stewarti p. 717.

Genealogia Ducum Normannor. in Normannicis Duchesnii p.213.
GestaConsulumAndegavensium,quorum autor creditur Joannes Monachus Majoris Monasterii, to.10. Spicileg.p.399.
GestaFrancorum expugnantiumHierusalem an. 1095,inGestis Dei p.561.
Gesta Hadriani I.PP.apud Ughellum.to.2.p.113.
Gesta Ludovici VII.Reg.Franc.to 4.Hist.Franc.p.396.
Gesta PhilippiAugusti Reg.Franc.to.5.Hist.Fr p.257.
Gesta Ludovici VIII.Reg Fr.to.5.Hist.Fr. p 284.
Gesta Normannor.in Francia ab an.837. usque ad an, 896. in Normannicis Duchesnii p. 1.
Gesta Stephani Regis Anglor. in Normannicis Duchesnii p. 927.
Gesta Dominorum Ambasiensium,to.10,Spicileg.p.511.
Gesta Triumphalia per Pisanos facta de Captione Hierusalem Civitatis Majoricarum,&c,to.3. Ughelli p. 852.
Gesta Dagoberti I.Reg Francor. scripta à MonachoS.Dionysii coævo, edita to 1 Hist.Franc.
Gesta Francor. usque ad Regem Theodoricum II. perducta, edita to. 1.Hist. Franc.
Homagia Nobilium Bressiæ an.1272 apud Guichenon.inHist. Bressensi p. 14.
Homilia deDecimis,to.2.Capitul. Baluzii p.1376.
Hymnus Alphabeticus in laudem S. Patricii edit. à Jac. Wareo cum opuscul.S.Patritii, Secundino Episc. adscribitur.
Historia fundationisMonasterii S Viti in Gladbac.. O.B.diœcesisColoniensis,scripta c an.974.to.12. Spicileg.p.622.
HistoriaTrevirensis ad an 1122.to.12. Spicileg p.196.
Historia Viconiensis Monast. ad an.1115. to.12. Spicil.p.533.
Historia de Guelfis Principib.autore Weingartensi Monacho to.1. Canisii.
Historia Episcoporum Salisburgensium, auctore S. Eberardi Archiep. discipulo.to. .Canisii p 147.
Historia Wambæ Regis to 2. Hist. Franc.
Historia Archiepiscoporum Bremensium edita cum scriptoribus Rerum Septemtrional. Lindenbrogii, desinunt in an. 1350.
Hist.FundationisMonasteriiMelicensis,edit.à P. Lambecio lib. 2.de Bibl.Cæsar.p.627.
Hist. Erectionis ArchiepiscopatusMagdeburg.edita abHenrico Meibomio cum Witikindo.
Hist. decollatorum900 Monachorum MonasteriiS.Vincentii Vulturnensis,edit.to.6.Ughelli p.472.
Hist.Fundationis Monasterii S. Clementis Insulæ Piscariæ to. 6. Ughelli p.1291.
Hist. Fundat.Monasterii Gozecensis,edita post Chron.Montis Sereni,desinit in an.1135.
Historia de Fratribus conscriptis,apud Goldast.to. 2.Alamann. p.182.
Historia Obsidionis Jadrensis an.1344. apud Joan. Lucium de Regno Dalmatico.
Historia deFundationeMonasterii Casauriensis,cujus par prior extat to .3. Hist Franc.p. 544. altera to.5. Spicileg. autor Joan.Berardi vix.an 1182.
Historia Ludovici VII.R.Fr.to.5.Hist.Fr. p. 412.
Historia Comitum Provinciæ ex familiaComitum Barcinonensium,to.1.Bibl.Labbei p 353.
Historia brevisComitum Nivernensium ad an.1160.to.1.Bibl. Labbei p. 399.
HistoriaEpiscoporumAutisiodorensium, cujus scriptorHenricus Mon. autor Vitæ S.Germani creditur,to.1. Bibl Labbei p 409.
HistoriaMonasterii Selebiensis in Anglia, cujus autor vix.an. 1184.to 1.Bibl.Labbei p.594.
HistoriaPontificum & ComitumEngolismensium,scripta c. an. 1159 to.2.Bibl.Labbei p. 149.
HistoriaHierosolymitana autoris incerti ab an.1177.ed.inGestis Dei p. 1150.
Historia Condomensis Mon ad. an. 1371. to.13. Spic. p.432.
HistoriaAffligemensis Monast.ad an. 1083.to. 10. Spicileg. p. 511.
Index Errorum,quibus Valdenses infecti sunt, edit. à Gretzero cum scriptorib. rer. Valdens to.1.p 309.
Institutio Militum Stellæ an. 1351. to.10.Spic.p.215.
Iter Camerarii Scotiæ, edit. à Skenæo an. 1609.
Jus Feudale Saxonum,edidit Goldastus.
Kalendarium Romanum vetus sub Constantio Aug. an. 354. apud Bucherium in Canon.Paschali p.275.&Lambecium in Bibl. Cæsar.
Kalendarium vetus, seu ordo solaris an.to. 10.Spic. p. 130.
LegesPresbyterorum Northumbrensium, c.an.978.inConcil. Angl. & Labb.
Liber de compositione Castri Ambasiæ & ipsius Dominorum gestis, to. 10.Spicileg.p.511.
Liber Comitis,seu Lectionarius,to.2 Capit Baluzii p.1309.
Liber Usuum Ordinis Cisterciensis,edit.

Magna Charta, seu de Libertatibus Regni Angliæ an. 9. Henrici III. edita cum Statutis Regum Angliæ Londini an. 1618. 8.
Martyrologium S.Hieronymi, to.5.Spicil. p. 617.
Martyrologium Gellonense, to 13. Spicil. p. 388.
Modus tenendi Parlamentum Angliæ, to. 12. Spic.p.559.
Monachus Sangallensis, de GestisCaroli M.to. 1. Canisii p.360. & to Hist Franc. p. 107.
Monachus S. Mariani Autisiodor edit.Camusati. 1608.
Monachus Egolismensis deVitaCaroliM. Imp.to.2 Hist.Franc. p 65.
De MorimundensisCœnobii in agro Mediolanensi desolatione lib 2 extant apudUghellumto.4.p.258.
Narratio Clericor. Remensium, deEbbone Archiep.to.2.Hist. Franc p.340
Narratio de Monacho Cenomanensi ad canonicam vitam & habitum converso.to 2. Cap. Baluzii p. 1476.
Narratio de Monasterii Malleacensis devastatione facta àGaufrido de Liziniano, scripta c. an. 1230. to. 2. Bibl. Labbei p. 238.
Nomina Potestatum Paduæ, edit. cum Mussato p. 120.
Nomina Militum ferentium bannerias,&c.Kiro Philippo Aug. Rege Franc. to.5. Hist Fr.p 262. & seqq. Vide Normann. Duchesnii.
Nomina Militum & Armigerorum exercitus,Fuxi an.1261.to. 5 Hist.Franc.p 550.
Obsidio Jadrensis,an. 1344 edita à Jo. Lucio in Hist. Dalmatica.
Olla Patella, Versus Grammatici recentiores,sic dicti, quòd ab hisce verbis incipiant,editi cum Synonymis Gualonis deFontenero an. 1515.
Ordinarius Premonst. Ordinis, in Bibl Premonst.p.892.
OrdoConversationis Monasticæ,qui inCodd MSS. Memoriale Monachorum inscribitur ed. ab Haeftenoin Disquisit. Monast p 1061.ubi de ejus autore,de quo etiam Mabill.inPræfat.ad to 5 Vit.SS.Ord.S.Bened. n. 172.
Ordo qualiter Philippus I. in Reg.consecratus est to.3.Hist.Fr. p. 161.
Ordo Inclusorum, seu Regula,extat apud Raderum inBavaria sancta,&Haeft.inDisq.Monast.p 83.
OrdinisCartus.Institutiones.to. . Bibl Labb.p 638.
Origo & fundatioMonasterii Windbergensis, Ord. Præmonst. to.6. Canisii p.400.
Origo prima Ordinis Vallis Scholarium, to. 1. Bibl Labbei.p. 391.
Origines Cisterciensis Ord.to.1.Bibl. Labbei p. 640.
Origo Comitum Vindocinens to. 1.Bibl.Labb.p.661.
Origines Murensis Monast ed.Spirembergii an. 1627.
Panegyricum Carmen de laudibus Berengarii Augusti edit. ab Hadriano Valesio.
PassioDomini facta in civitateAttinensi an.1062,apud Ughell. to 6.p.854.
Patriarchium Bituricense seu Historia PatriarcharumArchiep. Bituricensium,auctoreMonachoSansulpitiano.ed.to.2.Bibl. Labbei.
Poeta Saxonicus deGestis Caroli M. vix.sub Arnulfo Imp ed.à Reineccio & Duchesnio to.2. Hist.Fr. p. 136.
Poëma de Carolo M.Rege,& Leonis PP. ad eundem adventu. edit à Canisio & to. 2.Hist. Fr.p.188.
Polyptychus Monast.Fossatensis,to.2 Cap.Baluz.p.1387.
Præclara Francor Facinora seu Chronicon Simonis Comitis Montisfortis ab an.1201.ad an. 1215.edit.à Catello, & to.4. Hist Fr. p. 764.
De Processione S GenovefæParis.to.1.Bibl.Labb.p.662.
De Præfectis Urbis Libellus,edit. à Cuspiniano,Onufrio,&Bucherio.
Privilegia Ecclesiæ Hammaburgensis, ed.ab Erpoldo Lindenbrogio inter Scriptores rerum Germ.Septemtr.
Quoniam attachiamenta,seuLegesBaronum Scotiæ,ed.àJoan. Skeneo in Legib.Scoticis an. 1609.
Recuperatio terræ sanctæ,edit.in Gestis Deito. 1.p.316. cujus autor fuit Pat onus regius causarum Ecclesiasticarum in Ducatu Aquitaniæ.
Refutatio errorum,quibus Valdensesdistinentur,edit.àGretzero cum aliisScript contra Valdenses,to.1.p.291.
Regiam Maiestatem, seuLegesScoticæ, editæ à Joan. Skeneo Edinburgi 1609.
Regula Magist scripta c. an.700.ut observat Mabill.inPræfat. ad to.5 SS.Ord.S.Bened.p.120.
Regula Tarnatensis, ed.ab Holstenio.
Regula cujusdam Patris,edita ab Holstenio.
Regula cujusdam Patris ad Virgines, ed. ab Holstenio.
Regula consensoria,ed. ab Holstenio.
Revelatio de statu alterius sæculi,ed.cum Joan.deS.Victore de Utilitate tribulat autor vix an.1150.V. c.30.
Speculum Saxonicum seu jus provinciale ed. Goldastus.
StatutaOrd. Premonstr.an 1294.ed. in Bibl Premonstr.p 784.
Statuta Gildæ Scoticæ ed. à Jo. Skeneo an. 1609.

Statuta Abbatum Ord S. Benedicti in provincia Narbon. an 1226. to 6. Spicileg. p. 30.
Statuta Academiæ Parisc. an. 1370. to. 6 Spicil p. 351.
Statuta pro Angliæ regni reform. an. 104 . to. 12. Spicil. p. 559.
Statuta Ecclesiæ Lugdun. an 1251 to 9. Spic p. 71.
Statuta Ordinis de Sempringham, in Monast Angl to 2.
Supplex Libellus Monachorum Fuldensium Carolo M. oblatus apud Brouverum in Antiq. Fuld p. 212.
Traditiones Fuldenses, ed. cum M. Chronico Belg.
Triumphus S. Remacli, cujus autor vix. an. 1100. to. 2. Hist. Leod. p 517.
Visitatio Provinciarum Bituricensis & Burdegalensis per Simonem Archiep Bitur. an. 1254. to. 2. Anal Mabill. p. 613.
Wichbild Magdeburgense edidit Goldastus.
Vita Henrici IV. Imp. ed. à Reineccio an. 1581. & Frehero.
Vita Garnerii Præpositi S. Stephani Divionensis, apud Perardum in Burgundicis p. 124.
Vita Gregorii PP. X. scripta c. an. 1290. ed. à Petro Maria Campo Canonico Placentino an. 1651.
Vita Andreæ Abbatis Casa. is S. Benedicti, to. 2. Spic. p. 575.
Vita Hervei Burgidolensis scripta c. an. 1111. to. 2. Spic. p. 514.
Vita Lietberti Episcopi Cameracensis, to. 9. Spic. p 675.
Vita Henrici à Zumfaltach Suevi, &c to. 5. Canisii part 2. p. 670.
Vita Ricciardi S. Bonifacii Comitis, edita à Felice Osio cum Albertino Mussato an. 1236. ob. Ricciardus an. 1253.
Vitas Sanctorum innumeras ad Anonymis conscriptas hic omittimus.

SCRIPTORES VERNACULI,
Gallici, Italici, Hispanici, paulò superioris ætatis.

ALAIN Chartier.
Berry Heraud d'Armes en l'Hist. de Charles VII. Roy de France.
Christine de Pise au Tresor des Dames, vixit sub Carolo V. Reg. Francor.
Chronique de Flandres.
Chronique scandaleuse de Louis XI. Roy de France.
Les Coustumes des Villes de France
Enguerrant de Monstrelet en sa Chron.
Geoffroy de Villehardouin en l'Hist de la Conqueste de Constantinople
Georges Chastellain en l'Hist. de Jaques de Lalain.
Le grand Record de Liege.
Guillaume Stanford, des Plets de la Couronne.
Histoire d'Artus Duc de Bretagne, Connétable de France.
Hist. du Marschal Boucicaut.
Honorat Bonnor en l'Arbre des batailles.
Jacques de Hemricourt au Miroir d'Hasban, des Guerres de Liege, vixit an. 1398.
Les Loix de Guillaume le bâtard Roy d'Angleterre.
Jean Bouteiller en sa somme rurale, vixit an. 1402.
Jean Bitton Evesque d'Herefort aux Loix d'Angleterre, ob. an. 1275.
Jean Froissart en sa Chronique.
Jean Sire de Joinville en l'Hist. de S. Louis.
Jean d'Orronville, dit Cabaret, en l'Hist. de Louis III. Duc de Bourbon.
Juvenal des Ursins.
Littleton, vixit. an. 1533.
Octavien de S. Gelais.
Pierre de Fontaines en son Conseil.
Giovanni, Matteo, & Filippo villani Hist Florent.
Franciscus Petrarcha.
Vita di Ezzelino terzo da Romano, autore Pietro Gerardo Paduoano suo contemporaneo, In Venetia 1560. At Vossius in Hist. Lat. Festum Longinum recentiorem scriptorem hujusce vitæ autorem esse observat.
Conquesta de la Illa de Menorca an 1286. apud Mich. Carbonellum.
Cronica del Rey En Petro d'Arago, desinit in an. 1380. edita à Mich. Carbonello.
Cronica de Dom James primer Rey d'Arago, per En Ramon Montaner, edita *en Barcelona*, an. 1562.
Cronica del Cid Ruy Dias Campeador en Salamanca an. 1546.

LIBRI MSS. LATINI.
qui in Glossario laudantur.

ÆGIDIUS Corboliensis de Virtutibus Antidotorum.
Ægidius Parisiensis.
Annales Francorum Victoriani.
Chronicon Alberici Mon. Trium Fontium.
Chronicon Abbat Corbeiensium, *ex Bibl. Corbeiensi.*
Chronicon Franc. desinens in an. Caroli V. *ex Bibl. Thuana.*
Chronicon Nonantulanum.
Chronicon Saxonicum seu Magdeburgense, *ex Bibl. S. Germani Paris.*
Consuetudines inter Dominos & Vassallos in Catalania, *ex Bibl. Thuana.*
Curiæ generales Cataloniæ. *ex Bibl. Thuana.*
Galfridi de Vinosalvo Poëtria, *ex Bibl. Thuana.*
Historia fundationis Abbatiæ Bonæ vallis in diœcesi Carnotensi. *ex Schedis Duchesnii.*
Historia fundationis Abbatiæ Miratorii in diœcesi Lugdun. *ex Schedis Andr. Duchesnii.*
Hist. Rothonensis Monasterii in Armorica, *ex Schedis Andr. Duchesnii.*
Glossæ ad Alexandrum Iatrosophiam, *ex Bibl. Regia Cod.* 1155.
Glossæ ad Boëtium de Consol *ex Bibl. S. Germani Paris.*
Glossæ ad Canones Concilior. *ex Bibl. Regia.*
Glossæ Medicæ, *Cod. Reg.* 1486.
Glossæ ad Prudentium, *ex Bibl. S. Germani Paris.*
Glossæ ad Cod. Theodos. *ex Bibl. Reg.*
Glossæ ad Disticha Magistri Cornuti, seu Joannis de Garlandia, *ex Bibl. Thuana.*
Glossæ Lat. Gallicæ, *ex Bibl. Thuana.*
Glossæ antiquæ, charactere Longobardico exaratæ. *ex Bibl. D. Joli Cantoris Ecclesiæ Parisiensis, & Sangermanensis.*
Glossæ Lat *ex Bibl. Reg. Cod.* 1791.
Glossæ Lat. *Cod. Reg.* 1012.
Glossæ Corbeienses.
Joannes Tilleberiensis, *ex Bibl. Thuana.*
Jordanus Rufus Calaber de Medicina equorum, *ex Bibl. Thuana.*
Landulfus de Columna.
Leonius, Presbyter Canonicus S. Benedicti Paris. *ex Bibl. D. Joli Cantoris Ecclesiæ Paris.*
Liber Differentiarum, *ex Bibl. S. Germani Paris.*
Liber Ordinis S. Victoris seu Regul. Canonicor. ejusdem Monasterii, *ex Bibl. Victoriana.*
Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Arag. 1285.
Ordinarius Ecclesiæ Rotomagensis.
Papias.
Petrus Pictor.
Pœnitentialis MSS. *ex Bibl. Thuana.*
Pontificalis Eccl. Senonensis.
Radulfus Coggeshalensis, *ex Bibl. S. Victoris Paris.*
Sacramentarium S. Gregorii, *ex Bibl Eccles. Beluacensis.*
Glossæ Biblicæ.
Smaragdi Grammatica, *ex Bibl. S. Germani Paris.*
Statuta urbis Massiliensis.
Synodale Ecclesiæ Andegavensis.
Ugutio Pisanus Episcopus, *ex Bibl. Collegii Navarrei Paris.*
Usatici Barcinonenses, *ex Bibl. Thuana.*
Warnerius in Scottum Poëtam, *ex Bibl. Thuana.*
Willelmi Britonis Glossarium, *ex Bibl Corbeiensi.*

ACTA

ACTA, VITÆ, MIRACULA.

Translationes, &c. Sanctorum, MSS.

VITA S. Amatoris.
Passio S. Andeoli.
Vita S. Arigii Episc. Vapincensis.
Vita S. Caroli M. jussu Friderici Imp. scripta. *Ex Bibl. Reg.*
Passio SS. Chrysanti & Dariæ.
Acta Passionis S. Eulaliæ.
Exceptio S. Florentini apud Latiniac.
Miracula S. Florentii.
Miracula SS. Floriani & Florentii.
Actus S. Hugonis Episc. Rotomag.
Vita B. Israëlis Canonici Doratensis.
Vita S. Leontii.
Vita S. Magnobodi Episc. Andegav.
Acta Passionis S. Maximi Mart.
Vita S. Montanæ.
Vita S. Pauli Episc. Armorici.
Sita S. Remani Mart.
Vita S. Romarici.
Vita S. Torpetis.
Vita S. Urbani Episc. Lingon.

Libri aliquot Græci MSS.

ΣΤΕΦΑΝΟΣ λέξεων, *ex Cod. Reg.*
Lexic. Gr. *Cod. Reg.* 2062.
Glossæ Nomicæ, *ex Cod. Reg.*
Glossæ Gr. Lat. *Ex Bibl. S. Germani Paris.*
Hist. Belisarii.
Lexicon Gr. *Cod. Reg.* 930.
Lexicon ἰατρικόν. *Reg.* 1673.
Lexicon κατὰ ἀλφάβητον. *Cod. Reg.* 2026.

SCRIPTORES GALLICI VERNACULI,

qui soluta oratione scripserunt, MSS.

LE Roman d'Abladane.
Les Assises du Royaume de Jerusalem : Ex adversariis Peirescianis.
Brunet Latin.
Ceremonial.
La Chronique de Guillaume de Nangis & son Continuateur.
Chronique de France, qui finis en l'an 1322.
Chronique de Montpelier, Linguâ Occitanâ.
La vieille Coustume de Normandie : Ex Camera Computor. Paris.
Henry de Gauchy, auteur de la Traduction de Gilles de Rome.
Guillaume le Seur en l'Histoire de Gaston Comte de Foix : Ex Schedis And. Duchesnii.
Histoire de France : Ex Biblioth. Memmiana.
Histoire des Guerres d'outremer.
Histoire de la mort de Richard Roy d'Angleterre.
L'Histoire de li Normant, ou des Normans qui conquirent la Poüille, dediée à Desidere au Didier Abbé du Mont Cassin, & divisée en 10. livres. Habetur in Adversariis Andr. Duchesnii.
Hugues Plagon en la version de Guillaume de Tyr.
Jacques Valere en son traité de Noblesse.
Jean de Langres de la Consolation de Boëce.
Le Miroir Historial compilé & ordonné du Latin en Francoupar J. Abbé de S. Vincent de Laon. Ex Schedis And. Duchesnii.
Philippes de Beaumanoir auteur de la Coustume de Beauvaisis.
Provinciaux, ou recueils de Blazons.
Roman de Hues de Tabarie
Le Roman de la Malemarastre.
Le Roman de Merlin par Robert Bourron.
Le Roman de Turpin.
Statuts de l'Ordre de la Couronne de l'Espine.
Traité des Tournois de la Table ronde.
Le voiage d'outremer du Comte de Pontieu.
Le voyage de Prusse de Guillaume de Lannoy, Seigneur de Villerval.
Les Usages de la Vicomté des eaux de riviere de Roüen.
Le Usages de la Cité d'Amiens.

POETÆ VERNACULI GALLICI,

veteres MSS.

BAudouin de Condé.
La Bible de Guiot de Provins.
Le Caton en Roman.
Le Chariot de Nismes.
Chronique de Bertrand de Guesclin.
Chronique de France, depuis l'an 1214. jusques en 1296. Ex Tabulario S. Maglorii Paris.
Le Doctrinal.
Gautier de Mets auteur de la Mappemonde.
Guillaume Guiart en son Histoire de France.

Jaques Millet de la destruction de Troie.
Jean Evard.
Li Lusidaire.
L' Ordene de Chevalerie de Hue de Tabarie.
Philippes Mouskes Evesque de Tornay en son hist. de France. ex Bibl. Regia.
Le Reclus de Moliens.
Le Roman d' Alixandres.
Le Roman d' Amile & d' Amy.
Le Roman d Aubery.
Le Roman du Chevalier au Barisel.
Le Roman de Florimond.
Le Roman de Garin le Loherans.
Le Roman de Gaydon
Le Roman de Girard de Vienne par Bertrand le Clerc.
Le Roman de Guillaume de Dole.
Le Roman de S. Jean Baptiste.
Le Roman de Jordain de Blaye.
Le Roman des Miracles du Chevalier.
Le Roman de Parise la Duchesse.
Le Roman de Philippe de Macedoine.
Le Roman de la prise de Jerusalem par Titus.
Le Roman du Renard.
Le Roman de Roncevaux.
Le Roman de la Rose.
Le Roman de Rou & des Ducs de Normandie composé par Maistre Vacce Chanoine de Baieux natif de l' Isle de Grenezay, en l' an. 1160.
Le Roman de Thibaud de Mailly.
Le Roman de la Violette.
Le Rosier de S. Denys.
Vie de S. Denys Areopagite.
Le Vie de sainte Marie.

TABULARIA, REGESTA.

Regestum Alexandri IV. PP. ex Bibl. Reg.
Regestum Domus publicæ Ambian.
Regestum Comitatus Andegavensis.
Assisiæ Campaniæ.
Reg. Campaniæ ex Bibl. Regia.
Reg. Campaniæ ex Bibl. Thuana.
Reg. Campaniæ, seu liber principum, ex Camera Comput. Paris.
Regestum Carcassonense.
Regestum Censuum Comitatus Bigorræ.
Reg Castri Lidi.
Regestum censuum Carnoti.
Regestum Constabulariæ Burdegalensis.
Reg. Communiæ Divion. ex Bibl. Petaviana.
Regestum Feodorum Burgundiæ.
Regestum Feodorum Campaniæ.
Regestum Feodorum Franciæ.
Regesta Parlamenti Parisiensis vetera, quæ *Olim* vocant.
Regestum Feodor. Ecclesiæ Lingonensis.
Regestum homagiorum nobilium Aquitanorum.
Regestum Inculismense.
Regestum Joannis de S. Justo.
Regestum Ludovici Regis Siciliæ & Ducis Andegav.
Regestum Castri Meliandi.
Regestum Magnorum dierum Trecensium.
Regesta Memoralium Cameræ Computor. Paris.
Regestum Nundinarum Trecensium.
Regesta Pater, Noster, Qui es in cœlis.
Reg. Philippi Augusti Herouvallianum.
Regestum Pinconiense.
Regesta Regum Francor. complura ex Archivo Regio.
Computum Stephani *de la Fontaine an.* 1350-1351.
Regestum Comitum Tolosæ.

TABULARIA SEU CHARTULARIA

Ecclesiarum, Monasteriorum, &c.

Abbatiæ Absiensis.
Abbatiæ S. Acheoli Ambian.
Abbatiæ S. Albini.
Abbatiæ Altæ ripæ.
Ecclesf. Ambianensis.
Ecclesiæ S. Andreæ Viennensis.
Abbatiæ Angeriacensis.
Ecclesiæ Arelatensis liber rubeus, & liber albus.
Eccl. Augustodunensis.
Eccl. Autisiodorensis.
Abbat. Belliloci in Lemovicib.
Abbat. S. Bertini Audomarensis.
Abbat. Brivatensis.
Abbat. Burguliensis.
Eccl. Cadurcensis.
Eccl. Carnotensis.
Abbat Casauriensis.
Abbat. Cluniacensis.
Abbat. Conchensis in Ruthenis.
Abbat. Corbeiensis.
Abbat. S. Crucis Talemontensis.
Eccl. S. Cyrici Nivernensis.
Abbat. Dervensis.
Abbat. S. Dionysii de Capella in Bituribus.
Abbat. S. Dionysii Paris.
Abbat. S. Dionysii Lemovicensis.
Prioratus de Domina in Delphinatu, Ord. Cluniac.
Abbat. Doncheriensis.
Eleemosynæ S. Pauli Viennensis.
Abbat. Forensis.
Capituli S. Firmini Ambian.
Abbatiæ Fiscanensis.
Abbat. Flaviniacensis.
Eccl. S. Flori in Arvernis.
Abbat. Floriacensis.
Abbat. Frigidi montis.
Abbat. S. Fusciani Ambian. diœces.
Abbat. Fusniacensis.
Abbat. S. Genovefæ Paris.
Abbat Gorziensis.
Eccl. Gratianopolitanæ.
Eccl. Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo.
Abbat S. Joannis Ambian.
Abbat. S. Joannis de Jardo.
Abbat. S. Judoci ad mare.
Abbat. S. Laudi Andegav.
Priorat. Lehunensis.
Eccl. Lingonensis Regestum feodorum.

DIPLOMATA ET VETERES TABULAS
fuppeditarunt præterea ex Scriptoribus editis, præ cæteris, qui hic defcribuntur.

Abrahamus Bzovius, in Annalibus Ecclefiafticis.
Adrianus Morlerius, in Hiftoria Ambianenfi.
Ægidius Bryus, in Hift. Comitum Perticenfium. G.
Ægidius Waldus, in Hiftoria Lobienfi.
Albertus Krantzius, in Metropoli.
Ambrofius Morales, in Annalibus Hifpan.
Andreas Duchefnius, in Genealogiis.
Antonius Caracciolus, de facris Ecclefiæ Neapolitanæ Monumentis.
Antonius Loifelus, in Hiftoria Bellovacenfi. G.
Antonius Ruffius, in Hiftoria Comitum provinciæ.
Antonius Sanderus, in Gandavo.
Antonius de Yepez, in Hift. Ord. Benedictini. H.
Arnaldus Oyenartus, in Notitia Vafconiæ.
Arnoldus Buchelius, in Notis ad Willelmum Hedam.
Aubertus Miraus Bruxellenfis, in Diplom. Belgic. &c.
Auguftinus du Pas, in Genealogicis Armoricis G
Auguftinus Gallandus, in libro de Franco alodio. G.
Bartholomæus Sobbingerus, in Notis ad Joachimum Vadianum.
Bernardinus Corius, in Hiftoria Mediolanenfi It.
Bertrandus Argentræus, in Hiftoria Armorica. G.
Bullarium Cafinenfe.
Bullarium Cluniacenfe.
Celeftinus Capucinus, in Hift. Bergomenfi It.
Cæfar Baronius Cardinalis, in Annalibus Ecclefiaft.
Cæfar Egaffius Bulæus, in Hift. Academiæ Parif.
Carolus Sigonius, de Regno Italiæ.
Cherubinus Ghirardaccus, in Hift. Bononienfi. It.
Chriftophorus Brovverus, in Annalibus Trevirenf. & in Hift. Fuldenfi.
Chriftophorus Gevvoldus, poft Chronicon Reicherspergenfe, &c.
Chriftophorus Juftellus, in Hift. Arvernenfi & Turenenfi.
Claudius Hemeræus, in Augufta Viromanduorum, & de Academia Parif.
Claudius [illegible], in Hiftoria Auguftodunenfi G.
David Blondelus.
David Lindanus, in Teneræmunda.
Dionyfius Salvagnius Boiffius, in lib. de Ufu Feudorum, &c.
Dominicus à Jefu Carmelita, in Vita S. Gerardi Auriliacenfi.
Fredericus Sandius, in Confuetud. Gelriæ.
Ferdinandus Ughellus, in Italia facra.
Ferreolus Locrius, in Chronico Belgico.
Florentius Haræus, in Hift. Caftellan. Illenfium. G.
Francifcus Angelonus, in Hift. Interamnenfi. It.
Francifcus Bivarius, in Notis ad Maximi & Dextri Pfeudo-chronica.
Francifcus le Maire, in Hiftoria Aurelianenfi. G.
Francifcus Maria, in Hift. Comitiffæ Mathildis. It.
Francifcus Guillimannus, in Helvetia.
Gabriel Charlonius, in Comitibus Inculifmenfibus. G.
Georgius Bartholdus Pontanus, in Bohemia pia.
Georgius Pilonus, in Hift. Fellunenfi. Ital.
Guillelmus Beffius, in Hift. Comitum Carcaffonenf. G.
Guillelmus Catellus, in Hift. Comitum Tolofæ, & in Hift. Occitanica. G.
Guillelmus à Cruce, in Epifcopis Cadurcenfibus.
Guilelmus Dugdalus, in Hift. Warwicenfi. Angl.
Guillelmus de Heda, in Hiftoria Trajectenfi.
Guillelmus Marlotus, in Metropoli Remenfi.
Guillelmus Morinus, in Hift. Vaftinenfi. G.
Guillelmus Paradinus, in Hift. Lugdunenfi. G.
Guillelmus Prynneus, in Libertatibus Ecclefiæ Anglicanæ. Angl.
Henricus Meibomius, in Notis ad Lewoldum, &c.
Hieronymus Blanca, in Commentar. Rerum Aragon.
Hieronymus Cortenfis, in Hiftoria Veronenfi.
Hieronymus Rubeus, in Hift. Ravennenfi.
Hieronymus Surita, in Indice Rerum Aragon.
Hieronymus Vignerius, in Stemmatibus Alfaticis. G.
Hiftoria Vicariatus Pontefiani.
Honoratus Niquettus, in Hift. Fontebraldenfi. G.
Hubertus Thomas Leodius, de Palatin. origine.
Jacobus Breliss, in Hift. Parifienfi. & Chronico Cafinenfi.
Jacobus Dubletus, in Hift. Monafterii S. Dionyfii juxta Parifios G.
Jacobus Gretzerus, in libris de Cruce, & in Epifcopis Eyftetenfibus, &c.
Jacobus Malbrancus, de Morinis.
Jacobus Petitus, in Pœnitentiali Theodori Archiepifcopi Cantuarienfis.
Jacobus Severtius, in Archiep. Lugdun. &c.
Jacobus Sirmondus, in Notis ad Petr. Cellenfem. Goffridum Vindocin. Capitularia Caroli C. &c.
Jacobus [illegible]affortus, in Hift. Noviodunenfi
Jacobus Waræus Anglus, in Notis ad Opera S. Patricii, & in Antiquit. Hibern.
Ignatius Jofephus Carmelita, in Hift. Ecclefiaftica Abbavillenfi, & in Comitibus Pontivi. G.
Joachimus Vadianus, de Monafteriis German.
Joannes Baptifta Grammaius, in Brabantia.

Joannes

Joannes Baptista Guesnaius, in Annalibus Massiliensib. & in S Magdalena.
Joannes Baptista de la Mure, in Historia Ecclesiastica Lugdun.
Joannes Baptista Souchetus, in Vita S. Bernardi Tironensis.
Joannes de Beka, in Hist. Trajectensi.
Joannes Bertelius, in Hist. Luxemburgensi.
Joannes Beslius, in Hist Pictavensium Comitum, & in Episcopis Pictavensibus. G.
Joannes Bolandus, & socii, in Vitis Sanctorum.
Joannes à Bosco, Celestinus, & in Vienna, in Bibliotheca Floriacensi.
Joannes Buzelinus, in Gallo-Flandria.
Joannes Carpentarius, in Hist. Cameracensi. G.
Joannes Chenutius, in Hist. Bituricensi. &c. G.
Joannes Chapeavillus, in Scriptoribus Historiæ Leodiens.
Joannes Chaveau, in Hist. Bituricensi. G.
Joannes Columbus, in Episcopis Valentinis, Vivariensibus, &c.
Joannes Cousinus, in Hist. Tornacensi.
Joannes Dametus, in Hist. Balearici Regni. H.
Joannes Jacobus Chiffletius, in Vesontione, in Vindiciis Hispan. &c.
Joannes Lucius, in Historia Dalmatica.
Joannes Mabillonius, Benedictinus, in Vitis SS. Ord. S. Benedicti.
Joannes Plantavitius, Lodovensis Episcopus, in Hist. Episcopor Lodovensium.
Joannes Puricellus, in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ Mediolanensis.
Joannes Robertus, in Hist. S. Huberti.
Joannes Ruyr, in Antiquit. Vosagensib. G.
Joannes Schefferus, ad Chronicon Upsaliense, &c.
Joannes Seldenus, in Notis ad Eadmerum, &c.
Joannes Vincentius Ciarlantus, in Samnio. Ital.
Joannes Winkelmannus, in Notitia Saxo-Westphalica.
Josephus Bonsilius Constantius, in Hist. Regni Neapolit.
Isaacus Pontanus, in Hist. Danica.
Laurentius Pelleterius, in Hist. Monast. S. Nicolai Andegavensis.
Lucas Acherius, Benedictinus, in Spicilegio, in Not. ad Guibertum, & S. Lanfrancum.
Lucas Waddingus, in Annalibus Minorum.
Marquardus Freherus, in Originibus Palatinis, &c.
Martinus Marrierus, in Hist. Prioratus S. Martini de Campis Paris.
Melchior Hamanuelto Goldastus, in Constitut. Imperialibus &c.
Meurissius, in Hist. Episcopor. Metensium.
Michaël Germanus, Benedictinus, in Hist. Monasterii S. Mariæ Suessionensis.
Michaël Monachus, in Sanctuario Capuano.
Monasticum Anglicanum.
Nicolaus Alemannus, in Parietinis Lateranensibus.
Nicolaus Serrarius, in Hist. Moguntina.
Odoricus Rainaldus, in Annalibus Ecclesiasticis.
Olaus VVormius, in Monumentis Danicis &c.
Oudardus Bourgeois, in Hist. S. Marculphi. G.
Petrus Abelius & Nicolaus Sammarthani, in Gallia sacra.
Petrus le Boucq, in Hist. Vicecomitatus *de Sebourg*. G.
Petrus Franciscus Chiffletius, in Hist. Tornutiana, in Beatrice Comitissa, &c. G.
Petrus Doutremannus, in Constantinpoli Belgica.
Petrus Gariellus, in Episcopis Magalonensibus. G.
Petrus Joannes Resenius, in Notis ad Jus aulicum Danicum.
Petrus Joffridus, in Hist. Niceensi.
Petrus Lambecius, in Bibl. Cæsarea.
Petrus Marca, Archiep. Paris. in Historia Beneharnensi, &c. G.
Petrus Maria Campus, in Hist. Ecclesiæ Placentinæ.
Petrus Matthaus, in Constitut. Apostolicis.
Petrus Puteanus, de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, & in Bonifacio VIII.
Petrus Reverius, in Reomao.
Petrus Sanjulianus, in Historia Burgundiæ. G.
Philippus Labbeus, in Miscellaneis Historicis, &c
Placidus Puccinellus, in Zodiaco Ecclesiæ Mediolanensis.
R. Hubertus, in Hist. Eccl. S. Aniani Aurelian. G.
Rainaldus de Bosco, in Hist. S. Audoëni Rotomagensis.
Renatus Chopinus IC, in libris de Domanio, de sacra Politia, & aliis.
Rocchus Pirrus, in Notitia Episcopatuum Siciliæ.
Rodericus da Cunha, Portensis Episcopus, in Episcopis Portensibus. H.
Samuel Guichenonus, in Episcopis Bellicensib. in Bibl. Sebusiensi, & in Hist. Sabaud. & Sebusiana.
Sebastianus Rouillardus, in Meledunensi, & in Lehunensi Historiis. G.
Stephanus Baluzius, Tutelensis in Capitular. Regum Franc. & aliis ab eo libris editis.
Stephanus Paschasius, in Disquisitionibus Francicis. G.
Stephanus Perardus, in Tabulis Burgundicis.
Stephanus Stephanius, in Notis ad Saxonem Grammaticum &c.
Thomas Thomasserius, in Consuetudinibus Bituricensibus. G.
Vincentius Barralis, in Chronologia Lerinensi.
Viguleius Hondius, in Metropoli Salisburgensi.

Elementa Saxonica; quæ à Latinis differunt.

d	f	g	r	s	t	th	W	y
ꝺ	ꝼ	ᵹ	ꞃ	ꞅ	ꞇ	ð	ƿ	ẏ

GLOSSARIUM



GLOSSARIUM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.

A.


Litera numeralis, quæ 500. designat, ut cæteræ Alphabeti literæ alios numeros, de quibus suis locis: *genus numeri*, inquit Baronius, *haud ab omnibus receptum, & si aliquando receptum, dissuetudine jam abolitum.* Habetur verò illud cum Valerio Probo, Paulo Diacono, & aliis qui de Numeris scripserunt, editum inter Grammaticos antiquos pag. 1683. Exarati etiam prostant versus, qui totius Alphabeti characteribus eosdem numeros assignant, quos descripsit idem Baronius, & ante eum Joannes Noviomagus lib. 1. de Numeris cap. 10. paulò diversos ab iis qui habentur apud Ugutionem MS. cujus hæc sunt: *Nota quòd qualibet figura literarum invenitur aliquem numerum repræsentans, quamvis non sit in frequenti usu, qui istis versiculis distinguitur.* Primus autem sic concipitur.

Possidet A. numeros quingentos ordine recto.

Vide literam P. Porro eidem literæ A, si recta linea superaddatur, quinque millia significat.

A. in superscriptione cantilenæ, *ut altiùs elevetur, admonet*. Ita Notkerus in Opusculo inscripto, *Quid singulæ literæ in superscriptione significent cantilenæ*, edito tom. 5. Antiq. lect. Canisii part. 2. pag. 739. de quo sic Eckeardus Junior lib. de Casibus S. Galli cap. 4. *In ipso quoque* (Antiphonario) *primus ille* (Petrus) *literas Alphabeti significativas notulis, quibus visum est, aut susum aut jusum, aut ante aut retro, assignari excogitavit, quas postea cuidam amico quærenti Notker Balbulus dilucidavit.* Fuit autem Petrus ille Romanus, quem Adrianus PP. Carolo M. petente in Galliam misit, ut ibi Cantum Romanum Ecclesias doceret. Vide *Nota musica*.

AAMUND. Vide *Amund*.

AASUOREN-EED. Andreas Suenonis Archiep. Lundensis, lib. 7. Legum Scaniæ cap. 6. *Si reus tandem quarta vice comparuerit, vel citatus, vel ad suam innocentiam comprobandam, licet nullum præcedere debeat actoris juramentum, quod aasuoren eed dicitur, tamen ad candentis ferri judicium admittetur, quod skiersieun linguâ patriâ dicitur.* Quale autem fuerit istiusmodi juramentum, alibi sic declarat: *Hæc est forma juramenti, quod candentis ferri judicium antecedit: ut affirmet actor sub jurisjurandi religione, quòd non odii causâ, non lucri gratiâ, reo imposuerit furti crimen, sed quia scit eum veraciter rem sibi furti vitio subtraxisse.* est autem eed Theutonibus juramentum. Adde lib. 5. cap. 15. lib. 7. c. 3. 6. 15. lib. 9. c. 9. 12.

ABACINARE, *Abbacinare*, oculis privare, excæcare, præsertim per ferrum candens, aut pelvim ferream, vel æream, (quam Itali & nostri *Bacinum* vocant, unde vocis etymon) oculis excæcandis objectam. Itali *Abbacinare* etiamnum dicunt. Sed quidam, atque in iis V. Cl. Ægidius Menagius in Originib. Italic. non à *bacino*, ut Commentatores Boccacii, & Jacobus Pergaminus; sed à *bacio*, quæ vox Florentinis locum *opacum* sonat, deducunt: ita ut *abacinati* sint ii, qui quasi per tenebras vident, non omnino cæcati. Sed potior videtur aliorum sententia, cùm is excæcandi modus antiquus sit, eoque usi legantur veteres, ut constat ex Platone in Gorgia. Liberius apud Gellium lib. 10. cap. 17.

Democritus Abderites, Physicus Philosophus,
Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,
Oculos effodere ut posset splendore æreo,
In radiis solis aciem effodit luminis
Malis bene esse ne videret civibus.

At Plutarchus lib. περὶ Πραγματοσύνης, Democritum ait objectu ac repercussione igniti speculi sibi visum ademisse, ἀπερεισάμενον εἰς ἔσοπτρα πυρωθέντα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀνάκλασιν δεξάμενον. Atque inde, ni fallor, *μυδρίασιν* Græci appellarunt eum oculorum morbum, quo *pupilla effunditur & dilatatur, aciesque ejus hebescit,* uti describitur à Celso lib. 6. cap. 6. & Hesychio. Nam eorum qui per μυδρὸν seu ferrum candens excæcabantur, ita desiccabatur oculorum humor omnis, ut illorum hebesceret acies, & visus dilataretur, proindeque, si non esset omnis videndi facultas adempta, diffuso eo spiritu per quem videtur, omnia minora quàm sint, viderent. Sæpe enim eveniebat ut per μυδρὸν cæcati, lumine non omnino privarentur, sed quasi per tenebras viderent: quod de Henrico Dandulo Venetorum Duce olim à nobis observatum in Notis ad Villkard. n. 34. & aliquot aliis ex Histor. Byzantina desumptis exemplis probari potest. Hanc porro à *bacino* etymologiam fulcit locus insignis apud Nangium in Chronico an. 1102: *Henricus Rex Anglorum Robertum Ducem Normanniæ fratrem suum, à Hierosolymis reversum, Regnum suum inquietantem, bello victum cepit, & ei lumen, pelvi candente & valde ignescente apposita, extinxit, &c.* Item alius apud Will. Thorn. in Chron. lib. 2. cap. 8. *Institit erga Barones suos, & impetravit ab eis, quòd prædictus Robertus deberet exoculari & excæcari cum bacili ardenti.* Ubi perperam *batili* præfert codex editus: nec enim rectè *batillo* emendat Somnerus. *bacile* autem & *bacinum* idem sonare, docemus infrà. Sed & Hondius in Hist. Monasterii Polingensis scribit, Tassilonem *per duarum pelvium ignitarum inspectionem*, Caroli M. jussu, *fuisse excæcatum.* Jam verò de voce *Abacinare* Chronicon MS. Andreæ Danduli an. 1193. *Postea mortuo Tancredo, Henricus veniens recuperavit uxorem & regnum: & filios Tancredi abacinavit, filias autem liberas dimisit.* Sanutus lib. 3. parte 11. cap. 1. de eodem Henricò Dandulo Duce Venetorum: *Qui à Græcis fortè abacinatus, quasi visum amisit.* De eodem Joan. Bapt. Egnatius lib. 9. de Exemplis virorum illustrium Venetæ civitatis cap. 12. *Qui Legatus ad Manuelem Imp. missus, cujus jussu luminibus planè privatus est, candente lamina ærea ejus oculis objecta, quam ille intueri continuò cogeretur.* De hac excæcandi ratione agunt præterea Anna Comnena lib. 15. Alexiad. pag. 480. Pachymeres lib. 3. cap. 10. &c. Phranzes lib. 1. cap. 5. in notis. Vide etiam Joann. Villaneum lib. 2. cap. 13. & lib. 8. cap. 36.

Erant & variæ aliæ excæcandi rationes. Apud S. Augustinum lib. 3. contra Cresconium cap. 42. Circumcelliones Donatistæ, *novo & inaudito sceleris genere, oculis calcem aceto permixto infundentes & infercientes,* eorum lumen extinguebant. Neque absimilis reos excæcandi modus fuit, quo usi olim Persæ, infuso oculis aceto fervido, apud Procopium lib. 1. Persic. cap. 6. Ἔλαιον ἐψῶντες, καὶ αὐτὸ ὡς μάλιστα ζέον ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔτι μύοντας ἐπιχέοντες, ἢ περόνην τινὰ σιδηρᾶν κατακεντοῦντες, καὶ ταύτῃ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ ἐντὸς χέοντες. seu ut Regia Editio habet, ἢ περόνην τινὰ σιδηρᾶν πυρακτοῦντες &c. qua etiam excæcandi ratione Græcos Byzantinos usos testatur Laonicus lib. 1. p. 23. Edit. Reg. Interdum chordâ ad frontem circumductâ eruebantur oculi. Anonymus Valesianus de Constantino M. *Qui acceptâ chordâ in fronte diutissimè tortus, ita ut oculi ejus creparent.* Hinc *Crever les yeux*, nostris familiaris loquendi formula. Procopius in Hist. arc. c. 16. extremo: Νευρὰν βοείαν ἐς τὸ ἀνθρώπου τῆς κεφαλῆς ἀμφὶ τὰ ὦτα περιελίξαντες, τὴν νευρὰν στρέφειν τε καὶ σφίγγειν ἐκέλευε, καὶ τοὺς μὲν οἱ ὀφθαλμοὺς Θεοδώσιος ἐκπεπηδηκέναι τὴν οἰκείαν λιπόντες χώραν ὑπώπτευεν. Adde Chronicon CP. laudatum ab Alemanno ad hunc locum, & Meursium in Κόλα. Denique Pachymeres lib. 5. cap. 30. ait erutos oculos τοῖς πρώην χοῦσι παρασαλο ς. In Chronico Sublacensi sub ann. 1003. scalpello percussos oculos legimus: *Jussu dominorum illorum phlebotomati sunt oculi ejus, & cæcus factus est.* Jam verò excæcationem inter pœnas in reos decretas receptam apud veteres & recentiores testantur Ælianus lib. 3. Var. cap. 24. Historiæ Byzantinæ Scriptores, & Francorum Annales passim, Greg. Turon. lib. 6. cap. 46. Lucas Tudensis æra 880. Matth. Paris an. 1085. Sugerius ep. 47. Miræus in Donat. Belg. lib. 2. cap. 29. præterea leges Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 7. Bajvvar. tit. 6. §. 1. Canuti Saxonicæ §. 27. Willelmi Nothi Reg. Angl. apud Rogerum Hoved. & Lambardum, Henrici I. Regis Angl. apud Rad. Coggeshalensem MS. an. 1106. & eundem Hoved. p. 784. Stabilimenta S. Ludovici, Lambert. Schafnaburg. an. 1074. Decreta S. Ladislai Reg. Hungar. lib. 2. cap. 13. &c. libr. Promission. maleficii c. 2. 3. 6. &c. vid. Petr. Fabrum lib. 3. Semestr. c. 19. Tabular. Cluniacense ex Bibl. Thuanea an. 1250. *Et insuper omnimodam justitiam, quæ oculorum avulsionem, aut alterius membri meruit mutilationem.*

ABACISTA. Vide *Abacus.*

ABACIUM, ἀβάκιον, Abacus, Fragm. Petronii: *Abacia & cucumi omnia exposcit, &c.*

ABACOT, pileus augustalis Regum Anglorum duabus coronis insignitus. Vide Chron. an. 1463. Edvv. IV. pag. 666. col. 2. lib. 27. Ita Spelman.

ABACTOR. Charta Roberti Regis Franciæ ann. 20. apud Louvetum in Bellovaco: *Si quis autem, quod absit, contra hoc nostræ regiæ Majestatis præceptum venire tentaverit, si præpotens sit, centum libris auri multetur: si mediocris fortunæ, decem: si abactor, regiæ ultionis vindictam cum detrimento patiatur.* Ubi *Abactor* pro *Exactore* sumitur. Vide in hac voce.

Abactor, Isidoro lib. 10. Orig. *est fur jumentorum & pecorum, quem vulgo Abigeum vocant, ab abigendo scilicet.* Addit Joannes de Janua: *Unde latrones etiam Abactores vocamus.* Paulus lib. 5. Sentent. cap. 18. *Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint.* Senator lib. 4. Ep. 49. *Fridiladum locis vestris præesse censuimus, qui abactores animalium legitima severitate coerceat, homicidia resecet, &c.* & lib. 7. Ep. 1. *Signa tua abactores timeant, fures pavescant.* Propriè enim abiguntur pecora, cùm furto surripiuntur, quæ *diripi*, in Lege 8. Cod. Theod. de jurisd. dicuntur. Paulinus Natali 6. de bobus:

Nocte miser quadam somno graviore sepultus,
Amisit taciti furto prædonis abactos.

Senator lib. 8. Epist. 32. *Insidiis rusticorum abactos sibi asserit caballos.* Vide Leg. 1. 2. 3. Cod. Theod. *Quib. equor. usus,* &c. & infra *Abigare.*

ABACUS, mensa in qua vasa & pocula ad cœnam reponuntur. Glossæ vett. *Abacus, Delphica,* ἀβακίσκιον. Glossæ vett. MSS. Corbeienses: *Abacus vel Abax, pars capitelli, vel tabula lusoria, vel mensa marmorea, in qua antiqui mittebant calices.* Juvenalis sat. 13.

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli tres,
Ornamentum abaci: necnon & parvulus infrà
Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron.

Abacus, quid sonet apud Vitruvium lib. 4. cap. 1. lib. 7. cap. 4. docent præ cæteris Bernaldinus Baldus de verbor. Vitruvianor. significat. & Salmasius ad Vopiscum p. 445.

Abacus, Arithmetica: nam Arithmetici, in abaco, vel mensa pulvere conspersa numerorum notas delineabant: unde Martianus Capella ejusmodi abacum dixit esse *mensulam hyalini pulveris respersione coloratam.* Persius sat. 1.

Nec qui abaco numeros, & secto in pulvere metas
Scit risisse vafer.

Vide Gruteri Inscr. p. 224. Willelmus Malmesb. lib. 2. ait, *Gerbertum Remensem* à Saracenis Hispanis didicisse *Astrologiam, Abacum, cæterasque artes.* Henricus Knyghton lib. 1. Chron. cap. 3. *Omnium liberalium artium*

tium peritus, abacum præcipuè, lunarem compotum & cursum rimatus.

Abacista, qui *Abaco* operam dat, ratiocinator, supputator, λογιστικός, Barbaris, *Algorista*, Italis olim *Abbachiere*, nunc *Abbachista*. Guill. Malmesbur. lib. 2. Hist. Angl. cap. 10. de eodem Gerberto: *Abacum certè primus à Saracenis capiens, regulas dedit, quæ à sudantibus Abacistis vix intelliguntur.* Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 42. *Conjungendo pollicem extensum pollici, & replicet indicem ad extremitatem pollicis, & erit modus secundùm quem Abacistæ tenent septuaginta cum manu: & alii digiti ejusdem manus replicentur in palmam sub illis duobus digitis, ut firmiùs sustententur, ad similitudinem tenentis numerum ternarium: & sic ex replicatione indicis super pollicem, & trium digitorum in palmâ sub illis, teneat manum ad formam Abacistæ tenentis septuaginta tria.* Vide *Signum*.

ABADIR, *lapis*, in Gloss. Isidori. Papias: *Abaddir, Deus dicitur, quo nomine lapis vocatur, quem devoravit Saturnus pro Jove. Dicitur quoq; Abaddier, vel Abdira, vel Abderites, quem Græci Badelion vocant.* Vide eundem in *Abdira*, & Salmasium ad Lamprid. p. 181.

ABANDUM, *Abandonum*, res arbitrio cujusque exposita, in *bannum* missa, proscripta, *chose abandonnée*. Charta Communiæ Incrensis ann. 1158. *Si quis verò abandam ab aliquo acceperit, si disrationare se jure accepisse non poterit, lege qua vivit, reddet illud. Si autem defensum ei fuerit, in injuria & violentia erit, veniensq; ille cum duobus testantibus quod suum abandonum est contradictum, ad majoris Communiæ clamorem suum jus disrationatum habebit.* Charta Communiæ S. Quintini ann. 1195. & Crispiaci an. 1205. *Ubicumque Burgensis pro catallo suo abandon acceperit, sine forisfacto accipiet. Quòd si quis negaverit, Burgensis judicio Scabinorum per justitiam nostram assequi debet: & si quis Burgensis abandon abstulerit, Burgensi reddet catallum.* Charta Communiæ Hamensis: *Si quis de Communia suum habandum capere voluerit, non illud capiat, nisi duobus testibus adhibitis: quod si defensum fuerit, & clamor inde ad Majorem & Juratos delatus fuerit, totam querelam super testimonio testium denominatam obtinebit. si autem suum habandon in pace dimiserit, & postea debitum & habandum negaverit, ad Justitiam trahetur per rationabiles plegios, &c.* Rursum: *Qui autem defuerit, totam querelam amittet: verùm qui abandon cepit ante litis ingressum, de abando suo in saisina erit.* Charta Communiæ Atrebatensis an. 1211. art. 15. *Si Miles Burgensi pecunias debens, se inde subdiderit Legi Scabinorum coram eis, eumque non juverit Justitia nostra ab eo requisita, Burgensis vadium Militis & abandon capiet intra partem civitatis sine forisfacto.*

Dare in abandonum, Gallis, *Abandonner*, Italis *Abbandonare*, deserere, dimittere, derelinquere. Charta anni 1234. in Tab. Eccl. Ambian. *Dedit in abandonum præfato Capitulo terram suam, quam tenet de Vicedomino Ambian.*

Ponere in Abandonum. Charta ann. 1225. in Tabul. Abb. sancti Joannis Ambian. fol. 288. *Rogavi dominum meum VVillelmum de Kaieu, ut pro me se & suos heredes obligaret dicto domino Reginaldo & successoribus super dicta venditione tenenda & observanda, ponens in habandonum suum quidquid de ipso teneo in feodo de Kaieu, ut inde restitueret dicto Reginaldo vel successoribus ejus omne damnum quod incurrerent occasione dictæ emptionis.* Alia Beatricis Comitissæ Guinensis apud Duchesnium: *Ego & Balduinus filius meus posuimus in abandonium D. Ludovico quidquid tenemus de ipso.*

Vocis apud nos vulgaris etymon accersit Stephan. Paschasius lib. 8. Disquisit. Francic. cap. 36. à *bannum*, putatque effictam ex tribus voculis, *à*, *ban*, *don*, quasi *datio in bannum*: quæ quidem viri docti conjectura licèt quodammodo vera sit quoad originem vocabuli, falsum tamen ex tribus voculis conflatum esse, cùm ex duabus tantùm, *à* & *bandon*, effictum sit; ita ut res *posita in abandonum*, eadem sit quæ *in bannum*, vel *in bandum missa* est, id est, proscripta; ac proinde ut derelicta primo occupanti cedat: nam & *bandum* pro *bannum* usurpatum infrà docemus. Sic Poëtæ nostrates vernaculi vocem hanc passim dividunt. *Le Roman de Garin MS.*

Tos mes tresors vos est à bandon mis.

Idem:

Prenez ma terre tot à vostre bandon.

Alio loco:

La cité fut assise à environ,
Flament l'assistrent d'une part à bandon.

Idem Poëta:

Li fet crier par tost l'ost à bandon,
Que nus ni praigne vaillant un esperon.

Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

A Lucebonne fu le Roy & cils Baron,
Et Pietres vint à li à force & à bandon.

Quibus in locis *bandon* ut plurimum sumitur pro *arbitrium*: quòd res derelictas & proscriptas cuilibet pro suo arbitrio occupare licitum sit. Ita hæc verba Will. Tyrii lib. 14. cap. 4. *pro arbitrio*, vertit Hugo *Plagon* ejusdem Gallicus interpres MS. *à son bandon*. Qua etiam notione *abandon* accipi constat in Consuetudinibus nostris municipalibus, cùm de porcis, aut aliis animalibus agunt, quæ pro libito incustodita pascunt in agris: ut in Aurelianensi art. 156. Normann. cap. 8. Nivernensi cap. 15. art. 6. cap. 17. art. 2. 6. 7. & Meledunensi art. 179. Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 111. *Si aucun autre que Chevalier doit déte, que il ait connu en Court, ou que il ait esté prové, si com la Court l'a esgardé, ou connu, ou recordé, & li Seignor li commande que la paie dedans sept jours, & il ne la paie, & il ait chose de quoy il le puisse paier, & le Seignor le puisse trover, il le doit faire prendre, & faire vendre guague à bandon, tant que celuy à qui il doit, soit payé.* Vide prætereà cap. 189.

ABANTE. Vetus epitaph. Romæ: *Fundi hujus dominus infans hic jacet similis Deo. hunc abante oculis parentis rapuerunt nymphæo in gurgite, &c.* ἀπὸ ἐνώπιον, ἀπὸ προσώπου, in libris sacris. Galli dicerent, *de devant les yeux de son pere.*

ABARCA, Hispanis est quoddam calceamenti genus, priscis illis sæculis, ac etiam præsentibus, repandorum calceolorum instar, ex caprina seu boaria pelle confectum, ad aspera & montosa loca peragranda habile & aptum, proptereaque pastoribus ac rusticanis hominibus in montanis ipsis valde commune. Ab ejusmodi calceo cognomentum *Abarcæ* inditum tradunt Sanctio Navarræ Regi, qui regnum iniit anno 905. quòd in illud primùm venisset, *indutus & calceatus, ac si esset pastor*, ut est in Historia Pinnatensi. De Sanctio ita Lucas Tudensis: *Fecit sibi & suis militibus de coriis crudis & ligneis viminibus, rusticorum more, calceamenta, quæ vulgariter Avarcas & Baraliones vocant, & nocte Alpes Roscidæ-Vallis per nives transiit.* Vide Rodericum Tolet. lib. 5. de Reb. Hisp. c. 22. Blancam in Comm. Rer. Arag. & Sebast. de Cobarruvias in Thesauro linguæ Castellanæ.

ABARCENUM, *Inhonestum*, in Gloss. Isid. Papias MS. & edit. habet *Abartenum*.

ABARDILLA. Hominium Geraldi de Moissaco Raymundo Comiti Tolosano præstitum an. 1244. in Regesto Tolos. p. 14. *Praxeriam illam & marguillum, quam & quod habemus in flumine Tarni, cum rappis, abardillis, piscariis, & omnibus aliis juribus & pertinentiis suis, &c.*

ABARNARE, rem clam & occultè gestam probationibus judicialiter manifestare: ex Saxonico Abarian, denudare, prodere, ostendere, manifestare. Leges Kanuti Regis Angl. cap. 104. (in Sax. 74.) *Si homo furtivum aliquid in domo suâ occultaverit, & ita fuerit abarnatus,*

rectum est ut inde habeat quod quæsivit. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 75. *Si Francigena, qui parentes non habeat, in murdro perimatur, habeat pretium natalis ejus murdri * non advocaverit Rex d. Hundredo ubi invenietur 40. marcas argenti, &c.* & cap. 91. *Si quis Francigena occidatur, & interfector ignoretur, &c. si parentes secundùm legem repetentes, vel probantes non habeant, sint illius qui murdrum abarnaverit, &c.*

ABASA, in Glossis Isid. *infirma domus, quasi sine vase.* Papias MS. *Abso, infirma domus.* Editus, *Abbason.* Breviloquus: *Abaso, domus infirma, vel infirmi. & dicitur ab eo quod est sine, & basis, id est, fundamentum.* Quibus locis legendum censent quidam *infima:* ita ut domus fuerit depressa, nec multùm edita. Verùm repugnat Glossarium Ælfrici, in quo *Abaso, infirmatorium,* Teocmanna huſ esse dicitur, id est, ægrorum hominum domus, uti verba Saxonica sonant.

ABASTARDARE. Vide *Bastardus.*

ABASTRA, *Folia vitis*, in Gloss. MS. apud Franciscum à Quercu Anglum, in Ætymolog.

ABATARE, *Abbatare,* prosternere, ex Gall. *Abbatre,* Italis *Abbatere.* Libertates MSS. villæ. S. Desiderii in Campania an. 1228. *Si aliquis aliquem invenerit in nemoribus suis abatantem, &c.*

Abatare se, bona decoquere, mensarias rationes mala fide creditoribus renuntiare. Vox ita conficta ab Hispanis, quibus *abatirse,* est *se dejicere;* quia decoctores ita bona sua seu aliena decoquunt, ut quasi prostrati jaceant, nec erigere se ulteriùs valeant: quibus opponuntur ii *qui stant,* qui nempe eo sunt in statu, ut creditoribus facere satis possint. Sic apud Latinos *mergi ære alieno* dicuntur, qui vix emergere possunt. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragonum an. 1285. MSS. *Quicumque tenens officium vel ministerium, qui emerit aliquam mercaturam ad opus officii vel ministerii sui, sive sit mercator, sive alius, qui se abatat, capiatur in persona, sicut caperetur pro commanda, nisi ostendere potuerit, quòd casu fortuito amiserit eam.* Secunda Curia Generalis celebrata Barcinone an. 1299. à Jacobo II. Rege Aragon. MS. *Item quòd quilibet Campsor, qui se abatat, vel qui jam steterit, vel sit abatut, quod nunquam teneat tabulam Cambii, nec aliquod officium nostrum; sed quòd habeatur & præconizetur pro infami & pro abatut per civitatem, & per locum ubi usus fuerit officio: & quòd detineatur captus, quousque satisfecerit, & quòd non comedat nisi panem & aquam.* Curia Generalis Cataloniæ sub Alphonso Rege Arag. an. 1333. MS. *Ordinamus quòd quicumque mercator vel draperius, & eorum negotiatores seu factores tenuerint commandas alterius, vel merces, aut alias res quas receperint es abatran, fugiendo, vel se absentando, puniantur, &c.*

Abbatiderit. Pactus Legis Salicæ tit. 45. *Si quis hominem de barco abbatiderit,* id est, amoverit, dejecerit.

Moneta abatuda, pretio diminuta. Charta Simonis Comitis Leicestriæ & Montisfortis an. 1209. in 30. Regesto Tabularii Regii ch. 44. *Si tempore solutionis hæc moneta Melgoriensis fuerit abatuda seu deteriorata, &c.* Chronicon vernaculum MS. in Tabulario S. Maglorii Parisiensis:

L' an mil deus cens soissante-trois,
Furent abatus li Mansus,
Li Escuciau, li Angevin,
Ainsi furent li Poitevin.

ABATIS. Papias: *Abatis, subauditur præpositus, id est, qui batos, id est, mensuras regias, dispersit.* Alibi: *Abatis, qui præest mensuris.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Abatis,* Fætfelleſe. Guillelmus Brito in Vocab. MS. *Abatis, media correpta, qui cum batis dividit avenam: Batus dicitur Provendre in Gallico.* Alibi: *Batus in Gallico, Provender, sc. præbendarium vas, cum quo avena dist. ibuitur equis. Præbenda avenæ,* passim in Computo Hospitii S. Ludovici à nobis descripto in Notis ad Joinvillam p. 108. Breviloquus: *Abatis, qui vel cum bato dividit avenam, vel alia frumenta.* Unde Ebrardus Bethun.

Abatis ad cœnam, dat equis Abatis avenam.

Olla patella:

Lixa, Cliens, Abatis, Botulus, Cocus, Esca, Batellus.

Disticha Magistri Cornuti, seu Joannis de Garlandia:

Sunt Anaphos, Piscina, Batos, Abatis, Cocus, Orcham.

Ubi Glossa: *A Bato dictum Abatis: est proprium nomen neutrius gen. & indeclinabile, & est mensura qua mensuratur præbenda avenæ quæ datur equis in abatta, vel alius ad hujus officium deputatus.* Dicitur igitur *A batis,* ut *A secretis, A caliculis,* qui scilicet *bato* præest.

Cujusmodi autem fuerit *Abatis* munus, bellè describitur in Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 27. *Imperatore, vel Rege ipso, in sede regia, sive solio imperiali sedente, Dux Saxoniæ officium suum agat hoc modo. Ponetur enim ante ædificium sessionis imperialis, vel regiæ, acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad pectus vel antelam equi, super quo sedebit ipse Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & mensuram argenteam, quæ faciant in pondere 12. marcas argenti; & sedens super equo, primò mensuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitus venienti ministrabit eandem: quo facto, figendo baculum in avenam, recedet, & Vice-marescallus ejus, putà de Pappenheim, accedens, vel eo absente Marescallus Curiæ, ulteriùs avenam ipsam distribuat.* Unde colligitur *Abatis* & Marescallorum munus idem fuisse. Jam verò palam & publicè in Magnatum ædibus avenam officialibus ac domesticis distribui solitam a Camerariis vel Senescallis, docet vetus Poëma MS. *de Parise la Duchesse:*

Quant il orent mangé, el palais sont entrez,
A une cheminée s' assirent lez à lez,
Li Chamberlencs commence l' Avoine à escrier:
Qui or veut de l' avoine, s' an vingne demander.

Bertrandus Clericus in Poëmate MS. de Girardo Viennensi:

Girard appelle Renér,
Frere, dist-il, queuz est vostre pensez?
Sept jors toz plains avons ci sejornez,
Qu' à Karlon le Roin' avons parlé,
N' a sa Cort ne mangé ne disné,
Ne pris avaine, ne denier moneé.

Infra:

Et si ne l' ai veu ni esgardé,
Ne à sa Cort ne mangé ne disné,
Ne pris avaine, un denier reconvré.

Rursum:

Li Seneschaux se prise à adrener,
Il ot vestu un frec ermine cher,
Et un bliaut qui ot fait entaller,
Doné li ot un nouvel Chevalier,
Si l' en fist plus orgoillos & fier;
En sa main tinst un baston de pomer,
A haute voix commença à hucher:
Or a l' avaine, Sergent & Escuier,
Ou par la Croiz que requerent Paumer,
Se vos me faite un petit corrocer,
N' en aurois point pour Deu le droiturer.

ABAUDIRE, *Exaudire,* ἐπακούειν, in Gloss. Gr. Lat. Interdum contemnere, non audire. Acta S. Nicephori Mart. num. 12. *Respuo & blasphemo opera manuum hominum, imo abaudio qui hujusmodi errorum pestibus seipsos tradere contendunt.* Vide *Obaudire.*

ABBA, πάππας, in Gloss. Lat. Græc.

ABBAS, vox Syriaca, quæ Patrem sonat. S. Augustinus epist. 177. *Paulus dicit Romanis (8.) scribens, In quo clamamus, Abba Pater. in uno nomine duabus utitur linguis: dicit enim Abba Hebræo vocabulo Patrem, & Latinè*

tinè nominat identidem Patrem. Adde eundem lib. 3. de Consens. Evangel. cap. 4. & Isid. lib. 7. c. 13. Ebrardus Bethun. in Græcismo:

Abba Pater signat, hinc Absalon exit, & Abbas.

Fortunatus lib. 3. Poem. 10. ad Paternum Abbatem:

Nominis officium jure, Paterne, geris.

Concilium Parisiense VI. lib. 1. cap. 57. *Decet, imo necesse est, ut Abbates Canonicorum attendant ut quid Abbates vocentur: si patres spiritales sunt, & filios spiritales Domino gignunt, merito Patres appellantur.* Atque inde Præfectos Monasteriorum *Abbates* vocarunt veteres, quòd Monachorum veluti *Patres* sint; quomodo & non semel appellari, in hac voce, infrà ostendemus.

Abba absque *s*, passim scriptum reperitur. *Abba Felix*, apud Facundum Hermianensem libro contra Mocianum. Idem tamen postea: *Lampridius Presbyter & Abbas Hierosolymitani Monasterii.* Abbo de Obsid. Parisiensi lib. 2.

Tempestate sub hac Hugo princeps obit Abba.

Alibi:

—— *Ebolus fortissimus Abba.*

Odo in Vita S. Majoli: *Et ab omnibus Dominus & Abba honoratur.* Bernardus Morlanensis de Contemptu mundi:

Qui bene disputat, & cito computat arte scholari,
Non petit actibus, at petit artibus Abba creari.

Ita apud Desiderium Episc. Cadurcensem Epist. 2. Monachum Sangallensem lib. 2. de Carolo M. cap. 15. & in veteribus tabulis apud Aimoinum lib. 5. de Gest. Francor. cap. 42. Doubletum in Hist. Sandionys. Beslium in Hist. Comit. Pictavens. & al.

Abbates, dicti Latinis & Græcis Scriptoribus, universim Monachi omnes, præsertim senio ac vitæ sanctitate venerandi, qua notione nos *Patres* eosdem vulgò appellamus. *Nam illud honoris est, ut quotidie senibus dicamus, Pater*, ut ait S. Augustinus in Collat. Carthagin. cap. 242. Papias: *Pater dicitur multis modis, deitate, doctrina, senectute, generositate.* Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ἀββᾶ ὁ γέρων, ὁ πατήρ. Ita Cassianus Collat. 1. cap. 1. Mosem & Germanum commonachos, *Abbates*, vocat. Regula S. Columbani cap. 7. *Cùm tanta pluralitas eorum sit, ita ut mille Abbates sub uno Archimandrita esse referantur.* Epiphanius de Locis SS. ἔχει δὲ ἡ αὐτὴ Ἀββάδες χιλίους, καὶ χίλια κελλία: *Monasterium Monachos seu Patres mille continet, & cellulas mille.* In iis scilicet non numeratis, qui vulgò Monasterio & Monachis inserviunt. Sic Theophanes pag. 378. τοὺς μητροπολίτας ἐκ τῶν Ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίστοις θρόνοις προεβάλλετο. Adde pag. 306. 397. Anna Comnena lib. 2. Alex. Joannem Ducam Cæsarem scribit à Byzantiis, quos ille cum Alexio Comneno obsidebat, per contumeliam τὸν Ἀββᾶν vocitatum. quia propter affectatam tyrannidem in Monasterium trusus fuerat à Michaële nepote, & Monachum egerat. Sic lib. 13. Basilium Monachum Bogomilicæ hæreseos auctorem, τὸν δαιμονιώδη Ἀββᾶν, & Cedrenus Monachum, qui Philippicum imperaturum vaticinatus fuerat, ψευδαββᾶν, vocant. In Menologio, SS. XX. Patres Synaitæ, quorum festum colitur 20. Martii ἅγιοι Ἀββάδες dicuntur. Ita passim Palladius in Lausiacis, Vita S. Joann. Eleemos. cap. 11. n. 65. cap. 13. n. 85. S. Ephrem de compunct. & hum. acquir. cap. 71. & Serm: ascet. Concil. œcum. VI. & VII. act. 2. Vitæ Patrum, &c. Fuere tamen ex Monachis sanctitate & vitæ integritate illustribus, qui *Patris* nomen ut nimis ambitiosum, à se amoliti sunt, *Fratris* compellatione contenti; ut S. Bernardus Epist. 62. Guigo Prior Majoris Carthusiæ apud Petrum Venerab. lib. 1. Epist. 25. ipseque Petrus Epist. quæ inter Bernardinas 353. extat. Id etiam videtur haud probasse S. Hieronymus lib. 2. in Epist. ad Galatas: *Cùm autem Abba Pater Hebræo Syroque sermone dicatur, & Dominus noster in Evangelio nullum Patrem vocandum nisi Deum: nescio qua licentia in Monasteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos aquiescamus &c.* Vide eundem lib. 4. in Matthæum.

Abbas, Genuensibus, dictus Prætor, seu Rector Populi Genuensis. In conventionibus initis inter Carolum Regem Siciliæ & Commune Genuæ anno 1307. in Bibl. Regia, non semel mentio fit *Nicolai Frambe Abbatis populi*, Joan. Villaneus lib. 9. cap. 93. *Nel detto anno i Capitani di Genova e l' Abbato del popolo, & la podesta, &c.* Sed & observat Octavius Ferrarius in originibus Linguæ Italiæ, Brixiæ Decurionum primores, & Mediolani Collegiorum & sodalitiorum, imo mercatorum atque opificum præfectos, Abbates etiamnum appellari. *Abbate del Collegio*, apud Dandem in Purgat. cant. 26. Eadem nomenclatura præterea donatus is qui Peræensibus seu Galatinis ὁμοφύλοις imperitabat, eò a Rep. Genuensi legatus seu *Consul* missus. Pachymeres lib. 13. cap. 27. Γενουῖται μὲν οὖν οἱ κατὰ πόλιν ἀντιπρόσωπον παρὰ τῶν σφῶν συνεῖχον Ἀββᾶν δεξάμενοι, δηλοῖ δὲ ἡ φωνὴ τὸν ἡγούμενον. Ἔχει δ' οὕτω τῶν τοῦ δήμου προστασίαν, ὡς παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Πραίτωρ τοῦ δήμου [illegible]. Ita forte Genuenses Rectores suos appellarunt, quia præcipuæ nobilitatis viros *Antianos*, seu γέροντας vocabant, quomodo apud Suidam δημογέροντες, οἱ τοῦ δήμου ἐν [illegible] olim dicti. Hesychius, [illegible]. Sed & in Mediolanensium statutis crebra est mentio *Abbatum Collegii notariorum & artificum*, qui scilicet certo tempore electi præerant toti collegio, de quorum officio agitur in 1. parte cap. 344. 345.

Abbas, Præfectus Monasterii, qua notione vox notissima. Observo tantum in Abbatum electionibus, perinde ac Episcoporum, requisitum olim Laicorum consensum, ex Regula scilicet S. Benedicti cap. 64. Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 268. *Quid multa, electio ad Laicos relata est, & preceptum atque consilium præfati Patris illis relatum est, in quo omnis assentiret Congregatio.* Infrà: *Electionem igitur quantum in se erat, laudat Episcopus, & inquirit utrum in hac consentiret Conventus & populus.* Et pag. 241. de seipso in Abbatem electo: *Me—— requisivit ab eo* (Lugdunensi Archiepiscopo) *in Abbatem, quod vix obtinuisset, nisi Canonicorum & Laicorum suffragia ad id expetendum sibi adhibuisset.* Epist: 33. inter Sugerianas: *Notum fieri volumus —— quòd nos omnes S. Ricabrii Monachi Dominum Petrum Bituricensem Monachum consilio & assensu religiosarum nostræ Provinciæ personarum, ac Militum, & Procerum nostrorum, Clericorum etiam ac Burgensium regulariter & canonicè nobis in Pastorem elegimus.* Adde Epist. 35. Moris istius rationem petere licet ex Cypriano lib. 1. Epist. 4. *Coram omni synagoga jubet Deus constitui Sacerdotem, id est, instruit, & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, ut sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio fuerit examinata.* Et infrà: *Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de conservatione perspexit.* Vide, quæ in hanc sententiam observamus in Gloss. med. Græc. in V· πτῶσις.

Abbas Abbatum. Pontius Cluniacensis Abbas in Synodo Romana ann. 1116. *Abbatem Abbatum* inauditâ nomenclaturâ se appellavit, qui à Johanne Cajetano Papæ Cancellario rogatus Cluniacensis à Casinensibus, an hi ab illis Regulam accepissent, respondit, non Cluniacenses modò, verùm omnes in Romano orbe Monachos Regulam S. Benedicti à Casinense accepisse Cœnobio. Ergo, inquit Cancellarius jure hæc prærogativa Casinensi Abbati concedi debet. Hæc ferme Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin cap. 62. quibus consonant verba S. Odilonis Abbatis Cluniacensis apud Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 54. qui cùm Casinum venisset, & ab Abbate Casinensi Theobaldo pastoralis baculus ei offerretur in processione, illum accipere renuit, *dicens nequaquam*

A 3 *dignum*

dignum esse illo præsente hujusmodi gestare virgam: indecens nimium & contra fas omne ducens, quempiam Abbatum manu pastoralem præferre virgam, ubi Benedicti Vicarium, Abbatum scilicet omnium Abbatem, adesse contingeret. Certè hanc prærogativam Casini Abbati concessere Summi Pontifices, ut cæteros ejusdem Ordinis Abbates in consessibus præcederet. Paschalis II. in Bulla ann. 1113. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 130. *Ac tam te, quam omnes successores tuos in omni conventu Episcoporum seu Principum, superiorem omnibus Abbatibus consedere, atque in judiciis priorem cæteris tui Ordinis viris sententiam proferre decernimus.* Charta Lotharii Imp. an. 1137. ibid. pag. 157. *Unde iterum atque iterum decernimus --- ut supradictus locus vigore ac honorificentia omnia præcellat Monasteria quæ constructa vel construenda sunt in toto orbe terrarum, & totius Christianitatis Abbates & Monachi honorem & reverentiam deferant.* Nicolaus I. PP. Desiderium Abbatem Casinensem *Vicarium suum* constituit *ad correctionem omnium Monasteriorum & Monachorum*, intra præfinitos limites, in Bulla, quam descripsit Angelus à Nuce ad lib. 3. Leon. Ost. cap. 13. Vide eundem Leonem lib. 2. cap. 53. Fuit etiam in Ecclesia CP. dignitas quædam, quæ ἄρχων τῶν μοναστηρίων dicebatur, cujus meminit Theosterictus in vita S. Nicetæ num. 43. & Joannes Cantacuzenus lib. 1. cap. 50. Apud Byzantios Hegumenus seu Abbas Monasterii Dalmati dicti, cæteris Monasteriis quoad supremam in disciplina monastica potestatem præerat, eoque nomine dicitur idem Dalmatus in Consilio Ephesino, πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης, πατὴρ μοναστηρίων. Ita *Catholicus*, seu Abbas & Hegumenus universalis dictus S. Eutychius, antequam Patriarchatum CP. consequeretur, quòd omnium in Urbe Regia Monasteriorum cura ei demandata esset, ut tradit Eustathius in illius vita num. 18. S. Benedictum Abbatem Anianæ ab Imperatore cunctis in Regno suo Cœnobiis præfectum, *ut sicut Aquitaniam Gothiamque normâ salutis instruxerat, ita etiam Francos salutifero imbueret exemplo*, tradit Ardo illius discipulus cap. 8. n. 36. Vide Chronicon Farfense p. 671.

Abbas Canonicorum, nempe Regularium, & *Abbas Canonicus*. Concil. Aquisgran. II. cap. 2. *Ut Abbates Canonici gregibus sibi commissis instanter invigilent.* His opponuntur canone seq. *Abbates Monachorum.* Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 79. *Unusquisque Episcopus sciat per singula Monasteria, quantos quisque Abbas Canonicos in Monasterio suo habeat, & hoc omnino ambo pariter provideant, ut si Monachi fieri voluerint, regulariter vivant; sui autem canonicè vivant omnino.* Præceptum Ludovici Pii pro Monast. S. Columbæ Senon. *Quia tunc temporis Abbatem Canonicum --- inibi præesse contigerat.* Concilium Parisiense cap. 37. *Decet, immo necesse est, ut Abbates Canonicorum attendant, ad quid Abbates vocentur, &c.* Charta Capituli Canonicorum S. Laudi Andegavensis: *Et hoc præcepit & voluit ad signum quod Comites Andegavenses pro omnibus Ecclesiis sint Domini & Abbates Ecclesiæ S. Laudi.* Vide Epist. 276. tom. 4. Hist. Franc. & Ordericum Vital. lib. 6. p. 622. Sunt, inquit Molanus lib. 2. de Canon. cap. 5. quædam Canonicorum Ecclesiæ, in quibus Abbas est sæcularis, Præposito dignior, cuiusmodi in Diœcesi Leodiensi 12. recensentur in Chron. Leod. in Richario cap. 43. qui quidem Abbates, nomine tenus ita nuncupantur, nullo cæteroquin Abbatum habitu, atque adeo nec mitrâ nec pedo donati, etsi primum in Canonicorum consessu locum obtineant. De ejusmodi Abbatibus ita Berchtoldus Constantiensis an. 1095. *Lutolfus sanctissimi Leonis Papæ Filius, sanctæque Tullensis Ecclesiæ Decanus. Monasteriorum Clericorum, quod Canonicum Romani cognominant, in quo Clericos secundum Regulam S. Augustini, vivere professos congregavit, quibus & præpositum ejusdem professionis præfecit, quem Episcopus Loci in Abbatem eidem congregationi solenniter consecravit. Est enim consuetudo in illis partibus, ut Præpositi congregationum ejusmodi, Abbates nominentur, & in Abbates consecrentur: hoc tantum excepto, quòd baculos non portant.* Negat porro idem Molanus hanc Abbatum nomenclaturam supremæ Collegiorum Canonicalium dignitati inditam, quod in iis, ubi superest, Ecclesiis vel Collegiis primitus Monachi fuerint, cùm pro certò haberi debeat in plerisque, ubi adhuc viget ea appellatio, neutiquam Monachos extitisse.

Abbas Capellæ Palatinæ. Vide *Capellanus.*

Abbas Cardinalis, cui indultum est privilegium & nomen *Cardinalis*. Hugo Monach. Cluniac. in Epist. ad Pontium Abbat. Cluniac. scribit, Calixtum PP. cùm Cluniacum venisset, *communi suorum assensu assidentium largitum esse Cluniacensi Ecclesiæ speciali & propriæ suæ, ut Abbas Cluniacensis semper & ubique Romani fungatur officio Cardinalis*; idque Bulla ac privilegio edito statuisse.

Abbas Cardinalis, alia notione in Bulla Urbani II. PP. an. 1097. apud virum eruditum Joannem Mabillonium tom. 4. Vitar. SS. Ordinis S. Benedicti, p. 448. *Placuit --- ut utrique loco, sicut antea fuerat, Abbas Cardinalis restitueretur, &c.* Id est, *Abbas in capite*, ut habet Charta Guillelmi Episcopi Trecorensis apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Penteuriensi pag. 17. *Abbé en chef, en titre*: agitur enim de duabus Abbatiis simul unitis, & hac Bulla à se divulsis, quibus dati Abbates proprii ac *Cardinales*. Vide: *Episcopus Cardinalis.*

Abbates interdum dicti ii quos *Curatos primarios*, vernaculè *Curez primitifs*, appellamus. Nam ex veteribus instrumentis constat parochiales omnes Ecclesias & civitatis & diœcesis habuisse ministrum unum majorem, alterum medium, tertium infimum. Minister major dicebatur *Abbas*, *Custos*, & tandem dictus est *Rector*. Ministri medii dicebantur *Presbyteri*, & tandem *Capellani*, Minister infimus appellabatur *Sacrista*, qui Abbati & Presbyteris inserviebat, & quæ in Ecclesia minora sunt officia, peragebat. Presbyteri seu Capellani habebant curam animarum *in actu*, id est, habebant actuale exercitium Curæ, cùm Missas celebrarent, & Sacramenta plebi administrarent. Abbas verò seu Rector habebat curam *in habitu*, eique licebat per seipsum ministrare Sacramenta: sed præsertim illius id erat muneris, ut super universam Parochiam invigilaret, videretque si Presbyter officio suo rectè fungeretur. Hæc ferè Michaël Monachus in Sanctuario Capuano, qui hujusce rei exempla aliquot profert, quibus adjungenda ea quæ habet Ughellus tom. 7. Italiæ Sacræ p. 506. & seqq. & 601.

Abbacomites, Abbicomites, dicti Comites ac nobiles Laici, quibus datæ erant à Regibus Abbatiæ & Ecclesiæ jure beneficii, seu, ut aiunt, *in Commendam.* Gerbertus Epist. 17. *Scire cupit, an Hugo, quem vestra lingua Abbacomitem dicitis, uxorem duxerit.* Vetus Genealogia Regum Franc. à Carolo Simplice, MS. *Carolus Simplex genuit Ludovicum, Ludovicus genuit Lotharium: Lotharius genuit Ludovicum, & Carolum Patrem Hugonis Abbacomitis.* Hugo Flaviniacensis in Chron. part. 2. cap. 15. *Cui tamen plurimum restitit Hugo Autissiodorensis, qui Abbicomes dictus est, cujus cognatam Constantiam Robertus (Rex) habebat uxorem.* Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 70. *Tunc temporis Abbas-Comes Abbatiam B. Humberti, cui Episcopum Stephanum Rex Carolus præfecerat, possidebat.* Gesta Consulum Andegav. cap. 4. n. 1. *Nam recepta est Christiana devotione & fidelitate Potestas illa, quæ suo tempore cum reverentia pia & humilitate Abbacomitatus est dicta, à successoribus verò ejus in arrogantius vocabulum, quod est Ducamen, mutata.* Et infrà num. 3. *Per Hugonem Abbacomitem Suessionis Episcopus factus.*

Monasteria porro & Abbatia Laicis in beneficium ob reipublicæ necessitates & tuitionem concessisse Reges

Franciæ,

Franciæ, observare est ex Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 181. Concilio Aquisgran. II. cap. 3. Can. 19. Meldensi an. 845. cap. 9. Synodo ad Theodonis-villam in Capit. Caroli C. tit. 2. cap. 3. & 5. Ivone Carnot. Epist. 181. &c. Id verò primum fecisse Carolum Martellum consentiunt Scriptores omnes, eoque nomine *æternaliter perditum* seu damnatum finxerunt quidam, ut est apud Baron. an 889. n. 31. Vide Hugonem Flaviniacensem in Chronico pag. 107. Extat apud Doupletum Diploma Lotharii Imp. in quo fit mentio Matfridi Comitis, qui Abbatiam S. Dionysii *regio retinebat jure beneficiario.* Joannes VIII. PP. Epist. 143. *Ut de Abbatia S. Augentii quam divæ memoriæ Carolus Imperator fideli suo & filio Ecclesiæ nostræ jure beneficario tribuit.* Baldricus lib. 1. Hist. Camerac. cap. 70. de Isaaco Comite Cameracensi: *Ipsamque regiam ac locupletem Abbatiam S. Gaugerici cum omnibus appendiciis sibi beneficiatam regio jure tenebat.* Capitul. an. 823. cap. 8. & lib. 2. cap. 8. *Abbatibus quoque & Laicis specialiter jubemus, ut in Monasteriis, quæ ex nostra largitate habent, Episcoporum consilio & documento ea, quæ ad religionem Canonicorum, Monachorum, Sanctimonialium pertinent, peragant, & eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant, & obediant.* Charta Caroli Calvi an. 864. in Cod. donat. piar. Miræi lib. 1. cap. 18. *Adelinus Comes, qui & largitu nostro Rector Monasterii S. Petri & S. Bavonis, quod vocatur Gand, &c.* Willelmus Comes Arvernensis in Tabulario Brivatensi, ch. 308. *Ubi ego dono regio Abatiale videor fungere officium*, in Ecclesia scilicet S. Juliani. Infinita porro prostant exempla Comitum Laicorum, qui Ecclesiarum ac Monasteriorum sese inscripsere Abbates: aliquot ex iis congessit Beslius in Hist. Comitum Pictav. cap. 1. Atque Laici isti Abbates ipsimet regebant Monachos ipsos. Hinc querela S. Bonifacii in epistola ad Cuthbertum Archiepisc. Cantii, & in Concilio Cloveshovensi an. 747. can. 5. *Illud hoc quod Laicus homo, vel Imperator, vel Rex, aut aliquis Præfectorum, vel Comitum in sæculari potestate fultus sibi per violentiam, rapiat Monasterium de potestate Episcopi, vel Abbatis, aut Abbatissæ, & incipiat ipse vice Abbatis regere, & habere sub se Monachos, & pecuniam possidere, quæ fuit sanguine Christi comparata, &c.* Atque 11. statuebant *Decanos, qui curam haberent Manachorum*, ut est apud Continuatorem Aimoini cap. 42. Tabularium Flaviniacensis Monasterii: *Flaviniacensis Cœnobii, ubi venerabilis vir Sarulfus Decanus vice VVarini Comitis cum norma Monachorum honorificè militat.* Vetus Catalogus Abbatum ejusdem Abbatiæ: Marianus successit an. 845. Indict. 7. & Wifado sedem reliquit. Quo migrante Warinus Comes dono Imperatoris Karoli præfuit vice Abbatis, & sub eo Sarulfus decanus, & post eum Gothserus Abba successit: quo defuncto, Hugo successit, 16. anno Caroli. Interdum etiam Monachis ipsis præerat Monachus cum nomine & titulo *Abbatis*, quem legitimum vocat Capitulare Suessionense an 744. cap. 3. ad discrimen Abbatis Militaris. Descripsit Gallandus in Tract. de Franco alodio pag. 295. Chartam continentem controversiam inter Monachos S. Albini, & Canonicos S. Licinii Andegavensis, in qua dicitur utrosque *habuisse Abbates: Monachos, Monachum nomine Hincbertum; Canonicos, Laicum nomini Tetbaudum*, & controversiæ judicem delegisse *Comitem Fulconem utrorumque Abbatum Archiabbatem*, utpote qui prædia harum Ecclesiarum possidebat, eoque nomine *Abbatem* sese inscribebat. *Abbates Monasticos* etiam appellatos observat Hemereus in Augusta Viromanduorum p. 114. ex sermone de Tumulatione S. Quintini. Exinde Reges ipsi, qui jure an injuriâ proceribus istis successerant, sese perinde Abbates inscripserunt: ita Reges Philippus I. Ludovicus VI. atque adeo Duces Aurelianenses *Abbates Monasterii S. Aniani Aurelian.* inscripti leguntur apud Hubertum in Hist. ejusdem Ecclesiæ. Chronicon Turonense: *Obiit Hugo præpotens Abbas Ecclesiæ beatissimi Martini & Dux Francorum. Inde Galliæ Reges sibi nomen assumunt Abbatis Protectoris sancti Martini: & in primo ingressu Regis in Ecclesiam recipitur cruce erecta à Clero ejusdem Eccsesiæ, & præstat juramentum conservationis privilegiorum.* Tabular. S. Martini Turon. *Nos igitur Robertus in Dei nomine Gregis atque rerum inclyti Confessoris Christi B. Martini Abbas, nec non & Filius noster Hugo, cui post nos cum Seniore nostro Rege Carolo omnes honores impetratos habemus, &c. Dat. Kal. Jul. in Civit. Turonis anno 17. regnante Karolo Rege* 908. Tabular. S. Victoris Paris. ch. 13. *Assensu Canonicorum & Vicariorum nostrorum, nec non & Dom. Regis (Philippi Aug.) qui Abbas est nostræ Ecclesiæ in perpetuum dedimus, &c.* Tabular. S. Maurii ad Ligerim: *Præsul reverendus Abbas, unaque Comes venerabilis Hagano.* In charta Caroli IV. Reg. Franc. *Rainaldus Consanguineus noster ex parte nostræ Genitricis Abbas Cœnobii Fossatensis.*

Sed & Duces ac Comites Galliæ eosdem sibi arrogavere titulos ut hæreditarios, cum & Monasteriorum bona non modica sibi retinuissent ac asseruissent, ex quo eorum decessores jure beneficiario ab Regibus easdem Ecclesias impetrarant; quas ut Ducatus ac Comitatus suos, quos eodem jure, hoc est, ad vitam, possidebant, ad posteros, inclinata & profligata Regum auctoritate, transtulere. Inde igitur passim legimus Duces Aquitaniæ *Abbates* sese *S. Hilarii Pictaviensis* inscripsisse, apud Besium p. 253. 269. 283. 284. 285. 449. 451. Comites Andegavenses, *Abbates S. Albini & S. Licinii*, apud Sammarthanos in Episcopis Andegavens. & Gallandum lib. de Franco alod. Comites Pontivenses, *Abbates S. VVlfranni*, in Hist. Eccles. Abbavillensi lib. 1. cap. 60. Comites Viromandenses, *Abbates S. Quintini*, apud Hemereum in Aug. Virom. in Reg. p. 30. 31, 32. 33. 34. 35. Ejusmodi verò Abbatiarum & Monasteriorum invasiones ac usurpationes non semel prohibitas observare est, præsertim in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 321. Extat apud Paschasium, Radbertum in Epitaphio Walæ Abbatis Corbejensis lib. 2. cap. 2. ejusdem Walæ ad Ludovicum Pium de Ecclesiis in Beneficium Laicis datis gravis expostulatio.

Verùm licèt Summi Pontifices ipsique Episcopi erga Reges ac Principes, ut à Monasteriis sæculares submoverent, Ecclesiasque Monachorum juri addicerent, subinde instarent; vix tamen id obtinuere, nisi sub initium tertiæ Regum stirpis: cum ii hac se excusatione tegerent, res Ecclesiasticas sublatas ex integro restituere non posse, *ne suæ reipublicæ militiam defraudare viderentur*, ut est in Epistola Nicolai I. PP. ad Odonem Episcopum Belvacensem, apud Loisellum, in quo hæc præterea habentur: *In sæcularium verò manus atque potestatem ipsa Monasteria nulla deinceps ratione vel occasione perveniant, quia non est leve ante oculos summi Judicis discrimen, religiosis locis & Monasteriis Deo dicatis sæcularem præficere potestatem, & ei contradere pastoralis curæ sollicitudinem, qui quid sit Pastor, ignorat, nec quærit lucrum animarum, sed pecuniæ censum; nec in divinis cultibus servitium impendatur, sed ut suis usibus ad dominationis votum deserviatur.* Huc pertinet nota, adjecta capiti 1. Capitularis Aquisgran. 1. ann. 803. quam in librum 1. retulit Tillius: *Tempore Adriani PP. & Karoli Mag. Imper. quando Paulinus Episcopus tenuit vices Apostolicæ sedis in Aquis, fuit factum istud Capitulum propter hoc quia Laici homines volebant (ut solebant) dividere Episcopia, & Monasteria ad Morum opus, & non remansisset ulli Episcopo, nec Abbati, nec Abbatissæ, nisi tantum, ut velut Canonici & Monachi viverent.* Hic porro abusus non intra Occidentis fines se se continuit; sed & postmodum in Orientem

tem transiit. Editus est pronuper à viro singularis eruditionis Joanne Baptista Cotelerio, Regio Linguæ Græcæ Professore, Joannis Antiocheni Patriarchæ, qui sub sæculi duodecimi initium vixit, opusculum, quo demonstrare conatur, *Οἱ εἴτε μοναστήρια διὰ δωρεῶν λαμβάνοντες, εἴτε ἀρχιερατικῶν, εἴτε βασιλικῶν, καὶ ἐκ τῶν μοναστηρίων κέρδη ἔχοντες, ἀσεβοῦσι.* Ubi pauca superfuisse innuit Monasteria sua tempestate, quæ viris Laicis ad vitam, vel ad duorum aut trium hæredum, quo modo apud nos precariæ dari solebant, non collata essent ab Principibus: graviterque invehitur in ejusmodi *χαριστικαρίους*, sic enim appellat, quos nostri *Beneficiarios*. Adeo ut mirum sit fit Theodorum Balsamonem ad can. 13. VII. Synodi, Antiocheni istius Præsulis scripta improbare ausum fuisse, virum sacris initiatum. Ita nempe hac ætate Principum suorum ausis nefariis applaudere soliti erant Pontifices ipsi.

Abbates Milites, in aliquot chartis Occitanicis, dicti Laici Milites, qui certa Abbatiarum & Monasteriorum bona possidebant, eoque nomine ad earundem Ecclesiarum protectionem & tuitionem tenebantur. Pactum inter Simonem Comitem Montisfortis & Abbatem Moissacensem 14. Septembr. 1212. in Regesto 30. Tabularii Regii ch. 13. *Item in prædicta Concordia posuerunt, & concesserunt inter se prædictus Comes & prædictus Abbas, & Conventus, de illis mansis & bordariis, in quibus dominus Comes habebat suum Captemium pro Abbate Milite: ut de illis, in quibus debebat habere unam pro Captemio, pro Abbate Milite, &c.* Et infrà: *Sciendum est, quod quidquid habemus apud Moissacum, & in honoribus S. Petri, totum tenemus de Abbate: & exinde homagium nos facere debemus; pro his autem omnibus debemus Captenere, & tutari dominum Abbatem & Conventum & Ecclesiam S. Petri, &c.* Anno verò 1219. præstitum est hominium *al revera Abbat*, à Comite Monfortensi; cujusmodi etiam à Philippo Rege Franc. qui Comitibus Tolosanis successerat, factum an. 1284. arguit Charta ejusdem Regis, cujus hæc sunt: *Cùm nobis constet quòd ea quæ habemus & tenemus in villa Moissaci & Provilla, & in honoribus S. Petri Moissaci in feudum cum homagio tenuerunt, nos etiam recognoscimus nos tenere in feudum prædicta ac iisdem Abbate & Conventu, &c.* Ex quibus perspicuum fit *Abbates Milites* eosdem esse qui *Abbatiarii* dicti posterioribus sæculis apud Beneharnenses, Bigorritanos, & in vicinis Provinciis, qui primitus *Abbates Laici*, *Abbats Laics* in Consuet. Beneharn. art. 1. §. 30. seu nudè *Abbates* nuncupantur in Tabulariis Ecclesiarum Luci, S. Savini, & S. Petri Generensis: *Laici* scilicet, qui decimas Ecclesiarum possident, & jure patronatus in iis gaudent. Horum ædes à quibus hæc jura pendent, ut plurimum Ecclesiis adnexæ sunt, censenturque nobiles, atque adeò à *talliis* & tributis sunt immunes, perinde ac agri iis atributi, ut qui quondam bonorum Ecclesiæ pars fuerunt. Ejusmodi Abbatum numerus propemodum infinitus est apud Beneharnenses & Bigorritanos, qui in Tabulis Monasteriorum Luci, S. Savini, & S. Petri Generensis, passim *Abbatum* appellatione donantur, quod Ecclesiarum Parochialium, quas *Abbatioalas* vocabant, & Fori Navarrenses *Abbadiados*, bona possiderent. Hinc etiam patet, *Milites*, Comitum & Ducum exemplo, bona Ecclesiastica invasisse, ea scilicet tempestate, qua bellis intestinis ac Normannorum irruptionibus tota conflagrabat Gallia; vel certè Ecclesias ipsas ac Monasteria bonorum suorum protectores illos delegisse, quibus, ut in sui tuitionem ac protectionem eos obstringerent, partem bonorum Ecclesiasticorum ipsasque decimas concessere. Epitaphium Gotofredi Episcopi Magalonensis apud Gariellum.

Militibus tulit Ecclesias, Comitesq; coëgit
Se versis vicibus subdere Præsulibus.

Vide Joan. Sarisber. Epist. 28. Vide Cujacium lib. 1. Feud. cap. 1. Catellum in Hist. Occitan. pag. 627. 628. & Marcam in Hist. Beneharn. lib. 11. cap. 28. Nec multùm diversi ab iis.

Abbates Laici, apud Hibernos & Guallenses, de quibus ita Silvester Giraldus lib. 2. Itiner. Cambr. cap. 4. *Hæc Ecclesia, sicut & aliæ plures per Hiberniam & Walliam plures, Abbatem Laicum habet. Usus enim inolevit & prava consuetudo, ut viri in Parochia potentes tanquam œconomi, seu potiùs Ecclesiarum Patroni & Defensores à Clero constituti, postea processu temporis aucta cupidine totum jus sibi usurparent, & terras omnes cum exteriore possessione sibi impudenter appropriarent, solùm altaria cum decimis & obventionibus Clero relinquentes, & hæc ipsa filiis suis Clericis & cognatis assignantes. Tales itaque defensores, seu potiùs Ecclesiarum destructores, Abbates se vocari fecere, & tam nomen indebitum, quàm rem quoque sibi assignari præsumsere.* *Abbas secularis.* Tabular. Brivatense an. 1276. Fol. 174. *Petrum de Monteacuto Abbatem secularem in Ecclesia Brivatensi &c.*

Abbates Episcopi dicti olim in Sicilia, Catanæ & Montis Regalis Abbates; quia cum à Regibus Siculis extructa essent iis in locis Monasteria, eorum Abbates postmodum à Summis Pontificibus Episcopi creati fuere, eorumque Ecclesiæ, Cathedrales factæ: hac tamen conditione, ut qui Abbas à Monachis eligeretur, esset & Episcopus. Bulla Urbani II. PP. pro erectione Episcopatus Catanensis apud Rocchum Pirrum: *Præsenti decreto statuimus ut — quicumque in prædicta Ecclesia à Monachis electus fuerit in Abbatem, idem populo quoque præesse debeat in Antistitem. — Idemque Abbas & Episcopus, & Monasterium regulariter, & Clerum & populum universum canonicè Rege domino opitulante procuret.* Ita Theobaldus primus Montis Regalis Monasterii à Guillelmo Rege Siciliæ an. 1176. conditi Abbas, in variis Chartis *Abbas & Episcopus Regalis Monasterii S. Mariæ novæ*, seu *Abbas & Episcopus* nudè inscribitur, apud eumdem Pirrum. Fortunatus lib. 5. Poëm. 1. de Cæsario Arelatensi Episcopo:

Qui fuit Antistes Arelas, de sorte Lirini,
Et mansit Monachus, Pontificale decus.

Vide Metropolim Salisburgensem tom. 3. pag. 290. & infrà in *Episcopus Abbas*.

Abbas Chorepiscopus. Vide *Chorepiscopus*.

Abbates exempti à jurisdictione Episcopi seu Ordinarii, & nudè à Romana Sede dependentes ex speciali privilegio, in quos acriùs invehuntur S. Bernardus lib. 3. de Consider. cap. 3. & 4. & Petrus Blesensis Epist. 68. & 90. Scribit Matth. Paris an. 1257. statutum fuisse Romæ à Summo Pontifice, *ut quilibet qui in Abbatem exemptum ex tunc eligeretur, Romanum Curiam adiret confirmandus & benedicendus.* Vide V. Cl. Bosquetum ad Epistolas Innocent. III. PP. pag. 11. & infrà in voce *Monasteria exempta*.

Abbates Mitrati, quibus Episcopalia ornamenta, id est, Mitram, Sandalia, Chirothecas, ac Annulum deferendi à Summis Pontificibus indidem jura indulta sunt: quod non Episcopi duntaxat, quorum privilegiis detrahebatur, graviùs tulere, sed ipsi interdum Abbates non probavere; adeo ut ejusmodi Mitratos acerbiùs perstrinxerint St. Bernardus Epist. 42. Petrus Blesensis Epist. 90. & Thomas Cantipratanus lib. 1. de Apib. cap. 6. Vetus est Episcoporum querela, *Monachos jura Episcoporum insatiabiliter ambire*, ut est in Chronico Casin. lib. 4. cap. 80. & tamen incredibile dictu quàm latè hoc privilegium indultum legatur. Unde cùm offenderentur Episcopi, quòd in Conciliis & Synodis Abbates, quibus jus Mitræ erat, ab Episcopis non distinguerentur, hoc discrimen instituit Clemens IV. ut in Synodis exempti Mitris aurifrigiatis, sed sine gemmis, laminisque aureis vel argenteis utantur; non exempti simplicibus albis & planis: in aliis verò locis utris-

utrisque iis uti Mitris liceat, quas Sedis Apostolicæ indulta permiserint, Viterbii 19. Kal. Septembr. in 2. Descripta bulla legitur in Tabul. Episcop. Ambian. Fol. 50. v. & in alio Fol. 11. At in Ordine Præmonstratensi Abbates Mitra aut Chirothecis non utuntur, ex communi consilio Abbatum ejusdem Ordinis, *ne forsan ex ipsis supercilium elationis quis assumat, aut sibi videatur sublimis, cùm his uti se viderit, quæ Pontificibus, & majoribus Ecclesiarum Prælatis à Sede Apostolica sunt concessa.* Verba sunt Innocentii III. PP. lib. 1. Epist. pag. 118. qui istud Decretum suo firmavit. Vide statuta ejusdem Ord. dist. 2. c. 1. dist. 4. cap. 1. Interdum etiam Summi Pontifices potestatem Legatis suis indulsere jus Mitræ Abbatibus, quos ad id eligerent idoneos concedendi, cujus rei exemplum prodit Historia Monasterii S. Nicolai Andegavens. pag. 107. Vide Goffridum Vindocin. lib. 2. Epist. 27. Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 689. & Decreta Calomani Regis Hungar. lib. 2. cap. 37.

Abbas Palatii, qui alias *Archicapellanus*. Vide in voce *Capellanus*. Apud Ughellum in Archiepiscopis Salernitanis, *Dauferius Archidiaconus & Abbas Capellæ Palatii* subscribit Diploma Amati Archiepisc. Salern. circa an. 990. pag. 509. 511. Sed hoc loco *Abbas* idem valet ac *Curio*, Presbyter Ecclesiæ.

Abbates Regales. Vide *Monasteria Regalia*.

Abbas Præbendarum. Charta Fundationis duarum Præbendarum in Ecclesia Folliacensi ad Corbejam ann. 1211. in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 333. sic inscribitur: *Radulfus Dei gratia Archidiaconus Pontivensis, & dictus Abbas Præbendarum Sancti Matthæi apud Corbejam &c.*

Abbas secundarius, dictus Præpositus Monasterii, seu, ut hodie eum vocant, *Prior*, quòd vices ageret Abbatis primarii. Regula S. Benedicti cap. 65. de Præpositis: *Qui æstimantes se secundos esse Abbates, assumentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt.* Sidonius lib. 7. Epist. 17. *Quæso ut Abbas sit Frater Auxanius supra Congregationem, tu verò & supra Abbatem.* Vide Savoronem. *Abbates* denique dictos, licet impropriè, Decanos rurales, scribit Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 11.

Abbatissa, Præfectæ Monasteriis Virginum, seu Sanctimonialium, *Matres Monasteriorum*, uti à quibusdam vocantur, *Matres Monachorum*, apud Joannem de Janua: *Abbatissæ quæ Sanctimonialibus præesse videntur*, in concilio Parisiensi an. 829. lib. 3. cap. 18. Earum ille subiere locum, quas *Diaconissas* appellabant, quæ in sacris Liturgiis ac Synaxibus, sequiori sexui præibant, ut suis locis docemus. Prohibentur verò Abbatissæ *foras evagari, aut inter villas residere, suisque voluptatibus deservire*, in Epist. Ludovici Pii ad Sicharium Archiepisc. Burdegalensem.

Abbatia, Monasterium cui præest Abbas, vel Abbatissa. Vox nota.

Abbatia, ipsum Abbatis regimen ac gubernatio. Concilium Meldense an. 845. cap. 10. *Talis Abbatia, quæ Paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.*

Abbadia, pro *Abbatia*, in primo Testamenro Vidradi Abbatis Flaviniacensis, edito à viro doctissimo Joanne Mabillonio.

Abbatiola, Capella, Sacellum, Ecclesiola, Ecclesia minor, seu *minus*, ut vulgò loquimur, *Beneficium*. Capitula Caroli C. an. 853. cap. 3. *Missi inquirant de Capellis & Abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis.* Charta an. 903. apud Perardum in Burgundicis: *Fulberti videlicet Abbatis ipsius Abbatiolæ S. Joannis.* Chronicon Corbeiæ novæ: *Dominus Liudvvicus Imp. tradidit Monasterio locum Huxeri, cum omnibus finibus suis, Evesburg & Meppiam Abbatiolas, & cætera prædia in Aquilone.* Charta Leonis IX. PP. apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 356. *Præterea verò Ecclesiam, immo Abbatiolam S. Felicis ipsi loco adjacentem, &c.* Vide Monachum Sangall. lib. 1. cap. 14. Fulcuinum de Gest. Abbat. Lobiens. c. 28. Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 465. 779. Annales Noviomenses Vassorii p. 693. &c. Observavimus suprà in veteribus Foris Navarræ lib. 1. & 2. *Curas* appellari *Abbadiados*.

Abbatiuncula, in Charta Caroli Simplicis Reg. Franc. apud Baldricum Noviom. lib. 1. Chron. Camerac. cap. 67.

Abbatisare, Abbatem agere. Liber de Morimundensis Cœnobii in agro Mediolanensi desolatione: *In hac autem* (Abbatia) *eodem tempore abbatizabat vir venerabilis dominus Florius.* Chronicon Casauriense lib. 4. *Et exclusum judicio, iterum coëgit abbatisare.* Cæsarius lib. 6. Mirac. cap. 10. *Quæ hodie abbatisat in jamdicto Cœnobio.* Utitur & lib. 7. cap. 40. ut & Laurentius Leodiensis in Episcop. Vird. pag. 343. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 9. Matth. Paris. an. 1257. &c.

Abbatiare, eadem notione apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 7. & in Chronico Episcoporum Albigens. non semel.

ABBASCIATUM. Vide *Ambasciare*.

ABBATARE. Vide *Abatare*.

ABBECARE. Vide *Beccus*.

ABBETATOR, vox forensis apud Anglos, *Incitator, Instigator*, qui alium ad facinus aliquod perpetrandum exacuit, tutaturve facturum. Hæc Spelmannus, qui à Saxonico accersit. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 342. *Procuratores, Notarios, Nuncios, manutentores, fidejussores, abbetatores, attornatos, deputatos, actores, &c.* Sententia edita in Hugonem Dispensatorem an. 1326. apud Knyghtonem: *Et pur ceo que vous abbetastes & procurastes discorde entre nostre Seigneur le Roy, & la Royne, & les altres de Realme, si serez emboëllez, &c.* Vide Fletam lib. 1. cap. 34. §. 47. lib. 2. cap. 1. §. 13. c. 52. §. 35. Eduardum Cokum ad Litleton. sect. 475. W. Stamfordium de Placitis Coronæ, & Rastallum in Expositione vocum Legum Anglic.

ABBOBUTA. Vetus Charta Lusitanica æræ 904. apud Rodericum *da Cunha* in Hist. Episcoporum Portensium 1. part. cap. 12. *Ostium, de sinistro juxta oraculum Baptistæ & Martyris Joannis, quem simili modo fundavimus, & de puris lapidibus construximus, columnas sex cum vasibus* (basibus) *totidem posuimus, ubi abbobuta tribunalis est constructa, &c.* Versio Lusitanica habet *abobeda*.

ABBUTARE. Vide *Butum*.

ABCTURIUM. Liber Sacramentorum Gregorii M. ubi de Ordine ad Ecclesiam dedicandam; *Deinde incipiat Pontifex de sinistro angulo ab Oriente, scribens per pavimentum cum cambuta sua Abcturium, usque in dextrum angulum Occidentis, &c.* Ita enim præferre Codicem Remensem, monet Menardus, ubi alii habent, A, B, C. Unde conficitur *Abcturium*, esse *Abecedarium*, seu Alphabeti literas: quod alii *Abgatorium*, vel *Abgetorium* vocant, ut mox dicetur: proinde efferendam hanc vocem, quasi scriptum esset *Abecetorium*. *Abici* dicunt Itali. Ad Codex Ecclesiæ Senonensis scriptus sub Menardo Aachiep. habet *Abecenarium*. De eo verò more describendi literas Alphabeti in pavimento in dedicationibus Ecclesiarum, agunt præter Menardum, Scriptores qui de Ritibus Ecclesiasticis libros edidere.

ABDICIUM, *Secretum, occultum, vel obsconditum.* Breviloq.

ABDITORIUM, arcæ species, in qua quid *abditur* vel reconditur. Inventarium Ecclesiæ Eboracensis tom. 2. Monastici Augl. p. 173. *Item unum coffur, & una pixis de ebore ornata cum argento deaurato Item tria abditoria, & 3. pixides de ebore ornatæ cum cupro deaurato.*

ABDITUS, Vilis, minoris momenti. Ita *abdita oppida*, usurpat lex 14. Cod. Theod. de Oper. publ.

ABDOMIRE, ἀφυπνεῖν, in Gloss. Græc. Lat.

ABEBRARE. Vide *Vasa*.

ABECEDARIUS, qui prima literarum elementa docetur: *puer literis elementariis & calculo imbutus*, apud Capitolinum in Pertinace. Horatius:

— *Pueris dant crustula blandi*
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Petrus Damianus lib. 6. Ep. 17. *In literario ludo, ubi pueri prima articulatæ vocis elementa suscipiunt, alii quidem Abecedarii, alii Syllabarii, quidam verò Nominarii, nonnulli etiam calculatores appellantur: & hæc nomina cùm audimus, ex ipsis continuo, qui sit in pueris profectus, agnoscimus.* Vide Goclenium in Lexico Philosophico p. 284.

Abecedarius Psalmus. Vide *Psalmus*.

Abecedarium, prima literarum elementa. Auctor Mamotrecti: *Alphabetum, Abecedarium.* Will. Malmesbur. lib. 2. de gest. Pontif. *Tum Lanfrancus ex prima collocutione intelligens quam propè nihil sciret, Abecedarium ipsi expediendum exposuit, ferociam hominis Italica facetia illudens.*

ABECENARIUM. Vide *Abcturium*.

ABELLARIUM. Vide *Abollagium*.

ABEREMURDRUM. Vide *Eberemurdrum*.

ABERGARE. Vide *Herebergum*.

ABETTUM, Auxilium, incitamentum. Fleta lib. 1. c. 18. §. 4. *Quòd veritatem dicam, nec quantum in me est, celavi permittam, nec per alicujus abettum, vel procurationem vel aliqua amittam: quin veritatem dicam.* §. 14. *Per cujus procurationem & abettum &c.* Charta Gallica apud Henricum de Knyghton lib. 5. pag. 2716. *Item par ledit acrochment les avantdits Robert de Verc Duc d'Irlande, & Michel de la Pole Cont de Suffolc, per assent & conseille dudit Alexandre Erchevesk de Vervek, ont faits que nostre Seigniour le Roy sans assent du Royaume ou deserte d'eux, lour ad done per lour abete moult diverses Seignouries, &c.* Id est, eorum consilio ac incitamento. Adde Will. Stamfordium lib. 2. de Placitis Coronæ pag. 105. Vide *Abbetator*.

ABBEYANTIA. Vox forensis, cujus notio petenda à Littletone sect. 649. *Le plus haut briefe que ils poient aver, est le briefe de* Juris utrum, *lequel est graund proofe que le droit de fee n'est en eux, ne en nul autre. més le droit de fée simple est en abeyance, ceo est à dire, que il est tant seulement en le remembrance, entendement & consideration de la ley. Car moi semble que tiel chose & tiel droit que est dit en divers livres estre en abeyance, est à tant à dire en Latyne*, talis res vel tale rectum, quæ vel quod non est in homine ad tunc superstite, sed tantummodo est, & consistit in consideratione & intelligentia legis, & quod alii dixerunt, talem rem, aut tale rectum fore in nubibus. Ad quem locum rectè Eduardus Cokus, *res in Abeyantia esse*, Leguleios dixisse conjectat, quæ nondum sunt definitæ, aut sententia comprobatæ, sed sunt adhuc *in expectatione*. Gallis enim, præsertim Belgis nostris, *beer* est *expectare, inhiare rei alicui.* Adde Rastallum in verbo *Abeiance*.

ABEUVRARE. Adaquare animalia, in Foris Arag. lib. 4. f. 85. v. *Abbrever*,

ABGATORIA, *Abgetorium*, Abecedarium, elementum cujuscumque scientiæ. Ita S. Patricius Apost. Hibern, quosdam libellos à se cònscriptos continentes doctrinæ christianæ elementa appellavit. Mathæus Westmonast. de eodem S. Patricio: *Abgetoria quoque 345. & eo ampliùs scripsit. totidem Episcopos ordinavit.* Tirechanus apud Waræum lib. 1. de Script Hibern. *Baptizavit quotidie homines, & illis literas legebat, & abgatorias.* Iterum lib. 2. *Scripsit illi abgatorias, & benedixit eum benedictione Episcopi.* Quam quidem vocem *Elementa* significare alibi docet, & specialiter lib. 2. ubi de Mac-erca: *Et scripsit elementa, & benedixit eum benedictione Presbyteri. Abjectoria* perperam habet Balæus. Formata autem vox ex tribus prioribus literis Alphabeti A, B, C. quam postremam literam ut K pronuntiant Hiberni: hinc factum ut *Abketoria* primum ab iis, deinde ad molliorem sonum paulatim deflectente usu, *Abgatoria & Abjectoria* dicta sunt. Vide *Abcturium*.

ABGISTINUM, Grando minutissima, dicta Minoricensibus Insulanis, in Epist. Severi Episcopi Minoricensis, apud Baron. an. 418. n. 60.

ABIATICUS. Vide *Aviaticus*.

ABJECTARE, *Increpare, exprobrare.* Papias.

ABJECTIRE, Vadimonium deserere, deficere in lite, *se laisser juger par defaut*: jus suum abjicere, deserere, *placitum non custodire.* Formula vetus Lindebrogiana 158. quæ *Jectiva* inscribitur: *Ad quod placitum veniens memoratus ille*, (actor) *ibi in placito nostro cùm per triduum, seu ampliùs, ut lex jubet, placitum suum custodisset, & memoratum illum* (reum) *abjectisset vel solsatisset, ipsum nec venisse ad placitum, nec ulla sunnia nuntiasse affirmat.* Ejusmodi sunt quæ habentur in Placito Chlodovæi Regis apud Joann. Mabillon. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 618. *Sed venientes ad ipsum placitum ipsi Apentes jam ipsi Abbati Noviento in ipso Palatio nostro, per triduos, per plures dies: ut lex habuit, placitum .... custudissent, & ipso Ermenoaldo Abbati abjectissent, vel sosadissent, ipsi nec venisset ad placitum, nec misso in vice sua dirixsisset, nee ulla sunnia nunciasset, &c.* Alia p. seq. *Et in ipso Amalchberto abjectissit vel subsadissit.*

Abjectus, qui vadimonium deseruit, qui defecit. Idem quod *Jectivus*; à dejecti & dejiciendi vocabulo: *qui est en defaut, qui est forclos.* Marculfus lib. 1. form. 37. *A quo placito veniens memoratus ille ibi in Palatio nostro, & per triduum seu ampliùs, ut lex habuit, placitum suum custodisset, & memoratus ille abjectus sit, vel solsatissit.*

Jectivus, idem quod *Abjectus*. Formulæ vett. Bignonii cap. 1. *Dum diceret eò quòd ante hos dies ipse homo sacramentum intra ipsam casam Dei vel ipsius Abbatis habuisset adhramitum, ad suam ingenuitatem tensandum, in ipso mallo in Basilica Sancti illius ob hoc jurare debuisset, & ipse homo de ipso sacramento jectivus remansit, & ipse homo nullatenus rationes potuit tradere, per quod ingenuus esse deberet, vel ipsum sacramentum jurare potuisset.* Ibid. form. 4. *Et negligens & jectivus exinde adesset.* c. 22. 38. *Et placitum suum neglexit, & jactivus exinde remansit.* Capit. Caroli C. tit. 31. §. 32. *Mittat quisque Comes Missum suum, qui ipsa sacramenta auscultet, ne ipsi homines jectivi inveniantur.*

Jectio. Capit. Caroli C. tit. 31. §. 33. *Sed expectet qui sacramentum ante Quadragesimam servatum accepit, si 40. dies & 40. noctes ante illud Quadragesima non habuit, sine ulla legali compositione, vel jectione, usque ad diem Lunæ post octavas Paschæ: & tunc quod legaliter accepit, legaliter & perficiat.* Ubi *legalis jectio*, est legitimus defectus.

Jectiscere, jectivum facere, vel potiùs de eo qui *jectivus* fit. Capitul. Caroli C. tit. 31. §. 33. *Multi inde contendunt, & se inter se jectiscunt.* Infrà: *Et in tantum contendunt, ut etiamsi intra Quadragesimam sacri jejunii quadragesimus dies advenerit, suum sacramentum se jurare debere contendant, & contra causatores suos, si ad hoc audiendum non venerint, jectiscant.*

Geitivus, pro *Jectivus*. Vetus Notitia judicati an. 868. apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 148. *Notitia Geistcartæ, qualiter Heldebertus geitivus apparuit pro ea causa, unde Alcaudus Advocatus S. Stephani & S. Benigni — in mallo publico — prædictus Alcaudus ipsum Heldelbertum mallavit, & dixit, &c.* Infrà: *Sed quia Heldebernus ibi non venit, nec suam aloniam* (f. exoniam) *denuntiavit, in omnibus Geitivus apparuit: tum judicaverunt ipsi scabinei, ut Alcaudus hanc Notitiam Geistcartæ acciperet, quod & fecit, &c.*

Geistcarta, ea est quæ *Charta jectiva* dicitur in form 158. apud Lindenbrog. qua scilicet quis placito excidisse ob *defectum*, & quod juri non steterit, edicitur. Ubi alia Notitia an. 870. ibid. *prædictus Alcaudus judicium & Geistcartam in manu tuens, &c.*

ABIE-

ABIETARIUS. *Carpentarius qui de abiete operatur.* Joan. de Janua.

ABIGARE, Abigere. Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinquentibus: *A qua ter per Arrianos abigavit coluber ille.* i abegit. Hinc.

Abigator, abactor, ἀπελάτης, in Gloss. Græc. Lat.

Abigeator, in Collat. Legis Mosaïcæ tit. 11. & apud Paulum IC.

Abigeatus, dicitur tale furtum, vel etiam terrefactio ipsarum pecudum. Joann. de Janua.

Abigevus, pro *Abigeus.* Gloss. Lat. Gr. *Abigeus,* Ἀπελάτης. Bracton. lib. 3. de Action. c. 6. *Quantitas discernit furem ab Abigevo, secundùm quod furtum fuerit majus vel minus, ut si quis suem surripuerit, fur erit; & si quis gregem, Abigevus erit. Abigerum* scribit non semel Papias MS. *Abigerus, latro, fur jumentorum & pecorum, ab abigendo. vel qui seducit alienum servum, vel pecus: nam Abigere est expellere, minare, seducere, unde Abactor.* Idem: *Abactor, est fur jumentorum & pecorum, quem vulgò Abigerum vocant, ab Abigendo.* Editus habet *Abigeus.* Alibi: *Plagiarius, Abigerator, qui mancipium, aut pecus alienum seducendo distribuit.* Ita etiam Codex editus. *Abigeos* ejusmodi fures vocant passim IC. Auctor Græcismi:

Qui pecus aut pecudes habitant, hi sunt Abigei.

Sic in MS. sed legendum *abigunt.* Glossæ nomicæ MSS. Ἀπελάτης, κυρίως λέγεται, ὅστις θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς, ἢ βουκολίων ὑποσύρει, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγελῶν ἵππους, ὁ γὰρ βοῦν ἢ ἵππον πλανώμενον εὑρὼν, οὐκ ἔστιν ἀπελάτης, ἀλλὰ κλέπτης. Vide Parerga Alciati.

Abiges, idem quod *Abigeus,* apud Jo. de Janua & alios.

ABINCEPS, pro *deinceps,* non semel occurrit in Vita S. Anselmi Lucensis Episc. n. 4. 27. 33. in Hist. Wambæ Regis p. 822. apud Thvvroczium in Maria c. 5. &c.

ABINDE, Inde, ab eo tempore. Passim.

ABINTIMUS, & *Abintimas, atis, interiùs habitans, & Secretarius, qui scit secreta nostra & intima cordis.* Ugutio.

ABINTUS, Intus, *au dedans.* Commodianus instr. 64.

Extinguis teipsum, quando te incendis ab intus.

ABISHERSING, Leguleis Anglicis est *quietum esse de ameriamentis coram quibuscumque de transgressione probata.* Quidam Codd. habent *Misherfing.* Ita Rastallus in Exposit. vocum Leg. Anglic. Vide *Mishering.*

ABJUDICARE, rem de qua controversia est, per judicium auferre, Latinis scriptoribus. Gloss. Lat. Gr. *Abjudico,* ἀποκρίνω. Joan. de Garlandia in Synonymis;

Quod dat judicio Judex, adjudicat: & quod
Aufert judicio Judex, abjudicat illud.

Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 75. *Terram, quam de Episcopo tenebat, ei abjudicavere.* Albertus Stadensis an. 118. *Imperator Henrico Duci abjudicavit omne Feodum, quod ab Imperio tenuit.* Charta Balduini Comitis Gisnensis apud Duchesnium in Hist. Gisnensi pag. 124. *Statimque curtis illi à censualibus abjudicata est.* Alia ejusdem Balduini an. 1202. p. 131. *Prædicto Guiffredo — eamdem decimam abjudicavimus.* Charta Herberti Abbatis S. Auberti Cameracensis an. 1197. In Tabul. Abb. Montis S. Martini: — *Perinde Joannes de Serainviler feodum istud sibi abjudicavit, cognoscens & ipse tertio sub testimonium hominum suorum — quòd nihil juris haberet in eo, idemque à Paribus suis judicatum est.* Ubi *sibi abjudicavit,* idem est quod, se se exuit, devestivit. Utuntur etiam Jus feodale Saxonicum cap. 24. §. 24. 30. Fleta lib. 2. &c. Vide *Foris juridicare.*

ABJURARE, Papiæ, est *rem creditam perjurio negare.* Item *furari.* Est etiam proscribere, exilio damnare, vel terram & provinciam ejurare, relinquere, & in exilium abire. Ebrardus in Græcismo:

Abjurat patriam nunquam rediturus in illam.

Arnoldus Lubecensis lib. 2. c. 41. *Dux verò per triennium terram abjuravit, &c.* Lex Friderici I. Imperat. apud Conradum Urspergensem: *Fines imperii per annum & diem abjuret.* Charta Philippi Augusti Reg. Franc. an. 1188. in M Pastorali Eccl. Paris. ch. 1. *Cùm — propter homicidia & incendia & alia forisfacta, quæ in terra nostra & Canonicorum fecerant — à terra nostra & ipsorum abjurati essent, &c.* Adde Joan. Sarisber. Epist. 128. Stephan. Tomac. Epist. 43. Albert. Stad. an. 1181. &c.

Abjuratio verò, quid propriè sit apud Anglos, docet Willelmus Stamfordius in Placitis Coronæ lib. 2. c. 40. *Abjuration, est un serement que home ou feme preignont, quant ils ont commise felony, & fuè a l'Eglise, ou Cimitoire, pour tuition de lour vies, eslisant plustost perpetual banissement hors del realme, que à estoiser à le ley, & d'estre trié del felonie.* Mox addit eam legem à S. Edvvardo Confessore primitus institutam. Cùm igitur aliquis capitali crimine perpetrato ad Ecclesiam, seu uti vocabant, ad *Sanctuarium* confugiebat, asyli jure gaudebat; tum verò *Coronator,* seu Judex Coronæ, ad reum accedebat, & ab eo excipiebat delicti confessionem: quâ editâ, ut intra 40. dies Regnum abjuraret, imperabat. Quo facto, reus à *Sanctuario,* seu Ecclesia asyli jure gaudente, excedebat, sola camisia & tunica indutus, & ut ait Britto c. 25. *ove un croys de fust en sa main, deschaucé, desceint, à teste descouverte, en pur cote soule.* Id est, cum cruce ex ligno confecta in manibus, quæ quidem crux, signum erat servatæ vitæ per Religionem, ut ait Polydorus Virgilius. Gravamina Ecclesiæ Anglicanæ art. 22. *Cùm aliquis ad immunitatem Ecclesiæ fugitivus existat, — aliquando fugitivus eripitur violenter, aliquando postquam secundùm Regni consuetudinem terram abjuraverit, ut infra 40. dies exulet se, à publica strata, positis insidiis, extrahitur, suspenditur, & damnabiliter quandoque interficitur.*

Abjurationis autem sacramentum iis verbis concipitur apud Stamfordium: *Hoc audis, Domine Coronator, quòd ego sum latro bidentium, vel alicujus alterius animalis, vel homicida unius, vel plurium, & felo Domini Regis Angliæ. Et quia multa mala & latrocinia, vel hujusmodi in terra feci, abjuro terram Domini Regis Angliæ. Et quòd debeo me festinare versus portum de tali loco quem mihi dedisti; & quòd non debeo abire de altera via: & si faciam, volo quod sim captus sicut latro & felo Domini Regis; & quòd ad talem locum diligenter quæram transitum, & quòd non expectabo illic, nisi fluxum & refluxum, si transitum habere potero; & nisi tanto spatio transitum habere potero, ibo quolibet die in mare usque ad genu, tentans transire: & nisi hoc potero infra 40. dies continuos, mittam me iterum ad Ecclesiam sicut latro & felo Domini Regis: sic me Deus adjuvet, &c.*

Abjurationis ritus & conditiones docent Jura & Consuetudines Normann. c. 24. (nam interdum Latinam Gallicæ Editioni præferimus, quam licebit consulere cui id lubebit) *Diffugiens autem ad Ecclesiam, vel ad loca sancta, per octo dies potest in Ecclesia morari; nono autem die ab eo est inquirendum, utrum se exponere voluerit Justitiæ laicali, vel se tenere Ecclesiæ. Quotiescunque enim voluerit, se Justitiario potest reddere laicali, vel tenere Ecclesiæ. Si autem se tenere voluerit Ecclesiæ, patriam fors jurabit in forma, præsentibus Militibus & viris aliis fide dignis, qui super hoc, si opus fuerit, valeant recordare. Hoc autem audiant omnes assistentes, quòd tu de cætero in Normanniam non intrabis, nec alicui malum vel detrimentum propter hanc prisoniam per te vel per alium dictæ terræ facies. vel habitatoribus ejusdem facere procurabis: sic Deus & sacrosancta te adjuvent. Hæc verba jurans de se debet exprimere. Et hoc facto, ab eo audiatur per quas partes Normanniæ exire elegerit: & eidem secundùm distantiæ quantitatem terminus competens assignetur exeundi: nec exiens ultra unius noctis spatium in ulla villa poterit immorari, nisi gravi & evidenti infirmitate teneatur, nec ad loca reverti jam transacta, sed per viam ab eodem expressam debet metas exire Normanniæ. Posteà verò de eo, ut de forbanizato devitando, vel capiendo in omnibus agendum est.* Adde cap. 82.

Charta Joan. Regis Angl. apud Dugdalum in Antiquitatibus Warvvicensis provinciæ p. 677. *Rex Vicecomiti Oxon. Mandamus tibi, quod Anketicllum Manvers, qui captus fuit pro saisina sigilli Roberti de Veteriponte, abjurare facias terram nostram, & ipsum postea sine dilatione mittas ad mare, per aliquos de tuis, qui videant quod exeat à terra nostra &c.* Easdem abjurationis conditiones multis prosequuntur Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 16. Idem Stamfordius, & Rastallus in Expositione vocum obscurarum in Legibus Angl. quibus adde Leges Edvvardi Conf. c. 19. Conc. Lambetense an. 1261. cap. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 28. p. 365. Articulos oblatos à Prælatis Angliæ Regi Edvvardo II. an. 1316. c. 10. 15. in Conciliis Britann. tom. 2. Joan. Sarisber. Epist. 128. Stephanum Tornacens. Epist. 43. Albertum Stadensem an. 1181. Guilielm. Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 3. p. 358. &c. Vide *Pax Ecclesiæ.*

Abjuratio porrò Clericos non spectabat: nam *Clericus pro felonia fugiens ad Ecclesiam pro immunitate habenda, asserens se esse Clericum, non compellebatur Regnum abjurare; sed legi Regni se reddens, gaudebat ecclesiastica libertate, juxta consuetudinem Regni usitatam.* Ita Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 29.

Cæterum non absimilem omnino apud Danos adjurationis observatum ritum, docemur ex Suenone in Legibus Castrensibus cap. 14. ubi de reo læsæ majestatis: *Hac itaque forma conveniendum decreverunt, si quem Rex de proditione vel crimine majestatis ...... donec ita velificus ventus impleverit, ut intuentium se aspectui sub duxerit: aut si Favonio non favente, remis undas impulerit, donec remorum aspectu cunctorum oculis subtraxerit, in littore tenentur præstolari. Ubi verò paulò longiùs provectum in pelago delitescere existimaverint, classico clangore ternis vicibus vociferantes, antiquæ confœderationis jura ipsi resignare debent. Sin autem in solo natali extiterit, & prædicti sceleris crimen incurrerit, universum militare collegium ad nemoris densidatem eum comitari tenetur, inque nemoris fronte præstolari, donec se adeo recedendo semoveret, opaca quælibet tesqua legens, ut eorum clamorem aut vociferationem exaudire non valuerit. Deinde universa commilitonum legio totis unà viribus trina vociferatione validè proclamabit, ne alia ad eos via redire possit. Quo facto hac lege tenentur astricti, ut si quisquam commilitonum, uno saltim comite aut telo superior illi postmodum occurrerit, eumque non invaserit, ejusdem ignominiæ & probrosæ nuncupationis jacturam subire teneatur.* Rem etiam eandem pluribus perstringit Saxo Grammaticus lib. 10.

ABIUS. Vide *Aviaticus.*

ABLACTARE, Ἀπογαλακτίζειν, *à lacte extrahere vel removere, segregare*, Joanni de Janua, Ebrardus Bethuniensis in Græcismo:

Ablactat puerum, quem mater ad ubera portat,
Ut lac sugat ab his, ablactat eum removendo.

Occurrit non semel in Libris sacris, ex quibus præterea docemur celebrata convivia in die *ablactationis*, Gen. 20.

ABLADIUM. Bladum seu frumentum ex agro demessum, & *Ablatum, Ablais*, in Consuetudine Ambianensi art. 214. Pontivensi art. 107. 110. 158. & Peronensi art. 105. Arestum Parisiense ann. 1463. *Ad ducendum eorum expensis præfata pladia ad grangiam dictorum actorum.*

ABLATIO, Exactio, *tolta.* Charta Ludov. VII. an. 1173. ex Tabul. Fossatensi f. 152. *Liberos deinceps esse constituimus ab omni tallia, ablatione, & exactione, & questa.* Chatta Theobaldi Comitis Campan. an. 1228. ex Tabul. Campan. Thuan. *Nullus nec alius hominibus Calvimontis talliam, nec ablationem, nec rogam faciat.* Tabular. Fossatense an. 1173. *cis communem talliam & ablatam, quæ vulgò tolta dicitur, omnino perdonamus.*

ABLINGERE, Linguâ eluere, lambere, ablingere, Gall. *Licher.* Synodus Coloniensis an. 1280. cap. 7. *Si supra lignum vel lapidem, aut terram solidam sanguis (Dominicus) ceciderit; illa pars, si commodè fieri potest, ablingatur a Sacerdote, & postmodum radatur, &c.* Ubi leg. *ablingetur*: neque enim probo emendationem appositam, *abluatur.* Aliis verbis dixit Theodorus Archiepisc. Cantuar in Capit. c. 51. *Si super altare stillaverit calix, sorbeat Minister stillam. &c.*

ABLITIGATUS, Proscriptus. Decretum Alberti I. Imp. de absolutione Regis Bohemiæ à banno Imperiali an. 1305. *Sive sint banniti, sive proscripti, vel ablitigati per nos, vel per alios, &c.* Vide *Elitigatus.*

ABLUCINARE. Jo. de Janua: *Ablucinatio, i lucis alienatio, & absentatio, & derivatur ab ablucino, quod componitur ex ab, & lucino, as.*

ABLUNDA, *Palea*, Papiæ & Ugutioni.

ABLUTES, *plurali num. sunt loca cœnosa & aquis plena, quæ & ablutia dicuntur, — quòd minimè sunt abluta.* Joan. de Janua, ex Gloss. Isid.

ABLUVIO, *Mundatio sordium*, Papiæ, fortè *inundatio*, *Abluvium* dicitur quibusdam universalis inundatio, κατακλισμός.

ABMATRIMONIUM, idem quod *Forismaritagium*, quod vide. Charta Henrici Im. an. 931. apud Miræum in Cod. donat. piar. lib. 1. cap. 36. *Campestria & silvestria jura, & mortimanus, & abmatrimonia tam liberè in sempiternum possideat, sicut fundator ipsius — possederat.* Vide *Licentia matrimonii.*

ABMICON. Acta Murensis Monasterii pag. 37. *Ubicumque vel quandocumque hîc in terra nostra potestate aliquis abmicon faciendus, ac constituendus, vel justificandus est, illuc debet dari aratrum cum ferramentis, &c.* Locus asterisco ut mendosus notatus.

ABNORMIS, *Enormis, Inormis*, qui non est rectus, extra normam, ἀγνώμων. Huic opponitur *Normis*, seu *Normalis*: nam sic legendum in veteri Fragmento Agrimensorum contendit Salmasius, pro *enormis.* Gloss. Græc. Lat. Ἄρυθμος, *Abnormis, enormis.* Horat. *Rusticus abnormis sapiens.* Utitur etiam Apuleius. Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 1. *Cùm suas opes intactas reliquerit, Episcopales verò abnormi effusione consumpserit.* Vide *Inormis.*

Abnormitas, Enormitas. Gloss. Gr. Lat. Ἀρυθμία, *Abnormitas, enormitas.* Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei: *Possum quidem divino munere per singulas post diluvium generationes probare quæ dico, sed & enormitas vetat, & tamen certa quædam & majora sufficiunt.*

ABOCATOR, pro *Advocator*, vel *Advocatus*, in veteri placito in Chronico Wlturnensi lib. 2. pag. 690.

ABOCATURA. Statuta Veronensia l. 4. c. 181. *Pro qualibet scotatura vel abocatura alicujus vegetis, &c.*

ABOCELLUS, Cæcus, Gall. *Aveugle*, eadem originatione. Charta S. Audomari in Chron. MS. S. Bertini, & apud Folcardum de vita S. Bertini cap. 6. *Hæc abocellus feci, & alius manum meam tenens scripsit & subscripsit.* Utitur prætorea Petrus Blesensis serm. 18. & 43. Hinc Itali *avocolare* formarunt pro *excæcare*, quasi *aboculare.* *Avoculus*, in Vita S. Zitæ virg. Lucensis cap. 1. *Abocellis* semel ac iterum in lib. 2. MS. de Miracul. S. Victoris. Vide Gloss. med. Græcit. in ἀπὸ ὀμμάτων.

ABOCULO *librum legere*, clausis oculis, in Petronii Fragmento.

ABOLEFIERI, novè, pro *Aboleri.* Victorinus contra Monichæos pag. 165. *De oppressis ergo Regnis se victor auxit omnipotens, & quod ingenitum percontaris, promittis abolefieri, vel auferi.*

ABOLENTIA, Progenies, familia, gens, genus, quasi *avolentia*: vox formata ab *avus.* Charta Hispanica æræ 1111. apud Antonium de Yepez, in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 6. pag. 450. *Ego verò non habeo filio, quia nunquam habui virum, nec soprino, nec ulla geas quæ veniat de ipsa abolentia.*

ABOL

ABOLLAGIUM, *Abeillage*, in Consuetud. Juliodunensi cap. 1. art. 13. cap. 3. art. 3. *Abeillon* in Burbonensi art. 337. *Aboillage* in Charta an. 1319. Tabularii Castri-Meliandi in Biturigibus. Jus nempe quod habet dominus feudi, in apum examinibus, quas *Abeilles* vocamus, quæ reperiuntur in silvis & nemoribus vassallorum. Charta an. 1319. in Tabulario Castri-Meliandi: *Abollagium nemorum de Nichier, quod abollagium eidem nobili pertinebat ratione suæ Castellaniæ de Castromeliandi. Inventio apum* dicitur in Tabulario S. Benigni, apud Perardum pag. 95. *Inventionem etiam vasorum apum, ubicumque illis contigisset, dederunt, atque in silvis & planis suis.* Chronicon Besuense pag. 601. *Et inventionem venationis sive apum, quæ nostræ partis est, & quam homines illorum invenerint, Monachis concedimus.* Tabular. Dalonensis Abbatiæ fol. 86. *De fevo suo herbam & examina apum in Colonorensi silva prædictis Dei famulis concesserunt.* Ibid. *Troeve de vaisseaux d'els*, in Consuetud. Hannoniensi cap. 106. art. 13. *Espave d'avettes, qui sont mouches à miel*, in Turonensi tit. 1. art. 17. *Espave d'abeilles*, art. 54. *Utilitas apium*, in Charta Henrici Imperat. an. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevir. in Probat. Hist. Limburg. pag. 29. Adde Consuetud. localem Prulliaci, Andegavensem art. 12. Cenomanensem art. 13. Arvernensem cap. 26. art. 7. Marchensem art. 325. & Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 163. & ibi Notas nostras. Vide infra *Apiarium*, & *Vas*.

Abellarium, eadem notione. Edictum Jacobi Regis Aragoniæ ann. 1228. de Pace & treuga: *Omnia animalia aratoria tantùm & instrumenta aratoria, columbaria, palleria, abellaria, olivaria & molendina in prædicta pace constituimus.* Quo loco Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis de eadem Pace & treuga an. 1217. habet *alvearia, sive palumbaria*, &c.

ABOMINARIUM, *Liber ubi abominationes scribebantur.* Ita Joan. de Janua. Vide *Pejerarium*.

ABOMINATIO, Vox Medicorum; nausea, fastidium cibi, actio vomiturientis, Gall. *Envie de vomir.* Constantinus Afric. lib. 4. de Morbor. cognit. cap. 10. *Cùm homo antequam cibum accipiat, abominationem patiatur, mali chymi in stomacho esse intelliguntur.* Adde cap. seq. Idem lib. 9. Pantechn. cap. 27. *Abominatio & vomitus aut ex cibi sunt quantitate, aut de qualitate, aut de humorum putredine.*

ABOMINOSUS, Βδελυκτός. Vox abominosa, apud Diomedem lib. 3. Grammat.

ABOBSITUS, Tenebris involutus. Gloss. Lat. Gr. *Abobsiti*, ἀποσκοτηθέντες. *Abobsum*, ἀποσκοτῶ.

ABONATUS, ex Hispanico *Abonado*, Præditus. Fori Arag. l. 1. tit. de suprajunctariis: *Quòd officia suprajunctariæ concedantur personis notabilibus, honorabilibus & abonatis, aptis & sufficientibus ad regendum dicta officia.*

ABONNATI, dicuntur dominorum feudalium subditi, quorum præstationes ex condicto, pacto, vel privilegio ad certam ac definitam pecuniæ, aut alterius rei solutionem sunt limitatæ, ita ut talliis, ac cæteris servitiis non sint obnoxii; quemadmodum sunt *homines de corpore*, vel servi, quibus pro libito *tallias* ac onera domini imponunt. Vox conficta ex *bonna*, terminus, limes: nam ut agri certis limitibus definiuntur, ita ejusmodi *abonnatorum* præstationes suis finibus, limitibus, ac conditionibus constant, quas domini servare tenentur. Hinc passim in Consuetudinibus nostris municipalibus *hommes & serfs abonnez, musniers abonnez, taille abonnée, loyaux aides, devoirs, roncins de services abonnez*, &c. Charta an. 1298. *Ipsum Hugonem & Benevenutam de Tiseio ejus uxorem abonnamus, & liberos esse volumus —— ab omni tallia, corveia, questa, & ab omni alio genere & onere servitutis, —— pro 4. libris ceræ dicto Priori —— in festo S. Remigii annis singulis persolvendis.* Arestum anni 1310. *In modum qui sequitur extitit ordinatum, videlicet quòd homines abonnati de S. Desiderio & de aliis locis pertinentibus ad dictum dominum de S. Desiderio, commorantes apud Catalaunum, qui non sunt de tallia, nec de manu mortua, &c.* Charta Savarici Vicecomitis Thoarcensis an. 1269. *Cest establissement est entendu des rachats qui estoient à mercy: car cil qui sont aboni, demeurent en leur estat.*

Abonnagium, in Charta laudata an. 1298. *Non obstante libertate seu abonnagio antedictis.*

Abonagium pro *fixione metarum.* Vide *Bonagium*.

ABORRIS, *Scandalosus*, in Gloss. Isid. fortè *abnormis*.

ABPATRUUS, *Pater propatrui.* Papias.

ABRA, ἄβρα, ancilla, famula honoratior, cujusmodi ditiores ad honestiora servitia, seu ministeria domi suæ alunt. Gloss. Græc. MS. Reg. cui titulus στέφανος λέξεων, Ἄβρα, ἡ οἰκότριψ, ἢ περὶ χεῖρα θεράπαινα. Joan. de Jan. & Guillelmus Brito in Vocab. MS. *Abra, secundùm Ugutionem, est ancilla liberata, & dicitur ab ara, quòd ad aram servum vel liberum faciebat antiquitus, &c.* Auctor Græcismi:

Abra, pedissequæ nomen, propriumque puellæ.

Alius:

Abra, pedissequa, vel cameraria dicitur esse.

Nostris *Fille de chambre*. Gloss. Anglosax. Ælfrici: *Abra*, i. *ancilla*, ȝinen Þyln. Chron. Casauriense lib. 3. *Dum puella cum lenone dulcibus alloquiis frueretur, abra involvebat circa calcaria longam camisiam, quâ erat indutus.* Vita S. Gudilæ virg. cap. 2. *Præeunte ejus abra, cum laterna prævii luminis.* Domnizo lib. 1. de vita Mathild. cap. 2.

Reginam claram sumptam simul ejus & abram

Alta Canossa tenet.

Vide libr. Judith. cap. 10. 16. & in verbo *Dula*.

Abra etiam sumitur pro concubina. Quomodo *ancilla* apud Crisconium c. 231. & in Concil. vermeriensi cap. 7. &c. Hesychius, Ἄβρα, δούλη, παλλακή. Ἄβραι, νέαι δοῦλαι. Pœnitentiale MS. *Qui uxores habent, contineant se abris 40. dies ante Pascha, & Natale Domini, & omni Dominica.*

ABRA. Charta Hugonis Comitis Campaniæ in Tabulario Dervensi: *Consuetudinem quandam quam abram vocant, ex proprio vino dedit*, &c.

ABRACADABRA, Inscriptio amuleti apud Serenum Sammonicum pro hemitritæo, cap. 53.

Inscribis chartæ, quod dicitur Abracadabra, &c.

Quæ quidem inscriptio Sammonicum Basilidis hæretici, qui sub Hadriano vixit, sectatorem fuisse arguit, cui pro summo deo fuit nescio quis ΑΒΡΑCΑΞ, a quo dii reliqui dimanarent, quique Angelos septem, cœlorum septem præsides, ac præterea eorum trecentas sexaginta quinque Virtutes contineret, juxta anni dies; idque ob septem literas, numeralemque eorum valorem, quæ simul collectæ numerum 365. conficiunt. Complures vidimus gemmas hacce *Abracax* inscriptione, quæ Basilidianis hæreticis amuleti vice fuere contra morbos & malos dæmones; quas inter præclara est illa quæ habetur in Musæo RR. PP. Canonicorum Regularium Sanctæ Genovefæ Parisiensis, cum hâc inscriptione: ΑΒΡΑCΑΞ. ΑΔΩΝΑΙ. ΔΑΙΜΟΝΩΝ. ΔΕΞΙΑΙ. ΔΥΝΑΜΕΙC. ΦΥΛΑΞΑΤΕ. ΟΥΛΒΙΑΝ. ΠΑΥΛΕΙΝΑΝ. ΑΠΟ. ΠΑΝΤΟC. ΚΑΚΟΥ. ΔΑΙΜΟΝΟC. istius fortè Paulinæ mentio est in Romana Inscript. apud Gruter. 716. 7. ULPIA. PAULINA. MATER. INFELICISSIMA. CONTRA. VOTUM. PIETATIS. POSUIT. Vide Baronium anno 120. num. 10. Gassend. de vita Peirescii an. 1600. Chiffletium, &c.

ABRENUNTIARE, *A se renuntiando removere, renuere, postponere, despicere.* Joan. de Janua.

Abrenuntiare diabolo & pompis ejus, formula observata in Baptismo. Cùm enim quis baptizandus ad Ecclesiam venit, priusquam immergatur, interrogatur à Sacerdote,

cerdote, *Utrum abrenuntiet diabolo & pompis ejus.* Cui reſpondet, *Abrenuntio.* Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, apud Joan. Chryſoſt. ad Antioch. Homil. 21. Ejuſdem formulæ meminere Cyprianus Epiſt. 7. Tertullian. de Corona Milit. & alii, præter Scriptores de Ritibus Eccleſ. Cap. 1. an. 811. c. 5. *Quid ſit, quod unusquisque Chriſtianus in Baptiſmo promittat, vel quibus abrenunciet.* Adde Capitul. 2. ejuſdem an. c. 9. & Epiſtolam generalem ad Epiſcopos Regni, ejuſdem anni.

ABREPTITIUS. Vide *Arreptitius.*

ABRIGEUM. Vide *Obryzum.*

ABROCAMENTUM, Vox forenſis, emptio mercium integrarum, priuſquam vel ad nundinas, vel ad forum rerum venalium deferantur; earumdemque deinceps per portiones diſtractio. Spelmann.

ABROGARE, *Ablegare*, in Gloſſ. Iſid.

ABROGANS, *Humilis*, in Gloſſis Iſid. cui contrarium eſt *arrogans.*

ABROSTURA. Vetus Charta Normannica, apud Columbum in Blancalanda pag. 550. *In parco autem ſuorum tantùm porcorum quietationem, & communem cum noſtris, & ſimiliter poſt nos cum porcis domini, libertatem & abroſturam unam, & coria cervorum & omnium biſſarum*, &c.

ABSARE, *Abſarius.* Vide *Abſus.*

ABSCEDÆ, *Ædificii lateres, cuniculi*, apud Papiam editum. Sed legendum videtur *latentes cuniculi*, qui longiùs in terram *abſcedunt.*

ABSCEDERE, Cedere, rem quampiam, aut jus ſuum in alterum transferre, *ceder.* Wichbild Magdeburgenſe art. 20. §. 1. *Invenitur tandem judicialiter, quòd cum heredum conſenſu ſi proprium illud ſibi abſceſſum, vel reſignatum non ſit.* Infrà: *Cùm verò --- proprium ſeu hereditatem abſceſſerit, & ille eandem acceptaverit, ulteriùs per ſententiam quærat, ex quo quidem abſceſſionem fecit, an iſtud proficere ei poſſit in ſuo jure*, &c. Et §. 2. *Dicendo, quemadmodum tibi domus ſeu hereditas coram judicio abſceſſa, reſignata, donatavè eſt.* Adde artic. 21.

ABSCIDILIUM, *Cultellus, quo ungulæ equorum abſcinduntur.* Breviloq.

ABSCONDERE, Purgare ſe. Capitula Ludovici II. Imp. tit. 2. cap. 4. *Si quis autem negaverit factum, ſi comprobatus non fuerit, propria manu ſe abſcondat.* Quo loco, *abſcondere*, idem valet ac *excondicere, eſcondire, excondire*, id eſt, purgare ſe ſacramento interpoſito, aut adhibitis teſtibus, ut infrà docemus: unde neſcio an non legendum ſit, *eſcondiat*, vel *excondicat.* Vide *Excondicere.*

ABSCONSA, Cæca laterna, qua Monachi ut plurimum utuntur in obeundis dormitoriis. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 36. *Abſconſam præparet cum candela, &c.* Adde cap. 41. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Bened. cap. 1. ſect. 1. *Debet Prior cum abſconſa accenſa per chorum ire, ac videre quàm regulariter ſedeant.* Occurit pluries apud eundem pag. 259. 278. 280. 282. apud Udalricum in Conſuetud. Cluniacenſ. pag. 32. 95. 130. 174. 213. in lib. Uſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 20. 53. 68. 89. 93. 94. 100. in Vita S. Gregorii Epiſc. Armeni n. 10. apud Gillebertum Lunicenſem Epiſcopum de Uſu Eccleſiaſtico, &c. Galli Monachi *Eſconſes* appellabant. MS. Corbeienſe de Menſa Abbatis, de Theſaurario: *Debet enim prioribus, pueris Monachis portantibus laternam & eſconſe candelam, &c.* Eſt enim *eſcondre*, abſcondere ap. Guill. *Guiart* MS.

Pierres, qui ne ſont pas legieres,
Groſſes ſont celes des perieres,
Qui ſe vont en la vile eſcondre,
Et ſont les couvertures fondre.

Conſa & Sconſa, eadem notione non ſemel. Conſuetudines Floriacenſis Cœnobii: *Unus verò de infantibus in conſa à Magiſtro ſuo præparata affert candelam accenſam.* Vita S. Goſuini lib. 3. *Sconſas --- numquam Prior vel Abbas habuit, niſi illam quæ omnium communis fuit,* Vide Monaſticum Anglic. tom. 3. pag. 171. 331.

ABSCULTATORES. Vide *Audientia.*

ABSE, *Spontaneus*, in Gloſſis Iſid. Galli dicunt, *De ſoi.*

ABSENS, eadem notione qua *Abſtentus*, (de quo vocabulo infrà) uſurpatur in Capitulis Caroli M. lib. 7. cap. 215. ubi de Devota peccanre & pœnitente: *Priusquam in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit, habebitur abſens.* Id eſt, abſtinebit pariter ab ingreſſu Eccleſiæ, ſ. habebitur pro excommunicata.

Abſente ſe facere, deveſtire ſe de re aliqua, exuere poſſeſſione, & eam in alium transferre. Charta vetus an. 1075. pro Monaſt. Pinarolenſi, in Probat. Hiſt. Sabaud. *Exinde ultimam facio traditionem & veſtituram, & me exinde foris expuli, vvarpivi, & abſentem feci.* Habetur rurſum pag. 23, Occurrit præterea hæc formula in Charta Mathildis Comitiſſæ, quam deſcripſit Baronius ann. 1102. & in alia apud Ughellum tom. 3. pag 415. tom. 4. pag. 1160. & in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 102.

Abſitum facere, eadem notione, Tabularium Caſaurienſe an. 22. Ludov. Imp. Loth. F. *Et juxta legem meam per cultellum & feſtucam notatum ſeu gazonem terræ vobis exinde ad veſtram partem corporalem facio inveſtituram, ad veſtram proprietatem habendum, & me inde foràs expuli, & abſito feci, faciendum exinde à præſenti die, tam vos quàm hæredes veſtri, aut cui vos dederitis, vel habere ſtatueritis, proprietario nomine quidquid volueritis, &c.*

Abſititium ſe facere, in veteri Charta apud Ughellum tom. 3. Ital. ſacr. pag. 49. 51.

ABSENTARE, *Amovere, abſentem facere, vel eſſe.* Joan. de Janua. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Cætera verò, quæ thalamus ſecretior abſentabat, meliora Fides eſſe loquebatur*, id eſt, occultabat. Aimoinus lib. 1. de Miracul. SS. Georgii & Aurelii num 7. *Sed quid exinde Chriſtus pro ſuorum martyrum oſtenſione operatus ſit ullatenus abſentari non debet.*

Abſentare ſe, Concil. Cæſarauguſt. c. 4. *Nulli liceat ſe de Eccleſia abſentare.* Petrus Damian. lib. 1. Epiſt. 9. *A Conciliis ſe ſynodalibus abſentavit.* S. Ambroſius in Actis S. Sebaſtiani cap. 17. n. 60. *Non potes temetipſum nec à ſpectaculis tollere, neque judicandis negotiis abſentare.* Dinamius: *Qui de cordis non abſentatur arcano.* Utitur etiam Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 4. Willel. Brito lib. 6. Philipp. v. 494. lib. 7. v. 22. &c. Vide legem 4. Cod. Theod. de Decur. & quæ ibi notavit Jacobus Gotofredus, & Savaro ad Sidon. lib. 9. Epiſt. 13.

Abſentaneus-qui ſe ſemper abſentat. Joan. de Janua.

Abſentatus, deperditus, amiſſus, Gallis *Egaré.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 36. §. 6. *Et dixerit quòd munimen ſuum abſentatum fuiſſet*, id eſt. Charta ſeu diploma non reperiretur. *Abenſtè*, in Conſuetud. Leodienſi art. 24. 106. 107. dicetur de eo qui *abſentare ſe* cogitur, *qui eſt obligé de s'abſenter.*

Abſentivus, in Fragmento Petronii: *Sed ne diutius abſentivus eſſem, voluptatem mihi negavi.*

Abſentare, abeſſe. Valerianus Cemelenſis Homil. 9. *Ecce hic dicit: Clavis deeſt, cuſtos abſentat; cùm primùm reverſus fuerit, accipies.* Et Homil. 11. *Aſſiſtente igitur Deo ac ſervatore noſtro, ſine dubio dominatio diabolicæ poteſtatis abſentat.* Eucherius in Homil. *De templo Dei abſentare non expedit Sacerdotem.* Alanus lib. 4. Anticlaud. p. 61. *Simili non omnis gloria quarto Abſentatur equo.*

Abſentatio, in Epiſt. 58. ex Francicis tom 1. Hiſt. Franc. apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epiſt. 44. 45. &c. Aliud ſonat in Gloſſ. Lat. Græc. Abſentatio ἀποσυνθήκη.

In aliis Gloss. MSS. additur ἀπὸ ςόμαλος. Vide Gloss. med. Græcit. in ἀποτήθησις.

ABSENTUM pro *Absinthium*, legi in Codice MS. Apulei de Herbis, monet Salmasius ad Lampridium, indeque *Absentatum vinum*, apud eundem Lampridium in Codice Palatino, pro *absintiatum*, uti editus præfert.

ABSIDA, vel *Apsida*, fornix, ex Gr. ἀψὶς, arcus, fornix. Papias: *Absida est hemispherium*. Gloss. Lat. MS. Reg. *Emisperium, Absida*. Honorius Augustod. lib. 1. de Imagine mundi c. 77. *Absides*, id est, *circuli*. Durandus in Ration. *Exedra est absida, sive volta*. Ælfricus in Gloss. Saxon. *Absida*, ꞇinepealꞇ cleofa *vel* porꞇic. id est, rotunda concameratio, vel porticus. Gloss. Gr. Lat. ἀψὶς, *forfex, arcus, fornix*. Isidorus lib. 14. cap. 18. *Utrum absidam, an absidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam Doctorum existimant*. S. Hieronymus lib. 2. in Epist. ad Ephes. *In summo cæli fornice, & ut ipso verbo utar, apside*. Senator lib. 8. Epist. 33. *Hic erumpit aquarum perspicua & dulcis ubertas, ubi in modum naturalis antri absidis fabricata concavitas, sic perspicuos liquores emanat, ut vacuum putes lacum, quem non dubitas esse plenissimum*. Ordericus Vital. lib. 9. pag. 719. *Multi autem abibunt, qui nunquam redibunt, donec ad proprias absides astra redeant*. Perperam edit. *obsides*. Vide Alcuinum Poëm. 3.

Absida, Pars ædis sacræ interior, in qua altare collocari solet, sic appellata, quòd sit quodammodo separata à templo, & proprio fornice tecta & convoluta. Gregorius Turon. de vitis Patrum cap. 7. *Ante altare, basilicæ fundamenta jecit, erectaque absida miro opere construxit & transvolvit*, cap. 16. *Ventumque est ut sanctum Munus juxta morem Catholicum signo Crucis superposito benediceretur: at ille intuitus, vidit quasi ad fenestram absidæ scalam positam*, &c. Zixilanes in Vita S. Ildefonsi Episcopi Toletani: *Et elevatis oculis, aspexit in circuitu ejus, & vidit omnem absidam Ecclesiæ repletam Virginum turmis de cantationibus David modulata suavitate aliquid decantantibus*. Petrus Damian. lib. 3. Epist. 8. *Teneo scilicet claustrum post absidam Ecclesiæ tuo dumtaxat habitaculo dedicatum*, &c. Id est, retrochorum, seu potiùs Presbyterium; neque enim hic locus asterisco indiget. Hugo Flaviniacensis in Chronico pag. 112. *Reliquias Hierosolymitanas in principali absida locis congruis venerabiliter collocavit*. Guibertus lib. 1. de Pignorib. Sanctor. c. 2. §. 2. *Is ante absidis frontem, inter altare videlicet & absidem — pro officio acturus astiterat*. Anselmus Episcop. Havelberg. lib. 3. Dial. cap. 1. *Et quoniam omnium vestrum excellentiæ placuit, ut in hac sancta Basilica S. Sophiæ iterum conveniremus, in cujus absida nunc sedemus* &c. Vita Aldrici Episcopi Cenomanensis n. 2. *Fecit namque in prædicta Ecclesia altaria sex, quorum unum sursum positum in 28. media absida collocatum &c*. Vide Analecta viri doctissimi Joan. Mabillonii tom. 1. pag. 108. Mitto reliqua quæ non ita pridem in hanc sententiam congessimus in Descriptione Ædis Sophianæ n. 51.

Absidia. Gesta Dagoberti I. Reg. Franc. cap. 17. *Foris quoque desuper absidiam illam, infra quam veneranda Martyrum corpora tumulaverat, — ex argento purissimo mirificè cooperuit*.

Absida, Feretrum in quo reliquæ Sanctorum continentur, sic fortè appellatum, quod in absidem seu cameram desuper convolvatur. Gesta Consulum Andegavensium cap. 3. n. 26. ubi de Relatione corporis S. Martini: *Absida siquidem quam deferebant, erat fusilis ex auro & argento, quod dicitur electrum, spissitudine duorum digitorum, actoremque operis B. Perpetuum insculptor designarat, suffragio literarum*, &c.

Absida, in Glossis MSS. est *latior pars ædis*.

Absidatus, Cameratus, concameratus, in absidis seu arcûs formam tectus. Gloss. Lat. Gr. *Arcutus*, τοξωτὸς ἐπικαμπής, ἀψιδωτός. *Porticus absidata*, apud P. Victorem in Descr. Romæ reg. 4. Senator lib. 4. Epist. 51. *Caveas illas saxis pendentibus absidatas, ita juncturis absconditis in formas pulcherrimas convenisse, ut cryptas magis excelsi montis crederes, quàm aliquid fabricatum esse judicares*.

Absidicula, apud Joannem Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii M. PP. cap. 84.

ABSIGNARE, ἀποσφραγίζειν, in Gloss. Lat. Gr. resignare, desigillare, *décacheter*.

ABSITANUM, εἶδος χρυσοῦ, in Gloss. Gr. Lat.

ABSO. Vide *Abaso*.

ABSOLERE, *ab usu recedere*. Papias.

ABSOLVERE, Liberum dimittere. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 1. §. 2. *Si quis alienum servum in fuga lapsum, ferro vinctum, aut in quocumque ligamine constitutum absolverit*. Eugippius in S. Severino: *Captivos gratanter absolveret*. Vide Ughellum tom. 7. pag. 977.

Absolvere, interdum mittere, remittere in patriam, domum. Anastas. in Hist. Eccl. *Hunc nos baptizantes, ad propriam absolvimus regionem*. Ubi Theophanes in Cod. Vatic. habet ἀπεσείλαμεν, in Regio ἀπελύσαμεν. Agobardus de Bapt. Judæor. *Post paululum fecistis ut ingrederer, sed nihil audivi, nisi absolutionem discedendi*. Id est, licentiam, facultatem discedendi.

Absolutoriæ litteræ, quæ re confecta, Missis ac Legatis dantur, cùm domum remittuntur. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 254. *Ut reversis Missis suis cum litteris absolutoriis, ibi quoque à suffraganeis & diœcesi sua viaticum acciperet*.

Absolvere, Donare, dimittere, contradere, in possessionem mittere. Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 91. *Eustorgius de Macennago dimisit & absolvit sancto Salvatori de Conchas — Ecclesiam de S. Mameto*, &c. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. *Facta gurpitio ista vel absolutio in mense Junii, &c*. Et antè: *Si — aliqua persona contra gurpitionem vel absolutionem illam calumniam generare præsumpserit*. Ibid. *Quamobrem omnia absolvimus Deo sanctoq. Petro Bellilocensi in manu domini Abbatis*. Vide Miracula S. Ludgeri Episc. Miming. n. 39.

Absolutionem facere, Jubere, jussionem dare, vel potiùs facultatem ac licentiam dare aliquid faciendi. Charta Dagoberti Archiepiscopi Bituricensis an. 990. *In ipsius* (Episcopi defuncti) *loco jubeo & absolutionem facio ad Coepiscopos nostros eligere & benedicere Gausbertum Sacerdotem*, &c. Infrà: *Nos* (Episcopi) *unà cum auctoritate & absolutione Domni Archiepiscopi nostri — recepimus in nostro Episcopali numero atque Collegio proclamatum Gausbertum*, &c.

Absolvere defunctos, est dicere *Collectam* mortuorum, *Absolve, Domine, animas fidelium defunctorum*. Odo Episcopus Parisiensis in Præceptis synodalibus §. 7. *Sacerdotes audito Parochianorum suorum obitu, statim absolvant eos cum Psalmis pro defunctis, & Collecta*. Statuta Ordinis de Sempingham p. 781. *Patres & matres, fratres & sorores & consanguinei defuncti Fratrum nostri Ordinis in annuo Capitulo in Conventu nominativo debent absolvi*, &c. Vita S. Gilberti Institutoris ejusdem Ord. *Recitatis Sanctorum passionibus, & absolutis defunctis*. Adde lib. Usuum Ord. Cisterc. cap. 30. 99.

Absolutionis dies, apud Baldricum Noviom. lib. 3. c. 74. in Vita Lietberti Episc. Camerac. c. 54. & apud Silvestrum Giraldum in Itinerar. Cambriæ lib. 2. c. 11. vulgò *le Jeudy Absolu*, feria nempe quinta ante Pascha, qua Pœnitentes absolvi solebant. Joannes Episcop. Abrincensis de Offic. Eccles. pag. 41. *Ipso die hora sexta populus ad Ecclesiam conveniat: si Episcopus fuerit, convocatio pœnitentium & absolutio, chrismatis & olei consecratio, juxta Episcopalem ritum ordinetur: ubi verò defuerit, inprimis tam Clerus, quàm populus prostrati in terra cum lacrymis & gemitu absolutionem criminum à majori Sacerdote accipiant*. Gillebertus Episcopus Lunicensis de Usu Ecclesiast. *Absolvit Præsul popu-*

populum de venalibus in Capite jejunii; de criminalibus in Cœna Domini. Vide observata a Menardo ad librum Sacramentorum Gregorii pag. 231. & seqq. ubi de absolutionis formulis. Adde V. Cl. Steph. Baluzium ad Reginonem p. 654. & quæ observamus infra in voce *Reconciliare.*

Absolutio, Indulgentia, à peccatis remissio. Ordericus Vitalis lib. 5. *Et generali Edicto festivam stationem ad sancti Pontificis corpus — fieri decrevit, ad quam Parochianos pene omnes monitis & absolutionibus atque benedictionibus invitavit.*

Absolutoriæ litteræ, quibus Pontifex excommunicatum, ab excommunicatione à se absolutum esse denuntiabat, in Concilio Burdegalensi an. 1262. cap. 1.

ABSOLUTE *ordinari.* Vide *Titulus.*

IN ABSOLUTO, voces Agrimensoribus propriæ, apud quos agri *in absoluto* remanere ac teneri dicuntur, qui sine lege & finitione sunt, id est, finibus ac limitibus non terminantur, apud Frontinum & Aggenum.

ABSONIARE. Sacramentum fidelitatis Anglosaxonicum laudatum à Somnero: *In illo, Deo, pro quo sanctum hoc sanctificatum est, volo esse nunc domino meo N. fidelis & credibilis, & amare quod amat, & absoniare quod absoniet, per Dei rectum & seculi competentiam.* Saxonicum habet, eál aſcunian ȝet he aſcunhaþ, &c. est autem aſcunian, devitare, fugere, detestari.

ABSPES, Sine spe, ἀπελπιζων. Occurrit in Vita S. Onuphrii cap. 10. *Abspes etiam multoties vitæ.*

ABSQUE, præterquam. Aurel. Victor Schotti in Augusto: *Felix adeo, absque liberis, tamen simulq; conjugio.* In Caligula: *Immaturo absque Octaviani interitu.* In Hadriano: *Apud Bajas tabe interiit anno Imperii absque mense vicesimo secundo.* Utitur etiam non semel Ammianus, ut & alter Victor in Vitellio, Vespasiano & Theodosio.

ABSTANTIA. Vitruvius lib. 9. cap. 4. *quod ajunt solem, cum longiùs absit abstantia quadam.* A verbo *absto,* quod usurpat Horatius de Arte Poëtica:

Ut pictura poësis erit, quæ si propiùs stes,
Te capiet magis, & quædam, si longiùs abstes.

ABSTERIUM. Vide *Asceterium.*

ABSTERNERE, *Abjicere, repellere,* in Glossis Isid.

ABSTERSORIA, in ministeriis sacris. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Duo abstersoria de panno lineo, cum extremitatibus cordatis de serico, ad extergendum digitos post Perfusionem in majori altari.* Alibi: *Item duæ tuallæ abstersoriæ -- item 1. abstersorium tuallum -- item 1. tualla abstersoria.*

ABSTINAX, Abstinens. Fragmentum Petronii: *Et quid si non abstinax non fuisset? quinque dies aquam in os suum non conjecit, non micam panis; tamen abiit.*

ABSTINERE, activa significatione usurpavit Marcellus Empiricus cap. 29. *Gallinam per totum diem à cibo abstineto.* Cælius Aurelianus Siccensis lib. 5. Chron. cap. 10. *Erit à cibo abstinendus ægrotus.* Ita etiam non semel Plautus.

Abstinere aliquem communicatione, communione, idem est ac *Excommunicare.* Caldonius in Epistola, quæ est 39. inter Epistolas Cypriani: *Abstinuimus communicatione Felicissimum.* mox: *Abstinuimus Sophroniam.* Avitus Vienn. Epist. 14. *Proinde qua sit abstinendus conditione, præcipite.* Usurpatur passim in Concilio Eliberitano, Toletano I. c. 4. 13. 15. Vasensi I. c. 7. apud S. Hilarium in Fragm. pag. 27. Commodianum instruct. 61. &c.

Abstinentia, eodem sensu apud Fulbertum Carnot. Epist. 83. de Presbytero lapso: *Ab officio removendus est, & tandiu abstinentiâ castigandus est, quousque relicto vitio, & per Dei gratiam superato, revocari videatur idoneus.*

Abstentus, Excommunicatus, apud eundem Cyprianum Epist. 38. & 55. & lib. de Lapsis. In Concil. Tolet. I. can. 46. apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 5. &c.

Abstinentes, iidem videntur qui *Continentes,* vel qui jejunia observant & ab escis abstinent. S. Cyprianus, seu auctor de Singularitate Clericor. *Quid per hypocrisin vult ab hominibus abstinens dici, & in secreto carnibus & ebrietate distendi?* Vita S. Tilonis Mon. n. 22. *Quis tantorum Monachorum cuneos aspiciens, quis unile agmen concordiæ cernens non obstupescat, in quo nullus nocens, nulla detractionis susurratio, sed similitudo abstinentium, & certamen officiorum?* Vita S. Præjecti Mart. posterior num. 7. *Dum cum hospitibus abstinentibus convivaretur, & pisces omnimodis anxius non haberet, &c.* mox de iisdem: *Cum pœnitentibus residens ad mensam remansit.*

Abstinentes, Hæretici in Hispania, Gallia, & Aquitania, *separantes persuasionibus conjugia hominum, & escarum abstinentiam promittentes, &c.* Vide Philastrium de Hæresibus.

ABSTIPULARE, Dimittere, *vverpire.* Charta Conradi II. Imp. an. 1146. pro Monasterio S. Maximini Trevirensis: *Comes per omnia Archiepiscopo satisfaciens, rejuravit ei fidelitatem, & vverpivit ei in præsentia nostra, & omnium qui affuerunt, Abbatiam, & omnem abstipulavit de ea calumniam, & sic ab Archiepiscopo absolutionem & beneficium suum recepit.*

ABSTULA, pro *Astula.* Breviloq. *Abstula,* i. *napta.* Unde, *Abstula, vel napta, sarmentum, malleolusque*

Quisquiliam stipulæ possunt ignem revocare.

Vide *Astula.*

ABSTULTUS, Vide *Toltus.*

ABSUS, & *Apsus,* Incultus ager, qui vulgò in Chartis opponitur *vestito,* hoc est, culto. Charta Caroli C. apud Perardum: *Terras apsas* (vel *absas*, *ubi possint seminari modii* 150. perperam *aptas* editum. Tabular. Eccl. Nivernensis: *De Curte Patriniaco in villa Cosma mansos vestitos 2. --- in Possione mansos 3. vestitos, quartus verò absus.* Charta Odonis Regis Franc. in eodem Tabul. *In pago Matiscensi in villa Fisciaco de potestate S. Cyrici mansos 3. vestitos cum terra apsa ad ipsam potestatem in eadem villa aspiciente --- de potestate mansos tres apsos.* Tabul. Bellilocense in Lemovic. n. 95. *De terris verò absis, si homo aliquid fecerit, Judex recipiat quod exierit; & si censum solvere noluerit, in Vicariis recipiant, & si reddere noluerit censum, &c.* Charta Ottonis I. Imp. in Hist. Episcop. Metensium: *De qua terra sunt mansa 11. 5. vestita, alia verò sex manent absa.* Annotatio Arnonis Ep. to. 2. Antiq. lect. Canisii p. 485. *Tradidit mansos 30. inter vestitos & apsos.* Charta Caroli Regis Burgundiæ filii Lotharii Imp. to. 12. Spicileg. Acheriani: *Colonica una vestita, & altera absa, cum vercaria. — In Luciaco vercaria una absa, &c.* Charta Adalberonis Episcopi Metensis apud Meurissium p. 308. *De qua terra sunt mansa undecim, quinque quidem vestita, alia verò sex manent absa.* Charta Guidonis Flamenchi Militis Lemovic. an. 1284. *Pratis, pascuis, aquis, riperiis, ribagiis, terris cultis & incultis, absis & vestitis.* Charta Caroli III. Imp. ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Genoliacum quoque villam cum portu & mercato, habentem capellam & mansos inter absos & vestitos triginta tres, cum omnibus ad ipsam pertinentibus.*

Interdum *absus* ager dicitur non modò vacans, sed & prorsus incultus ac pasturæ idoneus. Charta Herivei Episcopi Eduensis in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Mansos duos penitus absos & omni cultura destitutos, pascuis solummodo animalium aptos.* Annotatio Arnonis Episcopi: *Tradidit in pago Drungoë territorium quantumcunque possidere visus fuit, quod nunc jacet apsum.* Occurrit porrò hæc vox in veteribus Chartis, in Capitulari de villis c. 67. in Chron. Besuensi p. 548. Chron. S. Benigni p. 370. 421. 423. 454. apud Baldricum

cum l. 1. Chr. Camer. c. 52. in Hist. Comitum Augustodun. pag. 48. apud Perardum in Burgundicis pag. 51. & alibi passim.

Absare, *absum* facere, *mettre en friche*. Tabul. S. Dionysii de Capella in Diœcesi Bituric. charta 66. & 149. *Noverint quod Dalmas de Iricione quasdam calumnias in molendino de Espaleo tempore Radulfi Prioris antecessoris nostri posuerat, pro quibus destructum, & sicut dicitur, absatum fuerat.*

Absarius, qui *absos* & incultos agros scindit ac colit. Constitutio Caroli Crassi de Feudis ann. 890. *Mansionarius 5. solidos, Absarius 30. denarios, Bunatarius 15. suppleant.*

Abseitas, terra *absa*. Charta Caroli Regis Franc. pro Monasterio S. Andochii Augustod. apud Labeum lib. 1. Miscellan. *In villa quæ vocatur Quintiacus, Abbatiolam S. Germani mansorum 20. cum omnibus abseitatibus & vineis, cunctisque ad se pertinentibus.* Alia apud Samarthanos an. 858. ubi de eadem Abbatia: *Nihil enim amplius in eodem prædio habebant, nisi unam vineam & terram abseitatis.*

Absiditas, eadem notione, in Tabulario S. Florentii Salmuriensis: *Alanus & Egio Britannorum Monarchi tempore Geraldi Abbatis S. Florentii confirmaverunt donum ejusdem potestatis in absiditatem redactæ, vulgò Livriacum, in pago Redonensi situm, per genitorem eorum Gaufredum.* Charta Rodmundi Episcopi Augustod. In Tabul ejusdem Ecclesiæ: *Quæ scilicet res sunt sitæ in Comitatu Belnensi — mansi scilicet 3. vestiti, & absiditates 5. pertinentes ad Biliniacum fiscum.* Charta Aganonis Episc. Carnotensis, apud Sammarthanos: *Est quædam terra in absiditate redacta S. Petri*, &c.

Apsitas. Tabular. Brivatense ch. 366. *Videtur autem ipsa absitas sita esse juxta villam quæ dicitur, &c.* De vocabulorum istorum etymo ac notione non una est Scriptorum sententia. Cæsarius Prumiensis in Glossario ad vetera ejusdem Monasterii diplomata, *mansos absos* dictos ait, *quòd non haberent cultores, sed dominus eos haberet in sua potestate*, eosque esse quos vulgò *Vroynde* vocant. Kilianus observat *Vrunte*, esse agrum compascuum & communem ad pascenda pecora, qui proinde non colitur ac scinditur. Nicolaus *le Maistre* lib. 3. de Bonis Eccles. cap. 1. *Mansum absum* seu *apsum* opinatur esse prædium nudum & investe, sine instrumento rustico; eoque nomine opponi *manso vestito*, seu *instructo fundo*, uti habet Ulpianus leg. *Instrumento. D. de Instructo vel instrum. leg.* Ego verè à verbo *absum*, vel *abesse* formatam vocem existimo, ita ut *ager absus* sit is in quo cultura aut semen *abest*, cujusmodi sunt *squalidi agri*, apud Gromaticos, *qui à cultura exierunt*: & ψιλαὶ χῶραι, in Gloss. Græco-Lat. seu χερσάζουσαι, & *vacantes*. Nec obstat quòd *apsus* interdum cum P. scribatur, cùm constet veteres P. pro B. non semel in scribendo adhibuisse, atq; adeo in ipsa voce *absens*, ut colligitur ex Grutero 61. 1. 436. 2. Hanc conjecturam juvat lex 11. Cod. Theod. de Veteranis, in qua *loca absentium squalida, & situ dissimulationis horrentia*, non quidem vacantes terræ quæ dominos non habent, sed eæ quæ dominos habent, rerum negligentes, intelliguntur, uti viri docti censent. Sed & nescio an huc referri possint, quæ habet Gloss. Gr. *Apsis*, πρόσφατον, νεαρὸν, ita ut legendum sit *Apsum*, & νεαρὸν, hoc loco idem sit quod νέασις & νεάσιμον, *novale, & novalis ager.*

ABSYNTIUM, Potio mellita, monachica. Consuetudines Floriacenses pag. 405. *His tribus diebus post cymbali pulsationem, qui voluerit, bibet de absynthio melle confecto, quod Refectorarius antè præparavit, & posuit in cyphis singulorum.*

ABTERMINATUS, Ἀφορισθεὶς, ἤτοι ἐξοστρακισθεὶς, in Gloss. Lat. Græc. i. Exilio damnatus.

ABUNDAT, Sufficit. *Collatio Carthag. 1. cum Donatistis*, cap. 162. *Abundat nos absenti præjudicasse.* Cap. 163. *Abundat nos Innocentium Urbis Romæ esse Episcopum dixisse.* Fori Oscæ an. 1247. *Sed si fuerit partitio facta cum carta, tunc abundat.*

ABUNDUS, Eckehardus junior de Casibus S. Galli c. 9. *Cum pane abundo & quinque mensuris de cervisia*, id est, *multo.*

ABUTI, non uti. Papias: *Abuti, malè uti quo bene debet uti, vel modicè contemnere, & non uti, modò nimium uti.* Commodianus instr. 63.

Luxuria suadet, abutere, bellum vicisti.

Paulinus Epist. 21. *Justificatur superbia, quæ huic mundo superbit, & contemnit hoc sæculum, omnibusque magnis ejus & dulcibus speciosis abutitur.* Epist. 36. *Tamen & simplici sensu secundùm literam, cùm res postulat, non abutendum est.* Epist. 27. *Tua verò sanctitas non solùm de abusione licitorum, & abstinentia commodorum visibilium Christianæ paupertatis divitem gloriam tenet.* S. Augustinus Epist. 59. *Omnia hæc magis ad corruptionem valeat, cùm superstitiosè ab eis abstinetur, ut eis homo abutatur, id est, non utatur.* Regula S. Isidori cap. 13. *Orarium, birros, planetas non est fas uti, (Monachum) neque illi indumenta vel calceamenta, quæ generaliter cætera Monasteria abutuntur.* i. quorum usus non est in cæteris Monasteriis.

Abuti, pro *uti* usurpat S. Hieronym. in 4. Esaiæ: Abutendum est hoc testimonio, & adversum Ecclesiæ feminas, quæ ambulant collo extento, & nutibus loquuntur oculorum.

ABUSUS. Defectus. Alanus lib. 4. Anticlaud. cap. 3. *Non erit à propriis exclusus dotibus ejus Cultus, & in nullo forma patietur abusum.* Baldricus Noviom. lib. 3. c. 69. *Sentiens Imperator se blanditiis impetrare non posse quod petebat, cœpit abuti violentia.* Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Quorum gemmato tua sagacitas dogmatum favo aliquantisper abusa est.* Vetus Charta in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 72. *Terras autem Ecclesiarum quas antecessores sui, & ipse Ecclesiis extorserant, quas etiam Amedeo viventi toleraverat Papa abuti, promisit & pepigit in manu domini Papæ penitus in fine suo relicturum Ecclesiis pro anima sua*, &c.

Abuti, igne consumere. Auctor incertus de limitibus: *Terminos sanctificales ponunt, ubi illos sacrificii opportunitas suadet poni, hoc est, loci commoditas, in quo sacrificium abuti possint.*

Abuti cum accusativo. Commodianus instruct. 56.

Abuteris domini mandata, & te filium inquis.

Adde Decretum Gundemari Regis in Concilio Toletano, & vide Juretum ad Symmachium lib. 3. Epist. 46. & Salmasium in Disquis. de Mutuo p. 136.

ACADIA. Pactum inter Thomam Comit. Sabaudiæ & Abbatem Pinarolensem an. 1246. *Tam in monte quàm in plano, & villis, & hominibus, & acadiis, & silvis, & pascuis.*

ACAMPANARE. In *campum* educere. *Mettre les bestes aux champs.* Fori Arag. l. 4. p. 85. v. *Quod possint prædictis pendentibus litigiis ganata sua depascere, abeuvare, acampanare, lignare, carbonare, arbores scindere*, &c.

ACAMPRASSA, Ludentium & aleatorum conventiculum, Gallis *Brelan*. Charta dominorum Canneti in Provincia an. 1338. *Nulla persona extranea vel privata in castro de Canneto seu ejus territorio faciat à camprassam, sive conventiculum à jure prohibitum.*

ACANNIZARE. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Arag. fol. 16. *Quicunque acannizaverit vaccam vel bovem, si bos vel vacca fecerit damnum casu fortuito, dum acannizatur, cujus est, amittat ipsum bovem vel vaccam, nisi acannicetur causa nuptiarum.*

Picardi etiamnum dicunt *Acanner*, cum aliquem conviciis incessunt. Quasi canem in aliquem concitare.

ACATAPANUS. Vide in *Catapanus*.

ACAPTARE. Vide *Accaptare*.

ACARNARE. Vide *Carnaticum*.

ACCABUSSARE, καταποντίζειν, Gallis *bailler la Cale*, Immergere, in mare demittere: pœna in meretrices & lenones vulgò decreta etiamnum apud Burdegalenses, qua scilicet in cavea ferrea inclusi in mare demittuntur, & subtus navim denuo submerguntur. Statuta MSS. Massiliensis urbis lib. 5. contra eos qui ludendo jurant: *Et si illos 12. denarios dare & solvere non poterit, accabussetur, penitus indutus cum vestibus quas tunc detulerit, in portu Massiliæ, vel in vallato quod est in Portali Callatæ, usque ad Portale S. Martini, tot vicibus quot juraverit.* Ubi *accabussare*, videtur idem esse quod *immergere*; est enim Occitanis, *cabussa, faire la culbute*, prono capite prolabi. Vide Consuetud. Solensem tit. 16. art. 6. & quæ de hac pœnæ specie observat Cleirac us ad Leges maris Oleronenses art. 31.

ACCANTARE, *Iterum vel juxtà cantare*, Joanni de Janua.

ACCAMPIA. Charta an. 1322. in Maceriis Monasterii S. Barbaræ Lugdun. p. 203. *Et quod dicta æstivalia teneantur de accampiis & sotularibus*, si & quando *super hoc fuerit requisitus.*

ACCANTATOR. Vide *Incantum*.

ACCAPTARE, *Acaptare, Accapitare, Accapitum, Accaptagium, Accaptamentum, Reaccapitum*, &c.

Acaptare ad aliquem, ut *caput* & dominum agnoscere, capere. Capit. Caroli C. tit. 16. cap. 7. *Et propter hoc jam ultra ad illum non debeat* (f. habeat) *consilium acceptare.* & cap. 13. *Et illi simulat ut ad alium seniorem meliùs quàm ad illum acaptare possit, veniat ad illum* mox: *Et quod Deus illi cupierit; & ad alium seniorem acaptare potuerit, pacificè habeat.*

Accaptare, Capere ad *accapitum*, hoc est, capere, vel possidere feuda aut quævis alia bona sub *accapitorum* conditione ac onere. Charta fundationis Montis-Albani an. 1144. *Et si feudatarii qui accaptant honorem de domino Comite, volunt vendere, vel impignorare feudum, faciant hoc consilio Comitis, aut sui ministri; ita ut dominus Comes habeat de uno quoque solido venditionis unum denarium, & de uno quoque solido impignorationis unum obolum.* Tabular. Archiepiscopatus Arelatensis fol. 2. *Et quòd non tollat ei, nec ejus successoribus supradictos homines, neque quos consilio suo inantea accatabit.* Charta Guillelmi V. Ducis Aquit. apud Beslium pag. 392. & Labeum in Miscel. to. 1. *Fac castrum per tale conventum, ut si ego valeo accaptare cum Comite Fulcone de pretio meo & tuo, una pars sit tua, & alia mea*, Charta Raimundi Comitis Barcin. apud *Diago* lib. 2. cap. 86. *Et ego Raimundus Comes Barchinonensis dono uxori meæ Almodi, & filiis, quos de ea habuero, omnia quæ acaptavi in Balagario.* Charta Raimundi Comitis Tolosæ an. 1088. *Quod videlicet acaptaverunt ab illis de Rocamaura.* Tabularium Ecclesiæ Uticensis an. 1156. pag. 8. *Castrum de Blandaco cum acaptis quæ in eodem castro idem Episcopus fecerat.* Infrà: *Si autem aliquid in eodem castro quolibet modo acaptaverint, totum ab Episcopo & successoribus suis teneatur & possideatur.* Hinc nostri vocem *acheter*, seu ut Picardi efferunt, *acater*, vel ut est apud Froissartem 1. vol. cap. 190. *achapter*, pro *emere*, hauserunt; quod qui à domino prædium in *accapitum*, vel cum onere præstationis, vel etiam in emphyteusin accipit, dato pretio illud sibi habeat ac comparet. Vide Jacob. *Bourgoing* lib. de Orig. & usu vulgarium vocum pag. 22.

Accapitare alicui, Relevium facere, vel exsolvere, vel aliquem pro domino, & velut pro *capitali* domino agnoscere. Bracton. lib. 2. c. 35. §. 1. *Est etiam aliud genus tenementi quod datur in maritagium, & ubi non sit homagium ante tertium heredem inclusivè positum, propter commodum donatoris per reversionem.* mox ait: *Cùm autem plures fuerint coheredes, omnes accapitabunt filiæ primogenitæ, & maritus primogenitæ homagium faciet capitali domino de toto feodo*, &c. Fleta lib. 2. cap. 50. §. 6. *Sed omisso illo medio, capitali domino acapitet, & ei respondeat de eisdem servitiis — nec liceat hujusmodi capitali domino ulterius ipsum tenentem distringere, dum prædictus tenens se offerat acapitare ei, & facere ei servitia debita & consueta de quantitate tenementi.* Vide lib. 3. cap. 16. §. 7. 38. & quæ de *Paragiis* observavimus in Dissertat. 3. ad Joinvillam.

Accapitum, quod vulgò *Relevium*, seu agnitio in dominum. Charta Michaelis Archiepisc. Arelatensis an. 1214. qua concedit Comiti Monfortensi Bellocadrum & Argentiam, in Regesto Tolosano fol. 17. *Item confitemur nos recepisse à vobis pro accapito 1400. marchas boni & legalis argenti.* Alia an. 1231. ibid. fol. 25. *Item concessit quod quando detentores possessionum quæ tenentur ab Ecclesia ad censum annuum, vel in feudum, in incurrimentum ceciderint, vendentur possessiones illæ personis competentibus bona fide, & Ecclesia habeat inde vendas & acapitas.* Occurrit ibi pluries. Vide Histor. Episcop. Cadurcensium. n. 166.

Acaptatio, idem quod *Accapitum*, in Charta Isli Episcopi Tolosani: *Et pro hoc fevo dederunt illorum domino Præposito*. *solid. acaptationis.*

Acaptagium, vox ejusdem notionis. Regestum Constabulariæ Burdegalensis notatum A. fol. 35. *Acaptagia, quæ alibi Relevia dicuntur; levata eodem anno in eadem Senescallia.*

Acaptamentum, idem quod *Acaptagium*. *Vendagia & accaptamenta* in Consuet. municipal. Bergeraci an. 1368. art. 69. Charta Petri Episcopi Inculism. an. 1178. in Regesto Inculismensi: *Licèt hominem recognoscerent, tam achaptamentum mille solidorum debere constanter negabant.* Alia Episcopi Aginnens. an. 1217. in Regesto Carcasson. *Et dabit in mutatione Comitis seu Episcopi acaptamentum in recognitione dominii unum hestearium, pro quo procurationem quam ab eodem requirebat, sibi remisit.* Vid. Hist. Episcoporum & Comitum Engolismensium c. 33. Charta an. 1240. in Tabul. Dalonensi fol. 85. *Accaptamentum verò nobis debet persolvi nostrisq; successoribus ad utriusque partis mutationes.* Tabularium Nantoliense in Pictonib. an. 1306. *Homagium ligium quod nobis volebat facere Joanna de Linea sine aliquo achaptamento.* Ibid. an. 1418. *Ad achaptamentum quarundam chirothecarum albarum de pretio 6. denariorum in mutatione feodatarii.* Rursum an. 1419. *sub homagio ligio à me & meis, in mutationibus dominorum & vasallorum, & sub achaptamento 5. solidorum bonæ monetæ currentis solvendo.* Occurrit passim in eo tabulario, & in Absiensi f. 40.

ad Accapitum dare, seu in emphyteusin. Charta an. 1213. in Regesto 49. Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabulario Regio num. 160. *Videlicet quòd dictus Dom. Petrus de sancta Cruce donet, dare & donare teneatur in emphiteusin seu accapitum — dictam limeriam, &c.* Alia Ludovici Hutini Regis Franc. an. 1315. pro Monspeliensibus: *Item concessimus de feodis & retrofeodis in emphyteusin vel accapitum datis & translatis in personas ignobiles, &c.* Alia Jacobi Regis Majoricar. an. 1310. *Damus in accapitum seu emphyteusin alcheriam nostram, &c.* Alia ann. 1229. *Ut tu & prædictam Condaminam — in emphyteosin seu in accapite, si volueritis, dare valeatis.* Adde Chronologiam Episcopor. Lodovensium pag. 154. 240. & Gassendum in Notitia Ecclesiæ Diniensis pag. 20.

Reaccapitum. Scribit Rocheflavinus in Provinciis Occitaniæ & Aquitaniæ *Accapita* dici jura quædam quæ debentur domino fundi & directo, pro mutatione emphyteotæ, sive illa morte, sive matrimonio, venditione, permutatione, cessione, heredis institutione, legato, aut alio quovis modo eveniat: contrà *Reaccapita*, mutationem

nem domini ſpectare. Notitia anni 1144. apud Catellum lib. 2. Rerum Occitanarum cap. 17. *De uno quoque caſali, qui habebat ſex ſtadios in latitudine, & 12. in longitudine, habeat dominus 12. denarios de acapte, & omni anno à Martio ſervitium 12. denariorum, reacapte, quando evenerit, 12. denarios.* Infra: *Carbonellus faber habeat de laboratoribus ſuis cenſum qui vocatur* Lauſe: *& faciat & reparet ferramenta molendinorum, retento ibi pretio & uſu ſuo; & propter hoc præbeat domino acapte 10. ſolidorum, & 5. ſolidorum reacapte, quando evenerit.*

Retroaccapitum in Conſuetudine Toloſæ part. 4. tit. de Feudis, art. 18. Charta Occitanica an. 1244. in Regeſto Toloſano fol. 73. *Terras heremas & condrezelas, e albres domeſtques, e ſalvaidies, e boſc, e bartas, e prats, & aigas, e cavis, e eſplechius, e atemprivas, e hommes, e ſembres, & ceſes, & acapites, e reireacapites, & ſenhorius, &c.*

ACCARO, Inſtrumentum ruſticum. Petrus Creſcentius lib. 1. de Agricult. cap. 6. *Et ſuperducta iterum dicta terra cum vangis & accaronibus,* &c.

ACCAVALSTER, *Ab anteriori parte calvus, ſicut recalvaſter à poſteriori.* Ebrardus de Bethunia:

Eſt accalvaſter vir calvus ab anteriori
Parte, recalvaſter retro calvus habetur.

ACCELERANTIA, Celeritas, apud Petrum Diac. Caſinenſ. de Corpore S. Benedicti Caſini.

ACCENGIA. Vide *Andecinga.*

ACCENSA, Cenſus, datio ad cenſum. Jo. Hocſemius in Hugone 72. Epiſc. Leod. cap. 23. *Major in villa & Advocatus à Prumienſi Abbate domino villæ villam tenebat ad accenſam.* *Accenſe* & *Adcenſe*, in Conſuetudine Burbonenſi cap. 34. Bituricenſi titulo 9. art. 21. Vaſtanenſi articulo 6. *Accenſement* in Pariſienſi antiqua art. 191. *Adcenſement* in Vitriacenſi articulo 23. Pariſienſi art. 109. *Acenſement* in Catalaunenſi artic. 194. Aurelian. artic. 412. *Accenſiſſement* in Trecenſi art. 58. 148. & Calvimotenſi art. 56. 116.

Acceſſatio, Aſſeſſamentum, acceſſamen, datio in cenſum, pro *accenſatio*, in Tabul. Dalonenſi fol. 40. 42.

Accenſiva, eadem notione in Charta Hugonis D. Brecarum an. 1203. in Hiſt. Brecenſi p. 24.

Accenſare, Acenſare, dare ad cenſum, Gall. *Acenſer, donner à cens,* in Conſuetud. Bayonenſi tit. 4. art. 1. & in Chron. Flandr. cap. 110. Tabul. Caſtri-Meliandi: *Accenſavit, & nomine accenſationis in perpetuum conceſſit & tradidit,* &c.

Accenſare ſe alicui, certis conditionibus ac ſtato pretio quidpiam conficere. Curia Generalis Barcinon. art. 1291. *Item quòd aliquis ſcriptor non audeat ſe acenſare vicario, bajulo, vel alicui officiali.* Libertates Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *Conceſſimus prædictis hominibus quod poſſint accenſare de Milite, & emere de omni venditore qui vendere voluerit, niſi ſit feodum, vel res feodales.*

Accenſatores, Firmarii. Concilium Burdegalenſe an. 1255. c. 14. *Accenſatores autem decimarum à laicis, ſi laici fuerint, ſimili ſententia ſe noverint irretiri.* Ubi perperam *aſſenſatores* editum. *Accenſeurs* verò & *Adcenſeurs*, qui dant ad cenſum, dicuntur in Conſuet. Bituricenſi tit. 15. art. 8. Burbon. art. 141. 371. & Marchenſi art. 168.

ACCENSIUNCULA. Gloſſarium Latino-Græcum ἐπιληψία ἡ νόσος, *Accenſiuncula, morbus comitialis.* Ita etiam MS. *Accenſiones,* ἐπίληψις, ἐπισημασία. Ubi leg. *Accenſio,* ἐπίληψις *Acceptio,* ἐπισυναγωγή.

ACCENSOR. Gloſſ. Lat. Græc. *Accenſor,* εἰσαγωγεὺς, εἰσηγητὴς, βούλαρχος. In Gloſſ. verò Græc. Lat. εἰσαγωγεὺς, eſt *lator, inſtitutor.* Sed videtur legendum *delator:* nam apud Heſychium, εἰσαγωγεὺς, (ſic enim emendant viri docti, pro εἰσαγωγὴ) dicitur eſſe ἀρχὴ Ἀθήνησι τῶν τὰ ἐγκλήματα εἰσαγόντων. Ita porro emendandum etiam in voce εἰσηγητὴς, in eodem Gloſſ. pro *lator.* Unde confici videtur *accenſorem*, eumdem eſſe cum delatore. Sed hæc vetera ſpectant.

Accenſor, Acolythus, cui incumbit cura accendendi lumina in Eccleſia. Heſychius: σαδοῦχος, λυχνάπτης, λαμπαδηφόρος. Græcis recentioribus, κανδηλάπτης. Honorius Auguſtod. lib. 3. cap. 64. *Acolythus, qui eſt accenſor luminum.* Iſidor. lib. 7. Orig. de Acolythis: *Tunc enim accenduntur luminaria ab ois, & deportantur.* Iſidorus junior: *Ad Acolythum pertinet præparatio luminarium in Sacrario.* Vide Paulum Silentiarium, in Deſcript. ſanctæ Sophiæ part 2. v. 69. & infrà in *Acolythus.*

ACCENTHURARIA, Vas in quo thus accenditur Franciſc. de Sacra quercu in Etymolog.

ACCEPTA, *Genus navis*, in Gloſſis Iſidori. Fortè *Acceptor, genus avis.*

Acceptæ, agri portiones viritim aſſignatæ, aut quæ ſortito obtigerunt. Ita agrimenſores hanc vocem uſurpant, Siculus Flaccus & Hygenus.

Acceptiones, eadem notione apud Siculum Flaccum pag. 21.

ACCEPTABULUM. Vide *Acetabulum.*

ACCEPTATOR. Lucifer Calaritanus, lib. 1. pro S. Athanaſio: *Hæc cùm ſcripta memineris, exiſtimas acceptatores perſonæ nos tuæ futuros.* Infrà: *Et vis, Conſtanti, quia ſis in ſublimitate degens Regali, accipi tuam perſonam.*

ACCEPTOR, Accipiter, quem vulgò *Sparvarium* reddimus: Gloſſ. Latino-Græc. *Acceptor,* ἱέραξ. Gloſſ. Iſidor. *Pipiunculus, accipiter, acceptor.* Papias: *Accipiter, eſt avis armata ungulis, ab accipiendo dicta, eo quòd ſibi capiat, & ab aliis rapiat.* Vox Latio veteri cognita, teſte Soſipatro lib. 10. in uſum revocata demum à Scriptoribus medii ævii, & in Legibus antiquis ſat frequens, in Salica tit. 7. §. 1. 2. 3. Burgund. add. 1. cap. 11. in Lege Longob. tit 104. §. 18. 19. 20. in Concil. Sueſſion. can. 3. ut habet Codex Belvac, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. cap. 19. & in Pœnitentiali Halithgarii Epiſc. Camerac. cap. 10. ubi perperam Menardus corruptam vocem ait, pro *accipiter.*

Acceptor, Qui aucam mordet, in Lege Alaman. tit. 99. §. 20. in Capit. ad eandem Legem c. 36. *Ganshapich* dictus in Lege Bajuvar. tit. 20. §. 2. Vide *Ganta.*

Acceptor, Qui gruem mordet. Vide *Cranohari.*

Acceptor, qui anates perſequitur, *Anetapich*, dictus in Lege Bajuv. tit. 20. §. 3. Monachus Sangallenſis lib. 2. de Carolo M. cap. 21. *Cùm verò falconem ſuum de aneta vellet extrahere.* Matth. Weſtmon. an. 870. *Cùm accipitre ſolus brevem naviculam ingreſſus, ut in inſulis maris & terræ vicinis anates & aviculas aucuparetur.* Willelmus Brito lib. 11. Philipp.

—— *Imbelleſque velut diſpergit anates*
Accipiter, quando atra fames jecur ulcerat ejus.

Vetus Chron. an. 1272. *Circa falconem qui anatem inter ſalices corripuerat, &c.* Falcones vero, quibus anates communiter pro præda ſunt, *Lanarios* noſtri vocant, ut obſervat Albertus M. lib. 23. de Animal cap. 8. Meminit præterea Porphyrius lib. 3. de Abſtin. pag. 267. accipitrum qui perdices, & qui palumbos involant, quos Φασσοφόνας vocat, à Φάσσα, *Palumbus.* Heſychius: λαγοθήρας, ἀετῶ εἶδος.

Acceptor domitus, in Lege Ripuaria tit. 36. §. 11. i. ad venationem manſuefactus, aut edoctus. Accipitres verò ad venationem *inſtitutos* memorat Sidon. lib. 3. Epiſt. 3. lib. 4. Epiſt. 9. Vide *Falco.*

Acceptor mutatus, in ead. Lege tit. 36. §. 11. qui jam annum egit, & plumas exuit, Gall. *Mué.* Vide *Muta,*

ACCEPTORIUM, Salinum, *Saliere*, in vet. Gloſſ. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana, n. 525.

ACCEPTORIUM. Epiſtola 41. inter Epiſtolas S. Bonifacii Moguntinenſis Archiepiſcopi: *Libellum quemdam habes, qui non eſt major acceptorio duarum ſeptimanarum, quem ego legere cupio.* Ubi videtur intelligi tot foliis conſtitiſſe hunc librum, quem ſibi dari cupiebat, quot Officium Eccleſiaſticum duarum ſeptimanarum conti-

continebat. At cur id *acceptorium* appelletur, non planè assequor, nisi legendum sit *Exceptorio*, aut *Excerptorio*.

ACCESSA, Accessio, Accessus, *accessa maris, recessa maris*. Servius in Fragm. *Constat & in illo loco accessum maris usque ad montem pervenire.* Itinerarium Burdegalense: *Facit mare Oceanum accessa & recessa per leugas plus minus centum.* Itinerarium Jerosolymitanum Antonini Monachi: *In loco verò ubi transierunt, exit mare de majore pelago, & extenditur in multis millibus, quia habet accessa & recessa. Accessus maris*, in Addit. ad Legem Frision. tit. 12.

ACCESSIO, In Gloss. Græc. Lat. ἐπισημασία ἐν πυρέτῳ, accessio febris. Epist. scripta sub nomine I. C. sub Carolo M. *Mittam in eis pustellas, accessiones, & langores, & omne genus infirmitates.*

Accessio, Acquisitio. Charta Ludovici Pii Imperat. in Chronico Farfensi pag. 654. *Et undecumque ad eos tam per venditiones, accessiones, commutationes possessionesq; eidem Monasterio — venit.*

ACCESSOR, pro *Assessor*, in Charta an. 1337. apud Ughell. tom. 7. pag. 616. & in Sermone Roberti de Sorbona de Conscientia.

ACCESSORIUS, Vox fori Anglici, inquit Spelmannus, in quo ita appellatur is qui sceleris conscius, facinoroso subvenit, sive ope, sive consilio. Duplex autem est: alius ante perpetratum scelus, aut feloniam, ut loquuntur, utpote qui vel suadet, vel imperat. Alius post effectum; & hoc fit, vel celando facinus, aut reum; vel alimentum ei, evadendive occasionem subministrando. Istæ autem considerationes, ultra feloniarum reos non extenduntur: nam in læsæ Majestatis criminibus, nulli habentur accessorii, vel secundi, sed primarii omnes, &, ut vocant, principales, parique ideo plectuntur judicio.

ACCESSUS, *Per accessum* Summus Pontifex eligi dicitur, cùm Cardinales omnes unanimi consensu ad eum *accedunt*, & Papam salutant. Vide Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 1.

ACCIATUS, In Breviloquo, est *cultellus magnus & acutus, & dicitur quasi ac rescindens; & sunt plura nomina idem significantia.* Unde:

Acciatus pugio, conjungo novacula cultris,
Cultellosque, spatas, rasoria, jungimus illis.

Danti, *Azza*, est securis, *accetta* Italis, nostris *Hache*.

ACCIDENCIA, συμβάσεις, in Gloss. Græc. Lat.

ACCIDENTIA, idem quod Escaëta, hæreditas, *Eschoite*. Charta Roberti Comitis Drocarum an. 1219. *Quæ videlicet prædicta masura ad me descendit ex accidentiis Aanoridis uxoris meæ*, &c.

ACCIDENTIVUS, Accidens. Vita S. Fructuosi Episc. n. 25. *Nervorum diutina & accidentiva conglutinatio.*

ACCIDIA, *Accidiari*. Vide *Acedia*.

ACCINCTOR. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 47. *Habet quoque in Longo-alneto versuram omnibus diebus cum uno Milite & suis accinctoribus*, i. e. famulis, qui latus cingunt.

ACCINGIA. Vide *Andecinga*.

ACCIPITARES, *Id est, aucellatores*, in Capitulari de villis cap. 45. *Oiseleurs*, accipitrarii, quomodo fortè legendum.

ACCIPITRUM *captura*. Inter jura dominica recensetur in Charta Alani Comitis Penteuriæ apud Augustinum *du Paz* pag. 20. *Retenta mihi ferarum fuga, & accipitrum captura.* Cæterùm observare licet in Capitul. an. 819. cap. 8. & in lib. 4. Capit. cap. 21. *in compositionem VVirgildi ea dari, quæ in lege continentur, excepto accipitre & spata: quia propter illa duo perjurium aliquotiens committitur, quando majoris pretii quàm illa sunt, esse jurantur.*

ACCISIA. Vide in *Assisia*.

ACCLAMARE, Idem quod *Clamare*, vendicare, asserere, *Reclamer quelque chose*. Simeon Dunelmensis: *Et cùm ipsa Elfleda esset Comitissa, — acclamavit ipsa jure hereditario has supradictas terras.*

Acclamare, Vocare, accire. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 25. *Azelinus Laudunensis quemdam Ebulonem laicum nomine, antea suum Secretarium & suæ calliditatis conscium acclamavit, & ut Rex concederet, suis adulationibus impetravit*, &c. Vide *Clamare*.

ACCLIBANUS, *Obliquus*, in Glossis Isidori: ubi fortè legendum *Acclivus*.

ACCLINATORIUM, *Locus in quo acclinari vel requiescere possumus.* Ugutio.

ACCOGNITARE. Vide *Adcognitare*.

ACCOLÆ, Coloni, seu ascriptitii, qui simul cum prædiis veniunt. Isidor. lib. 10. *Accola, eo quod adveniens terram colat.* Papias: *Accolæ, vicini, propinqui, adventitii, eo quòd advenientes terram colant, dicti ab accolere, i. habitare.* Spicilegium Acharian. tom. 13. p. 261. Vide Acla. W. Brito: *Accola, cultor loci in quo non est natus. Unde quidam,*

Accola non propriam, propriam colit incola terram.

Gloss. MS. Regium cod. 1013. *Accola, qui alienam terram colit. Accola, qui in eodem loco manet. Accolæ, vicini, Advenæ cultores, vel habitatores.* Gloss. Lat. Græc. *Accola*, μέτοικος, πάροικος, ἔνοικος, γεωργός. Charta Caroli M. in Chron. Laurish. an. 776. *Nec ad homines suos tam ingenuos, quam & servientes, seu accolas ipsius Monasterii distringendum.* Antiquitates Fuld. lib. 1. trad. 39. *Unà cum domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis.* Ita apud Marculfum lib. 1. form. 13. Hinc restituendum constat pariter *accolabus*, in trad. 21. pro *accolabiis*: unde Spelmannus *Accolabium* perperam confinxit, pro domo rustica quam accolæ habitant: quippe his locis *accolabus*, idem valet ac *accolavis*, seu *accolis*.

Accolæ, Mansi, qui accolarum erant, & ab iis colebantur. Annales Francorum Bertiniani, & Chronicon Normannorum an. 866. *De uno quoque manso ingenuili exiguntur 6. denarii, & de servili 3. & de accola unus, & de 2. Hospitibus 1.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Theutbertus & Hrodoernus ingenui tenent accolam 1. arant mensuras, & corrogant, ut ingenuiles mansi. — est ibi aspiciens accola 1. & est in Concia villare. — habet & ipsa accola campos 2. habentes map. 6.* Alibi: *Sunt ibi accolæ 2. una solvit sol. 2. pullos 2. altera den. 12.* Ibidem: *Sunt mansi ingenuiles 45. serviles 32. accolæ 2. donant annis singulis speltæ modios 545. ordei mod. 1045. &c.*

Accolavus, in plurali *Accolavi*, Accolæ. Marculfus lib. 2. form. 41. *Quidquid reliqui accolavi vestri faciunt, nos reddere spondimus.* Formulæ veteres Pithœi cap. 23. *Et quod vobis ex hoc legitimè redditur, terra debetur, sicut reliqui accolavi nostri reddunt.*

Accolana. Formula 62. inter Lindenbrogianas: *Tam in terris, mansis, — accolabus, merito accolanarum, vineis.* Ubi *meritum accolanarum*, est reditus domus rusticæ, nisi legendum sit *accolavorum*.

ACCOLLIGERE. Vide *Colligere*.

ACCOMMODARE, pro *Commodare*, apud Greg. Mag. lib. 7. Epist. 44. 60.

ACCORPORARE, Incorporare. Ammianus lib. 16. *Inflabant itidem has malorum civilium buccinas, potentes in Regia ea re ut damnatorum petita bona suis accorporarent.*

Adcorporare, eadem notione in lege 36. Cod. Th. de Hæretic.

ACCREDERE, Mutuo dare, nostris *Accroire*. Epist. 118. ex Sugerianis: *Ut de redditibus Pictaviæ pecunia, quam ei accrediderам, mihi sine diminutione solveretur.*

ACCREDITUS, Fidus, vel qui auctoritatem apud aliquem sibi creavit, nostris *Accredité*. Dudo lib. 2. de

de Actis Normannor. pag. 81. *Frisonum quidam de gente natus, qui erat illis accreditus.* Vide *Creditus*.

ACCUBATUS, Morbus caducus. Constantinus Africanus lib. 1. de Morbor. curat. cap. 22. *Passionem, qua subitò homines cadunt, antiqui frequenter habuerunt, & pessimum morbum vocaverunt: vulgus dicit accubatum, & iram Dei esse.*

ACCUBIA, Acus, acicula, Ital. *aguglia*, Gall. *Aiguille*, vel *Epingle*. Joan. Diaconus lib. 4. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 80. *Pallium ejus bysso candente contextum nullis fuisse cernitur accubiis perforatum.* Fortè *acculiis*, vel *acubus*.

ACCUBITUS, Cubitus. Egesippus de Distant. locorum Terræ Sanctæ pag. 105. *Super lacum in accubitum Judææ, Segur---ostenditur*, id est, qua parte Judæa situ suo *cubitum* effingit.

Accubitare se, Cubito inniti, *s'Accouder*. Adrianus Præposit. Malbod. in Historia translat. S. Aldegundis n. 5. *Unus ad pedem, alius ad pedem humiliter accubitando se inclinaverunt*, Chron. Bertrandi Guesclini:

Dessus une fenestre s'est allé aquenter.

Nos vulgò *Accouder* dicimus, cubito inniti. Vide Dudonem lib. 2. de Act. Norman. pag. 72. 77.

Adaccubitare. Abbo lib. 2. de Bellis Parisiac.

Cujus adaccubitat puteus vestigia, &c.

Accubitus, pro *cubatu*, aut *cubitu*, Gall. *la Coucchée*. Ita videtur usurpasse Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. caq. 24. *Ciborum, accubituum, excubiarum, frigorum, pluviarumque sustinuere miserias.*

Accubita, seu *Accubitus*, Græcis ἀνακλιντήρια, i. *reclinatoria*, uti appellantur à Wilramo Abbate in Cantica Canticor. cap. 2. quæ in Lexico Græc. MS. Regio Cod. 2062. sic definiuntur: Ακϰϐιζα, στρωμναὶ μαλακαὶ εἰς ὕπνον ἡρμέναι. Glossæ aliæ in Cod. 934. στιϐάς, χαμαιϰύτιον, ἀκκϐιτον ἀπὸ δὲν ὅρων. Balsamoni in can. 74. Synodi Trull. & Joanni Episcopo Citri in Responsis ad Cabasilam, *Accubitum*, ἅπαν στρωμνῆς καζασκεύασμα εἰς ὕπνον ἢ μέσον ἢ μαλακόν, esse dicitur. Θρόνον ἀνάκλιτον dixit Plutarthus in Romulo. Lampridius de Commodo: *Nec cubuit in Accubitis facile, nisi qua pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitras mutans*. Est igitur *Accubitum* vel *Accubitus*, locus editior ad quem accumbimus, seu potiùs mensa ad quam accumbunt convivæ.

Accubitus, Mensa, vel sedes ad mensam, ad quam accumbitur. Charta Ottonis Frisingensis Episcopi an. 1157. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 107. *Quod videlicet in celebrandis ordinibus in annotatione post sedem Cathedralem primum locum in Processione solenni Præpositus vester aliis Præpositis præferatur, in refectorio accubitum qui principali oppositus est, habeat is, &c.*

Accubitatus, de eo qui ad mensam accumbit, apud Sugerium in Ludov. VI. *Finita verò Missa, erectis in claustro palliis strato mensis, materialem agnum tanquam thoris accubitati, cætera nobilis mensæ fercula consueto more suscipiunt.* Braulio Cæsaraugust. in Vita S. Æmiliani c. 24. *Cùm causâ convivii fuisset accubitatus.*

Accubitus, & *Accubita*, Prandia ac convivia ipsa. Papias: *Accubitus, prandia, quasi accibitus epularum.* Respexit illud Isidori lib. 20. Orig. cap. 1. *Accubitum à cibo vocatum, quasi ad cubitum epularum.* Acta S. Basilisci Martyr. n. 1. *Magistrianus & qui cum eo erant, facto terræ motu, surrexerunt de accubitu præ magno timore, relictoque prandio, trementes venerunt &c.* Vide Rufinum in Regulam S. Basilii cap. 10.

Accubitus vastatorii, Jus prandii, pastus, *droit de giste & de past*. Charta Conradi Imp. an. 1145. *Exactiones, tallias, quas quidam precarias vel petitiones nominant, vel accubitus vastatorios, &c.* Vide *Pastus, Prandium, Procuratio*.

Accubitus, Triclinium in quo ad mensam adcumbitur. Itinerarium Hierosol. Antonini Monachi: *Deinde venimus miliario 3. in Canan, ubi Dominus fuit ad nuptias, & accubuimus in ipso accubitu.* Infrà de Gethsemani: *In quo sunt tria accubita, in quibus ille (Christus) accubuit.* Ea notione vox hæc fortè capienda in vet. inscriptione apud v. c. Jacob. Sponium in Libello de disignotis p. 18. *Murum à fundamentis cum suo in troitu, & porticum cum accubito vetustate conlapsum impendio suo restituit.* *Accubitalia, triclinia*, refectoria Monachorum vocat Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412. S. Athanasius de imagine Berytensi: Χριστιανός τις ἔλαϐεν ἐν οἰκίῳ κελλίον παρά τινος, ἐν ᾧ κατοικῶν ἀντικρὺ τῆς ἀκκυϐίτου αὐτῆς ἔπηξεν εἰκόνα τῆς Κυρίου ἡμῶν. Hinc *Accubitus* appellata olim triclinia majoribus ædibus sacris adjuncta, in quibus Pontifices è Clero & Laïcis præcipuos convivio excipiebant post sacra peracta, de quibus multa observamus in nostra Constantinopoli Christiana, ubi de *Tribunali novemdecim accubituum* agimus.

Nescio an ab *accubitis* orta sit vox *acube* & *aucube*, Poëtis nostris sat frequens, pre tentorio, vel tabernaculo, quòd in iis *accumbant* milites, atque adeo ut in tricliniis conquiescant. *Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.*

Enseignes & aucubes & maint Indepenon.

Alibi:

Anviron la Cité firent lo trefs drecier,
Pavillons & aucubes, & grands paissons fichier,

Pe Roman de Girard de Vienne MS.

Vianne assaillent environ & es lés
Tandent acubes & paveillons & trés.

Accubitus, vel *accubita*, ipsæ *accubitoriæ vestes*, quæ *Accubitis* insterni solent, Græcis καταϰλιτα, ut quibusdam placet. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Peristromata, gemina tegmina, vel accubitus.* Alibi: *Tegmina, accubitus, peristromata.* Eædem *Accubitalia* dicuntur apud Pollionem in Claudio.

ACCULEARE, vel *Accularе*, in angustias, vel in arctum redigere, ex Gallico *Acculer*. Chronicon Wil [?]angii an. 1256. *Per Pontem de Ceperano, ubi erat, ad terram Apuliæ & Laboris introitus, ingressus, usque ad S. Germanum acculearunt:*

ACCURSA, *Exilium*, Ugutioni.

ACCURSARE. Statuta Veronensia lib. 3. cap. 58. *Monetam grossam vel minutam accursatam, seu quæ accursabitur in futurum in civitate Veronis, &c.* id est, cui dabitur *cursus*, quæ in usu communi erit.

ACCUSA, pro *Accusatio*, in Charta anni 1345. Passim in Legibus Civilib. Veronensibus.

Accusatio Simplex, Triplex. Vide *Lada, Ordalium.*

ACEDIA, *Accidia, Acidiari, Acidiosus.* *Acedia, tædium*, in Gloss. MS. Ugutio: *Accidia, tristitia, molestia, anxietas, vel tædium.* Breviloq. *Accidia dicitur indurata mentis tristitia, quæ, dum quis laborat, vertitur in tædium.* Suidas: ἀκηδία, ἡ ῥαθυμία, ἀχθηδών, λυπή. *Acedia*, juxta Cassianum lib. 10. de Cœnob. Instit. cap. 1. & Collat. 5. c. 2. 9. *est tædium & anxietas cordis, quæ infestat Anachoretas & vagos in solitudine Monachos.* Melancholiæ species, quæ Monachorum propria est, atque ita appellatur à S. Hieronymo Epist. 4. *Sunt qui humore cellarum, immoderatisque jejuniis tædio solitudinis, ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus suis personant, vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis, quàm nostris monitis indigent.* S. Althelmus Episcopus de 8. principalibus vitiis n. 6.

Hinc aciem sextam torpens accidia ducit,
Otia quæ fovet, & somnos captabit inertes,
Importuna simul verborum frivola fontum,
Instabilis mentis gestus, & corporis actus:
Inquietudo simul stipatur milite denso.

 Cæsarius

Cæſarius lib. 4. cap. 27. *Acedia eſt ex confuſione mentis nata triſtitia, ſive tædium & amaritudo animi immoderata, qua jucunditas ſpiritalis extinguitur, & quodam deſperationis præcipitio mens in ſemetipſa ſubvertitur: dicitur autem acedia, quaſi acida, eò quòd opera ſpiritualia nobis acida reddat & inſipida.* Adam, Abbas Perſeniæ Epiſt. 1. ex Baluzianis: *Noviter converſi de ſæculo, quantalibet devotione polleant,* acerdiæ tamen vitio ſæpe laborant, &c. Corandus Fabar. de Caſib. S. Galli cap. 5. *Erat namque jocundus in facto, blandus verbo, — cui nulla unquam ſe intulit acedia.* S. Bernard. Epiſt, 78. *Tædium & acediam procul pellit ſanctarum varietas obſervationum,* Liber Faceti:

Accidiam linque, quæ dat mala tædia vitæ.

Liber vernaculus MS. cui titulus *le Miroir: Li quars pechié de Pereche, con apele en clerkois, accide.* Bellè etiam *Acediam* deſcribit Guigo Prior Carthuſiæ lib. de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 24. *Apprehendit te multotiens, cùm ſolus in cella es, inertia quædam, langor ſpiritus, tædium cordis, quoddam & quidem valdè grave faſtidium ſentis in teipſo: tu tibi oneries; interna illa qua tam feliciter uti ſolebas, ſuavitas jam defecit tibi; dulcedo quæ tibi inerat heri & nudiustertius, jam in magnam amaritudinem verſa eſt. Ex toto aruit ille quo abundantiſſimè perfundi ſolebas, lacrymarum humor; ſpiritualis in te emarcuit viror; interiit decor; dilaniatam & dilaceratam, confuſam & diſciſſam, triſtem & amaricatam portas animam tuam, & ubi eam ad quietem componas, non habes. Non jam ſapit tibi lectio, oratio non dulceſſit, &c.* De *Acedia* alia vide apud S. Antiochum Homil. 57. Petrum Bleſenſ. Epiſt. 97. Petr. Damian. lib. 4. Epiſt. 11. Theodulfum in Capit. cap. 31. Alcuinum lib. de virtutibus & vitiis cap. 32. & Alanum de Inſulis in Summa de arte prædicatoria cap. 7. S. Thomam 2. 2. q. 35. art. 8. &c.

Acediari, Indignari. Gloſſ. MS. Regium: *Accidiatur, ſtomachatur.* Papias: *Accidiari, ſtomachari; unde accidia, quæ eſt tædium animi, vel anxietas, vel contra.* Balbus: *Accidiari, triſtari, anxiari vel habere tædium, vel indignari.* Hincmarus Laudun. ad Hincmar. Rem. tom. 2. p. 335. *Nec inde debetis acidiari, ſi de his loquor.* Vide Eccleſ. c. 6. & 22. Henricus Roſla in Herlinsberga:

Accidior juſtè? potiùs premerent alienos.

Verſus de S. Franciſco apud Waddingum an. 1226.

Sicubi turbatur Franciſcus & accidiatur.

Accidioſus, & *Acedioſus*, apud Balbum & Ugutionem, *moleſtus, triſtis, anxius.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Accidioſus, vel tædioſus.* aſolcen. Regula S. Benedicti c. 48. *Ne fortè inveniatur Frater acidioſus, qui vacet otio & fabulis, & non ſit intentus lectioni.* Occurrit etiam in Vita S. Sulpitii Pii Epiſc. Bituric. cap. 10. n. 42.

ACELEXIA. Vide *Litifatus.*

ACELIA, pro *axella*, in Geſtis Regum Francor. cap. 24. Vide *Axella.*

ACENCENARE, ſive *computare*, in Obſervantiis ad Foros Aragonenſes, apud Michaëlem *Del Molino* in Repertorio p. 75. v. Infrà: *Et pro quibus rebus ipſam getam facere debent, & videant acencenationes & compartimentum quod facient, ut interſint cum hominibus dicti loci,* &c.

ACEPHALI. Iſidorus lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 3. *Duo ſunt genera Clericorum, unum Eccleſiaſticorum ſub regimine Epiſcopali degentium, alterum Acephalorum, id eſt, ſine capite, quem ſequantur ignorantium. Hos neque inter Laïcos ſecularium officiorum ſtudia, neque inter Clericos religio detentat divina, ſed ſolutos atque oberrantes ſola turpis vita complectitur & vaga.* De iis agunt Concilium Moguntiac. can. 22. Meldenſe an. 845. c. 57. Pariſienſe c. 10. Ticinenſe an. 850. c. 18. Melfitanum an. 1079. can. 9. Capit. Caroli C. tit. 6. c. 57. Burchard. lib. 2. cap. 226. &c. Apud Reginonem anno 865, Hucbertus frater Thietbergæ concubinæ Lotharii, *acephala* dicitur, quòd, ut eſt in Annalibus Francor. Metenſibus an. 864. fuerit *Clericus conjugatus*, ac proinde Clericatus regulis minimè addictus. Goffridus Abbas Vindocin. lib. 2, Ep. 27, *Acephali non ſumus, quia Chriſtum Salvatorem caput habemus, & poſt ipſum Romanum Pontificem.* Hæc porro ſuggerit, quia Monaſterium ſuum ab Ordinarii juriſdictione exemptum erat. Adde Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 464. & Vitam S. Theodardi apud Catellum pag. 764. Vide *Presbyter Domeſticus,*

Acephali, in Legibus Henrici I. Regis Anglor. c. 21. dicuntur ii, qui nec Regem, nec Eccleſiam, nec Barones, aut dominos feudales agnoſcunt, cùm pauperes ſint, & nullum tenementum poſſideant, ratione cujus eos ut *capita* ſua recognoſcant. Acephali præterea dicuntur Monachi, quorum Abbas vel Prior defunctus eſt, apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 3. p. 636.

Acephali, Hæretici quidam ſic dicti, quòd neminem ſuæ hæreſis auctorem agnoſcerent, ut eſt apud Iſidorum lib. 8. cap. 15. & Adonem Viennenſem in Chronico. De iis vide Notas Sirmondi ad Facundum Hermianenſem.

Acephala regio, nulli Epiſcopo ſubjecta. Concilium Avenionenſe an. 1209. can. 5. *Ad hæc vallem de Tretis, quæ ut acephala in nullius diœceſi dicitur eſſe inſtituta, D. Epiſcopo Regienſi Apoſtolicæ Sedis Legato ad cuſtodiam decernimus ſpecialiter aſſignandam, qui ſpirituali, & etiam ſi oportuerit, materiali gladio expellat ex ipſa hæreticam pravitatem, &c.*

ACERA. Verſus vett. in Hiſt. S. Martini de campis, pag. 17.

Per parvas partes perfectas itur ad artes,
Sub veniunt magnis animalia parva.....
Hic capiendo feras, hic piſces, hic & aceras.

ACERRA, pro *acra.* Charta Henrici Reg. Angl. in Mon. Anglic. tom. 1. pag. 442. *Præterea do eis & confirmo in eleemoſynam 40. acerras terræ de aſſartis, &c.* Vide *Acra.*

ACERNA, pro *acerra*, inter miniſteria ſacra. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis prid. Non. Maii. *Dedit —— 4. pallia & 2. dalmaticas, & tunicam unam, & duos urceolos argenteos, cum acerna argentea.* Papias: *Arca thuris, vel thuribulum, vel thurarium.* Continuator Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium pag. 271. *Optimam acerram eidem Epiſcopo cum gemma pretioſa dedit.*

ACETABULUM. Scutella acetaria, ὀξ-βάφιον, in Gloſſ. Lat. Græc. *Vinaigrier.* Vox Latinis Scriptoribus nota. Iſidorus lib. 2. cap. 4. *Acetabulum, quaſi Acetaforum, quod acetum ferat.* Ugutio: *Acetarium & dicitur acetabulum, & acetaforium, quod ferat acetum, & appendat 12. dragmas.* Joannes de Janua habet *acetoferum.* Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. *Acetabulum argenteum pondo centum ſiclorum.*

Acetabulum, menſuræ ſpecies, Græci ὀξυβαφον vocant. *Acitabulus* Iſidoro lib. 14. c. 25. *Acceptabulum* Vegetio lib. 2. Artis veterin. c. 53. *Acetabulum* lib. 3. cap. 15. Apitius lib. 6. c. 6. *Accipe olei acetabulum majorem — aceti acetabulum minorem.*

Acetabulum, quid ſit in ſacris libris non omnino conſtat, Exod. 25. v. 29. c. 37. v. 16. Num. 17. v. 13. Gloſſæ Biblicæ MSS. *Acitabulum, vas rotundum ubi vinum juxta altare ſervatur.* W. Brito in Vocab. *Acetabulum, vel Acetarium vas eſt aceti. Unde in Exod. c. 37. ubi ſit mentio de Acetabulis, dicit Gloſſa, quibus acetum ferebatur, ſed quòd nunquam vel rarò occurit de oblatione aceti; ſic dicit Magiſter in Hiſt. Quidam dicunt Acetabula, ubi ſcilicet fundebantur a Sacerdote quæ debebant offerri, ut viderent utrum accepta, i. idonea eſſent, an non.* Græcus Interpres [illegible]ιβλιον vertit.

Acetaforum. Vide *Acetabulum.*

ACETALLUM, in Breviloquo dicitur, *vas in quo aceta probantur; vel vas aceto plenum; vel vas ad acetum*

tum recipiendum; vel vas in quo liquida omnia probantur.

ACETRUM, ex Hispanico, *Açetre*, urca ænea, situla ænea. Occurrit apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 61.

ACHA. Gloss. Sax. Ælfrici: *Acha, i virtus:* ꞩꞇꞃenꝫꞇ. i. vis, vigor, virtus.

ACHANUM, Morbi species in bobus, de quo Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap. 2.

ACHELANDIUM. Vide *Chelandium*.

ACHESO, *Occasio*, exactio, tributum, pensitatio indebita, vexatio. Charta Mathæi de *Montmorency* an. 1205. apud Duchesnium: *Facimus in perpetuum liberos & immunes ab omnibus malis consuetudinibus, & malis achesonibus, & omnibus corveis, &c.*

Le Roman de Vacce MS.

Cil a moult tous se homes laidement demenez,
De plais & d'achesons damagiez & grevez,

Vide *Occasio*.

Aschesonatus, in eadem Charta; vexatus, vel mulctatus, *Condamné à l'amende. Quicumque autem non reddet mihi censum vel caponem ad terminos qui dicti sunt, reddet mihi 7. sol. pro amenda: si autem achesonatus fuerit. quòd censum suum vel caponem non bene reddiderit, si voluerit jurare quòd censum suum reddidit, sicut debuit, per juramentum suum quittabitur de amenda. Gaces bruslez:*

Et fins amis à tort achesonnez.

Joannes Erardus:

Dame tant m'ont felons achesonnez,
De par vous ai fete ceste entreprise, &c.

ACHIMITENSES. Vide *Acœmetæ*.

ACHINUS, *dicitur hortolanus in villis residens, non habens mansos*, Breviloq.

ACICULUS. Ugutio: *Acia, dolabrum, quasi acutè scindens, unde Aciola dicitur: & dicitur hæc acies ectis pro securi, qua lementarii uluntur: unde hic Aciculus dicitur: Unde Gregorius Nazarenus* (sic in MS.) *Scio inquit, antequam esset vel astara super quo asciculus non descendit.* Vide *Ascia*.

ARCHIROPICTOS, vox hibrida, pro ἀχειροποίητος. Ita appellabant quasdam Deiparæ imagines, quas divinitus, nec arte humana pictas putabant, de quibus Commentarium scripsit Jacobus Gretzerus. Charta Tancredi Regis Siciliæ apud Ughellum in Archiep. Rossanensib. *Ingressi venerabilem Ecclesiam Archiepiscopatus Rossani, in qua reverenda imago sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ dicitur —— archiropictos, colitur, &c.*

ACHOR. Gloss. Saxonicum Ælfrici: *Achor. i conturbatio:* ꝺꞃefin ꝫ. Saxonibus, ꝺꞃefenꝺ, est turbidus.

ACIA, *Ala*, in Gloss. Isid. In Gloss. Lat. Græc. *Acia*, ῥάμμα exponitur. Italis *accia*, est linum vel stupa. Vide *Atia*. Quæ vox occurrit in statutis Mediolanens. 2. parte, cap. 308.

ACIARE, *Ferrum durrissimum*, Papiæ, chalybs, Gall. *Acier*.

ACIARIUM, Accuum theca, βελονοθήκη, in Gloss. Gr. Lat. ῥαφιδοθήκη, in Lat. Græc.

Aciarium, Chalybs; ferri durissimi squamma, seu indurata ferri acies, quam *acier* vulgò vocamus, Italis, *Acciaio, ferro raffinato*, ut est apud Academicos Cruscanos. Gloss. Lat. Græc. *Aciarium*, στόμωμα, perperam *acciarium*. Græcis verò στομῶσαι est indurare, ut est in iisdem Glossis. *Indurare aciem* dixit Plinius lib. 34. cap. 14.

ACIDONICUS, Acidus. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. *Neque amaritudinem in ore sentiunt, sed magis acidonicum sentiunt.* Lib. 3. *acidonicum ructare.*

ACIDIA. Vide *Acedia*.

ACIES, Lanx trutinæ. Anastasius Bibliothec. in versione Vitæ S. Joannis Eleemos. à Leontio Episcopo scriptæ cap. 7. n. 37. *Vidit in somnis seipsum rationem ponentem, & omnes actus suos super stateram appendere. In una quidem acie congregabantur Mauri quidam deformes: in alia verò acie aliorum quorundam erat candidatorum, &c.* Ubi indubiè in Græco Leontii, vox φαλαγξ usurpata, quæ Græcis *trutinam*, seu *lancem*, & *aciem* exercitûs significat.

Acies terminorum, apud Agrimensores, qua invicem concurrunt. Caius: *Si terminus in tres acies constitutus fuerit, tres lineas auctoris ostendit: si in quatuor acies, quadrifinium facit.*

ACINARI, *tricari, in parvo morari*, in Gloss. Isid. quod faciunt qui in acinis uvarum eruendis tempus terunt, vel qui de *acinis* disputant. Casaubonus *apinari* restituit. Eum consule ad Pollion. in Gallienis, ut & Rosvveidum in Glossar. ad Vitas Patrum. Vide *Acies*.

ACISCULUM, σκαφίον, ἤτοι ὄρουξ κηπευτική, in Gloss. Græc. Lat. Gloss. Sax. Ælfrici: *Acisculum*, pic, i *fossorium*. Vide *Fasculum*.

ACITABULUM. Vetus Gloss. *Acitabulum*, ὀξυβάφιον. Ita autem propriè appellatur crepitaculum, quod fuit ex istius Musicæ specie, quam ὀξυβάφων μυσικὴν vocant Græci. Breviloq. *Acitabula sunt Musica instrumenta ænea vel argentea, quæ percussa sonum faciunt grandiorem.* Papias: *Acitabulum, quasi acutum ferro dicitur, id est, sonabulum.* Ugutio: *Cimbala, acintabala sunt, quæ percussa ad invicem, se sic tangunt, & sonum faciunt, sic dicta, quod cum ballematica similiter percutiuntur.* Senator lib. 5. Epist. 51. *Quid acitabulorum tinnitus? quid dulcissimi soni referam varia percussione modulamen?* Vide *Acetabulum*.

ACITARA, Stragulum, vox Hispanica. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. In Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38. *Et meos vestitos, & acitaras, & collectras, & almucellas, & servitium de mea mensa, &c.* Ubi Martinezius: *Y acitaras, ò cames, colectos, y almuças, con todo el servicio de mi mesa.* Alia Stephaniæ Reginæ uxoris Garsiæ Regis apud *Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 6. *De meos panos & acitaras, quomo, delectos, sic est de vestimentis, exceptis quos dedi.* Nescio an legendum sit *acitaras*, pro *citaras*, in Charta alia Hispanica æræ 1016. apud eumdem *Yepez* tom. 5. Et 150. *solidos pro servitio de mesa*, (mensa) & 170. *solidos per cruces & calices, & coronas pro in Ecclesia, & 4. citaras, & alia ornamenta multa, &c.* Occurrit præterea in testamento Sisnandi Comitis Conimbricensis apud Brandaonem tom. 3. Monarchiæ Lusit. pag. 276. & tom. 4. p. 260.

ACLEA, Campus, vel locus querceus, quercetum, à Saxonico ac, *quercus*, & lea, *campus, locus*. Asserus Menevensis in Vita Ælfredi: *In loco qui dicitur Aclea, i. in campulo quercus, diutissimè pugnaverunt.* Flor. Wigorn. an. 851. *In aclea, i. in campo quercus.* Ethelvverdus lib. 4. Hist. Angl. cap. 3. *A certamine quod gestum est juxta condensum, quod aclea nuncupatur.*

ACLONIA. Vetus Notitia judicati in Chartis Burgundicis Perardi pag. 148. *Sed quia Heldebernus ibi non venit, nec suam acloniam denuntiavit, in omnibus geitivus apparuit: tunc judicaverunt ipsi Scabinei, &c.* Videtur legendum *Exoniam*.

ACOEMETI, *Achimitenses*, Liberatus Diac. in Breviario cap. 18. *Per quemdam Monachum Achimitensem*, &c. Meminit *Cyrilli Abbatis Acymetensis* Nicolaus I. PP. Epist. 10. ut Monasterii *Aquimiti*, Gelasius PP. lib. adversus Nestorium & Eutychem. Codex Concilii Calchedonensis Bohierianus Act. 3. *Omnis numerus non ascriptus est, neque in meo neque in Acumensium Græco*, apud Labbeum tom. 4. Conc. pag. 460. rectiùs *Acumetensium*, ut est in fine act. 8. 9. 10. &c. Victor Tunnensis in Chron. *Et ipsa damnatio Accacio Constantinopolim, Legatis missis per Monachos Monasteriorum Achimitensium atque Dii, ingeritur.* Rectiùs alio loco:

eo: *Primasius quoque Acœmetensi Monasterio relegatur.* Nam dicti Græcis Ἀκοίμητοι Monachi, quòd in eorum Monasteriis divinum Officium noctu diuque, nullo interposito cessationis intervallo, celebraretur & cantaretur, divisâ in hunc finem in tres cœtus Monachorum sodalitate, ita ut peracto à priori in Ecclesia Officio, secundus, & mox tertius succederet: sicque nullâ horâ Ecclesia à laudibus & canticis vacaret. Hujuscemodi instituti auctorem agnoscit Nicephorus Callist. lib. 15. cap. 23. S. Marcellum Apamiensem, cujus festum agunt Græci 29. Decembr. alii, ut Synaxaria, & auctor Vitæ Marcelli, Alexandrum Abbatem, cui ille successit in ea dignitate: καὶ τότε μὲν ὁ θεῖος Ἀλέξανδρος πρὸς τῷ ἱερῷ οἴκῳ τοῦ μεγάλου ἐν Μάρτυσι Μηνᾶ τὴν ἄσκησιν ἐπιδείκνυται. ὕστερον δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ τοῦ Πόντου στόματι σεμνὸν ἱδρύεται φροντιστήριον, οὗ δὴ καὶ νόμον εἰσάγει καινὸν μὲν, ἀλλὰ τὰ ἀπανταχοῦ κάλλιστον, μηδέποτε τῶν εἰς Θεὸν ὕμνων τὸ συνεχὲς διακόπτεσθαι, ἀλλὰ τῇ καταδιαδοχῇ τῶν λειτουργούντων ὑπαλλαγῇ τὴν ἀσίγητον καὶ ἄπαυστον τῷ Δεσπότῃ περιποιεῖσθαι δοξολογίαν. Florebat verò Alexander an. Chr. 420. de quo etiam consulendus An onymus in illis Vita cap. 5. apud Bolandum 15. Januar. Monasterii τῶν ἀκοιμήτων Constantinopoli meminerunt passim Scriptores, Theodor. Lector. lib. 1. Evagrius lib. 3. cap. 18. 21. &c. Theophanes p. 104. 122. Cedrenus in Leone, &c.

Porrò à Græcis ne Orientalibus ejusmodi continui & perpetui in Ecclesia cantus & Officii celebrandi morem, Monachi nostri Occidentales, an verò isti à nostris hauserint, vix ausim definire, cùm eum à primæva Monasteriorum, in Ecclesia Romana, origine & institutione obtinuisse constet: maximè in Monasterio Agaunensi à Sigismundo Burgundiæ Rege erecto ac fundato. Ita enim in Charta dotationis, seu potiùs in Synodo Agaunensi. Victorius urbis Gratianopolitanæ Episcopus ait: *Rectè mihi videtur ut secundùm plenissimam devotionem Domini Regis, & psallendi institutionibus, fiant novem Normæ; id est, Granensis, Isiana, Jurensis, & Melvensis, & ceteræ, ut succedentes sibi in officiis Canonicis, id est, Nocturnis, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Vespertina, in hanc die noctuque indesinenter Domino famulentur.* Sed & ipse Dagobertus in Monasterio S. Dionisii à se constructo & fundato, *ordinem psallentium instar Monasterii Agaunensium, & S. Martini Turonensis, ut ibidem laus Dei perenniter haberetur, instituit*, ut scribit Andreas Silvius in Chron. Marcianensi. Chronicon Divisionense MS. de Monasterio S. Genigni: *Contulit Rex Guntrannus Deo & S. Benigno ad victum Monachorum &c. Insuper etiam instituit ut ad similitudinem Monasterii sanctorum Agaunensium, diu noctuque divinum persolveretur Officium.* Idem de Luxoviensi Monasterio testatur S. Bernardus in Vita S. Malachiæ: *Ad has nostras Gallicanas partes S. Columbanus ascendens, Luxoviense construxit Monasterium, factus ibi in gentem magnam. Aiunt tam magnam fuisse, ut succedentibus sibi vicissim choris, continuarentur solennia divinorum, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis vacaret à laudibus.* Primis enim iis sæculis tantus religionis & strictioris vitæ fervor floruit, ut Monachorum numerus & cœtus in immensum excresceret, adeo ut in quibusdam ex iis ad 300. 400. & etiam 500. censerentur; unde cùm Ecclesia universos simul capere non posset, necesse erat ut inter se Officii celebrandi horas partirentur, & in *Choros*, ut vocabant, se se distribuerent, aut certè in varia Ecclesiæ Sacella, seu Altaria, vel Cappellas secederent, ibique sua exequerentur officia, certo præscripto modo & ordine, quem ex Angilberto Centulensi Abbate pluribus refert Hariulfus lib. 2. cap. 11. Acta S. Quirini Mart. n. 12. *Disciplinæ monasticæ rudimenta posuere in hoc Cœnobio* (Iliminensi) *Monachi è S. Gallo acciti, — quorum numerus ad 150. excreverat: & ut seniorum traditione accepimus, tantus Deo militantium Fratrum exercitus in tres quinquagenas fuit distributus, ut uno exeunte quinquagenario Chorum, laboris, refectionis seu quietis gratiâ, continuo alius ad stativas vigilias succederet, adeoque die ac nocte sine interpolatione suæ Deo laudes depromerentur.* S. Althelmus de laude Virg. cap. 26.

In queis nempe decem Monachorum millia florent,
Cantibus assiduis, & Psalmis carmine crebro, &c.

Epitaphium Raimberti Episcopi Virdunensis:

Te veteres ponit structore, novosque resumit
Hæc ædes mores, in qua noctuque diuque
A Monachis laudes divinæ vociferantur.

Charta Pipini Reg. pro Monast. S. Dionysii, apud Doubletum pag. 703. *Ut sicut tempore antecessorum Regum ibidem in ipsa sancta Basilica psallentius per turmas fuit institutus, sicut Ordo sanctus edocet, die noctuq; perenniter in ipso sancto loco celebraretur.* Eadem ferme habentur in Præcepto Clodovæi Regis pro eodem Monasterio.

Atque inde Græcis ejusmodi Monachi dicti ἀκοίμητοι quòd diu noctuque psallerent in Ecclesia, nullaque hora vacaret à laudibus divinis, quas ex eo *laudis perennis* nomine agnoscunt Scriptores nostri. Ἄληκτος ὑμνολογία dicitur Ignatio Diac. in Vita S. Nicephori Patr. CP. ἄπαυστος λειτουργία, Joanni Euchaitæ pag. 32. 33. quam ille in Eccsesia Sophiana à Constantino Monomacho institutam ait: Tametsi hæc verba alio sensu capienda constet ex descriptione nostra Constantinopoleos Christ. ut & ἄπαυστος ἱερὰ ὑμνολογία, apud Anonymum de Depositione vestis Deiparæ in Æde Blachernea pag. 770. *Indeficiens psalmodia*, in Vita S. Angilberti Abbatis Centulensis cap. 2. n. 16. *Sic ad mensam, sic ad lectos, sic ad omnia omni tempore exibant*, (Monachi Centulenses) *ut indeficiens psalmodia in Ecclesia Salvatoris omni tempore permaneret.* Adde vita S. Madelgisiti n. 13. de eodem Monasterio Centulensi: *Ubi divinæ laudis sonus non desistit.* Ita lucernas ἀκοιμήτους appellabant Græci, quæ in Ecclesia perpetuò ardent, ut est apud Ignatium Diac. in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinop. n. 7. Pachymerem lib. 2. cap. 21. Anonymum de Locis Hierosolymit. & alios. Vide *Norma*. Proinde perperam vir doctus lib. 1. de Monachis primitivæ Eccles. cap. 9. censuit dictos *Acœmetas*, quòd insomnes, & nunquam conniventes oculis, perpetuis se vigiliis exercerent.

ACOFRARE. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1132. apud Martinezium in Historia Pinnatensi lib. 3. cap. 26. *Ita quòd domines & feminæ, qui in dictis locis domos vel terras S. Joannis tenebunt, sint franqui & liberi ab omni servitute mea, & dominorum, qui pro tempore erunt de Torres & de Vicient, in perpetuum, sed peitent & açofrent, ut sint vasalli proprii sancti Joannis.*

ACLA, Modus agri. Chaata Grodegandi Archiepiscopi Metensis, apud Mauricium: *Nolendinum unum cnm tribus jurnalibus, aclam unam solventem denarios decem.* Infrà: *Quicumque mansum, vel aclam, de terra nostra possederit, moriens bovem unum ad curtem dabit.* In Charta Chilperici Regis apud eundem p. 146. Unà cum terris domibus, ædificiis mancipiis, alcis, vineis, campis, pratis &c. Ibidem. In Charta quæ habetur in Appendice ad Flodoardum, *ada* legitur, ita ut in alterutra error sit, legendumque *acla*, aut *ada*, proclivi mendo: *In Verviaco 8. mansos & dimidium, & in villa Columnis adas duas in Comitatu Remensi.* Ita etiam *alla*, pro *acla* videtur perperam scriptum in Charta Caroli Simplicis pro Corbiniaco in Hist. S. Marculfi pag. 88. & apud Marlotum in Metropoli Remensi lib. 4. cap. 7. *De terra verò indominicata ad summum Tilidum mappaticos quatuor super fluvium Suppiam, in villa Condato allas septem, & molendinum unum, &c.* Ubi, aut fallor, *acla*, contractum ex *accola*, pro *manso accola*. Vide in *Accola*.

ACOISIA. Vide Assisia.

ACOLEI, *Introitus.* Papias.

ACOLHENZA, Benevolentiæ significatio, nostris *Accueil.* vel *Accueillance.* Charta Alboacemi Regis Mauri

Mauri Conimbricensis an. Chr. 734. apud Sandovallium in Rege Favila: *Monasterium de Montanis, qui dicitur Laurbano, non peche nullo posante, quoniam bona intentione monstrant mihi loco de suis venatis, e faciunt Saracenis bona acolhenze, & nunquam invenit falsum neque malum animum in illis qui morant ibi, &c.*

ACOLYTUS, *Acoluthus*, Proximus hypodiaconatui gradus, ut patet ex Synodo Romana Sylvestri, can. 7. ubi Episcopo parere jubetur *Presbyter, Diaconus* Presbytero, Diacono *Hypodiaconus*, huic *Acolytus*, Acolyto *Exorcista*, cui *Lector*. Dicti autem *Acolyti*, quasi ἀκόλυθοι: sunt enim veluti famuli Ecclesiastici, utpote qui vilioribus Ecclesiæ ministeriis deputantur, ut cereis deferendis, &c. Unde apud S. Cyprianum Epist. 28. 55. 78. 79. S. Augustinum Epist. 62. 100. S. Gregor. lib. 7. Indict. 1. Epist. 7. *Acoluti* nominantur. Gloss. Græc. Lat. ἀκόλυθος, *sequutor, pedissequus, consequens*. Hesychius: ἀκόλυθος, ὁ ὑπουργός, παῖς.

De eorum officio & ordinatione, sic Ordo Romanus, & Liber Sacramentorum sancti Gregorii: *Acolyti, cùm ordinantur, primùm quidem ab Episcopo doceantur, qualiter in officio suo agere debeant; sed ab Archidiacono accipiant ceroferarium cum cereo, ut sciant se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari: accipiant & urceolum vacuum, (ad effundendum vinum in Eucharistia Corporis Christi,* ita Codex MS. Senonensis Eccles.) *dicente sibi Episcopo: Acipite urceolum ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi.* Isidorus lib. 7. Orig. cap. 12. *Acolyti Græcè, Latinè Ceroferarii dicuntur, à deportandis cereis, quando Evangelium legendum est, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur.* Eadem propemodum habent Alcuinus lib. de div. Offic. cap. de Ecclesiastico Ord. & cap. de Tonsura, Amalarius lib. 2. cap. 10. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 178. Stephanus Eduensis lib. de Sacrament. cap. 4. Gillebertus Lunicensis Epis. de Usu Ecclesiastico, Ivo Carnot. Serm. de Excellentia sacrorum Ordin. & in Decret. Innocent. III. de Mysterio Missæ, Hugo Rotomagensis Archiepisc. lib. 2. contra Hæretic. sui temporis cap. 5. Lanfrancus de Celanda Confess. &c. Vide prætereà Anastasium in Bonifacio V. pag. 45. & Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 27.

Acolyti, Mansio seu exedra *Acolytorum* juxta Ecclesiam aut Secretarium Ecclesiæ. Anastasius Bibl. in Gregorio IV. PP. pag. 166. *Fecit etiam juxta Acolyti pro quiete Pontificis — hospitium parvum, &c.*

Acoluthi Sedis Apostolicæ octo ordinarii, qui cum Pontifex apud lectum paramenti, & similiter in Ecclesia est celebraturus, & induitur sacris vestibus, circumstant genuflexi, & ornamenta subministrant Diaconis Cardinalibus, &c. Ceremon. Rom. lib. 3. pag. 320.

ACONITARIUS, Veneficus, qui *aconitum* seu venenum propinat: Φαρμακοπώλης, in Gloss. Græc. Lat.

ACONOMINTUS, *Qui nulli communicat.* Papias. Ita etiam in MS. sed legendum *acoinonitus*, ex Græco ἀκοινώνητος.

ACOPHILUS, In Breviloquo, dicitur *Pincerna*. Fortè *ascophylax*, ex Græca voce.

ACOR. Accipiter, vox Hispanica. Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de venatorib. *Quicumque furatus fuerit açoren, ancipitren, aut falconem, &c.*

ACOTARE, Flagellare, vox Hispanica. Fori Oscæ an. 1247. Fol. 33. *Etsi forte persolvere non poterit, açotetur.* Fori Aragon. lib. 9. tit. de Lenonib. *Açotentur per civitates, villas, & loca. quibus prædicta evenient.*

ACQUIETARE. Vide *Quietus*.

ACRA, In Legibus Henrici I. cap. 16. & alibi passim, est certa terræ portio mensurata, variæ tamen quantitatis, pro diversis regionum & provinciarum moribus. Vetus *Regestum* Cameræ Computor. Paris. *Viginti quatuor soleæ pedis faciunt perticam terræ, 4. virgatæ faciunt acram: pertica terræ facit 24. passus, seu soleas pedis: 40. perticæ terræ faciunt virgatam: duæ virgatæ faciunt arpentum.* Tabular. Blancalandanum apud Columbum pag. 557. *Acra capit vergeas 4. vergea perticas 40. pertica pedes quadratos 24.* Apud Anglos, *Arca*, ut est in Historia fundationis Abbatiæ de Bello; *Habuit in longitudine 40. perticas & 4. in latitudine, pertica verò 16. pedes. Quod si Acra habebat 20. perticas in longitudine, habebat octo in latitudine, & sic per reliqua.* Eadem habet Gervasius Tilesberiensis. At postea Statuto anni 31. Eduardi I. bis octogies perticam continuit. Jo. Covvellus ait apud Anglos *acram* esse quantitatem terræ sexdecim perticas in longitudine continentem. & totidem in latitudine. Apud Hybernos, Spelmanno auctore, ter Anglicam Acra continuit. Hodie *Acra* latiori significatione pro jugero accipitur, ut in Consuetud. Norman. art. 158. 159. Vide Rastallum v. *Acre*.

De vocabuli etymo rectè, opinor, conjectat Spelmannus ab *Ager*, deduci, ut ager sit terræ portio suis mensuris & limitibus definita, ab Anglosaxonico akeɼ, aut Germanico *Acker*, quod *agrum* significat: eoque sensu, inquit idem Scriptor. villæ quædam in pago Norfolciensi nomina sibi asciverunt, *Castleacre*, quasi castellum in agro, vel ager ad castellum pertinens; *Southacre*, ager Australis; *VVestacre* ager Occidentalis. Vide *Ager*. Salmasius ad Solinum pag. 683. ab *Acna* deducit, quæ Columellæ certus est mensuræ agri modus. Heroni ἄκενα est mensura decem pedum.

ACRA, Extrema, ex Græco ἄκρα. Vita Alcuin: *Non istum verberibus* (puerum Alcuinum, *quia rudis adhuc est, acris pedum tantum, in quibus, duritia inest calli, tonsione cultelli castigemus.*

Agra, pro *Acra*, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 17.

ACRAMENTUM & *Acrementum*, augmentum, ex *accrescere*: Gall. *Accroissement*. Charta Roberti Comitis Notinghamiæ in Monastico Anglic. tom. 2. p. 39. *Præter hoc dedi & concessi prædictæ Ecclesiæ — de acremento unam virgatam terræ, &c. Acramentum*, in eodem Monastico. tom. 3. pag. 62.

ACREDO, *Acerbitas* vita S. Sacerdotis Episcop. Lemovic. num. 14. *Gravi febrium afficiebatur acredine.*

ACRIMONIÆ. Vexationes, exactiones, in Charta an. 1056. apud Ughellum in Episcopis Vercellensibus. pag. 1077.

ACRIMONIUM. Gloss. Græc. Lat. δριμία, *acerbitas, acrimonium.*

ACRIVIOSE, Accuratè, ex Græc. ἀκριβῶς. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æra 788. *Quos quatuor* (annos) *si secundùm quosdam Historiogrphos demere volueris, qui acriviosè expleto 56. Octaviani regno. annos seculi 5210. supputando affirmant, &c.*

ACROISIA. Vita & Miracula S. Gilberti de Sempingham tom. 2. Monastici Angl. pag. 694. *Inter medios hostes, qui ei insidias tetenderant, quasi acroisia percussos, ad instar Elizei transierunt.* Legendum *aorasia* ex Græc. ἀορασία, *cæcitas*. Ita perperam scriptum in Histor. Scholast. Petri Comestoris cap. 52. *acrisia quam latine avidentiam dicere possumus. Perperam scriptum audentiam.*

ACROMA, Caput, summitas, τὸ ἄκρον. Uffingus Monachus in Carmine de S. Ludgero Episc. Mimigardensi:

Nunc quoque signorum juvat efficientia, quorum
Pondere Gorgonei terebravit acromata monstri.

ACROSTICUM. Vide *Crustica*.

ACRUMEN, Acredo, acrimonia. Gloss. Lat. Græc. *Acremonia*, δριμία. *Acrum*, δριμύ, δεινόν. Ubi legendum

dum fortè *acrumina*. Constantinus Africanus lib. de Victûs ratione: *Nullum acrumen detur, antequam febris absolvatur.* Aca lemicis Cruscanis *Agrume* est nomen genericum omnium olerum acrium. Matthæus Sylvaticus in Pandect. *Acrumina, Gr. acuta, ut cepe, alex, & similia.* Dantes in Parad. cant. 17. *A molte fia savor di forte agrume.* Ita *Egrunnus*, seu *aigrun*, usurparunt nostri. Compotus Præpositura Parisiensis an. 1333. *De Præpositura Montislerici, de balligio, --- de trubla, de pondere, & costuma bestiarum, --- de Egruno, --- de arrivagio, --- de trubla, & de Costuma culcitrarum.* Regestum Peagiorum Parisiens. *Tuit cil qui sont regratiers a Paris, & marchandent d'aigrun, doivent 4. den &c.* Infrà est titulus *du tonlieu & du hallage d'aux, d'oingnons, & de semence de toute mattere d'aigrun. --- nul aigrun sans teste ne doit riens de tonlieu. --- nul semence des autres aigruns ne doivent rien de coustume.* Alibi: *Nul ne peut estre regratiers à Paris, de fruit & d'aigrun, c'est assavoir de aulx, ou ongnons, d'eschallongnes, & de toute maniere de tel egrun. &c.*

ACSI, formula frequens in subscriptionibus: v. gr. in Actis Episcopor. Cenoman p. 204. *Landobertus ac si peccator Episcopus hoc Privilegium subscripsi.* Ita alii Episcopi in ead. Charta, & aliis passim. Græci hodie τάχα eodem ferme sensu præponere solent. Vid. Gloss. med. Græcit in hac voce. Mabillon. de re Diplom. pag. 468.

ACTA, *ab Actis*, Actuarii, exceptores, actorum scriptores, in Nov. Justin. 38.

Ab Actis fori, apud Gruter. 445. 9. 10. & in leg. *Per hunc.* Codic. de Advocat. divers. judic.

Ab Actis Senatus, apud Gruter. 389. 6. 446. 3. 457. 2. 458. 6. Vide Pancirolum ad Notit. Imperii.

ACTARII, *Diversis actibus occupati.* Papias. Joan. de Janua habet *Actuarii.*

Actarius, pro *actuarius*, commentariensis. Vetus Inscriptio ACTARIUS LEG. VII. Vide Baron. ad 27. Martii.

ACTERGUM. Charta Ludovici Ultramarini Regis Franciæ, in Tabular. Cluniac. in Probat. Histor. Vergiacensis pag. 41. *Sunt autem prædictæ res in pago Matiscense, in villa quæ dicitur Materius, & in actergo quæ dicitur Nerunda, super fluvium Gronna, &c.*

ACTIFICARE. Formula vetus Andegavensis 49. *Sic juxta actificantes sæpe dictis germanis visum est, ad ipsas Personas de crevisse judicio, &c.* Vide *Aptificare.*

ACTILE. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ. cap. 27. quod est *de armaturis pro guerra: Quilibet paratus sit cum actiliis & harnesiis prædictis circa octavas Paschæ. --- & quicumque habens 10. libras in bonis, non habuerit omnia armorum actilia prædicta, perdat omnia bona sua.* Pro *utensilibus* militaribus vox hæc videtur sumi. Galli quævis instrumenta *Outils* vocant.

ACTIO, Officium, ministerium, munus, Gallis *Commission.* Senator lib. 3. Epist. 25. *Amamus publicis actionibus personas inserere morum probitate conspicuas.* Victor. Utic. lib. 2. *Censet primò tyrannus jussione terribili; ut nemo in ejus palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi se se Arianum fecisset.* Leo PP. Epist. 77. *Ut --- Andream ab Archidiaconi actione submoveris.* Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 42. *Pœninus verò hujus municipii Comitatum regebat, cumque ad renovandam actionem munera Regi per filium transmisit, &c.* Fortunatus in Vita S. Medardi Episcopi cap. 2. *Dicit ad Eleutherium quemdam comparem, quòd publica in actione comitivam adsumeret.* Charta Childeberti Reg. Fr. in Actis Episcop. Cenoman. pag. 222. *Ut nullo unquam tempore actionem Ducatus alter: nisi, ut dictum est, in ipso pargo Cenomanico habere debeat.* Epistola Gogi 22. ex iis quæ habentur. tom. 1. Hist. Franc. *Saluto Flitomerem, qui sub præterito Sacerdote actionem Ecclesiæ laudabiliter gubernavit. Actio Comitatus, Patriciatus, Ducatus*, apud Marculfum lib. 1. cap. 8. *Domesticorum actiones* cap. 39. *Actiones domorum*, in Concilio Carthag. I. cap. 6. Vide præterea Senatorem lib. 6. Epist. 18. 25. lib. 7. Epist. 14. 22. lib. 8. Epist. 16. 20. 31. lib. 9. Epist. 4. & alibi non semel. Gregorium M. lib. 8. Epist. 51. Gregor. Turon. lib. 5. c. 48. Vitam S. Bathildis num. 6. Vitam S. Sergii Mart. num. 1. Concil. Vernense an. 755. cap. 16. Codicem Carolinum Epistola 54. &c.

Actiones, Acta, instrumenta actionum. *Actiones fisci concremari* jubentur in leg. 3. Cod. Theod. de jure fisci.

Actio, Canon Missæ, sic dictus, *quia in eo Sacramenta conficiuntur Dominica*, inquit Walafridus Strabo lib. de Reb. Ecclesi. cap. 22. Honorius August. lib. 1. cap. 8. *Missa quoddam judicium imitatur; unde & Canon Actio vocatur. Actio autem est causa quæ in publico conventu coram Judicibus agitatur.* Idem cap. 103. *Canon dicitur Regula, quia per eum regulariter fit Sacramentorum confectio. Hic etiam Actio dicitur, quia causa populi in eo cum Deo agitur.* Vide Hugonem à S. Victore lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 29. Bernonem Augiensem cap. 1. & Micrologum cap. 12. pag. 47. Catalog. summor. Pontific. edit. ab Henschenio in Prolegom. to. 9. in S. Xisto: *Hic constituit, ut infra actionem Sacerdotis, incipiens populus Hymnum decantaret, Sanctus, Sanctus, &c.* Hugo Flaviniacensis in Chronico pag. 234. de Victore II. PP. *Hic igitur consecratus ab Ostiensi Episcopo, cùm Missas apud S. Petrum diceret, infra Actionem judicio Dei percussus est.* Auctor Historiæ Trevirensis tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 245. *Jussus est Missam celebrare, & Canonem, qui Secreta vel Actio dicitur, sicut cetera, excelsa voce decantare, &c.* Apud Menardum in libro Sacramentorum ex Codice Remensi describitur *Benedictio nuptiarum*, cujus initium ita concipitur, *Incipit Actio nuptialis*, & in ipso contextu occurrunt verba, *infra Actionem* (ut & in Ritu ordinandi Episcopi apud Mabillonium tom. 2. Analect. pag. 472. In libris Sacramentorum Ecclesiæ Rom. lib. 1. c. 26. Ubi promiscuè *infra actionem*, & *infra Canonem* scribitur, & in vita Aldrici Episcopi Cenomanensis pag. 150. Ubi vir doctus existimat *Actionem nuptialem*, esse *celebritatem nuptiarum quæ fit inter Missarum solennia.* Sed non advertit *Actionem* hoc loco esse *Canonem* ipsum Missæ, quæ in hac benedictione peragitur, cum certis aliquot precibus ac orationibus quæ *Canoni* ipsi interseruntur, quibus exactis *percomplebatur Canon plenarius*, ut ibi habetur. Canon actionis in lib. 3. Sacram. Rom. Eccles. pag. 195.

Actiones Synodorum. Aliud est *Synodi sessio*, aliud *actio*, cùm in uno interdum consessu plures causæ vel actiones explicari soleant. In Synodo Calchedonensi sex primæ sessiones sex omnino actiones continent; singulæ singulas. At Sessio septima tres actiones amplectitur, septimam, octavam & nonam. Octava autem unicam actionem, nempe decimam. Denique Synodi universæ sessiones, sive ut Liberatus cap. 13. vocat, *Secretarii*, fuere duodecim, actiones verò sexdecim. Sirmondus ad Facundum Hermian. lib. 5. ex eodem Liberato, qui id pluribus explicat cap. 13. 14.

ACTIONARE, in jus vocare. Galli etiamnum dicunt *Actioner, intenter une action.* Occurrit apud Will. Thorn. in Chron.

ACTIONARIA, idem quod *Actio*, munus publicum, in Diurno Romano cap. 6. tit. 20. *Actionarium*, eadem notione Synodus &c.

ACTIONARICUM, Idem quod *Actio*, munus publicum. Synodus Ravennensis sub Joanne VIII. PP. c. 15. apud Holsten. cujus lemma est, *Ut nemo patrimonia Ecclesiæ petat: --- Porticum sancti Petri, monetam Romanam, ordinaria & actionarica publica, ripam, portus & Ostiam.*

ACTIO-

ACTIONARIUS, Idem qui *Actor, Agens*, vel cui *Actio* seu provincia aliqua demandata est, Glossæ veteres: *Actionarii, qui res nostras agunt.* Aliæ: *Actionarii, Comites, actiones & jura perquirentes.* Galli dicimus, *Agens, Commissionaires, ou* Commissaires. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. *De Actionariis verò ambarum partium ita stetit, ut illæsi debeant ambulare per Actiones suas, utilitates suas peragendo, & nullus præsumat eis injuriam aut læsionem facere.— Si autem aliquis præsumpserit Actionem occidere, utilitatem suam peragentem, ipsa persona omnibus modis tradatur.* Vide Chronicon Farfense tom. 3. Hist. Franc. pag. 653. 657. 664. Chron. S. Vincentii de Wlturno ibid. pag. 679. 686. Will. Gemetic. lib. 3. cap. 7. Legem Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 28. Gregorium Magn. lib. 1. Epist. 43. 71. lib. 7. Ind. 2. Epist. 103. lib. 9. Epist. 35. lib. 12. Epist. 31.

Actionarii publici apud eundem Gregor. Magn. lib. 10. Epist. 3.

Actionarius, Efficax. Alexander Jatrosophista lib. 1. Passionum: *Et enim satis actionarium medicamen.* Ubi Glossæ MS. *Efficax.*

ACTIONATOR. Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici: *Actionator*, Folc-Ȝerefa. i. actionarius, vel populo præfectus, præpositus: ex Saxon. Folc, populus, & Ȝerefa, Comes, Præfectus, Præpositus. Charta Ludov. II. Imp. apud Puricellum in Ambrosianâ Basilica p. 224. *Ut nullus Dux, Comes, Gastaldio, aut aliquis publicus actionator, &c.*

ACTO, vel *Achteo*, octo, in Pacto Legis Salicæ tit. 80. §. 9. Belgis, *acht.*

ACTON. Vide *Aketon.*

ACTOR, *Defensor, patronus, causidicus, advocatus, cursor*, Papiæ. Lex Ripuar. cap. 58. §. 20. *Servi Ecclesiarum non per Actores, sed ipsi pro semetipsis in judicio respondeant.* Fortunatus in Vita S. Medardi: *Jugum adhuc disciplinæ sub tutoribus ferentem & Actoribus.*

Actor, Villicus, qui res domini curat, qui prædiorum illius curam agit. Gloss. MS. Reg. cod. 1013. *Actor, villicus, instructor, ortator.* Aliud Gloss. *Villicus, actor, exactor villæ pensionis.* Gloss. Græc. Lat. πράκτωρ & πρακτικός, *Actor, coactor, exactor*, qui scilicet pensiones villarum exigit.

Actores Dominici, qui res domini agunt, & eorum possessionibus ac utilitatibus invigilant, in leg. 11. Cod. Theod. de Jurisdict. leg. 4. de Conlat. fundor. apud Gregor. Turon. lib. 9. c. 38. in Lege Longobard. lib. 2. tit. 52. §. 17. in Capitul. Car. M. lib. 4. cap. 44. qui *Actores domini*, in iisdem Cap. 7. Car. M. lib. 7. c. 60. *Actores rerum domini*, in Lege Wisigoth. lib. 6. tit. 1. §. 2. appellantur.

Actores Ecclesiæ, propriè appellati, qui bona, possessiones, & facultates Ecclesiarum administrabant, veluti earundem œconomi, vel villici: seu, ut Pithœus censet in Comitibus Campaniæ, *Advocati, & Defensores Ecclesiarum.* Palladius Episcopus in Epistola ad Desiderium Episcopum Cadurcensem: *Quia frater suus Deotherius Presbyter Actorem Ecclesiæ Santonicæ egit.* Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22. *Denique anno superiore commotum quendam levem è civibus, Ecclesiæ Actores fecit interpellare. Tunc postposita justitia, res quas olim Ecclesia possidebat, sub specie emptionis abstraxit, &c.* Atque ita *Actores Ecclesiæ* intelligi debent apud Alexandrum I. PP. Epist. 1. 2. 3. in Decret. Julii I. PP. cap. 7. in Ep. 1. Stephani II. PP. in Concilio Aurelianensi V. c. 17. Turon. II. cap. 24. apud Justinianum in Nov. 3. Gregorium Magn. lib. 1. Epist. 9. 53. lib. 2. Ind. 11. Epist. 43. Marculfum lib. 2. form. 4. Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 17. 18. in Addit. 3. Ludov. Pii cap. 12. &c. Denique in Testamento Hildevaræ Ravennæ condito ann. Christi 523. quod Bibliotheca Regia asservat, & ut eximium antiquitatis fragmentum hoc loco inserere operæ pretium duximus, ne posteritati pereat. ∴ *Possessionesque P* ∴ *sine vi, metu, doloque vel* .·.·.·.·. *& circumventionis studio, sed deliberatione propria & voluntate prona scribendam dictavi, quam rogatorum à me nobilissimorum testium, vel propriæ manus meæ* (sic) *subscriptione firmavi, quam cum gestis vos actoresque vestros quibuslibet duxeritis allegandam professionibus* : : : : : *non deerit tuis posterumque* (sic) *tuorum utilitatibus in futurum, de qua re & de quibus omnibus stipulanti tibi d.* ·.· *. ssimo adque Apostolico viro Ecclesiæ suprascriptæ urbis Episcopo* ∫ : ∴ *ei & actoribus vestris pariter in præsentia constitutis Ego Hildevara quæ superius olim jam perfectæ ætatis in verbis solemnibus spopondi. Actum in Classe salida in Iduum Novembrium Maximo VI. Consule. Hildevara huic cessioni adque donationi à me factæ in beatissimo adque Apostolico viro Ecclesio Sacerdote Ravennatis Ecclesiæ ad omnia quæ superius tenentur adscripta relegi conse* : : .· *& subscripsi, & testes ut subscriberent conrogavi, stipulantique SS. vir Beatissime, & actoribus tuis in præsentia constitutis in verbis solemnibus spopondi. Ego Johannes vestræ hujus donationis cessionisque instrumento rogatus ab Hildevara I. fœmina.*

Actores Regis, qui res à Rege sibi demandatas agunt, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 16. tit. 25. §. 21. tit. 30. §. 10. tit 34. §. 10. lib. 2. tit. 17. §. 1. in Gestis Dagoberti cap. 18. apud Hincmar. de Ordine Palatii cap. 23. &c.

Actores Fisci Regii, in Leg. Wisig. lib. 12. tit. 1. §. 2. Capit. Caroli M. lib. 4. §. 3. *Actor Patrimonii Regii*, in Lege Burgund. tit. 50. §. 3. *Actor Curtis Regiæ*, in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 39. §. 3.

Actores Provinciarum, Exactores & receptores publici debiti dicuntur in Gloss. MSS. ad Codicem Theodos. lib. 1. in Cod. Reg. sign. 1197. Horum mentio est in Leg. Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 2.

Actores Villarum. Villici, apud Julium Firmicum lib. 3. Math. cap. 11. in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 41. in Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 78. &c. *Actor domus*, apud Sidon. lib. 5. Epist. 20. qui *Agens domus* dicitur apud Gregorium Turon. lib 7. *Actor loci*, in Lege Wisig. lib. 6. tit. 1. §. 1. *Actor possessionis*, in Lege Burgund. tit. 50. §. 1. Vide Senatorem lib. 4. Epist. 40.

ACTOREA *Pars*, Actor, actoris pars, cui opponitur reus, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 33.

ACTORNATUS. Vide *Atturnatus.*

ACTUARIUS, in Gloss. Lat. MS. est *Acta qui facit.* Papias: *Sciptor publicus, qui facit acta.* Joan. de Janua: *Actualis est, qui acta facit*; *Actuarius, diversis actibus occupatus.*

Actuarii propriè dicti, qui annonam à susceptoribus accipiebant, dato pittacio, in quo continebatur quantum accepissent, eamque postmodum militibus erogabant, ut colligere est ex titulo Codicis Theodos. *de Erogatione militaris annonæ*, leg. 11. 13. 16. 24. 28. & tit. *de Numerariis & Actuariis* leg. 3. 5. 10. 14. 15. Erant autem tot *Actuarii*, quot numeri militares, ut docet lex 16. de Erogat. milit. ann. Horum meminere Ammianus lib. 20. & lib. 25. extremo, Eutropius, Aurelius Victor, & Trebellius Pollio in Victorino. Vide *Actus.*

Actuarii, iidem qui *Actores.* Charta Ludovici III. Imp. in Tabulario Viennensis Ecclesiæ fol. 78. *Innotuerunt quandam partem villæ quæ vocatur Fornis, in Comitatu Viennensi sitam, temporibus priscis à Religiosis Christianis Matris Ecclesiæ S. Mauricii Viennensium Urbi conlatam, non longo tempore præterito, inter reliquarum subtractionem rerum injustè ob incuriam priorum Prælatorum ejusdem Ecclesiæ (&) Actuariorum fuisse sublata.*

Actuarius limes, apud Agrimensores dictus ab actus latitudine, qui agrum per jugera discriminabat. Nam duo actus quadrati jugerum faciebant, cujus eadem erat latitudo cum unius actus longitudine. Vide Salmasium ad Solinum p. 677. 678.

Actuarii pali, Hygino, qui desigebantur inter centenos vicenos pedes, sic dicti ab actus longitudine, quæ per 120. pedes porrigebatur.

ACTUBERNALIS, *Vicinus, proximus*. Papias. Sed legendum *Adtubernalis*, ut apud Festum.

ACTULA, littus, ora, Gloss. Græc. Lat. ἀκτὴ, ἡ τῆς θαλάσσης, *actula, ora.*

ACTUS, idem quod *Actio*, officium, ministerium. S. Cyprianus Epist. 55. *Cùm --- singulis Pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus. In actu publico constituti*, in Appendice Sermonum de Diversis S. Augustini, serm. 3. Hincmarus opusc. 29. *Jussistis ut --- veniret ad causas vestras, id est, ad judicia sæcularia, & suum advocatum de suo capite, videlicet de suo quod ipse egit actu --- donaret.* Eadem notione usurpant lex 9. §. 2. Cod. de Bonis proscript. l. 1. Cod. Theod. de Assess. l. 6. de Honor. l. 3. de Numerar. &c. Jul. Firmicus lib. 3. c. 13. & 14. Concilium Carthag. I. c. 6. Senator. lib. 6. Epist. 12. lib. 7. Epist. 7. 14. 24. &c.

ACTUS, Pagus, *Actoris*, seu Comitis, aut Vicarii districtus, vicaria. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 21. *Peciola de terra, quæ est sita in actu Oscarense, in fine Elariacense.* Adde Chartam aliam Ermberti p. 144.

Actus, Vox Gromaticorum & Agrimensorum, Græcis πλέθρον. Gloss. MSS. Reg. sign. 1013. *Actus agri spatium* 120. *ped.* Isidorus lib. 15. c. 15. *Actus est minimus latitudine pedum* 4. *longitudine* 160.

Actus quadratus undique finitur pedibus 120. *hunc Bœtici aripennem dicunt, ab arando scilicet.* Isidor. Papias: *Actus mensura quæ habet centum viginti pedes in latitudine. Hæc arpennum dicitur.*

Actus duplicatus jugerum facit. Isid.

Actum intervicinale, quatuor pedes latum, qua jumenta agi possunt. Papias ex Festo Jurisconf. *Actus*, est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ebrardus Bethuniensis:

Est Actus via qua currus jumentaque ducit,
Sed per iter, sine jumentis & curribus ibis.

Vide Rigaltium ad Gromaticos.

Actus Apostolorum, Liber Ecclesiasticus, qui vulgò *Acta Apostolorum*; apud Anastasium in S. Silvestro PP. & in Chron. Besuensi p. 514. &c. Ita apud Thuribium Astoricensem Episcopum in libris apocryphis recensentur *Actus S. Thomæ, Actus S. Andreæ, Actus S. Joannis, quos sacrilego Leucius conscripsit.*

ACUARII, Anastasio Bibl. in versione Synodi VIII. act. 9. οἷον βελονάδες, σταυλιτιανοὶ, ἱππίατροι, &c. *Acuarii, stabularii, veterinarii, seu medici equarii.*

ACUBICULA. Extat hocce vocabulum in Legibus Francor. Basileæ editis lib. 1. c. 75. *Fœminæ (in die Dominico) opera textilia non faciant, nec capulent vestitus, nec consuant, vel acubicula fiant.* Sed ibi mendum subesse advertit Spelmannus ex Capitulis Caroli M. lib. 1. cap. 81. ubi eadem verba leguntur: ibi enim editur *Acupictile*. Unde frustra Meursius emendationem tentavit.

ACUCULA, diminut. *ab Acus*, quasi minor acus; sic autem *Discerniculum* dicitur. *Acum* Martialis, *Acum crinalem* Apuleius l. 8. *Acum crinibus distinguendis* Tertullianus lib. de Pœnitentia, *Acum discriminalem* S. Hieronymus Apol. ad Ruffin. *Acum comatoriam* Petronius vocant, ubi Wovveren. & Erhard. consulendi, & alii Criticorum filii. Gallis *Aiguille de teste*. Excerpta ex veteri Lexico de æreis: *Acucula*, βελόνη, ex quibus emendandæ Glossæ Græc. Lat. βελόνη, *Acusa, Acus*, seu ut habet Cod. MS. *Acubula, acus*: scribendum enim *Acucula*, quomodo habet Onomast. vetus. Lex 1. Cod. Theod. de Repud. *Si præter hæc tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* *Acum* verò inter ornamenta muliebria recenset lex 27. §. 2. D. de auro & arg. Constit. synodales Episcopi anonymi an. 1237. to. 2. Concil. Angl. de Monialib. *Nec in velo acus argenteas audeant deportare.* Hieronym. in cap. 3. Esaiæ: *Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxiùs fluant, & in sparsos dissipentur capillos.*

Acucla, Scaplum, κνίστριον, in Gl. Gr. Lat. pro *acucula*. Vide *Agagula*.

ACUDA. Vide *Açutum*.

ACULUS, *Ministerialis domus Regiæ*, in Gl. Isidori.

ACUMI. Fragmentum Petronii: *Abacia & acumi omnia exposcit, intestina mea noverat, &c.*

ACUNYDARE, *Aquindare*, Diffidare, vox Catalanica. Usatici Barcinonenses MSS. c. 81. *Si quis aliquid eis nocuerit, vel aliquod damnum, vel forisfactum eis fecerit, ipsa teneat die per acunydatum à Potestate.* Cap. 110. *Si quis dixerit seniorem suum habere diffidatum, vel acunydatum, si hoc probare nequiverit, emendet omnia mala facta, quæ propter hoc hac occasione fecerit. &c.* Cap. seq. *Omnes homines postquam aquindaverint Potestates, teneant eis pacem & treugam* 30. *diebus, & Potestates ad Vicecom. vel Comitores* 15. *diebus, & ad Valvasores & ad alios Milites* 10. *diebus.* Cap. 115. *Item statuerunt ---- quòd si aliquis per semetipsum, vel per suum nuntium voluerit aquindare, vel diffidare suum seniorem, semel possit facere, &c.* Constitutiones Cataloniæ MSS. cap. 1. *Quod si quis infregerit, non habebit meum amorem, sed sub aquindamento erit meo.* Alio loco: *Cùm exierit a Curia Regis, teneat se pro suo acunydato.* Infrà: *Et nullus Baronum terræ recipiat in honore suo, nec det ei consilium, vel juvamen, imò aquindent eum statim, & faciant ei guerram.* Charta Ildefonsi Regis Aragon. an. 1187. pro libertatibus villæ Amiliani (*Milhau*, in Occitania, in Reg. Lud. Hutini Reg. Fr. f. 7. *Vel non fuerit aquindatus vel diffidatus, &c.* Vide tom. 8. Spicil. Acheriani p. 386.

ACUPEDIUM. Gl. Gr. Lat. ὀξυποδία, *acupedium, adensatio*. Ὀξυποδῶ, *adenso, denso. Acupedius, vel secundùm aliquos Acupediens, i. Cursor, quasi acutis pedibus currens. Acupedineus, velox, vel ad acupedium pertinens. Acupedilius, velox.* Ugutio, Breviloq. Jo. de Janua, ex Festo.

ACUPICTUS. Isidorus lib. 19. Orig. c. 22. *Acupicta vestis, acu textilis, aut acu ornata. Eadem & Phrygia. Hujus enim artis periti Phrygii omnes dicuntur.* Virgil. lib. 11. Æneid. *Pictus acu tunicas.* Ubi Servius: *Nomine artis qualis esset tunica demonstravit, nam hujusmodi vestes acupictæ dicuntur.* Testamentum Leodebodi Abb. apud Helgaudum: *Oralia ad mensam una cum cappis, & vela 2. acupicta.*

Acupictilis, Anastasius Bibl. in Leone IV. p. 177. *Velum acupictile habens hominis effigiem, sedentis super pavonem unum.* Ibidem p. 187. *Fecit vestes de fundato tres habentes unam tabulam acupictilem interclusam.* Adde Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 81.

Acupictura. Regula S. Cæsarii ad Monachos cap. 42. *Plumaria & acupictura, & omne polymitum — nunquam in Monasterio fiant.* Acupicturæ verò artifex Hesychio dicitur, Βελονοποικίλτης, ὁ τῇ ῥαφίδι ὑφὴ ποιῶν καὶ ζωγραφῶν.

ACUS, Acicula, spinula, nostris, *Espingle*, qua *Pallium Archiepiscopale* constringitur, seu configitur. Ordo Roman. *Pallio superinduitur, & configitur per acus in planeta retro & antè.* Occurrit ibi non semel, ubi de Pallio Pontificis agit. Bruno Signiensis de Vestimentis Episcopalibus: *Acus autem non ad pungendum, id est, non propter hujus vitæ compunctionem, ut quidam putant, sed ad planetam palliumque jungendum inventæ sunt. Quædam enim ansulæ antiquitus in planetis positæ erant, quibus acus inserebantur, & pallium simul cum planeta firmabant, ne à suo loco pallium moveretur.* Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. in Sanct. c. p. 263. *Item tres acus de argento cum lapidibus pro pallio.* Propriè verò *Acus* dicitur pars fibulæ, qua illa clauditur & astrin-

astringitur. Trebellius Pollio: *Fibulam auream cum acu Cyprianam.* Fortunatus lib. 8. poëmate 4.

Chrysolitha auratam fibula claudit acum.

Acus, Calamistratorium, in Gloss. Isid. Vide *Acucula*.

ACUTA, Febris violentior. Vita S. Margaretæ Hungaricæ n. 53. *Rex Ladislaus cùm pluribus diebus acutam continuè passus fuisset, &c.* *Acuta Febris*, in Vita Lietberti Episc. Camerac. c. 9. *Acutæ passiones* apud Cælium Aurelian. lib. 3. Tardarum passionum c. 5. & apud Ordericum Vital. pag. 873. *Acuti morbi*, apud Constantinum Afric. lib. 10. Pantechn. cap. 5. Celsus lib. 3. cap. 1. ait Græcos divisisse morbos omnes in duas species: *Alios namque ex his acutos, alios longos esse dixerunt.* Vide Mich. Scotum Mensæ Philosoph. cap. 7.

In Acutis laborare. Cæsarius lib. 10. cap. 44. *Cùm tempore quodam laborarem in acutis, ac semel & secundò post crisim recidivassem.* Lib. 11. cap. 36. *Monachus quidam bonæ vitæ laborabat in acutis.* lib. 12, cap. 36. *Idem Steppo cùm in acutis laboraret.* Ita Lib. 1. cap. 25. & alibi non semel. Noti sunt Aretæi & aliorum Medicorum libri περὶ ὀξέων παθῶν, & Cælii Aureliani *de Acutis*. Vide Humelbergium ad Sereni Sammonici c. 2.

Acuta, in Musica. Vide *Superacuta*.

ACUTARE, *Acuere*. Passio S. Bonifacii Mart. num. 8. *Et cum iratus fuisset judex, jussit ut calami acutarentur, & eos affigi sub ungulis manuum ejus.*

ACUTELA, *Acumen*, Joanni de Janua.

ACUTIA, *Versutia*: *Acutus*, *Versutus*, Papiæ. Ekkehardus Junior de Casib. S. Galli. c. 10. *Quæ acutia sua versipelli resumpserat.* cap. 11. *Miror te numquam hominis pigere, qui astu suo semper tuas exuperavit acutias.* cap. 16. *Valeant odibiles illi, qui te acutiis suis à bono avertere moliuntur.* *Sotularium acutia*, i. cuspides, *nostra*, in Vita Mariæ de Mailliaco n. 36.

ACUTIATOR, Qui acuit, samiarius: Gall. *Aiguiseur*. Gloss. Lat. Gr. ἀκονητὴς, *Samiarius*, *cociarius*, *acutiator*.

Idem *Acutor* dicitur Joanni de Janua.

ACUTIM, *Acutè*, Joanni de Janua.

ACUTUM, Ædificii species, Hispanis, quæ vox occurrit non semel in Foris Aragonensibus apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio in hac voce, & in v. *Apprehensio*, ubi jungitur cum *Cequia*, i. Fossa rivi. Hispanis *Açuda*, est rota hauritoria. Idem Molinus pag. 265. describit Chartam Alphonsi I. Regis Aragon. æræ 1153. quæ facta dicitur *in illa açuda civitatis Cæsar augustæ.*

ACUTUS, Clavus aut gomphus. Ebrardus in Græcismo c. 12.

Clava, genus baculi: clavis, sera: clavus, Acutus. Mamotrectus ad 41. Isaiæ: *Clavis, i. acutis.* *Acutum cuprinum*, dixit Vegetius lib. 3. de Re veterin. cap. 2. Innocentius Agrimensor, *Acutum Cyprinum*, pro clavo æreo, quem *Cyprinum Clavum* vocat Palladius. Pelagius libello 15. n. 48. *Impossibile est navim fabricare sine acutis.* Bonifacius Episcopus Atinensis in Sermone de SS. Nicandro, Marciano & Marco: *clavos acutissimos in vertice beati cœperunt infigere Marci, idololatræ impiissimi in vertice ejus acutos figebant, &c.* Vita S. Potiti Mart. n. 20. *Et allatum acutum jussit eum in capite usque deorsum in eum figi.* Occurrit ibi pluries. Vita ejusdem S. ex MS. Neapolitano, habet hoc loco, *clavum ferreum, clavum acutum.* Utuntur præterea Macrobius & Isidorus lib. 19. cap. 33. Auctor versionis Italicæ lib. Petri Crescentii de agricultura pag. 62. *Ma fanè Mandorli si ficca un' aguto, si o pertugia in molti luoghi.* & p. 275. *Se ichiovi, o vero aguti saranno d'oro.*

Acutus, Panis triangulus, in Gl. MSS. in Reg. Cod. 113.

ACYRALIS. Vide *Lito*.

ACZADUS, ex Hispanico *Açada*, Capreolus, bidens. Innocentius III. PP. lib. 13. Ep. 161. de Burgensi Ecclesia: *Ferrum caldararum, acetrum, tres aczados, totidem aczadas, 4. cistas scutellis plenas, &c.*

AD, præponitur sæpe locorum nominibus, ex familiari ac vulgari loquendi formula, qua nos *ire ac pergere* dicimus *ad quædam loca*: cujusmodi exempla passim proferunt Itineraria vetera Antonini & Hierosolymitanum, & Peutingeri Tabulæ. Ita apud Ammianum lib. 27. Mediolani locus occurrit. *Ad Innocentes* appellatus. Græcos etiam recentiores ita locutos docuimus in Descript. S. Sophiæ n. 18. Sed & Dafnense Palatium ad Antiochiam ἐπιδάφνην dictum, quasi ἐπὶ τῆς Δάφνην, par est credere. Regino an. 962. *In quodam monte qui dicitur ad sanctum Leonem.* *Pontes* in Pictonibus, castrum, *ad Pontes* vocari scribit Anonymus in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonensis n. 22. Vide Theosterictum in Vita S. Nicetæ Hegumeni n. 28.

ADA. Vide *Acla*.

ADÆQUATIO, Æqua bonorum partitio inter hæredes, in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. §. 3. cujusmodi *adæquationis*, f. *exæquationis* bonorum formulæ habentur apud Lindenbrog. form. 67. 68. 69. & 70. Vide *Æqualentia*.

ADÆRARE, Pretium addicere: ære æstimare, ad æris pretium redigere, vulgò *Adpretiare*. Gloss. Lat. Gr. *Adærat*, ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει, *Adæratio*. ἐξαργυρισμός. Gloss. Lat. Gr. ἀπαργυρισμος, *Adæratio*, ·ζα γυ ζω, *Adæro*. Lex Burgund. addit. 2. §. 7. *Solidi qui a tempore Alarici Regis adærati sunt*: & Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 5. §. 7. *Post parentum obitum adæratione adhibita, &c.* Joan. Diaconus in Vita S. Gregorii M. PP. lib. 2. cap. 24. *Cunctorum patrimoniorum prædiorumque reditus---adæravit.* Breviloq. *Adærata prædia dicuntur, ex quibus æs proveniebat.* *Adæratæ annonæ*, in leg. 31. Cod. de Erogat. milit. añonæ, cùm sc. añonæ in ære persolvuntur. Vide Casaubonum ad Theophrasti Characteres p. 332. & ad Sueton. Salmasium ad Pollionem p. 338. & Jacobum Gothofredum ad leg. 28. Cod. Theod. de Erogat. milit. annonæ.

Adærare. Bulla Adriani I. PP. an. 772. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 13. *Et ecce obnixè nos, Religiosissime Dei cultor, dinosceris poposcisse, ut ex nostri persona studuissemus adærari, qui sine nostra inquietudine easdem vestras causas subtiliter perscrutare, vobisque justicias facere deberet.*

ADAGONISTA. *Incitator, certator* Joanni de Janua, pro *Antagonista*.

ADALIDES, Auditores, Mauris Hispanis; apud Rodericum Tolet. lib. 3. de Reb. Hispan. cap. 24. aliàs *Adalides* dicuntur *Itineris ductores*. Leges Alphonsinæ part. 2. tit. 22. lege. 1. *E por esto los alaman Adalides, que quiere tanto dezie como guiadores, que ellos deven aver ensi todas estas cosas sobredicas, para bien saberguir las huestes & las cavalgadas en tiempo de guerra.* De eorum munere sic Gregorius Lopez ex lege 4. *Adalides potestatem habent judicandi circa ea quæ contingunt in hostium incursibus, seu cabalcatis, & super divisione prædæ cum perditorum restitutione: jussa imponunt Amogaberibus & peditibus, ponunt etiam de die speculas seu atalayas, & noctu auscultatores, vulgò dictos Escuchas; ordinant Estalgaras, & insidias seu celatas; creant etiam Almocadenos, qui sunt capitanei super pedites, &c.*

ADALINGUS, *Adelingus*, *Ethelingus*, *Edelingus* *Edlingus*, &c. voces unius & ejusdem originis, Saxonicæ nempe, quæ *Nobilem* & natalium splendore illustrem quempiam significant; ab æðel, vel eðel, *Nobilis*, quam etiamnum usurpant Germani eo significatu. Gloss. Keronis, *Nobilibus*, *Adelem*. Lex Angliorum & Werinorum tit. 1. *Si quis adalingum occiderit, 600. sol. comp. qui liberum occiderit, &c. qui servum occiderit, &c.* Ita tit. 2. 3. 4. & 5. ubi trifariam hominum conditionem apud Saxones distributam observare est, in *Adalingos*, seu Nobiles, *Liberos, & Servos*. Quod firmatur ex Nithardo lib 4. *Saxonica gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorũ linguâ dicuntur: Latinâ verò linguâ hoc sunt Nobiles, ingenuiles, serviles.* Vocis vim attigit etiam Simeon Dunelm. & ex eo Rog. Hovedenus an. 887. *In*

In loco qui dicitur Ethelingaege, id est, Nobilium insula. Matth. Westmonasteriensis & Bromptonus habent, *Ethelinghey & Ethelingeie, quod interpretatur insula nobilium.* Nec dubium, quin ab hac voce formata sint Anglosaxonica illa vocabula appellativa, *Ethelredus, Athelunus, Ethelbaldus, Ethelulfus, Ethelstanus*, Regum Anglosaxonum familiaria nomina.

Edvvardus Confessor in suis Legibus c. 35. vocem *Adeling* effictam vult ex *Athel*, nobilis, & *Ling*, imago; *quæ conjunctè*, inquit, *sonant nobilis imago.* Ab Edvvardo hausit, quæ habet in hanc sententiam Bromptonus p. 907. Verùm Spelmannus auctor est Saxonibus in more fuisse patrio nomini *Ling* subjungere, cùm vel filium, vel juniorem denotare vellent, verbi gratiâ, *Eadmundling*, pro filio Eadmundi: indeq; plerasq; Arctoas nationes terminationem istam retinuisse in nominibus appellativis, quæ earum originem designabant. Unde *Salingi* dicti à *Sala* fluvio, à quo profecti; *Nordalingi*, quasi filii Aquilonis; *Easterlingi*, quasi soboles Orientis. Vid. Cluverium in Germania antiqua lib. 1. c. 15. & Besoldum in Differt. de Ordine equestri p. 4.

Ab hac igitur originatione dictos putant *Adelingos*, Regum præsertim filios & hæredes. Leges Edvvardi loco citato: *Rex verò Edvvardus Edgarum filium eorum secum retinuit, & pro suo nutrivit: & quia cogitabat hæredem eum facere, nominavit Adeling, quem nos dicimus Domicellum. Sed nos indisertè de pluribus dicimus; quia Baronum filios vocamus Domicellos, Angli verò nullum nisi natos Regum.* Leges Hœli Boni: *Vrchrichiad, i. Edling, qui post Regem habet succedere, &c.* Certum autem Regum filios *Adelingos* vocitatos. Ita apud Simeonem Dunelm. de Gestis Angl. an. 866. *Elfredus, id est, Clito Adeling.* Apud Henricum Huntingdon. lib. 5. *Beorthsigi filius Brithnodi Adeling.* Et lib. 6. *Quidam Anglorum Eadgar Adeling promovere volebant in Regem.* Charta Ælfredi Regis in Monastico Anglic. to. 1. p. 203. *Ad insulam Clitonum quæ Anglicè usitato nomine Aedlingaeg nuncupatur.* Unde colligitur *Clitones* & *Adalingos* eosdem esse. Adde Ordericum Vital. lib. 12. p. 855. 869.

Adelinga, Ordo Nobilium. Gotefridus Viterb. an. 776. de Longobardis agens: *Omnes Reges illi fuerunt Adelingi, id est, de nobili prosapia, quæ apud illos dicitur Adelinga.*

ADAMATICA, Arbor Paradisi terrestris, cujus fructum manducavere Adam & Eva. Petr. Chrysolog. Serm. 54.

ADAMIANI, dicti quidam Hæretici, qui Adæ imitantur nuditatem; unde & nudi orant, & nudantes se mares & fœminæ conveniunt, &c. S. Augustin. lib. de Hæres. & Isidor. lib. 8. cap. 5.

ADAMPLIARE, pro *Ampliare. Adampliare templum donis*, in veteri Inscriptione.

ADAQUARE. Gloss. Latino-Gr. *Adaquat*, ποτίζει. Gloss. Græco-Lat. ποτίζω κτῆνος, *Adaquo.* Lex Wisig. lib. 8. tit. 3. §. 15. *Pecora--adaquentur tantummodo, & teneantur inclusa.* Saxo Grammat. lib. 10. Hist. Dan. p. 179. *Qui verò adaquandi tempore ita sodalis equo usus fuisset, &c.* Theodol.

En adaquare gregem simul & relevare calorem
Nostra venit Phronesis.

Utuntur Sueton. in Galba cap. 7. Gregor. M. lib. 11. Epist. 5. Interpres Bibliorum, &c. Italis *Adacquare*, est irrigare.

ADAQUATORIUM. Aquarium, in charta Philippi Reg. Fr. an. 1270. ex Tabul. S. Germani Prat.

ADÆQUE, pro *pariter, perinde*, in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. §. 10.

ADARCA. Vide *Targa.*

ADAUGMA, *Augmentum, additamentum.* Joan. de Jan.

ADBREVIARE, *Breviare*, Joanni de Janua, in brevia redigere, *Imbreviare, Adimbreviare*, Italis *Abbreviare.* Matthæus Westmonasteriensis an. 1297. *Mandante Rege--adbreviare quot equitaturas quisque posset invenire ipsi Regi processuro ad bellum.*

ADCOGNITARE, *Accognitare*, notum vel *cognitum* facere. Gloss. Lat. Gr. *Adcognoscit* ἐπιγινώσκει. Hincmarus Rem. opusc. 5. de Coërcendis militum rapinis: *Quarum exemplar Dominationi vestræ transmitto, ut secretè eum teneatis, & ad aliquem diem jubeatis venire fideles vestros, dicentes, quia eis adcognitare vultis undecumque vobis placet dicere, &c.* Capit. Caroli Calv. tit. 16. *Et habet--omnes fideles suos convocatos, ut omnibus suam voluntatem--accognitet.* Tit. 28. in fine: *Hanc nostram constitutionem--relegi, adcognitari, & observari mandamus.* Inde *adcognitatio & cognitatio*, tit. 30. *Cognitamentum*, tit. 27.

ADCONSILIARE, Consilium dare, consulere. Notitia vetus in Pancharta Nigra Turonensi: *Ille verò audiens dolorem fratrum, condoluit ipsum, & adconsiliavit eos, ut starent in Curciaco villa, quoadusque cum eis pariter--exinde loqueretur.*

ADCORDABILES, *denarii*, qui dantur domino vice laudimiorum, cùm possessiones censuales distrahuntur, aut permutantur; quia eo casu dominus & vassallus, si in distractione aut venditione nulla pecuniæ solutio intervenerit, invicem conveniunt: *Ils s'en accordent ensemble*; unde ejusmodi laudimia, *accordemens* dicuntur in Consuet. Bituricensi tit. 6. art. 1. 6. 7. 8. &c. Charta privileg. Castri Meliandi in Butirigib. an. 1318. *Et octo denarios censuales, adcordabiles, redituales vendiderunt, quitaverunt, &c.* Vide Consuetud. localem Castellaniæ Bellijocensis. apud Thomasserium lib. 1. cap. 97. & pag. 208.

ADCORPORARE. Vide *Accorporare.*

ADCREDITATUS, Cui fides habetur, cui creditur, Gall. *Accredité.* Hugo Farsitus lib. de Miraculis S. Mariæ Suessionensis cap. 8. *Cùm vadem non haberet, quem pro se daret, dedit Dominam sanctam Mariam vadem--pactionis suæ perficiendæ: sic ergo valde adcreditato, dimissus est.* Vide *accredere.*

ADCREDULITATE, Fidem facere, purgare se, sacramento omnem criminis suspicionem amovere, ita ut alii justè adducantur ut credant ab illo haud commissum. Leges Inæ Westsax. Regis cap. 36. apud Bromptonum: *Qui in Collegio fuerit, ubi aliquis occisus sit, adcredulitet se quòd eum non percussit.*

ADCRESCENTES, dicti potissimùm milites χολάζοντες, f. qui non militabant, sed militaribus numeris adscripti, in locum legitimorum militum amissorum subrogabantur, ut ita numerus, si quando esset imminutus, repararetur, in leg. 11. Cod. Theod. de Re militari, & leg. 6. & 7. de Tyronib. & leg. un. de Class. ad quarum legum illustrationem adhibendus omnino auctor vetus, subditus Notitiæ Imperii c. 5. *Supplementa* appellantur in leg. 9. Cod. Theod. de Tyron. leg. 3. de Tabul. & apud Ammian. lib. 21. *Supplementa*, inquit, *Legionibus scripta sunt indictis per provincias Tyrociniis.* Ejusmodi sunt apud nos *les Recreuës*, milites sc. qui in locum amissorum *adcrescunt*, Ad. de leg. 7. Cod. Theod. de Censu.

ADDAMNARE, Damnum inferre. Gall. *Endommager.* Vetus Notitia apud Louvetum in Bellovaco p. 530. 1. Ed. *Quòd Drogo Miles Monciaci res & possessiones Ecclesiæ B. Petri Belvacensis olim violenter invasit, deprædavit, incendit, devastavit, multisq; modis addamnavit; silvam quoq; quæ est juxta Bonnicurtem--fecit incidi & seminari, &c.*

ADDECIMARE, In 1. Reg. cap. 8. v. 14. 17. est *Decimam accipere.* Mamotrectus: ἀποδεκατῶ, in Gr. vers.

ADDEXTERARE, Tegere latus dextrum, ad dextram cujuspiam stare, incedere, considere. Baldricus in Chronico Cameracensi lib. 3. cap. 38. *Eam* (Imperatricem)

tricem) *in processionem Domnus Episcopus addextravit.* Ceremoniale Cencii Camerarii: *Deinde duo de majoribus Cardinalibus addextrant usque ad altare.* Vita Gregorii PP. X. *Et per loca insignia regni sui, per quæ ipsum contingebat transire, addextratoris officium exhibens reverenter.* Infra: *Sicut ipsum Pontificem addextrârat per urbem.* Clemens IV. PP. apud Odoricum Raynald. an. 1311. n. 13. *Cùm ipse Pontifex equum ascenderit, teneat stapedium sellæ ejus, & arrepto fræno aliquantulum ipsum adextret. Sponsam addextrare,* ap. S. Bernardum serm. 77. in Cant. n. 1. *Le Roman d'Auberi MS.*

Elles en ont le Chevalier mené.
Jusqu'a l'ostel l'ont toûjours adextré.

Alibi: *Et Gascelins va s'amie adestrant.*

Addestrare Florentini dicunt, pro *andar alla staffa de Principi,* seu Principi ad equum inservire.

ADDICTARE, Idem quod *indictare,* (quod vide) de ferre, postulare in judicio. Henr. Knighton lib. 5. *Quem Rex fecit addictari, & exulare per leges Regni.* Alibi: *Et fuerunt addictati 35. de Belgrade, & sic oportuit finem facere.* Latinis scriptoribus *addicere,* est condemnare, *addictus,* condemnatus, uti pluribus probavit Savaro ad Ep. Sidonii Apoll.

Aliud significat vox *addicter,* Gallica, in Consuet. Wissanti art. 3. *Par icelle coûtume est deu double relief de la rente que doit l'heritage, s'il n'est expressément addicté par le bail à rente. &c.* Id est, nisi expressè stipulatum. Itali & Florentini *additare* dicunt pro *accennar col dito,* digito monstrare, indicare.

ADDISRATUS. Vide *Adiratus.*

ADDITIO, Leguleiis Anglicis dicitur quod præter nomen & agnomen homini datur, quo illius status, gradus, conditio, ars sive ministerium, & patria designantur, quæ quidem in qualibet actione, in qua utlagaria seu exilium decerni potest, addi & apponi debet nomini rei, ex Statuto Henrici. V. an. 1. cap. 5. Rastallus.

ADDORMIRE, Obdormire, somno sopiri, unde Galli *s'Endormir,* hauserunt. Itinerarium Burdegalense: *Est locus, ubi Jacob, cùm iret in Mesopotamiam, ad dormivit.*

ADDRETIARE, *Addressare,* juri stare, ex verbo *drictum,* Gall. *Droit.* Regiam Majestatem lib. 2. c. 74. §. 9. *Si contra dominum suum, & non juxta assisam, (purpresturam fecerit) tunc distringetur occupator, ut veniat ad curiam domini sui, id addressaturus.* Gervasius Dorobernensis an. 1170. *Quod erunt coram Domino Rege, die quem eis constituerit, ad rectum faciendum, & addretiandum ei, & hominibus suis quod addretiare debuerunt.* Charta Comitis Burgundiæ an. 1227. in Tabul. Campaniæ Thuani f. 153. *Si nos non voluerimus eis adreciare ad dictum esgardum,—si, quod absit, ipsum decedere contingeret, usque dum fuerit adreciatum ad dictum & esgardum jam dictorum.* Hinc vox Gallica *Addresser.*

ADECERDITÆ, Hæretici, qui dicebant, *Christo descendenti ad inferos, omnem animarum multitudinem occurrisse ei, & credidisse ei, & liberatam fuisse.* Ita Auctor Prædestinati lib. 1. hær. 79.

ADEGA. Testamentum. Sancii. II. Regis Portugalliæ eræ 1286. apud Brandeonum to. 4. *Et totam adegam meam de Macuilla, SS. cum omnibus cupis suis, quam emi pecunia mea.*

ADELINGUS. Vide *Adalingus*

ADELPHI, Monachi, Fratres, ἀδελφοὶ, in Vita MS. S. Magnobodi Episcopi Andegav. c. 26. Vide Meursium in Ἀδέλφατεν.

ADELSCALC, Minister Principis, servus Principis: vox composita ex German. *Edel,* nobilis, & *Scalc,* servus, minister. Decretum Tassilonis Ducis Bajuvar. part. 1. c. 7. *Servi Principis, qui dicuntur Adelscalc.*

ADEMPRUM, vel *Ademprivum.* Cæsar Nostradamus in Hist. Provinc. p. 398. ait esse jus quoddam à Comitibus Provinciæ subditis suis impositum, ad expensas faciendas pro maritandis seu nuptui collocandis filiabus, pro expeditionibus Hierosolymitanis subeundis, & pro terris acquirendis: quo casu eadem esset vis vocabuli, ac *Auxilii,* de quo suo loco. Sed videtur hæc vox non solius Provinciæ terminis circumscripta, cùm in Occitania, atq; adeo in Hispania etiam *Adempra* nota fuerint, sumiq; ut plurimum pro quavis præstatione videantur. Charta Raymundi *de Termes,* in Tabulario Carcasson. fol. 69. *Nullum jus vel dominium habeo, nec jurisdictionem aliquam, nec ademptum, nec habere debui in toto castro.* Alia pro Castro Moissacensi, in Regesto Tolosano fol. 19. & 20. *Retinuerunt in super quod Consules pro tempore constituti non sint immunes à collatione, quin conferant in quæstis & ademptis factis communitati villæ per D. Comitem.* Alia Charta an. 1231. ib. fol. 68. *Venationes, feuda & alodia, expletiva, & ademprivа, oblias & donationes.* Alia Petri Regis Arag. an. 1212. *Cum servitiis, usaticis, & aliis omnibus ademppriprivis, &c.* Curia Generalis Barcinon. sub Petro II. Rege Arag. an. 1283. c. 45. *Ademprivа lignorum, pascuorum, & aquarum, castrorum—fiant prout est antiquitus fieri consuetum.* Vide Catellum in Comitibus Tolosanis p. 225. Foros Aragon. l. 4. fol. 85. V. *Sub fin in* Ademprare: & ex Observantiis Regni Aragon l. 9. tit. Actus Curiar §. 8. Et Mich. *del Molino* in Repertorio p. 26. Nec scio an huc pertineat quod habent Usatici Aquarum mortuarum: *Sint immunes ab omnibus quæstis, talliis, & toltis, & mutuo coacto, & omni ademptu coacto.* Nam ejusmodi vocabuli ab *ademptis rebus,* originem rectè, ut opinor, accersit Dion. Salvaingus in Tract. de Jurib. domin. cap. 40. Charta Willelmi Regis Rom an. 1252. in Probat. Hist Sabaud. *Nec non adempta, quæstas, tallias, alias exactiones consuetas &c.* Ita *ademptio* in veteri Charta apud Columbum in Episcopis Sistaricensibus lib. 3. n. 13. idem sonat quod *tolta.*

Ademprammentum, eadem notione. Usatici Barcinonenses c. 18. *Castrum cum adempramento ejus, &c.* c. 109. *In bajulia vel guarda unde quis habuerit hominaticum vel censum, si hoc secundùm bene posse suum defenderit, habere debet—ibi moderatum stacamentum, & moderatum adempramentum.*

Ademprare. Charta an. 1312. pro Pariagio Castri de Venescio in Occitania, in 48. Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. n. 29. *Item quod homines dictorum locorum se possint ademprare in locis circumvicinis, sicut consueverunt.* Michaël *del Molino* in Repertorio p. 224. col. 4. *Milites & infanciones possunt montes regales juxta forum ademprare & pascere, &c.*

ADEMPTIO, *Ademptus.* Vide *Ademprum.*

ADENTIA, Præsentia, à verbo *adesse.* Charta Cresimyri Regis Dalmatiæ an. 1059. apud Jo. Lucium lib. 2. Hist. Dalm. c. 15. *Illud in audientia & adentia prælibatorum astantium autorizo.*

ADEPS. Joan. de Janua: *Adeps, pinguedo exponitur, ex ad, & epulum, quia epulis pinguedo solet addi—Adeps propriè est pinguedo interior, & quæ intestinis annexa est.* Papias: *Adipata, edulia adipe condita, cibi pingues.* Descriptio Bonorum Monasterii Sanctimonialium Deiparæ Suession. an. 858. *Adipis modii 100. ad diversa Monasterii luminaria, & ad condiendos cibos Sanctimonialium vel supervenientium hospitum.* Charta Caroli C. pro Monasterio Sangermanensi: *Et pro modiis viginti adipis, &c.* Statuta Cluniacensia Petri Venerab. c. 15. *Statutum est ut omni die Adventus Domini, excepta prima Dominica, ab adipe, qui in 12. lectionum festis usu esse solebat, omnes abstineant.* Adde c. 53. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 66. *Non carnes, non adipem, non vinum ab illo tempore sumpsit.* Adeps verò differt à sepo vel sevo; Sevum enim animalium pingui-

pinguitudo est, plusque terrestris naturæ participans, &, cum refrixit, glaciatur & fragile est, atque ægrè liquefit, liquatum verò celerrimè densatur: adeps autem contrario modo se habet, nam liquidior est, minusque duratur. Adipem autem seu sevum sua ætate in conficiendis lucernis adhibitum testatur etiam S. August. lib. 2. de Morib. Manich. *Quid de adipe respondebitis, qui prope omnes Italas lucernas illuminat?*

ADEPTUS, Exponitur δωρεὰν λαβών, in Gloss. Gr. Lat.

ADEPSIT, pro *adeptus est*, occurrit apud S. Eulogium Cordub. in Apologetico.

ADEPTICUS, *Qui de facili acquiritur*. Jo. de Janua.

ADESCATIO, *Dieta, cibatio*, apud Matth. Silvaticum in Pandect.

ADEVANTAGIA, idem quod Gallis *Avantage*, quod ultra partem recipitur verbi gratiâ in Foris Aragon. lib. 5. est titul. *De avantagiis, quas uxore præmortua, vel ipsa superstite, vir, aut ejus successores habere debent.* Alter: *De rebus, sive adevantagiis, quas vir & ejus hæredes habere debent ante partem.*

ADFATOMIA, *Adfatimire*. Vide *Affatomia*.

ADFIDARE, *Adfiduciare*. Vide *Affidare*.

ADFIGERE, Vox propria in Legibus, cùm sc. Capitulum aliquod iis additur, *adfigitur*. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 63. *De servis fugacibus, quia jam antea Capitulum istum adfiximus, &c.* Tit. 54. *Ideo autem hoc scripsimus, quia etsi adfictum in Edicto non fuit, &c.* Adde tit. 69. §. 5. tit. 75. §. 1. tit. 91. §. 2. tit. 104. §. 4. tit. 110. §. 1. Tabularium Casauriense: *Quia Dom. Luitprandus Rex in suo Capitulari affixit, ut quicumque de re sua*, &c. Charta alia ex eodem Tabulario: *Ea iterum Dominus Ludovicus Imp. in sua capitula affixit, ut ubi ex utraque parte Ecclesiasticum fuisset, rectores earundem Ecclesiarum, si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant.*

ADFIGURARE, pro *Figurare*. Utitur Diomedes lib. 1. Art. Grammat.

ADFILIARE, In filium adoptare. Anianus ad leg. 2. Cod. Theod. de Legit. hered. *Adoptivum; id est, gestis ante curiam adfiliatum.* Vita MS. S. Gaugerici Episc. Camerac. lib. 1. c. 4. *Illum verò deinceps ardentissimo dilectionis affectu affilians, &c.* *Affilié ou adopté*, in Consuetud. Sanctonensi art. 1. Honoratus *Bonnor* Salonensis, *en l'Arbre des Batailles*, 4. parte c. 106. *Je traite la question, sçavoir, si la Reine Jeanne de Naples a pû affilier le Roy Louis, &c.* Vide Caium in Instit. Parerga Alciati, & Cujac. lib. 7. Observ. cap. 15.

Adfiliatio, *Affiliatio*, adoptio in filium. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. & Gloss. Isid. *Adfiliatio, adoptio, pene naturæ imitatio.* Habentur etiam eadem verba in Breviloq.

Affiliatio, acquisitionis species. Chronicon Farfense p. 657. & 663. *Solenni donatione contulerunt quæ ad eos ex concessione Regum, Reginarum, vel Ducum, vel per affiliationem, vel comparationem, vel alium quemlibet attractum pervenerint.* Vide *Filiolatus*.

Desafiliare, Exhæredare. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 24. *His rationibus pater potest desafiliare filium suum, si viderit patrem captum, — si noluerit pater vel mater afiliare illum, vel hæredem facere &c.*

ADFRAMIRE. In Pacto Legis Salicæ titulus 49. concipitur *de Adframire*, ubi in Editione Pithœana est 48. *de Afatomie*. Vide Wendelinum.

ADFRUTABULUM, *Vasculum*, in Glossis Isidori.

ADGISTARE. Vide *Agistare*.

ADGNÆUM *repræsentare*, apud Guillimannum in Explicatione vocabulorum ævi inferioris lib. 1. cap. 9. *Auff gnad und ungnad stellen*, exponitur.

ADGNASCI, JC. sæpe est pro *nasci*: inde *agnatio*, pro liberis, aut liberorum procreatione, apud Marculfum lib. 2. form. 29. ut & in leg. 1. Cod. Theod. de Collegiatis, in leg. 19. eod. Cod. de divers. Offic.

ADGRAVARI *aliquem*, in Jure Hungarico, punire victum, *Meghuntet, terhelni hirsagolni*.

ADHABERE, pro *habere*, tenere, possidere. Tabular. S. Victoris Massil. sub an. 12. Caroli M. *Et sicut alias res ipsus quæ justè ad Domnum Regem Karolum obtingebant in aloda Antener adhaberet per ipsam misculationem, seu & ipsam Caladium villam visus fuit de ipsa casa Dei abstrahisse.* Charta Arnulfi Regis apud Baldric. lib. 1. Chron. Camer. cap. 62. *Et quidquid exinde fiscus noster exigere poterat, in luminaribus ipsius Ecclesiæ concinnanda perpetualiter concessimus adhabendum.* Adde cap. 77. Tabularium Brivatense ch. 252. *Habeatis atque possideatis jure proprio adhabendum, vendendum, donandum, &c.* Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 24. *Tantum & nos vobis ipsas res jam dictas & superiùs scriptas manibus tradimus atq. transfundimus, perpetualiter adhabendi, vendendi, donandi liceat, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, &c.*

ADHÆRERE, pro *adjungere*. Anastasius in Stephano III. PP. *Adhærens eidem Imperiali misso, quemdam propriæ gentis nefarium virum, &c.*

ADHÆREDARE, Mittere in possessionem: *Adheriter*. in Consuetudinib. Hannoniæ c. 77. 80. Montium c. 46. Camerac. tit. 1. art. 3. Insulæ tit. 1. art. 56. 156. Turnacensi tit. 20. art. 25. &c. *Paternis hæreditatibus adhæreditatus*, in Vita Lietberti Episc. Camerac. cap. 2. Compositio inter Will. de Hollandia & Ludovicum Comitem de Los an. 1206. quæ extat in Regesto Honorii III. PP. lib. 1. *Ad dictum & arbitrium D. Philippi debet dominus VVillelmus adhæredare Comitem de Los de omnibus supradictis.* Occurrit ibi non semel. Jo. de Condato. MS. in Dominican.

Le siecle en as ahir eté.

Chron. Flandriæ cap. 86. *Et la se dessaisit de sa terre, & en adharita sa fille.* Vide *Hæreditare*.

ADHOA, sumitur ut plurimum pro jure *Relevii*, aut *Racheti*, uti passim videre est apud Andream de Isernia & Matthæum de Afflictis in Consuet. Neapolit. Marinum de Freccias de Feudis Sicil. lib. 2. tit. de Relevio, in principio, Jacobum de Axello Neapolitanum, in tractatu de jure Adohæ, Relevii, atque Subsidii, edito Lugduni an. 1558. Joan. Franc. Capiblancum in tractatu de jure & offic. Baron. erga vasallos, pragm. 1. n. 56. &c. Exponitur *servitium militare*, in Charta Joannæ Reginæ Siciliæ an. 1366. qua Margareta Borbonia Imperatrix Constantinopolitana Margotæ de Novavilla Magistræ suæ quoddam casale concedit, *movens in capite a Curia nostra sub certo militari servitio, seu adhoa.*

Adhoamentum, eadem significatione occurrit in Statutis Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. apud Odoricum Raynaldum an. 1285. n. 48. Diploma Caroli Neapolitani Regis filii an. 1328. apud Ughellum in Episc. Aprutinis: *Sub feudali servitio seu Adhoamento.* Adde Chron. Ricardi de S. Germ. an. 1235. & Bullarium Casinense tom. 2. p. 175.

Adhogamentum, in Charta Friderici II. Imp. an. 1221. in eodem Bullario Casinensi to. 2. p. 252. *Eximentes castra, casalia, & homines ipsius Monasterii ab omni jugo servitutis vel adhogamenti, sive de demanio, sive de feudis fuerint.*

ADIACENTIÆ, Loca vicina, eidem domino, aut dominio parentia, vel subjecta, *adjacentia*, appendices, *Dépendances*. Placitum Chlodovei III. to. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 619. *Cum omni integritate sua vel adjacentias, &c.* Charta Alaman. n. 26. apud Goldast. *Prædictum locum cum omnibus adjacentiis.* n. 39. *Cum omnibus adjacentiis & adpenditiis* n. 50. *Campis, pratis, silvis, ajacentiis,*

centis, & appenditiis. Charta Odonis Bajocensis Episc. *Deinde terram reddo quæ dicitur --- cum adjacentiis suis.* Utuntur præterea Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. c. 20. Historia Translat. S. Guthlaci n. 15. &c. Vide l. 2. Cod. de Bonis vacantibus.

ADIACTIVUS. Vide *Jactivus.*

ADIECTAMENTUM, in l. 242. D. de Verb. sign. *additamentum* in l. 7. D. de Legat. 2. & alibi.

ADIMBREVIARE, Idem quod *Imbreviare.* Utitur Fleta lib. 2. c. 27. §. 1. Vide *Adbreviare, Imbreviare.*

ADIORNARE, *Adjurnare,* Diem dicere alicui, citare, in jus vocare, vox forensis; Gall. *Adjourner.* Capitula Caroli M. lib. 5. capr 151. *De hominibis Ecclesiast. seu fiscalinis, qui non erant adjurnati, quando in Cenomanico pago fuimus.*

Adjornare Angli pro comderendinare, vadarii in ulteriorem diem ponere, usurpant: Galli, *Remettre à un autre jour.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 21. *Tenens erit iteratò summonitus legitimè, & assisa per Justitiarum adjornata ad alium diem legitimum,* i. continuata ad certum diem.

ADdPATA, *Edulia adipe condita, cibi pingues.* Pap.

ADIRATUS, *Adisratus,* dicitur de re, non tam deperdita, quam quæ non est ad manum. Galli *Esgaré,* dicunt, Gallobelgæ *Adiré,* Consuet. Biturig. tit. 9. art. 28. *Egaré. ou adiré.* Consuetudo vetus Normanniæ c. 87. *Querelle des choses adirées.* *Esdiré,* in Consuetudine municipali *de Labourt* tit. 20. art. 1. *Maître Vacces au Roman de Rou MS.*

Puis a dit au Duc en l'oreille,
Que il a eu moult merveille
De la cuillé qu'il a trouvée,
Qu'il ont au mangier adirée.

Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 32. §. 2. *Poterit enim rem suam petere ut adiratam, per testimonium proborum hominum, & sic consequi rem suam quamvis furatam.* Fleta lib. 1. c. 38. §. 1. *Poterit rem suam petere civiliter ut addisratam, quamvis furatam.* Et lib. 2. cap. 1. §. 5. *Si (res) petatur tanquam adirata.* Videtur vox orta à Latino *adærare,* adeout res *adirata,* sit ea quæ amissa & deperdita, & quæ *adæratur,* seu cujus pretium æstimatur, quod possessori reddendum sit. Vel à voce Italica *adirato,* iratus: nam qui sunt *irati,* seu quorum ira provocatur, *(qui sont faschez contre quelqu'un)* ab eorum consortio abstinent, quibus irascuntur, ita ut ampliùs non compareant, utiquiùs cum iis; quæ vis est vocis *adiratus,* in re quæ ampliùs non comparet.

ADIRECTARE, *Adtingere,* in Gloss. MS. Regio Cod. 1013. Infrà: *Adtingere, adirectre.*

ADIUMENTIA. Vetus Charta Massilensis ann. 780. apud Sammarthanos in Episcopis Massiliensibus: *Quod villa Caladius una cum appendiciis suis, vel omnes adjumentias suas, mancipia, &c.* Sed legendum puto *adjacentiis.*

ADJUDICARE, idem quod *judicare,* de qua voce suo loco, Cedere, donare per testamentum, *extremo judicio.* Charta Caroli Grassi Regis an. 880. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 236. *Siquis aliquid adjudicaverit, vel aliquo modo donaverit, vel Monasterium emerit, liberè & absolute possideat.*

ADIURARE, Ad sacramentum adigere. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 28. *Post hæc adjurent accusatores vel testes eorum in illorum Baptisma, vel aliis diversis adjurationibus, &c.* Regula Magistri cap. 61. *Cùm per aliqua divina aut sancta fueris adjuratus.* Bromptonus an. 1088. *Concordiam cum fratre fecit --- Rex autem adjuraverat eum, & omnia quæ pater suus habuerat conquirenda.* Andreas Suenonis l. 4. Legum Scaniæ c. 12. *Eligendi sunt 12. prudentes bondones, de quibus præsumi possit, ut non velint, etiam in causa propria, pejerare, ut exortam super possessione quæstionem suo dirimant sacramento: illi defensione, cui possessionem adjuraverint, concedenda.* Videtur legendum *abjuraverint.* Vide *Abjurare.*

Adjuratus, juramento obstrictus: *Adjuré,* in Consuetud. Hannoniensi c. 77. 80. art. 4. Helmoldus lib. 1. cap. 3. *Ea conditio à Rege proposita est, ut abjecto dæmonum cultu Christianæ fidei Sacramenta susciperent, essentque tributarii & subjugales Domini Dei --- & Francis adjurati, unus cum eis populus efficerentur.* Roger. Hovedenus in Ricard. 1. *De facili credere non possum, quòd Rex Franciæ hæc de me vobis mandaverit, cùm ipse dominus meus sit, & socius adjuratus in illa peregrinatione.*

ADIUSTITIARE, Adæquare, coæquare, mensuram suo archetypo adæquare, *Ajuster.* Charta an. 1266. apud Loisellum in Bellovac. *Recipient pondus & ballancias drapperiæ à telonearis Belvac. & si sit discordia de suo pondere, adjusticiabit ad pondus teloneariorum, &c.*

ADIUTORES dicuntur, qui Magistratibus, seu potiùs Officialibus quibusvis adjungebantur, ut in muniis obeundis essent, qui eos *adjuvarent:* Græcis βοηθοί. Suidas: αἰώτωρ παρὰ Ῥωμαίοις, βοηθός. Gloss. Lat. Græc. *Adjutor,* βοηθός. Vide Synaxaria 18. Janu. in S. Theodulo. *Boethi Logistarum,* in leg. 4. Cod. de Tabular. lib. 10. *Coadjutors,* in Foris Bencharn. Rubr. 1. art. 16. & Rubr. *de Notariis,* art. 7. Valerius Probus de Notis: ADI. *Adjutor.* Senator. lib. 6. Epist. 6. *Adjutor etiam Magistri nostris præsentatur obtutibus, ut [illegible] forte beneficii eligamus ejus præsidium, qui nobis præstat fidele servitium. Adjutores & Primicerii diversorum officiorum,* in leg. 20. Cod Theod. de Palatinis sa r. largit.

Adjutor illustris Comitivæ sedis, in Collat. 1. Carthag. initio. Paulinus Epist. 39. sub finem: *Commuta in melius militiam, ut æterno Regi incipias militare. Et nunc, ut audio, qui Adjutor & tutor es civium, vias comes Christi, &c.* ubi alludit ad *Adjutores Comitum.*

Adjutor Comitis rei privatæ, in Actis sanctæ Susannæ. Vide legg. 16. 17. 20. Cod. Theod. de Palatin. & l. 4. de Executor.

Adjutor commentariorum officii V. Cl. & spectabilis Proconsulis, in Collat. 2. Carthag.

Adjutor Commentariensis, in leg. 5. Cod. Theod. de Custodia reor. qui βοηθὸς κομένλων dicitur Prochoro de Rebus gestis S. Joannis Evangelistæ.

Adjutor sacri Consistorii. Concilium Calchedonense act. 14. Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος Βοηθὸς τοῦ θείου Κωνσιστορίου.

Adjutor Cornicularii, in Notit. Imper. non semel, in vet. Inscript. apud Gruter. 561. 11. in leg. ult. de Jure immunit. leg. 10. Cod. Theod. de Cohortalib. &c. In Collat. 1. Carthag. fit mentio *Exitiosi Adjutoris cornicularii.* Inscriptio nondum edita, in loco *Catoura* dicto, haud procul Aleppo: ΑΦΙΕΡΩΤΕ. ΙΜΙΛΔΙΩ. ΡΗΓΕΙΝΩ. ΤΩ. ΕΞ. ΟΥΑΠΙΑΣ. ΡΗΓΙΛΛΗΣ ΚΑΙ. ΑΙΜΙΛΛΙΟΥ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Σ ΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΩ. ΕΤΗ. Ε. ΒΟΗΘΩ. ΚΟΡΝΙΚΟΥΛΑΡΙΩΝ. ΥΠΑΤΙΚΟΥ. ΖΗΣΑΝΤΙ. ΕΤΗ. ΚΛ. ΜΗΝΕΣ Α ΜΕΧΡΙΠΤΑΝΗ. ΜΟΥΚΤΟΥΓΜΕΤΟΥΣ.

Adjutor Magistri officiorum, in leg. 3. Cod. Theod. de Agentib. in rebus, leg. 1. Cod. Just. de Magistro offic. apud Liberatum Diac. cap. 13. Evagrium lib. 2. Senatorem lib. 6. Epist. 6. &c. Concil. Calchedon. act. 3. Ἐλευσίνιος ὁ θαυμασιώτατος Βοηθὸς τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Μαγίστρου τῶν θείων ὀφφικίων.

Adjutor Numerorum V. C. & spectabilis Vicarii, in Collat. Carthag. 2. c. 1. Collat. 3. c. 169.

Adjutor Palatinorum officiorum, in leg. 4. Cod. Th. de Execut. l. 17. de Palatinis, idem qui *Adjutor Magistri officiorum.*

Adjutores de Schola Numerariorum, in Notit. Imperii.

Adjutor Præfecti Urbis, seu *urbani officii*, in l. ult. Cod. de Offic. Præf. urb. & apud Symmachum lib. 10. Epist. 36.

Adjutor Præfecti Pratorio, in leg. 8. Cod. Theod. de Numer.

Adjutor Præfecti Annonæ, in vet. Inscript. ap. Gruter.

Adjutor Præsidis, in Actis S. Nestoris Episcopi & Martyris num. 6.

Adjutor datus Pratori peregrino, in veteri Inscript. apud Gruter. 399. 6.

Adjutor Proconsulis, in veterib. Inscript. apud Gruter. 331. 3. 371. 8.

Adjutor Provinciæ. Val. Probus de Notis: ADI. P. *Adjutor Provinciæ, vel patriæ, vel populi.*

Adjutores Quæstoris sacri Palatii, in leg. 15. Cod. de Proxim. sacror. scrin.

Adjutores electi de Scriniis, *Adjutores memoriales de Scriniis*, in Notit. Imperii: *Obsecundatores sacrorum Scriniorum*, in leg. 3. Cod. Th. de Proxim. *Adjutores Scrinii memoriæ* 12. in Novella Constitut. Justiniani *De adjutorib. Quæstoris*, edita à Fr. Pithœo.

Adjutor Secretorum. Concil. Calchedon. act. 1. Κωνςαντῖνος ὁ καθωσιωμένος Μαγιςριανὸς, καὶ βοηθὸς τῶν θείων σηκρήτων.

Adjutores Regii, Ministri Regii, qui in regiis mandatis conficiendis Principem ipsum adjuvant. Additio 2. Capitul. Caroli Magn. cap. 24. *Ut in eligendis adjutoribus vestris & reipublicæ ministris, qui vice vestra populum Dei regere & gubernare, atque judicare debent, solertissimam providentiam habeatis.* Eadem habentur in Concilio Parisiensi VI. lib. 3. c. 23. & in Concil. Aquisgranensi II. cap. 3. can. 11. & 12.

Adjutores Episcoporum. Vide in *Chorepiscopus.*

Adjutor Eleemosynæ. In Codicillo Philippi Pulcri Regis Franciæ, exarato apud Fontembliaudi die Jovis ante festum S. Andreæ Apostoli an. 1314. quod habetur in ejusdem Regesto Tabularii Regii, mentio fit *Fratris Joannis de Grandiprato, tunc Eleemosynarii, & Magistri Guillelmi de Lineis Adjutoris Eleemosynæ & Clerici ejusdem Regis.*

Adjutor, Officium in Coquina Regia in Ordinat. Hospitii sancti Ludovici Regis ann. 1261. *Aideurs*, in alia an. 1285. *Adjutores Fourreriæ*, in eadem Ordinat. an. 1261.

ADJUTORIUM, Præstatio, quæ à subditis Principi fit pro eo adjuvando in ejus necessitatibus, vel sanè eo prætextu. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis an. 1102. *Data vel angaria, aut auxilium, quod ex nostræ gentis Consuetudine collecta vocatur.* Tabularium Absiense f. 32. *Nullo nobis jure retento, præter quinque solidos vobis & Gauffredo Normant ad adjutorium ipsius feodi relevandi, & præter talliam 15. denariorum de mariagio & de prisione, secundum morem patriæ.* Adde Ughellum tom. 7. pag. 1073. & Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 19. Vide *Auxilium.*

ADJUXTARE, appropinquare. Vita MS. S. Gaugerici Episcopi Camerac. lib. 1. cap. 7. *Pauperibus semper se ac parvulis adjuxtabat.*

ADLASSARE cervum, aprum, persequendo lassare, fatigare, Gallis, *Lasser un cerf à la chasse.* Pactus Legis Salicæ tit. 26. §. 5. *Si quis cervum lassum, quem alterius canes moverunt & adlassaverunt, involaverit, aut celaverit*, &c. §. seq. *Si quis aprum, quem alieni canes moverunt & alassaverunt, occiderit.* Ita Editio Herold: aliæ habent *lassaverunt.*

ADLATERARE, *Allaterare*, Latus tegere, ad latus incedere. Aelredus Rievallensis in S. Edvvardo: *Sequebatur præeuntes, adlaterantibus eum viris duobus, senex quidam.* Vide *Addextrare.*

Allateralis, Socius, qui est, vel ad latus incedit. Radulfus de Diceto: *Joannem S. Thomæ Martyris quondam allateralem exilii socium. Sigillum sinistro lateri Chartæ allaterare*, apud eundem, Gallis, *Mettre le seau a costé au titre.* Vide *Lateralis.*

ADLEGARE, Vide *Allegare.*

ADLEGIARE: Lege, seu sacramento interposito, se purgare, culpa se eximere, facinus diluere. Leges Alvredi Regis Westsaxon. apud Jo. Brompton. cap. 4. *Si se velit adlegiare, secundùm Regis VVeregildum hoc faciat.* Cap. 13. *Si accusetur, inde adlegiet se per 60. hidas, vel dimidium emendationis amittat.* Leges Willelmi I. Angl. Regis cap. 68. *Et si Anglicus bellum nolit, Francigena compellatus adlegiet se in jurejurando contra eum per suos testes, secundum legem Normannorum.* Et cap. 70. *Et si Anglicus nolit se defendere per bellum, vel per testimonium, adlegiet se per Dei judicium.* Leges Henrici I. cap. 63. *Et cogentibus circumstantiis in ceteris accusationibus allegiandus est.* Ita vocem *allegiare* usurpant eædem Leges Henrici cap. 41. 63. 66. 86.

Aleger, in Statuto Ricardi II. an. 13. *Et si charter de mort d'homme soit allegé devant quiconque Justice*, &c.

Aleier, in Legibus Normannicis Willelmi I. cap. 41. *Ki tort eslevera, u faus jugement fera pur curruz, ne per hange, seit en la forfaiture le Rei de 40. sols, s'il ne pot aleier, que plus dreit fair nel sot.* Id est, qui injuriam egerit, aut falsum judicium irâ, aut odio ductus, vel bonorum habendorum gratiâ fecerit, sit in forefactura Regis de 40. solid. si non potest adlegiare se, quòd rectiùs judicium facere non potuit. In Consuet. Aquensi, seu d'Acs, tit. 12. art. 3. *Aleier, est declarer par serment.* Adde art. 1. 2. 4. & Consuet. & Severi tit. 10. art. 1. 2. 3.

Aleauter. In Assisiis Hierosol. MSS. c. 65. hoc est verum & fidelem se probare: *Leal* enim Gall. fidelis, verax; ex Lat. *Legalis. Et le quarent que l'on lieve, si com est dit ci-dessus, comme espariur, doit respondre maintenant à celui, qui ensi le lieve: Tu mens, & je suis prest, que je m'en aleaute contre toy, & défende mon cors contre le tien.* Et infrà: *Et le quarent, qui est ensi levé & torné, com est avant dit, ne s'en aleaute, si com est dessus devisé, il y a toûjours perduë vois & respons en court, & sera tenu à faus & desloiau toute sa vie.* Et cap. 65. *Alaiauter & défendre quelqu'un.* Vide Magnum Recordum Leodiense p. 57. 70.

ADLENTARE *barbam*, Mollem & flexibilem reddere, apud Cantipratanum Gloss. Isid. *Lentandus, flectendus.* Ordericus Vitalis lib. 7. de filiabus Roberti Wiscardi: *Officium illarum erat mane, dum Imperator* (CP. Alexius Comnenus.) *de stratu surrexisset, manusque suas ablueret, mappulam & pectinem eburneum afferre, & barbam Imperatoris pectere.* Gloss. Græc. Lat. - ἐχὴς ὑπέρθεσις, *Adloncinatio, continuatio.* Ubi Codex MS. S. Germani habet *delentinatio.* Unde videtur legendum *adlentinatio*, ex verbo *adlentinare*, lentè aliquid agere, conficere. Vide Academicos Cruscanos in *Allentare.*

ADLICULA, *genus vestis*, in Gloss. Isidori.

ADLITTARE, Adlittus appellere. Arnoldus Lubec. lib. 5. cap. 2. *Cancellarius cum Comite Adolfo, aliisque amicis apud Cyprum adlittavit.* Vide *Adripare.*

ADLOBRIUS. *Gallus civis de Gallia.* Ita Gloss. MS. Regium sign. 1013. sed legendum videtur: *Allobrox.* Gloss. Isid. *Allobroga, Gallus rufus.*

ADLOQUUTOR, *Consolator*, in Gl. Arabico-Lat.

ADLUVIÆ, *loca cœnosa*, in Glossis Isidori.

ADMALLARE. Vide *Mallum.*

ADMANNIRE. Vide *Mannire.*

ADMANUENSES. Concilium Oscense æræ 636. c. 2. *Quod si quidquam malum de quoquam* (Clerico) *fama dictaverit, per veram & certissimam Clericorum probationem, vel virorum admanuensium, — omnia argutissimè perquirantur.* Ubi *admanuenses viri* videntur esse, qui *manu* jurant, seu manibus sancta Evangelia tangentes; nam *jurare super sacra*, i. Evangelia, vetantur Clerici, quorum assertio pro sacramento erat: unde *Fidedigni* dicuntur. Vide in hac voce.

AD-

ADMANSIONES. Glossæ Medicæ MSS. ex Cod. Regio sign. 1486. *Admansiones, i. Insero.* Alibi: *Admansionem, quia omnis revmatica passio in nocte exacerbatur.*

ADMARTYRIZARE, Martyribus adsistere, ipsos ad constantiam hortari. Commodianus instr. 58.

Si refrigerare cupis, admartyriza.

Vetus Inscriptio Romæ: *Mandrosa martyrum obsequiis devota transegit falsi seculi vitam.*

ADMASURUS *pannus.* Leo Ost. lib. 1. Chron. Casin. c. 58. *Pannum altaris diarodynum byzant. 16. tapetia optima 16. pro bysant. 67. pannum admasurum pro byzantiis 8. &c.*

ADMENSURARE. Charta Philippi Aug. an. 1285. pro villa Ferrariensi apud Morinum in Hist. Vastinensi p. 707. *Feodus verò qui adeo modicus fuerit, quòd ad 12. denarios esse non debeat, admensurabitur.* Hoc est, sua ei mensura dabitur.

Admensuratio, ad mensuram redactio, inquit Bractonus lib. 4. de Assisa novæ dissaisinæ cap. 35. §. 1. quæ locum habet, cùm quis plura habet quàm expediat. Vide eundem lib. 3. tract. 1. cap. 1. §. 1. lib. 4. tract. 5. cap. 17. §. 2. & Fletam lib. 4. c. 23. §. 2. *Admensuratio dotis*, apud Rad. de Hengham in Parva cap. 2. *Admesurement de douaire*, breve, quo mulieris dotalitium ad legitimum modum reducitur. *Admesurement de pasture*, breve aliud, quo pastiones inter participes, prout cuique competit, dividuntur. Rastallus. Adde Statutum 2. Westmonaster. cap. 7. & 8. ubi de utraque admensuratione.

ADMERCIARE. Vide *Amerciare.*

ADMEZATORES, dicti in Regno Neapolitano & Sicilia Arbitri ex privatorum consensu electi, ad decidendas supremo jure quæstiones & lites, *qui nullam aliam jurisdictionem habebant, nisi quæ ab eligentibus conferebatur eisdem*, ut est in Constit. Friderici lib. 1. Const. Sicul. tit. 79. Hos idem Imp. in posterum fieri prohibuit. Vox efficta ex Italico *Mezzo*, medius, Gall. *Mediateur.* Putat Meursius eandem fuisse Μεσαζόντων apud Byzantinos dignitatem, quos sic appellatos censet, quòd qui jure agere inter se nollent, ad eum deferrent lites suas componendas: quomodo Aristoteles μέσους & μεσιδίους judices & arbitros vocat. Sed viro magno non assentior: erant enim μεσάζοντες, Curiæ Constantinopolitanæ Officiales, quorum Princeps operâ utebatur in expediendis privatis negotiis: aut certè quibus intermediis ad Principem patebat accessus, quod fuit olim apud Francos nostros Referendariorum munus. Id colligitur ex Cantacuzeno lib. 3. cap. 15. & lib. 4. cap. 29. ubi vocem μεσάζειν ea notione usurpat, & ex Niceta in Man. lib. 1. cap. 23. præterea ex Ducæ Hist. Byz. cap. 21. & 22. ubi *Vezirios* Turcicos μεσαζόντων appellatione donat, quòd videlicet per eos Turcici Sultani res omnes quà privatas, quà publicas conficiant.

ADMIGRARE, in ædem seu villam alicujus, etiam invito domino, possidendi animo ingredi, in Pacto Legis Salicæ tit. 48. §. 2. ubi Lex Salica tit. 47. habet tantùm *migrare.*

ADMILLUS, apud Bromptonum pag. 1248. sed perperam, pro *Admiralius* editum occurrit.

ADMINISTRATOR, Leguleiis Anglis dicitur ille, cui defuncti bona administranda ab Ordinario committuntur, cùm nulli extant executores testamentarii, quorum quidem bonorum usque ad eorum valorem tenetur, & non ultrà, nisi ea dissipasse convictus fuerit. Si ille decesserit, administratio non transit in ejus hæredes; sed alius ab Ordinario decernitur ac eligitur Administrator. Vide Rastallum in Expositione vocum Legum Anglic.

ADMINICULATOR, ab adjuvando dictus & adminiculando. Hic septimus erat ex Officialibus Romanæ Ecclesiæ, pro viduis, pupillis & egenis procurabat; quod munus hodie *pauperum Advocatus* facit. Ita Panuinius. Vide Luithprandum lib. 6. cap. 6. extremo.

ADMIRABILIS, *Admiralius.* Vide *Amir.*

ADMIRABILIS, Titulus concessus Comitibus apud Leonem Magnum Ep. 8. Græcis θαυμασιώτατος. Vide *Silentiarius.*

ADMISSARIUS *equus.* Ugutio: *Fortes & bonos equos Admissarios vocamus, quia admittuntur inter armenta ad coitum, vel ad arandum, vel ad trahendum.* Eadem propè habent Jo. de Janua & W. Brito Gloss. Lat. Græc. βιβαστής, *Admissarius*, qui alio loco ἐπιβαίνων ἵππος dicitur. Gloss. Græc. Lat. ὀχευτὴς, *admissarius. Equus ascensor equarum*, in Foris Bigorrensib. art. 12. Plautus in Milite Glorioso: *Ad equas fuisti scitus admissarius.* S. Augustinus contra Epist. Manichæi cap. 31. *Non attendit passerem parietinum, in cujus comparatione quivis Admissarius frigidissimus invenitur.* Vide eundem lib. 5. de Civit. Dei cap. 7. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 8. *Et pater armenti: Taurus, aut admissarius.* Conventio Pacis inter Elsatiæ proceres & civitates an. 1051. *Equi autem admissarii, quod vulgariter* Stunt *vocantur, & vineæ & segetes sub hac pacis conditione permaneant.* Qua verò cura educandus & alendus equus admissarius, præclarè omnino Virgil. lib. 4. Georg.

Tu modò quos in spem statues summittere gentis,
Præcipuum jam inde à teneris impende laborem, &c.

Vide Marcellum Empir. cap. 32. Vegetium lib. 1. de Arte veter. cap. 24. &c. *Admissarius asinus*, apud Palladium de Re rustica lib. 4. cap. 14.

Amissarius, in Lege Salica tit. 40. §. 5. Alaman. tit. 69. Edit. Heroldi. Ripuar. tit. 5. 18. & apud Marculfum in formul. Vide *Emissarius.*

Ammessarius, in Charta Romualdi Ducis Beneventani: *Ammessarium unum cum jumentis suis, caballos domitos, &c.* In alia: *Amassario tres cum jumentis suis.* Vide Chronicon Benevent. S. Sophiæ pag. 607. 611.

Admissura, ὀχεία, in Gloss. Lat. Græc. aliud Gloss. ὀχεία, *admissura, admissum. Admissura serotina*, Gen. c. 30. ubi Will. Brito: *Admissura dicitur, quando bruta animalia, & propriè jumenta ad coitum admittuntur. Admissura venerea*, apud Apuleium lib. 7. Statius lib. 1. Silv. 2.

--- *Habet admissura parentes.*

Admissio, apud Varronem lib. 2. de Re rustica cap. 7.

Admissus, apud Vegetium lib. 1. de Arte veterin. c. 24.

ADMISSIONALES, qui introducendis ad Imperatorem hominibus præfecti sunt: seu, quibus *in palatio admittendi, vel salutandi officia creduntur*, ut ait Jul. Firmicus lib. 4. Matth. cap. 14. *Qui admissionibus præsunt*, ut vetus Interpres Juvenalis Sat. 4. ὁ ἐπὶ τῶν εἰσαγωγῶν, apud Pachymerem lib. 6. Hist. cap. 26. Lampridius ait de Alexandro Imp. quòd *salutaretur quasi unus de Senatoribus, patente velo, Admissionalibus remotis.* Quod verò ad vela & cancellos starent, *Admissionales cancellarii* appellantur in Notitia Imperii, ut quidam volunt, tametsi Edita *Admissiones cancellarii* præferat, ita ut diversa fuerint officia. Horum munus, *officium Admissionis* dicitur Suetonio in Vespas. cap. 14. aut *officium Admissionum* in leg. 11. Cod. de Privil. cor. qui in sacro Palat. milit. & in Notit. Imp. & *officium Admissionalium*, in l. ult. c. de Divers. offic. nam plures erant, eorumque partita erant munia, ita ut alii aliis in caussis ac negotiis ad Principem admitterent, ut ille *Homilus* dicitur *legationum Admissionalis*, apud Herennium Philonem in legat. ad Caium. Primus autem Admissionalium *Magister Admissionum*, Vopisco in Aureliano, & Ammiano lib. 15. huic qui proxima erat dignitate, *Proximus Admissionum*, eidem Ammiano lib. 22. dicuntur. Sed de Admissionibus & Admissionalibus, multa jam antè congessere Theodorus Marcilius, Pancirollus, Savaro, Henricus Valesius, Salmasius, Jacobus Gothofredus, & alii.

ADMOAGIUM, idem quod *Admodiatio.* Litteræ Guiscardi Episcopi Matiscon. an. 1267. in 31. Regesto

Chartophylacii Regii fol. 46. *Super quadam consuetudine vini, quæ vocatur admoagium.* Id est, quod ex pacto *admodiationis*, seu firmæ, vel emphyteusis domino feudali præstatur. Vide *Admodiare*.

ADMODIARE, Modum ponere, diminuere. Palladius Episcop. in Epist. ad Desiderium Cadurcensem Episcopum: *Me tamen pœnitet incautè & minùs inculto sensu, vel impolito sermone stylum exarasse, unde offensam sanctæ animæ vestræ potueram incurrere, nisi vestra bonitas admodiasset.* i. leviorem offensam effecisset.

Admodiare, Fundum dare ad firmam, vel in emphyteusin, vel etiam alienare sub certa præstatione tot modiorum frugum, de quibus convenit. *Admodier*, in Consuetudine Hannoniensi cap. 81. *Admoisonné*, pro *baillé à ferme*, in Computo bladorum terræ Campaniæ an. 1348. Charta an. 1224. in Tabulario Lehunensi char. 80. *Admodiaverunt nobis, quidquid habebant in molendinis de Ponte, tam in blado, quàm in farina, tam in nemore, quàm in aqua — per 4. modios bladi*, &c. Charta an. 1227. in Tabulario Monasterii Hederæ fol. 75. *Simoni Presbytero de Portis concessimus ad admodiationem pro 11. solid. Paris. singulis annis ab ipso Presbytero reddendis duas partes minutæ decimæ, &c. Admodiationes & gazeras, nisi de decimis*, prohibentur accipere Sacerdotes, in Statutis Synodalib. Odonis Parisiens.

Admodiator, *Admodiateur*, in Consuet. Melodunensi art. 322. cui prædium admodiatum est, seu datum ad firmam.

ADMODUM, Omnino, equidem. Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei: *Omnes admodum homines, qui pertinere ad humani officii culturam existimarunt, ut aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent, &c.* Infrà: *Ajunt igitur — ideo in hoc seculo deteriorem admodum statum esse meliorum.* Lib. 2. *Cùm — omnes admodum suos cum paucissimis fugeret.* Lib. 3. *Dimittamus — quæ in libris postea de Religione conscriptis omnes admodum Christianos legimus pertulisse.* Neque fortè aliter hæc vox sonat in Decretione Childeberti Regis c. 4. in Ep. Ludovici Pii ad Sicharium, & in aliquot Formulis veteribus: nisi usurpetur pro *amodò*, quod volunt Viri docti. Vide Paulinum Aquilejensem in Epistola ad Carolum Magnum præfixa l. 1. contra Felicem Urgelitanum.

ADMONITIO, Debitoris admonitio, appellatio, interpellatio: Gall. *Sommation, Adjournement.* Lex Salica tit. 52. §. 2. *Per singulas admonitiones.* tit. 54. *Per tres admonitiones.* Additio Ludov. Pii Imp. ad Legem Salicam §. 4. *Si post secundam Comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit.* Item citatio in l. 4. §. 2. Cod. de In jus vocando.

ADMONITOR, conjungitur cum *Portitore præcepti*, in leg. 7. Codic. Theod. de Execut. *Compulsor, Exactor, Admonitor, Portitorve præcepti, Agens in rebus*, &c.

ADMONITORIA, Epistola, qua Judex absentem in jus citat: quam ad absentem *Admonitor* defert. Formula 116. inter Lindenbrogianas: *Quoniam Imperialibus sanctionibus cautum est, ut absentes, contra quos actiones exercere cupiunt, in judicio copiam sui facere electis citentur: idcirco ego judex has admonitorias tibi delego, quatenus in judicio præsentiam tui facias*, &c.

ADMONTARE, *Acervare*, in Gloss. Arabico-Lat. Hispani *Ammontonar* dicunt.

ADMORTIZATIO, Prædiorum translatio in manum mortuam, seu prædiorum acquisitio, facta à Monasteriis & Collegiis religiosis, vel etiam Laicis, quæ semel acquisita, in commercio, mutationibus, aliisque prædiorum oneribus obnoxia esse desinunt, nec adventitia feudorum commoda producunt, verbi gratiâ, *laudimii, VVendæ, Maritagii, relevii, &c.* Translatio autem seu acquisitio ista fieri non potest, nisi Principis ac domini consensus intervenerit; cui de damno cavere tenetur Manus mortua, tertia totius pretii parte semel exsoluta. Nam ex lege communi sacræ Basilicæ prædiorum sunt incapaces. Vide in hanc rem quæ scripsere vetus ConsuetudoFranciæ lib. 2. Renatus Chopinus lib. 1. de Doman. tit. 13. Baquetus, Loisellus, Altaserra de Ducib. & Comitib. Provinc. lib. 1. cap. ult. & alii.

Extant tamen complures Chartæ in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis, paulò ante ann. 1300. quibus superiores, seu uti hîc vocantur, *primi & secundi domini feodales*, prædia huic Ecclesiæ concessa *admortificant*, ita ut ea in posterum *in manu mortua teneant*, addita tamen clausula, *quantum in eos est*, vel *quantum ad ipsos pertinet.* Et certè consensus superiorum dominorum in ejusmodi prædiis Ecclesiis concessis necessarius fuit, cùm inde feudorum servitia minuerentur. Sed hæc attigisse sufficiat. Observo tantùm, quale jus fuerit Prælatorum Franciæ, qui *Pares* sunt, in ejusmodi amortizationibus ex Regesto Parlamenti sign. B. in Arestis Epiphaniæ an. 1277. fol. 39. *Quatenus Prælati Pares admortizare possunt, Constitutio per Philippum III. in hunc modum: Ordinatum fuit per Consilium Domini Regis, Rege præsente, quòd Archiepiscopus Remensis & Episcopi Pares Franciæ admortizare non poterunt suum domanium, nec feoda, quæ ab ipsis tenentur immediatè: sed sua retrofeoda poterunt admortizare. Alii verò Episcopi, qui non sunt Pares, nec domanium suum, nec feoda sua, nec retrofeoda poterunt admortizare.* Extat tamen aliud Arestum in eodem Regesto fol. 87. inter Aresta Pentecost. an. 1290. quo dictum fuit, *quòd si Comes Nivernensis, aliqua Ecclesiis & piis locis caritativè admortivit, vel posuit in manibus burgensium, vel personarum ignobilium ob remunerationem servitiorum, vel ob aliquam aliam gratiam sine receptione alicujus pecuniæ, hoc sibi sustinebitur. Sed si aliquid admortivit, vel in manibus burgensium, vel personarum ignobilium posuit pro pecunia, dominus Rex utendo jure suo potest & poterit ad eadem assignare.* Charta an. 1270. *Theobaldus de Bellomonte amortizavit tanquam quintus dominus feodi venditionem, quam Petrus de Vemarcio Miles fecit in Ecclesia S. Genovefæ de domo sua de Vemarcio, cum proprisio, jure, & dominio quocunque.* Tabular. S. Genovefæ Paris. an. 1277. *Guido Buticularius armiger de Dravello venditionem & amortizationem nemoris de Minlejo cum fundo ipsius nemoris — Ecclesiæ S. Genovefæ factam à Philippo de Brunajo armigero, & Mabilia ejus uxore tanquam primus dominus feodi laudavit & concessit.*

ADNIGRATI, *Prostrati, subacti, vilificati.* Papias.

ADNIHILARE, ad nihilum reducere, propriè respuere. Gloss. Gr. Lat. ἐξουθενῶ, *Adnihilo, Sperno, Respuo*; ἐξουθενισμός, *Adnihilatio*; ἐξουθενητὴς, *Spretus, Adnihilator.*

ADNUNCIATIO, *Annunciatio*, Promulgatio: *Annuntiare*, promulgare, publicare: occurrit passim in Capit. Caroli Calvi. Adde Annales Francorum Bertinianos an. 862. & Capitulare 1. Caroli M. an. 801. cap. 34.

ADOBARE, Exornare, Italis *Addobbare.* Charta Joannis Archiep. Capuæ an. 1301. in Sanctuario Capuano: *Una corrigia de seta rubea adobata de argento.* Perperam editum *adebata.*

Adobare, Armis instruere, Militare cingulum alicui conferre: vox confecta ex *adoptare*, quòd qui aliquem armis instruit ac Militem facit, eum quodammodo adoptet in filium. Senator lib. 4. Epist. 2. *Per arma posse fieri filium, grande inter gentes constat esse præconium: quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci.* In veteribus Statutis Patavii, quæ extant in publico urbis Tabulario, præcipitur, ut qui electus fuerit Potestas Vincentiæ, *faciat se fieri Militem adobatum.* Quo loco *Miles adobatus* dicitur is, qui cum ceremoniis consuetis militiæ dignitatem & cingulum adipiscitur. Statuta Urbis Mediolanensis part. 2. cap. 5. *Jurisperiti collegii judicum Mediolani, & Milites adobati sint.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 467. *Deinde ab eodem*

eodem Duce decenter est armis adornatus. Robertus Bourron in Hist. MS. Merlini & Arthuri: *Or aten jusques à le matin que je t'adouberay, & te donray armes.* Le Roman de Garin:

Adouber vueil l'enfant Gibert mon fil,
Si m'aidera ma guerre à maintenir,
C'est bien à fere, Sire, dit Auberi,
Envoyez-le l'Empereres Pepin,
Si fera bien Chevalier le meschin. Idem:
Adoubés moi, Biax Oncles, dit Garin.
Et dit Fromond, Volentiers, biax amis.
Or vos alez bagnier & revestier, &c.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Mes d'une chose me dites verité,
Se onques fûtes Chevalier adobé.

Le Roman d'Auberi MS.

Sire, dit-elle, pour Deu de Paradis,
Soit adoubez mes freres Auberis,
En toutes cors en iert plus Seignoris.
Volentiers, Dame, dist Raols li gentis,
Le jour meismes n'y a plus terme mis,
Fu Chevaliers ses freres Auberis.
Mais tant ont il envers luy entrepris,
Que il de robe ne l'ont mie porquis,
Ne d'escarlate, ne de vaier, ne de gris,
Que de devant ne s'en ierent partis,
Mult se hasterent pour lor maus anemis,
Raoul l'adoube qui estoit ses amis,
Premiers li chausse ses esperons massis,
Et puis li a le branc au costel mis,
En col le fiert, si con il ot apris,
Tien, Auberi, dit Raols li gentis,
Que Dame Dex, qui en la Crois fu mis,
Te doinst pooir contre tes anemis.
Dex vos en oie, Sire, dist Auberis,
Amengier voil pour Deu de Paradis, &c.

Le Roman de Florimond MS.

Sire, je suis à vous venus,
Assés fu grans, fors & creus,
Or si voudroie estre adoubéz.

Le Roman de Gaydon MS.

Là me fist-il Chevalier adoubés.

Infrà:

Si ne fussiés Chevaliers adoubés.

Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

S'estoit Chevaliers devenus
De la main du Roi proprement,
Qui l'adouba moult ricement.

Hinc *Adobati* nudè, Milites dicti. *Le Roman de Garin:*

Ricard s'en vet à Laon la Cité,
En sa compagne trois cens des adobés.

Occurrit passim apud Poetas nostrates.

ADOLESCENTIARI, νεανίζειν, in Glossis MSS. apud Vossium, Adolescentum more agere. Utitur etiam Varro apud Nonium.

ADOPRARE, ex Ital. *Adoperare*, in Actis B. Thomassi Eremit. Camald. n. 40. Adhibere, uti, pro *operari*, *efficere*. Vetus Charta an. 1056. apud Ughellum tom. 1. part. 2. *Habeat in omnibus licentiam — causare, agere, & ragunare, & adoprare, &c.* Nec scio, an hæc vox restituenda sit in Charta Sancti Regis Aragon. æræ 1090. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 9. *Adhuc unum do eis solarem, ut ipsi se adopraverint, in quo possint facere bonas casas ad habitandum.* Ubi editum *adoptaverint*.

ADOPTARI per Baptismum, dicebatur is, qui ad Baptismum ab aliquo offerebatur, pro quo ille spondebat apud Sacerdotem baptizantem: unde non modò qui baptizabatur, *filii adoptivi*, vel saltem *filioli*, patrinus verò *patris spiritualis* & *adoptivi* appellationem exinde retinebant: sed idem patrinus, in signum veluti adoptionis legitimæ, munus aliquod eidem filiolo, tanquam susceptionis suæ portiunculam conferebat, quod *filiolatum* vocabant. Hesychius: υἱοθεσία, ὅταν τις θετὸν υἱὸν λαμβάνῃ, καὶ (alii emendant καλὰ) ἅγιον βάπτισμα. Monachus Sangallensis lib. 2. c. 29. de baptizatis Normannis: *Qui à primoribus Palatii quasi in adoptionem filiorum suscepti, &c.* S. Bonifacius Mogunt. Episc. Epist. 15. *Homo quidam alterius filium de sacri baptismatis fonte elevans, adoptavit sibi in filium, cujus postea viduatam duxit uxorem.* S. Rembertus in Vita S. Anscharii Archiep. Hamburg. n. 10. de Heroldo Danorum Rege: *Ipse* (Lud. Pius) *de sacro fonte suscepit, sibique in filium adoptavit.* Simeon Dunelmensis de Gestis Anglor. an. 994. *Quem Rex honorificè suscepit, confirmari ab Episcopo fecit, sibi in filium adoptavit, regiaque munera donavit.* Dudo de Actis Normann. lib. 3. p. 101.

Quin & adoptivam prolem susceptus ab alma,
Extollensque salutiferi baptismatis unda.

Alios congessimus locos in Dissert. 22. ad Joinvillam p. 274. Vide *Filiolus, Filiolatus, Patrinus, Pater spiritualis.*

Adoptare in hæreditatem, vel in adfatimi, per scripturarum seriem, seu per traditionem, & testibus adhibitis, secundum Legem Ripuariam, tit. 48.

Adoptare sibi in maritum, pro *nubere*, apud Hovedenum p. 686.

Adoptare in Militem, i. Vassallum sibi facere apud Albertum Stadensem an. 1072. Vide *Miles*.

Adoptio filiorum, jure Francorum, permissa iis, qui liberos non habebant, fiebatque traditione bonorum, eorum reservato usufructu, coram Rege, vel Comite, & Scabinis, vel Missis dominicis, qui ad justitias faciendas in provincias mittebantur, ut est in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 207. Adoptionis verò formulæ habentur apud Marculf. lib. 2. form. 13. & apud Lind. form. 58. 59. Jure Aragonum, ex Foris Oscæ an. 1247. *Omnis homo, cujuscunque conditionis sit, licet habeat filios legitimos, potest inter eos constituere filium adoptivum: qui post mortem patris tenebitur æqualiter cum legitimis* (ad) *ejus debita persolvenda, & cum eis tanquam legitimus sortietur.*

Adoptiva fœmina, Adscititia, συνείσακτος, in Concilio Braccarensi I. cap. 15. & in Collect. Canonum Martini Braccar. cap. 32.

ADOPTARIUS, *Puer ex adoptato natus*, in Gloss. Isid.

ADORARE, in sacris litteris, & apud scriptores Ecclesiasticos, sæpe pro *honorare* & venerari sumitur. Paulinus Natali 9.

Ecce Sacerdotis reditum satiatus adoro,
Suspiciens humili metantem in pectore Christum.

Gregorius M. lib. 9. Epist. 9. *Aliud est picturam adorare, aliud per picturam quid sit adorandum addiscere.*

De adoratione Imperatorum, seu salutatione, multa congessit Jacobus Gothofredus ad. leg. un. Cod. Theod. de Præpositis sacri cubiculi, ut & Salmasius ad Hist. August.

Adoratio barbara, in Legibus Canuti Regis, quæ paganorum more fit, qui idola adorant, vel Solem, Lunam, Ignem, & alia hujusmodi. Adde Canones editos sub Edgaro §. 16.

ADORATORES. Alypius Antiochenus in Descript. orbis c. 18. *Ditimi enim* (Æditumi) *& Sacerdotes, & Ministri, & aruspices, & adoratores, & divini optimi habundant.* Vide ibi Jacob. Gothofredum.

ADPECTORARE, *Applicare ad pectus*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. Gr. *Adpectora*, παραβάλλε, θώρηξον.

ADPENNIS. Vide *Apennis*.

ADPERTINET, pro *Pertinet*. Galli dicunt *Appartient*. Innocentius de Casis literar. *Medius fons ad ipsum adpertinet.* Idem: *Eidem fundo adpertinet.*

ADPETULANTIA, *Procacitas*, in Glossis Isidori.

ADPLENE, Cumulatè, abundanter: Gallis *à plein*. Vita S. Leodegarii: *Adplenè in omnibus disciplinis politus.*

ADPLICARE. Vide *Applicare.*

ADPORTIO. Vide *Aprisio.*

ADPREHENDERE, Discere, memoriâ complecti, Gall. *Apprendre.* Paulus PP. Epist. ad Pipinum Franc. Reg. in Codice Carolino: *Ad instruendum eos in psalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere —— nequiveram.*

ADPRETIARE, *Appretiare,* Pretium rei cuipiam imponere. Will. Brito in Vocab. *Appretiare, pretium determinare.* Lex Alemann. tit. 75. *Illam optimam vaccam 4. tremisses licet adpretiare. Pretium adpretiare,* in Lege Salica tit. 52. *Adpretiare pecus,* in Leg. Bajvvar. tit. 13. c. 8. & Capit. Carol. M. lib. 5. c. 14. Charta fundationis Monasterii Fontanensis in Norman. tom. 2. Monastici Angl. p. 974. *Quorumque autem ipse Abbas appreciavit de hominibus ejusdem Radulphi, sive dono recepit, seu cujuslibet rei gratiâ conquisivit, idem Radulphus concessit.* Et mox: *Concessit quoque idem Rex huic Fontanensi Ecclesiæ, per gratiam Regis, pietatis suæ libertatem de omnibus propriis rebus suis, & potestatem vendendi, & appretiandi liberè & absolute, atque immunitatem & quietantiam de omnibus theloneis & consuetudinibus.* Vide Fletam lib. 1. c. 18. §. 8. 9.

Appretiari, Laudare, commendare, *Priser.* Leges Edvv. Confess. *Quam* (legem) *cùm Rex VVillelmus audisset cum aliis regni sui legibus, maximè appretiatus est eam, & præcepit, ut observaretur per totum regnum.*

ADPRIMITUS, pro *Primitus, primùm,* in Vita S. Winebaldi Abb. Heidenhem. n. 8. 12.

ADPROPIARE, Studere, curare. Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ: *Adpropiavi vobis pauca mittere, ut fidem vestram consummatam habeatis.* Græca habent: ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι. Vide *Appropiare.*

ADPROPRIARE. Vide *Appropriare.*

ADQUE, pro *Absque,* in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. cap. 9. apud V. Cl. Steph. Baluzium.

ADQUIETARE. Vide *Acquietare.*

ADRAMIRE, *Adhramire, Arramire,* Cavere, promittere, obligare se coram judice rem quampiam se facturum; verbi gratiâ juraturum, testes adducturum, aut duello jus suum probaturum.

Adhramire, in sacramentis ac testimoniis vox frequens: ubi *adhramire sacramentum,* est cavere, se certa die & certo loco juraturum, aut testes adducturum: *Promettre, ou s'obliger, de faire serment.* Lex Salica tit. 39. *Ille qui per vestigium sequitur res suas, debet per tertiam manum adhramire.* Infrà: *Quod si ille, qui per vestigium sequitur —— per tertiam manum adhramire noluerit, &c.* ubi hoc loco Editio Heroldi tit. 40. habet, *non offerre per tertiam manum voluerit.* Ex quo evidenter patet *adhramire,* esse *offerre,* testes & sacramentum. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. §. 20. & Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 58. *Ut sacramenta, quæ ad Palatium fuerint arramita, in Palatio finiantur: & si Sacramentales cum ipso venire noluerint, jussione dominica, aut sigillo, vel judicio, ad Palatium venire cogantur.* Et §. 36. *Ibi sacramenta juranda sunt, ubi antiquitus fuit consuetudo sacramenta arramire, vel jurare, ubi mallum habeatur.* Eadem præferunt Capit. Car. M. lib. 4. cap. 28. *Habere sacramentum adhramitum,* in Formulis veter. incerti Auctor. form. 1. *Sacramentum per fistucam adhramire,* form. 2. Capitularia Caroli M. pro partibus Saxoniæ c. 31. *Si cuilibet homini sacramentum debet, adrameat illum ad Ecclesiam sacramento ad diem statutum.* Ubi perperam editum *aframeat.* Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 26. *Et se il veut aramir ou jurer que il ne fit la requesse.*

Testimonia, seu *testes adhramire,* in Formulis incerti Auctoris cap. 3. Nam *testimonia,* idem valet quod *testis:* unde nostri *Temoins* dicunt. Ita usurpat etiam vetus Placitum sub Carolo Rege, editum à V. Cl. Steph. Baluzio in Append. Capitul. *Arloinus mandatarius sua agramivit testimonia, nuper veniens Arloinus ad suum placitum, quod arrhamitum habuit, & ibidem sua testimonia protulit bonos homines & idoneos, &c.* Vetus Notitia sub Ludovico Pio apud Perardum in Burgundicis pag. 34. *Proinde taliter Fridelono judicatum fuit, ut tale testimonia arremisset in proximo mallo, post 40. noctes, quem ipse Comes in Augustidunensi tenet, ut secundùm legem suam Salicam adprobat, sicut superiùs postulavit, aut faciat, quod lex est.* Alia Notitia sub eodem Lud. p. 36. *Placitum suum legibus attendidit, unde ante hos dies per judicium testimonia arremivit, ante viri illustris Theodorico Comiti, &c.* Alia ibid. p. 147. *Et dixit quòd tales testes haberet, & per judicium Scabinorum VValdricus arramivit post 40. noctes in proximo mallo, quod—— ipsi Missi tenent, ipse Alcaudus cùm sua testimonia adprobare faciat.* Charta Balduini Episcopi Noviomensis an. 1064. apud Vassorium: *Post quorum judicium octo dierum petivit inducias, in quibus meditatus, aut suos, quòd vera faterentur, adramiret testes, vel meorum, unde probare vellent, testimonium reciperet.* Charta Communiæ Meldensis an. 1170. in Chartular. Campaniæ Thuani fol. 299. *Si quis verò alicui sacramentum facere debuerit, & ante arramitionem sacramenti se in negotium suum iturum dixerit.* Eadem habentur in Charta Communiæ Suessionensis an. 1181. & Crespiaci an. 1223.

Vadium adhramire. Charta Chlodovei III. Regis apud eruditum Mabillonium: *Aut hoc conjurare deberet, quòd ipso VVaddio eodem anno memorato Chainone Abbati nunquam adchramissit.* Alia ejusdem Regis: *Postea memoratus Chrotcharius, aut etiam amplius placitum suum, ut lex habuit, custodissit, & ipso Amalchberctho abjectissit, vel subsadissit, ipsi Amalchberctus nec venissit ad placitum, nec ipsum unde Barone suo Inlustri viro Ermetario quondam per ipsas præceptiones habuit achramitum, nullatenus præsentassit, nec nulla sunnia nunciasse affirmat.* Adde Capitulare 3. an. 813. cap. 15.

Arramire bellum, seu duellum, est promittere in judicio rem, de qua agitur, duello se probaturum. Tabularium Vindocinense Thuani ch. 9. *Pro his rebus acquietandis arramivimus bellum in Curia Vindocinensi, causæ nostræ fidentes, & ad hoc provocati.* Et ch. 159. *Abnegavit se esse servum S. Martini, & de hoc arramivit bellum contra nos. Aramir bataille,* in Consilio Petri *de Fontaines,* à nobis edito cap. 21. n. 11. id est, *duellum arrhamire.* Inde postea vox eadem usurpata in bellis, uti vocant, publicis. Curia generalis Catalaniæ in villa Cervariæ an. 1359. *Insuper ordinavimus, quòd dehinc ab 1. mensis Madii, & ab inde ad duos annos proximè venturos, aliquis Baro, Miles, homo de Paratico, vel homo villæ honoratus, nequeat aliquem guarrejare, aut arremire, vel juntas de telono facere.* Chronicon Petri IV. Reg. Aragon. cap. 31. *E Don Pedro de Exerica trames los ab un porter nostre lettres de dementiments e de arramimentes de batailles.* Ubi Cod. MS. *arremiments* præfert. Willelmus Guiart an. 1196.

> *Pour biau neant s'est arami*
> *D'avoir mandé tante personne.*

Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

> *Si sont li Sarazin de combatre aramis.*

Aramir un tournois. Balduinus de Condato MS.

> *Et il est entre deus rens mis,*
> *Ains que tournois soit aramis,*
> *Et il void d'armes son content.*

Hinc *Aramie,* pro bello indicto.

Le Roman de Garin:

> *Ne la guerre, ne l'aramie*
> *De Gadifer n'aceva mie.*

Philippus *Mouskes* MS.

> *Mes Pepin no l'aceva mie.*
> *Ensi demora l'aramie.*

Et mox:

> *Ne la guerre, ne l'aramie,*
> *De Gadifer n'aceva mie.*

Joan-

Joannes de Condato MS.

Bien quiday que par aramie,
Se fussent illuec assemblé.

Le Roman de Charité MS.

Martins, Nicolas, & Remis,
Sunt chils qui Diex a arramis
Encontre chez hautes personnes.

Arramare, idem videtur quod *adhramire*: vox frequens apud Practicos Anglos, apud quos v. g. *arramare juratam in assisa*, vel *assisam arramare*, est profiteri, probaturum se jus suum in assisa. Ita Bracton. lib. 3. de Act. cap. 11. §. 11. 12. 13. lib. 4. tract. 1. cap. 37. 38. tract. 5. cap. 7. §. 1. & Fleta lib. 4. cap. 2. §. 22. cap. 5. can. 9. §. 1. cap. 20. §. 5. cap. 22. §. 1. lib. 5. cap. 2?§. 2. 3.

Raymatus, idem quod *Arramatus*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 22. *Qui super hoc convictus fuerit, sit raymatus ad voluntatem Regis.* Cap. 24. §. 2. *Sit adjudicatus ad personam domini Regis, & sit raimatus ad voluntatem Regis.* Secunda Statuta ejusdem Rob. cap. 12. *Et dissaisitor sit raimatus & redemptus.*

Aremia, Arrama, in Foris Bencharn. cap. *de Boscages*, art. 3. *Errame* in Consuet. Claromontensi in Bellovacis art. 4. *Aramme* in Vadensi art. 7. *Arramitio*, vel *Reclamatoria*; id est, actio, qua quis rem repetit, suamque esse, sacramento facto, aut testibus adhibitis, probaturum se cavet: atque inde vox Practicis nostris familiaris, *arrement, suivant les anciens arremens*, id est, *secundùm veteres arramitiones.* Charta an. 1293. in 2. Reg. Parlamenti sign. B. fol. 2. *Regem Angliæ ut 20. die post instans festum Nativit. Domini, quam eidem peremptoriè & secundùm omnia erramenta assignamus, &c.* Ibid. fol. 66. *Pronunciatum fuit, quòd dicti Milites de præmissis curiam non haberent, & retinuit Curia cognitionem de prædictis, remisit arramenta apud Meledunum coram Ballivo.* Vide Regest. 1. fol. 96. &c.

Sæpe etiam sumitur hæc vox pro mulcta, quæ irrogatur pro *defectu*, seu *defalta*, cùm videlicet actioni intentatæ quis non respondet, ut in laudatis Consuetudinibus. Charta an. 1259. in M. Pastorali Eccl. Parisiensis, lib. 1. ch. 21. *Et ad ejusmodi placita & etiam ad omnia alia Major cum Præposito, loco Capituli Parisiensis, debet, si voluerit, interesse emendæ & aremiæ cum omni genere probationum, &c.* Vide Bellomanerium cap. 61.

Aramita, eadem notione non semel in veteri Notitia tom. 12. Spicilegii Acheriani.

Arramina. Tabularium S. Dionysii an. 1244. de Majore de Grandiputeo: *Habet omnimodam justitiam in hominibus & hospitibus S. Dionysii, citationes, arraminas, districta, abonagia, denarios, &c.*

Ejusdem videtur notionis, & originis vox *Desramme* in Usaticis MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi, tit. *de faire Loi, que on appelle Derramme. La loi, que l'on appelle Desramme par la Coustume de Normandie est faite en plusieurs manieres, & plusieurs conditions, aucune fois par 2. tesmoings, ou par 3. ou par 4. ou par 5. ou par 6. ou par 7. & ne surmonte point le nombre de 7. tesmoins par la Coustume de Normandie, & ne pour quant en la Vicomté de l'Eauë de Rouen, se elle est gagie contre la Court, & cil qui l'a gagie, li fera la tresuue en cette forme: C'est assavoir, que la Justice dira à celui, qui a gagiè la loy, se il est garny & appareillé, de sa loy faire. Se il dit oüil, adont il fera escarie la loy en cette fourme, sa main estenduë sur le Livre, & dira aprés cil, qui tendra les Plés: Se Dieu m'ait & ses Sains, l'argent que vous me demandez, je ne le vous dois pas: ou dira, je ne le fis pas cen: & adont se doit lever sus du serement, & departir s'en. Et dont les autres aideours* (consacramentales) *sans appeller & sans detrier, & qui ne soit subçonnés ne par prieres, ne par prins, se doivent aproucher chascun pour soy au livre la main estendue dessus, & puis dire l'escarissement en cette fourme: Du serment que N. a chi juré, sauf serment à juré, se Dieux m'ait & ses Sains; & tel maniere tous les autres doivent jurer: en quoi se muent, rien ne delessent des parolles, qui leur sont escaries de la Justice, si comme il est dessus dit. Cil qui gaja la loy, ou la Desramme perdra: & se aucun gage la loy ou Desramme contre aucun autre que contre la Court, il la pourra faire soy siste main.*

Jam verò de vocis etymo non una est sententia. Beslius ab *Affirmare* formatam vult; Wendelinus à *Rama*, seu *Ramallum*, quod est, uti sentit, locus, in quo judicia exercentur, deducit; ita ut *adhramire* sit sistere se in judicio, quod in *Rama*, seu *Ramallo*, habetur, atque in illo præstare juramentum de dando aut faciendo, quod judicabitur. Bosquetus ad Epistolas Innocentii III. PP. *arrhamire* ab *arrha* deducit, quòd qui adrhamibant, facturos se quidpiam, arrham dabant, seu mittebant, fortè chirothecam aut festucam, ut est in formula 2. inter formulas incerti Auctoris: quam sententiam videtur amplecti Bignonius in Notis ad Legem Salicam, qui putat *adrhamire* eandem habere vim, quam habet *arrer*, apud nos, *ab arrha data.*

ADREGNIARE, Equum freno tenere & adducere, *Amener un cheval par les resnes.* Veteres Scriptores frena *Regnes* vocant, quibus scilicet equus regitur. Leges Henrici I. cap. 83. *Ipsum corpus solito defunctorum more componat, — super clypeum, si habeat, & lanceam suam figat, & arma circummittat, & equum adregniet, &c.*

ADRESPONSUM. Vide *Responsales, Responsum.*

ADRIPARE, Ad ripam appellere, Italis *Arripare*, Gallis *Arriver.* Charta Zuentibaldi Regis apud Vill. Hedam in Hist. Episc. Traject. *Cum navibus adripantibus, aut ibidem commanentibus.* Vide *Adlittare.*

Arripare. Charta an. 1243. in Regesto Tolosano fol. 89. *Quòd possint piscare, quandocumque voluerint, per Garonnam & per Arigiam, & navigare, & arripare cum eorum corseriis liberè, &c.*

Arripagium, Arrivagium, tributum, quod pro appulsu navis in portum exsolvitur. Tabularium Fossatense: *Et habet ibidem arripagium in flumine Materna de qualibet navi, ibidem onerata vel exonerata.* Vetus Charta apud Paradinum in Histor. Lugdun. lib. 2. cap. 104. *Quod dominus Abbas & successores sui perpetuò habeant duntaxat arrivagia, inventiones, in quibuscumque rebus consistant, & piscationes, ac emolumenta piscationis à ponte Rhodani usque ad caput Insulæ Regularium S. Irenæi.* Occurrit etiam in Compoto Præpositurae Parisiensi ann. 1333. Locum damus in *Egrunum.* Charta Philippi Ebroicensis pro Mellenti incolis an. 1320. in Tabulario Prioratus S. Nicasii fol. 72. *Et seront frans & quites — de roüage, de panage, de terrage, de pelage, de passage, d'arrivage, & de toutes autres coustumes, &c.*

ADRODERE, vox propria τῶν παραχαρακτῶν, quos *de Rogneurs de monoyes* dicimus. Lex 1. Cod. Theod. de Ponderator. *Emptio venditioque solidorum, quos excidunt, aut diminuunt, aut (ut proprio verbo utar cupiditatis) adrodunt, tanquam leves eos vel debiles nonnullos repudiantibus impeditur.* Vide *Tonsor.*

ADRUMARE. Gloss. MSS. Regiæ; *Adrumavit, Rumorem attulit.* Gloss. Isidori; *Rumare, Rumores adferre.* Gloss. Græc. Lat. φημίζω, *vulgo, Adrumo, conrumo.* Ugutio: *Rumare, Rumores facere: Adrumare, Rumores afferre, corrumare, Rumores dicere.* Festus: *Adrumavit, rumores fecit.* Baldricus in Chronico Cameracens. lib. 4. cap. 19. *Antequam Legiam pervenisset, adrumatur ei, Ducem rediisse.* Id est, per rumorem significatur. Testamentum Herberti Comitis Viromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Histor. Cameracensi pag. 7. *Unicuique C. solidos post obitus mei adrumationem enumerari volo.* Id est, statim atque obitus mei rumor & fama pervenerit.

ADRUNCARE, *Evertere.* Papias MS.

ADSALIRE, *assalire*, Adoriri, invadere. Ugutio: *Assalire, Aggredi, Invadere, Arripere.* Galli *Assaillir* dicunt. Synodus Helenensis an. 1027. *Ut nemo in supradicto*

dicto Comitatu, vel Episcopatu habitans assaliret aliquem suum inimicum ab hora Sabbati nona, &c. *In via adsalire, villam adsalire*, passim in Lege Salic. tit. 15. §. §. 10. tit. 16. § 2. tit. 19. §. 10. tit. 44. in Cap. Car. M. lib. 5. tit. 212. tit. apud Marculfum l. 1. form. 29 39. in vett. Formul. c. 30. apud Dudonem lib. 2. de Gest. Norman. p. 74. Hugonem Flaviniac. in Chron. p. 243. Rigordum an. 1190. Nangium in Gestis Philippi III. p. 534. &c.

Adsalitura, in Capit. Carol. C. tit. 12. 29. & 30.

Adsultus. Gregor. Turon. lib. 2. Mirac. cap. 5. *Cùm in adsultu gladii eum non potuisset attingere, &c.*

Assultus. In Concilio Islebonensi c. 16. apud Innoc. III. lib. 14. Epist. 126. &c. Papias: *Assultus, Impetus.* Vide Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 105. Baldric. l. 3. c. 73. *Assaillies*, apud Villharduinum n. 83. 86. 87. &c. *Assultus præmediatus*, inter crimina, quorum cognitio ad Regem spectat, in Legibus Henrici I. cap. 10. 80.

Assaltus, Gallis *Assaut*, in legibus Edvvardi Confess. cap. 12. & Henrici I. c. 80. & apud Rigordum an. 1190. Charta Conradi I. Imp. apud Ughellum tom. 4. p. 807. *Et super seniorem suum, & Monachos, & Clericos suos de manibus tollendo assaltum faciant, &c.* Charta Conradi II. Imp. an. 1151. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 168. *Fodrum quoque & albergariam, & districtum, collectas, bannum, placitum, assaltum, & cetera quæ regii juris sunt, &c.* Adde p. 259. *Suite d'assault*, in veteri Consuetudine Normanniæ c. 75. *L'en fait suite d'assaut & de paix brisée en diverses manieres, selon la diversité des lieux: car l'en suit d'assault de charuë, d'assault de chemin, d'assault de maison, d'assault de champ, &c.*

ADSAPORARE. Vide *Saporare.*

ADSCRIPTITII. Vide *Ascriptitii.*

ADSECIÆ, *Domestici familiæ, agazones, pedissequi, lenones*, in Gloss. Isidor. Gloss. Latin. Græc. *adsecla*, παράσιτος.

ADSECTATOR, ἐρεθιστὴς μαθητῶν, in Gloss. Lat. Gr. ad verbum *Irritator discipulorum.*

ADSECURARE. Vide *Assecurare.*

ADSEDA, alià *Adsella, sella quadrijugis*, in Glossis Isidori.

ADSELLARE. Vide *Sella.*

ADSENTATIO, Assensus, consensus, in l. 5. Cod. Theod. de Locat. fundor. juris emphyt.

ADSERVIARE, ex Gallico *Asservir*, servitio obnoxium facere. *Res adserviata*, in Libertatib. Villæ Bellijoci an. 1274. i. servitio alicui obnoxia.

ADSESSOR *dicitur qui assidet ad gesta publica transscribenda.* Ita Glossæ MSS. Regiæ ad Codicem Theodos.

ADSIMILARE, *Assimilare*, effingere, similem facere. Papias: *Repræsentat, Assimulat, Effingit, Figurat.* Gloss. Lat. Græc. *Adsimilatio*, ἀφομοίωσις. Gesta Regum Francor. cap. 181. *Deditque eis Chlodoveus --- baltheos & armellas adsimilatas de auro; sed deintus æramen & cuprum erat deauratum sub dolo factum.* Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 42. *Sed totum adsimilatum auro: erat enim æreum deauratum sub dolo factum.* Arnobius Junior in Psalm 147. *Crystallum hoc grandinis memorat Dei lapidationem, quam panibus fractis & buccellis adsimulat.* Vide *Simulare.*

ADSIMULARE, Simulare, *Faire semblant.* Lex unic. Cod. Theod. de Hirenarchis: *Hirenarcharum vocabula, quæ adsimulata provincialium tutela, quietis ac pacis per singula territoria non sinunt stare concordiam.* Paulus lib. 5. Sentent. *Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant.* Utuntur Plautus, Cicero, & alii è classicis Latinis. Adde Gesta Regum Francor. cap. 32.

Adsimulatio, Dissimulatio, actio ipsa *adsimulandi*, in l. 18. Cod. Theod. de Episc.

ADSITA, *àrbor, cui incolumi aliud quod sustineat adjungitur.* Papias.

ADSOLARE, *Assolare*, Ad solum & terram deprimere: *Assoula*, Occitanis Joan. de Janua: *Assolatus, ad solum deductus. Naum cap. 1. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: vel secundùm aliam literam, & colles assolati sunt, i. ad solum deducti, ad solitudinem redacti, de solio depositi.* W. Brito in Vocab MS. *Assolatus, i. vanus, & dicitur ad solum, i. ad terram redactus, de solio depositus, & ad solitudinem redactus.* Tertullianus Apologet. c. 5. *Si honorem inquietant divinitatis, si majestatis vestigia adsolant.* Ita legit Rigaltius ex Cod. Fuldensi, ubi Editi præferunt *obsoletant.* Fori Oscæ Ja obi I. Reg. Arag. an. 1277. *Nec etiam debent deteriorare aliquid de commissis; quod si fecerit, debent totum reficere, quod per eos fuerit assolatum*, id est, destructum. Aliud est

Assolare, in Bulla Benedicti VIII. PP. tom. 1. Ughelli part. 1. pag. 137. *Simulque pratum in integrum cultum & assolatum, situm in campo qui vocatur, &c.* Charta Benedicti de Pontio Episcop. Portuensis apud eundem Ughellum tom 1. pag. 143. *Simulque pratum in integrum cultum & assolatum situm in campo, &c.* Ubi *assolatum pratum*, est ad culturam redactum secundùm usum agriculturæ: dicimus enim *Assoler les terres*, cùm primo anno arantur, altero frumento, tertio trimestri frumento seruntur.

ADSPICIENTIÆ, Adjuncta, *pertinentiæ*, appendices. Charta Ludovici Regis an. 853. apud Guillimann. lib. 4. de Reb. Helvet. cap. 4. *Curtim nostram --- cum omnibus adjacentiis, vel adspicientiis ejus, &c.*

ADSTATIM, pro *statim*, crebrò occurrit in Chronico Windesemensi lib. 1. c. 1. 13. 17. 42. lib. 2. c. 31. 41. 42.

ADSUETUDO, pro *Consuetudo*, tributum, pensitatio. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 461. *Ut nec sibi nec aliis aliquam adsuetudinem seu reditum præter beneficia orationum à Monachis --- liceret exigere.*

ADTAMINARE. Vide *Attaminare.*

ADTEMPERIES, Temperamentum. Lex 2. Cod. Theod. de Custod. reor. *Ut judicibus immodicè sævientibus fræni quædam adtemperies adhibita videatur.*

ADTEMPTARE, Sollicitare, inlicere: *Adtemptatio*, sollicitatio, leg. 2. Cod. Theod. de Raptu vel matrim. sanct. leg. 5. de Locat. fundor. jur. emphyt. leg. 26. de Episcopis.

ADTENTARE. Vide *Tenda.*

ADTERMINARE, Terminum ponere, diem causæ dijudicandæ præfigere, Gallis *Aterminer.* Leges Edvvardi Confess. Reg. Angl. c. 3. *Item diximus, quòd dignum esset, qui rectum alicui difforciat --- vel in Bocland, vel in Falcland, ut ei adterminetur in Folcland, quando velit ei rectum facere coram Præposito suo.* Leges Adelstani Regis cap. 7. *Volumus ut rectum & jus publicum judicetur in omni causa, & adterminetur, quando id impleatur.*

ADTONDUS, *Atondus.* Chart. Hispanica æræ 1111. apud *Yepez* in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 6. *Equos & bacas* (vaccas) *quantas habuit in meo jure, damus, atque concedimus, de caballos atque boves, & de meo ganato, & de meos adtundos, duas tertias integras ad ipsum locum plantare concedimus.* Alia æræ 1011. ibid. *Et de illas hereditates alias, & de illos cabalos, & alias loricas, & illos atondos damus illas per confessiones & ganatos, & sua reposta, sicut cum illo meo germano verbum habuimus.*

ADTOXICATUS, Toxico, vel veneno infectus, *impotionatus.* Historia Mortis & Miraculorum S Leonis IX. PP. n. 30. *Qui adtoxicatus maleficiis mulieris, &c.*

ADTRAHERE, Acquirere. Formulæ veteres c. 27. *Tam quod regio munere perceperat, & quàm de diversis partibus per venditiones, donationes, cessiones, commutationes adtraxerat.* Charta Caroli M. in Chronico Laurisham. an. 776. *Quidquid adhuc ex munere Regum, seu Reginarum, seu quod pro collata populi, vel de comparato, vel de quolibet adtractu augmentare, vel immeliorare, seu adtrahere potuerint,* Alia ejusdem

Caroli

Caroli M. anno 1. regni, ex Tabulario Corbeiensi: *Ut quidquid--- ab ipsis Abbatibus mihi servientibus fuit attractum, aut inantea ibidem, Deo auxiliante, a quibuslibet hominibus fuerit melioratum vel augmentatum, &c.* Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 18. *Multa terrarum compendia, multa villarum prædia adquisivit, non quidem ulli tollendo, sed benefaciendo, eodemque adtrahente, multaque beneficia affluenter attribuente.* Primum Testamentum Widradi Abb. Flaviniac. *Et si aliquid comparavero, vel adtraxero, &c.*

Adtractus, vel *Adtractum*, comparatum, acquisitum. Charta Chlodovei III. Regis ann. 2. *Quidquid ipse Ingoberchtus vel memorata Angatrudis, tam de alode parentum, quàm de comparato, vel de qualibet adtractum ibidem tenuerint, vel possederint, &c.* Charta inter Alamannicas Goldasti 59. *Quidquid genitor meus --- de quolibet adtracto in loca illa habuit.* Et ch. 50. *Quantumcumque mihi in jam dicto pago advenit tam de paternico, quam de maternico, seu de comparato, vel qualicumque adtractu noscitur ad me pervenisse.* Occurrit passim apud Marculfum lib. 2. form. 6. 7. 11. 23. &c. in Form. antiq. apud Doubletum pag. 718. 724. Ughellum tom. 5. pag. 602. &c.

Contractum, eadem notione in formula 62. ex Lindenbrogianis. Sunt qui *comparatum* volunt esse id, quod dato pretio, *conlatum*, quod gratuito quæritur. *Adtractum* denique, quod velut merces industriæ & lucrum laboris obvenit.

ADTROPARE, τροπολογεῖν, Tropicè, per tropologiam loqui, scribere. Arnobius Siccensis in Psalm 37. *Bene quidem voluit adtropare in beati Job passionem, istum Psalmum exponendo: sed qui passionem Job legere & scire desiderat, meliùs facit, si ipsum ejus librum discutiat.* Guibertus lib. 1. de Vita sua c. 16. *Ita moralem executus sum in omnibus tropum, ut penitus immutato locutionum ordine initia continuarentur ac supremum.*

ADVENÆ, Alienigenæ, extranei, qui vulgò *Albani*, nostris *Aubains*, qui dimisso proprio domicilio, aliò migrant, & alibi sedes figunt: qui aliunde veniunt. Gloss. Lat. Græc. *Advena*, μέτοικος, ἔπηλυς. Lex Longob. l. 1. tit. 25. §. 50. *De servo fugace, & advena homine, si in alia judiciaria inventus fuerit, &c.* §. 5. *Ut mancipia adventitia & fugitiva nullus præsumat recipere.* Adde Cap. Car. M. lib. 3. c. 18. Cap. Car. C. tit. 12. §. 9. tit. 13. §. 6. tit. 23. §. 6. tit. 31. §. 31. & l. 239. D. de verbor. signific. Consuet. municipales Belaci in Pictonibus in Reg. Inculism. *Item homines ibidem advenæ, qui dominum nondum fecerint in villa eadem, sub custodia & dominio Comitis sunt.* Vide *Albanus*.

ADVENTIO, Translatio reliquiarum, nempe Sancti alicujus. Ado Viennensis 4. Idus Januar. *Adventio sancti Hermetis.* Vide ibi Rosvveidum.

ADVENTITIUS, Advena, Albanus. Breviloq. *Adventitius, Advena, qui aliunde venit.* Gloss. Græc. Lat. ἔπηλυς, *Advena:* *Adventitius*, ἐπείσακτος, *Inductitius, Advena, Adventitius.* Capitul. 3. an. 806. c. 4. Capit. 2. ad Legem Bojuvar. §. 4. & lib. 4. addit. 2. cap. 2. *de Adventitiis: Ut cùm Missi nostri ad placitum venerint, habeant scriptum, quasi sint in illorum missatico.* Similia habentur in Edicto Pistensi in Capitul. Caroli C. tit. 31. §. 31. Lambertus Ardensis: *Sed dum contra eos rixarentur, & decertarent quandoque Ardenses, adventitios illos & servilis conditionis opprobria notabiles esse verborum objectione turpium improperaverunt, &c.* Regestum Philippi Aug. *Major & Jurati Calniaci dixerunt, quòd adventitii Castellaniæ Calniacensis sunt domini Calniaci.* Vide Bractonum l. 4. tract. 1. c. 28. §. 5. *Mancipia adventitia & fugitiva*, in Leg. Longob. lib. 1. tit. 25. §. 66. *Adventitiæ merces*, apud Ammian. lib. 14. *Adventitiæ species*, quæ ex aliis provinciis importantur, l. un. Cod. Theod. de Saccar. Urb.

Adventitia. Gloss. Lat. Græc. *Adventitium*, ξένον, ἐπήλυσον. *Adventitia bona*, quæ ex successione, vel aliunde obveniunt: *Biens adventifs*, in Consuet. Burbonensi art. 174. & Arvernensi cap. 14. art. 1.

Adventor, Advena, adventitius, vel hospes. Vetus Inscriptio 181. 1. C. *Auruncetus, cotta, colonis, incolis, hospit. adventoribus, servisque eorum, lavationem ex sua pecunia in perpetuum dedit.* Vita S. Afræ: *Videns honestos viros, existimans adventores impudicos, paravit cœnam, &c.* Vide Juretum ad Symmachi lib. 1. Epist. 41. Utitur Plautus. In Gloss. Gr. Lat. ἐργοδότης, est *Adventor*, locator operis.

ADVENTORIA, apud Martialem in Præfat. lib. 12. est Epistola, quæ adventanti amico mittitur obvia. *Litera adventus prævia*, apud Sidon. lib. 5. Epist. 16. πρόδρομος Plinio lib. 4. Epist. 9. *Præcursoria* eodem lib. Epist. 13. *Metatoria* eidem Sidonio lib. 8. Epist. 11.

ADVENTUS, Tempus, quod Natale Domini præcedit, constans 4. septimanis, quod à Petro institutum ait Durandus lib. 6. cap. 2. num. 1. quanquam non idem semper fuit Hebdomadum & Dominicarum numerus: nam in Missis Ambrosianis *de Adventu Domini*, sunt sex Dominicæ, & prima subsequitur festum S. Martini, quod testatur etiam Radulfus Tungrensis propos. 16. Vide Abbonem Monach. apud Baron. an. 1001. n. 5. & Menardum ad Sacrament. Gregor. M. pag. 215.

Sed & illud pariter observandum, à Natali Domini, sive Adventus, primam Dominicam, sive Hebdomadem modò appellari, quæ remotior est, quartam verò quæ proxima: antiquitus verò inverso numerandi ordine, proximior prima, remotior, quarta dicebatur, uti docemur ex Amalhario lib. 3. de Offic. Eccles. cap. 11. & libro Sacrament. Gregorii PP. Versus qui habentur in Martyrologio S. Victoris Parisiensis:

Adventum Domini non est celebrare Decembris
Post ternas Nonas, vel quintas ante Kalendas.

Vel sic:

Andreæ festo vicinior ordine quovis
Adventum Domini feria prima colit.

Vide Honorium Augustod. lib. 2. de Imag. mundi cap. 107. De nomine, sic Rupertus lib. 3. de divin. Offic. cap. 1. *Tempus quod Dominicæ Nativitatis memoriam antecedit, ideo Adventus nuncupatur, quia totus ejus Ecclesiasticus ordo juxta contemplationem Adventus Domini dispositus est. Advenire autem rectè Dominus dicitur, qui ubique est invisibili præsentia majestatis, dum assumpto quod visibile est nostrum, usibus carnis visibilem se ostendit, &c.* Cur à Fidelibus institutus sit, docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 1. Will. Neubrigensis lib. 5. cap. 17. *Erat autem hiems, & Dominici Natalis solennis exspectatio, quæ Adventus Domini dicitur, erat in Januis.*

Adventus, tributi species. Tabular. Burguliense fol. 59. *Gaufredus gener calumniatur, requirens ab eis relevamentum, ita ut nec ab ipso, nec aliquo hæredum suorum ampliùs requireretur. Postea cœpit quoque quærere aliam occasionem, quam Adventus vocant, pro quo petebat quotanno sibi reddi unum sextarium frumenti, & duos avenæ, & unum modium vini, &c.*

Adventus franci plegii. Vide *Plegium francum*.

Jocundus Adventus, tributum, quod Domino exsolvitur, cùm primùm ad aliquam dignitatem pervenit, verbi gratiâ, cùm Reges ad regnum educuntur. Computus Thesaurariorum Franc. 1316. *Pro dono facto Regi ratione jocundi adventus sui & exercitus Flandriæ 500. lib. Tur.* Vide Cognatum in Histor. Tornacensi lib. 4. cap. 15. extremo, & Chopinum lib. 1. de sacra Polit. tit. 8. §. 13. Adde præterea Concilium Lateranense IV. c. 57.

Ab Episcopis etiam exactas ejusmodi præstationes in eorum *jucundo adventu* legimus in Gestis Abbatum S. Germani Autissiodor. cap. 18. & apud Hubertum in Probat.

Probat. Histor. Ecclesiæ S. Aniani p. 62. Adde Constit. Sicul. lib. 3. tit. 18.

ADVERARE, Rem veram esse probare, nostris *Averer*: vox fori Aragonensis, de qua Michaël *del Molino* in Repertorio in v. *Adveratio*.

ADVERSARI, *Contraire: sed Boëtius dicit Adversamini vitia. i. respuite.* Papias.

ADVERSATIONES, Tributa, exactiones, malætoltæ, in Charta an. 1300. quam vide in verbo *Gandargium*.

ADVERSIPEDES, ἀντίποδες, in Gloss. Lat. Græc. quos primùm nominasse in Philosophia Platonem tradit Diogenes Laërtius.

ADVERSUS, *juxta*, vel potiùs, *in conspectu*, *è regione*. Lactantius de Mortibus persecutor. n. 23. *Filii adversus parentes suspendebantur: Fidelissimi quique servi contra Dominos vexabantur, uxores adversus maritos, &c.*

ADVINEARE, *vites in agro serere, plantare*, in Tabul. S. Cyrici Nivern. n. 54. & alibi.

ADVISARE, *Avisare*, ex Gall. *Advis, avis*, consilium: Italis *Avisare*, Gallis *Adviser, aviser*, consulere, deliberare. Nicolaus Clemangis in tract. de Annatis non solvendis pag. 82. *Certi, qui cum deputatis Dom. Cardinalibus convenirent ad advisandum.* Infrà: *Adducendo in medium rationes & justificationes, quas priùs longè advisaverant.*

Avisare. Libell. de Fundat. Monaster. Bigaugiensis pag. 253. *De eo Archiepiscopus doli nescius avisatur à quodam, &c.* Ericus Upsalensis lib. 3. Hist. Suecicæ an. 1304. *Dicens, quomodo avisatus esset, & certissimè informatus.* Infrà: *Desuper avisarent, &c.* Ita lib. 5. pag. 104. lib. 6. p. 205. *præavisatus*. Lib. 4. p. 117. Thom. à Kempis in Chron. Montis Agnetis c. 1. *Ad avisandum locum quietudini aptum.* Chron. Windesem. lib. 1. *Hic ergo, frater, sis avisatus, & caveas tibi.*

Avisamentum, Consilium, sententia, *Avis*. Charta Henrici VI. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. *De avisamento & consensu consilii nostri concessimus.* Henric. de Knighton lib. 4. *Per avisiamentum procerum certorum ad hoc Parliamentum assignatorum.* Adde Walsingham. pag. 509.

Advisor, qui dat consilium, *qui donne advis*. Testamentum S. Fulcranni Episcopi Lodovensis: *Tali tenore, ut Macfredus Episcopus sit provisor & Pater & ordinator & defensor ac tutor ipsius Monasterii, & omnes Canonici S. Genesii Sedis Lutevensis advisores & consolatores propter Deum, quatenus illis æterna merces reddatur à Domino Jesu Christo.*

ADVIVERE, pro *vivere*, superstitem esse, ἐπιζῆν, in lege Wisigoth. l. 4. tit. 2. §. 13. lib. 5. tit. 2. §. 4. l. 12. tit. 3. §. 13. Occurrit etiam passim in formulis, *dum advixerit, dum advixero*; & in l. 1. C. Theod. de Legit. hæred. Monet Hermolaus Barbarus apud Plinium lib. 15. c. 18. *advivit*, legi in MS. ubi Editi præferunt *vivit*. Utuntur etiam Tertull. de Anima c. 57. S. Hieronym. l. 1. contra Jovinianum, & Epist. 50. lex 28. §. 5. D. de Liber. leg. lib. 20. D. de Adimend. legit. hæred. Capitolinus in Antonino Pio, Vetus inscriptio p. 1115. 8. &c. Vide Cujac. lib. 8. Obser. c. 36. & Rosvveidum in Gloss. ad Vitas Patrum.

ADULA, *Caput lini*, in Breviloquo.

ADULALRIUS, *Vulgariter, dictus bestiarum custos*, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum v. *Bestia*. Vide Foros Oscæ an. 1247. Fol. 16. in Foris Aragon. fol. 58. v.

ADULCERARE, *Ulcerare*, ἑλκοποιεῖν, in Gloss. Gr. Lat.

ADULTER *solidorum*, παραχαράκτης, in l. 5. Cod. Theod. de Falsa moneta; *Adulterator monetæ*, in l. 1. Cod. Theod. de Conlatione æris, & l. 8. de Indulgent. crimin. Gloss. Gr. Lat. παραχάραγμα, *Adulteratio*, παραχαράκτης, *Adulter*. Hinc *Adulterini solidi, nummi, adulterina Moneta* passim.

ADULTERIUM, Stuprum, & quævis fornicatio. Nam ut ait Gregorius Nyssenus in Epist. ad Letoium: Ἤρεσε καὶ τὸ κατὰ τὴν πορνείαν πλημμέλημα μοιχείαν εἶναι νομίζειν διότι μία ἐστὶν ἡ νόμιμος συζυγία ἥ τε γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, καὶ ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα. Glossæ antiquæ MSS. exponunt per *stuprum, Adulterium in virgine perpetrandum*. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 37. de Droctigisilo Episcopo: *Et licet esset vorax cibi, ac potator vini extra modum, quam sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus*, id est, à nullo est infamatus, non de adulterio, opinor, sed de quovis alio crimine, aut defectu. Lex Wisigoth. lib. 3. tit. 4. §. 5. *Si filiam in adulterio pater in domo sua occiderit, &c.* §. 7. *Si puella ingenua, sive vidua, ad domum alienam adulterii causâ venerit, & ipsam ille uxorem habere voluerit, &c.* Ita *adulterium* pro *stupro*, & *adulterare*, pro *stuprare*, usurpatur §. 2. 8. 14. 15. 16. 17. 18. In Lege Burgund. t. 44. 61. & in Lege Longob. passim. In Concilio Antisiodor. can. 23. Turon. 11. can. 14. in Capit. Compendiensi an. 754. c. 14. Bonifacius Moguntin. Archiep. Ep. ad Athelbaldum Regem, apud Baron. an. 745. n. 10. *Si virgo paternam domum cum adulterio maculaverit.* Extat Charta an. 1082. continens compositionem inter Fulconem Comitem Juniorem (Andegavensem) & Goffridum Episcopum *super querela, quam diu contra Comites habuerant Episcopi, videlicet de adulteris & usurariis, quos antiquitus ad solius Episcopi justitiam pertinuisse constabat; sed postea ministrorum Ecclesiæ negligentia & incuria seculares judices usurpaverant, non absque Episcoporum contradictione & justa querimonia. Super hac igitur querela talis concordia facta est utriusque consensu, ut Præpositus Comitis & Archidiaconi Episcopi communiter adulteros & usurarios laïcos distringant, & totam multam emendationis inter Comitem & Episcopum per medium partiantur.*

Atque inde forsitan *Avoutres* nothos appellarunt nostri, & quotquot non ex legitima copula nati erant, uti vox hæc videtur usurpari in Consuetudine Britanniæ art. 490. & 481. Præterea in Assisiis Hierosolymit. MSS. c. 62. ubi *traitours, bastars, bastars & avotres*, recensentur inter eos, qui *VVarandiam ferre* non possunt; *qui ne peuvent porter garantie en la haute Cour*: nisi *Avoutres* propriè dicti fuerint, qui ex adulterio nati erant: nam *avoutere* est adulterium, in Recluso, *de Moliens* in *Miserere*: *Par pechié plus lait qu'voutere*. Florent. *avolterio* dicunt.

Adulterium præterea dicitur pœna vel multa, quæ adulteris irrogatur, vel jus vindicandi adulterii. Domesdei: *De adulterio per totam Chent* (Cantium) *habet Rex hominem, Archiepiscopus mulierem; &c.* Alibi: *Adulterium vel raptum faciens, 8. sol. 4. d. emendabat homo, & fœmina tantumdem: Rex habet hominem adulterum, Archiepiscopus fœminam.* Rursum: *Vidua si se non legitime commiscebat, 20. sol. emendabat: puella verò 10. sol.* Vide Chronicon Besuense pag. 672.

Apud Anglos, Adulterium *VVera* emendari sanxit Henricus I. c. 11. & 12. At Legibus Edmundi Regis cap. 4. apud Brompton. p. 859. adulter sicut homicida punitur. Canutus verò hominem adulterum in exilium relegari, fœminæ nasum & aures præcidi jubet, in Legibus part. 2. c. 6. & 50. Vide Martialem lib. 3. Epigr. 84.

Apud Saxones, Adulterii pœna qualis fuerit? docet his verbis Bonifacius Moguntin. Archiepisc. in Epist. ad Athelbaldum Regem: *In antiqua Saxonia* (i. Germania) *si mulier maritata, fracto fœdere matrimonii, adulterium perpetraverit, aliquando cogunt eam, propria manu per laqueum suspensam, vitam finire: & super bustum illius incensæ & concrematæ corruptorem ejus suspendunt. Aliquando congregato fœmineo exercitu flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cædentes, & pungentes minutis vulneribus cruentatam & lacera-*

laceratam de villa ad vitam mittunt, & occurrunt semper novæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ, usque quo eam aut mortuam, aut vix vivam derelinquant. Vide Petrum Opmerum in Chronolog. p. 345.

Apud Wisigothos adulter & adultera marito adducebantur: & si adulter filios non habebat, ejus bona eidem cedebant, ut est in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 4. §. 1. 3. 12.

Adulteri apud Hispanos castrabantur. Lucas Tudensis, de Bamba Rege: *Testantur hæc ab illis adulteris abscissa membra virilia, quibus pro fornicatione hanc ultionis irrogabat jacturam.* Vide Luithprandum lib 6. c. ult. Leges Ælfredi Reg. cap. 25. Saxonem Grammaticum lib. 5. Hist. Danicæ p. 77. præterea Valerium Maximum l. 6. cap. 1. Martial. lib. 2. Ep. 60. &c.

Apud Aragonenses, *secundùm Foros antiquos, si conjugatus aut conjugata erant deprehensi in adulterio, amittebant vestes suas, & solvebant 60. sol. de calumnia. Et si conjugatus cum conjugata erant deprehensi in adulterio, solvebant dictam calumniam duplicatam; & si non poterant solvere dictam calumniam, flagellabantur, ut patet in Foro antiquo tit. de Adulterio lib. 8. fol. 33.* Ita Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. Apud Lusitanos adultera cum adultero cremabatur. Quodsi maritus nollet uxorem cremari, adulter liber erat, ut est in Coronatione Regis Portugalliæ, apud Anton. Brandaonum lib. 10. cap. 13.

Adulterorum apud Polonos pœnam ejusmodi fuisse, dum adhuc pagani essent, tradit Ditmarus lib. ult. p. 106. *Si quis alienis abuti uxoribus, vel fornicari præsumit, hanc vindictæ subsequentis pœnam protinus sentit: in pontem mercati is ductus per follem testiculi clavo affigitur, & novacula prope posita, hic moriendi, sive de his absolvendi dura electio sibi datur.*

Adulterarum pœnam, apud Bohemos *decapitationem* fuisse docet Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis n. 9.

Cujusmodi autem fuerit apud Francos adulterorum pœna, dicetur in verbo *Trotare.*

In libertatibus, concessis villæ Blaziliæ in Arvernis à Bertrando D. Mercorii an. 1316. *Si aliquis capiatur in adulterio, persolvat centum solidos Podienses, aut fustigetur; & sit in electione hominis capti, vel mulieris de fustigatione vel solutione prædictis.* Vide leg. 4. Cod. Theod. Quorum appellat. non recip. De pœnis adulterii multa congessit Stephanus Stephanius in Notis ad Saxonem Grammat. pag. 122. Vide præterea Socratem l. 5. c. 18. Eclogas Leonis & Constantini tit. 28. c. 9. &c.

Adulteros, vocant scriptores Ecclesiastici, qui civitatis Episcopo adhuc superstite, ejusdem Episcopatum invadunt, aut, qui quenpiam ad Episcopatum promoveri patiuntur, Episcopo adhuc vivente. Episcopus enim promotione sua spirituales nuptias cum Ecclesia sua contrahit. Liberatus Diacon. cap. 14. *Cumque super hoc multa dubitatio processisset, volentibus civibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, (Dioscoro quippe vivente,) novissimè in Proterium universa sententia declinavit.* Cap. 17. *Porrò hæretici, ut jam dictum est, Petrum latenter instituerant, quem jussit Zenon Imperator expelli, tanquam hæreticum & adulterum, &c.* S. Hieronym. Epist. 83. cap. 2. explicans verba S. Pauli, dicentis, oportere Episcopum esse unius uxoris Virum: *Quidam coactè interpretantur uxores pro Ecclesiis, viros pro Episcopis debere accipi, & hoc in Nicæna quoque Synodo à Patribus esse decretum, ne de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur, ne virginalis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus.* Vide Palladium in Vita S. Joan. Chrysostomi p. 146. Theophanem pag. 188. & Anonymum Combefisianum in Alexandro num. 1.

ADULTURUM, *Adultrium.* Charta an. 1217. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. *Cum inivisset contractum cum D. Thelardo, quondam Veronensi Episcopo, super jurisdictione, districtu, & honore, & adulturo, quæ vulgo plebania nuncupatur, & erimania (leg. eremania) & fodro porti, ejusque curtis &c.* Ibi mox: *adulturum.* Infra: *Omnem honorem, omnem plebaniam, sive adultrium, omnem fodrum, &c.* Sic alibi rursum: *De plebania, sive de adultario.*

ADUNARE, Colligere, in unum cogere. Gloss. Græc. Lat. ἀθροίζω, *Aduno, congrego, glomero.* Italis *Adunare.* Henricus Rosla in Herlingsberga: *Præsul Sifridus Hildenshemensis adunat fortia Castra satis & terribiles equitatus.* Charta Rogerii Reg. Siciliæ pro Messanensibus apud Bonfil. Constantium: *Volumus etiam, quòd ubicumque mercatores & navigiorum domini civitatis fuerint adunati à tribus ultrà, possint Consulem eligere.* Adde Legem Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. Concilium Budense an. 1279. cap. 3. &c. Usi etiam Justinus non uno loco, Gellius lib. 2. cap. 29. Lactantius lib. de Mortibus persecutor. n. 23. 45. Senator lib. 5. Epist. 3. & alii. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 460. & Olaum Borrichium lib. de Variis linguæ Latinæ ætatibus p. 4. *Adunari* denique proprio vocabulo dicebantur Ecclesiæ, cum à barbaris pervasæ erant, ut eas recuperandi spes nulla esset: tum enim, quod reliquum erat, alteri Ecclesiæ *adunabatur.* Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 12. & Gregorium M. lib. 2. Epist. 59. lib. 5. Epist. 19.

Adunantia, pro Collecta, Congregatione, in Statutis Veronens. lib. 1. cap. 46.

Adunatio, In unum collectio, collecta, *Assemblée de gens.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 17. *Ut nullus per sacramentum, nec per aliam obligationem adunationem faciat.* Adde tit. 18. §. 2. *Adunatio voluntatum,* apud Senator. lib. 4. Epist. 33. Adde Epist. 36.

Adunatus, μονόχωρος ἐν τάβλῃ, in Gloss. Græc. Lat. De locis in alveo, seu tabula lusoria, qui sua habebant nomina, quorum fuere *Antigonus, Divus,* & hic fortè *Adunatus,* ex Agathiæ Epigram. lib. 1. Anthol. cap. 61. egit Salmasius ad Vopiscum pag. 468.

ADUNCARE, Unco illigare, suspendere. Vita S. Tillonis Mon. cap. 2. *Hamo crucis, ut draco, aduncatus à domino est, & capistro ligatus ut jumentum.*

ADUNDATORIUM, ἐξουδεριστήριον, in Gloss. Lat. Gr. clepsydra hortulanorum; Gallis *Arrosoir.*

ADVOARE, *Advoatio.* Vide *Advocare.*

ADVOCARE, Rem factam agnoscere, rem in se suscipere, Gallis *Advouër.* Hujus notionis originem prodit Lambardus his verbis: *Erat in more positum, ut, si quis rem furto surreptam mercatus, eandem alteri vendidisset, atque is porrò rem illam cuiquam alienasset, idemque fecissent alii præterea plures; domino tamen per leges licebat rem suam, ubivis deprehensam, suo sibi jure vindicare. Tum verò ejus, quem penes erat res deprehensa, partes erant, venditorem proferre, eumque illum advocare, ut is venditionem præstaret, atque in se reciperet. Is demum causæ advocatus, alium citabat aliquem, atque ita alio alium advocante, in ipsum tandem furti auctorem culpa transferebatur.* Id ipsum Franci veteres dicebant, *Voucher à garantie,* quod idem est ac *Appeller son garant.* Qua quidem notione, *advocare* accipitur in Legibus Inæ Regis apud Bromptonum c. 52. 59. in Legibus Ethelredi part. 2. cap. 9. part. 3. cap. 10. & in Legibus Edvvardi Regis Saxonicis cap. 2. Ab ejusmodi rerum venditarum *advocationibus,* translata postmodum vox ad id, quod quis ut suum, aut à se factum, agnoscit. Concilium Lugdun. an. 1274. cap. 22. *Recognoscendo, seu profitendo ab illis ea tanquam à superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem advocando, prout in quibusdam partibus Galliarum vulgariter dicitur advoüer.* Chron. Nangii an. 1296. *Nihil ab eo se tenere in feodo, aut quoquo modo alio advocabat.* Adde eundem

sub an. 1301. Fleta lib. 1. cap. 15. §. 4. *Si vir ipsum in domo sua susceperit, nutrierit, & advocaverit ut filium suum.* Statutum Ludovici Hutini Reg. Franc. an. 1315. editum à Pithœo, c. 54. *Donec fuerit advocatus ut burgensis noster.* Vide Consuetud. municipales apud Raguellum, verbo *Advouer*, & Littletonum sect. 457. Statutum 2. Westmonasteriense an. 13. Edvv. I. cap. 2. &c.

Advouare, eadem notione, ex Gallico *Advouer*, in Concilio Salmuriensi an. 1315. cap. 1. *A personis laïcis tanquam à superioribus, ea quæ ab Ecclesia tenent, advouantes se tenere. Advouationes*, ibidem.

Advocare, Advocatum postulare, vel sub Advocati patrocinio se ponere: *s'Advouër de quelqu'un.* Charta Margaretæ Comitissæ Flandriæ pro Ecclesia Tornacensi an. 1250. *Ita tamen quòd dictus Episcopus & successores sui nos & successores nostros Comites Flandriæ, qui pro tempore fuerint, si indiguerint auxilio, advocabit, nec alium dominum secularem poterunt advocare.* Ubi Charta Walteri Episcopi Tornacensis ejusdem anni habet: *Non possumus alium dominum secularem, quàm illustrem dominum Comitem Flandriæ, qui pro tempore fuerit, advocatum pro auxilio habendo postulare, vel etiam invocare.* Vide Acta Murensis Monasterii pag. 22.

Advocare, Gall. *Avoer*, in Assisiis Hierosol. cap. 189. *Quant gent a qui l'on a la dethe coneuë en Court, ou qui l'on prove, si comme ils doivent, veullent estre payés, doit venir devant le Seignor en Court, & requerre au Seignor que il li fasse paier si come il doit par l'assise, si come dethe connuë en Court de tel dethe que tel li conneist; & le Seignor li doit respondre que il en fera volentiers ce que il devra par l'aveément de sa Court, que elle avoie ce que il en fera; & la Court doit ce me semple avoier de ce ensi le Seignor que il mande semondre par trois de ses homes come Court celuy ou celle qui la dethe connust. &c.* Cap. 257. *Et là doivent assembler les plus anciens de la contrée, & toutes manieres de gens par qui ils cuident estre avées, &c.*

Advocatio, Vassallorum professio, *Adveu.* Statutum Ludovici Hutini an. 1315. edit. à Pithœo cap. 4. *Nec recipiemus novas advocationes vassallorum seu hominum Ecclesiasticorum.*

ADVOCATI *Ecclesiarum*, qui jura, bona, & facultates Ecclesiarum tuebantur: quibus id muneris conferebatur, ut essent, qui in publicis judiciis earum causas defenderent, & actoris vel rei partes agerent. Hos tum primum post Consulatum Stiliconis institutos innuit Synodus Carthaginensis can. 99. *pro causis Ecclesiæ*: quia ut est in Chronico Mosomensi, *Ecclesia semper justo Advocato contra malignantes opus habet.* Atque deinceps statutum à summis Pontificibus & Principibus, ut Episcopi, Abbates, & Ecclesiæ, *Advocatos* sive *defensores bonos haberent*, in Concilio Romano sub Eugenio II. PP. Moguntiac. cap. 50. Duziacensi I. p. 225. Edit. Celloti, in Capitul. ex Lege Salica & Gombata cap. 14. in Lege Longobard. lib. 2. tit. 47. §. 7. 5. 6. 9. &c. Atque hi quidem non una *Advocati* appellatione, sed ex variis sibi injunctis muneribus, diversis etiam subinde nominibus donati leguntur. Nam &

Defensores passim nuncupati, quòd ad Ecclesiarum *defensionem*, & tuitionem deligerentur. Carolus M. in Cap. an. 769. editis à V. Cl. Steph. Baluzio cap. 1. se se *regni Francorum rectorem & devotum sanctæ Ecclesiæ defensorem atque adjutorem* indigitat, ubi in variis diplomatibus *Advocatus* inscribitur. Gregorius IX. PP. in Epistola ad Fridericum II. Imp. *Cùm Advocatus Ecclesiæ idem intelligi debeat, quod Defensor; si Defensoris omittis officium, nomen impropriè retines Advocati. Advocati, sive Defensores*, in Concilio Moguntino, in Actis Murensis Monasterii p. 4. in Vita S. Emerani apud Canisium, in Testamento Widradi Abbatis Flaviniacensis sub finem, in Testamento Hadoindi Episcopi Cenomanensis apud Brissonium lib. 7. Formul. in Lege Bajvvar. tit. 1. cap. 1. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 2. 31. 40. 234. in Capit. Caroli Calvi tit. 40. cap. 2. apud Monachum Sangall. lib. 2. c. 15. Aimoinum lib. 4. Histor. Fr. cap. 34. Hariulfum lib. 4. cap. 12. Dudonem de Actis Normann. p. 96. 104. Ademarum Cabanensem p. 171. Udalricum in Præfat. ad lib. 1. Consuetud. Cluniac. in Chartis variis apud Beslium in Episcopis Pictaviens. pag. 17. 18. Miræum in Donat. Belgic. lib. 2. cap. 52. Justellum in Hist. Arvern. p. 19. Hemereum in Augusta Viromand. pag. 96. &c.

Deinde quòd Ecclesiarum causas agerent & curarent, *Causidici* interdum nominati, ut in Bulla Urbani II. PP. de qua mox, & in Charta Rodulphi Aquitanorum atque Burgundionum Regis apud Justellum in Hist. Turenensi pag. 16. *Qualem communiter munburdum & causidicum habeant.* Ubi *Munburdi* iidem sunt, qui *tutores*, quomodo appellantur in Charta Henrici Ratisponensis Episc. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 250. *Tutores & Actores*, quòd Ecclesiarum tutelam susciperent. Atque ut *Pastores* res Ecclesiasticas curant, ita ii Ecclesiarum res seculares: unde *Pastores laïci* appellantur in Tabulario Tutelensis Ecclesiæ: *Cernentes Monachi privatos se esse Pastore laïco, qui honorem illorum defensaret, petierunt sibi Bernardum Vicecomitem Torennæ, ut defensaret, &c.* Quo sensu *Pastores Ecclesiastici* appellantur in Epistola Nicolai PP. an. 868. apud Loisellum in Historia Bellovacensi pag. 240.

Ejusmodi Ecclesiarum Advocati ex ordine erant *Scholasticorum*, id est, *Advocatorum, qui in actu erant, vel in munere defensionis causarum*, ut est in Codice Canonum Africanor. cap. 97. Nam Ecclesiæ suos antea *Defensores* habebant, sed ex ordine Ecclesiastico, ut satis indicat idem Codex: qui etiam *OEconomi* appellabantur, cùm rerum & facultatum Ecclesiasticarum iis cura incumberet. Atque inde *Defensorum laïcorum* origo manavit, cùm aliàs Clerici laïcorum fora terere, & litibus causisque vacare vetarentur.

Postmodum verò id munii attributum, non viris *scholasticis*, sed militaribus ac potentioribus, ut essent qui non linguâ duntaxat, sed & armis jura tuerentur Ecclesiarum, quarum protectionem in se recipiebant. Olim enim *non habebant castella & arces Ecclesiæ cathedrales, nec incedebant Pontifices Loricati. Sed nunc propter abundantiam temporalium rerum, flamma, ferro, cæde possessiones Ecclesiarum Prælati defendunt, quas deberent pauperibus erogare.* Verba sunt Guidonis Abbatis Clarevallensis apud Baluzium lib. 2. Miscellan. Ita Ecclesia Romana Longobardorum tyrannide oppressa Reges Franciæ & Imperatores Occidentales sibi in *Advocatos* delegit. Vita Caroli M. de eodem: *Quem postea Romani elegerunt sibi Advocatum S. Petri contra Reges Longobardorum.* Pipinus in veteri membrana apud Baronium an. 761. n. 18. *Rex Francorum & Defensor Romanus* nuncupatur. Sic apud Ditmarum lib. 6. Henricus II. à Benedicto PP. coronâ donatus, *Advocatus S. Petri meruit fieri.* Chunradus Imperator apud Brovverum lib. 3. Antiq. Fuld. c. 17. *Romanorum Rex & Advocatus Pacificus* dicitur, ut apud Radevicum, Fridericus I. *Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Defensor.*

Et si hæ Regiæ tutelæ Romanam Ecclesiam potissimùm spectasse videantur, quæ viris potentissimis indigebat ad repellendos validissimos hostes; cæteræ etiam, quæ sub ipsis Principibus suorum interdum hostium & usurpatorum patebant injuriis, Advocatis pariter opus habuere, qui & vim vi repellerent, & si jure agere necesse esset, pro iis responderent. Henricus Rex Fr. in Charta an. 1058. ex Tabul Fossatensi: *Quidam noster miles Guillelmus nomine Castri Corbolii suggessit nobis ac deprecatus est nostram clementiam, ut ei concedere dignaremur ea, quæ quondam bonæ memoriæ Comes Burchardus nomine in cœnobio S. Mariæ sanctique Petri Apostoli Fossatensis Ecclesiæ*

clesiæ temporibus avi nostri Hugonis Francorum Regis habere videbatur. Nos vero, licet inviti agamus, hujus tamen nostri præcepti auctoritate manifestamus, quomodo vel qualiter ei concedimus: ut enim à nostris majoribus comperimus, jam dictus Comes Burchardus nihil aliud ab avo nostro jam dicto Hugone de ipso loco habuit, neque tenuit, nisi ut providentiam atque defensionem adversus hostes & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, atque pervasores prædiorum ipsius loci haberet, & ut ipsum locum sublimare atque ditare terrarum suarum beneficiis atque possessionibus liceret. Eadem ergo ratione præscripto Guillelmo concedimus, &c.

Primitus autem eligebantur *Advocati* in præsentia Comitum ab ipsis Episcopis & Abbatibus, ut est in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 47. §. 1. 2. 4. 7. cujus moris extat diploma apud Ughellum in Italia sacra tom. 7. pag. 1419. Quæ quidem sibi Advocatos deligendi facultas Ecclesiis indulta à Regibus & Principibus passim legitur in veteribus Tabulis, cum hac Formula, quæ habetur in Charta Caroli Reg. pro Frotario Arch. Burdegalensi, & Ecclesia S. Juliani in *Comitatu Brivatensi*, in 1. vol. Memorial. Cameræ Computor. Parisiens. fol. 39. *Liceat eis qualemcumque sibi sua sponte elegerint Advocatum habere: ipsumque Advocatum nemo præsumat temerario ausu distringere, sed nostro coram Comite Palatii res jam prælibati Martyris, videl. S. Iuliani absque alicujus inquietudine, vel morarum dilatione, liceat inquirere, &c.* Alias ejusmodi videre licet in Historia Episcop. Bremensium pag. 120. in Chronic. Abbatum Laubiensium pag. 605. in Actis Murensis Monasterii pag. 16. 17. 18. in Chron. Laurishamensi pag. 73. in Chron. Montis-Sereni pag. 147. in Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis pag. 151. 155. apud Miræum in Notitia Ecclesiar. Belgii cap. 87. 101. in Diplomat. Belg. lib. 2. c. 35. in Codice Donat. piar. cap. 72. in Spicilegio Acheriano tom. 12. pag. 106. apud Ughellum tom. 2. pag. 108. Justellum in Hist. Turenensi p. 16. Nicolaum Zyllesium in S. Maximino part. 2. p. 27. 29. in Metropoli Salisb. tom. 1. p. 245. tom. 2. p. 247. 275. tom. 3. p. 285. in Hist. Guinensi p. 46. &c.

Interdum petebantur *Advocati* ab ipso Rege, seu Principe, à quo deligebantur, ut est in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 31. lib. 7. cap. 308. vel ab ipso ultro dabantur, ut est apud Aimoinum in Vita S. Abbonis Floriac. c. 16. in Chronico Gemblac. pag. 112. in Chronico Besuensi in Chlotario, in vett. Tabulis apud Doubletum pag. 723. in Hist. Guinensi pag. 263. in Hist. Bencharn. pag. 248. in Codice Donat. piar. cap. 76. &c. Vel denique ab ipsis Episcopis, ut in Chronico Senoniensi lib. 2. cap. 5. Interdum à summo Pontifice, ut in Diplomate Leonis IX. PP. apud Gretserum in libris de Cruce pag. 2621. Sæpe denique Ecclesiarum fundatores ipsi earum advocatiam sibi & posteris reservabant, ut in Chronico Montis-Sereni an. 1127.

Inprimis autem observandum, quòd in Capitulis ex Lege Salica & Gumbata cap. 14. cavetur, *ut Advocati habeant in illo Comitatu*, in quo sunt Ecclesiæ, *propriam hæreditatem.*

Ad hoc igitur Advocatos habere jussi sunt Episcopi, Abbates, & Sacerdotes; quia cùm ii secularia placita adire vetentur, si quid quærere aut in jure respondere necesse haberent, id per Advocatos facere possent, ut est in Codice Canonum Afric. cap. 97. in Concil. Mogunt. cap. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 11. & alibi passim. Ita apud Anonymum de Festo restitut. imagin. p. 742. Προσῆλθον τῷ Θεοφίλῳ βασιλεῖ αἱ μονάζουσαι ἅμα τῷ αὐτῶν οἰκονόμῳ, quæsturæ de Drungarii vigiliæ rapinis.

Deinde cum legibus cautum sit, ut nemo Clericorum jurare præsumat, & in prima litis contestatione jusjurandum calumniæ omnes principales personæ subire teneantur, ut hoc officium *Advocatis* suis delegare possint, sanxit Lex Longobard. lib. 2. tit. 47. §. 8. 11. lib. 3. tit. 32. §. 1. Sed & eadem Lex lib. 2. tit. 47. d. §. 8. singulis Episcopis, Abbatibus & Abbatissis concedit, ut duos Advocatos habeant, *unum qui causam procuret, alterum qui sacramenta deducat.*

Intererant igitur Comitum placitis, & ut patroni, Ecclesiarum suarum jura tuebantur. Hincmarus Laudun. ad Remensem: *Et ideo legaliter & regulariter eas* (res) *cum cæteris mansis ad Pauliacum pertinentibus per sex menses possedi, donec idem Ansgarius regia potestate ipsas obtinuit; non Advocato meo ad mallum, ut publicæ se habent leges, pro rebus ipsis manniro.* Adde in eandem sententiam Adrevaldum lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 24. 25. 28. Chronic. S. Vincentii de Wlturno lib. 2. pag. 690. 691. & Chartas veteres apud Bignonium ad Marculfum, & Duchesnium in Hist. Vergiac. pag. 19. 31. 112. Justellum in Hist. Turenensi pag. 11. Perardum pag. 33. 34. 35. Ughellum tom. 5. p. 278. 1489. tom. 7. pag. 1296. 1418. Beslium in Ducibus Aquitan. pag. 176. &c.

In distractionibus ac alienationibus rerum Ecclesiasticarum requirebatur eorum consensus, ut colligitur ex Joanne Sarisberiensi Epist. 6. & 10. Et si hoc loco *Advocati*, videntur iidem, quos hodie *Patronos* vocamus; vel saltem eorum interventu has factas constat ex Chronico Laurisham. p. 68.

Si donationes aut restitutiones fierent Ecclesiis, eas illi ratas habebant, ut est in Privilegiis Ecclesiæ Hamburg. p. 168. & in Tabulario Persiacensi apud Perardum p. 23.

Advocatorum etiam munus erat Monasterii bona *ab omni rapina & indebitis exactionibus illæsa* conservare, ut est in Charta Ecberti Bambergensis Episcopi in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 29.

Eorum denique consiliis Abbates utebantur in majoris momenti negotiis, ut est in Chronico Laurisham. pag. 74.

Postmodum verò Advocati, qui ad hoc primò instituti erant, ut in Comitum placitis ac mallis jura Ecclesiarum, tanquam Patroni, tuerentur; ipsimet judicia exercuere, jusque dixere Ecclesiarum suarum vassallis. Ter autem in anno, quemadmodum Comites, *placita* sua seu *malla* tenebant, quæ *tria generalia placita*, dicuntur in Charta Adalberonis, Episcopi Metensis ann. 1065. apud Meurissium. Charta Henrici IV. Imp. an. 1114. in Actis Murensib. p. 12. *Et ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipso loco, aut ubicumque vel quandocumque Abbati visum fuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum justum pro causis & necessitatibus Monasterii ritè peragat.* Alia Henrici Palatini Rheni an. 1093. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 35. *Nunquam ad publicum placitum considebit, nisi à Fratribus, si res ita poposcerit, invitatus fuerit. Cùm invitatus fuerit, serviatur ei quod honori ejus sit congruum, &c.* Charta Henrici II. Imp. an. 1023. apud Nicol. Zyllesium: *Nullumque placitum præter tria jure debita in Abbatia tenere præsumant.* Charta in Conradi Imp. ann. 1145. pro Monasterio Marsinensi: *In talibus placitis generalibus quotannis servitium determinatum, tertiam partem pecuniæ in tribus placitis generalibus acquisitæ, recipiet Advocatus. — de reditibus S. Remigii per villicum & scabinum placitabit Præpositus sine Advocato. Si effusio sanguinis seu banni infractio, seu latrocinium infra alodium emerserint, placitare non poterit Præpositus sine Advocato, & exinde tertiam partem recipiet Advocatus.* Fulcardus Abbas Lobiensis in Epist. ad Henricum Imp. queritur, quòd in villis sui Monasterii, *in aliquibus quatuor, in aliquibus tres, in aliquibus etiam septem sint Advocati, qui præter tres generales placitos, quandocunque volunt, ibi sigillatim placitant.* Charta alia Adalberonis Archiepiscopi Hamburgensis: *Tribus etiam annuatim diebus ad placita sui Advocati ex condicto veniant, & bannum pro quolibet suo commisso tantùm quatuor solidis redimant.*

Ne porrò gratis placita ista tenere viderentur *Advocati,*

cati, concessa iis est, ex recepto usu, tertia pars *bannorum*, seu mulctarum, quæ in reos & injustè litigantes decernebantur: ita tamen ut nihil præterea exinde possent exigere, cùm partes duæ aliæ in usus Ecclesiæ cederent; quæ quidem tertia bannorum pars judicum semper fuit in mulctis judiciariis, ut constat ex Lege Bajvvar. tit. 2. cap. 16. Eberhardus Archiepiscopus Saltzburgensis in Chronico Reicherspergensi, ubi de Advocato Saltzburgensi: *Qui videlicet de beneficio principalis Advocatiæ sibi collatæ, prædictum Cœnobium* (Reicherspergense) *sine omni gravamine defendat, contentus nimirum justitia trium bannorum, quorum duo in usum Præpositi & Fratrum, tertium in usus ipsius Advocati cedat.* Charta Caroli M. pro Monasterio Augiensi apud Nauclerum generat. 27. *Insuper statuimus atque jubemus, quicquid placitando ibidem acquirat* (Advocatus) *tertia parte sibi retenta, duas Abbati reddat, &c.* Alia Friderici II. Imp. ann. 1193. pro Monasterio S. Quirini Tegernseehensi: *Et tertia pars bannorum sit Advocatorum, duæ partes sint Abbatis & Fratrum, VVergelda Abbatis & Fratrum sit, & mancipium pro mancipio.* Charta Henrici III. Imp. an. 1056. apud Nicol. Zyllesium: *De bonis autem, quæ* (in) *Advocatorum placitis publicata fuerint, duæ partes Abbatis, tertia verò pars in eodem tantùm anno rerum & frugum Advocatorum erit, postea verò nihil ad eos pertinet, quid Abbas inde disponere velit.* Vide Ægidium Gelenium in Colonia pag. 68. 69. 85. 86. 87.

Hinc passim *Tertii banni* Advocatorum mentionem fieri observare est in veteribus Tabulis, in Chronico Reichersp. pag. 200. 214. in Actis Murensis Monasterii pag. 22. in Chronico Hirsaugiensi an. 1075. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 239. 244. 308. 312. 399. & alibi non semel: quæ quidem tertia *bannorum* pars, *Tertius denarius* dicitur in Gestis Abbatum Laubiensium pag. 603. in Charta Ludovici Comitis Lonensium an. 1155. apud Chiffletium in Vindiciis Hispanicis p. 39. in Charta Adalberonis Episcopi Metensis apud Meurissium, & Miræum in Cod. Donat. Piar. c. 54. & in Chronico Mosomensi pag. 660. *Tertia pars pecuniæ in generalibus placitis acquisitæ*, in Charta Henrici Imp. ann. 1145. in Cod. Donat. piar. cap. 95. *Tertia pars compositionum*, in Charta Henrici Ratisponensis Episcopi an. 1138. in Metropoli Salisburgensi: *Tertia pars legum*, in Diplomate Caroli M. apud Doubletum pag. 723. si tamen genuinum est; denique *Tertia pars emendarum*, in Chronico Senoniensi lib. 2. cap. 5.

Tenebantur præterea Ecclesiarum Præsules, dum hæcce obirentur placita, *Advocatis* & eorum famulis certa ac definita præbere cibaria. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. pro Monasterio S. Maximini Trevirensis, apud Nicol. Zyllesium: *Et quicquid ibi placitando acquisierint, duæ partes Abbatis, tertia ipsorum* (Advocatorum) *erit, eadem verò die Abbas ipsi Advocato, quicumque est, servitium dabit, duos scilicet modios panis, Frinskingos 4. ovinos, & amam unam vini: si amplius habere voluerit, de placito habebit.* Jura Bambergensis Ecclesiæ pro Advocatia, in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 50. *Insuper piæ memoriæ Eberhardus Episcopus, præter justitiam, causa majoris benevolentiæ constituit ei servitium ad Placitum suum; scilicet duos modios tritici, vel ducentos panes, 2. porcos, quorum unus valeat 20. nummos, alter 25. 10. gallinas, 20. caseos, 10. ova, 2. urnas vini, 4. urnas cerevisiæ, 6. modios pabuli: hoc servitium datur ei in* Oesterhoven *diebus placiti sui.*

Sed *Advocati* levioribus ejusmodi commodis ac emolumentis non contenti, alia insuper jura in Ecclesiarum prædiis non sibi duntaxat asseruere; sed & ipsa interdum usurpavere prædia. Tantaque eorum fuit pravitas, rapacitas, ac tyrannis, ut sæpe à Principibus amoverentur, iisque substituerentur alii: quod præcipitur in Lege Longobard. lib. 2. tit. 47. §. 1. atque inde Advocatorum exactiones, usurpationes, & tyrannides carpere passim legimus Scriptores, Adrevaldum lib. 4. de Miracul. S. Bened. cap. 6. 17. Anonymum de Miracul. S. Rictrudis, Gualbertum in Polyptyco Marcianensi, Abbonem Floriacensem Abbat. in Canonib. c. 2. Aimoinum in Vita ejusdem S. Abbonis cap. 17. Bertoldum Constantiensem an. 1098. Anonymum in Histor. Trevirensi, p. 250. Sugerium lib. de Administrat. sua cap. 4. Auctorem Actorum Murensium pag. 4. Auctor. Histor. Archiepiscop. Bremensium an. 1344. Auctor. Chronici Laubiensis, pag. 602. 603. Concilium Lateranense IV. can. 45. Ecclesiarum denique Prælatos in variis Chartis apud Odoricum Rainaldum an. 1203. Ughellum tom. 1. Ital. sacræ p. 934. Zyllesium in S. Maximino p. 47. Wigulcium Hondium in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 3. 30. 277. tom. 3. pag. 250. 251. 398. &c. Ejusmodi porrò Advocati *damnosi & cupidi* appellantur in Capitulari 1. Caroli M. an. 802.

Ut igitur coërcerentur ejusmodi Advocatorum exactiones & usurpationes, Summi Pontifices & Principes curam identidem adhibuere; & ut intra suos limites munus sibi impositum exercerent, juraque sibi debita, & Legibus definita perciperent, non semel statuere. Hinc in Concilio Remensi an. 1148. can. 6. & in Lateranensi sub Innocentio III. cap. 45. *Præter jus & beneficium antiquitus constitutum sibi aliquid accipere, vel usurpare* vetantur.

Inde etiam provisum à Principibus, ut ratæ haberentur Advocatorum præstationes, quæ *legitima Advocarum jura* dicuntur Ditmaro lib. 2. pag. 22. & ut in Diplomatibus, in quibus de eorum institutione agitur, ea describerentur, quæque habentur in Gestis Abbatum Laubiensium pag. 603. in Codice Donat. piar. cap. 95. in Histor. Guinensi pag. 191. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 96. &c. Quibus adjungenda videtur in eandem sententiam Bulla Nicolai PP. ad Theodericum Virdunensem Episcopum, ex Tabulario S. Vitoni: *Et quia nobis significasti, ipsos Fratres super vexatione Advocatorum suorum te sæpius convenisse in Deo, sicut rogasti, pro pace & quiete eorum, secundùm quod a Duce Gozelone in præsentia prædecessoris tui Richardi Episcopi determinatum insinuasti, Nos hîc conscribere & confirmare dignum duximus constitutum, & confirmamus Apostolica auctoritate, ut Advocatus ad tria annualia placita cum uno socio veniat, & cum Ministerialibus ea legitimè teneat, & justitias ibi factas judicio Scabinorum pro posse pauperum determinet, & de communi adquestu ipsa die vivat, & de residuo suum Tertium habeat de leude, & de sanguine facto. Si Abbas per se rectum acquirere potuerit, nihil inde Advocatus habebit. Si verò eum advocare necesse fuerit, & justitia facta suum Tertium habebit. Si aliqua causa necessitate Ecclesiæ urgente Abbas eum invitaverit, vel parte defensionis transitum habuerit, victum competentem de parte per Ministerialem accipiet. Si verò pro suo tantùm negotio venerit, de suo vivet: præter hæc nihil sui juris esse noverit.* Extat porrò Charta Gozelonis, seu Gothofridi Ducis & Marchionis, cujus hîc mentio fit, in eodem Tabulario.

Interdum Advocatorum stipendia pro libitu Abbatum erant, quorum erat ea definire. Chron. Montis-Sereni ann. 1127. *Me verò, dum vixero, & post me seniorem de filiis meis, vel quemlibet heredem meum seniorem Advocatum habeant, cui nihil, nisi ad proprium velle, secularis servitii debeant.* Adde an. 1156.

Denique postquam Rerumpublicarum status eò devenit, ut cuilibet sua jura armis & bello prosequi ac tueri liceret; Episcopi, Abbates, & cæteri Ecclesiarum Præsules, quibus arma ferre in Conciliis toties interdictum est, non jam *Advocatis*, qui res suas in placitis ac mallis defenderent & tutarentur, opus habuere; sed

sed Militibus ac proceribus, qui suos in prælium vassallos possent educere. Atque ut *Advocatos* suos, vel proceres, quos ad sui tutelam adsciscebant, magis sibi devincirent, ac obstringerent, bonorum Ecclesiarum suarum partem aliquam iis indulsere, qui clientelari jure ab ipsis Ecclesiis in feudum possiderent: & hac ratione saltem tanquam Ecclesiarum vassalli earum bellis interesse tenerentur.

Morem istum res Ecclesiæ *Advocatis & Defensoribus* inbeneficiandi perantiquum esse, docet Testamentum Hadoindi, Episcopi Cenomanensis, sub ann. 652. apud Brissonium. Helgaldus in Vita Roberti Regis pag. 68. *Totam terram sanctæ Crucis* (Ecclesiæ Aurelianensis) *quam Fulco Episcopus pro adjutorio sui Hugoni potentissimo Belvacensi dederat*, &c. Mitto, quæ in hanc rem habent Ingulfus p. 891. Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 18. Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 2. & Chartæ veteres apud Buzelinum lib. 3. Gallo-Fland. c. 20. Nicolaum Zyllesium in S. Maximino pag. 40. Loisellum in Histor. Bellovacensi pag. 248. Louvetum in Hist. ejusdem urbis lib. 1. cap. 22. pag. 647. 648. Justellum in Hist. Turenensi pag. 19. &c.

Atque prædia quidem ejusmodi, uti diximus, ab Ecclesiis concessa *Advocatis*, jure clientelari iis obnoxia erant, earumque Præsulibus fidei sacramentum seu hominium *Advocati* præstabant. Unde tam crebrò legimus, *Advocatos* Ecclesiarum, quarum erant *Advocati*, Ecclesiis ipsis jure feudali fuisse obnoxios. Charta Adalberonis Episcopi Metensis ann. 1065. apud Meurissium & Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 54. *Præsente Udone -- eandem Advocatiam in beneficio à nobis habente, & Ottone Subadvocato.* Neque tamen semper id obtinuit: nam interdum Advocati ratione Advocatiæ Regi, vel Principi obnoxii erant, si nempe ab eo Ecclesiis dati essent Advocati. Nam cùm Princeps jure Monarchiæ Ecclesiarum omnium Regni sui *Defensor* sit & *Advocatus*, si quem iis tutandis committit *Advocatum*, Regius is est vassallus. Potiori verò jure, si Rex ipse *Advocatus* institutus fuerit & electus ab Ecclesia, vel si Ecclesiam construens ac dotans, Advocationem sibi reservarit, & alii commiserit: tunc enim *Advocatus* delegatus Regem, ut *Majorem Advocatum*, dominum agnoscit. Atque ita capienda Charta *Drogonis de Mello* ann. 1233. in Tabulario Andegavensi Cameræ Comput. Paris. fol. 32. 48. qua agnoscit, tenere se *Custodiam & Advocatiam* Regalis Monasterii Cormeriacensis, *de domino Rege in feodum & homagium ligium de dono reverendæ memoriæ domini quondam Regis Francorum.*

Ejusmodi igitur Advocatorum munus fuit, ut si ad hoc necessitas compelleret, res & facultates Ecclesiarum bello tutarentur, earumque milites ac vassallos in aciem & campum educerent. Polyptychum Marcianense: *Qui nunc Advocatus immeritò nuncupatur, olim Defensor Ecclesiæ laudabiliter vocabatur: quoniam sapientia, ratione, armis etiam, si res exegisset, omnia, quæ erant Ecclesiæ, viriliter defendebat, & vigilanter protegebat.* Chronicon Monasterii Figiacensis: *Eo tantùm tenore — ut cum necessitas posceret, solo jussu, absque lucro alio temporali, bella Abbatis & suorum præliaretur.* Complura hujusce rei prostant exempla apud Scriptores, quos Lectori indicasse suffecerit, Lambertum Schafnaburgensem ann. 1071. ejus Continuatorem an. 1304. Diedericum Monachum de Illatione S. Benedicti cap. 6. in Fragm. Historiæ tom. 3. Hist. Francor. p. 337. 345. in Historia Landgravior. Thuringiæ cap. 80. 82. in Charta Ottonis I. Imp. pro Ecclesia Gemblacensi, & in alia apud Beslium in Episcopis Pictavensibus.

Præterea si in Regalem expeditionem submonerentur Episcopi & Abbates, eorum vassallos in aciem conducebant: definitumque erat, quid in iis occasionibus ab Ecclesiis præstandum iis esset ad apparatum expeditionis, ut est apud Malbrancum lib. 8. de Morinis cap. 46. in Charta Balduini Comitis Flandriæ ann. 1056. pro Monasterio S. Martini: *Ut quicumque Advocatus fuerit in Regalem expeditionem iturus, unum baconem, & unam pensam caseorum, & unum equum ad summariam, vel pro his unam marcam argenti ab Abbate accipiat.*

Sed & eorum erat Ecclesiarum vexilla, cùm in propriis Ecclesiarum bellis, tum etiam in Regalibus expeditionibus deferre. Triumphus S. Lamberti cap. 3. *Contrà verò suum Episcopus vocavit exercitum, & Rasoni Militi portandam mandavit banneriam: quia Hasbaniæ Advocatus factus de medio, cujus hoc ferre est, hæredem nullum præter duas puellas parvulas dereliquerat. Proxima ergo tertia feria ante Ascensionem Domini, dictus Raso in medio majoris Ecclesiæ, ut moris est, armatus est, & vexillum accipiens, cum civitatis populo urbem egreditur, &c.* Quod verò hîc traditur de Hasbaniæ Advocatis, Leodiensis Ecclesiæ signiferis, id ipsum scribunt Ægidius Monachus Aureævallis cap. 101. & Joannes Hocsemius in Arnolfo à Marka cap. 17. quorum extincta gente, Episcopi præcipuis in re militari ac strenuis viris, vel fidentioribus, vexillum suum committere solent, ut tradit Radulfus de Rivo cap. 5. & 7. Charta Philippi II. Imp. pro Leodicensibus, quæ descripta legitur in magno Recordo Leodiensi pag. 8. *Li Evesque de Liege doit envoier a Liege, assavoir le Voeit de Hasban avec 40. Chevaliers, liquel prendront l' Estendart S. Lambert, & jurerat le dit Voeit en saint, que celi portera il feablement, ne ne lairat, si mort ou prison soit l' encombre, & en tele maniere il doit conduire l' ost de Liege, &c.*

Id etiam de Advocato Tornacensis Ecclesiæ testatur Distichum allatum a Buzelino lib. 3. Gallo-Flandr. cap. 9.

Signifer Ecclesiæ vexilli munere grato,
Et Castellanus feudum capit à Cathedrato.

Quibus verbis, inquit Buzelinus, innuitur, Advocatum fuisse Signiferum Ecclesiæ, & Castellanum Tornacensem suas investituras ab Episcopo Tornacensi accepisse. Statuta Ecclesiæ S. Martini Turonensis: *Dominus de Prulliaco est propugnator* (Advocatus) *& Canonicus de Consuetudine, & habet præbendam in blado, vino, & nummis: & debet portare vexillum B. Martini cum Comite Andegavensi, & facere per se, vel per alium bella Capituli B. Martini.* Ita Comes Vilcassini, ut *Advocatus* Monasterii S. Dionysii, ejusdem Monasterii *Signifer* erat, ut habet Sugerius lib. de Administrat. sua, cap. 4. quod pluribus etiam docuimus in ea Dissertatione ad Joinvillam, quam de Auriflamma instituimus. Scribit præterea ex veteribus Tabulis Guesnaius in Annalibus Massiliensib. ann. 855. Willelmum Vicecomitem Massiliensem *rexisse S. Victoris vexillum*, ut celeberrimi nempe in Provincia Monasterii *Advocatum.*

Interdum *Advocati* ipsi Advocationes suas aliis in beneficium, seu in feudum dabant, vel quòd potioris longè dignitatis essent, ut Ecclesiarum & Monasteriorum expeditionibus possent interesse, ut sunt Reges ac Principes: vel quòd bellis suis ac publicis negotiis ita distinerentur, ut alienis vacare fas iis non esset. Extat Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1064. pro Monasterio Einhamensi apud Miræum lib. 1. Diplom. Belgic. cap. 33. quâ, *cùm propter occupationes ac curas Principatus sui istius Monasterii tuitioni omnino ut Advocatus invigilare non possit, vicem sui in parvis tantùm negotiis, sibi majora reservans, Arnulpho Aldenardensi Castellano committit.* Vide Notitiam Eccles. Belgii cap. 90.

Verùm causa præcipua, cur Ecclesiarum Advocationes in alios ab Advocatis transferrentur, ea fuit, quòd plerumque ex Ecclesiis prædiis, quædam essent in longinquis regionibus à fidelibus identidem indulta, quæ

Advo-

Advocati, viri licèt proceres ac potentes, tueri non poterant: quòd ab iis procul abessent, vel etiam, quòd in Principum exterorum dominiis jacerent. Quod colligere licet ex Lamberto Ardensi pag. 149. & aliquot Chartis apud Loisellum in Hist. Bellovacensi pag. 248. Louvetum in Histor. ejusdem Urbis lib. 1. pag. 647. 648. & Hemereum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 40.

Ex quo accidit, ut tot essent fere *Advocati*, quot majora Ecclesiarum prædia. Gesta Abbatum Lobiensium p. 602. *Castellanus Tudinensis, quod nobis adjacet castri, totam præfecturam* (Advocatiam) *Abbatiæ debet tenere in manu sua, nec aliquos debet sustinere Defensores vel Advocatos, nisi qui hereditarii sunt hereditate antecessoria. Modò habentur in villis S. Petri multi Advocati, imò raptores, qui præter tres generales placitos, quandocumque volunt, ibi sigillatim placitant, &c.* Charta Henrici Ducis Bavariæ in Chronico Reicherspergc. *Vocatus in Advocatiam prædii, quod dicitur Mustuer, mutuati ab Ecclesia Bambergensi*, &c.

Atque hi quidem minores *Advocati*, seu qui ab Ecclesiarum Advocatis prædiorum tutelas in se recipiebant, *Subadvocati* passim dicuntur, quemadmodum *Subdefensores* vocat Gregorius VII. PP. lib. 6. Epist. 8. qui *Defensorum Ecclesiæ* vices agebant. Hos *Secundos Advocatos* appellat liber de Fundatione Monasterii Gozecensis p. 235. *Proadvocatos* Charta Henrici II. Imp. ann. 1023. apud Nicolaum Zyllesium in S. Maximino: *Postadvocatos* alia Conradi Imp. ann. 1026. apud eundem: *Viceadvocatos* alia ann. 1074. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 534. *Subadvocatores* alia ibidem tom. 3. pag. 244. *Advocatos infeodatos* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 64. §. 13. *Advocatos Feudales* Wichbild Magdeburg. art. 16. §. 2. quorum *Advocatiæ segregatæ* dicuntur in Chronico Reicherspergensi pag. 205. *Advocatiæ prædiorum* pag. 214. *Advocatiæ, quæ jure feudali in beneficio tenentur*, in Privilegiis Ecclesiæ Hamburg. pag. 200. Vide Diplomata Belgica Miræi lib. 2. cap. 43.

Sic igitur minores isti Advocati munia sua obibant, ut primoribus Advocatis ratione clientelæ obnoxii essent, iisque hominia præstarent: qui Advocati præcipui, *Majores* & *Principales* & *Summos* Ecclesiarum *Advocatos* sese inscribebant. In Chronico Trudonensi lib. 5. pag. 394. 405. 459. *Comes de Lembourg* dicitur *Major Advocatus* ejusdem Monasterii, cui suberat Gislebertus *Comes de Duras Advocatus*. Ita *Principalis Advocatus*, in Chronico Reicherspergc. pag. 200. 202. 215. in Chartis Eberhardi Archiepiscopi Saltzburgensis & Henrici Ducis Bavariæ, apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 22. Extat Charta Philippi Comitis Flandriæ an. 1176. in qua Martianensis Abbatiæ *Summum* se *Advocatum* esse ait, eique subesse, ac de se tenere alios Advocatos possessionum ejusdem Ecclesiæ: *Quæ omnes cum appendiciis suis sub mea protectione & Advocatione sunt, qui ejusdem Ecclesiæ sum Advocatus, & Advocati earumdem possessionum de me tenent suas Advocationes.* Similia habet Diploma Margaretæ Comitissæ Flandriæ pro eodem Monasterio ann. 1246. apud eundem Buzelinum. In Historia Landgraviorum Thuringiæ cap. 143. Rudolphus Saxoniæ Dux dicitur *Advocatus Generalis* Archiepiscopi Moguntini.

Verum cùm ejusmodi Subadvocatorum multitudine gravarentur Ecclesiæ, propter consuetas eorum exactiones ac rapacitates, cùm Ecclesiarum bona potiùs dilapidarent, quàm tutarentur ac servarent; exortæ subinde graves in eos querelæ, adeo ut sibimet caverent Ecclesiæ, vel earum Fundatores, dum Advocatos deligerent, hac apposita ferè semper conditione, ut *Subadvocatos* iis instituere non liceret, nisi de ipsarum consensu. Charta Urbani II. PP. pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium: *Non solùm super cellam majorem licet Abbati Subadvocatum constituere, sed per singula prædia & cellulas suas, ubi nihil etiam sibi juris à Prioribus illic constitutis, in beneficiis providendis, vel etiam Ecclesiis investiendis subtrahitur. Advocato autem sic constituto, non liceat contra voluntatem Abbatis Subadvocatum vel Causidicum per prædia Monasterii disponere, sed omnia illibata secundum privilegia custodire.* Id etiam colligere est ex variis aliis Tabulis in Actis Murensis Monasterii pag. 22. in Chronico Reicherspergensi pag. 200. 209. 214. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 6. tom. 3. pag. 125. 239. 240. 243. 244.

Abrogati tandem Subadvocati in Concilio Remensi an. 1148. c. 6. *Auctoritate Apostolica prohibemus, ut nullus Advocatus præter beneficium antiquitus constitutum aliqua sibi accipere, vel usurpare præsumat: Subadvocatos verò vel exactores eorum modis omnibus ab Ecclesiarum infestationibus prohibemus.*

Advocatus, Patronus, cui jus competit præsentandi Ordinario ad Beneficium vacans. Cùm enim sæpe Monasteriorum Fundatores Advocatiam sibi & posteris reservarent, inde manavit postmodum jus Patronorum, quos *Advocatos* alii vocant, qui jus habent præsentandi Ordinario ad Beneficium vacans: cujusmodi reservationum prostant exempla in Appendice Reineccii ad Witikindum p. 40. apud Monachum Pegaviensem de Wiperto Groicensi ann. 1106. in Privilegiis Ecclesiæ Hamburg. p. 159. in Diplomat. Belg. Miræi lib. 1. cap. 33. lib. 2. cap. 35. in Codice Donat. piar. c. 38. in Actis Murensis Monast. p. 18. 20. &c. Apud Willelm. Thorn. in Chronico cap. 13. §. 11. *Advocatio sive patronatus.* Vide Bracton. lib. 4. tr. 2. c. 3. Fletam lib. 5. c. 5. Bucelin. lib. 2. cap. 18. pag. 331. & Spelmann.

Advocati urbium ac Regionum memorantur nonnulli proceres: verbi gratiâ, *Bertholdus de Zeringen Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia Thuregici loci legitimus Advocatus, quod Kastvvogt dicitur*, inscribitur in Charta an. 1187. In alia an. 1210. *Dei & Imperatorum ac Regum dono judex constitutus & Advocatus, qui vulgò Kastvvogt dicitur in omne Thuregium Imperialem jurisdictionem tenens.* Ubi *Kastvvogt*, idem apud Theutones valet, quod *Castri tutor*; est enim *Kast*, Castrum, & *Vogt*, tutor, protector. Ita Henricus Comes Lovaniensis in literis an. 1086. *Comitem & Advocatum patriæ Brachbantensis* se inscribit, apud Miræum in Notitia Eccles. Belg. cap. 109. & Theobaldus Comes Ferretensis in Annalib. Colmariensibus ad an. 1293. ab Adolpho Rege Romanorum *Terræ Alsatiæ Advocatus* institutus fuit, qui eam contra Gallorum insultus tueretur. Apud Henricum Rebdorffensem in Chron. an. 1258. *Dux Rudolphus* —— *constituitur Advocatus terræ in Suevia ab Imperatore socero suo.* Huc etiam pertinent, quæ habet Raymundus de Agiles, dum ait, captis Hierosolymis, cùm de Rege creando ageretur, Episcopos respondisse, *non debere ibi eligi Regem, ubi Deus passus & coronatus est*, —— *sed esset aliquis Advocatus, qui & civitatem custodiret, & custodibus civitatis tributa regionis divideret & reditus.* Dodechino ann. 1100. *Godefridus gratiâ Dei Ecclesiæ S. Sepulcri nunc Advocatus* dicitur. Albertus Aquensis lib. 5. cap. 2. *His itaque divinis rebus prælatis & præordinatis Boëmundum dominum & Advocatum urbis constituerunt, &c.* Adde Laurentium Leodiensem in Histor. Episcopor. Virdunensium pag. 293.

At non desunt, qui plerosque ex proceribus istis existimant hosce sibi arrogasse titulos, non quòd revera has provincias ut earum Advocati regerent; sed quòd Monasteriorum ac Ecclesiarum in iis sitarum defensores ac Advocati essent. Quemadmodum Albertus Austriæ Marchio, Leopoldi filius primogenitus *factus* dicitur *Advocatus omnium Monasteriorum terræ Austriæ*, in Historia Cœnobii Melicensis, id est, Marchio: ita ut

Dux

Dux Zeringianus Ecclesiæ Zurigensis, Comes Lovaniensis Ecclesiæ Nivellensis, in Brabantia sitæ, Advocati fuerint.

Advocati Matriculares, Ecclesiæ matricis Cathedralis. Vetus Charta apud Wiguleium Hondium in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 254. *Consensu Hainrici Frisingensis Ecclesiæ Episcopi, & conniventia Matricularium Advocatorum nostrorum Bernardi Gruba & Sigibitonis Comitis de Neunburgk---fundavit cellam ac Prælaturam*, &c.

Advocati Cameræ & Imperii, qui publicæ pecuniæ functionem & procurationem Imperatoris vicem gerebant, qui & *Advocati Fisci*, & tandem denique *Fiscales* dicti: erant hi sub *Cameræ nuntiis*, quorum cum Ducibus æquata habebatur potestas. Ita Goldastus tom. 1. Rerum Alamannic. pag. 180.

Liber Advocatus, in Chronico Senoniensi lib. 2. c. 17.

Advocatus, Tutor, *Ballivus*, qui nomine tutorio res pupilli administrat & tutatur. Charta Willelmi Archiepisc. Remensis S. R. E. Cardinalis an. 1199. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 193. *Noverit universitas vestra, quod soror nostra A. Francorum Regina, id quod clamabat in Advocatia terræ nepotum suorum & nostrorum W. Comitis Sacricæsaris, & Stephani fratris ejus, totum quitavit & remisit.* Et infrà: *Quandiu nepos noster Th. Comes Trecensis Palatinus terram prædictorum W. & St. tenebit per Advocatiam.* Charta Petri Decani Trecensis ann. 1207. *Notum facimus, quòd carissima domina nostra & Advocata nostra Blancha illustris Comitissa Campaniæ, &c.* Sic in aliis Tabulis Philippi Abbatis S. Lupi Trecens. ann. 1211. Charta Odonis Ducis Burgund. ann. 1209. In Tabul. Campan. Bibl. Thuanæ fol. 218. *Notum facio---quòd ego laudo, approbo & concedo judicium illud; quod carissimus dominus meus Philippus illustris Franciæ Rex fecit de Theobaldo filio carissimi consanguinei mei & fidelis mei Comitis Theobaldi, & de Blancha matre ejus, quæ Comitatum Campaniæ tenebat per Advocatiam: videlicet quòd nec ipse Th. nec Blancha mater sua respondere debent de terra, de qua dictus consanguineus meus Th. tenens erat, cùm decederet, antequam dictus Th. filius ejus habeat XX. & unum annum.* Charta ann. 1040. apud Hemereum in Augusta Viromanduorum pag. 113. *Ego Ivo Thesaurarius Monasterii S. Quintini, & ad tempus Advocatus honoris fratris mei Roberti, qui & futurus hæres honoris patris mei, &c.* Charta Communiæ Noviomensis ann. 1181. *Qui in via Sanctorum fuerint, viduæ etiam, quæ filios non habent adultos & arma ferentes, & puellæ sine Advocato, nullas debent consuetudines.* Gallis *Avouerie*, vel *Vourie*, ut est in Consuetudine Vitriacensi art. 70. 100. 141. 143. tutela, patria aut maritalis potestas. Vetus jus municipale Comitatus Campaniæ art. 20. *Il est coustume en Champaigne, que se enfens noble demeurent de pere & de mere, soient noble ou de pere ou de mere. Se il y a hoir ainsné, il doit avoir l'avouërie de ceaulx, qui sont sousaagié: & tant comme ils seront en avouërie, li avoüé n'en perdront, ne gagneront.*

Advocator, idem qui *Advocatus*, in Chronico S. Vincentii de Wlturno pag. 690. *Præcepit---ut statim pergerent ad ipsum Abbatem cum suis Monachis & Teudelasio Abocatore eorum reinvestirent.* Ita & pag. seq. *Rodelgardus Castaldeus Advocator Episcopi Salernitani*, in Chartis apud Ughellum tom. 7. pag. 500. 506. 977. Adde tom 8. pag. 47. 139.

Advocator, Patronus. Ordo Romanus, ubi de Processione Pontificis: *Advocatores autem Ecclesiæ stant quidem cum majoribus, non autem procedunt cum eis, sed ipsi tantummodò sequuntur sellarem Pontificis, cum Acolyto, qui aquam manus portat.*

Advocator, Campio, qui pro alio monachiam à judice decretam subit. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. §. 40. *Lites suas---per consimiles Advocatores per pugnam dirimant*, §. 39. *Campiones* appellantur, qui in isto *Advocatores*. Gallis scriptoribus *Advoüez* passim dicuntur. Vide *Campio*. Aliud sonat *Advoateur*, in Consuetudine Angeriacensi art. 12. & Santonensi art. 12. ubi is est, qui pecus, *in damno* captum, ut suum *advocat*, id est, agnoscit.

Advocatissa, Mulier, seu nobilis fœmina, cui jure feudi Advocatia alicujus Monasterii competebat: in libro de Fundatione Monasterii Gozecensis pag. 237.

Advocaria, ex Gallico *Advoüerie*; pensitatio, quæ præstatur domino, pro ea, quam impendit civibus protectione; aliis *Salvamentum* dicitur. Tabularium Eccl. Ambian. *Sciendum etiam, quod unaquæque domus villæ, in qua manet aliquis, si duas furcas habuerit, 2. sextar. avenæ debet pro Advocaria; si unam furcam, unum sextarium.*

Advocatia, Protectio, tuitio. Baldricus in Chron. Cameracensi lib. 1. cap. 10. *Abbatis Advocatiam imploravit.* Infrà: *Advocatiam Dei & S. Vedasti sibi profuturam assumpsit.* Guibertus lib. 3. de Vita sua c. 5. *Erat autem Barisiacus cum appendentibus villis sub Advocatia ejus.* Charta Theodorici Comitis Flandriæ an. 1166. *Quæ à præfato Theodorico, seu patre ejus Ivano collata sunt, in nostram & successorum nostrorum Advocatiam & defensionem suscepimus.*

Advocatia: Officium Advocatiæ villæ Paterniacensis, in Charta ann. 1314. in Probat. Hist. Sabaud. p. 146. Advocati munus, jus, officium. In lib. 1. Feud. tit. 1. §. 1. *Advocatia, quæ vulgò Viaria dicitur.* Charta an. 1148. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 437. *Advocatiam super villas Cavioninum scilicet, Esiacum, &c.*

Advocatiæ Imperii, in Chron. Casin. c. 35. Charta Henrici Imperat. apud Dodechinum an. 1110. *Regalia sunt civitates, Ducatus, Marchiæ, Comitatus, monetæ, teloneum, Advocatiæ, omnia jura Centurionum, id est, villicorum, &c.* Vide Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 14.

Advocatia, Præstatio, quæ fit Advocatis. Charta Everhardi Archiepiscop. Salisburgensis ann. 1231. in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 65. *Remittens eis Advocatiam, id est, procurationes.*

Advocatia, Advocati infeudati districtus. Speculum Saxon. lib. 1 art. 35. §. 2. *Argentum sub terra absconditum nemini excidere licet, sine proprietarii illius loci voluntate. Si verò voluntas ipsius advenerit, in operis loco Advocatiam obtinebit.* Art. 59. §. 4. *In una Advocatia non nisi unus potest esse bannus.* Lit. 3. art. 64. §. 5. 8. *Si Comes partem Comitiæ alteri conferat; aut Iudex, seu Advocatus, partem judicii, seu Advocatiæ, hoc agit perperam, & est contra jus attentatum.* Vide Albertum Stadensem ann. 1089.

Advocatia, Datio Campionis, qui *Advocatus*, Gallis *Avoné*, dicitur. Charta Blanchæ Comitissæ Campaniæ de divisione terrarum inter filias Baronum, an. 1212. in Tabular. Campaniæ Thuani, fol. 8. *Si aliquis firmato duello ad hoc devenerit, quòd coram Iustitia dederit Advocatiam illam infra dies, qui ei jure possent assignari, decesserit, non ideo perdit querelam suam ille, qui duellum firmavit, qui ei dederit Advocatiam suam; sed liceat ei alium substituere loco illius, qui decessit.*

Advocatio, Districtus Advocati, in Charta Willelmi Castellani S. Audomari ann. 1205. *Quicumque servus, vel de Advocatione mea existens infra villas S. Bertini, & extra nunc manent*, &c.

Advocatio, Tutela, protectio. Gerbertus Epist. 22. *Reges Francorum filio suo favere dicite, nihilque eos aliud conari, nisi tyrannidem Henrici, Regem se facere volentis, sub nomine Advocationis, velle destruere.*

Advocatio, idem quod *Viaria*, seu *Vicaria*, jurisdictio media, *moyenne Iustice*, in Chartis non semel, quas laudamus in voce *Vicaria*.

Advocatio. Pensitatio, seu præstatio pro jure Advocationis, vel pro tutamento: tributum, quod Advocato exsol-

exsolvitur. *Reditus Advocationis*, in Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1038. apud Buzelinum. *Advocatio & Advocatoriæ exactio*, in Charta Conradi Ratispo-nensis Episcopi an. 1209. in Metropoli Salisburg. tom. 3. p. 248. Alia Adalberti Comitis Viromanduorum sub Leudulfo Noviom. Episcopo: *In his ergo S. Quintino datis rebus nullus heredum vel propinquorum meorum, non Comes, nec Vicecomes, nec ejus liberæ ingenuitatis homo aliquid amodo accipiat causâ consuetudinis seu Advocationis*, &c. Alia Gerardi Comitis Matisconensis an. 1180. in Bibl. Cluniac. pag. 1443. *Orta est querela inter nobilem virum Gerardum Comitem Matisconensem & Monachos Cluniacenses super indebitis consuetudinibus,---siquidem in villis Monachorum, Advocationem & custodiam quærebat, ubi Monachi illum habere non asserebant. In aliis verò locis ubi constabat illum Advocationem habere, indebitas exactiones & insolitas consuetudines usurpabat*, &c. Charta an. 1205. in Tabulario S. Bertini: *Ab omni servitute, Advocatione & consuetudine & exactione — liberi erunt.* Concilium Coloniense ann. 1310. c. 3. *Monemus omnes terrarum dominos--- ne de cætero occasione Advocatiarum, quas quidam ex eis super bona Ecclesiastica habent, vel quocumque alio nomine vel colore ad hoc quæsito, tallias, collectas, exactiones, petitiones, assisias, contributiones, servitia indebita, & ultra quàm jus Advocatiæ juxta Scabinorum sententiam, ubi Advocati sunt, permittit,--exigere aut recipere præsumant.* Computum Domanii Comitatus Bononiensis ann. 1474. *des Advoueries d'Estaples & Rombly, que doivent les habitans d'icelles villes à la Toussains, qui se croissent & amoindrissent selon le nombre des mesnages estans en la ville & bourgaige d'Estaples, dont chascun chief doit demy polkin d'aveine, les vesves un cart de polkin.* Computum Comitatus Pontivi ann. 1474. fol. 1. *Cens, rentes, recognoissances, & Advoueries deuës au Roy à cause de sa Comté de Pontieu.* Vide *Varia.*

Advocatio, Anglis *Advowson*, jus præsentandi Ordinario aliquem ad Beneficium vacans, in Littletone sect. 10. 180. Fleta lib. 5. cap. 9. §. 21. *Divisionem non recipiunt Advocationes Ecclesiarum,---quamvis Ecclesia, quæ est quasi subjectum ratione diversarum Baroniarum ab antiquitate dividi possit.* Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 57. *Qui Ecclesiam S. Gaugerici in Advocationem tenebat.* Adde Regiam Majestat. lib. 1. c. 2. §. 2. 3. lib. 2. c. 16. 42. 45. 61. 67. lib. 3. c. 33. Joan. Sarisberiensem l. 7. Policrat. c. 17. & Epist. 125. Sugerium de Administrat. sua c. 12. &c. Vide *Patronus.*

Advocatoria, ipsum Advocati munus, in Notitia veteri apud Loisellum in Hist. Bellovac. pag. 248.

Advocatura, idem quod *Advocatio*: Jurisdictio media, *Moyenne Justice*, vel, quod præstatur sub specie Advocaturæ, seu tutamenti, vel, *salvamenti*. Hariulfus in Chronico Centulensi lib. 4. cap. 21. *Sub excommunicatione interdixit, ne aliquis amplius in illa villa, neque per vim, neque per deprecaturam, neque per Advocaturam, de omissis consuetudinibus ampliùs aliquid expeteret.* Charta Odonis Episcopi Bellovacensis ann. 1140. apud Loisellum pag. 269. *Concesserunt in eleemosynam quidquid habent in villa & in terra Theoleti, videlicet Advocaturam & Vicecomitatum, & quidquid habebant ibi aliud.* Tabularium S. Vitoni Virdunensis: *Quietum & ab omni prorsus Advocatura liberum.*

Advocaticii, qui Advocatorum jurisdictioni obnoxii sunt. Chronicon Colmariense 1. part. an. 1271. *Comes Radulfus de Habspurc posuit exactionem super homines suos Advocatitios, & accepit ab eis 20. mille quartalia frumenti.*

ADVOLI, in Aresto 20. Aug. an. 1411. ex Gallico, *Avolez, Advenæ*, uti etiam in eodem Aresto dicuntur, in Hist. Betuniensi pag. 116. qui aliunde venerunt, *advolarunt*. Froissart. 1. vol. cap. 39. *Et ceux qui estoient ainsi bannis, dont il y avoit foison, se tenoient à S. Omer, le plus, & les appelloit-on Avolez.*

ADVOTUM. *Retentio feudi per Advotum*, in Rotroci Comitis Perticensis, an. 1136. apud Souchetum: *Retenue du fief par aveu.*

ADURACLA, Species vitis, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 3. cujus vetus Interpres Gallicus *Duraclan*, vertit.

ADYTUM, ἄδυτον, Græcis; recentioribus βῆμα, secretior ædis aut Ecclesiæ pars, solis Sacerdotibus pervia. Leo Ostiens. lib. 3. Chron. Cas. cap. 31. (alias) 33. *Fecit & cancellos ex ære 4. ante altare, inter chorum & adytum hinc inde statuendos.*

ÆDES, Templa paganorum nudè appellant leges 8. & 18. Cod. Theod. de Paganis, quæ *ædes templorum*, in leg. 3. eod. tit. dicuntur. In Excerptis ab Henrico Stephano ex veterib. Lexicis p. 259. titulus ita concipitur: *De ædibus*, περὶ ναῶν. Gloss. Lat. Gr. Ædes, αὐλαὶ, ναοί. Gloss. Bas. οἶκος, ναοί.

ÆDIFICARE, Exemplum præbere: quo sensu vocem *Edifier*, usurpamus; vel docere, instruere. S. Hieronymus lib. 3. in Rufinum cap. 5. *Duas Epistolas--per hoc ferè biennium interpretatus sum, & inædificationem Ecclesiæ legendas nostræ linguæ hominibus dedi.* Annianus Pelagianus in Epist. præfixa versioni Homiliarum S. Joan. Chrysostomi: *Adhuc Antiochiæ Presbyter hæc, quibus Ecclesiam illam ædificabat, scripta composuit.* Gregorius M. lib. 9. Epist. 9. *Picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerunt facta*, &c. Concil. Narbonense sub Recaredo Rege, de Presbytero ignaro: *Mittatur in Monasterium, quia non potest ædificare populum.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 7. *Pauci autem addiscebant ut ædificarentur, vel ædificarent. Liber ædificatorius* apud Ingulfum p. 870. Adde S. Fulgentium Epist. 2. Ordericum lib. 5. pa. 590. &c. Vide Glossarium med. Græcit. in οἰκοδομή.

ÆDIFICIUM. Vide *Artificium.*

ÆDILITAS, Custodis Ecclesiæ munus ac dignitas in Collegiis Canonicorum. Charta Folcuini Episcopi Tervanensis anno Ludov. Reg. 26. apud Folcardum in lib. 1. Miracul. S. Bertini cap. 7. *Ædilitatem seu custodiam ipsius Basilicæ*, &c. Alia Lietberti Episcopi Cameracensis anno. 1066. in Hist. Camerac. Joan. Carpentarii: *Ædilitatem vero & Præposituram, quæ mei juris erant, ---huic Ecclesiæ contuli.*

ÆDITUUS, Ostiarius, gradus Ecclesiasticus; cui ædis sacræ custodia incumbit, *Custos*. Paulinus Epist. 6. *Ipsius ordinatione in presbyteratu ordinatus sum, fateor, invitus, non fastidio loci: nam testor ipsum, quia & ab æditui nomine & officio optavi sacram incipere servitutem*, &c. Frodoardus in Adriano PP.

Amplicat Æditui locupletans dotibus ædem.

Ubi leg. *Æditui*, Vide *Ostiarius.*

Æditare, Æditum agere. Vetus inscriptio p. 3125. *Æditua vixit an.* x. Occurrit præterea in alia p. 1088. 5.

ÆGRIMONIA. Ugutio: *Ægrimonia, Ægritudo.* Occurrit in Concilio Toletano XVI. can. 1. & 4. & apud S. Eulogium lib. 3. Memor. SS. cap. 10.

Ægrimonium, eadem notione. Gl. Gr. Lat. ἀῤῥωστία, *Ægrimonium, Morbus, Languitudo, Languitas, Infirmitas.*

ÆGRIPOMIUM, *Autumnus*, Φθινόπωρον, in Gloss. Græc. Lat. MS. In edito hæc habentur: Φθινόπωρον, *Autumnum, Ægripomum*, plura alia non habent Φθινοπωρινὸν, *Autumnalis*. Φθίνω, *Tabeo, tabesco.* Ex quibus patet primum Φθίνω scribi pro φθίω, deinde autumnum Φθινόπωρον appellari, quod ea anni tempestate poma & arborum fructus maturescant, deficiant, atque velut ægritabescant.

ÆGYPTILIA, *Gemma, ab Ægypto, ubi invenitur.* Ugutio.

ÆMIDUS, *Tumidus, Inflatus*, in Glossis Isidori.

ÆNEA,

ÆNEA, Gregorius M. lib. 9. Epist. 40. *Pervenit ad me, quia in ea Ecclesia, quæ Ænea dicitur, sæpe in Hierosolymorum urbe, vestræ Ecclesiæ jurgia nascuntur.* Ubi Altaserra ædem hanc sic appellatam opinatur, *quod foribus æneis distingueretur.* Ego verò legendum puto, *è Nea*, vel ἡ νέα, i. nova Ecclesia. Vide Luithprandum lib. 3. cap. 8. Lib. I. c. 2. l. 3. c. 8. & nostram Constantinopolim Christianam, ubi de æde S. Michaëlis.

ÆNEIA, *Ænescia.* Vide *Ainescia.*

ÆNEUM, Caldaria salinaria, in qua sal coquitur & conficitur. Charta ann. 1034. in Antiquitatib. Vosagensib. lib. 5. cap. 7. *Apud Vicum aheneum unum cum duobus sessibus, &c.* Vide *Aqua fervens Caldaria, & Ænulum.*

Æneum frumentum. Hujus meminit lex unica Codice Theod. de frumento Carthaginensi, in qua traditur illius pensitationi obnoxia fuisse certa *corpora*, seu prædia vel agros, atque adeo Magistratus, seu Duumviros, Carthagine. Sed quale illud fuerit? omnino non constat, cùm apud alios scriptores vox hæc non reperiatur. Vide quæ in hanc rem habet Jacobus Gotofredus, & infrà in v. *Ærariæ annonæ.*

ÆNIGMA, *Moneta*, in vet. Gloss. ut auctor est Jacobus Gotofred. At in Gloss. Isidori, est *figura, sive typus, sive species*, nempe monetæ. Certè ita usurpat etiam Prudentius in hymno S. Laurentii.

ÆNIVIUM. Epitaphium Gebehardi Archiep. Salzburg. apud Canisium tom. 6.

Esuriens victum, petat ultrò nudus amictum,
Et vagus hospitium vallis es ænivium.

ÆNULUM. Ugutio: *Cacabus, Lebes, Æneum, Ænulum, idem sunt.* Jo. de Janua: *Enulum, ab æs dicitur, id est parvum aenum, seu caldarium.* Vide *Emola.*

ÆPHI. Vetus Agrimensor tit. *de mensuris liquidorum: Urnæ 2. amphoram complent, quæ sunt modia 3. quod in aridis dicitur Æphi. Ephi*, in vet. Test.

AEQUALENTIA. Testamentum Bertichramni Episcop. Cenoman. *Sic quoque ut post tuum obitum filii tui inter se æqualentia cum ipsis habere volo.* Formula vetus Andegavensis 36. *Tu cum ipsis æqualis lanciæ dividere facias.*

ÆQUIDICI, versus Γ᾽σύλεκλο., qui singulis propositionibus ἀντιθέτως apparant versus dictiones, apud Diomedem lib. 2. Art Grammat.

ÆQUITERNUS, *æquè æternus.* Sidonius lib. 8. Epist. 13. *Prævidens se se per æterna secula æquiterna supplicia passurum*, pro *æquè æterna.* Vide *Æviternus.*

ÆQUATIO. Concilium Toletan. I. cap. 10. *Clericos, si qui obligati sunt, vel pro æquatione, vel pro genere alicujus domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & Patroni consensus accesserit.* Ubi *æquatio* videtur esse tributum, quod domino præstatur. Vide *Peræquatio.*

ÆQUALENTIA, Divisio hæreditatis, vel bonorum, per æquales partes: *æqua lance*, dixit Marculf. lib. 2. form. 14. Formul. vett. Bign. c. 39. *Placuit atque convenit inter illum & germanum suum, illum de alode, quæ fuit genitoris sui, ut inter se æqualentia dividere, vel exæquare deberent.*

Epistola æqualentiæ. Formulæ vett. Pithœi c. 46. *Dulcissima filia mea, illa, diuturna, sed inter nos impia consuetudo tenetur, ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant. Ideoque per hanc Epistolam æqualentiæ te, Dulcissima filia mea, &c. — qui contra hanc epistolam æqualitatis ordine venire tentaverit, &c.*

ÆQUIDIUM, Solstitium. *Æquidium autumnale*, apud Miræum in Dipl. Belg. lib. 1. cap. 31. *Æquidialis*, ἰσήμερ., in Gloss. Lat. Gr. & apud Festum.

ÆQUILANCIUM, *Æquatio*, in Gloss. Isid. ἰσοῤῥοπία, ubi malè *æquilatium* habetur, *Æqua lance*, apud Symmachum lib. 1. Ep. 86. lib. 2. Ep. 56. lib. 10. Ep. 53. *Æqua lance & libramentis paribus*, in leg. 1. C. Th. de Ponderator. Fredegarius in Chron. c. 85. *Thesaurus Dagoberti — æquilancia dividitur.* Id est, æqua lance.

ÆQUILIBRATOR *Regis*, quo nomine ac munere insignitus donationem factam Majori Monasterio à Roberto de Sabulio, (*Sablé*) & uxore ann. 1067. subscribit quidam Baldricus, statim post Episcopos: quem subsequuntur, Ingenulfus Magister Pincerna, Radulphus Dapifer, Walerannus Camerarius, &c. ubi *Equilibrator*, aut *Æquilibrator Regis*, is est, opinor, qui aliàs *Magister Regis* seu Pædagogus dicitur. Tum enim Philippus Rex vix ætatis annum attigerat 13. aut 14. Sic autem appellatur, quòd herilem puerum in *æquilibritate, ac ἰσονομίᾳ*, ut loquitur Tullius, seu vitæ æquabilitate contineret. Ejusmodi munus est illius, quem hodiè *Gouverneur du Roy* dicimus. Vide *Bajulus.*

ÆQUINOMIUS, Idem quod *Æquivocus*, ejusdem nominis. Thomas Archid. in Hist. Salonitana c. 3. de S. Domnione: *Quia æquinomius erat B. Domino Pontifici.*

ÆQUIPARABILIS, comparandus. Præfatio Caroli M. ad Capitulare Aquisgranense ann. 789. *Non, ut me ejus Sancti æquiparabilem faciam, &c.*

ÆQUIVOCUS, ὁμώνυμος, *homonymus*, in Vita Ludovici Pii ann. 837. qui eodem nomine appellatur, Flodoard. lib. 2. Hist. Rem. cap. 20. *Ludovicus ab æquivoco suo restitutus est in regnum.* Charta Hermengardæ Reginæ Burgundiæ ann. 1037. in Tabulario Ecclesiæ Gratianop. sub Hugone Episcopo fol. 33. *Quia istam domum duo homines æquivoci, id est, qui uno nomine vocantur, id est, Ebo, possident.* Guntherus lib. 1. Ligurini:

Alter at æquivocum sibi consimilemque Rogerum
Progenuit.

Henric. Rosla in Herlingsberga, de 4. Henricis Impp.

Quatuor æquivocum sibimet qui nomen habebant.

Occurrit passim. Hinc.

Æquivocari, eodem nomine vocari. Petrus Bles. serm. 23. de Maria Magdalena: *Quia sicut æquivocatur B. Virgini vocabulo, &c.* Matthæus Vindocinensis in Tobia:

Solvitur in puerum patris partus, æquivocatur
Nomine Progenies sedulitate patris.

Æquivocus. Atto Episcop. in Capitulari c. 48. ubi Clerici vetantur auguria exquirere. *Si quis post hanc cognitionem, Ecclesiasticam contemnens doctrinam, ad... Prophetas, aut Angelos, vel aliquos Sanctorum defunctorum, quos Æquivocos falsò vocant, abierit, eorumque pravis doctrinis inhæserit, anathema sit.*

ÆQUORARE, *Navigare*, in Gloss. Arabico-Lat.

Æquorabiliter, Navigio, navigando. Isidorus Pacensis Episcopus æra 690. *Adversus quem Constans Augustus mille & ampliùs lembos adgregans, infeliciter decertavit, & vix cum paucis equorabiliter aufugiens evasit.* Legendum *æquorabiliter.*

ÆRA, Era, *Hera*, Supputatio, numerus, computus, scriptoribus mediæ ætatis: nam veteres *æra* vocabant in rationibus, quæ vulgus hodiernum *Item* vocat, quod primum est, in notatione *æra.* Rufus Festus in Breviario Rerum gestar. Pop. Ro. *Morem secutus calculonum, qui ingentes summas æris brevioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar.* Faustus Reiensis lib. 1. de Spiritu-Sancto: *Sacer numerus dicimus, quia trecenti in æra sive supputatione signum Crucis, &c.* Bernaldus Presbyter de Reconciliatione lapsorum pag. 272. *Notandum quoque quia æra nonnunquam abusivè pro Capitulo ponitur, ut in illo scripto Toletani Concilii, ubi de ordine tenendæ Synodi tractatur.* Isidorus. *Per singulos Evangelistas numerus quidem Capitulis affixus adjacet: quibus numeris subdita est æra quadam minio notata, quæ indicat, in quoto Canone positus sit numerus, cui subjecta est æra: verbi gratiâ, si est æra prima, in primo Canone, &c.* Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 3. §. 3. *Sciat se idem mandator censura illius legis noxium retineri, quæ continetur lib. 5. tit. 1. æra secunda.* Ita lib. 6. tit. 2. §. 5.

Ad legis illius teneatur satisfactionem, obnoxius, quæ in hoc libro 6. sub titulo 2. era prima, &c. Hincmarus Remensis in Ferculo Salomonis:

Hæc ut vobis nulla desit, Karle, gratia.
Versuum mensura pandit, atque ærarum quantitas.

Habetur in Bibl. Thuana vetus Canon. Codex, qui in sectiones vel capita dividitur, quæ *Heræ* appellantur; ubi interdum HR. per contractionem scribitur. Ita etiam in veteri forma celebrandi Concilii provincialis, apud Mabillonium, Conciliorum Canones per *heras* laudantur, p. 458. 459. & in veteri Collectione, edita à V. Cl. Jacobo Petito. Faustus Reiensis vel Regiensis Epist. 6. *Per Crucis enim signum & per sacrum Jesu nomen apud Græcos, hera utrius supputationis imprimitur.* Capitula ad Legem Alamannor. cap. 27. Edit. V. Cl. St. Baluzii: *Si litus fuerit in Ecclesia & in heris generationis dimissus fuerit, 13. sol. & tremisso componat.* Ubi *hera Generationis* videtur appellari series ipsa Generationis, ut tam ipse quàm filii & nepotes libertatem consecuti fuerint: *in Ecclesia* verò *manumissus* litus intelligitur. *Æræ dierum*, pro *numeri dierum*, apud Hildericum. Perperam porrò *Ira* pro *Era* scribitur in Formula 16. ex Baluzianis: *Ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus discernit, me impleturum esse polliceor, data Edictione de Inscriptionibus accusatoribus recrescant Theodosiano nono in ira prima, &c.* Est enim titulus 1. lib. 9. Codicis Theod. de Accusationibus & inscript.

Æra, vel *Era*, annos numerandi ratio, Hispanis olim familiaris, quæ 38. annis annos Christi excedebat. Julianus Toletanus Episc. lib. 3. contra Judæos: *Jam verò residuus annorum numerus, à tempore nativitatis Christi, usque in præsens, in promptu est unicuique & scire, si volet, & supputare, si placet, assumptis scilicet annis, secundùm eram, ab ipsa Domini incarnatione. Era enim inventa est ante 38. annos, quàm Christus nasceretur; nunc autem acclamatur Era esse 624. detractis igitur 38. annis, ex quo Era inventa est, usque ad nativitatem Christi, residuum sunt 586. anni.* Manuscriptus Codex ex Bibl. Thuana: *Ut cognoscas, quota sit era quolibet anno, annis Domini Jesu Christi adde 28. & numerus, qui collectus fuerit, erit era. Verbi gratiâ modò currit annus I.C. 1174. adde illis 28. & resultabit iste numerus 1302. talis erit præsentis anni, scilicet anno 1274. mutatur autem in Kalendis Ianuarii.* Porrò annos numerandi per *æras* in Hispania sensim ratio desiit. In Archiepiscopatu Tarraconensi ann. 1180. Chronicon præfixum Usaticis MSS. Barcinonensibus: *Deinde regnavit Ludovicus filius ejus annis 29. quo sublato de medio, cœpit regnare Ludovicus filius ejus minor, qui etiam regnavit annis 44. & de Festo S. Joannis Bapt. usque in diem S. Luch (f. Lucæ,) quo die celebratum fuit Concilium apud Tarraconam à Domino Berengario Tarraconæ Archiepiscopo cum Episcopis & Clericis sui Archiepiscopatus, quorum consilio & præcepto annus Domini institutus scribi in omnibus Chartis per totum Archiepiscopatum. Tunc verò currebat annus* 1180. In Castilia nempe à Joanne I. Rege, in Curia, quam Segoviæ habuit anno Christi 1383. decretum, ut abrogata æra, anni Christi publicis instrumentis apponerentur. Quod in Aragonensi Regno anno 1359. in Lusitanico denique ann. 1415. perinde obtinuit. Vide Leges Partidas seu Alfonsinas parte 3. tit. 3. lege 7. At cur ab eo anno Æræ initium sumpserint, multa viri docti congessere, tametsi vix inter se conveniant, cùm veram rationem assequi haud promptum sit, atque in iis Papias in v. *Æra*, Alderisius in Geographia Nubiensi pag. 224. Joannes Ceccanensis in Chron. Fossæ-Novæ statim initio, Covarruvias lib. 1. Variar. resolut. cap. 12. lib. 4. c. 18. n. 7. Surita in Indice rer. Aragon. ann. Chr. 710. Vaseus in Chron. Hisp. c. 22. Amb. Morales, Rexendius, Josephus Scaliger de Emendat. tempor. lib. 5. Baronius in Notis ad Martyrol. 22. Octob. Loaysa in Notis ad Concilium Illiberitanum, Petavius lib. 10. de Doctr. temp. cap. 68. lib. 11. cap. 47. tom. 3. Differt. var. ad Uranolog. cap. 3. & in Breviario temp. Bivarius ad Pseudochron. Maximi, Sebast. Covarruvias in Thesauro linguæ Castellanæ v. *Era*, &c.

Æra, quivis annus. Luithprandus in Legat. *Armiger hujus* (Imperatoris CP.) *sagitta calamo immissa, æram in Ecclesia ponit, quæ prosequitur, quo nimirum tempore imperare cœperit, & sic æram, qui id non viderunt, intelligunt.* Ubi alii *aram* legunt, ita ut *ara*, mensa seu tabula fuerit, in qua descripta fuerit inscriptio: sed *æra* hîc omnino pro anno ponitur. Sic apud Dudonem lib. 3. de Actis Normann. p. 11. *Transacta denique duarum herarum intercapedine, &c.* Extat in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 91. Charta ejusdem Episcopi, quæ sic clauditur: *Facta carta ista 4. Kal. Augusti anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo, Luna 18. Indictione 8. Era millesima centesima octava.* Sed videtur amanuensis omisisse vocem *trigesima*. Ex qua saltem Charta colligitur per *æras* interdum annos numerasse Francos nostros.

ÆRAMENTUM, Plinio & Paulo lib. 3. Sentent. c. 7. opus ex ære confectum, ferramentum. Papias: *Æramentum, æs æquum vulgus vocat, quòd in modum sit coloris æris.* At apud Gregor. M. lib. 12. Epist. 30. videtur hæc vox sumi pro quovis utensili agricolarum: *Pastores verò ipsos per possessiones ordina, ut ex cultura terræ ferre aliquid utilitatis possint; æramenta verò omnia, quæ vel in Syracusis, vel in Panhormo, juris Ecclesiastici esse possunt, distrahenda sunt, priusquam ipsa vetustate funditus pereant.* Ita

Æramen videtur usurpari in Notitia veteri Bignonii cap. 39. & in Testamento Fulradi Abbatis S. Dionysii: *Aurum, argentum, codices, eramen, ornamenta Ecclesiarum, &c.* Aliàs pro ære habent Gesta Regum Francorum c. 18. *Deditque eis Chlodoveus--- baltheos & armellas adsimilatas de auro, sed deintus æramen erat & cuprum, &c.* Ubi Gregor. Turon. lib. 2. cap. 42. *Sed totum adsimilatum auro: erat enim æreum deauratum sub dolo factum.* Adde Formulam 7. ex Baluzianis.

ÆRARIÆ *annonæ*, quæ *aderatæ* in pretiis exhibentur, pretio taxantur, leg. 34. 35. 36. Cod. Theod. de Erogat. milit. annon. Vide *Adærare.*

AEREA, *Aria*, *Aëria*, ex Gall. *Aire*, nidus accipitris. Charta Forestæ cap. 13. apud Matth. Paris. an. 1215. & Joan. de Burgo in Pupilla oculi cap. 22. *Unusquisque liber homo habeat in boscis suis aërias accipitrum, spervariorum, falconum, aquilarum, & heronum.* Adde Fletam lib. 2. cap. 41. §. 7. 46.

ÆRENERVUS, Nervus æreus instrumenti musici, cui vice nervorum insunt æreæ chordulæ. Jul. Firmicus lib. 6. cap. 31. *Musicos faciunt, qui lyræ vel harenarios, vel ærenervos dulci modulatione percutiant.*

ÆSCULATOR. Gloss. Gr. Lat. χαλκολόγος, *Nummularius*, *Æsculator.* Vide *Nummularius.*

ÆSTIMATIO, Opinio, sententia, Gall. *Estime.* Ordericus Vitalis lib. 11. *Hæc nimirum consilio Baronum mariti sui relicto, æstimationem suam præferebat.*

Æstimatio capitis. Vide *VVera.*

ÆSTIMIUM, *Æstimatio.* Hygenus: *Possessiones pro æstimio ubertatis angustiores sunt assignatæ.* Occurrit non semel apud Agrimensores. Festus: *Æstimia, Æstimationes.* Galli *Estime* dicunt.

ÆSTIVA, *Estiva*, *Æstivare.*

Æstiva, apud Servium ad 4. Georgic. *sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem.* Et Lactantius ad istud Statii ex lib. 1. Thebaïd.

— Umbrosi patuere æstiva Lycæi.

Æstiva dicuntur pecorum stabula, tempore æstatis umbrosa. Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1063. apud Mar-

Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 27. *Hæc est carta, quam facio de illa æstiva, qua dicitur Leserim, &c* Mox: *Rogaverunt me illi infantes, qui erant in illa schola, ut darem eis unam æstivam: & dedi illis illam æstivam, quæ dicitur Leserim, quæ est in termino de Aruxe, de illo rivo de Gabardito, &c.* Tabularium S. Petri Generensis apud Marcam in Hist. Beneh. lib. 9. c. 3. *Garsias-Arnaldi Comes Bigorrensis dedit B. Petro totam tertiam partem mercati Lurdensis — & dedit duas Estivas, scilicet Garenderam & Marentam.* Tabularium S. Savini Levitanensis apud eundem cap. 9. *Prædictam Vallem Abbas & Monachi S. Savini liberam & quietam possideant, --- neque nos, neque successores nostri ibi potestatem atque padoentiam habeant, neque bestias suas, qualescunque sint, nisi per consilium & voluntatem Abbatis S. Savini ad Estivas illius vallis introducant.* Et infrà: *Insuper ad luminaria S. Savini butirum, quod per totas illas Estivas censualiter accipiebamus, præfato Monasterio concedendo dimittimus.*

Æstivare dicuntur pecora, quæ in *Æstivis* seu pascuis, æstate pascunt. Varro lib. 1. de Re rustica cap. 1. *Itaque greges ovium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstivatum, &c.* Charta ann. 1127. apud eundem Marcam lib. 5. cap. 29. *Ut armenta eorum in Alpibus liberè possint æstivare. Estiver le bestail és montagnes,* in Consuetud. Arvernensibus sub finem, & Marchensi art. 361. Contrà, *hiverner le bétail de foin & de pailles,* pecora domi pascere fœno ac palea. Apud Occitanos *Estibadou* & *Estivandié*, appellantur coloni partiarii & *medietarii, ab æstivis,* in quas pecora sua abigunt.

ÆSTIVALIA, Ocreæ, calceorum species, quibus æstate utebantur. Gloss. Lat. Gall. *ocrea; heuse, ou estivaux.* Vide *Osa.* Statuta Hospital. S. Juliani in Anglia in Addit. ad Matth. Paris. p. 162. *Æstivalibus largis seu botis pro calceamentis utuntur.* pag. 168. *Calceamenta pedum sint caligæ & æstivalia: sint sotulares erecti, &c.* Charta an. 1332. in Maceriis S. Barbaræ Lugdun. p. 203. *Et tria paria sotularium regularium temporibus, quibus magis indigent, hiemali vel æstivali, & hoc sacerdotibus & juvenculis: & quod dicta æstivalia teneantur semel facere de accampiis & sotularibus.* Adde Chartam Manassis Episcopi Aurelian. an. 1210. in probat. Hist. Blesens. pag. 10. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. tit. *Chaucemente pour le Roy,* seu de Calceatura: *Guillaume Loisel Cordoüannier du Roy pour 5. paires d'Estivaux, & 52. paires de soliers.* Occurrit ibi pluries. Fori Aragon. lib. 4. tit. de Cerdonibus: *Possint facere sotulares magnos & parvos, stivales, hosas & aliud opus quodcunque de pellibus hircorum, arietum, &c.*

Stivale, pro *Æstivale* dixit eadem notione Cæsarius lib. 10. Miracul. cap. 29. Gesta Legationis Ambassiatorum Ludovici Ducis Andegav. ad Judicem Sardiniæ 1378. *Ocrea sive stivalia de corio albo more Sardico — obtulerunt.* Declarationes Congregat. S. Justinæ ad Regulæ S. Benedicti cap. 55. *Vitetur curiositas & pretiositas in gladiis, tabulis, calcaribus, stivalibus, &c.*

ÆTAS, nudè, quæ vulgò *majoritatis*, cùm quis suæ tutelæ est. Unde qui nondum hanc ætatem attigit, *infra ætatem esse* dicitur in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. §. 2. 3. 4. &c. *Intra ætatem constituti*, in lege 3. Cod. Theod. de Sponsalib.

Ætas perfecta, 25. annorum, in leg. ult. Cod. de his qui ven. ætat. & alibi passim, è contrà *imperfecta*, pupillaris, in leg. 3. C. Th. de Sponsal. & §. ult. Instit. de Atiliano tutore, &c.

Ætas plena, majoritas, ætas 21. annorum. Quoniam Attach. cap. 91. §. 2. *De hærede verò cùm sit 14. annorum, vel ultra, usque ad plenam ætatem, si se maritaverit sine licentia domini sui, &c.* Littleton. sect. 103. *All age del heire de 21. ans, lequel est apelé plein age.* Charta Joannis Regis Hierosol. ann. 1214. in Tabulario Campan. *Scire vos volumus, quod consuetudo antiqua & per jus approbata talis est in Regno Franciæ, quòd nullus ante viginti & unum annos potest vel debet trahi in causam de re quam pater eius teneret sine placito, cùm decessit.* Vide Jus Feudale Saxonum tit. 18. §. 2.

Ætas plena in Milite, quem vulgo *Chevalier* dicimus, est 21. annorum completorum, ita ut 22. attigerit. Ita Regiam Majest. lib. 2. c. 41. Bracton. lib. 2. c. 37. §. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 21. §. 1. Fleta lib. 1. cap. 9. §. 3. Quoniam Attachiam cap. 91. §. 2. Littleton sect. 103. Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 71. &c.

Ætas tenendi terram. Tabularium S. Victoris Paris. an. 1193. *Fidejussores facti sunt cum rebus suis, quod Filios & filias eorum, cum ad ætatem tenendi terram venerint, venditionem prædictam laudare facient, & firmiter observare.* Tabular. Vindocinense ch. 274. an. 1078. *Post Natale Domini comparaverunt unum arpentum vineæ de Gaufredo, favente Radulfo Presbytero filio suo: de pueris autem, qui nec dum valebant loqui, permisit, quod eas auctorisare faceret, cum venirent ad ætatem loquendi. Vide Concessio, denarius.*

Ætas plena in fœminis, quoad Leodum Militare, est 16. annorum completorum, in Regiam Majest. lib. 2. c. 41. §. 3. seu 15. annorum, ut vult Bracton. lib. 2. c. 37. §. 3. Quoad matrimonium, 12. annor. expletorum in Legibus Luithprandi Regis tit. 86.

Ætas plena in Sockmannis est 15. annorum completorum. Regiam Majest. lib. 2. cap. 41. §. 4. Bracton. lib. 2. 37. §. 2. Fleta lib. 1. c. 9. §. 5. cap. 11. §. 6. Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 140.

Ætas plena fœminarum in Socagio est, *cùm possunt & sciunt domui suæ disponere, & ea facere, quæ pertinent ad dispositionem & ordinationem domus.* Bracton. lib. 2. c. 37. §. 2. — *quod quidem esse non poterit ante 14. vel 15. annum, quia hujusmodi ætas requirit discretionem & sensum.*

Ætas plena in Burgensibus est, *cùm hæres denarios discretè sciverit numerare, & pannos ulnare, & alia negotia paterna exercere. Sic non definitur tempus, sed per sensum & maturitatem suam.* Bracton ibidem, & Fleta lib. 1. c. 11. §. 7. Adde Regiam Majest. lib. 2. cap. 41. §. 5. Vide Rastallum in verbo *Age prier.*

Ætas Baroniæ, qua quis à tutela liber, Baroniam seu terram suam tenere potest, ætas scilicet 21. annorum. Charta Matthæi D. de Montemorenciaco an. 1274. *Promisimus quoque facere & procurare ad sumptus nostros, quòd fratres & sorores nostri Mathæi prædicti nunc minores, quàm citò ad ætatem Baroniæ pervenerint; & majores etiam prædicta omnia & singula volent, laudabunt, & penitus approbabunt.* In veteri Consuetud. Franciæ lib. 2. *Par la Coustume de France en cas de fief noble, masle n'est aagé pour fief tenir, s'il n'a passé 15. ans, & la fille 14. ans.*

Ætas legitima, apud Longobardos est annorum 19. in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. Adde Leges Luithprandi Regis tit. 74. §. 1. Vide Brissonium lib. 3. Selector. cap. 2.

Ætas secularis triginta annorum, apud Symmachum lib. 5. Epist. 54. Ex eorum opinione, qui, ut auctor est Servius ad Æneid. seculum hoc spatio definiebant.

Ætas penultima. Vita S. Theofredi n. 3. *Venerabilem virum prælegit, Eudonem nomine, sublimem statura, penultima decoratum ætate,* id est, plena adolescentia.

Ætas Lunæ, nostris, *le jour de la Lune.* Vita S. Joannis Eboracensis Episc. cap. 3. *Phlebotomata est in quartana Lunæ ætate.*

ÆTERNABILIS, Æternus. *Æternalis domus*, Palatium Principis, in l. 5. Cod. Theod. de Locat. fundor. *Æternabilis urbs*, Roma, in l. 3. cod. Cod. de Collat. donat.

ÆTHER, neutro genere, usurpatum à Mario Victore Massilionsi lib. 1. Ennodio lib. 2. Epist. 13. lib. 6. Ep. 38. Fortunato lib. 9. carm. 1. Aldelmo, & aliis.

ÆVITANEUS, *Qui in ævo durat*, in Glossis Isidori.

ÆVUM, Mundus. Commodianus instruct. 2.

De resurrectione quoque docetur in ipsa
Et spe, fortunatum rursum docetur in ævo vivendi,
Idola si vana relinquantur, neque colantur.

Et Instr. 34.

--- Nihil nisi vanitas ævi.

Ævum, Ætas. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 8.

Cùm --- essem quasi octavi anni ævo.

Utitur non semel uterque Victor: sed & Veteres. Virgilius:

Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.

Ævus, Longævus, æternus. Gloss. Theotiscum Lipsii: *Evvethon, Æternam.* Epist. Pauli PP. ad Pipinum: *Implorantes crebro divinam misericordiam, ut ævis vos ac prosperis in solio Regni conservans tueatur temporibus.* Occurrit non semel in Epistolis Summorum Pontificum tom. 3. Histor. Franc. pag. 734. 746. 748. 749. 758. 759. 760. 764. & in Diplomatibus Regiis apud Doubletum in Histor. San-Dionys. p. 693. 695. 697.

AFA, ex Græco ἀφὴ, Pulvis. Gloss. Græc. Latin. MS. παλαιστῶν ἀφὴ, *argula*, sive *argilla*, perperam *regula* in Edito. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Ægyptium video in afa volutantem.* Martialis lib. 7. Epigram. 66. *Et flavescit haphe.*

AFANTICA. *Fundus Afanticorum mole depressus*, in leg. 4. Cod. de Censitorib. exponitur in eàdem lege: *Squalidior, jejunus, defectus*, cui opponitur *cultus & opimus*. Vox, ut quidam putant, formata à Græco ἄφαυλος, *Evanidus*: quo sensu *Evanidas arbores* dixit Columella lib. de Arborib. c. 17. quæ *parum fructus ferunt.*

AFFA, *Talpa*, in Breviloquo.

AFFACINATUS, Impudens, Italis *Affaciato*. Epistola Honorii III. PP. an. 1231. apud Ughellum in Archiepiscopis Pisanis: *Nec allegare potes profectò, quòd ignores civitatem eandem interdicto conclusam, eo quòd non receperis literas illas, per quas id tibi fuerat demandatum, cùm talis ignorantia non solùm sit crassa, sed etiam affacinata.*

AFFACTORES, Sutores veteramentarii, *Savetiers*. Charta an. 1144. apud Catellum lib. 2. Rerum Occitan. pag. 324. *Omnes sutores, sive affactores extranei vel privati, qui ad mercatum præfati loci venerint, & merces sui officii attulerint, &c.* Vide infrà *Affectatores*.

AFFAITAMENTUM, Tributum, pensitatio. Charta Thomæ Comitis Sabaudiæ an. 1246. *Sine Tertio & Affaytamento, & ficto proinde Monasterio dando, vel aliqua exactione.* Occurrit ibi pluries. Italis *Affaticamento*, est fatigatio, vexatio, cujusmodi nominibus tributa interdum donari constat.

AFFAMATÆ *pennæ*, debilitatæ, non densæ, ex Gallico *Affamé*, quomodo sunt fame confecti, quos *Affamés* dicimus. Fridericus II. Imp. lib. de Arte venandi c. 30. *Et si non læduntur in membris, vix esse poterit, quod ita producant totas pennas amplas & claras, & viridis coloris sicut Remagii, & rarò producunt eas, quòd non sint aliquæ ex ipsis corrosæ vel affamatæ.*

AFFAMEN, Affatus. Charta Lotharii Regis Provinciæ tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 131. *Hujusmodi igitur fidelium nostrorum audientes affamina, illorumque precibus libenter faventes, &c.*

AFFARE, Prædium rusticum, Occitanis & Provincialibus, vel bona, facultates quævis. Charta anni 1212. in Chartulario S. Victoris Massil. fol. 110. *Tres Domini & Vicecomites Massiliæ diviserunt concorditer totum affare, quod ipsi habebant, vel habere debebant in castro Albaniæ --- distinguentes & denotantes singillatim tres partes, quas de dicto affari fecerunt.* Homagium Bertrandi *des Baux, D. de Berre & d'Istre* an. 1262. in lib. albo Archiep. Arelat. fol. 304. *Recognosco, me habere & tenere in feudum à B. Trophimo & à vobis totum affare meum, quod habeo apud Pontem S. Genesii.* Extat Bulla Joan. XXII. PP. apud Wadding. an. 1317. in Regesto pag. 58. qua Vicecomes Beneharni concedit *Affaria de Froxo, d'Estigarde, &c.* Occurrit passim in aliis Chartis apud Columbum in Episcopis Sistaricensibus lib. 2. n. 46. lib. 3. n. 50. & Sammarthanos in Archiepisc. Arelat. n. 52. & in Episcop. Tricastinensibus n. 32. Apud Italos *Affare*, est conditio, fortuna. Joannes Villaneus lib. 9. cap. 79. *Giovanni XXII. nato di Caorsa di basso affare, sedette Papa anni 18. &c.* Boccatius: *Fermamente avaritia non mi dee havere assalito per huomo di picciolo affare*, id est, *di poco valore*. *Huomo di basso affare*, idem Villaneus lib. 9. cap. 74. Alibi: *Huomo di poco affare.* Ita nostri etiam usurpârunt. Joannes Abbas Laudun. in Speculo Historico MS. lib. 11. cap. 35. *Entre lesquels il i eust un Escuier de noble affaire, qui se voüa à S. Denys.* Vide tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 380.

Affarium, idem quod *Affare*. Charta an. 1274. *Confiteor vobis D. Henrico Comiti Ruthensi --- quòd ego emi affarium vocatum le Casle, mansum vocatum la Correira, sitos in parochia, &c.*

Ferium, pro *Affario*, seu prædio. Charta Willelmi Vicecomitis Massiliensis apud Guesnaium in Annalib. Massil. pag. 303. *Hoc est, Ecclesiam S. Petri de Galignano, cum ferio quæ Rostagnus tenet.*

Affarium, Negotium. Charta an. 1222. apud Perardum pag. 327. *Ita tamen quòd si Dux vel Ducissa illud me requisierit pro affario suo, &c.* Vide *Afferus*.

AFFATOMIA, *Adfatomia, adfatimus, affatimia, adfatimire.*

Affatomiæ, in vett. Gloss. apud Pithœum, dicuntur *donationes, quæ fiunt, festucâ in sinum ejus, cui donabatur, projectâ*, qua ille in possessionem rei donatæ mittebatur. Lex Salica tit. 48. qui inscribitur: *De Affatomie: In cujus laisum festucam jactaverit, & hæredem appellaverit.* Occurrit ibi non semel. Dubitatum non sub Ludovico Pio Imp. quid esset *Affatomie*, ut colligitur ex ejus Capitulari 3. an. 819. cap. 10. ubi definitur *traditio*: *De Affatomia, dixerunt quòd esset traditio.*

Affatimire, vel *Adfatimire*, seu, ut habet Editio Heroldi, *Adfatinnire*, in Lege Rip. cap. 49. est donare *per Affatomiam, seu per Adfatimum*, ut est cap. 48. & 49. *Quod si Adfatimus fuerit inter virum & mulierem*, i. donatio per *adfatimum*. *Affatimia* in vet. Form. apud Pithœum.

Epistolæ adfatimæ, in Formula ex Lindenbrog. 50. Chartæ donationis.

AFFECTATORES, iidem, qui *Affactores*, de quibus suprà. Charta an. 1144. pro Montalbanensibus in Regesto Comitatus Tolosæ Cameræ Comput. Paris. fol. 27. *Omnes sutores sive affectatores extranei vel privati, qui ad mercatum ipsius loci venerint, & merces sui officii attulerint, &c.* Alia an. 1190. fol. 87. *Qui coria affectata bovum vel vaccarum, vel equorum, vel equarum attulerint, &c.* Vide Hist. Occitanicam Catelli p. 324.

AFFECTIVA *imaginum adoratio*, in Historia Miscella, & apud Anastasium, ubi Theophanes an. 10. Leonis Isauri habet, σχετικὴ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησις, quæ scilicet *affectu & charitate animæ nostræ ad vultum faciei imaginis aptatur*, ut loquitur Synodus Romana sub Stephano IV. PP. act. 4. Sententiæ Patrum de Adorat. Imag. ἔστι δὲ καὶ σχετικὴ καὶ ἀσπαστικὴ προσκύνησις ἐκ φιλικῆς διαθέσεως καὶ συγγνώμονος, οἰκείωσιν καὶ εὔνοιαν τοῖς ἠγαπημένοις ἐπαγγελλομένη. Synaxaria in S. Theophilo Confessore 10. Octob. ἤρξατο διαλέγεσθαι περὶ τιμῆς καὶ σχέσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων. Huc referendi versus altari S. Clementis Venetiis inscripti:

Nam

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa:
Hanc videas, sed mente colas, quod noscis in ipsa.

Et isti:

Effigiem Christi, qui transis, pronus honora:
Non tamen effigiem, sed quod designat adora.
Esse Deum ratione caret, cui contulit esse,
Materiale lapis, effigiale manus.
Nec Deus est, nec homo præsens quam cernis imago,
Sed Deus est & homo, quem sacra signat imago.

Vide, quæ à nobis observantur ad Alexiadem Annæam pag. 293. & in Descriptione Ædis Sophianæ n. 61.

AFFECTUS, Filii, consanguinei, uxor, nepotes, &c. Vide P. Pithœum ad Collation. Legis Mosaicæ tit. 6. Savaronem ad Sidon. lib. 6. Epist. 4. & Rosvveidum in Gloss. ad Vitas Patrum. Vide & Petr. Fabrum lib. 5. Semestrium c. 9. eadem notione. *Caritates* dixit Ammianus lib. 18. & 20. p. 130. 156. 170.

AFFERATORES, Anglis Practicis, *Cessors of mulcts in Court leets*: dicuntur, inquit Spelmannus, qui in Curia, nuncupata Leta (interdum alibi) mulctas recognoscunt & moderantur, ad hoc electi & jurati. Anglis *Affeerors*, de qua voce multa Covvellus, & Rastallus.

AFFERI Scriptoribus Anglis, jumenta, vel caballi colonici. Ita Fleta lib. 2. cap. 73. §. 6. cap. 76. §. 8. 9. Will. Thorn. in Edvv. II. *Homines prædictos per averia sua, videlicet equos, & boves, & afferos graviter distrinxit.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 841. *Dedi etiam quoddam pratum --- & pasturam ad 20. vaccas & 1. taurum, ad 200. oves, ad 11. sues --- & ad 10. boves, & unum afferum ad carrucam suam.*

Affrus eadem notione. Statutum Westmon. 2. c. 18. *Vicecomes liberet ei omnia catalla debitoris, exceptis bobus, & affris carrucæ.* Charta Willelmi *de Percy D. de Kildale*, in eodem Monastico Angl. tom. 2. p. 291. *Ad 10. boves & duos affros in prædictis pasturis.*

Sunt igitur *afferi* & *affri*, equi agriculturæ idonei: unde fortè quævis bona *affaria* dicta sunt; quæ vox traducta ad negotia, Gallis *Affaires*, quòd qui bona sua tutanda habeat, negotia habere, ac iis implicitus dicatur. Jam verò nescio an vocis, *afferus*, etymon arcessi debeat ab *aver*, seu habere, nostris *Avoir*, qua utimur etiamnum pro bonis, quæ *habemus* & possidemus. Nam & nostri olim & Angli *aver* dixerunt, unde *affer* vox formari potuit. Certè id videtur innuere Spelmannus, qui ait etiamnum Northumbrenses *afaulse aver*, seu *afer*, dicere, pro equo nequam & segni. Vide *Averium*.

AFFIBULARE, Fibulâ constringere. Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Pallium, quo in Curia affibulatus erit, Dispensatori dabitur, &c.* Ibidem: *Defibulare, pallio se exuere.* Charta Octaviani Cardinalis sub Alexandro IV. apud Ughellum tom. 3. pag. 634. *Cotta vel superanea affibulatis.* Hinc Gallis *Affubler*, pro induere, operire, de eo, qui pallium humeris, aut velum capiti fibulâ annectit. *Le Roman de Rou MS.*

La fist d'un mantel afluber,
Du plus riche qui pout trouver.

Infrà:

Son mantel jus à terre mist,
Tout desflubé dessus s'asist.

Le Roman de Garin:

Vestent bliaus & peliçons hermins,
Et afublerent les manteaux sebelins.

Idem Poëta:

Desafublée, chauciée en eschapins.

Ita *Diffibulare*, est fibulam dissolvere: apud Alanum de Insulis in Planctu naturæ initio, & in Anticlaudiano lib. 1. cap. 7. qua voce usus Martialis in re obscœna. Vide *Fibulatorium*.

AFFICAVAGIUM. Charta anni 1245. in Tabulario Comitum Tolosæ pag. 66. *Et medietatem obliarum & Afficaugiorum* (sic) *infrascriptorum, & donationum pertinentium scilicet 3. sol. Morlan. quas Aicairreria debet nobis reddere Afficavage quolibet anno, & illorum 3. sol. de Afficavage Joan. Vacce & 2. sol. boni hominis, &c.* Videtur esse præstatio illa, quam vassallus domino feudi præstat ex infeodationis conditione. *Affeager des terres non cultivées, & en prendre rentes avec retention d'obeïssance*, in Consuetud. Britan. art. 358. 359. vel certè vox deducta ab *affictus*, de qua mox, ut sit *Afficavagium*, datio ad *affictum*, seu censum. Vide *Fujagium*.

AFFICTUS, Census, reditus. Breviloq. *Affictus dicitur census, qui datur ratione prædiorum.* Academici Cruscani: *Afitto, auverbial. posto con i verbi, Dare, & torre, s'intende dare e pigliare beni d'altri a tempo per pagargliene il prezzo convenuto. Pigliar à fitto, conducere, dare à fitto*, locare. Acta Innocentii III. PP. *In aliis autem regionibus proprium percipiebat affictum.* In cap. ult. ext. de Restit. spol. quod est Gregorii IX. *Possessionem pensionum & affictuum.* Ubi Glossa interlinearis MS. *id est, censuum.* Constitutiones Joannis Archiepisc. Nicosiensis an. 1322. cap. 8. *Emptionem, seu venditionem, affictationem, seu alium quemcumque contractum, &c.* Cujacius: *Affictus, reditus, vulgare verbum Italorum, qui affictare dicunt, pro locare prædia sub pensione certa.* Pontanus in Consuetud. Blesens. tit. 6. art. 78. *Quædam sunt pensiones, seu, ut vulgus Doctorum Italicorum appellat, affictus, qui pro locatione fundi ad modicum tempus, puta annum, triennium, aut quinquennium, certis diebus seu terminis solvuntur, &c.*

AFFIDARE, Fidem suam alicui obstringere, fidem dare, fide data polliceri, promittere, obligare se. Ugutio: *Fiduciare, fiduciam præstare, quod vulgariter dicitur Affidare.* Italis *Affidare* est *assicurare*, tutum reddere. Charta Eadredi Regis in Monastico Angl. tom. 1. pag. 169. *Præcipio quod omnes homines fugitivi, quos iidem Monachi per testimonium 4. vel 5. hominum fide dignorum --- possunt affidare suos nativos esse, reducantur.* Regiam Majestatem lib. 2. cap. 48. §. 10. *Maritus inde nullum homagium --- facere debet; sed cum affidatione fidelitatem tantùm.* Tabularium Vindocinense fol. 210. *Quidquid de rebus S. Clementis abstulerat, reddere promisit, & ne aliquid pejus faceret, pariter affidavit.* Occurrit passim. Vide Chronic. Casin. lib. 4. c. 25. Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 37. §. 2. Ingulfum pag. 875. Rogerum Hovedenum pag. 675. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 428. 677. Fletam lib. 2. cap. 1. §. 25. Radulfum de Hengham in Magna, cap. 6. Probat. Hist. Castilion. pag. 32. Odoricum Rainaldum an. 1229. n. 3. &c. Ita *Affier*, Franci nostri olim dixere. *Le Roman de Vaces, ou de Rou MS.*

Et li Duc l'afia qu'elle lui seroit donnée.

Gaces bruslez, Cant. 33.

Et si mes cuers si affie,
Du deuil morray, &c.

Alibi:

Mais esperance m'affie,
Que cil doit mort ce trover.

Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Par tel convenant vous li afferez
Que le lendemain du jour, qui ci vous est mandez,
Renderez le Chastel, &c.

Le Roman du Renard, De Pace jurata:

Par sa terre l'a fait jurer,
Et à ses homes affier.

Affidatus, cui fides ac securitas data est, in Historia Cortusiorum lib. 9. c. 15.

Desaffidare, A fiducia, vel *Affidia* discedere, fiduciæ datæ nuntium mittere. Vitalis Episcopus Oscensis apud Hieron. Blancam in Comment. Rer. Arag. *Juxta Cartam pacis nullus sine diffidamento debet alteri damnum dare.* Et mox: *Infantiones autem inter se semper*

per tenentur se desaffidare, nisi pro morte patris, vel exhæredatione. Alibi: *Nam si sine diffidamento talia fierent, esset proditionis pœna. Sic idem debet esse hic, cùm desafidamentum, vel expedire, in his non possit habere locum.*

Affidare, Desponsare, virginem sibi despondere, Gall. *Fiancer*. Lambertus Ardensis: *Relicta & postposita Eustachia Comitis S. Pauli, quam priùs affidaverat, filia --- aliam legitimo matrimonio sibi adjunxit.* Alexander III. PP. in Appendice Concilii Lateranensis III. part. 12. cap. 6. *Pro eo, quod postquam eam affidavit, carnaliter propinquam ejus cognovit, &c.* Littleton sect. 39. *Quand il vient al'huis del Monastery ou d'Esglise d'estre espousé, & là aprés affianee entre eux fait, il endovve la femme de sa entiere terre, &c.* Adde Statuta Joan. Episcopi Leodiensis cap. de Sponsalibus.

Affidantiata causa, Practicis Hispanis dicitur *lis contestata*. Vide Michaël. *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. v. *Clamum*.

In Constitutionibus Siculis titulus 38. lib. 3. est *De Animalibus in pascuis affidandis*; id est, de conventione facienda, vel pacto, de licentia pascendi animalia in pascuis, certis conditionibus: quæ quidem conventio dicitur ibidem

Affidatura, quæ & *Affidatio* vocatur, ut & in Charta Caroli Regis Siciliæ an. 1277. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 807. & 1072.

Affidatio, Locatio. Vita S. Gilberti Episcopi Cathenensis in Scotia: *Piscator mercenarius salmonum piscationem à domino terræ illius Cathenensis certa pecuniæ summa in affidatione possidebat, &c.*

AFFIDATI, Adventitii, qui se domini alicujus patrocinio ac tutelæ, fide data, ac sacramento interposito, addicebant & commendabant: unde & *Commendati* & *Recommendati* dicuntur in Constitut. Siculis lib. 3. tit. 7. & 8. ubi homines demanii affidatos vel recommendatos habere nulli licet, nisi à Principe licentiam impetraverit, vel certè eo jure gauderet: nam Barones in Regno Siciliæ id juris habebant. Charta Willelmi Regis Siciliæ an. 1179. apud Ughell. tom. 7. pag. 984. *Potestatem indulsimus ad opus ipsius Ecclesiæ 25. homines affidandi juxta usum & consuetudinem Ecclesiarum & Baronum illarum partium, qui potestatem habent homines affidandi.* Innocentius III. PP. lib. 2. Epist. ad Acheruntinum Archiepisc. *Auctoritate præsentium indulgemus, ut homines, qui se tibi vel Ecclesiæ tuæ recommendare voluerint, quod secundùm terræ consuetudinem Affidatio nuncupatur, --- tibi recipere liceat, & absque contradictione cujuslibet retinere.* Charta Guillelmi Comitis Marsici an. 1179. apud eundem Ughellum tom. 7. p. 704. *Concedimus etiam eidem Ecclesiæ & Prioribus ejusdem liberam potestatem affidandi 65. homines, cum eorum familiis ex aliis partibus Adventitios in loco Raye; --- videlicet per demanium & supra demanium nostrum: quos volumus semper habere liberam potestatem emendi hæreditagia ab hominibus nostris Marsici, &c.* Effectum & vim Affidationis declarat Charta an. 1105. apud eundem p. 1071. *Et habeat liberam potestatem affidandi & recipiendi in dominio suo & in jurisdictione sua omnes homines, qui voluerint recipere dominium ipsius Ecclesiæ, &c.* Vide eundem Ughellum p. 978. 979. 983. 984. & tom. 9. p. 97. 98. *Affiez* dicuntur in Statutis MSS. Caroli I. Reg. Sicil. capite 127.

Affidamentum, idem quod *Affidatio*. Vetus Charta MS. *Notum --- quòd facta est concordia inter VVillelmum Tolosanum Comitem, & Raymundum Comitem Barchinonensem & Carcassonensem, & Raimundum filium ejus, de discordia, quam habuerunt de ipso Castello de Laurago, in quo jam dictus Tolosanus Comes quærebat adfidamentum per sacramentum, & non potuit habere ullum hominem --- qui vidisset aut audisset facere adsidamentum per sacramentum de prædicto Castro, &c.*

Affidia, Fides data, promissio per fidem, *Affidatio*. Occurrit apud Thvvroczium in Ladislao cap. 63.

Affiaiare, idem quod *Affidare*, *Affidiam* dare. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hist. Novellæ pag. 188. *Juravit & affidiavit Imperatrix Episcopo, quod, &c.* Infrà: *Idem juraverunt & affidiaverunt pro ea, &c.*

AFFIDUCIARE, idem quod *Affidare*. Tabularium Vindocinense fol. 202. *Nomina hominum, qui fidem suam affiduciaverunt propter carrucas manutenendas, &c.* Tabularium Majoris-Monasterii charta 11. *Et de his adfiduciavit nos per fidem, osculans inde ob signum fidei Priorem nostrum.* Tabularium Eccles. S. Laudi Andegavens. fol. 79. *Pactiones istas recognovit, & adfiduciavit cum propria manu in manum prædicti Joannis.*

Adfiducia. Tertullianus de Carne Christi: *Quam tu adfiduciam reputas, ut non natus, adversus conscientiam suam natum se existimari sustineret?* Vide *Fiducia*.

AFFILATORIA, cos, qua rasoria acuuntur. Usus antiqui Ordinis Cisterciensis c. 85. de Rasuris: *Forcipes, rasoria, & affilatorias custos eorum acuat & præparet.*

AFFILIATIO. Vide *Adfiliatio*.

AFFINIS, Finis terminus, limes, in Charta Benedicti de Pontio Episcopi Portuensis, apud Ughellum in Ital. sacra, tom. 1. pag. 137. 139. Alia apud Baronium ann. 1019. n. 8. *Quanta nunc usque detinui --- concludunt affines.* Infrà: *Vel quibus aliis nuncupantur vocabulis inter affines: à primo latere incipiente, &c.*

Affinis, Confinis, non semel apud Ordericum Vitalem lib. 8. & 9. pag. 708. 722. 729. &c.

AFFIRMARE. Vide *Firmare*.

AFFOCARE, Focum facere, Gallis, *Faire du feu*. Italis *Affocare*, est *accendere ò metter fuoco*. Charta Gualteri D. Wangionis rivi an. 1261. apud Perardum in Burgundicis pag. 499. *Merannum, & omne genus lignorum in --- nemoribus --- ad ædificandum, affocandum, clausuras & alia sibi necessaria faciendum, &c.* In alia vernacula an. 1277. apud eundem pag. 541. *L'usage per tout mes bois, por affoër, por marronner, por edifier, &c.* Vide infrà *Affuiagium*, & *Nemus mortuum*.

Affocatus, qui jure *foci*, seu domus, vel *resseandisiæ*, domino est obnoxius. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragon. an. 1283. *Si causa est inter dominum & vassallum, sive inter dominum & rusticum, qui vassallus, sive rusticus, sit solidus & affocatus ipsius, &c.*

AFFOLARE, Papiæ, qui *affulare*, habet, *leviter tangere, assentari, obedire.* Nostris *Affoler*, est leviter lædere, vulnerare: quod facere solent, qui invicem nugantur, dum se se propellunt. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ de Libertatibus hominum de Vico novo ann. 1228. in Tabulario Campan. Thuani fol. 155. *Percussio hominis sine armo non moluto cum sanguinis effusione, 15. sol. emendabitur. Percussio hominis cum armo moluto, dum tamen mors non sequatur, neque affolamentum, 60. sol. emendabitur.* Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. an. 1231. *Quod in rescussione percutiatur aliquis, vel sanguis, vel plaga inferatur alicui, vel aliquis affoletur, aut etiam occidatur, &c.* Alia an. 1247. in Tabulario Camp. Bibl. Reg. fol. 343. *Li afolez aura lo tiers de l'avoir à celui qui l'afolera. Le Roman d'Aubery MS.*

De Sarazins i ot molt affolez.

Le Roman de Vacces MS.

A-il feu ou mellée, a-il home affolé?

Adde Consuet. Bayonensem tit. 7. art. 17. & Labourtensem tit. 4. art. 1. 3. tit. 7. art. 11.

Effolatura. Charta an. 1243. de Lege *de Landousies*, in diœcesi Laudun. *Pro plaga cum cultello, punctam habente, persolventur 15. libræ. De effolatura & morte fiet, quod jus dictabit.* *Affolure*, in Consuetud. Tornacensi, tit. de Criminib. art. 12. 15. 22. & Hannoniensi c. 40. Charta Odardi

Odardi Dom. Hamensis ann. 1328. *Sauf a iceli Seigneur le cas d'affolure.*

AFFORARE, Æstimare, pretium rei venali, aut alteri, imponere, vel constituere. Charta Petri II. Regis Aragon. ann. 1350. *Et faceremus posse nostrum totaliter, quòd dicta moneta Jaccensis sit aforata & taxata cum moneta Barcinonens. & Regalium Valentiæ ad rationem 18. denar. Barcinonens.* Charta an. 1316. apud Willelmum Thorn. in Chron. *Et quòd amerciamenta prædictorum tenentium afforentur & taxentur per sacramentum Parium suorum. Affeurer* & *afforer* nostri dicunt; *Affeurer* Consuetudo Normanniæ cap. 20. *Afforer* cæteræ passim, in quibus *afforer le vin*, est vino pretium ponere; droit *d'aforage*, tributum, quod domino loci præstatur pro æstimatione vini, quod particulatim à tenentibus venditur. Est igitur *afforare*, *mettre à feur & à prix*; *Feur* verò pro pretio, interdum pro porportione apud nos sumitur. Unde *feur vini*, pro *foragium*, in Charta Philippi Flandriæ Comitis ann. 1176. Vox fortè ex *Fodrum* ducta, metaphorâ sumptâ ab iis, qui dominiis *fodrum*, seu certam quantitatem fodri quotannis, vel in certis occasionibus pensitare tenebantur; quod quidem si non reipsa præstaretur, saltem illius exsolvebatur pretium, *fodro* taxato & *affodrato*: nam inde *feur* & *feurre* pro palea usurpamus, quod idem est quod *fodrum*. Vide *Forum* & *Foragium*.

AFFORCIARE, Fortiorem reddere, augere, Gallis *Renforcer*. Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 19. § 4. *Cum juratores in veritate dicenda sunt sibi contrarii, —— de consilio Curiæ afforciatur assisa, ita quòd apponantur alii juxta numerum majoris partis, quæ dissenserit, &c.* id est, augeatur numerus testium. Item vim inferre, *forcer*. Charta Lusitanica eræ 1361. tom. 4. Monarch. Lusit. p. 272. V. *In manibus prædictorum juratorum & deportum nec afforciabit per se, nec per alium, nec afforciari permittet.* Suprà: *Juravit idem Rex---quod de Ganatis afforciatis & pecunia ipsis spoliatis emendam faciet competentem.* Fori Alcaçonæ: *Qui mulierem afforciaret, & illa clamando dixerit, quod ab illo est afforciada, &c.*

Afforciatus, Spissior pannus, Gall. *Renforcé*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295. *Item Capa Roberti le Moyne de cendato afforciato albo, cum margaritis antè, loco morsus.* Alibi: *Capa---de panno aureo lineato, cum sendato rubeo afforciato.*

Afforciamentum. Vide *Efforciare*.

AFFORESTARE. Vide *Foresta*.

AFFOSTRATA, *Reditus*, in Glossis Isidori, ubi reponit Wlcanius *Apostrapha*. An *afforata?* nam *afforagia* & *res afforatæ*, reditus tributi loco sunt. Sed vox non est Isidoriani sæculi.

AFORARE, juxta *fores*, seu Leges ac Consuetudines receptas, facere, judicare: contrà, *Desaforare*, *foris*, id est, Legibus contraria *facere*. Vetera Acta Aragonensia apud Molinum in Repertorio: *Item quòd dictus Justitia ad querelam partis dicentis se esse desaforatam, in omni casu civili & criminali posset (præsertim firmando de directo coram eo contra desaforantem & partem contrariam) inhibere, —ne procederent in processu vel executione aliqua reali, vel personali contra querelantem, dicentem se desaforatum & taliter processum impedire, quod si opus esset, Alguazirium caperet, vel quoslibet executores, donec Iustitia Aragonum declarasset, posse procedi, vel debere supersederi, & sic fore processum afforamentum, vel desafforamentum.* Idem Molinus: *Ad Iustitiam Aragonum pertinet declarare, an literæ domini Regis, vel Primogeniti, directæ suis officialibus sint desaforatæ, vel contra libertates Regni, vel non?* Vide *Forus*.

AFFRANQUIRE, *Francos*, id est, liberos & immunes reddere: *Affrancare* Italis, Gall. *Affranchir*. Charta Eschivati Comitis Bigorræ ann. 1266. *Affranquivimus omnes homines quicumque venerint, populaverint, & casaverint se in castro de Biaglos ab omni censu & questa.* Alia Raimundi Comit. Tolosani ann. 1238. pro quitatione castri de *Stretefons*, in Regesto Comitum Tolosæ fol. 44. *Salvis tamen affranquimentis, si ipse Aimericus de Castro novo fecerit de aliquibus infantibus prædictorum hominum & mulierum: de quibus affranquimentis essent authentica instrumenta.* Vide Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 220. & infrà in verbo *Manumissio*.

AFFRESINUS. Hist. Episcop. Comitum Engolism. cap. 35. *Quatuor stolas, 8. manipulos. 5. albas & unam de affresina.* Expressit Gall. *Orfrais*, aurifrigium.

AFFROIAMENTUM. Liber Anglicus, inscriptus *Justice of peace pag.* 37. *Aggregatis sibi quàm plurimis malefactoribus ignotis, & pacis Domini Regis perturbatoribus armatis, & modo guerrino arraiatis ad magnum numerum, injuriam sibi factam, ut dicitur, per suam propriam potestatem, quasi regalem potestatem vindicando & corrigendo magnum affroiamentum ad tunc & ibidem quampluribus de populo Domini Regis fecit, sicque causa illius congregationis tota patria ibidem magnum terrorem tunc ibidem sustinuit, &c.* Rectiùs *affraiamentum* scribitur pag. 78. V. *Magnum affraiamentum* ibid. faciendo in Contemptum Regis, &c. Gallis, *Effroy*.

AFFRONTATIO, Terminus, limes qui in fronte prædii vel agri est. Charta Sanctii Regis Aragonum an. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosanis p. 93. *Insuper dono illud Castrum—cum suo termino & allodibus omnibus, cunctisque affrontationibus, & universis suis pertinentiis.* Charta Hispanica, in Vita B. Oldegarii Episc. Barcinonensis n. 3. *Quantum istæ affrontationes includunt atque terminant.* Adde *Diago* in Comitibus Barcinon. lib. 2. c. 28. Vide *Condamina*.

AFFRUS. Vide *Afferus*.

AFFUGARE, pro *Fugare*. Joann. Bromptoh. *Offa eodem anno eum affugavit.*

AFFUIAGIUM, idem, quod *affocagium*, jus excidendi ligni in nemore ad focum suum, seu ad ignem domi accendendum. Vox formata ex *Affoer*, de qua in verbo *Affocare*. Tabularium Cisterciense in Probat. Hist. Vergiac. p. 113. *Dedit eis nummos & panes, quos reddere solent homines de VVallurhe & de Quincy pro affuiagio silvæ de Engincourt, & dedit eis fuiagium de Segroith & 6. sextarios annonæ.* Alia ann. 1253. in Regesto Feodorum Burgundiæ fol. 72. *Super hoc quod nos asserebamus nos habere plenum affuagium & plenum usagium in nemoribus dicti Ducis, &c.*

AFFURABULUM, *Vasculum*, Ugutioni.

AFFURCILLARE, *Labefactare*, Papiæ: at Joanni de Janua est, *Valde, vel juxta, aliquid suspendere, vel concutere.*

AFORAMENTUM. Vide *Desaforare*.

AFOCIS. Anastasius Bibl. in Benedicto III. pag. 204. *In Monasterio B. Martini fecit canistra exafoci duo ex argento purissimo pensantes libr. 4.* Sed legendum *exafoti*: intelligi enim canistra ἑξάφωτα, quæ sex lucernis constabant.

AFORIS, Gallis, *de dehors*. Joannes de Janua: *Aforis, Adverbium loci, penult. correpta, significat de loco, & in loco.* Utuntur Possidius in Vita S. August. cap. 26. Cæsarius Arelat. Homil. 2. Octavianus Horatian. lib. 4. Rer. medicar. pag. 87. Alexander Iatrosoph. lib. 2. Passion. Nizo in S. Basini Arch. Trevir. Vita n. 17. Constantinus Afric. lib. 3. de Morbor. curat. c. 13. lib. 4. c. 8. & alii passim.

AFRA, Avis species. Alexander Iatrosoph. lib. 1. Passionum: *Pisces, aut afras, aut pipiones, accipiant.* Ubi Glossæ MSS. *Afras, aves esse ajunt.*

AFRICANUS. *Negotiator*, Ugutioni. Vide *Syrus*.

AFRONES, Stulti, ex Gr. ἄφρονες. Paſſio S. Victoris Maſſil. MS.

Afrones & bruti mortem nec uſque ſecuti.

AFRUGUM. Palladius de Architectura: *Sed cuprum aduſtum ſit ceruſſa, quam noſtri Afrugum vocant.* Ubi Pithoeus monet in MSS. legi *Afrugum*, & *Affrugum*.

AFUMENTUM, *Dumetum*, in Breviloquo.

AGGAGULA, *Agagula*, *Agula*. Gloſſæ Iſidori: *Aggagola, lenocinator, pantomimus*. Infrà: *Agagula, lenocinator*. Alibi: *Accucula, acutus, ſolers*. Item: *Acucula, Acutus, ſolers, Agagula*. Scribitur *Agagula* in Excerptis Pithœanis. Jo. de Janua, *Agula, Leno, quaſi agens gulam*: ſed videtur legendum *Agagula*, vel *aggagula*. Edictum Theoderici Regis cap. 54. *Maritus his criminibus convictam dimittat uxorem, ſi adulteram, ſi maleficam, vel etiam, quam vulgus appellat Aggagulam, in judicio potuerit adprobare.* Quidam vocem Gothicam eſſe putant, alii à Latino accerſunt. At cùm in Gloſſis Iſidori *Agagula ſit pantomimus*, videtur idem eſſe in iiſdem Gloſſis *Aculus*, ubi *miniſterialis domus Regiæ* definitur. Nam pantomimos *miniſteriales*, & *miniſtellos* dictos, infrà docemus. Sed de hujus vocis origine conſulendus Euſtath. Suvartius lib. 1. Analect. cap. 7.

Agaga, ejuſdem fortè notionis, ac *Agagula*. Fragmentum Petronii de Cœna Trimalcionis: *Non omnia artificia ſervi nequam narras: agaga eſt, ac curabo ſtigma habeat.*

AGALMA, *Figura quaſi agens imaginem alterius*, uti nugatur Franciſcus de Sacraquercu, ex alio fortè. In Gloſſ. MSS. *Agalma, dicitur Aposfragiſma, vel imago ſigilli*, ἄγαλμα, ſimulacrum. Martianus Capella lib. 6. de Pallade:

Quam docto aſſimilant habitu, qui Agalmata fingunt.

Charta Edgari Regis pro Weſtmonaſterienſi Eccleſia an. 968. *Ego Dunſtanus hanc libertatem Crucis agalmate conſignavi.* Dudo Decanus S. Quintini in Præfat. ad Acta Normannorum:

Alloquio celebris, virtutum agalmate pinguis.

Infrà: *Nitebat enim progenerum nobilitate, florebat bonitatum agalmate.* Rurſum pag. 136. *Probitatum agalmate florens.* Utuntur Fridegodus in Vita metrica S. Wilfridi cap. 47. Herigerus in Vita S. Landelini, &c.

Sed aliud videtur ſonare apud Raynerum Monach. Cellenſem in Miraculis S. Gisleni: *Corpus ſindone munda diligentiſſimè involutum, & ſub agalmatis clave firmiſſimè obſeratum in eadem urna deponitur.* Ubi *agalma clavis* videtur eſſe ſigillum clavi impreſſum, cujusmodi paſſim habent antiquariorum ſcrinia.

AGAPE, Gr. ἀγάπη, ſic Chriſtiani vocabant communes cœnas, ſeu epulas, quas ut mutuæ charitatis indices acillices primis ſeculis in præcipuis ſolennitatibus celebrabant, in ipſis etiam Eccleſiis, quod poſtremum improbatum poſtea, & Conciliorum canonibus vetitum. Nam & id à Paganis factitari ſolitum auctor eſt Libanius in 1. ἐκφράσει, ex Allatianis. Gloſſæ MSS. ad Concilium Laodic. can. 27. *Agapen, convivia.* Acta SS. Numidarum Martyrum num. 12. *Quocum ego & Marianus, quaſi ad agapen ſpiritu dilectionis & caritatis raperemur.* Sed cùm de multiplici hac Chriſtianorum Agape, jam olim, quæ ſancti Patres ac Concilia in hanc rem dixere, à viris doctiſſimis annotata ſint, ad eos Lectorem amandare ſatius videtur, ne actum agere, & aliorum ſcripta expilare videamur. Conſulat igitur, qui hæc noſſe volet, Baronium an. 57. n. 132. an. 391. n. 39. an. 691. n. 27. & ſeqq. eundem de Martyrologio Romano cap. 4. Auctorem Romæ ſubterraneæ lib. 6. cap. 27. Gazæum ad collat. 24. Caſſiani cap. 12. Binium in Notis ad Concil. Laodicen. & Carthagin. ſub Siricio PP. Juſtellum ad Canones Eccl. univ. Ferrandum in Diſquiſit. reliq. Salmaſium de Jure Attico & Romano cap. 3. & 4. Meurſium, Cerdam, Spelman. & alios.

Agape, Eleemoſyna, refectio pauperum. Gloſſæ MSS. *Agapis, Caritas vel refectio pauperum.* Alibi: *Agape, Caritas, vel caritativi hoſpites.* In Sacramentario Gregorii M. ex Bibl. Eccleſiæ Belvacenſis, habetur *oratio ad Agapen pauperum*, quæ in lib. 3. Sacrament. Eccleſ. Roman. cap. 48. inſcribitur: *Pro his, qui agape faciunt.* Gloſſ. Ælfrici: *Agape, Ælmeſſe* Eleemoſyna. Ugutio: *Agape, Eleemoſyna erogata.* Ita autem Eleemoſynas appellarunt Chriſtiani, quòd communibus iſtis conviviis pauperes adhiberent, eorumque cauſa quodammodo illa peragerentur. Unde S. Auguſtinus Fauſto Manichæo reſpondens, qui Chriſtianos ſacrificia vertiſſe in *Agapes*, & idola in martyres &c. calumniabatur: *Agapes noſtræ*, inquit, *pauperes paſcunt, ſive frugibus, ſive carnibus*, lib. 20. contra eundem Fauſt. cap. 4. & 20. Vett. Gloſſæ ad can. 27. Concilii Laodic. *Convivium pauperum Agape dicitur.* Concilium Tullenſe an. 859. cap. 14. *Qui enim Agapen Pauperum, & ſuſtentationem peregrinorum, & eleemoſynam defunctorum defraudant, apud SS. Patres eorum necatores vocantur.* Herigerus Lobienſis de Vita S. Urſmari:

Indicens Agapen ſimul & jejunia crebra.

Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 12.

Dans Agapen grandem, nutriens inopes, tribulantes.

Decreta S. Steph. Regis Hung. lib. 2. c. 17. *Si — Agape facere voluerit pro anima redemptione ſui mariti, qualitercumque velit.* Vita S. Vodali Benedicti n. 5. *Ipſeque — ſtatim pauperi Agapen ad oſtium petenti dediſſet.* Vita S. Alberti Abbat. Cambronenſis n. 13. *Erat liberaliſſimus erga pauperes Chriſti: nam per ſingulos dies Agapen illis faciebat.* Acta Murenſis Monaſterii pag. 55. *Ea conditione, ut ſingulis annis in anniverſario ejus ſufficiens miniſterium caterva Congregationis habeat, & Agape pauperum ipſa die inde fiat.* Vita S. Simonis Comitis Criſpeienſis cap. 10. *Accidit autem ut quadam die viator eſuriens illic Agapen poſtularet, &c.* Franciſcus Canonicus Pragenſis: *Idem ſurgens ad agapem faciendam, ante ortum ſolis vocabat officialem, cui commiſerat curam pauperum, &c.* Chriſtianus de Scala in Vita S. Ludomillæ p. 46. *Evangelicum implens illud, quo jubetur agapem facere, ignorante ſiniſtra noſtra, quod faciat dextra.* Ita uſurpant præterea Pelagius libello 10. n. 5. 46. libello 13. n. 15. libello 5. n. 31. Palladius cap. 18. Heraclides cap. 5. Regino lib. 2. de Eccleſ. diſcipl. cap. 443. &c. Vita S. Vogdali n. 7.

Agape, Caritas, quæ vis eſt vocis Græcæ, titulus honorarius. Marculfus lib. 1. form. 51. *Uberem ſtrenuitatis veſtræ Agapen erga nos potiſſimo jure flagrantem literarum ſerie non omittimus excitare.* Vide Jonam in Præfat. ad Vitam S. Columbani. Ita etiam Græci ἀγάπη non ſemel uſurpant, ut pluribus docet Meurſius.

AGAPETA, vel *Agapetes*, Papiæ, *Lenocinator*, & *qui cum fœminis illicitè converſatur procacius clericus.* Porrò Clericos iſtos ἀγαπητοὺς vocabant, quòd cum mulieribus ac virginibus, quas domi ſub *Agapetarum*, ſeu *dilectarum*, appellatione detinebant, prava commercia habere dicerentur. Julianus Anteceſſor conſt. 3. ex Nov. 6. *Nulla autem facultas Diaconiſſis tributa eſt, habere ſecum quoſdam veluti fratres, ſive cognatos, vel quos dicere ſolent ἀγαπητούς.* Hinc S. Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtochium: *Unde in Eccleſias Agapetarum peſtis introiit? unde ſine nuptiis aliud nomen uxorum? imò unde novum concubinarum genus? &c.* Idem ad Oceanum de Vita Clericorum, de Clericis agit, *qui Agapetas ampliùs quærunt, quam Chriſtum.* Erant igitur *Agapetæ* virgines aut viduæ, quæ ſpecie cælibatus ac virginitatis nuptiis nuntium mittebant, & cum Clericis in eadem domo habitabant, ac, ne qua pravi conſortii ſuſpicio eſſet, ſeſe invicem *dilectos* ac *dilectas* appellabant, vel etiam, *fratres* aut *ſorores*. Ugutio: *Agapeta, Ancilla dicitur, quæ Chriſto nubere vovit.* Has Græci συνεισάκτους vulgò vocant.

vocant. Vide S. Epiphan. hæref. 63. & 79. & Chryfoft. ferm. contra Concubinarios, & quæ notarunt Pithœus ad Julianum Antecessor. & Jacobus Gotofredus ad legem 44. Cod. Theod. de Episcop.

AGARITUDO, *Sufpirium, vel anxietas*. Breviloq. an *ægritudo?*

AGASO, *Minifter, officialis*, in Gloffis Ifid. Gloff. Lat. Gr. *Agafo*, δοῦλος, κληνεσσια, fortè κλήνων. Jo. de Janua: *Agafo, propriè dicitur qui curat jumenta, quafi agens fomarium. Quandoque tamen Agafo dicitur Domefticus minifter afinorum: ita dicit Vgutio. Vnde Græcifmus.*

Eft afinorum paftor agafo, boumque bubulcus.

In leg. 2. Cod. Theod. de Cohortalib. *Agafones* dicuntur *fervi* & *miniftri* Stationariorum.

AGAULIZARE. Vita S. Priminii cap. 26. *Ut perfpicuè intelligere daret, quam fuavibus anima illa in cælo frueretur melodiarum cantibus, cujus in terra defuncto corpori animatæ materiæ agaulizaret fonus.*

AGAUNUM, celeberrimum ad inferiorem Valefiæ limitem Monafterium, à fitu appellatum volunt, quòd inter faxa & rupes conftructum fit: *Agaunum* enim *accolæ interpretatione Gallici fermonis, faxum dicunt*, ut eft in Hiftoria S. Mauricii, ifthic cum Thebæa legione interfecti. His confentanea funt, quæ habet auctor Vitæ S. Romani Abbatis Jurenfis n. 1. *Quamvis ergo Agaunus vefter Gallico prifcoque fermone, tam primitus per naturam, quam nunc quoque per Ecclefiam, veridica præfiguratione, Petri petra effe dignofcitur, &c.*

AGELLARIUS, *Rufticus, qui agrum colit*, Ugutioni. Vide *Agrarius*.

AGENDA, Officium divinum, officium Miffæ, facra Liturgia. Ita autem dicitur, quòd veteres *Agere Miffas* dicerent, ut infrà obfervamus; nam *Miffa* generatim primitus quodvis officium erat. Concil. Carthag. II. fub Cæleft. PP. can. 9. *In quibufdam locis funt Presbyteri, qui--- complurimis in domiciliis agant Agenda, quod difciplinæ incongruum cognofcit effe Sanctitas veftra.* Infrà: *Quifquis Presbyter inconfulto Epifcopo Agenda in quolibet loco voluerit celebrare, &c.* Eadem habentur in Cap. Caroli M. lib. 5. c. 38. lib. 6. c. 234. in Addit. 4. Lud. Pii c. 49. & apud Ferrandum Diacon. c. 90. ex Concil. Carthag. c. 7. Incertum tamen, an his locis *Agenda mortuorum* intelligatur, quæ nudè *Agenda* dicebatur, uti mox obfervamus. S. Benedictus in Reg. *Cæteris verò Agendis ultima pars ejus orationis* (Dominicæ) *dicatur, ut ab omnibus refpondeatur: Sed libera nos à malo.* Idem cap. 13. *Agenda matutina vel vefpertina non tranfeat.* Innocentius I. PP. Epift. 1. ad Decentium: *Quem morem vel in confecrandis myfteriis, vel in cæteris Agendis arcanis teneat.* Sulpitius Severus de Vita S. Martini: *Admonet pro confuetudine expectare in Ecclefia populum, illum ad agenda miffarum folennia debere procedere.*

Agendi dies, in quibus *Agendæ*, feu Ecclefiaftica officia peraguntur. Liber, cui titulus *Expofitio Miffæ. Hæ orationes duæ dicuntur, una fuper Diptychos, altera poft lectionem nominum, & hoc quotidianis, vel in Agendis tantummodò diebus.*

Agenda diei, Officium diei feu fefti. Geraldus in Vita S. Stephani Grandimont. cap. 3. n. 17. *Exceptis Ecclefiaftici officii regularibus debitis, Agenda videlicet diei, & B. Mariæ, & fidelium defunctorum.*

Agenda Miffarum, apud Ægidium Monach. Aureæ-Vallis in Alberone II. Epifc. Leod. cap. 34.

Agenda Mortuorum, Officium vel Miffa pro defunctis, in Synodo Carthaginenf. II. can. 9. in lib. I. Sacram. Eccl. Rom. c. 92. lib. 3. c. 95. in Antiphonario S. Gregorii, & in veteri Kalendario Romano apud Allatium de Dominicis & hebdomadibus Græcorum pag. 1493. apud Joannem Abrinc. Epifc. de Eccl. offic. &c. Inquifitiones de Presbyteris c. 89. apud Reginonem Ecclefiaft. difciplin. *Similiter ordinem & preces in exequiis atque agendis defunctorum.* Gervafius Tilleberienfis MS. part. 3. de Otiis Imperial. cap. 18. de quodam Epifcopo: *Dum Agendam mortuorum fedulus orator paffim deambulando cantaret.*

Agenda, nudè, pro *Agenda Mortuorum* dicitur, ut auctor eft Durandus lib. 7. cap. 35. n. 1. Anaft. Bibl. in S. Leone II. PP. *Hic fecit conftitutum---ne Mauri quondam Epifcopi* (Ravennatis) *anniverfitas, aut Agenda celebretur.* Beda in Vita S. Auguftini: *Per omne fabbatum à Presbytero loci illius Agendæ eorum folenniter celebrantur.* Vide Berengofium Abb. lib. 3. de Invent. S. Crucis cap. 11. Guigonem in Statutis Cartufienf. cap. 11. §. 1. c. 14. §. 1.4. & Statuta antiqua ejufd. Ordin. I. part. c. 5. §. 35.

Agenda, Liber Baptifmatis vel Benedictionis. Joanni de Janua: in quo fcilicet officia Ecclefiaftica continentur.

Agenda Capituli, Totum id, quod in Capitulari loco, feu Capitulo, vel legitur, vel tractatur. Ita præfert titulus in Collectario Burfeldenfi, ut auctor eft Haëftenus.

Agenda Regni, Negotia, res. Charta Ricardi I. Reg. Angl. apud Radulfum de Diceto in Imagnib. Hiftor. pag. 659. *Præcipimus ut fecundùm difpofitionem veftram de omnibus agendis Regni noftri, tam de Caftellis quam de Efcaëtis, abfque omni occafione faciatis.*

AGENFRIDA, Verus dominus, merus poffeffor: Anglo-Saxonibus aᵹen-ꝼꞃiꞇea. Leges Inæ cap. 50. *Si* (porcus) *non fuerit ibi fapius quam femel, det agenfrida folidum unum.* Saxon. habet aᵹen ꝼꞃiꞇe, vel ꝼꞃiꞇea. Vide eafdem Leges Inæ apud Bromptonum c. 45.

AGENHINE, Anglis, *Familiaris*, feu *famulus domefticus*. Ita porrò iis dicebatur, qui tertia nocte apud aliquem hofpitatus erat: tunc enim tenebatur paterfamilias perinde de eo refpondere, tanquam de fui ipfius famulo, & illatas ab eo injurias refarcire, fi delinquentem Juftitiæ non fifteret. Leges Edvv. Confeff. cap. 27. *Si quis hofpitaverit privatum vel alienum, qui Anglicè Uncuþ dicuntur, poterit eum noctibus habere duabus tanquam hofpitem: qui fi foris fecerit, non incurrat Dominus pro hofpite: --- quem fi tertia nocte hofpitatus fuerit, & is alicui forisfecerit, habeat eum ad rectum, tanquam de propria familia, quod Anglicè dicitur* Ꞇpaniᵹꞇ ᵹeſꞇ Ꞇꝺꞃiꝺ niᵹhꞇ aᵹen hine, id eft, duabus noctibus hofpes, tertia habitus eft domefticus: eft enim aᵹen, *proprius*, & hine, *famulus*. Similia habet Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 10. *Item fecundùm antiquam confuetudinem dici poterit de familia alicujus, qui hofpitatus fuerit cum alio per tres noctes, quia prima nocte dici poterit*, Uncuth (i. incognitus) *fecunda verò* Guft, (i. hofpes) *tertia nocte hogenehyne, i.* familiaris, domefticus famulus: eftenim Anglis hoine & *hogh*, domus: hinc famulus. Leges Henrici I. cap. 9. *Nemo ignotum vel vagantem ultra triduum abfque fecuritate detineat.*

AGENTES dicuntur, qui rebus agendis præfunt, & à Proceribus iis præficiuntur. *Agentes potentum* in Concilio Aurel. IV. c. 26. qua notione ufurpant Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 34. & Baudonivia in Vita ejufdem S. Radegund. cap. 6. *Agens domus*, apud Gregor. Turon. lib. 7. cap. 42. qui *actor* lib. 9. c. 35. *Agentes & miniftri Monafterii*, in Chronico S. Vincentii de Valturno pag. 687. *Agens Regis*, in Charta Odardi Dom. Harnenfis anno. 1328. *Et fe en ce cas li dis Sires, ou fi hoirs eftoient defaillans de faire de ce bonne Iuftice, lidis Maires & Iurés fe pourroient traire & doloir à l' Agent du Roy, & par l' Agent du Roy lidis Sires & fi hoirs feront contraint à faire juftice du meffait*, &c.

Agentes, Officiales ac Miniftri Regii, quorum munus *Actio* inde appellatur. Gregor. Turon. lib. 6. cap. 19. *Mittit nuncios Comitibus, Ducibufque & reliquis Agentibus, ut collecto exercitu in Regnum Germani fui irruerent.*

rent. Marculfus lib. 1. form. 11. *Ille Rex, omnibus Agentibus,* &c.

Agentes in rebus, qui Principis jussis obsecundabant, eorum mandata in provincias perferebant, *Magisteriani* etiam appellati, quòd sub Magistro Officiorum militarent. Hieronym. in Abdiam c. 1. *Eos enim, quos nunc Agentes in rebus, vel Veredarios appellant, veteres Frumentarios nominabant.* Ejusmodi Agentium in rebus passim mentio apud Scriptores, quos laudat Jacobus Gotofredus ad tit. Cod. Theod. de Agentibus in rebus, ubi copiosè de eorum munere, scholis, & privilegiis.

AGENTIAMENTUM, Instauramentum, ex Gallico *Agencement, Estorance* : in Consuetud. Tolosæ part. 3. tit. de Dotibus. Tabulæ nuptiales Geraldi Fabri Domicelli D. mansi Milhagueti, &c. ann. 1315. mens. Febr. *Item fuit dictum, quod dictus nobilis Helias Fabri dabit pro osculo seu agensamento dictæ Andreæ futuræ suæ sponsæ 20. libras in casu prædecessus,* &c.

AGER, Terræ, seu agri portio, certis limitibus & mensuris definita, quam alii *Acram* vocant. Matth. Paris. ann. 1083. *Rex VVillelmus misit Justitiarios per omnes Angliæ Comitatus, & inquirere fecit, quot agri, vel jugera terræ, uni aratro sufficerent per annum in singulis villis.* Lib. Ramesf. sect. 245. *Terra unius hidæ, & terra 28. agrorum.* Sect. 297. *In Henctonensi Campo unum agrum juxta viam.* Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 224. *De terra culta atque arabili agros 54.* Trad. 229. *In villa, quæ dicitur Ascbaa, 80. agros propriæ hæreditatis.* Occurrit ibi iterum sub fin. lib. 3. pag. 588. & tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 289. Huc etiam spectare videntur verba Isidori lib. 15. Orig. cap. 15. *Actum, provinciæ Bœticæ rustici, agrum vocant. Agnam,* pro *Agrum,* habent hoc loco Gromatici; est autem actus, ut ibidem definitur, mensura agri *latitudine pedum 4. longitudine 120.* Vide *Acra, Campus.*

AGERIENTIA, *Agerientia,* idem quòd *Aisantia,* de qua voce infrà agimus. Vetus Charta apud Mabillon. de re Diplomat. p. 472. *Villa cognominante in pago Camliacensi cum omni merito vel agerientias & soledetates suas &c.* Occurrit eadem vox non semel ibidem.

AGERE. Capitula Herardi Archiep. Turon. cap. 58. *Ut exequiæ mortuorum cum luctu secreto---fiant,--- & ut 30. diebus amici & parentes pro eis agant.* Id est, *Agendam Mortuorum* faciant. Rabanus Maurus lib. contra Judæos cap. 53. ubi de S. Ambrosii cum Theodosio concertatione de Judæorum Synagoga : *Atque ita obtinuit, ut illa, quæ statuta fuerant, revocarentur : nec priùs ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Cui Episcopus : Ergo ago fide tua. Respondit Imperator : Age fide mea. Qua sponsione iterata, securus peregit Sacerdos divina mysteria.* Vide *Agenda,* & *Missa.*

AGGAUDERE, pro *Adgaudere,* apud Petrum Venerab. Epist. 16.

AGGER, Iter publicum, Via Militaris. Gloss. *Agger, Strata, via publica.* Servius ad 5. Æneid. *Agger est mediæ stratæ eminentia coaggeratis lapidibus strata.* Ammiano lib. 18. & 19. *itinerarius agger. Agger publicus,* in leg. 2. Cod. Th. Ne quis in palat. maneat: & leg. 4. & 5. Cod. eod. de Itinere muniendo. Et eidem Ammiano, Bedæ in Martyrol. 4. id. Oct. in Actis martyrii SS. Cantii & Cantiani &c. Vide Bergerium lib. de Viis Imperii.

Agger terræ propter finem fundorum antiquitus ingestus, in Lege Bajvvar. tit. 11. §. 3.

AGGESTUS. Anonymus in Vita S. Basoli Confess. cap. 10. *Usque hodie observatur, ut si fuerit in præfato saltu promota quælibet venatio, & intra aggestum illius silvulæ hinc & inde prominentem ingressa fuerit, nec canis, nec venator quilibet postea illam prosequi audebit.* Eadem habet Adso Monac. in ejusdem Sancti Vita cap. 23. ubi *Aggestum,* vel *Aggestus,* videtur esse ambitus, seu incinctus silvæ, *aggere* quodam munitus, quomodo Tacitus *aggestus* usurpat. *Aggestum petrarum,* apud Jul. Frontinum de Coloniis. *Aggestus ex ramis arborum diversarum, & junco, & manipulis constructus,* apud Ammianum lib. 20. Id prætereà testatur Procopius lib. 2. de Bello Persico cap. 26. qui ejusmodi *aggeres,* Romanis ἄγεσα dici auctor est, quem locum laudat Suidas in verbo ἄκεσσα, ubi Meursius ἄκεσα restituit. Certè ἄκεσσα etiam legitur in Gloss. Gr. MS. Regio cod. 2062. ubi eadem verba, quæ Suidas, habet. Vide Aurel. Victoris Epit. in Caligula, Scriverium ad Vegetium pag. 585. & Meursium. Ab hac voce nata, ni fallor, apud nos, in quibusdam provinciis vulgaris loquendi formula : *Sçavoir les agès d'une maison, ou d'une ville,* pro scire vias ac itinera. Nisi potiùs *ab Agea, via in navi dicta,* ut est apud Festum & Isidor. πάροδος πλοίε. in Gloss. Lat. Gr.

AGGINARE, *Explicare,* in Glossis Isidori.

AGIÆ, *Glandolæ,* in Glossis Isidori.

AGGLATA. Vide *Occlata.*

AGGRANTIA. Vita B. Rogerii Abb. Ellantii in diœcesi Remensi cap. 10. *Mortuus denique erat sibi, ut omnibus viveret, omnibus subveniret : multam proinde aggrantiam sparserat vir ille sanctus, quem sic affecerat sollicitudo fraternæ caritatis.* Ubi fortè leg. *fragrantiam.* Galli dicerent : *Il avoit laissé une bonne odeur de soy.*

AGGRAVATIO, Repetita & iterata excommunicatio. Vide Statuta Synodalia Nicolai Episcopi Andegav. ann. 1272. c. 4.

AGGREGARIUS. Thvvroczius in Uladislao Rege Hungar. cap. 24. *Poloni & Sclavi, quos præda delectabat, aggregario milite muniti,* &c. Videtur legendum, *ac gregario.*

AGGUSTATIO. Charta Ulgerii Episcopi Andeg. *Ipse vero Albericus dedit modò dictæ Ecclesiæ duas piscaturas aggustationum, quæ sunt in Laionio, quas habebat de beneficio Canonicorum nostrorum.*

AGIAMA. Breviloq. *Agiama, dicuntur quædam loca in navibus, quæ per artationem remorum veniunt, vel dicuntur foramina, per quæ hortator remos accedit.*

AGILD, ex Saxonico æʒilð, aliàs onʒilð, *Insolutus, Inultus, sine compensatione,* talis & tam sceleratus, ut ob hujus interfectionem pretium, quod *VVeregildum* vocant, non exigatur. Leges Alvredi cap. 6. *Si Utlaga efficiat, ut occidatur, pro eo quòd contra Dei rectum, & Regis Imperium stet,---jaceat Agild.* In Legib. Kanuti Regis cap. 88. *Si quis eum inter agendum perimat, Agilde jaceat.* In Legibus Henr. I. cap. 88. corruptè habetur *Egilde,* pro *Agilde.*

AGILOLFINGI, dicti qui erant de genere Ducum Bavariæ, in Lege Bajvvar. tit. 2. cap. 20. ex quibus, Regum nostrorum indulto, esse debebant Duces omnes Bavarici, ab ipsismet Regibus electi & constituti, §. 3. Chronicon Fredegarii cap. 52. *Quidam ex proceribus (Austriæ, de gente nobili Ayglolfinga, nomine Chrodoaldus.* Ditmarus lib. 5. p. 55. ait, *Bavarios ab initio Ducem eligendi liberam habuisse potestatem.* Ab Agilolfungis istis Welphones prodiisse existimat Rhenanus lib. 2. Rer. German. p. 88.

AGINA. Tabularium S. Cyrici Nivern. ann. 8. Roberti Reg. Ch. 60. *Ermendricus & uxor sua Oolgardis, & Aalgardus & dilectæ illius aginæ, communiter vendimus :* &c. Infrà, S. *Stephani & uxoris suæ Gutburgis, & Ermendrico & conjuge ejus Oolgarde, & Aalgardi & Amabile ejus Agine, qui hanc venditionis cartam fieri & firmari rogaverunt.*

AGINNENSES, Hæretici, qui vulgò Waldenses, apud Robertum de Monte in Chr. ann. 1178. ab Aginno Occitaniæ urbe.

AGIOPELAGUS, *Mare Cycladum,* Æthico, corruptè pro *Ægæopelagus,* ex quo *Archipelagus* postmodum

dum formatum. Mappa mundi tom. 2. Gestorum Dei per Francos p. 287. *Et illud mare in aliqua sui parte vocatur Agios pelagos, quod apud nos sonat sanctum mare.* Sanuto Epist. 20. *Lazopelagus dicitur: Yriopelagus*, apud Anonymum Barensem an. 1055. Porrò Domini Euboeenses, seu Nigriponti, *Duces* se se inscripsisse *Agiopelagi*, observatum olim à nobis in Hist. Gallo-Byzantina lib. 8. n. 31. Αἰγαιοπελάγι τῶν ἀρχῆς mentio est in Menæis 12. Martii in S. Theophane.

AGISCUS. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud *Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. p. 424. ubi de ministeriis sacris: *Calices argenteos, — signos cum agiscos duos, & tertium ministrandissimum, campanas duas, cingulos auro gemmatos duos, &c.* Ubi *agiscus* videtur poni pro *ansa*.

AGISTARE, *Adgistare, Agistator, Agistamentum*, voces Scriptoribus Anglicis sat frequentes, à Gallico *Giste*. Est autem *Agistare*, animalia seu pecora in silvam immittere, quò ibi jaceant, & pascant, certa anni tempestate, in designatis ab Agistatoribus locis: Galli *Gister* dicunt. Ita

Agistare boscum, silvam, campum, est certum pecoris numerum, compascendi jus habentibus, assignare in bosco, silva, aut campo. Capitula Placitorum Coronæ Regis apud Hoved. in Ric. I. pag. 784. *Item præcipit — quod 4. ponantur Milites ad adgistandos boscos suos, & ad recipiendum pannagium suum.* Mox: *Item præcipit, quod nullus adgistet boscos suos infra metas forestæ suæ antequam bosci eorum adgistentur.* Charta Forestæ Joannis Regis Angl. apud Parisium: *Unusquisque liber homo agistet boscum suum in foresta pro voluntate sua, & habeant pannagium suum.* Vide Fletam lib. 2. c. 41. §. 31.

Agistare animalia, in boscum aut forestam immittere, in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 15. Inquisitiones de forisfacturis forestæ in Additam. ad Matth. Paris. c. 12. *Inquiratur etiam de equis, equitiis, & aliis averiis agistatis infra forestam Regis, per quæ pastura forestæ nimis oneratur.* Ibidem: *Inquiratur qui forestarii cœperint finem pro diversis animalibus agistandis. Agistare porcos*, in Monastico Angl. tom. 2. p. 230.

Agistare, Pensionem imponere, tributo onerare: metaphora ducta à boscis, aut forestis, quæ pascuis sunt obnoxiæ. In Actis forens. Edvv. I. Regis Angl. apud Seldenum in Mari clauso lib. 2. p. 191. occurrit mentio *terrarum, ad custodiam maris agistatarum*, i. ut interpretatur idem Seldenus, *pensione seu tributo onustarum.* Et apud Spelmannum in Ordinat. Marisci *de Runney*, dicuntur *terræ agistatæ*, quarum possessores ripas seu aggeres vicinos contra impetus aquarum munire tenentur. Neque alio sensu Historia Fundationis Prioratus de Wigmore in Agro Hereford. Gallicè scripta, tom. 2. Mon. Angl. p. 215. *Et puis plus tost haster cel ranzon, si pria il qu'il voussist granter puis metter un agistement d'argent sur sa gent.* i. ut promtiùs liberationem ejus procuraret, petiit licentiam sibi dari pecuniam à vassallis suis corrogandi.

Agistator, qui pascuis silvaticis præest, & ne ultra metas præscriptas animalia evagentur, aut ultra diem præstitutum pascant, invigilat. Charta Joannis Regis Angl. de Foresta, an. 1215. *Agistatores nostri debent accipere panagium suum.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 939. *Extra omnem potestatem forestariorum, viridariorum, regardatorum, agistatorum, & omnium aliorum baillivorum forestæ nostræ.* Vide Fletam lib. 2. c. 41. §. 3. & Manvvodum in Legibus Forestarum cap. 11. fol. 80.

Agistamentum, jus pascendi animalia in boscis, aut forestis. Hoved. loco citato: *Est sciendum, quòd incipit adgistamentum dom. Regis 15. die ante Festum S. Michaëlis, & durat 15. diebus post festum S. Michaëlis.*

AGITARIUM, Cunabulum, quòd ad infantes ad somnum provocandos agitetur & moveatur. Vita S. Pardulfi cap. 18. *In agitario, quod vulgo berciolum vocant, pannis constrictum imposuit.*

AGITATORES, Aurigæ, *qui agitandi munus exercent*, in leg. 3. Cod. de Scenicis, qui equos currules in Circo agunt & agitant. Gloss. Gr. Lat. ἐλατηρίππων. *Agitator.* Gloss. Lat. Gr. *Auriga, Agitator*, ἡνίοχος, ἐλάτης, Ita emendo, pro *agitur*. Lamprid. in Commodo: *Voluit etiam in Circo quadrigas agitare.* In Cursibus publicis *animalia publica fuste agitari* vetantur in leg. 1. C. de Cursu publico. Recensentur autem *agitatores*, ut & pantomimi & histriones, inter viles personas ac inhonestas, in leg. 5. C. de Spectaculis. Proinde ii sunt, de quibus hæc habet Concilium Arelatense I. sub Silvestro PP. can. 4. *De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos, quandiu agitant, à communione separari.* Eadem statuuntur in Concilio Arelatensi II. an. 452. can. 20. ubi *Agitatores, sive Theatrici, dicuntur.* Capit. 3. Caroli M. incerti an. cap. 1. & lib. 7. cap. 105. novæ Edit. 142. *Nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines — necarent, nec agitatores sanguinum fierent, &c. Agitatores* autem ideo proscribuntur, quòd plerique ex iis magicis artibus uti crederentur, ut adversariorum suorum equos in certamine frangerent & impedirent, sicque palmam consequerentur: quod ex leg. 9. Cod. de Malefic. colligitur, præterea ex S. Hieronymo in Vita S. Hilarionis, Ammiano lib. 26. & ex Senatore lib. 3. Epist. 51.

AGIUS, *Ayus*, ἅγιος, Sanctus. Charta Edmundi Reg. Angl. in Monast. Angl. p. 15. 17. *Ego — triumphalem tropæum agiæ Crucis impressi.* Et pag. 122. *Agio & alto Domino Zabaoth regnante.* Adde Ingulphum p. 882. S. Bonifacius Episc. Moguntin. Epist. 1. *Agiis frustratis, &c. Agius Pontifex*, in Vita S. Audomari c. 1. 3. Utitur etiam Fridegodus in S. Wilfrido c. 6. Ex his emendanda formula 15. ex Baluzianis: *Agino Salomon pro sapientia bene scripsit hanc sententiam, &c.* Legendium enim *agio*, vel *agios*, aut *agius*.

Ayus, pro *Agius*. Papias: *Aius, Sanctus.* Breviloq. *Aios Latinè, i. agios Græcè.* Stephanus Episc. Leod. in Vita S. Lamberti cap. 2. *Eodem tempore ayus Pontifex Theodardus, &c.* Ubi loci fallitur Chapeauvillus, qui nomen proprium esse putat. Et cap. seq. *sanctus* dicitur *Theodardus.* Vide Triumphum S. Remacli lib. 2. cap. 36. Glaber lib. 4. cap. 6. *Exclamavit, ut Christianis mos est, — Aios, Kyrie eleison.*

AGMANILE. Vide *Aquimanile*.

AGMEN. Charta Hispanica æræ 1111. apud Antonium de *Tepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 3. *Pro Ecclesia parrochitana, vocabulo S. Mametis, territorio Melgare, super agmen vocitato Cea, quæ fuerat diruta ab Ismaëlitico hoste, &c.* ubi scrib. *amnem*, vel *flumen*.

AGMINALES *Equi*, in leg. 18. D. de Muneribus & onerib. *Patrimoniorum munera duplicia sunt: nam quædam ex his muneribus, possessionibus, sive patrimoniis indicuntur, veluti agminales equi, vel mulæ, & angariæ, atque veredi.* In leg. 4. & 6. Cod. Theod. de Cursu publico, *agminales seu paraveredi* dicuntur, ita ut *agminales* iidem sint qui *paraveredi*. *Agminales* autem vocatos probabile est, quòd gregatim, ἀγεληδόν, *agminatim*, prope civitates nutrirentur & haberentur ad cursus publicos.

AGNAFUS, Fullonem non expertus, ex Gr. ἄγναφος, ἄγναπτος. Vetus Charta Cornutiana à Suaresio edita: *Necnon & in palliis pallium holosericum agnafum auroclavum.*

AGNATIO, *Agnitio*. Liberi. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 17. cujus titulus est: *De mancipiorum agnitionibus dividendis: Hac rationabiliter natura lege compellimur, agnitionem ancillæ, quæ servo alieno juncta pepererit, inter utrosque dominos æqualiter dividendam.* At lib. 3. tit. 2. §. 4. habetur *Agnatio*, id est, nati, liberi:

Agnatio autem servi domino computetur. Ita etiam in Edicto Theoderici Regis §. 65. *Quoties se ancillæ ingenuus, aut originarius, aut servus forte miscuerit, necesse est ut omnis matrem sequatur agnatio, id est, filii omnes ad dominum ancillæ pertineant.* Adde leg. un. Cod. Th. de Inquilinis & colonis, & c. ult. Capitularis ann. 829. Testamentum S. Aredii: *Nec non & mancipiola hæc & agnitio eorum inferiùs comprehensa, &c.* Ita ibi non semel, apud Mabillonium in Analectis tom. 2.

Agnationis charta, qua dominus servi, cui se ingenua junxit, illis indulget, ut qui ex eis nascentur, liberi permaneant. Hujus formula habetur apud Marculfum lib. 2. cap. 29. Vide Senatorem lib. 7. Epist. 40.

AGNELLARII, quibus agnorum nutriendorum cura incumbit. *Agnellaria*, locus, ubi agni educantur. Statuta antiqua Ord. Carthusiensis 2. part. c. 19 §. 8. *Et aufertur præcise omnis spes dispensandi super possessionibus vel reditibus extra terminos habendis: nisi tam urgens & inevitabilis necessitas, quod in majus detrimentum inde accideret. Quod si statutum tam solenniter firmatum rumperetur, & nisi forte in agnellariis & cellariis, ubi magna necessitas appareret, &c. Infrà §. 11. In terris agnellariorum nemo præsumat facere aliquam culturam sine licentia Capituli Generalis, excepto quod hortus ibi poterit haberi.*

AGNELLINI *Panni*, Ex Gall. *Peaux d'agneaux.* Statuta Cluniac. Petri Venerab. c. 16. *Nullus fratrum nostrorum pannis --- qui appellantur Agnellini, exceptis Theutonicis, & iis adjacentibus Monachis --- vestiatur.* Charta an. 1288. apud Perardum in Burgundicis p. 562. *Pro quolibet sacco lanarum & aignelinorum.*

AGNILE, ut Ovile, agnorum stabulum. Gloss. Gr. Lat. MS. ἀγνών, ὁ τόπος, *Agnile.*

AGNINA, Caro agni, ἄρνειον κρέας, in Gloss. Græc. Lat. Anna Comnena lib. 8. Alexiad. pag. 230. ἀλλ' ἡλίȣ ἀνατέλλοντος ... ἀρνὸς κρέας ἐδόμεθα.

AGNITIO. Vide *Agnatio.*

AGNITUDO, *Agnitio.* Vita S. Fidoli: *Cujus rei agnitudine mœstus, &c.*

AGNOMENTUM, pro *agnomen*, dixit Apulejus in Apologia.

AGNUS, pro *Castus*, ex Græc. ἁγνὸς. Occurrit non semel in Actis Martyrii SS. Didymi & Theodoræ n. 6. 8.

Agnus, Monetæ aureæ species. Vide *Muto.*

Agnus Dei. Alcuinus: *Sergius PP. constituit ut tempore confractionis Dominici Corporis, Agnus Dei a Clero & Populo decantetur.* Eadem habent Amalarius lib. 3. cap. 33. Berno Augiensis Abbas, Micrologus cap. 18. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 22. Chronic. Reichersp. an. 684. Florent. Wigorn. pag. 568. &c. *Tertius Agnus Dei*, apud Petrum de Vineis lib. 1. Epist. 1. in quo additur: *Dona nobis pacem.*

Agnus Dei. Mos erat, verbis utor Sirmondi ad Ennodium, ut ex cereo Paschali, qui Sabbato Sancto conceptis precibus sacratus fuerat, particulæ decerperentur, ac populo die Dominica post Albas post sacram Communionem distribuerentur, unde suffitum in ædibus suis facerent, vel agros vineasque munirent adversus dæmonum præstigias, aut contra fulgura, ac tonitrua. Qui quidem mos olim extra Urbem duntaxat. Romæ enim cerei Paschalis vice ceram oleo perfusam benedicebat Archidiaconus, inde particulas in Agnorum effigiem expressas asservabat, populo similiter, die, qua dictum est, dividendas. Quæ res nimirum originem dedit cereis Agni cælestis imaginibus, quæ à Pontificibus ipsis augustiore postea ritu consecrari cœperunt. Id passim docent Ordo Romanus in Ordine de Sabbato Sancto, Alcuinus lib. de Offic. divin. (ut in Synodo Trull. Can. 82.) Durandus lib. 6. Ration. cap. 79. Amalarius, &c. Adde præterea Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 7. lib. 2. sect. 2. Baronium an. 58. n. 76. & Joan. Molanum orat. 1. in qua de istiusmodi *Agnus Dei* fusè disserit. Laudatur etiam Alfonsi Cicarelli de Menavia *Tractatus de origine, benedictione, consecratione & virtutibus agnorum Dei*, in Biblioth. MSS. Labbei pag. 228. Chron. Dolense editum à Labbeo. an. 1306. *Clemens PP. V. --- Agnus Dei magnam copiam consecravit.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Sic non obstitit fulguri impressio Papalis cerea, in qua Agnus Dei figuratur, &c. Particulas ceræ pro benedictione sumere*, habet Gregorius Turon. de Vit. Patr. cap. 8. Neque porrò hic omittendi versus, quos Urbanus V. Pap. misit ad Joannem Palæologum Imp. cum Agno Dei, per Mag. Minera descriptos in Cod. MS. Bibl. Reg. Andr. Danduli Chronicon continente:

Balsamus ac munda cera, cum chrismatis unda,
Conficiunt Agnum, quem do tibi munere magno,
Fove velut natum per mystica sanctificatum,
Fulgur desursum depellit & omne malignum,
Prægnans servatur, sine vi partus liberatur:
Portatur mundè, servat de Fluctibus undæ,
Peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit,
Dona profert dignis, virtutem destruit ignis,
Morte repentina salvat, Satanæque ruina,
Siquis adorat eum, retinebit ab hoste triumphum!
Agne Dei miserere mei.

Agnus Paschalis, qui juxta *Romanam auctoritatem, in Pascha benedicitur, non ad altare; sed ad communem mensam*, ut est in Micrologo cap. 54. Benedictionis formula extat in Ordine Romano.

Agnus fundens aquam. Anastasius Bibl. in S. Silvestro: *In labium fontis Baptisterii Agnum ex auro purissimo fundentem aquam --- in læva Agni B. Joannem Baptistam, &c.* Vulgò autem agnum sancto Prodromo appingi solitum palam est, ex his verbis: *Ecce Agnus Dei, &c.*

Agnus aureus, inter ornamenta Ecclesiarum recensetur apud eundem Anastasium in Vitis PP. p. 28. 32.

Agnorum consuetudo, præstatio ex agnis. Charta Ludovici VII. ann. 1145. pro Bituricensib. *Consuetudo agnorum, quam Præpositus & Servientes nostri capere debent, capiatur à Ramis-Palmarum usque ad quindenam Paschæ, &c.*

AGOMANUS. Glossæ Isidori: *Particus, negotiator, qui per partes vendit, qui Institor & Agomanus dicitur, quod in diversa manus agat.*

AGONIA. *Alacritas, vel vigor*, in Glossis Arabico-Lat. ex Græc. ἀγωνία. Joan. de Janua: *Agonia, vigor, fiducia.* Alias ἀγωνία, est *sollicitudo*, in Gloss. Græc. Lat.

AGONIZARE, Laborare, operam collocare, ponere, ad aliquid peragendum. Acta Martyrum Tarasii & socior. apud Baron. an. 290. n. 24. *Probus* (Martyr) *dixit*, (Præsidi) *Non quiescis pro dæmoniis agonizare.* Vita S. Maglorii Episc. Dolensis cap. 9. & 11. *Si id exequi agonizaveris.*

Agonizare, Decertare. Odo Cluniacens. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 1. *Athleta cælestis militiæ dudum in palæstra mundanæ conversationis agonizans, cuneos vitiorum viriliter debellavit.* Vita S. Rictrudis cap. 12. *Gymnasium Monasteriale, ubi stadium vitæ præsentis agonizando percurreret. Martyrii agonizatio*, apud Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 7. Vide Eccles. 4. 33.

Agonizare, Extremum spiritum ducere, cùm vita scilicet cum morte luctatur: Italis *Agonizare*, nostris *Agonizer.* Leporius Presbyter in libro Emendationis, de Christo: *In hoc maximè fides nostra consistit, ut credamus unicum Filium Dei --- pro nobis omnia secundùm carnem fuisse perpessum, & non sibi agonizasse, sed nobis, &c.* Liber 5. Insinuat. divin. S. Gertrudis cap. 2. *Exacto mane quodam, ita malè valuit, quod putabatur agonizare.* Occurrit ibi non semel, & apud Cæsarium lib. 1. Mirac. c. 35. l. 5. c. 8. l. 6. c. 36. & alios. Ditmarus lib. 6. p. 77. *Et jam stola induta in agone laborantem vidi.*

Agoni-

Agonizare, Invadere, adoriri, impetere: *Attaquer une place.* Histor. Obsid. Jadrensis cap. 4. *Viriliter ipsum* (montem) *cœpit agonizare.* Galli dicerent *Travailler.*

AGONIZATORIUM, Certamen. Liber Dodanæ manualis c. 41. *Ne me damnent vel reprehendant, quod sim temera in tali subintrare agonizatorio acumine laboris, ut tibi aliquid de Deo dirigere audeam sermonis.*

AGONOTHETA, pro *Agonista*, bellator. Ugutio: *Agonitheta, qui vel quæ est in agone, i. pugil.* Vita S. Ermelandi Abb. MS. *Omnibus mundi spretis pompis, cæterorum commilitonum vallatus præsidio, Agoniteta virilis, omnium virtutum conscendens iter.* Vita S. Castrensis Episcop. n. 1. *Hoc modo conati sunt gloriosos agonothetas Christi a cultu divinæ legis evertere.* Occurrit præterea in libello de Miraculis S. Quintini in Insula cap. 2. apud Hemereum, & apud Odericum Vitalem lib. 7. pag. 642. lib. 8. pag. 669. In Vita S. Wunebaldi c. 5. apud Adenulphum Archiepisc. Capuanum in Vita S. Marci Galilei Atinensis Episcopi, &c. Aliàs in Gloss. Lat. Græc. ἀγωνοθέτης, dicitur *Munerarius*, de qua voce multa habet P. Faber lib. 1. Agonist. cap. 18.

AGRA. Vide *Acra.*

AGRANUS, *pro agro accipitur: unde Anianus in expositione supra Matthæum: Qui agrum aut agranum suscipiat.* Ita Ugutio.

AGRARE, Ambulare, ire. Victorinus Afer de Principio diei p. 200. *Et ideo quacunque sol respexerit, diem & horas fieri. Ita cùm peragrans agrando delato spatio horas mutet.*

AGRARIÆ, Vigiliæ, excubiæ. Modestus de Vocabulis rei militaris: *Sive ad vigilias, vel Agrarias faciendas, sive ad opus aliquod, vel ad cursionem campi exeunt milites, &c.* Scriptor tacticus post Notit. Imperii cap. penult. *Vigiliis & agrariis exercendis.* Ita *vigilias & agrarias* jungit Vegetius lib. 2. cap. 22. lib. 3. cap. 8. *Stationes agrariæ*, apud Ammian. lib. 14. 16. 25. 31. Vide, quæ ad hunc Scriptorem annotat V. Cl. Henr. Valesius de vocis etymo, ut & Salmasius ad Spartianum.

AGRARIENSES, Navigii species, in l. un. Cod. Th. de Lusoriis Danubii; sic autem dictæ, quòd *agrarias*, id est, excubias & vigilias exercerent. Ἀγράρια perinde vocabant Byzantini naviculas, aut lembos, quibus Imperatores Fretum Constantinopolitanum emetiebantur, cùm peregrè ibant, (unde fortè etiam ejusmodi navigio nomen) & in suburbana palatia secedebant. De iis non semel Constantinus Porph. de Admin. Imperio c. 51. & Anna Comnena lib. 6. & 7. pag. 181. & 205. Erant præterea *Agraria*, naves piscatoriæ: ἁλιευτικὰ ἀγράρια apud Theophanem, eadem, quæ Nicetæ in Isaacio Angelo lib. 1. n. 6. τὰ πρὸς ἰχθύων ἄγρας dicuntur.

AGRARIUM, *Agrerium*, tributum, seu vectigal, quod ex agris penditur, quod in quibusdam Galliæ provinciis *Agrier*, dicitur, in aliis, *Champart, terrage. Agraticum* in l. 11. Cod. Th. de Veteran. Lex Bajwvar. cap. 1. tit. 13. *De colonis vel servis Ecclesiæ qualiter serviant, vel qualia tributa reddant, hoc est, agrarium.* Marculfus lib. 2. for. 36. *Ita ut ab hac die ipso jure proprietario, si ita convenit, aut reditus terræ in tuam revoces potestatem, & nullam functionem, aut reditus terræ, vel pascuarium, aut agrarium — exinde solvere debeatis.* Item Marculfus: *Vel pascuarium, aut agrarium, aut carropera.* Constit. Chlotarii an. 560. post Conc. Parisiense II. *Agraria, pascuaria, vel decimas porcorum Ecclesiæ pro fidei nostræ devotione concedimus.* Charta Willelmi II. Episcopi Pictavensis apud Beslium pag. 87. *Et Ecclesia decimam & agrarium habebit, & messores laboris sui debitum.* Usatica Regni Majorican. MSS. *Salvo censu sive agrario dominorum.* Alibi: *Si aliquis honor emphyteoticus, seu qui ad censum seu agrarium teneatur.* Constitutiones Cataloniæ MSS. *Salvis censibus & agrariis constitutis.* Vetus Charta in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 200. *Omnes decimas de suprascriptis villulis, tam de annonis, quam de agrario, &c.*

Agrerium, idem quod *Agrarium*, ex Gall. *Agrier*, ut est in Consuet. Marchensi art. 331. *Agriere*, in Santonensi art. 21. *Ager*, in Solensi tit. 31. art. 4. 5. *Agrere*, in Burdegalensi art. 86. 102. 103. Tabularium Abbatiæ S. Amantii: *Gaufredus dederat decimam partem decimæ, & de agrerio similiter.* Et alibi: *Tempore messis agrerium se legaliter reddituros fide pollicentes.* Occurrit ibi pluries, & in Concilio Marciacensi an. 1326. can. 29. Vide Rocheflavinum de Rebus feodalibus cap. 5.

AGRARES, Rustici, apud Victor. in Constantino.

AGRARIUS, *Rusticus, qui colit agrum. Unde Eccl. 38. Cum operario agrario de omni opere tracta.* Joan. de Janua. Vide Casaubon. ad Spartianum p. 35. Aureol. Victor in Maximiano: *Ortus parentibus agrariis.* Sigebertus an. 1160. *Nolens vexare agrarios, milites, nec Burgenses, nec rusticorum multitudinem.*

AGREAMENTUM, Consensus, *Agrément.* Ridiculè definitur apud Rastall. & Leguleios Angl. *Aggregatio mentium, in re aliqua facta, vel facienda.* Vide *Gratum.*

AGRESTA, Omphacium, *Verjus*, uti vertit vetus Gallicus Interpres Petri de Crescentiis lib. 4. cap. 24. ex Italico *Agresto*, quasi *Aigret*, acidulus. Albertus Argentin. in Chronico pag. 155. *Eodem anno — medio Junii, vineis dudum efflorescentibus, grana communiter sufficiebant ad agrestam: ita quod non est memoria blada & vina adeo floruerunt tempestivè.*

AGRICOLARE, colere agrum. *Agricolans*, Agricola, apud Walbertum lib. 1. de miracul. S. Rictrudis cap. 2.

AGRICOLA. Diploma Joannæ Comitissæ Flandr. apud Buzelin. lib. 2. Gallo-Fland. cap. 30. *Vendidit etiam — dimidium bonarium prati, & dimidium agricolæ, 10. modios avenæ, &c.* Vide *Colonus, Rusticus.*

Agricolanus, agricultor, Joanni de Janua.

AGRICOLERE, Agrum colere. Tabular. Prioratus Neronis Villæ fol. 28. *In vinea, quam agricolit Prior de Puisols, &c.*

AGRIDIUM. Liber Miracul. S. Fidis cap. 21. *B. Virgo ita eum fando prosequitur: Scias me, inquam, hactenus minime fuisse interpellatam, pro hujusmodi re, ut ista est, pro qua nostra sollicitas suffragia, cum ex diversis morbis valida contulerim agridia.* Quo loco vox *agridia*, nisi mendum subsit, *auxilia*, aut *ægrorum sanationes* significat.

AGRIFARE, Ungues protendere: *Grifes* enim dicimus ungues avium. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 56. *Bistardæ & anates campestres contra aves rapaces horripilant plumas, agrifando se, & elevant alas, &c.*

AGRIPEDALIS, *Agripennus.* Vide *Arapennis.*

AGUAYT, Insidiæ. Usatici Barcinonenses MSS. editi à Raimundo Berengarii & Adelmodi Comit. Barcinon. cap. 2. *Si quis se miserit in aguayt, & considerata mente requisierit Militem, & cum fuste cæderit eum, &c.* Ibidem cap. 3. *Aguayt & Encalz de cavallario & assalt de castello, emendetur per hominaticum & per aliscaram, sicut visum fuerit judicanti, qui judicaverit illam causam.* Adde caput 73. Concilium Helenense an. 1065. *Si quis verò infra hanc trevam se miserit in aguet, vel ipsum aguet stabiliter pro morte vel apprehensione alicujus hominis, aut pro apprehensione alterius castelli, & tamen si hoc agere non potuerit, similiter emendet ad judicium Episcopi, &c.* Ex voce *Guaita, Gaita, Gueta*, Excubiæ vigiliæ. Nam qui alicui insidias molitur ac struit, ut eum opprimat, idem facit, quod qui in excubiis jacet, ut advenientes exploret. Hinc *Aghais* in Consuet. Lillensi art. 63. idem valet quòd *exploratio*, uti pluribus observat

vat Gallandus lib. de Franco alodio pag. 80. Vide *VVacta*, & Cujacium lib. 11. Observ. cap. 11. extr.

Aguitare, Insidias struere, Gall. *Gueter*. Concilium Narbonense an. 1054. can. 5. *Insidiando, aut aguitando, &c.*

AGULA, vel *Agala*, *Moneta*, in Glossis Arabico-Lat. Legendum fortè *Agalma*. Vide in hac voce, & in *Agagula*.

AGULANI, inter populos, qui Saracenis vel Turcis parebant, cùm Franci nostri Syriam ingressi sunt, recensentur passim à Scriptoribus rerum Hierosolymitanarum; sed an hæc appellatio gentis sit, an verò sectæ? incertum planè, cùm & ii Publicanis & Azimitis jungantur, quæ indubiè nomina sectariorum sunt. De Agulanis id unicè prodit Guibertus lib. 5. Gestor. Dei cap. 8. *Eorum siquidem, quos Agulanos appellant, tria numero millia extitisse feruntur, qui neque gladios, neque lanceas, aut sagittas, nulla penitus arma formidant, quia omni ex parte cùm ipsi, tum equi eorum ferro adoperiuntur. Hi nihil armorum prorsus in bellis præter enses usui habent.* His consona habent Robertus Monachus lib. 6. Baldricus lib. 5. & alii.

AGULIA, Obeliscus, ex Italico *Aguglia*. Christophorus de Bondelmontibus in Descriptione Constantinopoleos à nobis edita: *Deinde agulia ex uno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum* 24. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris, de Obelisco Romano:

Prés cette Eglise a un grande equille,
De fin porphyre, & dessus une pomme.

AGUSADURA. Pactum an. 1231. inter Alfonsum Comitem Pictavensem & Albertum Abbatem S. Theodardi Montis-Albanensis: *Concessit Comes, quòd Abbas haberet quartam partem salini supradicti: verumtamen concessit si idem Comes dimittat, vel derelinquat salinum universitati villæ, &c.— Concessit eidem Abbati medietatem eorum, quæ percepit idem Comes in dictis villis occasione de las agusaduras. Verumtamen si dominus Comes dimittat, vel derelinquat las agusaduras, quod facere potest, Abbas habebit, &c.* Olim non licebat agricolis vomeres aliaque utensilia ferrea rustica aliis *exacuenda* tradere, quàm iis, qui à Comite Tolosano ad id præfecti erant, quibus certa pensitatio præstabatur, quæ in Provinciæ Comitatu *Agusadura*, in aliis locis *Agusadge* appellabatur. Quidam putant idem esse, quod aliis *Reillage* dicitur, à voce *Reille*, quæ vomerem significat.

AGUTARITUS. Vide *Canis agutarius*.

AGUZO, Cuspis, Italis *Aguzzare*, in cuspidem acuere. Constitut. Neapol. lib. 2. tit. 37. §. 1. *Campiones habeant clavas æquales, non spinosas, non cum aguzonibus.*

AIGLOLFINGA. Vide *Agilolfungi*.

AHALEPTE. Vide *Chunna*.

AHANARE, Agrum colere, laborare. Nam *Ahaner*, est anxiè laborare, cum *anhelitus* difficultate captare aërem; quod faciunt, qui labori, seu agriculturæ, insistunt. Vox ficta ab *Anhelare*, seu potiùs ab ægra & coacta anhelatione, quam emittunt, qui labori succumbunt, *Ahan*. Vide Jacob. *Bourgoing* lib. de Orig. & usu vulgar. vocum pag. 7. Charta M. Abbatis S. Vedasti Atrebat. an. 1245. *Si autem homo non manens super terra debente gabulum, velit terram debentem gabulum ahanare, ipse potest, &c.* Ibidem: *Ita videlicet quòd equus possit ahanare eo modo, quo voluerit homo, cujus erit, — & equus aquitabit totam terram, quam aliquis ad garbam per ahanagium fidele ahanabit: & postquàm homo terram suam ad gascheriam & Martium ahanaverit, ipse potest eam persequi, cum tot equis, quot sibi placuerit.* Rob. *de Bourron* in Merlino MS. *Canques ils labourent & ahenoient, aloit à mal. Terres ahanables*, pro *labourables*, in Consuetud. Bononiensi art. 170. 174. *Ahans, Terres à labeur*, in Consuetud. Montensi cap. 50.

Ahanagium. Charta Balduini D. *de VValaincourt*, an. 1224. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini: *Nihil juris aut dominii retinens, (in dictis terris) sed quidquid juris & dominii habebant in eis, cum ahanagio ipsarum futuro Ecclesiæ sæpe dictæ concedens.*

AHTEID, Sacramenti genus apud Boios. Decretum Tassilonis in Lege Bajvv. cap. 6. *Sacramentum, quod Ahteid dicitur, juret in Ecclesia cum tribus, &c.* Ubi Lindenbrog. *Aht*, bannum Imperii, *Eid*, juramentum.

AJACIS, *Aicis*. In Tabulario Ecclesiæ S. Juliani Brivatensis passim occurrunt hæc verba: *In Aice Brivatense, Ambronense, Nonatense, Cantillanico, Montanico, Riomense. &c.* Ubi in aliquot Chartis aliis pro hac voce habetur: *In Vicaria Brivatense, Nonatense, &c.* In Charta 160. fol. 92. *In ipso Aice, seu in ipsa Vicaria.* Ubi perperam *in arce* reposuit aut legit Justellus in Probat. Hist. Arvern. pag. 10. Et Ch. 248. *In ipso Ajace & in ipsa Vicaria.* Ch. 250. *In ipsa Ajace Brivati, in ipsa villa, quæ dicitur Fontanas — & in ipsa Ajace Comiense curtem nostram, &c.* Ch. 351. *In Comitatu & Vicaria Brivatense, in ipso Ajace, cedo Deo, &c.* Adde Ch. 260. 281. 297. In Ch. 323. habetur *Agice*. Vetus Charta ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 25. *Est autem ipsa Ecclesia sita in Episcopatu Gratianopolitanensi, in Aise castro, quæ nominant sancto Georgio.* Alia Stephani Episcop. Claromont. in Tabul. Celsiniacensis monasterii: *Sunt autem duo aizes, unus ad Burnonem, quem Galmannus excolit, cum curtis, horto & vineis, & alius aizes, qui vocatur ad Petrum &c.* Idem Tabular. *Dat eis Petrus ipse aizum quoddam, continens in semet curtem unam & furnum, mansiones quoque & viridarium.* Occurrit etiam passim hæc vox in Libro Mirabili, seu Tabulario Abbatiæ Conchensis in Ruthenis, & in Tabulario Monasterii S. Theofridi in Vallavis. Arverni hodie *Aize*, vocant agrum, vel terram incultam, ædi alicui adjacentem.

AICHATA. Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro Libertatibus Bastidæ in Petrogoricis, ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 38. *De sommata ferri, pannorum laneorum 2. den. de sotularibus, de calderiis anderiis, patellis, aichatis, payroliis, cutellis, falcilliis, sarpiis, piscibus salsatis, & rebus consimilibus, dabit venditor extraneus in die fori pro leuda & pro intragio 2. den.*

AIDUS, Adjutor, Gall. *Aiac*. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 109. §. 1. *Ad Evangelia sancta juret cum 12. aidis suis, id est, sacramentalibus.* Ubi lex Longob. lib. 2. tit. 55. §. 5. habet *aliis suis*: sed prior lectio tolerari potest.

AILATA, in Legibus Adelstani Regis Angl. cap. 6. *Si verbum non direxerit, ut ailata sit.* Ubi quidam *aplata* restituunt. Vide in hac voce.

AIN, Florentius Wigorn. p. 590. de Ludovico Balbo Rege Franc. *Pater sibi uxorem Adelheidam conjunxit, quæ post mortem viri genuit filium nomine Ain, id est, Carolum.* Huc fortè pertinent ista Alcuini Poëm. 3. de quodam Anglo-Saxonum Rege:

Tertius accepit sceptrum regnator opimum,
Quem clamant AIN, incerto nomine gentes,
Qui nunc imperium Saxonum jure gubernat.

AINESCIA, *Ænescia*, *Enecea*, *Eyneia*, pars hæreditatis, quæ ad primogenitum ætatis privilegio pertinet. *Aisnesse* in Consuet. Norman. art. 115. 175. *Aisneage*, in Consuet. Rupellensi art. 54. 55. & Britannica art. 669. Vide Interpretem veteris Consuetudinis Normanniæ cap. 34. sub finem. Glanvilla lib. 7. cap. 3. *Salvo capitali mesuagio primogenito filio pro dignitate ænesciæ suæ.* Occurrit apud Bractonum lib. 2. cap. 34. & alibi passim.

Eneya. Statuta secunda Roberti I. Scotiæ Regis cap. 3. *Si aliqua hæreditas, de qua unica secta tantum debetur*

debetur ad plures hæredes, participes illius hæreditatis, devolvatur, ille qui encyam, i. capitalem partem illius hæreditatis habet, unicam sectam faciat pro se & participibus suis.

Eylnescia apud Matth. Paris. an. 1240. seu potiùs *Einsnetia*, uti scribitur apud Bractonum lib. 2. cap. 77. & in Fleta lib. 5. cap. 9.

Enitia pars, quæ primogenitum spectat, apud Littleton. sect. 245. *Einecia*, vel *Einescia filia*, id est, primogenita, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 913. tom. 2. pag. 870. Porrò vox *Aisné*, Gallica, confecta ex *ains*, antè, & *né*, natus.

AIOLA, *avia*, ex Gall. *aieule*. Occurrit in Tabul. Absiensi fol. 22.

AIOT, Vestis species. Gaufridus Vosiensis lib. 1. cap. 7. *Chlamydes vel cappas perforaverunt, quas vocant Aiot.*

AIRA, *Airalis*. Vide *Area*.

AIRBANNUM. Vide *Heribannum*.

AIRO, Ardea, ardeola, avis: nostris *Heron*. Vide Fridericum lib. 1. de Venat. cap. 4. 20. 21.

AISANTIA, Vox forensis, facultas, quam quis habet utendi in alieno prædio, rebus non suis, vel ex jure municipali, vel proprietariorum concessione, à Gallico, *Aisance*, commoditas. Tabular. Abbat. Reigniacensis Ord. Cisterc. *Per omnia sua nemora inter Choram, & Cosam jacentia atque posita suorum pastionem porcorum, transitum, percussum, sine pretio & panagio, & omnes usus, quos Aisancias vocamus, perpetuò donavit, an.* 1147. In alia Charta an. 1153. ibid. *Et usus, quos Aasancias vocamus. Usagia, sive aisantiæ terræ nostræ*, in veteri Charta apud Buzelinum pag. 396. Charta Rogerii Episcop. Laudun. an. 1180. in Tabular. Abb. *de Thenailles*: *Dedit omnes aisancias & pasturas de Bouconvilla.* Vide Chartas alias apud Duchesn. in Hist. Codiciacensi p. 349. Perardum in Burgundicis pag. 198. Hemereum in Augusta Virom. in Reg. pag. 42. &c.

Esentia. Charta S. Ludov. an. 1266. in Regesto Normanniæ signato P. *In altera medietate landæ ad animalia sua essentiam suam habeant.*

Aisiamentum, Gallis *Aisement*, Italis *Agiamento*, Regiam Majestatem lib. 1. cap. 13. *Terram petitam amittet cum fructibus, commoditatibus, aisiamentis, & pertinentiis suis.* Lambertus Ardensis: *Communia populi sui aisiamenta & planitiem camporum — concludens.* Will. Abbas Andrensis: *Comes quoque Balduinus super aisiamento in palude de Hotinghen à nobis in perpetuum habendo, &c.* Vide Chronicon Andrense p. 346. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 916.

Aisimentum, in Testamento Guillelmi D. Montispessulani an. 1146. *Donec de aisimento ipsius terræ habeat perceptum & recuperatum, quod valeat duo millia solidorum.* Occurrit ibi etiam semel. Regestum censuum & feodor. Carnotensium fol. 57. *Les jarbes & les tourtiaus deus illec, & és villes d'environ pour l'aiesement que ils ont en la forest, & est chascun un tourtel de un denier, dont tous ceus, qui ont aisement oudit bois, doivent un tourtel, &c.*

Eisiamentum, in eodem Monastico Angl. tom. 1. p. 47. apud Will. Thorn. & Duchesn. in Hist. Guinensi p. 258. & in Probat. Hist. Drocensis pag. 251.

Aisiæ, Pertinentiæ, ubi liberè percipi possunt *Aisiamenta*. Charta Libertatum Solemniaci in Arvernis MS. *Si aliquis intraverit de die ortum vel vineam alicujus hominis, situm vel sitam in aisiis vel pertinentiis dictæ villæ, &c.*

Hesia. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 916. *Ascendendo per veterem sepem, & sic per vetus fossatum & haiicium, usque ad hesiam extra boscum.* Sunt, qui vocem Gallicam *Aise*, ab *otium* deducunt. *Agio* Itali dicunt.

AIUDA, auxilium in charta Lusitanica, apud Brandaonum in Monarchia Lusitanica cap. 15. lib. 24. Etiam nunc Picardi nostri dicunt *aiude*, eâdem notione.

AIUS. Vide *Agius*.

AKETON, *Acton*, Sagum militare, quod aliàs *Gambezonem* vocabant; ex Gallico *Hoqueton*, aut *Hauqueton*; seu potiùs ex Cambrico-Britannico, *Actwm*, lorica dupla, duplodes, apud Boxhornium. *Hoqueton*, ex Gr. ὁ χιτὼν, dictum vult Perionius. Thomas Walsingh. in Ed. III. *Indutus autem fuit Episcopus quadam armatura, quam Aketon vulgariter appellamus.* Chronicon Bertr. Guesclini MS.

L'escu li desrompi, & le bon jazerant,
Mais le hauclon fut fort, qui fut de bouquerant.

Le Roman du Riche & du Ladre MS.

Se tu vueil un auqueton,
Ne l'empli mie de coton,
Mais d'œuvres de misericorde,
Afin que Diables ne te morde.

Le Roman de Gaydon MS.

Sor l'auqueton vest l'auberc jazerant.

Infrà:

Sor l'auqueton, qui d'or fu pointurez,
Vesti l'auberc, qui fu fort & serrez.

Charta Oudardi Dom. Hamensis an. 1328. *Se aucuns hustins est fais ás armes en la dite ville, teles come auqueton, espée, coutel, & boucler, &c.*

Acton, eadem notione in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 25. *Quilibet habeat — in defensione regni, unum sufficientem actonem, unum basinetum, & chirothecas de guerra, &c. — Qui non habuerit actonem & basinetum, habeat unum bonum habergellum, & unum capitium de ferro.*

ALA. Vide *Celia*.

ALÆ, Latera Ecclesiæ, quomodo les *Ailes de l'Eglise*, dicimus. Gloss. Lat. Gr. *ala*, ἐξέδρα, εἴλημα, &c. Gervasius Dorobernensis in Descript. Ecclesiæ Cantuariensis: *Ad bases pilariorum murus erat tabulis marmoreis compositus, qui Chorum cingens & Presbyterium, corpus Ecclesiæ à suis lateribus, quæ Alæ vocantur, dividebat.* Acta Episcoporum Cenoman. in Hoëllo, cap. 34. *Exteriores etiam parietes, quos Alas vocant, per circuitum consummavit.*

ALAANDAL, Caro nervosa, apud Constantinum Africanum lib. de Vita & spiritu. Vox Arabica.

ALABASTRARIUS, apud Simeonem Dunelm. in Henr. I. pag. 250. idem, qui *Arcubalistarius*, nostris *Arbalestrier*: *Eminebat machina, unde sagittarii & alabastarii præliabantur.* Nam & vulgus *Albaletrier* dicebat.

ALACADIE. Tabular. Brivat. ch. 405. *Habet censum porcum 1. multonem 1. de civada sestarios 2. per agnum den. 3. per alacadie den. 6. gallinam 1. per fictorem den. 1.*

ALACRIMONIA, *Lætitia*, in Glossis Isidori, apud Papiam, & Joannem de Janua. Gallis *Alegresse*.

ALADMA. Fori Jacobi Reg. Arag. an. 1307. ubi de Judæis. *Præterea ut omnia & singula præmissa observentur & compleantur, statuimus, quod quolibet anno jactentur seu imponantur aladma & nitdui, prout meliùs, & firmiùs & solenniùs possit fieri secundum legem & observantiam Judæorum, cum rotulo Thore, seu Legis, pridie mensis Octobris, in Synagoga majori cujuslibet loci, præsenti tota aliama, vel majore parte ipsius, & in locis ubi non habent Synagogam, jactentur dicti aladma & nitdui in Schola, vel in alio loco, ubi faciunt orationem, ut omnes Judæi teneant & observent omnia supra dicta per totum illum annum.*

ALALAGMA, ex Gr. ἀλάλαγμα. Vita S. Droctovæi Abbat. *Cum una concrepet alalagma tonanti.* Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis:

Quem non integritas vitæ docet hoc alalagma.

ALAMANDINÆ, *Alavandinæ*. Anastasius Bibl. in S. Silv. *Fecit angelos 4. ex argento --- cum gemmis Alavandinis in oculos.* Idem in Greg. IV. pag. 164. *Obtulit --- albas majores numero 29. Alamandinas majores numero 20. albas modicas, &c.* Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli Londoniensis ann. 1295. *Item crux de platis argenteis de auratis undique, cum duabus camahutis in brachiis, & duobus magnis lapidibus superiùs & inferiùs, & alamandina in medio, & aliis multis lapidibus & perlis in circuitu, continens partem ligni Crucis.* Infrà: *Casula de rubeo samito --- cui inseruntur 4. berylli, & 3. circuli aymaltati, & 4. lapides sculpti, & 4. alemandini, & in medio agnus Paschalis.* Ita usus obtinuit, ut *Alamandinæ* dicerentur, quæ *Alabandinæ* vel *Alavandinæ* dicuntur; gemmæ scilicet ex Alabanda Cariæ urbe, de quibus Plinius lib. 37. cap. 2. 27. Breviloq. *Alabanda, lapis pretiosus.* Papias: *Alabandina gemma, ab Alabanda dicitur.* Ugutio: *Alabanda, regio Asiæ, unde Alabandina gemma.*

ALAMANESCA, Chlamydis species, qua *Alamanni* utebantur. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276. *Chlamys Alamanesca cum penna & cum caputio vel almussa.*

ALAMINUS. Vitalis Episcopus Oscensis, de Magistratibus Saracenorum Hispanic. *Est etiam inter Saracenos Officialis, qui Alamin, id est, fidelis, linguâ Arabicâ appellatur, qui debet causas minimas, non excedentes duos solidos, terminare, & exercet in Curia Zavalachen apparitoris officium vel sagionis. --- Ideo dictus Fidelis, quia fideliter debet jura Regis perquirere.*

ALANUS, Canis species veteribus nota, Hispanis *Alano*, Nebrissensi *Molossus*. *Furtum alani vel leporarii*, in Foris Aragon. tit. de Venatorib.

ALAPA, *Alapam dare, & aurem torquere in testimonium*, in Legibus Ripuar. tit. 60. §. 1. *Si quis villam --- ab alio comparaverit, & testamentum accipere non potuerit, si mediocris res est, cum 6. testibus, --- si magna cum 12. ad locum traditionis accedat, & sic eis præsentibus pretium tradat, & possessionem accipiat, & unicuique de parvulis alapas donet, & torqueat auriculas, & postmodum testimonium perhibeant.* Credo id actum, aut agi solitum, ut testes postmodum, cùm in rei gestæ testimonium advocarentur, in memoriam revocarent, se eo in loco alapis cæsos, aut auribus vellicatos. Vide *Testes per aurem attracti.*

Alapa Militaris, dicitur Scriptoribus Latinis medii ævi, ictus, qui tyronis ad Militarem dignitatem promovendi collo aut humeris, ense vel gladio, quo Miles fiebat, infligebatur. Mos, ni fallor, derivatus à manumissionibus: *quos enim manumittebant, eos alapâ circumagebant*, ait vetus Scholiastes Persii Sat. 5. Cujus ritus mentio est apud Claudianum in 4. Consulatum Honorii, Sidonium in Consulatum Anthemii, & aliquot alios. Militaris quippe ordo, quo quis donabatur, facultatem dabat utendi armis militaribus, suique juris Militem efficiebat. Magnum Chron. Belgicum ann. 1247. *Plerique Milites moderni temporis, patrimoniis intendentes, omissis sumptuosis solennitatibus, saltem per infractum colaphum Militarem consequuntur dignitatem.* Lambertus Ardensis: *Eidem Comiti in signum Militiæ gladium lateri, & calcaria sui militis aptavit, & alapam collo ejus inflixit.* Alio loco: *Licèt enim Militarem nondum recepisset alapam, in armis tamen strenuus erat.* Et mox: *Et ei Militarem non repercutiendus dedit alapam, & Militaribus eum in virum perfectum dedicavit sacramentis.* De ejusmodi alapis Militaribus agunt passim Scriptores. Joann. de Beka in Ottone III. Episc. Traject. de Militari inauguratione Willelmi Comitis Hollandiæ in Regem Roman. electi, qui à Bohemiæ Rege in æde Coloniensis urbis præcipua Militari cingulo accinctus est anno 1247. *Illis itaque dictis, Rex Bohemiæ grandem dedit ictum in collo tyronis, ita dicens: Ad honorem Dei omnipotentis te Militem ordino, ac in nostro collegio te gratanter accipio.* Historia Cortusiorum lib. 11. cap. 2. *Imperator --- sedens in equo fecit* (Franciscum de Carraria) *Militem, & cum palma eum percutiens super collum, ait: Esto bonus Miles, & fidelis Imperii.* Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 7. de Milite à summo Pontifice facto: *Tum accipiens illius ensem nudum, ter Militem percutit planè super spatulas, dicens: Esto Miles pacificus, strenuus, fidelis & Deo devotus.*

Trinam illam percussionem observo præterea in Actis Parlamenti Parisiensis 16. Mart. ann. 1415. ubi enarrant, quemadmodum Sigismundus Rex Romanorum, qui Regis Caroli VI. permissu, causis dijudicandis in suprema Curia præsidebat, Guidonem Pestellum *Militem* fecerit, quòd de Senescalli Bellicadrensis officio cum Guillelmo Signeto Milite litiganti, objiceretur, nondum Militare adeptum cingulum, cùm Senescallus aut Ballivus, ex Regum Edictis, nemo fieri posset, nisi esset Miles: *Oyant qu'on proposoit contre ledit Signet par le conseil de Pestel, que iceluy Signet n'estoit pas Chevalier, & Pestel l'estoit, presens tous, luy assis par dessus les President, & au plus haut, appellé ledit Seignet, en disant, que à luy appartenoit bien de faire Chevaliers, & print d'un de ses gens son espée, & ledit Seignet mis à genoux prés du Greffier, frappa trois grans coups ledit Roy sur le dos dudit Seignet: puis fit deschausser l'un de ses esperons dorez, & luy fit chausser par l'un de ses gens, & l'y ceindre une ceinture ou estoit pendu un cousteau long pour espée. Car ainsi avoit-il paravant recommandé l'avancement de la cause dudit Seignet.*

Galli nostri ejusmodi alapas Militares, *colées* appellant, quòd collo infligerentur. Breviloq. *Alapa est faciei percussio, sicut colaphus colli.* Unde Ebrard. Beth.

Dic alapam malæ, colli colaphumque.

Harum auctorem Arturum Britannum quidam faciunt Mythologi. Robertus *de Bourron* in Hist. Merlini MS. *Et sachent tout cil, qui ceste ystoire escoutent, que che fu li premier hom, qui donna colée à Chevalier nouvel, que che fu li Rois Artus.* *L'Ordene de Chevalerie de Hue de Tabarie MS.*

> *Et en aprés li demanda,*
> *S'il falloit plus nulle cose:*
> *Sire, oïl, mais faire ne l'ose.*
> *Que chou est dont? chest li colée,*
> *Pourquoy ne me l'avés donnée?*
> *Et dit li Senesianche,*
> *De celuy qui l'a adoubé,*
> *A Chevalier & ordonné; &c.*

Le Roman de Garin MS. describens eandem Militarem ceremoniam:

> *Hue demande froberge au Pont d'orfin,*
> *Regnaut la ceint qui volentiers le fist,*
> *Hauce la paume, ens el col le feri,*
> *Par un petit, que il ne l'abati.*

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

> *Se mes chiers peres vous ceinsit or le brant,*
> *Et la colée vous donnast maintenant.*

Vetus Ceremoniale MS. de Militari inauguratione: *Lors le Prince ou aucun Seigneur Chevalier, luy donne la colée, & luy ceint l'espée dorée.* Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin:*

> *Aussi-tost que l'Anglois, dequoy nous vous parlons,*
> *Ot receü coulée, & de l'honneur le don.*

Vide præterea Monstrelletum 1. volum c. 155. & 3. vol. in Regis Ludovici XI. coronatione: Historiam congressus Ludov. XII. Regis Fr. & Ferdinandi Reg. Aragon. cap. 3. Hoserium in Militib. Ord. S. Spiritus & alios, ex quibus, & hîc laudatis Scriptoribus satis colligitur, errasse Duchesn. in Notis ad Alanum Chart. & lib. 2. Hist. Guin. c. 6. qui putavit, ejusmodi alapas Militares, manu, non

non gladio in collum tyronis impactas. Vide Joan. Cameniatam de Excidio Thessalonicæ cap. 28.

Per alapum, seu *colaphum* servum facere, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 32. §. 5. Vide *Transcornati*.

Alapare, *Alapas minari*, Papiæ. Gloss. Lat. Gr. *Alapaeur*, ἀλαπάζω.

Alapizare, *Alapas dare*, Ugutioni.

Alapista. *Alapistarum strepitus* apud Arnobium. Ita enim restituit Scaliger, pro *solapitarum strepitus*, aitque *Alapistas* dici mimos, ac ludiones, qui exactis ludis ac comœdiis, sibi invicem alapas infligebant, ut plebem ad risum concitarent.

Alapator, καυχητής exponitur in Excerptis veteris Gloss. pag. 275. quia petulantes ac jactabundi gaudent aliis colaphos incutere, ait Vossius.

Alapus, *qui propter mercedem alapas patitur*, in Glossis Isid. cujusmodi sunt, quos *Alapistas* vocat Arnobius.

ALARICA, Papiæ, *hasta vehemens, triangulum ferreum habens*. Vide *Phalarica*.

ALATORES. Papias: *Venator, dictus quasi venabulator, à venatione scilicet, quòd bestias perimat. Horum quatuor sunt officia, Vestigatores, Indicatores, Alatores, Pressores.*

ALATUS. Vide *Manualia*.

ALAUDA, vox Gallica vetus, Latinis *galerita*, sive cassita avis, ut Plinius lib. 11. cap. 38. Suetonius in Jul. cap. 24. Marcellus Empiricus cap. 29. tradunt. Gregorius Turon. lib. 4. cap. 31. *In Ecclesia Arverna dum matutinæ celebrarentur Vigiliæ, in quadam civitate avis Corydalus, quam Alaudam vocamus, ingressa est.* Ita Marcellus loco laudato: *Corydalus avis, id est, quæ Alauda vocatur.* Suprà: *Avis galerita, quæ Gallicè Alauda dicitur.* Adhelelmus Episcopus Sagiensis in Miraculis S. Opportunæ cap. 14. *Vidit aviculam nomine Accredulam, quam vulgus vocavit alaudam.* Hoc etiam vocabulo Gallos legionem appellasse auctor est Plinius. *Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederunt Alaudæ.* Inde Gallos Legionarios Cicero *Alaudas* vocat Philipp. 1. 5. 13. & Suetonius in Julio cap. 24. Boxhornius ab Hebræo *Alafata*, quod millenarium sonat, deducit, quàm verè, alii judicent. Adde Gorop. Becanum lib. 1. Gallic. pag. 12.

ALAUDUM. Vide *Allodium*.

ALBA, Gemma, unio, margarita, ab albedine & candore. Suidas: ἄλβα, οἱ μάργαροι. Quippe *margaritarum dos omnis*, ut ait Plinius, est *in candore, magnitudine, orbe, livore & pondere.* Tertullianus de Cultu mulier. *Et margaritæ canderent, & ceraunia coruscarent.* Eidem: *Rubentis maris grana candentia dicuntur.* Lampridius in Heliogabalo: *Fabam cum electris, & orizam cum albis exhibens. Albas præterea in vicem piperis piscibus & tuberibus conspersit.* Senator lib. 9. Ep. 6. *Assurgit Indici maris de albarum candore fama locupletior.* Fortunatus Pictaviensis lib. 6. Poëm. 2.

Saphyrus, Alba, Adamas, Crystalla, Smaragdus, Jaspis.

Et lib. 10. Poëm. 13.

Unde tibi datæ sunt Alba, Topazus, Onyx.

Anastasius in Silvestro PP. *Altare auroclusum cum gemmis prasinis & hyacinthinis, & albis 120.* Idem in Gregorio IV. *Albas modicas habens circum capitis coronam diversè filopares.* Et in S. Vitaliano: *Evangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu.* Leo Ostiensis lib. 2. cap. 61. *Tres pannos de altari, unum cum albis, alium cum cruce & frizo, &c.*

Albulæ, eadem notione. Gregorius M. lib. 12. Epist. 7. *Tres annulos transmisi, duos cum hyacinthis, & unum cum albula.*

Alpha, pro *Alba*. Charta Ferdinandi M. Regis Hispan. æræ 1101. apud Anton. de *Yepez* tom. 6. *Coronas tres aureas, una ex his cum sex alphas in gyro, &c.*

ALBA, Vestis, seu tunicæ species, à candore sic nuncupata. Epistola Valeriani Imp. apud Pollionem: *Vestes diversas 16. Albam subsericam, Paragaudem triuncem unam.* Ibidem: *Albam subsericam unam cum purpura succubitana.* Sed & longè postea *Albas* fuisse promiscui usus, ex eo colligimus, quòd laicis, in Monasteriis degentibus, tribuat Lanfrancus Cantuar. Archiep. Epist. 13. *Plerique autumant manipulum esse commune ornamentum omnium, sicut & albam & amictum: nam & in Cœnobiis Monachorum etiam laïci cum Albis induuntur.* Quinetiam

Alba, pro veste muliebri usurpari videtur apud Bertham Sanctimonialem in Vita S. Adeleidis Virg. n. 27.

Alba, Papiæ, *vestis sacerdotalis linea & stricta, quæ camisia dicitur, & Poderis, & Talaris, & Subucula.* Ordo Romanus: *Lineam Dalmaticam, quam dicimus Albam.* Alcuinus lib. de Offic. divin. *Poderis, quæ vulgò Alba dicitur.* Amalarius lib. 2. Eccl. offic. *Postea camisiam induimus, quam Albam vocamus.* Adde Rupertum lib. 1. de Divin. offic. cap. 20. Innoc. III. PP. de Sacrificio Missæ lib. 1. cap. 10. 51. Durandum lib. 3. Ration. cap. 3. & alios, qui de Ritibus & Officiis Ecclesiasticis scripsere. Concilium Carthaginense IV. can. 4. *Diaconus tempore oblationis tantùm, vel lectionis Albâ utatur.* Albis tamen promiscuè in Ecclesia & extra Ecclesiam usos Clericos docent Leo IV. de Cura pastorali, Riculfus Episcopus Suessionensis in Statutis an. 889. c. 7. & Regino de Vita & conversation. Presbyt. c. 66. ubi Presbyteri vetantur *in Alba, qua in suo usu utuntur, Missas cantare.* Porro *Albas* ejusmodi sacerdotales opere Phrygio interdum exornatas colligimus ex Eckeardo de Casibus S. Galli c. 10. *Inter quæ præter casulas sericas, cappas, & stolas, Alba est illa Philologiæ nuptiis insignis:* quas scilicet descripsit Martianus Capella. Unde mirum videri debet, res etiam prophanas vestibus sacris intextas & adscriptas.

Alba Paschalis. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatens. *Cùm quodam tempore deesset sanctis manibus aurum & argentum, rogareturque stipem à paupere.—ingressus in cubiculum suum, casulam, qua in processionibus utebatur, & Albam Paschalem inde profert, daturus egeno, &c.* Ubi *Alba Paschalis*, ea est, quâ Cæsarius in Paschalibus festis, seu solennibus utebatur. Idem Cæsarius in Testamento suo: *Indumenta Paschalia, quæ mihi data sunt, omnia illi serviant.* Nam *Paschatis* vocabulo dies Dominicos & præcipua anni festa appellari infrà docemus.

Albas gerere & *esse in albis*, & *albati*, dicuntur Clerici, dum *Albis* induti procedunt, vel officia Ecclesiastica peragunt. Paulus Diacon. Emeritensis in Vita S. Fidelis Epis. Emerit. *Dum in atrium cum multis filiis Ecclesiæ tenderet, ut mos est, Archidiaconus cum Clero in albis ab Ecclesia venientes coram eo astiterunt.* Rupertus lib. de Divin. Offic. cap. 22. *Solenne enim in hujusmodi festis omnes in Albis stare, vel procedere.* Gregorius Turon. in Vita S. Aridii: *Dracones in albis exeunt ad processum, plebs clamat pro nimborum incursu, &c.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Et quando in capis vel Albis fuimus, &c.* Charta ann. 1190. apud Perardum in Burgundicis pag. 264. *Solennitatem B. Benigni in Albis & translationem ejusdem 12. Lectionum in Ecclesia nostra fieri compromiserunt.* Glossæ MSS. in Cod. Regio 1013. *Albas gerentes, candida veste vestiti.* Vide Udalricum in Consuet. Cluniacensis Monasterii lib. 3. cap. 6.

ALBA, Vestis candida, quam induebant recèns baptizati, in puritatis & innocentiæ, quam profitebantur, symbolum: ἐσθὴς φωτιστική, in Martyrio Bacchi junioris pag. 84. Statim enim atque de fonte nudi egrediebantur, stola alba induebantur, præmissa hac oratione, quæ legitur in Missali Gotthico: *Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri JESU CHRISTI.*

Albis autem vestibus ideo post baptismum indutos Christianos, opinantur passim viri doctiores, quòd, ut ait S. Paulus ad Ephesios cap. 5. *antea tenebræ erant, nunc autem lux in Domino.* Quæ est sententia Clementis Alexandrini lib. 1. Pædag. cap. 6. Unde *nova baptismatis lux* baptismus dicitur in Cod. Theod. Græcis φώτισμα. *Dealbatus fonte baptismatis*, in Charta Edbaldi Reg. Angl. apud Will. Thorn. in Chr. pag. 2125. Vide Theodulfum Aurelian. de Ordine baptismi c. 14. S. Zeno Veron. Ep. invit. 2. ad Fontem: *In Fontem quidem nudi demergitis, sedætherea veste vestiti, mox inde surgetis.* Lactantius carmin. de Resurr.

Candidus egreditur nitidis exercitus undis.

Paulinus Epist. 12.

Inde parens sacro ducit de Fonte Sacerdos
Infantes niveos corpore, corde, habitu.

Idem in Epist. ad Macarium, de quodam sene recens baptizato: *Ad unanimitatem tuam de rudi matris Ecclesiæ fœtu immaculatum candente lanicio Pastor egregii gregis; sed magni pignoris munerator, & encænium spiritale transmisi.* Valentinianus in leg. ult. Cod. Theod. de Spectaculis: *Quandiu cælestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismatis lucem vestimenta testantur.* Faustus Regiensis Epist. ad Paulinum: *Niveus sanctæ regenerationis candor.* Cæsarius Arelat. Serm. 15. *Quando in nobis sacri baptismatis dona vacuavimus, quando in nobis niveos holosericæ nuptialis amictus concidimus, &c.* Ordo Romanus: *Et deportantur ipsi infantes* (baptizati) *ante eum,* (Episcopum) *& dat singulis stolam candidam, & chrismale, & decem siliquas, dicens: Accipe vestem candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal D. N. Jesu Christi in vitam æternam.* Concilium Rotomagense ann. 1059. can. 19. *Ut baptizati in eadem Ecclesia, in qua regenerationis gratiam acceperunt, & in qua Parochiani existunt, per octonos dies in albis repræsententur cum cereis ardentibus.* Conradus Uspergensis an. 1124. *Infantes suos in Sabbato sancto Paschæ & Pentecostes cum candelis & cappa, quæ dicitur vestis candida, & patrinis comitantibus ad baptismum deferant, eosque veste innocentiæ indutos per singulos dies usque in octavum diem ejusdem Sabbati ad Ecclesiam deferant, & celebrationi divini Officii interesse satagant.* Ubi *cappam* appellant, quod alii *chrismale.* Dabantur *Albæ* sumptu Ecclesiæ, ut innuit Greg. M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 2. Ejusmodi porro vestis *Albæ* Baptizatorum mentio est passim apud Scriptores, Dionys. Areop. de Hier. Eccles. cap. 1. 2. 5. S. Cyrillum Catechesf. 4. S. Athanasium orat. in S. Pascha extr. Leidranum de Baptismo cap. 8. Jobium apud Photium n. 223. Joan. Moschum cap. 207. Socratem lib. 7. cap. 17. S. Augustinum Epist. 168. serm. 137. de Tempore, S. Ambrosium lib. de his, qui myster. init. Prudentium lib. 1. adversus Symmach. Gregorium M. lib. 7. Indict. 2. Epist. 5. Fortunatum lib. 5. poem. 4. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 11. de Vitis Patrum cap. 1. Lambertum in Vita S. Heriberti Archiep. Coloniensis n. 21. Alcuinum de Offic. divin. Rabanum Maurum de Institut. Cleric. lib. 1. cap. 29. Amalar. lib. 1. de Eccl. offic. cap. 29. 33. Honorium Augustod. lib. 1. cap. 243. Durandum lib. Ration. cap. 82. in Concilio Insulano an. 1288. cap. 17. &c. Vide Henric. Valesium ad Euseb. lib. 4. de Vita Constant. cap. 61. Sed & Pontifex ipse in Baptismi ceremoniis Albatus erat. Petrus Comestor in Histor. Scholast. cap. 22. Levit. *In hunc modum & Pontifex Evangelicus in aspersione basilicæ, quam dedicat, quasi in expiatione, lineis & minoribus utitur indumentis. Etiam in Sabbato baptismali in consecratione fontium, & in mersione Catechumenorum, cum scilicet transferuntur peccata eorum, utitur similibus indumentis. Cum autem his peractis ad ministrationem accedit altaris, Pontificalibus & pretiosis vestibus infulatur.* At nescio, unde hausit? quod ait in Act. Apost. cap. 16. Signum olim fuisse accepti Spiritus Sancti, in primitiva Ecclesia, quod omnes ferè ascendentes de lavacro loquebantur omnibus linguis, ut Apostoli.

Quod verò de Baptizandorum & Baptizatorum nuditate tradunt Scriptores, quidam in dubium vocant de sequiori sexu. Verùm id etiam de iis disertim refertur à Chrysostomo in Epist. ad Innocentium, Palladio in vita ejusdem Chrysostomi pag. 81. 85. Joanne Moscho cap. 3. Cypriano, seu auctore libri de Singularitate Clericorum, & in Concilio IV. sub Menna act. 5. pag. 751. Edit. Colon. 1618. Vide omnino Andream Monachum lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bamberg. cap. 13. & quæ in hanc rem adnotamus ad Alexiadem.

In Albis positi autem & *Albati* dicebantur recens baptizati, donec *Albas* deposuissent. Acta martyrii S. Stephani PP. *Eum erudiens baptizavit, & in Albis positum Presbytero consignavit.* Paulus Warnefridus lib. 6. de Gestis Langob. cap. 15. de Theodoaldo Rege Anglos. *Cum Romam pervenisset, a Sergio P P. baptizatus, Petrusque est appellatus, & adhuc in Albis constitutus, ad regna cælestia migravit.* Ejusdem Regis Epitaph.

Fonte renascentis quem Christi gratia purgans
Protinus albatum vexit in arce poli.

Henric. Huntindon. lib. 3. Hist. pag. 328. *Baptizati sunt & liberi ejus, —quorum duo adhuc albati mortui sunt.* Alcuinus Poem. 3.

Dum mergi meruit baptismi gurgite felix,
Post albas igitur morbo correptus egrescit,
Donec mortali clausit spiracula vitæ.

Vide Gregorium Turon. lib. 1. de Mirac. c. 67. lib. de Glor. Confess. cap. 54. 92. lib. 2. Hist. cap. 30. Gesta Regum Francor. c. 14. &c.

Albas verò vestes deponebant Sabbato ante Octavas Paschæ. Ordo Roman. *Ab ipso die ad Sabbatum antè Octavas Paschæ, quo die alba tolluntur vestimenta à nuper baptizatis.* Alio loco: *Sabbato infra Albas Albati, qui in Sabbato sancto baptizati fuerint, albis vestibus exuuntur.* Mox sequitur *benedictio* aquæ *ad albas deponendas.* Ita Amalarius locis citatis, Rupertus Tuitiensis lib. 8. de Divin. offic. cap. 16. & alii. Proinde rectè Jobius Monachus apud Photium, dixit ἑπτὰ ἡμέρας τοὺς βαπτιζομένους λαμπροφορεῖν, cùm octavo albas deponerent. S. Athanasius orat. in Sabbat. Τῇ: ἀπολυσίμῳ. Σήμερον ἀποδύεσθε τὴν φορουμένην ἐσθῆτα, ἀλλὰ μὴ ἀπόθεσθε τὴν κεχρισμένην σφραγῖδα, &c. *Dies depositionis Albarum,* apud Andream Monachum lib. 2. Vitæ Ottonis Episc. Bambergensis a. 27.

Quod verò Latini, *Albas deponere,* nostri *Desauber* dicebant: quæ vox non ita pridem obtinebat in Picardia nostra, ubi octavo post infantium baptisma die, agebantur convivia, & singulis totius fere agnationis puerulis erogabantur placentulæ, idque *Desaubage* dicebant. Est autem *desauber*, albas tollere. *Re Roman de Charité MS.*

S'il puet ta casure perdras, casulam.
Et aprés seras desaubés.

Albæ, Hebdomada, quæ Pascha vel Pentecosten subsequitur: nam & *Albas Pentecostes* dixit Theodorus Cantuar. Archiep. in Pœnitentiali cap. 13. *Octo dies Neophytorum*, in Epist. Anonymi de celebratione Paschæ. tom. 9. Oper. S. Hieronym. Nominis rationem exponit Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 16. *Quos septem dies Albas vocitamus, propter eos, qui in sancta nocte baptizati, albis per totam hebdomadam, utun-*

utuntur vestibus. Ægidius Aureæ-Vallis Monachus in Hugone Episc. Leod. c. 121. *In Hebdomada, quæ post Albas sequitur. Albæ Paschales*, in Epist. 9. Gelasii I. PP. & apud Joan. Diac. in Vita Greg. M. lib. 4. c. 88. in Concilio Lond. ann. 1175. can. 15. &c. Liber 1. Sacrament. Eccl. Rom. c. 47. *Incipiunt totius Albæ orationes & preces.*

Albæ præterea, dicta interdum ipsa Dominica, quæ Albarum hebdomadam subsequitur. Vetus Pœnitent. MS. *A Pascha usque in Albas, & in Ascensa Domini, &c.*

Albaria hebdomada. Miracula S. Walpurgis lib. 4. cap. 11. *Transeunte namque festiva solennitate Paschali, dum Albaria sequens adveniret hebdomada, &c.*

ALBA FIRMA. Vide *Firma.*

ALBAGIA. Vita B. Andreæ de Galerannis n. 23. *Cùm redirent, navis in albagia posita, ab octo galeis piratarum invaditur.* Huc fortè spectant ista ex Chronico Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. c. 13. extremo. *E puix faen donar de rems, e anavegar, con mes poguen, e per albahines, qua y stinguenen mar tro lo diumenge sequent.* Ubi Cod. MS. *albaxines* præfert. Academicis Cruscanis *Albagia*, vanitatem, & superbiam significat: at hoc loco ex præcedentibus videtur denotare securitatem, ita ut sit, cùm *navis secura esse videretur.* Vide V. C. Ægidium Menagium in Orig. Italic.

ALBANELLUS. Avis auguralis species, de qua sic Joannes Sarisberiensis lib. 1. Policr. c. 13. *Si avis, quæ vulgò dicitur Albanellus, prætervolans viam à sinistris, feratur ad dextram, de hospitii hilaritate ne dubites.*

ALBALA. Vide *Albaranum.*

ALBALISTA, idem quod *Alabastarius*, de quo suprà, Gall. *Arbalestrier*, apud Henricum Knightonum ann. 1339. & 1340. nam & *Aubaleste* nostri dicebant pro *Arbaleste*. Libertates, concessæ villæ *de Vitré* à Theobaldo Comite Campaniæ ann. 1230. MSS. *Chascuns de la Commune de Vitré, qui aura vaillant 20. livres aura aubeleste en son ostel, & quarriaux jusque 50.*

La Roman de Garin MS.

Une aubelestre trois fois ne tireroit mie.

Vide *Arbalista.*

ALBANENSES, Hæretici iidem, qui *Albienses*, si S. Antoninum & Wesembecium audimus, ab *Albiensi* civitate ita nuncupati. Sed *Albanenses* ab *Albiensibus* disertè distinguit Raynerus contra Waldenses cap. 6. ubi de eorum hæresi agit, tametsi Albiensium seu Waldensium sectarios.

ALBANA. Vitis species, quæ tardissimè pullulat, & est uva alba, modicum longum habens granum, & satisfaciens magnos botros & spissos & longos, & mediocriter fructificat, &c. Petr. de Crescentiis lib. 4. cap. 4. 14.

ALBANIA. Charta Occitana ann. 1298. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 13. ex Tabular. Regio: *Item parata ad secaturam seu falcationem 6. hominum per diem unam ad valorem cum albaniis, seu saltis, 70. solid. renduali...*

ALBANATUS. Vide *Albanus.*

ALBANICUS, Scotus. Vide *Albanus.*

ALBANI, qui aliàs *Advenæ, Alienigenæ, Adventitii*; qui videlicet ex dominorum suorum prædiis, vel dominiis, in aliorum dominorum prædia vel dominia veniunt, & in iis sedes suas figunt. Diploma Lotharii & Lud. Reg. Fr. ex 9. regesto Philip. Pulchri ch. 7. in Tab. Regio: *Nec de liberis hominibus, Albanisque ac colonis in supradicta terra commanentibus aliquem censum vel redibitiones accipere præsumat.* Eadem pene verba habentur in Bulla Benedicti VII. apud Hemereum de Acad. Paris. cap. 4. Tabular. Molisinense: *Omnibus autem extraneis hominibus, undecumque advenientibus, quos Albanos vocant, amore sancti illic manere cupientibus, dedit in totum usuarium, in aqua scilicet & in silva, & in communi pascua.* Charta anno 1065. *Vel homines potestatis ipsius Cœnobii, vel advenis, quos Albanos vocant, vel servis tam Sanctorum quàm hominum, infra procinctum commanentibus.* Regestum Feodorum Campaniæ fol. 6. *Dominus de Arzilleriis tenet de Rosnaco medietatem S. Stephani & Justitiam, & Brandoviler & Iulli, & Albanos, & homines Sanctorum.* fol. 71. *Hageno de Saron ligius de forti domo de Ablevai, &c. & de Justitia, & de teloneo, & de pedagio Meriaci, & de hominibus Albanis de Meriaco sub ipso inventis.* fol. 106. *Feodum est apud Poceum in prato Comitis, & Albanos, qui veniunt in villa, & de eadem villa.* fol. 111. b. *Feodum est in hoc, quod habet in foro, & Justitia, & pedagio de Meriaco, & hominibus Albanis, & in forteritia, &c.* fol. 116. b. *Feodum est domus sua & li marois, qui sunt in capite villæ, & homines Albani de Taichi, & illi Albani de Charlemaison, & illi, qui possunt ire in potestatem Ioyaci.*

Aubenæ quasi *advenæ*, iidem qui *Albani.* Statutum Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1301. in Regesto 36. Chartophylacii Regii fol. 134. *Collectores per nos deputati in negotiis manuum mortuarum, Aubenarum, & bastardorum.* Infrà: *In bona saisina percipiendi & habendi bona talium bastardorum & Aubenarum decedentium.* Aliàs, nostri, *Aubene*, seu *Aubaine*, est jus, quod habet fiscus in Albanorum decedentium bonis, ut in Consuet. Senonensi art. 9. Altisiod. art. 13. &c. quod in aliis *Aubaineté*, *Aubanité*, & *Aubenage* appellatur.

Jura dominorum in Albanos varia fuere. Interdum enim præstabant in quotannis certum censum domino. Charta Ludov. Reg. Franc. an. 1225. In Regesto Andegav. pag. 31. *In præsentia nostra & Baronum, Militum, & multorum aliorum, declaratum est per judicium apud Salmurium, quod nos habemus in tota terra Regalis Abbatiæ Cormeriacensis, raptum, murtrum, & 4. denarios de singulis albanis, & exercitum, & equitationem.* Sed præcipuum in eosdem Albanos dominorum jus illud fuit, quòd, si nullis relictis liberis, decederent, eorum bona domino cederent. Stabilimenta S. Ludovici l. 2. cap. 30. *Se aucuns aubains ou bastard muert sans hoir, ou sans lignage, il Roy est hoirs, ou li Sires, sous qui il est, se il muert el cuer du Chastel.* Regestum de Nundinis Campaniæ: *Toutes manieres d'aulbains d'outremontains, qui sont marchans des Foires, se ils muirent dedans le cours de la Foire, sans hoirs de leurs corps, l'avoir est acquis au Roy.* Habentur hæc passim in Consuetudinibus municipalibus: de quo jure plura scripsere Chopinus & Baquetus in libris de Dominio, & alii.

Albanos præterea *vestigare & sequi* possunt domini, quorum primitus & ab origine incolæ sunt, hoc est, revocare in patriam. Vide Chartam Mathildis Dom. Teneremondæ ann. 1221. apud Miræum in Don. Belg. lib. 1. cap. 92. ubi *Albini* dicuntur; & Consuetudines municipales Galliæ, quæ hujusce juris passim meminerunt.

Albanare, in *Albanorum* ordinem cogere, vel Albanorum loco habere: ita ut iisdem præstationibus & obsequiis obnoxii sint, quibus cæteri *Albani.* Charta Philippi Aug. Franc. Regis ann. 1222. ex Tabul. Episcop. Paris. in Bibl. Puteana: *De Albanatis forinsecis, concedimus, quod solvant Episcopo in una septimana consuetudines debitas, ac si nunquam fuissent albanati, nec de cætero albanentur, nisi sint estagiarii Parisienses. De albanatis, qui sunt de corpore Parisiens. & de suburbiis ejusdem civitatis, non potest Episcopus, nec ejus successores, aliquam exigere consuetudinem.* Joan. Hosemius

mius in Adolfo à Marka cap. 5. *Et communi consilio quasi novi Principes, Milites ac Burgenses suis preceptis parere nolentes, Albanos fecerunt, quodam genere proscribendi.* Hoc est, in advenarum ordinem eos redegerunt, adempto jure civitatis, quo tanquam cives, seu *burgenses* gaudebant: longè enim potior fuit Burgensium conditio, quàm *Albanorum*; adeo ut in contumeliam posterior illa verteretur, ut quæ ad servilem accederet. Lambertus Ardensis: *Sed dum contra eos rixarentur, & decertarent, quandoque Ardenses Adventitios illos, & servilis conditionis opprobrio notabiles esse, verborum objectione turpium improperaverunt.* In Pacto Tongrensi an. 1403. quod descriptum legitur in Magno Recordo Leodiensi pag. 29. statuitur, nullum fieri posse Albanum, nisi Burgensis sit: *Nul ne soit fait Aulbains, s'il n'est Bourgeois.* Adde pag. 30. 51. 59. 85. 89.

Quidam porrò censent *Albanos*, ita dictos primitus Scotos, *quibus consuetudo peregrinandi pane in naturam versa erat*, ut ait Walafridus Strabo lib. 2. de Vita S. Galli cap. 47. indeque traductam vocem ad omnes extraneos, qui in locum aliquem incolatus ergò transmeabant: nam *Albanos* & *Albanicos* appellatos fuisse constat. Leges Edvvardi Confess. cap. 35. *Si fuerit Anglicus, vel Dacus, vel Walliscus, vel Albanicus, vel Insulicola. Scoti Albaniæ*, in Legibus Willelmi Nothi cap. 51. Vide Buchananum lib. 1. Hist. Scot. &c. Alii quasi *alibi natos* appellatos volunt.

ALBARANGI *digitorum*, Extremitates ossium, quæ junguntur cum digitis, & apparent, cùm distringunt manus in dorso manus. Matth. Silvaticus. Vox, ni fallor, Arabica, à Medicis recepta.

ALBARANUM, Apocha, vel breviculus, Hispanis *Albala, Albara* & *Albaraio*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 204. Charta ann. 1316. Guillelmi de Bastida Campsoris Barcinonensis: *Et si contigerit, vos posse invenire, vel habere apocham, seu albaranum legitimum in forma publica ---solutionis dictæ quantitatis, &c.* Occurrit ibi pluries. Hist. Translationis S. Honorati Arelat. apud Vincent. Baralem: *Aperientesque loculum, in quo beata ossa includebantur, albaranum verbis sequentibus inveniunt, &c.* Curia Generalis Catalaniæ in villa Montis-Albi sub Alphonso Reg. Arag. ann. 1333. *Non fiat computum, sive albaranum quitationis suæ.* Vide tom. 9. Spicilegii Acheriani p. 247. & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in voce *Albaranum*.

Albala. Charta Hispanica æræ 988. apud *Yepez* in Chronico Ord. Benedicti tom. 5. pag. 435. b. *Demumque abiit in oppido Leça, & scripsimus nomen ejus in albala inter nomina offerentium.*

ALBARDA, Clitella, stragulum, vox Hispanica. Fori Oscæ ann. 1247. fol 34. *Nullus, qui furatus fuerit asinum, sine capistro aut albarda, habet tornam, nec testes, qui pro eo testificantur.*

ALBARETA, *Albereta, Albareda, Albares*, Arboretum, locus arboribus, quas perinde Itali *Alberi* vocant, consitus.

Albareta, & *Albereta*. Charta anni 1245. in Regesto Chartar. Comitatus Tolos. in Camera Comput. Paris. *Vendiderunt eidem domino Comiti totum illud pratum, & albaretam, & unum arpentum.* Alia anno 1236. ibid. fol. 5. *Prata, pascua, barras, alberetas, ramerios, devesios, &c.* Alia apud Guesnaium in Massilia p. 256.

Ab ipsa ripa fluminis ubi vocant albareta.

Alia in Hist. Blesensi pag. 301. *Nec non vineas & prata, & viridarios & alberetas in manu cepit.*

Albaretum, in Charta Aistulfi Regis Longobard. apud Ughellum in Italia sacra tom. 2. pag. 106. nescio, an eodem significatu?

Albareta, Albareda. Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 103. *Et illo prato de Roseto cum ipsas albaretas, cum ipsas vernias similiter dimittimus S. Salvatori.* Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Engars de Limairac dedit 4. sestairadas de terra, & unam albaredam ad fontem Avannas.*

Albares, eadem fortè notione. Charta Rivipullensis æræ 888. apud *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 4. *Et descendit per ipso torrente, qui est inter albares & alodes sanctæ Mariæ, &c. Desrober bois & aubarede sec ou verd*, in Consuetud. Burdegal. art. 111. *Aubaredes, taillis, & jeunes pinhadars*, in Consuet. Aquensi tit. 11. art. 8. 10. Hispanis *Albarada*, & *Albarrada*, est maceria apud Nebrissensem: interdum etiam pro *repagulo*, seu *barreria* usurpatur.

ALBARRANEUS, idem est quod *Albanus, Extraneus*, in Foris Aragon. ut testatur Michaël *del Molino* in Repertorio. ex Hispan. *Albarran, humbre no casado.* Fori Oscæ an. 1247. f. 32. *Et si homicidia & homo mortuus fuerint Domini Regis, vel abarraneus, licèt fiat homicidium in villa, vel in castro, --- debet reddi homicida bajulo domini Regis.* Fori Aragon. lib. 9. tit. *De forma diffidamenti: Et aliqui vagabundi, extranei, albarrani, ignoti, & alii, &c.*

ALBARRANUM. *Albara* & *Albaran*. Raimundo Montanerio in Chron. Reg. Aragon. cap. 204. Fori Oscæ an. 1247. fol. 22. *Per oblivionem longi temporis, vel amissionem apocarum, quæ Albaran vulgariter appellantur.*

ALBARUM, & *Alvarium*, apud Innocentium Agrimensorem de Casis literarum, videtur esse alveus fluvii, vel fossa.

ALBATORES *Coreorum*, seu coriorum, qui coria dealbant, in Fleta lib. 2. cap. 52. §. 35. iidem videntur qui *Pelliparii*.

ALBATI. Vide *Alba*.

ALBAVERÆ *Gemmæ*, Anastasius in Benedicto III. PP. *Rete totum ex gemmis albaveris & bullis aureis conclusas etiam auri petias in se habens smaltitas, &c.* Idem in Gregorio IV. *Fecit vestem auro textilem, habentem Nativitatem, Baptismum --- habentem in capite historiæ gemmas albas* 380. *hyacinthinas* 50. *prasinas* 22. *& in circuitu alvaviras, legente de nomine D. Gregorii PP.* Et pag. 206. *Factum miro opere totum ex gemmis alvaberis & bullis aureis.* Ubi quidam *albaveras* & *alvaverus gemmas*, candidissimas interpretantur: sed, ni fallor, hoc loco *Albaveræ gemmæ* sunt subpurpureæ, seu purpureæ candicantes: nam *verum* dixere Latini, quod Græci ἀληθινόν. Vide in verbo *Alithinus*.

ALBELLUS. Lambertus Ardensis pag. 79. 80 *Qui cùm ad sepeliendum --- ad Monasterium deferretur Andriæ, requievit in colle super Bramas in invio juxta quadrivium vel compiti locum, ob cujus rei memoriam delata est ibi crux lignea & elevata, & albellus cum tilia juxta crucem ad peregrinorum & quorumlibet viatorum ibi plantata est requiem & præsidium. Postea verò ab opposito veniens vis calida venti crucem à loco suo removit, & acclivis, ut adhuc ad oculum patet, ne totaliter corruat, sustentatur.*

ALBEOLUS. Vide *Alveolus*.

ALBERGA, *Albergium, Albergaria, &c.* Vide *Heribergum*.

ALBERGELLUM. Vide *Halsbergum*.

ALBESCITAS *cæli*, apud S. Augustinum in Soliloquiis lib. 1. cap. 13. Quo sensu *albens* cælum dixerunt Sisenna lib. 4. Hist. Symmachus lib. 1. Epist. 7. *Cælum albescens*

bescens. Gregor. Turon. lib. 10. Hist. cap. 15. lib. 2. de Mirac. cap. 18.

ALBESIA, *Genus scuti, quia album.* Ugutio.

ALBERUS, Arbor. Ital. *Albero.* Charta Longobardica apud Ughellum tom. 8. pag. 78. *Et fluvio Tamari usquedum commiscetur in fluvio Sabati, cum aquis & alberis, & ripis suis, &c.*

ALBEXI. Vide *Alguexi.*

ALBIANUS. Gloss. Græco-Lat. λευκόχρως, *Albianus.*

ALBIDIA, Anglia, quæ olim Albion, dicta semel ac iterum Willelmo Britoni lib. 4. & 9. Philipp.

ALBIGENSES, Hæretici, ita dicti ab Albigensi civitate in Occitania, ubi multùm invaluerunt, Philippo Augusto & Ludovico VIII. regnantibus, quorum initia, progressus & hæreses multi passim recensent Scriptores. Matth. Paris. ann. 1213. *Dicuntur autem Albigenses ab Albia civitate, ubi error ille dicitur sumpsisse exordium.* Vide Rogerum Hoved. pag. 556. & alios ejusce temporis Scriptores. *Aubijois* & *Aubejos*, Poëtis nostratibus appellantur. *L'Ordene de Chevalerie de Huë de Tabarie MS.*

Ja li bon durer ne porroient,
Se che n'est fors de Sarazins,
D'Aubejois & de Barbarins.

Guillelmus *Guiart MS.*

En cel temps fu d'Aubijois Sires
Simon le Comte de Monfort.

Titulus Chronici Guillelmi de Podio Laurentii: *Incipit Chronica Magistri Guillelmi de Podio-Laurentii super historia negotii à Francis, Albigensibus vulgariter appellatis, i. Albejots, &c.*

ALBINEUS, Equorum color, apud Palladium in Martio tit. 13.

ALBINI, & *Albarii*, Tectores, qui parietes tectoriis, seu incrustationibus, inducunt. Glossar. Græc. Lat. κονιάτης, *Dealbator, Albinus, tector.* λευκαντής, *Dealbator.* Horum opera *Albaria* dicuntur apud Plin. lib. 36. cap. 23. Vitruv. lib. 7. cap. 2. Sponii tom. 3. Itiner. pag. 54. & in Gruteri Inscr. 172. 2. *Tectorium* autem & *Albarium* seu *Album opus* in eo differunt, quòd qui parietes dealbant, opus etiam tectorium faciunt: nam & *tectorium* est omne opus Albarium, non omne tamen tectorium Album est; sed illud duntaxat, quod nuda calce constat. *Tectorium* fit arenata calce, vel marmorato, *Albarium* calce mera: inde *Albini* & *Albarii*, qui dealbant. Græci κονιατὰς vocant tam *Albarios*, quàm *tectores.* Ita Hesychius, & alii.

ALBITAS, *Albiditas, albedo* in Breviloquo.

ALBIOLUS. Ugutio: *Alvus & albus, pro ventre, & hic albo, indeclinabile, id est, liber, in quo nomina Sanctorum scribuntur: unde Albiolus dicitur.* Salmasius censet idem esse quod *Alveolus*, in veteri Instrumento publicæ securitatis, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Mortaria marmorea duo valente siliqua aurea una, albiolo ligneo uno valente nummos aureos 40.* nostris *Auge.*

ALBITIO, *furfuris*, apud Apuleium de Virtutib. herbar. c. 20. §. 2. furfures ipsi, & squammulæ furfuraceæ albicantes.

ALBO, *Albus.* Ugutio: *Albo indeclinab. est liber, in quo nomina Sanctorum scribuntur.* Chronicon Centulense Hariulfi lib. 4. c. 17.

Abba Angelrannus loculo quæ paucula nostro
Contulit, hic retinet scriptus qui cernitur albus.

ALBOR, Albedo. Mamotrecti auctor: *Albor, color albus.* Ita legit in Levitico c. 13. ubi Editio recentior habet *in colorem album.* S. Cyprianus de Discip. & hab. Virg. *Execraris canitiem, detestaris alborem.* Cælius Aurelianus lib. 2. de Tard. passion. c. 7. *Ovi alborem* dixit, ut & Apitius lib. 2. c. 6. quem idem Apitius lib. 5. c. 3. lib. 6. c. 6. & alii *Albumen*, Plinius *Albuginem* vocant. *Dantes* in Purgat. c. 6.

Vedi l'albor che per lo fumo raia.

Hispanis *albor*, est aurora.

ALBORIUM, *Arcus de Alborio.* Gall. *Arc de aubour.* Charta pro Vicariis Bituricensib. ex Tabul. S. Sulpicii Bituric. *Qui adportaverit ferros & clavos ad vendendum, habebit Vicarius unum denarium, ex hastis unam hastam, ex arcis de alborio, unam arcam, ex terceriis unum tercerium.* Nostri *Aubour* & *Aubier* vocant, quod Latini *Alburnum*: at cùm hæc ligni pars rei omni inutilis sit, *roboraque dealburnari* soleant, ut ait Plinius, cùm in opus mittuntur, aliud sonare hanc vocem dicendum est. Vide *Arcubalista.*

ALBUFFERIA. Testamentum Joannis Reg. Aragon. an. 1272. in Spicilegio Acheriano tom. 9. p. 249. *Assignamus omnes reditus nostros civitatis Valentiæ, cum salinis & albufferia ejusdem.* Charta alia anno 1248. apud Diago in Hist. Regni Valentiæ lib. 7. cap. 44. *Quod possitis retinere in Olla 60. Saracenos ad opus 30. barcharum albuferæ, & 40. Saracenos, ad opus brucinarum, cum uxoribus & filiis & filiabus suis, & tota posteritate eorum in perpetuum.*

ALBULÆ, Maculæ oculorum, Matthæo Silvatico. Vide *Alba.*

ALBURNUS, Subalbus. Gesta Consul. Andegav. c. 12. n. 4. de Cometa: *Splendoris alburni radium--producens.* Vox Latinis haud ignota.

ALBUS. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 730. *Exceptis infirmis, qui si voluerint, album comedere, poterunt in Adventu,---sed non carnes, &c.* Id est, *panem album.* Ita pag. 734.

Albus, Moneta argentea minutior, Gallis *Blanc*, Italis *Biancho.* Ægid. Aureæ-Vallis Monachus in Hugone Episcopo Leod. cap. 111. *Reddidit 15. millia librarum alborum, & centum libras Leodienses ad opus Ecclesiæ.* Chronicon Valciodorense: *Pro quo habemus ad guionagium suum 40. solidos alborum.* Vide *Asperi*, *Blancus*, & Bizarri Persica p. 453.

ALCACERIA. Vide *Alcheria.*

ALCALA. Testamentum Sancii I. Regis Portugalliæ eræ 1217. tom. 4. Monarchiæ Lusitan. pag. 260. *Reginæ Donnæ Sanciæ dedi---omnes alcalas meas, acitaras & cœchtas.*

ALCARE. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ, ann. 1247. fol. 5. *Decet dare bonam & sufficientem fidantiam, quòd teneat ipsum pignus de manifesto, & quod non se alcet cum illo pignore. Fol. 9. Clericus pro debito aliquo, quod debeat Laico, nullo modo potest alcare ad Episcopum: Sed pro tota alia causa, quæ pertineat ad Ecclesiam, aut ad ordinem suum, bene potest se alçare ad Episcopum* Observantiæ Regni Aragon. lib. 2. tit. *Ne Vir.* §. 22. *Si Clericus dicat coram Judice sæculari, quòd est in possessione alicujus rei, non potest se alçare ad suum judicem, ad probandam suam professionem, &c.*

ALCAVALA, *Alcabala*, Tributum, pensitatio: vox Hispanica, ab Arabibus hausta. Charta Alphonsi VIII. Regis Castellæ æræ 1213. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 7. *Et de ulla re vestra portaticum, neque alcavala unquam persolvatis, nec vos, nec vestri homines.* Alia Ximenæ *Diaz*, uxoris Roderici *Diaz*,

Diaz, cogn. *Cid*, æræ 1101. ibid. *Sive de maximas & minimas alcabalas*, &c. alia tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 282. *Non detis portaticum*, vel *alcavatam, aut cibariam.*

ALCAYDUS, ita Judices civitatum vocabant Saraceni Hispanici, Vitalis Episcopus Oscensis de Magistratib. Saracenorum Hispan. *In quibusdam locis Iudices, in quibusdam Alcaydi, dicti Iustitiæ nuncupantur.* Charta Lorbanensis apud Sandovallium in Favila: *Christiani habeant suum Comitem de sua gente, qui manuteneat eos in bono juzgo, secundùm solent homines Christiani; & illi component rixas inter illos, & non matabunt hominem sine jussu de Alcayde, seu Alvacide Saraceno, &c.* A Saracenis traducta postmodum hæc dignitas ab ipsis Hispanis Christianis ad civitatum suarum Judices. Vide Oyhenartum lib. 2. Notit. Vascon. cap. 6.

Alcalis, eadem notione, in Charta Adelfonsi Regis Aragon. apud Blancam pag. 640. *Et suos Alcales quod non ipsum judicet.* Concilium apud Pennam Fidelem an. 1302. can. 13. *Si Alcales, vel Majorini, vel alii Rectores civitatum, vel aliorum locorum deliquerint*, &c.

ALCAYDARIA, tributum Alcaydis pensitari solitum. Charta Henrici Comitis Portugalliæ, tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 282. *De azena nobis quintam partem, absque ulla alcaydaria.* Est autem etiam ipsum Alcaydi munus. Charta Alphonsi II. Regis Portugall. ibid. tom. 2. pag. 268. v. *Et Prætor perdet ibi meam Alcaidariam, & accipiant justitiam de illo in suo corpore, &c.*

Alcaydus meretricum, seu *uxoratorum*, qui de meretricibus & adulteriis cognoscebat: ita olim dictus Officialis in Aragonia. Michaël *del Molino* in v. *Adulterium.*

Alcaydus Honoris, idem qui *meretricum.* Vide eundem in *Alcaydus*, ex Observantiis Regni Aragon. lib. 9. tit. *Articuli inquisitionis. Alcaydi meretricum & uxoratorum*, fol. 41. Edit. 1624.

ALCHAZ. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 5. pag. 424. *Cingulos auro---gemmatos duos, alios argenteos exauratos, ex quibus unum gemmatum, alias lineas 10. casulas silineas 10. alias casulas 13. quinque de Alchaz, sex Seray chardena, septima Barragan 8. cardena marayce 9. vermelia exageg 11. linea cardenea, & duas planetas urtiones, orales 11. ex quibus unum auro & argenteo compositum, &c.* Voces omnino barbaræ, quarum notionem aliquis fortè me felicior inveniet.

ALCHERIA, *Alqueria, Alquaria*, Villa paucarum domorum, quam nostri vulgò *Hameau* vocant. Sebastianus Cobarruvias: *Alqueria, es la casa sola en el campo donde el labrador del, se recoge con su gente y hato de la brança, por estar lexos de poblado, y que el dia se le fuera en ir y venir, no habitando en la misma tierra que labra, y assi vale tanto como casa de la brança, y dode ay muchas destas casas, apartadas unas de otras, pero en una comarca, dize el ladre Guadix, que el nombra alcarrîa, y alqueria, son de una raiz, y que valen tanto, como aldeas, que es caria.* Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1230. apud Guesnaium in Annalib. Massil. pag. 360. *Damus --infra civitatem Majoricarum, vel extra, trecentas domus cum una Meschida in ipsa civitate,--39. operatoria, & 7. alcherias in terminio civitatis Majoricarum cum 25. jovatis terræ.* Alia Jacobi II. Regis Majoricar. ann. 1310. in Camera Comput. Paris. *Damus ad accapitum, sive in emphytheosin, - alcheriam nostram, quæ est in terminis de S. Agiano, vocata Alcheria Blanca, cum tota laboratione ejusdem, & cum omnibus terminis & pertinentiis suis.* Alia Anni 1261. *De alcheriis, rafallis, campis, vineis, &c.* Uci innuit Foros Oscæ ann. 1247. fol. 30. *Nisi in alcaçaria tendam locatam teneat, &c.*

Alquaria, Alqueria, eadem notione. Charta MS. Lupi Examinis de Luzia, data apud Majoricas 6. Id. Aug. 1231. *Dono, concedo, & laudo per alodium francum atque liberum Deo & Domui S. Georgii--quandam alquariam, quam habeo in introitu vallis de Muzo, versus Occidentem, sicut affrontatur ab Oriente, &c.* Alia Jacobi Regis Aragon. anno 1250. *Quòd possitis plantare vineas in terminis dictorum locorum, & alqueriarum tot, quot volueritis.*

Alcaceria. vel *Alcabria*, ex Hispan. *Alcaçar*, vox Arabica, inquit Sebastianus *de Cobarruvias*, quæ domum fortem, castellionem, domum regalem, sonat, quasi *domus Cæsarea*, domus Regis. Pactum initum inter Jacobum Regem Aragonum & Nobiles Aragonenses de conquirendis Balearibus insulis, datum Barcinone anno 1229. 5. Kl. Sept. *Et nos similiter habeamus partem omnium prædictorum secundùm numerum Militum & hominum armatorum, qui nobiscum fuerint, retentis nobis alcaceriis & staticis Regum in civitatibus ultra debitam portionem nobis competentem.* Ita MS. Charta: sed apud Joannem Dametum in Hist. Balearici Regni pag. 203. habetur *Alcabris*: p. 208. *Alqueriis.*

Voces propriæ Majoricensibus, apud quos *Alqueria* significat *lugar de pocas casas como de muchas, Beled.* Ita autem Arabes, seu Mahumetani, dum Baleares insulas possidebant, villas appellarunt, voce Arabica, deducta ab *Alquehir, que es lo mesmo, que casa de fuera*, inquit Joann. Dametus in *Historia general del Regno Balearico*, pag. 272. unde etiam origo nominis urbis celeberrimæ *Cayri.* Neque aliunde Vascones nostri hauserunt suum *alcarerria*, quibus idem sonat, ut auctor est Oyhenartus.

At de vocis notione, paulò aliter Michaël *del Molina* in Repertorio Foror. Aragon. v. *Feria: Et scias, quia alcaçaria, de qua fit mentio in dicto foro antiquo, est quidam locus, seu quadam platea parva, in qua Iudæi congregabantur ad emendum & vendendum vestes & supellectilia domus, & alia mobilia.*

ALCHIMIA. Vide *Chimia.*

ALCIBALANUS, *dicitur instrumentum lucernarum visibus aptum.* Ugutio.

ALDEA, Hispanis, *Aldea*, Vicus paganus, pagus, nostris *Hameau.* Occurrit non semel apud Rodericum Archiep. Tolet. lib. 7. cap. 26. 27. lib. 8. cap. 14. 15. lib. 9. cap. 4. & 9. in Foris Aragon. lib. 4. tit. de Notariis. in Concilio apud Pennam Fidelem ann. 1302. can. 13. in Charta Adelphonsi Regis Hispaniæ æræ 1164. apud Anton. *de Yepez* tom. 4. pag. 458. &c. Vide Sebastianum Cobarruviam in Thesauro Linguæ Castellanæ, in hoc voce.

ALDEOLA. Observantiæ Regni Aragon l. 8. tit. de Appellationib. §. 4. *Usque ad miserrimam aldeolam finis illius partis regni.*

ALDERMANNUS, Vox Anglosaxon. ex alꝺeꞃ, senior, Princeps, & man, homo, composita. *Aldermanni* autem dicuntur magnates, viri præcipui, Comites, Barones, seniores. Leges Edvvardi Confess. cap. 35. *Sicut modò vocantur Greve, qui super alios præfecturas habent: ita apud Anglos antiquitus vocabantur Ealdormen, quasi Seniores; non propter senectutem; sed propter sapientiam & dignitatem.* Leges Alvredi c. 44. apud Bromptonum: *Aldermannus, quem Latinè Comitem vel Seniorem dicunt.* Leges Forestarum Canuti Regis cap. 3. *Pro liberalibus semper habeantur, quos Dani* Ealdermen *appellant.* Adde cap. 21. Leges Inæ cap. 26. apud Bromptonum pag. 759. *De pugna in domo Regis, vel in Ecclesia, vel in domo Aldermanni vel Baronis, &c.*

Aldremannus, in Legibus Ethelredi c. 7. in Legibus Henrici I. c. 8. & in Monastico Anglic. tom. 1. p. 234. 235.

Tra-

Traducta postmodum hæc vox ad Comites & Præfectos Provinciarum, Civitatum, & Hundredorum, qui vice Regia jus dicebant, qua quidem notione id vocabuli usurpari passim deprehendas in Legibus Alvredi cap. 17. 40. 42. 44. 48. apud Bromptonum, in Legibus Canuti cap. 44. & Inæ cap. 6. 49. Matth. Paris. an. 1196. *Excellentiores civium*, (Londinensis urbis) *quos Majores & Aldermannos dicimus.*

Aldermannus Hundredi, Præpositus Hundredi seu Centuriæ: ut Decanus Decuriæ: fortè idem qui *Centenarius*, qui etiam Hundredo imperitabat. Porro Aldermanni Hundredi dignitas videtur inducta, vel certè nomen inventum ab Henrico I. Ejusdem Regis Leges c. 8. *Præsit autem singulis hominum novenis Decimus, & toti simul Hundredo unus de melioribus, & vocetur Aldremannus, qui Dei leges & hominum jura vigilanti studeat observantia promovere.* Neque fortè fuere alii ab iis, quos *Senescallos Hundredorum* Angli vocant. Vide Leges Edvv. c. 35.

Aldermannus Regis, seu *Regius*, Anglo-Sax. Cyninges ealdorman, Missus Dominicus, ut videtur, seu Judex Regius civitatis, vel Hundredi, id est, qui in Comitatu vel Hundredo Regio nomine præsidebat, resque, ad Regium jus aut fiscum pertinentes, dijudicabat. Alius fortè ab *Aldermanno Hundredi*, qui ex ipso Hundredo ac Centuria ad ejusdem præfecturam eligebatur, ut minor Judex & pedaneus. Leges Alvredi Regis cap. 41. apud Bromptonum: *Si quis coram Aldermanno Regis pugnet in publico*, (Spelman. *in placito*) *emendet VVeram & VVitam, sicut rectum sit, &c.* Eo igitur spectant Leges Edvvardi Confess. c. 35. *Habent etiam Aldermanni in civitatibus Regni hujus in Bailliviis suis, & in burgis clausis, & muro vallatis, & in castellis eamdem dignitatem & potestatem & modum, qualem habent Præpositi Hundredorum & VVapentachiorum in Bailliviis suis sub Vicecomite Regis per universum regnum: debent enim & leges & libertates & jura & pacem Regis, & justas consuetudines Regni --- pro posse suo servare, &c.* Adde Leges Willelmi Nothi cap. 56.

Aldermannus totius Angliæ, Æthelstanus Dux Orientalium Anglorum dictus fuit, ut & Æthelvvodus & Ailvvinus ejusdem filii. Hanc dignitatem prædicat in Ailvvino illius Epitaphium, quod legebatur in Ecclesia Ramesiensi, quam an. 969. magnificè fundavit, & habetur in Monast. Angl. tom. 1. pag. 240. *Hic requiescit D. Ailvvinus inclyti Regis Eadgari cognatus, totius Angliæ Aldermannus, & hujus sacri Cœnobii miraculosè fundator.* Idem Ailvvinus simpliciter *Aldreman* nuncupatur in Charta Edgari Regis pro fundatione ejusdem Monasterii, ibidem pag. 234. 235. At quæ fuerit *Aldermanni Angliæ* dignitas, haud bene constat: putat Spelmannus eamdem fuisse, quæ posterioribus sæculis *Capitalis Angliæ Justitiarii*, idque elicit ex libro Ramesiensi sect. 49. *Cui foro Ailvvinus Aldermannus, & Ædricus Regis Præpositus, Judices præsidebant.* Nam & *Aldermannos*, Judices appellatos fuisse diximus.

Aldermannus de Gilda mercatorum Oxoniæ, in Monastico Anglic. tom. 2. p. 141. Judex *Gildæ* Oxoniensis, seu qui mercatorum lites dijudicabat.

Aldermannus Hospitalis, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 372. *Hospitale unius Aldermanni & 14. Fratrum & Sororum.* Videtur esse is, qui Hospitali præfectus erat.

Aldermannia, Præpositura, Præfectura castri vel villæ: Galli *Prevostez* vocant ejusmodi villas ac prædia, quæ ad Monasteria, aut Canonicorum Collegia spectant, & Monachis aut Canonicis ad vitam, vel ad certum tempus cum reditibus conceduntur. Will. Thorn. in Chr. an. 1278. *Nicolaus Abbas cum consensu sui Conventus concessit & dimisit cuidam magistro Nicolao Doge Aldermanniam de VVestgats, quæ tunc ad istud Monasterium pertinebat, tenendam & habendam cum omnibus appendiciis, --- reddendo inde annuatim in thesauraria nostra 10. libr. sterlingorum pro omnibus servitiis*, &c.

ALDIUS, Papiæ dicitur, *qui adhuc servit patrono.* Glossæ vett. laudatæ à Lindebrogio: *Aldius, statu liber. Aldius est libertus cum impositione operarum factus.* Quæ posterior definitio, aut descriptio firmatur ex Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 53. *Si Aldius cujuscunque in casa alterius nesciente domino suo fugerit, cum inventus fuerit, sic debet dare homo ipse, qui eum habuerit, operas, quomodo de servo.* Atque inde ejusdem esse conditionis dicuntur *Aldii* in Italia, qua *Fiscalini*, & *Liti* in Francia. Eadem Lex Longobard. lib. 3. tit. 20. *Aldiones vel Aldiæ ea lege vivant in Italia, qua Fiscalini vel Liti vivunt in Francia.* Patronos habebant perinde ac liberti, ut est in lib. 2. tit. 35. §. 3. tit. 44. §. 1. 4.

Fuit igitur *Aldius* ex genere servorum, tametsi peculiaris & propria fuit servorum species, ab aliis nimirum servis diversa: unde inter servos Aldii passim recensentur in eadem Lege Longobard. lib. 1. tit. 6. §. 4. tit. 7. §. 17. tit. 8. §. 1. 2. 3. &c. tit. 9. §. 26. tit. 25. § 57. 58. tit. 31. §. 3. lib. 2. tit. 16. tit. 25. §. 53. tit. 31. tit. 55. §. 16. Manumittebantur autem Aldii, seu ab operis eximebantur, non in Ecclesia, ut servi; sed per chartam, lib. 2. tit. 34. §. 5. De vocis etymo nescio an quis probet, quæ habet Dominicus lib. de Prærogat. allodior. c. 1. n. 8.

Aldia, Femina ejusdem conditionis, qua *Aldius*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 15. §. 2. lib. 2. tit. 12. §. 2. 3. 7. 9. tit. 40. §. 1. lib. 3. tit. 20. *Aldia, id est, quæ de libera matre nata est*, lib. 1. tit. 30. §. 5.

Aldiana, Aldia, in Charta Henrici I. Imp. apud Baron. an. 1014. n. 9. *Cum servis & ancillis Aldionibus & Aldianis utriusque sexus.*

Aldiaricii, in Charta Longobardica, in Bullario Casinensi tom. 2. p. 4. *Tam Aldiaricios quam & servulos, &c.*

Aldiones, iidem qui *Aldii.* Lex Longobard. lib. 3. tit. 20. *Aldiones vel Aldiæ ea lege vivant in Italia, in servitute dominorum suorum, qua Fiscalini vel Liti vivunt in Francia.* Lib. 2. tit. 12. §. 7. *Si Aldius cujuscunque Aldiam alterius tulerit ad uxorem, & filios ex ea procreaverit, & mundium ex ea non fecerit, sint filii ejus Aldiones, cujus & mater fuit.* Tit. 44. §. 4. *De Aldionibus, quæ ac personis suis Aldiones sunt, &c.* Adde lib. 1. tit. 25. §. 82. 83. tit. 32. §. 5. lib. 2. tit. 11. §. 4. 9. tit. 25. §. 8. 14. tit. 29. tit. 32. tit. 44. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ap. 14. *De illorum substantiis cum servis & ancillis & Aldionibus.* Cap. 18. *Si contentio fuerit de rebus aut servis, aut ancillis, seu Aldionibus eorum.*

Illaldiones, eadem notione. Quædam Constitutio Caroli Magni ab Amerbachio edita cap. 15. *Non est nostra voluntas, ut homines Placentini per eorum præceptum de curte Palatii nostri Illaldiones recipiant.* Ubi particulam *il*, quidam censent eamdem esse, quæ apud Italos obtinet, pro *ille*, vel *hic*, seu nostro *le*.

Aldionarii, recensentur inter Officiales Regios, in Charta Caroli M. quæ extat in Chronico Farfensi p. 653. *Ducibus, Comitibus, Castaldiis, Vicariis, Centenariis, Aldionariis, vel reliquis fidelibus nostris.* Ubi videntur longè potioris fuisse conditionis, quàm *Aldii* & *Aldiones*.

Aldionariciæ, *Aldiorum* & *Aldionum* habitacula, quæ cum ipsis possessionibus vænibant. Charta Ludovici & Lotharii Impp. in Chronico Farfensi p. 658. *Monasteriolum supradictum cum --- cellulis, territoriis, ædificiis, familiis juste pertinentibus, casis, massaritiis, aldiariciis, bovillicariis, vaccariciis, Alpibus, &c.* Alia in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 4. *Omnia in integrum unà cum casa aldiaricia .... singula casalata ad ipsa curte pertinente.* Alia Desiderii Regis pag. 12. *Curtes cum*

cum massaricias & bovolcaricias & aldiaricias, casis cum mo[illegible] [illegible] & piscationes, &c. Ibidem pag. 17. *Aldiariciæ & Aldiales casæ, &c.* Adde Puricellium in Ambrosiana Basilica p. 226.

ALDUS. Charta Clotarii Regis Franc. apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 260. *Atque ad hoc detinendas cartes 2. cum [illegible] appenditiis nostro daremus præcepto, & duos, quod aldos nuncupant, ejusdem loci incolæ, &c.* Sed ex sequentibus videtur legendum, *quod alodos nuncupant.*

ALEA. Tabular. S. Cyrici Nivern. Ch. 71. *Insuper etiam aleas domus Odonis Paraphonistæ mihi dederunt.*

ALECANA. *Meretrix gratia quæstus.* Ugutio.

ALEBRA, in Glossis Isidori, *bona, quibus alimur. Alibre, Alimentum.* Breviloq. *Alimen, i. Alimentum. Alibum, i. nutrimentum.*

ALEGIUM. Charta Capituli Silvanectensis an. 1162. in Chartulario Camp. an. Bibl. Reg. fol. 484. *Cætera vero, id est, mortuam manum, licertiam matrimoniorum, & [illegible] inter eos æqualiter dividentur.* Idem fortè cum *Alleviu*, de quo in Charta Simonis Episcopi Meldensis, & Mariæ Comitissæ Trecensis an. 1184. in Tabulariis S. Dionysii & S. Genovefæ: *Ut [illegible] ante stabilitionem communia capitagia, forismaritagia, & allevia interfectorum, sanguinem & mortuam manum Abbati D. Dionysii & sanctæ Mariæ Genovefæ, sicut dominis suis ex integro reddant.* Vide *Leigium.*

Aliud est *Alegement*, in Regesto Peagiorum Parisiensi. *Nul ne doit rien de l'alegement de sa nef, ne par grant eaut, ne par petit.* Est enim quod *levamentum* quibusdam Scriptoribus dicitur, minus scilicet navigium, in quod *alleviandæ* navis gratiâ merces demittuntur. *Allegés*, vel *Soulages* nuncupamus ejusmodi navigia. Vide *Levamentum.*

ALEMBICUM, Matth. Silvatico, *Vas distillatorium, in quo fit aqua rosea.* Infrà: *Alembich, Arabiλ [illegible] est superius coopertorium vasis, & aquam rosatam & alia hujusmodi ad distillandum.* Vox Arabica, ut quidam censent: nam alii à Græco ἄμβιξ, vasis species, de qua præ cæteris Casaubonus in Athenæum, & Scaliger in Catalect.

ALENARARII, Accipitrum species, quos vulgò *Lanarios*, seu *Laniers* appellant. Vide in *Putura.*

ALEPIMAN. Consuetudinarium laudatum à Spelmanno: *Omnis Alepiman de tota soca de Hecham debet singulis annis 1. denarium de chevagio, & operabitur per 3. dies in autumno, exceptis illis, qui ab hac servitute liberi sunt.* Ex quibus videntur *Alepimanni* fuisse mancipia rustica: *chevagii* enim solutio, servorum erat.

ALERS, vel *Allers, doctus, quasi alienus ab arte, per contrarium.* Ugutio, Joann. de Janua.

ALESES. Concilium Narbonense an. 1054. cap. 22. *Præcipimus etiam ut equos nemo rapiat, nisi homo desuper fuerit invenias armatus. Aleses verò nemo incendat.* Legendum puto, *messes.*

ALETOL, Præstationis species, apud Normannos nostros. Charta Radulfi Abbatis Fiscanensis in Tabulario Fiscanensi fol. 33. *Relaxavimus probis & fidelibus nostris de Ria & eorum heredibus in perpetuum costumam illam, quæ vocatur Aletol, pro 120. marchis argenti, quas ipsi contulerunt Ecclesiæ Fiscanensi.*

ALETUDO, *Alimonium, alimentum, nutrimentum,* τροφή, in Gloss. Græc. Lat.

ALEVOSUS, ex Hispanico *Alevoso*, Proditor, traditor: *Aleve*, proditio. Rodericus Toletanus lib 7. Hist. cap. 16. *Comes Amalaricus sic dicitur respondisse: Si sum fidelis, aut proditor, aut alevosus, nescio, &c.* Vide Leges Alfonsinas part. 7. tit. 3. leg. 6. Occurrit non semel in Chartis Hispanicis apud Antonium Brandaonem in Monarchia Lusitana lib. 8. cap. 14. & tom. 4. pag. 261.

ALFANEGUE, *Alfanex.* Charta Hispanica æræ 1016. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. *Lectos cum suos tapetes, ---cum suos plumatos paleos, & Græciscos, & suas sabanas literatas, & facieles alfanegues, in panos gratiscos,* (Græciscos) *& 16. Genapes paleas &c.* Testamentum Arnaldi Archiepisc. Narbon. an. 1149 apud Catellum: *Laxo coopertorium martrinum & pelles meas de alfanex, &c.* Infra: *Præter fulcra serica & coopertorium unum de alfanex.* Vox videtur origine Arabica.

ALFAQUAQUUS, apud Gregorium Lopes ad Leges Alfonsinas, 2. part. tit. 31. lege 1. *Alfaquaquus seu redemptor captivorum feret vexillum semper erectum quocunque vadat, & per viam regalem & rectam pergat, non extra, in eaque maneat noctu, &c.* Ubi Lex: *Alfaqueques, tanto quiere dezir en Aravigo, como omes de buen ayerdad, que son puestos para sacar los captivos, &c.*

ALFARDA, Vox Hispanica, seu potiùs Arabica, in Foris Aragon. lib. 4. tit. *de Alfardis. Vidimus contineri, quod propter defectum & nimiam elongationem alfardarum exolvendarum, cequiæ & bracales remanent repletæ & obstructæ terra, sordibus & immunditiis, &c.* Mox: *Alfarderii*, collectores alfardarum. Vox Hispanica, quæ tributum, Principi debitum, sonat. Tributum Principi debitum. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio in hac voce.

ALFECHNA, Vox Arabica, in Fœdere inito inter Sanctium Pampilonensium Regem & Almugdadyrium an. Chr. 1073. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. *Et si noluerit se levare Sanctius Ranimiriz de terra de Almutadyr: statim cavalguet Sanctius Rex super Sanctio Ranimiriz ad faciendum damnum in sua terra, & inter amambos donent ei alfechna, sicut in ligamentos primos scriptum est.* Apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 24. *Alfetna* legitur. *Non requiram contra tuam partem plus terram, nisi istam, quam pater meus mihi donat, & suprà est scriptum: in qua non ponam tibi azaguia, aut albodera, qua tibi terram tuam tollam, nec pro pacem, nec pro alfetna, nec cum Mauros, nec Christianos.*

ALFERUS, Hispanis vexillifer, vexillarius. *Alferazes jèr signiferi*, in Charta Gregorii X. PP. ann 1275. apud Petrum Mariam in Regesto part. 2. Hist. Eccl. Placentinæ: vox efficta ex Latino Aquilifer, uti censent Ambrosius Morales in Hist. Hispan. tom. 2. pag. 7. Oyenartus in Notitia Vasconiæ lib. 2. cap. 4. & alii, quos laudat V. C. Ægid. Menagius in Originibus Ital. pag. 32. & 952. Sed potior videtur aliorum sententia, qui ab Arabico deducunt, *Alpheres*, Eques. Chartam Adelphonsi Imperatoris Hispaniæ æræ 1188. *Nunio sancti Petri;* & aliam æræ 1215. *Martinus Gunsalvi subscribunt cum dignitate Alferis Imperatoris*, apud *Yepez* tom 5. pag. 438. & in Bibl. Cluniacensi pag. 1436. de qua dignitate apud Navarros agit eodem capite Oyenartus.

Alferena, Vexillum Alferi. Vetus Charta apud eundem *Yepez* tom. 6. pag. 17. *Et contrarius fuisti contra meos inimicos & infideles, & mecum tenuisti mea alferena.*

ALFETAR. Constantinus Africanus de Anima & Spiritu: *Procedit quoque ex parte cerebri, & descendit per os colli in omne alfetar, qui sunt nodi spinæ, &c.* Vox Arabica.

ALFETNA. Vide *Alfechna.*

ALFETUM, Caldarium, calefactorium, hypocaustum, cujus usus erat in probationibus aquæ calidæ. Vox Saxonica *Alfat*, composita ex ælan, aliâs onælan, accendere, & ꝼæꞇ, vas, quasi calefactionis vas. Leges Adelstani Regis apud Bromptonum cap. 19. *Et si aqua judicium sit, calefiat, donec excitetur ad bullitum, & sit alfetum ferreum vel aneum vel plumbeum.*

ALFITA,

ALFITA, species tributi apud Mauros Hispanos. Vide Brandaonem in Monarchia Lusitana lib. 11.c.32.

ALFOZIS. Charta Ferdinandi Comitis Castellæ æræ 972. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ordinis S. Benedicti tom. 1. pag. 31. Appendic. *Fromesta, Avia, Ferrera, istæ prædictæ cum omnibus villis suis ad suas alfozes pertinentibus, carneros domus octo faciunt se ad unum.* Infrà: *Cum suis villis ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus singulos arienzos.* Ibidem: *De unaquaque alfoze, singulos boves.* Habetur hæc formula passim in hac Charta.

ALFUNDICUS. Vide *Fundacus.*

ALGALIA, & *Argalia*, Instrumentum, quo liquores in vesicam mittuntur. Matth. Silvaticus.

ALGAMMATA, Summitates. Ita Glossa ad hunc versum Magistri Cornuti, seu Joannis Garlandi:

Tardus ad Uranici scandes algammata cæli.

ALGARDUM. Vide *Halgardum.*

ALGEBRA, Scientia numerorum, de cujus vocis etymo sic Joannes Schrivelius, in brevi Regularum Algebræ descriptione: *Porrò harum regularum inventionem adscribunt Diophanto Græco scriptori, qui ut auctor Regiomontanus, libris 13. eas descripsit, atque ut Latini Rei & Census, sic Arabes regulas illas vocabulo suo appellare solent Algebras.* Pseudo Ovid. lib. 1. de Vetula:

Sed quia de ludis fiebat sermo, quid illo
Pulcrius esse potest exercitio numerorum?
Quo divinantur numeri plerique per unum
Ignoti notum, sicut ludunt apud Indos
Ludum dicentes Algebra, Almucgrabalæque, &c.

Idem lib. 2.

Algebræ memor, qui ludus Arithmeticorum.

ALGENIA, *Dolor algidus, ab Algeo dicitur, quia facit algere.* Joann. de Janua. *Algiosus*, δύσριγος, in Gloss. Lat. Gr.

ALGIA, Modus vineæ vel agri. Vetus Charta in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 31. *Quòd Boso Miles & uxor ejus Vandalmodis pro remedio animarum suarum concedunt Deo sanctoque Mauricio aliquantulum hæreditatis suæ, videlicet algiam unam vineæ ex parte terræ Leutardi in villa, quæ nominatur Garzinus, in loco, qui dicitur Chavagneus, &c.*

ALGORISMUS, Arithmetica, numerandi ars, Hispanis, *Alguarismo.* Vox Arabica. Matthæus Paris anno 1252. *De quibus figuris hoc maximè admirandum, quòd unica figura quilibet numerus repræsentatur, quod non est in Latino, vel in Algorismo.* Vita B. Hermanni Josephi n. 41. *Cifra algorismi.* Vide Clavium lib. 1. Algebræ cap. 1.

ALGOZIRIUS, vulgò Hispanis, *Algozyr.* Occurrit in Curia generali Cataloniæ Cervariæ celebrata sub Petro III. Rege Arag. anno 1359. Idem qui

Alguazilus, vel *Alguazirus*, Justitiarii dignitas apud Arabes. Rodericus Toletan. in Hist. Arab. c. 39. *Tunc Rex Issem misit Zabor Justitiarium, qui apud eos dicitur Alguazilus.* Occurrit ibid. c. 36. & 46. Vocem retinent etiamnum Hispani, *Alguazil*, estque apud illos Officialis Præfecti, vel illius judiciorum executor. Leges Alfonsinæ, seu Partidæ, part. 2. tit. 9. lege 20. *Alguazil llaman en Arabigo, aquel que ha de prender, & de justiciar los omes en la Corte del Rey, por su mandado, o de los Juezes que judgan les pleytos, &c.* Ubi plura de ejus functione. Vide Repertorium Michaëlis *del Molino* in hac voce, & Foros Aragon. lib. 1. tit. *de officio Alguazili.*

Alguacellus, in Charta Silonis Regis Ovetensis ann. 777. apud Sandovallium.

ALGUEXIS, *Albexis.* Charta Ferdinandi I. Regis Hispaniæ æræ 1101. apud *Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 6. *Mantos duos aurifusos, alio alguexi auro texto, cum aliis Græcisco, inde misso Cardeno, casula aurofusa, cum dalmaticis duabus auro fusis, & alia albexi auro texta.*

ALGUS, us, pro algor, ἄλγος. Vetus carmen edit. à Barthio lib. 34. adversf. c. 1.

Siti & fame, calore & algu mortuis
Malagma præbetur potens.

ALHOBZES, in Charta Alfonsi I. Regis Aragonum apud Blancam in Comment. Rerum Aragon. pag. 789. vox Arabica, qua arces & castella denotantur, ut idem Blanca existimat. Locum vide in *Rancurantes.*

ALHODERA. Vide *Alfechna.*

ALIAMA, vel *Alcama*, Hispanis, est Synagoga Judæorum, Concilium, coitio, &c. Hinc & *conciliariter seu aliamaliter obligari*, dixit Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in v. *Censualia.* Vide in *Aladma*, & Observantias Regni Aragon. l. 2. tit. de Foro competenti §. 3.

ALIBUM. Vide *Alebra.*

ALICULA, *Allicula.* Papias: *Allicula, signum vestis, genus vestis.* Fragmentum Petronii: *Barbarus ingens fasciis cruralib. alligatus, & alicula subornatus polymita, &c.*

ALIDA. Charta ann. 1276. apud Perardum in Burgundicis p. 534. *Decimam bladi, vini, leguminum, caparum, alidarum, cannabium, &c.* Fortè hîc *alida* est allium, nostris *Ail.*

ALIENATUS, *morbus*, in bobus, ita dictus, inquit Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap. 23. *quòd animalibus eripit sensus.*

ALIENIGENÆ, Extranei, qui aliunde veniunt locum aliquem incolere, *Aubains*, Albani. In veteri Charta Gallica, *Alienes.* Gloss. Lat. Gr. *Alienigena*, ἀλλοεθνής. Alterius fundi incola, in leg. 2. Cod. Theod. de Desertorib. Isidorus lib. 10. *Alienigena, qui alienæ regionis est, & non ejus, ubi est.* In Regesto Philippi Aug. Herouvalliano: *Comes Flandrensis & Comitissa Ada & Comitissa Alienor habuerunt alienigenas per totam terram suam.* Alibi: *Vidit tempore Comitissæ Flandriæ, quòd capiebat alienigenas, ubicumque eos inveniebat, & nullus Miles poterat retinere hominem alienigenam, nisi dominus Calniaci.* Adde Perardi Burgundica pag. 299. & Monastic. Angl. tom. 1. p. 618. Vide *Albanus.*

Alienes dicuntur Leguleis Anglis vernaculis, ii, quorum patres, atque adeo ipsi alieni extra regni metas nati, in regnum veniunt commorandi gratiâ. Eorum liberi, dummodo alienigenæ ipsi non sint ex hostibus Regis, non alienigenæ erunt; sed Angli: similiter si quis regnicola cum Regis licentia regno excedat, ejus liberi non erunt alienigenæ. Rastallus. Vide Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. p. 1003.

ALIENIGENARE, Distrahere, vendere, alienare. Vetus Inscript. Romæ: *Qui hoc monimentum vendere aut alienigenare voluerit, dabit ærario Populi Romani, &c.* Charta Alamannica 1. inter Goldastinas: *Si autem potestas Monasterii istam traditionem inrumpere, & eos alienigenare conaverit.* Tabul. Eccl. Caturcens. *Post suum discessum alii Clerici similiter teneant---non habeant licentiam donare, vel alienigenare.* Occurrit ibi non semel.

ALIENUS, Exemptus; *Alienare*, Eximere. Lex 4. Cod. Theod. de Collatione donat. *Hunc à conlatione jubemus esse alienum.* Lex 84. eodem Cod. de Decurionibus: *Quos aut objectus debilitatis alienat, aut senectus pigra remoratur.* Willelmus Tyrius lib. 12. cap. 10. *Juniorem Boamundum---ab Antiochia, quæ paterna ei hæreditas erat,---fecerit alienum.*

ALIENILOQUIUM. Eucherius de Græcis nominibus: *Allegoria, alieniloquium, vel potiùs inventio.*

ALIERIUS, Arboris species, Belgis nostris, *Alier.* Charta Henrici Comitis Trecensis an. 1165. in Tabul. Campan. *Notum facio, quòd in foresta mea de Ioyaco quercum, fagum, pomum, pyrum, esculum, alierium, & corberium propriæ defensionis meæ, & proprii juris mei ita habeo, quòd nemo, nisi illi soli, quorum nemo-*

ra fuerint, ad prædictas arbores manum apponat. Illi verò ad solum herbergagium suum eos poterit accipere.

ALIFANI, *Calices poculorum.* Papias.

ALIGERARE, Volare, apud Alvarum in Vita S. Eulogii Presb. & Mart. n. 21. *Columba---secans aera pennis, super corpus Martyris aligerans sedit.*

ALIGINNASIUM. Charta Edmundi Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 842. *Caveant hæc frangentes claustra infernalia, gaudeantque Jesu aliginnasio hæc augentes eulogia.* Distinguenda forte verba, *ali ginnasio.*

ALIMONIA, *Alimentum*: Gregorius Turon. in vita S. Aridii pag. 215. *Artemius---opportunè suggessit, ut alimonia Fratribus parari deberet.*

ALIMIA, *Incorruptum quid, ut unguentum.* Ita Papias MS. Editus habet *alivia.*

ALIMOTUS. Vide *Halimot.*

ALIPHANUS, *Scyphus parvus, habens parvum foramen ad modum vitri gutturati, & dicitur quasi alens infantes.* Breviloq.

ALIPHASIS. Charta Rudesindi Episc. Dumiensis æræ 930. apud *Yepez* in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 5. *Plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8. aliphases vulturinos 5. almocallas morgomes 6. fatoles paleos 2.* ubi *paleus*, est ex pallio, sericus: *almocala* pro *almucella.* Vide in *Almucia.* Sic passim voces depravantur in veteribus tabulis.

ALIQUALITER. Ex parte, quodammodo, in Histor. Cortusiorum lib. 11. cap. 11.

ALIRUNNÆ, *Aliorumnæ.* Vide *Alyrumnæ.*

ALISORIUM, *Cultellus sutoris.* Breviloq.

ALISCARA. Vide *Harmiscara.*

ALISTRARE, *Humectare*, in Glossis Isidori.

ALITARIS, *Meretrix, quæ à scurris nutritur.* Breviloq.

ALITER. Malè, perperam. *Aliter agere*, malè, perversè, indecorè. Phrasis familiaris Goffrido Vindocin. lib. 1. Epist. 7. lib. 2. Epist. 7. 8. lib. 3. Epist. 27. 41. lib. 4. Epist. 12. 47. &c.

ALITHINUS, Gr. ἀληθινὸς, Purpureus. Anastasius Biblioth. in S. Zacharia. *Simulque & vela serica alithina quatuor.* Occurrit passim apud hunc Scriptorem in Vitis PP. pag. 122. 127. 131. 132. 139. 140. 142. 165. Edit. Reg. & in Hist. Eccl. pag. 95. Trebellius in Claudio, chlamydes purpureas *veri luminis* vocat. Alypius Antiochenus in Descript. Orb. cap. 17. §. 12. *Quomodo & Iydda purpuram altinam.* Leg. *alitinam.* Ita cap. 30. *Purpuram bonam alicem*, pro alitinam. Epist. Michaëlis Balbi & Theophili Impp. ad Ludov. Pium apud Baron. ann. 824. *Tyria duo, blattas veras duas, diarodina duo, &c.* Græca habuerunt ἀληθινάς. Myrepsus ait, rubiam τὰ ἀληθινὰ βάπτειν, *vero colore inficere.* *Vrina rubea alythina*, apud Constantinum Afric. lib. 8. Pantechn. cap. 3. 5. Utuntur Græci recentiores crebrò hac voce in hac significatione. Moschopulus MS. ad cap. 4. Agapeti: βυσσὸς, τὸ κόκκινον βάμμα, ὅπερ λέγουσιν ἰδιωτικῶς τὸ ἀληθινόν. Hesychius: Κιννάβαρι, χρῶμα ἀληθινόν. Vide Salmasium ad Trebellium Pollionem.

ALIVUS, vel *Alinus*, dicitur agger juxta aquam. Breviloq.

ALIXONA, Charta Aldrici Episcop. Cenom. in ejus vita num. 31. *Statuimus, ut accipiant supradicti Canonici & Fratres nostri de frumento optimo modios quatuor, & insuper de potione, quæ vulgò Alixona dicitur, modium unum, &c.*

ALLA. Vide *Acla.*

ALLAH, vox Arabica, Deus. Charta Alboaçem Regis Mauri Conimbricensis ann. 734. apud Sandovallium in Rege Favila: *Si Christianus fuerit* (iverit) *ad mesquidam, vel dixerit malè de Allah, vel Mahamet, fiant Maurus, vel matent eum.*

ALLASSON, ex Græco ἀλλάσσων, versicolor, qui subinde colorem mutat. Vopiscus in Saturnino: *Calices tibi allassontes versicolores transmisi.* Vide ibi Salmasium.

ALLATERARE. Vide *Adlaterare.*

ALLEC, pro *Halec*, *pisciculus ad salsamenta idoneus, vel liquamen ex piscibus.* Papias. Gloss. Gr. Lat. ἰχθάριον λεῖαρ ἰχθυμένον, *Allec, Allex.*

ALLECTATIO, Illecebra. Acta Martyrum SS. Tharaci & Sociorum apud Baron. ann. 290. *Præses dixit: Verùm quod loquor tecum in allectatione? Tharacus dixit: Allectatio tua tecum sit.* Ubi *in allectatione*, videtur sumi pro suaviter, dulciter, ab *allicere*, vel *allectare*, quod est *frequenter allicere*, apud Papiam.

ALLECTI, *Allectores*, λογογράφοι, veteri Glossatori apud Cujac. lib. 11. Obser. c. 26. sic dicti, quòd suscipiendis tributis fiscalibus *allegentur*, leg. 11. 12. & 13. Cod. Theod. de Suscept. præpos. & arcar. Eorum officium *Allegatio* in leg. 11. Cod. eod. *Allectura* in Lugdunensi Inscript. apud Gruterum pag. 375. *L. Besio---Allectori Galliarum ob allecturam fideliter administratam.* Occurrunt præterea apud eundem non semel *Allectores* pag. 245. & 471. Vide Sidon. lib. 5. Epist. 7. & ibi Savaron. & Jacob. Gothofredum ad leg. 13. Cod. Theod. de Susceptor.

ALLEGARE, Latinis Scriptoribus, est mittere, vel aliquem legare ad alium. Papias: *Allegare, mittere, mandatis instruere.* S. Augustinus Epist. 159. *Ad eum quoque literas dedi, quas rogo ut ipse illi tradere, & allegare, si opus est, non graveris.* Adde S. Ambros. Epist. 32. *Allegare testes*, producere in jure; *allegare preces*, supplicare per scriptum, quod ad judicem seu Principem mittitur. Gloss. Gr. Lat. ἱκεσίαν προσφέρω, *Allego.* Gloss. Lat. Gr. *Adlegat*, παρατίθεται μάρτυρας. δεήσεις προσκομίζει, προσαγγέλλει. Apuleius in Apol. *Tacitas preces Deo allegasti.* Cæsarius Arelatens. Serm. 12. *Si apud aliquam personam potentem velles aliquam causam allegare necessariam*, &c. Optatus lib. 3. *Cùm easdem preces apud Africanos judices allegarent.* Ubi observanda loquendi formula, *apud judices*: inde enim alia orta: *Donationum instrumenta apud acta allegare*, in leg. 3. Cod. Theod. de Donat. pro *in acta referre.* Qui enim actis publicis rem, à se factam vel impetratam, inseri curat, *apud acta allegat.* Sed & *gestis allegare* dixerunt. Testamentum S. Hadoindi Episc. Cenomanensis: *Et ibi testamentum meum cùm apertum fuerit, vobis prosequentibus, apudque publica gestis municipalibus faciatis allegare.* S. Augustinus Epist. 158. *Si necesse fuerit, etiam gestis jubete allegari Epistolas meas.* Papianus lib. Responsor. tit. 2. *Donatio--- si gestis fuerit allegata.* Et alibi passim. *Allegatio gestis inserta*, in lege 3. Cod. Theod. de Hæretic. *Allegationis gesta*, apud eundem Augustinum lib. 2. contra Petilian. lib. 2. cap. 97. Adde cap. 83. 92. lib. 3. cap. 57. *Donationes solenni gestorum allegatione firmare*, apud eundem Papianum tit. 24.

Interdum *alligare*, pro *allegare.* Charta ann. 1032. apud Columbum de San-Rufensibus Canonicis: *Tempus legis istius donationis causâ non sine gestorum testificatione valebat, nunc vero post hanc legem nec qualibet donatio valere potest, si gestibus fuerit alligata.* Charta Vidiciani Episcopi Atrebat. apud Baldricum lib. 1. cap. 25. *Lex priscorum quoque exposcit auctoritatem, ut quicunque voluerit de rebus suis propriis vendere, cedere, condonare, suum instrumentum secundùm legem Salicam licentiam habeat alligare.* Primum Testamentum Widradi Abbatis Flaviniac. *Quam manu mea propria subterfirmavi, & bonorum hominum signis, vel alligationibus roborandam decrevi.* Adde Gregor. M. lib. 2. Ind. 10. Epist. 9. lib. 7. Ind. 1. Epist. 6. Ind. 2. Epist. 72. 86. lib. 10. Epist. 12. lib. 12. Epist. 10. Chartam veterem apud Doubletum pag. 739. & Marculfum lib. 2. form. 27. ubi habetur formula ejusmodi *allegationum*, & in acta publica donationes aut testamenta referendi.

Alle-

Allegationes partium, in leg. 2. C. de Relationibus leg. 11. Cod. Theod. de Appellat. rationes, quas reus & actor producunt. Gloss. Gr. Lat. *διδασκαλία πράγματος*, *Allegatio*, *instructio*. *δικαιολογία*, *Allegatio*: hinc nata nostris vox familiaris, *Alleguer*, doceo, qui instrumenta, vel testes, vel rationes pro suo jure tuendo profert.

Allegationes, pro legatis in acta publica relatis, apud Anastasium in S. Julio PP. *Donationes, commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel allegationes, &c.* quo sensu *allegare* usurpat Flodoard. in Gestis PP. in Zachar.

Allegata sacris locupletia prædia cedunt.

Idem in Stephano II.

Sicque Duci sese allegans, fidoque patrono.

i. se ei committens, donans. Tradit. Fuld. lib. 3. cap. 1. *VVarmundus --- quædam beneficia in VViggeres --- in manus Gerboldi Comitis de Hennaberg ea lege allegavit, ut eadem beneficia & mansipia in altari S. Bonifacii in Fulda pro remedio animæ suæ fratribus ejusdem Ecclesiæ in recordationem anniversarii ipsius delegaret.*

Allegatores, in Charta an. 1207. apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 230. videntur dici sponsores, vades, &c.

ALLEGARE, Ligare, sacramento sibi devincire, in suam *Ligam* trahere: Italis *Allegare*, far lega. Benno Cardinalis in Vita Gregor. VII. PP. *Clericos & Laïcos juramentis allegavit, ne ulla ratione, ullo tempore condescenderent in causa Regis.*

Allegatus, Confœderatus, nostris *Allié*: quasi fœdere invicem *ligatus*: hinc etiam *Alliance*, vox Gallica pro *parentela*, seu cognatione, qua cognati & agnati invicem alligantur. Vide V. Cl. Ægid. Menagium in Orig. Ital. Levvoldus Northovius in Chronico Markano an. 1347. *Inter Episcopum & cives Leodienses & ipsorum allegatos pax est facta.*

ALLEGIARE. Vide *Adlegiare*.

ALLEN, vox, quam Ludovicus II. Dux Burbonensis pro symbolo usurpavit; quæ characteribus aureis transversariè exarata legitur in scuto argenteo, in Oratorio, quod superiori Castelli Molinensis Capellæ adjacet, & in Capella Burbonensi ad Luparam, Lutetiæ: quod quidem symbolum dimisit postea, viceque illius hocce verbum usurpavit: ESPERANCE. Vide Orronvillam in Vita ejusdem Ludovici cap. 3. & Favynum in Theatro Honoris pag. 767.

ALLELUJA, vox Hebraïca, quæ: *Laudate eum*, significat: unde Amalario lib. 4. cap. 48. dicitur *ad gaudium & laudem pertinere*. Gloss. Græc. MS. Regium cod. 1673. *Ἀλληλούϊα, αἶνος τῷ ὄντι Θεῷ, ἢ αἰνεῖτε τὸν Χριστόν.* S. Augustinus Serm. 1. de Diversis cap. 1. *Nostis, quia Alleluja Latinè dicitur, Laudate Deum.* Sic Serm. 5. cap. 9. Serm. 6. cap. 9. Arnobius Junior in Psalm. 104. *Alleluja in isto Psalmo principium sumpsit, quam qui interpretantur, Gloria Deo Creatori omnium; verum dicunt.* Sed de vocis significatione, & ejus usu in Ecclesiasticis officiis multa suggerunt Scriptores de Divinis Officiis, præterea Baron. ad Martyrol. 22. April. & in Annal. ann. 384. n. 22. Binius ad Concil. Tolet. IV. can. 11. Haeftenus lib. 7. Disq. Monast. tract. 8. disq. 2. & alii.

Alleluja clausum, quando in sacris liturgiis desinit cantari. Regula Magistri cap. 28. *A Pascha usque ad Pentecosten non licet jejunare, quia Sabbatum Paschæ claudit tristitiæ jejunia, & Sabbatum Pentecostes aperit lætitiæ Alleluja: & Sabbatum Pentecostes claudit Alleluja, & aperit jejunia: Sed Ecclesiis clauditur Alleluja.* Vetus Placitum sub Guillelmo I. Rege Angliæ apud Seldenum ad Eadmerum pag. 199. *Ab illo die, quo clauditur Alleluja, usque ad Octavas Paschæ, &c.* Petrus *de Fontaines* in Consilio à nobis edito c. 5. § 6. *Sairemens cesse dés le commencement de l'Avent, duskes à lendemain de la Teffaigne, & deske l'Alleluje clost, jusques à la quinzaine de Pasques.* Charta Gallica ann. 1282. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. *Et si volons --- que toutes les Dames & les Renduës, qui aprés l'Aleluie se saineront, aient leur saniez ainsi come en autre tans.* In omnibus autem Ecclesiis Alleluja cantari à Paschate ad Pentecosten, auctor est S. Augustinus Epist. 86. 119. & Serm. 5. de Diversis cap. 9. sed extra Paschale tempus Damasum PP. in Ecclesia Romana instituisse, ut caneretur certis temporibus, auctor est Gregorius M. lib. 7. Epist. 63. uti illius verba capienda censet Baronius. Unde & in Dominicis, quæ sunt ab octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, & in Dominicis, quæ sunt ab octava Pentecostes usque ad Adventum, cantatur, ut observat Durandus lib. 5. cap. 4. n. 5.

Alleluja dominicalia, quæ diebus dominicis cantantur, apud Honorium Augustod. lib. 4. cap. 98.

Alleluja duplex, quod repetitur, ac bis dicitur. Vide Durandum lib. 6. cap. 89.

Alleluja, in clamore bellico pronunciatum testantur Constantinus de Vita S. Germani lib. 1. cap. 19. apud Surium tom. 4. Ado Viennensis in Chronico, ubi de eodem S. Germano, & Ordericus Vitalis lib. 12. p. 887.

Allelujaticum, Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Allelujatico cum Capitello expleto.* Regula S. Aureliani: *Binos Psalmos cum suis allelujaticis dicant.* Zixilanes Episcopus Toletanus in Vita S. Ildephonsi Episcopi Toletani n. 3. *Psallebat* (Clerus) *Allelujaticum, quod ipse Domnus Ildefonsus nuper fecerat: Speciosa facta est, Alleluja.* Vide *Psalmi Allelujatici*.

Allelujaticum melos. Victor Uticensis: *Lector unus, pulpito sedens, Allelujaticum melos canebat.* Alcuinus de Officiis divinis: *Unde & in Officio Missæ earundem vigiliarum festivum Allelujaticum melos intermittimus.* *ἀλληλουϊάριον λιτόν*, in Synodo Trull. cap. 75. *Allelujaticum Invitatorium, Allelujaticæ Antiphonæ*, quæ per *Alleluja* clauduntur apud Joannem Episcop. Abrincensem de Offic. Ecclesiast.

Alleluyatice, cum *Alleluya*. Ordinarius MS. Eccles. Rotomag. *Responsoria de Horis alleluyaticè dicantur.*

ALLENÆ. *Corrigiæ frænorum.* Papias.

ALLETES. Consuetudines & Usatica Vicecomitatus Aquarum Rotomagi MSS. *Entre les autres coustumes, il est une coustume, que l'on appelle les alletes, a laquelle coustume il appartient, que de Pasques jusques a la Trinité, quiconque porte poisson d'eau douce à col, il paye 1. den. à cheval 4. den. en boutaille 1. den. mais qu'il ait mis le poisson de son col en la boutaille, & se il y a mis autrement, il paiera 4. den. pour la boutaille.*

ALLEVAMENTUM, Impositio tributi, Gallis, *Levée*. Charta Guillelmi Comitis Forcalquerii an. 1206. pro Manoscensibus: *Remitto --- omnia mala usatica, & omnia mala allevamenta, omnesque malas & pravas consuetudines, &c.*

ALLEVIARE, Levem facere, Gall. *Alleger*. Charta Guidonis Comit. Pontivi, apud Hariulfum lib. 4. cap. 22. *Nostram præsentiam adiit, deprecans ut consuetudinem 20. porcorum, quam habebant in villa --- alleviarem.* Alia Henrici Comit. Trecensis an. 1165. in Tabul. Eccl. Meldensis fol. 2. *Meldensem monetam nec possum mutare, aut alleviare.* Charta Philippi Regis Franc. ann. 1309. in 2. Regesto ejusd. Reg. ex Tabulario Regio n. 192. *Item mercaturas, quas dicti mercatores tradent & liberabunt per compotum batelarii, alleviando naves pro veniendo de Lora apud Harefleu, &c.* *Alleuvier un étang*, in Consuetud. Trecensi art. 87. & Vitriac. art. 37. (sic enim in iis legendum arbitror,) est aquam ex stagno effundere, ut faciliùs fiat piscatio. Italis *Alleviare*, est exonerare.

Alleviamentum, Levamen, Gallis, *Allegement*, in Miracul. S. Ludgeri Episc. n. 24. Vide V. C. Ægidii Menagii Origines Italic. verbo *Aleggiare*.

ALLEVIUM. Vide *Alegium.*

ALLEUM, pro *Allium*, & *Alleatus* pro *Alliatus*, allio conditus, occurrit apud Will. Thorn.

ALLIBRATI, *dicuntur, qui descripti sunt in libro civium, vel Comitatus alicujus civitatis.* Breviloq.

ALLICULA. Vide *Alicula.*

ALLIGARE, Confœderare, *Alligatus*, Fœderatus, apud Falcon. Beneventanum pag. 261. 281. 288. Vide *Allegare, Adligiare.*

ALLIGER, *Gallus*, in Gloss. Isidor. quasi ad Ligerim habitans, inquit Vulcanius.

ALLIMPOLE, Delirus, ut videtur, in Chronico Windesheimensi lib. 2. cap. 50. *Eo quòd plusquam octogenarius, inutilis, & grandævus, sensuque deficiens allimpole videretur.*

ALLITOR, *Cementarius.* Breviloq.

ALLO, in Breviloquo, dicitur *Instrumentum acuendi cultellos, & est lapis rotundus, cum quo, vel in quo faber purgat instrumenta, ut sint acuta. Dicitur etiam Alla.*

ALLOCARE, Admittere rem ut veram & probatam, vox forensis: Gall. *Allouër.* Bracton. lib. 3. tit. de Corona cap. 2. *Poterit --- petere sibi allocari, quod appellans est latro cognoscens, &c.* Occurrit ibi pluries, & in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 114. lib. 5. cap. 4. §. 18.

Præsertim verò *allocari* dicebantur *libertates Ecclesiarum*, cùm Justitiarii itinerantes, aut alii à Principe ad id selecti, instrumenta & chartas, in quibus eæ continebantur, evolvebant, vel de iis *inquestas* faciebant. Ejusmodi sunt *allocationes* in Itinere Camerarii Scotici cap. 39. §. 42. ubi de *allocationibus factis per Præpositum burgi.* Harum formula extat apud Willelmum Thorn cap. 3. *Anno supradicto sederunt domini Hervicus de Stontone, & socii sui Iustitiarii itinerantes in Comitatu Cantiæ, coram quibus allocata est suprascripta libertas,* (Ecclesiæ S. Augustini Cantuar.) *pro qua Abbas submonitus fuit ad respondendum eis, Quo vvaranto clamat habere* Soke & Sake, Grithbretch, *in terra & in aqua in maneriis suis, &c,* Infrà: *Et quòd omnes illæ libertates alias in ultimo itinere Joannis Berevvik & sociorum suorum Justitiariorum itinerantium in Comitatu isto allocatæ fuerunt, &c.* Adde pag. 1962. *Alloüances*, Angli istius generis *allocationes* vocant. Charta Edvv. III. Reg. apud eundem Thorn. pag. 2077. *Si vous truessez par chose de record, come par alloüance, ou en autre manere, que les predecessours ledit Abbé ont esté payez desdits dis livres du manoir avantdit, &c.* Vide Stanfordium lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 45.

Allocabilis, Qui allocari potest. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 138.

Essonium allocabile, quod admitti & recipi potest: excusatio, quæ recipi potest, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 26.

Porrò vocem *Allocare*, à Gallica *Alouër*, plerique deducunt: sed unde vox *Allouër* efficta sit? non planè constat: nam vix crediderim idem sonare, quod *locum dare*, uti quidam censent: quippe nostris locus, *Lieu*, dicitur, non *Lou.* An igitur à voce, *Louër*, id est, *Locare*, aut *elocare?* ut qui *allocant aliquid*, idem agant, quod qui ædes locationi addicunt, cujus usum inquilino permittunt? an verò à *laudare*, seu *allaudare*, (nam & hoc vocabulo usus est Plautus,) quod idem est quod probare? Certè constat, nos etiamnum *Loüer*, & *aggreer*, usurpare, pro *admittere.* Sed & *allocare*, pro *locare* usurpat Thvvroczius in Calomano Rege Hungar. cap. 62. *Allocans pecunia maxima exercitum copiosum.* Ita MS. Codicem præferre monet Editor Consuetud. Normann. art. 67. *Le Seigneur peut saisir pour sa vente les bestes pasturantes sur son fonds, encore qu'elles n'appartiennent à son vassal, ains à ceux, qui tiennent l'heritage à loüage, ou qui ont alloüé lesdites bestes.* Ubi *allouer* est locare, conducere. Itali *Allogare*, pro *dar luogo* dicunt, vel pro *dare in affitto*, locare, ut pluribus docent Albertus Acharizius, Jacobus Pergaminus, & Cruscani. Denique ab *allaudare*, deducta fortè vox, *Aloser*, apud Poetas nostrates, pro laudare. *Le Lusidaire:*

Moult fu courtois & alosés.

Le Roman de Garin:

Et vos Guillaume de Monclin l'alosé.

Occurrit passim apud hunc Scriptorem. Guillelmus *Guiart:*

Mult le deust bien aloser.

Le Doctrinal:

Vous ne vous devés mie par mesdire avanchier,
Ne pour vous aloser autrui desavanchier.

ALLOCATUS, *Alloquatus*, Procurator, qui pro alio agit, spondet, qui ad id *locatus*, vel *allocatus* est, ut vicarii vicem agat. Concilium Andegavense ann. 1269. can. 1. *Quidam domini temporales & eorum allocati, inhibent seu inhiberi faciunt subditis suis, &c.* Libertates Salvæ-Terræ in Diœcesi Rutonensi an. 1284. *Alienigenæ --- qua dictum defensum ignoraverint, pœnæ non subjaceant; sed alias ad nostri allocati arbitrium puniantur.* Charta anni 1290. in Regesto Comitum Inculismensium in Camera Comput. Paris. *Quem sic condemnatum per eosdem Abbatem & Conventum, seu alloquatos eorum, dictus Comes, vel alloquatus suus, debet recipere ad requisitionem eorum, &c.* Alia Isabellæ Dominæ Credonii an. 1265. in eod. Regesto: *Et s'il avenoit, que le Comte ou ses gens ne feissent tort ou force ésdites choses, é ge l'eusse requis, ou fet requerre lui ou ses aloez, & il me fu defaillans d'amenter le forfet, &c.* Adde Concilium Salmuriense an. 1253. can. 8. 24. Langiense an. 1278. can. 2. Littletonem sect. 514. & Chartas aliquot apud Augustinum *du Pas* in Stemmatibus Armoricis part. 1. pag. 251. & in Stemmate Acignianensi pag. 591.

ALLODIUM, pro *Laudamento*, seu *Laudimio*, Gallis *Lots & ventes.* Charta Friderici Imp. an. 1157. in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 81. *Ut nulla persona magna aut parva --- à præfatis fratribus, servis & colonis eorum pedagium, exactionem, leydam, aut aliquid simile petere, vel levare, aut de acquisitis allodium accipere præsumat: sed liberi & immunes vendant, acquirant, transeant, &c.* Metellus in Quirinalibus pag. 92. *Mortuus occultatur, ut allodium capiatur, quod singulis promiserat Principibus tribui.* Vide *Alodis.*

ALLOGUS. Papias: *Allogus, nota, quæ in libris adhibetur ad mendas.*

ALLOPITIUM, pro *Alopecia*, ex Græc. ἀλωπεκία, defluvium capillorum. Liber Mirabilis, seu Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis, ch. 59. *Perculsa divinitus multa febre & allopitio, &c.*

ALLOQUI, Impugnare, impetere, contradicere, in Wichbildo Magdeb. art. 4. §. 1. art. 61. §. 1. 2. art. 69. 82. &c.

Alloquutio, Contradictio, ibid. art. 4. §. 1.

ALLOVERIUM, Marsupium, Gallis olim nostris, *Aloiere.* Fleta lib. 2. cap. 82. §. 2. *Trituratores ac ventrices nequicquam bladi furentur in suis sotularibus, cirotecis, alloveriis, bursis, seu pantoneriis, vel sacculis. Le Roman du Dit du Chevalier MS.*

Riche cheinture, & aloiere,
Que chascun appellent Gibeciere.

ALLUGO. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Allugo*, ꝼẏne. *Alluginosus* ꝼẏniᵹ, id est, mucidus, ubi *Uligo*, & *Uliginosus*, restituit Somnerus.

ALLUX. Gloss. Isid. *Allex, pollex in pede.* Festus: *Allex, pollex, scandens proximum digitum: quod velut insiliisse in alium videatur.* Ita quidem veteres: at posteriores *Allux* dixerunt. Ebrard. Bethuniensis in Græcismo:

Est manuum pollex; sed dicatur pedum allux.

Onoma-

Onomaſticum: *Hallux*, ἀλλὶξ. S. Althelmus lib. 1. de Virg. cap. 42. *Dum linis olei liquore delibutis digitorum articulos & palmarum pollices obvolverent, ſimulque pedum allices truciter adnecterent.* Aſcriptum in MS. *allices* eſſe digitos in pedibus craſſiores.

ALMAFIL. Charta Rudeſindi Epiſcopi Dumienſis æræ 930. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 5. *Calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciſcum, & eorum pateris, & quatuor auratos ſub minore, quintum de Almafil, cum ſua patena.*

ALMANACH, Ephemeris, ſeu Kalendarium. Id nominis ab Arabibus impoſitum cenſet Scaliger, ad Manilium & ad Propertium; conflatum autem ex *al*, articulo Arabico, & μὴν, dictione Græca *menſem* denotante.

Alii ab Ægyptiis longè ante Arabas celeberrimis olim Aſtrologis profectum vocabulum cenſent, cùm conſtet ex Porphyrio appellationem *Almenach*, & deſcriptionem *Almenachicam* (ἀλμεναχικὰ) ipſius etiam ætate paſſim uſitatam fuiſſe apud Ægyptios, ex ipſius verbis, quæ citantur ab Euſebio lib. 3. de Præp. Evangel. cap. 4. Ita ut ſic appellarint prædictiones rerum maximè contingentium ex ordineſerieque menſium diſpoſitas atque deſcriptas. Vide Olaum Wormium in Faſtis Danicis lib. 1. cap. 2.

ALMARIA, *Almarium* pro *Armarium*; Gall. *Aumaire*, *Armaire*, in Conſuetud. Normanniæ. Chronicon Moguntinum: *Purpuram optimam de almaria tollens, ſibi fecit veſtes.* Gervaſius Doroborn. in Ricard. I. *Omnia etiam Eccleſiæ almaria confregit, cartas & privilegia quædam igne cremavit.* Tabularium Foſſatenſe fol. 123. *De conſilio Abbatis vel Theſaurarii, quem ex nunc ibi inſtituimus, -- qui theſaurum & almarium cum ejus pertinentiis, videlicet libris Eccleſiæ cuſtodiat.* Vide *Armarium*.

ALMILUCERNA, in Breviloquo dicitur *locus amœnus, qui frequenter illuſtratur.*

ALMITAS, Sanctitas. Vita S. Adhalardi: *Duces progenie; ſed ditior almitate.* Ermenricus in Vita S. Soli cap. 10. *Hæc idcirco tibi ſic expoſui, ut certior ſis de almitate hujus emeriti viri.* Eſt etiam titulus compellatorius apud Marculfum lib. 1. form. 6. Deſiderium Epiſcop. Cadurcenſem in Epiſt. 1. 13. 15. &c. Joannem VIII. PP. Epiſt. 66. & alibi non ſemel, Sigefridum Moguntinum Epiſc. Epiſt. 5. Bedam in Vita S. Cuthberti Epiſc. n. 2. in Vita S. Guthburgæ in Procem. in Geſtis Innocentii III. PP. pag. 70. &c.

ALMITIES, *Pulchritudo*, ὡραιότης, in Gloſſ. Græc. Lat. Hinc emendandum Gloſſ. Lat. Gr. *Almetes*, κάλλος ἀνατροφῆς, legendum enim, *Almities*, κάλλος ἀνατροφή. Vide Feſtum, & ibi Scaligerum.

ALMOCABAL, Magiſtratus neſcio quis Saracenicus apud Mauros Hiſpanos? Charta Alphonſi VIII. Regis Caſtellæ æræ 1119. apud Anton. de *Yepez* tom. 7. *Et veſtras tendas nullus Alvacil, neque Almuſerifus, neque Almoçabel violenter intret, &c.*

ALMOCADENUS, Capitaneus peditum, Hiſpanis. Vide Leges Alfonſinas part. 2. tit. 22. lege 5.

ALMOMOR, Menſa Synagogæ Judaïcæ. Joann. Matth. Tiberinus in Actis S. Simonis à Judæis necati n. 9. *Cadaver ſuper almomor extenderunt: eſt enim Almomor menſa quædam ante altare, ubi Pſalmos, Antiphonas, Hymnoſque decantant.*

ALMOGAVARES. Vide *Almugavares*.

ALMONETA, Auctio, Hiſpanis *Almoneda*, noſtris *Encant*. Occurrit non ſemel in Foris & Obſervantiis Regni Arag. l. 4. tit. de Emptione, &c. §. 7. & alibi.

ALMONERIA. Vide *Eleemoſynaria*.

ALMOQUEIRE. Charta Henrici Comitis Portugalliæ, to. 3. Monarch. Luſitan. p. 282. *Almoqueire faciant mihi ſervitium manuo, & inter vos non ſit ulla manana.*

ALMORAVIDES. Vide *Almoravidi*.

ALMUDACALI, Officiales civitatum in Hiſpania, quorum officium inter cætera eſt, *panes ponderare & vinum menſurare*, ut eſt in Obſervantiis Regni Aragon. lib. 7. tit. de Moderatione rerum venalium §. 1. Adde lib. 9. tit. de Salva infantion. §. 13. & Foros Aragon. lib. 9. tit. de Prohibita inquiſit.

ALMUCIUM, *Almucia*, *Aumucia*, Amiculum, ſeu amictus, quo Canonici caput humeroſque tegebant. Jo. de Janua in v. *Flamen*: *Quicunque erat Sacerdos, in ſignum Sacerdotii deferebat Almucium.* Gloſſ. Latin. Gall. *Apex*, *Aumuce*. In Statutis Maſſilienſibus MSS. *Capucium & almutia*, idem ſunt. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 66. *Nec cucullas, id eſt, capparones, vel pileos id eſt, almutias habere audeant.* Radevicus lib. 2. de Geſtis Friderici Imp. cap. 67. *Cum pellibus nigro pallio coopertis, & nigro almutio* Will. Thorn. in Chron. an. 1330. *Quæſivit Epiſcopus in quali habitu eſſet; reſponſum eſt, quod in tunica ac Pucneto, & almucia ſine cuculla.* Cucullâ caput, reliquâ almuciâ, humeri tegebantur. Statuta Eccleſiæ Viennenſis apud Joan. *Le Lievre* cap. 26. de Canonicis: *A feſto S. Martini uſque ad Paſcha portabunt capas nigras ſupra pellicium, & à Paſcha uſque ad feſtum omnium SS. portabunt ſuperpellicium ſine capa, & in capite capellum de griſo, quem vulgariter almuciam vocant.* Statuta Eccleſiæ Noviomenſis apud Vaſſorium: *Intrantes Chorum dictæ Eccleſiæ Canonici — ſi per majus oſtium intraverint, depoſitâ almuciâ, cum reverentia caput inclinare debent verſus altare.* Vide Chronicon Montis-Sereni pag. 153. Monaſtic. Anglic. tom. 2. pag. 464. Concil. Senon. an. 1346. can. 2. tom. 2. Spicil. pag. 132. 133. Chron. Windeſ. lib. 1. cap. 42. lib. 2. cap. 16. Molanum lib. 3. de Canon. cap. 5. & 8. Haeftenum lib. 5. tract. 3. diſq. 4. Sanſovinum & Stringam in Venetia lib. 1. cap. 155. &c.

Fuit etiam Almucia, Monachorum propria: Clemens V. PP. in Concilio Viennenſi ſtatuit, *ut almutiis de panno nigro, vel pellibus, capatiorum loco, uterentur.* Vide Clementin. *Ne in agro domin.* & Regulam S. Benedicti cap. 55.

Fuit & virorum laïcorum. Statuta MSS. urbis Maſſilienſis an. 1293. *Ordinamus, quod nullus ſartor accipiat de veſtimentis hominum maſculorum ultra taxationes infraſcriptas, videlicet de Huca cum caputio, vel almuſſa cum pennis 2. ſol. & ſine penna 18. den. Item de Huca cum ſendata & caputio vel amuſſa 2. ſol. & 6. den. &c.* Chron. Flandr. cap. 105. *Or iſſirent-ils de Paris, & encontra le Roy l'Empereur ſon oncle aſſez pres de la Chapelle, entre S. Denys & Paris. A leur aſſemblée l'Empereur oſta l'aumuſſe & chaperon tout jus: & le Roy oſta ſon chapel tant ſeulement.* Comput. Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. cap. *des pennes.* *Pour 24. dos de gris à fourrer aumuçes pour le Roy 36. ſols.* Cap. *de l'orfevrerie*: *99. groſſes perles rondes baillées à Guillaume de Vaudeſchar pour mettre en l'aumuçe, qui ſoiſtint la Couronne du Roy a la feſte de l'Eſtoille.* Ita coronam ſupra almuciam Rex deferebat. Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 5. *Ubi Imperator ſedens, depoſitâ almuciâ, primò induit ſandalia, &c.* Sed & ipſæ feminæ almucias geſtarunt. In Computo ejuſdem Stephani an. 1350. *Pour fourrer unes bracerolles, & une aumuce pour ladite Madame Yſabel.*

Almucella, Parvula almucia. Teſtamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 2. cap. 38. *Et meos veſtitos, & acitaras, & collectras, & almucellas, & ſervitium de mea menſa, &c.* *Almoçala*, in Charta æræ 1016. apud *Yepez* tom. 5. pag. 444. *Almuçalla grezïſca*, in alia æræ, 1011. tom. 6. pag. 451. Teſtamentum Arnaldi Archiepiſc. Narbonenſis an. 1149. apud Catellum: *Inſuper laxo illi omnem ſubſtantiam meam, quam ibi habeo, præter*

ter

ter tapetia & almucellas, quæ laxo Ecclesiæ S. Justi. Vetus Rotul. an. 1234. *Pro duabus almucellis ad jus cnem Reginam, &c.* Occurrit ibi pluries. Porrò *Almuciarum* artifices *Aumuciers* dicebantur Parisiis, uti ex eorum Statutis, quæ servantur in Camera Computorum, discere est. Vide *Aliphasis*.

Armutia. Concilium Ravennense an. 1314. can. 10. *Capita cooperiant pileo, vel bireto, vel armutia oblonga ad aures.* Ita in Concilio alio Ravennensi ann. 1317. can. 4.

Amicia. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 36. *Penulas autem hujus amiciarum caprinas esse volumus, vel agninas, &c.* Adde pag. 99. Jam verò ex præallatis satis patet, almucias primitus capita operuisse, ita ut à capite pellis pars retro penderet, quæ collum tegeret, pars verò ea, quæ caput operiebat, formæ esset quadratæ, & quatuor veluti cornua effingeret: quod potissimùm licet inspicere in antiquis picturis Canonicorum, in Regesto Cameræ Computor. Paris. de Feodis Comitatus Claromontensis in Bellovacis, & apud virum doctissimum C. Molinetum de Vestib. Canonicorum Regularium p. 97. Atque hinc jam licet haurire, unde ejusmodi pileorum, quos vulgò *Bonnets quarrez* appellamus, usus fluxerit, qui non alii sunt, quàm almuciarum pars, quæ caput tegebat, resectâ caudâ, quod quidem pauci, opinor, hactenus aduerterunt: iique tum obtinuere, cùm almuciæ vel in brachiis, vel supra humeros gestari cœpere. Atque ii *pilei turriti gebellinorum*, id est ex pellibus Sabellinis dicuntur Petro Damiano lib. 2. Epist. 1. Vide Paschasium lib. 4. Disquisit. Francic. cap. 15.

Quod ad vocis etymon spectat, censet Bayfius lib. de Re vestiaria, ab amiciendo dicta almucia, quasi *amicula*, quæ, ut auctor est Festus, & ex eo Isidorus lib. 19. cap. 25. fuerunt mulierum vestimenta. Alii, ut Joan. Cognatus in Hist. Tornac. lib. 2. à Theotisco seu Flandrico deducunt, *Hoft Mutse*, hoc est, capitis pileus, qua appellatione donantur almuciæ in testamento Radulfi *Corsbout*, Decani S. Petri Lovaniensis ann. 1380. quo confert *duo almutia* dicta *Bontemutsen*, hoc est, pileos ex pellibus confectos. Eidem consona habet J. Banck in Taxam Cancellariæ Romanæ. Almutias ita descripsit Petrus Damian. lib. 5. Epist. 16. de Clerico nitidulo, cui vocat: *Ita ut caput ejus nunquam nisi gibellinica pellis obtegeret.*

ALMUDAYNA. Usatica Regni Majoricar. ann. 1248. MSS. *De omni clamo, sive neget, sive dubitet reus, sive confiteatur, primùm à Curia consilio proborum hominum sententia feratur, quæ talis est: Per totam istam diem pausate cum vestro adversario, vel firmate directum, vel in sero ascendatis in Almudaynam: si non Almudaynam ascenderit, habetur pro firmato directo, & exibit inde directum.* In Editis apud Joan. Dametum in Histor. Regni Balearici pag. 268. *pro firmamento directi* habetur. Fit mentio *Almudaynæ in civitate Majoricensi*, & domorum, quæ in ea sunt, in aliis Chartis apud eundem Dametum pag. 315. & 333. & apud Petrum IV. Regem Arag. in Chron. lib. 3. cap. 21. & tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 303. Idem videtur, qui Hispanis & Aragonensibus *çalmedina*.

ALMUDE, *Modius*, *medimnum*. Fori Leirenæ: Mellitor det per *annum unum almude de melle, & unam libram de cera.* Vide tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 282.

ALMUGAVARI, *Almogavares*, Milites Hispani, ob animi generositatem celebres: quos quidam ab Avaribus seu Hunnis, qui primitus Hispanias & Gallias insederunt; alii, quòd ex Arabibus & Sarracenis Hispanis genus ducebant, sic appellatos volunt. Αμογάβαροι appellantur apud Pachymerem lib. 11. cap. 13. & Nicephorum Gregoram lib. 7. pag. 153. *Almogavares* in Legibus Alfonsinis parte 2. tit. 22. lege 2. ubi ita dicuntur *Equites*, respectu peditum: denique *Armogaures* in veteri Charta Gallica in Camera Comput. Parisiensi. Josephus Scaliger lib. 1. Epist. pag. 245. *Almogavveres, sunt milites, quales Martolossi.* Sebastianus Cobarruvias: *Amogavares, dizen averse llamado antiguamente con lengage Arabigo, los soldados viejos y platicos, que non pudiendo seguir los campos, estan entretenidos en alguna presidio. El Padre Guadix dize significar el que tra nuevas, que en Arabigo se llama* Muhavir. *Estos de ordinario estan hablando de las cosas que han visto, y porque han passado en la guerra. Tamarid, Adalides de Corsarios.* De Amogavaris agunt Lucas Tudensis æræ 1273. Rodericus Tolet. lib. 9. de Reb. Hispan cap. 16. Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Aragon. passim & Moncada in Hist. Catalan. cap. 7. Adde præterea quæ de iis diximus in nostra Hist. Gallo-Byzant. lib. 6. cap. 24. Hos perperam Meursius, cum *Ampsivariis*, de quibus Notitia Imperii, confundit. Almugavarorum verò cohortes *Almugaveriam* appellat idem Montanerius cap. 170. & alibi non semel. v. Bernardus Desclos in Hist. Aragon. lib. 2. cap. 5. 10. &c. Et Gloss. med. Græc.

ALMUNIA, Prædii rustici species, apud Hispanos. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1132. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 9. *Concedo prædicto Cœnobio —— illam meam almuniam, vocatam Daymus, quæ afrontat, ex una parte cum Torredellas, &c.* Alia Alfonsi VI. Regis æræ 1133. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *In quo loco incipit alia via, per quam descendunt usque in viam publicam super almuniam Regis &c.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium, §. 4. *Tamen si Miles vel Infantio habent unam almuniam vel turrim, censetur una hæreditas cum toto hæreditamento adjuncto illi almuniæ, vel turri.* Adde Colmenarezium in Hist. Segobiensi cap. 16. §. 4.

ALMUS, Cognomentum Ludovici Imp. Caroli Magni filii, qui vulgò *Pius* dicitur, in Chronico S. Vincentii de Wlturno pag. 694. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 18. *Ludovicus Imperator, qui cognominatus est Almus, vel Sanctus.* Vide Brissonium in Formulis pag. 50.

ALMUSERIFUS. Charta Alfonsi VIII. Regis Castellæ æræ 1213. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 7. *Et vestras tenda, nullus Alvacil, neque Almuserifus, neque Almoçabel violenter intret, &c.*

ALMUTAZAPHUS, Magistratus apud Aragonenses, cujus munus est intrare domos, in iis res furatas perquirere, ponderare panes, & mensurare vinum &c. Vide Repertorium Michaelis *del Molino*, in hac voce.

ALNIDUS. Alnetum, locus ubi crescunt alni: *Aulnaye*, in Consuet. Aurelian. art. 152. & Stampensi art. 187. Charta Caroli Reg. Franc. apud Hariulfum lib. 3. cap. 16. *De silva bunnaria 20. de concisi bunnaria 5. & de marisco quadrellos 110. & de alnido bunnarium 1.* Isidor. lib. 17. cap. 7. *Alnus vocatur, quod alatur amne: proximè enim aqua nascitur, nec facilè extra undas vivit. Hinc tenera & mollis, quia in humecto loco nutritur.* Will. Brito lib. 8. Philipp.

Difficiles ubi densa vias alneta tegebant.

Froissart. 2. vol. cap. 126. *Et Bretons & François les chaçoient en fossez par aunois & bruieres.*

Alnini fustes, in Lege Salica tit. 63. §. 1. Ex quo loco viri docti rectè conjiciunt, veteres Francos nostros loca paludosa incoluisse.

ALNUM, *Lignum, i. vernum*, in Gloss. Isid. sed legendum videtur *vernum*, aut *veru*.

ALODIS, *Alodus, Alodium, Alaudum, &c.* voces unius ejusdemque originis ac notionis, quæ variè in veteribus Tabulis & apud Scriptores exarantur: ac *Alodis* quidem ferè semper in Legibus, Capitularibus & Formulis

mulis antiquis: *Alodus*, in Charta apud Beslium in Comitibus Pictav. pag. 239. *Alodum*, in Capitulari Carlomanni Regis apud Vernis Palatium cap. 6. *Alodium*, apud Goffridum Vindocinensem lib. 1. Epist. 2. 3. 15. 18. *Alaudum*, in Chartis Burgundicis Perardi pag. 25. 26. 27. 33. & in Tabulario S. Mariæ Santonensis: *Alaudis*, apud *Diago* in Comitibus Barcinonensibus lib. 2. cap. 13. 27. in Charta an. 1030. apud Sammarthanos in Archiepisc. Aquensibus num. 19. & in aliis apud V. Cl. Stephan. Baluzium editis post Capitul. num. 120. 127. Vernaculè verò *Aleu*, *Aleu franc*, vel *Franc aleu*, in Consuetudinibus municipalibus, & alibi passim: *Franc-aloud*, in Consuetudinibus Ducatus Burgundiæ: *Franc-aloy*, in Meldensi: *Franc-aleuf*, in Trecensi & Vitriacensi.

Est autem *Alodis*, vel *Alodium*, quivis fundus. Ugutio: *Fundus pro agro, & propriè pro Alodio.* Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 12.

Alodium, Fundum dicas, Fundum maris imum.

Dudo lib. 2. de Actis Norman. pag. 83. *Ut teneat ipse* (Rollo) *& successores ejus ipsam terram ab Epta fluviolo ad mare, quasi fundum & alodum in sempiternum.* Infrà: *Dedit itaque filiam suam Gislam nomine uxorem illi Duci, terramque determinatam in alodo & in fundo, à flumine Eptæ, &c.* Ubi *fundus*, & *alodus*, idem sonant quod *proprium immobile*, quomodo dicimus. *Donner en fonds, en heritage, en propre.* Unde

Alodium, idem esse dicitur quod *Prædium*, id est, Possessio, Hæreditas. Ugutio, & ex eo Guillelmus Brito in vocabular. MS. *Prædium dicitur possessio, villa, ager, seu perpetuum allodium: & dicitur allodium, hæreditas, quam vendere & donare possum, ita* (al. *ut*) *est mea propriâ.* Addit Breviloquus: *Et propriè vocatur fundus, sive curia rusticalis, ad quem agri vel mansus pertinent.* Gloss. Lat. Gall. *Prædium, Possession ou heritage, Aleux.* Alio loco: *Allodium, Alloeire, comme Heritage, Fons, Trefons.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 6. §. 9. *Si prædium, id est, alodium habuerit.* Charta Rorigonis Comitis an. 839. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim: *Meæ prædium possessionis hæreditariæ, hoc est, alodum nostrum, qui est in pago Andegavensi, &c.* Abbo Monachus serm. 5. *Res Christi transferunt sibi in prædium & alodium possessores sacrilegi.* Lambertus Ardensis: *Hæc autem fuerunt ea, quæ — de allodiis sive prædiis in feodum commutavit Adela, &c.* Ditmarus lib. 7. *Quicquid in Salbezivilla in beneficium habuit, in prædium ab his acquisivit.* Tabularium S. Andreæ Viennensis: *Hoc est, decimas totius possessionis quam habemus in potestate castri — sive per alodium, sive per feudum, &c.* Differt enim *Beneficium*, vel *Feudum* à *Prædio* seu *Alodo*, quod idem sonat, id est, ab immobili proprio; quomodo *Honor*, seu *Beneficium* ab *Alodo*, in Capitulis Caroli C. tit. 19. *Et concedit vobis, ut omnes in honoribus & alodis vestris interim consistatis.* Quippe *beneficium* erat ad vitam. *Prædium*, seu *Alodus*, hæreditas, proprietas. Adde Capitula Caroli Mag. lib. 1. cap. 132. lib. 3. cap. 20. 81. Ita passim usurpant Lex Salica cap. 62. Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 1. §. 3. tit. 11. cap. 5. tit. 17. cap. 2. Lex Ripuariorum tit. 55. & Lex Angliorum tit. 6. in quibus *alodis* semper in contextu per vocem, *hæreditas*, redditur. *Alodis parentum*, apud Marculfum lib. 1. form. 12. lib. 2. form. 4. 6. 9. in Formulis Lindenbrog. cap. 16. 30. 48. 51. 62. 67. Vetus Charta apud Columbum lib. 2. de Ep. Vivariens. n. 54. *Concedimus ad ipsum sanctum locum aliquid de rebus nostris, quia nobis de alode parentum nostrorum legibus obvenit.* Tabular. Deiparæ Santonensis: *Alaudum meum sive hæreditatem, quam dedit mihi pater meus, & mater mea in die nuptiarum mearum.*

Hariulfus lib. 1. Chron Centul. cap. 15. *Paternæ hæreditati, quam nostrates alodium vel patrimonium vocant, se se contulit.* Charta Odonis Regis Franc. apud Beslium pag. 201. *Concedimus etiam — alodos nostros propriæ originis, id est, Crespiacum*, qui à parentibus contigerant. *Patrimonium & alodium proprium*, apud Goffridum Vindocin. lib. 1. Epist. 2. Pancharta Nigra Turonensis, apud Beslium pag. 209. *Alodum meum proprium, quem hæreditavi, &c.* *Terra propria*, apud Gregor. Turonens. lib. 3. Hist. cap. 15. *Ex jure proprio*, in Chron. Malleacensi: nam quæ hæreditario jure possidentur, sunt propria possessorum. In Capitulari Compendiensi Caroli Calvi an. 868. cap. 2. *Alodis & proprietas*: ut in Pancharta Nigra Turon. apud Beslium pag. 138. 202. 209. *Alodum & proprium* confunduntur. Joannes VIII. PP. Ep. 108. & 129. *Proprietates, quas vos alodum dicitis.* Tabularium Persiacense, apud Perardum pag. 29. *Qualiter ego — alodum meæ proprietatis Floriacensi Monasterio tradiderim, &c.* Adde pag. 30. Charta Bertrandi Comitis Provinciæ ann. 1039. *Dono, trado, cedo fideli meo Fulconi Vicecomiti Massiliæ, & uxori suæ Odilæ aliquid de alode meo, quæ est in Comitatu Tolonensi, hoc est totum hoc, quod tenent ad feus in Sexfurnos dono eis ad propriam alodem.* Sic *dare ad alodem*, in Synodo Suession. II. cap. 3. in Capitular. Caroli C. pag. 87. 88. 116. 1. Edit. *In alodem relinquere*, Chartis Parensalib. cap. 21. Ita etiam bona dicuntur *transire in alodem*, quæ in proprietatem dantur, apud Eadmerum lib. 1. Hist. pag. 18. Hinc *Alodium* interdum opponitur *Comparato*, in Formulis veteribus apud Bignonium 1. Edit. pag. 250. 379. & Lindenbrog. cap. 17. 18. 49. 66. licèt alias sæpe etiam pro *comparato* promiscuè usurpetur. Capitularia Caroli C. pag. 241. *Et illorum alodes de hæreditate, & de conquisitu, &c.* Adde pag. 108. 247. 318. 345. 389. 394. Hincmarus Remensis Opusc. 53. *Ut in mansis suis de alode, vel naturali, vel comparato, feminas habeant, quæ illorum pannos lavant, &c.* Tabularium Lascariense apud Marcam in Hist. Benecharn. pag. 375. *Cum alodio etiam, id est, terra, quam præscriptus Vicecomes & ejus uxor acquisierant, &c.* Tabular. Brivatense ch. 277. *De illorum alode, quæ ex conquisito illis advenit, mansos 2. &c.* Tabular. S. Andreæ Viennensis: *Terram illam, quam adquisivi in alodum de potestate & jure S. Mauricii & S. Petri foras portam dimitto nepoti meo Stephano: hæreditarium verò alodum meum dono filio meo & Ecclesiæ S. Andreæ, unde ipse est Monachus.* Vita Balduini Lutzenburg. Archiepisc. Trevir. lib. 1. c. ult. *Clericos suos variis beneficiis providendo; Laicos verò solemnissimè uxorando, possessionibus, domibus, agris, vineis, in perpetuum allodium eis distributis, ditissimos faciebat.* Prææallatis addo, quæ observat Joannes Stiernhookus lib. 2. de Jure Sueonum vetusto cap. 5. & 6. apud Suecos allodium vocari *avitum prædium*, non verò quomodo Feudistæ, quatenus Feudo opponitur: quod quidem *alda odal* vocant, unde vocis originem accersit, quam in Jure Uplandico in sua propria & nativa significatione reperiri ait. Adde Gaufridum Vindoc. lib. 1. Epist. 2. 3. &c.

Alodium, nudè positum, sæpe pro prædio immuni, & quod nulli præstationi, aut oneri obnoxium est, usurpatur. Tabularium Vindocin. ch. 55. *Habebat vineæ agripennum unum allodialiter immunem, hoc est, ab omni censu & vicariæ redhibitione liberum.* Charta an. 1078. in eodem Tabulario n. 291. *Est autem naturaliter allodium, ab antiquo nullam omnino cuiquam reddens consuetudinem, eidemque à progenitoribus jure hæreditario contingens.* Alia ejusdem anni 1078. num. 315. *Reddit ea terra 2. den. census, cùm ante semper alodium fuisset.* N. 237. *Dum priscis coleretur temporibus*

12. *den. census solvebat: quia verò modo vasta est, nihil census reddit; sed est alodium.* N. 333. *Est tam parva, ut vix in ea seminari possit modius unus frumenti; sed tamen valde bona, & prorsus sicut alodum libera.* Tabular. Majoris Monasterii ch. 17. *Cujus etiam manufirmæ censum de meo jure in eorum transfero dominium, ut hæc non manufirma; sed alodus deinceps existat Majoris Monasterii Monachorum.*

Erat igitur *alodium*, prædium non modò ab omni præstatione liberum; sed & à quolibet servitio reali & personali immune, licèt illius possessor dominum agnosceret, à quo illud tenebat in *feudum honoratum*. Charta Bertrandi de Montelauro ann. 1274. *Vendo & ex causa venditionis trado, cedo, pro libero & franco & absoluto & immuni alodio, tamen cum consilio D. Petri Regis Arragonum ac domini Montispessuli, in quo infra-scriptæ tenentur in feudo, & pro feudo honorato sine præstatione census, usatici, canonis, & alterius servitii, tam realis, quàm personalis, & alterius cujuslibet generis, scilicet omnes res, quas habeo vel habere visus sum in decimaria de Terminis, &c.* Vide *Feudum honoratum.* Hinc *tenere in alodium*, in Consuet. Pictav. art. 52. *tenir en aleu.* Charta Willelmi Ducis Normann. ann. 1042. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 959. *Dedi --- terram, quam VVicbotus Barbatus tenebat in alodio liberam & absolutam ab omnibus consuetudinibus mihi pertinentibus* Domesdei: *VVarochselle tenet Rex. Gueda Comitissa tenuit de Godvvino Comite in alodium. Tunc geldavit pro 5. hidis, modò pro 2. hidis & dimidia, terra est* 10. *carucarum.* Alibi: *Cetingley Almar tenuit de Rege Edvvardo sicut alodium*, id est, nulli servitio vel præstationi obnoxium. Vetus Charta inedita: *In nom. Dom. ego Bernardus Guillelmus de Monbasen dono ad alodium sine enganno cum hac carta tibi Guillelmo Montispessulani & infantibus tuis, --- & quantum alodii homo vel femina ibi habet per me, & quantum alodii nunc habeo, & mihi eventurum est in toto terminio ipsius castelli, &c. 7. Id. Aug.* 1113. Alia: *Ego Guillelmus Montispess. dono ad fevum cum hac carta tibi Bernardo-Guillelmo de Monbasen castellum & villam de Monbasen; & totum hoc, quod mihi dedisti ad alodum, totum dono tibi ad fevum, ut tu, Bernarde-Guillelme, & posteritas tua istum fevum mihi & posteritati meæ serviatis & hominium faciatis, &c.* 1113. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 69. *Similiter & illud cortile habebamus ad feudum de prædicto Episcopo, & reddimus, sive vendimus, illud hortile Episcopo prænominato per alodum & omnibus successoribus suis.* Occurrit ibi passim hæc formula, *per alodum dare*, idest, *pro alodo*, vel *in alodum.*

Quod verò hîc nudè *Alodium*, dicitur, interdum *Alodium liberum* appellatur, ut immunitas prædii denotetur. Charta anni 1125. apud Miræum in Donat. Belg. cap. 82. *Unà cum curtilibus --- cum libero alodio culturæ nostræ.* Chronicon Besuense pag. 560. *Item dederunt mansum unum liberrimi alodi permaximum, seu coloniam pergrandem in villa Besueta, &c.* *Alodium regale*, liberum. Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1033. *Hæc omnia sine censu & sine decima, libera & quieta, ut regale alodium.*

Duplex autem alodium statuunt Consuetudines municipales, alterum nobile, alterum villanum, *Aleu noble, Aleu roturier.* Alodium villanum, dicitur prædium quod nullam habet jurisdictionem, seu *Justitiam*, cujus possessor nullam debet præstationem nec, laudimia. Ita Trecensis art. 54. & Vitriacensis art. 20. 59. Ejusmodi sunt prædia, quæ *alodia* nudè appellari in Tabulario Vindocinensi diximus. *Alodium nobile*, illud est, quod jurisdictionem seu superiorem justitiam habet, & nulli hommagio, aut servitio feudali, nullisque laudimiis obnoxium est. Ita Consuetudines Parisienses art. 302. Trecensis art. 53. Vitriacensis art. 19. 52. & Normannica art. 102. Ejusmodi autem alodia, nobilia scilicet & villana, etsi immunia & libera dicantur, à superioritate alterius non tamen eximuntur, ut est in lib. de Feud. tit. de Alod. Unde alodium liberum aliquatenus feudum est; sed immune à servitiis feudalibus: tametsi diversum à feudo franco, quod licèt liberum à servitiis, hominio tamen obnoxium est. Charta Raimundi *Xarmar de Invidio* Militis ex Comitatu Ruscinon. ann. 1318. *Quæ omnia vendidi & tradidi pro franco & libero alodio, credens, illa esse alodium, & in veritate sunt, & esse debent feudum, & feudo nostro, & tenentur ac teneri consueverunt in feudum pro vobis & nostris.*

Fatendum tamen, sæpe *Alodia* nullos agnovisse dominos, quòd licet colligere ex aliquot veteribus tabulis. In Regesto Comitatus Tolosæ fol. 42. extat Homagium Bernardi V. Comitis Convenarum, præstitum Raymundo Comiti Tolosano mense Novembri ann. 1244. in quo agnoscit, quòd *feoda, quæ modò recepit à D. Comite Tolosæ, ipse, & antecessores ejus, non tenuerant in feodum ab aliqua sæculari vel Ecclesiastica persona, imò erat alodium proprium, & ita ipse & antecessores ejus tenuerant pro alodio à tempore, cujus memoria non existebat.* Charta alia B. Episc. Ruthenens. an. 1239. ibid. fol. 6. *Quòd siquidem Podium est allodium nostrum & Ecclesiæ Ruthenensis, de quo nunquam recognoscendo vel aliter respondimus, vel respondere debemus alicui domino temporali.* Tabularium Vindocinense an. 1077. *Quod videlicet alodium pater ejus & prædecessores ipsius absque ulla dominatione vel servitio longo tempore jure hæreditario possederunt.* Charta Guichardi Episcopi Matiscon. in Regesto Feodor. Burgund. ann. 1169. *Guillelmus de Saliaco Domicellus, asserens per juramentum suum, res, jura, dominia, & usagia inferiùs annotata ab aliquo non tenere; sed eadem in francum, purum, & liberum alodium se habere, pro suo commodo evidenti accepit in feodum ligium à nobili viro Hugone Duce Burgundiæ cum homagio manuali quingentas panalatas terrarum sitarum apud Chigiacum, &c.* Charta Roberti Comitis Drocensis ann. 1206. in Tabul Campaniæ: *Comitissa verò mihi concessit per istas conventiones, quòd ego possum facere unam forteriсiam in alodio meo de Fara --- ego verò posui in eorum feodo ligio totum allodium meum, quod est in dominio Branæ & Faræ, quod videlicet allodium à domino non tenebam. Et est sciendum, quòd de hoc allodio, quod posui in ligio feodo Comitissæ, & filii sui Theobaldi, & dominorum Campaniæ, totus ligius sum, &c.* Alia Matthæi Ducis Lotharing. ann. 1220. ibid. *Notum --- quòd Novum-Castrum in Lotharingia, quod de allodio meo erat, --- recepi in feodum & homagium de Blancha Comitissa Trecensi, &c.* Vide Hist. Episcopor. Lodovensium pag. 131. 135. Probat. Hist. Drocensis pag. 271. Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 315. 319. &c. Fridericum Sandeum in Consuetudines feudales Gelriæ tit. 1. cap. 1. §. 17. 18. 19. 20. & seqq.

Jam verò quare *Alodiarii* prædia sua interdum in feudum ultrò erigi curarent, servitiisque feudalibus se se adstringerent, præclarè aperit Lambertus Ardensis: *Audierat sæpius, & à patribus suis didicerat, quòd antiqui nobiles multi, in Chisnensi terra manentes, postquam reverendæ & dignè memoriæ memorandæ Pontivi quondam & S. Pauli atque Ghisnarum Comes VValbertus sæculo vale dixit, & terram Ghisnensium non infirmis & imbecillibus dereliquit hæredibus, à viris nobilibus, sive Episcopis, sive Abbatibus, sive Præpositis, vel etiam quibuscunque Ecclesiarum Prælatis, aut personis, ut majoris militarent nominis auctoritate, & sub majorum protectione in secura pace viverent. similis conditionis dono, & sua in feodum susceperint prædia. Hæc autem fuerunt ea, quæ per eundem & ad*

eundem

eundem Episcopum de allodiis sive prædiis in feodum commutavit Adela, &c.

Alodium falsum, cujus mentio occurrit in aliquot Chartis Monspeliensibus an. 1534. & 1535. *Et primo sub viatico in falso alodio totum quoddam suum hospitium, in quo habitat. Ubi falsum allodium* dicitur, quod non sit feodum, nec etiam vera proprietas, cum usu fructuario jure possideatur.

Alodium habere in re aliqua. Libertates concessæ villæ Montisbrusonis M. Nov. ann. 1223. à Guigone Comite Forensi, MSS. *Si aliquis habeat alodium in re aliqua, & obligaverit alodium alicui, le benevisers* (beneficiarius) *non debet dare aliquid pro investitura illi, qui alodium pignori accepit. Item si ille qui habet alodium in re aliqua, vendiderit vel donaverit, vel alio modo alienaverit alodium suum, le benevisers non tenetur dare aliquid pro investitura, nisi unum denarium de solido, vasto pretio re æstimata, si res fuit aliter quàm vendendo alienata, &c.*

Alodiarius, Alodarius, Aloarius, qui *Alodum*, seu prædium, etiam domino obnoxium, possidet; *tenens.* Domesdei: *Quando moritur Alodiarius, Rex inde habet relevationem terræ, excepta terra S. Trinitatis.* Willelmus Gemeticensis lib. 3. cap. 8. *Abbatique locum cum tota villa tradit, quam ab alodiariis auro redemit.* Thomas Walsinghamus pag. 419. eadem verba habet: sed perperam editum, *à lodariis*, divisa voce. Vetus Charta apud Guesnaium in Annalibus Massiliensibus p. 255. *Iidem homines* (villæ) *qui se dicebant alodiarios, &c.* Goffridus Vindocinensis lib. 2. Epist. 7. *Si pro consecratione professionem, pro professione ab alodiario B. Petri subjectionem vobis vindicastis, &c.* De se loquitur Abbate Monasterii Vindocinensis, quod *alodium S. Petri* esse dixit lib. 1. Epist. 2. 3. 15. 18. In inscriptione verò ejusdem Epistolæ 18. & 25. *Alodiarium Apostolicæ sedis* se nominat. Neque alii sunt, quos *aleutiers* vocat Consuetudo Hannoniæ cap. 61. 68. 69. 77. 78. 80. 81. 84. 95. Vide Historiam Monasterii S. Audoëni Rotomag. pag. 461. 462. Fridericum Sandoum in Consuetudines feudales Gelriæ tit. 1. cap. 1. §. 17. 18. 19. 20. & seqq.

Aloarii, & *Aloerii* eadem notione. Domesdei: *Lausevvite Godvvinus tenet de Comite Ovv*, (Augi) *& de eo septem aloarii.* Consuetudines Catalaniæ inter Dominos & Vassallos MSS. cap. 55. *Si duo vel tres Masoverii vel aloerii, franchi erunt intra terminos alicujus castri, &c.* Vide in *Mansonarius.* Cap. 58. *Si aliquis dominus aloërius alicujus castri habens duos filios, dividat castrum in duas partes, &c.* Cap. seq. *Si duo pares aloërii sint in eodem castro, &c.* Qui verò *aloërii* hîc nominantur, *Aloers* appellantur in Consuetudinibus Catalaniæ vernaculis MSS. *Si alcuns alohes, Cavaliers, ho vilains, &c.* Cap. seq. *Si alcuns aloher es en alcun castel, senior del castel conten ab eyl del alou, e diu que no hes alou, lodit aloher no es tengut de monstrar en poder deldit senyor del castel, &c.*

Hinc colligere licet quid sibi velit hæc vox, cujus notionem vir doctissimus ignorare se profitetur, in Formulis vett. cap. 29. *Et tales colpus ei dedi, pro quibus ipse mortuus est, & quod feci, super me fecit, & ego hodie ipsum facio infra damnum & forbatudum infra noctes 42. sicut lex est & nostra consuetudo, apud tres aloarius, & 12. conlaudantes juraverunt, & linguas eorum legibus direxerunt.* Formulæ eædem cap. 33. *Insequenter verò post ipsum tres aloariæ & 12. conlaudantes juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt.* Ubi *aloarii* sunt homines, qui alodos possidebant, quorum sacramenta exigebantur in actorum confirmationem. Nam *apud tres aloarius*, idem valet quod *cum tribus aloariis.* Vide *Apud.*

Alodialis, idem quod *Alodarius*, seu *tenens.* Charta Willelmi Ducis Normann. ann 1042. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 959. *Dedi etiam Ecclesiam Radulfi villæ, & unum alodialem in ipsa villa.* Infrà: *Dedi quoque unum alodialem in Amundavilla, quietum ab omni consuetudine.*

Jam verò de horum vocabulorum etymo variæ sunt auctorum sententiæ. Cujacius *alodium* dictum vult, quasi sine *Lode*, quod ejus possessor sit sine *lode*, & nemini sit *Leodes*, id est, vasallus. Budæus à laudatione auctoris effictum vocabulum fingit, *quo qui prædia eo jure habent, laudare, hoc est, nominare auctorem suum nemini tenentur.* Rhenanus & Vadianus à voce Germanica *anlodt* deducunt, quòd ea bona familiis velut coagmentata & conjuncta essent, ex *aen* & *lodt*, *adsortium*, sors, quæ ad aliquem pervenit familiæ herciscundæ judicio. Alii ab *ald*, voce, quæ *verus antiquumque* significat, apud Aventinum in Gloss. quæ notatio, inquit Bignonius, ad hæreditatis & paternam terram proximè accedit. Dominicus de prærog. allodior. alodem dictam opinatur quasi *ohn leiden*, id est, sine subjectione: à voce *leiden*, quæ Germanis, pati, subire significat, sicut & subjectionem & servitium. Non desunt præterea qui alodem à voce Theutonica *los* deducunt, quæ sortem sonat, quasi alodium sit prædium, quod sine sorte obvenit. Spelmannus à *Leod*, *populare*, Saxonico: ita ut *aleod*, sit idem, quod *prædium populare*, oppositum feudo, quod est *prædium dominicale.* Quidam hanc vocem ejusdem originis esse volunt, cujus *Alauda*, quæ vox est Gallica, ut mox innuimus: nam & *alaudum* pro *alodum*, elatum etiam constat. Vide Raguellum. Wendelinus ab *alder* etymon accersit, quòd *alodis* sit legitima hæreditas, quæ ab *alders*, id est, majoribus nostris, defertur, vel ab *ael*, quod sonat legitimum, ingenuum, & *lod*, onus, vel *laden*, tollere, auferre, &c. Denique plerique è doctioribus existimant, vocem esse primigeniam Gallicam vel Francicam, quæ prædium, ac rem proprietario jure possessam denotat: quos inter est Gallandus. Mitto hoc loco ridiculum etymon, quod habet auctor Breviloq.

ALOGIA, *Convivium sine sermone, quia antiqui silenter prandebant.* Ita Breviloq. Gloss. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Alogia convivium, Græcè.* Aliud Gl. Græc. MS. Reg. cod. 1673. ἀλογία. [illegible] S. Augustin. Epist. 86. *Quo possimus dominica alogia refecti omnes æquali corde dignè cantare: Saturasti, Domine, animam inanem, &c.* Et infrà: *Quid est autem alogia, quod verbum ex Græca lingua usurpatum est, nisi cùm epulis indulgetur, ut à rationis tramite devietur. Unde animalia ratione carentia dicuntur aloga, quibus similes sunt ventri dediti, propter quod immoderatum convivium, quo mens, in qua ratio dominatur, ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, alogia nuncupatur.* Vide Fragm. Petronii pag. 44.

ALOGOS, Infans. Gloss. Sax. Ælfrici: *Infans, vel alogos.* unſpꞃecen ðecilð. Prima vox *mutus*, sonat, altera *infans.*

ALOIGNA, Cepe Ascalonita, *Eschaloigne, Eschalotes.* Fleta lib. 2. cap. 12. §. 4. *Centena ceræ, zucarii, piperis, cumini, amigdalarum, & aloignæ, continet 13. petras & dimidiam.*

ALONASON. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 834. *Guillelmus Ebroicensium Comes --- decrevit Deo in proprio fundo domum ædificare, in qua clerici alonazontes cum vera religione Regi Regum congruè possent militare.* Hinc emendandus idem Scriptor pag. 833. *Super Rogerium Cluniacenses alonaxdi tale scripserunt epitaphium, &c.* Legendum enim, *alonazontes.* At unde hæc vox orta, non omnino planum. ἅλων Græcis est *area*, unde ἀλωνίζειν, *in areis versari.* Sed quid *area* cum Monachis commune habet? erunt fortè qui μονάζοντες legendum censeant.

ALOPEX, Vulpes, ex Gr. ἀλώπηξ. Versus inscripti cuidam Ecclesiæ, apud Leonem Ost. lib. 1. cap. 12.

Ore truces ululare lupi sub nocte silenti,
Alopicesque olidi dudum gannire solebant.

ALPARGATES, Spartea, calcei ex funibus, Hispanis *Alparga*, in Constitut. Terchanarum cap. 8. Vide *Abarca*.

ALPES, vocati non modò montes, qui Italiam ab Gallia & Germania disterminant; sed etiam universim quivis montes altiores. Gloss. Lat. Gr. *Alpes*, ὄρη ὑψηλά. Isidor. lib. 4. cap. 8. *Alpes propriè montes Galliarum sunt, de quibus Virgilius, Aerias Alpes, & dicendo aerias Alpes, verbum expressit à verbo: nam Gallorum lingua Alpes alti montes vocantur.* Quæ quidem hausit à Servio ad illud Virgilii lib. 3. Georg. *aërias Alpes:* ubi ait à Gallis *aërios montes Alpes* vocari. Hac igitur notione, *Alpes* Pyrenæos montes appellavit Ausonius Epist. 24. ut & Fortunatus lib. 6. poem. 2. & 7. lib. 10. poem. 25. quo sensu *Alpinos Hispanos* dixit ex Catone Gellius. Ita Atho Monti, *Alpis* nomen non semel tribuit Sidonius carm. 2. & 9. *Alpes Arvenas* dixit Fortunatus Pictav. Episcopus: *Alpes Astoricenses*, Osmundus Episcopus Astoricensis in Epist. ad Idam Comitissam Bononiæ: *Alpes Dofrinas*, in Dania Saxo Grammaticus lib. 8. pag. 134. Dudo lib. 1. de Actis Normann. *Quarum Dacia --- præmagnis alpibus emunita.* Adam. Bremensis cap. 229. *Normannia, quæ suis Alpibus circumdat Sueoniam.* Occurrit iterum cap. 239. *Alpes montis Zebraii, Alpes Roscidæ vallis*, apud Lucam Tudensem cap. 86. 90. *Alpi d'Apennine*, apud Joann. Villaneum lib. 1. cap. 33. *Alpes Romaniæ*, apud Albertum Aq. lib. 2. cap. 43. lib. 3. cap. 33. *Alpes Bastarnicæ*, in Tabula Itineraria: quæ *Mons Carpates* Ptolemæo, nudè *Alpes*, Jornandi. *Alpes ultra caput Danubii* statuit etiam Eustathius ad Dionysium. Adde Ermenricum in Vita S. Soli cap. 4.

Alpes, Pascua montana, quo æstate pecora aguntur & pascuntur, eà scilicet, quæ in montium convallibus sita sunt. Nam non desunt, qui genuina notione *Alpes*, montium seu collium angustias significare censent: atque in iis Procop. lib. 1. de Bello Goth. pag. 186. Edit. 1607. ἄλπεις δὲ καλεῖν τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ νενομίκασιν ἄνθρωποι. Et Eustathius ad Dionysii περιηγ. pag. 42. qui ταύτην τὴν λέξιν ait, ταὐτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. A Procopio hausit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. ἄλπεις, αἱ ἐν στενοχωρίᾳ δίοδοι. Charta Notherii Veronensis Episcopi ann. 921. apud Ughellum: *Portionem etiam meam de silva, quæ dicitur Forojuliana: ibidem addo & campum meum in Luxino ad Alpes faciendas.* Alia ann. 1168. apud Augustinum *de la Chiesa* in Hist. Pedem. cap. 26. *A Carolo Episcopo Taurinensi quasdam Alpes, in valle Lancei sitas, acquisivit.* Acta Murensis Monasterii pag. 52. *Provideat & ordinet qualiter ad Alpes pecora mittentur.* Adde pag. 53. 54. Annotatio Arnonis Episcopi, apud Canisium: *Una cum campis, silvis, alpes, aquis, aquarum decursibus, &c.* Ibid. *Tradidit supra dictus Dux in præscripto pago duos alpes, qui vocantur Ganzo & Laduza, in quo sunt tantummodo pascua ovium.* Chartæ Alemannicæ Goldasti n. 27. *Hobas in Uzzinuillare, & alpem pascuam ad Monasterium contradidit.* Donationes factæ Ecclesiæ Salisburgensi cap. 1. tom. 6. Antiq. lect. Canisii: *Dedit idem Dux ad eandem sedem colonias, & silvam magnam cum pratis & pascuis ibidem pertinentibus, & alpes duas ad pascua pecudum.* Cap. 3. *Ad cucullas colonos sex, & prata & silvam & alpes quatuor.* Cap. 8. *Saltum ad venationem atque ad pascua pecorum alpes, &c.* Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 10. *Donavit Ecclesiæ curtem ad Cresarum --- cum familia multa, cum planis, alpibus, & pascuis.* Bertaldus Zuifaltensis Abbas de Origine sui Monasterii: --- *In montanis prope positis amplius alpes, vel Salicæ terræ agros.* Charta Ludovici Pii ann. 838. pro Monasterio Anianæ: *Et inter confinia de pago Ruthenico seu Nemascense alpes ad pecora alenda, seu alios usus.* Occurrit etiam eadem notione *Alpa* in Chartis Aleman. n. 86. *A Meggelit alpâ, à portaris Alpa.* Ita usurpatam hanc vocem observare est in variis Tabulis apud Ughellum tom. 1. 898. 915. tom. 2. pag. 107. 130. tom. 5. pag. 1115. Columbum lib. 1. de Episcopis Valentin. n. 342. Guichenonum in Bibliotheca Sebusiana cent. 1. cap. 32. 81. Acherium tom. 10. Spicileg. pag. 637. & alios passim. Præterea à Rainardo Abbate Cisterciensi in Instit. cap. 57. &c. Vide *Æstiva*.

Alpagium, Jus ipsum pascendi pecora in alpibus, vel pensitatio pro facultate ea abigendi in alpes. Tabular. Ecclesiæ Tarentasiensis: *B. Comitissa Sabaudiæ mater Domini Comitis, Chartæ hujus auditoribus Sal. in Do. Notum facio universis, quòd medietas pascuorum & alpis in monte supra Altam Curiam, ad Comitatum pertinens, quam medietatem in usus proprios converti injuriosè, cùm commune esse vicinis habitatoribus certum esset, & eam ex antiquis temporibus pacificè possedissent: ad monitionem autem vener. Patris & Tarentasiensis Archiepiscopi, & ejusdem Ecclesiæ Capituli, recognoscens, quòd injustè hoc fecerimus, ad pristinum statum revocamus, sicut invenerамus ..... retenta medietate alpagii, sicut ..... quatenus habuerat Comitatus. Testes Aimo de Aima Canonicus Tarentas. Eccles. Rollandus Miles de Turnone, VVillelmus Balb. & Aimo Milites de Aima. Petrus Gonterii Mistralis de Salino, Ebrendus Mistralis de Musterio, Blancus de Salino, Anselmus de Corf. Actum anno grat.* M. CC. XII. XIV. *Kal. August. apud Salinum in domo mea.* Chartam integram à nobilissimo viro Joanne Constantino Comneno nobis communicatam hìc descripsimus, quod ex ea tandem eruatur, Beatricem Viennensem Humberto III. Sabaudiæ Comiti marito superstitem vixisse, etsi secus tradatur ab eruditissimo Scriptore Sam. Guichenone, qui etiam hujus Chartæ meminit pag. 263.

Alpes, Altitudo. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbatis Corbejensis lib. 1. cap. 16. *Ubi jubebat mihi nostrum sternere lectum* (in agri sulcis) *quorum latera hinc inde pulcris nos ambiendo fovebant fulcris, dum equi sella in medio posita, quæ unam mihi alpem ad caput præbebat, alteram sibi.*

Alpaticum, eadem notione, in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 42. *Et medietas de alpatico de montibus qui sunt super Vilarbonold.* Et fol. 18. *Et alpaticum de Chalveto usque ad Rivum bruguientem.* Rursum fol. 50. *Et habeo quartam partem de alpatico de aqua, quæ vocatur Vort, usque ad altiora loca montium, &c.*

ALPHA. Vide *Alba*.

ALPHABETUM, in modum crucis bis in pavimento describit Pontifex, cum consecrat Ecclesiam. Bruno Signiensis de consecrat. Ecclesiæ, & alii rituum Ecclesiasticorum Scriptores passim, ubi de consecratione Eccles. Vide *Abcturium*, *Chirographum*.

ALPHARACES. Vide *Farius equus*.

ALPHINUS, in ludo scacorum, persona, quam nostri *le Fol*, vocant, Itali *Alfino*. Alanus in Parabolis:

Sic inter schachos Alphinus inutilis extat,
Inter aves bubo, &c.

Pseudo-Ovidius lib. de Vetula, ubi de scacorum ludo:

Sex species saltus exercent, sex quoque Scaci:
Miles & Alphinus, Roccus, Rex, Virgo, Pedesque.

Infrà:

Obliquè salit Alphinus, &c.

ALQUARIA. Vide *Alcheria*.

ALQUITRANUM, Naphtha, bitumen Babylonicum, *Alquitran*, Hispanis. Secunda Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo Rege Arag. an. 1299. MS. *Nec etiam*

etiam aliquis possit extrahere de terra nostra istas res prohibitas, scilicet peguntam, cepum, alquatranum, fustam, canabum, filum, &c.

ALSACIA, *Alsaccia*. Lex Ripuar. tit. 58. §. 19. *Hoc etiam constituimus, ut hominem Regium Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tanganet, & nec alsacia requirat.* Edit. Heroldi *alsaccia* præfert.

ALSARE, Rebellare. Hispanicè *levantar*. Gallicè *sousleuer*. Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1276. apud *Diago* in Histor. Regni Valentiæ lib. 7. cap. 66. *Posse Saracenorum crescit in regno Valentiæ, & alsaverunt se jam tria castra in ipso regno, & expectant quotidie auxilium, de quo sumus certi, quod debet eis venire, &c.*

ALSBERGUM. Vide *Hauberc*.

ALSIERINA, Vasa unguentaria. Gloss. Saxon. Ælfrici *Fictilia, vel samia, &c. Alsierina*: Teaððe, læmene Fatu. i. unguentarium fictile vas. Sed Legendum videtur *Maserina*. Vide *Mazer*.

ALSOS. Charta Adelfonsi VI. Imperatoris Hispaniæ ann. 1086. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *Quoniam quidem oportet vos de vestris artibus vivere, & ire per diversas terras, mando & detesto, quòd nullus aliquis pignoret vos pro Alsoz, neque pro hæreditate S. Facundi, nec illis pro vobis.* Legendum fortè *Alodos*.

ALTANUS. Gloss. *Sax.* Ælfrici: *Altanus*, Ƿoðen, quæ vox Saxonica *Vodanum*, seu Mercurium sonat. Vide *Vodan*.

Altanus, Auster, Gall. *Autan*. Papias: *Ethesia, aura ab aquilone flans, Altanus dicitur.*

ALTANUM. Jus Vicentinum lib. 1. *Lignum fructiferum, de cossa viride, vel altanum, &c.*

ALTARE. Pars templi, in quo erectum altare conspicitur, apud Gregor. Turon. lib. 2. Hist. c. 14.

Altare, Ecclesia succursalis. Capitula Caroli C. tit. 5. cap. 7. *Si necessitas populi exegerit, ut plures fiant Ecclesiæ, aut statuantur altaria, cum ratione & auctoritate hoc faciant.*

Altare viaticum, quòd per viam portetur, propter quod portabile vel viaticum appellatur, apud Durandum lib. 1. Ration. cap. 6. n. 34. *Tabula itineraria* dicitur in Ordine Romano: *Altare portatile, Altare gestatorium*, apud Hugonem Flaviniacens. in Chr. pag. 166.

Altare portatile ligatum auro, in Charta Philippi Bellovac. ann. 1217. in Probat. Hist. Drocensis pag. 244. *Altare gestatorium*, apud S. Anselmum lib. 3. Epist. 158. *Lapis portatilis*, in Synodo Bajocensi ann. 1300. cap. 20. Vide eruditum Joan. Mabillonium in Præfat. ad tom. 3. SS. Ord S. Bened. n. 78.

Altaria lavari solent, cùm ab hæreticis, aut schismaticis polluta creduntur, si super ea celebraverint. Vide Paulum Diac. lib. 3. Chr. Casin. cap. 68. (al. 69.) & Innocent. III. in Concil. Lateran. can. 4.

Nudantur etiam & lavantur altaria in Cœna Domini. Vide Joannem Abrinc. Episc. de Off. Eccl. pag. 42. 44. & lib. Sacrament. Greg. pag. 88.

In altari offerre, apud Marculfum lib. 1. form. 1. Donationibus, quæ fiebant Ecclesiis, earum instrumentis super altaria positis, quo solenniores essent, ac ipsi Deo factas constaret. Lex Alemannorum cap. 1. §. 1. ubi de donationibus factis Ecclesiæ: *Et qui hoc facere voluerit, per chartam de rebus suis ad Ecclesiam, ubi dare voluerit, firmitatem faciat, & testes sex vel septem adhibeat, & nomina eorum ipsa charta contineat, & coram Sacerdote, qui ad eamdem Ecclesiam deservit, super altare ponat: & proprietas de ipsis rebus ad ipsam Ecclesiam in perpetuum permaneat.* Adde Leg. Bajvvar. cap. 1. §. 1. Formula verò traditionis & offertionis super altare extat in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 285. Tabular. Vindocinense Thuani ch. 8. *Quod dum ex more super altare posuissent, hi de nostris interfuerunt testes.* Chr. 15. *Qua celebrata venditione traditionem ipsorum alodiorum posuit idem Hugo super altare S. Medardi, his, qui aderant cernentibus cunctis, & reclamante nullo.* Charta Adelfredi Episcopi Bononiensis ann. 1045. apud Ughellum tom. 2. pag. 16. *Concedo---& quidquid in sancta Episcopali Ecclesia offertur, seu in altari ponitur, vel in pavimento locatur, &c.* Chronicon Mauriniacense lib. 1. *Donum, quod Rex pater suus nobis fecerat, concessit, & sumptas in manibus literas super altare posuit, & ita donum patris confirmavit.* Chronicon Andrense: *Et ita in nomine Domini imponendo manum super altare, fecit donum, videntibus, & audientibus, &c.* Ordericus Vitalis lib. 5. *Donationem super altare adhuc sacrosancta consecratione madidum deposuit.* Vide eundem pag. 575. 576. 584. 587. 590. 591. 594. 595. Chronicon S. Vincentii de Wlturno pag. 675. &c. Extant alia hujus ritus exempla passim in veteribus Chartis, & apud Scriptores.

Caput altari imponere, in signum professæ subjectionis & servitutis. Arnolfus lib. 1. Miraculor. S. Emmeranni cap. 12. *Qui capita cum manibus religiosè altari S. Emmeranni imponentes, professi sunt se Martyri perpetuos censuales.* Vita S. Virgilii Episc. Juvanensis c. 7. *Ad Iuvanense Monasterium specialiter caput suum in servitium Dei declinavit, singulis annis, quoad vixit, in signum subjectionis suæ aliquod obsequium illud persolvendo.*

Altare contra altare erigere dicuntur hæretici, qui, posthabita unione Ecclesiastica, ab ea secedunt, & novam quodammodo religionem inducunt, apud Optatum Milevitan. Cyprianum, Augustinum lib. 2. contra Crescon. cap. 2. Epist. 162. 171. &c.

Altaria Principum: nam & ea sibi, vel certè nomen asserebant. Impp. Honorius & Theodos. *Si quis rescriptum de nostris altaribus meruerit*, in. l. ult. Cod. Justin. de Locat. fund. Iidem Impp. *Nunquam ad unius litigatoris querimoniam nostris altaribus suggestio offeratur.*
Iurare ad altare. Vide *Iurare*.

Altare complecti ad fidem faciendam. Chronicon Montis-Sereni ann. 1126. *In Ecclesia B. Petri altare complexus, quasi ad probandum quòd Henricus pro femina commutatus fuisset, ita se obligavit, ut si idem filius esset Henrici Marchionis, ipse sui corporis perderet sanitatem.*

Altare, Ecclesia, vel obventiones ac reditus altaris, seu Ecclesiæ: maximè decima Ecclesiastica. Concilium Claromontanum ann. 1095. can. 3. *Ecclesia, quæ vulgari vocabulo apud eos* (Gallos) *altaria nuncupantur*, & apud Goffridum Vindoc. lib. 3. Epist. 12. Idem Concilium ann. 1095. can. 6. *Vt nullus sibi præbendam emat.—hoc idem de altari & omni Ecclesiastico beneficio fiat.* Adde can. 7. Gregorius VII. PP. lib. 4. Epist. 22. *Illud verò commune malum pæne totius terræ, videlicet quòd altaria venduntur.* Concilium Illebonæ ann. 1080. cap. 4. *Nullus laïcus in redditibus altaris vel in tertia parte decimæ aliquid habeat.* Charta Philippi Aug. ann. 1196. pro Abbate S. Mellonis Pontisarensis: *Exceptis altari & decimis, quæ remanent Ecclesiæ S. Mellonis*, Gaufredi Episcopi Parisiensis in Tabulario S. Mariæ Longipontis: *Damus ei altare, & quod ad altare pertinet, villæ, quæ dicitur Orceacus.* Acta Murensis Monasterii pag. 35. *Ergo quòd istud altare istius loci principale est altare, quisquis isti altari præponitur, sive Monachus, sive Clericus sit, ille etiam debet dotem & decimam & omnia cætera jura Ecclesiæ in sua habere potestate, quòd hoc nusquam audivimus, in uno loco esse duas principales Ecclesias & duo Altaria.* Fulbertus Carnot. Epist. 20. *Vsusfructum vero altarium, quem tui antecessores Laïcis tradiderunt, te alendis debilibus publica voce destinare suadeo.*

Idem Epist. 34. *Decimas & oblationes altarium, stipem videlicet pauperum, suo Episcopo inconsulto, sæculari militiæ tradit.* Raimundus Clarevallensis Epist. 2. de Monachis: *Villas, molendina, Ecclesias, & altaria possident, fidelitates & hominia suscipiunt.* Charta Gaufredi Episcopi Parisiensis in Tabulario S. Mariæ Longipontis: *Damus et altare, & quod ad altare pertinet villæ, quæ dicitur Orceacus.* Alia Warini Episcopi Bellovac. an. 1023. *Ipsa Ecclesia, scilicet S. Vedasti, in Episcopio nostro villam Angicourt habere nescitur, nosque altare ipsius Ecclesiæ possidemus. Ipsius ergo altaris tertiam partem --- Ecclesiæ prædicti Sancti contribuimus, &c.* Hist. Afflegemensis Monasterii cap. 20. *Robertus Comes Junior S. Andreæ locum nobis in eleemosynam tribuit: altare verò ejusdem loci, licèt sui foret juris, tamen quia spirituale donum est, ab Episcopo Noviomensi, in cujus diœcesi locus ipse situs est, nobis firma stabilitate donari fecit.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 38. *Quinque altaria, quæ alteri filio suo nomine Adam Canonico acquisierat, nobis dari impetravit, quæ nobis singulis annis plusquam 30. librarum pecuniam reddunt.* Cap. 45. *Altaria villarum memoratarum, prata, nemora, terras arabiles, &c.* Cap. 67. *Sed quia proposuerat nec Altaria, nec Ecclesias, vel decimas recipere; sed solummodo de labore manuum suarum --vivere, nihil de Ecclesiasticis redditibus --voluit habere.* Adde cap. 73. 95. Vide Chartam Philippi I. Reg. Franc. ann. 1056. apud Merlotum in Chron. S. Nicasii Remens. pag. 621.

Altaria, vel *Altaria & decimæ*, conjunctim, Decimæ Ecclesiarum, quæ ad ipsos Ecclesiarum Præsules pertinent, & quæ sæpe à Laïcis usurpatæ ac possessæ sunt. Charta Philippi Reg. Franc. an. 1076. in Chron. Monaster. S. Joannis de Vineis pag. 50. *Sed postmodum mors, quæ intravit in orbem terrarum, quam plurimos Laicos & pseudo-Christianos in tantum excæcavit, ut quidam altaria vel decimas in beneficia extorquerent, quidam verò in abusum miseræ hæreditatis converterent.* Alia Theobaldi Suessionensis Episcopi, ibidem pag. 40. *Ut altaria, quæ de beneficio nostro (sed quemadmodum alii Principes sæculi hujus sacrilego more tenebat) recepissem, &c.* Concilium Pictavense ann. 1109. cap. 9. *Ut neque Clerici, vel Monachi per pecuniam altaria vel decimas à Laicis vel quibuslibet personis sibi acquirant, &c.* Cap. 16. *De decimis & altaribus, quæ Laici injustè & contra sacros Canones detinent, &c.* Charta Amaluini Abbatis Silvæ-Majoris ann 1207. in Tabul. Campan. *Quòd nos insimul faciemus ibi villam novam, in qua nos & Ecclesia Bellevallis habebit altare & decimam liberam & quietam.* Vide Lambertum Ardensem p. 140. Urbanum II. PP. Epistola 12. in Appendice Epist. 20. &c.

Altarium redemptiones, dicebantur certæ quædam præstationes, quæ dabantur Episcopis, quotiescumque Ecclesiarum, quæ Monachorum juris erant, *Personæ*, uti vocabantur, mutabantur. Nam cùm Ecclesiæ omnes ad Episcopos pertineant, uti habent Concilia & Synodi, eas illi interdum Monasteriis aut Capitulis Canonicorum donabant, aut à fundatoribus donari permittebant, retenta ea præstatione, quæ *Redemptio altaris* dicta est, veluti in signum dominii, quod Ecclesia matrix sibi reservabat, atque adeo reservatis ipsis Ecclesiarum decimis. Vide *Persona*. Nam si *altaria* Congregationibus Canonicorum vel Monachorum *per personas* darentur, *mortuis personis*, in manus Episcoporum redibant, nisi essent per eorum scripta vel privilegia confirmata, ut est in Concilio Claromont. ann. 1095. can. 7.

Hæc igitur *altarium redemptio*, venditionis nomine donata est, quòd à Monachis post mortem vel immutatione *personæ* redimi dicerentur: quod prohibitum fuit, salvo Episcoporum censu annuo, in eodem Concilio Claromontano can. 3. & Nemausensi ann. 1096. Id etiam antea vetuerat Leo IX. PP. Wibertus in illius Vita pag. 86. *Venditiones altarium anathemate prohibuit: Sed constituit, ut partes decimarum ad Episcopum pertinentes, aut quisque Præsul sibi teneret, aut cuique vellet tribueret, partem autem ad altare pertinentem proprio Pastori Ecclesiæ gratis concederet.* Charta Rogerii III. Catalaunensis Episcopi: *Altaria hæc habenda personas, —— eo jure, ut quando persona obierit, persona alia à Monachis oblata restituatur sine muneris acceptione.* Vide Gregor. VII. lib. 4. Epist. 7. Hugonem Flaviniac. pag. 198. Florentium Haræum in Castellanis Islensibus lib. 2. pag. 175. Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 13. pag. 306. & Locrium in Chron. Belg. an. 1111.

Eas redemptiones *Relevationes* etiam appellatas in Tabulario Vindocinensi observare est: in quo Theodoricus Carnotensis Episcopus dat eidem Monasterio tria altaria absque *relevatione*: cùm ejusmodi Ecclesiarum redemptiones inventæ fuissent instar redemptionum feudorum, quæ *relevationes* dicuntur. Quo nomine donatur *Consuetudo* quædam *inaudita*, quâ Vicecomes Thoarcensium Haimericus exigebat ab Abbate S. Albini, *qui noviter onus susceperat Abbatis, equum unum centum solidorum, aut solidos centum pro mutatione & relevatione Abbatis. Dicebat enim——quòd quicunque noviter creatur Abbas in Monasterio S. Albini, prædictum pro sua ordinatione præjudicium solveret Vicecomiti*, ut est in veteri Notitia apud Charlonyum ad Historiam Inculismensem Corliæi. Acta Episcoporum Cenomanensium in Segenfrido cap. 39. *Dominus verò Segenfridus apud eum diu commorans, dedit ei LXIV. altariorum revelationes, Synodos, & circuitiones, insuper casamenta Ecclesiæ, &c.* Vide quæ observarunt Sirmondus ad Goffridum Vindocinensem lib. 3. Epist. 12. & Marca ad canon. 7. Concilii Claromontani.

Altaria sub censu annuo, remota *redemptione*, & à Conciliis interdicta, postmodum contulere Episcopi: sed in hunc abusum graviùs invehitur Goffridus Vindocinensis lib. 3. Epist. 12. cùm per annos singulos censum exigere ab Ecclesiis, *annua*, seu *plurimorum annorum simonia* sit, inquit ille. Extant Chartæ istius abusus testes complures in Tabulario S. Dionysii, quas inter duas selegimus: *Cum Daimbertus Archiepiscopus in gremio S. Matris Ecclesiæ suorum celebraret Conventum, venit in præsentiam suam Abbas S. Dionysii Adam nomine, deprecans, ut altare de Belna, quod esse solebat ad personam Vicarii, ei in censum mittere dignaretur. Cujus petitioni assensum Daimbertus concessit ei, salvis consuetudinibus suis, circadis & sinodis. Dat. mense Septemb. in Ecclesia S. Stephani publicè, regnante Ludovico Rege anno 5.* Alia: *Adam Abbas S. Dionysii ad Daimbertum Archiepiscopum Senonensem accessit, rogans & deprecans ut Ecclesiam quandam, quæ est in pago Vastinensi, in honore B. Lupi consecratam, ei sub annuo censu, remota omni persona Vicarii, mittere, dignaretur. Cujus piæ petitioni Daimbertus annuens, & præfatam Ecclesiam sub annuo censu posuit, ita ut deinceps persona Vicarii remota in censum sol. 6. publicæ monetæ istius loci, in quo Ecclesia sita est, annuatim redderet, mense Maio an.* 1120. *Ind.* 13. Chartas alias istius abusus testes proferunt Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. cap. 22. Hemereus in Augusta Viromand. in Regesto pag. 41. 42. 43. Florentius Haræus in Castellanis Islensibus pag. 170. 171. & Gallandius lib. de Franco alodio pag. 75. 76. Præterea V. C. Jacobus Petitus post Pœnitentiale Theodori pag. 596. 601. 625. 630 631. 632. 633. 635. Vide præterea Joan. Sarisberiensem Epist. 69.

Alta-

Altarium, pro *Altare*, usurpant non semel inferioris ætatis Scriptores. Gloss. Lat. Græc. βωμισκάριον, *Altarium*: alibi, θυσιαστήριον, *Altarium, sacrarium*. Gloss. Lat. Græc. *Altarium*, ἐπιβωμίς. Sulpitius Sever. lib. 1. Hist. *Altarium ex duodecim lapidibus sub monte constituit*. Idem Dial. 2. de S. Martino: *Cùm jam altarium, sicut est solenne, benediceret*. Ita passim Gregorius Turon. Ratbertus de Casib. S. Galli, & alii. *Altare*, Basis phylacteriorum, seu capsellarum, in quibus reconduntur reliquiæ. Vetus scheda apud Brovverum lib. 8. Annal. Trevir. num. 114. *Capsam auream cum altari supposito, innitentem 4. columnis argenteis: & aliam item capsulam modicam altari superpositam, &c.* Ademarus Cabanensis tom. 2. Bibl. Labbei pag. 272. *Idem Josbertus iconem auream S. Martialis fecit, sedentem super altare, & manu dextra populum benedicentem*, &c. Hist. Episcop. & Comitum Engolismensium cap. 35. *Duas tabulas eburneas cum argento, duplex argenteum Psalterium, duo altaria argentea, & in fine suo thuribulum argenteum.*

Altare, basis Phylacteriorum, seu capsellarum, in quibus reconduntur reliquiæ. Vetus Scheda apud Brouverum lib. 8. Annal. Treverensium num. 114. *Capsam auream cum altari supposito, innitentem 4. columnis argenteis, & aliam item capsulam modicam altari superpositam*, &c.

ALTAREBRUNUM. Vetus Charta apud Joan. Schefferum ad Chronicon Upsalense pag. 152. *Item duas pallas bissinas cum altarebruna aurea*. Infrà: *Obtulit prætereà dicta Domina Ducissa Ecclesiæ Upsalensi duas bonas cappas de papavere, duas pallas, alteram cum altarebruno, &c.*

ALTARISTA, Sacellanus, in Miraculis S. Catharinæ Suecicæ. *Altariste*, in Statutis Metensib. tit. 1. art. 126.

ALTARAGIUM, *Alteragium, Altelagium*, Obventio altaris. Charta Oliverii Episcopi Lincolniensis tom. 2. Monastici Anglic. pag. 881. *Vicaria in Ecclesia S. Martini de Stamforde---consistit in toto altaragio dictæ Ecclesiæ*. Alia Ricardi Dunelmensis Epis. pag. 152. Ibid. *Et medietatem decimæ bladi cum toto alteragio ejusdem*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 139. *Similiter Vicarius de Colingham, habeat totum alteragium, exceptis decimis fœni & nutrimentorum animalium provenientium de Dominico domini Regis*. Occurrit ibi pluries, & pag. 227. & part. 2. pag. 45. Will. Thorn. cap. 30. §. 4. *Ita quòd prædictus Vicarius---prædictis oblationibus & obventionibus, non bladis aut garbis, nisi plantatis, aut pede fossis, ad altaragia communiter spectantibus, contenti, &c. Obventiones alteragiorum* in Vitis Abbatum S. Albani. Regestum Clementis V. PP. in Bibl. Regia: *Cùm itaque alteragium de Ostade Cameracensis diœcesis, quod---in dicta Ecclesia obtinuit, per liberam resignationem---in manibus nostris factam, & à nobis admissam, vacet ad præsens, nullusque de illo præter nos disponere possit, &c.*

Altelagium. Necrolog. Eccles. Ambian. *Ob Theobaldi Episc. qui dedit nobis altelagia de Chessoy, &c. quorum altelagiorum omnes proventus in anniversario suo debent in Ecclesia nostra tali modo distribui*. Vetus Codex Ecclesiæ Carnotensis fol. 79. *Hæ sunt Ecclesiæ, super quas Capitulum habet redditus, qui vocantur altalagia, & primò in Decanatu. Estubleium reddit 15. sol. Gastelle 15. sol. &c.* Alibi: *Apud Dovas habet Capitulum 22. sol. perpetui reditus super Ecclesiam Presbyterum pro altalagio ipsius Ecclesiæ, qui pertinet Matutinariis*. Ita sæpe Curiones, uti vocamus *primarii*, Gall. *Curez primitifs*, obventiones altaris aut, earum partem, sibi reservabant.

ALTARARIUS, idem qui *Altarista*, Vicarius Ecclesiæ, qui altari deservit, cui assignari solent emolumenta, quæ Presbyteris & Curionibus proveniunt ratione altaris. Bulla Urbani V. ann. 1368. *Te Altarerium altaris Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe usque nostrum placitum---constituimus & etiam deputamus, ibi recipiendi omnes & singulas oblationes, obventiones, ac fructus, redditus, & proventus ad dictum altare pervenientes, &c. & generaliter omnia, quæ ad dicti altariatus spectant officium, &c.* Extat integra apud Waddingum ann. 1368. n. 9. Epistola MS. Innocentii VI. PP. *Paulus de Sacrofano Canonicus dictæ Basilicæ, qui fuerat in ea auctoritate nostra Altarius (sic) Deputatus, videns, quòd dictis Canonicis & Capitulo, de oblationibus hujusmodi disponentibus, pro eorum libito & voluntate, ipse inaniter gereret Altarii nomen, hujusmodi Altariatus officium sponte & liberè resignavit.*

ALTE, & *bassè*, Supremo jure, *Souverainement*. Charta Hugonis *de Lezignan* Comitis Marchiæ anno 1242. in Not. ad Joinvillam pag. 49. *Nos & terram nostram altè & bassè ipsius Domini Regis supposuimus voluntati*. Charta Gregorii X. PP. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Histor. Eccles. Placentinæ num. 156. *Memoratus Guido cum ejulatu non modico,---se alt & bas, sine tenore*, modo *vel conditione aliqua nostris mandatis exponens, &c.* Libertates villæ de *Villereys* ann. 1253. *Quæ quatuor forisfacta* (furtum, homicidium, raptus & adulterium) *haut & bas ad nostram remanent voluntatem*. Charta S. Ludovici Regis ann. 1259. *In ipsos altè & bassè compromiserunt. Le Roman de Girard de Vienne*:

La li ont fait homage & feauté
Cil dou pais volaintiers & de gré,
Et haut & bas deviennent si juré.

Vide Probat. Hist. Monmorenciacæ pag. 96. 97.

ALTER, pro *alius*, apud Tertullian. de Cultu femin. c. 2. & in leg. 2. Cod. Theod. de Pistoribus.

ALTERARE, mutare. Will. Neubrigensis lib. 2. de Gest. Pontific. Angl. p. 245. *Adolescens alteravit habitum apud Diberst; tunc exiguum Cœnobium*. Vita S. Neoli Abbat. n. 6. *Nonnunquam verò peregrinorum alteratus induviis in Ecclesia pernoctabat*. Auxilius de Formoso Pap. apud Mabillonium: *Si itaque astipularis, quemlibet jure sacramento non posse uti, alterum jure sacrare, fatearis indubitanter, sacramentum alteratum existere. Unde requiro abs te, utrum jure in sacramento alteratum sit dicere. Alteratum sacramentum, inquam, appello, quicquid divinitus per ministrorum celebratur manus, ut puta baptismum, impositio manuum, & cætera cælestia*. Occurrit ibi pluries.

ALTERCARI, Invicem confabulari, differere, ratiocinari. Gloss. Lat. Græc. *Altercatur*, ἀνταποκρίνεται, διαλέγεται. S. Cæsarius Arel. in Ep. ad Oratoriam Abbatiss. *Cùm verò annunciandum verbum Dei te Fratribus affectaveris, seu pro utilitate animarum, tenoreque regulæ constituendo necessitas incubuerit altercandi*. Anastasius Bibl. in S. Agapeto: *Et primùm cœpit habere altercationem cum piissimo Principe Iustiniano de religione, &c.*

Altercatio, ἀμοιβαῖοι λόγοι, in Gloss. Lat. Græc. Dialogus, collatio; sed propriè in vicem in sententia dissidentium. Laudantur à Gennadio de Scriptoribus Eccles. *Liber altercationis* Iuliani Episcopi Capuani & S. Augustini, *Amborum partes suas defendentium; & Altercationes, quas* Eugenius, Carthaginensis Episcopus, *cum Arianorum Præsulibus per internuncios habuit, ab eo conscriptæ*. Isidorus Hispalensis in S. Fulgentio: *Est & liber altercationis ejus, quo de fide cum Transamundo Rege idem Fulgentius disputavit*. Qui denique nuper editi sunt à viro doctissimo D. Luca Acherio tom. 10.

Spicil.

Spicil. Consultationum Zachæi Christiani & Apollonii Philosophi libri tres, hocce titulo inscribuntur in Codice Lemovicensi: *Altercatio Apollonii Philosophi cum Zachæo Christiano.*

Altercari, Velitare, præliari, in Hist. Obsid. Jadrensis 1345. lib. 2. cap. 9.

ALTERIBALANIS, *dicitur lucernarum usibus aptum.* Papias.

ALTERITAS, *Vicissitudo*, Joanni de Janua. Ebrardus Betun. c. 12.

Corporis alteritas affectio dicitur esse,
Ac spectat mentis affectus ad interiora.

S. Augustin. de Musica lib. 6. *Cùm adhibentur ea, quæ nonnulla, ut ita dicam, alteritate corpus afficiunt.* Guigo in Vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani n. 13. *Hujusmodi alteritatum in eo ad finem usque non cessavere vicissitudines.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 32. *Quem ad te semper habuimus dilectionis affectum nunquam variare posset alteritas.* Adde Alanum de Insulis in Planctu naturæ pag. 284. ult. Edit.

ALTERNARE, Disceptare, rem in utramque partem versare. Gloss. Græc. Lat. σκέπτομαι, *Alterno, cogito, consulto.* Claudianus Mamertus in Præfat. ad libros de Statu animæ: *Primus liber—de animæ statu varium cum adversario luctamen alternat.* Vide Savaronem ad Sidon. lib. 4. Epist. 3.

Alternare, Mutare, variare, in Leg. Henrici I. Reg. Angl c. 68. Item commutare. Tabul. Monast. Longipontis in diœcesi Paris. *Ego Ludovicus Rex Francorum quandam terram, quæ juxta portam Parisiensem est apud Montlheri, quæ etiam erat Monachorum S. Mariæ de Longoponte, ab eisdem alternavi, eo scilicet tenore, quòd tot jugera de mea propria cultura de Albaspina, quæ vicinior est eis, illis reddidi, &c.*

ALTERNITAS. Vetus Glossarium MS. ἐπαλληλότης, *consequentia, alternitas.* Gerardus Abb. in Vita S. Adelardi Corbeiensis Abbatis cap. 6. *Unica fervens in eum amoris caritate, gaudebat & dolebat, mutua animi alternitate.*

ALTERPLEX. Vide *Altriplex.*

ALTERUTRARE. Matthæus Vindocinensis in Thobia:

Dulcis amicorum redolet congressus amicos,
Expedit affectus alterutrare suos.

Et alibi:

Fœdus alit morum par gratia, par studiorum
Usus, in obsequiis alterutrata fides.

Ubi Glossa exponit, *alternatim ostendere*, in MS. Thuano cod. 525. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide cap. 5.

—Sors se alterutrare solet.

ALTIBOARE, *Clamare*, in Gloss. Arabico-Lat.

ALTILE, dicitur, quod alendo saginatum & pinguefactum est. Unde *gallina altilis*, & *altiles aves*, quæ saginatæ sunt. Gloss. Lat. Græc. *Altiles*, σιτισταί. Glossæ MSS. *Altile est, quicquid manu nutritur.* Gloss. Isidori: *Altilis, pasta alendo.* Papias: *Altilis ab ab alendo dicitur, i. pinguis gallina, eò quòd alatur.* Idem: *Altilia dicuntur volatilia saginata studio.* Ebrardus Betun. in Græcismo:

Ornix silvarum solet altilis esse domorum.

σιτιστὰ τεθυμένα, 22. Matth. v. 14. *Volature*, in Consuetud. Aquensi tit. 12. art. 9. S. Severi tit. 10. art. 9. *Volture*, in Aurelianensi art. 162. Regula S. Aureliani cap. 35. *Pulli vel cuncta altilia in Congregatione non ministretur, &c.* Utuntur Gellius, Macrobius, Apulejus, & alii.

Altiliarius, qui *altilia*, seu aves nutrit, pascit, saginat, ὀρνεοτρόφος, in veteri Glossario p. 275.

ALTIMETER, *quo metiuntur altitudines: quoddam instrumentum est.* Papias.

ALTITUDO, Titulus honorarius Regum, in veteribus Tabulis Regum Franc. apud Camusatum in Antiq. Trecensib. pag. 80. Beslium in Comit. Pict. pag. 171. 243. Acherium tom. 12. Spicileg. pag. 119. 125. &c. Ita Græci ὕψος, & κορυφὴν usurpant. Vide Eustath. ad Dionysii Perieg. pag. 2. col. 2.

ALTREARE. Regestum de Censibus Bigorræ ex Camera Comput. Paris. fol. 5. *Lo castel de Putance altreavit se Comiti Petro, sicut alii Milites de Baregia.*

ALTRICARI, pro *Altercari*, apud Thwroczium in Stephano Rege Hungar. cap. 26.

ALTRIPLEX, *Alterplex*, duplex. Ugutio: *Altriplex, animo duplex.* Papias: *Duplex, dolosus.* Gloss. Isidori: *Altriplicem, duplicem, dolosum.* Ita enim legendum pro *atriplicem.* Vide Festum. Gerardus Abbas Silvæ-Majoris in S. Adalardo cap. 5. *Illi autem minimum erat in talibus consulere, utpote qui alterplicem imperii curam solebat disponere, nisi fratrum diligentia civilius esset aut caritate.*

ALTULUS. Vide *Pradisterium.*

ALVA, *Alvea.* Pars sellæ equestris. Silvester Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriæ c. 4. *Eadem quoque sagitta per partem illam sellæ, quæ Alva vocatur, usque ad ipsum equum lethaliter transpenetrante. Alveam* habet Rigordus ann. 1215. *Ibi percussus fuit in alia acie Michaël de Harmes à quodam Flandrensi lancea per scutum, loricam, & femur, & consutus fuit alveæ sellæ, & equo, & ita tam ipse quàm equus corruerunt in terram.*

ALVABERÆ. Vide *Albaveræ.*

ALVARA. Charta Sanctii Regis, qui ad Samorram obiit, apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 469. *Et damus illam decimam de Annanam, & tam de sale, quàm etiam de argento, & de totas illas alvaras, & de fossaderas, sive de ligno, & de quantis calumniis inde acciderint, quæ ad me pertinent, &c.* Chronicon Cidi Campitoris c. 39. *Et saliendo & alvara salieron todos de la Ciudad passa à passa.*

ALVARIDUS, *Alvarilus*, Judex apud Saracenos Hispanos. Charta Alphonsi VIII. Regis Castellæ, æræ 1213. apud Anton. de *Yepez* tom. 7. *Et vestras tendas nullus Alvacil, neque Almuserifus, neque Almoçabel violenter intret.* Apud eundem: Chartam Alphonsi VII. Imperat. Hispan. æræ 1156. subscribunt *Gomez Nunniz, Alcaidus de Talavera, & Julianus Alvacil de Toledo.* Vide *Alcaidus*, & Tom. IV. Monarchiæ Lusitan. pag. 268. & suprà.

ALVEA. Vide *Alva.*

ALVEOLUS, *Albeolus.* Ordericus Vitalis lib. 1. pag. 371. *Edvvardum verò & Edmundum filios Eadmundi, elegantes alveolos, in Daciam relegavit.* Idem lib. 11. pag. 837. de quodam puero nobili: *Helias autem — amabilem albeolum festinanter quæsivit, inventumque diligenter in exilio inter cæteros enutrivit.* Et lib. 12. pag. 868. de filio Regis Henrici I. Angliæ submerso an. 1119. *Unde tener albeolus post longam tolerantiam frigore vires amisit, — relapsusque in pontum obiit.* Vide *Albiolus.*

ALVEOLUS, *Alveolum*, Vas, in quod *lavatorii* aqua effunditur. Glossæ MSS. *Capistrum, vas, quod dicitur alveolum.* Gallis *Auge.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. *Sabbato etiam, quando fieri debet Mandatum, post prandium, sive post Nonam, secundùm tempus, afferet alveolos, & aquam calidam in claustro in uno vase, &c.* Ibid. cap. 4. *Aquam calidam & bacinos, & manutergia & alveolum pedibus & manibus eorum abluendis providere, &c.*

Albiolum, eadem notione, dixit vetus Instrumentum plenariæ securitatis, quod in Bibliotheca Regia in cortice descriptum servatur: *Mortaria marmorea duo, valen-*

valente siliqua aurea una, albiolo ligneo uno valente nummos aureos quadraginta. Auctor Chronici Flandriæ, c. 41. extremo vocem *Auge*, pro feretro usurpavit: *Et là les mist-on en trois auges de plomb.*

ALVETUM. Matthæus Westmonast. pag. 169. edit. 1601. *Habet alvetum insula permaximum, quod cervos & capras & illius generis bestias continet multas.* Fortè legendum *Alnetum*: nam loquitur de insula, paludibus obsita, in quibus *Alni* vulgò crescunt. Vide *Alnidus.*

ALVINIANUS. Vetus Charta in vita Aldrici Episc. Cenomam. num. 56. *De avena modii 444. axilios ad alvinianum 450. Et omni anno scindulas* 1450. Sed videtur legendum *ad alium annum.*

ALYPTINUS, Sculptus. Papias: *Alyptina, sculpta, depicta. Alyptes, sculptor, vel plagarius.*

ALYRUMNÆ, ita dictæ Magæ, apud Gothos. Vetus Gloss. *Necromantia, Helliruna.* Jornandes de Rebus Geticis cap. 24. *Reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Alyrumnas is ipse cognominat.* Hinc emendandus Michaël Scotus lib. 2. Mensæ Philosophicæ c. 21. *Philometer Rex Gothorum, quasdam mulieres Yriagas, quas Gothi Alarinas vocant, suspectas habens, &c.* Legendum enim *magas & Alyrumnas.* Trithemius in Breviar. annal. ubi de Marcomiro: *Vaticinantem à sagacitate vocarunt Alyrunam.* Hodie etiam à Germanis *Alrunen*, Magas vocari constat. Olaus Wormius in Monumentis Danicis pag. 514. 523. in Literatura Runica cap. 3. & in Fastis Danicis lib. 1. cap. 1. & lib. 3. cap. 3. ait, *Runas* Danos literas suas, figurarum ductibus à cæteris aliis discrepantes, olim generatim vocasse; quarum quibusdam ad res gestas consignandas, & ad scribendum, aliis Magi in incantationibus & præstigiis suis uterentur. Additque, literas istas inde *Ram runer* appellatas, seu Runas amaras & acerbas, quod in perniciem aliorum plerumque earum cederet abusus: eos verò qui *Runis* erant instructi, quique Astronomiæ & Magiæ operam dabant, *Runer*, vel à muneris præstantia *Adelruner* dictos, quòd in re literaria cæteros præcellerent: quod nomen ipsis etiam feminis attributum, unde vocem *Alruna, Alirumna*, & *Aliorumna* effinxerunt Scriptores, seu potiùs depravarunt.

Runarum sanè nomen literis omnibus Danicis attributum constat, quas quidem in oblongioribus baculis scribere solebant, quod testatur, præter Fortunatum, Saxo Grammaticus lib. 4. *Proficiscuntur cum eo bini Fengonis satellites, literas ligno insculptas (nam id celebre quondam genus chartarum erat) secum gestantes, quibus Britannorum Regi transmissi sibi juvenis occisio mandabatur.* Id etiam probant varia istiusmodi ligna inscripta, ab eodem Wormio allata lib. 2. Fastor. Danicor. *Antiqui autem*, ait Brynolph. in Notis in Saxon. in MSS. *Suas runas, hoc est, literas tabellis ligneis, quas* Spioldkefle *nominarunt, commiserunt, non atramento, pigmento aut colore illitas; verùm cultellis incisas, &c.* Hinc fortè *Runen* Germani dixerunt, pro *insusurrare*, quod faciunt Magi: unde *susurri magici*, de quibus diximus ad Cinnamum. Hanc porro *Runa* vocabuli vim firmat inprimis Fortunatus lib. 7. Poëm. 18.

Barbara fraxineis pingatur Runa tabellis,
Quodque papyrus agit, virgula plana valet.

Ubi *runa*, pro litera, seu Germanorum characteribus sumitur: quo loco Codex MS. S. Germani Paris. habet *Rhuna.* Runicorum characterum tabellam exaravit idem Wormius in Literatura Runica pag. 60. censetque, conjectura haud omnino improbanda, literas aut characteres, quos Chilpericum, Francorum Regem, Francicis addendos statuisse, narrant Gregorius Turon. lib. c. 45. & Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 41. non Græcos; sed Runicos, id est, Gothicos fuisse. Hunc consulat velim, quisquis ejus argumenta volet expendere. Vide præterea Loccenium lib 2. Antiq. Suecicar. cap. 14. & Stephanum Stephanium in Notis ad Saxonem Grammaticum pag. 45. seqq. His adde Salmasium de Hellenistica p. 382.

ALYTARCHÆ, in leg. 2. Cod. Theod. de Equis curulib. qui ludis præerant, sic dicti, quòd ludis, qui fiebant in honorem Deorum, τοῖς ἀλυταις, id est, μαςιγοφόροις præessent, ut censent Varinus Phavorinus, Cujacius, & Jacob. Gothofredus. Nam *Rhabdoforos*, seu *mastigophoros* ab Elæis ἀλύτας vocatos scribit Auctor Etymologici: at Petrus Faber lib. 1. Semestr. cap. 18. ab ἀλύειν, quod est *lætari, exultari*, ac præ gaudio dissolvi, deducit, quod utique in ludis usuveniebat, ita ut Alytarchæ fuerint quasi publicæ voluptatis arbitri, seu *Tribuni voluptatum*, uti etiam appellabantur, qui ejusmodi ludorum curam habebant.

AMA. Ugutio: *Strix, gis, nocturna avis, de sono vocis dicta, quando enim clamat, stridet. Hæc avis à vulgo dicitur Ama, ab amando parvulos: unde & lac præbere fertur lactentibus.*

AMA, *Amula.* Papias: *Amæ, vasa sunt, in quibus sacra oblatio continetur, ut vinum.* Ordo Romanus: *Tunc venit Subdiaconus, ferens in brachio dextro patenam, & in sinistro calicem, in quo recipiuntur amulæ populorum, &c.* Infrà: *Pontifice oblationes populorum suscipiente, Archidiaconus suscipit post eum amulas, & refundit in calicem majorem, tenente eum Subdiacono, quem sequitur cum scypho super planetam Acolytus, in quem calix impletus refunditur.* Ibidem: *Ornato verò altari, tunc Archidiaconus sumit amulam Pontificis de Subdiacono Oblationario regionario, & refundit super colum in calicem, &c.* Anastasius Bibl. in S. Silvestro PP. *Donavit amas argenteas duas, pensantes singulæ libras denas.* In Gregor IV. *Ipse Pontifex fecit amas argenteas 6. quæ præcedunt per omnes stationes, pensantes libr.* 13.

Amula, minor *ama.* Papias: *Amula, vas vinarium. Amulæ dicuntur, quibus offertur devotio, sive oblatio, simile orceolis.* Glossæ MSS. *Amula, vas offertorium. Hamula oblatoria*, in veteri Charta Cornutianensi, edita à Suaresio. Ordo Romanus: *Amulæ argenteæ, ad vina fundenda paratæ.* Anastasius Biblioth. in Gregorio III. PP. *Amulas superauratas paria duo.* In Hadriano: *Calicem unum, hamulam offertoriam unam.* Ita cum aspiratione scribitur apud Ugutionem: *Hamula, fiala in similitudinem urceoli.* Chronicon Casinense lib. 1. cap. 28. *Tulit in coronis, baziis, & hamulis, garalibus, & cochleariis argenti libras* 500. Vide Gregorium M. lib. 1. Epist. 42.

Ama, est etiam mensura vinaria. Charta Anselmi Abbatis Laurisham. apud Hubertum Leodiensem de Palatinorum Comitum orig. *Persolvere autem debent Curtarii 4. amas vini, & 20. malter siliginis* Anselmus Leod. cap. 88. *Si pignoris loco vini poneret amam.* Liber Eccl. Leod. apud Chapeavillum: *Commemoratio D. Notgeri Episc. nostri, pro quo habemus amam vini de Frangeis, & 12. modios speltæ.* Vide Joan. Hocsemium in Henrico Episcopo Leod. c. 3. in Adolfo c. 15. Probat. Hist. Limburg. p. 29. &c.

Hama, majus dolium vinarium, in Hist. Trevirensi pag. 221. *Triginta hamas præparat, in quibus singulis singulos milites electos—collocat, &c.* Apud Latinos, *Ama* est vas aquarium restinguendis incendiis, de quo Juvenalis Sat. 14. & Plin. lib. 10. Epist. 42. Contrà Holstenius in Notis ad Passionem SS. Perpetuæ & Felicitatis, ait, amas apud hos Scriptores fuisse falces grandiores, seu ferramenta recurva, longissimis contis suffixa, qualia incendii compescendi aut extinguendi causâ passim apud nos conspiciuntur: unde lex 12. D. de Instruct. leg. *amas* & *harpagones* conjungit.

AMADERE. Charta 69. inter Alaman. Goldasti: *Petivit, ut per precariam ei præstare deberemus, quod — ita fecimus in ea ratione, ut per annis singulis censum*

exinde solvat 15. *siclas de cervisia---& in omni Zelga jornale unum arare, & 3. dies asecare, & 3. amadere.* Id est, tres dies ad secandam, & 3. dies ad colligendam messem dare teneatur. Galli dicimus *Amasser*.

AMALI, Gens ita dicta apud Gothos nobilissima. Jornandes de Rebus Geticis: *Ordinant super se Regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas.* Infrà: *Quis namque de Amalo dubitaret, si vacasset eligere?* Sub finem: *Huc usque Getarum origo, ac Amalorum nobilitas.* Hanc non uno prædicat loco idem Scriptor, ut & Senator. lib. 4. Epist. 39. lib. 5. Epist. 43. lib. 8. Epist. 9. lib. 9. Epist. 1. 25. lib. 10. Epist. 2. lib. 11. Epist. 1. 13. Ab gente ista nobilissima fluxere, opinor, *Amalasuintæ, Amalafredæ, Amalaburge, Amalarici,* & similia apud Jornandem nomina.

AMALUPUS, *qui & canicula* recensetur ab Isidoro lib. 20. c. 15. inter rustica instrumenta.

AMAMEN, inquit Auctor Breviloqui, *Amamentum, amasurus, omnia idem, id est, amatio.*

AMARA, *Cloaca, cubiculus,* ὑπονόμος, in Gloss. Gr. Lat. ubi videtur legendum *tubiculus.* Hinc nostrum *Mare*, pro palude. Vide *Mare.*

AMANDALARIUS, Amigdalus, Gall. *Amandier,* in Capitulari de Villis c. 70.

AMANERE. Gloss. Græco-Lat. *Amaneo,* ἀποχολῶ, quasi seorsim & sejunctim maneo. Gloss. Lat. MS. Regium: *Amanet, extramanet.* Gloss. Arabico-Lat. *Amaneo, extramaneo.* Gloss. Isid. *Amansit, exspectavit.* Vide Salmasium ad Capitolinum p. 82.

AMAJORARE, Augere. Charta Guillelmi D. Montispess. ann. 1103. *Vicarius non amajorabit, nec minorabit placita Montispessulani.*

AMANEGIA, Statuta Mediolanensia 2. part. c. 366. *Siquis abstulerit scharlionum, sive amanegias, sive palos, vel Cayrones de aliqua planta vitis.*

AMARICARE, Exasperare, exacerbare, *Amarum facere, vel fatigare,* Joanni de Janua: Italis, *Amaricciare.* Lucifer Calaritanus de Regib. apostat. *Quia amaricaverunt me ipsi.* Gregorius Magn. lib. 12. Epist. 50. *Eumque à me tristem amaricatumque repuli.* Adde lib. 5. Moral. c. 2. & lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 5. Henric. de Knyghton lib. 1. cap. 14. *Tostius---amaricatus indignanter recessit.* Nec scio, an legendum *amaricare,* pro *amarizare,* apud Plinium Valerianum lib. 1. cap. 17.

Amaricatio, Dolor, nos dicimus *Amertume d'esprit.* Vetus Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. p. 262. *Insuper firmamus vobis, ut si exinde alia qualiscumque charta inventa dederit suptus vobis, illam mittamus sine vestra damnietate vel amaricatione.*

AMARITIA, Amarities, Amaror. Gloss. Græco-Lat. πικρία, *Amaritia, Amaritudo, Acrimonium.*

AMARUS, *Locus amarus,* Aridus, ingratus, macer. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Si quid amari & incerti soli est, id assignatione non datur.* Columella lib. 2. cap. 2. *Solum limosæ paludis & uliginis amaræ.* Plinius lib. 17. c. 5. *Terra amara, sive macra.*

AMASATUS *mansus,* in quo extructa sunt ædificia, *mansiones,* Gall. *Maisons.* Charta Willelmi D. de Montepessulano, ann. 1103. *Dono tibi---& in uno quoque manso amasato de terra unam saumatam de lignis in Nativitate D. per singulos annos. Amaser, heritages amasez, non amasez, amasemens,* passim in Consuetudinibus municipalibus, Atrebat. antiqua art. 62. 147. 160. Hesdin. art. 40. Tervanensi art. 1. Camerac. tit. 8. art. 12. &c. Contra, *Desmasatus. Castellarium Sparpaliæ dismasatum,* in Charta anno 1255. apud Ughellum tom. 7. pag. 1140.

AMASCO, *Amare cupio,* in Gloss. Isidor.

AMASIONES, pro *amasii* dixit Prudentius lib. Peristeph. hym. 14. v. 182.

AMASIRE, In manso constituere. Charta ann. 1239. apud Rouverium in Reomao pag. 262. *Pacificati sumus in hunc modum, quod borda jam dicta ita maneat, quòd Abbas vel Prior de Asiaco non possunt aliquem amasire.*

AMASSARITIA. Vide *Massaritia.*

AMATIXUS, pro *Amathistus,* Lapis pretiosus, in Charta Heccardi Comitis Augustodunensis apud Perard. in Tabulis Burgundicis p. 26. *Sigillus de Amatixo,* in Testamento Haimonis Dom. Burbonensis.

AMATORIA, *Philtra,* apud Ammianum lib. 29. & Ruffinum in vers. Eusebii lib. 4. c. 7.

AMBACTUS, Cliens, servus conductititus: vox Gallica. Festus: *Ambactus, Ennio, Lingua Gallica servus dicitur.* Glossar. *Ambactus,* δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος. Cæsar de Bello Gall. de Equitibus Galliæ agens: *Eorum,* inquit, *ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientesque habet.*

Remanet etiamnum in Germania & Belgio vocabuli vestigium. Nam in civitatibus passim Flandricis, aliisque nonnullis *Ambachten* ejusmodi Corpora dicuntur, quæ unum sibi legunt, cujus auctoritatem perinde atque capitis sui venerantur. Unde & ii *Ambachten heeren* Belgico idiomate, *Ambactorum* quasi *Dynastæ* intelliguntur, aut certè viri tales, penes quos sit rerum summa, & in coloniis territoriisque dominatus. Regiones ipsæ in Ambactias distribuuntur: unde pro, *in Comitatu Engelberti,* aliquando in diplomatibus legere est, *in Engelbrechtes Ambachte,* vel *Ambechte,* uti testatur Freherus lib. 1. Orig. Palat. Apud Keronem, *Officina, Ambahti: Officium, Ambahti: Officia, Ambaht,* exponuntur. Apud Kilianum, *Ambacht,* est *officium, præfectura, jurisdictio civitatis.* Lexicon Germanicum vetus apud Lipsium lib. 3. Epist. 44. *Ambachtman, ministri.* Quam vocem Somnerus à Saxonico embehtman, *minister,* & embeahtian, *ministrare* deducit. Joan. Stiernhookus lib. 2. de Jure Sueonum vetusto cap. 4. pag. 207. scribit, servos in jure Gotthico, Sudermanico & Westmannico, *Ambat,* nominari, idemque videri, quod *Ambacht,* apud Cæsarem: nisi quod apud Suecos hodie tantùm feminis tribuitur. At Salmasius lib. de Usuris, nequaquam vocem esse Gallicam contendit, hæcque Festo addita esse ab illius Abbreviatore, & in Cod. MS. haberi post hæc Festi verba: *Aut præpositio loquelaris significat circum, unde suprà servus ambactus, id est, circumactus dicitur.* Vide eundem ad Hist. August. Pithœum lib. 1. Advers. cap. 8. Pontanum in Gloss. Turnebum in Advers. Cluverium in Germ. antiq. lib. 1. c. 8. 13. &c.

AMBAGES. Thwroczius in Maria Regina Hungar. cap. *Et ambages, ut suasionibus regem femineum erga populum spretum redderent, cunctas regni ad partes mittit.* i. submissas personas.

AMBAGIBALIS *charta.* Charta vetus in vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 69. *Chartam ambagibalem ibidem præsentabant, quam Bertha ad ipsos infantes suos fecerat, ubi habebat insertum, dum advivebat, & in partes duas Leogisilo quondam conjuge suo, quam & suam tertiam ad usum tenuerit.* Vox luxata, ni fallor, fortè legendum *auditionalem,* de qua Marculfus lib. 1.

AMBAGINES, pro *ambages,* Difficultates, calamitates. Glossæ Gr. Lat. περίοδος, *Amfractus, circuitus, ambago.* Isidorus Pacensis Episcopus æra 772. *A-*

bdimelec ex nobili familia super Hispaniam Dux mittitur ad principalia jussa: qui dum eam post tot tantaque prælia reperit omnibus bonis opimam, & ita floridè post tantos labores repletam, ut diceres augustalem esse malogranatam, tantam in ea pene per 4. annos irrogat petulantiam, ut paulatim labefactata à diversis ambaginibus maneat exccuta.

AMBAGIOSUS, *Circulosus.* Glossæ MSS.

AMBAR, *Ambare, ambra*, vulgò, *Ambre*: stercus piscis. Lexicon ἰατρικὸν, Αμπαρ μυρεψικὸν, κόπρος ἰχθύος. Joann. de Janua: *Ambra, species valde cara, & dicitur ab ambrosia.* Historia Translat. S. Sebastiani cap. 15. n. 74. *Revulsoque sarcophagi operculo, mirificæ virtutis ambare suaviter redolentis viri faciem demonstrant.* Jacobus de Vitriaco lib. Hist. Orient. pag. 1143. *Magnam partem delitiarum Ægypti in auro & argento, perlis & pomis ambræ, filis aureis, &c.* Vocem Mauris familiarem esse observat Philander ad Vitruvii lib. 8. cap. 3. Vide Serapionem lib. Aggregat. cap. 196.

AMBASCIA, Legatio, injunctum munus, negotii peragendi ac conficiendi alicui demandatum munus. Lex Burgund. Addit. 1. tit. 17. *Quicumque asinum alienum extra domini voluntatem præsumpserit, aut per unum diem aut duos, in ambascia sua.* Pactus Legis Salicæ tit. 1. §. 3. *Si in dominica ambascia fuerit occupatus.* Alia Editio habet *ambaxia.* Pithœana: *Si in jussione Regis fuerit occupatus.* Ex quibus liquet, *ambasciam*, idem sonare quod *jussio*, munus scilicet alicui demandatum, nostris *commission.* Nec scio, an aliter accipi debeat in Pœnitentiali S. Columbani: *Qui præsumit facere ambasciam, non permittente eo, qui præest, libera & effrenata processione, absque necessitate, 50. plagis inhibeatur.* Id est, qui ex patria egredi, vel peregrè proficisci præsumit. Nam ita *ambascia* sumitur in Lege Burgund. nempe pro itinere in Legatione obeunda. Vocem hanc inde retinuere Itali, quam pro anxietate ac fastidio usurpant; fortè quod qui *ambasciam* suscipiunt obeundam, morosi sint & & anxii ut plurimùm: cujusmodi sunt, qui negotiis alienis implicantur. Dantes:

Et però lievo su, vinci l'ambascia,
Con l'animo, che vince ogni bataglia.

Et alio loco:

Non ti meravigliar, ch'io n' abbia ambascia.

Ambasciare, Legationem obire, seu potiùs nomine alterius quidpiam efferre, nuntiare, referre. Hincmarus Epistola. 13. ad Ludov. III. Regem: *Remitto autem illum ad vos, ut coram fidelibus vestris, aut profiteatur se ita dixisse, aut veraciter deneget, talia vobis ex mea parte ambasciasse. Vnde puto, ut sicut in nomine interprisum est, ita sit & in ambasciato. Nam ipse frater noster à vobis ad me rediens ambasciavit mihi ex vestra parte, ut pedem meum basiaret.* Idem in Visione Bertholdi Presbyteri: *Et ambasciavi ex illorum parte, quod mihi jussum fuerat.* Ubi *Ambasciatum*, est sermo ipse legati seu nuntii. Sicque ea videtur vox accipienda in inscriptione Epistolæ Pauli PP. quæ extat in Codice Carolino, & tom. 3. Hist. Fr. p. 378. *Exemplar--Epistolæ, in qua continetur abbasciatum* (malim *ambasciatum*) *Remedii Episcopi & Autcarii Comitis, qualiter justitias B. Petri--apud Desiderium quondam Regem ex parte receperit, & reliquas justitias faciendum pollicitus est.* Ubi *Ambasciatum* non est legatio ipsa, quod vult Gretzerus; sed legati rerum à se actarum narratio, vel relatio: tametsi id ipsum interdum sonet, ut in Capitulari de villis cap. 16. *Si judex in exercitu, aut in wacta, seu in ambasciato, aut alicubi fuerit, &c.*

Ambasciare præterea dicebantur Proceres, qui ab Episcopis aut Abbatibus interponebantur, ad donationem aliquam pro suis Ecclesiis ab Imperatoribus aut Regibus impetrandam. Has enim donationes *ambasciasse*, id est, suo interventu obtinuisse dicebantur ii, eoque nomine Chartas ipsas subscribebant, in quibus semper mentio fiebat, has donationes ad illorum preces factas fuisse. Charta Caroli Calvi ann. 877. apud Miræum in Donat. Belg. *Signum Caroli gloriosiss. Imp. Aug. Domina Richildis Imperatrix ambasciavit.* Alia Carlomanni Regis Franc. pridie Nonas Martii ann. 5. regni, Indict. 1. *Actum apud Triupchiacum villam--Theodericus & Anscharius Comites ambasciaverunt.* Alia ejusdem Regis apud V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbonensia pag. 71. *Dat. prid. Non. Junii, ann. 3. Indict. 4. Norbertus Notarius ad vicem Archiepiscopi recognovi. Hugo venerabilis Abba hoc ambasciavit.* Ubi observandum, Chartam hanc rogatu ejusdem Abbatis concessam esse. Charta alia Caroli C. pro Ecclesia Narbonensi apud eundem V. Cl. Steph. Baluzium in Appendice ad Capitularia n. 78. sic clauditur: *Hudolricus inclitus Marchio hoc ambasciavit.* Ita apud Perardum in Burgund. pag. 155. aliud Diploma ejusdem Caroli C. sic pariter clauditur: *Audacher Notarius ad vicem Gauselini recognovit & subscripsit. Boso Comes ambasciator. Data, &c.* Ubi Boso *ambasciator* dicitur, quòd ad illius preces Carolus donationem fecerit, quod quidem ex contextu Diplomatis patet: id est, *interventu*, uti habetur in aliquot aliis Chartis Lamberti & Berengarii Regum Italiæ, Ottonis I. Imperat. & al. apud Ughellum tom. 2. pag. 124. 125. 129. 130. 194. 203. 208. 209. 518. Denique describitur Charta alia Caroli Simplicis pro Abbatia Auriliacensi à P. Dominico à Jesu Carmelita, in Vita S. Geraldi, quæ sic clauditur: *Willelmus Comes ambatiavit.* Nec scio, an vim vocis alio verborum contextu expresserit Aeltfryth Regina, Eadgari Anglorum Regis uxor, in subscriptione, quæ extat apud Seldenum ad Eadmerum pag. 159. quæ sic se habet: *Ego Ælfthryth legitima præfati Regis conjux, mea legatione Monachos eodem loco, Rege annuente, constituens, crucem impressi.* Nam *legatio* idem est quod *ambascia.*

Ambasiata, Gallis, *Ambassade.* Mamotrectus: *Nuncium, Ambasiata.* Breviloq. *Ambasiata est legatio Conciliorum vel principum in causis suis.* Carolus IV. de Vita sua pag. 105. Edit. Reineccii: *Ludovicus Bavarus solennem suam ambasiatam ad Regem Joannem misit.* Adde Thwroczium in Ludovico Rege Hungar. cap. 4. & Joan. Carmessonum in Vita S. Petri Thomasii cap. 5.

Ambassiatio, eadem notione apud Matthæum Paris pag. 381.

Ambasciaria, Legatio, in Hist. Cortusiorum lib. 4. cap. 3.

Ambasciator, Ambassiator, Ambaxiator, Legatus, internuntius, qui jussa Regis, aut domini sui defert. Auctor Breviloq. *Ambasiator est Legatus Principis in arduis negotiis.* Concil. Constantinop. sub Menna Act. 4. pag. 696. Edit. 1618. *Heraclius Diaconus Ambasiator Euphræmii Patriarchæ Theopolitani. Stephanus Diaconus & Ambasiator Episcopi Cæsareensis.* Vide Thwroczium in Attila cap. 13. in Ludovico cap. 4. &c.

Imbassiator, Negotia imbassiatoria, tom. 1. Monast. Anglic. p. 154.

Istorum vocabulorum etymon variè varii accersunt: quidam enim, ut Scaliger, Salmasius ad Hist. Aug. Wlcanius, Spelmannus, & alii, à voce Gallica *Ambactus*, Cliens, deducunt, ut *ambascia* sit legatio, obita à cliente aut famulo; *ambasciator*, famulus ipse, cui legati onus imponitur, aut cui res quæpiam mandatur perferenda. Lindenbrogius à Germanico *ambacht*, operâ, *ambachten*, operari, deducit, cui subscribunt Paulus Merula & Wen-

Wendelinus : ita ut *ambasciator* is sit, qui operas suas locat ad obeundam legationem, quod certè quidam perhonorificâ legatorum negotiatione indignum censent. Albertus Acharisius in Vocabulario Italico ab *ambulare* : alii denique ab Hebræo etymon accersunt. Vide Origines Francicas & Italicas V. Cl. Ægidii Menagii.

AMBIDEXTER, Judex, qui ab utraque parte dona accipit. Galli dicerent : *Qui prend à droite & à gauche.* Bracton. lib. 3. tit. de Corona cap. 1. *De Vicecomitibus & aliis Ballivis ambidextris, qui capiunt de utraque parte.* Adde Rastallum in hoc verbo.

AMBIENTISSIME, in Epist. 9. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.

AMBIFARIE, *Ambifariam*, Bifariè. Ugutio: *Ambifariam, discretim, id est, ex ambabus partibus.* Utitur Apulejus in Apologia : *Ambifariè* dixit, &c Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 2. *Quicquid afficitur, contrariis congruentibusque pariter obnoxium ambifariè subditur passioni.* Vide *Amfariam*.

AMBIGENA, Androgynus, hermaphroditus : utriusque generis, seu sexus. Petrus Blesensis Epist. 9. *Ambigena non generant, teste Hippocrate*, &c.

AMBIGINES, *Loca flexuosa*, *anfracta*, in Gloss. Lat. MS. Regio Cod. 1013. & apud Papiam. Vide *Ambago*.

AMBIGIOSUS, Papiæ, *Circulosus, ambagibus plenus* : fortè *Ambagiosus*.

AMBIGONIUS, dicitur *ille triangulus, qui hebetem angulum habet*, Ugutioni : vox hibrida.

AMBIGUUM, Indefinitum. Frontinus de Limitib. agror. *In ambiguo videtur hic ager, & velut indefinitè remansisse.* Idem de Coloniis : *Pro æstimio libertatis legem sunt secuti, ubi termini ambiguum nunquam receperant.*

AMBILOQUUS, *Bilinguis, qui nunc hoc, nunc illud affirmat, unde Ambiloquium, talis locutio.* Ugutio & Joan. de Janua.

AMBITIES, *Ambitio*, Ugutioni.

AMBITIO. 2. Paralip. cap. 16. *Posueruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus & unguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione magna.* Ubi Mamotrectus : id est, *apparatu magno*, & Græc. Edit. καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ἐκφορὰν μεγάλλωεως σφόδρα.

IN AMBITU, Circa, quomodo Galli dicunt, *aux environs.* Ethelvverdus lib. 4. c. 3. *In eodem anno, post Pascha, in ambitu letanias, cometa apparuit.*

AMBITUDO, pro *Ambitus*, dixit Apulejus in Asclepio.

AMBIVERTIBILIS, in utramque partem versatilis. Anonymus de Miracul. S. Servatii n. 56. *Ambivertibilique vultu oculos convertit.*

AMBIX, Vas materiæ testeæ, vel vitreæ, Cælio Aureliano Siccensi lib. 4. Tardar. passion. cap. 7. Ἄμβιξ, Hesychio, Athenæo, & aliis.

AMBLACIUM, Instrumentum rusticum. Adalardus in Statutis antiquis S. Petri Corbeïens. lib. 2. cap. 1. *Ipsi dent unusquisque ad hortum, cui deservit, in tertio anno aratrum 1. cum amblacio & conjunclis, quando necesse fuerit.*

AMBO, Pulpitum, tribunal Ecclesiæ, ad quod gradibus ascenditur. S. Fulgentius Homil. 10. *Dum sanctæ prædicationis, jubente nunc sancto Patre, altissimum conscendimus thronum, vestris immolaturi sensibus verbi Dominici sacrificium, Dei primitus expectamus eloquium, qui loquentem facit mutum, ut cum nos gradum conscendimus absidæ, ipse descendat de throno cælorum, qui inclinavit cælos, & descendit, &c.* Papias: *Ambonem dicendo, gradum significamus.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 6. *Ambo ab ambiendo dicitur, quia intrantem ambit & cingit.* At constans est doctiorum sententia, à voce Græca ἀναβαίνειν, Latinam formatam. Hesychius ait, ἄμβωνας esse τὰς καταβάσεις τῶν ὀρῶν. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 930. Ἄμβων, παρὰ τοῦ βῶ, τὸ βαίνω, καὶ ὁ ὑψηλὸς τόπος. Aliud Cod. 2062. Ἄμβων, ὁ ὑψηλὸς τόπος, παρὰ βῶν, βῶ, καὶ ἀνάβων, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄμβων. Infrà : ἄμβων, ὁ τῆς πέτρας ὀφρῦς. Paulus Warnefridus in Episcopis Metensib. in Chrodegango : *Construxit etiam ambonem auro argentoque decoratum, & arcus per gyrum throni ante ipsum altare.* Historia Episcoporum Autisiodor. cap. 45. *Ambonem ibi vilem aspiciens, cryptis honestissimè compositis desuper, honorificè constructum locavit.* Anastasius in Sergio PP. *Hic fecit ambonem & incyburium in Ecclesia, &c. Pulpitum Ecclesiæ* semel ac iterum vocat Victor Tunonensis.

Ad conscendendum ambonem duplex patebat ascensus, ut ex Silentiario probavimus in Descriptione S. Sophiæ n. 75. quod firmatur præterea ex iis, quæ habet Durandus lib. 4. Ration. cap. 24. n. 17. *Dicitur autem ambo,---quia gradibus ambitur. Sunt enim in quibusdam Ecclesiis duo paria graduum, sive duo ascensus in illum per medium chori, unus à sinistris, videlicet versus Orientem, quo fit ascensus : alter à dextris, videlicet versus Occidentem, quo fit descensus.* Ugutio : *Ambo, pulpitum, ubi ex ambabus partibus sunt gradus.* Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 17. *Fecit basilicam B. Laurentio Martyri----in qua fecit gradum ascensionis & descensionis, &c.*

In ambone legebantur *Lectiones, Epistolæ & Evangelia* in sacris Liturgiis. Ceremoniale Episcopor. lib. 1. cap. 12. *Ambones, ubi Epistolæ & Evangelium decantari solent.* Chronicon Casinense lib. 3, cap. 19. *Gradum etiam ligneum ejusdem operis extra chorum, ambonis in morem pulcherrimè statuit, in quo & nocte Lectiones, & Epistolæ ac Evangelia ad Missas præcipuarum festivitatum legerentur.* Ita Editio Angeli à Nuce : nam Brolianа perperam *Umbonis* præfert. Benedictus III. PP. Epist. 12. ad Episcopos in Regno Caroli constitutos: *Qualiter olim sacrorum fuit conjunctus numero Clericorum, adeo ut in divinis celebrandis mysteriis more Subdiaconorum sacras Lectiones conscendens ambonem populo nuntiaret.* Gregorius Nazianz. Orat. 1. in Julianum pag. 59. de eodem Juliano : ὁ τῶν θείων ὑπαναγνώστης ποτὲ λογίων, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου βήματος ἠξιωμένος τιμῆς. Nicephor. Callist. lib. 14. cap. 10. ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστιν. Vetus Inscriptio Romana apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 486. *In Ambone S. Petri :*

Scandite cantantes Domino, Dominumque legentes :
Ex alto populis verba superna sonant.

In ambonis parte superiore bini erant gradus : alter altior, in quo Evangelium legebatur ; alter inferior, in quo Epistola. Ordo Romanus : *Subdiaconus verò, qui lecturus est, ascendit in ambonem, ut legat, non tamen in superiorem gradum, quem solet ascendere, qui Evangelium lecturus est.*

Neque tantùm Lectiones & Evangelia ; sed etiam quæ ad populum recitanda vel exhibenda erant, in ambonibus recitabantur aut exhibebantur. S. Martinus I. PP. in Synodo Lateranensi : *Capitula numero novem in ambone prædicans, &c.* Annales Francorum ann. 800. *Ipse Pontifex coram omni populo, in B. Petri Basilica Evangelium portans, ambonem conscendit, invocatoque Trinitatis nomine, de objectis se criminibus jurejurando purgavit.* Vide Anastasium in Pelagio PP. Capitula Caroli Mag. lib. 1. cap. 88. *In ambone ipsa auctoritas coram populo legatur.* In ambone Imperatores coronatos

natos testatur Theophanes pag. 405. 418. 419. 426. & Auctor incertus post eundem Theophanem pagina 431.

In ambonibus etiam orationes, seu *sermones*, habebantur ad populum. Epiphanius lib. 10. Histor. Tripart. cap. 4. *Episcopus verò, Eutropio sub altare jacente, nimioque repercusso timore, residens super ambonem, ubi solebat priùs facere consuetum sermonom.* Iso Magister de Miraculis S. Othmari Abbat. cap. 4. *Quendam Archipresbyterum ambonem conscendere, ac vice sui sermonem ad populum facere jussit.* Prudentius Peristeph. Hym. 11. de S. Hippolyto:

Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur, Antistes prædicat unde Deum.

Socrates lib. 6. cap. 5. καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν, χάριν τοῦ ἐξακούεσθαι. Cæterùm extat adhuc Romæ veteris ambonis forma in Ecclesiis S. Clementis, S. Pancratii, & S. Laurentii extra muros. Vide quæ de ambone Ecclesiæ Sophianæ congessimus in ejusdem ædis Descriptione n. 74. 75.

AMBOLAGIUM. Vide *Anabolagium.*

AMBOSTIS, *Pugillus, pugnus*, in Gloss. Arabico-Lat.

AMBRA, *Ambrum, Amber*, Anglo-Saxonibus, vasis vinarii genus, vel mensura: ex Latino *amphora*, ut videtur, deducto vocabulo. Leges Inæ Regis Westsax. tit. 74. apud Brompton. 12. *ambræ cervisiæ VValiscæ.* --- 10. *plena ambra butyri.* Leges Adelstani Regis apud eundem tit. 3. *De duabus meis firmis dent eis singulis mensibus ambra plena farinæ.* Liber Evidentiarum Ecclesiæ Christi Cantuariensis: *Et reddere debet* 120. *mensuras, quas Angli dicunt* ambres, *de sale.* Cujus verò quantitatis fuerit amphora, pluribus tradunt Lambardus & Spelmannus. Nescio, an *amphora* apud Will. Thorn. pag. 1804. lin. penult. sit idem, quod *ambra*? Vide *Ambar.*

AMBRO. Gloss. Isid. *Ambro, devorator, consumptor, patrimoniorum decoctor, luxuriosus, profusus.* Joan. de Janua: *Ambro, leccator, lurco, manducus, ardelio, ganeo. Sed interest: ambro dicitur ille, qui bene scit judicare de sapore ciborum; & libenter gustat bene saporata: lurco dicitur ille, qui gulosè & immundè omnia devorat, &c.* Gildas de Excidio Britann. *Illi primores inimici ac si ambrones lupi profunda fame rabidi.* Galfridus Monemuthensis lib. 5. cap. 4. *Prosternite viri obstantes ambrones, prosternite.* Adde lib. 5. cap. 6. lib. 6. cap. 3. Althelmus de Octo principalib. vitiis cap. 1.

Dum vetitum ligni malum decerperet ambro.

Idem cap. 5. de Virg. *Ambronibus & lurconibus vetitam degustans alimoniam.* Adde Epist. 1. Bonifac. Mogunt. Festum Pompejum, & Cluverium lib. 2. Germ. Antiq. cap. 4. &c.

Ambroninus, inquit idem Joan. de Janua, *ab ambro, quod est leccator, unde quidam, cùm vellet alium redarguere, ait: Tu habes lurconinam buccam, & ambronina labia: volens significare, quòd multùm & turpiter comedebat, & libenter de bene saporatis.*

AMBROSIANUM. Vide *Hymni Ambrosiani.*

AMBROSINI, Nummi Dominorum & Ducum Mediolani S. Ambrosii, equo insidentis, & flagellum dexträ tenentis imagine insignes, cujusmodi passim videre est. Ii autem cudi cœpere, ex quo Luchinus Vicecomes, Mediolanensium copiarum ductor ab Azone patruele suo constitutus, victoriam insignem de Leodrisio Vicecomite, Azonis patruo, reportavit an. 1339. 21. Febr. quo in prælio ferunt S. Ambrosium ab omnibus conspectum, scuticâ hostes cædentem; ideoque Mediolanenses ei victoriam adscripsisse. Postmodum in rei memoriam sanctum Antistitem hac specie in nummis suis effingi curarunt Domini Mediolananses. Historiam narrant Bosius, Corius, Jovius, & alii. Sed vexilli Mediolanensis, S. Ambrosii nomine insigniti, longè antea mentio occurrit, nempe sub an. 1160. in Hist. Archiepisc. Bremensium pag. 104.

AMBUDT. Andreas Suenonis lib. 13. Legum Scaniæ cap. 6. de oppressione ancillæ: *Ad sex orarum Satisfactionem vel seni juramenti defensionem interdum illicitus attingit concubitus cum ancilla, puta, quæ servilibus exempta operibus, societatis & honoris, & obsequii dignioris intuitu, assidendi dominæ suæ officium est adepta, unde quoque* Ambudt *lingua patria nominatur.*

AMBULACIUM, Caducum mali Punici. Cælius Aurelianus lib. 5. Chron. cap. 2. pag. 129. 1. edit. *Aut mali Punici foliis viridibus, vel ejus caduco, quod Latini Ambulacium vocant.* At lib. 4. cap. 3. pag. 102. habet *ampullagium: aut decoctione mali Punici, vel ejus caduci, quod Græci Cytino roas appellant, nos ampullagium.* Ita etiam editio posterior. Græc. κυτίνοι ῥοᾶς.

AMBULARE, Ire, proficisci, equo vehi, peregrè ire. Glossæ MSS. *Bitit, ambulat. Bitire, ire.* Infrà: *It, ibit, ambulavit. Ambula in jus*, apud Plautum. Anonymus Valesianus de Constantino M. *Ambula Constantinopolim ad Justinum Imperatorem.* Messianus Presbyter in vita S. Cæsarii Arelat. lib. 2. *Effecit, ut vir Dei ad civitatem illam ambularet.* Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 20. *Non est optimum, ut neptis mea ambulet, ubi soror sua est interfecta.* Ita lib. 6. cap. 11. de Vitis Patrum cap. 7. Regula 1. SS. Patrum cap. 8. Decretio Childeberti cap. 7. Præceptum Theodorici Reg. Fr. apud Mabillon. de Re Diplomat. pag. 471. *Ubi de ipso monasterio, vel de ejus villis, tam ambulandum, quàm revertendum pervexissent.* Placitum Childeberti III. Reg. ibid. pag. 477. *quando Genetor noster Theudericus quondam Rex partibus auster visus fuit ambulasse, homo nomine Ibbo. quondam nullatenus ibidem ambulasset, &c.* Ubi in mentem venit nostrum, *aller*, pro *ire*, ex *ambulare*, formatum, ut ex *ambler*, *aller* effictum fuerit. Conjecturam severioribus libenter exponimus, hac notione utuntur Paulus in Vita S. Hilari Abbat. Galeat. n. 5. 7. Lex Alemann. tit. 23. §. 4. Lex Longobard. lib. 1. tit. 14. §. 6. 7. 8. Capitula Caroli C. pag. 135. Marculfus lib. 1. form. 23. Hincmarus tom. 2. p. 593. Concilium Wormatiense an. 868. can. 18. Anastasius in Vitis PP. pag. 27. 32. 35. 37. 38. &c. Vetus Testamentum passim, &c.

Deambulator, qui peregrè proficiscitur. Eckehardus de Casibus S. Galli cap. ult. *Deambulatoribus peregrinis, qui Romam ibant, jungitur.*

Ambulare super aliquem. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 19. *Qui super aliquem ambulaverit, & sic eum pro quacunque causa occiderit, &c.* Galli dicerent: *Courir sur quelqu'un.*

Ambulare, Pertinere. Charta Dagoberti Regis, apud Henschenium de Tribus Dagob. pag. 28. *Qualiter omnes res juris nostri in pago Laudemburgensi, & quidquid ad nostram urbem ambulare visum est, & omne, quod ad fiscum nostrum hactenus pertinebat, &c.*

Ambulare pecunia dicitur, quæ, ut vulgò loquimur, currit, cursum habet, in usu est, *à cours*, in Pragmatica sanctione Justiniani cap. 19. *Vadere*, in Concilio Francofordiensi an. 794. can. 5. *Et in omni emporio vadant isti novi denarii, & accipiantur ab omnibus.* Vide *Moneta usualis.*

AMBULATOR, Equus, qui *Tolutarius* Senecæ, *Gradarius* Lucilio, *Asturco* Plinio dicitur, cui mollis alterno crurum explicatu glomeratio est: nostris *Haquenée, cheval d'amble*, Hispanis, *Cavallo amblador.* Papias MS. *Astructor*, (Asturco) *equus ambulator*: editus habet *Asterco.* Joan. de Garlandia in Synonymis, ubi

ubi de equis variis: *Istis curristam jungamus Ambulatorem.* Igitur ab *Ambulare*, ita dictus, non à Græc. ἀμϐλύνειν, uti vult Porionius. Vita S. Henrici Imperat. cap. 23. *Singulis annis album ambulatorem cum Phaleris Romano Præsuli dari constituit.* Adelbertus Abbas Heideimhensis: *Dum reliquias Richardi Regis ad Ecclesiam filii sui defferret, Ambulatorem abstulerat.* Eckeardus junior de Casibus S. Galli, cap. 15. *Ambulator, cui ipse insederat, alacritatem equorum post se sentiens, caput concutiens, exultare cœpit.* Vide eundem cap. 10. & 11. S. Bernardus Epist. 2. *Tu sedens super Ambulatorem tuum, indutus purpura & bysso, circuis plateas.* *Equus Ambulatorius*, apud Fulbertum Epist. 111. Occurrit præterea in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 2.

Ambulare, nostris *aller l'amble.* Vegetius lib. 1. de Arte veterin. cap. 56. *Minutim autem equus ambulans, commodiùs vehit, & pulcriùs videtur incedere.* Vita S. Willelmi Abbat. Roschildensis num. 45. *Quodam die quum ad negotia domus exiret, equitavit quendam roncinum. Frater autem qui cum eo ibat, considerans pulcritudinem equi, & dispositionem membrorum ejus, ait, Proh dolor! quod talis equus non ambulat. Cui Abbas: Credisne, quod poterit ambulare? At ille: Minimè credo, quia senex est, & naturalem minimè immutabit cursum, — & hæc dicens cœpit eum urgere calcaribus. Ille verò soliti cursus oblitus, gressus faciebat planos, bene ambulando, quamdiu vir Dei dorso ejus insedit.*

Ambulans, idem qui *ambulator*, Italis *ambiante.* Constitutio Caroli Crassi Imp. de Feudis cap. 5. *Et duo equi, unus currens, alter ambulans, addantur.*

Ambulatorium, Equus, seu, ut efferebant nostri, *Equitatura.* Lambertus in Vita S. Heriberti Archiepisc. Coloniensis n. 22. *Clam mandat se — data ei argenti libra, ambulatorio Episcopi eum imponat.* Quo loco Rupertus Abbas in Vita ejusdem Sancti n. 24. *equum* habet. Gaufredus Malaterra lib. 4. cap. 26. *Comes autem sciens, urbem juri Apostolici Urbani & S. R. Ecclesiæ competere, susceptis mille quingentis aureis, & sex ambulatoriis, urbi & messibus suis parcendum indicit.*

Ambulatrix, Equa tolutaris. Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Sternatur utique ambulatrix mea, ascendensque equitem illam velocissimam, &c.*

Ambulatura, Incessus tolutaris, Gall. *amble*, Italis *ambiadura.* Vegetius lib. 4. Artis veterin. cap. 6. *Statura & positione à cæteris equorum generibus non plurimùm differunt: sed solius Ambulaturæ quadam gratia discernuntur à cæteris. Gradus est minutus & creber, & qui sedentem delectet, & erigat; nec arte doceatur; sed naturæ veluti jure præstetur.* Vide eundem lib. 2. cap. 5. Vegetius lib. 4. de Re militari cap. 6. *Inter colatorios & eos, quos guttonarios vulgus appellat, Ambulatura eorum media est.* *Ambulatio volubilissima*, apud Monachum Sangal. de Rebus Caroli M. lib. 1. cap. 26. *Le Roman de Gaydon* MS.

Charles chevauche à la barbe florie,
Et li Dus Gaydes l'ambleüre serie.

Vetus Poëma de Vulpe Rege Coronato MS.

Un autre i envoiés le pas,
Ou les galos, ou l'ambleure.

Joan. de Condato MS.

M'en aloie grant aleure,
Si com palefroi l'ambleure.

Bocacius: *Noi aviano perduto il trotto per l'ambiadura.*

AMBULATORIUM, *Locus aptus ad ambulandum*, Joanni de Janua. Est etiam pedatura murorum, seu mœnium, πτεὶπαλος, apud Constantinum Porph. de Admin. Imp. cap. 29. Διάϐατα, Harmenopulo: nostris, *Rempart.* Gloss. Lat. Græc. *Ambulacrum*, Διάστημα, πτεὶπαλο:. Vita S. Aniani Episcopi Aurelian. apud V. C. Hubertum: *Pontifex fisus in Domino, per muri ambulatorium Sanctorum gestans pignora, &c.* Vide *Pedatura.*

AMBULUS, *Cursor, qui causâ festinationis legatur.* Joann. de Janua.

AMBUS, *Malcus*, in Glossis Isidori.

Ambi, Servi, ab ambiendo i. circumeundo dicti, Ugutioni.

AMBUSILLA, *Venter*, in Gloss. Isid. Ugutio: *Ambutilla* (sic in MS.) *Venter, qui ambabus partibus cillatur, id est, movetur per os & anum.*

AMEN. Breviloq. *Amen, i. Verè vel fideliter, sive æternaliter. Item idem est quod: Fiat. Item idem est quod Veritas.* Græcismus:

Verum, verè, fiat, Amen tria denotat ista,
Si verum, nomen, adverbium sit tibi verè,
Amen, Amen, verè, duo sunt adverbia verè,
Amen pro, fiat, tibi verbum deficiens est.

Lexic. Græc. MS. Reg. cod. 2062. Ἀμὴν, πεπιστωμένως, ἀληθῶς, ἢ ἀντὶ γένοιτο. Vide præter Scriptores de Officiis divinis, Baron. an. 57. n. 163. N. Fullerum lib. 1. Miscell. sacr. cap. 2. & Card. Bona lib. 2. Rer. Liturgic. cap. 5. n. 6. Goarum ad Euchologium pag. 138. & Henric. Valesium ad Eusebii Hist. lib. 6. c. 43. lib. 7. cap. 9.

AMENDULA, Amygdala, *Amendola*, Italis, nostris *Amende*, vel *Amande.* Anastasius in Benedicto III. pag. 206. *Nec non amendulas aureas numero 11. & gemmas chrysoclavas pendentes 10. præcepit fieri.* Id est, ornamenta in amygdalæ speciem confecta & formata.

AMENTARE, in Gloss. Græc. Latin. est Ἀκοντίζω. Ugutio: *Salire est propriè, quod vulgò dicitur Amentare, & pertinet ad animalia irrationabilia. Amentare & ammentare*, pro *in mentem* seu *memoriam revocare*, Itali dicunt.

AMERCIARE, *Amerciamentum*, voces fori Anglici & Scotici. Est autem *Amerciare*, mulctam seu pœnam pecuniariam pro delicti modo & qualitate in reum decernere. Pœna ipsa *Mercia* & *Amerciamentum* appellatur, *Enmerciment* in Charta Gallica apud Knyghtonem pag. 2731. eadem, quæ Saxonibus Anglicis *VVita*, mulcta scilicet, quæ levioribus delictis imponitur: nam quæ majoribus, *VVita major*; quæ gravissimis, *Compositio* dicitur. Apud veteres autem, certo boum, ovium, aut aliorum animalium numero æstimabatur, ut auctor est Agellius lib. 1. cap. 2. quod in Scotia etiam obtinuisse docemus in v. *Vacca.* Deducta porrò ejuscemodi vocabula à Gallico *Mercy*, id est, Misericordia, quomodo etiam interdum mulcta ipsa nuncupatur; seu quòd soleat irrogari crimen confitenti & *misericordiam* petenti: seu quod qui deliquit, sit in *misericordia* Regis vel Judicis, qui pro libito mulctam imponit. Quoniam Attachiamenta cap. 33. *Quòd si non fecerit, potest amerciare.* Charta Libertatum Angliæ Regis Joannis: *Liber homo non amercietur pro parvo delicto, nisi secundùm modum ipsius delicti.* In Concilio Lambethen. an. 1261. habetur cap. *de Clericis amerciatis per Judicem sæcularem.* Matth. Paris an. 1242. *Civitates & burgi, & fere*

fere omnes villæ graviter amercientur. Vide eundem pag. 596. 597. 673. Synodum Exonienſem an. 1287. can. 12. Leges Scoticas, & libros Anglorum forenſes, Edvv. Cokum ad Littletonem ſect. 194. Raſtallum, &c.

Amerciamentum Regale, eſt cùm Vicecomes, Coronator, aut alius Regis Officialis, à Juſtitiariis ſupremis, qui in munere obeundo perperam egerunt, amerciantur. Vide *Mercia. Miſericordia.*

AMERMUMNES. Vide *Amir.*

AMFARIAM. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Amfariam, pro amborum partibus.* Iſid. Gloſſæ habent, *per amborum partes.* Occurrit apud Erchembertum. Vide *Ambifariam.*

AMFRACTURA, ex Gall. *Enfrainte*, i. banni fractura, infractura. Charta Thomæ de Roya an. 1138. apud Hemereum in Auguſta Viromanduorum: *Diſtrictum quoque, Latronem, Bannum, & Amfracturam in prædictis terris Abbatem & miniſtros ejus Eccleſiæ habere conceſſit.*

AMIANTI. Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. *Ubi candela eſt --- mixum vero ex ſtippa amianti.* Legendum: *mixum vero ex ſtupa amianta*, id eſt pura, ex Græc. ἀμίαντος, purus, immaculatus: ϛύπη verò, ϛυπίον, *ſtupa.* Scribit S. Hieronymus ad cap. 41. Ezechiel. Ἀμίαντον *genus eſſe ligni, vel ligni habens ſimilitudinem, quod quanto plus arſerit, tanto mundius invenitur.*

AMICALIS, *Amicabilis.* Gloſſ. Gr. Lat. MS. Φιλικὸς, *Amicalis.* Editum, *Amicabilis* habet. Iſonis Gloſſæ: *Amico, amicabili.* Joan. de Janua: *Amicalis, ab Amicus*, &c. Occurrit apud Petrum Cellenſem lib. 1. Ep. 9. 15. lib. 8. Epiſt. 17.

Amicaliter, Amicè, apud Fortunatum in Epiſtola præfixa 1. libro Poëm.

Amicabilis, apud eundem Petrum Cellenſem lib. 6. Ep. 10. lib. 7. Ep. 5. & in Vita S. Majoli cap. 9. Utitur etiam Plautus in Milite glor. Ulpianus, & Lex. 3. cap. de Epiſcop. & Cler.

Amicabiliter, pro amicè, in Genealogia Regum Daniæ à St. Stephanio vulgata.

Amicabilis compoſitor, qui alio nomine *Arbitrator* dicitur, in Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 4. §. 10.

AMICARE, Amicum reddere, quempiam ſibi conciliare. Papias: *Amicare, ab amico dicitur, & amicitia & amicabilis, vel amicalis, id eſt, amicitiæ aptus.* Will. Brito lib. 1. Philippid. *Sic Regem noſtrum ſibi Rex cæleſtis amicat.* Conradus Uſpergenſis in Henrico III. *Legimus --- quod fictis omnino beneficiis Alexius Imperator tantos ſibimet heroas amicaverit.* Utitur præter Statium & aliquot è veteribus, Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 7. *Amicari alicui*, apud Joan. de Janua, & in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 9. M. Juſtinus Lippienſis in Lipiflorio pag. 131.

Hic canit, auditum dulcedine vocis amicans.

Et pag. 136.

Ægros, captivos, nudos, hoſtes, & egenos
Viſitat, abſolvit, veſtit, amicat, alit.

AMICARIUS, ἐρωμενοπάροχος, ἐρωμενοπώλης, ἐρωμεναγωγίσις, apud Diomedem lib. 1. amaſiorum *leno*, vel qui *amicas*, ſeu meretrices aliis porrigit.

AMICIA. Vide *Almucia.*

AMICITER. Gloſſæ MSS. *Amicabiliter, amiciter.*

AMICITIA. *Tenere in amicitiam* prædium quodvis dicebatur, qui ultro, & ex mera benevolentia ſibi conceſſum, & ad libitum tradentis utendum profitebatur. Tabularium Vindocinenſe Thuani char. 73. *Illam*, (manufirmam) *tenebit de D. Abbate, aut in fevum, aut in amicitiam, ita ut recognoſcat, ſe nihil juris in ea habere, niſi quantum ei à nobis conceſſum eſt ad tempus, &c.* Occurrit etiam in Tabulario Majoris-Monaſterii. Vetus Charta apud Hondium in Metropoli Salisburgenſi part. 2. pag. 570. *Prætaxatam itaque decimationem idem Ortolfus in manum D. Henrici Præpoſiti reſignavit: quam ipſe ad tempus vitæ ſuæ, non jure beneficii; ſea jure amicitiæ à Præpoſito accepit.* Vide *Drudaria.*

Amicitia, Amica, ſeu *amicabilis* compoſitio. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum §. 17. *Et ubi Thaynus habet duas optiones amicitiæ vel lagæ*, (i. purgationis) *& amicitiam elegerit, ſtet hoc ita firmum, ſicut & ipſum judicium.* Adde Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 54.

Amicitia, Titulus compellatorius, in Epiſt. 71. ex Sugerianis.

Amicitia, ſeu *Communia Jurata*, cujus vi oppidi incolæ amicitiam ſibi invicem ſacramento firmabant. Ita porrò Communiam Arienſem in Atrebatibus appellabant, ut *Amicos*, quos alii *Juratos*. Ejus Chartam deſcripſit D. Lucas Acherius tom. 11. Spicilegii pag. 351. ubi hæc habentur art. 1. *Omnes ad Amicitiam pertinentes villæ, per fidem & ſacramentum firmarunt, quòd unus ſubveniret alteri tanquam fratri ſuo in utili & honeſto.* §. 14. *Præfectus Amicitiæ: Amicus contumeliatus, &c. Reſpector Amicitiæ Inſulenſis*, in Charta ann. 1238. in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 515. qui *Revvart*, ſeu *Major* urbis.

AMICTATUS. Habentur apud Hieronymum Blancam in Comment. Rerum Aragon. Binæ literæ Eximinii Petri de Salanova Juſtitiæ Aragonum inſcriptæ *Jacobo D. G. Regi Aragonum, Sardiniæ, & Comiti Barcinonæ, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexilliario amictato, & Capitaneo generali.* Sed utrobique legendum puto, *Ammirato.*

AMICTORIUM, *Amictus, opertorium*, περιβόλαιον, in Gloſſis Græc. Lat. *Lineæ, vel amictoria, linteamen amictorium*, in Lege 48. Cod. Theod. de Curſu publico. S. Hieronym. in 3. Eſaiæ: *Habent ſindones, quæ vocantur Amictoria: & vittas, quibus crines ligantium, quas appellant* ταινίας.

AMICTUS, Primum ex ſex indumentis Epiſcopo & Presbyteris communibus. Sunt autem illa, Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus, & Planeta, ut eſt apud Innoc. III. PP. lib. 1. de Myſter. Miſſæ c. 10. Idem cap. 50. *Lotis itaque manibus aſſumit amictum, qui ſuper humeros circumquaque diffunditur, --- duo vaſcula, quibus amictus ante pectus ligatur, ſignant &c.* Bruno Signienſis de Veſtiment. Epiſcopi, &c. *Et amictus quidem, quo & collum ſtringitur, & pectus tegitur, interioris hominis caſtitatem deſignat; tegit enim cor, ne vanitates cogitet: ſtringit etiam collum, ne inde ad linguam tranſeat mendacium.* Amalarius lib. 2. de Eccleſ. Offic. cap. 17. *Amictus eſt primum veſtimentum noſtrum, quo collum undique cingimus.* Vide Rupertum lib. 1. de Divin. Offic. cap. 19. Joan. Epiſcop. Abrinc. de Offic. Eccleſiaſt. pag. 65. & Durandum lib. 3. Ration. cap. 2. Chron. Centulenſe Hariulfi lib. 2. cap. 10. *Albas Romanas cum amictis ſuis auro paratas ſex.*

AMICUS. Amicos appellabant Imperatores, quos & *Comites*, qui ſcilicet in eorum comitatu, & in deliciis erant, quorum etiam opera in rebus gerendis utebantur. Unde *Comites* & *Amicos* fere ſemper jungi advertere eſt, ut in leg. Cod. Theod. de Accuſation. apud Spartianum in Hadriano, Capitolinum in Antonino Pio, Lampridium in Alexandro, & in hac Inſcript. SENTIO. SEVERO. QUADRATO. c. v. cos. AMICO ET COM. AUG. N. Conſtantinus M. in Leg. 6. Cod. Theod. de Annona & tribut. Rufinum Præfectum

Prætorio

Prætorio *parentem Amicumque ſuum* vocat: atque inde fluxit, ut Reges noſtri, quando ad Magnates & primi ordinis proceres ſcribunt, Amicos & fideles, *Amez & feaux* appellent. In Vita Ludovici Imp. an. 817. *Egiddeo* dicitur *Regalium primus Amicorum: Eghinarto* in Annal. *inter omnes Amicos Regis primus.*

Amici propinquiores, in Foro Anglico, *Proche in amy*. qui admittuntur ad proſecutionem jurium pupillorum & minorum, ſi ii abſint. Statutum 2. Weſtmonaſterienſe cap. 17. *In omni caſu, quo minores infra ætatem implacitare poſſunt, conceſſum eſt, quòd ſi ejusmodi minores elongati ſint, quòd minus perſonaliter ſequi poſſint, propinquiores amici admittantur ad ſequendum pro eis.* Adde 1. Statutum Weſtmon. cap. 48.

Amicæ, Concubinæ, meretrices, *Amici*, Lenones. Fori Aragon. lib. 9. de Lenonib. *Statutum — quòd aliqua perſona cujuscunque ſtatus vel conditionis exiſtat, non teneat, nec tenere audeat, aut poſſit publicè vel occultè in lupanaribus, ſive burdeles, nec alibi concubinas, vulgariter vocatas Amigas, ad queſtum ſive lucrum illicitum.* Mox: *Lenones vel concubinarios vulgariter vocatos amigos.* Vid. Martial. lib. 7. Epigr. 69. & alios.

AMIGDALA. Statuta Eccleſiæ Morinenſis cap. 8. apud V. Cl. Jacob. Petitum: *Si ab Eccleſia Morinenſi absque diſpenſatione Decani & Capituli abſentaverint per majorem partem Quadrageſimæ, valorem dictarum amigdalarum Burſario, ſeu Receptori burſæ obituum reſtituere, ſeu reddere ad plenum tenentur.*

AMILIARIUS *lapis, eſt vocatus, quia ubi poſitus eſt, Miliarium oſtendit viantibus, ab, a, &, miliarium, quia miliario aptantur.* Ita Ugutio & Joan. de Janua.

AMILICATUS. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. pag. 106. *Octavo tamen menſe non facilè nutribiles ſunt,* (partus) *non eſt amilicatus fœtus, pro ratione ponderis.*

AMIR, Arabibus, Dominus. *Amir Gazis*, apud Ordericum lib. 10. extremo: ἀμὴρ, Annæ Comnenæ & aliis: à qua voce ortum ducunt *Amiræ* & *Amiralii* apud Saracenos & Turcos, Satrapæ, nempe urbium vel provinciarum Præfecti, atque adeo ſupremi Sultani, qui Chaliphæ ſuberant. Martyrium S. Bacchi junioris pag. 106. ὁ ϛρατηγὸς ὁ παρ' αὐτοῖς, ὁ καὶ Ἀμηρᾶς ὀνομαζόμενος. Anaſtaſius Biblioth. ad VIII. Synod. act. 1. *Hamiram Græci vocant Principem Saracenorum: interpretatur autem, ut ferunt, lingua eorum, Præpoſitus.* Variè porrò efferuntur apud Scriptores ejusmodi vocabula.

Admiralius. Apud Matth. Pariſ. an. 1272. *Admiralius Joppenſis natione Saracenus, quæ dignitas apud nos Conſulatus vocatur.* Adde pag. 169. 170. & Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 736.

Admirallus. Fragm. de Statu Saracenor. tom. 5. Hiſt. Franc. *Convenerunt 60. Admiralli, qui ſunt quaſi Comites & Capitanei exercituum.*

Amiraldus. Epiſtola Stephani Comitis Carnotenſis ann. 1098. tom. 4. Spicilegii Acheriani: *Caſſianus Antiochiæ Admiraldus, id eſt princeps & dominus.* Robertus Monach. lib. 4. Hiſt. Hieroſol. *In eo conflictu occiſus eſt Caſſiani Magni Regis Antiochiæ filius, & duodecim Admiraldi Regis Babyloniæ, quos cum ſuis exercitibus miſerat ad ferenda auxilia Regi Antiochiæ. Et quos Admiraldos vocant, Reges ſunt, qui provinciis regionum præſunt.* Le Roman. d'Alexandre, MS.

Ains ſembloit bien qu'il fut ou Amiraux ou Rois.

Le Roman de Garin MS.

Dit l'Amiraut, fetes me l'amener.

Alibi:

Dex quel eſchec l'Amiraut i conquiſt
De murs, de mules, & de chevaus de pris.

Guill. *Guiart* MS. an. 1248.

Sont mors à cele deſevrance,
Deus Amiraus de grant puiſſance.

Le Roman d'Aubery MS.

Bien te porroie vanter en ton païs,
Que tel n'aroit Amiraux ne Marchis.

Meral, pro *Amiralis*. Chronicon Montis-Sereni an. 1190. *Soldanum cum multis nobilibus, qui Meral dicuntur, in Iconium compulit.*

Amiratus. Vita Caroli Mag. an. 801. *Legatus Amirati Abraham, qui in confinio Africæ in foſſato præſidebat.* Adde Aimoinum lib. 4. Hiſt. cap. 9. & Annales Francor. Guillelmus Apulienſis lib. 3. Rerum Norman. pag. 28.

Nominis ejusdem quodam remanente Panormi
Milite, qui Siculis datur Amiratus haberi.

Le Roman d'Aubery MS.

Si s'en ira à ſi riche amiré,
Que il ne l'ait en mult grande cherté.

Ammiratus, apud Raymundum de Agiles, pag. 164.

Amurati, apud Aitonum cap. 50.

Admiratus, apud Fulcherium Carnotenſem, lib. 1. cap. 5. 7. &c.

Ammireda, in Epiſtola Ludovici II. Imp. ad Baſilium Imp. Conſtantinop. apud Baron. *Tres Ammiredas, qui totam Calabriam depopulabantur, & numeroſam multitudinem Saracenorum proſtraverunt.*

Amiræus. Sigebertus in Chron. *In Regno Saracenorum quatuor Prætores ſtatuit, qui Amirai vocabantur; ipſe verò Amiras dicebatur vel Protoſymbolus.*

Admirarius, apud Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 43. (al. 45.) & Petrum Diacon. lib. 4. cap. 11.

Admiraviſus, Amiraviſus. Guibertus lib. 4. cap. 14. *Occubuerunt ſiquidem iſtic duodecim ex eorum primoribus viri, quos verbo Chaldaico Satrapas, ſecundùm eorum barbariem Admiraviſos dicunt.* Et lib. 5. cap. 8. *Hieroſolymorum Præfectus (quos barbarica illi lingua Admiraviſos vocant) &c.* Adde Matth. Paris pag. 35. Præſertim verò ita dictus Bagdatenſis Sultanus. Robertus Monach. lib. 5. Hiſt. Hieroſ. *Dominus noſter Admiraviſſus Babyloniæ mandat vobis Francorum Principibus, &c.*

Admirabilis. Matth. Paris. an. 1236. *Rex Africæ, qui dicitur vulgariter, Admirabilis mundi.* An. 1251. *Regi Marok, quem Admirabilem mundi appellare conſuevimus.* Ita apud Ordericum pag. 735. 795. vox hæc ſupremis Sultanis tribuitur.

Ameradiæ, Amiraliorum præfecturæ, diſtrictus ἀμηραδίαι, Conſtantino Porph. de Adminiſtrando Imperio cap. 25.

Amiralius, Amirallus, Amiraldus, Admirallus, &c. Voces etiam uſurpatæ apud Chriſtianos, qui cùm viderent, Saracenos ita ſuos claſſium præfectos appellare, id nominis poſtmodum ſuis itidem claſſium præfectis indiderunt. Nam fruſtra agunt, qui aliunde vocis *Amiral*, ſeu *Admiral*, apud nos originem deducunt, ut Edvvardus Cokus ad Littlet. ſect. 439. qui à Saxonico aen merreal, id eſt præfectus maris, ſeu claſſis, etymon accerſit. Alfonſus IX. Caſtellæ Rex *in Partidis*, part. 2. tit. 24. lege 3. *Almirante es dicho, el que es cabdillo de todos los que van en los navios para fazer guerra ſobre mar, &c.* Primi autem ita ſummos claſſium ſuarum præfectos appellaſſe videntur Siculi. Romualdus in Chronic. MS. an. 1149. *Georgium, virum utique maturum,*

ſapien-

sapientem, providum & discretum, ab Antiochia adductum, magnum constituit Ammiratum. Exinde Genuenses, ut colligitur ex Matthæo Paris an. 1244. *eis* (galeis) *præfuerunt Potestas Januæ, quem Admiratum vocant, & majores civitatis, &c.*

Ammiratus, Ammiratorum dignitas, qua donati leguntur apud Siculos sub Rogerio Rege, *Georgius*, de quo suprà, an. 1142. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 276. tom. 2. pag. 392. qui *Magnus Ammiratus* dicitur Romualdo, an. 1152. & *Maio* sub Willelmo Rege apud Baron. an. 1156. Antonium Beatillum lib. 2. Hist. Barensis pag. 109. Ughellum tom. 7. pag. 120. & eundem Pirrum tom. 1. pag. 316. quia nempe plures Ammirati erant in hoc regno, ut ex Charta laudata ann. 1142. quam ii subscribunt, colligitur.

Amirmumnes, sic appellati Bagdatenses, atque adeo supremi Sultani, qui sub Chalifa universæ rerum administrationi præerant: Ἀμερμουμνῆ Cedreno, Zonaræ, & Constantino Porphyrogenito: Ἀμερμουμνῆ Annæ Comnenæ: *Amermumni* Fredegario Scholastico: *Amiralmumin*, in Epist. 3. Leonis III. PP. *Amiramomemini* Roderico Toletano lib. 6. de Rebus Hispan. cap. 32. lib. 7. cap. 34. in Hist. Arabum cap. 31. *Amormomini* Bernardo Monacho in Itinerario Terræ-Sanctæ: *Miramomelini* Lucæ Tudensi æra 1129. *Miramummelini* apud Rigordum an. 1211. *Hemirmomelini* ann. 1195. *Mirmumni*, in Vita S. Wilibaldi, à Sanctimoniali edita cap. 15. 21. *Almamuni* & *Amir-Almumanini* in Chronico Orientali: quas quidem voces *Credentium Principem*, seu *Fidelium Dominum* significare apud Arabas pluribus docuimus ad Alexiadem pag. 371. 372. At aliter de vocis notione scribit Isidorus Pacensis in Chronico æra 750. *Ulit Amir Almuminin, quod idioma regni in lingua eorum resonat, Omnia prosperè gerens.* Corruptè porrò habet *Molanus* Historia Hierosolymitana pag. 1152. *Eo tempore gentilis quidam, Seuvarius nomine, sub Molano, quem patria lingua Dominum dicunt, universam procurabat Ægyptum.*

AMISSARIUS. Vide *Admissarius.*

AMISSURA, Submonitio, admonitio, citatio. Charta an. 1226. pro Abbatissa S. Mariæ Suession. *Per hanc autem compositionem quitavit dictus Vicecomes omnes citationes & omnes amissuras dictis hospitibus & hominibus in perpetuum.* Alia Radulfi Comitis Suession. an. 1233. pro Communia Nantoliensi: *Ut tunc mihi, vel servienti meo, amissuras emendabit.*

AMISTID, *Vas parvissimum*, Papiæ.

AMIS, & *Amisitis*, quibusdam dicitur *Furcula retis, vel hami*: Ugutioni verò est *lignum bifurcatum, per quod venatores expandunt retia ad capiendas feras.* Aliis denique est *furcula, quæ levat rete, quo capiuntur aves.*

AMISTERIUM. Constitutiones Petri I. Regis Aragon. apud Podium Cerdanum MSS. ann. 1225. *Exceptis Militibus & filiis eorum, à 15. annis suprà, qui inter se querram habuerint, cum toto suo amisterio.* Id est, cum ministris, & familia.

AMITANES, pro *Amitæ*, in Legib. Luithprandi Regis Longob. tit. 114. §. 2.

AMMA, Mater spiritualis. Hesychius: Ἀμμά, μήτηρ, τροφός. Pelagius libello 18. num. 19. *Vos estis fatuæ, nam hæc & vestra & mea est amma.* Ex Palladio in Hist. Lausiaca, cap. 42. ὑμεῖς ἐστε σαλαὶ, αὕτη γὰρ καὶ ὑμῶν καὶ ἐμοῦ ἀμείνων ἐστὶ, ἀμμᾶς ἐστιν. οὕτω γὰρ καλοῦσι τὰς πνευματικὰς μητέρας. Adde cap. 37. 38. 137. 138.

AMMA, Isidoro lib. 12. cap. 7. Bubo, strix nocturna.

Hæc avis, inquit ille, *vulgò Amma dicitur, ab amando parvulos, unde & lac præbere dicitur nascentibus.*

AMMAN, apud Germanos & Belgas, etiamnum dicitur Prætor, Præfectus, Prætor causarum civilium. In Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1119. in Tabul. S. Bertini, subscribunt, *Rodulphus Amman de S. Folquini kerca, Alfgerus Amman de S. Georgio, Bernuldus Amman de Broburg, &c.* Vide Chartam an. 1125. apud Miræum in Don. Belg. cap. 82. Neque hæc vox incognita in media ipsa Francia: quippe in Consuetudinibus Perusæ in Arvernis ann. 1275. à Thomasserio lib. 1. cap. 66. edit. hæc legimus: *Nequns hom, ne neque femme de la Paerose ne doet lo sire, ne so Amant, gager sans arazoner, &c.* Apud Metenses, ut auctor est Meurisius in Præfat. ad Hist. Episcop. Metens. pag. 19. *Amans*, dicuntur regionarii Notarii, qui acta publica conficiunt & conservant, nomenque desumunt à Parochiis, in quibus habitant.

AMMANTARE. Vide *Mantum.*

AMMAYLARE. Vide *Enamelatus.*

AMMISCERE, pro *commiscere*, *Ammistio*, pro *commistio*, occurrit non semel apud S. Fulgentium in Epist. 1. de conjugali debito, & apud Veterem Interpretem Alexandri Jatrosophistæ MS. in libris Passionum.

AMMINICULUM *vitis*, quasi *Adminiculum*, paxillus, pedamentum, palus, cui vitis innititur. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 34. *Si quis vitem exspoliaverit, id est, amminicula tulerit.* Rufinus in Præfat. in libr. Judæ: *ἕλικα vitem dicunt Græci, non tam palmitem, quàm illos runcinulos vel cincinnulos palmitis, quibus succrescens palmes ipse, innectere & suspendere solet, vel palis, vel quibuscumque innititur amminiculis, quos capreolos, ut arbitror, appellant agricolæ, cujus nexibus tutus, & sine lapsus periculo, vel gravatur fructibus palmes, vel vaga proceritate distenditur.*

AMNENSIS, *Qualibet villa circa amnem sita.* Joan. de Janua. Veteres Glossæ: *Amnenses*, παραποτάμιοι.

AMNISTRARE. Charta Heccardi Comitis Augustod. ex Tabulario Prioratus Persiaci in Burgund. apud Perardum pag. 26. *Uno fanono viridi, cum brusdo uno de gliso, uno estuno, cum sirico amnistrare, turribulum minore, &c.*

AMODO, ἀπὸ τοῦ νῦν, Deinceps. Onomastic. *Amodo*, ἀπὸ τούτου. Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 5. *Plange amodo, qui per consilium nequam, factus es parricida sævissimus.* Passim.

AMOENA, *Xenium*, in Glossis Arabico-Lat. fortè *Xestium*, ξύσος, ξυστοί, est enim in Glossis Lat. Gr. *Amœnus*, σύσκιος τόπος, locus umbrosus. Alibi *Amœnia*, αἱ ἀκταί. Joan. de Janua: *Amœnium, locus pulcer & delectabilis*, vel *Amœnitas.* Vide Angelum à Nuce ad cap. 17. Leonis Ostiensis lib. 1. Chronici Casin. ubi de voce *Amœnus.*

AMOGAVARI. Vide *Almugavari.*

AMOLA. Itinerarium Hierosolymit. Antonini Monachi: *Deinde venimus — in civitatem Cæsaream, in qua adoravimus pro veneratione Amolam, & canestellum sanctæ Mariæ.* Ita in MS. Codice, fortè pro *amula*. Vide *Ama.*

AMOLOGARE, pro *Omologare*, non semel in Charta anni 1345.

AMOLUM, *Flos farinæ tenuis, dictum quasi à mola gestum.* Papias.

AMOND. Vide *Amund.*

AMONA, *Calamus mensuræ*, Ugutioni.

AMONITIO, Cibaria, unde Galli, *Pain d'amonition.* Chronicon Novalicense lib. 1. cap. 31. *Vir venerabilis*

nerabilis Hugo, cùm quadam die, secundùm morem, Abbatiæ suæ cellas causa providentiæ & amonitionis circuiret. Ubi *providentia*, est *pourvoiance* : nam nostris *pourvoieurs* dicuntur, qui cibariis coëmendis in magnatum domibus addicti sunt.

AMOR. *Amores canere*, Amatorias cantiones (uti vocantur à S. Hieronymo Epist. 17.) cantare. Commodianus Instr. 34.

Bellatur ibi, dein cantatur pro Psalmis amor.

Et instr. 60.

Saltatis in domibus, pro Psalmis cantatis amores.

Amor, Consensus. Consuetudo Comitatus Bigorræ : *Nemo Militum terræ castellum sibi audeat facere sine amore Comitis.* Id est, sine illius consensu & voluntate.

Dies amoris, in Fleta lib. 6. cap. 14. §. 28. *Si autem post defaltam capiatur dies amoris prece partium, vel transferatur loquela ab uno judice ad alium, per hoc renunciatur defaltæ.* Ubi *diem amoris capere*, est quod Galli dicunt, *prendre jour pour l'accommodement d'une affaire, d'un procés.*

Amor. Capitul. 3. ann. 813. cap. 25. *Quicquid in more in alterum furatum habent, in duos geldos componere faciat.* Cap. 26. *quicquid in amore Fresiones injustè tulerint, &c.*

AMORAVII, apud Ordericum Vitalem lib. 13. p. 891. 893. dicuntur Saraceni Africani; fortè quòd in Africa degeret *Amirmumelinus*, seu Chalipha, vel magnus Sultanus, quem *Amiravisum* vocabant, uti suprà innuimus. Nec, opinor, diversi sunt ab iis, quos *Almoravides* nuncupant Scriptores Hispani, Mauri scilicet Africani, qui in Hispaniam transierunt à Rege Sibiliæ Mauro evocati, Alfonso VI. regnante. Pelagius Episcopus Ovetensis in Adefonso Rege, æra 1123. (Chr. 1085.) *Post hæc cum tantis prosperitatibus ad tantam elationem pervenit, ut Almoravides extraneas gentes, quæ ex Africa in Hispaniam per Regem Abenhamet misit, cum quibus prælia multa fecit, & multa contumelia, dum vixit, accepit ab eis.* Alii sunt *Amoravisii*, apud Poëtas nostrates, Slavi scil. *Moraviam* in Germania incolentes. *Le Roman d'Aubery* MS.

Anquetius oirre ô ses Amoravis.

Le Roman de Garin MS.

Combatus & as Senes & as Litis,
Et as Danois, & as Amoravis.

Alibi :

Tuit les ot de la gent Apolin,
H nores, Venarres, Acopars, Beduins,
Des Esclavors, & des Amoravis.

AMORENSES *Catti*, Martures, *Martres*, vel mures Pontici, qui apud *Amoravios* in Africa nascuntur, de quibus Alderisius in Geographia Nubiensi pag. 9. Petrus Cluniac. Abbas in Statutis Congr. Clun. cap. 17. *Nil se habere non parva piorum, eisque adhærentium multitudo putabat, nisi ex pilosis illis & condensis — Numantinorum, hoc est, juxta modernos, Amorensium Cattorum pellibus contecto multi pretii coopertorio lectus muniretur pariter & ornaretur.*

AMOTIBILIS, Qui amoveri potest, nec est perpetuus in aliqua dignitate, apud Bractonum lib. 2. cap. 5. §. 5.

AMOROSUS, *Plenus amore* Joanni de Janua, Italis *Amoroso*, Gallis *Amoureux*.

AMOXERE, *Amorete*. Charta Ferdinandi I. Regis Hispan. æræ 1101. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7. *Calicem & patenam ex auro cum olovitreo, stolas aureas cum amoxere argenteo, & opera ex auro, & aliud argenteum ad amorete, habet opera olivitrea, & capsam eburneam operatam cum aureo, & alias duas eburneas, &c.*

AMPA, Amphora. Glossæ Biblicæ MSS. *Scyphus, ampa. Ampa dicitur quasi anopansa.*

AMPARARE, Tueri, protegere, Hispanis, *Amparar* : Occitanis, *Empara*. Guillelmus de Podio-Laurentii in Chr. cap. 27. *Post Concilium autem generale Comes Raimundus secessit in Hispaniam, & filius ejus venit in Provinciam, — fuitque dictus filius amparatus à civibus Avenionensibus & receptus, & conversa est terra ad eum : similiter Venaisini, &c.* Cap. 42. *Adierunt Comitem Tolosanum, eumque suum fecerunt dominum, ut civitatem contra Comitem & Episcopum ampararet.*

Emparare. Veteres Consuetudines Jaccæ in Arragonia : *Si quis faciat comandas in Jacca, sit illa comanda salva & secura : si verò fuerit latro, vel raptor, qui non posset facere justitiam, vel stare directo & rationi, si aliquis de illo conqueritur, emparet Merinus illam comandam.* Id est, illius protectionem suscipiat. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio in v. *Emparamentum.*

Amparare, Invadere, occupare : quod faciunt, qui alicujus tutelam ac protectionem suscipiunt, dum eam suam faciunt : Gallis *s'Emparer de quelque chose*. Occurrit in Charta Ermengardis Vicecomitissæ Narbon. ann. 1155. apud V. Cl. Steph. Baluzium ad lib. 8. P. Marcæ de Concord. Sacerdotii & Imper. cap. 18. & in Notis ad Concilia Narbonensia pag. 134. *Imparare*, eadem notione in Charta Raimundi Comitis Barcinon. an. 1137. apud eundem.

Amparare, Amparantia, Amparamentum : Protectio, tutamen, tutela : Hispanis *Amparo*.

Empara, Libertates Barcinonæ ann. 1283. MSS. *Si emphyteota non tenet emparam sibi factam à domino, præstet domino 5. sol. per emparam fractam : & si emphyteota offert domino firmam juris cum effectu, tenetur dominus desemperare illud quod emparavit, &c.* Charta an. 1308. *Sic quod libello D. Regis* (Majoricarum) *respondere non tenetur, donec empara facta per dictum D. Regem de rebus feudalibus & feudo prædicto facta, sit absoluta, &c.*

Amparantia, in Charta, quæ refertur in verbo *Captenere.*

Emparantia. Charta Petri Regis Aragon. an. 1209. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensibus n. 30. & apud Marcam in Hist. Beneharn. pag. 311. 471. & 483.

Emparamentum. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 59.

Qui pacem, treugam, emparamentum, vel monetam fregerit, aut violaverit, sive falsaverit, &c. Declaratio verbi, *Emparamentum*, per Petrum Regem Aragon. in Curia Generali Cataloniæ an. 1351. MS. *Declaramus verbum,* Emparamentum, *in usatico positum, idem quod verbum, Quidaticum, vel Protectio, significare.*

Imparantia, in Charta Ildefonsi Regis Aragon. apud Marcam in Hist. Beneharn. pag. 471.

Aparazmus, pro *amparasmus*, in Charta Alboaceni Regis Mauri Conimbricensis ann. 734. apud Sandovallium in Rege Favila : *Emant & vendant sine pecho, tali pacto, quòd non vadant foràs sine nostro Aparaxmo & bene velle.*

Imparare, idem quod *Amparare*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 27. *Imparare ipsum fevum poterit, quandocunque voluerit.* Epistola 42. inter Sugerianas : *Turris ipsa — omnino imparata est, & de munitione & de victuali etiam.* Ibidem : *Noveritis — Gavarritanum Vicecomitem in præsentia omnium convenisse super imparatione & infestatione terræ Domini Regis ab*

ab ipso & suis. Charta Vulgrini Comit. Engolismensis an. 1147. *Quod nec ego nec aliquis ex hæredibus meis aliquid istorum imparemus.*

Desemparare, Hispanis, *Desamparar, destituir y dexar de favoreçer al qu tenia necessit ad de nuestra ayuda y amparo*, apud Sebastianum Cobarruviam. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 96. *Si rusticus desemperavit hoc, quod rectè ei emparatum erit, pro sola præsumptione det solid. 5. & si rem inde traxerit, restituat ei in duplo, salvo suo jure. Miles verò quod desemparaverit, solvat, & quod abstulerit, restituat in simplum cum sacramento.*

Desemparare, Remittere, Déguerpir, *desemparer*, Charta Raimundi Berengarii Marchionis Provinciæ apud Guesnaium in Annalib. Massiliensibus ann. 1230. *Remittimus & desemparamus --- vobis Hugoni D. G. Arelatensi Archiepiscopo —— omnia pedagia & exactiones, &c.*

Desemparatio, idem quod *Gurpitio*. Vetus Charta apud eundem Guesnaium pagina 329. *De desemparatione, quam fecerunt Hugo Gaufridi, & Bertrandus Gaufridia — de choris omnibus infra ambitum Massiliæ constructis, &c.*

Desemparati. Sebastianus Cobarruvias: *En Valentia ay una Confradia de los Desemparados: laqual entiera los que han sido muertos en el campo, y una ymagen devotissima, que llaman Nostra Sennora de los Desemparados, siempre que ay alguno dizen, que le oyen dar tres golpes a las puertas del retablo a do la henen con gran veneration cerrada, y a la parte dende hallen acostarse un ramo de açucevas, que tiene en la mano derecha, van a busar el desemparado.*

AMPHIBALUS, vel *Amphiballus*, idem quod *Amphimallus*: neque enim ab ἀμφιβάλλειν vox deducitur, ut quidam censent. Gloss. S. Benigni: *Amphibalus, byrrhus villosus.* Papias: *Amphiballus, birrus villatus, vel planeta.* Mox: *Amphiballus, byrrus, lodix villosus.* Ugutio: *Amphibalus i. sclavina, quæ est vestis, circumpilosa vel villosa.* Joann. de Janua: *Ansibolus, vestis quæ est villosa, sicut est sclavina, quæ circumcluditur.* Gloss. Ælfrici: *Amphibalum*, ƿuh-hƿeȝel. i. vestis hispida. Sulpitius Severus de Vita S. Martini Dial. 2. *Amphibalum sibi tunicam latenter eduxit.* Infrà: *Indutum amphibalo veste - videbat.* Fortunatus lib. 3. de Vita S. Mart. cap. 1.

Qui tunicæ interiùs non inspiciebat amictum
Amphibali exterius, dum membra obtecta laterent.

Amphibalum caput etiam texisse docet Vita S. Boniti Episcopi Claromontani cap. 2. *Amphibali summitas ipsa.* Et cap. 7. *Ut partem amphibali mei, qua caput tegitur, retineat.* Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis n. 20. *Antequam sessum pergeret, birrum suum, quem Græci amphiballum vocant, deponere voluit, refrigerandi gratiâ.* Chronicon Laurisham. in Henrico VI. pag. 86. *Et sunt immensis induti calceamentis, amphibalis longis utentes & spatiosis.* Testamentum S. Remigii apud Hincmarum: *Amphibalum album Paschalem relinquo, stragula columbina duo.* Vide S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 6. Gregor. Turonens. de Gloria Confess. cap. 59. Vitam S. Fructuosi Archiep. Bracarensis n. 8. Commeneum Album in Vita S. Columbæ Abbatis Hvensis cap. 27. &c. præterea Salmasium ad Hist. August. pag. 391.

AMPHIMALLUS, ex Græc. ἀμφίμαλλος, utrinque villosus. Propriè autem tunica hispida, villosa. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Camasus, Amphimallus.* Gregorius Magn. lib. 10. Epist. 52. *Pro eo quòd hiemalem vestem non habeat, & quia aliquid sibi à nobis petiit debere transmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præsentium transmisimus amphimalum, tunicam, vel pectoralem, &c.* Vide veterem Interpretum Juvenal. ad Sat. 3. Et S. Hieronymus Epist. 28. extremâ, præter Grammaticos Græcos.

AMPHISEPIRE, pro *Circumsepire*, in Hymno quodam Ecclesiastico, laudato à Goldasto tom. 1. Rerum Aleman. pag 216. vox hibrida.

AMPHITHEATER, pro *Amphitheatrum.* Occurrit in Vita S. Potiti Martyr. ex MS. Velseri c. 4. *Et impletus est Amphitheater populo.*

AMPHORA. Vide *Ambra.*

Amphora, apud Gromaticos quid sit? vide Gloss. Rigaltii ad eosdem Scriptores.

AMPLARE. Vide *Applare.*

AMPLIANTER, *Magnifice.* Anastasius Bibl. in Paschali I. Pap. *Fecit oratorium B. Zenonis Christi Martyris, ubi est sanctissimum ejus corpus ponens musivo amplianter ornavit.*

AMPLIORARE, Ampliare, ampliorem facere. Baldricus Noviomensis lib. 1. cap. 65. *Qui res ejusdem sedis Ecclesiæ amplioravit.* Utitur præterea cap. 113.

AMPULLÆ, Vasis & Ministeriis Ecclesiasticis vulgò accensentur. Breviloq. *Ampulla est vas amplum, sive olla ampla: vel dicitur propriè vas amplum, quod datur ad altare, in quo servatur vinum vel aqua.* Gillebertus Lunicensis Episcopus, de Usu Ecclesiastico: *Ampulla cum vino, & altera cum aqua.* Anonymus Poëta de Episcopis Eboracensibus:

Jussit ut obryzo non parvi ponderis auro
Ampulla major fieret, qua vina Sacerdos
Funderet in calicem, solennia sacra celebrans.

Codex Vaticanus de Lucio PP. apud Baronium ann. 1145. *Dedit etiam ampullas ad servitium altaris optimas & mirabiles.* Chronicon Moguntinum pag. 384. *De indumentis quotidianis, crucibus, ampullis attinentibus, --- cuilibet calici erant speciales ampullæ argenteæ, & pixis argentea ad hostias deputata. Præter hos calices erant tres aurei; in uno horum poterat celebrari, qui etiam suas habuit ampullas.* Adde Anastasium in Joanne III. PP. Chartam Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum in Burgundicis pag. 26. Statuta Odonis Episcopi Parisiensis cap. 5. n. 4. Concilium Nimociense an. 1298. & Synodum Bajocensem an. 1300. can. 20.

Ampullarum præterea usus fuit ad *Oleum pro Catechumenis & infirmis*, & *Chrisma* conservandum. Capitula Caroli Magni lib. 1. cap. 162. *Presbyter in Cœna Domini tres ampullas secum deferat, unam ad Chrisma, alteram ad Oleum ad Catechumenos inungendum, tertiam ad infirmos.* Offerebantur autem ampullæ oleo repletæ à Fidelibus hac ipsa die ad Chrisma conficiendum, & Oleum benedicendum pro Catechumenis & Energumenis, ut docent Alcuinus lib. de Divin. Offic. Walafridus Strabo lib. de Rebus Ecclesiast. cap. 24. & Honorius Augustodun. lib. 3. cap. 23. Liber Sacramentorum Gregorii Magni ex Bibliotheca Bellovacensi: *In ipso die conficitur chrisma in ultimo ad Missam. Antequam dicatur : Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, levantur de ampullis, quas offerunt populi, & benedicit tam dominus Papa, quàm omnes Presbyteri.* Huc fortè spectant ista Optati Milevitani lib. 2. *Ampullam quoque chrismatis per fenestram ut frangerent, jactaverunt.* Meminit denique Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 12. *Ampullæ olei* ad infirmos. Vide *Chrismal, Chrismarium, &c.*

Ampulla Remensis, in qua sacrum Chrisma, quo unguntur Reges Francorum, asservatur. Hincmarus Remensis tom. 1. p. 744. & in Annalib. Francor. Bertinianis, an. 868. de Chlodoveo: *Et cælitus sumpto chrismate, unde adhuc habemus, perunctus in Regem sacratus.* Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 13. de ejusdem

Chlodovei baptismo: *Sanctificato denique fonte, nutu divino chrisma defuit. Sanctus autem Pontifex oculis ad cælum porrectis, tacite traditur orasse cum lacrymis; & ecce subitò columba ceu nix advolat candida, rostro deferens Ampullam cælestis doni chrismate repletam, &c.* Ad le Aimoinum lib. 1. Hist. Franc. cap. 16. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de S. Remigio:

——— Cujus prece rorem
Misit in Ampullam cælestem Rector olympi,
Corpus ut hoc lavacro Regis deberet inungi,
Deficeretque liquor ibi corpore Regis inuncto.

Vide Will. Armor. lib. 1. Philipp. pag. 99. 101. Hubertum Morum lib. de Sacris unctionibus, Teneurium de Ampulla Remensi, & alios nostrates Scriptores.

AMPULLAGIUM. Vide *Ambulacium.*

AMULA. Vide *Ama.*

AMUND, *Amond*, *Aamund*, Liber à tutela, vel custodia; sui juris, à *mundio* liber. Vide in *Mundius.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 12. §. 6. *Si dominus ancillæ eam liberaverit, & amond fecerit à se, aut si eam vendiderit.* Et tit. 32. §. 3. *Nulli liceat aldio cujuscunque, qui amunt factus non est, sine voluntate patroni sui, terram aut mancipium vendere, neque liberum dimittere.* Tit. 35. §. 1. de servo manumisso: *Si quis servum suum proprium aut ancillam suam liberos dimittere voluerit, sit illi licentia qualiter ei placuerit: nam qui fulfreal & à se extraneum, id est, amund facere voluerit, sic debet facere, &c. Aamond*, scribitur in Edicto Rotharis Regis tit. 91. §. 1. 2. 3. &c. in Legib. Luithprandi tit. 36. §. 1. Astulphi tit. 8. §. 1. &c.

AMUSTIA, in Miraculis B. Coletæ n. 8. Tunicæ Monialibus propriæ species, quæ ad genua usque pertingebat: unde quidam putant, sic dictam, quòd ad mediam corporis partem tantùm excurreret: ex Gallico, *à moitié.*

AN, pro *Vel*, *Aut*, usurpasse non semel Scriptores, observarunt. Juretus ad Symmachum lib. 9. Epist. 42. & Jacobus Gothofredus ad leg. 128. Cod. Theod. de Decur. Mamertinus in Panegyrico: *Duo an tria ferme è vetere memoria amicorum paria proferuntur.* Item pro *seu*, in libro Chirographo Absiæ pag. 58. locus habetur in *Oblati.*

ANA, apud Latinos Scriptores aliquot, ut apud Græcos ἀνὰ æqualem quandam distributionem significat. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 8.

Quatuor Ana notat, sursum, Æqualeque, Retro,
Sicut Anadiplosis, Anatheosis, Anathema,
Et juxta Physicos, Ana duos scrupulos

Philastrius in Catalogo hæreseon pag. 70. *David — cùm videret homines dæmoniis immolare, in Hierusalem civitate, quatuor choros posuit secundum mundi aditus ana septuaginta duo: quatuor etiam hominibus positis & psallentibus, atque arcam Dei custodientibus; &c.* Ubi *Chori* 72. sunt Chori *singuli* 72. hominibus constantes. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 31. (al. 33.) *Sex etiam candelabra magna, tres cubitos altitudinis habentia, de productis ac sculptis argento laminis fecit ana sex vel quinque librarum.* i. singula quæque ponderis 6. vel 7. librarum. Charta an. 1091. apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 262. *Id est, aureos solidos quingentos quinquaginta de Tari novi, ana Tari quatuor per solidum.* Id est, singulis quatuor Tarenis solidum conficientibus. Similia ferme habentur in alio Diplomate ibidem pag. 397. Extat aliud pag. 601. in quo hæc leguntur: *Petebat à prædicto Abbate prædictæ Ecclesiæ sibi dari per eum omni anno in festo Nativitatis Domini Jesu-Christi, & in festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ, ana duodecim. Par. de oblatis debitam sibi pro prædicto jure Patronatus, &c.* id est, 12. *Tarenos* (nam hic *Tari* legendum constat) singulis istis festis, & tom. 8. pag. 211. *Pro prandio festi passionis S. Bartholomæi, qualiter consueverat percipere ana quatuor denariis de illis, qui tunc expendebantur per civitatem Beneventi.* Sic etiam, ut habet Ebrardus, hac voce uti solent *Physici*, seu Medici. Constantinus Africanus lib. de morborum cognit. cap. 1. *Sinapis quoque vel nasturtii semen ana drach. 1. temperatum cum aceto licet intingere.* Passim apud hunc Scriptorem & cæteros Medicos. Ἀνὰ verò apud Græcos Scriptores hac notione usurpatum vocabulum constat, præsertim apud Dioscoridem lib. 2. cap. 91. & in Græco textu Novi Testamenti non semel, Matth. 20. Luc. 9. Joan. 2. &c.

ANABALA. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Anabala*, Pinpel, quæ vox Saxonica nostrum *Wimple*, seu *Guinple*, videtur efferre. Somnerus ibi restituendum *Anaboladium* censet.

ANABASII, Veloces nuntii, qui equis curribusque conscensis velociter aliquid perferunt: ἀνάβασις enim Græcè *Ascensum* significat. S. Hieronymus adversus Ruffin. lib. 3. cap. 1. *Idcircone Cereales & Anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?*

ANABATRUM, Gradus, dignitas, ex Græc. ἀνάβατρον. Pseudo-Ovidius de Vetula lib. 1.

Ille putas, qui sic adipiscitur hoc anabatrum,
Cujus habet turpem promotio reproba caussam, &c.

ANABOLADIUM, Isidoro lib. 19. cap. 25. est *Amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini sindonem vocant.* Addit Ugutio: *circa renes alligatum strictè, latitudine diffusum, omne genus continens colorum.* Gloss. Sax. Ælfrici: *Anaboladium, vel sindo*: linen heafoedſ ƿriȝelſ. i. lineum tegumentum, quod caput tegit. Ex Græco ἀναβάλλεσθαι, quod est *indui*, *amiciri.* Apud Esaiam cap. 3. *Mutatoria & pallia.* Symmachus transtulit ἀναβόλαια, id est, *ornamenta vestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur, ut est apud Hieronymum.*

Anabolagium, idem quod *Anaboladium*, vestis Pontificalis. Ordo Romanus: *Tunc cæteri Subdiaconi Regionarii secundùm ordinem suum accipiunt ad induendum Pontificem illa vestimenta, alius lineam, alius cingulum, alius anabolagium, id est, amictum.* Alio loco: *Ambolagium, id est, amictum, quod dicitur Humerale.* Perperam alibi *Anagolagium* scribitur. Leo III. PP. in Bulla de Advocatia sanctæ Crucis in Werdea, apud Gretzerum in Horto S. Crucis part. 3. *Statuit idem Manegoldus pensionem ipsam esse anabolagium, id est, fanonem, stolam cum auro, manipulum; & cingulum.*

ANACARA. Vide *Nacara.*

ANACHORETÆ, Monachi, qui in solitudines se se recipiunt, & ἀναχωροῦσι, *cujusmodi vitæ auctor fuit Paulus, illustrator Antonius, princeps Joannes Baptista*, ut ait S. Hieronymus Epist. 22. ad Eustoch. *Qui soli*, inquit, *habitant per deserta, & ab eo, quòd procul ab hominibus recesserint, nuncupantur.* S. Benedictus in Regula cap. 1. *Secundum genus* (Monachorum) *est Anachoretarum, id est, Eremitarum, &c.* Epiphanius in Compendio Fidei: Τινὲς δὲ τῶν μοναζόντων κατοικοῦσι τὰς πόλεις, τινὲς δὲ καὶ ἐν μοναστηρίοις καθέζονται, καὶ ἀπὸ μήκοθεν ἀναχωροῦσι. Isidoro Pelusiotæ Anachoretæ dicuntur οἱ ὄρεσι καὶ νάπαις ὁμιλοῦντες, οἱ τὰς ἀκρωρείας τῶν ὀρῶν κατοικοῦντες, οἱ πρὸς τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἀναδραμόντες, οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰς ἑαυτῶν πηξάμενοι καλύβας τοῦ μοναδικοῦ ἕνεκεν βίου. S. Gregorius Nazianzenus de Essæis: οἱ κόσμου χαρίσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τῷ Θεῷ τὸν βίον καθιερώσαντες ἁγιορῖται. De eorum vita ac conversatione

tione præclarè auctor Consultationis Zachæi lib. 3. c. 3. *Hi autem, quibus primus observantiæ gradus est, soli eremum ac squalentia deserti loca habitant, verisque vocabulis nuncupati singularem transigunt vitam, aut cavatis in habitaculum saxis subterraneis specubus à sole & imbribus temperantes, pane veteri & sine ciborum adjectione vescuntur, sumentes purum è fontibus potum. Vestitus talibus aut pellicius, aut cilicinus est, & totius vitæ usus in agone mentis & corporis, &c.* Primis porrò Ecclesiæ sæculis, imò ante Paulum, nullos fuisse Eremitas conjicit Scaliger in Elencho, ex hoc Tertulliani loco: *Non sumus*, inquit, *silvicolæ, & exules vitæ.* Vide Cassianum, Isidorum, lib. 2. de Ecclef. Offic. 16. &c.

Anachoresis, Secessio, eidem Cassiano lib. 2. Collat. c. 2. lib. 5. cap. 4. & Fulberto Carnot. Epist. 61.

Anachorita, Cellula Inclusorum. Inquisitiones Archidiacon. Lincolnensium an. 1233. cap. 48. *An aliqua Anachorita facta sit sine assensu Episcopi?*

ANACLETA. Testamentum Leodebodi Abbatis apud Helgaudum in Vita Roberti Regis Francorum: *Pari modo vasa dono argentea anacleta pensantia libras* 8. Vide *Cataclita.*

ANACLITERIUM, apud Spartianum, ex Græc. ἀνακλιτήριον, pars lecti, ad quam pulvinum ponebant sustinendo capiti. Vide Salmasium.

ANACTEUS. Vide *Anax.*

ANAFRAGARE. Fori Alcaçonenses: *& homine, à qui se anafragaret suo adextrado, quamvis habeat alium, sed eat excusatum usque ad capitulum anni, &c.*

ANAFUS. Vide *Hanapus.*

ANAGLYPHUS, Cælatus, sculptus, ex Græc. ἀνάγλυφος. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 14. *Hic læve argentum. Anaglyfa sigillis. Virgilius, & aspera signis.* Quod expressit Metellus in Quirinalibus:

Qui bibitur scypho vivis signis anaglypho.

Eucherius Lugdun. in 3. Reg. cap. 17. *Anaglypha dicuntur Latinè cælaturæ, cælata. Sunt autem vasa aurea, vel argentea signis eminentioribus extra intusque expressa: hæc & alio nomine sculpta vocantur. Anaglypha vasa dicta, quod superius sint sculpta.* Eadem habent Isidorus lib. 20. cap. 4. & Papias. Idem Papias: *Anaglyphica, eminens sculptura.* Glossæ MSS. *Anaglyfa, vasa supersculpta.* Ugutio & Will. Brito: *Anaglypha dicuntur supereminentes picturæ, sicut fieri solet in frontibus quarundam Ecclesiarum.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo:

Dic cælaturas, quas Græcus anaglypha dicit.

Anastasius in S. Silvestro pag. 18. *Calicem argenteum anaglyphum.* In S. Damaso pag. 131. *Donavit scyfum anaglyphum pens. libr.* 10. In Leone III. pag. 131. *Fecit supra Crucem anaglyphum interfatilem.* Leo Ostiensis lib. 1. cap. 28. *Vasa argentea anaglypha inaurata.* Vita S. Odilonis Abbatis Cluniac. cap. 23. *Vitreis quibusdam vasculis anaglypha fusilitate cælatis.* Chronicon Gemblacense: *Anaglypho opere cælatus, decoratus.* Vita S. Urbani Episcopi Lingon. cap. 1. *Capsa opere anaglypho decorata.* Ita in Vita S. Joannis Eleemosyn. cap. 9. n. 52. apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 32. & alios non semel.

Anaglypha, fem. gen. Opus anaglyphum. Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 1. *Crucem etiam illam honorandam S. Mariæ, Tutilone nostro anaglyphas parante ex eodem auro & gemmis mirificavit.* Idem: *Picturas & anaglyphas carminibus & epigrammatis decorabat.* Et infrà: *Rogatur ibi morari, usque dum thronum Dei in bractea altaris aurea cælaret, cui similem anaglypham raro usque hodie videre est alteram.*

Anaglyphatus, eadem notione, qua *Anaglyphus*. Anastasius in S. Innocentio PP. *Scyphum argenteum anaglyphatum.*

Anaglypta in asperitatemque excisa, dixit Plinius lib. 33. cap. 11. *Anaglypticum metallum*, Sidonius lib. 9. Epist. 13. *Trulla argentea anaglypta*, in veteri Inscriptione apud Gualterum in Tabulis Siculis n. 358.

Anaglyphicum opus. Chronicon Fontanellense cap. 16. *Calices argenteos deauratos anaglyphico opere paratos.*

Anaglypharius, Cælator, sculptor, Papias: *Anaglypharius, Sculptor.* Gloss. Lat. Gall. *Anaglypharius, Peintre ou Entailleur.* Vetus Interpres Juvenalis Sat. 9. v. 142. *Opifices, servi argentarii, laboriosi, anaglypharii.*

Anaglissum, pro *anaglyphum*, cælatura. Laudum, sive sententia ann. 1258. apud Maximilian. Henric. in Apologia Archiepiscopi Coloniensis pag. 33. *Item dicimus, quod exceptis campsoribus D. Archiepiscopi nemo debeat emere argentum, nisi ad usus peregrinantium, vel ad anaglisi speciem comparetur.* Sed legend. *Anaglysi.*

ANAGNOSTICUM, ἀναγνωστικὸν, Græcis id omne est, quod legitur, aut recitatur: unde Ennodius lib. 1. Epist. 4. & lib. 8. Epist. 5. pro Epistola, aut quovis scripto, vocem hanc usurpat: ut & Gregorius Magn. lib. 7. Indict. 2. Epist. 128. *Item anagnostico ante longum tempus, dulcissima mihi vestra Excellentia, Neapolitano quodam juvene veniente, mandare curaverat, ut piissimo Imperatori scriberem.* Ita etiam Sulpitius Archiepisc. Bituricens. in Epist. ad Desiderium Episcopum Cadurcensem, quæ est 64. inter Francicas tom. 1. Histor. Franc.

ANAGONES equi, in veteri Inscript. apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 498. qui Cursui Circensi, & agonibus Amphitheatri aut non idonei, aut non destinati sunt. Occurrit ibi semel ac iterum.

ANAGRIPH, *Anagrip.* Lex Longob. lib. 1. tit. 31. §. 1. de fornicatione: *Ut ille, qui fornicatus fuerit, eam tollat uxorem, componat pro culpa, id est, anagriph sol.* 15. Lib. 2. tit. 2. §. 1. *Tunc maritus qui eam acceperit uxorem, componat pro anagrip sol.* 20. *& propter faidam alios* 20. Tit. 7. §. 1. *Et ideo faidam & anagrip nomine componere debet.* Quibus in locis vocem hanc barbaram variè interpretantur Glossographi. Boherius, qui primus has Leges edidit, interdum pro *culpa* simpliciter, mox pro *culpa*, seu *præsumptione* poni ait. Lindenbrogius ex veteri Glossario: *Anagriph, culpam præsumptionis* vertit. Spelmannus à Saxonico, ut solet, etymon accersit, sententia, quantum ad vocis notionem spectat, minùs probabili. Utut sit, Leges ipsæ vim vocabuli clarè explicant. Ecce enim: *Componat pro culpa, id est, anagriph, &c.* Est igitur significatus *Anagriph, pro culpa.* Quod præterea docemur ex Papia: *Anaglyp* (l. *Anagryp*) *id est, propter culpam.* Ugutio MS. Collegii Navarræi: *Anagripa, propter culpam, vel anagripa, manu agripare carnem.* Certè Germanis *angreiff*, vel *aengriip*, est congressus, assultus, aggressio, *aengriippen*, comprehendere, arripere: hinc etiamnum dicimus *Agriper*, voce obsoleta, pro *arripere unguibus*; & *Griffes*, ungues & falculas, quibus res prehenditur. Proinde *anagriph*, erit culpa rei præsumptæ ac prehensæ. In Legibus Luithprandi tit. 98. *Anegrip* scribitur.

ANALOGIUM. Balbus in Catholico: *Analogium ab ἄνω, sursum, & Legium, pulpitum: unde Analogium, quia ibi suprà legitur.* Idem: *Pulpetum à publico dicitur, Analogium, Lectrum. Legitorium, quia ibi publicè legunt, ut possint conspici à populo.* Est igitur Balbo analogium idem, quod ambo. Consentit Papias: *Analogium dicitur, quod sermo inde prædicetur.* Et Ugutio: *Analo-*

Analogium, a λόγος, *quod est sermo : quia ibi suprà sermocinamur*. Ita etiam usurpatur in veteri Expositione Missæ. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 6. *Analogium* dicitur, *quòd in eo verbum Dei legatur & annuntietur*. Alcuinus lib. de Divin. Offic. & Remigius Autisiod. lib. de Celebrat. Missæ : *Defertur Evangelium ad analogium præcedentibus cereis*. Reinerus in Hist. Translationis SS. Euticetis & Acutii Martyrum apud Caracciolum : *Penes autem psallentium Deo agminum sedem, quibusdam lapideis cocleis Lector scandens, argenteo per gyrum Antistitis studio ambiri secernit analogio*. Ratpertus de Casib. S. Galli cap. 9. *Tumbam S. Galli cum reliquis altaribus, & analogio atque Confessione ita innovari —— fecit*. Eckehardus Jun. cap. 1. *Infantulis per ordinem lectitantibus, & analogio descendentibus*. Adde Vitam Caroli Abbat. Villariensis num. 4. Gilbertum in Miracul S. Amandi num. 1. &c. Joann. de Janua habet *anolegium*, & *Analogium*. Willelmus Thorn. in Chr. sub. an. 1240. *Anologium*, à Græc. ἄνω.

Analogium interdum etiam sumitur pro pluteo portatili, aut inferiore, cujusmodi in templis nostris utimur, ubi Evangelium & Epistolarum liber ponuntur & leguntur : unde *pulpitum manuale* videtur appellari in veteribus Glossis : quòd ad manum sit, & manu, quò opus est, feratur. Chronicon Francicum tom. 4. Hist. Franc. p. 96. *Analogium Hispanico metallo fieri fecit fusoria arte compactum, cui præminet deaurata Aquila sparsis alis*. Monachus Pegaviensis an. 1109. *Velamen optimum, quod analogio summis in festis superponitur, in quo Evangelium recitari solet*. Acta Murensis Monasterii pag. 29. *Linteum analogio subter Evangelium ponendum in festivis diebus*. Gregor. Turonens. lib. 1. de Mirac. cap. 94. *Analogius, in quo, libro suprapofito, cantatur aut legitur*. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 12. *Intrat Diaconus alba & stola indutus, & textum Evangelii portans, quem præcedunt unus Ostiarius Ecclesiæ cum analogio, in quo legatur*. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 1. *Lector ante analogium pariter orans, usquedum qui ordinem tenet, oratione facta se erigat*. Et infrà : *Secretarii discooperiant omnia altaria, & parent duo analogia, unum quod in Capitulo est, alterum in Monasterio*. *Analogium nocturnale*, in quo nocturni leguntur apud Eckehardum jun. de Casib. S. Galli cap. 1. *Analogium Evangelicum*, ibidem. Utuntur præterea hac notione Cæsarius lib. 8. cap. 37. Will. Thorn. an. 1240. S. Benedict. in Reg. c. 9. Stephan. Eduensis Episcop. lib. de Sacrament. altar. cap. 4. 12.

Analogium, pro Martyrologio, seu Necrologio, videtur etiam sumi apud laudatum Udalricum in Consuetud. Clun. lib. 3. cap. 10. quod est de Præcentore : *Ipse supervenientes breves Fratrum defunctorum accipit, & in analogio notat*. Fortè quòd Martyrologium semper in analogio esse soleat, ex quo promuntur, quæ ad diei anniversaria seu obitus peragenda sunt.

ANAPHUS, *Anapus*. Vide *Hanapus*.

ANARGYRI, ἀνάργυροι dicti passim Scriptoribus Græcis & aliquot ex Latinis, SS. Cosmas & Damianus, quod gratis medicinæ artem exercerent. Vide Althelmum de Laude Virg. cap. 24. & Nicol. Myrepsum sect. 10. cap. 183.

ANATA. Vide *Aneta*.

ANATAS, *Anathe*, Formula 136. ex Lindenbrogianis : *Me gravis necessitas & anatas pessimè oppresserunt*. Papias : *Anathe, sollicitudine, cura*. Vox fortè Longobardica : quamquam non desunt, qui à Græco ἀνία, dolor, mœstitia, deduci posse putant. Alii ab *Anitas*, senectus, γηράτης, ut exponitur in Glossis Isidori & Græco-Latinis ; quippe ut est apud Ausonium :

—————— *Ipsa senectus*
Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

Festus ait, *Anatem, morbum anuum dici, id est, vetularum, sicut senium, morbum senum*. At Joanni de Janua, *Anates, tis, est morbus, qui solet ano, id est, culo evenire, sicut contigit Philistæis*. Denique in Catholico Armorico *Anes*, Gall. *Mesaise* redditur.

ANATES *de Faraone*, Ægyptiæ, apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. c. 23. *quæ sunt variæ, ex albo, nigro, & rubeo, & habent inter nares & frontem quoddam tenue carneum rubeum elevatum ad modum cristæ, non tamen incisum, sicut est galli crista, &c.*

ANATHEMA, quid sit apud veteres, quave notione etiam posteriores vocem hanc usurparint ? hîc non omnino disquiram, cùm rem hanc copiosè tractarint Baronius an. 57. num. 169. Albaspinæus lib. 2. Observat. cap. 4. Petavius in Miscellan. exercitat. ad Julianum cap. 13. 14. 15. 16. Salmasius ad Solinum, Joan. Filesacus ad Vincentium Lirinensem, Lindenbrogius, & alii. Id tantùm lubet adnotare, *Anathema*, propria notione, apud Scriptores Ecclesiasticos significare inflictam ab Episcopo vel Concilio excommunicationem, non tamen quamvis ἀκοινωνησίαν, sed eam, quæ cum execratione & maledicto decernitur. Nam non omnes qui à fidelium communione, & ab Ecclesiæ ingressu abstinere propter delictum jubentur, uti sunt, quos Pœnitentes vocant, anathemate damnari dicuntur : sed ii, qui omni præterea precum consortio ac publica mentione, convictu, colloquio, salutatione fidelium privantur. Unde in Capitulis Caroli C. tit. 6. §. 56. præcipitur, ut non temere *Anathema* imponatur, *nisi unde cononica docet auctoritas, quia Anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi*. Vid. Hincmarum Opusc. 55.

Anathematizare, Anathemate percutere, excommunicare, ἀναθεματίζειν. Nicolaus I. PP. Epist. 7. *Rodaldus dudum Episcopus, nunc autem depositus & excommunicatus de cætero cum anathematizato Photio, &c.* Utuntur Facundus Hermianensis, & alii Scriptores passim.

Anathematizare capellam, in Chartâ an. 894. quæ scilicet contra nutum Episcopi erecta fuerat. Locum habet in V. Nolarium.

Anathemare, *Anathematus*, Glossar. Lat. MS. Reg. *Anathemo, Excommunico*. Aliud : *Abominatus, abjectus, dimissus, anathematus*. Ugutio : *Anathema Maranatha, i. e. perditio in adventu Domini : Maranatha enim adventus dicitur*. Observat Salmasius ad Tertull. de Pallio in MSS. Commonitorii S. Augustini ad Faustum, *Anathemare* bis legi, pro *Anathematizare*. Utitur idem Faustus Regiensis pag. 18. 19. &c. edit. 1586. ut & Concilium Toletan. I. adversus Priscillian. Epist. sub nomine Jesu Christi, scripta sub Carolo M. edita à V. Cl. Steph. Baluzio, &c.

Anathemabilis, Anathemate feriendus, dignus. Arnobius Siccienfis junior in Psalm. 110. *Ut anathemabilis Manichæus somniatus est*. *Anathemabilis Arrius*, apud Auctorem Prædestinati pag. 167. *Anathemabilis liber*, pag. 186.

Anathematicus, eadem notione. Synodus Beneventana ann. 1059. *Et quia erat anathematicus, ab omni altaris ministerio depositus, &c.*

ANATICLA, *Anaticula*, Cardo, qui in foribus circumvertitur. Gloss. S. Benedicti cap. de Habitatione : *Anaticla*, ἐπιστρόφιγξ. Ab ἀνατέλλω, dictam vocem opinantur quidam, i. *orior, converto* : inde ἀνατολαὶ *Cardines cœli* appellantur. Formulæ solennes Lindenbr. n. 154.

n. 154. *Per ostium & anaticula* (ipsius casæ) *sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem illius Ecclesiæ visus fui tradidisse. N.* 156. *Per cartulam venditionis ad filium suum affirmavit, per ostium & anatalia* (l. *anaticla*) *per herbam & vitem ei visus tradidisse & consignasse.* Apud Plautum in Asinar. *Anaticula*, est *parvula anas.* Vide *Investitura per ostium.*

ANATINUS, penult. prod. *Pullus anatis*, Joan. de Janua.

ANAVUS, vox Wallica. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ c. 23. *Mendosus, id est, anavus, &c.*

ANAX, Rex, ex Græc. ἄναξ. Ethelwerdus lib. 4. Hist. Anglor. c. 9.

Fungitur interea regno post Anax in arce.

Infrà:

Nobilis ex stirpe frondens Saxonum
Eadgarus Anax.

Adde lib. 4. c. 3. extremo.

ANAX, Vasis species, apud Gregorium Turonensem lib. de Gloria Confess. cap. 8. *Patenam & urceum, qui Anax dicitur, in patriam deferunt.* Sed hoc loco *Anax*, non tam vas quàm materiam quandam esse, ex qua vasa conficiebantur, colligere licet ex Historia Episcoporum Autissiodorensium, in qua *Anacteus*, ut adjectivum, vasis aliis adjungitur. Cap. 20. *Missorium anacteum pensantem lib.* 30.---*Bacchonicam aliam anacteam pensantem, &c.*----*Scutellam anacteam pensantem, &c.* Et sicibi non semel. Ubi vasa ista *anactea* ejusdem fortè materiæ vel operis, atque adeo nominis fuere, ac ea, quæ *anacæa* dicuntur Plauto in Rudente:

Credo hercle anacæo datum quod biberet.

Alii legunt *anancæo*: ubi sanè idem esse, *anacæum*, quod *anacteum*, prorsus existimo : ab *anace* scilicet *anaceum* efformatum, ut ab *anacte*, *anacteum*. Plautiniani vocabuli vestigium agnosco in Glossis Lat. Græc. *Apnades*, Θηρίκλειον, ἐστὶν εἶδος ἀργυρώματος. Legendum enim fortè *Anaces*, Θηρίκλειοι, &c. Sed & Altasserra apud Gregorium M. *anacem* pro *anatem* legendum censet lib. 4. Epist. 40. *Unam verò anatem cum duobus parvulis Atticis pro vestri amoris gratia transmittere præsumpsi.* Ubi *Attica*, vasa fictilia pariter interpretatur, sic nuncupata ab Attica regione : & ab *anace*, vocem *Anap* vel *Hanap* Gallicam, pro scypho grandiori inde deductam putat, non improbabili omnino conjectura; cùm in Glossis laudatis littera P. licèt fortè transposita, in voce eadem reperiatur. Utcunque sit, videtur *Anax* fuisse materia quædam argentea, vel vas quoddam argenteum, εἶδος ἀργυρώματος, cùm in Historia Episcoporum Antissiodorensium, pondus observetur, perinde ac aureorum vel argenteorum vasculorum. Ἀττικὴν χύτραν Hippocrati ἐχῖνον appellari annotat Phavorinus, & Ἀττικὸν, ἀγγεῖον esse eidem Hippocrati. Sed an id nomenclaturæ Gregorii ævo adhuc perstiterit, aliorum esto judicium.

ANBLATUM, Nidus avis, Fr. de Sacra quercu in Etymol.

ANCA, *Ancha*, *Ancus*, Coxendix, ex Italico *Anca* & Gallico *Anche*. *Anca*, in Processu de vita & miracul. S. Thomæ Aquin. n. 64. Jacobus Stephanescus Cardinal. libro 2. de Coronatione Bonifacii VIII. PP. cap. 11.

----*Pars aurea pubes*
Infremit, alipedum, nudari vestibus ancas,
Purpureasque dolet fronti decedere vittas,

Ancha. Mamotrectus ad 41. Job : *Torax, i. lorica & anterior pars trunci vel corporis à collo usque ad stomachum, quam nos dicimus ancham.* Constantinus Africanus lib. 2 cap. 8. *Ossa pedum medici in tria dividunt. Sunt etiam coxarum, sunt etiam ancharum, sunt & crurum, atque pedum. Ancharum ossa antè & retro superiorùs cum ani ligantur ossibus, cujus unaquæque pars in tria dividitur ossa. Os medium atque superius propriè ancha vocatur, quæ ligatur cum ani ossibus concavitatem suam intrantibus; hæc propriè ancha vocatur, pixis verò ejus concavitas.* Adde lib. 4. cap. 17. lib. 5. cap. 14. 17. & lib. 2. Pantech. cap. 10. Occurrit præterea apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venatione cap. 27. 33. 36. &c. Mundinum in Anatomia, in Actis B. Thomasi Camaldul. & apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. c. 7. & alibi non semel.

Hanca, in Statutis antiquis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis.

Ancus. Joannes Episc. Signensis in Vita S. Berardi Episc. Marsorum : *Affer quatuor panes, affer ancum porci, vinum defæcatum affer, &c.* Ubi fortè legendum, *ancam.*

ANCHORA, *Anchorago*, Piscis species; *Salmo*, quibusdam. Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 13. *Inter duo, leguminum videlicet & olerum, fercula piscem quotidie dabat: scilicet aut magnos lucios, aut anchoram, sive salmonem, vel halec recentia.* Mox : *De anchora tanta portio, quanta palmæ hominis latitudo pollice juxta eam complicato. Portiones verò lucii & salmonis minores erant, quia carior est piscis & spissior.*

Anchorago. Senator lib. 12. Ep. 4. *Destinet carpam Danubius, à Rheno venias anchorago exormis, tonsicula quibuslibet laboribus offeratur.*

ANCHORA, est nota quædam, quæ apponitur in libris. Est autem duplex, superior & inferior. Superior dicitur, cujus ferrum recurvum supernè est, apponiturque *ubi aliqua res omnino est.* Anchora inferior, cujus recurva pars infernè est, *ubi aliquid vilissimè aut inconvenientiùs denuntiatum est.* Isidor. lib. 1. Orig. cap. 20.

ANCHORAGIA, *Anchoragium*, Tributum, quod pro facultate figendi in portu anchoram conceditur; quomodo ἀγκυροβόλιον, i. μισθὸν ἐκ λιμένων interpretatur Hesychius. *Droit d'ancrage* appellatur apud Guilleterium in Athenis hodiernis pag. 116. Charta Jacobi Regis Majoricarum ann. 1302. *Pensum, mensuraticum, & ancoragium.* Charta Guidonis Regis Hierosol. ann. 1190. apud Guesnaium in Annal. Massil. *Per hæc omnia loca liceat vobis liberè intrare & exire, commorari, & negotiari cum magnis navibus, & lignis parvis de riberia & sine ulla directura & Tertiaria, vel Anchoragia, & absque omni exactione.* Recensentur præterea *Anchoragia* & *Ankeragia*, inter tributa alia, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 718, 976.

Anchoragius portùs, Italis & Siculis *Ancoragio del porto*, sic dictus Officialis in Siciliæ aliquot oppidis maritimis, penes quem jus erat facultatem concedere appellentibus, in portu anchoras figendi. Vide Philadelphum *Mugnos* lib. 1. Theatri Geneal. Sicil. pag. 50. 51.

ANCHORARE, *Anchoriare*, *Anchoras figere, ligare, firmare*, Joanni de Janua: Galli *Ancrer* dicunt. Henric. de Knygthon : *Et anchoriaverunt in mari alto plusquam uno milliare à terra.* Idem : *Et in crastino anchoraverunt cum tota classe.*

ANCHORARE, *Sistere.* Scriptor vitæ MS. S. Gaugerici Episcopi Camerac. in Epist. ad Gerardum Episc. *Has itaque sirtes ambiguitatis ductum tuis nutibus consilium anchorabo.*

ANCHORARII lapides apud Cæsarium lib. 8. c. 63. *Lapides anchorarii valdè ponderosi sunt, emant ergo tales lapides ad futuram fabricam SS. Apostolorum.---non multo pòst cùm extenderetur Ecclesia---in fundamento positi sunt.* Ex quibus percipimus *Anchorarios* dictos, ejusmodi lapides, quod, sicut anchoræ in profundum mare missæ, navem continent, ita in imum fundamentorum dejecti universum sustentent ædificium. Nam anchora propriè navium fundamentum est. Virgilius:

----*Anchora fundabat naves.*

Ita non semel *Anchora* pro fundament, apud Plinium, Apuleium, & Solinum. Hesychius: ἄγκυραι μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι.

ANCHIROMACUS, Navis species, sic dicta, *quòd celeritate sui anchoris & instrumentis reliquis navium vehendis sit apta*, ut est apud Isidorum lib. 19. cap. 1. & Ugutionem. Glossæ Isid. *Ancyromagus, genus navigii.* Gloss. Ælfrici Saxon. *Archiromachus*, ꝥꝩꝛꝼꞇ-ꝥcip, i. celer navis. Ubi restituendum *Ancyromacus.*

Angromagus, eidem Ugutioni. Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 25. *Quidam paro discurrens per mare, in qua erant fere viri Jadertini circa 30. quandam angromagum Raguseorum alto pelago detexerunt, &c.*

Anquiromagus, Papiæ, & Joanni de Janua. *Anquiromagus, genus navigii celer dictus, quòd anchoris & aliis instrumentis sit aptus.*

Anguiromagus, in eadem Hist. Obsid. Jadrens. lib. 1. c. 36.

ANCILLA, Mulier serva, apud Plautum & alios non semel. Aimoinus lib. 3. de Miracul. S. Benedicti cap. 20. *Siquidem eam sanaverit, habeat ipsam ancillam in sempiternum.* Vetus Charta apud Joann. Roberti in Vitam S. Huberti pag. 292. *Me cum mea tota sobole tradidi per liberam manum beatæ Gertrudi in ancillam---tradidi autem me sub hac lege indissolubili, ut tam ipsa, quàm tota progenies mea & posteritas, 16. Kal. April. singulis annis pro capitali censu ad capitale Virginis altare unum denarium persolvamus, pro mortua manu tantumdem. Ancele*, in Charta vernacula ann. 1221. apud Duchesnium in Prob. Hist. Guinensis p. 240.

Ancilla Regia aut Ecclesiastica, in Lege Ripuar. tit. 58. §. 9. 14. quæ ad Regem, aut ad Ecclesiam pertinet. Adde Leg. Wisig. lib. 3. tit. 2. §. 3. & Legem Salic. tit. 27.

Ancilla palatii, in Legib. Luithprandi Regis Longob. tit. 19. §. 1. tit. 21. §. 3. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 9. §. 3. eadem quæ

Ancilla geneciaria, vel *de genecio*, id est, ἐκ γυναικείου, & muliebri famulatu, in Lege Alam. tit. 80. Vide *Gynæceum.*

Ancilla vestiaria, in Lege Alaman. tit. 80. §. 1. ea fortè quæ libera est; sed stipendio famulatum impendit, præestque rei vestiariæ, vel vestibus conficiendis.

Ancilla gentilis, opponitur *Ancillæ Dei*, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 69. §. 3. in Lege verò Longobardorum lib. 1. tit. 31. §. 2. *Ancilla Romana.* Unde conficitur, *gentilem* ancillam eam esse, quæ origine barbara est.

Ancillæ pensiles, quæ ad pensum & fusum famulantur. Lex Longobard. lib. 2. tit. 9. §. 2. *Si servus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi conjugio sociare, ---tunc liceat Gastaldio Regis aut Actori, aut Sculdasio, ipsam in curtem Regis ducere, & intra pensiles ancillas constituere.* Vide *Gynæceum.*

Ancillæ Dei, Monachæ, Devotæ: uti Monachi, *Servi Dei* appellati. Concilium Romanum ann. 721. *Si quis Monacham, quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema sit.* Zacharias PP. Epist. ad Pipinum cap. 5. *De Monachis, id est, Ancillis Dei, &c.* Gregor. M. lib. 6. Epist. 23. *Ancillas Dei, quas vos Græca lingua Monastrias dicitis.* Vide lib. 3. Epist. 9. Possidium in Vita S. Augustini cap. 26. Concilium Liptinense can. 7. Suession. anno 744. can. 3. Gennadium de Script. Eccl. in Eutropio, & Vetus Epitaphium in Monasterio S. Victoris Massil. descriptum à R. P. D. Joanne Mabillonio tom. 4. Vit. SS. Ordin. S. Benedicti pag. 539. *Per hîc requiesset in passe Eusebia religiosa magna ancela Domini, &c.*

Ancillæ Dei, Monasteriales, in Synodo, à S. Bonifacio congregata can. 15.

Ancillatus, Ancillarum servitus. Charta Joannis Abbatis S. Bertini in Tabulario ejusdem Monasterii: *Manasses Comes Gisnensis calumniatus fuit de servili conditione & ancillatu Riquaram, Hadvvidem & Juditam, filias ejusdem Riquaræ, &c.*

Ancillatio, eadem notione in Charta laudata in v. *Befeht.*

ANCILLATRUM, pro Ancillatione. Arnobius lib. 7. *Tunc deinde salutet adclinis, ancillatrum servuli pavibundis trepidationibus imitatus.* Sic locum restituunt viri docti ex Cod. Regio.

ANCINGA. Vide *Andecinga.*

ANCIPERE, dicitur, qui *Anceps* est. Gloss. Lat. Gr. *Ancipit*, ἀμφιβάλλει. *Ancipites*, ἀμφίβολοι. *Ancipiti*, ἀμφιβληθέντες.

ANCINUS, pro *uncinus*, seu *uncus*, occurrit non semel in Miracul. B. Simonis Tudertini n. 26.

ANCIRIANA, *lana.* Epistola Bonifacii PP. ad Edvvinum Regem Angl. apud Bedam lib. 2. Hist. Angl. c. 10. *Id est, camisiam cum ornatura in auro una, & lana anciriana una,* (direximus) *quod petimus, ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo à nobis noscitur destinatum.* Ita præfert eadem Epistola apud Bromptonum p. 781.

ANCLABEO. Vide *Andecabeo.*

ANCLENA, *Instrumentum ferreum forte*, in Glossis Isidori.

ANCLIDIA, *Rota hauritoria, vel sentina, & dicitur ab anclo, as*, inquit Joannes de Janua, cui *Anclare*, est *furari*, vel *haurire*. Ugutio MS. habet *Anclia.*

ANCLIONES, *Incantatores, vel *noncii*, Ugutioni MS. ubi fortè legendum *Cocliones*. Vide *Caucularii.*

ANCRA, *Ancrea*, vallis. Gloss. Lat. Gr. *Ancra*, ἄγκεα, αὐλῶνες. Gloss. Gr. Lat. αὐλὼν, στενὸς ἐπιμήκης τόπος, *Ancrea*. Ita MS. Codex duobus locis, ubi editus perperam habet *Averca.*

ANCRIMA. Ugutio: *Ancrima est funis navis, qui ad malum antenna religatur. Unde Anianus:*

Atque ancrima regat stabilem fortissima cursum.

ANCUBA, *Succuba*, in Glossis Isid. Joan. de Janua ex Papia: *Ancuba, succuba, subintroducta, ab am, quod est circum, & cubo, as.*

ANCULUS, *Ministerialis domus Regiæ*, in Glossis Isidori. Salmasius ad Hist. Aug. p. 225. ex Gr. ἄγγελος deducit. Vide *Cauculus.*

ANDAMIUS, Ambulacrum, Hispanis *Andamio.* Charta Beremundi II. Regis, æræ 1035. apud *Yepez* in Chron. Ord S. Benedicti tom. 5. p. 438. *A meridie partibus, suo porto integro, & suas piscarias, & suos rennales, & suos andamios, & saltus, & olibeta, &c.*

ANDARE, vox Italica & Hispanica, Ire, proficisci, ambulare, pergere. Charta Adelfonsi Imp. æræ 1160. apud Oyenart. in Notit. Vascon. *Similiter dono vobis lignare, & taylliare, & pascuere in illos montes---in circuitu de Sangossa, quantum potueritis in uno die andare & tornare.* Albertus Stadensis ann. 1179. *Data sententia,* (à summo Pontifice) *volenti loqui deposito non est data audientia; sed hostiarii clamabant: Levate, andate.* Ubi perperam Editum *audate*. Vide Gloss. Ital. V. Cl. Ægidii Menagii, qui multa de origine hujus vocis habet.

Andamentum, Tributum pro transitu. Charta Raimundi Trencavelli filii B. Trencavelli Vicecomitis Biterrensis, ann. 1211. in Regesto 30. Chartophylacii Regii, litt. 2. *In castellis & villis, in forciis & bastidis, ---in terris & vineis---in ludis & pedagiis, in argentifodinis & ferrifodinis, in foriscapiis & andamentis, in heremis locis & condrictis, &c.*

Anda-

Andata, Italis, *Andata*, Hispanis, *Andadura*, Iter. Charta ann. 1320. *Et francisiam eundi, veniendi, & standi seu mittendi in aliquibus exercitibus, itineribus cavalcatis, succursibus, vel andatis, qui & quæ fient, vel fieri contigerint, &c.*

Anditus, vel *Andita*, Italis *Andito*, Via, aditus, platea. Charta Alphani Archiep. Salernitani apud Ughellum: *De plateis, & anditis & viis suis.* Adde tom. 8. pag. 78. 659. Charta Roberti Siciliæ Regis ann. 1321. apud Waddingum tom. 3. in Regesto pag. 126. *Domus seu apotheca----sita in civitate Neapolis in platea portus, intus anditus, seu transendam communem.* Infrà: *Intus transendam & anditum communem.* Perperam ibi scribitur *Auditus.*

ANDECABEO, *Anclabeo.* Gloss. Isidori: *Anclabeo vel Auriclabeo, i. Lex Longobardorum.* Ugutio MS. *Andecabo & Auricabeo, i. Lex deorum, hæc Longobard.* Quærunt viri docti, quid sibi velint hæ voces? Wulcanius & Lindenbrogius censent ita appellari propria nomenclatura Legem Longobardorum, ut *Belliagines*, apud Jornandem, dicuntur Leges Gothorum. At Laurentius Pignorius & Vossius longè aliter sentiunt: quippe hæc vocabula, *i. Lex Longobardorum*, apposita ab Isidoro volunt, ut indicaret, voces *Andecabeo* & *Auricabeo*, reperiri in Lege Longobardorum, proindeque eas esse, quæ lib. 2. tit. 14. §. 17. leguntur, *Andigaverit & Arigaverit.* Nam in Edit. Heroldi lib. 1. tit. 91. §. 11. pag. 186. pro his habentur ista: *Id est, andegauvero, & andegauverit*: proinde *audecabeo*, pro *andegauvero*; & *Auriclabeo*, pro *Arigavero*, perperam scribi apud Isidorum & Ugutionem. Sed apud eundem Ugutionem quid hæc vocabula sonent, *i. Lex deorum, hæc Longob.*? non promptum est assequi. Nam per *Legem deorum*, nescio an Legem *Deirorum*, seu Northambrorum, intellexit; ita ut *Andecabeo* hanc appellari putaverit, *Auriclabeo* verò Legem Longobardorum: vel certè priorem vocem in Lege Deirorum, alteram in Lege Longobardorum haberi, innuere voluerit, quod minùs videtur probabile, cùm utraque in Lege Longobardica occurrat. In Codice Ugutionis Navarræi Collegii tantùm hæc habentur: *Audicabeo & auricabeo, i. Lex Longobardorum.* De horum porrò vocabulorum genuina significatione infrà agemus.

ANDECINGA, *Ancinga, Accingia*, Modus agri. Lex Bajvvar. tit. 1. cap. 14. *Andecingas legitimas, hoc est, perticas decem pedum habentem, 4. in transverso, 40. in longo, arare, seminare, claudere, colligere, trahere & recondere* debent servi & coloni Ecclesiæ.

Ancinga, eadem notione. Tabularium Eccl. Augustod. *Mansum ingenuile 1. qui solvit mense Martio sol. 2.----facit corvadam & ancingiam, facit quinzinas in opere, &c.* Infrà: *Seminat de frumento indominicato in ancingia mod. 1. trahit fimum carr. 5. in ancingia si est pull. 3. ipso termino.* Charta Chrodegangi Episcopi Metensis ann. 765. apud Meuriss. in Hist. Episcop. Metensium pag. 168. *Ad terram indominicatam pertinent quatuor mansi cum ancingis suis.* Alia apud Perardum p. 161. *Invenimus ibi manso indominicato, aspiciunt ibi ancingas 100.--est ibi pratus indominicatus, aspiciunt ibi ancingas 600.--& solvent carra c. de fenis, dominico, & facient ancingas & corvadas, & sovincta, & airbanno solidos 2. & denarios 8. &c.* Hinc *pertica ancingalis*, in Chronico S. Benigni pag. 422. *Dedit Episcopus juxta murum castelli aream, habentem in longo perticas ancingales novem, & per latum perticas octo.* Idem Chronicon ann. 919. *Emit pratum unum, habens in longum perticas ancingales 67. & in latum perticas 32.* quo postremo loco monet Editor, in aliis MSS. legi *andecingales*, quod idem est.

Anzinga. Charta Benedicti seu Bennonis Episcopi Metensis, apud Meurissium pag. 300. *De terris arabilibus anzingas septem & jornale unum de vineis, &c.* Infrà: *De silva minuta anzingam unam.* Charta Karlomanni Regis ann. 881. in Tabulario Benigniano apud Perardum pag. 158. *Quod dederit prædictus Episcopus Baldrico paginam terræ ex rebus S. Ariani cum farinario, continentem in se azingas duas, & quartam partem unius jornalis, &c. Et in alio loco, in Apsa villa, anzingam unam & quartam partem alterius, &c.* Alia ann. 907. apud eundem pag. 55. *Concessimus----de terra adjacente in longo perticas legitimas anzingales 8. & in transverso 2.*

Accingia. Charta Adami Vicecomitis Meldunensis, in Tabul. S. Victoris Paris. ch. 10. *Simon Miles de Grangis dedit------medietatem decimæ ejusdem villæ, & unam accingiam prati, unum arpentum terræ.*

Accengia, Encengia. Charta ann. 1263. in M. Pastorali Ecclesiæ Paris. lib. 2. ch. 119. *De septem quarteriis terræ, de quibus una accengia sita est in censiva Petri Pavonis.* In Charta præcedenti ann. 1255. *Nobis dedit & concessit-----videlicet encengiam unam in censiva Petri Pavonis-----& unum quarterium vineæ, &c.* Tabular. S. Victoris Paris. Chron. 10. *Scilicet medietatem totius decimæ ejusdem villæ, & unam accingiam prati & unum arpentum terræ.*

Ascingia. Tabul. N. D. de Campis: *duos arpennos pratorum, qui fuerant de feodo Hugonis de Badul, & ejusdem feodi duas terræ ascingias, &c.* Alibi: *Ita quod monachi pro notitia prædictæ terræ unam aucengam prædictæ terræ laborarent.*

Anceinga. Necrologium Eccl. Parisiensis 3. Non. Decemb. *Dedit------30. sol. annui census------super unam anceingiam tam terræ, quam vineæ, &c.* Vetus Scheda Luxoviensis edita in Operibus S. Columbani. p. 335. *Similiter & decimas----fiscaliæ, marescaciæ, brolii; ancingiarum, & decimum----omnium animalium.* Nicolaus *le Maistre* lib. 5. de Bonis Ecclesiarum cap. 6. ait, *Andecingas* nihil esse aliud, quàm certum aratoriæ operæ pensum, quod villani, seu coloni dominis persolvunt, Gallis *Corvée*, nuncupatum. Sed ex allatis perspicuè patet, *Andecingam & Ancingam* modum ac mensuram agri fuisse certo perticarum numero constantem: tametsi non diffitear, *facere andecingam* vel *acingiam*, in Lege Bajvvariorum, & in Tabulario Augustod. esse *corvatæ* speciem, cujus ratione tenebantur servi ac coloni ad certum agri modum colendum, arandum, ac metendum.

ANDEDA, *Andela, Andeins.* Vide *Andena.*

ANDELANGUS, *Andelágo, Andilago, Andalagus, Anlagus.* Voces, quæ crebrò occurrunt in veteribus traditionum Chartis, hac ferme semper formula: *Per festucam atque per andelangum tradere, donare*, præsertim in Formulis Lindenbrogianis 18. 55. 57. 58. 75. 82. 127. 152. 183. Charta ann. 868. apud Malbrancum lib. 6. de Morinis cap. 29. *Dono igitur, donatumque in perpetuum esse volo legaliter per festucam & andelaginem rem proprietatis meæ, &c.* Tabularium Persiense apud Perardum in Burgundicis pag. 25. *Ut sicut per instrumenta Kartarum vobis tradidi, & per quadium & andalugum, seu per istos breves commemoratum habeo.* Et pag. 27. *Seu per guadium & andelagum, vel per ipsos breves vobis tradidi.* Tabularium Casauriense ann. Ludov. II. Imp. 25. *Constat me Salego, qui fuit Gastaldio de Furcone ex natione Francorum, propria mea bona voluntate vendidimus, tradidimus, & secundùm meam Saligam legem, per festucam & andelaginem, & per ramos arborum, tradidi tibi Ludovico Imp. Serenissimo Augusto curtem meam, &c.* Vetus Charta apud Chiffletium, in Luminibus

Salicis

Salicis cap 6. *Hanc ſcriptionem per fiſtucam, vvaſonem, & andilagine…, & ſponſionem ſuprà ſcriptorum ramos de arboribus jure ipſius Monaſterii tradedimus perpetualiter habendum & poſſidendum, &c.* Alia Mathildis Comitiſſæ ann. 1079. apud Franciſcum Mariam: *Tradidit per VVaſonem terræ, & fiſtucam nodatum, ſeu ramo arborum, atque per cultellum & VVantonem, ſeu andilaginem, &c.* Rurſum apud eundem: *Tradidi per VVaſonem terræ, & fiſtucum nodatu, ſeu ramo arborum, adque coltellum, & guantone, ſimulque andilagine, &c.* Adde Gallandum lib. de Franco alodio pag. 317. 318.

Incertum hactenus manet quid propriè ſit *Andelanga, vel Andelago*, in hiſce formulis? Nam quod Malbrancus loco citato, *crematram* interpretatur, non video planè, unde id hauſerit? *Soliti ſunt*, inquit *antiquitus in ſymbolum juris proprii tradere in manus poſſeſſori triticeam ſpicam, ſi quid arabile donaretur; vel andelaginem, i. e. crematram, ſi domus vel habitaculum.* Quod verò *crematram* vocat, reſpexit fortè ad *andelam*, ſeu ſuſtentaculum focarium, quod vulgò *Landier*, dicimus: quod tamen aliud eſt à crematra. Utcunque ſit, hæc annotatio Malbranci admodum incerta eſt. Spelmannus, ut ſolet, ad linguam Saxonicam recurrit, aitque anƿlanȝ, longitudinem ſignificare: quod & firmat Somnerus in Gloſſ. Saxonico. Eſto: ſed nihil hæc notio ad rem facit: niſi anƿlanȝ idem valeat quod *fuſtis*, ſeu *baculus* longior: nam *per fuſtem* inveſtituras olim fieri ſolitas docemus. Quòd ſi hæc ſententia vera eſt, inde fortean hillis noſtris, ſeu *Andouilles*, inditum nomen, quòd longioris baculi ſpeciem referant, exiſtimare fas erit. Wendelinus *Andelangum* idem ſonare ait, quod *traditio in manus*, mancipatio, ex, *in handen langhen*, tradere in manus: at in formulis hæc vox quidpiam corporale ſonat.

ANDENA. Magi⸱ter Cornutus in Diſtichis MSS.

> *Stipes ut andena ſuſtentet deperit ardens.*

Ubi Gloſſa: *Andena eſt ferrum, quo appodiantur ligna in foco, ut meliùs luceant, & meliùs comburantur, & eſt idem quod Repoſocinium, & dicitur Andena, quaſi ante vaporem, id eſt, calorem, &c.* Papias: *Andena, inſtrumentum ferreum foci.* Auctor Breviloqui: *Andela, vel andena, eſt ferrum ſupra quod opponuntur ligna in igne, quod alio nomine dicitur hyperpyrgium.* Catholicon Armoricum: *Lander, Gall. Landier, Lat. Verutentum, item hæc Andena.* Gloſſ. Saxon Ælfrici: *Andena, vel tripes*, bꝛanꝺiſen. Unde Teutonibus, *Brand-iiſer*; Anglis à *Brandiron*; noſtris *Landier*. Capitulare de Villis cap. 42. in Supellectili Villarum, recenſet *vaſa ærea, plumbea, ferrea, lignea, andedos, andenas, cramaculos, &c.* Neſcio an huc pertineat, quod habent vett. Gloſſæ: *Landica*, ἐσχαρίδιν. Certè ἐσχάρα eſt *focus*, cui apponuntur *andenæ*.

Anderia idem videtur ſonare, quod *Andena*, in Charta an. 1308. *De calderiis, anderiis, patellis, aychavis, parroliis, cutellis, falciliis, ſarpis, &c.* Ex Gall. *Landier*.

ANDENA, Gallis *Andain*, tantum ſpatii, quantum quis divaricatis cruribus dimetiatur, ab *Andare*. Italico, *ire*. Liber Prioratus Dunſtapl. cap. 5. *In qualibet pola habet 4. polas, ſive 8. andenas jacentes ſimul.* Vocem Gallicam expreſſit Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Quicquid idem Major habebat in pratis Capituli, quæ ſunt apud Mentenon,---ſcilicet cuſtodiam & margines, qui vulgò dicuntur Andeins.* Vide *Andena*.

ANDIGARE, *Andigavum, Andigaver, Arigare, Arigavum*, voces ejusdem originis, Longobardicæ ſcilicet; ſed diverſæ notionis. Nam

Andigare dicitur is, qui adhuc ſanus de rebus ſuis diſponit, teſtatur: contrà, *Arigare*, & *Arrigare*, qui infirmus & æger. Papias: *Andigaver & arigaver, id eſt, in ſanitate & infirmitate.* Eadem habet Gloſſarium vetus, apud Lindenbrogium i. præterquam quod *Andivagum*, & *Arigavum* præfert. Idem Gloſſ. *Arigare, in infirmitate res ſuas ordinare.* Ugutio in MS. Collegii Navarræi: *Avolenam mandigavir & alligavir, i. in ſanitate & infirmitate*, Lex Longob. lib 2. tit. 14. §. 17. *Si caſu faciente mortuus fuerit, & ante judicaverit res ſuas proprias, ſe vivente, id eſt, andigaverit, & arigaveverit ſecundùm Legem Longobardor. non habeat, cui donaverit.* Editio Baſil. habet hoc loco, id eſt, *andiganavero & andegauverit.* Et, *arrigare ſecundùm Legem.*

ANDITUS. Vide *Andare*.

ANDOCMITUS, *Andoctemitus*. Pacti Legis Salicæ titulus 54. inſcribitur *de Andocmito*: ubi alii Codices habent *Andoctemito*. Editionis verò Pithœi, *de eo, qui graſionem ad res alienas tollendas injuſtè invitaverit.* Wendelinus vocem ex tribus compoſitam ait, *aende acht meter*, ſeu *vermeter*, id eſt, *apud actam clarigator*: ita ut andoctemitus ſit is, qui Comitem vel ſummum Magiſtratum adit, eique ſuggerit, ſe habere *actam*, vel meditari vindictam adverſus aliquem, invitareque illum, ut hunc vel apprehendat, vel captis pignoribus coerceat. Eſt enim *acht*, collineatio ſeu meditatio vindictæ. Similis eſt titulus 51. Legis Ripuar. de eo, qui graſionem ad res alienas invitat.

ANDROCHIA, *Androchiarium*. Fleta lib. 2. c. 87. de Caſeatrice: *Androchia pudica eſſe debet,--& laborioſa daëriæ,--non enim permittat, quòd aliquis vel aliqua in androchiarium ſibi ingrediatur aliquid ablaturus. Ejus autem officium eſt, vaſa, officio ſuo competentia, per ſcriptum à Præpoſito recipere,--lac per talliam recipere, caſeum facereque butyrum, &c.*

ANDROMEDA, Veſtis de pellibus ovium, arietum, & dicitur ab *andros* Græcè, quod eſt *aries* Latinè. Ita interpres Joan. de Gallandia in Synonymis:

> *Veſtes quæ fiunt de ſolis pellibus hæc ſunt,*
>
> *Pellicium, Rheno, quibus Andromeda ſociatur.*

ANDRONA, Feſto & aliquot Scriptoribus Latinis *Andron*, Compitum, locus publicus, ubi viri invicem confabulantur, *Galeries*. Papias: *Andra, Androna, viarum concurſus, angiportus.* Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930. Ἀνδρῶνα, τόπος ἔνθα οἱ ἄνδρες εἰώθασι ἀθροίζεσθαι. Gloſſ. S. Benedicti cap. de Navigatione: *Androna*, ἀνδρεών. Joannes de Janua & Breviloq. *Androna, eſt ſtatium inter duas domos. Androneum eſt locus domicilii, ubi multi viri habitant, ſicut Gynecæum dicitur locus, ubi multæ mulieres conveniunt.* Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii lib. 2. cap. 29. *Dum quendam pauperem in anguſtis andronarum receſſibus inveniri mortuum contigiſſet.* Concilium Carthag. II. can. 47. & Atto Epiſc. in Capitul. cap. 44. *Clericus per plateas & andronas---non ambulet.* Hincmarus Rem. in Opuſc. 55. Capitulor. c. 45. *Pro motibus incompoſiti animi tui, undecunque & per andronas de hora in horam appellas.* Petrus Damiani lib. 3. Epiſt. 4. *Pecunia per regiones, andronas, vel angiportus erogatur.* Utitur & lib. 8. Epiſt. 11. ut & Thomas Archid. in Hiſtoria Salonitana cap. 40. Græci, ut auctor eſt Vitruvius lib. 6. cap. 10. ἀνδρῶνας appellant *itinera, quæ inter duas aulas media ſunt interpoſita*, μεσαύλια. Vetus Inſcriptio apud Gaulterum in Tabulis Siculis n. 307. Ο ΔΑΜΟΣ ΑΝΔΡΩΝΑ ΟΡΑΣΙΟΥ ΜΒ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ. Eſt etiam *Andron*, atrium, ſeu locus domicilii longitudine anguſtior, in quo viri plurimi morabantur, auctore Sexto Pompeio. Vide Nicetam in Manuele lib. 3. n. 4. & in Alexio Man. F. n. 6.

Androna, videtur ſumi pro muro apud Scriptores Italos. Rollandinus in Summa Notariæ ſcripta ann. 1265. *Cujus tales dicuntur confines------ab aliis duobus*

bus lateribus sunt viæ publicæ cum medietate andronæ sive muri, positæ vel positi inter ipsam domum venditam, & ipsam medietatem ejusdem andronæ, sive muri. Utuntur etiamnum Itali pro atrio. Academici Cruscani: *Androne, andito à terreno d'onde dalla porta di fuore si va al cortile, od alle scala della casa.*

Androna denique usurpatur pro ea parte currus operta, in qua, qui vehuntur, sedent, quòd longiusculæ porticus speciem referat. Vita S. Hugonis Abbatis Eduensis n. 19. *Nam resolutis poplitibus, cruribusque extensis recipit corpus suum ex medio totum, pulsansque ostiolum andronæ, quæ super carrucam erat, rogabat sibi aperiri.*

ANDROPOLIS. Durandus lib. 1. Ration. cap. 4. n. 3. *Cœmeterium, Polyandrum, sive Andropolis, quod idem est.* N. 6. *Similiter & Andropolis quod idem est, sepulcrum dicitur, quasi sine pulsu, &c.*

ANECARE, Ital. *Annegare*, Gall. *Noyer*, Submergere, demergi. Lex Alaman. tit. 83. §. 3. *Si quis clausuram in aqua fecerit, & ipsa aqua inflaverit, & ibi alicujus pecus anegaverit, vel famulus, vel infans, &c.* Vide *Necare*.

ANEGRIP. Vide *Anagriph*.

ANELACIUS, Cultellus brevior, sica. Matth. Paris pag. 274. *Genus cultelli, quod vulgariter Anelacius dicitur.* pag. 277. *Lorica erat indutus, gestans anelacium ad lumbare.* pag. 551. *Gestabant autem gladios, bipennes, gasa, sicas, & anelacios.* pag. 582. *Et subitò extrahens sicam, quam bajulavit, scil. anelacium, ipsum continuò eviscerávit.* Et pag. 613. *Et insuper à singulis punctus cultellis, qui dicuntur anelatii.* Vox Chaucero familiaris. Watsius ait esse sicam Hibernicam, quam *Skein* vocant, qui, cum ista ædificant, pugnant, & cibos secant.

ANELIA, *Pugna, & dicitur ab anelus.* Joannes de Janua.

ANETA. Breviloq. *Aneta, avis quædam aquatica: Anetarius, masculus istius avis.* Aliud Gloss. *Aneta, avis aquatica. Aneta, Ened.* Nostris *Anete*, Italis *Anitra*: Anas femina. Lex Salica tit. 7. §. 5. *Si quis anserem domesticum, aut anetam furaverit.* Editio Heroldi habet *Anatam*. Lex Alaman. tit. 99. §. 19. *Aneta, gariola, ciconia.* Monachus Sangall. lib. 2. de Reb. Caroli Magni cap. 21. *Cùm verò falconem suum de aneta vellet extrahere. Eneta*, pro *Aneta*, in Capitulari de Villes c. 40. Vide Specul. Saxon. lib. 3. art. 51. §. 1. & Albertum Stadensem p. 188.

ANETAPICH, *Accipiter qui anates mordet*, in Lege Bajvvar. tit. 20. cap. ubi Editio Heroldi c. 28. *Anotapuch*, præfert. Vide *Acceptor*.

ANFELDTYHDE. Leges Adelstani Regis Angl. c. 19. apud Brompt. de Purgatione per aquam calidam: *Et si Anfeldtyhde sit, immergatur manus post lapidem, vel examen usque ad VVrisle.* Ubi loci emendat juxta Saxonicum Somnerus, *Et si anfeal tihle*, uti præfert Concilium Grateleanum ann. 928. can. 8. i. simplex accusatio fuerit. Accusationum enim erant apud Saxones duo genera, simplex scilicet & triplex. Simplicem vocarunt, cùm reus adjunctis sibi duobus aliis interponeret juramentum: triplicem, quoties cum aliis quinque juraret unà: nisi Presbyter foret, qui simplicem una, triplicem autem bina (ut vocant) manu absolvebant. Hæc idem Somnerus.

ANFIBOLUS. Vide *Amphimallus*.

ANGARATHUNGI. Vide *Gargathingi*.

ANGARGNACO, Bajvvariis, dicitur *equus deterior, qui in hoste utilis non est*, in Lege Bajvvar. tit. 13. c. 10. §. 3. cujusmodi sunt equi, *angariis* destinati: unde fortè vocis origo.

ANGARIÆ, dicuntur jumentorum vel plaustrorum præstationes, & quidem per viam directam, ut *parangariæ* alioversum: in lege 7. Cod. de Fabricensib. lib. 11. & in leg. 4. Cod. Theod. de Cursu publ. &c. quod pluribus docet Jacobus Gothofred. ad d. leg. 4. *Animalia in angariam præstita*, in lege Wisigoth. lib. 5. tit. 5. §. 3. Lex Bajvvar. tit. 1. cap. 14. §. 4. *Angarias cum carro faciant. Carrarum angariæ*, apud Marculfum lib. 1. form. 1. Vide *Parangaria*.

Angariæ, præterea onera dicuntur, agris aut personis imposita. Gloss. Lat. Græc. *Angaria*, παρεργασία, ἀκυσία, ἐργασία. Ugutio & Will. Brito in Vocab. MS. *Angaria dicitur compulsio, vel injusta coactio, ab ango, is.* Breviloq. *Angariæ sunt personalia servitia, quæ quis in persona sua implere cogitur, sive cùm quis propriis sumptibus servit. Vel angariæ, sunt opera possessionibus imposita, sive cùm quis sumptibus servit alienis vel in re sua, vel in equo, vel in asino, vel hujusmodi. Indictiones, opera, vel angariæ*, in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 2. Ita Capitula Caroli Magni lib. 1. cap. 81. lib. 7. cap. 367. Capitul. Caroli Calvi tit. 23. cap. 14. Chartæ Alemannicæ Goldasti cap. 42. &c. Occurrit hac notione passim apud Scriptores, & in veteribus Tabulis. Hinc *angaria*, pro qualibet vexatione, injuria, animi anxietate. Guntherus lib. 2. Ligurini:

Hujus ab antiquo Comitatum in finibus urbis,
Solus ab angariis Italorum pæne solutas,
Præsidio Ligurum Guido Blandratensis habebat.

Goffridus Vindoc. lib. 3. Epist. 38. *Meliùs vobis dicent Fratres nostri, qui angarias portaverunt.* Matth. Paris: *Legentibus innotescit, quot angariis & injuriis nos miseros Anglos exagitat Curia Romana.* Vide Gregor. Mag. lib. 1. Epist. 59. 68. *Angaria mentis*, apud Burchardum de Casib. S. Galli cap. 13.

Engaria, pro *Angaria*, occurrit apud Fulbertum Carnotensem Epist. 14. 110.

Angariare, Ἀγγαρεύειν, *Compellere, vel injustè regere.* Ugutioni. Glossæ Isidori: *Angario, cogo*, Hac notione utitur Interpres Matth. cap. 5. S. Augustinus Epist. 158. *Cùm ab eorum hominum necessitatibus vaco, qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare, nec contemnere oporteat.* Auctor libri de Disciplina scholarium, qui falsò Boëtio adscribitur, cap. 6. *Expeditis his, quæ ad scholaris eruditionem digesta sunt, dilucidandi moderatione observata, nec angariare lectorem sermonis brevitate curamus, nec dilectione confundere.* Petrus Chrysolog. serm. 38. *Angariare hominem suis actibus occupatum.* Paulus Warnefrid. lib. 3. de Gestis Langob. cap. 6. *Nemo aliquem injustè angariabat, nemo vexabat.* Vita S. Fursei Confess. n. 16. *Et ad eum inquirendum tres sibi sagaces viros angariavit.* Ingulphus pag. 895. *Clericos Pegelandenses angariabant, & perangariabant.* Fortè scripsit *parangariabant*, spectavitque *Parangarios*, de quibus suo loco: utitur præterea Thvvroczius in Petro Rege Hungar. cap. 35. & in Maria, in Præfat.

Angariare, Deferre, carro vel equo vehere. Charta Grodegangi Episcopi Metensis ann. 765. apud Meurissium pag. 168. *Debent---avenam de silva, quæ ad villam Isinburc pertinet, ad Paternivillam angariare.* Infrà: *debent fœnum secare, & in horreum ducere, torcular verrere & aquare, angariam usque ad flumen Saræ, aut pro redemptione 10. denarios.*

Angarizare, Compellere, injustè exigere, vel angariam facere. Will. Brito in Vocabular. Eddius Stephan. in Vita S. Wilfridi cap. 7. *Dona mihi maxima promittentes, si te subterfugientem Episcopum angarizarem, & ad sedem Apostolicam tendentem retinerem.*

Angarizator, in Vita S. Castrensis Episc. cap. 2. Tortor.

Anga-

Angarialis, Tractoria ad cursum publicum, *pro animalibus, quæ in angariam præstabantur*, uti habet Lex Wisigoth. loco laudato. Acta Concilii Arelatensis: *Quoniam Lucianum, Capitonem,——& Nasutium Episcopos——dignitas ejus* (Constantini Imp.) *ad lares proprios venire præcepit, angarialem his cum annonaria competenti usque ad Arelatensem portum——dedimus. Angarialem copiam*, habere dicitur in leg. 4. Cod. Theod. de Cursu publ. cui facultas datur angariis seu cursu publico uti, quæ facultas per tractoriam conceditur.

Angariales, qui *Angariis*, seu *corvatis*, obnoxii sunt. Bulla Sergii PP. apud Ughellum tom. 1. pag. 707. *Massaritiis, tributariis atque angarialibus. Angariales terræ*, in Charta Arnulphi Imp. apud Ughell. tom. 2. p. 706. censui obnoxiæ.

Angariarius, Angariis & operis obnoxius. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930. ἀγγαρ@, ἐργάτης, ὑπηρέτης. Vetus Gloss. *Angariarius, qui agrum locat, ut angariam accipiat.* In MS. scriptum est *Angarianus*. Hinc emendandæ Glossæ Isidori, in quibus perperam editum *Angariæavianus*, pro *angarianus*, vel *angariarius*. Hac notione vocem hanc usurpant Constitutiones Siculæ lib. 2. tit 32. lib. 3. tit. 20. 39. *Angararii & Extaliati*, in Charta Guillelmi Regis Siciliæ ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. pag. 704. in alia ann. 1292. pag. 714. 715. *Angareni* & *Angararii* dicuntur, quos diversos fuisse ab *extaliatis*, docet. Ubi Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 65. *Et tuit li home de la cite seront tos jors mais engaraire, cest assaver qu'il laboureront continuellement, &c.* cap. 188. *qui soit de vile condition, vilain, ne engaraire.*

Angarius, Ugutioni, Joanni de Janua, & Willelmo Britoni, *Pedellus, compulsor injustus, exactor*. Vide *Inhibitor*.

Angarii, in Constit. Neapolit. tit. 47. iidem, qui *Angariarii*. Ranfridus JC. qui scribebat anno 1215. ut ipsemet testatur: *Angarii sunt, qui servitium faciunt propriis expensis, puta tot operas in septimana: & sic vulgariter dicuntur in multis partibus Angarii. Et tales villani, qui de personis faciunt operas, vocantur vulgariter Angarii.*

ANGARIUM, definitur *Equicinium, & officina, ubi equi sufferrantur*, in Wichbild Magdeburg. art. 125. Breviloq. *Angarium est locus, ubi sufferrantur equi, ab angulo, vel angusto, vel ango, is, unde*

Faber in angario annectit babata gumpha.

Belgis nostris *Angar*, est locus, seu ædificium quodpiam desuper tectum, cætera pervium, cujusmodi sunt equicinia, in vicis & plateis: sic autem appellatum videtur, quòd in ejusmodi ædificiis asservarentur equi angariales, & ad cursus publicos destinati.

ANGELUS, Legatus, Nuntius, &c. Græc. ἄγγελ@. Gloss. MS. Regium: *Angelus, nuntius, gaudium.* Martianus Capella lib. 2. de Genio: *Et quoniam cogitationum arcana superæ annuntiat potestati, etiam Angelus poterit nuncupari.* Ekkehardus junior de Casib. S. Galli cap. ult. *Angelus Imperii.*

Angelus, Vexillum præcipuum apud Impp. Occidentales, quod S. Michaelis effigie insigniretur. Wittikindus lib. 1. de Gest. Saxon. *Imperatorem inprimis, mediis, & ultimis versantem videntes, coramque eo Angelum, (hoc enim vocabulo effigieque signum maximum erat insignitum) acceperunt fiduciam magnamque constantiam.* Lib. 3. *In quinta (acie) quæ erat maxima, & dicebatur Regia, ipse Princeps vallatus lectis ex multis militum millibus, alacrique juventute, coramque eo Angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptus, &c.* Eadem habet Conradus Urspergensis pag. mihi 222. Apud Græcos Imperatores sequioris ævi, inter varia, quibus in cæremoniis Palatinis & Ecclesiasticis utebantur, vexilla, primum etiam fuit, quod ὁ Ἀρχιστράτηγος, seu S. Michaëlis, appellabant, ut auctor est Codinus de Offic. cap. 6.

Angelus, Titulus, quo summi Pontifices, aliique Episcopi compellari solebant. Justinianus Comes, postea Imperator, in Epistola ad Hormisdam PP. *Comperimus ——ad Angelum vestrum hinc discedentes iter arripuisse.* Infrà: *Quamobrem etiam & à viris reverendissimis Episcopis——ab Apostolatu vestro ad nos Angelus vester destinare dignetur.* Relatio Archimandritarum Syriæ ad eundem Hormisdam post 22. Epistolam ejusdem Pontificis: *Quoniam Deus & doctorem, & medicum animarum constituit vos & vestrum Angelum, &c.* Ita in Synodico adversus Tragœdias Irenæi cap. 173. 302. Libellus Porphyrionis, Diaconi Alexandrini ad Leonem I. PP. in Concilio Calchedonensi Act. 3. δέομαι τῆς ἡμετέρας ἀγγελικῆς σιατηγίας κατελεῆσαί με. *Angelica sedes vestra*, in Epistola Episcoporum Dardaniæ ad Gelasium PP. Hinc *Coangelici* dicuntur summi Pontifices. Anastasius Biblioth. in Præfat ad Synodum VII. *Domino coangelico Joanni Pontifici summo & universali Papæ*, &c. Idem in Vitis PP. pag. 216. & alibi non semel hocce epitheto donat summos Pontifices. Concilium Romanum anno 853. dicitur actum *anno 1. Pontificatus sanctissimi ac coangelici & universalis quarti Papæ Leonis septimo*: ut Concilium aliud Romanum an. 877. *à Domino & coangelico Papa.* Adde Annales Francor. Bertinianos ann. 868.

Sed id etiam epitheti datur interdum ipsis Episcopis. Vetus Charta apud Rubeum lib. 5. Histor. Ravennat. *Dum resideret ibidem Honestus coangelicus Archiepiscopus S. Ravennatis Ecclesiæ, &c.* Adde pag. 257. Apud Lambecium lib. 5. de Cæsarea Bibliotheca pag. 124. ἰσάγγελ@ epitheton tribuitur Joanni Tranensi in Apulia Episcopo: quomodo apud Palladium in Historia Lausiaca cap. 43. Theodosius M. ὁ ἐν ἀγγέλοις ἀριθμούμεν@ dicitur. Extat Anastasii Sinaitæ Patr. Antioch. ἀπόδειξις ὅτι μέγα καὶ ἀγγελικὸν τὸ Ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα. His porrò titulis insigniuntur summi Pontifices & Episcopi, quia in Apocalypsi Sacerdotes *Angeli* appellantur, & per *Angelos* intelliguntur: &, ut ait S. Remigius, Remensis Episcopus, in Epistola ad Falconem Tungrensem, *sub vocabulo Angeli traditur actionis forma Pontificiæ.* Isidorus Hispalensis in Epist. ad Massenum Episc. *In Angelo Ecclesiæ Præpositum utique, id est, Sacerdotem ostendit——Joannes Evangel. &c.* Joannes VIII. PP. Epist. 292. *Sacra Scriptura Sacerdotes Domini aliquando Deos, aliquando Angelos nominat.* In VIII. Synodo can. 11. Episcopi dicuntur ferre τύπον τῶν ἁγίων καὶ οὐρανίων ἱεραρχιῶν. Denique Riculfus Suessionensis Episcopus in Constitut. ann. 889. ad Presbyteros: *Ad vos enim plebium pertinet cura & solicitudo, & ex vobis pendet earum salus, utilitas, atque animarum profectus. Scriptum namque est de vobis* (Malach. 2.) Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. *Angelus namque Latino eloquio nuntius dicitur: & vos quidem Angelorum ministerium expletis, quando vestras plebes instruitis atque docetis.*

Angelus, Nummus aureus Franciscus Vetus Regestum: *7. Febr. 1340. fiebant Angeli fini, ponderis 33. & 2. tert. 23. Aug. 1341. Angeli ponderis 38. & 1. tert.* Vide Infrà v. *Moneta*.

Angelorum ignota nomina fingi vel nominari vetat Concil. Laodic. can. 35. Sola enim *Michaëlis, Gabrielis, & Raphaëlis* agnoscit Ecclesia. Capitulum Aquisgran. ann. 789. can. 16. lib. 1. Capit. c. 16. Synodus Romana sub Zacharia *PP.* Quibus interdum *Uriel* adjungitur. Vide Rhenanum lib. 3. Rer. German. p. 149. Altaserram ad Ferrandum Diac. pag. 124. Stephan. Baluzium ad lib. 1. Capitul. c. 16. &c.

ANGE-

ANGELICA *vestis*, Habitus Monachicus. Florentius Wigorniensis de Gregorio VII. PP. *Quia finem vitæ suæ aspiciebat, & tacitè induebat se angelicam vestem, &c.* Willelmus Abbas Metensis Ep ft. 5. *Multi etenim tales, sub angelico habitu delitescunt, quorum sic misera est conversatio, tantaque vitæ perversitas, &c.* Anonymus in Vita S. Pauli Virdunens. n. 5. *Votis itaque omnium, cum benedictione Patris Monasterii, angelicum schema induitur.* Ἀγγελικὸν σχῆμα, in Euchologio Græcorum pag. 499. & in Vita S. Nili junior. pag. 112. τὸ ἀγγελοπρεπὲς ἢ πανάγιον σχῆμα, in Martyrio Bacchi junioris pag. 86. 119. Passim Scriptoribus Græcis. Hinc ἀγγελικὴ ἀκολουθία, in eadem Vita S. Nili junioris, Ordo ad habitum angelicum induendum. Monachorum autem habitus, *Angelicus* appellatur, quòd & ii dicantur *Angeli* à SS. Patribus, eorumque vita *Angelica*. Et quòd *vivant angelicè, & sint in carne sine carne*, ut loquitur S. Hieronymus Epist. 7. Carmen de laude vitæ monasticæ:

Comparo gyranti solenniter omnia cœlo:
Insuper Angelicis comparo Spiritibus.
Qui semper SANCTUS triplicata voce resultant:
In terris Monachi quod modulantur idem.

S. Eucherius de Laude eremi, sub finem, de Monachis Lerinensibus: *Incessu modesti, obedientia citi, occursu taciti, vultu sereni, prorsus ipsa protinus contemplatione Angelica quietis agmen ostendunt.* S. Eulogius in Epist. ad Willesindum Episcopum Pampilon. *Quid referre de Sanctorum virtutibus lingua potest mortalis, qui in terris positi angelicè vivunt, & qui licèt inter homines conversentur, propositum verò gerunt cæleste.* Sanctimonialium *angelicum ordinem* vocat Concilium Forojuliense an. 791. can. 12. S. Antiochus in Epist. ad Eustachium: τοῖς γ μόνον λέγω, ὅτι ὡς ἀσώτως ἦσαν ἄνθρωποι θεοὶ, εἴγε ὅτι ἀνθρώπους αὐτοὺς καλεῖ, ἢ καὶ ἀγγέλους. Idem Homilia 14. ἐξαιρέτως ἢ ἡμεῖς οἱ ἐν τῷ κόσμῳ δι' ὧν ἀποταξάμενοι, ἢ τὸν ἀγγελικὸν βίον ἐπαναιρούμενοι. Hinc Monachorum *cælestis vita* dicitur S. Hieronymo Epist. 41. & in Vita S. Pauli Eremitæ. Adde Homil. 105. Charta Friderici Ducis Bohemiæ an. 1186. apud Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohemiæ pag. 217. *Ego Fridericus cupiens assiduis in precaminibus in futuro connumerari ejusdem loci fratribus, qui die nocteque à laude Dei nec momento cessantes, sanctis æquales esse probantur angelis, &c.* Vide Georg. Pachymerem lib. 11. cap. 22. & quæ ad Euchologium adnotavit vir doctissimus Goarus pag. 517. nos etiam ad Alexiadem de ea re egimus.

Angelicum verò *habitum* sumere dicebantur morituri Laici, qui priùs quàm vita excederent, Monachicis indumentis indui postulabant, ut orationum Monachorum essent participes; eorumque ad id nomina in Calendario, seu Necrologio, scriberentur, ut annotat S. Anselmus lib. 2. Epist. 21. Cujus moris exempla proferunt præter Græcos Scriptores seu Byzantinos, Luitprandus lib. 3. cap. 5. Leo Ost. lib. 1. cap. 44 lib. 2. cap. 91. lib. 3. cap. 38. (al. 40.) Petr. Diac. lib. 4 cap. 72. Aimoin. de Mirac. S. Benedicti lib. 4 cap. 3. Ordericus Vitalis pag. 594. 627. 716. 787. 788 Cæsarius lib. 2. Miracul. cap. 16. lib. 7. cap. 8. lib. 2 cap. 2. lib. 22. cap. 15. Fragmentum Hist. Andegav. cap. 5. tom. 10. Spicileg. Gesta Dominor. Ambasiensium cap. 4. n. 6. Historia Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 3. 32. Heremannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis, &c. Vide *Monachus ad succurrendum*

ANGELICI, Hæretici, qui Angelos ut Deos colebant: de his Epiphanius & Augustinus lib. de Hæresib.

ANGER, pro *armiger*. Gloss. Isid. *Anger, spatharius, qui angit, i. stringit spatham.* Joan. de Janua: *Anger, spatarius, ab ango, eo quòd angenter, f. strictè spatam tenet. Vel hic Anger, i. cruciator. Vel Anger, genus serpentis, quod angulosè & tortuosè incedat. unde versus:*

Anger angit gladios, serpens est, & cruciator.

ANGIA, Isidoro in Gloss. *ferrum buculæ scuti*: Papiæ, *ferrum intra buculam scuti.*

ANGLIATA, *Angulus*. Testamentum Sisnandi Comitis Conimbricensis apud Brandaonum to. 3. Monarchiæ Lusitanæ p. 276. *Et in illa angliata sub Castello S. Eulaliæ duas villas ad integrum.*

ANGILDUM, Simplex *gildum*, aut *VVeregildum*: seu simplex valor hominis vel rei alicujus: Compensatio pro simplice rei vel hominis æstimatione: ex Saxonico an, una, & ꝣilꝺ, solutio, pretium, compensatio ut *twigildum*, compensatio duplex: *trigildum*, compensatio triplex, &c. Leges Inæ Regis c. 24. apud Bromptonum: *Si tuus Genereat, id est, colonus, vel villanus furatus fuerit, & amittas eum, si habeas plegium, admoneas eum de angildo: si tu non habeas, redde tu angildum, & non sit ei in aliquo remissius.* Adde leges Alvredi cap. 7. 11. Vide *Gildum*.

ANGINA, *Taberna*, in Glossis Arabico-Latinis au *Tubera?* nam *Angina, tubera porcorum* vocantur.

ANGISTRUM, Hamus, Ugutioni: ex Gr. ἄγκιστρον. Est etiam instrumentum chirurgorum, apud Isidorum lib. 4. cap 11. apud quem *ancistrum* restituit Vossius.

ANGLESCHERIA. Vide *Englescheria*.

ANGLICUM *opus*. Liber anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Joan. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Quinque aurifrigia, quorum tria sunt de opere Cyprensi, & unum est de opere Anglicano, & unum est ad smaltos, &c.* Leo Ost. l. 2. c. 33. (al. 34.) *Loculus ille mirificus —— argento & auro gemmisq; Anglico opere subtiliter ac pulcherrimè decoratus.* Ubi quidam perperam restituunt *anaglifo*. De Anglorum porro in artibus solertia, sic Gesta Guillelmi Ducis Normann. & Regis Anglic. pag. 211. *Anglicæ nationis feminæ multùm acu & auri textura, egregiè viri in omni valent artificio.*

ANGONES, dicuntur, linguâ Francicâ, tela seu hastæ, quibus Franci utebantur. Sic verò describuntur ab Agathia lib 1. *Brevia*, inquit, *tela quæ ipsi angones vocant; cujus pars major ferro obducta est, ita ut ex ligno aliquid præter membrum vix extet: in superiori ferro tanquam hami utrinque sunt, & deorsum vergunt.* Similia ex Agathia habent Eustathius, auctor Etymologici & Suidas. Ex qua *angonum* descriptione, Lipsii in Polioreticis sententia quibusdam arridet, qui nostras securiculas describi censuit, quas vocabulis haud absimilibus, Belgæ *Haeken*, nos Galli *Haches* appellamus. *Aichou*, & *achou* etiamnum securiculas vocant Arverni, vocibus ab *ango* vel *aggo*, deductis, existimat vir doctus. *Angonum* meminit etiam Pachymeres lib. 12. c. 30. Ἰταλικοῖς τόξοις καθοπλισμένοι, ὠντοὶ δὲ μετὰ πέλτων, ἢ παλτὰ ἐπιχωρίων δοράτων, ἃ δὴ τὸ παλαιὸν ἄγγωνες ἐκαλοῦντο, τὸν πόλεμον ἀνεθάῤῥουν.

ANGROMAGUS. Vide *Anchoromacus*.

ANGUILIA. Glossæ Isidori: *Anguilla, est qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur* Gloss. Ælfrici: *Anguilla, vel scutica*, ꝥ Pipa.

ANGUILLARIS, *Anguillarium*, Locus fluminis, ubi capiuntur *anguillæ*: vel ut habet Ugutio, *locus ubi anguillæ habitant.* Charta Rohonis Episcopi Inculismensis in Tabul. Abbatiæ S. Amantii: *Silvis, pratis, aquis, farinariis, anguillariis.* Alibi in eod. Tabul. *Sed & ad anguillarem faciendum, & ad molendinos construendos dederunt bo cum &c.* Observat porro Wendelinus in Lege Salica, & aliis ejusmodi, non alioum piscium fieri mentionem, quàm *Anguillarum*, & quidem fluviatilium, non item lacustrium: unde conjicit eas Leges non alibi latas quàm circa prata Brabantiæ versus Hercam, ubi inexhausta fere est anguillarum piscatio.

ANGULA, *Anguilla*, in Glossis Arabico Lat.

ANGULARIS, Colatorium, quod vulgo *Chausse* vocamus, quia in angularem formam desinit. Apitius l. 7. c. 4. *Suffundes liquamen, fricabis, in angularem refundes simul cum offellis, &c.* Occurrit semel ac iterum in Tabular. S. Eparchii Inculismensis f. 63. Utitur etiam alio loco.

ANGULOSUS, πολυγώνιος, in Gloss. Gr. Lat.

ANGUSTIARI, pro *Angi*; angore, mœstitia affici: Hildegardis in Vita S. Roberti Confessoris: *Mater præ timore angustiata & gravata.* Occurrit non semel.

Angustiose, Difficulter, cum angore, apud Matth. Paris.

ANGUSTIPORTUM. Gloss. Gr. Lat. στενωπεῖς *Angustiportum. Angustus, Angiportus, Angulus.*

ANGUTIO, Aviculæ species, Petro de Crescentiis l. 10. de Agricult. c. 7.

ANHELA, Halitus, anhelitus, Gall. *Haleine.* Vita Aidani Episcopi Fernensis in Hibernia c. 4. n. 26. *Viditque unam* (bestiam) *magnam & fortiorem cæteris --- aperto ore; quæ erat parata se devorare: cujus anhela Regem ad se traxit, & pæne devoravit.*

ANHELITUS. Gregorius Turon. lib. 3. Hist. c. 28. & Gesta Regum Francorum cap. 25. *Sed neque anhelitus venti in illo loco senserunt.* Phrasis nostris familiaris: *Ils n'ont pas senti en ce lieu-là une haleine de vent.*

ANHLETA. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 1. de Britannia:

Anglicus extruso colit hanc anhleta Britanno.

Ubi Editor, an *Athleta*? Videtur vox Anglosaxonica, fortè *anhlota*, tributarius, à voce de qua mox.

ANHLOT, *Anlot, Anlote.* Leges Willelmi Nothi c. 54. *Omnis Francigena qui tempore Edwardi propinqui nostri, fuit in Anglia particeps consuetudinum Anglorum, quod ipsi dicunt* Anhlote *&* Anscote, *persolvat secundùm legem Anglorum.* Lambardi Editio legit *Anehlot, & an Scote*, & in margine, vulgo *Scot* & *Lot.* Sensus est, ut unusquisque pro more patriæ sortem & partem suam persolvat. *Hlot* enim fors est, *Scot* pars, seu vectigal: *an* verò articuli vice præponitur, ut apud Gallos, *un.*

ANI. Vide *Chunna.*

ANILIA, *Amentia, fatuitas*, in Glossis Isidori. Malim, *Anitia*, vel *Anitas*, ut sit annum delirium. Vide *Anitas.*

ANIMA, Homo, nostris etiam *Ame.* Hist. S. Clementis I. PP. *Ita ut in die illa quingentæ animæ & eo amplius baptizati in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, perfecti in fide Christi abscederent.* Passio S. Sebastiani: *Omnis familia quæ erat in domo Nicostrati, animæ 33. promiscui sexus & ætatis; &c.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. c. 40. *Tanta fuit copia decimæ, ut decima accolarum pars centum animæ ad partem B. Eligii forte devenirent.* Gregorius Turon. l. 8. c. 30. *Animas in captivitatem subdentes*, Ordericus Vitalis l. 2. *In nave 276. animæ fuerunt.* Adde Translationem S. Sandaletii n. 9. Theophanes an. 18. Mauricii; ἐγὼ δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδίδωμι αὐτῷ κατὰ ψυχὴν νόμισμα ἐν κομιζόμενος παρ' αὐτῷ, i. *in singula capita.* Capitatio animarum, in leg. 6. Cod. Th. de Conlat. donat. est ea quæ pro servis, adscriptis censitis prædiorum præstatur, quæ ψυχικὴ συντέλεια dicitur in Constit. Gr. Anastasii leg. ult. Cod. de Annona & trib. *Humana capitatio*, ead. leg. 6. Vide Genes. c. 46. &c.

Anima, pro *Vita.* Regestum Petri Diac. Casin. n. 409. *Contra animam nostram cogitaverunt & consiliaverunt. In animam alicujus insidiari*, in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 75. §. 1. *Contra animam aut sanguinem patris insidiari*, tit. 61. §. 2. *Animæ periculum incurrere*, tit. 86. §. 2. in Leg. Longob. lib. 1. tit. 17. §. 2. & alibi non semel. *In animam alterius conjurare*, apud Willelmum Neubrig. lib. 5. cap. 20. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestr. cap. 4. pag. 63.

Pro anima judicare feudum, pro animæ redemptione aliquid Ecclesiis concedere, in Constitut. Friderici I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 7.

In animam alterius jurare. Vide *Jurare.*

ANIMÆQUUS. Gloss. Lat. MS. Regium sign. 1013. *Animoæquus, longanimis, sive patiens.* In Gloss. Isidor. *Patiens animo.* Gloss. Lat. Gr. *Animæquum* ἰσόψυχον. Leg. *Animæquum.* Lucifer Calaritanus lib. 1. ad Constantium Imp. pag. 73. *Animæqui estote, &c.* Plautus in Rudente:

Ergo animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.

Animæquior, eadem notione. Concilium Rom. sub Gregorio II. *Animæquiore mente* Versus Salomonis Episc. ad Dadonem:

Illud cùm recolens. . . animæquior exstô.

Occurrit apud Bedam in Vita S. Guthberti Episc. n. 22. in Vita S. Popponis Abbat. cap. 2. 3. in Vita S. Hadelini Confess. n. 10. apud Helmodum lib. 1. c. 71. In veteri Testamento, & alibi non semel.

ANIMAL, Equus aut jumentum. Lex 9. Cod. Theod. de Re milit. *Cum propriis animalibus eò usque veniendum est, ubi obsequium cursuale succedit.* Paulus Diaconus in Heraclio: *Romani animalia sua nectie & adaquaverunt & acceperunt.* Aimoinus de Mirac. S. Benedicti lib. 3. cap. 6. *Tam est invalidus, ut impetrare nequeat, quatenus proprio animali suus revehatur Monachus.* Adde Gaufredum lib. 1. de Vita S. Bernardi cap. 2. n. 4.

Animalia, sæpe pro equis ad cursum publicum destinatis; quæ *Animalia publici cursus* dicuntur in leg. 8. Cod. Th. de Cursu publ. vel *Animalia publica*, in leg. 2. 10. 53. 60. Cod. eod. Symmachus lib. 2. Epist. 27. *Diligentiæ tuæ ratio digeratur, quæ possit ostendere, quo numero animalia collocaris, & quo apparatu instruxeris mansiones.* Capitolinus in Maximino: *Tanto impetu mutatis animalibus cucurrit, ut quarta die Romam veniret.* Animalium autem publici cursus nomine non modò *Equi intelliguntur*, quos *cursuales*, vocant lex 64. Cod. Th. de Cursu publ. & Senator. lib. 4. Epist. 44. lib. 5. Epist. 5. sed & *Asini, Boves* & *Muli*: de asinis lib. 38. & 41. de bobus l. 1. 11. 55. & de mulis lib. 8. 53. eod. tit. Cod. Th. Camelos addit Theophanes pag. 39. ubi & boum meminit. Vide Socratem lib. 3. cap. 1. & quæ notavit Juretus ad Symmachum lib. 2. Epist. 27.

Animal de hoste, Mulus: *Beste d'armée.* Charta Remundi de Canavellis Domicelli in Comitatu Ruscinonensi an. 1298. *Pro dicta medietate decimæ medietatem cujusdam animalis mulini de hoste in adjutorium illius animalis, quod vobis & successoribus vestris domus de Conaco teneor facere, quotiescunque vos vel successores vestri in dicto castro de Conaco ire contigerit ad partes Yspaniæ, pro bellando contra inimicos fidei, &c.* Alia Charta anni 1308. Berengeri de Canavellis filii Remundi: *Et pro dicta sexta parte fit & præstatur & præstari debet dicto Regi, tanquam domino de Conaco; quotiescunque ipsum vel ejus successores in dicto castro ire contigerit ad partes Yspaniæ, pro bellando contra inimicos fidei Catholicæ, unum mulum vel mulam, quod dicitur animal de hoste.* Anastasius in Hist. Eccl. an. 9. Copronymi: *Animal mulinum ascendit — humana voce loquens.* Ubi Theophanes ζῶον μυλικὸν ἄσπιον. Agobardus lib. contra Legem Gundobaldi cap. 11. *Pro uno asino molino*, qui idem est quod *animal mulinum*, id est, ex mulorum genere: nisi ita appellatum fuerit quod ad *molas*, & *mulina* laborare soleat. Vetus Epigramma ex Pithœanis p. 160.

Cùm possis parvo sumptu conducere asellum,
Qui soleat teretes volvere rite molas.

Index Homeri Græcobarbari: ἡμίονον, τὸ μυλάδι. Mulos Hispanicos non semel commendat *le Roman de Garin*:

Toute

Toute la terre raemplissent d'avoir,
D'or & d'argent & de murs Espanois.

Animal ad clausum pedem, quod *non dividit ungulam*, seu *quod non habet divisam ungulam*, Levit. cap. 11. & Deuteronom. cap. 24. Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1299. n. 35. ex Tabul. Regio: *Cum chacia ad animal ad clausum pedem, & cum cæteris dictæ Sergentiæ juribus. &c.*

Animalia minuta, Pecudes, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 83. §. 3. *Averia, sive animalia minuta*, in Charta Ludovici Lavallii Gubernatoris Delphinatus apud Dion. Salvaingum in Tract. de Jurib. dominicis pag. 309. 310. Verùm quidam censent pro *animalia minuta*, legendum *muta*, ut in Regiam Majestatem lib. 4. c. 27. *Propter averia, id est, animalia muta.* Ita apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 37. §. 1. Gloss. vet. *Muta bestia*, ζῶον ἄλογον. Vetus Scholiastes Juvenal. sat. 15. v. 143. *A grege mutorum: animalium, pecorum.* Senator lib. 2. Epist. 13. ubi de musica: *Hinc Orpheus mutis animalibus efficaciter impetravit, vagosque greges, contemptis pascuis, ad audiendi epulas potius invitavit.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 21. §. 3. *Si caballus cum pede, bos cum cornu damnum fecerit, vel si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si canis momorderit, -- componat damnum aut homicidium cujus animal fuerit, cessante in hoc capitulo faida, quod est inimicitia, quod muta res fecit, non studium.*

Animalia, seu averia otiosa, quæ agriculturæ non inserviunt, ut sunt oves, sues, volatilia &c. Fleta l. 4. c. 17. §. 15. *Si fiat districtio per oves vel bestias carucarum, cùm sint alia averia otiosa.* Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 209. *Decem boves, 10. vaccas, & 20. porcos, & 300. oves, & 2. tauros, & 20. animalia otiosa, 40. capras. Animalia otiosa & pigra*, apud Vegetium l. 3. Artis veterin. c. 12.

Animal errans, aberrans. Vide *Erraticum.*

ANIMATORIA *olla*, χύτρα τετρημένη, in Gloss. Gr. Lat. quæ in summo spiramentum habet, pertusa.

ANIMESCO, *Irascor* θυμοῦμαι. In Gloss. Gr. Lat.

EXANIMO, Memoriter, Gall. *Par cœur.* Regula Magistri cap. 44. *Lectionem verò, cui jussum fuerit, ut ex animo recitet, non ex codice legat.* Grimlaïcus in Regula Solitar. cap. 64. *Lege Evangelica, ut memoriter retineas sed & alias ex animo meditare scripturas.* ἀποστηθίζειν, ex memoria recitare, dicunt Græci. Vide *Cor.*

ANITAS, *Senectus*, in Glossis Arabico-Latinis; γραΐτης in Glossis Græc. Lat. & apud Jo. de Janua.

ANITERGIUM, vox ficta, ut *facitergium*, cujus notio satis patet. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. *Materias congerebat, quibus ad requisita naturæ necessaria Fratribus anitergia ministraret.* *Vide Cloacarius.*

ANLAGO. Vide *Andelago.*

ANNALE. Gloss. Latin. Gr. *Annale.* ἐνιαυσιαῖον. *Anniversarium*, aliàs *Annuale.* Ugutio: *Annale, idem quod Anniversarium, scilicet dies qui pro mortuis celebratur singulis annis.* Sumitur verò hæc vox ut plurimum pro Missis quæ celebrantur per anni spatium pro defunctis, uti interpretantur Lindvvodus ad Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 23. pag. 329. & 345. 2. Edit. Qua notione occurrit apud Willelmum Thorn. in Chr. pag. 1894. & in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 149. &c. Vide *Annuale.*

Annale. Chronicon S. Benigni pag. 426. *Rex restituit -- mercatum die Sabbati, quod est in burgo omnibus septimanis, & medietatem annalis, quod est in festivitate sancti Benigni.* Eadem habentur in Charta Rodulphi Regis Francor. apud Perardum in Burgundicis pag. 126.

Annale. Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1206. apud eundem Perardum pagina 299. *Nec eidem* (alienigenæ) *liberum villæ forum conceditur, donec per annum & diem in illa fecerit mansionem: & si tunc forum velit requirere, & annalia villæ rite executus fuerit, sibi villæ forum conceditur.* Id est, si per annum ita quæ civium sunt, executus fuerit.

ANNALES, Acta publica, quæ per annos digeruntur in leg. 65. Cod. Theod. de Appellat.

Annales, Census annui species. Charta an. 1236. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 51. *Et quæstas, & oltas & albergas, & mandatos, & annales, census & usus, oblias cum pertinentibus omnibus, quartos & quintos, & agrarios, & decimas, &c.*

Annales baculi seu Calendarii, apud Olaum Magnum lib. 16. Hist. Sept. cap. 20. in quibus fastos suos inscribebant Dani, de quibus copiosè Olaus Wormius lib. 1. de Fastis Danicis cap. 2. & 3.

ANNATA, Reditus unius anni ab eo qui recèns in demortui Episcopi, aut Abbatis, locum succedit exsolvi summo Pontifici solitus, de cujus origine, ac usu, consulendi Renatus Choppinus lib. 2. Monast. tit. 1. §. 14. lib. 1. de Eccles. Polit. tit. ult. art. 18. 19. lib. 3. tit. 3. art. 4. 5. 6. 7. Petrus Matthæus in Constit. PP. pag. 131. 142. 157. 206. 258. & alii.

ANNATHES, *Proximi*, Papiæ.

ANNATUS, Primogenitus, *ante natus*, ex Gallico *Ainsné*, vel *Aisné* in veteri Aresto an. 1254. apud Pithœum in Consuet. Trecens. art. 14. Vide Jacob. *Bourgoing* de Origine & usu vulgarium vocum pag. 70.

Annatæ oves, i. unius anni, quæ annum unum ætatis habent. Fleta lib. 2. c. 79. §. 4. Vide *Superannatus.*

ANNELAGE. Charta Hugonis Abbatis S. Dionysii an. 1189. ex Schedis Augusti Galandii: *Debet quarta Advocato 3. denarios, quem recipit de frescengage, & recipit famulus ejus in die Jovis absoluti. Quarta debet Advocato unum denarium de Annelage, & recipit famulus ejus in Crastino S. Mariæ.*

ANNICULATUS, Ætas unius anni. Alexander Jatrosophista MS. l. 2. Passion. cap. 83. *Unus porcasier & hedus, & ipsi mediocres inter duros teneros, i. anniculatum aut bimatum habentes.* Lex Salica tit. 2. §. 4. *Si quis tertussum porcellum furaverit, usque ad anniculatum, &c.* §. 5. *Si quis verò porcum post anniculatum furaverit.* Ex quibus patet *anniculatus*, non idem esse quod *anniculus*, uti vult Wendelinus.

ANNICULUS, Agnus, aut ovis, unius anni Exod. 12. *Erit agnus sine macula, masculus, anniculus.* Levit. 14. *Ovis annicula.* Liber qui *Aurora* inscribitur:

Masculus anniculus, qui foret absque nota.

Gl. Lat. Gr. *Anniculus*, ἐνιαυσιαῖος. Tabul. S. Remigii Remensis: *Donat annis singulis de sigilo mod. 1. -- anniculam 1. pullos 3. ova 15.* Infrà: *Donant de sigilo modios 7. -- anniculos 7. agnum 1. pullos 22. ova 122.* Rursum: *Donat uno anno fœtas 2. cum agnis 2. altero anno anniculos 2. facit ad pratum dies 3.*

ANNIVERSARIUM, *Anniversitas*, Dies annuus, quo officium defunctorum pro aliquo defuncto peragitur, ipso obitus recurrente die. Liber Differentiarum: *Annus, totius anni spatio est, ut annua merces. Anniversarium est, quum repetentibus annis idem dies colitur, ut est cœna anniversaria. Anniculum, cùm annum habet, ut anniculus puer. Annotinus, prioris anni, ut annotinum vinum. Annale, est res aliqua, quæ totius anni ordinem continet, ut annalis liber.* Alcuinus lib. de Divin. offic. *Anniversaria dies ideo repetitur defunctis, quoniam nescimus qualiter eorum causa habeatur in alia vita.* Interdum pro *annali*, seu officio Missarum quod omni die per annum pro defunctis pera-

agitur, ut notat Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. p. 329. 2. Edit. quomodo videtur intelligi debere in Capitulis Caroli M. addit. 1. cap. 73. *Ut pro Abbate defuncto anniversarium fiat officium.*

Anniversarium. Thwroczius in Ludovico Rege Hungar. cap. 4. *Et pervenit domum suam in Wisegrad in anniversario sui recessus.* i. anno post recessum elapso.

Anniversitas. Anastas. Bibl. in Leone II. *Hic fecit constitutum ——— sed & ne Mauri quondam Episcopi anniversitas aut agenda celebretur.*

Anniversalis. Joann. VIII. Epist. 91. *Quia intimasti Pontificio nostro anniversariem magnæ recordationis Domini Ludovici Imperatoris fieri, & ut pro eo proprias orationes celebraremus, rogasti, &c.*

De anniversariorum pro defunctis antiquitate, vide Gazæum ad Cassian. collat. 19. c. 1. & Haeftenum lib. 8. Disquisit. Monast. tract. 1. disq. 4.

ANNONA, Triticum, frumentum, bladum. Kero Monach. S. Galli in Vocab. *Annonam, Lybleita.* i. ut opinor, *Bladum*, nostris *Blé.* Lex Salica tit. 24. §. 1. *Si quis ingenuus in alieno molino annonam furaverit.* Tabular. Dalonensis Abbat. f. 95. *Retentis tantùm quatuor sextariis annonæ, duobus videlicet frumenti, & duobus siliginis.* Passim apud Scriptores. Vide Statuta antiqua Corbeiensis Abbatiæ lib. 1. c. 6. Gregor. Turon. lib. 3. de Mirac. S. Mart. cap. 3. de Gloria Confess. cap. 107. Capitula Car. M. lib. 1. cap. 118. 131. lib. 4. tit. 73.

Annona, Panis. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 25. *Si quis mancipium alienum sciens fugax esse, nesciente domino susceperit, aut annonam dederit, aut ostenderit viam, &c.* Ita in Regula Magistri cap. 26 & in leg. 1. Cod. de Frumento urbis CP. Hinc *annonæ, binæ, ternæ*, apud Scriptores Historiæ Augustæ, i. panes duo, tres.

Annona porcorum, Esca, glans. Suggerius de Administratione sua cap. 11. *Talliam, & annonam porcorum, ovium, agnorum, ——— ab eadem terra more antecessorum suorum abripuerat.*

Annona mixta, Gall. *Blémesteil*, frumentum sigalæ admixtum. Tabularium S. Remigii Remensis: *Hinc exeunt frumenti modii 16. mixtæ annonæ modii 60.*

Annona toltitia. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 211. *In festivitate S. Johannis unum multonem optimum, per messiones taschiam qualis contigerit, 12. sextarios annonæ inter toltitiam & tavernam.* Rursum: *Inter toltizam & tavernam.*

Annonæ eraria. Vide *Ærariæ.*

Annona, Præbenda. Notitia an. 929. apud Joachimum Vadianum: *Post hæc eo in Conventum nostrum introducto, omnis Congregatio concessit ei annonam unius Fratris, &c.*

Annonagium, Tributum ex anona. Charta Willelmi Comitis Cabillon. ann. 1180. in Bibl. Cluniac. pag. 1441. *In universa terra ejus non habeo talliam, vel porcellagium, vel messionagium, seu annonagium, vel corredum.* Habetur etiam apud Perardum pag. 244. Vide *Messiva, Frumentagium, Messio.*

Annonarius, dicitur *erogator & dispensator annonæ*, in Legibus Wisigot. lib. 9. tit. 2. §. 6. apud quos, per singulas civitates atque castella erant ejusmodi officiales seu magistratus, qui militibus *annonam* sine fraude exhiberent. Interdum & Comes civitatis hujus rei curam gessit, ut ex lib. 9. tit. 2. §. 7. colligitur. Gloss. Græc. ἀννῶνος, *salarium.* Hac notione *Annonarii* dicuntur in leg. 3. Cod. Theod. de Numerar.

Annonaria area, in qua frumentum excutitur, in Lege Burgund. tit. 23. §. 2.

Annonariæ regiones, quæ olim dictæ fuerint, pluribus disputant Salmasius, Gothofredus, Sirmondus, & alii qui de Suburbicariis commentati sunt.

Annonaria præpositura, in Monasteriis: huic præfectus erat Monachus, cui vel annonæ colligendæ, & in Monachorum victum erogandæ cura demandata erat, vel certè pani Monachis distribuendi, apud Innoc. III. PP. lib. 13. Ep. 55.

Annonarius est aliquis habens multas annonas. Breviloq.

Annonarium granarium, vel locus, ubi reponuntur annonæ. Breviloq.

Annonari, Annona cibari, ali, annonam percipere. Paulus Diaconus Neapolit. in Vita S. Mariæ Ægypt. c. 6. *Unusquisque autem se annonabat, prout poterat, aut volebat. Nam unus portabat corpori ad mensuram sufficiens, &c.* S. Ambrosius, seu alius auctor in Actis S. Sebastiani cap. 12. num. 43. *Si ergo non navigantibus, sed imperationibus, homines quod annonantur, ascribunt, &c.* Baldricus Camer. lib. 3. cap. 52. *Reditibus agrorum annonantur.*

ANNOSITAS, Multorum annorum series. Joannes de Janua: *Annositas, antiquitas.* Notitia ex Tabulario S. Victoris Massiliensis: *Per annositatem seu per legem tricenariam possidere* Petrus Cellensis lib. 9. Epist. 5. *Calamus noster annositate & desuetudine quassatus, &c.* *Annositate se tueri*, in leg. 113. Cod. Th. de Decurion. *Annositatis curtus*, in leg. ult. eod. Cod. de Prædiis navicul. *Priscorum annositas*, apud Suenon. in Præfat. ad Hist. Danicam.

ANNOTATIO. Chr. Reichersbergense an. 423. *Septima annotatio Carthaginensis Synodi habita est sub Honorio Augusto, &c.* Idem ann. 426. *Sub isto Theodosio Minore fuit octava annotatio Africanæ Synodi, &c.*

ANNOTATORES, qui inlatarum specierum breves seu rationes conficiebant, Tabularii, in leg. 3. Cod. Th. de Susceptoribus.

ANNOTICUS, pro *Anniculus.* Capitulare Saxonum an. 797. cap. 11. *Illud notandum est, quales debent solidi esse Saxonum, id est, bovem annoticum, utriusque sexus autumnali tempore, sicut in stabulum mittitur, pro uno solido.*

ANNUALE, *Annale*, Anniversarium, officium scilicet Ecclesiasticum, quod pro defuncto aliquo, die ejus obitus recurrente, in Ecclesia quotannis celebratur. Brevil. *Annuale, anniversarium*: Galli, *Annuel* dicunt: *Annovale*, apud Joan. Villaneum lib. 1. cap 22. Charta an. 1078. apud Fr. Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. *Hanc conditionem Episcopo imposuimus, ut annuale, vel anniversarium matris meæ, Beatricis honorificè celebretur.* Crebrò occurrit.

Annualis. Charta Notkeri Episcopi Veronensis an. 921. *Ita ut in tribus diebus ante ejus annualem, ——— omnes generaliter Sacerdotes ——— Missam cantent.*

Annuale, idem quod *Annata*, reditus annuus Præbendæ Canonici defuncti. Necrologium S. Victoris Parisiensis. Kl. Augusti, de Ludovico VII. Rege Franc. *Annualia quoque regalium Abbatiarum, aliaque multa nobis donavit*; precibus scilicet D. Stephani de Garlanda Archid. Paris. ut est in eodem Necrolog. 2. Id. Januar. Charta Roberti Abbatis S. Victoris Parisiensis in M. Pastorali Eccles. Paris. lib. 20. ch. 85. *Super eo quòd dicti Religiosi dicebant se debere percipere annuale in pane & vino, ubicumque decederent socii D. Episcopi Parisiensis, &c.* Charta Joan. D. Castrivillani ann. 1260. *Volo quòd Prior de Marmissa ——— habeat annalia Canonicorum decedentium, &c.* Charta Henrici Abbatis, fratris Ludovici VII. Regis Fr. in Annalib. Monasterii S. Victoris 1. vol. *Beneficium autem supradictorum annualium Ecclesiæ B. Victoris hoc modo collatum est*; ut

ut per annum redditus Prabendarum Canonicorum decedentium Ecclesia S. Victoris ex integro habeat, &c.

ANNUITAS, Annuus reditus, pensio alicui, vel in perpetuum, vel ad tempus præstitutum, concessa, cujus solutione liberum tenementum non oneratur, inquit Joan. Covvellus. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 375. 376. —— *habenda & tenenda in feodo, simplici de capitalibus dominis, per servitia consueta* —— *solvendo annuitates prædictas*. Adde tom. 3. p. 22. [illegible] Thomæ Archiepisc. Eboracensis: *Annuitatem sive pensionem annuam centum solidorum sterlingorum, &c.* [illegible]: *Ac de annuitate sive annua pensione hujusmodi, &c.* Annuity, Anglis [illegible] *Brief de annuitie*, apud Littleton. sect. 21[illegible]. *Breve annuitatis*, quo creditor debitorem convenit, cùm pensionem annuam constitutæ pecuniæ percipere non potest. Vide Kalt[illegible].

ANNULARE, Pro nihilo habere, vel rem ita rescindere, ut nulla deinceps habeatur, quo sensu vocem *Annuler*, passim usurpamus. Optatus lib. 2. [illegible] *nobis annulare visus*. Occurrit Ecclesiast. c. [illegible] & alibi non semel.

ANNULARIUS, *Annularium*. Ugutio: *Annularius qui facit annulos. Annularium, locus ubi fiunt annuli.*

ANNULUS *arrharum nomine datus*, seu sponsalitius vel pronubus, in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 1. §. 3. *Annulo sponsam subarrare*, in Lege Longob. lib. 2. t. 37. §. 1. Nicolaus PP. Epist. ad Bulgaros: *Postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit.* De annulo pronubo, passim veteres Scriptores. Vide Baron. ann. 58. num. 51. & seq. Gassendum in Vita Peiresc. lib. 4. & Joannem Bapt. Laurum de Annulo pronubo Deiparæ Virginis

Annulus de junco, Constitutiones Ricardi Episcopi Sarisberiensis an. 1217. cap. 55. *Nec quisquam annulum de junco vel quacunque vili materia, vel pretiosa, jocando manibus innectat muliercularum, ut liberiùs cum eis fornicentur: ne dum jocari se putat, honoribus matrimonialibus se astringat.* [illegible] lib. 1. [illegible] 69. [illegible] Ecclesiastico, [illegible] matrimonium invicem contrahere coguntur, in ædem S. Marinæ sacram deduci, ibique [illegible] *annulo junceo*, seu ex *palea*, confecto desponsari.

Annulus Regius, quo Reges utebantur ad subsignanda diplomata. Agobardus lib. de Insolentia Judæorum: *Quos indiculos, licet ex sacro nomine vestro recitarentur, & vestro annulo essent signati, nullatenus tamen credidimus ex judicio vestro tales produisse.* Faustus in Vita S. Mauri de Theodeberto Rege: *Vocans Ansebaldum qui scriptionibus Regalium testamentorum praerat, præcepit ei, ut antequam de Monasterio egrederetur, testamentum de iis [illegible] scriberet rebus, ac de annulo Regis, regali firmaret more.* Theganus de Ludovico Pio cap. 19. de villis regiis: *Fidelibus suis tradidit eas in possessiones sempiternas, & præcepta construxit, & annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roboravit.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 107. *Aliaque quam plurima quæ chartis manu propria inseruit, quas Regis annulus roboravit.* Hinc formula vulgaris omnibus ferme Regum & Imperatorum diplomatibus adscripta: *Et ut inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subterfirmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.*

Erant autem annuli regii Regum imaginibus & nominibus insigniti. Gesta Francor. cap. 12. *Requirentes invenerunt in thesauro Regis annulum, Clodovei inscriptione vel imagine insculptum.* Ejusmodi est Childerici Regis annulus, qui in ejus sepulchro juxta Tornacum inventus, in Gazophylacio Regis asservatur, cujusque ectypum exhibuit Joan. Jacobus Chiffletius in Anastasi, cujus ea est inscriptio: CHILDERICI REGIS. Præterea alter Ludovici Pii apud Petrum Fr. Chiffletium in Hist. Tornutiensi pag. 195. cujus hæc est epigraphe: XI E. PROTEGE. HLUDOWICUM IMPERATOREM.

Annuli Regii cura ac custodia penes Referendarium erat. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. c. 3. *Siggo quoque Referendarius, qui annulum Sigeberti tenuerat.* Vita S. Boniti Arvernorum Episc. tom. 1. Histor. Franc. *Cum à Sigeberto Rege enixè diligeretur, annulo ex manu Regis accepto, Referendarii munus adeptus est.* Adde Fridebodum in Vita S. Audoëni, Aigradum in Vita S. Ansberti, Aimoinum lib. 4. Histor. cap. 41. & quæ notavimus in voce *Referendarius*. Quod igitur annulo Regio signarentur Regum diplomata, inter præcipua eorum ornamenta is recensetur in Gestis Francor. cap. 11.

Annulus Pontificum, Prælatorum: Quem scilicet deferunt in symbolum Ecclesiæ ab iis desponsatæ, cùm, ut ait Joannes Citrius, [illegible] appellentur, carpens scilicet Michaëlem Cerularium Patr. Constantinopol. in Epist. ad Petrum Antiochenum, [illegible] Latinos Episcopos, [illegible] Vide præterea Demetrium Chomatenum, Bulgariæ Archiepiscop. in Responsis pag. 318. & c. 321. Juris Græco-Romani. Chronicon Mauriniacense, lib. 3. *Ipsos quoque annulos, in quibus ad ipsos (Episcopos) pertinens Ecclesiæ desponsatio exprimitur, sine respectu misericordiæ abstulit.* Charta Joannis Archiepiscop. Capuani ann. 1301. *Item annulum unum Pontificalem de auro magnum. Item quendam alium annulum de auro.* De annulo Episcopali vide Honorium Augustod. lib. 1. cap. 206. Innocentium III. lib. Epistol. pag. 329. & Durandum lib. 3. Ration. cap. 14.

Annulum transmittere, seu annulo misso aliquem accersere. Lex Bajwar. tit. 2. §. 14. *Si quis jussionem Ducis sui contempserit, vel signum quale visus fuerit Dux transmittere, aut annulum, aut sigillum, si neglexerit venire, &c.* Vide Theophylactum Simocatt. lib. 8. cap. 11.

Annulus, qui vulgo *Collare*, seu *le Carcan*, quo reorum colla astringuntur, *Collistrigium*. In Consuetud. Juliodunensi c. 2. art. 8. *Avoir ceps, fer & anneaux*, dicitur esse ejus qui mediam Justitiam habet.

ANNUNTIUM, Nuntium, quod annunciatur. Ambrosius super Egesippum: *Irridebant Prophetarum annuntia, fas omne calcabant.* Dantes in Purg. cant. 14.

Come à l' annuncio de futuri danni.

ANNUS. Non quæ apud veteres, qui Christum præcesserunt, anni ratio, sed quàm diversa etiam post Christum natum apud omnes fere gentes fuerit, hic disquirere videtur operæ pretium: cùm absque hacce notione in perlegendis mediæ ætatis Scriptoribus plerisque tenebræ offundantur; dum suam quique annos numerandi, & eorum initia auspicandi rationem servant: quod quidem breviter prosequemur, indicatis auctorum locis qui hac de re ex professo commentarios ediderunt, ut ex iis lectoribus haurire liceat quæ pluribus pertractare Glossarii institutum non patitur.

Græcorum computos ærasque præcipuas esse tres inter eruditos convenit. Nam aliam esse dicunt quæ ab initio rerum ad Christi in uterum adventum aut natalem annos computat 5493. aliam quæ annos numerat 5501. tertiam quæ 5509. constituit. Primam Antio-

chenam appellant aliqui, secundam Æthiopicam, tertiam Alexandrinam. Priorem verò Petavius Alexandrinam, tertiam Romanam. Secundam amplectitur Synodus VII. Act. 6. pag. 405 Edit. Labbei, ut & Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Euthymii num. 109. Georgius Syncellus Theophanes, Auctor Miscellæ, & aliquot alii. Postrema verò utuntur Scriptores alii Bizantini. Vide Petavium in Auctario lib. 8. c. 1. Hac Postrema utuntur Scriptores ferè omnes Byzantini, præter Georgium Syncellum, Theophanem, & auctorem Miscellæ, apud quos anni mundi & Christi octo minùs, quàm æra communis, colliguntur: cujus rei rationem multis explicat idem Petavius in Auctario lib. 8. cap. 1.

Annos mundi, ut & Indictiones, auspicantur Græci, seu Byzantini Scriptores à Kal. Septemb. uti passim observare est apud Cedrenum, Scylitzem, Pachymerem, Cantacuzenum, Phranzem &c. unde ejusmodi Indictio Constantinopolitana dicitur apud Petavium, &c.

Anni Martyrum, seu Epochæ Diocletianeæ ab Ægyptiis Christianis Ecclesiæ Alexandrinæ, hactenus usurpatæ, initium desumitur à persecutione Diocletiani, quam in annum 302. vel 303. vulgò conjiciunt Chronologi: qua de re extant virorum doctissimorum conjecturæ ex Concilio Cirthensi potissimum desumptæ, Baronii, Scaligeri, Petavii, & novissime V. Cl. Joannis Broei, in ea Disquisitione, quam de initio persecutionis Diocletianeæ & Epocha Concilii Cirthensis inscripsit. Ab hac autem æra Martyrum, Alexandrini, Abyssini, & alii annos suos auspicantur. Vide Adonem Viennensem in Chron. initio Constantini, & ann. 527. Chronicon Orientale pag. 85 109. 124. 125. 127. 145. 202. & doctissimum Henschenium in Exegesi præliminari ad tom. 3. Martii cap. 2. n. 11.

Anni Seleucidarum, quibus Judæi plurimum usi sunt, postquam sub dominatu Græcorum esse cœperunt, à Seleuci Regis exordio initium sumunt, quod ab illo anno procedere, qui ante Christianam æram putatur 312. & est periodi Julianæ 4402. quo 117. Olympias init. Duplex est horum annorum initium: nam alias à verno tempore & à Nisan Judaïco; alias ab autumno & Tisri progrediuntur. Rursus interdum lunares anni, interdum Juliani usurpantur & fixi. Judæi in annis contractuum (ita annos Seleucidarum vocant) lunares adhibent. Syromacedones, sive Antiocheni post Julianam anni formam editam solares adsciverunt, atque ab Hyperbereteo, sive Octobri Juliano duxerunt exordium. Hæc ferè Petavius, quem consule.

Annos præterea Antiocheni peculiari ratione putabant, à mense Octobri ducto eorum initio, & ab anno mundi 3935. & Periodi Julianæ 5665. qua quidem æra, quam χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας vocat, utitur præ cæteris Evagrius lib. 2. cap. 12. lib. 4. cap. 9. Vide eundem Petavium lib. 10. de Doctr. temp. cap. 62. & lib. 3. Ration. c. 14.

Annigratiæ, dicti quòd à Natali Christi initium sumant, ut auctor est Josephus Scaliger in Canonibus isagog. pag. 275. ubi observat Æthiopes Æram Martyrum dupliciter putare, aut ab annis expansis Diocletiani, aut à periodis Dionysianis: ab annis enim Diocletiani abjectis omnibus 532. reliquos esse annos gratiæ. Vide eundem de Emendat. tempor. pag. 693.

Annos ab Christi Incarnatione numerandi primus auctor fuit Dionysius cognomento Exiguus, qui Justiniano imperante, & cum Cassiodoro familiarissime sæculo Christi sexto vixit. Scribit Petrus Gassendus in Kalendario Romano cap. 5. Dionysium, cum annorum series in Canone beati Cyrilli ab anno Diocletiani 153. incœpta, nihil aliud foret, quàm eorundem annorum Diocletianorum consecutio; indignum existimasse circulis sacris innectere impii Tyranni, persecutorisque memoriam, satiusque dixisse seriem annorum ab ipsa Christi Domini Incarnatione adhibere. Sed cùm is cyclum suum ad Christi Incarnationem accommodasset, & primum ejus annum nominasset eum, in quo Christus conceptus & natus erat, qui Dionysium secuti sunt, cùm viderent hominum vitam non ab eorum conceptione, sed ab ortu vulgo putari, animadverterentque præterea Nativitatem Christi non longè abesse à fine anni Juliani, & Circumcisionem ipsis Kl. Januarii celebrari, communi fere consensu constituere, ut primus Christi annus ab ejus Nativitate duceret exordium. Unde factum est deinde, ut æra communis invaluerit uno anno inferior æra Dionysii, servato tamen toto cyclo Dionysiano in cæteris, id est, Luna, Litera Dominicali, & Indictione, solo excepto capite, quod pridem observatum à Petavio lib. 12. de Doctrina tempor. cap. 2. 3. & in Appendice pag. 890. & lib. 4. part. 2. Ration. cap. 1. & Jacobo Grandamico de die Natalis Christi pag. 84.

Scribit denique Ægidius Bucherius in Chronologia Regum Francorum sect. 1. supputationem annorum à Christo nato in antiquis historiis ante 750. circiter vix usurpatam: deinceps verò sub Pipino Rege ejusque filio Carolo M. paulatim invaluisse: quod ex Annalibus, quos edidit Duchesnius, planè colligere licet.

Anni secundùm Evangelium. Gervasius Dorobernensis: *Est & alia inter Compotistas & Chronicorum scriptores error, & dissonantia. Nam inter supputationem Dionysii, & illam quæ secundum Evangelium esse dicitur, anni reperiuntur* 22. *--si quis autem annos Domini, qui secundum Evangelium dicuntur esse conscripti, nosse desiderat, supputationi Dionysii, quem imitamur,* 22. *annos apponat: hæc est enim de annis Domini inter Evangelium, & præfatum Dionysium dissonantia, sicut in suis Chronicis testatur Marianus Scotus, spatium scilicet annorum viginti duorum.* Utraque supputatione utitur Florentius Wigorniensis.

Francos annum olim auspicatos a Kl. Martiis videtur innuere Decretum Tassilonis cap. 2. §. 12. & Lex Alemann. tit. 18. §. 5. *Nec in mallo publico transactis tribus Kalendis Martiis post hæc ancilla permaneat in perpetuum.* Et Concil. Vernense an. 755. c. 4. *ut bis in anno Synodus fiat. Prima Synodus mense primo, quod est Kalend. Martiis, &c.* Vide Notas Sirmondi ad Concil. I. Aurelianense.

Observat Henschenius in Exegesi de Genealogia Regum Dagobertinorum cap. 1. n. 3. Gregorium Turonensem & Fredegarium annos à Natali Domini visos inchoasse, aut saltem Romano more à Kalendis Januarii: necdum inquit, recepta consuetudine, quæ deinde paulatim per omnes Francorum ditiones propagata est, à Paschate ad Pascha annos computandi.

Iidem tamen & alii è veteribus Scriptoribus annos à Passione Domini interdum numerasse videntur, Gregorius nempe Turonensis in Historia Francorum sub finem librorum 1. 3. & 10. Fredegarius in Historia Epitomata cap. 73. Victor Tunensis in fine Chronici, & auctor Historiæ Francorum jussu Ghildebrandi Comitis scriptæ cap. 109. Leguntur Chartæ tres in Tabulario Conchensis Abbat. in Ruthenis, quarum prima, quæ est 19. sic clauditur: *Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini* 1062. *à Passione* 1029. Altera, quæ est 20. *Ista Ecclesia dedicata est, & domus iste firmatus est* 15. *Kalendas Decemb. die Jovis, Luna* 22. *anno ab Incarn. Dom.* 1060. *à Passione* 1028. *&c.* Tertia est 64. *Anno ab Incarnat. Dom.* 1093. *à Passione* 1059.

1059. &c. Legi nuper Chartam originalem *Tetbaldi Palatii Comitis*, ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis, quæ sic clauditur : *Data 5. Idus Januarii, Indictione 6. anno a Passione Domini millesimo 83. Regni autem Philippi 23. Scripta manu Ingelrami Carnotensis Ecclesiæ Decani & Cancellarii.* At hîc evidenter Passio sumitur pro Incarnatione: nam annus 1083. fuit 23. Philippi Regis, & Indict. 6. Adde Theotfridum Epternacensem in Florib. lib. 1. cap. 6. Rabanum lib. de Computo cap. 63. &c.

Annos *a Transitu*, seu morte *sancti Martini* non semel putat Gregorius Turonensis, quem mortuum anno 401. vel 402. probat Petavius lib. 11. de Doctr. temp. c. 4. & parte 2. Rationarii lib. 4. c. 12. anno verò 400. Petr. Franciscus Chiffletius in erudita illa, quam nuper edidit Dissertatione, *de S. Martini Turonensis temporum ratione.*

Sub altera Regum Francicorum stirpe annos a Christi Nativitate ordiuntur Scriptores omnes qui secundo & tertio Historiæ Franciæ volumine habentur: verbi gratiâ Carolum M. Romæ Imperatorem dictum ajunt die Christi Natalitio anno 801. qui more jam recepto adhuc erat 800. Poëta Saxonicus lib. 4.

Festa dies cælis eadem celeberrima terris,
Virginei partus, Christique refulserat ortus,
Post octingentos, ex quo processerat, annos.

Idem Carolus, in ejus Vita, obiisse dicitur 5. *Kal. Febr. anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi* 814. ubi annus Incarnationis intelligitur annus à Natali Domini incœptus, ut apud Nithardum, anno 813. in Chronici Fontanellensis Fragmento, & alibi passim. Breve Adalardi epocham hanc præfert : *Anno Incarnationis* 822. *mense Januar. Indict. 15 regni Ludovici* 8. Vetus Charta Zuentebaldi, sic clauditur apud Doubletum pag. 809. *Data* 11. *Kal. Febr. anno Incarnat. Dom.* 896. *Indict.* 14. *anno verò regni Domini Zuentebulchi primo*, Concilium Valentinum III. in Præfatione, dicitur celebratum fuisse *anno* 855. *ab Incarnatione Lotharii imperante* 15. *Indict.* 3. *mense Januario 6. Idus ejusdem mensis, &c.* Ita Concilium Ticinense, *anno Incarnationis Dominicæ* 855. *Indict.* 3. *mense Februario, die mensis* 4. Synodus Ticinensis, *anno Incarnationis* 876. *Indict.* 9. *mense Februar.* In quibus præallatis locis conveniunt anni Christi à Nativitate incœpti cum Indictionibus. Proinde evanescunt viri doctissimi conjecturæ in nupera Conciliorum Editione tom. 7 pag. 1848. & tom. 8. pag. 39. 160. & alibi, qui annos Incarnationis à 25. Martii vel à Paschate ea tempestate numeratos fuisse existimat: quo in errore versatur etiam Beslius in Regibus Aquitanicis pag. 40.

At sub tertia Regum stirpe Franci nostri annorum exordium ab Domini Incarnatione, hoc est, à 25. Martii, putarunt, licèt quando is mos cœperit, non plane liquet. Extat Charta in Spicilegio Acheriano tom. 11. quæ sic clauditur: *Acta sunt autem hæc anno jam pæne finito decimo post millesimum, Indictione 9, Epacta 14. mense Februarii, feria 2, Luna 20, sub Imperio Roberti clarissimi Regis Francigeni sive Aquitaniani.* Ubi indictio incidit in annum 1011. anni exordio à Kl. Januarii desumpto.

Neque tamen obstitit, quin Kalendæ Januariæ primus anni dies semper habitæ sint. Extat enim Charta Drogonis Ambianensis Dom. *de Vinacourt*, in Tabulario Vicedomini Ambian. fol. 69. cum hoc temporis adscripto charactere: *Fait en l'an de l'Incarnation de Notre Seigneur Iesus-Christ* 1183. *el mois de Ianvier lendemain du premier jour de l'an.* Petrus Comestor, in Histor. Scholast. cap. 13. Numer. *Tripliciter accipitur annus ab eis* (Hebræis) *præter naturalem. Annus usualis à Januario, quem habent communem nobiscum in contractibus suis, & negotiis communibus agendis, &c.* Unde conficitur eo, quo Comestor vixit ævo, hoc circa an. 1160. annum putatum a Kl. Januarii.

Sed ut verum fatear, addubitari potest, an ea tempestate Franci nostri à 25. Martii, an verò a Paschate annos numerare cœperint, quod postremum labentibus sæculis obtinuisse constat; adeo ut si Pascha post 25. Martii, vel in mensem Aprilem incideret, *ante* vel *post Pascha* apponerent, secundum diem in quem incidebat dies Paschatis dominicus, ita ut *ante Pascha* annum proximè elapsum; si *post Pascha*, apponeretur, annum subsequentem denotaret; verbi gratia, extat Charta data 4. *Aprilis anno* 1375. *ante Pascha*, quod extitit eo anno secundùm hodiernum annos putandi modum, 22. ejusdem mensis: ita perinde alia legitur data 20. *Aprilis anno* 1376. *post Pascha*, quod extitit 13. ejusdem mensis die, ipso anno, secundùm hodiernum putandi annos morem. Vide Coquillium in Hist. Nivernensi p. 262.

At cur Paschalis, primus anni dies fuerit apud nostros, vel certè initium anni, variæ sunt sententiæ. Josephus Scaliger Epist. 226. ait, Gallos veteris Ecclesiæ secutos consuetudinem, qui Pascha & Paschalem hebdomadam, novum annum vocabant, quæ quidem probo vade indigent. Nec longè abest ab ea sententia Petrus Chiffletius in Dissert. de annis Dagoberti cap. 5. scribens, ævo Victorii obtinuisse, ut Paschalis primus fuerit anni dies; Idque eruit ex ejusdem præfatione ad Canonem Paschalem, ubi sic loquitur: *Pascha quippe, sicut omnimoda traditione cognoscitur, anni principio, non fine celebratur*, quæ tamen verba ita videntur intelligenda, non quòd à Paschate initium annus duxerit; sed quod in primis anni mensibus, duntaxat celebretur. Ego verò, missis quæ in hanc rem conferri possunt, existimaverim, id inde manasse, quod, ut ait Joannes Hocsemius, cujus verba mox dabimus, ab ipsis Ecclesiæ ferè primordiis, ea obtinuisset consuetudo, ut tabella Cereo Paschali appenderetur, in qua annus currens describeretur, indeque ejus initium putarent Franci: iis enim fuit mos iste proprius. Unde in Tabulario Lingonensi legitur diploma cum hac temporis nota: 12. *mensis Februarii, Indict.* 12. *anno* 1328. *more Gallicano* Aliud: *Anno Domini* 1384. *sumpto a Paschate more Gallicano, die 6. mensis Maii.*

Sed tandem Caroli IX. Regis Edicto anni 1564. cautum est, ut in Galliis, in publicis privatisque tabulis ab Kl. Januarii annorum repeteretur exordium.

De Trevirensibus, hæc habet Brovverus lib. 18. Annal. Trevir. pag. 1052. 1. Edit. *Carolum IX. Gallorum Regem more veteri sublato ad annum* 1567. *edixisse constat, ut Ianuariæ Kalendæ annum deinceps aperirent, quod etsi hîc & alibi passim obtineat, nescio tamen quid Notariis & Scribis Trevericis antiquitatis adhæreat, ut de stylo suo & jure concedant, sed iis in publica scriptura* 25. *Martii sacratissimæ Virginis Annunciationis sacer dies primus in anno Treverico maneat.* Gesta Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevirensis lib. 1. c. 14. *anno Domini* 1307. *sexto Id. Martii, more Treverico scribi consueto, &c.* adde lib. 2. cap. 16. lib. 3. c. ult. Vide Josephi Scaligeri Epistolam 226. pag. 484.

Beda de Ratione temporum cap. 13. auctor est veteres Anglos menses suos juxta Lunæ cursum computasse, annumque auspicatos ab 8. Kal. Januar. die, quo Natale Domini celebratur: quod testantur firmantque vetera Regum Anglosaxonum Diplomata apud Ingulfum, & in Monastico Anglicano, quæ annos *incarnationis* præferunt, quos à Natali Christi orsos esse satis declarat Charta Edvvardi Confessoris in eodem Monastico tom. 1. pag. 62. quæ sic clauditur: *Acta apud Westmonasterium v. Kalendas Ianuarii die sanctorum Innocentium, anno Dominicæ Incarnationis* MLXVI.

Indictione III. Nam hic annus 1066. 28. Decembris, secundùm nostram annos ineundi rationem, esset tantùm 1065. qui quod annus à Natali initium apud Anglos duceret, fuit 1066.

Idem etiam annos Incarnationis computandi mos servatus est in Anglia à Normannis, saltem Guillelmo ipso Notho regnante, ut ex aliquot Chartis colligitur in eodem Monastico tom. 1. pag. 43. 53. &c. Nam deinceps vix ulla in Anglicis diplomatibus annorum nota reperitur, cùm Regia regni annos, cætera nullos ferè præferant.

Atque hinc fluxit, ut hos annorum characterismos Historiis & Chronicis suis Scriptores Anglici adscripserint. Gervasius Dorobernensis: *Inter ipsos etiam Chronicæ scriptores nonnulla dissensio est. Nam cùm omniam unica & præcipua sit intentio annos Domini eorumque continentias supputatione veraci enarrare, ipsos Domini annos diversis modis & terminis numerant; sicque in Ecclesiam Dei multam mendaciorum confusionem inducunt. Quidam enim annos Domini incipiunt computare ab Annunciatione, alii à Nativitaet, quidam à Circumcisione, quidam verò à Passione. Cui ergo istorum magis credendum est? Annus solaris secundum Romanorum traditionem, & Ecclesiæ Dei consuetudinem à Kl. Ianuarii sumit initium: in diebus Natalis Domini, hoc est, in fine Decembris sortitur finem. Quomodo ergo utriusque vera poterit esse computatio, cùm alter in principio, alter in fine anni solaris annos incipiat Incarnationis? Uterque etiam annis Domini unum eundemque titulum apponit, cùm dicit anno ab Incarnatione tanto vel tanto facta sunt illa & illa. His aliisque similibus ex causis in Ecclesia Dei orta est non modica dissensio* Id. Gervasius Dorobernensis: *Hac, ut æstimo, ratione inducti sunt omnes fere qui ante me hujusmodi Chronicas scripserunt, ut à Natali Domini subsequentis anni sumerent initium.-- Hac ergo intentione postposita, prædecessores meos sequi cupio, & annos subscriptos à Natali Domini incipio.*

Apud Germanos perinde Christi Nativitas annum aperuit. Wippo de Vita Chunradi Salici: *Eodem anno, ut suprà, id est, à Nativitate Salvatoris* 1027. *Indict.* 10. &c. Descripsit Doubletus pag. 830. Chartam Henrici Imp. quæ sic clauditur: *Data 7. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarn.* 1056. *Indict.* 9. Ubi indictio convenit eidem anno. Bruno de Bello Saxonico: *Natalis Christi festivitatem,* 1076. *annus ab Incarnatione Domini inchoatur, &c.* Infra: *Transacto verò Natali Domini proximo, qui Incarnatione Domini cœptus annus erat.* Venericus Vercellensis in Apologetico Henrici IV. Imp. *Ubi tunc dimicatum est in ipsa Nativitatis Domini vigilia, quæ tunc obvenerat die Dominica, quando terminum accepit annus ab Incarnatione Domini* 1088. Joannes Hocsemius in Gestis Pontificum Leodiensium cap. 1. *Et ne circa discretionem temporum, præcedentis videlicet & sequentis, error quicquam valeat perturbare, attendendum est, quòd à tempore cujus memoria non existit, annorum Nativitatis Domini cumulatio, sive cujuslibet anni succrescentis initium in Cereo consecrato Paschali hactenus appensa depingi tabula consuevit, & ab illa hora annus Dominicus inchoabat. Sed qui Romana, & Coloniensis Ecclesiæ Leodiensis Metropolitica sedes, in die Natalis Domini annorum ponebant principia singulorum, cujusmodi diversitate plures occurrebant difficultates, & frequentes errores, ne diutius in hoc irrationabiliter membrorum à capite discreparet. Statutum est, ut à Nativitate Domini nuper præterita, quæ 1333. usque ad Paschæ sequens scribi juxta morem pristinum debuisset, anticipando tempus, anni deinceps initium capiatur.* Adde cap. 7. 11.

Non tamen id semper obtinuit: extat enim apud Chiffletium in Beatrice Cabilonensi pag. 113. Charta Henrici Imp. cum hac temporis nota: *Datum apud Bernum 5. Kal. Ianuarii, Indictione 13. anno Dominicæ Incarnationis 1224. anni regni nostri, 5.* Quippe anno 1224. sumptò à Kal. Januarii initio, currebat Indictio 12. anno verò 1225. Indictio 13.

In Italia annos à Nativitate auspicabantur, ut observat Covarruvias tom. 2. Resol. variar. lib. 1. cap. 12. §. 1. Concilium Coloniense ann. 1310. can. 23. *Statuimus etiam ut ex nunc de cætero annus Domini observetur, & in Nativitate Christi innovetur a quolibet anno, prout sacrosancta Romana Ecclesia id observat, quæ est omnium Ecclesiarum caput & magistra: ut errores & difficultates, qui propter diversitatem incœptionis anni Nativitatis ejusdem, multotiens evenerunt, de cætero evitentur.* Charta an. 1377. *Anno à Nativitate Domini* 1397. *Ind.* 1. *secundùm cursum & consuetudinem civitatis Mediolani,* 2. *Decemb. &c.* Ita nempe statuta ejusdem urbis parte 1. cap. 109. *More Mediolanensi annus incipere consuevit, & de cætero incipiat in festo Nativitatis D.N. J.C. & hoc respectu instrumentorum publicorum, & actorum judicialium tantum, & indictio in Kalendis Septembr.* Joan. Hocsemius cap. 7. *Anno Domini* 1272. *parum ante Nativitatem Domini, vel* 1273. *post Natale, prout data tunc mutatur in Curia Romana, &c.*

Pisani inquit, Covarruvias part. 2. Variar. resol. lib. 1. cap. 12. n. 2. initium anni Incarnationis adsumunt novem mensibus ante Nativitatem: qua ratione annus à Nativitate quinquagesimus, erit & ejusdem numeri ab Incarnatione usque 25. diem Martii; & ab eo die, qui est quinquagesimus annus à Nativitate, erit quinquagesimus primus ab in carnatione: qui quidem usus potiùs placuit quibusdam, quàm is quo Florentini utuntur tribus mensibus post Nativitatem incipientes numerum annorum Incarnationis: unde juxta computationem hanc annus quinquagesimus à Nativitate usque ad 25. diem Martii erit quadragesimus nonus Incarnationis, & ab eo die erit quinquagesimus Incarnationis simul Nativitatis, qui tandem usus apud Romanam Curiam omnino servatur, &c. Quod de Florentinis scribit Covarruvias, firmatur duabus Chartis ex Camera Comput. Paris. in quarum priore Populus Florentinus & Franciscus Sfortia Dux Mediolanensis, anno Incarnationis Christi 14 1. indictione 14. *Secundum cursum & morem Florentinorum* die verò 11. mensis Septembris, Angelum Acciolum ad Carolum Regem Franciæ legant, ad ineundam cum illo societatem, qua initâ in Castro Montiliorum in Turonibus 21. die mensis Febr. an. 1451. eadem à Florentinis & Duce Mediolanensi comprobatur 22. mensis Martii anno 1451. Indict. 15. *secundum cursum & morem Florentinorum.* Unde patet, Florintinos quemadmodum Gallos, annum à 25. Martii putasse; nam in altera charta, qui annus 1451. dicitur, fuit nostro more 1452. quo currebat indictio 15.

Ex quibus interpretari licet, Diploma Nicolai II, PP. quod profert Baronius ann. 1060. n. 4. ubi sic clauditur: *Datum Florentiæ. 6. Idus Januarii anno ab Incarnatione Domini N. J. C.* 1059. *anno 1. Pontificatus ejusdem Nicolai, Indict.* 13. Ex quo conficit annum Christi 1059. adhuc fuisse: sexagesimum enim annum Incarnationis à die annunciationis numerandum fuisse, fuisseque adhuc & annum 1. Nicolai: secundum enim hoc anno, eodem mense Januario, numerari incœpisse, Indictionem verò 13, utrique convenire tempori notatæ

tato, tam Pontificis, quàm Domini Incarnationis. Proindequi annus 1059. dicitur in hac Charta, erit annus 1060. anni initio ducto vel à Nativitate, vel à Kalendis Januarii. Quam quidem annos Christi putandi rationem obtinuisse in diœcesi Remensi, docet Charta Guidonis Abbatis Monasterii S. Basoli; quæ sic clauditur: *Datum & actum in Monasterio nostro S. Basoli prædicto, sub anno Domini secundum cursum Ecclesiæ Remensis 1390. 13. die mensis Junii, Indictione 12. Pontificatus sanctissimi in Christ. Patris ac Domini nostri, Domini Clementis, divina providentia* Papæ VII. anno 12. Qui quidem annus secundum nostrum putandi morem erat adhuc 1389. quo 12. Indictio currebat, & Clementis VII. Antipapæ annus 12. Electus quippe fuerat à Concilio Basileensi 20. Septembr. an. 1378.

Extat in MS. Codice Usaticorum Barcinonensium in Biblioth. Thuana fol. 234. 235. Charta Petri Regis Aragon. data Perpiniani 16. Decembr. an. 1350. qua statuit in posterum annorum initium computandum à die Nativitatis Christi, & ut, omissis Nonis, Idibus, atque Kalendis, numerus dierum describatur.

Cypri Regni incolæ annum pariter à Nativitate putabant. Charta, cujus initium sic concipitur: *Anno à Nativitate 1378. Indict. 1. septimo Martis secundum cursum Regni Cypri.*

Islandi annum a festo Natalitiorum Domini ordiuntur veteri consuetudine, quam jus patrium retinere coegit, inquit Olaus Wormius lib. 1. Fastor. Danic. cap. 12. at apud Suetionem in Legibus Castrensib. cap. 7. *Circumcisionis dies* dicitur *novum annum inchoare*.

De annis Mahumetanorum, vide in verbo *Hegira*.

De annis Hispanorum, vide *Æra*.

Atque hæc summatim de variis annos putandi rationibus ad mediæ ætatis Scriptores intelligendos scripta sufficiant: quæ quidem ut faciliori methodo percipiantur, placuit primò tabellam à Christo nato ad annum 660 hocce loco inserere, Epochas, Christi vulgarem Dionysianam, Periodi Julianæ, Græcorum, Seleucidarum, æræ Hispanicæ, Cyclos præterea solis & lunæ Julianos, Indictiones, Literas Dominicales, & Paschatis dies, continentem: cui subjungimus aliam, continentem præterea Chataiorum, Arabum, Persarum, ac Chovvarezmiorum Epochas, ex traditione Ulug Beigi, ad Periodum Julianam & Epocham Christi vulgarem Dionysianam in annis expansis, à Joanne Gravio redactam. Ex quibus quidem tabulis & laterculis, Lectori statim ac solo intuitu percipere licebit, ad quem Christi annum ejusmodi minime protritæ Epochæ referendæ sint.

Anni Epoch. Christiana à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ian.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Solares Seleucidarum à I. die Oct.	Anni Æra Hispanica	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus.	Cyclus Lunæ Iulianus	Indictio.	Paschatis dies A. Aprilem, M. Martium denotat.
1	4714	5509	313	39	10 B	2	4	M 27
2	4715	5510	314	40	11 A	3	5	A 16
3	4716	5511	315	41	12 G	4	6	A 8
4	4717	5512	316	42	13 FE	5	7	M 23
5	4718	5513	317	43	14 D	6	8	A 12
6	4719	5514	318	44	15 C	7	9	A 4
7	4720	5513	319	45	16 B	8	10	A 24
8	4721	5516	320	46	17 AG	9	11	A 8
9	4722	5517	321	47	18 F	01	12	M 31
10	4723	5518	322	48	19 E	11	13	A 20
11	4724	5519	323	49	20 D	12	14	A 5
12	4725	5520	324	50	21 CB	13	15	M 27
13	4726	5521	325	51	22 A	14	1	A 16
14	4727	5522	326	52	23 G	15	2	A 8
15	4728	5523	327	53	24 F	16	3	M 24
16	4729	5524	328	54	25 ED	17	4	A 12
17	4730	5525	329	55	26 C	18	5	A 4
18	4731	5526	330	56	27 B	19	6	A 24
19	4732	5527	331	57	28 A	1	7	A 9
20	4733	5528	332	58	1 GF	2	8	M 31
21	4734	5529	333	59	2 E	3	9	A 20
22	4735	5530	334	60	3 D	5	10	A 5
23	4736	5531	335	61	4 C	4	11	M 28
24	4737	5532	336	62	5 BA	6	12	A 16
25	4738	5533	337	63	6 G	7	13	A 1
26	4739	5534	338	64	7 F	8	14	A 21
27	4740	5535	339	65	8 E	9	15	A 13
28	4741	5536	340	66	9 DC	10	1	M 28
29	4742	5537	341	67	10 B	11	2	A 17
30	4743	5538	342	68	11 A	12	3	A 9
31	4744	5539	343	69	12 G	13	4	M 25
32	4745	5540	344	70	13 FE	14	5	A 13
33	4746	5541	345	71	14 D	15	6	A 5
34	4747	5542	346	72	15 C	16	7	M 28
35	4748	5543	347	73	16 B	17	8	A 10
36	4749	5544	348	74	17 AG	18	9	A 1
30	4750	5545	349	75	18 F	19	10	A 21
38	4751	5546	350	76	19 E	1	11	A 6
39	4752	5547	351	77	20 D	2	12	M 29
40	4753	5548	352	78	21 CB	3	13	A 17

Anni Epocha Christiana à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à K. Ianuar.	Anni mundi juxta Græcos.	Anni Solares Seleucidarum a I die Oct.	Anni Æra Hispanica	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus	Cyclus Lunæ Iulianus	Indictio	Paschatis dies. A. Aprilem, M. Martium denotat.
41	4754	5549	353	79	22 A	4	14	A. 9
42	4755	5550	334	80	23 G	5	15	M. 25
43	4756	5551	355	81	24 F	6	1	A. 14
44	4757	5552	356	82	25 ED	7	2	A 5
45	4758	5553	357	83	26 C	8	3	A 25
46	4759	5554	358	84	27 B	9	4	A 10
37	4760	5555	359	85	28 A	10	5	A 2
48	4761	5556	360	36	1 GF	11	6	A. 02
49	4762	5557	361	87	2 E	12	7	A. 6
50	4763	5558	362	88	3 D	13	8	M 29
51	4764	5559	363	89	4 C	14	9	A 18
52	4765	5560	964	90	5 BA	15	10	A 2
53	4766	5561	365	91	6 G	16	11	M 35
54	4767	5562	366	92	7 F	17	12	A 14
55	4768	5563	367	93	8 E	18	13	M 30
56	4769	5564	368	94	9 DC	19	14	M 28
57	4770	5565	369	95	10 B	1	15	A 10
58	4771	5566	370	96	11 A	2	1	M 26
59	4772	5567	371	97	12 G	3	2	A 1
60	4773	5568	372	98	13 FE	4	3	A 6
61	4774	5569	373	99	14 D	5	4	M 29
62	4775	5570	374	100	15 C	6	5	A 12
63	4776	5571	375	101	16 B	7	6	A 3
64	4777	5572	376	102	17 AG	8	7	A 2
65	4778	5573	377	103	18 F	9	8	A 14
66	4779	5574	378	104	19 E	10	9	M 30
67	4780	8575	379	105	20 D	11	10	A 19
68	4781	5576	380	106	21 CB	12	11	A 10
69	4782	5577	381	107	22 A	13	12	M 26
70	4783	5578	382	108	23 G	14	13	A 19
71	4784	5579	383	109	24 F	15	14	A 7
72	4785	5570	384	110	25 ED	16	15	M 22
73	4786	5571	385	111	26 C	17	1	A 11
74	4787	5572	386	112	27 B	18	2	A 3
75	4788	5573	387	113	28 A	19	3	M 23
76	4789	5574	388	114	1 GF	1	4	A 7
77	4790	5575	389	115	2 E	2	5	M 30
78	4791	5576	590	116	3 D	3	6	A 19
79	4792	5577	391	117	4 C	4	7	A 4
80	4793	5578	392	118	5 BA	5	8	M 26

Anni Epochæ Christianæ à K. I. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ian.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Solares Seleucidarum à 1. die Oct.	Anni Æræ Hispanicæ	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus.		Cyclus Lunæ Iulianus	Indictio.	Paschalis dies A. ◊rilem, M. Martium denotat.	
81	4794	5589	393	119	6	G	6	9	A.	15
82	4795	5590	394	120	7	F	7	10	A.	13
83	4796	5591	395	121	8	E	8	11	A.	20
84	4797	5582	396	122	9	D	9	12	A.	11
85	4798	5593	397	123	10	B	10	13	A.	3
86	4799	5594	398	124	11	A	11	14	A	10
87	4800	5595	399	125	12	G	12	15	A	8
88	4801	5596	400	126	13	FE	13	1	M	30
89	4802	5597	401	127	14	D	14	2	A	19
90	4803	5598	402	128	15	C	15	3	A	4
91	4804	5599	403	129	16	B	16	4	M	27
92	4805	5600	404	230	17	AG	17	5	A	15
93	4806	5601	405	131	18	F	18	6	M	31
94	4807	5602	406	132	19	E	19	7	A	20
95	4808	5633	407	133	20	D	1	8	A	12
96	4809	5604	408	134	21	CB	2	9	M	27
97	4810	5605	409	135	22	A	3	10	A	16
98	4811	5606	410	136	23	G	4	11	A	8
99	4812	5607	411	137	24	F	5	12	M	24
100	4813	5608	412	138	25	ED	6	13	A	12
101	4814	5609	413	139	26	C	7	14	A	4
102	4813	5610	414	140	27	B	8	15	A	24
103	4816	5611	415	141	28	A	9	1	A	9
104	4817	5612	416	142	1	GF	01	2	M	31
105	4818	5613	417	143	2	E	11	3	A	20
106	4819	5614	418	144	3	D	12	4	A	[illegible]
107	4820	5615	419	145	4	C	13	5	M	28
508	4821	8616	420	146	5	BA	14	6	A	16
109	4822	5617	421	147	6	G	15	7	A	8
110	4823	5618	422	148	7	F	16	8	M	24
111	4824	5619	423	149	8	E	17	9	A	13
112	4825	5620	424	150	9	DC	18	10	A	4
113	4826	5621	425	151	10	B	19	11	A	24
114	4827	5622	426	152	11	A	1	12	A	9
115	4828	5623	427	153	12	G	2	13	A	1
116	4829	5624	428	154	13	FE	3	14	A	20
117	4830	5625	429	155	14	D	4	15	A	5
118	4831	5626	430	156	15	C	5	1	M	28
119	4332	5627	431	157	16	B	6	2	A	17
520	4833	5628	432	158	17	AG	7	3	A	1
121	4834	5629	433	159	18	F	8	4	A	21
122	4135	5630	434	160	19	E	9	5	A	13
123	4836	5631	435	161	20	D	10	6	M	29
124	4837	5632	436	162	21	CB	11	7	A	17
125	4838	5633	437	163	22	A	12	8	A	9
126	4839	5634	438	164	23	G	13	9	M	25
127	4840	5635	439	165	24	F	14	10	A	14
128	4841	5636	440	166	25	ED	15	11	A	5
129	4842	5637	441	167	26	C	16	12	M	28
130	4843	5638	442	168	27	B	17	13	A	10
131	4844	5639	443	169	28	A	18	14	A	4
132	4945	5640	444	170	1	GF	19	15	A	21
133	4846	5641	445	171	2	E	1	1	M	6
134	4847	3642	446	172	3	D	2	2	A	29
135	4848	5643	437	173	4	C	3	3	A	18
136	4849	5044	448	174	5	BA	4	4	A	9
137	4850	5645	449	175	6	G	5	5	A	25
138	4851	5646	450	176	7	F	6	6	A	14
139	4852	5647	451	177	8	E	7	7	M	6
140	4853	5648	452	178	9	DC	8	8	A	25
141	4854	5649	453	179	10	B	9	9	A	16
142	4855	5650	454	180	11	A	10	10	A	2
143	4856	5651	455	181	12	G	11	11	A	22
144	4857	5652	456	182	13	FE	12	12	A	6
145	4858	5653	457	183	14	D	13	13	M	29
146	4359	5654	458	184	15	C	14	14	A	18
147	4860	5655	459	185	16	B	15	15	A	3
148	4861	5656	460	186	17	AG	16	1	M	25
149	4862	5657	461	187	18	F	17	2	A	19
150	4863	5658	462	188	19	E	18	3	M	30
151	4864	5659	463	189	20	D	19	4	A	19
152	4865	5660	464	190	21	CB	1	5	A	10
853	4866	5661	465	191	22	A	2	6	M	26
154	4867	5662	466	192	23	G	3	7	A	5
155	4868	5663	467	193	24	F	4	8	M	7
156	4869	5664	468	194	25	ED	5	9	M	29
157	4870	5665	469	195	26	C	6	10	A	11
158	4871	5066	470	196	27	B	7	11	A	3
159	4872	5667	471	197	28	A	8	12	A	23
160	4873	5668	472	198	1	GF	9	13	A	14
161	4874	5669	473	199	2	E	10	14	M	30
162	4875	5670	474	200	3	D	11	15	A	19
163	4876	5671	475	201	4	C	12	1	A	11
164	4877	5672	476	202	5	BA	13	2	M	26
165	4878	5673	477	203	6	G	14	3	A	15
166	0879	5674	478	204	7	F	15	4	A	7
167	4880	5675	479	205	8	E	16	5	M	23
168	4891	5676	480	206	9	DC	17	6	A	11
169	4382	5677	481	207	10	B	18	7	A	3
170	4083	5678	482	208	11	A	19	8	A	3

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à K. Ianuar.	Anni mundi juxta Græcos.	Anni Solares Seleucidarum a 1. die Oct.	Anni Æræ Hispanicæ	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus		Cyclus Lunæ Iulianus	Indictio	Paschalis dies, A. Aprilem, M. Martium denotat.	
171	4884	5679	483	209	12	G	1	9	A.	8
172	4885	5680	484	210	13	FE	2	10	M.	20
173	4886	5681	485	211	14	D	3	11	A.	19
174	4887	5682	486	212	15	C	4	12	A	4
175	4888	5683	487	213	16	B	5	13	M	27
176	4889	5684	488	214	17	AG	6	14	A	15
177	4890	5685	489	215	18	F	7	15	A	31
178	4891	5686	490	216	19	E	8	1	A.	20
179	4892	5687	491	217	20	D	9	2	A.	12
180	4893	5688	492	218	21	CB	10	3	A	3
181	4894	5689	493	219	22	A	11	4	A	19
182	4895	5690	494	220	23	G	12	5	A	8
183	4896	5691	495	221	24	F	13	6	M	31
184	4897	5672	496	222	25	ED	14	7	A	16
185	4898	5693	497	223	26	C	15	8	A	4
186	4899	5694	468	224	27	B	16	9	M	27
187	4900	5695	479	225	28	A	17	10	A	16
188	4901	5696	500	226	1	GF	18	11	M	31
189	4902	5697	501	227	2	[illegible]	19	12	A	20
190	4903	5698	502	228	3	D	1	13	A	12
191	4904	5699	503	229	4	C	2	14	M	28
192	4905	5700	504	230	5	BA	3	15	A	16
193	4906	5701	505	231	6	G	4	1	A	8
194	4907	5702	506	232	7	F	5	2	M	24
195	4908	5703	507	233	8	E	6	3	A	13
196	4909	5704	508	234		DC	7	4	A	4
197	4910	5705	509	235	10	B	8	5	A	24
198	4911	5706	510	236	11	A	9	6	A	9
199	4912	5707	511	237	12	G	10	7	A	1
200	4913	5708	512	238	13	FE	11	8	A	20
201	4914	5709	513	239	14	D	12	9	A	5
202	4915	5710	514	240	15	C	13	10	M	28
203	4416	5711	515	241	16	B	14	11	A	17
304	4917	5712	516	242	17	AG	15	12	A	8
205	4918	5713	517	243	18	F	16	13	M	24
206	4919	5714	518	244	19	E	17	14	A	13
207	4920	5715	519	245	20	D	18	15	A	5
208	4921	5716	520	246	21	CB	19	1	A	24
209	4922	5717	521	247	22	A	1	2	A	9
210	4923	5718	522	248	23	G	2	3	A	1
211	4924	5719	523	249	24	F	3	4	A	14
212	4925	5720	524	250	25	ED	4	5	A	5
213	4926	5721	525	251	26	C	5	6	M	28
214	4927	5722	526	252	27	B	6	7	A	17
215	4928	5723	527	253	28	A	7	8	A	2
216	4929	5724	528	254	1	GF	8	9	A	21
217	4930	5725	529	255	2	E	9	10	A	13
218	4931	5726	530	256	3	D	10	11	M	29
219	4932	5727	531	257	4	C	11	12	A	18
220	4933	5728	532	258	5	BA	12	13	A	9
321	4934	5729	533	259	6	G	13	14	M	25
222	4935	5730	534	260	7	F	14	15	A	14
223	4936	5731	535	261	8	E	15	1	A	6
224	4937	5732	536	262	9	DC	16	2	M	28
225	3938	5733	537	263	10	B	17	3	A	10
226	4939	5734	538	264	11	A	18	4	A	2
227	4640	5735	539	265	12	G	19	5	A	22
228	4941	5736	540	266	13	FE	1	16	A	6
229	4942	5737	541	267	14	D	2	7	M	29
230	4943	5738	542	268	15	C	3	8	A	18
231	4944	5739	543	269	16	B	4	9	A	3
232	4945	5740	544	270	17	AG	5	10	M	25
233	4946	5741	545	271	18	F	6	11	A	14
234	4947	5742	546	272	19	E	7	12	A	6
235	4948	5743	547	273	20	D	8	13	A	19
236	4949	5744	548	274	21	CB	9	14	A	10
237	4950	5745	549	275	22	A	10	15	A	2
238	4951	5746	550	276	23	G	11	11	A	22
239	4952	5747	551	277	24	F	12	2	A	7
240	4953	5748	552	278	25	FD	13	3	A	29
241	4954	5749	553	279	26	C	14	4	A	18
242	4955	5750	554	280	27	B	15	5	A	3
243	4956	5751	555	281	28	A	16	6	M	26
244	4957	5752	556	282	1	GF	17	7	A	14
245	4958	5753	557	283	2	E	18	8	M	30
246	4959	5754	558	284	3	D	19	9	A	19
247	4960	5755	559	285	4	C	1	10	A	11
248	4961	5756	560	286	5	BA	2	11	M	26
249	4962	5757	561	287	6	G	3	12	A	15
250	4963	5758	562	288	7	F	4	13	A	7
251	4964	5759	563	289	8	E	5	14	M	23
252	4965	5760	564	290	9	DC	6	15	A	11
253	4966	5761	565	291	10	B	7	1	A	2
254	4967	5762	566	292	11	A	8	2	A	23
255	4968	5763	567	293	12	G	9	3	A	8
256	4969	5764	568	294	13	FE	10	4	M	30
257	4970	5765	569	295	14	D	11	5	A	19
258	4971	5766	570	296	15	C	12	6	A	11
259	4972	5767	571	297	16		13	7	M	27
260	4973	5768	572	298	17	AG	14	8	A	15

Annus Epocha Christiana à K. Ian.	Anni Periodi Iuliana à K. Ianuar.	Anni Mundi iuxta Graecos.	Anni Solares Seleucidarum a 1 die Oct.	Anni Aerae Hispanicae	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus.		Cyclus Lunae Iulianus	Indictio.	Paschatis dies A. Aprilem, M. Martium denotat.	
261	4974	5769	573	299	18	F	15	9	A.	7
262	4975	5770	574	300	19	E	16	10	M.	23
263	4976	5771	575	301	20	D	17	11	A.	12
264	4977	5772	576	302	21	CB	18	12	A.	3
265	4978	5773	577	303	22	A	19	13	A.	23
266	4979	5774	578	304	23	G	1	14	A	8
267	4980	5775	579	305	24	F	2	15	M	31
268	4981	5776	580	306	25	ED	3	1	A	19
269	4982	5777	581	307	26	C	4	2	A	4
270	4983	5778	582	308	27	B	5	3	M	27
271	4984	5779	583	309	28	A	6	4	A	16
272	4985	5780	584	310	1	GF	7	5	M	31
273	4986	5781	585	311	2	E	8	6	A	20
274	4987	5782	586	312	3	D	9	7	A	12
275	4988	5783	587	313	4	C	10	8	M	28
276	4989	5784	588	314	5	BA	11	9	A	16
277	4990	5785	589	315	6	G	12	10	A	8
278	4991	5786	590	316	7	F	13	11	A	31
279	4992	5787	591	317	8	E	14	12	A	13
280	4993	5788	592	318	9	DC	15	13	A	4
281	4994	5789	593	319	10	B	16	14	M	27
282	4995	5790	594	320	11	A	17	15	A	16
283	4996	5791	595	321	12	G	18	1	A	1
284	4997	5792	596	322	13	FE	19	2	A	20
285	4998	5793	597	323	14	D	1	3	A	12
286	4999	5794	598	324	15	C	2	4	M	28
287	5000	5795	599	325	16	B	3	5	A	17
288	5001	5796	600	326	17	AG	4	6	A	8
289	5002	5797	601	327	18	F	5	7	M	24
290	5003	5798	602	328	19	E	6	8	A	13
291	5004	5799	603	329	20	D	7	9	A	5
292	5005	5800	604	330	21	CB	8	10	A	24
293	5006	5801	605	331	22	A	9	11	A	9
294	5007	5802	606	332	23	G	10	12	A	1
295	5008	5803	607	333	24	F	11	13	A	21
296	5009	5804	608	334	25	ED	12	14	A	5
297	5010	5805	609	335	26	C	13	15	M	28
298	5011	5806	610	336	27	B	14	1	A	17
299	5012	5807	611	337	28	A	15	2	A	2
300	5013	5808	612	338	1	GF	16	3	M	24
301	5014	5809	613	339	2	E	17	4	A	13
302	5015	5810	614	340	3	D	18	5	A	5
303	5016	5811	615	341	4	C	19	6	A	18
304	5017	5812	616	342	5	BA	1	7	A	9
305	5018	5813	617	343	6	G	2	8	A	1
306	5019	5814	618	344	7	F	3	9	A	14
307	5020	5815	619	345	8	E	4	10	A	6
308	5021	5816	620	346	9	D.	5	11	M	28
309	5022	5817	621	347	10	B	6	12	A	17
310	5023	5818	622	348	11	A	7	13	A	2
311	5024	5819	623	349	12	G	8	14	A	22
312	5025	5820	624	350	13	FE	9	15	A	13
313	5026	5821	625	351	14	D	10	1	M	29
314	5027	5822	626	352	15	C	11	2	A	18
315	5028	5823	627	353	16	B	12	3	A	10
316	5029	5824	628	354	17	AG	13	4	M	25
317	5030	5825	629	355	18	F	14	5	A	14
318	5031	5826	630	356	19	E	15	6	A	6
319	5032	5827	631	357	20	D	16	7	M	22
320	5033	5828	632	358	21	CB	17	8	A	10
321	5034	5829	633	359	22	A	18	9	A	2
322	5035	5830	634	360	23	F	19	10	A	22
323	5036	5831	635	361	24	F	1	11	A	7
324	5037	5832	636	362	25	ED	2	12	M	29
325	5038	5833	637	363	26	C	3	13	A	18
326	5039	5834	638	364	27	B	4	14	A	3
327	5040	5835	639	365	28	A	5	15	M	26
328	5041	5836	640	366	1	GF	6	1	A	14
329	5042	5837	641	367	2	E	7	2	A	6
330	5043	5838	642	368	3	D	8	3	A	19
331	5044	5839	643	369	4	C	9	4	A	11
332	5045	5840	644	370	5	BA	10	5	A	2
333	5046	5841	645	371	6	G	11	6	A	22
334	5037	5842	646	372	7	F	12	7	A	7
335	5148	5843	647	373	8	E	13	8	M	30
336	5049	5844	648	374	9	DC	14	9	A	18
337	5050	5845	649	375	10	B	15	10	A	3
338	5051	5846	650	376	11	A	16	11	A	6
339	5052	5847	651	377	12	G	17	12	A	15
340	5053	5848	652	378	13	FE	18	13	M	30
341	5054	5849	653	379	14	D	19	4	A	19
342	5055	5850	654	380	15	C	1	15	A	11
343	5056	5851	655	381	16	B	2	1	M	27
344	5057	5852	656	382	17	AG	3	2	A	15
345	5058	5853	657	383	18	F	4	3	A	7
346	5059	5854	658	384	19	F	5	4	A	23
347	5060	5855	659	385	20	D	6	5	A	12
348	5061	5856	660	386	21	CB	7	6	A	3
349	5062	5857	661	387	22	A	8	7	A	23
350	5063	5858	662	388	23	G	9	8	A	8

Anni Epocha Christiana à Kal. Ian.	Anni Periodi Iuliana à Kal. Ian.	Anni mundi iuxta Graecos.	Anni Solares Seleucidarum à 1. die Oct.	Anni Aerae Hispanicae	Cyclus Solis Iulianus cum Literis Dominicalibus.		Cyclus Lunae Iulianus	Indictio	Paschatis dies A Aprilem, M. Martium denotat.	
351	5064	5859	663	389	24	F	10	9	M.	31
352	5065	5860	664	390	25	ED	11	10	A.	19
353	5066	5861	665	391	26	C	12	11	A.	11
354	5067	5862	666	392	27	B	13	12	A.	27
355	5068	5863	667	393	28	A	14	13	A.	16
356	5069	5864	668	394	1	GF	15	14	A	7
357	5070	5865	669	395	2	E	16	15	M	23
358	5071	5866	670	396	3	D	17	1	A	12
359	5072	5867	671	397	4	C	18	2	A	4
360	5073	5868	672	398	5	BA	19	3	A	23
361	5074	5869	673	399	6	G	1	4	A	8
362	5075	5870	674	400	7	F	2	5	M	31
363	5076	5871	675	401	8	E	3	6	A	20
364	5077	5872	676	402	9	DC	4	7	A	4
365	5078	5873	677	403	10	B	5	8	M	27
366	5079	5874	678	404	11	A	6	9	A	16
367	5080	5875	679	405	12	G	7	10	A	10
368	5081	5876	680	406	13	FE	8	11	A	2
369	5082	5877	681	407	14	D	9	12	A	12
370	5083	5878	682	408	15	C	10	13	M	28
371	5084	5879	683	409	16	B	11	14	A	17
372	5085	5880	684	410	17	AG	12	15	A	8
373	5086	5881	685	411	18	F	13	1	M	31
374	5087	5882	686	412	19	E	14	2	A	13
375	5088	5883	687	413	20	D	15	3	A	5
376	5089	5884	688	414	21	CB	16	4	M	27
377	5090	5885	689	415	22	A	17	5	A	16
378	5091	5886	690	416	23	G	18	6	A	1
379	5092	5887	691	417	24	F	19	7	A	21
380	5093	5888	692	418	25	ED	1	8	A	12
381	5094	5889	693	419	26	C	2	9	M	28
382	5095	5890	694	420	27	B	3	10	A	17
383	5096	5891	695	421	28	A	4	11	A	19
384	5097	5892	696	422	1	GF	5	12	M	24
385	6098	5893	697	423	2	E	6	13	A	13
386	5099	5894	698	424	3	D	7	14	A	5
387	5100	5895	699	425	4	C	8	15	A	25
388	5101	5896	700	426	5	BA	9	1	A	9
389	5102	5897	701	427	6	G	10	2	A	1
390	5103	5898	702	428	7	F	11	3	A	21
391	5104	5899	703	429	8	E	12	4	A	6
392	5105	5900	704	430	9	DC	13	5	M	28
393	5106	5901	705	431	10	B	14	6	A	17
394	5107	5902	706	432	11	A	15	7	A	2
395	5108	5903	707	433	12	G	16	8	M	25
396	5109	5904	708	434	13	FE	17	9	A	13
397	5110	5905	709	435	14	D	18	10	A	5
398	5111	5906	710	436	15	C	19	11	A	18
399	5112	5907	711	437	16	B	1	12	A	10
400	5113	5908	712	438	17	AG	2	13	A	1
401	5114	5909	713	439	18	F	3	14	A	14
402	5115	5910	714	440	19	E	4	15	A	6
403	5116	5911	715	441	20	D	5	1	M	29
404	5117	5912	716	442	21	CB	6	2	A	17
405	5118	5913	717	443	22	A	7	3	A	2
406	5119	5914	718	444	23	G	8	4	A	22
407	5120	5915	719	445	24	F	9	5	A	14
408	5121	5916	720	446	25	ED	10	6	M	29
409	5122	5917	721	447	26	C	11	7	A	18
410	5123	5918	722	448	27	B	12	8	A	10
411	5124	5919	723	449	28	A	13	9	M	20
412	5125	5920	724	450	1	GE	14	10	A	14
413	5126	5921	725	451	2	E	15	11	A	6
414	5127	5922	726	452	3	D	16	12	M	22
415	5128	5923	727	453	4	C	17	13	A	11
416	5129	5924	728	454	5	BA	18	14	A	2
417	5130	5925	729	455	6	G	19	15	A	22
418	5131	5926	730	456	7	F	1	1	A	7
419	5132	5927	731	457	8	E	2	2	M	30
420	5133	5928	732	458		DC	3	3	A	15
421	5134	5929	733	459	10	B	4	4	A	3
422	5135	5930	734	460	11	A	5	5	M	26
423	5136	5931	735	461	12	G	6	6	A	15
424	5137	5932	736	462	13	FE	7	7	A	6
425	5138	5933	737	463	14	D	8	8	A	19
426	5139	5934	738	464	15	C	9	9	A	11
427	5140	5935	739	465	16	B	10	10	A	3
428	5141	5936	740	466	17	AG	11	11	A	22
429	5142	5937	741	467	18	F	12	12	A	7
430	5143	5938	742	468	19	F	13	13	M	30
431	5144	5939	743	469	20	D	14	14	A	19
432	5145	5940	744	470	21	CB	15	15	A	3
433	5146	5941	745	471	22	A	16	1	M	26
434	5147	5942	746	472	23	G	17	2	A	15
435	5148	5943	747	473	24	F	18	3	A	31
436	5149	5944	748	474	25	ED	19	4	A	19
437	5150	5945	749	475	26	C	1	5	A	11
438	5151	5946	750	476	27	B	2	6	M	27
439	5152	5947	751	477	28	A	3	7	A	26
440	5153	5948	752	478	1	GF	4	8	A	1

441

Anni Epochae Christianae a K. Ian.	Anni Periodi Iulianae a K. Ian.	Anni Mundi iuxta Graecos.	Anni Solaris Seleucidarum a 1. die Oct.	Anni Aerae Hispanicae.	Cycli Solaris cum Litteris Dominicalibus.		Cyclus Lunaris.	Indictio.	Paschatis dies, A. Aprilem, M. Martium denotat.	
441	5154	5949	753	479	2	E	5	9	M	[illegible]
442	5155	5950	754	480	3	D	6	10	A	[illegible]
443	5156	5951	755	481	4	C	7	11	A	4
444	5157	5952	756	482	5	BA	8	12	A	23
445	5158	5953	757	483	6	G	9	13	A	8
446	5159	5954	758	484	7	F	10	14	M	31
447	5160	5955	759	485	8	E	11	15	A	20
448	5161	5956	760	486	9	DC	12	1	A	11
449	5162	5957	761	487	10	B	13	2	A	[illegible]
450	5163	5958	762	488	11	A	14	3	A	16
451	5164	5959	763	489	12	G	15	4	A	8
452	5165	5960	764	490	13	FE	16	5	M	23
453	5166	5961	765	491	14	D	17	6	A	22
454	5167	5962	766	492	15	C	18	7	A	14
455	5168	5963	767	493	16	B	19	8	M	24
456	5169	5964	768	494	17	AG	1	9	A	8
457	5170	5965	769	495	18	F	2	10	M	31
458	5171	5966	770	496	19	E	3	11	A	20
459	5172	5967	771	497	20	D	4	12	A	5
460	5173	5968	772	498	21	CB	5	13	A	27
461	5174	5969	773	499	22	A	6	14	A	16
462	5175	5970	774	500	23	G	7	15	A	1
463	5176	5971	775	501	24	F	8	1	A	21
464	5177	5972	776	502	25	ED	9	2	A	12
465	5178	5973	777	503	26	C	10	3	M	28
466	5179	5974	778	504	27	B	11	4	A	17
467	5180	5975	779	505	28	A	12	5	A	9
468	5181	5976	780	506	1	GF	13	6	M	31
469	5182	5977	781	507	2	E	14	7	A	13
470	5283	5978	782	508	3	D	15	8	A	5
471	5184	5979	783	509	4	C	16	9	A	28
472	5185	5980	784	510	5	BA	17	10	A	16
473	5186	5981	785	511	6	G	18	11	A	1
474	5187	5982	786	512	7	F	19	12	A	21
475	5188	5983	787	513	8	E	1	13	A	6
476	5189	5984	788	514	9	DC	2	14	M	28
477	5190	5985	789	515	10	B	3	15	A	17
478	5191	5986	790	516	11	A	4	1	A	9
479	5192	5987	791	517	12	G	5	2	M	25
480	5193	5988	792	518	13	F	6	3	A	13
481	5194	5989	793	519	14	D	7	4	A	5
482	5195	5990	794	520	15	C	8	5	A	25
483	5196	5991	795	521	16	B	9	6	A	10
484	5197	5992	796	522	17	AG	10	7	A	1
485	5198	5993	797	523	18	F	11	8	A	21
486	5199	5994	798	524	19	E	12	9	A	6
487	5200	5995	799	525	20	D	13	10	M	29
488	5201	5996	800	526	21	CB	14	11	A	17
489	5202	5997	801	527	22	A	15	12	A	2
490	5203	5998	802	528	23	G	16	13	M	25
491	5204	5999	803	529	24	F	17	14	A	14
492	5205	6000	804	530	25	ED	18	15	A	5
493	5206	6001	805	531	26	C	19	1	A	18
494	5207	6002	806	532	27	B	1	2	A	10
495	5208	6003	807	533	28	A	2	3	M	26
496	5209	6004	808	534	1	GF	3	4	A	14
497	5210	6005	809	535	2	E	4	5	A	6
498	5211	6006	810	536	3	D	5	6	M	29
499	5212	6007	811	537	4	C	6	7	A	11
500	5213	6008	812	538	5	BA	7	8	A	2
501	5214	6009	813	539	6	G	8	9	A	22
502	5215	6010	814	540	7	F	19	10	A	14
503	5216	6011	815	541	8	E	10	11	M	30
504	5217	6012	816	542	9	DC	11	12	A	18
505	5218	6013	847	543	10	B	12	13	A	10
506	5219	6014	818	544	11	A	13	14	M	26
507	5220	6015	819	545	12	G	14	15	A	15
508	5221	6016	820	546	13	FE	15	1	A	6
509	5222	6017	821	547	14	D	16	2	A	22
510	5223	6018	822	548	15	C	17	3	A	11
511	5224	6919	823	549	16	B	18	4	A	3
512	5225	6020	824	550	17	AG	19	5	A	22
513	5226	6021	825	551	18	F	1	6	A	7
514	5227	6022	826	552	19	E	2	7	M	30
515	5228	6023	827	553	20	D	3	8	A	19
516	5229	6024	828	554	21	CB	4	9	A	3
517	5230	6025	829	555	22	A	5	10	M	26
518	5231	6026	830	556	23	G	6	11	A	15
519	5232	6027	831	557	24	F	7	12	M	31
520	5233	6028	832	558	25	FD	8	13	A	19
521	5234	6029	833	559	26	C	9	14	A	11
522	5235	6030	834	560	27	B	10	15	A	3
523	5236	6031	835	561	28	A	11	1	A	16
524	5237	6032	836	562	1	GF	12	2	A	7
525	5238	6033	837	563	2	E	13	3	M	30
526	5239	6034	838	564	3	D	14	4	A	19
527	5240	6035	839	565	4	C	15	5	A	4
528	5241	6036	840	566	5	BA	16	6	M	26
529	5242	6037	841	567	6	G	17	7	A	15
530	5243	6038	842	568	7	F	18	8	M	31

Anni Epochae Christianae a Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianae a K. Ianuar.	Anni mundi iuxta Graecos.	Anni Solaris Seleucidarum a 1 die Oct.	Anni Aerae Hispanicae	Cyclus Solis cum litteris Dominicalibus.		Cyclus Lunaris.	Indictio	Paschatis dies, A. Aprilem, M. Martium denotat.	
531	5244	6039	843	569	8	E	19	9	A	[illegible]
532	5245	6040	844	570	9	DC	1	10	A	11
533	5246	6041	845	571	10	B	2	11	M	[illegible]
534	5247	6042	846	572	11	A	3	12	A	16
535	5248	6043	847	573	12	G	4	13	A	8
536	5249	6044	848	574	13	F	5	14	[illegible]	23
537	5250	6045	849	575	14	D	6	15	A	12
538	5251	6046	850	576	15	C	7	1	A	4
539	5252	6047	851	577	16	B	8	2	A	24
540	5253	6048	852	578	17	AG	9	3	A	8
541	5254	6049	853	579	18	F	10	4	M	31
542	5255	6050	854	580	19	E	11	5	A	21
543	5256	6051	855	581	20	D	12	6	A	5
544	5257	6052	856	582	21	CB	13	7	M	27
545	5258	6053	857	583	22	A	14	8	A	16
546	5259	6054	858	584	23	G	15	9	A	8
547	5260	6055	859	585	24	F	16	10	M	24
548	5261	6056	860	586	25	ED	17	11	A	12
549	5262	6057	961	587	26	C	18	12	A	4
550	5263	6058	862	588	27	B	19	13	M	24
551	5264	6059	863	589	28	A	1	14	A	9
552	5265	6060	864	590	1	GF	2	15	M	31
553	5266	6061	865	591	2	E	3	1	A	20
554	5307	6062	866	592	3	D	4	2	A	5
555	5268	6063	867	593	4	C	5	3	M	28
556	5269	6064	868	594	5	B	6	4	A	16
557	5270	6065	869	595	6	A	7	5	A	1
558	5271	6066	870	596	7	GF	8	6	A	21
559	5272	6067	871	597	8	E	9	7	A	13
560	5273	6068	872	598	9	DC	10	8	M	28
561	5274	6069	873	599	10	B	11	9	A	7
562	5275	6070	874	600	11	A	12	10	A	9
563	5276	6071	875	601	12	G	13	11	M	25
564	5277	6072	876	602	13	FE	14	12	A	13
565	5278	6073	877	603	14	D	15	13	A	5
566	5279	6074	878	604	15	C	16	14	M	28
567	5280	6075	879	605	16	B	17	15	A	10
568	5281	6076	880	606	17	AG	18	1	A	1
569	5282	6077	881	607	18	F	19	2	A	21
570	5283	6078	882	608	19	E	1	3	A	6
571	5284	6079	883	609	20	D	2	4	M	29
572	5285	6080	884	610	21	CB	3	5	A	17
573	5286	6081	885	611	22	A	4	6	A	19
574	5287	6082	886	612	23	G	5	7	M	25
575	5288	6083	887	613	24	F	6	8	A	14
576	5289	6084	888	614	25	ED	7	9	A	5
577	5290	6085	889	615	26	C	8	10	A	25
578	5291	6086	890	616	27	E	9	11	A	10
579	5292	6087	891	617	28	A	10	12	A	2
580	5293	6088	692	618	1	GF	11	13	A	21
581	5294	6089	893	619	2	E	12	14	A	6
582	5295	6090	894	620	3	D	13	15	A	29
483	5296	6091	895	621	4	C	14	1	A	25
584	5297	6092	896	622	5	BA	15	2	A	2
585	5298	6093	897	623	6	G	16	3	M	25
586	5299	6094	898	624	7	F	17	4	A	14
587	5300	6095	899	625	8	E	18	5	M	30
588	5301	6096	900	626	9	DC	19	6	A	18
589	5302	6097	901	627	10	B	1	7	A	20
590	5303	6098	902	628	11	A	2	8	M	26
591	5304	6099	903	629	12	G	3	9	A	15
592	5305	6100	904	630	13	FE	4	10	A	6
593	5306	6101	905	631	14	D	5	11	M	29
594	5307	6102	906	632	15	C	6	12	A	11
595	5308	6103	907	633	16	B	7	13	M	3
596	5309	6104	908	634	17	AG	8	14	A	22
597	5310	6105	909	635	18	F	9	15	A	14
598	5311	6106	910	636	19	F	10	1	M	30
599	5312	6107	911	637	20	D	11	2	A	19
600	5313	6108	912	638	21	C	12	3	A	10
601	5314	6109	913	639	22	A	13	4	M	26
602	5315	6110	914	640	23	G	14	5	A	15
603	5316	6111	915	641	24	F	15	6	A	7
604	5317	6112	916	642	25	ED	16	7	A	22
605	5318	6113	917	643	26	C	17	8	A	11
606	5319	6114	918	644	27	B	18	9	A	3
607	5320	6115	919	645	28	A	19	10	A	23
608	5321	6116	920	646	1	GF	1	11	A	7
609	5322	6117	921	647	2	E	2	12	M	[illegible]
610	5323	6118	922	648	3	D	3	13	A	[illegible]
611	5324	6119	923	649	4	C	4	14	A	4
612	5325	6120	924	650	5	BA	5	15	A	26
613	5326	6121	925	651	6	G	6	1	A	15
614	5327	6122	926	652	7	F	7	2	A	31
615	5328	6123	927	653	8	E	8	3	M	[illegible]
616	5329	6124	928	654	9	DC	9	4	A	11
617	5330	6125	929	655	10	B	10	5	A	3
618	5331	6126	930	656	11	A	11	6	A	10
619	5332	6127	931	657	12	G	12	7	A	8
620	5333	6128	932	658	13	FE	13	8	M	[illegible]
621	5334	6129	933	659	14	D	14	9	A	14

SEQVITVR TABELLÆ CHRONOLOGICÆ PARS

altera, continens præterea Epochas Cathaiorum, Arabum, ac Chowarezmiorum, ex traditione Ulug Beigi, ad Periodum Julianam & Epocham Christi vulgarem Dionysianam, in annis expansis à Joanne Gravio Anglo reductas.

Anni Epochæ Christianæ à Kalendis Ianuarii	Anni Periodi Iulianæ à Kalendis Ianuarii	Anni Mundi iuxta Græcos	Anni Solares Epochæ Rumæorum, sive Græca, ex Seleucidarum, à primo die Octobris cum feriis initialibus		Æra Hispanica	Cyclus Solis Iulianus, cum literis dominicalibus		Cyclus Lunæ Iulianus	Indictio Romana	Paschæ dies. A. Aprilem, M. Martium denotant.		Anni Epochæ Chataiæ, solares sc. Annis Pennî 8864. mi labentis, ab ingressu Solis in medium Aquarii deducti.	Anni Cycli sexageni simplicis	Anni Cycli Chataiorum compositi ex Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, Monammedis deducti, cum diebus & feriis initialibus; quibus Moharram, sive primus Arabum mensis, juxta medium motum Lunæ incipit.				Anni Epochæ Persicæ 365. ierum, ab [illegible] Iezdegerd deducti, cum diebus & feriis initialibus, quibus Fervardin, sive primus Persarum mensis, incipit.			
Ann.	Ann	Ann.	Ann.	F.		Ann.		An.	An			Anni	Ann.	Ann.	Anni	Mens.	D.	F	Ann.	Mens.	D.	F.
622	5335	6130	934	6	660	15	C	15	10	A	4	9039	19	79	1	Iul	15	5				
623	6	1	935	7	1	16	b	16	11	M	27	9040	20	80	2	Iul	4	2				
624	7	2	936	2	2	17	AG	17	12	A	15	9041	21	81	3	Iun	23	7				
625	8	3	937	3	3	18	F	18	13	M	31	9042	22	82	4	Iun.	12	4				
626	9	4	938	4	4	19	E	19	14	A	20	9043	23	83	5	Iun	1	1				
627	5340	6135	939	5	665	20	D	1	15	A	12	9044	24	84	6	Maii	22	6				
628	1	6	440	7	6	21	CB	2	1	M	27	9045	25	85	7	Maii	10	3				
629	2	7	941	1	7	22	A	3	2	A	16	9046	26	86	8	Apr	30	1				
630	3	8	942	2	8	23	G	4	3	A	8	9047	27	87	9	Apr	19	5				
631	4	9	943	3	9	24	F	5	4	M	24	9048	28	88	10	Apr	8	2				
632	5345	6140	944	5	670	25	ED	6	5	A	12	9049	29	89	11	Mar	28	7	1	Iun.	16.	3
633	6	1	045	6	1	26	C	7	6	A	4	9050	30	90	12	Mar	17	4	2			4
634	7	2	946	7	2	27	B	8	7	A	24	9051	31	91	13	Mar	6	1	3			5
635	8	3	947	1	3	28	A	9	8	A	9	9052	32	92	14	Feb	24	6	4			6
636	9	4	948	3	4	1	GF	10	9	M	31	9053	33	93	15	Feb	13	3	5	Iun.	15.	7
637	5350	6445	949	4	675	2	E	11	10	A	20	9054	34	94	16	Feb	2	1	6			1
638	1	6	950	5	6	3	D	12	11	A	5	9055	35	95	17	Ian	22	5	7			2
639	2	7	951	6	7	4	C	13	12	M	28	9056	36	96	18	Ian	11	2	8			3
640	3	8	952	1	8	5	BA	14	13	A	16	9057	37	97	19	Ian	1	7	9	Iun.	14.	4
															20	Dec	20	4				
641	4	9	953	2	9	6	G	15	14	A	8	9058	38	98	21	Dec	9	1	10			5
642	5355	6150	954	3	680	7	F	16	15	M	14	9059	39	99	22	Nov	29	6	11			6
643	6	1	955	4	1	8	E	17	1	A	13	9060	40	100	23	Nov	18	3	12			7
644	7	2	956	5	2	9	DC	18	2	A	4	9061	41	101	24	Nov	6	7	13	Iun.	13.	1
645	8	3	957	7	3	10	B	19	3	A	24	9062	42	102	25	Oct	27	5	14			2
646	9	4	958	1	4	11	A	1	4	A	9	9063	43	103	26	Oct	16	2	15			3
647	5360	6155	959	2	685	12	G	2	5	A	8	9064	44	104	27	Oct	6	7	16			4
648	1	6	960	4	6	13	FE	3	6	A	20	9065	45	105	28	Sept	24	4	17	Iun.	12.	5
649	2	7	961	5	7	14	D	4	7	A	5	9066	46	106	29	Sept	13	1	18			6
650	3	8	962	6	8	15	C	5	8	M	28	9067	47	107	30	Sept	3	6	19			7
651	4	9	963	7	9	16	B	6	9	A	17	9068	48	108	31	Aug	23	3	20			1
652	5365	6160	964	2	690	17	AG	7	10	A	1	9069	49	109	32	Aug	11	7	21	Iun.	11.	2
653	6	1	965	3	1	18	F	8	11	A	21	9070	50	110	33	Aug	1	5	22			3
654	7	2	966	4	2	19	E	9	12	A	13	9071	51	111	34	Iul	21	2	23			4
655	8	3	997	5	3	20	D	10	13	M	29	9072	52	112	35	Iul	10	6	24			5
656	9	4	968	7	4	21	CB	11	14	A	17	9073	53	113	36	Iun	29	4	25	Iun.	10.	6
657	5370	6165	969	1	5	22	A	12	15	A	9	9074	54	114	37	Iun	18	1	26			7
658	1	9	970	2	6	23	G	13	1	M	25	9075	55	115	38	Iun	8	6	27			1
659	2	7	971	3	7	24	F	14	2	A	14	9076	56	116	39	Maii	28	3	28			2
660	3	8	972	5	8	25	ED	15	3	A	5	9077	57	117	40	Maii	16	7	29	Iun.	9.	3
661	4	9	973	6	9	26	C	16	4	M	28	9078	58	118	41	Maii	6	5	30			4
662	5375	6170	974	7	700	27	B	17	5	A	10	9079	59	119	42	Apr	25	2	31			5
663	6	1	975	1	1	28	A	18	6	A	2	9080	60	120	43	Apr	14	6	32			6
664	7	2	976	3	2	1	GF	19	7	A	21	9081	1	121	44	Aprr	3	4	33	Iun.	8.	7
665	8	3	977	4	3	2	E	1	8	A	6	9082	2	122	45	Mar	23	1	34			1
666	9	4	978	5	4	3	D	2	9	M	29	9083	3	123	46	Mar	13	6	35			2
667	5380	6175	979	6	705	4	C	3	10	A	18	9084	4	124	47	Mar	2	3	36			3
668	1	6	980	1	6	5	BA	4	11	A	9	9085	5	125	48	Febr	19	7	37	Iun.	7.	4
669	2	7	981	2	7	6	G	5	12	M	25	9086	6	126	49	Febr	8	5	38			5
670	3	8	982	3	8	7	F	6	13	A	14	9087	7	127	50	Ian	28	2	39			6
671	4	9	983	5	9	8	E	7	14	A	6	9088	8	128	51	Ian	17	6	40			7
672	5385	6180	984	6	710	9	DC	8	15	A	25	9089	9	129	52	Ian	7	4	41	Iun.	6.	1
673	6	1	985	7	1	10	B	9	1	A	10	9090	10	130	53	Dec	26		42			2
674	7	2	986	1	2	11	A	10	2	A	3	9091	11	131	54	Dec.	15	5	43			3
675	8	3	987	2	3	12	G	11	3	A	22	9092	12	132	55	Dec	5	3	44			4
															56	Nov	24	7				
676	9	4	988	4	4	13	FE	12	4	A	6	9093	13	133	57	Nov	13	5	45	5. Iun. 5		5
677	5390	6185	989	5	715	14	D	13	5	M	29	9094	14	134	58	Nov	2	2	46			6
678	1	6	490	6	6	15	C	14	6	A	15	9095	15	135	59	Oct	22	6	47			7
679	2	7	991	7	7	16	B	15	7	A	3	9096	16	136	60	Oct	12	4	48			1
680	3	8	992	2	8	17	AG	16	8	A	25	3097	17	137	61	Sept	30	1	49	Iun.	4.	2
681	4	9	993	3	9	18	F	17	9	A	14	9098	18	138	62	Sept	19	5	50			3
682	5395	6190	994	4	720	19	E	18	10	M	30	9009	19	139	63	Sept	9	3	51			4
683	6	1	995	5	1	20	D	19	11	A	19	9100	20	140	64	Aug	29	7	52			5
684	7	2	996	7	2	21	CB	1	12	A	10	9101	21	141	65	Aug	17	4	53	Iun.	3.	6
685	8	3	997	1	3	22	A	2	13	M	26	9102	22	142	66	Aug	7	2	54			7
686	9	4	998	2	4	23	G	3	14	A	15	9103	23	143	67	Iul	27	6	55			1
687	5400	6195	999	3	725	24	F	4	15	A	7	9104	24	144	68	Iul	17	4	56			2
688	1	6	1000	5	6	25	ED	5	1	M	29	9105	25	145	69	Iul	5	1	57	Iun.	2.	3
689	2	7	1091	6	7	26	C	6	2	A	11	9106	26	146	70	Iun	24	5	58			4
690	3	8	1002	7	8	27	B	7	3	M	3	9107	27	147	71	Iun	14	3	59			5
691	4	9	1003	1	9	28	A	8	4	A	23	9108	28	148	72	Iun	3	7	60			6
692	5405	6200	1004	3	730	1	GF	9	5	A	14	9109	29	149	73	Maii	22	4	61	Iun.	1.	7
693	6	1	1005	4	1	2	E	10	6	M	31	9110	30	150	74	Maii	12	2	62			1
694	7	2	1006	5	2	3	D	11	7	A	19	9111	31	151	75	Maii	1	6	63			2
695	8	3	1007	6	3	4	C	12	8	A	11	9112	32	152	67	Apr	21	4	64			3

3. Cyc. Sexag. Simpl. Chat. [illegible]

696

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	[illegible] Kal. Ianuar.	Anni Mundi iuxta Græc.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à I. die Octobris.		Æra Hispanica.	Cyclus Solis.		Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Pascha dies. A. Aprilem, M. Martium denotant.		Anni Epochæ Chataicæ solares, à medio Aquario.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum comp. e tribus Cyclis sexagenis.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h.e. fuga Mahammedis, iuxta medium Lunæ motum.				Anni Epochæ Persicæ 365 dierum, ab [illegible] Iezdegerd.			
Ann.	Ann.	An.	Ann.	F		An.		An.	An.			Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	Mens.	D.	F.	An.	Mens.	D.	F.
696	9	4	1008	1	4	5	BA	13	9	M	26	9113	33	153	77	Apr	9	3	65	Maii	31	4
697	5410	6205	1009	2	735	6	G	14	10	A	15	9114	34	154	78	Mar	29	5	66			5
698	1	6	1010	3	6	7	F	15	11	A	7	9115	35	155	79	Mar	19	3	67			6
699	2	7	1011	4	7	8	E	16	12	M	23	9116	36	156	80	Martis	8	7	68			7
700	3	8	1012	6	8	9	DC	17	13	A	11	9117	37	157	81	Febr	25	4	69	Maii	30	1
701	4	9	1013	7	9	10	B	18	14	A	3	9118	38	158	82	Febr	14	2	70			2
702	5415	6210	1014	1	740	11	A	19	15	A	23	9119	39	159	83	Febr	3	6	71			3
703	6	1	1015	2	1	12	G	1	1	A	8	9120	40	160	84	Ian	23	3	72			4
704	7	2	1016	4	2	13	FE	2	2	M	30	9121	41	161	85	Ian	13	1	73	Maii	29	5
705	8	3	1017	5	3	14	D	3	3	A	19	9122	42	162	86	Ian	1	5	74			6
															87	Dec	22	3				
706	9	4	1018	6	4	15	C	4	4	A	4	9123	43	163	88	Dec	11	7	75			7
707	5420	6215	1019	7	745	16	B	5	5	M	27	9124	44	164	89	Nov	30	4	76			1
708	1	6	1020	2	6	17	AG	6	[illegible]	A	15	9125	45	165	90	Nov	19	2	77	Maii	28	2
709	2	7	1021	3	7	18	F	7	7	M	31	9126	49	166	91	Nov	8	6	78			3
710	3	8	1022	4	8	19	E	8	8	A	21	9127	47	167	22	Oct	28	3	79			4
711	4	9	1023	5	9	20	D	9	9	A	2	9128	48	168	93	Oct	18	1	80			5
712	5425	6220	1024	7	750	21	CB	10	10	A	13	9129	49	169	94	Oct	6	5	81	Maii	27	6
713	6	1	1025	1	1	22	A	11	11	A	19	9130	50	170	95	Sept	25	2	82			7
714	7	2	1026	2	2	23	G	12	12	A	8	9131	51	171	96	Sept	15	7	83			1
715	8	3	1027	3	3	24	F	13	13	M	31	9132	52	172	97	Sept	4	4	84			2
716	9	4	1028	5	4	25	ED	14	14	A	16	9133	53	173	98	Aug	24	2	85	Maii	26	3
717	5430	6225	1029	6	755	26	C	15	15	A	4	9134	54	174	99	Aug	13	6	86			4
718	1	6	1030	7	6	27	B	16	1	M	27	9135	55	175	100	Aug	2	3	87			5
719	2	7	1031	1	7	28	A	17	2	A	16	9136	56	176	101	Iul	23	1	88			6
720	3	8	1032	3	8	1	GF	18	3	A	31	9137	57	174	102	Iul	11	5	89	Maii	25	7
721	4	9	1033	4	9	2	E	19	4	A	20	9138	58	178	103	Iun	30	2	90			1
722	5435	6230	1034	5	760	3	D	1	5	A	12	9139	59	179	104	Iun	20	7	91			2
723	6	1	1035	6	1	4	C	2	6	M	22	9140	60	180	105	Iun	9	4	92			3
724	7	2	1036	1	2	5	BA	3	7	A	16	9141	I. Cyclus Shanæ Van. 1	1	106	Maii	29	2	93	Maii	24	4
725	8	3	1037	2	3	6	G	4	8	A	8	9142	2	2	107	Maii	18	6	94			5
726	9	4	1038	3	4	7	F	5	9	M	24	9143	4	3	108	Maii	7	3	95			6
727	5440	6235	1039	4	765	8	E	6	10	A	13	9144	4	4	109	Apr	27	1	96			7
728	1	6	1040	6	6	9	DC	7	11	A	4	9145	5	5	110	Apr	15	5	97	Maii	23	1
729	2	7	1041	7	7	10	B	8	12	A	24	9146	6	6	111	Apr	4	2	98			2
730	3	8	1042	1	8	11	A	9	13	A	9	9147	7	7	112	Mar	25	7	99			3
731	4	9	1043	2	9	12	G	10	14	A	1	9148	8	8	113	Mar	14	4	100			4
732	5445	6240	1044	4	770	13	FE	11	15	A	20	9149	9	9	114	Mar	2	1	101	Maii	22	5
733	6	1	1045	5	1	14	D	12	1	A	5	9150	10	10	115	Feb	20	6	102			6
734	7	2	1046	6	2	15	C	13	2	M	28	9151	11	11	116	Feb	9	3	103			7
735	8	3	1047	7	3	16	B	14	3	A	17	9152	12	12	117	Ian	30	1	104			1
736	9	4	1048	2	4	17	G	15	4	A	8	9153	13	13	118	Ian	19	5	105	Maii	21	2
737	5450	6245	1049	3	775	18	F	16	5	M	24	9154	14	14	119	Ian	7	2	106			3
738	1	6	1050	4	6	19	E	17	6	A	13	9155	15	15	120	Dec	28	7	107			4
739	2	7	1051	5	7	20	D	18	7	A	5	9156	16	16	121	Dec	17	4	108			5
740	3	8	1052	7	8	21	CB	19	8	A	24	9157	17	17	122	Dec	6	1	109	Maii	20	6
															123	Nov	25	6				
741	4	9	1053	1	9	22	A	1	9	A	9	9158	18	18	124	Nov	14	4	110			7
742	5455	6250	1054	2	780	23	G	2	10	A	1	9159	19	19	125	Nov	3	7	211			1
743	6	1	1055	3	1	24	F	3	11	A	14	9160	20	20	126	Oct	24	5	112			2
744	7	2	1056	5	2	25	ED	4	12	A	5	9161	21	21	127	Oct	12	2	113	Maii	19	3
745	8	3	1057	6	3	26	C	5	13	M	28	9162	22	22	128	Oct	2	7	114			4
746	9	4	1058	7	4	27	B	6	14	A	17	9163	23	23	129	Sept	21	4	115			5
747	5460	6255	1059	1	785	28	A	7	15	A	2	9164	24	24	130	Sept	10	1	116			6
748	1	6	1060	3	6	1	GF	8	1	A	21	9165	25	25	131	Aug	30	6	117	Maii	18	7
749	2	7	1061	4	7	2	E	9	2	A	13	9166	26	26	132	Aug	19	3	118			1
750	3	8	1062	5	8	3	D	10	3	M	29	9167	27	27	133	Aug	8	7	119			2
751	4	9	1063	6	9	4	C	11	4	A	18	9168	28	28	134	Iul	29	5	120			3
752	5465	6260	1064	1	790	5	BA	12	5	A	9	9169	29	29	135	Iul	17	2	121	Maii	17	4
753	6	1	1065	2	1	6	G	13	6	M	25	9170	30	30	136	Iul	7	7	122			5
754	7	2	1066	3	2	7	F	14	7	A	14	9171	31	31	137	Iun	26	4	123			6
755	8	3	1067	4	3	8	[illegible]	15	8	A	6	9172	32	32	138	Iun	15	1	124			7
756	9	4	1068	6	4	9	DC	16	9	M	28	9173	33	33	139	Iun	4	6	125	Maii	16	1
757	5470	6265	1069	7	795	10	B	17	10	A	10	9174	34	34	140	Maii	24	3	126			2
758	1	6	1070	1	6	11	A	18	11	A	2	9175	35	35	141	Maii	13	7	127			3
759	2	7	1071	2	7	12	G	19	12	A	22	9176	36	36	142	Maii	3	5	128			4
760	3	8	1072	4	8	13	FE	1	13	A	6	9177	37	37	143	Apr	21	2	129	Maii	15	5
761	4	9	1073	5	9	14	D	2	14	M	29	9178	38	38	144	Apr	10	6	130			6
762	5475	6270	1074	6	800	15	C	3	15	A	18	9179	39	39	145	Mar	31	4	131			7
763	6	1	1075	7	1	16	B	4	1	A	3	9180	40	40	146	Mart	20	1	132			1
764	7	2	1076	2	2	17	AG	5	2	M	25	9181	41	41	147	Mar	9	6	133	Maii	14	2
765	8	3	1077	3	3	18	F	6	3	A	14	9182	42	42	148	Feb	26	3	134			3
766	9	4	1078	4	4	19	E	7	4	[illegible]	6	9183	43	43	149	Feb	15	7	135			4
767	5480	6275	1079	5	805	20	D	8	5	A	19	9184	44	44	150	Feb	5	5	136			5
768	1	6	1080	7	6	21	CB	9	6	A	10	9185	45	45	151	Ian	25	2	137	Maii	13	6
769	2	7	1081	1	7	22	A	10	7	A	2	9156	46	46	152	Ian	13	6	138			7
770	3	8	1082	2	8	23	G	11	8	A	22	9157	47	47	153	Ian	3	4	139			1
															154	Dec	23	1				
771	4	9	1083	3	9	24	F	12	9	A	7	9188	48	48	155	Dec	12	5	140			2
772	5485	6280	1084	5	810	25	ED	13	10	M	29	9189	49	49	156	Dec	1	3	141	Maii	12	3
773	6	1	1085	6	1	26	C	14	11	A	18	9190	50	50	157	Nov	20	7	142			4
774	7	2	1086	7	2	27	B	15	12	A	3	9191	51	51	158	Nov	10	5	143			5
775	8	3	1087	1	3	28	A	16	13	M	26	9192	52	52	159	Oct	30	2	144			6
776	9	4	1088	3	4	1	GF	17	14	A	14	9193	53	53	160	Oct	18	6	145	Maii	11	7
777	5490	6285	1089	4	815	2	E	18	15	M	30	9194	54	54	161	Oct	8	4	146			1
778	1	6	1090	5	6	3	D	19	1	A	19	9195	55	55	162	Sept	27	1	157			2
779	2	7	1091	6	7	4	C	1	2	A	11	9196	56	56	163	Sept	16	5	148			3
780	3	8	1092	1	8	5	BA	2	3	M	26	9197	57	57	164	Sept	5	3	149	Maii	10	4
781	4	9	1093	2	9	6	G	3	4	A	15	9198	58	58	165	Aug	25	7	150			5
782	5495	6290	1094	3	820	7	F	4	5	A	7	9199	59	59	166	Aug	15	5	151			6
783	6	1	1095	4	1	8	E	5	6	M	25	9200	60	60	167	Iul	4	2	152			7
784	7	2	1096	6	2	9	DC	6	7	A	11	9201	61	61	168	Iul	23	6	153	Maii	9	1
785	8	3	1097	7	3	10	B	7	8	A	2	9202	62	62	169	Iul	13	4	154			2

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à I. die Octobris.		Æra Hispanica.	Cyclus Solis.		Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Pascha dies. A. Aprilem M. Martium denotat.		Anni Epochæ Chataiæ solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexagen.	Anni Cycli Chataiorum compositi ex tribus Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.				Anni Epochæ Persicæ 365. dierum, ab Iezdegerd.			
Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	F		Ann.		An.	An.			Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	Mens.	D.	F.	Ann.	Mens.	D.	F.
786	9	4	1098	1	4	11	A	8	9	A	23	9203	3 Lunæ Ven.	63	170	Iul	2	1	155			3
787	5500	6295	1099	2	825	12	G	9	10	A	8	9204	4	64	171	Iun	21	5	156			4
788	1	6	1100	4	6	13	FE	10	11	M	30	9205	5	65	172	Iun	10	3	157	Maii	8	5
789	2	7	1101	5	7	14	D	11	12	A	19	9206	6	66	173	Maii	30	7	158			6
790	3	8	1102	6	8	15	C	12	13	A	11	9207	7	67	174	Maii	19	4	159			7
791	4	9	1103	7	9	16	B	13	14	M	27	9208	8	68	175	Maii	9	2	160			1
792	5505	6300	1104	2	830	17	AG	14	15	A	15	9209	9	69	176	Apr	27	6	161	Maii	7	2
793	6	1	1105	3	1	18	F	15	1	A	7	9210	10	70	177	Apr	17	4	162			3
794	7	2	1106	4	2	19	E	16	2	M	23	9211	11	71	178	Apr	6	1	163			4
795	8	3	1107	5	3	20	D	17	3	A	12	9212	12	72	179	Mar	26	5	164			5
796	9	4	1108	7	4	21	CB	18	4	A	3	9213	13	73	180	Mar	15	3	165	Maii	6	6
797	5510	6305	1109	1	835	22	A	19	5	M	23	9214	14	74	181	Mar	4	7	166			7
798	1	6	1110	2	6	23	G	1	6	A	8	9215	15	75	182	Feb	21	4	167			1
799	2	7	1111	3	7	24	F	2	7	M	31	9216	16	76	183	Feb	21	1	168			2
800	3	8	1112	5	8	25	ED	3	8	A	10	9217	17	77	184	Ian	31	6	169	Maii	5	3
801	4	9	1113	6	9	26	C	4	9	A	4	9218	18	78	185	Ian	19	3	170			4
802	5515	6310	1114	7	840	27	B	5	10	M	27	9219	19	79	186	Ian	9	2	171			5
803	6	1	1115	1	1	28	A	6	11	A	16	9220	20	80	187	Dec	29	5	172			6
804	7	2	1116	3	2	1	GF	7	12	M	31	9221	21	81	188	Dec	19	3	173	Maii	4	7
805	8	3	1117	4	3	2	E	8	13	A	15	9222	22	82	189	Dec	7	7	174			1
															190	Nov	26	4				
806	9	4	1118	5	4	3	D	9	14	A	12	9223	23	83	191	Nov	16	2	175			2
807	5520	6315	1119	6	845	4	C	10	15	M	28	9224	24	84	192	Nov	5	6	176			3
808	1	6	1120	1	6	5	BA	11	1	A	16	9225	25	85	193	Oct	24	3	177	Maii	3	4
809	2	7	1121	2	7	6	G	12	2	A	8	9226	26	86	194	Oct	14	1	178			5
810	3	8	1122	3	8	7	F	13	3	M	31	9227	27	87	195	Oct	3	5	179			6
811	4	9	1123	4	9	8	E	14	4	A	13	9228	28	88	196	Sept	23	3	180			7
812	5525	6320	1124	6	850	9	DC	15	5	A	4	9229	29	89	197	Sept	11	7	181	Maii	2	1
813	6	1	1125	7	1	10	B	16	6	M	27	9230	30	90	198	Aug	31	4	182			2
814	7	2	1126	1	2	11	A	17	7	A	16	9231	31	91	199	Aug	21	2	183			3
815	8	3	1127	2	3	12	G	18	8	A	1	9232	32	92	200	Aug	10	6	184			4
816	9	4	1128	4	4	13	FE	19	9	A	20	9233	33	93	201	Iul	29	3	185	Maii	1	5
817	5530	6325	1129	5	855	14	D	1	10	A	12	9234	34	94	202	Iul	19	1	186			6
818	1	6	1130	6	6	15	C	2	11	M	28	9235	35	95	203	Iul	8	5	187			7
819	2	7	1131	7	7	16	B	3	12	A	17	9236	36	96	204	Iun	27	2	188			1
820	3	8	1132	2	8	17	AG	4	13	A	8	9237	37	97	205	Iun	16	7	189	Apr	30	2
821	4	9	1133	3	9	18	F	5	14	M	24	9238	38	98	206	Iun	5	4	190			3
822	5535	6330	1134	4	860	19	E	6	15	A	13	9239	39	99	207	Maii	26	2	191			4
823	6	1	1135	5	1	20	D	7	1	A	5	9240	40	100	208	Maii	15	6	192			5
824	7	2	1136	7	2	21	CB	8	2	A	24	9241	41	101	209	Maii	3	3	193	Apr	29	6
825	8	3	1137	1	3	22	A	9	3	A	9	9242	42	102	210	Apr	23	1	194			7
826	9	4	1138	2	4	23	G	10	4	A	1	9243	43	103	211	Apr	12	5	195			1
827	5540	6335	1139	3	865	24	F	11	5	A	12	9244	44	104	212	Apr	1	2	196			2
828	1	6	1140	5	6	25	ED	12	6	A	5	9245	45	105	213	Mar	21	7	197	Apr	28	3
829	2	7	1141	6	7	26	C	13	7	M	28	9246	46	106	214	Mar	10	4	198			4
830	3	8	1142	7	8	27	B	14	8	A	17	9247	47	107	215	Feb	27	1	199			5
831	4	9	1143	1	9	28	A	15	9	A	2	9248	48	108	216	Febr	17	6	200			6
832	5545	6340	1144	3	870	1	GF	16	10	A	24	9249	49	109	217	Febr	6	3	201	Apr	27	7
833	6	1	1145	4	1	2	E	17	11	A	13	9250	50	110	218	Ian	26	1	202			1
834	7	2	1146	5	2	3	D	18	12	A	5	9251	51	111	219	Ian	15	5	203			2
835	8	3	1147	6	3	4	C	19	13	A	18	9252	52	112	220	Ian	4	2	204			3
															221	Dec	25	7				
836	9	4	1148	1	4	5	BA	1	14	A	9	9253	53	113	222	Dec	13	4	205	Apr	26	4
837	5550	6345	1149	2	875	6	G	2	15	A	1	9254	54	114	223	Dec	2	1	206			5
838	1	6	1150	3	6	7	F	3	1	A	14	9255	55	115	224	Nov	22	6	207			6
839	2	7	1151	4	7	8	E	4	2	A	6	9256	56	116	225	Nov	11	3	208			7
840	3	8	1152	6	8	9	DC	5	3	A	25	9257	57	117	226	Oct	31	1	209	Apr	17	1
841	4	9	1153	7	9	10	B	6	4	A	17	9258	58	118	227	Oct	20	5	210			2
842	5555	6350	1154	1	880	11	A	7	5	A	2	9259	59	119	228	Oct	9	2	211			3
843	6	1	1155	2	1	12	G	8	6	A	22	9260	60	120	229	Sept	29	7	212			4
844	7	2	1156	4	2	13	FE	9	7	A	13	9261	1	121	230	Sept	17	4	213	Apr	24	5
845	8	3	1157	5	3	14	D	10	8	M	29	9262	2	122	231	Sept	6	1	214			6
846	9	4	1158	6	4	15	C	11	9	A	18	9263	3 Cycl. Chatai.	123	232	Aug	27	6	215			7
847	5560	6355	1159	7	885	16	B	12	10	A	10	9264	4	124	233	Aug	16	3	216			1
848	1	6	1160	2	6	17	AG	13	11	M	25	9265	5	125	234	Aug	4	7	217	Apr	23	2
849	2	7	1161	3	7	18	F	14	12	A	14	9266	6	126	235	Iul	25	5	218			3
850	3	8	1162	4	8	19	E	15	13	A	6	9267	7	127	236	Iul	14	2	219			4
851	4	9	1163	5	9	20	D	16	14	M	22	9268	8	128	237	Iul	4	7	220			5
852	5565	6360	1164	7	890	21	CB	17	15	A	10	9269	9	129	238	Iun	22	4	221	Apr	22	6
853	6	1	1165	1	1	22	A	18	1	A	2	9270	10	130	239	Iun	11	1	222			7
854	7	2	1166	2	2	23	G	19	2	A	22	9271	11	131	240	Iun	1	6	223			1
855	8	3	1167	3	3	24	F	1	3	A	7	9272	12	132	241	Maii	21	3	224			2
856	9	4	1168	5	4	25	ED	2	4	M	[illegible]	9273	13	133	242	Maii	9	7	225	Apr	21	3
857	5570	6365	1169	6	895	26	C	3	5	A	19	9274	14	134	243	Apr	29	5	226			4
858	1	6	1170	7	6	27	B	4	6	A	3	9275	15	135	244	Apr	19	2	227			5
859	2	7	1171	1	7	28	A	5	7	M	26	9276	16	136	245	Apr	7	6	228			6
860	3	8	1172	3	8	1	GF	6	8	A	14	9277	17	137	246	Mar	27	4	229	Apr	20	7
861	4	9	1173	4	9	2	E	7	9	A	6	9278	18	138	247	Mar	16	1	230			1
862	5575	6370	1174	5	900	3	D	8	10	A	19	9279	19	139	248	Mar	6	6	231			2
863	6	1	1175	6	1	4	C	9	11	A	11	9280	20	140	249	Feb	23	3	232			3
864	7	2	1176	1	2	5	BA	10	12	A	2	9281	21	141	250	Feb	12	7	233	Apr	19	4
865	8	3	1177	2	3	6	G	11	13	A	22	9282	22	142	251	Feb	1	5	234			5
866	9	4	1178	3	4	7	F	12	14	A	7	9283	23	143	252	Ian	21	1	235			6
867	5580	6375	1179	4	905	8	E	13	15	M	30	9284	24	144	253	Ian	20		236			7
868	1	6	1180	6	6	9	DC	14	1	A	8	9285	25	145	254	Dec	31	4	237	Apr	18	1
869	2	7	1181	7	7	10	B	15	2	A	3	9286	26	146	255	Dec	19	1	238			2
870	3	8	1182	1	8	11	A	16	3	M	26	9287	27	147	256	Dec	9	6	239			3
															257	Nov	28	3				
871	4	9	1183	2	9	12	G	17	4	A	15	9288	28	148	258	Nov	17	7	240			4
872	5585	6380	1184	4	910	13	FE	18	5	M	30	9289	29	149	259	Nov	6	5	241	Apr	17	5
873	6	1	1185	5	1	14	D	19	6	A	19	9290	30	150	260	Oct	26	2	242			6
874	7	2	1186	6	2	15	C	1	7	A	11	9291	31	151	261	Oct	15	6	243			7
875	8	3	1187	7	3	16	B	2	8	M	27	9292	32	152	262	Oct	5	4	244			1

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solaris, à 1. die Octobr.		Æra Hispanica.	Cyclus Solis.		Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschalis dies. A. Aprilem, M. Martium denotat.		Anni Epochæ Chataiæ solaris, à medio Ianuarii.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum compositi è tribus Cyclis sexagenis.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.				Anni Epochæ Persicæ 365 dierum, ab ἐν Θρονισμῷ Iezdegerd.			
Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	F		Ann.		An.	An			Ann	Ann.	Ann.	Ann.	Mens.	D.	F.	An	Mens.	D.	F
876	9	4	1188	2	4	17	AG	3	9	A	15	9293	33	153	263	Sept	23	1	245	Apr	16	2
877	90	6385	1189	3	915	18	F	4	10	A	7	9294	34	154	264	Sept	12	5	246			3
878	1	6	1190	4	6	19	E	5	11	M	23	9295	35	155	265	Sept	2	3	247			4
879	2	7	1191	5	7	20	D	6	12	A	12	9296	36	156	266	Aug	22	7	248			5
880	3	8	1192	7	8	21	CB	7	13	A	3	9297	37	157	267	Aug	11	5	249	Apr	15	6
881	4	9	1193	1	9	22	A	8	14	M	23	9298	38	158	268	Iul	31	2	250			7
882	5595	6390	1194	2	920	23	G	9	15	A	8	9299	39	159	269	Iul	20	6	251			1
883	6	1	1195	3	1	24	F	10	1	M	31	9300	40	160	270	Iul	10	4	252			2
884	7	2	1196	5	2	25	ED	11	2	A	19	9301	41	161	271	Iun	28	1	253	Apr	14	3
885	8	3	1197	6	3	26	C	12	3	A	11	9302	42	162	272	Iun	17	5	254			4
886	9	4	1198	7	4	27	B	13	4	M	27	9303	43	163	273	Iun	7	3	255			5
887	5600	6395	1199	1	5	28	A	14	5	A	16	9304	44	164	274	Maii	27	7	256			6
888	1	6	1200	3	6	1	GF	15	6	A	7	9305	45	165	275	Maii	15	4	257	Apr	13	7
889	2	7	1201	4	7	2	E	16	7	M	23	9306	46	166	276	Maii	5	2	258			1
890	3	8	1202	5	8	3	D	17	8	A	12	9307	47	167	277	Apr	24	6	259			2
891	4	9	1203	6	9	4	C	18	9	A	4	9308	48	168	278	Apr	14	4	260			3
892	5605	6400	1204	1	930	5	BA	19	10	M	23	9309	49	169	279	Apr	2	1	291	Apr	12	4
893	6	1	1205	2	1	6	G	1	11	A	8	9310	50	170	280	Mar	22	5	262			5
894	7	2	1206	3	2	7	F	2	12	M	31	9311	51	171	281	Mar	12	3	263			6
895	8	3	1207	4	3	8	E	3	13	A	20	9312	52	172	282	Mar	1	7	264			7
896	9	4	1208	6	4	9	DC	4	14	A	4	9313	53	173	283	Febr	18	4	265	Apr	11	1
897	5610	6405	1209	7	935	10	B	5	15	M	27	9314	54	174	284	Febr	7	2	266			2
898	1	6	1210	1	6	11	A	9	1	A	16	9315	55	175	285	Ian	27	6	267			3
899	2	7	1211	2	7	12	G	7	2	A	10	9316	56	176	286	Ian	17	4	268			4
900	3	8	1212	4	8	13	FE	8	3	A	2	9317	57	177	287	Ian	6	2	269	Apr	10	5
									4						288	Dec	25	[illegible]				
901	4	9	1213	5	9	14	D	9	5	A	12	9318	58	178	289	Dec	15	3	270			6
902	5615	6410	1214	6	940	15	C	10	9	M	28	9319	59	179	290	Dec	4	7	271			7
903	6	1	1215	7	1	16	B	11	6	A	17	9320	60	180	291	Nov	23	4	272			1
904	7	2	1216	2	2	17	AG	12	7	A	8	9321	I. Cyclus Shanas Von. 1	1	292	Nov	12	2	273	Apr	9	2
905	8	3	1217	3	3	18	F	13	8	M	31	9322	2	2	293	Nov	1	6	274			3
906	9	4	1218	4	4	19	E	14	9	A	3	9323	3	3	294	Oct	21	3	275			4
907	5620	6415	1219	5	945	20	D	15	10	A	5	9324	4	4	295	Oct	11	1	276			5
908	1	6	1220	7	6	21	CB	16	11	M	27	9325	5	5	296	Sept	29	5	277	Apr	8	6
909	2	7	1221	1	7	22	A	17	12	A	19	9326	6	6	297	Sept	19	3	278			7
910	3	8	1222	2	8	23	G	18	13	A	1	9327	7	7	298	Sept	8	7	279			1
911	4	9	1223	3	9	24	F	19	14	A	21	9328	8	8	299	Aug	28	4	280			2
912	5625	6420	1224	5	950	25	ED	1	15	A	12	9329	9	9	300	Aug	17	2	281	Apr	7	3
913	6	1	1225	6	1	26	C	2	1	M	28	9330	10	10	301	Aug	6	6	282			4
914	7	2	1226	7	2	27	B	3	2	A	17	9331	11	11	302	Iul	26	3	283			5
915	8	3	1227	1	3	28	A	4	3	A	9	9332	12	12	303	Iul	16	1	284			6
916	9	4	1228	3	4	1	GF	5	4	M	24	9333	13	13	304	Iul	4	5	285	Apr	6	7
917	5630	6425	1229	4	955	2	E	6	5	A	13	9334	14	14	305	Iun	23	2	286			1
918	1	6	1230	5	6	3	D	7	6	A	5	9335	15	15	306	Iun	13	7	287			2
919	2	7	1231	6	7	4	C	8	7	A	25	9336	16	16	307	Iun	2	4	288			3
920	3	8	1232	1	8	5	BA	9	8	A	9	9337	17	17	308	Maii	22	2	289	Apr	5	4
921	4	9	1233	2	9	6	G	10	9	A	1	9338	18	18	309	Maii	11	6	290			5
922	5635	6430	1234	3	960	7	F	11	10	A	21	9339	19	19	310	Apr	30	3	291			6
923	6	1	1235	4	1	8	E	12	11	A	6	9340	20	20	311	Apr	20	1	292			7
924	7	2	1236	6	2	9	DC	13	12	M	28	9341	21	21	312	Apr	8	5	293	Apr	4	1
925	8	3	1237	7	3	10	B	14	13	A	17	9342	22	22	313	Mar	28	2	294			2
926	9	4	1238	1	4	11	A	15	14	A	[illegible]	9343	23	23	314	Mar	18	7	295			3
927	5640	6435	1239	2	965	12	G	16	15	M	25	9344	24	24	315	Mar	7	4	296			4
928	1	6	1240	4	6	13	FE	17	1	A	13	9345	25	25	316	Febr	25	2	297	Apr	3	5
929	2	7	1241	5	7	14	D	18	2	A	5	9346	26	26	317	Febr	13	6	298			6
930	3	8	1242	6	8	15	C	19	3	M	18	9347	27	27	318	[illegible]	2	3	299			7
931	4	9	1243	7	9	16	B	1	4	A	10	9348	28	28	319	Ian	23	1	300			1
932	5645	6440	1244	2	970	17	AG	2	5	A	1	9349	29	29	320	Ian	12	5	301	Apr	2	2
933	6	1	1245	3	1	18	F	3	6	A	14	9350	30	30	321	Dec	31	1	302			3
934	7	2	1246	4	2	19	E	4	7	A	6	9351	31	31	322	Dec	21	7	303			4
935	8	3	1247	5	3	20	D	5	8	M	29	9352	32	32	323	Dec	10	4	304			5
															324	Nov	29	1				
936	9	4	1248	7	4	21	CB	6	9	A	17	9353	33	33	325	Nov	18	6	305	Apr	1	6
937	5650	6445	1249	1	975	22	A	7	10	A	2	9354	34	34	326	Oct	7	3	306			7
938	1	6	1250	2	6	23	G	[illegible]	11	A	22	9355	35	35	327	Oct	28	1	307			1
939	2	7	1251	3	7	24	F	9	12	A	14	9356	36	36	328	Oct	17	5	308			2
940	3	8	1252	5	8	25	ED	10	13	M	29	9357	37	37	329	Oct	5	2	309	Mar	31	3
941	4	9	1253	6	9	26	C	11	14	A	18	9358	38	38	330	Sept	25	7	310			4
942	5655	6450	1254	7	980	27	B	12	15	A	10	9359	39	39	331	Sept	14	4	311			5
943	6	1	1255	1	1	28	A	13	1	M	20	9360	40	40	332	Sept	3	1	312			6
944	7	2	1256	3	2	1	GF	14	2	A	14	9361	41	41	333	Aug	23	6	313	Mar	30	7
945	8	3	1257	4	3	2	E	15	3	A	6	9362	42	42	334	Aug	1[illegible]	2	314			1
946	9	4	1258	5	4	3	D	16	4	M	22	9363	43	43	335	Aug	1	7	315			2
947	5660	6455	1259	6	985	4	C	17	5	A	11	9364	44	44	336	Iul	22	5	316			3
948	1	6	1260	1	6	5	BA	18	6	A	2	9365	45	45	337	Iul	10	2	317	Mar	29	4
949	2	7	1261	2	7	6	G	19	7	A	22	9366	46	46	338	Iun	30	7	318			5
950	3	8	1262	3	8	7	F	1	8	A	7	9367	47	47	339	Iun	19	4	319			6
951	4	9	1263	4	9	8	E	2	9	M	30	9368	48	48	340	Iun	8	1	320			7
952	5665	6460	1264	6	990	9	DC	3	10	A	18	9369	49	49	341	Maii	22	6	321	Mar	28	1
953	6	1	1265	7	1	10	B	4	11	A	3	9370	50	50	342	Maii	17	3	322			2
954	7	2	1266	1	2	11	A	5	12	M	26	9371	51	51	343	Maii	6	7	323			3
955	8	3	1267	2	3	12	G	6	13	A	15	9372	52	52	344	Apr	26	5	324			4
956	9	4	1268	4	4	13	FE	7	14	A	6	9373	53	53	345	Apr	14	2	325	Mar	27	5
957	5670	6465	1269	5	995	14	D	8	15	A	19	9374	54	54	346	Apr	4	2	326			6
958	1	6	1270	6	6	15	C	9	1	A	11	9375	55	55	347	Mar	24	4	327			7
959	2	7	1271	7	7	16	B	10	2	A	3	9376	56	56	348	Mar	13	1	328			1
960	3	8	1272	2	8	17	AG	11	3	A	22	9377	57	57	349	Mar	2	6	329	Mar	26	[illegible]
961	4	9	1273	3	9	18	F	12	4	A	7	9378	58	58	350	Feb	19	3	330			3
962	5675	6470	1274	4	1100	19	E	13	5	M	30	9379	59	59	351	Febr	8	7	331			4
963	6	1	1275	5	1	20	D	14	6	A	19	9380	60	60	352	Ian	29	5	332			5
964	7	2	1276	7	2	21	CB	15	7	A	3	9381	61	61	353	Ian	18	2	333	Mar	25	6
965	8	3	1277	1	3	22	A	16	8	M	26	9382	62	62	354	Ian	6	6	334			7
															355	Dec	27	4				

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Æra Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschalis dies. A. Aprilem, M. Martium denotant.	Anni Epochæ Chataicæ solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simpicius sexagen.	Anni Cycli Chataiorum comprehendentis Cyclus sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mahammedis, juxta medium Lunæ motum.	Anni Epochæ Persicæ 365. dierum, ab Iezdejerd.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann. F		Ann.	An.	An		Ann.	Ann.	Ann.	Ann. Mens. D. F.	Ann. Mens. D. F.
966	9	4	1278 2	4	23 G	17	9	A 15	9383	3 clus Iunec Yen	63	356 Dec 16 1	335 1
967	5680	6475	1279 3	1005	24 F	18	10	M 31	9384	4	64	357 Dec 6 6	336 2
968	1	6	1280 5	6	25 ED	19	11	A 19	9385	5	65	358 Nov 24 3	337 Mar 24 3
969	2	7	1281 6	7	26 C	1	12	A 11	9386	6	66	359 Nov 13 7	338 4
970	3	8	1282 7	8	27 B	2	13	M 27	9387	7	67	360 Nov 3 5	339 5
971	4	9	1283 1	9	28 A	3	14	A 16	9388	8	68	361 Oct 23 2	340 6
972	5685	6480	1284 3	1010	1 GF	4	15	A 7	9389	9	69	362 Oct 11 6	341 Mar 23 7
973	6	1	1285 4	1	2 E	5	1	M 23	9390	10	70	363 Oct 1 4	342 1
974	7	2	1286 5	2	3 D	6	2	A 12	9391	11	71	364 Sept 20 1	343 2
975	8	3	1287 6	3	4 C	7	3	A 4	9392	12	72	365 Sept 9 5	344 3
976	9	4	1288 1	4	5 BA	8	4	M 23	9393	13	73	366 Aug 29 3	345 4
977	5690	6485	1289 2	1015	6 G	9	5	A 8	9394	14	74	367 Aug 18 7	346 Mar 22 5
978	1	6	1290 3	6	7 F	10	6	M 31	9395	15	75	368 Aug 8 5	347 6
979	2	7	1291 4	7	8 E	11	7	A 20	9396	16	76	369 Iul 28 2	348 7
980	3	8	1292 6	8	9 DC	12	8	A 11	9397	17	77	370 Iul 16 6	349 Mar 21 1
981	4	9	1293 7	9	10 B	13	9	M 27	9398	18	78	371 Iul 6 4	350 2
982	5695	6490	1294 1	1020	11 A	14	10	A 16	9399	19	79	372 Iun 25 1	351 3
983	6	1	1295 2	1	12 G	15	11	A 8	9400	20	80	373 Iun 14 5	352 4
984	7	2	1296 4	2	13 FE	16	12	M 23	9401	21	81	374 Iun 3 3	353 Mar 20 5
985	8	3	1297 5	3	14 D	17	13	A 12	9402	22	82	375 Maii 23 7	354 6
986	9	4	1298 6	4	15 C	18	14	A 4	9403	23	83	376 Maii 13 5	355 7
987	5700	6495	1299 7	1025	16 B	19	15	A 24	9404	24	84	377 Maii 2 2	356 1
988	1	6	1300 2	6	17 AG	1	1	A 8	9405	25	85	378 Apr 20 6	357 Mar 19 2
989	2	7	1301 3	7	18 F	2	2	M 31	9406	26	86	379 Apr 10 4	358 3
990	3	8	1302 4	8	19 E	3	3	A 20	9407	27	87	380 Mar 30 1	359 4
991	4	9	1303 5	9	20 D	4	4	A 5	9408	28	88	381 Mar 19 5	360 5
992	5705	6500	1304 7	1030	21 CB	5	5	M 27	9409	29	89	382 Mar 8 3	361 Mar 18 6
993	6	1	1305 1	1	22 A	6	6	A 16	9410	30	90	383 Feb 25 7	362 7
994	7	2	1306 2	2	23 G	7	7	A 1	9411	31	91	384 Feb 14 4	363 1
995	8	3	1307 3	3	24 F	8	8	A 21	9412	32	92	385 Feb 4 2	364 2
996	9	4	1308 5	4	25 ED	9	9	A 12	9413	33	93	386 Ian 24 6	365 Mar 17 3
997	5710	6505	1309 6	1035	26 C	10	10	M 28	9414	34	94	387 Ian 13 4	366 4
998	1	6	1310 7	6	27 B	11	11	A 17	9415	35	95	388 Ian 1 1	367 5
999	2	7	1311 1	7	28 A	12	12	A 9	9416	36	96	389 Dec 22 5	368 6
1000	3	8	1312 3	8	1 GF	13	13	M 31	9417	37	97	390 Dec 12 3	369 Mar 16 7
												391 Nov 30 7	
1001	4	9	1313 4	9	2 E	14	14	A 3	9418	38	98	392 Nov 19 4	370 1
1002	5715	6510	1314 5	40	3 D	15	15	A 5	9419	39	99	393 Nov 9 2	371 2
1003	6	1	1315 6	1	4 C	16	1	M 28	9420	40	100	394 Oct 29 6	372 3
1004	7	2	1316 1	2	5 BA	17	2	A 16	9421	41	101	395 Oct 17 3	373 Mar 15 4
1005	8	3	1317 2	3	6 G	18	3	A 1	9422	42	102	396 Oct 7 1	374 5
1006	9	4	1318 3	4	7 F	19	4	A 21	9423	43	103	397 Sept 26 5	375 6
1007	5720	6515	1319 4	1045	8 E	1	5	A 6	9424	44	104	398 Sept 16 3	376 7
1008	1	6	1320 6	6	9 DC	2	6	M 28	9425	45	105	399 Sept 4 7	377 Mar 14 1
1009	2	7	1321 7	7	10 B	3	7	A 17	9426	46	106	400 Aug 24 4	378 2
1010	3	8	1322 1	8	11 A	4	8	A 9	9427	47	107	401 Aug 14 2	379 3
1011	4	9	1323 2	9	12 G	5	9	M 25	9428	48	108	402 Aug 3 6	380 4
1012	5725	6520	1324 4	1050	13 FE	6	10	A 13	9429	49	109	403 Iul 22 3	381 Mar 13 5
1013	6	1	1325 5	1	14 D	7	11	A 5	9430	50	110	404 Iul 12 1	382 6
1014	7	2	1326 6	2	15 C	8	12	A 25	9431	51	111	405 Iul 1 5	383 7
1015	8	3	1327 7	3	16 B	9	13	A 10	9432	52	112	406 Iun 21 3	384 1
1016	9	4	1328 2	4	17 AG	10	14	A 1	9433	53	113	407 Iun 9 7	385 Mar 12 2
1017	5730	6525	1329 3	1055	18 F	11	15	A 21	9434	54	114	408 Maii 29 4	386 3
1018	1	6	1330 4	6	19 E	12	1	A 6	9435	55	115	409 Maii 19 2	387 4
1019	2	7	1331 5	7	20 D	13	2	M 29	9436	56	116	410 Maii 8 6	388 5
1020	3	8	1332 7	8	21 CB	14	3	A 17	9437	57	117	411 Apr 26 3	389 Mar 11 6
1021	4	9	1333 1	9	22 A	15	4	A 2	9438	58	118	412 Apr 16 1	390 7
1022	5735	6530	1334 2	1060	23 G	16	5	A 25	9439	59	119	413 Apr 5 5	391 1
1023	6	1	1335 3	1	24 F	17	6	A 14	9440	60	120	414 Mar 25 2	392 2
1024	7	2	1336 5	2	25 ED	18	7	A 5	9441	1	121	415 Mar 14 7	393 Mar 10 3
1025	8	3	1337 6	3	26 C	19	8	A 8	9442	2	122	416 Mar 3 4	394 4
1026	9	4	1338 7	4	27 B	1	9	A 10	9443	3 Cycli Chiven	123	417 Febr 21 2	395 5
1027	5740	6535	1339 1	1065	28 A	2	10	M 26	9444	4	124	418 Febr 10 6	396 6
1028	1	6	1340 3	6	1 GF	3	11	A 14	9445	5	125	419 Ian 30 3	397 Mar 9 7
1029	2	7	1341 4	7	2 E	4	12	A 6	9446	6	126	420 Ian 19 1	398 1
1030	3	8	1342 5	8	3 D	5	13	M 29	9447	7	127	421 Ian 8 5	399 2
												422 Dec 28 2	
1031	4	9	1343 6	9	4 C	6	14	A 11	9448	8	128	423 Dec 18 7	400 3
1032	5745	6540	1344 1	1070	5 BA	7	15	A 2	9449	9	129	424 Dec 6 4	401 Mar 8 4
1033	6	1	1345 2	1	6 G	8	1	A 22	9450	10	130	425 Nov 25 1	402 5
1034	7	2	1346 3	2	7 F	9	2	A 14	9451	11	131	426 Nov 15 6	403 6
1035	8	3	1347 4	3	8 E	10	3	M 30	9452	12	132	427 Nov 4 3	404 7
1036	9	4	1348 6	4	9 DC	11	4	A 18	9453	13	133	428 Oct 24 1	405 Mar 7 1
1037	5750	6545	1349 7	1075	10 B	12	5	A 10	9454	14	134	429 Oct 13 5	406 2
1038	1	6	1350 1	6	11 A	13	6	M 26	9455	15	135	430 Oct 2 2	407 3
1039	2	7	1351 2	7	12 G	14	7	A 15	9456	16	136	431 Sept 22 7	408 4
1040	3	8	1352 4	8	13 FE	15	8	A 6	9457	17	137	432 Sept 10 4	409 Mar 6 5
1041	4	9	1353 5	9	14 D	16	9	M 22	9458	18	138	433 Aug 30 1	410 6
1042	5755	6550	1354 6	1080	15 C	17	10	A 11	9459	19	139	434 Aug 20 6	411 7
1043	6	1	1355 7	1	16 B	18	11	A 3	9460	20	140	435 Aug 9 3	412 1
1044	7	2	1356 2	2	17 AG	19	12	A 22	9461	21	141	436 Iul 29 1	413 Mar 5 2
1045	8	3	1357 3	3	18 F	1	13	A 7	9462	22	142	437 Iul 18 5	414 3
1046	9	4	1358 4	4	19 E	2	14	M 30	9463	23	143	438 Iul 7 2	415 4
1047	5760	6555	1359 5	1085	20 D	3	15	A 19	9464	24	144	439 Iun 20 7	416 5
1048	1	6	1360 7	6	21 CB	4	1	A 3	9465	25	145	440 Iun 15 4	417 Mar 4 6
1049	2	7	1361 1	7	22 A	5	2	M 26	9466	26	146	441 Iun 4 1	418 7
1050	3	8	1362 2	8	23 G	6	3	A 15	9467	27	147	442 Maii 25 6	419 1
1051	4	9	1363 3	9	24 F	7	4	M 31	9468	28	148	443 Maii 14 3	420 2
1052	5765	6560	1364 5	1090	25 ED	8	5	A 19	9469	29	149	444 Maii 2 7	421 Mar 3 3
1053	6	1	1365 6	1	26 C	9	6	A 11	9470	30	150	445 Apr 22 5	422 4
1054	7	2	1366 7	2	27 B	10	7	A 3	9471	31	151	446 Apr 11 2	423 5
1055	8	3	1367 1	3	28 A	11	8	A 16	9472	32	152	447 Apr 1 7	424 6

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Æra Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschæ dies. A Aprilem, M Martium denotat.	Anni Epochæ Chataicæ solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexageni	Anni Cycli Chataicorum comp. è tribus Cyclis sexag.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.	Anni Epochæ Persicæ 365 dierum, ab ἐνθρονισμῷ Iezdegerd.	Anni Epochæ Gelalææ solar. ab æquin. verno, sive à meridie prox. sequ. ingressum Solis in Arietem in horizonte Chowarezmiorum.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann. F		Ann.	An.	An.		Ann.	Ann.	Ann.	Ann. Mens. D. F.	An. Mens. D. F.	
1056	9	4	1368 3	4	1 GF	12	9	A 17	9473	33	153	448 Mar 20 4	425 Mar 2 7	
1057	5770	6565	1369 4	1095	2 E	13	10	M 30	9474	34	154	449 Mar 9 1	426 1	
1058	1	6	1370 5	6	3 D	14	11	A 19	9475	35	155	450 Febr 27 6	427 2	
1059	2	7	1371 6	7	4 C	15	12	A 4	9476	36	156	451 Febr 16 3	428 3	
1060	3	8	1372 1	8	5 BA	16	13	M 26	9477	37	157	452 Feb 5 7	429 Mar 1 4	
1061	4	9	1373 2	9	6 G	17	14	A 15	9478	38	158	453 Ian 25 5	430 5	
1062	5775	6570	1374 3	1100	7 F	18	15	M 31	9479	39	159	454 Ian 14 2	431 6	
1063	6	1	1375 4	1	8 E	19	1	A 20	9480	40	160	455 Ian 3 6	432 7	
1064	7	2	1376 6	2	9 DC	1	2	A 11	9481	41	161	456 Dec 24 4	433 Feb 29 1	
1065	8	3	1377 7	3	10 B	2	3	M 27	9482	42	162	457 Dec 12 1	434 Feb 28 2	
												458 Dec 2 6		
1066	9	4	1378 1	4	11 A	3	4	A 16	9483	43	163	459 Nov 21 5	435 3	
1067	5780	6575	1379 2	1105	12 G	4	5	A 8	9484	44	164	460 Nov 10 7	436 4	
1068	1	6	1380 4	6	13 FE	5	6	M 23	9485	45	165	461 Oct 30 5	437 5	
1069	2	7	1381 5	7	14 D	6	7	A 12	9486	46	166	462 Oct 19 2	438 Feb 27 6	
1070	3	8	1382 6	8	15 C	7	8	A 4	9487	47	167	463 Oct 8 6	439 7	
1071	4	9	1383 7	9	16 B	8	9	A 24	9488	48	168	464 Sept 28 4	440 1	
1072	5785	6580	1384 2	1110	17 AG	9	10	A [illegible]	9489	49	169	465 Sept 16 1	441 2	
1073	6	1	1385 3	1	18 F	10	11	M 31	9490	50	170	466 Sept 6 6	442 Feb 26 3	
1074	7	2	1386 4	2	19 E	11	12	A 20	9491	51	171	467 Aug 26 3	443 4	
1075	8	3	1387 5	3	20 D	12	13	A 5	9492	52	172	468 Aug 15 7	444 5	
1076	9	4	1388 7	4	21 CB	13	14	M 27	9493	53	173	469 Aug 4 5	445 6	
1077	5790	6585	1389 1	1115	22 A	14	15	A 16	9494	54	174	470 Iul 24 2	446 Feb 25 7	
1078	1	6	1390 2	6	23 G	15	1	A 8	9495	55	17	471 Iul 13 6	447 1	Ann.
1079	2	7	1391 3	7	24 F	16	2	M 24	9496	56	176	472 Iul 3 4	448 2	1
1080	3	8	1392 5	8	25 ED	17	3	A 12	9497	57	177	473 Iun 21 1	449 3	2
1081	4	9	1393 6	9	26 C	18	4	A 4	9498	58	178	474 Iun 10 5	450 Feb 24 4	3
1082	5795	6590	1394 7	1120	27 B	19	5	A 24	9499	59	179	475 Maii 31 3	451 5	4
1083	6	1	1395 1	1	28 A	1	6	A 9	9500	60	180	476 Maii 20 7	452 6	5
1084	7	2	1396 3	2	1 GF	2	7	M 31	9501	I. Cyclus Shanee Ven. 1	1	477 Maii 9 5	453 7	6
1085	8	3	1397 4	3	2 E	3	8	A 20	9502	2	2	478 Apr 28 2	454 Feb 23 1	7
1086	9	4	1398 5	4	3 D	4	9	A 5	9503	3	3	479 Apr 17 6	455 2	8
1087	5800	6595	1399 6	1125	4 C	5	10	M 28	9504	4	4	480 Apr 7 4	456 3	9
1088	1	6	1400 1	6	5 BA	6	11	A 16	9505	5	5	481 Mar 26 1	457 4	10
1089	2	7	1401 2	7	6 G	7	12	A 1	9506	6	6	482 Mar 15 5	458 Feb 22 5	11
1090	3	8	1402 3	8	7 F	8	13	A 21	9507	7	7	483 Mar 5 3	459 6	12
1091	4	9	1403 4	9	8 E	9	14	A 13	9508	8	8	484 Feb 22 7	460 7	13
1092	5805	6600	1404 6	1130	9 DC	10	15	M 28	9509	9	9	485 Febr 11 4	461 1	14
1093	6	1	1405 7	1	10 B	11	1	A 17	9510	10	10	486 Ian 31 2	462 Feb 21 2	15
1094	7	2	1406 1	2	11 A	12	2	A 9	9511	11	11	487 Ian 20 6	463 3	16
1095	8	3	1407 2	3	12 G	13	3	M 25	9512	12	12	488 Ian 10 4	464 4	17
												489 Dec 30 1		
1096	9	4	1408 4	4	13 FE	14	4	A 13	9513	13	13	490 Dec 18 5	465 5	18
1097	5810	6605	1409 5	1135	14 D	15	5	A 5	9514	14	14	491 Dec 18 3	466 Feb 20 6	19
1098	1	6	1410 6	6	15 C	16	6	M 28	9515	15	15	492 Nov 72 7	467 7	20
1099	2	7	1411 7	7	16 B	17	7	A 10	9516	16	16	493 Nov 16 4	468 1	21
1100	3	8	1412 2	8	17 AG	18	8	A 1	9517	17	17	494 Nov 5 2	469 2	22
1101	4	9	1413 3	9	18 F	19	9	A 21	9518	18	18	495 Oct 25 6	470 Feb 19 3	23
1102	5815	6610	1414 4	1140	19 E	1	10	A 6	9519	19	19	496 Oct 15 4	471 4	24
1103	6	1	1415 5	1	20 D	2	11	M 29	9520	20	20	497 Oct 2 1	472 5	25
1104	7	2	1416 7	2	21 CB	3	12	A 17	9521	21	21	498 Sept 22 [illegible]	[illegible] 6	26
1105	8	3	1417 1	3	22 A	4	13	A 9	9522	22	22	499 Sept 12 3	474 Feb 18 7	27
1106	9	4	1418 2	4	23 G	5	14	M 25	9523	23	23	500 Sept 1 7	475 1	28
1107	5820	6615	1419 3	1145	24 F	6	15	A 14	9524	24	24	501 Aug 21 4	476 2	29
1108	1	6	1420 5	6	25 ED	7	1	A 5	9525	25	25	502 Aug 10 2	477 3	30
1109	2	7	1421 6	7	26 C	8	2	A 21	9526	26	26	503 Iul 30 6	478 Feb 17 4	31
1110	3	8	1422 7	8	27 B	9	3	A 10	9527	27	27	504 Iul 19 3	479 5	32
1111	4	9	1423 1	9	28 A	10	4	A 2	9528	28	28	505 Iul 9 1	480 6	33
1112	5825	6620	1424 3	1150	1 GF	11	5	A 21	9529	29	29	506 Iun 27 5	481 7	34
1113	6	1	1425 4	1	2 E	12	6	A 6	9530	30	30	507 Iun 17 3	482 Feb 16 1	35
1114	7	2	1426 5	2	3 D	13	7	M 29	9531	31	31	508 Iun 6 7	483 2	36
1115	8	3	1427 6	3	4 C	14	8	A 18	9532	32	32	509 Maii 26 4	484 3	37
1116	9	4	1428 1	4	5 BA	15	9	A 2	9533	33	33	510 Maii 15 2	485 4	38
1117	5830	6625	1429 2	1155	6 G	16	10	M 25	9534	34	34	511 Maii 4 6	486 Feb 15 5	39
1118	1	6	1430 3	6	7 F	17	11	A 14	9535	35	35	512 Apr 23 3	487 6	40
1119	2	7	1431 4	7	8 E	18	12	M 30	9536	36	36	513 Apr 13 1	488 7	41
1120	3	8	1432 6	8	9 DC	19	13	A 18	9537	37	37	514 Apr 1 5	489 1	42
1121	4	9	1433 7	9	10 B	1	14	A 10	9538	38	38	515 Mar 21 2	490 Feb 14 2	43
1122	5835	6630	1434 1	1160	11 A	2	15	M 26	9539	39	39	516 Mar 11 7	491 3	44
1123	6	1	1435 2	1	12 G	3	1	A 15	9540	40	40	517 Feb 28 4	492 4	45
1124	7	2	1436 4	2	13 FE	4	2	A 6	9541	41	41	518 Feb 18 2	493 5	46
1125	8	3	1437 5	3	14 D	5	3	M 29	9542	42	42	519 Feb 6 6	494 Feb 13 6	47
1126	9	4	1438 1	4	15 C	6	4	A 11	9543	43	43	520 Ian 26 3	495 7	48
1127	5840	6635	1439 7	1165	16 B	7	5	A 3	9544	44	44	521 Ian 16 1	496 1	49
1128	1	6	1440 2	6	17 AG	8	6	A 22	9545	45	45	522 Ian 5 1	497 2	50
1129	2	7	1441 3	7	18 F	9	7	A 14	9546	46	46	523 Dec 24 2	498 Feb 12 3	51
1130	3	8	1442 4	8	19 E	10	8	M 30	9547	47	47	524 Dec 14 7	499 4	52
												525 Dec 3 4		
1131	4	9	1443 5	9	20 D	11	9	A 19	9548	48	48	526 Nov 23 2	500 5	53
1132	5845	6640	1444 7	1170	21 CB	12	10	A 10	9549	49	49	527 Nov 11 6	501 6	54
1133	6	1	1445 1	1	22 A	13	11	M 26	9550	50	50	328 Oct 31 3	502 Feb 11 7	55
1134	7	2	1446 2	2	23 G	14	12	A 15	9551	51	51	529 Oct 21 1	503 1	56
1135	8	3	1447 3	3	24 F	15	13	A 7	9552	52	52	530 Oct 10 5	504 2	57
1136	9	4	1448 5	4	25 ED	16	14	M 22	9553	53	53	531 Sept 28 2	505 3	68
1137	5850	6645	1449 6	1175	26 C	17	15	A 11	9554	54	54	532 Sept 18 7	506 Feb 10 4	59
1138	1	6	1450 7	6	27 B	18	1	A 3	9555	55	55	533 Sept 7 7	507 5	60
1139	2	7	1451 1	7	28 A	19	2	A 23	9556	56	56	534 Aug 27 1	508 6	61
1140	3	8	1452 3	8	1 GF	1	3	A 7	9557	57	57	535 Aug 16 6	509 7	62
1141	4	9	1453 4	9	2 E	2	4	M 30	9558	58	58	536 Aug 5 3	510 Feb 9 1	63
1142	5855	6650	1454 5	1180	3 D	3	5	A 19	9559	59	59	537 Iul 26 1	511 2	64
1143	6	1	1455 6	1	4 C	4	6	A 4	9560	60	60	538 Iul 15 5	512 3	65
1144	7	2	1456 [illegible]	2	5 BA	5	7	M 24	9561	2. Cyc. 1	61	539 Iul 3 [illegible]	513 4	66
1145	8	3	1457 2	3	6 G	6	8	A 15	9562	2	62	540 Iun 23 7	514 Feb 8 5	67

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à I. die Octobris.		Æra Hispanica.	Cyclus Solis.		Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Pascha dies. A Aprilem, M. Martium denotat.		Anni Epochæ Chataiæ solares, a medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum comprè tribus Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mahammedis, juxta medium Lunæ motum.				Anni Epochæ Persicæ 365. dierum, ab ε. Ἰεζδιγέρδ Iezdegerd.				Anni Epochæ Gelaleæ solares ab æquinoctio verno.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	F		Ann.		An.	An.			Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	Mens.	D.	F.	Ann.	Mens.	D.	F.	Ann.
1146	9	4	1458	3	4	7	F	7	9	M	31	9563	3	63	541	Iun	12	4	515			6	68
1147	5860	6655	1459	4	1185	8	E	8	10	A	20	9564	4	64	542	Iun	1	1	516			7	69
1148	1	6	1460	6	6	9	DC	9	11	A	11	9565	5	65	543	Maii	21	6	517			1	70
1149	2	7	1461	7	7	10	B	10	12	A	3	9566	6	66	544	Maii	10	3	518	Feb	7	2	71
1150	3	8	1462	1	8	11	A	11	13	A	16	9567	7	67	545	Apr	29	7	519			3	72
1151	4	9	1463	2	9	12	G	12	14	A	8	9568	8	68	546	Apr	19	5	520			4	73
1152	5865	6660	1464	4	1190	13	FE	13	15	M	30	9569	9	69	547	Apr	7	2	521			5	74
1153	6	1	1465	5	1	14	D	14	1	A	19	9570	10	70	548	Mar	28	7	522	Feb	6	6	75
1154	7	2	1466	6	2	15	C	15	2	A	4	9571	11	71	549	Mar	17	4	523			7	76
1155	8	3	1467	7	3	16	B	16	3	M	27	9572	12	72	550	Mar	6	1	524			1	77
1156	9	4	1468	2	4	17	AG	17	4	A	15	9573	13	73	551	Febr	24	6	526			2	78
1157	5870	6665	1469	3	1195	18	F	18	5	A	31	9574	14	74	552	Febr	12	3	526	Feb	5	3	79
1158	1	6	1470	4	6	19	E	19	6	A	20	9575	15	75	553	Febr	1	7	527			4	80
1159	2	7	1471	5	7	20	D	1	7	A	12	9576	16	76	554	Ian	22	5	528			5	81
1160	3	8	1472	7	8	21	CB	2	8	M	27	9577	17	77	555	Ian	11	2	529			6	82
															556	Dec	31	7					
1161	4	9	1473	1	9	22	A	3	9	A	16	9578	18	78	557	Dec	20	4	530	Feb	4	7	83
1162	5875	6670	1474	2	1200	23	G	4	10	A	8	9579	19	79	558	Dec	9	1	531			1	84
1163	6	1	1475	3	1	24	F	5	11	M	24	9580	20	80	559	Nov	29	6	532			2	85
1164	7	2	1476	5	2	25	ED	6	12	A	12	9581	21	81	560	Nov	17	3	533			3	86
1165	8	3	1477	6	3	26	C	7	13	A	4	9582	22	82	561	Nov	6	7	534	Feb	3	4	87
1166	9	4	1478	7	4	27	B	8	14	A	24	9583	23	83	562	Oct	27	5	535			5	88
1167	5880	6675	1479	1	1205	28	A	9	15	A	9	9584	24	84	563	Oct	16	2	536			6	89
1168	1	6	1480	3	6	1	GF	10	1	M	31	9585	25	85	564	Oct	4	6	537			7	90
1169	2	7	1481	4	7	2	E	11	2	A	20	9586	26	86	565	Sept	24	4	538	Feb	2	1	91
1170	3	8	1482	5	8	3	D	12	3	A	5	9587	27	87	566	Sept	13	1	539			2	92
1171	4	9	1483	6	9	4	C	13	4	M	28	9588	28	88	567	Sept	3	6	540			3	93
1172	5885	6680	1484	1	1210	5	BA	14	5	A	16	9589	29	89	568	Aug	22	3	541			4	94
1173	6	1	1485	2	1	6	G	15	6	A	8	9590	30	90	569	Aug	11	7	542	Feb	1	5	95
1174	7	2	1486	3	2	7	F	16	7	M	24	9591	31	91	570	Aug	1	5	543			6	96
1175	8	3	1487	4	3	8	E	17	8	A	13	9592	32	92	571	Iul	21	2	544			7	97
1176	9	4	1488	6	4	9	DC	18	9	A	4	9593	33	93	572	Iul	9	6	545			1	98
1177	5890	6685	1489	7	1215	10	B	19	10	A	24	9594	34	94	573	Iun	29	4	546	Ian	31	2	99
1178	1	6	1490	1	6	11	A	1	11	A	9	9595	35	95	574	Iun	18	1	547			3	100
1179	2	7	1491	2	7	12	G	2	12	A	1	9596	36	96	575	Iun	7	5	548			4	101
1180	3	8	1492	4	8	13	FE	3	13	A	20	9597	37	97	576	Maii	27	3	549			5	102
1181	4	9	1493	5	9	14	D	4	14	A	5	9598	38	98	577	Maii	16	7	550	Ian	30	6	103
1182	5895	6690	1494	6	1220	15	C	5	15	M	28	9599	39	99	578	Maii	6	5	551			7	104
1183	6	1	1495	7	1	16	B	6	1	A	17	9600	40	100	579	Apr	25	2	552			1	105
1184	7	2	1496	2	2	17	AG	7	2	A	1	9601	41	101	580	Apr	13	6	553			2	106
1185	8	3	1497	3	3	18	F	8	3	A	21	9602	42	102	581	Apr	3	4	554	Ian	29	3	107
1186	9	4	1498	4	4	19	E	9	4	A	13	9603	43	103	582	Mar	23	1	555			4	108
1187	5900	6695	1499	5	1225	20	D	10	5	M	29	9604	44	104	583	Mar	12	5	556			5	109
1188	1	6	1500	7	6	21	CB	11	6	A	17	9605	45	105	584	Mar	1	3	557			6	110
1189	2	7	1501	1	7	22	A	12	7	A	9	9606	46	106	585	Feb	18	7	558	Ian	28	7	111
1190	3	8	1502	2	8	23	G	13	8	M	25	9607	47	107	586	Feb	8	5	559			1	122
1191	4	9	1503	3	9	24	F	14	9	A	14	9608	48	108	587	Ian	28	2	560			2	113
1192	5905	6700	1504	5	1230	25	ED	15	10	A	5	9609	49	109	588	Ian	17	6	561			3	114
1193	6	1	1505	6	1	26	C	16	11	M	28	9610	50	110	589	Ian	6	4	562	Ian	27	4	115
1194	7	2	1506	6	2	27	B	17	12	A	10	9611	51	111	590	Dec	26	1	563			5	116
1195	8	3	1507	1	3	28	A	18	13	A	12	9612	52	112	591	Dec	15	5	564			6	117
															592	Dec	5	3					
1196	9	4	1508	3	4	1	GF	19	14	A	21	9613	53	113	593	Nov	23	7	565			7	118
1197	5910	6705	1509	4	1235	2	E	1	15	A	6	9614	54	114	594	Nov	12	4	566	Ian	26	1	119
1198	1	6	1510	5	6	3	D	2	1	M	29	9615	55	115	595	Nov	2	2	567			2	120
1199	2	7	1511	6	7	4	C	3	2	A	18	9616	56	116	596	Oct	22	6	568			3	121
1200	3	8	1512	1	8	5	BA	4	3	A	9	9617	57	117	597	Oct	11	4	569			4	122
1201	4	9	1513	2	9	6	G	5	4	M	25	9618	58	118	598	Sept	30	1	570	Ian	25	5	123
1202	5915	6710	1514	3	1240	7	F	6	5	A	14	9619	59	119	599	Feb	19	5	571			6	124
1203	6	1	1515	4	1	8	E	7	6	A	6	9620	60	120	600	Sept	9	3	572			7	125
1204	7	2	1516	6	2	9	DC	8	7	A	25	9621	1	121	601	Aug	28	7	573			1	126
1205	8	3	1517	7	3	10	B	9	8	A	10	9622	2	122	602	Aug	17	4	574	Ian	24	2	7
1206	9	4	1518	1	4	11	A	10	9	A	2	9623	3	123	603	Aug	7	2	575			3	128
1207	5920	6715	1519	2	1245	12	G	11	10	A	22	9624	4	124	604	Iul	27	6	576			4	129
1208	1	6	1520	4	6	13	FE	12	11	A	6	9625	5	125	605	Iul	15	3	577			5	130
1209	2	7	1521	5	7	14	D	13	12	M	29	9626	6	126	606	Iul	5	1	578	Ian	23	6	131
1210	3	8	1522	6	8	1	C	14	13	A	15	9627	7	127	607	Iun	24	5	579			7	132
1211	4	9	1523	7	9	16	B	15	14	A	3	9628	8	128	608	Iun	14	3	580			1	133
1212	5925	6720	1524	2	1250	17	AG	16	15	M	25	9629	9	129	609	Iun	2	7	581			2	134
1213	6	1	1525	3	1	18	F	17	1	A	14	9630	10	130	610	Maii	22	4	582	Ian	22	3	135
1214	7	2	1526	4	2	19	E	18	2	M	30	9631	11	131	611	Maii	12	2	583			4	136
1215	8	3	1527	5	3	20	D	19	3	A	19	9632	12	132	612	Maii	1	6	584			5	137
1216	9	4	1528	7	4	21	CB	1	4	A	10	9633	13	133	613	Apr	19	3	585			6	138
1217	5930	6725	1529	1	1255	22	A	2	5	M	26	9634	14	134	614	Apr	9	1	586	Ian	21	7	139
1218	1	6	1530	2	6	23	G	3	6	A	15	9635	15	135	615	Mar	29	5	587			1	140
1219	2	7	1531	2	7	24	F	4	7	A	7	9636	16	136	616	Mar	19	3	588			2	141
1220	3	8	1532	5	8	25	ED	5	8	M	26	9637	17	137	617	Mar	7	7	589			3	142
1221	4	9	1533	6	9	26	C	6	9	A	11	9638	18	138	618	Feb	24	4	590	Ian	20	4	143
1222	5935	6730	1534	7	1260	27	B	7	10	A	3	9639	19	139	619	Feb	14	2	591			5	144
1223	6	1	1535	1	1	28	A	8	11	A	23	9640	20	140	620	Feb	3	6	592			6	145
1224	7	2	1536	3	2	1	GF	9	12	A	14	9641	21	141	621	Ian	23	3	593			7	146
1225	8	3	1537	4	3	2	E	10	13	M	30	9642	22	142	622	Ian	12	1	594	Ian	19	1	147
1226	9	4	1538	5	4	3	D	11	14	A	19	9643	23	143	623	Ian	1	5	595			2	148
1227	5940	6735	1539	6	1265	4	C	12	15	A	11	9644	24	144	624	Dec	21	2	596			3	149
1228	1	6	1540	1	6	5	BA	13	1	M	26	9645	25	145	625	Dec	11	7	597			4	150
1229	2	7	1541	2	7	6	G	14	2	A	15	9646	26	146	626	Nov	29	4	598	Ian	18	5	151
1230	3	8	1542	3	8	7	F	15	3	A	7	9647	27	147	627	Nov	19	2	599			6	152
															628	Nov	8	6					
1231	4	9	1543	4	9	8	E	16	4	M	23	9645	28	148	629	Oct	28	3	600			7	153
1232	5945	6740	1544	6	1270	9	DC	17	5	A	11	9649	29	149	630	Oct	17	1	601			1	154
1233	6	1	1545	7	1	10	B	18	6	A	3	9650	30	150	631	Oct	6	5	602	Ian	17	2	155
1234	7	2	1546	1	2	11	A	19	7	A	23	9651	31	151	632	Sept	25	2	603			3	156
1235	8	3	1547	2	3	12	G	1	8	A	8	9652	32	152	633	Sept	15	7	604			4	15

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Æra Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschalis dies. A. Aprilem, M. Martium denotat.	Anni Epochæ Chataiæ solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum compositi tribus Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.	Anni Epochæ Persicæ 365. dierum, ab Iezdejerd.	Anni Epochæ Gelalææ solares ab æquinoctio verno.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann. F		Ann.	An.	An.		Ann.	Ann.	Ann.	Ann. Mens. D. F.	Ann. Mens. D. F.	Ann.
1236	9	4	1548 4	4	13 FE	2	9	M 30	9653	33	153	634 Sept 2 4	605 5	158
1237	5950	6745	1549 5	1275	14 D	3	10	A 19	9654	34	154	635 Aug 23 1	606 Ian 16 6	159
1238	1	6	1550 6	6	15 C	4	11	A 4	9655	35	155	636 Aug 13 6	607 7	160
1239	2	7	1551 7	7	16 B	5	12	M 27	9656	36	156	637 Aug 2 3	608 1	161
1240	3	8	1552 2	8	17 AG	6	13	A 15	9657	37	157	638 Iul 22 1	609 2	162
1241	4	9	1553 3	9	18 F	7	14	M 31	9658	38	158	639 Iul 11 5	610 Ian 15 3	163
1242	5955	6750	1554 4	1280	19 E	8	15	A 20	9659	39	159	640 Iun 30 2	611 4	164
1243	6	1	1555 5	1	20 D	9	1	A 12	9660	40	160	641 Iun 20 7	612 5	165
1244	7	2	1556 7	2	21 CB	10	2	A 3	9661	41	161	642 Iun 8 4	613 6	166
1245	8	3	1557 1	3	22 A	11	3	A 19	9662	42	162	643 Maii 28 1	614 Ian 14 7	167
1246	9	4	1558 2	4	23 G	12	4	A 8	9663	43	163	644 Maii 18 6	615 1	168
1247	5960	6755	1559 3	1285	24 F	13	5	M 31	9664	44	164	645 Maii 7 3	616 2	169
1248	1	6	1560 5	6	25 ED	14	6	A 16	9665	45	165	646 Apr 26 1	617 3	170
1249	2	7	1561 6	7	26 C	15	7	A 4	9666	46	166	647 Apr 15 5	618 Ian 13 4	171
1250	3	8	1562 7	8	27 B	16	8	M 27	9667	47	167	648 Apr 4 2	619 5	172
1251	4	9	1563 1	9	28 A	17	9	A 16	9668	48	168	649 Mar 25 7	620 6	173
1252	5965	6760	1564 3	1290	1 GF	18	10	M 31	9669	49	169	650 Mar 13 4	621 7	174
1253	6	1	1565 4	1	2 E	19	11	A 20	9670	50	170	651 Mar 2 1	622 Ian 12 1	175
1254	7	2	1566 5	2	3 D	1	12	A 12	9671	51	171	652 Febr 20 6	623 3	176
1255	8	3	1567 6	3	4 C	2	13	M 28	9672	52	172	653 Febr 9 3	624 4	177
1256	9	4	1568 1	4	5 BA	3	14	A 16	9673	53	173	654 Ian 29 7	625 4	178
1257	5970	6765	1569 2	1295	6 G	4	15	A 18	9674	54	174	655 Ian 18 5	626 Ian 11 5	179
1258	1	6	1570 3	6	7 F	5	1	M 24	9675	55	175	656 Ian 7 1	627 6	180
1259	2	7	1571 4	7	8 E	6	2	A 13	9676	56	176	657 Dec 28 7	628 7	181
1260	3	8	1572 6	8	9 DC	7	3	A 4	9677	57	177	658 Dec 17 4	629 1	182
												659 Dec 5 1		
1261	4	9	1573 7	9	10 B	8	4	A 24	9678	58	178	660 Nov 25 6	630 Ian 10 2	183
1262	5975	6770	1574 1	1300	11 A	9	5	A 9	9679	59	179	661 Nov 14 3	631 3	184
1263	6	1	1575 2	1	12 G	10	6	A 1	9680	60	180	662 Nov 3 7	632 4	185
1264	7	2	1576 4	2	13 FE	11	7	A 20	9681	3. Cyclus Cha Ven. 1	1	663 Oct 23 5	633 5	186
1265	8	3	1577 5	3	14 D	12	8	A 5	9682	2	2	664 Oct 12 2	634 Ian 9 6	187
1266	9	4	1578 6	4	15 C	13	9	M 28	9683	3	3	665 Oct 1 6	635 7	188
1267	5980	6775	1579 7	1305	16 B	14	10	A 17	9684	4	4	666 Sept 21 4	636 1	189
1268	1	6	1580 2	6	17 AG	15	11	A 8	9685	5	5	667 Sept 9 1	637 2	190
1269	2	7	1581 3	7	18 F	16	12	A 24	9686	6	6	668 Aug 30 6	638 Ian 8 3	191
1270	3	8	1582 4	8	19 E	17	13	A 31	9687	7	7	669 Aug 19 3	639 4	192
1271	4	9	1583 5	9	20 D	18	14	A 15	9688	8	8	670 Aug 8 7	640 5	193
1272	5985	6780	1584 7	1310	21 CB	19	15	A 24	9689	9	9	671 Iul 28 5	641 6	194
1273	6	1	1585 1	1	22 A	1	1	A 19	9690	10	10	672 Iul 17 2	642 Ian 7 7	195
1274	7	2	1586 2	2	23 G	2	2	A 1	9691	11	11	673 Iul 6 6	643 1	196
1275	8	3	1587 3	3	24 F	3	3	A 14	9692	12	12	674 Iun 26 4	644 2	197
1276	9	4	1588 5	4	25 ED	4	4	A 5	9693	13	13	675 Iun 14 1	645 3	198
1277	5990	6785	1589 6	1315	261 C	5	5	M 28	9694	14	14	676 Iun 4 6	646 Ian 6 4	199
1278	1	6	1590 7	6	27 B	6	6	A 17	9695	15	15	677 Maii 24 3	647 5	200
1279	2	7	1591 1	7	28 A	7	7	A 12	9696	16	16	678 Maii 13 7	648 6	201
1280	3	8	1592 3	8	1 GF	8	8	A 21	9697	17	17	679 Maii 2 5	649 7	202
1281	4	9	1593 4	9	2 E	9	9	A 13	9698	18	18	680 Apr 21 2	650 Ian 5 1	203
1282	5995	6790	1594 5	1320	3 D	10	10	M 29	9699	19	19	681 Apr 10 6	651 2	204
1283	6	1	1595 6	1	4 C	11	11	A 18	9700	20	20	682 Mar 31 4	652 3	205
1284	7	2	1596 1	2	5 BA	12	12	A 9	9701	21	21	683 Mar 19 1	653 4	206
1285	8	3	1597 2	3	6 G	13	13	M 23	9702	22	22	684 Mar 8 5	654 Ian 4 5	207
1286	9	4	1598 3	4	7 F	14	14	A 14	9703	23	23	685 Feb 26 3	655 6	208
1287	6000	6795	1599 4	1325	8 E	15	15	A 6	9704	24	24	686 Feb 15 7	656 7	209
1288	1	6	1600 6	6	9 DC	16	1	M 28	9705	25	25	687 Feb 5 5	657 1	210
1289	2	7	1601 7	7	10 B	17	2	A 10	9706	26	26	688 Ian 24 2	658 Ian 3 2	211
1290	3	8	1602 1	8	11 A	18	3	A 2	9707	27	27	689 Ian 25 6	659 3	212
1291	4	9	1603 2	9	12 G	19	4	A 22	9708	28	28	690 Ian 3 4	660 4	213
1292	6005	6800	1604 4	1330	13 FE	1	5	A 6	9709	29	29	691 Dec 13 1	661 5	214
1293	6	1	1605 5	1	14 D	2	6	M 29	9710	30	30	692 Dec 11 5	662 Ian 2 6	215
1294	7	2	1606 6	2	15 C	3	7	A 18	9711	31	31	693 Dec 1 3	663 7	216
1295	8	3	1607 7	3	16 B	4	8	A 3	9712	32	32	694 Nov 20 7	664 1	217
												695 Nov 9 4	665 1	
1296	9	4	1608 2	4	17 AG	5	9	M 26	9713	33	33	696 Oct 29 2	666 Ian 1 3	218
1297	6010	6805	1609 3	1335	18 F	6	10	A 14	9714	34	34	697 Oct 18 6	667 4	219
1298	1	6	1610 4	6	19 E	7	11	A 16	9715	35	35	698 Oct 8 4	668 5	220
1299	2	7	1611 5	7	20 D	8	12	A 19	9716	36	36	699 Sept 27 1	669 6	221
1300	3	8	1612 7	8	21 CB	9	13	A 10	9717	37	37	700 Sept 15 5	670 Dec 31 7	222
1301	4	9	1613 1	9	22 A	10	14	A 2	9718	38	38	701 Sept 5 3	671 1	223
1302	6015	6810	1614 2	1340	23 G	11	15	A 22	9719	39	39	702 Aug 25 7	672 2	224
1303	6	1	1615 3	1	24 F	12	1	A 7	9720	40	40	703 Aug 14 4	673 3	225
1304	7	2	1616 5	2	25 ED	13	2	M 29	9721	41	41	704 Aug 3 2	674 Dec 30 4	226
1305	8	3	1617 6	3	26 C	14	3	A 18	9722	42	42	705 Iul 23 6	675 5	227
1306	9	4	1618 7	4	27 B	15	4	A 3	9723	43	43	706 Iul 13 4	676 6	228
1307	6020	6815	1619 1	1345	28 A	16	5	M 26	9724	44	44	707 Iul 2 1	677 7	229
1308	1	6	1620 3	6	1 GF	17	6	A 14	9725	45	45	708 Iun 20 5	678 Dec 29 1	230
1309	2	7	1621 4	7	2 E	18	7	A 30	9726	46	46	709 Iun 10 3	679 2	231
1310	3	8	1622 5	8	3 D	19	8	A 19	9727	47	47	710 Maii 30 7	680 3	232
1311	4	9	1623 6	9	4 C	1	9	A 11	9728	48	48	711 Maii 19 4	681 4	233
1312	6025	6820	1624 1	1350	5 BA	2	10	M 26	9729	49	49	712 Maii 8 2	682 Dec 28 5	234
1313	6	1	1625 2	1	6 G	3	11	A 15	9730	50	50	713 Apr 27 6	683 6	235
1314	7	2	1626 3	2	7 F	4	12	A 7	9731	51	51	714 Apr 16 3	684 7	236
1315	8	3	1627 4	3	8 E	5	13	M 23	9732	52	52	715 Apr 6 1	685 1	237
1316	9	4	1628 6	4	9 DC	6	14	A 11	9733	53	53	716 Mar 25 5	686 Dec 27 2	238
1317	6030	6825	1629 7	1355	10 B	7	15	A 3	9734	54	54	717 Mar 5 3	687 3	239
1318	1	6	1630 1	6	11 A	8	1	A 23	9735	55	55	718 Mar 4 7	688 4	240
1319	2	7	1631 2	7	12 G	9	2	A 8	9736	56	56	719 Feb 21 4	689 5	241
1320	3	8	1632 4	8	13 FE	10	3	M 30	9737	57	57	720 Feb 11 2	690 Dec 26 6	242
1321	4	9	1633 5	9	14 D	11	4	A 19	9738	58	58	721 Ian 30 6	691 7	243
1322	6035	6830	1634 6	1360	15 C	12	5	A 11	9739	59	59	722 Ian 19 3	692 1	244
1323	6	1	1635 7	1	16 B	13	6	M 27	9740	60	60	723 Ian 9 1	693 2	245
1324	7	2	1636 2	2	17 AG	14	7	A 15	9741	2. Cy. 1	61	724 Dec 29 6	694 Dec 25 5	246
1325	8	3	1637 3	3	18 F	15	8	A 7	9742	2	62	725 Dec 17 2	695 4	247
												726 Dec 7 7		

Anni Vulgaris Christianae à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianae à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Graecos	Anni Epochae Seleucidarum Solares, a 1. die Octobr.	F	Aera Hispanica	Cyclus Solis		Cyclus Lunae	Indictio Romana	Paschatis dies, A. Aprilem, M. Martium denotat		Anni Epochae Chaldaicae solares, à medio Aquarii	Anni Cycli simplicis sexagenarii	Anni Cycli Chataiorum compositi e triplici Cyclo sexagenario	Anni Epochae Arabicae lunares, ab Hegira, hoc est, fuga Mahammedis, juxta medium Lunae motum. Ann.	Mens.	D.	F.	Anni Epochae Persicae 365 dierum, ab Iezdegerd. An.	Mens.	D.	F.	Anni Epochae Gelaleae solares, ab aequinoctio verno. Ann
1326	9	4	1638	4	4	19	E	16	9	M	23	9743	3 (Cycl. Iune Vin)	63	727	Nov	26	4	696			5	48
1327	6040	6835	1639	5	1365	20	D	17	10	A	12	9744	4	64	728	Nov	16	7	697			6	249
1328	1	6	1640	7	6	21	CB	18	11	A	3	9745	5	65	729	Nov	4	6	698	Dec	24	7	250
1329	2	7	1641	1	7	22	A	19	12	A	23	9746	6	66	730	Oct	24	3	699			1	251
1330	3	8	1642	2	8	23	G	1	13	A	8	9747	7	67	731	Oct	14	1	700			2	252
1331	4	9	1643	3	9	24	F	2	14	M	31	9748	8	68	732	Oct	3	5	701			3	253
1332	6045	6840	1644	5	1370	25	ED	3	15	A	19	9749	9	69	733	Sept	21	2	702	Dec	23	4	254
1333	6	1	1645	6	1	26	C	4	1	A	4	9750	10	70	734	Sept	11	7	703			5	255
1334	7	2	1646	7	2	27	B	5	2	M	27	9751	11	71	735	Aug	31	4	704			6	256
1335	8	3	1647	1	3	28	A	6	3	A	16	9752	12	72	736	Aug	21	2	705			7	257
1336	9	4	1648	3	4	1	GF	7	4	M	31	9753	13	73	737	Aug	9	6	706	Dec	21	1	258
1337	6050	6845	1649	4	1375	2	E	8	5	A	20	9754	14	74	738	Iul	29	3	707			2	259
1338	1	6	1650	5	6	3	D	9	6	A	12	9755	15	75	739	Iul	19	1	708			3	260
1339	2	7	1651	6	7	4	C	10	7	M	23	9756	16	76	740	Iul	8	5	709			4	261
1340	3	8	1652	1	8	5	BA	11	8	A	16	9757	17	77	741	Iun	26	2	710	Dec	21	5	262
1341	4	9	1653	2	9	6	G	12	9	A	8	9758	18	78	742	Iun	16	7	711			6	263
1342	6055	6850	1654	3	1380	7	F	13	10	M	31	9759	19	79	743	Iun	5	4	712			7	264
1343	6	1	1655	4	1	8	E	14	11	A	13	9760	20	80	744	Maii	15	1	713			1	265
1344	7	2	1656	6	2	9	DC	15	12	A	4	9761	21	81	745	Maii	14	6	714	Dec	20	2	266
1345	8	3	1657	7	3	10	B	16	13	M	27	9762	22	82	746	Maii	3	3	715			3	267
1346	9	4	1658	1	4	11	A	17	14	A	16	9763	23	83	747	Apr	23	1	716			4	268
1347	6060	6855	1659	2	1385	12	G	18	15	A	1	9764	24	84	748	Apr	12	5	717			5	269
1348	1	6	1660	4	6	13	FE	19	1	A	20	9765	25	85	749	Mar	31	2	718	Dec	19	6	270
1349	2	7	1661	5	7	14	D	1	2	A	11	9766	26	86	750	Mar	21	7	719			7	271
1350	3	8	1662	6	8	15	C	2	3	M	28	9767	27	87	751	Mar	10	4	720			1	272
1351	4	9	1663	7	9	16	B	3	4	A	17	9768	28	88	752	Febr	27	1	721			2	273
1352	6065	6860	1664	2	1390	17	AG	4	5	A	8	9769	29	89	753	Febr	17	6	722	Dec	18	3	274
1353	6	1	1665	3	1	18	F	5	6	A	24	9770	30	90	754	Feb	5	3	723			4	275
1354	7	2	1666	4	2	19	E	6	7	A	13	9771	31	91	755	Ian	25	7	724			5	276
1355	8	3	1667	5	3	20	D	7	8	A	5	9772	32	92	756	Ian	15	5	725			6	277
1356	9	4	166	7	4	21	CB	8	9	A	24	9773	33	93	757	Ian	4	2	726	Dec	17	7	278
1357	6070	6865	1669	1	1395	22	A	9	10	A	19	9774	34	94	758	Dec	24	7	727			1	279
1358	1	6	1670	2	6	23	G	10	11	A	1	9775	35	95	759	Dec	13	4	728			2	280
1359	2	7	1671	3	7	24	F	11	12	A	21	9776	36	96	760	Dec	2	1	729			3	281
1360	3	8	1672	5	8	25	ED	12	13	A	5	9777	37	97	761	Nov	22	6	730	Dec	16	4	282
															762	Nov	10	3					
1361	4	9	1673	6	9	26	C	13	14	M	28	9778	38	98	763	Oct	30	7	731			5	283
1362	6075	6870	1674	7	1400	27	B	14	15	A	17	9779	39	99	764	Oct	20	5	732			6	284
1363	6	1	1675	1	1	28	A	15	1	A	2	9780	40	100	765	Oct	9	2	733			7	285
1364	7	2	1676	3	2	1	GF	16	2	M	24	9781	41	101	766	Sept	28	7	734	Dec	15	1	286
1365	8	3	1677	4	3	2	E	17	3	A	13	9782	42	102	767	Sept	17	4	735			2	287
1366	9	4	1678	5	4	3	D	18	4	A	5	9783	43	103	768	Sept	6	1	736			3	288
1367	6080	6875	1679	6	1405	4	C	19	5	A	18	9784	44	104	769	Aug	27	6	737			4	289
1368	1	6	1680	1	6	5	BA	1	6	A	9	9785	45	105	770	Aug	15	3	738	Dec	14	5	290
1369	2	7	1681	2	7	6	G	2	7	A	1	9786	46	106	771	Aug	4	7	739			6	291
1370	3	8	1682	3	8	7	F	3	8	A	14	9787	47	107	772	Iul	2	5	740			7	292
1371	4	9	1683	4	9	8	E	4	9	A	6	9788	48	108	773	Iul	14	2	741			1	293
1372	6085	6880	1684	6	1410	9	DC	5	10	M	28	9789	49	109	774	Iul	2	6	742	Dec	13	2	294
1373	6	1	1685	7	1	10	B	6	11	A	17	9790	50	110	775	Iun	22	4	743			3	295
1374	7	2	1686	1	2	11	A	7	12	A	2	9791	51	111	776	Iun	11	1	744			4	296
1375	8	3	1687	2	3	12	G	8	13	A	22	9792	52	112	777	Iun	1	6	745			5	297
1376	9	4	1688	4	4	13	FE	9	14	A	13	9793	53	113	778	Maii	20	3	746	Dec	12	6	298
1377	6090	6885	1689	5	1415	14	D	10	15	M	29	9794	54	114	779	Maii	9	7	747			7	299
1378	1	6	1690	6	6	15	C	11	1	A	18	9795	55	115	780	Apr	29	5	748			1	300
1379	2	7	1691	7	7	16	B	12	2	A	10	9796	56	116	781	Apr	18	2	749			2	301
1380	3	8	1692	2	8	17	AG	13	3	M	25	9797	57	117	782	Apr	6	6	750	Dec	11	3	302
1381	4	9	1693	3	9	18	F	14	4	A	14	9798	58	118	783	Mar	27	4	751			4	303
1382	6095	6890	1694	4	1420	19	E	15	5	A	6	9799	59	119	784	Mar	16	1	752			5	304
1383	6	1	1695	5	1	20	D	16	6	M	22	9800	60	120	785	Mar	5	5	753			6	305
1384	7	2	1696	7	2	21	CB	17	7	A	10	9801	1 (3. Cycl. Chataior.)	121	786	Feb	23	3	754	Dec	10	7	306
1385	8	3	1697	1	3	22	A	18	8	A	2	9802	2	122	787	Febr	11	7	755			1	307
1386	9	4	1698	2	4	23	G	19	9	A	22	9803	3	123	788	Feb	1	5	756			2	308
1387	6100	6895	1699	3	1425	24	F	1	10	A	7	9804	4	124	789	Ian	21	2	757			3	309
1388	1	6	1700	5	6	25	ED	2	11	M	29	9805	5	125	790	Ian	10	6	758	Dec	9	4	310
1389	2	7	1701	6	7	26	C	3	12	A	18	9806	6	126	791	Dec	30	4	759			5	311
1390	3	8	1702	7	8	27	B	4	13	A	3	9807	7	127	792	Dec	19	1	760			6	312
															793	Dec	8	5					
1391	4	9	1703	1	9	28	A	5	14	M	26	9808	8	128	794	Nov	28	3	761			7	313
1392	6105	6900	1704	3	1430	1	GF	6	15	A	14	9809	9	129	795	Nov	16	7	762	Dec	8	1	314
1393	6	1	1705	4	1	2	E	7	1	A	6	9810	10	130	796	Nov	6	5	763			2	315
1394	7	2	1706	5	2	3	D	8	2	A	19	9811	11	131	797	Oct	26	2	764			3	316
1395	8	3	1707	6	3	4	C	9	3	A	11	9812	12	132	798	Oct	15	6	765			4	317
1396	9	4	1708	1	4	5	BA	10	4	A	2	9813	13	133	799	Oct	4	4	766	Dec	7	5	318
1397	6110	6905	1709	2	1435	6	G	11	5	A	22	9814	14	134	800	Sept	23	1	767			6	319
1398	1	6	1710	3	6	7	F	12	6	A	7	9815	15	135	801	Sept	12	5	768			7	320
1399	2	7	1711	4	7	8	E	13	7	M	30	9816	16	136	802	Sept	2	3	769			1	321
1400	3	8	1712	6	8	9	DC	14	8	A	18	9817	17	137	803	Aug	2	7	770	Dec	6	2	322
1401	4	9	1713	7	9	10	B	15	9	A	3	9818	18	138	804	Aug	10	4	771			3	323
1402	6115	6910	1714	1	1440	11	A	16	10	M	26	9819	19	139	805	Iul	31	2	772			4	324
1403	6	1	1715	2	1	12	G	17	11	A	15	9820	20	140	806	Iul	20	6	773			5	325
1404	7	2	1716	4	2	13	FE	18	12	M	30	9821	21	141	807	Iul	9	4	774	Dec	5	6	326
1405	8	3	1717	5	3	14	D	19	13	A	19	9822	22	142	808	Iun	2	1	775			7	327
1406	9	4	1718	6	4	15	C	1	14	A	11	9823	23	143	809	Iun	17	5	776		31	1	328
1407	6120	6915	1719	7	1445	16	B	2	15	M	27	9824	24	144	810	Iun	7	3	777			2	329
1408	1	6	1720	2	6	17	AG	3	1	A	15	9825	25	145	811	Maii	26	7	778	Dec	4	3	330
1409	2	7	1721	3	7	18	F	4	2	A	7	9826	26	146	812	Maii	15	4	779			4	331
1410	3	8	1722	4	8	19	E	5	3	A	22	9827	27	147	813	Maii	5	2	780			5	332
1411	4	9	1723	5	9	20	D	6	4	M	13	9828	28	148	814	Apr	24	6	781			6	333
1412	6125	6920	1724	7	1450	21	CB	7	5	A	3	9829	29	149	815	Apr	12	3	782	Dec	3	7	334
1413	6	1	1725	1	1	22	A	8	6	A	23	9830	30	150	816	Apr	2	1	783			1	335
1414	7	2	1726	2	2	23	G	9	7	A	8	9831	31	151	817	Mar	22	5	784			2	336
1415	8	3	1727	3	3	24	F	10	8	M	31	9832	32	152	818	Mar	12	3	785			3	337

Anni Epochae Christianae à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianae à Kal. Ianuar.	Anni Mundi iuxta Graecos.	Anni Epochae Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Aera Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunae.	Indictio Romana.	Paschatis dies. A. Aprilem M. Martium denotat.	Anni Epochae Charaiae solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum comp. e tribus Cyclis sexagenis.	Anni Epochae Arabicae lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohamm. dic., iuxta medium Lunae motum.	Anni Epochae Persicae 365 dierum, ab Ἰεζδεγέρδ, Yezdegerd.	Anni Epochae Gelaleae solares, ab aequinoctio verno.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann. F		Ann.	An.	An.		Ann.	Ann.	Ann.	Ann. Mens. D. F.	An. Mens. D. F.	Ann.
1416	9	4	1728 5	4	25 ED	11	9	A 19	9833	33	153	819 Febr 29 7	786 Dec 2 4	338
1417	6130	6925	1729 6	1455	26 C	12	10	A 11	9834	34	154	820 Febr 17 4	787 5	339
1418	1	6	1730 7	6	27 B	13	11	M 27	9835	35	155	821 Feb 7 2	788 6	340
1419	2	7	1731 1	7	28 A	14	12	A 16	9836	36	156	822 Ian 27 6	789 7	341
1420	3	8	1732 3	8	1 GF	15	13	A 7	9837	37	157	823 Ian 16 3	790 Dec 1 1	342
1421	4	9	1733 4	9	2 E	16	14	M 23	9838	38	158	824 Ian 5 1	791 2	343
1422	6135	6930	1734 5	1460	3 D	17	15	A 12	9839	39	159	825 Dec 25 5	792 3	344
1423	6	1	1735 6	1	4 C	18	1	A 14	9840	40	160	826 Dec 15 3	793 4	345
1424	7	2	1736 1	2	5 BA	19	2	A 23	9841	41	161	827 Dec 4 7	794 Nov 30 5	346
1425	8	3	1737 2	3	6 G	1	3	A 8	9842	42	162	828 Nov 22 4	795 6	347
												829 Nov 12 2		
1426	9	4	1738 3	4	7 F	2	4	M 31	9843	43	163	830 Nov 1 6	796 7	348
1427	6140	6935	1739 4	1465	8 E	3	5	A 20	9844	44	164	831 Oct 21 3	797 1	349
1428	1	6	1740 6	6	9 DC	4	6	A 4	9845	45	165	832 Oct 10 1	798 Nov 29 2	350
1429	2	7	1741 7	7	10 B	5	7	M 27	9846	46	166	833 Sept 29 5	799 3	351
1430	3	8	1742 1	8	11 A	6	8	A 16	9847	47	167	834 Sept 18 2	800 4	352
1431	4	9	1743 2	9	12 G	7	9	A 10	9848	48	168	835 Sept 8 7	801 5	353
1432	6145	6940	1744 4	1470	13 FE	8	10	A 2	9849	49	169	836 Aug 27 4	802 Nov 28 6	354
1433	6	1	1745 5	1	14 D	9	11	A 12	9850	50	170	837 Aug 17 2	803 7	355
1434	7	2	1746 6	2	15 C	10	12	M 28	9851	51	171	838 Aug 6 6	804 1	356
1435	8	3	1747 7	3	16 B	11	13	A 17	9852	52	172	839 Iul 26 3	805 2	357
1436	9	4	1748 2	4	17 AG	12	14	A 8	9853	53	173	840 Iul 15 1	806 Nov 27 3	358
1437	6150	6945	1749 3	1475	18 F	13	15	M 31	9854	54	174	841 Iul 4 5	807 4	359
1438	1	6	1750 4	6	19 E	14	1	A 13	9855	55	175	842 Iun 23 2	808 5	360
1439	2	7	1751 5	7	20 D	15	2	A 5	9856	56	176	843 Iun 13 7	809 6	361
1440	3	8	1752 7	8	21 CB	16	3	M 27	9857	57	177	844 Iun 1 4	810 Nov 26 7	362
1441	4	9	1753 1	9	22 A	17	4	A 16	9858	58	178	845 Maii 22 1	811 1	363
1442	6155	6950	1754 2	1480	23 G	18	5	A 1	9859	59	179	846 Maii 11 6	812 2	364
1443	6	1	1755 3	1	24 F	19	6	A 21	9860	60	180	847 Apr 30 3	813 3	365
1444	7	2	1756 5	2	25 ED	1	7	A 12	9861	1. Cycl. 1	1	848 Apr 19 1	814 Nov 25 4	366
1445	8	3	1757 6	3	26 C	2	8	M 28	9862	2	2	849 Apr 8 5	815 5	367
1446	9	4	1758 7	4	27 B	3	9	A 17	9863	3	3	850 Mar 28 2	816 6	368
1447	6160	6955	1759 1	1485	28 A	4	10	A 9	9864	4	4	851 Mar 18 7	817 7	369
1448	1	6	1760 3	6	1 GF	5	11	M 24	9865	5	5	852 Mar 6 4	818 Nov 24 1	370
1449	2	7	1761 4	7	2 E	6	12	A 13	9866	6	6	853 Feb 23 1	819 2	371
1450	3	8	1762 5	8	3 D	7	13	A 5	9867	7	7	854 Feb 13 6	820 3	372
1451	4	9	1763 6	9	4 C	8	14	A 25	9868	8	8	855 Feb 2 3	821 4	373
1452	6165	6960	1764 1	1490	5 BA	9	15	A 9	9869	9	9	856 Ian 23 1	822 Nov 23 5	374
1453	6	1	1765 2	1	6 G	10	1	A 1	9870	10	10	857 Ian 11 5	823 6	375
1454	7	2	1766 3	2	7 F	11	2	A 21	9871	11	11	858 Dec 31 2	824 7	376
1455	8	3	1767 4	3	8 E	12	3	A 6	9872	12	12	859 Dec 21 7	825 1	377
												860 Dec 10 4		
1456	9	4	1768 6	4	9 DC	13	4	M 28	9873	13	13	861 Nov 28 1	826 Nov 22 2	378
1457	6170	6965	1769 7	1495	10 B	14	5	A 17	9874	14	14	862 Nov 18 6	827 3	379
1458	1	6	1770 1	6	11 A	15	6	A 2	9875	15	15	863 Nov 7 3	828 4	380
1459	2	7	1771 2	7	12 G	16	7	M 25	9876	16	16	864 Oct 27 7	829 5	381
1460	3	8	1772 4	8	13 FE	17	8	A 13	9877	17	17	865 Oct 16 5	830 Nov 21 6	382
1461	4	9	1773 5	9	14 D	18	9	A 5	9878	18	18	866 Oct 5 2	831 7	383
1462	6175	6970	1774 6	1500	15 C	19	10	A 18	9879	19	19	867 Sept 25 7	832 1	384
1463	6	1	1775 7	1	16 B	1	11	A 10	9880	20	20	868 Sept 14 4	833 2	385
1464	7	2	1776 2	2	17 AG	2	12	A 1	9881	21	21	869 Sept 2 1	834 Nov 20 3	386
1465	8	3	1777 3	3	18 F	3	13	A 14	9882	22	22	870 Aug 23 6	835 4	387
1466	9	4	1778 4	4	19 E	4	14	A 6	9883	23	23	871 Aug 12 3	836 5	388
1467	6180	6975	1779 5	1505	20 D	5	15	M 29	9884	24	24	872 Aug 1 7	837 6	389
1468	1	6	1780 7	6	21 CB	6	1	A 17	9885	25	25	873 Iul 21 5	838 Nov 19 7	390
1469	2	7	1781 1	7	22 A	7	2	A 2	9886	26	6	874 Iul 10 2	839 1	391
1470	3	8	1782 2	8	23 G	8	3	A 22	9887	27	27	875 Iun 29 6	840 2	392
1471	4	9	1783 3	9	24 F	9	4	A 14	9888	28	28	876 Iun 19 4	841 3	393
1472	6185	6980	1784 5	1510	25 FD	10	5	M 29	9889	29	29	877 Iun 7 1	842 Nov 18 4	394
1473	6	1	1785 7	1	26 C	11	6	A 18	9890	30	30	878 Maii 28 6	843 5	395
1474	7	2	1786 6	2	27 B	12	7	A 10	9891	3	31	879 Maii 17 3	844 6	396
1475	8	3	1787 1	3	28 A	13	8	M 26	9892	32	32	880 Maii 6 7	845 7	397
1476	9	4	1788 3	4	1 GF	14	9	A 14	9893	33	33	881 Apr 25 5	846 Nov 17 1	398
1477	6190	6985	1789 4	1515	2 E	15	10	A 6	9894	34	34	882 Apr 14 2	847 2	399
1478	1	6	1790 5	6	3 D	16	11	M 28	9895	35	35	883 Apr 3 6	848 3	400
1479	2	7	1791 6	7	4 C	17	12	A 11	9896	36	36	884 Mar 24 4	849 4	401
1480	3	8	1792 1	8	5 BA	18	13	A 2	9897	37	37	885 Mar 12 1	850 Nov 16 5	402
1481	4	9	1793 2	9	6 G	19	14	A 22	9898	38	38	886 Mar 2 6	851 6	403
1482	6195	6990	1794 3	1520	7 F	1	15	A 7	9899	39	39	887 Feb 19 3	852 7	404
1483	6	1	1795 4	1	8 E	2	1	M 30	9900	40	40	888 Feb 8 7	853 1	405
1484	7	2	1796 6	2	9 DC	3	2	A 18	9901	41	41	889 Ian 29 5	854 Nov 15 2	406
1485	8	3	1797 7	3	10 B	4	3	A 3	9902	42	42	890 Ian 17 2	855 3	407
1486	9	4	1798 1	4	11 A	5	4	M 26	9903	43	43	891 Ian 6 6	856 4	408
1487	6200	6995	1799 2	1525	12 G	6	5	A 15	9904	44	44	892 Dec 27 4	857 5	409
1488	1	6	1800 4	6	13 FE	7	6	A 6	9905	45	45	893 Dec 16 1	858 Nov 14 6	410
1489	2	7	1801 5	7	14 D	8	7	A 19	9906	46	46	894 Dec 4 5	859 7	411
1490	3	8	1802 6	8	15 C	9	8	A 11	9907	47	47	895 Nov 24 3	860 1	412
												896 Nov 13 7		
1491	4	9	1803 7	9	16 B	10	9	A 3	9908	48	48	897 Nov 3 5	861 2	413
1492	6205	7000	1804 2	1530	17 AG	11	10	A 22	9909	49	49	898 Oct 22 2	862 Nov 13 3	414
1493	6	1	1805 3	1	18 F	12	11	A 7	9910	50	50	899 Oct 11 6	863 4	415
1494	7	2	1806 4	2	19 E	13	12	M 30	9911	51	51	900 Oct 1 4	864 5	416
1495	8	3	1807 5	3	20 D	14	13	A 19	9912	52	52	901 Sept 20 1	865 6	417
1496	9	4	1808 7	4	21 CB	15	14	A 3	9913	53	53	902 Sept 8 5	866 Nov 12 7	418
1497	6210	7005	1809 1	1535	22 A	16	15	M 28	9914	54	54	903 Aug 29 3	867 1	419
1498	1	6	1810 2	6	23 G	17	1	A 15	9915	55	55	904 Aug 18 7	868 2	420
1499	2	7	1811 3	7	24 F	18	2	M 31	9916	56	56	905 Aug 7 4	869 3	421
1500	3	8	1812 [illegible]	8	25 ED	19	3	A 19	9917	57	57	906 Iul 27 2	870 Nov 11 4	422
1501	4	9	1813 6	9	26 C	1	4	A 11	9918	58	58	907 Iul 16 6	871 5	423
1502	6215	7010	1814 7	1540	27 B	2	5	M 27	9919	59	59	908 Iul 6 4	872 6	424
1503	6	1	1815 1	1	28 A	3	6	A 16	9920	60	60	909 Iun 25 1	873 7	425
1504	7	2	1816 3	2	1 GF	[illegible]	7	A 7	9921	2. Cycl. 61	61	910 Ian 13 5	874 Nov 10 1	426
1505	8	3	1817 4	3	2 E	5	8	M 23	9921	62	62	911 Iun 3 3	875 2	427

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ian.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.		Æra Hispanica.	Cyclus Solis.		Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschatis dies. A. Aprilem M. Martium denotat.		Anni Epochæ Chataicæ solares, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexageni.	Anni Cycli Chataiorum comp. e tri us Cyclis sexagenis.	Anni Epochæ Arabicæ lunares, ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, qua à mediis Lunæ motibus.				Anni Epochæ Persicæ 365 dierum, ab ἐνθρονισμῷ Iezdegird.				Anni Epochæ Gelalææ solares, ab æquinoctio verno.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	F		Ann.		An.	An.			Ann.	Ann.	Ann.	Ann.	Mens.	D.	F	An.	Mens.	D.	F	Ann.
1506	9	4	1818	5	4	3	D	6	9	A	18	9923	3 Clus Lunæ Ven.	63	912	Mai	23	7	876			3	428
1507	6220	7015	1819	6	1545	4	C	7	10	A	4	9924	4	64	913	Mai	12	4	877			4	429
1508	1	6	1820	1	6	5	BA	8	11	A	23	9925	5	65	914	Mai	1	2	878	Nov	9	5	430
1509	2	7	1821	2	7	[illegible]	G	9	12	A	8	9926	6	66	915	Apr	20	6	879			6	431
1510	3	8	1822	3	8	7	F	10	13	M	31	9927	7	67	916	Apr	10	4	880			7	432
1511	4	9	1823	4	9	8	E	11	14	A	20	9928	8	68	917	Mar	30	1	881			1	433
1512	6225	7020	1824	6	1550	9	DC	12	15	A	11	9929	9	69	918	Mar	18	5	882	Nov	8	2	434
1513	6	1	1825	7	1	10	B	13	1	M	27	9930	10	70	919	Mar	8	3	883			3	435
1514	7	2	1826	1	2	11	A	14	2	A	6	9931	11	71	920	Feb	25	7	884			4	436
1515	8	3	1827	2	3	12	G	15	3	A	15	9932	12	72	921	Feb	14	4	885			5	437
1516	9	4	1828	4	4	13	FE	16	4	M	23	9933	13	73	922	Feb	4	2	886	Nov	7	6	438
1517	6230	7025	1829	5	1555	14	D	17	5	A	12	9934	14	74	923	Ian	23	6	887			7	439
1518	1	6	1830	6	6	15	C	18	6	A	4	9935	15	75	924	Ian	12	3	888			1	440
1519	2	7	1831	7	7	16	B	19	7	M	24	9936	16	76	925	Ian	2	1	889			2	441
1520	3	8	1832	2	8	17	AG	1	8	A	8	9937	17	77	926	Dec	22	5	890	Nov	6	3	442
															927	Dec	11	3					
1521	4	9	1833	3	9	18	F	2	9	M	31	9938	18	78	928	Nov	30	7	891			4	443
1522	6235	7030	1834	4	1560	19	E	3	10	A	20	9939	19	79	929	Nov	19	4	892			5	444
1523	6	1	1835	5	1	20	D	4	11	A	5	9940	20	80	930	Nov	9	2	893			6	445
1524	7	2	1836	7	2	21	CB	5	12	M	27	9941	21	81	931	Oct	28	6	894	Nov	5	7	446
1525	8	3	1837	1	3	22	A	6	13	A	16	9942	22	82	932	Oct	17	3	895			1	447
1526	9	4	1838	2	4	23	G	7	14	A	1	9943	23	83	933	Oct	7	1	896			2	448
1527	6240	7035	1839	3	1565	24	F	8	15	A	21	9944	24	84	934	Sept	26	5	897			3	449
1528	1	6	1840	5	6	25	ED	9	1	A	12	9945	25	85	935	Sept	14	5	898	Nov	4	4	450
1529	2	7	1841	6	7	26	C	10	2	M	28	9946	26	86	936	Sept	4	7	899			5	451
1530	3	8	1842	7	8	27	B	11	3	A	17	9947	27	87	937	Aug	23	4	900			6	452
1531	4	9	1843	1	9	28	A	12	4	A	9	9948	28	88	938	Aug	14	2	901			7	453
1532	6245	7040	1844	3	1570	1	GF	13	5	M	31	9949	29	89	939	Aug	2	6	902	Nov	3	1	454
1533	6	1	1845	4	1	2	E	14	6	A	13	9950	30	90	940	Iul	22	3	903			2	455
1534	7	2	1846	5	2	3	D	15	7	A	5	9951	31	91	941	Iul	12	1	904			3	456
1535	8	3	1847	6	3	4	C	16	8	M	28	9952	32	92	942	Iul	1	5	905			4	457
1536	9	4	1848	1	4	5	BA	17	9	A	16	9953	33	93	943	Iun	19	2	906	Nov	2	5	458
1537	6250	7045	1849	2	1575	6	G	18	10	A	1	9954	34	94	944	Iun	9	7	907			6	459
1538	1	6	1850	3	6	7	F	19	11	A	21	9955	35	95	945	Mai	29	4	908			7	460
1539	2	7	1851	4	7	8	E	1	12	A	6	9956	36	96	946	Mai	19	2	909			1	461
1540	3	8	1852	6	8	9	DC	2	13	M	28	9957	37	97	947	Mai	7	6	910	Nov	1	2	462
1541	4	9	1853	7	9	10	B	3	14	A	17	9958	38	98	948	Apr	26	3	911			3	463
1542	6255	7050	1854	1	1580	11	A	4	15	A	9	9959	39	99	949	Apr	16	1	912			4	464
1543	6	1	1855	2	1	12	G	5	1	M	25	9960	40	100	950	Apr	5	5	913			5	465
1544	7	2	1856	4	2	13	FE	6	2	A	13	9961	41	101	951	Mar	24	2	914	Oct	31	6	466
1545	8	3	1857	5	3	14	D	7	3	A	5	9962	42	102	952	Mar	14	7	915			7	467
1546	9	4	1858	6	4	15	C	8	4	A	25	9963	43	103	953	Mar	3	4	916			1	468
1547	6260	7055	1859	7	1585	16	B	9	5	A	10	9964	44	104	954	Feb	20	1	917			2	469
1548	1	6	1860	2	6	17	AG	10	6	A	1	9965	45	105	955	Feb	10	6	918	Oct	30	3	470
1549	2	7	1861	3	7	18	F	11	7	A	21	9966	46	106	956	Ian	29	3	919			4	471
1550	3	8	1862	4	8	19	E	12	8	A	6	9967	47	107	957	Ian	19	1	920			5	472
1551	4	9	1863	5	9	20	D	13	9	M	29	9968	48	108	958	Ian	8	5	921			6	473
1552	6265	7060	1864	7	1590	21	CB	14	10	A	17	9969	49	109	959	Dec	28	2	922	Oct	29	7	474
1553	6	1	1865	1	1	22	A	15	11	A	2	9970	50	110	960	Dec	17	7	923			1	475
1554	7	2	1866	2	2	23	G	16	12	M	25	9971	51	111	961	Dec	6	4	924			2	476
1555	8	3	1867	3	3	24	F	17	13	A	14	9972	52	112	962	Nov	25	1	925			3	477
															963	Nov.	15	6					
1556	9	4	1868	5	4	25	ED	18	14	A	5	9973	53	113	964	Nov	3	3	926	Oct	28	4	478
1557	6270	7065	1869	6	1595	26	C	19	15	A	18	9974	54	114	965	Oct	23	7	927			5	479
1558	1	6	1870	7	6	27	B	1	1	A	10	9975	55	115	966	Oct	13	5	928			6	480
1559	2	7	1871	1	7	28	A	2	2	M	26	9976	56	116	967	Oct	2	2	929			7	481
1560	3	8	1872	3	8	1	GF	3	3	A	14	9977	57	117	968	Sept	21	7	930	Oct	27	1	482
1561	4	9	1873	4	9	2	E	4	4	A	6	9978	58	118	969	Sept	10	4	931			2	483
1562	6275	7070	1874	5	1600	3	D	5	5	M	29	9979	59	119	970	Aug	30	1	932			3	484
1563	6	1	1875	6	1	4	C	6	6	A	11	9980	60	120	971	Aug	20	6	933			4	485
1564	7	2	1876	1	2	5	BA	7	7	A	2	9981	1 Cycl. Chat. Ven.	121	972	Aug	8	3	934	Oct	26	5	486
1565	8	3	1877	2	3	6	G	8	8	A	22	9982	2	122	973	Iul	28	7	935			6	487
1566	9	4	1878	3	4	7	F	9	9	A	14	9983	3	123	974	Iul	18	5	936			7	488
1567	6280	7075	1879	4	1605	8	E	10	10	M	30	9984	4	124	975	Iul	6	2	937			1	489
1568	1	6	1880	6	6	9	DC	11	11	A	18	9985	5	125	976	Iun	25	7	938	Oct	25	2	490
1569	2	7	1881	7	7	10	B	12	12	A	10	9986	6	126	977	Iun	14	4	939			3	491
1570	3	8	1882	1	8	11	A	13	13	M	26	9987	7	127	978	Iun		1	940			4	492
1571	4	9	1883	2	9	12	G	14	14	A	15	9988	8	128	979	Mai	25	6	941			5	493
1572	6285	7080	1884	4	1610	13	FE	15	15	A	6	9989	9	129	980	Mai	13	3	942	Oct	24	6	494
1573	6	1	1885	5	1	14	D	16	1	M	22	9990	10	130	981	Mai	2	7	943			7	495
1574	7	2	1886	6	2	15	C	17	2	A	11	9991	11	131	982	Apr	22	5	944			1	496
1575	8	3	1887	7	3	16	B	18	3	A	3	9992	12	132	983	Apr	11	2	945			2	497
1576	9	4	1888	2	4	17	AG	19	4	A	22	9993	13	133	984	Mar	30	6	946	Oct	23	3	498
1577	6290	7085	1889	3	1615	18	F	1	5	A	7	9994	14	134	985	Mar	20	4	947			4	499
1578	1	6	1890	4	6	19	E	2	6	M	30	9995	15	135	986	Mar	9	1	948			5	500
1579	2	7	1891	5	7	20	D	3	7	A	19	9996	16	136	987	Febr	27	6	949			6	501
1580	3	8	1892	7	8	21	CB	4	8	A	3	9997	17	137	988	Febr	16	3	950	Oct	22	7	502
1581	4	9	1893	1	9	22	A	5	9	M	26	9998	18	138	989	Feb	4	7	951			1	503
1582	6295	7090	1894	2	1620	23	C	6	10	A	15	9999	19	139	990	Ian	24	5	952			2	504
1583	6	1	1895	3	1	24	[illegible]	7	11	A	10	10000	20	140	991	Ian	14	2	953			3	505
1584	7	2	1896	4	2	25	AG	8	12	A	1	1	21	141	992	Ian	3	6	954	Oct	21	4	506
1585	8	3	1897	6	3	26	F	9	13	A	21	2	22	142	993	Ian	23	4	955			5	507
															994	Dec	12	1					
1586	9	4	1898	7	4	27	E	10	14	A	6	3 Tennus 8865 annis, constans 1000 ann. solar. incepit	23	143	995	Dec	1	5	956			6	508
1587	6300	7095	1899	1	1625	28	D	11	15	M	29	4	24	144	996	Nov	21	3	957			7	509
1588	1	6	1900	3	6	1	CB	12	1	A	17	5	25	145	997	Nov	9	7	958	Oct	20	1	510
1589	2	7	1901	4	7	2	A	13	2	A	2	6	26	146	998	Oct	30	5	959			2	511
1590	3	8	1902	5	8	3	G	14	3	A	22	7	27	147	999	Oct	19	2	960			3	512
1591	4	9	1903	6	9	4	F	15	4	A	14	8	28	948	1000	Oct		6	961			4	513
1592	6305	7100	1904	1	1630	5	ED	16	5	M	29	9	29	949	1001	Sept	27	4	962	Oct	19	5	514
1593	6	1	1905	2	1	6	C	17	6	A	18	10	30	950	1002	Sept	16	1	963			6	515
1594	7	2	1906	3	2	7	D	18	7	A	10	11	31	959	1003	Sept	5	5	964			7	516
1595	8	3	1907	4	3	8	A	19	8	M	26	12	32	952	1004	Aug	26	3	965			1	517

Anni Epochæ Christianæ à Kal. Ian.	Anni Periodi Iulianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Æra Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschalis dies, A. Aprilem, M. Martium denotat.	Anni Epochæ Chataianæ, à medio Aquarii.	Anni Cycli simplicis sexagenarii.	Anni Cycli Chataiorum compositi ex Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ, ab Hegira, h. e. f. Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.	Anni Epochæ Persicæ 365 dierum, ab Jezdegirde.	Anni Epochæ Gelalææ, ab æquinoctio verno.
Ann.	Ann.	Ann.	Ann. F		Ann.	An.	An.		Ann.	Ann.	Ann.	Ann. Mens. D F.	Ann. Mens. D. F.	Ann.
1596	9	4	1908 6	4	9 GF	1	9	A 14	13	33	153	1005 Aug 14 7	966 Oct 18 2	518
1597	6310	7105	1909 7	1635	10 E	2	10	A 6	14	34	154	1006 Aug 7 5	967 3	519
1598	1	6	1910 1	6	11 D	3	11	M 22	15	35	155	1007 Iul 24 2	968 4	520
1599	2	7	1911 2	7	12 C	4	12	A 11	16	36	156	1008 Iul 13 6	969 5	521
1600	3	8	1912 4	8	13 BA	5	13	A 2	17	37	157	1009 Iul 2 4	970 Oct 17 6	522
1601	4	9	1913 5	9	14 G	6	14	A 22	18	38	158	1010 Iun 21 1	971 7	523
1602	6315	7110	1914 6	1640	15 F	7	15	A 7	19	39	159	1011 Iun 10 5	972 1	524
1603	6	1	1915 7	1	16 E	8	1	M 30	20	40	160	1012 Maii 31 3	973 2	525
1604	7	2	1916 2	2	17 DC	9	2	A 18	21	41	161	1013 Maii 19 7	974 Oct 16 3	526
1605	8	3	1917 3	3	18 B	10	3	A 10	22	42	162	1014 Maii 8 4	975 4	527
1606	9	4	1918 4	4	19 A	11	4	M 26	23	43	163	1015 Apr 28 2	976 5	528
1607	6320	7115	1919 5	1645	20 G	12	5	A 15	24	44	164	1016 Apr 17 6	977 6	529
1608	1	6	1920 7	6	21 FE	13	6	A 6	25	45	165	1017 Apr 6 4	978 Oct 15 7	530
1609	2	7	1921 1	7	22 D	14	7	A 19	26	46	166	1018 Mar 26 1	979 1	531
1610	3	8	1922 2	8	23 C	15	8	A 10	27	47	167	1019 Mar 15 5	980 2	532
1611	4	9	1923 3	9	24 B	16	9	A 3	28	48	168	1020 Mar 5 3	981 3	533
1612	6325	7120	1924 5	1650	25 AG	17	10	A 22	29	49	169	1021 Febr 22 7	982 Oct 14 4	534
1613	6	1	1925 6	1	26 F	18	11	A 7	30	50	170	1022 Febr 10 4	983 5	535
1614	7	2	1926 7	2	27 E	19	12	M 30	31	51	171	1023 Ian 31 2	984 6	536
1615	8	3	1927 1	3	28 D	1	13	A 19	32	52	172	1024 Ian 20 6	985 7	537
1616	9	4	1928 3	4	1 CB	2	14	A 3	33	53	173	1025 Ian 9 3	986 Oct 13 1	538
1617	6330	7125	1929 4	1655	2 A	3	15	M 26	34	54	174	1026 Dec 29 1	987 2	539
1618	1	6	1930 5	6	3 G	4	1	A 15	35	55	175	1027 Dec 18 5	988 3	540
1619	2	7	1931 6	7	4 F	5	2	M 31	36	56	176	1028 Dec 8 3	989 4	541
1620	3	8	1932 1	8	5 ED	6	3	A 19	37	57	177	1029 Nov 27 7	990 Oct 12 5	542
												1030 Nov 15 4		
1621	4	9	1933 2	9	6 C	7	4	A 11	38	58	178	1031 Nov 5 2	991 6	543
1622	6335	7130	1934 3	1660	7 B	8	5	M 27	39	59	179	1032 Oct 25 6	992 7	544
1623	6	1	1935 4	1	8 A	9	6	A 16	40	60	180	1033 Oct 14 3	993 1	545
1624	7	2	1936 6	2	9 GF	10	7	A 7	41	1 (1. Cyclus Shanee Ven.)	1	1034 Oct 3 1	994 Oct 11 2	546
1625	8	3	1937 7	3	10 E	11	8	M 30	42	2	2	1035 Sept 22 5	995 3	547
1626	9	4	1938 1	4	11 D	12	9	A 10	43	3	3	1036 Sept 12 3	996 4	548
1627	6340	7135	1939 2	1665	12 C	13	10	A 4	44	4	4	1037 Sept 1 7	997 5	549
1628	1	6	1940 4	6	13 BA	14	11	A 23	45	5	5	1038 Aug 20 4	998 Oct 10 6	550
1629	2	7	1941 5	7	14 G	15	12	A 15	46	6	6	1039 Aug 10 2	999 7	551
1630	3	8	1942 6	8	15 F	16	13	M 31	47	7	7	1040 Iul 30 6	1000 1	552
1631	4	9	1943 7	9	16 E	17	14	A 20	48	8	8	1041 Iul 19 3	1001 2	553
1632	6345	7140	1944 2	1670	17 DC	18	15	A 11	49	9	9	1042 Iul 8 1	1002 Oct 9 3	554
1633	6	1	1945 3	1	18 B	19	1	M 27	50	10	10	1043 Iun 27 5	1003 4	555
1634	7	2	1946 4	2	19 A	1	2	A 16	51	11	11	1044 Iun 16 2	1004 5	556
1635	8	3	1947 5	3	20 G	2	3	A 8	52	12	12	1045 Iun 6 7	1005 6	557
1636	9	4	1948 7	4	21 FE	3	4	M 23	53	13	13	1046 Maii 25 4	1006 Oct 8 7	558
1637	6350	7145	1949 1	1675	22 D	4	5	A 12	54	14	14	1047 Maii 15 2	1007 1	559
1638	1	6	1950 2	6	23 C	5	6	A 4	55	15	15	1048 Maii 4 6	1008 2	560
1639	2	7	1951 3	7	24 B	6	7	A 24	56	16	16	1049 Apr 23 3	1009 3	561
1640	3	8	1952 5	8	25 AG	7	8	A 8	57	17	17	1050 Apr 12 1	1010 Oct 7 4	562
1641	4	9	1953 6	9	26 F	8	9	M 31	58	18	18	1051 Apr 1 5	1011 5	563
1642	6355	7150	1954 7	1680	27 E	9	10	A 20	59	19	19	1052 Mar 21 2	1012 6	564
1643	6	1	1955 1	1	28 D	10	11	A 5	60	20	20	1053 Mar 11 7	1013 7	565
1644	7	2	1956 3	2	1 CB	11	12	M 27	61	21	21	1054 Feb 28 4	1014 Oct 6 1	566
1645	8	3	1957 4	3	2 A	12	13	A 16	62	22	22	1055 Feb 16 1	1015 2	567
1646	9	4	1958 5	4	3 G	13	14	A 1	63	23	23	1056 Feb 6 6	1016 3	568
1647	6360	7155	1959 6	1685	4 F	14	15	A 21	64	24	24	1057 Ian 26 3	1017 4	569
1648	1	6	1960 1	6	5 ED	15	1	A 12	65	25	25	1058 Ian 16 1	1018 Oct 5 5	570
1649	2	7	1961 2	7	6 C	16	2	A 4	66	26	26	1059 Ian 4 5	1019 6	571
1650	3	8	1962 3	8	7 [illegible]	17	3	A 17	67	27	27	1060 Dec 24 2	1020 7	572
												1061 Dec 14 7		
1651	4	9	1963 4	9	8 A	18	4	A 9	68	28	28	1062 Dec 3 4	1021 1	573
1652	6365	7160	1964 6	1690	9 GF	19	5	M 31	69	29	29	1063 Nov 21 1	1022 Oct 4 2	574
1653	6	1	1965 7	1	10 E	1	6	A 15	70	30	30	1064 Nov 11 6	1023 3	575
1654	7	2	1966 1	2	11 D	2	7	A 6	71	31	31	1065 Oct 31 3	1024 4	576
1655	8	3	1967 2	3	12 C	3	8	M 28	72	32	32	1066 Oct 21 1	1025 5	577
1656	9	4	1968 4	4	13 BA	4	9	A 16	73	33	33	1067 Oct 9 5	1026 Oct 3 6	578
1657	6370	7165	1969 5	1695	14 G	5	10	A 1	74	34	34	1068 Sept 28 1	1027 7	579
1658	1	6	1970 6	6	15 F	6	11	A 21	75	35	35	1069 Sept 18 7	1028 1	580
1659	2	7	1971 7	7	16 E	7	12	A 13	76	36	36	1070 Sept 7 4	1029 2	581
1660	3	8	1972 2	8	17 DC	8	13	A 28	77	37	37	1071 Aug 26 1	1030 Oct 2 3	582
1661	4	9	1973 3	9	18 B	9	14	A 17	78	38	38	1072 Aug 16 6	1031 4	583
1662	6375	7170	1974 4	1700	19 A	10	15	A 9	79	39	39	1073 Aug 5 3	1032 5	584
1663	6	1	1975 5	1	20 G	11	1	M 25	80	40	40	1074 Iul 25 7	1033 6	585
1664	7	2	1976 7	2	21 FE	12	2	A 13	81	41	41	1075 Iul 14 5	1034 Oct 1 7	586
1665	8	3	1977 1	3	22 D	13	3	A 5	82	42	42	1076 Iul 3 2	1035 1	587
1666	9	4	1978 2	4	23 C	14	4	A 25	83	43	43	1077 Iun 23 7	1036 2	588
1667	6380	7175	1979 3	1705	24 B	15	5	A 10	84	44	44	1078 Iun 12 4	1037 3	589
1668	1	6	1980 5	6	25 AG	16	6	A 1	85	45	45	1079 Maii 31 1	1038 Sept 30 4	590
1669	2	7	1981 6	7	26 F	17	7	A 21	86	46	46	1080 Maii 21 6	1039 5	591
1670	3	8	1982 7	8	27 E	18	8	A 6	87	47	47	1081 Maii 10 3	1040 6	592
1671	4	9	1983 1	9	28 D	19	9	M 29	88	48	48	1082 Apr 29 7	1041 7	593
1672	6385	7180	1984 3	1710	1 CB	1	10	A 17	89	49	49	1083 Apr 18 5	1042 Sept 29 1	594
1673	6	1	1985 4	1	2 A	2	11	A 2	90	50	50	1084 Apr 7 2	1043 2	595
1674	7	2	1986 5	2	3 G	3	12	M 25	91	51	51	1085 Mar 27 6	1044 3	596
1675	8	3	1987 6	3	4 F	4	13	A 14	92	52	52	1086 Mar 17 4	1045 4	597
1676	9	4	1988 1	4	5 ED	5	14	A 5	93	53	53	1087 Mar 5 1	1046 Sept 28 5	598
1677	6390	7185	1989 2	1715	6 C	6	15	A 18	94	54	54	1088 Feb 23 6	1047 6	599
1678	1	6	1990 3	6	7 [illegible]	7	1	A 10	95	55	55	1089 Feb 12 3	1048 7	600
1679	2	7	1991 4	7	8 A	8	2	A 2	96	56	56	1090 Feb 1 7	1049 1	601
1680	3	8	1992 6	8	9 GF	9	3	A 21	97	57	57	1091 Ian 22 5	1050 Sept 27 2	602
1681	4	9	1993 7	9	10 E	10	4	A 6	98	58	58	1092 Ian 10 2	1051 3	603
1682	6395	7190	1994 1	1720	11 D	11	5	M 29	99	59	59	1093 Dec 30 6	1052 4	604
1683	6	1	1995 2	1	12 C	12	6	A 18	100	60	60	1094 Dec 20 4	1053 5	605
1684	7	2	1996 4	2	13 BA	13	7	A 2	101	1 (2. Cy.)	61	1095 Dec 9 1	1054 Sept 26 6	606
1685	8	3	1997 5	3	14 G	14	8	A 22	102	2	62	1096 Nov 28 6	1055 7	607
												1097 Nov 17 3		

...tra Epoc... ...ristiana à Kal. Ian.	Anni Periodi Julianæ à Kal. Ianuar.	Anni Mundi juxta Græcos.	Anni Epochæ Seleucidarum Solares, à 1. die Octobris.	Æra Hispanica.	Cyclus Solis.	Cyclus Lunæ.	Indictio Romana.	Paschatis dies A. Aprilem, M. Martium denotat.	Anni Epochæ Chataicæ solares, à medio Anni vii.	Anni Cycli simplicis sexagen.	Anni Cycli Chataiorum comp. ex ... Cyclis sexagen.	Anni Epochæ Arabicæ lunares ab Hegira, h. e. fuga Mohammedis, juxta medium Lunæ motum.	Anni Epochæ Persicæ 365. dierum, ab ...	Anni Epochæ Gelalææ solares, ab æquinoctio verno.
Ann.	Ann	Ann	Ann. F.	Ann	Ann.	A.	An.		Ann.	Ann.	nn.	An. Mens. Di. F.	Ann Mens D. F.	Ann.
1686	9	4	1998 6	4	15 F	15	9	A 14	103	3	63	1098 Nov 6 7	1056 1	608
1687	6400	7195	1999 7	1725	16 E	16	10	M 30	104	4	64	1099 Oct 27 5	1057 2	609
1688	1	6	2000 2	6	17 DC	17	11	A 18	105	5	65	1100 Oct 15 2	1058 Sept 25 3	610
1689	2	7	2001 3	7	18 B	18	12	A 12	106	6	66	1101 Oct 4 6	1059 4	611
1690	3	8	2002 4	8	19 A	19	13	M 26	107	7	67	1102 Sept 24 6	1060 5	612
1691	4	9	2003 5	9	20 G	1	14	A 15	108	8	68	1103 Sept 13 1	1061 6	613
1692	6405	7200	2004 7	1730	21 FE	2	15	A 6	109	9	69	1104 Sept 2 5	1062 Sept 24 7	614
1693	6	1	2005 1	1	22 D	3	1	M 22	110	10	70	1105 Aug 22 3	1063 1	615
1694	7	2	2006 2	2	23 C	4	2	A 11	111	11	71	1106 Aug 11 7	1064 2	616
1695	8	3	2007 3	3	24 B	5	3	A 3	112	12	72	1107 Aug 1 1	1065 3	617
1696	9	4	2008 5	4	25 AG	6	4	A 22	113	13	73	1108 Iul 20 2	1066 Sept 23 4	618
1697	6410	7205	2009 6	1735	26 F	7	5	A 7	114	14	74	1109 Iul 9 6	1067 5	619
1698	1	6	2010 7	6	27 E	8	6	M 30	115	15	75	1110 Iun 29 4	1068 6	620
1699	2	7	2011 1	7	28 D	9	7	A 19	116	16	76	1111 Iun 18 2	1069 7	621
1700		8	2012 3	8	1 CB	10	8		117	17	77	1112 Iun 6 5	1070 Sept 21 1	622

Annus & dies in Chartis apponi solebant, ut vim haberent. Lex Alaman. tit. 43. *Scriptura non valeat, nisi in qua annus & dies evidenter ostenditur.* Adde Legem Bajwar. tit. 15. §. 13. Capit. Caroli Magni lib. 6. cap. 147. Leges Burgorum Scoticor. cap. 9. & legem. 34. §. 1. D. de Pignoribus & hypoth.

Annus & dies, pro anno completo, *An & jour*. Lex Friderici I. Imperatoris apud Ursperg. an. 1187. *Fines Imperii per annum & diem abjuret.*

Annus & dies, Practicis nostris, *An & jour*, Præscriptionis species in variis casibus usurpata; verbi gratia, in Lege Longob. lib. 2. tit. 43. §. 3. *res in bannum missa, si per anni & unius diei spatium illam esse in banno permiserit possessor, ad fiscum devolvitur.* Similia habentur in Speculo Saxon. lib. 1. art. 38. §. 2. *Qui per annum & diem in proscriptione Imperatoriæ majestatis, steterit, ille juri erit alienus, & ejus feudum domino liberum vacabit, necnon ejus proprietas esse Imperii majestatis pronuntietur.* Ubi Glossa Germanica *annum & diem* esse sex hebdomadas & annum unum annotat, fortè in favorem absentis aut delinquentis. In formula venditionis servi, venditor stipulatur *eum (annum usque anno & die*, Galli dicerent, *garantir an & jour*. In Libris feudorum, qui intra annum & diem, feudi investituram à domino non petit, feudum amittit. Occurrunt similia multa in Consuetudinibus municipalibus.

Annus & vastum, vel *Annus, dies & vastum*, pars est prærogativæ regiæ, quâ proficuâ terrarum & tenementorum ad eos spectantium, qui feloniæ, aut proditionis minoris condemnantur, contra dominum feudi, ad annum & diem vendicat, & præterea vastationem tam terrarum quàm tenementorum hujusmodi, nisi dominus feudi eadem competenti pretio redemerit. Ita Cowellus, & Rastallus. Willelm. Thorn. pag. 2015. *Habet ——catalla felonum & fugitivorum hominum & tenentium suorum, cum anno & vasto, in omnibus maneriis suis existentium ubicunque damnatorum.* Infrà: *Hujusmodi catalla* (fugitivorum) ——*ad Regem pertinere debent cum anno & vasto.* Adde p. 1898. Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 977. & Fletam libro 1. cap. 28.

Annus novus. S. Maximus Taurinensis Hom. de Kalendis Januarii: *Gravi utique eorum cor est, atque omni impietate depressum, qui per sacrilegos logos divinis monitis illudentes, vana diligunt, & falsa sectantur, & post omnia ad offensionis plenitudinem dies ipsos Annum novum vocant. Quanquam non inconvenienter secundum se, Novum appellant annum: quoniam per nefandas ferias de honestate falsa turpitudo & perversitas innovatur. Novum vocant annum, quasi novi aliquid aut cælum tunc ostendat, aut terra: Novum annum Januarias appellant Kalendas, cùm vetusto semper errore & horrore sordescant;*

Annus gratiæ. Concilium Coloniense an. 1310. cap. 15. *Nullus item* (Clericus) *annis gratiæ abutens, fructus annorum suorum spurius, vel concubinis suis leget, aut donet.*

Anni subditi. Concilium apud Theodonisvillam an. 821. c. 1. *Siquis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, 5. quadragesimas sine subditis annis pœniteat, &c.* Ita can. 2. & 3. Canone verò 4. *Siquis Episcopo insidias posuerit comprehenderit, vel dehonestaverit, 10. quadragesimas cum subditis annis pœniteat, &c.* Ubi *anni subditi*, sunt subsequentes. Ibid. can. 1. *Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat.*

ANORMALUS, pro *anomalus*, vel contra *normam*, id est, regulam. Alanus de Planctu naturæ: *Qui autem à regula Veneris exceptionem facit anormalem, Veneris privetur sigillo.* Utitur alibi semel ac iterum.

ANOLOGIUM. Vide *Analogium*.

ANPITS, Catalanis, est *antemurale*, seu *murus antepectoralis*; nam *pis* & *pits*, ut Catalanis, ita & nostris Poëtis & Scriptoribus vernaculis, est *Pectus*. Consuetudines Cataloniæ inter dominos & vassallos MSS. capite 55. *Tenentur operari in muris, & vallis, & liziis, & antemuralibus, sive anpits, & propugnaculis, sive Barbecanes.* Charta ann. 1284. in Regesto Feodorum Burgundiæ 1. parte fol. 93. in Camera Comput. Paris. *Muro quoque permisi item claustrum claudi, cujus altitudo à ripa interiori sit unius lanceæ, absque batalliis, & muro antepectorali.* Ita autem appellatur, quòd murus sit brevior, nec *pectus* alterius muri, quo castrum cingitur, altitudine sua excedat. Charta Petri, Regis Majoricar. an. 1232. *Cùm antemurali, qui dicitur Barbacana, qui est murus brevis ante murum nostri orti.*

ANQUIROMAGUS. Vide *Anchoramacus*.

ANS. Smaragdus in Grammatica MS. *Feminini generis sunt hæc, ars, arx, ans, bas, tals,* (calx) *dos, facx, &c.* Ubi Glossa interlinearis ad vocem *ans*, habet, id est, *talar.* Alibi: *Ans, generis feminini.*

ANSA, in Breviloquo, dicuntur *vasa circumpicta, vel cælata, ab am, circum, & cedo.* Fortè leg. *Cælo.*

Ansa, Joanni de Janua, *Auris per quam cortina, vel vestis suspenditur.* Vide Exodum cap. 26. & 36. Gregorius Magnus lib. 2. Moral. *Sed ecce quæstioni quæstionem jungimus, & quasi, dum ansam solvere nitimur, nodum ligamus.* Inter.m emendandum Gloss. Lat. Græc. *Ansa*, ἴσκλος, ὠτίον σκεύους.

Ansa, apud Vitruvium libro 2. capite 8. Fibula ferrea quâ paries continetur: nostris *Clef.*

Ansa, *Genus tormenti*, in Glossis MSS.

ANSARIUM, *Cultellus sutoris, cum quo purgat pelles* Breviloq.

Ansarium, Vectigal. Vide Cujac. l. 14. Observat. c. 3.

ANSARIUS. Vetus Inscriptio apud Mabillonium

Tom. 4. Analect. pag. 498. *Imp. Cæsar M. Aurelius Antonius Aug. Germanicus, Sarmat. & M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix, Aug. hos lapides constitui jusserunt, maxime propter controversias, quæ inter mercatores & mancipes ortæ erant ut fines demonstrarent vectigali foricularii & ansarii promercalium secundum veterem legem semel duntaxat exigundo.*

ANTCHOTE. Vide *Anhlote*.

ANSES, Semideus. Vox Gothica: qua Gothi Procerea suas appellabant. Jornandes de Reb. Goth. c. 13. *Magnaque potiti per loca victoria, jam Proceres suos, quasi qui fortuna vincebant, non puros homines, sed Semideos, id est, Anses vocavere.* Vide Loccenium lib. 2. Antiq. Suecic. cap. 4.

ANSES. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1312. pro mulieribus pœnitentibus Dullendii in Picardia, in 48. Regesto ejusdem Regis n. 136. *Renaudus Abbesse anses 12. den. super domum qua fuit patris sui inter duas portas S. Sulpicii. Joannes Crinchone 6. den. anses super grangiam suam, &c. —— Michaudus Engelarde unam eminam bladi anses de terra sua contigua fonti, &c. —— Item ratione caritatis sancti Nicolai 18. den. anses, videlicet 12. den. de domo Simonis Damplicis, &c.*

ANSLEHIN. Charta Alaman. 80. apud Goldastum: *Cum jure patronatus Ecclesiæ, hominibus, feodis quæ vulgariter dicuntur Anslehin, vel Erbelehin, agris, pratis, &c.* Vide *Leen*.

ANSUL, Genus ponderis apud Anglos, idem fortè quod etiamnum *avuncell vveight* dicunt, ut ait Somnerus. Willelm. Thorn. in Chr. *De pede, pollice, cubito, & palma, —— de ansul, balancibus & mensuris, &c.*

ANSULA. S. Fulgentius Homil. 66. *Tenet hujus medicinalis stationis ansulas pater interpellans pro filia sua. —— Mulier verò de causa pudica, de fide secura, sic tetigit ansulam stationis, ut ante statuerat pro fluvium sanguinis, quam vox clarescceret confitenti. Aperitur statio, sentit ægrota, & non intelligit turba. Non sonat ansula, & procedit de odio medicina.*

ANTARTES, Rebellis. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062: Νεωτερόποιὸς, ἀντάρτης, τύραννος. Gloss. Gr. Lat. Ἀντάρτης, *rebellio, perduellio.* Gloss. Lat. Gr. *Delliones,* (Leg. *Duelliones*) ἀντάρται, καθοσιωτοὶ, τύραννοι, ἢ τυραννίδες. Ita emendandum. Acta S. Martinæ Virg. cap. 1. *O Alexander amarta Christianorum.* Concilium CP. sub Menna Act. 5. Ἀπέβανεν Ἀμάντης ὁ ἀντάρτης τῆς τριάδος.

Intarta, pro *Antarta*. Papias: *Interta perversus.* Anastas. Bibl. in S. Deusdedit p. 45. *Venit Neapolim quæ tenebatur à Jo. Compsino intarta.* Chron. Fontanell. cap. 3. *Actum est bellum inter Carol. Exarchum & Ragenfridum intartam.*

Intartizare, eidem Papiæ, est *pervertere, distrubare, rebellare, insurgere*. Anastas. in Theodoro PP. p. 48. *Mauricius cum ipsis quibus antea devastaverat Ecclesiam Dei intartizavit adversus Isacium Patricium.* Idem in Adeodato pag. 52. *Mezzetius qui erat in Sicilia cum exercitu Orientali, intartizavit, & arripuit Regnum.*

ANTECOENIUM, vel *antecœnia*, *merenda, sive cibus qui ante cœnam sumitur.* Ugutio & Joan. de Janua, ex Isidoro lib. 20. cap. 2.

ANTECURRERE, cursu antevertere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25 §. 17.

ANTECURSOR, *Præcursor*, πρόδρομος, in Gloss. Gr. Lat.

ANTECUSTODIA. Vide *Antegarda*.

ANTEFERRI *alicui*, dicitur qui præcedit, in l. ult. C. Theod. de Incorporat. ut *antelatæ constitutiones orationibus, precibus, &c.* in l. 16. Cod. Th. de Navicul. quæ orationes & preces præcesserunt.

Anteferri præterea dicuntur Rescripta Principum, *quæ proposito programmate in locis celeberrimis proponuntur*, in l.b. 37. C. Th. de Hæret.

ANTEGARDA, ex Gall. *Avant-garde*, Prima acies *Ulterior custodia, quam Wardam vocant*, apud Thomam Walsinghamum p. 314. Gesta Ludov. VII Reg. Franc. c. 12. *Mos erat in exercitu, quòd unus de magnis Baronibus faciebat quotidie antegardam, & alius retrogardam cum sufficienti numero militum.* Alibi: *In illo conflictu Christi militia tam damnoso, non fuit aliquis de antegarda.* In Charta Alphonsi Imp. an. 1258. apud Hieron. Vignerium in Alsatica Hist. p. 143. *Debes facere nobis antecustodiam in eundo, & retrocustodiam in redeundo. Chevetain de l'avant garde*, in Hist. Fr. MS. quæ extat in Bibl. Memmiana: *Le Comte du Preche, qui estoit Chevetain de l'avantgarde, mit ses gens en bonne ordonnance.*

Antegardam facere & retrogardam in exercitu Regis, Senescalli Franciæ officium fuisse tradit Hugo de Cleeriis in tract. de Senescallia Franciæ, qui *protutelam*, & *retutelam* appellat. Id juris *Marescallo* Franciæ adscribit Willelmus Brito lib. 8. Philipp.

Cujus erat primum gestare in prælia pilum,
Quippe Marescalli claro fulgebat honore.

Extitit olim controversia inter Theobaldum Campaniæ & Fernandum Flandriæ Comites, utri eorum primam in exercitu Regis Franciæ aciem regere competeret; cùm contenderet uterque id sibi ex jure & possessione competere. Re tantem in litem deducta, hocce pacto, quod ex Tabulario Campaniæ, in Camera Comput. Paris. asservato, f. 279. hic damus, ad tempus sopita est: *Ego Theobaldus —— Notum, &c. quòd cum esset controversia inter me ex una parte, & carissimum consanguineum meum Fernandum Comitem Flandriæ ex altera, de antegarda & retrogarda in exercitu domini Regis faciendis, ita ad preces carissimi domini nostri Ludovici Regis Francorum illustris ad concordiam sumus revocati: scilicet quòd dictus Comes Flandriæ semel faciet in exercitu domini Regis eundo in Britanniam, & bis retrogardam, quia ego feceram similiter in dicto exercitu domini Regis. Deinde in eodem exercitu in eundo in Britanniam simul faciemus antegardam & retrogardam. Hæc autem omnia fient salvo jure meo & salvo jure F. Comitis Flandriæ tam in saisina quàm in hæreditate. Ita scilicet quòd illud quod jam feceram, non præjudicabit Comiti Flandriæ, nec illud quòd facturus erit Comes Flandriæ præjudicabit mihi. Datum an. gr. 1230. sabbato ante festum S. Bartholomæi Apost.*

ANTEIURAMENTUM, & *Præjuramentum*, Angli olim appellabant *juramentum de calumnia*, quod ab accusatis & accusatoribus æquè exigebatur, priusquam in litem descenderent, quod præsertim cavetur in Legibus Æthelstani Regis cap. 23. apud Lambardum; & ab accusatore quidem in hujusmodi antejuramento deficiente accusator liber evadebat. Leges Philippi Comitis Neoportuensis an. 1164. *Si fur vocatus accusatus fuerit, ferro candenti se excusabit: si culpabilis permanserit, suspendetur. & si accusans in antejuramento defecerit, accusatus liber erit.* Ab accusato etiam exactum docent Leges Henrici I. cap. 66: *Si quis furtum (l. furti) vel hujusmodi periculosa capitalium campellatione pulsetur, secundùm Legem Wessex; antejuramentum à compellante habeat, (f. habeatur) &c.* Vide præterea cap. 64. & 92. & Leges Kanuti cap. 42. & 43. apud Bromptonum. Tanto autem rigore usi sunt Angli in hocce ante juramento ab accusato exigendo, ut vel ad ordalium, seu purgationem canonicam; nisi eo priùs præstito, non admitteretur. Concilium Triburiense an. 895. cap. 21. *Si quis Presbyter contra laicum, vel laicus contra Presbyterum aliquam habet querimoniam controversiam; Episcopo regente, sine personarium acceptione finiatur, & laicus præjuramento, (al. per juramentum) si necesse sit, constringatur: Presbyter verò per sacram consecrationem interrogetur, &c.*

ANTELA.

ANTELA. *Antella*, Antilena, equi pectorale, nostris, *Poitrail*. Glossæ Isidori: *Antela, Antilena, sicut Postela, Postilena.* Ugutio & Joan. de Janua: *Antela, ab ante & telon, quod est longum, componitur: cingulum illud quod ante pectus equi tenditur.* Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 10.

Est antela quod est in pectore quadrupedantis,
Dicatur postela quod est à posteriori

Adde Isidorum lib. 20. c. 16. Gloss. Lat. Gr. *Antelena*, διαζωστὴρ ὅ ἐστιν ἱμὰς ἵππων περὶ τὸ στῆθος Aimoinus l. 3. de Miraculis sancti Bened. c. 6. de Equo: *Hæc ita gesta esse comperi, à quibus & sella ostendebatur, quæ dilapsa cum equo fuerat; cujus scandilia, quamvis nova, & antellam suis impatiens pedibus ipse disruperat.* Occurrit præterea in Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 27.

ANTELABRUM. Gloss. Lat. Gr. *Antelabrum*, χεῖλη σκίων, ὡς κ βῶτων: sic enim emendo.

ANTELATARE, *Proponere, anteponere*, προτίθεσθαι in Gloss. Gr. Lat. quod & *anteferre* dicebant. Nam *praferre* & *anteferre* constitutionem, idem valet quod promulgare; ut *antelata* & *prælata*, constitutio, idem est quod promulgatio. Vide Brissonium in Formulis pag. 367.

ANTELOQUIUM προλογία de eo qui primas in loquendo partes obtinet. Utitur Macrob. Saturnal lib. 1. cap. ult.

ANTELUCANUM, Crepusculum, *eruptio auroræ ante lucem canens, i. albens*, Joan. de Janua. *Antelucanum tempus*, Tullio. Historia fundationis Monasterii Mergatensis in Anglia: *Accidit autem in antelucano vigiliam in lecto suo sedere.*

ANTEMALUM, *Præteritum malum*, in Glossis Isidori.

ANTEMANE. Gloss. MS. Regium Cod. 1013. *Aurora, nubes roseæ, Antemane.* Per *nubes roseas* expressit ῥοδόσφυρον ἠῶς, apud Poëtas Gr.

ANTEMANICA, *Antemanicia*, Pars vestis quæ ante *manicas* induitur, *avant-manches*. Glossæ Arabico Lat. *Antemanica, ornamentum brachii, quod ante manicam apponitur.* Vetus Scheda Thuana: *Calcias renelenas paria 1. pallas 4. antemanicias paria 1. &c.*

ANTEMISSÆ *arbores*: apud Siculum Flaccum libro de Condit. agrorum, Frontinum, & Aggenum, dicuntur, quas nonnulli inante possessionum suarum fines dimittere solent intactas, ex quibus neque frondem, neque lignum, neque cremium cædant, ut magnitudine cæteras antistent, & sic observationem finium præstent.

ANTEMURALE, Murus exterior, quo cætera urbis aut castelli mœnia cinguntur, & muniuntur, ne ad illa statim hostibus accessus pateat; unde & *Promurale* appellatur ab Isidoro lib. 15. Orig. cap. 2. *eo quòd*, inquit, *sit pro munitione muri.* Auctor Mamotrecti ad 9. Judic. *Propugnaculum, est antemurale, sive pinna murorum, quia de eo pugnatur.* Jo. de Janua: *Antemurale dicitur defensio ante murum.* Occurrit passim apud Scriptores.

• *Antemurale*, in Ceremoniali Cardinalium Paris Crassi lib. 2. cap. 22. vestibulum altaris, Presbyterii, seu potiùs Bematis dicitur, quod Græci *Soleam* appellarunt: *Episcopo in vestibulo altaris, id est, antemurale existenti, & nondum Presbyterium ingresso, &c.* Sed videtur disjungenda vox *ante murale*, id est, *ante murum* seu cancellum, qui Presbyterium dirimit à Choro. Vide *Murale.*

ANTENATUS, *Privignus*, in Glossis Isid. ut & Hispanis, *Antenado, el hijo nacido antes del presente matrimonio.* Est etiam primogenitus, ex Gallico *Aisné*: formatur enim vox hæc Gallica ex *ains*, quod est ante, & *né*, id est, natus. Glossæ antiquæ: *Primogenitus ante omnes natus.* Antenatis opponuntur *postnati.* Occurrunt hæc vocabula passim apud Bractonum, Fletam, & alios JC. Anglos. Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS.

VVillelmes ses fius li ainsnés
Fu d' Engletere couronnés.

Antenati, Italis, sunt antecessores, prædecessores, Math. Villaneus lib. 11. cap. 79. *Il padre era gentile huomo mercatante, & antico borghese con li suoi antenati.* Vide *Annatus.*

ANTEORTARE. Vide *Obstare.*

ANTEPECTORALIS *murus.* Vide *Anpits.*

ANTEPEDES, *Obsequia amicorum, vel ipsi amici obsequentes*, in Glossis Isid. & apud Joan. de Janua. Agræcius: *Circumpedes, sunt obsequia servorum; antepedes, (vel antipedes) amicorum.* Utitur Juvenalis. Vide Salmasium ad Trebell. Pollionem pag. 336.

ANTEPENDIUM, Velum quod antè pendet, ut *dorsale*, ad dorsum. Vetus Charta apud Joan. Schefferum ad Chronicon Upsaliense pag. 152. *Item duas stukas de panno aureo —— item unum antependium de veluto blanco & glauco, totum factum clypeis argenteis deauratis.* Infrà: *Item aliud par dorsalis & antependii de papavere.*

ANTEPONERE. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 10. *Si quis mulieri liberæ aut puellæ in via se anteposuerit, aut aliquam injuriam intulerit, &c.* Edictum Luitprandi Regis tit. 110. §. 10. *Si pro quacunque causa homines rusticani se collegerint, id est, consilium & seditionem facere præsumpserint, & cuicunque se anteposuerint, aut mancipium aut peculium de manu tulerint, &c.* Adde §. 11. & Legem Longobardor. lib. 1. tit. 17. §. 3.

ANTEPORTALE. Vide *Portale.*

ANTEPOSITIO, Agger, qui ante domum fluvio vicinam exstruitur. Charta an. 1160 apud Ughellum tom. 7. pag. 575. *Liceat --- subtus in medio sedio & fovea unum molinum, vel duo, si voluerit, construere, & adificare in alveo prædicti fluminis, palos regere, & antepositiones & elevatas facere & habere, & attacatas per dictam terram ipsius Monasterii S. Clementis construere, &c.* Vide *Attacatura.*

ANTES, στίχοι, ἀμπέλων, in Gloss. Lat. Græc. Fortunatus lib. 5. Poëm. 1.

Rebus apostolicis direxit vinitor antes.

Paulo alia notione vocem usurpat S. Columbanus instruct. 13. *Sic lumen tuum meæ largiaris, rogo Jesu mi, lucernæ, ut illius luce illa Sancta Sanctorum mihi appareant, quæ te æternum Pontificem, æternorum in antibus magni illius tui templi illic intrantem habeant, quo te jugiter tantummodo videam, aspiciam, desiderem, &c.*

ANTESTARE, Prohibere ne quis rem aliquam faciat, intercedere, se interponere, quod faciunt qui ante aliquem stant. Lex Aleman. tit. 23. §. 2. *Si quis legitimè tributum antesteterit, per jussionem judicis sui, 6. sol. sit culpabilis.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 22. *Si -- mancipium de manibus ejus tulerit, aut antesteterit*, id est, impedierit, quo minus fuga elapsum servum recuperaverit. Tit. 36. §. 2. *Si ei in via antesteterit.* id est, si obstiterit, ne pertransiret, quod *viam ob are* appellat Lex Salica. Adde Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 10. & 83. Leg. Longob. lib. 1. tit. 30. §. 8. 9. 10. & Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 392. 491. tom. 5. p. 1507. tom. 6. p. 269. 1245. &c. Vide *Obstare.*

ANTETEMPLUM, πρόναον, in Gloss. Græc. Lat. V. *Pronaus.*

ANTEVIARE, Præire. Fortunatus lib. 4. Poëm. 26.

His venit Helias, illis in curribus Enoch,
Anteviando suos, hinc Petrus, hinc Stephanus.

ANTHEROPSITA. Anastasius Bibl. in Stephano II. PP. *Præcedens in Letania cum sacratissima imagine Domini Dei & Salvatoris nostri J. C. quæ Antheropsita nuncupatur.* Sed ibi legendum *Acheropita*, rectè conjectat Editor: intelligitur enim imago J. C. ἀχειροποίητος, de qua copiosè Gretzerus lib. de Imaginibus non manufactis. Et Andreas Vitorellus de Capella Borghesia parte 6. cap. 1. & seqq.

AN-

ANTHYPATUS. Gloss. Græc. Lat. Ἀνθύπατος, *Proconsul.* Ἀνθυπατεία, *Proconsulitas, Proconsularitas.* Sed hæc veterum *Proconsulum* dignitatem spectant, quæ sub Imperatoribus Constantinopolitanis nudus titulus fuit, quo non modò suos aulicos sed etiam exteros Principes ac viros illustres interdum donabant. Chronicon Casin. lib. 2. cap. 2. *A Mariano quoque Anthypato, Imperiali Patricio, &c.* Apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 393. & 394. habetur Charta *Joannis Imperialis Patricii, Anthypati, Vesti, & Ducis Amalphitanorum.* Et tom. 8. p. 69. alia *Landulphi Anthypati, Patricii & Principis Beneventani.* ubi perperam *Antipatri* editum.

ANTIA, *Ferrum in scuto*, in Glossis Isidori. Aliàs *Antiæ* dicuntur crines capitis posteriores. Apulejus lib. 1. Florid. de Apolline: *Jam primùm crines ejus præmulsis antiis, promissis capronis anteventuli & propenduli.*

ANTIANI apud Genuenses, & in aliquot Italiæ oppidis, dicti Patricii, Nobiles, qui ætate, auctoritate & honore cæteros incolas præcellunt; atque adeo ipsi magistratus. Ἀρχιπρεσβεύοντες; Primates ordinum, seu decuriæ primi, in leg. 5. Cod. de Episcop. audient. Vide Probat. Hist. nostræ Gallo-Byzantinæ pag. 11. & Joan. Villaneum lib. 6. cap. 51. 84.

ANTIBIBLIUM, *Pignus librorum; liber, codex*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1013. in Gloss. Isid. *Pignus librorum, codex pro codice.* Joanni de Janua, *Pignus pro codice mutuato datum.*

ANTICIPARE, pro *Accipere*, haberi in Codice Palatino Capitolini monet Salmasius pag. 70.

ANTICIPITER, pro *accipiter*, in Foris Oscæ an. 1247. f. 36. *Siquis furatus fuerit anticipitrem vel falconem &c.*

ANTICULÆ, quæ *Scamella* aliis dicuntur. Liber 2. Miraculorum S. Richarii n. 8. *Cœpit manibus pedibusque repere, —— & breves illi anticulas facientes, ut in illis iter velut reptando valuisset habere, illicò miserunt.*

ANTICIPUT, pro *sinciput*; in vita Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 1. cap. 7.

ANTIDICOMARITÆ, apud Facundum Hermianensem lib. 8. cap. 7. ἀντιδικομαριανῖται Epiphanio, hæretici Arabes, qui Mariam post Christum natum viro suo commixtam asserebant.

ANTIDOTUM, Remedium medicum, *Medicina*, Ἀντίδοτον eadem notione apud Nicetam in Andron. lib. 2. num. 13. Gloss. Lat. Gall. *Antidotum, Remede ou avancement.* S. Hieronym. Epist. 151. *Vide ego nauseam & capitis vertiginem antidoto, quæ appellatur πικρά, sæpe sanari.* Vide eundem in cap. 51. Esaiæ. Octavius Horatian. lib. 2. Rer. medicar. cap. 15. *Ut sunt apium, circer, gramen, —— & reliqua quibus antidota vel decoctiones conficiuntur.* Passim apud hunc Scriptorem, Alexandrum Iatrosophistam, & Medicos. Petrus Damiani lib. 6. Epist. 30. *In omni vita sua nunquam sanguinem minuit, nunquam antidotum sumpsit.* Lib. 8. Epist. 6. de Medicis: *Cuncta eis noxia delectationis edulia minaciter interdicunt; antidota insuper & amara propinant.* Thomas Archidiac. in Hist. Salonitana cap. 19. *Erat præcipuè eruditus in scientia physicali, ita ut respiciendo in faciem sani hominis; prænosceret quo ægritudinis genere, & quo foret tempore invadendus, quove medela antidoto posset languoris evitare discrimen.* Vide Fortunatum in Vita S. Germani Paris. Episc. cap. 20.

Antidotare, in Glossis veteribus, *prævenire medicaminibus, avertere morbos imminentes, corrigere præsentes.* Will. Brito lib. 12.

—— Super afflictos tam grande periclum
Antidotare volens, &c.

ANTIFRO, *Genua figere.* Ugutio.

ANTIGARIÆ. Fori Oscæ an. 1247. fol. 5. *Si equus, equa, mulus —— fuerit ab aliquo, cui fidejusserit pignoratus, & qui eum posuit, solvat de antigariis pro qualibet noctium 5: arrovas hordei, &c.*

ANTIGENA. ὁ προγεννηθείς, in Gloss. Lat. Græc.

ANTIGRAPHUS, *Antigrapheus.* Glossæ Isidori: *Antigraphus, Cancellarius.* Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Antigraphus, scriptor, idem est & Cancellarius, qui & Archigraphus dicitur, quòd rescribit literis missis ad dominum suum. Unde Antigraphia, vel Archigraphia, id est; ejus dignitas, scilicet Cancellaria.* Sunt igitur *Antigraphi* generatim scriptores. Glossar. Ælfrici: *Antigraphus*, ƿꞃiꞇeꞃe; id est, scriptor. Ordericus Vitalis lib. 1. *A pristis doctoribus edita, & ab Antigraphis scripta considero.* Nisi quis legendum malit *artigraphis.* Propriè autem *Antigraphi*, seu *Antigraphei*, dicti Cancellarii, & Magistri scriniorum; Glossæ MSS. *antigrapheus, antiquarum rerum scriptor, à commentariis, Cancellarius.* Extat Gregorii Magni Epistola 28. lib. 1. scripta *Aristobolo, Exprafecto & Antigrapho.* Et in lib. 2. Ind. 11. Epist. 7. *Sebastianus gloriosus Antigraphus nuncupatur.* Scholiastes Juliani Antecessoris: *Quatuor scrinia sunt: primum quod dicitur Libellorum: secundum Memoriæ: tertium Dispositionum: quartum Epistolarum; unde & quatuor Antigraphei sunt.* Gloss. Græc. Lat. Ἀντιγραφεύς, *Dictator, Rescriptor.* Ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης apud Petrum Patricium in Eclog. Legat. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 480. 481.

Antigraphus, apud Isidorum lib. 1. Orig. cap. 20. est una è notis sententiarum, quæ *cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.*

ANTILOBIUM, Altercatio, ἀντιλογία. Fulgentius Placiades de Virgiliana continentia: *Omisso ergo antilogii circuitu, coepti operis aggrediamur exordium.*

ANTILOQUUS, *Antiloquium.* Ugutio: *Antiloquus, qui primo loquitur. Antiloquium, prima locutio.* Eadem habet Joan. de Janua: *Anteloquium* dixit Macrobius lib. 2. Saturn. cap. ult. & lib. 7. cap. 4. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 71.

Antiloquium, Contradictio; obloquutio. Nestorius Patr. Constant. in Epist. ad Celestinum PP. *Fraternas nobis invicem debemus collocutiones, —— quorsum hoc antiloquium?*

ANTIMONIUM, Stibium; Græcis στίμμι, cujus quidem vocis originem incertam, ut & usum antimonii veteribus incognitum, fatentur peritiores medici. Hac usus est voce Constantinus African. lib. de Gradib. pag. 381. qui quidem anno 1100. vivebat.

ANTIPARIES, Paries alteri oppositus, idem quod *Antemurale.* Matthæus Westmonast. an. 1304. *Immensa quidem tormenta ictu unius lapidis, duos antiparietes de arce, in vertice rupis fundatos, quasi sagitta per filum advolans, perforarunt:* Vide *Antemurale*, & *Barbecana.*

ANTIPEMPTON. Anastasius in Leone III. PP. pag. 133. *Fecit aqua manus antipemto deauratas paria duo.* Reinerius de inventione Reliquiarum SS. Eutychetis & Acacii apud Ughellum: *Crucem Domini ex auro purissimo fecit admirabili artificio compactam, quod splandoclastum & Antipenton vocabatur.* Utrobique legendum videtur *Antipephton*; ex Græco ἀντίπεφτον, id est, ἀντίπεφτος χρυσός; *aurum recoctum*, quomodo *obryzum* vocabant. Vide *Aurum coctum.*

ANTIPHONA; est Cantus Ecclesiasticus alternus, cùm scilicet à duobus choris alternatim Psalmi et Hymni concinuntur. Ita Isidorus lib. 6. Orig. cap. 19. & lib. 1. de Eccl. off. cap. 7. Gloss. Lat. MS. Regium: *Antifona, Vox reciproca.* τὰ ἀντίφωνα, Germano Patriarch. Constantinop. in sacra Theoria. Concil. Ephesinum: καὶ ἀναστάντα πάντα τὰ μοναστήρια, ἅμα τοῖς Ἀρχιμανδρίταις αὐτῶν, ἐξῆλθον ἐπὶ τὸ παλάτιον, ψάλλοντες ἀντίφωνα. Eddius Steph. in Vita S. Wilfridi cap. 44. *Aut quomodo juxta ritum primitivæ Ecclesiæ consono modulamine, binis adstantibus choris, persultare responsoriis antiphonisque reciprocis instruerem.* Alcuin Poëm. 3.

Præsentem ergo diem cuncti celebremus ovantes,
Et reciproca Deo modulemur carmina Christo.

Con-

Concilium Toletanum I. can. 9. *Nulla Professa vel vidua absente Episcopo vel Presbytero, in domo sua Antiphonas cum Confessore, vel servo suo faciat.*

Antiphonarum apud Græcos auctor creditur S. Ignatius, à quo formam illam alterna vice cantandi in Ecclesiam Antiochenam profluxisse tradunt Georgius in Vita S. Joannis Chrysost. Socrates lib. 6. cap. 8. Nicephor. Calist. lib. 13. cap. 8. Amalarius de Eccl. off. lib. 4. cap. 7. Walafrid. Strabo cap. 28. &c. alii Flavianum & Diodorum *Antiphonarum* usum Antiochenæ tradidisse scribunt, ut Theodoretus, & ex eo Sigebertus, & Radulphus Tungrensis.

Apud Latinos verò primus S. Ambrosius Antiphonas constituit, Græcorum exemplum imitatus; ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum usus increbuit, inquit Isidorus lib. 1. de Eccles. offic. cap. 7. quod & testatur Paulinus in illius Vita: ne populus mœroris tædio contabesceret, ait S. Augustinus lib. 9. Confess. Adde Sidonium lib. 5. Epist. 17. Sigebert. an. 338. Raban. lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 50. Durandum lib. 5. Ration. cap. 2. n. 30. & seqq. & Durantum lib. 3. de Ritib. Eccles. cap. 17.

Antiphona strictiùs loquendo, in Ecclesiasticis officiis, dicuntur meræ ex variis Psalmis diversorum versuum, qui magis solennitatis mysterium exprimunt, eclogæ, quæ Psalmis ipsis concinendis præmittuntur; seu sententiæ quæ Psalmum antecedunt, quia, ut ait Amalarius lib. 4. de Eccl. offic. ad ejus symphoniam Psalmus cantatur per duos choros, ipsâque Antiphonâ conjunguntur duo chori. Vide Concilium Turonense II. can. 18. Differt autem *Antiphona* à *Responsorio*, quòd in Responsoriis unus dicat versum, in Antiphonis autem alternent versibus chori.

Antiphona ad Introitum, quæ in Introitu Missæ canebatur. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 22. & Micrologus cap. 1. *Interim cantatur Antiphona ad introitum, quæ ab introitu Sacerdotis ad altare hoc nomen meruit habere.* Ita etiam appellatur in libro Sacramentorum Gregorii Magni, statim initio. Fortunat. lib. 5. Poëm. 3. *In natalitio Gregorii Episcopi, cum Antiphona dicere rogaretur, in Missa dictum.* Eadem quæ *Introitus* vocatur. Vide in hac voce, & Menardum ad Sacram. Gregor. pag. 3.

Antiphona de podio, dicta oratio: *Salve Regina*, quòd facta fuerit ab Ademaro Episcopo Podiensi, ut auctor est Albericus in Chron. MS. an. 1130. Hanc alii S. Bernardo ascribunt, qui sub ea tempora vixit.

Antiphonæ processionales, quæ in processionibus canuntur, apud Joann. Episc. Abrinc. de Offic. Eccles. pag. 38.

Antiphonæ Rogationales, quæ dicuntur in Rogationibus, apud eundem Joan. Ep. Abrinc. de Off. Eccl. p. 55.

Antiphona Allelujatica. Vide *Alleluya.*

Antiphonæ invitatoriæ, quæ, inquit Amalarius lib. de Ord. Antiph. cap. 69. *currunt per Dominicas noctes.*

Antiphonam levare, Canendo præcinere. Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Antiphonamque præoptatam ipse in Evangelium levavit, & clarè percantavit.*

Antiphonatim, Alternis choris. Florentius Wigorn. *Celestinus PP. constituit ut Psalmi David 150. ante sacrificium antiphonatim decantarentur.* Occurrit præterea apud Galterum Tervan. in Vita Caroli Comit. Flandr. Epitaphium S. Nicetii Archiepiscopi Lugdun.

Psallere præcepit, normamque tenere canendi
Primus, & alterutrum tendere voce chorum.

Vide ejusdem Vitam ex Jurensi Cod. n. 3.

Viget apud Græcos alia antiphonatim canendi ratio, quam παρακοντάκιον appellat Leo Imp. in Tacticis, cap. 7. §. 12. ubi hæc habet: γυμνάσεις εἰς τὸ ἐπέρχεσθαι ἀλλήλους ἄνδρας β. καὶ ὑποχωρεῖν, καὶ πάλιν ἀπελαύνειν, καὶ ἐξελίσσειν, κατὰ τὸν τύπον παρακοντακίου. In quem locum Philippus Pigafetta, quem non viderat Meursius: *Il moto militare che al numero* 11. (al. 12.) *raconta qu'l' Imperatore, e tratto dal canto cheusano i caloieri ne loro divini l' Offici, nomata Paracontaci, conciosia che Paracontaci sono himni de' Santi, i quali sono alternatamente cantati in questa maniera. Sara un choro de quatra caloieri, che canteranno le laudi di un Santo, due di loro prima cantano, & poi tacciono, & gli altri due poi il canto ripigliano, & poi cessano, & ricominciano que gli altri due, & in forma tale si vanno vincedevolmente cambiando, & dando luogo.* Ita etiam describitur alternus & ἀντίφωνος iste cantus à Jacobo Goaro ad Euchlog. Græc. pag. 123.

Antiphonarium, Liber continens *Antiphonas* totius anni Agobardus lib. de Divina psalmodia: *Necesse fuit omnem sacrorum officiorum seriem, quæ solito Cantorum ministerio per totum anni circulum in Ecclesiasticis conventibus exhibetur, —— diligentiùs & pleniùs in libello quem usitato vocabulo Antiphonarium nuncupant, colligere atque digerere.* Hujus auctorem Gregorium Magnum fuisse ait Joan. Diaconus in illius Vita lib. 2. cap. 6. *Antiphonarium centonem Cantorum studiosissimus nimis utiliter compilavit.* Rupertus lib. 2. de Divin. offic. cap. 21. *Gregorius Antiphonarium regulariter centonizavit & compilavit.* Adde eundem Agobardum lib. de Correctione Antiphonarii c. 15. Scripsit Amalarius Fortunatus librum *de Ordine Antiphonarii*. Idem liber dicitur etiam *Responsonarium*, à *Responsoriis*, quæ ibid. continentur, ut observat Durandus lib. 6. Ration. cap. 1. num. 24. Vide Monachum Egolismensem in Vita Caroli Magni an. 787.

Antiphonarium diurnum, & nocturnum, quorum scilicet usus in diurnis & nocturnis officiis. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 62. *Antiphonaria de die duo in choro semper habenda, Antiphonarium de nocte.*

ANTIPODIUM, Anterior sellæ pars, cui equitantes manu innituntur. Albertinus Mussatus lib. 12. de Gest. Ital. post Henric. Rubrica 2. *Ut in equis in curia Domini confidentes, plerumque & super sellarum antipodiis dormitantes descensum Domini expectarent.* Vide *Appodiare.*

Antipodium, Subselliorum Monasticorum, quæ nostris *forma* dicuntur, pars posterior, quæ anteriori seu podio opponitur. Odo Cluniac. lib. de Vita S. Geraldi cap. 11. *Ita suspensus in contemplatione stetit, ut nec sederet, nec vel paululum in antipodium recubaret.*

ANTIQUALIA. Thwroczius in Chron. Hungar. part. 1. cap. 24 *In quodam oppido … cujus antiqualia hunc usque in diem durant.* Maceriæ, ruinæ Gallis *Antiquailles*: Italis *Anticaglia.* Joan. Villaneus lib. 1. cap. 38. *Ancor' hoggi in Terma si vede dell' anticaglia.*

ANTIQUARIUS. Isidorus lib. 6. Orig. cap. 14. *Librarii iidem qui & Antiquarii vocantur, sed Librarii sunt, qui nova & vetera scribunt, Antiquarii qui tantummodo vetera, unde & nomen sumpserunt.* Glossæ veteres: *Antiquarius*, ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. Sunt igitur *Antiquarii* qui vetustate obsoletas libros componunt, reparant, describunt, ut est in l. 2. C. Th. de Studiis liber. urb. Rom. & l. 10. Cod. de Proximis sacror. scrin. Vide Senator. de Divin. lect. cap. 15. 30. Sidon. lib. 9. Epist. 16. S. Augustin. Serm. 44. Auson. ad Probum, Ordericum lib. 3. pag. 470. &c.

Antiquaria ars, apud S. Hieron. Epist. ad. Florentium. Vita S. Nili junioris pag. 17. καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ τὴν τῆς καλλιγραφίας δυσκατόρθωτον τέχνην.

Antiquare, καλλιγραφῆσαι, in Glossario veteri. Eadem Vita S. Nili junioris pag. 29. ἀπὸ πρωῒ ἕως τρίτης ὀξέως ἐκαλλιγράφει, λεπτῷ καὶ πυκνῷ χρώμενος ἰδιοχείρῳ. Infrà p. 33. κῆρον ... πήξας ἐπὶ τῷ ξύλῳ, δι' αὐτοῦ τῶν τοσούτων βιβλίων τὸ πλῆθος ἐκαλλιγράφησε. *Manu antiquaria libros conscribere*, in Chronico Novalicensi cap. 20.

Antiquariorum domus, in Monasteriis, quod & *Scriptorium* dicitur. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 41. *Hic pri-*

premitias Antiquariorum domum Abbatis sui jussione : & tam librorumque copiam huic Ecclesiæ contulit.

ANTIQUUS, Senex, ex vernaculo *Ancien. Ancestre*, Falco Beneventanus an. 1136. *Quique antiquorum suorum sequebantur honestatem.* Occurrit in Vita Mariæ de Mailliaco: Joannes Villaneus non semel vocem *Antico* hac notione usurpat. Vide *Senex*.

ANTISCOPI, pro *Antiepiscopi*, pravi Episcopi non semel appellantur in vita S. Theodardi Archiepisc. Narbon apud Catellum.

ANTISECUS, *Antè*, ἔμπροσθεν, in Glossis Græco-Lat. Vide *Postsecus*.

ANTISIGMA, una è notis sententiarum quæ *ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut & in antiquis auctoribus positum invenitur. Antisigma cum puncto, ponitur in iis locis, ubi in eodem sensu duplices versus sunt, & dubitatur qui potiùs eligendus sit.* Isidor. lib. 1. Orig. cap. 20.

ANTISMICUS, *Urbanus, non amarus, non iracundus* Joan. de Janua. Videtur legendum *Anticynicus*.

ANTISPER, πρὸ τινύτο, in Gloss. Lat. Græc. ut *tantisper*.

ANTISTITA, *Abbatissa*, in veteri Charta quam laudat Hieron. Henningius in Geneal. Rhetiæ Curiensis Principis: *Sacerdotissa*, Ugutioni. Occurrit hæc vox apud Plautum.

ANTISTITARE, Episcopum agere, in Excerptis ex veteribus lectionibus MSS. Ecclesiæ Vesontionensis nuper editis à viro doctissimo Petro Francisco Chiffletio dissertat. 2. de Conversione Constantini M. *Tunc temporis Hilarius antistitabatur Crisopoli.*

ANTISTITIUM, *Præsulatus vel Primatus* Gloss. MSS. S. Germani Paris. Cod. 524. Joanni de Janua, *Sacerdotium, divinum: unde, Marcus, venerabili antistitio praeminebat.*

Antistitium, pro Monasterio occurrit non semel in lib. Miraculor. S. Thomæ Cantuar. Arch. edito à Stapletono.

ANTITAS, *Antiquitas*, in Breviloquo, ex quo emendandæ Glossæ Lat. Græc. *Antas*, γερουσία. legendum enim *Antitas*, Infrà: *Antites*, γερουσίαι. Fortè pro *Antiquitas*. Alibi: *Antiquitas*, ἀρχαιότης.

ANTISTROPHA, *Reciproca conversio, quando totum Responsorium convertitur.* Papias.

ANTITHETARIUS. In Legibus Canuti Regis Angl. apud Bromptonum, lemma capitis 47. *de Antithetario*, inscribitur: sed in ipso capite vox ipsa deest. Legis autem sensu penitus inspecto, eum qui illatam accusationem, recriminatione, id est, contraria intentata actione, sategerit repellere, *Antithetarium* vocari censet Somnerus.

ANTOPIUS. Anonymus Barensis in Chron. an. 1046. *Et ceciderunt Græci, & multi antopii per gladio & in mare.* Expressit, ni fallor, vocem Græc. ἄνθρωποι, viri.

ANTOR, pro *auctor*, primus venditor. Occurrit passim in Foris Aragon. Vide lib. 6. de Furto.

ANTRILLUS, *instrumentum lapicidarum*. Breviloq.

ANTRUSTIO. Vide *Trustis*.

ANVANNA. Vide *Auvanna*.

ANUBDA, *Anupda*, *Anuda*, Præstationis vel oneris species. Charta Hispanica an. 824. apud Sandovallium: *Et omnes qui venerint ad populandum ad illa Branoossaria, non dent anupda, non vigilias de castellos, nisi dante tributum, & infurtione, quantum poterint ad Comite, &c.* Alia æræ 1010. apud Yepez t. 5. p. 456. *Ipsas las cum foro ex lecto quæ non pro homicidio non anuguvera, neque foratera, neque saione, de Comite non teneat.* Alia æræ 1016. tom. 5. pag. 444. *Ut non habeant istas villas & istos terminos super saionem, nec fossatum, nec anuda, neque alicidio (scrib. homicidio) neque erbatico, nec portatico in terminis de Castella.* Alia æræ 1018. tom. 1. *Et ad populandum damus ibidem licentiam, ut qui ibi habitaverit, nulla habeat super se regalia, aut comitialia imperia, neque respondeat aliquid ad ejus debita, non pro furtum, neque pro homicidium, neque pro fornitio, non pro manneria, neque pro serina, neque pro fossare, neque pro anubda neque pro castellia, neque pro sacienda villa, &c.* Alia Aldefonsi VI. Regis æræ 1118. tom. 3. *Ut nullus minister meus vel heredum meorum, vel aliarum quarumlibet potestatum intra terminos Monasterii audeat intrare, vel pignus accipere, aut in omnibus villis vel Ecclesiis, seu hereditatibus quæ juris eorum sunt, per manus saionis sigillum ponere, sive pro homicidio, sive pro fossatore, sive pro roxo, sive pro castellato, sive pro abnuda, aut pro nuntio, aut pro pignore, aut pro furto, &c.* Alia Ferdinand. I. Regis Castellæ æræ 1100. tom. 1. *Ut non patiantur nulliusmodi aliquod detrimentum nostri sayonis, nec nullius hominis non pro fossato, non homicidio, non pro furto, non pro fornitio, non pro annubda, non pro castelleria, non pro annassia, non pro nulla calumni de hoc mundo, &c.* Alia Sanctii Rerom. 5. pag. 468. 469. *Ut sint liberæ omnes hereditates vestræ, & absque injuria cujuslibet personæ Regalis & Pontificalis & Laicalis, sine saione, sine homicidio, sine fosato, sine anupta, &c.* Adde pag. 472. tom. 6. pag. 486. 490. Videat Lector an ex hisce locis vocis notionem percipiat.

ANUGUERA. Vide *Anubda*.

ANULARE, Coloris species qua pictores utuntur. Isidor. lib. 19. Orig. cap. 17. *Anulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturæ luminantur. Fit & ipsum ex creta admixtis vitreis gemmeis.* Ab eo hausit Papias.

ANUREPORESIS. Gloss. Saxon Ælfrici: *Anureporesis, id est, homo utriusque generis:* bæddel.

ANWEGUN. Reinerus contra Waldenses cap. 5. de iisdem hæreticis: *Primò de Baptismo dicunt, quòd Catechismus nihil sit. —— Item quòd oblatio illa quæ dicitur Anvvegun, sit adinventio.* Ad marginem scripsit Gretzerus * Illyr. *Auvvegen*. Freher. *Alvvegen*.

ANXILLA, *Olla superiùs stricta*. Breviloq.

ANXIMONIA, Anxietas. In Vita S. Guthlaci cap. 31.

ANXIFERIUS, *Mœstificus*. Papias.

ANXIONARIUS. Auctor de Disciplina Scholarium cap. 4. *O quàm proficiens est sanitatique consentaneum secundùm facultatem in unum componere, ne artocopi mucore anxionarius anhelitum infirmet, & vini insipidi acor cordis secreta confundat, —— & quod deterius est, ne assiduis incursibus ingrassetur anxionarius.*

ANZINGA. Vide *Andecinga*.

APACARE, Satisfacere, contentum reddere, Italis, *Appagare, dar' sodis fattione.* Pacta inita inter Francos & Venetos, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 92. *Si autem aliquid residuum fuerit, debemus per medietatem inter nos & vos dividere, donec fuerimus apacati.*

APALTUS, *Ital. Appalto*, Locatio. Synodicum Raphaelis Archiep. Nicosiensis sub an. 1252. cap. 18. *Denuntiamus excommunicatos omnes qui non restituunt, vel restitui faciunt integrè & plenariè decimas Ecclesiæ Nicosiensi, de omnibus possessionibus, animalibus, apaltibus, & redditibus suis, &c.* Eadem habentur in Concilio Nemosiensi an. 1298. cap. 4. ubi pro *apaltibus*, editum *appactis*. Unde fortè vocis etymon. Adde aliud Concil. Nemosiense an. 1340. cap. 1.

Apaltor, Manceps, *Ital. Appaltatore.* Idem Synodicum cap. 19. *Prohibemus Clericis & præcipuè Presbyteris & Diaconibus, ne commercia vel officia sæcularia exerceant, maximè inhonesta: & ne sint casalium aut redituum apaltores, aut procuratores Militum, &c.* Vide *Apatisatio*.

APANARE, Panem ac cibum porrigere, pascere: panem enim pro quocunque alimento usurpari palam est,

est. Agellius lib. 9. c. 2. *Ad Herodem adiit nobis præsentibus palliatus, ac petiit as sibi dari εἰς ἄρτους.* Et in Orat. Dominica, *Panem nostrum da nobis hodie.* Ita in Lege Salica tit. 57. §. 5. & tit. 59. §. 1. *Panem & hospitalitatem dare*, idem est quod *pascere, & hospitium dare*, quod habetur in tit. 76. §. 1. Edit. Heroldi. *Panem & aquam dare*, in Capitulari Sicardi Princip. Benevent. c. 1. *Panem & aquam natura desiderat*, inquit Seneca Ep. 25. *nemo ad hæc pauper est: intra quæ quisquis desiderium suum conclusit, cum ipso Jove de felicitate contendat, ut ait Epicurus.* Adde Epist. 110. Charta anni 1328. Dominorum Canneti in Provincia. *Omnis persona extranea vel privata caveat ne infra castrum Canneti, seu ejus territorium receptet & occultet, seu etiam apanet aliquem latronem.* Et mox: *Quod intelligimus, si tales apanatores, vel auxilium præbentes, scirent esse latrones eos quos apanarent.* *Apaner une fille*, est dotem, seu legitimam portionem bonorum filiæ conferre, ita ut cæteris hæreditatis bonis renunciet, in Consuetudine Nivernensi cap. 23. art. 24. Marchiensi art. 220. 224. Burbon. art. 265. 305. & seq. & in Consuetud. loci de *Thear* in Biturig. art. 25. *Apanager*, in Silvanectensi art. 66. Bourbon. art. 265. Bituricensi tit. 5. art. 17. & Turonensi art. 284.

Apanamentum, *Apanagium*, ab eodem fonte, pro eo quod ad victum & in alimentum secundogenitis præstatur & conceditur à parentibus; *Soustenance* dicitur Petro de Fontanis in Consilio cap. 34. nam in pluribus Galliæ provinciis, ut ait Petrus de Vineis lib. 6. Epist. 25. *Major natu, exclusis minoribus fratribus & cohæredibus, solus in castro succedit, inter eos nullo tempore dividendo.* Quippe baroniæ, seu majora prædia ac feuda, divisionem non recipiunt, nec inter hæredes dividuntur, sed ad solum primogenitum pertinent: qui tamen tenetur assignare *apanagium* fratribus suis secundogenitis, seu certam quandam *provisionem*, uti & vocatur, id est, pensionem in alimentum pro dignitatis ac natalium ratione. Aresta O. SS. an. 1269. in 1. Reg. Parlam. fol. 60. *Aliprora Comitissa Leicestriæ petebat à Comite Engolismensi portionem in Comitatu Engolismensi ratione frayragii spectantem ad ipsam ex parte ... quondam matris ipsius Comitissæ Leicestr. & proaviæ Comitis supradicti. Sed idem Comes in contrarium respondebat, quod dicta Comitissa Leicestr. in tali petitione non debeat audiri, cùm dictus Comitatus esset impartibilis, nec unquam fuerit per quotas partitus, licet multi casus acciderint, in quibus si esset partibilis, debuisset partiri. Super quibusdam facta inquisitione diligenti, fuit per inquestam inventum, quod dictus Comitatus nunquam fuit per quotas partitus vel divisus: tamen per Comites seu Comitissas dominos Comitatus prædicti inter filios & filias, fratres & sorores, factæ fuerunt quædam partes, quæ in partibus illis Appanamenta dicuntur. Et cum judicatum fuisset, quòd dicta Comitissa pro dicta petitione non deberet audiri: tunc petiit D. Comitem Engolismensem & D. Gaufridum de Leziguen adjornari. Quibus adjornatis & præsentibus, tertia die eadem Comitissa petiit à dictis Comite & Gaufrido sibi appanamentum fieri secundùm Consuetudinem terræ. Qua petitione facta, auditis responsionibus dictorum Comitis & Gaufridi, & visis inquestis super hoc factis & diligenter intellectis, absolutus fuit per judicium dictus Gaufridus à prædicta impetitione ipsius Comitissæ, cùm ipse appanatus fuerit, & per appanamentum teneat, nec per Consuetudinem terræ, quæ liquidò inventa est esse talis per istam inquestam, appanamentum facere debeat appanatus. Dictus autem Comes fuit per judicium condemnatus ad faciendum dictæ Comitissæ annuum perpetuum appanamentum quadringentarum libratarum terræ monetæ currentis in Comitatu Engolismensi prædicto. Item condemnatus fuit idem Comes in octingentis libris monetæ Engolism. pro arreragiis 2. annorum à tempore litis motæ. In hujus autem pronuntiatione sententia expressè fuit dictum, quòd dicta Comitissa in terra hujusmodi sibi adjudicata non haberet donum seu fortericiam per istam sententiam, quia omnia loco donus plus sibi dederat de terra.* Pactum an. 1323. quod refertur in Probationibus Hist. Castilionensis p. 100. *Leait Iehan son frere ne devoit, ne povet demander en ladite Conte de Blois, que apanage tant seulement. Ledit Iean disant & maintenant le contraire que il devoit avoir droit de partage en ladite Comte, &c.* Ubi *apanagium*, divisioni seu *partagio* opponitur: nam *apanagium* est certa pensio, seu annuus reditus ratione prædii quod divisionem non recipit, assignatus secundogenitis, quo sibi *panem* ad victum comparent: *partagium* verò, divisio ipsa prædiorum.

Et sanè ea Francorum nostrorum mens fuit, dum morem hunc induxere, uti major natu solus in majoribus prædiis, nusquam inter fratres ercíscundis, succederet, ut nobilium familiarum dignitas integra, illibatusque splendor permaneret, dum ad unicum ex liberis universa majorum prædiorum perveniret successio. Quippe si ea divisionem reciperent, lapsu temporis, crebra ac frequenti partitione, ad nihilum reducerentur. Proinde satis duxerunt, etsi id quod minimè juri naturali adversetur, ut secundogeniti sola, ut dixi *provisione* ad victum contenti, vel clericalem aut cælibem vitam eligerent, vel bella sectarentur, nisi aliunde bonis ditari contingeret.

Proferam in hujus recepti jampridem apud nostros moris bina exempla in sola familia Monspeliensi, ac primum quidem ex Testamento MS. Guillelmi *D.* Montispessulani filii Ermessendæ 3. Idus Dec. 1146. *Bernardum Guillelmum filium meum dimitto Guillelmo filio meo majori, ita scilicet ut usque ad ætatem 18. annorum bene faciat eum docere, & in litteris studere: & si tunc voluerit Clericus fieri, & ad sacros ordines promoveri, Dominus Montispessulani teneat illum honorificè secum, ita scilicet ut equos & arma, & armigeros, & victum, & vestitum sibi honorificè administret, & Bernardus nihil aliud in toto honore ipsius aliquo jure petere possit; vilis enim hæreditas nobilem hominem non decet.* Aliud exemplum subministrat Testamentum Guillelmi D. Montispessulani filii Mathildis Ducissæ pridie Non. Novemb. 1202. *Volo quòd filius meus major natu, postquam Tortosa* (filius secundogenitus) *equitaverit, cum armis, det ei toto tempore vitæ suæ annuatim 1000. sol. & pro his sit contentus omnibus aliis bonis meis.*

Ex quibus patet eam fuisse *D*ominorum Monspeliensium mentem, ut omnis nobilissimæ familiæ dignitas illæsa permaneret, dum ad unicum Montispessulani Dominum perveniret hæreditas. Id ipsum de Comitibus Flandriæ tradit Lambertus Schaffnaburgensis an. 1071. *In Comitatu Balduini ejusque familia id multis jam sæculis servabatur, quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum qui patri potissimùm placuisset, nomen patris acciperet, & totius Flandriæ principatum solus hæreditaria successione obtineret. Cæteri verò fratres, aut huic subditi, dictoque obtemperantes, ingloriam vitam ducerent, aut peregrè profecti, magis propriis rebus gestis florere contenderent, quàm desidiæ ac socordiæ deditì, egestatem suam vana majorum opinione consolarentur: hoc scilicet fiebat, ne in plures divisa provincia, claritas illius familiæ per inopiam rei familiaris obsoleret.* Neque alia pariter fuit Principum quorundam mens, qui legum condendarum auctoritatem sibi arrogarunt, dum statuere, ut tota bonorum successio unicum spectaret primogenitum, secundogeniti certis ac statis pensionibus pro victu & vestitu ad vitam contenti essent: quod etiamnum obtinet in Pontivensi Comitatu, & in aliquot aliis Franciæ provinciis.

Neque alio jure Reges nostri liberos suos secundogenitos certis pariter pensionibus contentos esse volue-

voluere. Nam cùm Regnum Franciæ per se sit divisionis expers ut pote, suprema Baronia, secundogeniti in parte ad successionis pervenire non possunt; sed pro natalium dignitate ac prærogativa tuenda, à Regibus donantur certis quibusdam pensionibus, quæ assignantur in statis ac designatis prædiis, vel etiam ipsis prædiis, quibus ii fruuntur, quamdiu eorum mascula stirps superstes est: qua extincta *apanamentum* ad Fiscum regium ipso jure redit. Nam fœminæ ex Lege Salica ejusmodi prædiorum successionis sunt incapaces. Prostat Diploma Ludovici Hutini Regis Franc. an. 1315. pro Carolo Comite Marchiæ, in quo mentio fit *des heritages & possessions qui li sont & seront assignees & delivrées, tant pour cause de apanage & provision pour cause du Royaume de France, comme par la succession de nostre tres-chere Dame & mere, &c.* Ubi satis innuitur bona quæ Regum secundogenitis donantur, non hæredii, sed *apanamenti* ac *provisionis* jure assignari; quorum ea est natura ac species, ut deficiente secundogenitorum linea directa, ad Regiam Coronam ipso jure revertantur: quod quidem ex antiqua Regni consuetudine obtinuisse evincit Arestum sequens, cujus meminit Tillius, quod ex schedis Peirescianis olim descripsimus: *Notum sit omnibus, quod cùm dudum sanctæ memoriæ Ludovico quondam Francorum Rege defuncto, bonæ memoriæ Alfonsus quondam Comes Pictaviæ postmodum decesserit, illustrissimo Domino Rege Philippo possidente & tenente Comitatum Pictaviæ & terram Alverniæ, Procurator serenissimi Principis Caroli Regis Siciliæ fratris dicti Alfonsi quondam Comitis Pictaviæ, & patrui dicti Dom. Philippi Regis Franciæ, in Curia dicti domini Regis Franciæ dictum Comitatum Pictaviæ & terram Alverniæ petiit deliberari, & reddi à dicto Domino Philippo Regi Siciliæ Carolo suprà dicto; cum dictus Carolus frater dicti Alfonsi Comitis quondam esset proximior, quàm dictus dominus Rex Philippus, qui dicti Alfonsi tantummodo nepos erat: allegans insuper Procurator, & Consuetudinem Regni generalem & specialem locorum, ubi bona consistebant prædicta dicto Domino Carolo suffragari: præmissa petens idem Procurator, cùm idem Alfonsus Comes dictum Comitatum Pictaviæ, ut partem terræ ab avo dicti Domini Philippi Regis Francorum habuisset, ut dicebat Procurator præfatus. Verùm parte dicti Dom. Regis Philippi in contrarium proponente, quòd de generali Consuetudine hactenus a multis generationibus Regum pleniùs observari, cùm donatio quæcunque hæreditagii procedit a domino Rege uni de fratribus suis, donatario ipso sine hærede proprii corporis viam universæ carnis ingresso, donationes ipsæ ad ipsum donatorem, aut ejus hæredem succedentem in Regno, revertuntur pleno jure. Et in hoc casu nepos patruum excludit, cùm idem nepos suo jure, & generali Consuetudine in omnibus personam prioris donatoris repræsentet. Adjiciens pars D. Regis Philippi, quòd defuncto Rege, filioque Regis primogenito succedente in regno ejusdem Regis, fratres portionem certam bonorum patris, tertiam quartam, vel quintam, seu quotam non possunt petere, sed nec petentes audiuntur: sed primogenitus quantum vult, & quando vult, eis confert. His autem non contenta pars Regis proposuit Consuetudines speciales locorum, ubi bona petita sita sunt, tales esse, quòd in omnibus Baroniis tales donationes decedentibus donatariis sine hærede proprii corporis: non ad fratrem donatarii, sed ad filium donatoris succedentem in Regno, mortuo donatore, revertuntur pleno jure. Itaque pluribus aliis rationibus & persuasionibus propositis hinc inde, ac negatis hinc inde factis, & Consuetudinibus, quatenus contrariabantur adinvicem, de Consuetudinibus hinc inde propositis, prout decuit, a testibus juratis diligentiùs inquisito, visis & attentis & testamento quodam, & litteris, & depositionibus testium super dictis Consuetudinibus, auditore die certa assignato ad audiendum judicium, anno Dom. M. CCLXXXIII. feria IV. post Invocavit me, dicta die, videlicet Dom. Rege Philippo ex una parte, & Dom. Rege Siciliæ ex altera præsentibus: per jus pronuntiatum fuit, dictum Dom. Regem Siciliæ non habuisse, nec habere jus petendi Comitatum Pictaviæ, & terram Alverniæ; ac ipsum Dom. Philippum Regem absolvit Curia ab impetitione Regis Caroli prænotati. Huic judicio præsentes adfuerunt, &c.* Pronuntiatum in Parlamento incœpto in crastino festi Omnium SS. anno. Dom. MCCLXXXIII.

APANTETERIUM. Gloss. Lat. Græc. Ἀπαντητήριον, *Apanteterium, diversorium.*

APARAZMUS. Vide *Amparare.*

APARES. Vide *Appares.*

APATISATIO, Pactum, conventio. Litteræ Thomæ de Monte-Acuto Comitis Sarisberiensis apud Nic. Uptonum lib. 2. de Officio Militari cap. 12. *Concedimus per præsentes bonum & salvum conductum, ac salvam gardiam, sive securitatem apatisationis. Epactio,* vel *pactio,* in Tabul. S. Dionysii Lemovic. c. 5. *Apastis,* apud Monstreletum 2. vol. p. 81. 83. b. *Apatiçer* apud Juvenalem Ursinum in Epist. ad Status Blesenses: *Esquelles choses le pauvre peuple de tous Estats cuidant mettre remede, delibera de soy apaticher a la Garnison plus prochaine; mais tantost toutes les autres Garnisons commencerent à courir villages, voulans avoir patis.* Idem in Epist. ad Carol. VIII. Reg. an. 1439. *Apatissoient les villages a huit ou dix places, & si on paroit, on avoit mettre le feu és villages.* Alanus Charterius, *au livre des 4. Dames:*

Et de sir tient tout apastis,
Mon vouloir, qui est amatis.

Pastis, in Charta Caroli V. Reg. Franc. an. 1372. *Les raenzons & pastis, qui par les Barons estoient faits sur nos sujets.* Ex prædictis satis liquet *apatisationem, Apastis, Pastis, & Apatiser,* ab eodem fonte derivari, à *pactio* scilicet, non vero à *pastu,* ut perperam censuit Duchesnius, ita ut *apatisatio* nihil aliud sit quàm pactum initum cum aliquo; *apatiser* verò, pacisci. Vide *Apaltus, Appatiamentum, Pactum.*

APELLA, Judæus circumcisus, quasi *sine pelle.* Horat. l. 1 Serm. Sat. 5.

——— *Credat Judæus apella.*
Non ego.

Aurora in Exodo:

Extinguit Domini factus apella puer.

APELLAREA. Vide *Applare.*

APENARII. Trebellius in Gallienis: *Carpenta cum mimis & omni genere histrionum: pugiles sacculis non veritate pugnantes: Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii, ita ut miranda & stupenda quædam monstrarent.* Casaubonus monet in quibusdam MSS. legi *apinarii* & *apennarii.* Meursius vocem formatam ex ἀπήνη censet, quæ vox Græcis *currum asinis aut mulis junctum* sonat: ita ut ἀπηναῖοι aurigæ fuerint.

APENDICE *cedri,* ἐπὶ τῶ πήγματος, in Inscript. apud Gruter. 601. 10. Officium Domus Augustæ, cui arcularum aut aliarum rerum è cedro compactarum cura erat, inquit Salmasius: est enim *pendix,* idem quod *pendigo,* apud Arnobium: *Pendigines statuarum, &c.*

APENDIMENTUM, Appendix Gall. *Appendances.* In Charta an. 1218. apud Guichen. in Probat. Hist. Sabaud. p. 62.

APENNIS, scriptum dicitur, confectum in gratiam eorum qui incendio, aut hostili deprædatione, chartas, quibus possessionum suarum proprietatem & jura ostendere poterant, deperdiderant. Tunc enim coacta loci plebe, ipsoque coram Judice facta accurata inquisitione aliud conficiebatur instrumentum quo inposterum rerum suarum jura firmarentur: idq; duplici facto exemplari, quorum unum in foro civitatis publico affigeretur,

tur, ut omnibus innotesceret, alterum penes possessorem remaneret, qui ad majorem rei cautelam, Regi ipsi, aut loci Principi, firmandum proferret. Unde *relatum* & *Chartula relationis* dicitur in formulis veteribus, à Bignonio & Lindenbrogio editis, quia ex aliorum relatu conficiebatur. Incertus auctor in formulis post Marculfum cap. 45. quod inscribitur: *Relatum, quod dicitur Apennis: Mos nobilium Romanorum adsuevit, & ratio juris deposcit, ut si cujuscunque domus igne crementur, is per speciem scripturarum Chartulam relationis, quæ dicitur Apennis, recipiat.* Formulæ vett. secundùm Legem Rom. cap. 28. *Consuetudine hujus loci, vel etiam legis terrenæ justitiæ constat esse perfectum, ut quicunque ab incendiis, vel hostibus, seu à latronibus fuerit perpessus dispendium, oportet hoc casu in foro publico, vel civitate, cum Curia publica & Defensore, vel reliquis civibus publicare.* Reliqua prætermittimus, quæ ad firmanda suprà allata spectant, cùm ea inspicere Lector possit. Sed notandum in MS. Regio Cod. 1097. *Adpennem*, & *Appennem*, hoc loco haberi. Extant de ejusmodi *Apenni* formulæ 30. 31. 32. in Formul. Andegav. ubi *Apennis* & *Appennis* promiscuè scribitur.

APERIRE. *Aperti honores, Aperta beneficia, Aperta feuda*, dicuntur, cùm vacant, nec possessorem habent. Capitula Caroli Calvi tit. 43. cap. 8. *Si, antequam redeamus, aliqui honores aperti fuerint, considerandum est, quid exinde agatur.* Eginhardus Epist. 50. *Ut aliquam consolationem ei faciatis de Beneficiis, quæ hinc in nostra vicinia absoluta & aperta esse noscuntur. Aperta feuda*, in vet. instrumento apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 389. *Fief vvide & ouvert*, in Consuetud. Blesensi art. 47. 76. 77. 78. *Ouvert, découvert, ouverture de fief*, in aliis passim. Contra feudum operire, *Couvrir le fief*, in Consuet. Monfortensi art. 46. cùm vassallus possessionem feudi, præstito hominio, iniit.

Apertæ literæ, quæ vulgò *patentes*. Synodalis Epistola Concilii Viennensis ad Paschalem PP. *Cujus confirmationis argumentum per apertas nobis literas significare dignemini.* Occurrit præterea in Chartis aliquot Danicis ann. 1321. & 1323. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. pag. 430. 433. Eædem *Chartæ apertæ* dicuntur in Charta Caroli Imperat. in Chronico Laurisham. ann. 779. *Ex nostra auctoritate habeant, & defensare valeant secundùm legem, sicut per apertam chartam usque nunc auctoritas Regum defensavit & denuo confirmavit.*

Apertæ terræ, Aratro proscissæ, in Charta Longobardica tom. 1. Italiæ sacræ pag. 47. 48. *Aperire terram*, tom. 9. pag. 277. Vide *Aprisio*.

Aperti limites, qui ex lege patent, & pervii sunt itineribus & mensuris agendis, apud Hygenum de Limitibus.

APERTIO, *Apertionis mysterium*; Ceremonia, qua Sacerdos accedentis ad Baptismum nares & aures tangit, dicens *Ephata, id est, adaperire*. S. Ambrosius lib. de Initiandis cap. 1. *Aperite igitur aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere Sacramentorum carpite, cùm Apertionis celebrantes mysterium diceremus, Ephata, quod est adaperire, &c.* Idem lib. 1 de Sacrament. cap. 1. *Ergo quid egimus Sabbato? nempe Apertionem. Quæ mysteria celebrata sunt? Apertionis.*

Versus apertionis, in Regula Magistri cap. 44. *Domine, labia mea aperies*, quo scil. sacra Liturgia aperitur.

APERTORIUM, Officina, taberna aperta, in qua artifices palam opera sua conficiunt: ex Gallico: *Ouvroir*, tametsi vox hæc Gallica ab *opere*, vel *opera* nostris, *œuvre*, deducta videatur, unde *œuvroir*, & *ouvroir*, pro officina: nam & *Ouvrier*, pro opifice dicimus. Charta an. 1194. apud Catellum in Historia Occitana lib. 4. pag. 645. *Si verò ad tabulas numularias, vel ad apertoria, vel domos civium Biterris confugit, non debet inde violenter extrahi, &c.*

APERTULARIUS, seu *Apercularius*, *Effractor*, in Glossis Lat. MSS. Regiis Cod. 1013. & Isidori.

APES, *Apis*, Alveare apum. Lex Salica Edit. Heroldi tit. 9. §. 1. *Si quis apem de intro clavem furaverit.* Editio Pithœi habet; *Si quis unum vas apium, &c.* §. 3. *Si quis unam apem, hoc est, uno vascello, furaverit, &c.* Editio Pith. *Si quis unum vas cum apibus, &c.* Interdum ipsum apum examen. Lex Bajuvar. tit. 21. c. 18. *Si apes, id est, examen alicujus, ex apili elapsum fuerit, &c.* Adde cap. 9. Vandelbertus de Miraculis S. Goaris cap. 32. *Ego tibi pro munere unam apim (sic enim vocare rustici examen apum consueverunt) huc protinus afferam.*

Apiarium. Ugutio: *Apiarium, locus, ubi sunt, vel mellificant apes.* Gloss. S. Benedicti: *Apiarium*, μελισσῶν: vox Columellæ nota. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 6. §. 3. *Si quis apiaria in civitate, aut in villa, forsitan construxerit, &c. Vas apum*, in Lege Salica tit. 9. §. 1. *Vasculum apum*, in Leg. Bajuvar. tit. 21. cap. 9. *Alvearia apum cum ipsis apibus* projecta ab obsessis in hostes, in Hist. Australi an. 1289. *Apium decimæ*, apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 582. *Apium utilitates*, in Charta Henrici V. Imp. ann. 1112. apud Nicol. Zyllesium in S. Maximino, pag. 49. Vide Capitul. de villis cap. 17.

Apiculare, idem quod *Apiarium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 37.

Apifer, Magister apum, Ugutioni.

Apile, Alvearium apum, in Lege Bajuvar. tit. 21. §. 8. *Si apes, id est, examen alicujus ex apili elapsum fuerit, &c.*

Apiferium, & *Apisterium*, Alvearium apum, Ugutioni.

APHOPLISTÆ, ἀφοπλισταὶ, Exarmatores. Julianus Antecessor constit. 15. §. 10. *Cumque in provinciis Præsides justi mittuntur, superfluum est latrunculatores mittere, & eos, quos biocolytas, id est, qui violentias prohibent, vel aphoplistas vocant; id est, eos, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas aut cædes faciant* &c. Ugutioni vox nota; sed perperam explicata: *Aphoplista, qui privatis omnibus arma ænea habet, vel cædere faciens.*

APHYTREARIA. Testamentum Audonis Episcopi Veronensis an. 11. Ludovici Pii, apud Ughellum: *Ut si Patriarcha, vel Abbas --- ipsam curtem subtrahere voluerint, aut per qualecunque ingenio alicui ea dederint, sin (sive) per aphytrearia, aut in beneficio, aut si Patriarcha ad manus suas tenuerit, &c.* Sed legendum per *emphyteosin*, aut *præstariam*, aut quid simile.

APHUS. Charta Alani Episcopi Autisiodorensis apud Sammarthanos: *Si Episcopus venerit in villam, --- accipiet patellam, carabum, scutellas, aphos, culcitras.* Sed videtur legendum *cyphos*, seu *scyphos*.

APIARIUM. Vide *Apes*.

APICELLÆ. Charta Willelmi Regis Siciliæ apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 409. *Insuper confirmamus eidem Minorensi Ecclesiæ omnes homines de eadem terra, qui dicuntur Apicellæ, præfatæ Ecclesiæ pertinentes, apothecarios 2. & furnarios 2. mandantes & firmiter præcipientes, ut tam homines ipsi, qui dicuntur Apicellæ, quàm & ipsi 2. apothecarii — ei respondeant.*

APICES, pro scriptis, epistolis, passim usurparunt ævi inferioris Scriptores. Glossæ Græc. Latin. *Apex, Divini apices*, γράμμα βασιλέως. Vide Savaronem ad Sidonium, & Juretum ad Symmachum.

APICIOSUS, *Calvus, Calvaster*, in Gloss. Isid. Festo *Apica*, dicitur *ovis, quæ ventrem glabrum habet.*

APICIRE, *Ligare. Apicitus, Ligatus.* Gloss. Isid.

APICULARII. Qui jure *abollagii*, de quo supra, in silvis dominorum gaudent. Regestum Castri Lidi in Andibus f. 27. *Comes etiam habet summam mellis, & 4. solidos de Apiculariis.* *Aurilleurs* dicuntur voce ex *Apiculariis* formata, fol. 55. Ex quo sequentia descripsimus: *Borel & Chrestien de Burau ont l'aurillerie par tote la Forest de Burçai & de Cloipas: & ont chascun doze Mansais ou premier pasnage, & poent prendre les ées en cette maniere. Se les ées sont en crous de chesne ou d'autre arbre, l'aurilleor poent escrouser l'arbre, ou eles seront. Et se il ne les poent aveir, pour escrouser, il poent l'arbre estroissier à doze pied de haut, se il ne les poent aveir autrement. Et se il trovent aucun emblant ées en la Forest, cil qui i seront trové, feront au Seignor 60. sols Cen. d'amende, & li aurilleor auront lor ées.*

APICULUS, *Ligamen, ex quo filacteria dependent: & pro filis accipitur. Apicere, ligare.* Ugutio.

APIDISCUS. Gloss. Sax. Ælfrici: *Apidiscus:* Pebhoc, id est, pecten.

APIO, *Ligo*, in Gloss. Arabico-Lat.

APITERNUS, *qui rebus caret mundanis.* Ugutio.

APLANARE, Planum reddere, colere. Gall. *Aplanir.* Charta Hispanica æræ 818. apud Sandovallium in Sylone Rege, & Yepezium tom. 3. *Non est dubium; sed multis manet notissimum, quod istum locum, quod dicunt Oveto, tu jam dictæ Maximus erexisti, & aplanasti illum cum servos tuos, & scalido nemine possidente & populasti de monte, &c.* Ubi *scalidus* ponitur pro *squalidus.* Infrà: *Hunc locum squalidum à nemine havitante irrumpimus.*

APLANES, Firmamentum: ex Græco ἀπλανής. i. *non erraticus.* Macrobius lib. 1. de Somnio Scipionis: *Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur, continens & arcens cæteras.* Joan. de Janua: *Aplanos, vel Aplane, vel Aplanes, id est, firmamentum, quasi sine errore, quia semper movetur in eodem loco, & acuitur in fine.* Dungalus Reclusus de Solis Eclipsi ad Carolum Magnum: *De novem circulis, qui Aplanem illum ambiunt, hoc est, maximam sphæram, in qua 12. signa videntur infixa, & cui subjecta 7. aliæ sphæræ. &c.* Infrà: *Maximæ sphæra 12. signa continenti, quæ Aplanes vocatur.* Rursum: *Mundani ergo anni finis est, cùm stellæ omnes, omniaque sidera, quæ Aplanes habet, à certo loco ad eundem locum ita remeaverint. &c.* Radbodus Episcop. Carm. in S. Suibertum Episcopum:

Nonne tuas modulis oblectat dulcibus aures
Orbibus Aplanes obvius empyreis?

Vide Joan. Sarisber. l. 2. Policrat. cap. 16.

APLATA. In veteri Expositione verborum Juris MS. apud Spelmannum, hæc leguntur: *Aplata, hoc est, pro certo.* Etiamnum dicimus, *à plat*, pro *planè.*

APLAUSTRUM, pro *aplustrum*, vel *aplustre*, in Vita S. Appiani Monachi Ticinensis n. 10. Est porro *aplustrum, tabulatum ad decorandum superficiem navis adpositum.* Ita Schol. Juvenal. Sat. 10. Gloss. Lat. Gr. Aplustra, πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔννιος. Alibi: τὸ ἄκρον τῆς πρύμνας.

APOCALIGUS, Miles caligatus. Adrianus PP. Epist. ad Irenem & Constantinum Impp. in Concilio Nicæno II. act. 2. & ex eo Joannes VIII. PP. Epist. 200. de Tarasio Patriarcha Constantinop. *Quia ex Laicorum ordine, & imperialibus obsequiis deputatus, repentè Patriarchatus culmen adeptus est, & apocaligus contra sanctorum Canonum censuram factus est Patriarcha.* Id est, qui adhuc gregarius miles, novitius in rebus Ecclesiasticis & tyro, statim factus est Patriarcha: quomodo *à caliga ad Consulatum pervenisse* Marium dixit Seneca lib. 5. de Benef. Caliga enim spectavit potissimùm manipularios & gregarios: cùm universim *caligati* dicerentur στρατιῶται ἔνοπλοι εὐτελέστεροι καὶ ἀ... , ut est in Novella Justin. 74. unde ejusmodi tyronum & militum militiæ, ἀποκάλιγοι στρατεῖαι, *caligatæ militiæ*, dicuntur Modestino lib. 3. Excus. in leg. 10. §. 1. D. de Excus. In ea enim legendum arbitror ἀποκαλίγους, pro ἀπὸ καλίγος, etsi aliter videatur Salmasio ad Hist. Aug. pag. 290. quod suadet Adrianus PP. nisi hoc loco proverbium Castrense, *à Caliga*, intellexerit, uti usurpatum dixi à Seneca. Vetus Inscriptio apud Baron. an. 285. *Honorati & Decuriones, & numerus militum caligatorum.*

APOCHA, *Apoca*, Petrus Damiani in Vita S. Odilonis cap. 19. *Protinus idem Portuensis Episcopus --- Apostolicæ legationis apocas dirigit.* Græcis ἀποχή, est *acceptilatio*, ut *apocha* Senatori. Gloss. Lat. Græc. *Acceptilatio*, ἀποχον γραμμάτιον. Hic verò diploma quodvis significat.

Apochare, in Leg. 1. & 2. Cod. Theod. de Tribut. in ipsis specieb. infer. est pecuniam pro specie ipsa dare, species adærare. Nam cùm Provinciales species in urbem comportare pro tributo tenerentur, ut ab itinerum gravamine sese liberarent, pretium speciei ipsius susceptoribus dabant, qui collatoribus apochas seu securitates, tanquam re exsoluta, dabant: quod vetant binæ istæ leges.

APOCOPUS, Spado, abscissus. Julius Firmicus lib. 3. Mathes. cap. 14. *Si vespertini ambo in diurna fuerint genitura, inefficaces & apocopos reddent, & qui nihil agere possunt.* Suidæ, ἀπόκοποι, sunt εὐτομίαι, interdum & ἀσθενεῖς, id est, debiles & imbecilles. V. *Impotens.* Vide Gloss. med. Græcitat. in Ἀπόκοπος.

Apocopare, abscindere, ἀποκόπτειν. Alanus in Planctu naturæ: *Aureus tamen crinis --- qui nec forficis apocopatus industria, nec intricaturæ manipulis colligatus &c.* Infrà: *Hujus crinis tanta fuerat forficis demorsione succisus, ut apocopationis figura ferè in vitium transmigraret.* Lib. 3. Anticlaudiani cap. 1.

Tonsuræ non mordet apocopa finem.

APOCRISIARIUS, Nuntius, Legatus. Gloss. Basilic. ἄγγελος, ὁ σημαίνων, ὁ ἀποκρισιάριος ἢ ὁ τὰς ἀγγελίας --- διαγγέλλων. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. πρεσβὺς, ὁ παράκλητος, ἢ ὁ ἀποκρισιάριος. Chronicon S. Vincentii de Vulturno: *Imperator --- Apocrisiarium suum sibi admodum carissimum illuc dirigere curavit, &c.* Willelmus Tyrius lib. 2. cap. 19. *Ipse cum paucis Constantinopolim ingressus, --- præcedentibus eum Imperialibus apocrisiariis, suam Imperatori præsentiam exhibuit.* Idem lib. 18. cap. 24. *Insuper & de Imperiali latere mittitur illustris apocrisiarius, &c.* Ita vocem, ἀποκρισιάριος, non semel usurpant Theophanes, Cedrenus, Nicetas, Constantinus Porph. & alii.

Id porrò nominis inditum Legatis, quod ἀποκρίσεις, seu *responsa* Principum deferrent. *Responsa* enim non modò Rescripta Principum ad supplicantium libellos; sed etiam quævis decreta & mandata appellabant. Sic Justinianus Nov. 25. τὰ βασιλικὰ παραγγέλματα, à decessoribus suis ἀποκρίσεις dicta fuisse scribit. Atque inde Procopius lib. 3. de bello Vandal. veredarios scripsit esse, qui εἰς τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις mittuntur: quo loco, ἀποκρίσεις appellat *negotia:* nam & *Responsorum* appellatione negotia, quæ inter personas invicem dissitas peragebantur, donarunt Scriptores inferioris ævi, ut suo loco dicetur.

Apocrisiarius, Cancellarius, qui sigillum Principis servat, & diplomata regia signat. Jo. de Janua: *Apocrisiarius, Secretarius, Consiliarius, vel etiam dicitur Cancellarius, quia ipse est Secretarius Regis, vel Imperatoris, & ejus secreta scit.* Penes eum cura erat annuli Regii, quo diplomata & regia præcepta subsignabat. Honorius Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 185. *Huic (Episcopo) dum tegimen committitur Ecclesiæ, baculus quasi Pastori, & annulus velut Apocrisiario,*

ſiario, id eſt, ſecretorum ſigillatori, traditur. Proinde idem fuit *Apocriſiarius*, qui *Referendarius*: nam & Referendarium ſervaſſe annulum regium ſuprà oſtendimus, in verbo *Annulus*. Id præterea firmat Frigebodus, ſcribens, S. Audoënum fuiſſe *Apocriſiarium Regis*; quem Geſta Dagoberti cap. 39. & 43. Aimoinus lib. 4. cap. 41. *Referendarii* munus obiiſſe narrant. Ordericus Vitalis lib. 12. initio, Gelaſium PP. quem Cancellarii munus antea geſſiſſe ait, *Apocriſiarium Præſulum* mox vocat.

At poſtea in aula Regum, *Apocriſiarii* munus fuit circa res Eccleſiaſticas: unde & *Reſponſalis negotiorum Eccleſiaſticorum* dicitur ab Hincmaro lib. de Ord. Palatii cap. 13. idque officii gerebat, quod Conſtantinopoli *Apocriſiarius Romanæ Eccleſiæ*, cujus inſtar erat: neque enim à Sede Apoſtolica delegabatur; ſed deligebatur à Rege. Idem cap. 16. *Apocriſiarius, quem noſtrates Capellanum, vel Palatii cuſtodem appellant, omnem Clerum ſub Cura & diſpoſitione ſua regebat. Cui ſociabantur ſummus Cancellarius, qui A ſecretis olim appellabatur, erantque illi ſubjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta Regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illius cuſtodirent.* Adde cap. 19. & 20.

Apocriſiarii præterea dicti, præſertim qui à Pontifice Romano, vel etiam ab Archiepiſcopis ad Comitatum mittebantur, quo res Eccleſiarum ſuarum peragerent, & de iis ad Principem referrent. Si enim quæpiam ingrueret difficultas in rebus Eccleſiaſticis, ſeu politicis, quæ à Principe definiri deberet, vel de qua conſulendus ille eſſet, per Apocriſiarium, qui in Comitatu, ſeu Principis curia agebat, actitabatur, qui & Pontificem, à quo miſſus erat, de Principis, & viciſſim Principem de Pontificis reſponſis, tanquam internuntius, admonebat, quouſque, res legitimo exitu donaretur. Juſtinianus Nov. 6. cap. 2. *Propterea ſancimus, ſi quando propter Eccleſiaſticam occaſionem inciderit neceſſitas, hanc aut per eos, qui res agunt, ſanctiſſimarum Eccleſiarum, quos Apocriſiarios vocant, aut per ſuos œconomos, notam Imperio facere aut noſtris adminiſtratoribus, ut impetrent, quod competens eſt.*

Neque tamen id juris Epiſcopos omnes ſpectavit; ſed Patriarchas tantùm, cùm & Metropolitani & Epiſcopi cæteri, ſi Principem conſulere, & ad eum referre neceſſe haberent, id per Patriarchæ, cui ſubjecti erant, *Reſponſalem* facere tenerentur: quod indicat eadem Juſtiniani Novella cap. 3. dum prohibet, ne Metropolitæ, vel Epiſcopi Imperatorem adeant, niſi à *Referendario* Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, *vel ab Apocriſiario cujuſque diœceſeos ſanctiſſimorum Patriarcharum exhibeantur.*

At Romani Pontifices Conſtantinopolim *Reſponſales* ſuos delegabant, ex ordine potiſſimùm Diaconorum deſumptos. *Diaconorum enim*, ut ait Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. Quid ſignificent veſtimenta, *eſt ire ad Comitatum*: unde in ſandaliis ſuis ligaturam habent perinde ac Epiſcopi, quorum munus eſt, *huc illuc diſcurrere per parochiam*, ut ait idem Alcuinus. Huc etiam fortasſe ſpectant Gloſſæ Iſidori, in quibus *Apocriſiarius* dicitur *Miniſter Eccleſiæ Romanæ*: ſeu munus *Apocriſiarii* deſignare voluerint, ſeu per *Miniſtrum*, Diaconum intellexerint. Geſta ſub nomine Acacii: *Tunc temporis Anatolius quidam Presbyter Alexandrinus apud Conſtantinopolim morabatur. Hæc enim conſuetudo prædictis eſt, ut ad Comitatum vicibus Clerici dirigantur, ne quid fortè cauſæ vel neceſſitatis emergat.* Qui quidem Anatolius, dum Apocriſiarii Alexandrinæ Eccleſiæ munere Conſtantinopoli fungeretur, ad Patriarchicam in eadem Urbe Regia evectus eſt dignitatem: τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἀποκρίσεις ποιούμενος, ut ait Theodorus Lector lib. 5. in VII. Synodo act. 1. Ita apud Theophanem an. 37. Juſtiniani Joannes ἀπὸ Σχολαστικῶν ἀποκρισιάριος ὢν τῆς Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, factus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Atque hunc mittendorum de Sede Apoſtolica *Reſponſalium* Conſtantinopolim morem Hincmarus Remenſis in lib. de Ordine Palatii cap. 13. obtinuiſſe ab ipſis Novæ Romæ incunabulis tradit, quanquam id alii longè poſtea invaluiſſe contendunt; nec niſi circa Juſtiniani tempora auditum *Reſponſalium* in Urbe Regia nomen, quos inter, hi à me obiter adnotati:

Vigilius Diaconus ſub Silverio PP. & Juſtiniano, apud Anaſt. in Silver. pag. 39.

Pelagius Diaconus ſub Agapeto & Vigilio PP. & Juſtiniano Imp. ad Procopium in Hiſt. arcana, Liberatum cap. 22. 23. & Anaſtaſium in Vitis PP. p. 41.

Stephanus Diaconus, Pelagii ſucceſſor, apud Facundum Hermianenſem lib. 4. cap. 3. 4. Ferrandum Diacon. lib. 4. Allatium de Conſenſu utriuſque Eccleſiæ lib. 1. cap. 17. n. 4.

Laurentius Diaconus, ſub Pelagio PP. apud Gregorium M. lib. 4. Epiſt. 38.

Gregorius Diaconus, qui poſtmodum ſummus fuit Pontifex, ſub Pelagio I. PP. & Tiberio Imper. apud eundem Gregorium M. lib. 3. Dialog. cap. 36. Joannem Diacon. in ejus Vita, Baronium an. 584. n. 14. &c.

Sabinianus Diaconus, ſub eodem Gregor. M. an. 593. apud eundem Gregor. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 52. lib. 3. Epiſt. 19. 81.

Bonifacius Diaconus, ſub eodem Gregorio & Phoca Imper. an. 603. apud eundem Gregor. M. lib. 11. Epiſt. 46.

Martinus, poſtmodum PP. apud Anaſtaſ. pag. 50.

Anaſtaſius, qui obiit an. 666. Vide Vitam S. Maximi Confeſſ. num. 17. Collectanea Anaſt. Bibl. ſub finem, & Chronic. Caſin. lib. 3. cap. 8.

Michaël Presbyter ſub Artemio, apud Theophan. an. 2. pag. 322.

Enimvero Apocriſiarii Sedis Romanæ ad Imperatores CP. mittebantur, ut res Eccleſiaſticas procurarent. Gregorius M. lib. 3. Dial. cap. 36. *Dum juſſione Pontificis mei in Conſtantinopolitanæ urbis Palatio reſponſis Eccleſiaſticis obſervirem*: verbi gratiâ, ſi quædam de fide oborirentur quæſtiones, aut componenda eſſent Eccleſiarum diſſidia, aut alia ejuſmodi negotia, perſonam illi Summi Pontificis inducrent, ac ſupremo jure dirimirent, vel certè de iis ad Pontificem referrent. Conſtantinus Imp. Epiſt. ad Leon. PP. προτρέπομεν τὴν ὑμετέραν πανίερον κορυφὴν ἀνυπερθέτως ἐκπέμψαι τὸ παρ' αὐτῆς ὁριζόμενον ἀποκρισιάριον ἐφ' ᾧ τοῦτον κατὰ τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον ὑμῶν διάγειν πόλιν. καὶ ἐν τοῖς ἁπανταχοῦ, εἴτε δογματικοῖς, εἴτε κανονικοῖς, καὶ ἁπλῶς ἐκκλησιαστικοῖς ἅπασι πράγμασι τὸ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἐξεικονίζειν πρόσωπον. Exempla profert Anaſtaſius Bibl. in Martino PP. pag. 49. & 50. Ex quo præterea docemur, Apocriſiariis Apoſtolicis addictam fuiſſe *Domum Placidiæ*, in qua Oratorium exſtructum erat, quod *Altare ſanctæ Sedis* Romanæ appellat, quia in eo ſacris Liturgiis, more Latinorum, vacabant: de qua quidem Domo pluribus agimus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana.

At quæ eorum fuerit dignitas, ſeu potiùs qualis fuerit ejuſce dignitatis gradus? video in dubium vocari. Certè in Synodo habita Conſtantinopoli ſub Menna Patriarcha poſt obitum Agapeti, *Pelagius Diaconus Apoſtolicæ Sedis* poſt omnes Epiſcopos in Actis Concilii recenſetur. Quandoque tamen ſi extraordinaria à ſummo Pontifice ei delegaretur juriſdictio, in qua vices ipſius ageret, tunc cæteros, non Epiſcopos duntaxat; ſed etiam Patriarchas anteibat: cujus rei exemplum profert Liberatus cap. 23. Nullam enim habebant juriſdictionem ex officii & muneris ratione, niſi à Pontifice imponeretur; cujuſmodi eſt juriſdictio illa Reſponſalibus attributa apud Gregor. M. lib. 2. Epiſt. 46.

Desiit tandem mos ille mittendorum *Responsalium* in Urbem Regiam quodam temporum intervallo, occasione hæresis Monothelitarum, cujus acerrimi propugnatores fuerant Sergius, Pyrrhus, & Paulus Patriarchæ Constantinopolitani, Imperantibus Heraclio & Constante. Postmodum Vitalianus PP. electus *Responsales* quidem *juxta consuetudinem* Constantinopolim misit, inquit Anastasius, qui Constantis electionem & ordinationem suam significarent: sedii, Romanæ Ecclesiæ privilegiis denuo sancitis, statim domum reversi sunt. Sopitis denique schismatum dissidiis per Sextam Synodum œcumenicam, Constantinus Imperator à Leone II. PP. Apocrisiarium ad se mitti postulavit; sed cum plenæ Legationis auctoritate, ut liquet ex act. 18. VI. Synodi, i. e. qui emergentes de fide quæstiones & Ecclesiastica omnia negotia, illius vice, dirimendi jus haberet. Imperatoris postulationi acquievit Pontifex, & Constantinopolim misit *Constantinum Subdiaconum*, nulla tamen concessa Legationis potestate. Tandem ineunte sæculo VIII. Iconoclastarum exorta in Oriente hæresis, Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana commercium abrupit omne, ita ut haud liberum fuerit summis Pontificibus mittere suos Responsales in Urbem Regiam.

At capta à Francis Constantinopoli rursum summi Pontifices in urbem miserunt Cardinales, qui non Apocrisiariorum duntaxat; sed & *Legatorum à latere* vicem agerent, Patriarchis modum imponerent, facta curiosiùs indagarent, Patriarchis modum imponerent, facta curiosiùs indagarent, nutantes sublevarent, omnia denique exequerentur, quæ ad firmandas res Ecclesiæ idonea arbitrarentur. Vide Notas nostras ad Villhard. num. 194. & in verbo *Responsum*. Habebant præterea summi Pontifices suos Apocrisiarios Ravennæ, ut eodem fungerentur munere erga Exarchos, quo Apocrisiarii Constantinopoli erga Imperatores: cum ii in Italia *ministerium Imperialis fastigii peragerent*, ut est in Diurno Romano c. 2. tit. 5. ubi etiam tit. 7. mentio fit *Apocrisiarii Ravennæ*.

Apocrisiarius, Officium Monasticum, quod describitur ab Udalrico lib. 3. Consuetud. Cluniacens. cap. 12. *Apocrisiarius est, qui custodit Ecclesiæ thesaurum, & in cujus manu est, quidquid ad altaria offertur, &c.* Fuit igitur Apocrisiarii officium idem, quod *Thesaurarii*, quod etiam firmat Papias: *Apocrisiarius, Thesaurarius, vel Legatus* vel potiùs *Sacrista*. Bernardus Mon. in Constitut. Cluniac. MSS. cap. 53. *De principali Ecclesiæ custode, qui vulgò Sacrista, digniùs verò & honorabiliùs Apocrisiarius vocatur.* Huic præterea portarum Ecclesiæ aperiendarum & claudendarum munus incumbebat. & *semper in Ecclesiæ morabatur excubiis, ibi dormiebat & legebat*, ut ait idem Udalricus: quod etiam observat Anonymus Floriacensis lib. 4. de Miraculis S. Benedicti cap. 44. *Porro Apocrisiarius ipsius sacri loci, --- Laïco cuidam, qui sub eo basilicæ excubias observare solebat, &c.* Tabularium S. Theofredi Velaviensis: *Cui officium Apocrisiarii prius in eo monasterio peragens, &c.*

Apocrisiariatus, Dignitas Apocrisiarii, seu Legati. Humbertus contra Græcor. calumnias: *Apocrisiariatus sui tempore.*

APOCRYPHA, *quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscripta & prædicata sunt, & nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana.* Ita Concilium Romanum sub Gelasio, in quo ea recensentur. Jo. de Janua: *Apocrypha propriè dicuntur illa scripta, quorum origo ignoratur: & quamvis ibi sint multa vera, tamen non habentur in auctoritate propter plura falsa, quæ ibi continentur.* Bernaldus Presbyter Constantiensis lib. de Reconciliatione lapsorum pag. 258. *Apocrypha autem dici Ecclesiastici Doctores tradunt, non quia omnia mentiantur; sed quia dubiæ & suspectæ auctoritatis esse videantur. Nam sæpissime multa canonica suis næniis interserunt, quæ nequaquam Catholici cum eisdem næniis refutare debebunt.* Vide Leonem I. PP. Epist. 9. cap. 15.

APOCULANIUS *oreus*, in Fragm. Petronii, ubi Adrianus Valesius legendum putat *apocularius*, tenebricosus, cæcus.

APOCULARE, à poculis discedere, in Fragm. Petronii.

APODANEA, *dicta Ecclesia S. Michaëlis, à pedis vestigio ibi impresso.* Ita Papias: sed alia notione videtur accipi apud Jacobum Cardinalem de Anno jubilæo cap. 3. *Alteramque ipsi jam tactæ* (Basilicæ S. Petri Lateran.) *principali formæ apodaneam, quia illius inobedientes, schismaticique, extorres fiunt, suis utrisque infra complecti verbis extimamus.*

APODIARE. Vide *Podium*.

APODIX, *meretrix*. Hist. Rotonensis Monast. lib. 1. cap. 10. *Subito instigante diabolo, reperit eum una apodix, id est, meretrix.*

APODIXA, Ἀπόδειξις Harmenopulo lib. 2. tit. 2. §. 7. 8. & IC. Græcis, quasi ἀπόδεξις, id est, cautio de susceptα pecunia, inquit Cujacius ad African. tract. 9. Apocha, Acceptilatio, Gall. *Quittance*. Constit. Siculæ lib. 1. cap. 49. §. 2. de Notariis. *Et de receptis --- gratis faciant apodixas, & ipsi recipiant autapocham de solutis.* Charta Joannæ Reginæ Neapolit. an. 1344. apud Waddingum in Regesto, tom. 3. pag. 308. 309. *Concedens ipsa Regina --- auctoritatem plenariam faciendi singulis officialibus de computis eorum --- absolutiones, quietationes, apodixas, finales remissiones, & pactum de ulteriùs non petendo.* Infrà: *Prædicti, Thesaurarii & alii deputandi de solutis apodixam faciendi plenam habeant potestatem.* Vide tom. 7. Ughelli p. 899. 1081. & Jacob. Gothofred. ad l. 23. Cod. de Susceptorib.

Apodissa, apud Petrum de Vincis lib. 5. Epist. 105.

APODIXIS, Specimen, experimentum ex Gr. ἀπόδειξις Gloss. Lat. MS. Reg. *Apodixis, Ostensio.* Symphosius in Hist. Apollonii Tyrii p. 20. *Magister, incipe discipuli tui apodixin præclaram laudare.* Athanasius in Vita. S. Antonii: δι' ἀποδείξεως λόγων. Vita S. Theophanis Confess. n. 14. διὰ φυσικῶν ϗ γραφικῶν ϗ δογματικῶν ἀποδείξεων τοὺς --- εἰκονομάχους ἐλέγξας.

Apodixes. Papias: *Apodixes est ostensio.* Ugutio: *Apodixen, ostensio, fantasia, probatio, experimentum, virtus, potestas.* Ἀπόδειξις, *demonstratio, designatio, probatio, adprobatio.* S. Ambrosius lib. 4. Epist. 34. ubi de S. Agnete: *Crudelissimo omnium feminarum, ad filium meum voluisti apodixen tuæ artis magicæ demonstrare?* Vita MS. S. Arnulfi Episcopi Turonensis: *Tibi satis esse debuit, quod hactenus apodixem artis tuæ exercuisti, ac prævaluisti in veneficiorum tuorum ingeniis.* Paulus Diac. in Vita Gregorii M. *Duos magos pecuniis ex placito locat, ut in sanctum Apostolicum ad vindictam ejus apodixen artis suæ exercerent.* Ordericus Vital. l. 11. *Et apodixen medicinalis peritiæ super desperatum juvenem exercere cœpit.* Vide Henricum Valesium ad lib. 4. Hist. Theodoriti c. 8.

APOFLATIZARE, *caput afflare, purgare*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Jatrosoph.

APOGÆUM, pro *hypogæum*: Liber 2. Miracul. S. Bertini cap. 18. *Sub ipso altaris loco quoddam apogæum duris lapidibus tegulis, antiquoque cæmento operosè conditum offenditur.*

APOLOGETICUM, Papiæ, *satisfactionis judicium, verum testimonium.* Charta Caroli M. apud Ughellum tom. 5. pag. 1563. *Et quia termini ejusdem Ecclesiæ in confiniis Mantuanis, --- & res ipsius Episcopii conjacent, apologeticum idem Pontifex habebat, in quo omni remota dubitatione, res jam præfatæ Ecclesiæ per singula loca & vocabula, terminique & confinia insita erant, &c.*

APOLOGIA, *Excusatio*, Ugutioni. Gloss. veteres: *Apologia, vel Apologesis, excusatio: hinc Apologeticus sermo, excusativus.* Eadem ferè Papias & Joannes de Janua. Gloss. Gr. Lat. ἀπολογία, *excusatio, purgatio, satis-*

satisfactio. ἀπολογῦμαι, *excuso me.* Porrò *Apologias* vocant excusationes & purgationes, quibus Sacerdotes, sacra facturi, excusant se, quòd indigni ad tam veneranda & tremenda mysteria accedant, quarum formulæ complures habentur in libro Sacramentorum Gregorii M. p. 242. Edit. Menardi: harum loco *Confessio*, seu *Confiteor*, dicitur. In Missali Gottico p. 338. Apologia Sacerdotis: *Ante tua immensitatis conspectum, &c.* Missa Romana, edita ab Illyrico: *Quomodo Sacerdos apologetica celebrare debeat, antequam ad Missarum celebrationem accedere debeat, &c.* Vide Menardum ad Sacrament. Gregorianum p. 242. & Cardin. Bona lib. 2. Rer. Liturg. c. 1. n. 1.

APOLUTIUM, *Vestibulum, seu locus, ubi vestes ex unda abluuntur*, Breviloq. Fortè *Ablutium.*

APOPHORETUM, ἀποφόρητον, pro munere è convivio ferri solito, vel dono quovis in munerum editione & dignitatum votis, ut apud Symmachum, usurpasse veteres palam est, ex iis, quæ adnotarunt Raderus ad Martialem, Casaubonus ad Suetonium, Beroaldus ad Apuleium, Rosvveidus ad Paulinum, cæterique Criticorum filii.

Postmodum pro ipso vase, in quo munera ipsa reponebantur, vox *Apophoreta*, usurpata, nam ita effertur ab Isidoro lib. 20. Orig. c. 4. de vasis escariis: *Apophoreta, à Græcis, à ferendo poma, vel aliquid, nominata; est enim plana.* Quo loco *Apoforetum & Apofertum* habet Joan. de Janua: aitque, *Apoforeta esse vasa, sic dicta à ferendo poma, &c.* Qua notione videtur usurpasse Paulinus Epist. 1. ad Severum: *Ac ne panis siligineus tibi modum nostræ humilitatis excedere videretur, misimus testimonialem divitiarum nostrarum scutellam buxeam, ut apophoritum voti spiritalis accipies, &c.* Sed & pro vase ad deferendum reliquias vocem hanc usurpari observat Mamotrectus ad Legendam SS. Vitalis & Agricolæ: *Apophoreta, vasa, à ferendo poma, vel aliquid aliud dicta: vel vasa consecrata, in quibus beatus Ambrosius portabat reliquias.* Quo sensu habetur apud Glabrum Rodulf. lib. 4. cap. 3. *Ossa evellens è cineribus nuperrimè defunctorum hominum, sicque impositis in diversis apophoretis, venditabat apud plurimos pro sanctorum Martyrum & Confessorum reliquiis.* Id mox *cassellam* & *feretrum* vocat. Et cap. 5. *Ad quos etiam multa delata sunt corpora Sanctorum, atque innumerabiles sanctarum apophoreta reliquiarum.* Eadem notione usurpat auctor Vitæ S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduensis n. 28. *Multa Sanctorum pignora in diversis apophoretis, ut solitum erat facere, illuc delata sunt à fidelibus, &c.*

APOPLACIUS. Charta donationis factæ Ecclesiæ Cornutianæ, edita à Suaresio: *Vela holoserica holoblattea 2. vela apoplaria coccoprasina cancellata duo:* ubi Suaresius ad oram libri: lego *aploblattia*, vel *aploblattea.*

APORIA, ἀπορία, Paupertas. Gerardus Abbas Silvæ Majoris in Vita S. Adelardi Corbeiensis Abbatis cap. 3. *Sed rerum mundi aporiam sponte sibi inferebat, quia in Christo pauper esse volebat.* Flodoardus lib. 14. carm. 18.

Ejus ab aporia se se compescere censent.

Aporiare, ad paupertatem, angustiam, ἀπορίαν, reducere, ita ut qui in hoc statu fuerit, nesciat, quo se vertat. Laurentius Novariensis Episcop. homil. 1. *Mens perdita obstupescit, spes depravata liquescit, omnisque futurorum intentio aporiata torpescit, dum unusquisque perpendit, &c.* Rigordus: *De eadem medietate donabunt illis, qui per tallias aporiati sunt.* Chron. Reichersperg. ann. 1111. *Ad dehonestandam vel aporiandam Ecclesiam.* Tho. Walsinghamus in Richardo II. *Permisit suos spoliare patriam, aporiare vulgus.* Infrà: *De substantia rerum pretiosarum amissarum, sive pecunia, qua pauperes aporiati sunt.* Matth. Paris: *Et ad Judæos aporiandos destinabantur.* Sed hæc obvia. Vide Ordericum Vital. lib. 12. p. 892. Vitam S. Geraldi Abbatis n. 9. &c. Alia notione occurrit in Charta Edgari Reg. Angl. pro reformat. Monast. apud Seldenum ad Eadmerum: *In civitate degentes, in refectorio pompaticas lascivasque sæcularium delicias, ut melancoliam, aporiantes, licitis caritativi utantur cibariis.* Ubi *aporiare* est *vitare*. Glossæ MSS. *Aporio, affligo, hinc aporia, paupertas.*

Aporiari verò neutrum, Angi, hærere, dubitare, ex Græco ἀπορεῖν. Papias: *Aporiari, tribulari, conviciari, vel quasi pauper abjici: nam Aporos Græcè pauper.* Activi verbi à neutro differentiam notat vetus Grammaticus apud Spelmannum:

Aporio, si sit activum, tanta notabit,
Indicat & operit, depauperat atque revelat,
Cùm neutrum, signat tunc anxior atque laboro.
In sensu & tali deponens vult reperiri.

Ugutio: *Aporiare, laborare, vel laborando sudare, anxiari, & tunc est neutrum. Interdum passivè sumitur pro depauperari & pauperem facere.* Epist. Gelasii PP. ad Rusticum Episcop. Lugdun. tom. 5. Spicilegii Acheriani: *Licèt aporiantes & angustiati, confidimus in eum, qui dabit cum tentatione proventum. Aporiamur*, pro hærentes sumus, & anxiamur, usurpavit etiam S. Pauli Interpres 2. ad Corinth. 4. 8. Vide Amalarii Episcopi Epist. 6. tom. 7. Spicilegii Acheriani, & Laurentium Mellifluum in Orat. de Chananæa p. 35.

APORIUM. Charta Constantiæ Imperatricis apud Rocchum Pyrrum in Notitia Eccl. Siciliæ to. 1. pag. 131. *Ipsi notario Rainaldo dedimus potestatem, ut ubicunque vel apud quemcunque prædictos villanos, seu filios, vel descendentes eorum, nec non excadentias, & ipsorum aporia invenerit, liceat ei ex auctoritate magnitudinis nostræ capere,------Barones vel Bajuli, qui villanos ipsos & eorum aporia detinent, &c.* Vide *Apportum.*

APOSFRAGISMUS, Sigillum, ἀποσφράγισμα. Regula Solitariorum cap. 15. *Post ingressionem autem præcipiat Episcopus ostium retrusionis cellulæ aposfragismo suo sigillare.*

APOSTA, *Fulcimentum, Appodiatio.* Beda lib. 3. Histor. Angl. cap. 17. in titulo: *Ut apposta Ecclesiæ, cui idem accumbens obierat, ardente cætera domo, flammis absumi nequiverit.* In contextu *destina* appellatur.

APOSTARE, Postponere, violare. Leges Eduardi Confess. tit. de Eterochiis 35. *Qui leges apostabit---- vveræ suæ reus sit apud Regem.*------Quæ totidem pæne verbis habentur in Legibus Henr. I. c. 12. nisi quod *apostatabit* legitur. Unde *Apostare* & *Apostatare leges*, his locis nihil aliud sonat, quàm *leges postponere, violare*, à legum observatione deficere, ἀποστατεῖν, quod aliis verbis c. 34. Legum Henrici sic concipitur: *Qui prævaricator vel eversor conscriptæ legis extiterit, &c.* Eadem etiam locutionis formula usus est Lambertus Ardensis: *Tandem à Saracenis captus legem Christianam & fidem, & paternas apostatavit traditiones.* Vide *Apostatare.*

APOSTATA, qui à vera, seu Christiana religione deficit, Αποστάτης, *prævaricator.* S. Ambrosio in Epist. ad Theodosium Imp. ubi de Juliano Apostata. Jo. de Janua: *Apostata, Perversus, Renuntiatus, Refuga, Retromissus.* Avitus Viennensis Epist. 4. *Quasi jam Apostatas, id est, ab standi firmitate deciduos, necesse est à Communione suspendi.* Decretum Nicolai II. PP. in Synodo Romana an. 1059. editum: *De his autem Clericis qui tonsuram projiciunt, & à Clericatu recedunt, quos Apostatas Julianistas jure vocitamus, statuimus, ut nisi ad professionem Clericatus redierint, omni Christiana communione priventur.* Vide titulum Codic. de Apostatis, lib. 1.

Apostatare, à vera religione deficere; *prævaricare.* S. Ambrosio in Epistola ad Theodosium Imp. *Si Julianus non est ultus Ecclesiam, quia prævaricaverat.* Ibidem:

dem: *Si aut prævaricari cogatur, aut subire martyrium.* Salvianus lib. 6. de Gubern. *In spectaculis quædam apostatatio fidei est, & a symbolis ipsius & cælestibus sacramentis lethalis prævaricatio.* Victor Utic. lib. 3. de Persecut. Vandal. *Hic dudum fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus,---post verò dum apostataret, tantæ extitit feritatis adversus Ecclesiam Dei, &c.* Vide Concil. Arelat. I. can. 23. Arelat. II. can. 25. Joannem Diac. lib. 4. de Vita Gregor. M. cap. 86. Paulum Emerit. Diacon. de Gestis Episcop. Emeritensium in S. Masona c. 4. Specul. Saxon. lib. 2. art. 13. §. 6. &c. μαγαρίζειν apud Theophanem, *Apostatare* vertit Anastasius Biblioth.

Apostatare præterea dicuntur Monachi, cùm, voto obstricti, cucullam exuunt, & ad vitam sæcularem redeunt. Auctor Breviloqui ait, apostasiam in tribus consistere, *primò quidem in demissione fidei Christianæ, secundò in demissione habitus religionis, tertiò in demissione tonsuræ Clericalis.* S. Cyprianus Epist. 54. *Qui vel apostataverunt, & ad sæculum, cui renuntiaverant, reversi gentiliter vivunt.* Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 139. *Quicunque post sanctæ religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt.* Concilium Triburiense an. 895. c. 27. *Si postmodum relicto Clericatus habitu, à castris dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabitur, & ad sæculum egreditur, &c.* Concilium Remense ann. 1049. cap. 8. *Ne quis Monachus vel Clericus à suo gradu apostataret.* Vide Cæsarium Eysterbach. lib. 2. de Mirac. c. 2. lib. 12. c. 29. *A pristina virtute apostatare*, apud Fulbertum Carnot. Epist. 58.

Apostasia, eadem origine & notione apud Joannem Portarum Monachum Epist. 5. p. 431.

Apostaticus, proselytus, scilicet qui procul salit de una secta in aliam, in Breviloquo. At Joann. de Janua, *Apostaticus* est *perversus*. Italis, *Apostatico* idem qui *Apostata*. Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 226. de Wiberto antipapa: *Invasit Sedem Apostolicam, à damnatis & excommunicatis suique similibus in apostaticum, non Apostolicum electus.*

Apostatizare. Charta Humberti Episcopi ..... ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolit. fol. 86. *Hanc verò mancipationis chartam de prælibatis rebus, quam vobis facimus, non tantùm irritam fieri optamus; verùm etiam hoc tangentem seu quærentem anathematizamus, & in vice Petri Apostoli hos vel has apostatizamus, eorum vitam suorumque corpora foras Ecclesias & orationes Christianorum dejicimus. Apostatizando ad laïcalem conversionem redire*, in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 5. §. 3.

APOSTILLI. Vide *Apostoli*.

APOSTOLIUM. Epistola Clodovæi I. Regis Fr. ad Episcopos: *De cæteris quidem captivis laïcis, qui extra pacem sunt captivati, apostolia, cui volueritis, arbitrii vestri non est negandum.* Concil. Aurelian. II. c. 13. *Abbates, Martyrarii, Reclusi, vel Presbyteri apostolia dare non præsumant.* Sed ibi perperam vox hæc effertur: nam legendum *Epistolia*, uti dicuntur in Concil. Turon. II. c. 6. *Ut nullus Clericorum vel Laïcorum, præter Episcopos, epistolia facere præsumat.* Et in Concilio Calchedonensi act 15. can. 11. πάντας τοὺς πένητας καὶ δεομένους ἐπικουρίας, μετὰ δοκιμασίας, ἐπιστολίοις, εἴτουν εἰρηνικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μόνοις ὡρίσαμεν ὁδεύειν, καὶ μὴ συστατικοῖς. διὰ τὸ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὖσι μόνοις ἐν ὑπολήψει παρέχεσθαι προσώποις. Ex quibus percipimus, *epistolia*, literas fuisse, quas *Pacificas* vocarunt veteres, quas pauperibus, aut iniquè oppressis, & Ecclesiæ subsidium implorantibus, dabant Episcopi, cùm *Commendatoriæ* spectarent viros honoratiores.

APOSTOLICÆ *Ecclesiæ*, dictæ olim Cathedrales omnes, etsi in confesso esset Apostolicæ Ecclesiæ principatum in Romana vigere, ut ait S. Augustinus Epist. 162. cujus etiam hæc sunt: *De Collegis agebatur, qui possent aliorum Collegarum judicio, præsertim Apostolicarum Ecclesiarum, causam suam integram reservare.*

APOSTOLICUS. Olim, & nascente primùm Ecclesia, universim Episcopi omnes, *Apostolici* dicti, interdum adjuncta *Episcopi, viri*, aut alia voce, tanquam *Apostolorum* successores: seu potiùs, quòd quisque in sua diœcesi vices Apostolicas ageret. S. Hieron. Epist. 54. *Apud nos Apostolorum locum Episcopi tenent.* Et Epist. 85. de Episcopis: *Ubicunque fuerit Episcopus sive Romæ, sive Engubii, ---- omnes Apostolorum successores sunt.* Sic Fortunatus ad Gregorium Turon. Episcopum scribens, ipsum *Dominum Apostolicum* vocat, in Prologo ad S. Martini Vitam, & ad lib. 1. Poëm: ut & Euphronium Episcopum Turon. lib. 3. & Nicetium Trevir. eod. lib. poëm 10. Ita etiam apud Marculfum promiscuè legimus: *Ille Rex viris Apostolicis patribus nostris: Apostolico illi Episcopo.* Et lib. 1. form. 6. *Domino sancto Apostolicæ Sedis dignitate colendo illi Episcopo.* Form. 7. *Vir Apostolicus ille, illius urbis Episcopus, &c.* In Epist. Clodovei Regis ad Synodum Aurelian. II. *Dominis sanctis & Apostolica Sede dignissimis Episcopis, Clodoveus Rex.* Et Fortunatus lib. 5. in Epist. ad Syagrium Augustodunensem: *Domino sancto & Apostolica Sede dignissimo Domino Syagrio Papa Fortunatus.* Epitaphium S. Trophimi Arelatensis Episcopi, apud V. Cl. Jacob. Sponium:

Trophimus hic colitur Arelatis Præsul accitus,
Gallia quem primum sensit Apostolicum.

Sed hæc passim obvia. Inde Episcopalis sedes *Apostolica* dicta Sidonio lib. 6. Epist. 1. ad Lupum Trecensem.

Verùm sicut *Papæ* appellatio, quæ Episcopis omnibus communis primò fuit, postmodum soli summo Pontifici adscripta legitur, ita & *Apostolici*; qua quidem Scriptores ævi medii sæpe, ne dicam semper, Papam indigitant, quia, ut ait Gregorius M. lib. 5. Epist. 37. *Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu, sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate convaluit.* Rupertus Tuitiensis lib. 1. de Divin. Offic. c. 27. *Aliorum quidem Apostolorum successores Patriarchæ sunt dicti: Petri autem successor pro excellentia Principis Apostolorum, Apostolicus nominatur.* Idem Gregrorius lib. 1. Dial. c. 4. *Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium Apostolici nostri Domini, sibimet indoctus, usurpare præsumit:* Capitula Caroli C. tit. 30. §. 4. *Adportavit mihi---Boso domni Apostolici epistolas.* Tandem in Concilio Remensi anno 1049. *Lectis sententiis super hac re olim promulgatis ab orthodoxis Patribus, declaratum est, quod solus Romanæ Sedis Pontifex, universalis Ecclesiæ Primas esset, & Apostolicus.* In eodem Concilio *excommunicatus est etiam sancti Jacobi Archiepiscopus Gallíciensis, quia contra fas sibi vendicaret culmen Apostolici nominis.* Vita Aldrici Episcopi Cenomanensis n. 44. *Domnus Gregorius Romanæ sedes Ecclesiæ venerabilis Apostolicus.*

At cur Pontifex Maximus, non *Apostolus*; sed *Apostolicus* passim dicatur, omnino ridicula & insulsa videtur Claudii Taurinensis Episcopi sententia, quam jure suggillat Dugalus, qui Ludovico Pio imperante vixit. Sic enim ille de Papa Paschali: *Apostolicus autem dicitur, quasi Apostoli custos, aut Apostoli fungens officium.* Parum certè feliciter, cùm, ut ait Dugalus, *Apostolicus*, simplex nomen sit, & derivativum ab *Apostolus*, non enim dicitur *Italicus*, Italiæ Custos, &c. Imò *Apostolicus* dictus summus Pontifex adjectivè respectu vocis Papæ, ut Apostoli successor. Simili etiam etymo *Amicum*, quasi *animi custodem* dictum scripsit Alcuinus Ep. 4. Vide Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ parte 1. tit. 5. lege 2. & Casaubonum Exercit. 14. in Baron. §. 4. an. 32. n. 5.

Apostolicare, Apostolare, summum Pontificatum obtinere. Charta an. 1059. apud Jo. Lucium lib. 2. Hist. Dalmat. c. 15. *Beatissimo Papa Nicolao universaliter mundo*

mundo apostolicante. Tabular. S. Severini Burdegal. *Gocelinus ego Pontificatus mei temporibus, Papa Gregorio apostolante, dum episcoparer, lis ingens orta est, &c.*

Apostolicatus, Papatus, in Vita S. Eusebii Episcopi Vercellensis, initio: & apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium p. 9. 101.

Apostolatus. Gloss. Lat. Græc. ἀποστολὴ, *Apostolatus.* Ipsa Episcoporum dignitas, ac titulus honorarius. Epistola Vitalis & Constantii ad Capreolum Episcopum Carthagin. *Ideoque provoluti genibus exoramus humiles servi tui sanctum Apostolatum vestrum, ut informetis parvitatem nostram, &c.* Sidonius lib. 6. Epist. 4. ad Lupum Episc. Trecensem: *Præter officium, quod--eminenti Apostolatui tuo sine fine debetur.* Et Epist. 7. ad Fontelum Vasion. Episc. *Ego quoque ad Apostolatus tui notitiam---accedo.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenomann. p. 134. Edit. Mabillonii tom. 3. Analect. *Ideo conjuro vos Domni, & Pontifices per sanctum Apostolatum, quem divina traditione accepistis, &c.* Ita passim apud Hadrianum PP. Epist. 92. Codicis Carolini, Ruricium lib. 1. Epist. 14. lib. 2. Epist. 8. 49. 50. 57. Ennod. lib. 5. Epist. 17. Avitum Epist. 10. 23. 37. 59. Fortunat. Epist. ad Euphron. Turon. Episc. lib. 3. Poëmat. Epist. 44. & 45. tom. 1. Hist. Francor. pag. 874. &c.

Verùm *Apostolici* appellatio penes summum Pontificem mansit, ita & *Apostolatus* vox suprema Paparum dignitate usurpari cœpta. Paulus Warnefrid. de Gestis Langob. lib. 4. cap. 30. *B. Gregorius migravit ad Christum,---cujus in locum ad Apostolatus officium Sabinianus est ordinatus.* S. Bernardus Epist. 88. *Eugenii Apostolatus excusat me.* Inde pro titulo honorario usurpata vox. Honorius Imp. in Rescripto ad Bonifacium I. PP. *Petimus uti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium ac votum tuum---dignetur impendere.* Joannes Sarisber. Ep. 110. ad Alexandrum PP. *Cùm ergo Apostolatus vestri culmen nequeamus pro toto visitare.* Epistola Nicolai PP. apud Loisellum: *Sed quoniam Sanctitas tua retulit, ac suggessit Apostolatui nostro, quòd, &c.* Ita passim apud Scriptores. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS.

Adont l'Empereris Henris,
Ki n'estoit fols ne esmaris,
Desposa le Pape Grigore,
Ce nos raconte le mist en trape,
Par aquoison le mist en trape,
Por çou que Grigore cil Pape
De son avoir ot acaté
Le don de l'Apostolité
Trois mil livres de deniers,
As Cardinaux fos & lamiers.

APOSTOLUS, Liber Epistolarum S. Pauli, qui in Ecclesia ad Missam legi solet. Liber Sacrament. Gregorii M. *Deinde sequitur Apostolus,* id est, lectio ex Apostolo. Hincmarus Rem. tom. 2. opusc. 7. p. 149. *Usque ad Evangelium in Missa stare solent & recedunt, statim post Apostolum: id est, post Epistolam, hanc admonitionem nostram---legite.* Isidorus Hispal. apud Ivon. Carnot. Decret. part. 6. cap. 1. *Apostolum & Evangelium legat:* quo loco Gratianus *Epistolam,* pro, *Apostolum,* habet. Vide Concilium Toletan. I. c. 12. & Toletanum IV. c. 12. Regulam Magistri c. 46. &c.

Ita in Ecclesia Græca vocem, Ἀπόστολος, pro libro Epistolarum S. Pauli usurpatam legimus. Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabæ: ἅμα δὲ καὶ κατέπειγεν αὐτὸν τό τε ψαλτήριον διδάξαι με, καὶ τὸν Ἀπόστολον. Codinus de Offic. c. 6. ἀναγινώσκει τὴν προφητείαν, καὶ τὸν Ἀπόστολον ὁ Πρωταποστολάριος. Erat præterea apud Græcos Liber alius, quem πραξαπόστολον nuncupant, quòd præter Epistolas Pauli, & alias Canonicas, Actus etiam Apostolorum contineret. De hoc agunt Typicum Sabæ, & Triodium.

Apostolicum, in Ordine Romano: *Subdiaconus autem qui lecturus est, sub cura sua habebit Apostolicum, & Archidiaconus Evangelium:* ἀποστολικὸν βιβλίον, apud Cabasilam in Exposit. Liturg. c. 22.

APOSTOLI, vox nota Livio & Jurisconsultis, & in Jure Canonico frequens. Erant autem *Apostoli,* dimissoriæ litteræ, quas Episcopus Laïco, vel Clerico, in alienam diœcesin transituro, dabat, laïco quidem, ut ibi ordinaretur; Clerico verò, ut vel ordinaretur, vel ordinatus sacrificaret, vel in alienæ Ecclesiæ catalogum referretur. Dabantur etiam Apostoli ab Officialibus & Ecclesiasticis judicibus, quoties Romam ad summum Pontificem provocabatur, in quas provocationes invehitur Hildebertus Episcop. Cenomanensis Epist. 82. quòd per eas *Pontificalis censura pereat, & omnis conteratur Ecclesiæ disciplina. Quis enim, inquit, raptor ad solam anathematis comminationem non statim appellabit? &c.* Arnulfus Lexov. in Epist. p. 12. *Appellatum est ergo à Monachis ad Oct. Pentecost. Apostoli & traditi.* Concilium Lugd. an. 1245. *Si quis in judicio---ad nos duxerit appellandum----petat Apostolos, quos ei præcipimus exhibere, in quibus appellationis causam judex exprimat.* Ejusmodi Apostolorum formulam accipe ex Rollandino in Summa Notariæ: *Dimissoriæ litteræ, quæ appellantur Apostoli. Sanctissimo Patri Domino Alexandro sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifici, Philippus Bononiensis Archidiaconus, seipsum ad pedum oscula beatorum. A Sanctitate vestra recepi litteras in hunc modum: Alexander, &c. Cùm igitur ad executionem mandati vestri humiliter & devotè procedens partes easdem coram me legitimè fecerim evocari, idem Antonius omnem causæ processum sub forma ad vestram audientiam appellavit: Coram vobis, Domine Philippe, &c. ponendo appellationis formam. Verùmtamen, sanctissime Pater, communicato Concilio sapientum, ipsius appellationi non duxi aliquatenus differendum, tunc ipsum monitum ab examine mei judicii evocavi: præcepi tamen eidem, ut usque ad 40. dies cum his litteris vestro se conspectui præsentaret. In cujus rei testimonium præsentes litteras proprii sigilli munimine roboravi.* Ejusmodi formulas alias descripsit Jo. Sarisber. in Epist. Sed & interdum pro quibusvis *literis,* uti vocant, *appellationis,* hæc vox usurpata. Charta an. 1018. *Ab eadem interlocutoria, ut injusta, salva vestri gratia & reverentia appello in his scriptis ad D. Regem Majoricarum, & instanter Apostolos peto mihi concedi & tradi.* Vide Joan. Hocsemium an. 1341. & Souchetum ad Epist. 219. & 220. Ivonis Carnot.

Apostilli, eadem notione apud Matth. Paris p. 458. *Si quis ad Papam duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat apostillos, quos ei præcipimus exhiberi.*

APOSTOLI, Legati, nuncii. Luithprandus in Legat. *Consonantia scripta juramento firmata sunt, ut omnium gentium Apostolis, id est, nuntiis, penes nos Bulgarum Apostoli præponantur.*

Apostoli apud Judæos, *qui ad exigendum aurum atque argentum à Patriarcha certo tempore diriguntur,* in l. 14. C. Th. de Judæis. Coronarium scilicet, cujus canon anniversarius erat, & à Judæis pensitari solebat. Vide Jacobum Gothofredum ad hanc leg. ubi multa de Apostolis Judæorum.

Apostoli, Papiæ, dicuntur *hæretici quidam, hoc sibi nomen sumentes, quia nihil proprium possidentes, nequaquam recipiant aliquid in hoc mundo possidentes.* Iidem, qui *Apostolici* appellantur à S. Augustino lib. de Hæres. cap. 40.

Apostolici præterea extitere alii hæretici, tempore S. Bernardi, in quos graviùs invehitur Serm. 66. in Cantic. qui ita se appellabant, quòd sese successores Apostolorum jactitarent. V. Rainer. contra Vald. cap. 6.

Aposto-

Apostoli in Concilio Herbipolensi an. 1287. c. 34. nescio an alii ab *Apostolicis* S. Bernardi? *Leccatores, seu reprobatos Apostolos, in eorum reprobata regula manere vetantes omnino: volumus, quòd nullus Clericus, nulla sæcularis persona, intuitu religionis eorum, ac insolito habitu, eos de cætero recipiat, aut eis alimenta ministret, &c.* De iis etiam agit Synodus Cicestrensis an. 1289. c. 39. quos *falsos fratres* vocat, & *a Sede Apostolica titulum professionis non habentes.*

APOSTROPHARE, Alloqui, Gall. *Apostropher.* Utitur Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 22.

APOTACTITÆ, ἀποτακτῖται, hæretici, ita appellati, quòd bonis omnibus renuntiarent, quasi dicas *Renuntiantes*, ut *Encratitæ*, id est, *Abstinentes.* Horum mentio est in l. 7. Cod. Theod. de Hæret. Iidem videntur, qui *Apostoli*, seu *Apostolici*, de quibus suprà.

APOTHECA, Officina, unde Itali *Boteca*, Galli *Boutique*; locus, ubi merces aliæve res asservantur, & reconduntur, horreum. Gloss. S. Benedicti, cap. de Habitatione: *Horreum*, ἔνδοχοι, καὶ ἀποθήκη. Hariulfus lib. 3. c. 1. *Ipsas partes intulerunt in apothecam cujusdam custodiendam.* Hugo Falcandus: *Multi Sarracenorum, qui in apothecis suis mercibus vendendis praerant.* Vide Constit. Sicul. lib. 3. tit. 34. §. 3. *Apotheca vini*, apud Evodium lib. 2. de Miracul. S. Steph. c. 3.

Potheca & *Apotheca*, in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. p. 400. 404. 410. 417.

Apothecar, pro *apotheca.* Fortunatus Epist. ad Syagrium Episcop. Augustod. *Unde luctus & merces, & unus rigans oculis, alter bibens auribus, quod iste torcular & in fletu, ille apothecar & in fructu.*

Botica, ex Hispanico *Botica*, in Concilio Palentino an. 1388. c. 5.

Hypotheca, in Concilio Monspeliensi an. 1258. c. 9. *Operationem scil. sive mensam, hypothecam, vel similia pro vendendis mercibus tenentes.*

Apothecarii, qui apothecas, seu *bothegas* tenent, in Charta an. 1178. apud Ughell. tom. 7. p. 410. Tabular. Ecclesiæ Cadurcensis: *In tale verò conventum, dum ego vivo, Gaubertus teneam & possideam, & post obitum meum teneat Apothecarius & Cellerarius S. Stephani, qui arma non præsumant in stipendia Fratrum: & si arma præsumpserint, teneant alii duo, qui non præsumant.*

Apothecarii, Apothecarum seu horreorum curatores. Glossar. Græco-Lat. Ἀποθηκάριοι, *Horrearii.* Ἀποθήκη, *Horreum.* Breviar. Canon. Fulg. Ferrandi cap. 133. *Ut Clerici apothecarii vel ratiocinatores non ordinentur.* Concil. Carthag. I. sub Julio PP. c. 9. *Et ipsis non liceat Clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores.* Ubi *apothecarii* latiori significatione dicuntur qui, curatoriis, aut tutelaribus ratiociniis erant obnoxii, ut quidam censent.

APOZIMARE, ἀποζεματίζειν, *apozema*, seu decoctum medicamentum infundere. Octavian. Horatianus lib. 1. Rer. medicar. cap. 19. *Sales triti, ac in linteolo ligati aceto infundantur, & ex hoc vulnus tandiu apozimandum est, vel infundendum, donec sanguinem eliciat. Apozima* enim dicebant pro *Apozema.* Macer de Herbis:

His potiùs seminum, vel apozima proderit huic.

Aposia, Excoctio, in Querulo sub finem.

APPAR & *Apar.* Papias: *Suppar, compar, appar, composita. Appares* porrò vel *Apares* vocant inferioris sæculi Scriptores Epistolas generales, quæ uno exemplo, paucis mutatis, ad diversos mittuntur. Anastasius in S. Hadriano PP. p. 108. *Apparem istius donationis per eundem Ætherium adscribi faciens.* Ubi pro exemplo, seu uti dicimus *copia*, vox sumitur. Post Novellam Theodosii & Valentiniani de Amota militantibus fori præscript. ad Ariovindum Magistrum Militum: *Eodem exemplo Aspari viro illustri Comiti Exmagistro Militum & Exconsuli bis ordinario.* Atque hæ quidem Epistolæ *uniformes* dicuntur apud S. Hilarium in fragmentis pag. 45. *Liberius, antequam ad exilium iret, hanc uniformem Epistolam Confessoribus scripsit &c.* Et apud Nicolaum PP. I. Epist. 8. in fine: *Nec non & Epistolam uniformem, quam quibusdam claris viris Constantinopolitanæ Senatoribus singillatim scribendam atque mittendam fore prævidimus. Consimiles* in Testamento Sancii I. Regis Portugalliæ, eræ 1217. Epistolæ autem istius, quæ est 16. titulus sic concipitur: *Nicolaus-----singulis quibusdam Senatoribus Constantinopoleos, aparibus.* Ubi vox *aparibus*, non ad vocem *Senatoribus* refertur; sed per receptam hac ætate formulam additur, ut innuatur uno exemplo dictatas & missas Epistolas ad diversos, quæ pluries occurrit apud Gregorium Magn. interdum per *apparibus*, interdum per *aparibus*, cum unico P. descripta, lib. 1. Epist. 24. 25. lib. 2. Indict. 11. Epist. 49. lib. 5. Epist. 29. 52. 54. lib. 7. Indict. I. Epist. 15 Ind. 2. Epist. 27. 39. 112. lib. 9. Epist. 52. lib. 10. Epist. 7. & apud Joannem VIII. PP. Epist. 99. 191. 227. sed & apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epist. 4. quæ ad diversos inscribitur, hæc habentur: *Inceptis quidem aparibus; sed circa finem singulis Epistolis juxta locorum & personarum competentiam discrepantibus. Data Romæ, &c.* Adde lib. 2. Epist. 16. Ita apud Radulfum de Diceto, epistola, quam Richardus Anglorum Rex nobilibus, quibus Regni curam commiserat, dum sacram peregrinationem obiret, scripsit, hanc præfert inscriptionem: *Richardus Rex Angl. VVillelmo Cancellario, G. Filio-Petri, VV. Marescallo, & H. Bard. & VV. Brivver, aparibus.* Salmasius in lib. de Jure Attico & Romano vocem distinguendam putat, *à paribus*, ut sit ἀπὸ τοῦ ἴσου, ἀπὸ τοῦ ἰσοτύπου, ἰσοτύπως, epistola scilicet eodem, quo alia exemplo scripta. Palladius in Vita Chrysostomi pag. 22. Ἀντεπέστειλεν ὁ μακάριος, Ἰννοκέντιος ὁ Πάπας ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι τὰ ἴσα τῆς κοινωνίας. Agatho Diacon. de VI. Synodo Ἰσοτύπους ἀντιγράφους εἶναι vocat. Sed loci suprà allati videntur evincere, *aparem*, vel *apparem* similem denotare, vel potiùs exemplum alterius scripti, maximè locus Anastasii. At cur *aparibus* vulgò scriberetur in ablativo, existimaverim indicari Epistolas *pari* tenore, vel certè *a paribus*, seu similibus, descriptas, singulisque (quibus aliàs generatim inscribuntur) licet eodem contextu inscriptas ac missas. Charta Ludovici Pii pro Monast. S. Dionysii in Tabulario ejusd. Ecclesiæ: *Duas super hoc jure pari tenore conscriptiones fecerunt, easque manibus firmaverunt propriis, ut altera earum in archivo ipsius Monasterii---servaretur: alteram verò nostræ magnitudini direxerunt, ut illam Palatinis scriniis juberemus recondi.* Cæterum nescio an in Synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 115. initio non legendum sit, *apparis* pro *Sarparis.* Judicet Lector. Vide *Paricula.*

APPARAGIUM. Vide *Paragium.*

APPARATUS, ita appellata Glossa Accursii ad Digestum & Codicem; sed & quivis commentarius. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 3. *Vt pignoris obligaverunt unum codicem, scriptum in cartis hedinis cum Apparatu domini Accursi.* Hinc emendandus Will. Thorn. in Chron. an. 1274. *Contulit huic Ecclesiæ Bibliam pulcram, & totum corpus Juris opperatu ordinario glossatum.* Legendum enim *apparatu.* Tancredus JC. Bononiensis in præfat. ad Compilation. Decretalium: *Decretales dicuntur super quarum expositionibus plures Doctores Bononiæ Glossas plurimas varias & diversas posuerunt, & apparatus plures super eis fecerunt atque scripserunt.* Vide *Parata.*

APPARATURIUM, *Ubi res quæcunque paratur*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1019. Hinc emendandæ Glossæ Lat. Græc. *Apparatorium*, ἐξαρτιστήριον. Ubi perperam Edit. *Apparitorium.* Ut & apud Papiam in V. *Apparitor*, cui dicitur: *Ubicumque res parantur, vel adjutorium.*

APPARI-

APPARITIO, pro Apparitoribus ipsis, non semel in Codice Theod. Glossæ Græc. Lat. τάξις ἄρχοντος, *Officium, apparitio.* Malè edit. *Apparatio.* Coronatus Notarius in Actis S. Zenonis Episcopi Veronensis : *Ut hoc Rex Gallienus audivit, missis Apparitionibus ad perquirendum sanctum virum cœpit sollicitè demandare.* Vide Collat. III. Carthagin. c. 29. & Maximum Taurin. in Homil. in Vigiliis Natalis Domini, & Ammianum lib. 18. & 19. pag. 123. 144. 1. Edit.

APPARTIAMENTUM, Partitio, divisio bonorum inter liberos. Consuetudines Tolosanæ : *Si in ultima voluntate sua relinquat----vel jure institutionis, vel appartiamenti, &c.*

APPARAMENTUM. Charta MS. Petri II. Regis Aragon. an. 1283. pro Libertatibus Cataloniæ : *Item quòd animalia Militum, & arma sui corporis, nec apparamenta suæ domus non pignorentur pro aliquo debito eorundem.* Hispanis, *Paramentos de sala*, aulæa, peristromata.

APPATIAMENTUM. Charta Amanevi de Lebreto Militis an. 1400. *Nunc verò fortiùs solito depauperati propter exactiones appatiamenti factas per Nopar Cavimontis, & quia dicti Nopar & sui complices gentes armorum nituntur mercham exigere, pro quadam summa pecuniæ excessiva in causa appatiamenti prædicti, licèt solverint dictum appatiamentum.* Vide *Apatisatio.*

APPELAREA. Vide *Applare.*

APPELLATORES, Fures, Anglis. Articuli Cleri Anglicani, oblati Edvvardo II. Regi an. 1316. c. 10. *Placet etiam domino Regi, ut latrones & appellatores, quandocunque voluerint, possint Sacerdotibus sua facinora confiteri.* Thom. Walsing. in Richard. II. p. 288. *Captas nempe mulieres in prisona, quæ vocatur Dolium, incarcerarunt. Postremò perductas ad conspectum publicum, descissa cæsarie, ad modum furum, quos Appellatores dicimus, circumduci fecerunt.* Generaliter autem *Appellatores* & *Approbatores*, Angli vocant eos, qui crimen aliquod, seu feloniam, commisere, eamque ultro confessi, criminis socios ad judicem *appellant*, vel *approbant*, id est, deferunt. Vide *Approbator.*

APPELLITUM, vel *Appellitus*, Submonitio, seu evocatio populorum ad vindicanda maleficia. Quadruplicem porrò *appellitum* recensent Practici Aragonenses: *Appellitum de tolli fortiam, appellitum apprehensionis, appellitum criminalem, & appellitum manifestationis.* De singulis agit Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. quem quivis consulere poterit, cùm hisce non liceat immorari. Vide *Juncta* & *Concursus.* Submonitio quævis. Charta Alphonsi III. Reg. Portugalliæ æræ 1267. apud Brandaonum lib. 15. Monarch. Lusitan. c. 24. *Solum hoc, quod mihi & successoribus reservo in perpetuum, videlicet Collectam, monetam, hoste, annaduam, appellidum, fossadum, &c.* Alia Alphonsi Regis Portugalliæ apud eundem lib. 13. c. 17. *Et vobis illam utique concedo liberam & exemptam ab omni regali onere : ita quod homines, qui ibidem morantur, de cætero non vadant ad appellidum ad Castellum faciendum, &c.* Fori Alcaçonenses. *Et qui non fuerit ad appellido Cavaleiros & Pedones, exceptis his, qui sunt in servitio alieno, Miles pectet* 10. *sol. pedones* 5. *sol. ad vicinos.*

APPELLUM, in jus vocatio, accusatio : propriè enim in criminalibus actionibus vocem hanc usurpant Angli, vulgò *Appeale.* Vide Bractonum lib. 3. de Corona cap. 11. §. 2. 3. Fletam lib. 1. cap. 34. & Rastallum. Articuli Cleri Anglicani an. 9. Edvv. II. c. 16. *Admittunt accusationem illorum, quam ipsi communiter vocant appellum, &c.*

Appellare dicitur, qui *appellat*, aut accusat : vel qui *appellum*, seu accusationem suam prosequitur. Brompton : *Cùm Rex eum intuitus esset, de proditione & morte Alfredi fratris sui appellavit in hæc verba : Godvvine, ego te appello de morte fratris mei, quem proditionaliter occidisti.*

APPENDARIA. Appendix, appensum domui tectum, seu potiùs ædificium rusticum levioris pretii ac momenti respectu eorum, quæ *capita mansuum* appellabantur, cujusmodi sunt ea, quæ vulgò *Appentis* vocamus. Joan. de Janua : *Appendix : mansiuncula, quæ magnæ domui adhæret, scilicet quod appenditur parieti, non habens tectum divisum in duo latera.* Brito in Vocab. MS. *Apheduo, est appendix : Gallicè dicitur* Appentis, *mansiuncula, quæ adhæret magnæ domui : & dicitur projectum, si de lignis ; mœnianum, si de lapidibus constructum sit.* Tabular. Celsinianense : *Et una appendaria, quam laborabunt in dominio, de qua non apprehendent decimam monachi.* Tabular. Claromontense apud Justell. in Probat. Hist. Arvern. pag. 21. *Ego Balbus cedo Domino Deo unum mansum in villa de Carinaco, & unam appendariam, quæ fuit feus Bertrandi Galli, & unum campum de duobus sextariis, & istæ duæ appendariæ & campus erant alodium VVillelmi Comitis.* Testamentum S. Fulcranni Episc. Lodovensis n. 5. apud Boland. 13. Febr. *Et de villa, quam vocant Balmas, mansos tres, & unam appendariam.* Charta fundationis Eccles. S. Petri in urbe Aniciensi apud Labbeum to. 2. Bibl. p. 751. *Unam appendariam ad Gallinas nutriendas* : ubi perperam editum *appendaciam* ; rectiùs *appendariam*, apud Sammarthanos in Episcopis Podiens. n. 32. Occurrit passim in Tabulariis Brivatensi & Conchensi in Ruthenis.

Appendicula, idem quod *Appendaria.* Tabular. Brivatense ch. 354. *Cedimus----unum mansum cum farinariis, & unam appendiculam, & pratum, &c.*

Appenditia. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 66. *Dederunt--appenditiam unam, quæ sita est juxta villam, quæ dicitur* Nauliacus, *ipsaque appenditia vocatur Vernedum Gundaldi.* Fol. 69. *Et terram de Brunisils, & appenderiam de rua merdosa, &c.*

Appendicium, Joanni de Janua, *appendix*, seu *appendaria.* Richardus Hagulstad. lib. de Eccles. Hagulstad. c. 3. *Ipsum quoque corpus Ecclesiæ appendiciis & porticibus undique circumcinxit.* Miracula S. Eutropii Episcopi Santonensis n. 15. *Erat enim locus, quo ipso detinebantur captivi, quoddam appendicium extremæ partis domus Præpositi, &c.*

Appendentiæ, Appenditiæ, pro eo, quod *Dépendances* appellamus, crebriùs occurrit, quàm ut immoremur rei firmandæ.

APPENDIUM, Pretium, vel pondus. Petrus Damian. lib. 7. Epist. 7. *Si nullius erat pretii, sicut dicitur, ergo mille talenta argenti, ne unius quidem poterant ovi appendio supputari.*

APPENNAGIUM. Vide *Apanare.*

APPENNIS. Vide *Arpennis.*

APPENSA, *Mensura frumenti ad alicujus corporis pondus.* Gonzo Abbas in Miracul. S. Gengulphi Mart. num. 28. *Mirabilius etiam sanabis hîc absentem, quàm in tua Ecclesiâ præsentem, ejus* (puellæ, *appensam si placet, tibi, devoveo, &, ne differas ampliùs, oro, &c.*

APPENSIONARE, Ad pensionem dare, *Donner à pension*, in Libertatibus Burgi in Bressia an. 1387. apud Guichenonum p. 24.

APPERSONARE. Vide *Persona.*

APPERTINENTIÆ, idem quod *Pertinentiæ*, appendices, *Appartenances & dépendances.* Ditmarus lib. 5. p. 55. *Hanc urbem---cum appertinentiis, &c.*

APPETIATUS, Resartus. Ulpho in Vita S. Catharinæ Suecicæ n. 37. *Cùm haberet manicas consumptas & appetiatas.* Vide *Petia.*

APPIA, *Æstiva, calens, temperata*, in Glossis Isidori. Ita repono, pro *cadens.*

APPLARE, *Cochlear*, Isidoro in Glossis. Auson. Ep. 20.

Jam patinas implebo meas, ut parcior illæ
Majorum mensis applaria succus inundet.

In Gloss. sancti Germani, *Appia*, εἶδος σκεύους, ὡς Πανκευδεῖος. Videtur legendum *Applar* : nam ut *cochle-*

cochlear & *cochleare* dicitur, ita & *Applar* & *Applare.* Papias: *Amplare, ris, cloca, signum, campana.* ubi leg. *applare*, quo vocabulo campanam vocat, quod *applaris* formam referat. Salmasius ad Pollionem vas fuisse existimat ovis *hapalis*, deinde aliis quibuslibet obsoniis capiendis aptum, indeque dictum. *Ovorum hapalorum* meminit Marcellus Empiricus.

Apellarea, Apellaria, idem quod *applare*. Paulus PP. Epist. 15. in Cod. Carolino: *Pro veræ benedictionis causa, direximus vobis apallaream unam, spatham ligatam in gemmis, cum baltheo suo.* Anastasius in Sergio PP. p. 61. *Hic posuit in absida Basilicæ suprascriptæ, super sedem, apallaream (al. apellariam) argenteam pens. sing. libras* 120. Id est, operuit sedem operimento ex laminis argenteis, in figuram & formam applaris seu cochleæ.

APPLEGIARE. Vide *Plegium.*

APPLICARE, Divertere, hospitari, appellere. Glossæ Lat. MS. *Appellens, Applicans.* Alibi: *Appulit, Advexit, Adminuit, Adplicavit.* Gloss. Lat. Græc. *Applicata*, καθωρμισμένα. *Applicatio*, καταγώγιον. Alibi: πρόσπελασις, *Applicatio.* Ita non semel utuntur Latini Scriptores veteres. Lex Longobard. lib. 3. tit. 12. §. 5. *Neque per forciam suam in mansione arimanni se applicet.* Charta Sisulphi Ducis Beneventani in Chronico S. Sophiæ pag. 612. *Ut neque posteris, aut judicibus nostris per nullam quamvis rationem in ipsum Monasterium quamlibet personam ad habitandum, aut pro ora adplicandum quisquam mittatur.*

Sed propriè nostri hac voce utebantur pro *in campo, in agro, sub tentoriis degere*, quod solenne fuit Wisigothis & Burgundionibus, atque adeo Francis nostris, cùm iter agerent, uti observatum à nobis in Notis ad Alexiadem p. 334. ex Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 13. §. 3. & tit. 4. §. 25. & ex Lege Burgundion. tit. 38. §. 7. Edicto Rotharis Regis Longobard. tit. 108. &c. Id etiam firmat Gregorius Turonensis lib. de Vitis Patrum cap. 17. *Cùm propinqui ad urbem, cadente sole, fixis tentoriis mansionem pararent, &c.* Sidon. lib. Epist. 8. *Cæterùm diluculo familia præcesserat, ad duodeviginti millia passuum fixura tentorium, quo quidem loci sarcinulis relaxandis multa succedunt conducibilia: fons gelidus in colle nemoroso, subditus ager herbis abundans, &c.* Et liber 1. de Miraculis S. Dionysii cap. 10. *Bertrandus quidam Comes iter faciens, tempore æstivo, divertit temere in pratum fonti, qui vulgari vocabulo Tricina dicitur, contiguum, ibique figi jussit tentoria, &c.* Adde Itinerarium S. Willibaldi n. 9. & Paschasium Radbertum in Epitaphio Vualæ Abb. Corbejensis lib. 1. cap. 16. & Edditum Stephanum in S. Wilfrido cap. 62. Hinc ἄπληκτον, Græci recentiores pro castris, seu loco, ad quem exercitus *applicat*, & ubi tentoria figit, usurparunt. Glossæ MSS. ἄπληκτον, κατάλυμμα. *Applicatus*, apud Ethelvverdum lib. 4. c. 3. ἀπληκεύειν, castra ponere, in Chronico Alexandrino p. 692.

Applicari ad Deos, Exodi cap. 22. & in Capit. Caroli Mag. lib. 6. cap. 22. de fure: *Si latet, dominus domus applicabitur ad Deos, & jurabit, quòd non extenderit manum in rem proximi sui, &c.* Ubi Græcus Interpres, προσελεύσεται ὁ κύριος οἰκίας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὀμεῖται, &c. Id est, in Templo. Sic *Deos* pro Deorum templis dixit Lactantius lib. de Mortibus persecutor. num. 36. *Novo more Sacerdotes maximos per singulas civitates singulos ex primoribus fecit, qui & sacrificia per omnes Deos suos facerent, &c.* Utitur etiam alio loco.

Applicium, Diversorium, hospitium. Ethelvverdus lib. 4. c. 3. ann. 878. *Appliciumque sumunt hiemale in loco Cippanhamme.*

Applicare se alicui. Vide *Commendati.*

APPLUMBARII *Papæ*, dicuntur Glossatori Gratiani, qui summorum Pontificum bullis plumbum aptant.

APPLUMBATIO, *Applumbatura, diversarum materiarum consolidatio, ut auri, argenti, plumbi, stanni, &c. & earum materiarum conjunctio dicitur Applumbatura.* Ita Breviloq. Gloss. Græc. Lat. σιδήρου ἕνωσις ἐκτὸς μολίβδου, *Ferruminatio*, διὰ μολίβδου, *plumbatura dicitur.* Vide Bractonum lib. 2. cap. 2. §. 3. Fletam lib. 3. cap. 2. §. 12. & Glossographos Juris civilis.

APPONERE, Pignori dare, penes aliquem deponere rem pro debiti securitate. Gloss. Lat. Græc. MS. παρατίθημι, *appono, depono, commendo, mando.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 42. *Quia omnes res suas, quas in Sicilia habuit, vel venundedit, vel apposuit.* Ibid. *Suppositorium aliquod argenteum pro uno solido dicitur esse appositum.* Guillelm. Neubrigensis lib. 1. cap. 2. de Roberto Duce Normanniæ: *Accepta à fratre Guillelmo summa non modica, Normanniam illi apposuit.*

APPORTIONAMENTUM, vox fori Anglici, dicitur de tenemento alicui censui obnoxio, quo diviso inter hæredes dividitur etiam census respectu partium. Rastallus.

APPORTUM, Vectigal, tributum, census, qui dominis infertur, adfertur, vox forensis. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 603. *Ita quòd proficua manerii & Ecclesiæ prædictæ ultra sustentationem unius Prioris & socii sui Capellani, divina in Prioratu prædicto pro animabus prædictis in perpetuum celebraturorum, nomine Apporti quolibet anno præfatis Abbati & Conventui in subventionem sustentationis suæ prædictæ solverentur: qui quidem socius dicti Prioris Capellanus, causâ inopiæ dicti Prioratus, amovetur, etiam prædictum apportum præfato Abbati & Conventui subtrahitur, à tempore captionis dicti manerii, &c.* Et pag. 607. In Charta, cujus lemma est: *De asportatis Religiosorum: Præterea inhibet Rex——ne de cætero tallagia, census, impositiones, apporta, seu alia quæcunque onera aliquibus Monasteriis——imponant.* Hac notione vox *apport* usurpatur in Consuetud. Arvernensi cap. 31. art. 31. 32. Sed aliud sonat in Consuetud. Remensi art. 240. 241. 246. 254. Est enim ibi *apport*, quidquid bonorum uxor marito in dotem confert.

APPOSITIO, Ferculum, Missus, *Més*, Gallicè. Charta an. 1148. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 704. *Porcellos verò plenos quandoque in prima appositione, & carnem porcinam frigidam in tertia appositione habebant, &c.*

APPOSITUS, Episcopus intrusus, contra Canones electus. Concilium Moguntinum an. 1071. *Illud verò quod maxime in causa fuit de Constantiensi apposito inter fratres studiosè ventilatur, &c.*

APPOTIARE, Potionem, seu venenum propinare, præbere, *Empoisonner.* Arnoldus Lubecensis lib. 2. c. 3. *Ipsa nocte Rex veneno interiit, appotiatus, ut dicitur, à fratre suo, &c.* Vide *Potionare.*

APPRATARE, in pratum redigere. Tabular. S. Albini Andegav. *Quòd cum Heudo contradicere probabiliter non posset dixit iterum, se tantummodo fecisse, quia Monachi pastitia sua, quod Comes fieri intra sua vetuerat, adpratassent, cui, cum Comes adjecisset, quare & ipse pastitia de Blazono depratasset? respondit, &c.*

APPREHENDERE, Discere, ex Gallico, *Apprehendre.* Fulbertus Carnot. in Hymno de S. Pantaleone: *Unde pater more patrum, lætus ac sollicitus fecit eum liberales artes apprehendere.* Eckehardus minimus de Casib. S. Galli c. 7. de Musica: *Quæ cùm cæteris artibus sit naturalior, & quamvis difficiliùs apprehensa, usu quidem sit commodior ac suavior, &c.* Willelmus Malmesburiensis in Vita S. Aldhelmi Episc. c. 4. *Hæc, ut reor, & his similia brevi temporis intercapedine apprehendi nequaquam possunt.*

APPREHENSIO. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis ch. 26. *Dimitto malos usus & apprehensiones,*

tiones, & tortos, quos pater meus habuit, vel aliquis homo per illum in villa de Palatio. Ch. 365. *Et in totam prædictam villam totum decimum de apprehensionibus hominum, & medietatem decimi de animalibus eorum.* Et ch. 545. *Ut Geraldus de Rofiaco, qui juxta sub ditione mea assistit, per manum Abbatis & Monachorum sanctæ Fidis in unaquaque apprehensione unum solummodo denarium habeat, quandiu in servitio & fidelitate eorum permanserit.* Charta Henrici Imp. an. 1014. apud Ughellum in Episcopis Savonensibus: *Insuper etiam jubemus, ut in his præscriptis confinibus castella non ædificentur, neque aliqua superimposita à Marchionibus, vel à suis Comitibus vel Vicecomitibus prædictis hominibus fiat, scilicet de fodro, de apprehensione hominum, vel saltu domorum, &c.*

Apprisio, eadem, ut videtur, notione. Bulla Stephani VII. PP. apud Catellum lib. 5. Historiæ Occitan. p. 774. *Statuentes——ut nulli unquam parvo aut magno homini liceat quamlibet forciam, vel apprisionem in omnibus rebus ejus facere, aut potestatem aliquam habere, vel aliquem distringere, &c.* Vide *Aprisio* & *Captio*.

APPRENTICII, ex Gallico, *Apprentis*, Tyrones discipuli, qui ediscendi alicujus artificii ex pacto ad tempus constitutum serviunt: à voce Gallica *Apprendre*, discere, quòd qui discunt, animo scientiam, aut artem, apprehendant. Et, inquit Covvellus lib. 1. Instit. tit. 3. §. 10. apud Anglos certa personarum conditio, servorum instar, libera tamen & ingenua, eorum nimirum, quos *Apprenticios* dicimus, qui ad artem aliquam mechanicam, sive aliàs mercenariam perdiscendam heris suis conventione sua parentum vel gubernatorum astringuntur. Hi enim in herorum potestate sunt, durante tempore conventionis, & illis acquirunt non sibi vel parentibus suis, nisi aliter conventum fuerit. Hi dominis spondent haud pauca, & hæc præcipuè, quòd per tempus conventum bene & fideliter domino suo servient, secreta sua celabunt, præcepta sua licita & honesta libenter ubique facient, &c. Vide Fortescutum de Legib. Angl. cap. 8. & Thomam Smith lib. 3. de Republ. cap. 10. Thomas Walsinghamus in Richardo II. pag. 301. *De Londoniis multi apprentitii, plures servi, sumptis albis capuciis, invitis magistris & dominis sunt profecti.* Henric. de Knighton lib. 5. an. 1381. *Apprentitii quoque relictis magistris suis illuc accurrebant.* Habetur porrò *indentura*, seu formula *apprenticietatis* in Charta feodi p. 163. seu in libro anglico, inscripto *Justice of peace.*

Apprentitii Juris, vulgò *Scholares Juris*, qui ediscendarum legum civilium, vel etiam regni, scholas & Academias publicas frequentant. Idem Walsinghamus pag. 249. *Locum, qui vocatur Temple-Barre, in quo Apprentitii juris morabantur nobiliores, diruerunt.* Alibi pag. 329. *Joannes Blake juris Apprentitius.* Henric. de Knighton. lib. 5. *Juratos quoque civitatis & juris regni Apprentitios——interfecerunt.* Dictos etiam *Apprentitios ad Legem* auctor est Spelmannus, qui alios *Apprentitios ad Barras* recenset, qui scilicet post exacta juris studia in scholis, cancellos fori, (quos *Barras* vocant, unde *Barreau*, pro ipso foro) salutare, atque illic causas agere permitterentur. Andreas Horn in Speculo Justitiarum, seu *Mirrour aux Justices*:

Hanc Legum summam, si quis vult mira tueri,
Perlegat, & sapiens si vult orator haberi.
Hoc Apprentitiis ad Barras Ebore munus,
Gratum Juridicis utile mittit opus.
Horn mihi cognomen, Andreas est mihi nomen.

Vide Fletam lib. 2. cap. 37.

APPRESTAMENTUM, quod Latini *instructum* vocant. Testamentum Sisnandi Comitis Conimbricensis, apud Brandaonum tom. 3. Monarchiæ Lusitan. *Et medietatem de illa azenia de Colimbria, cum suis molinis, & apprestationibus.* Infrà: *cum suis vineis & apprestamentis.*

APPRETIARE. Vide *Adpretiare.*

APPROBATOR. Vide *Probator.*

APPROPIARE, *Approximare, Appropinquare*, Joanni de Janua, qui à *propiùs* deducit: Gall. *Approcher.* Exod. c. 4. ℣. 4. *Ne appropies, inquit, huc.* Lucæ 10. *Appropians alligavit vulnera ejus.* Occurrit præterea aliis locis in veteri Testamento. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio p. 82. *Custodite judicium, facite justitiam, appropiavit enim salutare meum advenire:* Infrà: *Petunt à me judicium, & appropiare Deo desiderant.* Simon Dunelmensis lib. de Eccles. Dunelm. cap. 6. *Quia dies mortis, vel vitæ magis illius, quæ sola vita dicenda est, jam appropiaret introitus.* Lambertus Ardensis: *In abdito cordis sui cubiculo intendebat, ut si quo modo aliqua feudali sublimatione Ghisnensis terræ finibus appropriare, & in ea pedem figere potuisset, &c.* ubi videtur leg. *appropiare.* Heremannus de Restaurat. S. Martini Tornac. c. 1. *Jam verò si scholæ appropiares, cerneres Magistrum Odonem, &c.* Vide *adpropiare.*

APPROPRIARE, Rem *propriam* sibi facere, in suos usus & sua commoda convertere. Glossar. Lat. Græc. *Approriare*, νοσφίζειν. Auctor Mamotrecti: *Vendico, approprio.* Apud Aurelianum Siccensem lib. 2. de Tardis passion. cap. 13. *ciborum appropriato* dicitur, quorum succus per digestionem in propriam hominis substantiam convertitur. Vincentius Belvacensis lib. 32. c. 92. *Et in primis locum, in quo erat Mahomeria, reconciliavit Legatus, qui dudum in altera ejusdem urbis (Damiatæ) captione B. Virginis Ecclesiæ deputatus fuerat & appropriatus.* Chronicon Upsalensium Archiepiscopor. n. 10. *Mansionem suam in Beremi & Grenly cum suis pertinentibus & attinentiis omnibus appropriavit.* Sed

Appropriare, propriè usurpatur in foro Ecclesiastico de Ecclesiis aut beneficiis Ecclesiasticis, quæ Ecclesiis principalibus aut Monasteriis, à quibus dependent, uniuntur, earum fructibus in proprios Ecclesiæ, quibus *appropriantur*, usus redactis. Synodus Exoniensis an. 1287. can. 84. *Obventiones & oblationes, quas fieri contigerit in capellis, ubi matrix Ecclesia religiosis est appropriata personis, non ipsis Religiosis cedant; sed Vicariis duntaxat, ibi canonicè constitutis.* Charta Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. p. 237. *Concessimus & licentiam dedimus dictis Priori & Conventui, quòd ipsi & successores sui Ecclesiam parochialem S. Andreæ——quæ est de advocatione & patronatu suis propriis, ut dicitur, appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint, &c.*

Ejusmodi *appropriationum* abusus attigit Alexander IV. PP. in Regesto anni 7. Epist. 23. ex Bibl. Regia: *Tunc siquidem referentibus vobis accepimus, quòd Religiosorum quorundam non solùm Angliæ; sed & aliorum regnorum avara cupiditas, qui, ut vestro utamur eloquio, appropriationem Ecclesiarum parochialium in regno Angliæ à Sede Apostolica ex falsis causis hactenus obtinuere sibi concedi in eodem regno, usque adeo latè patet, quòd illud veneno hujusmodi totaliter ferè in suis partibus jam infecit: quoniam ex hoc divinus in eis cultus perit, intermittitur hospitalitas, jura Episcopalia detrahuntur, pauperibus clauduntur ostia pietatis, ac proficientibus Clericis, dum spes provisionis adimitur, proficiendi studium minoratur. Inter alia quoque scandala, quæ de hujusmodi Ecclesiarum appropriationibus suborta proponitis, signanter exprimere curavistis, &c.* Vide idem Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 18. 57. 182. 483. Ingulfum pag. 860. Concil. Londinense an. 1268. cap. 23. Inquisitiones Archidiaconor. Lincolnensium an. 1233. cap. 35. Lindvvodum pag. 88. 2. Edit. Rastallum, præterea Consuetudinem Britanniæ art. 269. 306. 319. 433. 443.

APPRUARE, vel *Approvare* sibi, vel se de re aliqua; hac frui & uti ad sua commoda & suas necessitates: quasi in

in *provandam*, seu *prębendam* sibi asserere, vel (fortè) sibi *appropriare*. Fleta lib. 2. c. 37. §. 19. *Nulli Ballivo sit vile, si de rebus domini dominam possit appruare, ut de suis ordeis braseum, de lanis pannum, de linis telas, & hujusmodi fieri: vel si equum, pullum, vel palafredum de furfure, fabisque educi, faciatque nutriri, &c.* ubi *Appruare*, est commodum domini facere de prædiorum exitibus, *faire le profit du maistre.*

Approvamenta, *Approviamenta*, emolumenta & fructus, qui ex prædiis proveniunt, Gallis *Profits*. Thomas Walsinghamus pag. 57. *Posueruntque custodes, qui medio tempore exitus & approviamenta terræ ad opus illorum, quorum intererat, custodirent.* Ita in Monastico Anglic. tom. 2. p. 133. 607. 608. 632.

Appruator, qui domini commodis invigilat, & ejus reditus & commoda percipit & auget. Fleta lib. 2. cap. 76. §. 1. *Præpositus autem tanquam appruator & cultor optimus, per villatam electus, &c.* Cap. 82. §. 2. *Nullus Præpositus ultra unum annum remaneat irremotus, nisi pro fideli ac optimo appruatore, &c.*

Appruare, propria significatione, uti est apud Rastallum, dicitur, cùm qui Communiam habet *in vasto* terræ domini, & dominus partem vasti terræ includit ad suum commodum, relicta participibus sufficienti Communia ad egressum & regressum. Statutum Westmonasteriense 2. cap. 50. *Domini vastorum, boscorum, & pasturarum, appruare se possunt de vastis & pasturis illis, non obstante contradictione tenentium suorum, dummodo tenentes ipsi haberent sufficientem pasturam ad tenementa sua, cum libero ingressu & egressu ad eadem.* Infrà: *Ita quod domini hujusmodi vastorum, boscorum, & pasturarum, salva sufficienti pastura hominibus suis, approvare sibi possint de residuo.* Ubi *approvare*, exponitur in Statuto Mertonensi cap. 4. *Commodum suum facere.* Monasticum Angl. tom. 1. p. 781. *Scilicet à terra de Hiltone per viam Regiam, & sciendum, quòd bene liceat prædicto VValtero appruare sibi & suis infrà dictas divisas, ita tamen quòd iidem Abbas & Conventus habeant liberum & largum ingressum & regressum, & sufficientem pasturam ad 300. oves.* Radulfus de Hengham in Parva cap. 7. ait, disseisinam fieri, *cùm manu opus alicujus impeditur per Superfluosam, & hoc in tenemento diu antè appruato, vel de tenemento de novo appruando, verbi gratiâ, si quis vastum suum non priùs appruatum redigat in culturam, &c.* Vide Guilielm. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. p. 174.

APPULSARE. Wil. Brito in Vocab. *Accire, significat advocare, vel appulsare.*

APPUNCTARE, *Appunctuare*, Litem non tam pacto definire, quàm eo partes adducere, ut de re controversa, tanquam certa, conveniant, unde rectè *Appunctamenta* forensibus dici censuit Budæus; *acta & conventa controversiæ*. Galli dicunt *Apointer une affaire*, *Appunctuatio*, *Appointement*. Charta an. 1337. apud Guichenonum in Hist. Sabaudica pag. 164. *Et convenit per pactum expressum appunctuatum, &c.* Vita Gregor. XI. PP. pag. 225. *Fuitque pro appunctuatione & perfectione tractatus hujusmodi, &c.* Formula frequens in Curiarum placitis, cùm res omnino certè definiri non potest, quòd ea non omnino constet, nec partes inter se conveniant. Arestum an. 1357. in Probat. Hist. Castil. pag. 108. *Tandem dictis partibus super præmissis & aliis ad plenum auditis, appunctatoque per nos, quòd castrum & villa prædictæ realiter & de facto in manu nostra ponerentur, &c.* Aliud Arestum an. 1396. pag. 178. *Super quibus antedictis partibus per dictas gentes Compotorum nostrorum ad tradendum rationes suas per modum memoriæ, unà cum suis literis & munimentis, ac in jure appunctuatis, &c.* Id est, in jure receptis, ac de quibus partes conveniunt. Aliud 5. Octob. 1394. pro Lugdunensib. *Et partes in factis contrariis appunctatæ, &c.*

Appuntare. Vide Ughellum in Italia sacra tom. 3. p. 294.

APRALE. Charta Ruthenensis an. 1307. ex Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franciæ, in Chartophylacio regio ch. 4. *Videlicet quasdam domus faciendas & construendas in quodam aprali ipsius domini Regis sito in dicto castro de Naïaco, juxta portale vocatum Del Pontet, &c.*

APRATARE. Agrum in pratum redigere. Charta Stephani Episcopi Eduensis an. 1177. in Tabul. Abb. Reigniac. Ord. Cisterc. *Dederunt & concesserunt——in loco, qui dicitur Cesant, omnem terràm planam, & prata, quæ ibi sunt, & quicquid adhuc ibi poterit apratari. Concesserunt etiam illis omne booletum, & quicquid ibidem poterunt extirpare vel essartare.* Charta Gaufredi Comitis Andegav. an. 1062. ex Tabul. S. Florentii veteris: *De pratis vero eis abstulerunt, sive in terra sua aprataverunt, avus noster & avunculus, &c.*

APRISIA, vox forensis; inquisitionis, in jure factæ, species, cujus mentio occurrit in Arestis aliquot; estque ea inquisitio, quæ fit ad *appretiandam* rem aliquam, unde vocis origo. Regestum Parlamenti Paris. signatum B. fol. 53. *Visa aprisia seu appretiatione* 200. *librarum terræ, &c.* Adde fol. 78. Charta an. 1314. in 50. Regesto Tabularii Regii n. 7. *Inquestæ seu aprisiæ super eisdem excessibus inchoatæ.* Vide Loisellum in Hist. Bellovac. pag. 289. 300. 301. Fusè autem *de Aprisiis* disserit Philippus *de Beaumanoir* cap. 40. quæve sit differentia inter *aprisiam*, & *inquestam* docet.

APRISIONES, & *Apprisiones*, in Chartis Caroli M. Ludovici Pii & Caroli Cal. pro Hispanis, quæ dictæ fuerint, non adeo bene constat. Anton. Dominic. lib. de Prærogativa alodior. cap. 11. n. 1. 2. Jacobus Gothofredus ad leg. un. Cod. Th. de Rei vindicat. Casanova, & aliquot alii censuere, ita appellata novalia, seu novales, rupturas, arva primùm proscissa, ac *aperta*, quasi *aperitiones*, quomodo vulgò dicimus *ouvrir la terre*, pro *agrum proscindere*: nam & Itali: *aprire*, pro *aperire*, etiamnum dicunt, ita ut agri isti inculti & in solitudinem redacti à Regiis ipsis Marchionibus, ut est in Constitut. Ludovici Pii, Hispanis, qui se de potestate Saracenorum subtraxerant, à Carolo M. excolendi dati fuerint. Sed longè, ni fallor, absunt à vero, cùm *aprisiones* dicti ii fuerint agri, tanquam *adportiones*, hoc est, *in portionem*, seu sortem dati, quos ii postmodum ex eremis & incultis ad cultum traduxerunt: quod sanè inprimis evincit Præceptum laudatum Ludovici Pii pro Hispanis descriptum in tom. 2. Hist. Franc. p. 321. in quo hæc habentur: *Et si quispiam eorum in partem, quam ille ad habitandum sibi occupaverat, alios homines, undecunque venientes, attraxerit, & secum in portione sua, quam adportionem vocant, habitare fecerit, &c.* Infrà: *Et si aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus est, & in sua portione collocatus, locum reliquerit, &c.* Ubi viri iidem doctissimi *aprisionem*, pro *adportionem* legendum contendunt, quòd ita legi in aliquot aliis similis tenoris diplomatibus adverterint. Verùm nemo erit sani omnino ingenii, qui iis seriò inspectis ac perpensis, præsertim quæ pronuper edidit vir doctissimus Steph. Baluzius in Appendice ad Capitularia Regum Francor. non continuò pedibus eat in nostram sententiam: quod quidem ut faciliùs de hac controversia judicet eruditus lector, locos hîc proponere operæ pretium visum est. Præceptum Caroli M. pro Hispanis: *Nullum censum superponere præsumatis, neque ad proprium facere permittatis: sed quoad usque illi fideles nobis aut filiis nostris fuerint, quod per triginta annos habuerunt per aprisionem, quieti possideant.* Præceptum aliud ejusdem Caroli M. ex Tabulario Narbonensi: *Nos verò concedimus ei ipsum villarem, & omnes suos terminos & pertinentias suas ab integro, & quantū ille cum hominibus suis in villa Fontejoncosa occupavit, vel occu-*

occupaverit, vel de heremo traxerit, vel infra suos terminos, sive in aliis locis vel villis seu villare occupaverit, vel aprisione fecerit cum hominibus suis. Aliud Diploma Lud. Pii: *Postulans idem Ramo Comes Clementiam nostram, ut eum cum prædicto Monasterio & Monachis ibi degentibus, unà cum rebus, quæ tam ipsi ex heremo traxerunt, vel ex adprissionem acceperunt, sub mundeburdo & defensione atque immunitatis tuitione constitueremus.* Aliud Caroli C. *Quas siquidem aprisiones præfatorum Hispanorum progenitores per licentiam, seu concessionem avi nostri Karoli, ac post obitum illius, genitoris nostri Augusti Ludovici, ex deserti squalore habitabiles frugumque uberes proprio labore fecerunt.* Infrà: *Cum dictis aprisionibus sive hæreditatibus, id est, domibus, vineis, &c.* Aliud ejusdem Caroli: *Habuerunt per aprisione cultum vel incultum, &c.* Aliud ejusdem Principis pro Barcinonensibus apud *Diago* in Historia Comitum Barcinonensium lib. 2. cap. 4. *Placuit etiam nobis illis concedere, ut quidquid de eremi squalore in quolibet Comitatu ad cultum frugum traxerint, aut deinceps infra eorum aprisiones excolere potuerint, integerrimè teneant atque possideant.* Alia denique Charta ejusdem Caroli apud Catellum in Historia Occitana pag. 559. & Casanovam lib. de Franco alodio pag. 300. pro iisdem Hispanis: *Quas siquidem aprisiones præfatorum Hispanorum progenitores per licentiam seu concessionem Imperatoris avi nostri Caroli, ac post obitum genitoris nostri Augusti Ludovici, ex deserti squalore habitabiles frugumque uberes proprio labore fecerunt, &c.* Vetus Placitum an. 876. *Et vos præfati judices me interrogastis, si potuissem per legitimos placitos habere scripturas, aut legitimos testes, aut quodlibet verum documentum, per quod probare potuissem, ut sæpe dictus locus per beneficia, vel adprisionem Comiti regalem servitium persolvi debeat, &c.* Charta Ludovici Regis an. 866. *Et donum S. Cucuphatis & S. Felicis ad locum Octavianum, cum aprisionibus, adjacentiis & omnibus ibidem pertinentibus.* Aliud Judicatum an. 884. *Ad proprio iste Andreas retinet ad aprisione pro partibus de villa, quæ dicitur, &c.* Infrà: *Non eas teneo injustè; sed per legis ordinem eos teneo per aprisione, & per præceptum Regis, & pro partibus ac suprà dicta villa.* Stephanus VII. PP. in Ep. ad Archiep. Narbon. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 773. *Statuentes --- ut nulli unquam parvo aut magno homini liceat quamlibet forciam vel apprisionem in omnibus rebus ejus facere, aut potestatem aliquam habere, &c.* Ubi videtur accipi pro usurpatione Ecclesiæ prædiorum incultorum, quæ in *apprisionem* tanquam derelicta vulgò à Regibus concedebantur. Charta donationis factæ à Berengario Comite Barcinonensi civitatis Tarraconensis Ecclesiæ Romanæ an. 1090. apud Baronium an. 1091. num. 9. *Et ut Principes universi, vel omnes alii, qui mecum insudaverunt ad præfatæ urbis restaurationem, habeant in confinio hujus urbis, paralodium, suam aprissionem, vel quod acceperint per manus nostræ largitionem, non inde persolventes aliquam pensionem, nisi fortè compuncti amore Dei voluerint ipsi persolvere sua gratuita voluntate.* Ex quibus perspicuè patet, *aprisiones* non fuisse duntaxat *terras eremas*; sed eos potissimùm agros, revera incultos, quos Hispani ab Regibus nostris dono accepere, & inter se in varias *portiones* divisere: proindeque rectè scribi in laudato Diplomate Ludovici Pii *adportionem.*

APRONES, Avium species. Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 18. *Grues, aprones, anseres, anates, & hujusmodi multò magis propter intemperiem aeris transeunt.*

APSIDA. Vide *Absida.*

APSUM, *Vellus ovis*, Senatori lib. de Orthograph. *Vellus lanæ*, in Glossis Isidori.

APSUS. Vide *Absis.*

APTABILIS, Aptus. S. Gaudentius Brixiensis Episcop. in Serm. in die ordinationis suæ dicto: *Suscepi hoc summi Sacerdotii munus, nec merito dignus, nec ætate aptabilis, nec doctrina maturus.*

APTAMENTUM. Consuetudines MSS. Riomi in Arvernis ann. 1270. *Nec ferramenta, nec utensilia aptamenta, cum quibus panem suum lucratur --- pignorentur.* Charta Occitanica habet hoc loco: *Ny ferramen, ny espletamen en los quas son pa hom gazanha.*

APTIFICARE, Aptum judicare: Galli dicunt *Juger estre à propos.* Marculfus lib. 2. form. 27. *Igitur, juxta quod mihi aptificavit, taliter inter nos convenit.* Form. incerti Auctor. cap. 26. *Sed dum solidos ipsos minime habui, unde transsolvere debeam, sic mihi aptificavit, ut brachium in collum posui, &c.* Form. vett. Bignonii c. 25. de Mandato: *Et quicquid exinde egeris, gesserisve, apud me in omnibus, & ex omnibus ratum & aptum atque transactum, in omnibus definitum esse cognoscas.* Capitulare Caroli M. an. 797. apud Holstenium: *Omnes unanimiter consenserunt & aptificaverunt, ut de illis Capitulis, &c.* Ibidem cap. 2. *Omnes statuerunt & aptificaverunt, &c.* Charta ann. 841. In Tabul. Belliloci Lemovic. *Unde accepimus à te pretium, in quo nobis bene complacuit, vel aptificatum fuit.* Charta Theodorici Reg. Franc. *Ermenteus in præsenti taliter fuit professus, quod ipsa villa --- vindedisit, & juxta sui aptificatione pretio exinde recipisit.* Adde Epistolam Caroli M. de Victoria Avarica, sub finem, & Notas Tyronis pag. 198.

Aptum. Tabular. Brivatense ch. 210. *Et componat, cui aptum est, auri libram unam, &c.* Id est, solvat ei, ad quem id spectat, vel cui convenit.

APUD, pro *cum*, vel *per.* Formulæ veteres Bignonii cap. 2. *Et taliter ei fuit judicatum, ut hac causa apud proximiores parentes suos, octo de parte genitoris sui, & octo de parte genitricis suæ --- jurent.* Ubi *apud parentes*, idem valet quod *cum parentibus.* Et c. 39. *Ibique veniens homo aliquis nomine ille, suggessit, eò quòd apud nostrum signaculum hominem aliquem --- mannitum habuisset.* Id est, *cum litteris annulo nostro signatis.* Formulæ secundùm Legem Roman. cap. 30. *Conjurare debeat apud homines visores & cognitores, &c.*

AQUA, Alveus, rivus. Innocentius de Casis litterarum: *Locus --- duas aquas, sive duos alveos habeat.* Idem: *Duas aquas vivas.*

Aqua viva, perennis, jugis, nostris *Eau vive*, quæ semper fluit. Apud Innocentium Gromatic. *Sub se aquam vivam habens.* Seneca lib. 3. Nat. quæst. *Non cælestem esse, nec collectitium humorem; sed, quod dici solet, vivam aquam.* Hoc sensu verò *vivam aquam* dici observat Cujacius, quo Virgilio *vivum saxum, vivum flumen, vivus lacus & viva terra*, id est, naturalis.

Aqua cisternina. Cælius Aurelianus Siccensis lib. 5. Chron. cap. 10. *Aqua imbrialis offerenda, quam vulgo cisterniam vocant.*

Aqua, inquit Matth. Silvaticus in Pand. *aliquando sumitur pro succo, ut aqua absinthii, i. succus absinthii.* Infrà: *Aqua casei vel lactis, serum.* Adde Joannem de Garlandia in Synonymis Chymicis.

Aquæ cursus, seu cognitio de delictis, quæ in aquæ cursu contingunt, in Chron. Hugonis Flaviniac. p. 132.

Aquarum dimersiones, quæ, ut ait Durandus lib. 6. Ration. c. 81. n. 20. *tempore Paschali fieri solebant, ne, quia homines vigilaverunt in Quadragesima, in his sanctis diebus dormire velint.*

Aquam sordidam & stercoratam super sponsam jactare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8.

Aqua calida vel tepida, in sacrificio adhiberi solita à Græcis. Innocentius IV. PP. in Epist. ad Ottonem Cardinalem Tusculanum §. 8. *Porro in appositione aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, sive tepidæ, in altaris sacrificio suam, si velint, consuetudinem Græci sequantur, &c.* Consulendus omnino in hanc rem vir doctissimus Jacobus

bus Goarus ad Euchologium Græcorum pag. 148. Vide præterea Nomocanonem seu Pœnitentialem Græc. tom. 1. Monumentor. Eccl. Græc. cap. 130. & 436.

AQUA, Baptismus, Aquæ salutaris lavacrum. Tertullianus de Pœnitentia: *Si ab aquis peccare desistimus.* Lib. de Baptismo: *Deinde Dominus post aquam segregatus in desertum.* Eodem libro: *Felix sacramentum aquæ nostræ.* S. Hieronym. Epist. 73. cap. 3. *Aquarum laudes & baptismi prædicemus.* Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Et mihi spiritus dictavit aliud petendum ab aqua nisi sufferentiam carnis.* Id est, post perceptum baptisma. Sed in ipsis quoque Scripturis SS. quotiescunque *aqua* sola nominatur, Baptismum innui prolixè docet Cyprianus Epist. 63. V. Rhabanum in Allegor. MSS.

Aqua benedicta, Aqua aspersionis. Anastasius in Alexandro: *Hic constituit aquam aspersionis cum sale benedici in habitaculis hominum.* Micrologus cap. 46. & Honorius August. lib. 3. cap. 27. *Alexander Papa quintus à B. Petro constituit, ut sal & aqua benedicerentur, ad conspergendum populum, & habitacula eorum, quod & nos in omni Dominica juxta Canones sequimur.* Ex his facile est emendare Scriptorem Vitæ S. Guthlaci cap. 40. *Illa etiam partem glutinam salis à sancto Guthlaco ante consecratam arripiens in aquam apertoriam levi rasura mittebat.* Legendum enim *aspersoriam* nemo non videt. Vide, quæ de *Aqua benedicta* & ejus apud Christianos usu ac virtutibus congessere Durandus lib. 4. Ration. cap. 5. Marsilius Columna in Hydragiologia, Baronius an. 57. n. 106. & seqq. an. 132. n. 4. Franciscus Turrianus lib. 3. pro Epistolis Pontific. cap. 9. lib. 5. cap. 4. illustriss. Episcopus Monspeliensis ad Epist. Inn. III. PP. & alii.

Aqua Sancta, apud Ardonem in Vita S. Benedicti Anianensis n. 39. Charta an. 1176. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. *D. Jonathas Concordiensis Episcopus & D. Aldemarius Xantonensis Episcopus fecerunt aquam sanctam cum aqua & sale, & iverunt per tres vices deforis Ecclesiam, &c.* Mox: *Fecerunt aquam benedictam cum sale, cinere, & vino, & sanctificaverunt altaria, &c.* Vide Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 1155.

Aqua Exorcizata, eadem, quæ *Benedicta*, quia in illius benedictione *exorcizantur* dæmones, jubenturque, ut ab ea recedant. Sacramentarium Gregorii M. ex Bibl. Ecclesiæ Belvacensis: *Oratio aquæ exorcizatæ in domo. Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici.* Gordianus Monachus in Vita S. Placidi Mart. cap. 58. *Rogavit --- ut totius Monasterii ambitum aqua exorcizata respergeret.* Braulio Cæsaraugust. in Vita S. Æmiliani cap. 24. *Salem exorcizat, & aquæ commiscet more Ecclesiastico, ac domum ipsam aspergere cœpit.* Marbodus Diac. in Vita S. Licinii Episcop. Andegav. *Exorcizatis aquis lavat infirmum, & ad sacrarum manuum tactum dicto citius lepra disparuit.* Adde Capitul. Theodori Cantuariensis cap. 80. & Vitam S. Petri Cavensis n. 21. Odonem Cluniacensem l. 2. de Vita S. Geraldi c. 21. 26. Librum Miracul. S. Winoci cap. 22. &c.

Aqua sanctificata. Regula S. Benedicti: *Fratres aquis se sanctificatis perfundant. Sanctificatum elementum,* apud Petrum Cluniac. lib. 1. de Miracul. cap. 7.

Aqua reconciliationis, Aqua benedicta, qua asperguntur Ecclesiæ, quæ reconciliantur. Vide *Reconciliare.*

Beneficia aquæ benedictæ, dicuntur in Synodo Exoniensi an. 1287. cap. 29. *Fuisse a majoribus ab initio instituta intuitu caritatis,* ut *ex eorum proventibus pauperes Clerici exhiberentur in Scholis, ibidem taliter proficerent, ut aptiores & magis idonei fierent ad majora.* Mox addit eadem Synodus: *Statuimus, quòd in Ecclesiis quoque à Scholis Civitatis, vel Castrorum Diœcesis ultra 10. non distantibus milliaria, aquæ benedictæ beneficia solis Scholaribus assignentur.* Deinde jubentur Presbyteri Parochiales Clericos magis idoneos ad ejusmodi beneficium præficere, *qui sciant & valeant in divinis officiis sibi congruè deservire, & suis mandatis obtemperare:* quibus si parochiani subtrahere velint eleemosynas consuetas, ad ipsas erogandas moveri vel compelli debent. Ex quibus colligitur, hîc agi de *Parochiarum*, uti vocamus, *Clericis*, qui etiamnum in aliquot Galliæ Provinciis statim post peractam majorem Missam, *aquam benedictam* in Parochianorum domos deferunt, eaque familiam universam aspergunt, brevi facta ad id oratione. Agunt præterea de ejusmodi aquæ benedictæ beneficiis Statuta Alexandri Episcopi Coventriensis an. 1237. *Sed quia plerique Scholares carent necessariis, quorum scientia multi per gratiam Dei poterunt ædificari, volumus, ut Scholares ferant aquam benedictam per villas rurales, si sint, qui postulent & indigeant.* Statuta Ægidii Episcopi Sarisberiensis an. 1256. *Personæ, vel Vicarii, dabunt beneficium aquæ benedictæ Clerico pauperi scholari, ita quòd veniat omnibus solennibus diebus ad Ecclesiam serviendum, de qua habet dictum beneficium.* Charta J. Cantuariensis Archiep. in Monastico Anglic. tom. 3. p. 229. *Volumus insuper ibidem esse duos Clericos Scholasticos per parochianorum, de quorum habeant vivere eleemosynis, industriam eligendos, qui aquam benedictam circumferant in Parochia & Capella diebus dominicis & festivis, in divinis ministrantes officiis, & profestis diebus disciplinis scholasticis indulgentes.* Huc etiam videtur spectare Charta Leonardi Episcopi Cæsenatis an. 1175. apud Ughellum tom. 2. pag. 460. *Id est, plebem integram S. Victoris, qui vocatur in Valle, cum titulis & Capellis, nec non & oblationibus, & decimationibus, & aqua sancta, & unctionibus vivorum & mortuorum, &c.* Occurrit rursum infrà, & in alia Charta ibid. pag. 469. ubi per *aquam sanctam* nudè, intelliguntur obventiones ex *aqua benedicta*, qua non modò populum; sed & domus ipsas aspergi ab antiquo obtinuit, uti diximus. *Consecratio fontis & aquæ per domos spargendæ,* apud Riculfum Suessionensem Episcopum in Constitut. cap. 5.

Circuitiones cum aqua benedicta inter jura Parœciarum recensentur ab Innocentio III. PP. lib. 13. Epist. 31. Nam solis Presbyteris Ecclesiarum, seu Curionibus, jus erat *die Dominico cum psallentio circumire Ecclesiam suam unà cum populo, & aquam benedictam secum ferre,* uti præcipitur in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 220.

AQUÆ, vel *Aquæ frigidæ judicium*, una ex purgationibus vulgaribus, quas *judicia Dei* appellabant: qua criminis alicujus suspectus, vel de gravi aliquo facinore delatus, in aquam demergebatur: ita ut si supernataret, nocens ac reus; contra si in imum delaberetur, innocens judicaretur. Annales Francorum Bertiniani ann. 876. *Hludovicus Hludovici Regis filius, decem homines aqua calida, & decem ferro calido, & decem aqua frigida ad judicium misit coram eis, qui cum illo erant, petentibus omnibus, ut Deus in illo judicio declararet, si plus per rectum ille habere deberet portionem de regno, quam Pater suus dimisit ex eâ parte, quam cum fratre suo Carolo per consensum illius & per sacramentum accepit: qui omnes inlæsi reperti sunt.* Wibertus in Leone IX. PP. cap. 2. *Utrum integrè reddidissent rerum suarum decimationem sub judicio aquæ frigidæ perscrutabantur.* Charta fundationis Abbatiæ S. Severi apud Marcam in Hist. Bencharn. lib. 3. cap. 8. *Tandem complacuit illis judicium facere in aqua frigida, &c. Cum aqua frigida ad judicium Dei exire*, apud Hincmarum in Opusculo 55. Capitul. cap. 43. Usatici Barcinonenses MSS.

MSS. cap. 101. *Verè judex aliter noverit, nisi hoc quod judicaverit ad verum, traxerit per sacramentum, & per batayam, vel per judicium aquæ frigidæ, vel calidæ.* Charta Ildefonsi Regis Aragon. ann. 1187. pro libertatibus villæ Amiliani, in Regesto Ludovici Hutini Regis Fr. pag. 7. *Item ille, adversus quem maleficium factum fuerit, vel proditio, si alium accusaverit, de quo aliqua suspicio sit Curiæ, accusans præstabit sacramentum de calumnia, quòd credit illum accusatum forefactum, de quo eum accusat fecisse, & exinde accusatus recipiet judicium aquæ frigidæ.* Constitutio Jacobi I. Regis Aragon. *Si quis intra hanc prædictam pacem Domini, aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat, & postea per judicium aquæ frigidæ treugam Domini in Sede sancti Petri emendet.* Charta Communiæ Tornacensis an. 1187. *Si aliquis super alicujus morte fuerit accusatus, & per legitimos testes illum occidisse probari non poterit, judicio aquæ frigidæ innocentiam suam probabit.* Idem statuitur de eo, qui *de nocte* aliquem *armis molutis* vulneraverit. Apud Gregor. lib. 5. Decret. cap. 8. Presbyter de homicidio infamatus, *judicio aquæ frigidæ suam innocentiam probasse dicitur.* Adde Wibertum in Vita S. Leonis IX. PP. cap. 1.

Ejusmodi porrò *probationis vulgaris* speciem *Aquæ judicium* nudè crebrò appellant veteres Tabulæ & Scriptores. Charta Philippi Augusti Regis Franc. an. 1200. pro Universitate Parisiensi contra Præpositum Parisiensem: (*Nisi fortè elegerit* idem Præpositus) *Parisiis publicè aquæ subire judicium, in quo si ceciderit, damnatus erit; si liberatus, nunquam Parisiis, vel alibi, in terra nostra Præpositus noster, vel Ballivus erit.* Ita usurpant Leges Forestarum Canuti Regis cap. 13. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 15. 16. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 7. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 3. §. 4. Decreta Ladislai Regis Hungariæ lib. 1. cap. 28. lib. 3. c. 1. Chronicon. Flaviniacense pag. 244. Gervasius Dorobernensis pag. 1590. Historia Vezeliacensis lib. 4. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 15. §. 2. Adde Ughellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 864. *Aqua judicialis* dicitur in Tabulario Angeriacensi fol. 30. *Judicium aquæ exorcizatæ*, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 16. Interdum tamen *aquæ* nomine utramque, & *frigidam*, & *calidam*, intelligi posse non diffiteor, ut in Tabulario Prioratus S. Nicasii de Mellento ann. 1280. fol. 50. *Cum omni libertate & plena justitia, videlicet cum banno & sanguine, aqua & duello, & aliis hujusmodi libertatibus.* Hic enim tam *judicium aquæ frigidæ*, quàm *calidæ* intelligi potest.

Jam verò quo nixi fundamento veteres judicium aquæ frigidæ adinvenerint? pluribus docet Hincmarus Remensis de Divortio Lotharii & Tetbergæ p. 60. *Et quoniam --- ostendimus divina auctoritate baptismum esse judicium, unde & Jordanis baptisma designans interpretatur Rivus judicii, quo Princeps mundi mendax, & pater ejus, foras ejicitur, & baptismus Dei est consilium, divini viri ad ignota investiganda invenerunt judicium aquæ frigidæ. In quo aquæ frigidæ judicio, ad invocationem veritatis, quæ Deus est, qui veritatem mendacio cupit obtegere, in aquis, super quas vox Domini Dei intonuit, non potest mergi, quia pura natura aquæ naturam humanam per aquam baptismatis ab omni mendacii figmento purgatam, iterum mendacio infectam, non recognoscit puram, & ideo eam non recipit; sed rejicit ut alienam, &c.* Idem ad Hildegarium Episcop. Meldens. pag. 676. *Solertia Christianitatis, inter acta & agenda judicia consistentis, ex antiquo sanxit & frequentavit judicium, quod fit per aquam, quodque sub Noë factum fuerat in Arca fidei, liberans innocentes, & condemnans noxios.* His consentanea habent Orationes ipsæ, quæ à Sacerdote pronunciabantur in exorcismo aquæ frigidæ, de quibus mox.

In *aquæ* igitur *frigidæ* examine, nocens ac reus supernatat, innocens in imum delabitur, ut ex Hincmaro colligitur. Ita enim Orationes in adjuratione aquæ à Sacerdote facta: *Ut si de hoc furto scisti, aut vidisti, aut bajulasti, aut in domum tuam recepisti, aut consentiens aut consentaneus exinde fuisti, aut si habes cor incrassatum vel induratum, evanescat cor tuum, & non suscipiat te aqua, neque ullum maleficium contra hoc prævaleat; sed manifestetur.* Iisdem infrà ferme similia habentur. Idem Hincmarus de Divortio Lotharii: *Sed in aquæ frigidæ judicio, non constare videtur, quòd innoxii submerguntur, aqua* (f. aquam) *culpabiles supernatant.* Historia Vezeliacensis lib. 4. extremo: *Sequenti die adducti sunt illi duo, qui videbantur revocati ad judicium examinis aquæ, quorum unus omnium judicio salvus per aquam factus est: alter porrò remersus in aquam ferè omnium ore damnatus est.* Et infrà: *Iterum ipso petente ad aquæ judicium reductus, & secundò demersus, nec vel parum ab aqua receptus est.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 14. *de quodam fure: Ineffabili commento gazophylacium prorupit, & copiosius aurum gemmasque tulit. Quibus tultis, celebrato jam sacri laticis judicio, in hunc cum aliis Matricularis injectus est, superque natando convictus, cum quo & alii primi damni cognitores, quorum alii furcis illati, aliis verò parsum.* Idem Scriptor capite 26. de quibusdam hæreticis: *At quia talium est negare, & semper hebetum clam corda seducere, addicti sunt judicio aquæ exorcizatæ. --- Dixi ad Episcopum: Quoniam testes absunt, cœpto eos addicite judicio. --- Missas itaque egit Episcopus, de cujus manu sub his verbis sacra sumserunt: Corpus & Sanguis Domini veniat vobis ad probationem hodie. Quo facto piissimus Episcopus & Petrus Archidiaconus, vir fide integerrimus, qui ut non subjicerentur judicio, eorum promissa renuerat, ad aquas procedunt. Episcopus cum multis lacrymis letaniam præcinuit, deinde exorcismum fecit: inde sacramenta dedere, se nunquam contra fidem nostram credidisse, aut docuisse. Clementius in dolium missus, acsi virga supernatat. Quo viso infinitis gaudiis tota effertur Ecclesia, &c.* Hermannus Monachus de Miraculis S. Mariæ Laudun. cap. 28. de quodam fure: *Ubi dum servaretur, quadam nocte vas maximum aqua impleri, seque in eo ligatum fecit deponi, tentare scilicet volens, utrum in aqua intus mergeretur, an supernataret? Cùm verò se sine ulla dilatione vidisset ab aqua receptum fuisse, & ad vasis fundum pervenisse, exhilaratus dixit, se nihil ultrà timere; sed sponte in aquam ingressurum fore.* Sed res, cùm serio acta est, longè aliter successit, uti infrà narratur. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil cap. 114. ubi de lege paribili: *Quant aucuns estoit accusez d'aucun crime, dont il deust estre noyez, s'il n'estoit coupables, il ne pooit noer: mais ce n'est mie voirs, car ce fesoit li banfices de l'air, qui le retient, non mie autre chose.* Adde Loccenium lib. 2. Antiq. Suecicar. cap. 7.

Interdum pluries in aquam demergebantur, si plurium criminum suspecti haberentur. Hincmarus tom. 1. pag. 608. *Sic & inventus in judicio noxius, si fuerit fortè super plura suspectus, iterato est judicio examinandus, quousque inveniatur emendationis confessione probatus.*

Colligabantur verò immergendi. Idem Hincmarus de Divortio Lotharii pag. 607. *Conligatur autem fune, qui examinandus in aquam demittitur: --- qui ob duas causas conligari videtur, scilicet ne aut aliquam possit fraudem in judicio facere, aut si aqua illum velut innoxium receperit, ne in aqua periclitetur, ad tempus valeat retrahi.* Infrà: *Et hoc examinandus judicio, conligatus in aquam dimittitur, & conligatus retrahitur, & aut purgatus statim judicio arbitrorum absolvitur, aut usque ad purgationem conligatus judicio examinatur.*

Eadem

Eadem habet Opusculo 59. pag. 681. Denique Leges Æthelstani Saxonicæ cap. 23. Edit. Latinæ 30. *Si aqua gelida facienda est quæstio, ad sesquiulnam funis in aquam mergitor.*

Qui in ejusmodi judicio *cadebat*, ut loquitur Charta allata Philippi Augusti, *perire* vulgò dicebatur. Assisæ Henrici II. Regis Angliæ, apud Rog. Hovedenum, de eo qui *retatus* fuerit de murtro vel latrocinio, &c. *Eat ad judicium aquæ, & si perierit, alterum pedem amittat. Et apud Northamtune additum est pro rigore justitiæ, quòd dextrum similiter pugnum cum pede amittat, & regnum abjuret.* Idem Hovedenus pag. 566. *Sed quia judicio aquæ perierat, &c.* Et pag. 804. *Donec judicio aquæ vel ferri se mundaverit, &, si perierit, suspendatur.* Gervasius Dorobern. in Chron. an. 1195. *Ibique per ministros Regis judicio aquæ mundati sunt, vel perierunt.*

Jam verò quo pacto istud judicium, & cum quibus ceremoniis perageretur? pluribus docemur non modò ex loco allato Guiberti; sed & ex Ordine ad exorcismum aquæ frigidæ, quem habent Juretus ad Ivonis Carnotensis Epist. 74. Delrius lib. 4. Disquisitionum magicarum quæst. 4. sect. 4. Pithœus in Gloss. ad. Capitul Caroli M. Lindenbrogius post formulas solennes, Spelmannus, Goldastus tom. 2. Alemannicorum pag. 178. denique vir doctissimus Joannes Mabillonius tom. 1. Analector. pag. 47. Ex quo quidem ordine ea tantùm, quæ ad peragendi judicii formam pertinent, depromere operæ pretium videtur, cùm orationes ipsas, quas *Benedictiones aquæ judicii* indigitat Gilbertus, Lunicensis Episcopus, de usu Ecclesiastico, apud laudatos Scriptores legere cuivis promptum sit. Ita autem se habent: *Cùm hominem vis mittere ad judicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes: accipe illos homines, quos vis mittere in aquam; adduc eos in Ecclesiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Missam, & fac eos ad ipsam Missam offerre. Cùm autem ad Communionem venerint, antequam communicent, interroget Sacerdos cum adjuratione ista, & dicat: Adjuro vos homines per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per Christianitatem, quam suscepistis, & per S. Trinitatem, quam docuistis, & per istas sanctas reliquias, vel sanctam venerationem, quæ in ista Ecclesia sunt, ut non præsumatis accedere ad hoc sanctum altare, nec istam sacram Communionem accipere ullo modo, si hanc causam vestræ reputationis (hoc est, illa vel illa) fecistis, aut scitis, quis hoc egit? Si autem tacuerint, aut nullam professionem inde dixerint, accedat Sacerdos ad altare, & more solito communicet: postea verò communicet illos, qui in aquam mittendi sunt. Cùm autem communicat, dicat Sacerdos ad altare: Corpus hoc & Sanguis Domini nostri Jesu Christi sit vobis ad probationem hodie. Expleta Missa, accipiat Sacerdos Crucem & Evangelium, & incensum, & pergat ad locum destinatum cum aspersione aquæ benedictæ, ubi probentur. Et cùm venerit ad ipsum locum, det illis hominibus bibere de aqua benedicta. Cùm autem dederit, unicuique dicat: Hanc aquam do vobis ad probationem hodie. Postea conjuret aquam, ubi illos mittere debet, dicens ita: Adjuro te, aqua, &c. Post conjurationem autem aquæ, exuat eos vestimentis suis (& induat eos vestimentis de Exorcista, & alliget in eis singulariter sinus rectæ consuetudinis) faciatque eos osculari Evangelium & Crucem, & posthac aspergat super unumquemque ex ipsis de ista aqua benedicta, & dicat adjurationem sequentem, & projiciat eos statim singulariter in ipsam aquam. Hac autem omnia facere debet jejunus: & neque illi antea comedant, neque ipsi, qui eos mittant. Sequitur exorcismus, &c.* Hactenus Ordo ad exorcismum aquæ frigidæ, cui consonant Leges Æthelstani Saxonicæ §. 23. Codex verò MS. quem laudat Mabillonius, hæc subdit: *Hoc autem judicium creavit omnipotens Deus, & verum est; & per domnum Eugenium Apostolicum inventum est, & omnes Episcopi, Abbates, Comites, seu omnes Christiani per universum orbem eum observare, studeant, quia multis probatum est, & verum inventum est. Ideo enim ab illis inventum est & institutum, ut nulli liceat super altare manum ponere, neque super reliquias vel Sanctorum corpora jurare.* Idem etiam Codex à Domno Apostolico in Franciam ejusmodi judicium missum indicat. In Codice MS. S. Laurentii prope Leodium, in quo plures Hincmari tractatus descripti leguntur, habetur idem Ordo ad examen aquæ frigidæ, tametsi non iisdem planè verbis, cum hocce procemio: *Examen aquæ frigidæ. Quando Romani propter invidiam tulerunt Domino Leoni Papæ oculos & linguam propter thesaurum S. Petri, tunc venit ad Imperatorem Karolum, ut eum adjuvaret de suis inimicis. Tunc Imperator reduxit eum Romam, & restituit eum in locum suum, & thesaurum supradictum non potuit invenire nisi per istud judicium. Quod judicium fecerunt beatus Eugenius & Leo & Imperator, ut Episcopi & Abbates & Comites firmiter teneant & credant, quia probatum habuerunt illi sancti viri, quia illud invenerunt. Cùm volueris hominem mittere ad examen aquæ frigidæ, apprehende illos, quos vis examinare, & duc eos ad Ecclesiam, &c.*

Ex his planum fit, coram ipsis Sacerdotibus peracta ejusmodi aquæ frigidæ examina, quod testantur præterea Leges Edvv. Confess. cap. 9. Verùm id improbat Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 14. *Adsciscunt sibi Presbyteros, qui animas hominum carissimè vendant, feminas nudatas aquis immergi impudicis oculis curiosi perspiciant, aut grandi se pretio redimere cogant.* Quin & in ipsa Ecclesia actitata legere est. In Concilio Helenensi an. 1065. *Et postea per judicium aquæ frigidæ trevam Domini in Sede sanctæ Eulaliæ emendet.* Præterea in Statutis Calomanni Regis Hungariæ lib. 1. *Judicium ferri & aquæ in aliqua Ecclesia fieri indicimus, nisi in Sede Episcopi & majoribus præposituris.* Vid. Guilielm. Prynneum in Libertat. Angl. to. 2. in Append. pag. 20.

Hanc porrò aquarum exorcizationem seu benedictionem attigit præterea Hincmarus de Divortio Lotharii: *Quando qui putatur & qui est noxius, in aquam examinandus dimittitur, à dimittentibus secundùm quandam formam baptismatis Dominus invocatur, quatenus veritas unde requiritur, demonstretur, & tenebras ignorantiæ nostræ inluminare dignetur, ne aut innocens injustè à nobis damnetur, aut nocens sua negatione, aut diabolica fraude, aliquo modo impunitus evadat. Sed & ipse qui examinandus in aquam dimittitur, invocationem invocantium sua responsione & denotatione confirmat, juxta formam quodammodo ante baptisma, &c.* Idem Opusc. 39. *Aqua frigida, sicut & in baptismate, sacratur.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 14. *Celebrato jam sacri laticis judicio, in hunc cum aliis matricularis injectus est.* Et cap. 16. *Addicti sunt judicio exorcizatæ aquæ.* Infrà: *Missas itaque egit Episcopus, de cujus manu sub his verbis sacra sumpserunt: Corpus & sanguis Domini veniat vobis ad probationem hodie. Quo facto piissimus Episcopus & Petrus Archidiaconus — ad aquas procedunt. Episcopus cum multis lacrymis Letaniam præcinuit, deinde exorcismum fecit. Inde sacramenta dedere, se nunquam contra fidem nostram docuisse aut credidisse, &c.* Denique Durandus lib. 4. Ration. cap. 4. n. 10. ait, quatuor esse genera *aquæ benedictæ*, atque in iis primam recenset *Aquam, in qua fit judicium purgationis*, quæ, inquit, *in usu non est.* Sed prohibitum tandem in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. PP. cap. 18. Ne ullus Clericus aut Sacerdos *purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendat.*

Judicium

Judicium aquæ frigidæ rusticos ac infimæ conditionis homines spectasse colligimus ex Legibus Scoticis, seu Regiam Majestatem, lib. 4. cap. 3. §. 4. & Glanvilla lib. 14. cap. 1. *Tenetur accusatus se purgare per Dei judicium, scilicet per ferrum calidum, si fuerit liber homo, vel per aquam, si fuerit rusticus, secundùm diversitatem conditionis hominum.* His consentit Hincmarus Remensis tom. 2. pag. 543. *Ut si præfati sui homines, quia non liberæ conditionis sunt, aut cum aqua frigida, aut cum aqua calida inde ad judicium Dei exirent, quid inde Deus ostenderet, mihi sufficeret.* Conventus Alsaticus anno 1051. §. 6. apud Goldastum: *Plebejus autem & minoris testimonii rusticus aquæ frigidæ se expurget judicio.*

Verùm nonsemel viros nobiles ejusmodi aquæ judicium subiisse legimus. Hovedenus p. 566. *Inter quos quidam nobilis & dives captus fuit, nomine Johannes Senex, qui cùm per judicium aquæ se mundare non posset, obtulit Domino Regi quingentas libras argenti pro vita habenda. Sed quia ipse judicio aquæ perierat, noluit Rex denarios illos recipere; sed præcepit eum suspendi in patibulo.* Narrat præterea Conradus Abbas Uspergensis Welphonem quendam Comitem sub Conrado II. Imp. *judicio aquæ frigidæ innocentiam suam probavisse.* Id etiam firmat, quod in Præpositum Parisiensem statutum suprà observavimus. Vide Gervasium Dorobern. an. 1195. p. 1590.

Ejusmodi autem *aquæ frigidæ judicium* interdixit Ludovicus Pius Imp. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 31. in Capitul. Wormatiensi an. 829. cap. 12. & in Addit. 4. Capitul. Caroli M. c. 80. al. 115. Interdixit etiam Fridericus I. Imp. in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 31. ut & Alexander II. Rex Scotiæ in Statut. cap. 7. §. 3. quia, ut quidam existimarunt, quasi rebaptizaretur, qui in nomine Domini aquis immergebatur. Sed hanc rationem improbat Hincmarus Remensis de Divortio Loth. & Opusc. 39. licèt non modò aliam non afferat; sed & ipse fateatur, haud uno loco, hanc judicii speciem baptismum repræsentare. Tandem ut cæteras vulgares purgationes, hancce proscripsit Ecclesia, vel certè non admisit, ut constat ex libr. 5. Decretal. tit. 34. cap. 8.

Observat denique Delrius, examen per aquam hæsisse postmodum in solo crimine maleficii, seu magiæ, ita tamen ut sine ulla Dei invocatione, sine ullo ritu pietatis aliquid præferente, quasi per ludum judices eo abutantur in quibusdam Germaniæ regionibus. Quas enim fama vel aliarum depositione suspectas habent, eas statim absque ulteriore inquisitione capiunt, captasque extra urbem deducunt, & in aquam frigidam ita conjiciunt, ut dextra manus sinistro pedi, sinistra verò dextro pedi sit alligata, & si supernatat, veneficas vehementiùs suspicantur, & idcirco duriori subjiciunt quæstioni: sin submergantur, innocentes esse putant: magicis præstigiis, ut par est credere, adscribentes, si supernatent. Ad ejusmodi veneficarum examen videntur spectare, quæ habet auctor Vitæ Ludovici Pii an. 834. *Gerberga --- tanquam venefica, aquis præfocata est.* Nithardus lib. 1. an. 835. de eadem: *Gerbergam more maleficorum in Ararim mergi præcepit.* Adeo ut jam olim maleficæ immersione examinari solerent.

Ad vulgare aquæ frigidæ examen non videtur referri posse, quod auctor libri de Miraculis B. Mariæ Rupis Anatoris apud Cadurcos lib. 1. cap. 36. prodit de uxore Gastonis Vicecomitis Beneharnensis, quæ procurati abortus accusata, in fluvium de ponte præcipitata, innocentiam suam supernatando probavit, cùm in vulgari aquæ examine supernatantes rei arguerentur: *Enim verò in modum subituræ judicium aquæ, ligata, ab altissimo ponte Castri Salvaterra nomine projecta est in profundum torrentem. --- Illa verò super undas profundissimi torrentis miseratione Domini, plusquam ter posset arcus jacere sine mersione delata consedit arenis, unde sui cum gaudio reportaverunt ad propria.* Hisce ferè similia habet Gregorius Turonensis lib. 1. Miraculor. c. 69 & 70.

AQUÆ *ferventis judicium*, seu examen, quo quis de crimine suspectus, quo se purgaret, manum in aquam ferventem nudato brachio immittebat, atque si illæsam extraheret, innocens; si contrà, reus pronuntiabatur. *Judicium ferventis aquæ* appellatur in Lege Frision. tit. 3. §. 6. In Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 29. 35. 39. & in Capitul. 1. ann. 819. cap. 1. lib. 4. Capitul. cap. 13. &c. *Examinatio aquæ ferventis*, in Lege Wisigoth. lib. 6. tit. 1. §. 3. & in Lege Frision. tit. 3. §. 4. *Ad examinationem ferventis aquæ Dei judicio probandus accedat.* Ibid. §. 5. Adde tit. 14. §. 3. *Ad aquam ferventem se idoniare*, in lib. 4. Capitul. Caroli M. Append. 2. cap. 33. *Aqua ferventi se expurgare, purificare*, in cap. 15. 20. Caus. 2. q. 5. *Aqua bulliente se expurgare*, apud Burchardum Episcop. Wormaciensem in Lege familiæ. *Judicium aquæ ferventis*, apud Joannem Sarisberiensem Epist. 122. Agobardus lib. Contra Judicium Dei cap. 1. *Jube ferrum vel aquas calefieri, quas inlæsis manibus attrectem.* Speculum Saxon. lib. 1. art. 39. *Vel ferrum candens manibus portent, vel in aquam bullientem brachium usque ad cubitum imponant.* *Aqua calida*, in Charta Ferdinandi Regis Castellæ æræ 1081. apud *Yepez* tom. 6. *Quod si aliquis homo, qui sit de mandatione Regis, moratur in domo sancti Andreæ, sit absolutus ab imperio Regis, & propter aliquam calumniam non faciat aliud judicium, ni det quinque homines, qui sint digni aqua calida defendendi.* Le *Roman du Renard MS.*

Voir il n'ot onques en moi part,
En tel maniere, n'en tel guerre,
Si que j'en feroie un juise.* (*judicium)
De chaude yaüe, & de fer chaud.

De istiusmodi examine multa præ cæteris habet Hincmarus Rem. de Divortio Lotharii & Tetbergæ: *Vicarius ipsius femina ad judicium aquæ ferventis exiit, & postquam incoctus fuerat ipse repertus, eadem femina maritali toro ac conjugio regio --- est restituta.* Infrà: *Constat nimirum, ut inquiunt, quia in aqua ignita coquuntur culpabiles, & innoxii liberantur incocti, quia de igne Sodomitico Lot justus evasit injustus, & futurus ignis, qui præibit terribilem judicem, Sanctis erit innocuus, & scelestos aduret, ut olim Babylonica fornax, quæ pueros omnino non contigit, neque contristavit, vel quicquam molestiæ eis intulit; sed vincula eorum comburens, incendit, quos reperit de Chaldæis ministros Regis, qui eam succendebant.*

Istis igitur exemplis hanc examinis & purgationis formam induxere veteres, quæ in orationes in Ordine exorcismi vel benedictionis aquæ calidæ retulere, ex qua sequentia excerpsimus, quæ ad ritum hujusce examinis illustrandum spectant: *Cùm homines vis mittere ad comprobationem judicii aquæ calidæ, primùm fac eos intrare cum omni humilitate in Ecclesia, & prostratis in oratione dicat Sacerdos has orationes* (quas prætermittimus.) *His orationibus completis surgatur pariter, & coram hominibus illis cantet Presbyter Missam, & faciat ad ipsam Missam offerre. Cùm autem ad Communionem venerint, antequam communicet, interroget Sacerdos cum adjuratione, & dicat: Adjuro vos, &c.* (ut suprà, ubi de aquæ frigidæ judicio) *Deinde imponatur ignis subter caldaria, & dicat Sacerdos has orationes, quando ipsa aqua calescere cœperit, &c. & qui manum mittit in aquam ad ipsum examen, dicat Orationem Dominicam, & signet se signaculo Crucis, & festinè deponatur ipsa aqua fervens desuper juxta ignem, & judex perpendat ipsam lapidem inligatam ad mensuram N. infra ipsam aquam more solito, & sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse qui intrat ad examen judicii. Postea cum magna diligentia sic fiat involuta manus sub sigillo judicis signata, usque in die tertio, quo visa sit viris*

viris idoneis & æstimata. Quæ hîc habentur de lapide inligato, distinctiùs explicantur in Legibus Adelstani Regis: *In aqua fervente accipiat homo lapidem, qui per funem suspendatur in simpla probatione per mensuram palmæ, in tripla autem unius ulnæ; manus vero sigilletur, & aperiatur, ut suprà diximus in consecratione ferri*. Nimirum lapis fune desuper alligatus in cacabum demergebatur, quem reus extraheret, immissâ in aquam ferventem manu, vel brachio.

Ex ordine porrò ad benedicendum aquam ferventem patet, in *aeno*, vel *aneo*, id est, cacabo, seu olla calefactam aquam igne supposito. Glossæ Græc. Lat. χαλκεῖον, *olla, æneum, miliarium*. Hinc in Lege Salica tit. 55. §. 1. *Ad æneum mallare: Si quis ad æneum mallatus fuerit, & forsitan convenerit, ut ille qui admallatus est, manum suam redimat, &c.* Adde §. 7. *Manum suam in æneum mittere*, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. §. 2. *Ad æneum fidem facere*, in eodem Pacto tit. 59. §. 1. Pactum Childeberti & Chlotarii §. 4. *Si homo ingenuus in furto inculpatus, ad æneum provocatus manum incenderit, quantum inculpetur, furtum componat*. Gregorius Turonens. lib. 1. Miracul. cap. 81. *Factis rei veritas approbetur: succendatur igni æneus, & in ferventi aqua annulus cujusdam projiciatur: qui verò eum ex ferventi unda sustulerit, ille justitiam consequi comprobatur*. Adde lib. de Gloria Confess. cap. 14. Leges Adelstani Regis apud Bromptonum pag. 856. *Si aquæ judicium sit, calefiat, donec excitetur ad bullitum, & sit alfetum* (caldarium) *ferreum vel æreum, vel plumbeum, vel de argilla; & si anfelathythe sit*, (id est, simplex accusatio) *immergatur manus post lapidem vel examen usque ad VVriste*: (id est, carpum,) *& si triplex accusatio sit, usque ad cubitum*. Quod verò *aneum* veteres, alii *caldariam* appellarunt. Lex Longobard. lib. 1. tit. 33. §. 1. *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit, &c.* ubi Editio Heroldi *calderiam*. *Examen caldariæ*, in Usaticis Barcinonensibus cap. 46. *Deinde quidquid jurent, per examen caldariæ domonstrent*. Cap. 74. *Respondere debent Bajulis suis de eorum directis per calderiam, etiam sine judicio*. Cap. 10. *Uxores rusticorum manibus propriis per calderiam --- se expient*. *Caldaria judiciaria*, in Charta Gastonis Vicecom. Beneharn. an. 1282. in Hist. Beneharn. lib. 5. c. 10. n. 2. c. 28. n. 4. *Concessi quoque eidem Ecclesiæ caldariam judiciariam cum marmore, ita quod in toto Archidiaconatu non habeatur, nisi ibi tantummodo*: ubi *marmoris* voce intelligitur, ni fallor, vas marmoreum ad examen per aquam frigidam. Vide Epistol. Joannis II. Archiepisc. Lugdun. ad Glascuensem Episc. pag. 492. & Petrum de Dusburg in Chron. Prussiæ cap. 332.

Cacabus, pro examine ferventis aquæ usurpatur in Charta an. 1102. apud Ughellum tom. 7. pag. 864. *Ferrum cacavum, pugnam; aquam vobis non judicabit, vel judicari faciet*. Joannes Tinnemuthensis in Vita S. Paterni Episcopi Venetensis n. 4. *Tunc in fervore spiritus jubet Paternus aquam in aneo cacabo, donec ferveret, calefieri, & manum immittens, albam & frigidam post aliquantulum moræ spatium traxit*.

Sed præstat veterem Notitiam ex adversariis Peirescianis à me dudum descriptam, ad istius examinis suprà allatos firmandos ritus, vice corollarii hoc loco inserere: *Arnulfus, Amara Farina cognominatus, S. Mariæ Monasterio vineas suas post mortem filiorum suorum Laurentii & Frogerii, si absque liberis migrarent à sæculo, in perpetuum concessit. Quibus nullo remanente hærede defunctis, Gaufridus Adelelmi filius, Telbertusque Præpositus, Odilaus, atque Lambertus se se hæredes illius propinquitate sanguinis asserentes, donationem illam irritam fore debere proclamantes, prædictis vineis calumniam imposuerunt, quod in Curia S. Mariæ ante Richildim Abbatissam veraces, sublimesque personæ, quorum nomina subterscribuntur*, APERTA LEGE *probandum fore judicaverunt, qui videlicet calumniatores hominem suum, Hermaldum nomine, sicut dijudicatum fuerat, in Sanctiss. Trinitatis Ecclesiam, ubi calefiebat aqua, deduxerunt. Sed Deus omnipotens, judex justus & rectus S. Matris suæ famularum, tanti non patiens injuriam detrimenti, nec viri fidelis volens eleemosynam remanere in manus iniquorum, aperto manifestavit judicio, illos prædictarum calumniatores injuste exitisse vinearum. Nam prædictus Hermaldus Missa celebrata, corporisque Christi ac sanguinis Communione percepta, necnon & jurejurando super Sanctorum reliquias pro more persoluto, ita oculorum lumine privatus erat, ut vix ad sartaginem, in quam manum missurus erat, sicut ipse postea omnibus, qui aderant, retulit, recedere potuisset. Immissam vero manum ita ex aqua lotam retraxit, ut ipse non solùm in manu; verùm etiam interius pæne usque ad intima cordis se combustum confiteretur, & ille, & magistri sui, prædicti scilicet calumniatores, reatum suum signi virtute cognoscere cogerentur. Qui etiam dum in manum, sicut moris, est, sigillare permitteret, rogaretur; aiebat se nullatenus posse præ dolore pati, ut aliquid manum illam contingeret. Servatus in manu nuda usque ad diem tertium, inflatam admodum & excoricatam, saniequè jam carne putrida effluentem dexteram invitus ostendit. Ita divinitus ostensa veritate, & falsitate detecta, rectè acquisitæ omnino remanserunt Cœnobio vineæ. Nomina judicum sive testium Gaufridus, de Meduana, Clarembaldus atque fratres ejus, Adelaldus, Gaufridus, &c.* Habetur alia Charta in hanc rem in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 67. Quibus omnibus addenda, quæ habent Sibrandus à Sicama ad Legem Frision. tit. 14. ex Jure Frisico vernaculo, & Kilianus in *VVaeter-ordeel*.

AQUADUELLUS. Fori Oscæ an. 1257. fol. 5. *Potest pignorare tabulam illam, quæ stat supra molendinum, in loco, qui dicitur Aquaduello, & refrenat aquam, quod non exeat aliunde; sed quod vadat ad canales, & faciat molas molere, ut de cibaria faciat farinam*. Hispanis, *Aquedar*, est sistere, continere.

AQUAGIUM, *Aquagangium*. Festus: *Aquagium, quasi aquæ agium, id est aquæ ductus appellatur*. Breviloq. *Aquagium, Aquædictus, scilicet canalis, in quo ducitur aqua*. Gloss. Ælfrici: *Aquagium*, ƿæꞇeꞃȝeꞇe, id est, canalis. Catholicon Armoricum: *Aquagium, la voye, par lequel l'en mene l'eaue de son propre chemin*. Est igitur *Aquagium*, fossa, per quam aqua ducitur, in locis palustribus, seu per quam elicitur. Gloss. Græco-Latin. ὑδραγωγεῖον, *Aquiductium, Aquarium, Aquagium*. Charta Hilsundis Comitissæ Striensis an. 992. apud Miræum in Diplom. Belg. *Cum omni jure, vvancapio, teloneo, molendino, censu, pedagio & aquagio in pratis, silvis, agris, &c.* Gerardus Abbas Silvæ Majoris in S. Adelardo cap. 4. *Quippe quasi aliquod aquagium manabant ex eis lacrymæ*. Ordinatio marisci de Rameney facta tempore Henrici III. & Edvv. I. *Non liceat alicui facere dammas vel fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, vvatergangiis, fossatis, sive aquagiis communibus in marisco prædicto*. Scribitur ibidem &

Aquagangium eadem notione: *Eodem modo fiat & observetur in omnibus aquagangiis infra præcinctum dicti marisci*. Item mox: *Et, quod ipse* (Baillivus) *in propria persona sua omnes collectores & expenditores, tam generales scottas, quàm speciales aquagangias, assessas, ut prædictum est, onerabit, per sacramentum fideliter levare, expendere & computare*. Ubi *aquagangiæ assessæ*, videntur esse *taxationes impositæ*. Occurrit vox *aiguage*, inter præstationes in Regesto *censuum* Carnotensis urbis fol. 12. & 18.

AQUALE, Canalis, rivus. Vetus Notitia ex Tabul. S. Benigni apud Perardum in Burgundicis pag. 16. *Ibi aquale ad farinarios 3.*

Aqualis,

Aqualis, eadem notione. Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1313. *Insuper vobis dono omnes pasturales, aquas & aquales boscos & meneres, &c.*

AQUALICIUM, *Locus, vel guttatorium, per quod aqua foras mittitur, & elicitur à proprio alveo.* Breviloq.

AQUALIUM, *Summa pars capitis*, in Glossis Isid.

AQUAMANILE, *Aquimanile, Aquamanus, &c.* Est autem

Aquamanile, uti definitur à Lanfranco Archiepiscopo Cantuar. Epist. 13. *vas inferius, in quod manibus infusa aqua delabitur. Urceolus verò, vas superius, unde lavandis manibus aqua infunditur.* Ordo Romanus: *Aquamanile, hoc est, vas manuale, quo scilicet manus lavantur.* Joan. de Janua: *Aquimanile, dicitur res, super quod cadit aqua, qua abluuntur digiti Sacerdotum post sumptionem Corporis Christi.* Catholicon Armoricum: *Aquamanilla, Piscine, en quoi le Prestre lave les mains.* Chronicon Fontanellense cap. 15. *Urceos duos cum aquamanilibus.* Cap. 16. *Aquamanile, & urceum argenteum mirabili opere.* Occurrit ibi rursum, tum etiam *Aquimanile*, inter ministeria & vasa Ecclesiæ in Concilio Carthaginensi IV. can. 5. apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 26. Hariulfum in Chronico Centulensi lib. 2. cap. 10. Anastasium Bibl. in Gregorio III. pag 72. Hugonem Rotomagensem lib. 2. de Hæret. cap. 5. in Chronico Casin. lib. 3. cap. 57. lib. 5. c. 90. &c.

Aquæmanile. Idem Chronicon Casin. lib. 2. cap. 99. *Aquæmanilia argentea duo.* Unde emendandus locus alter lib. 1. cap. 56. Edit. Brolianæ: *Urceolum quoque cum aqua & manili suo.* Legendum enim *Aquæmanili.* Traditiones Fuld. cap. 35. *Cortinas & aquæmanilia, urciolos, &c.* Ita apud Anastasium in S. Innocentio & in Sixto III. pag. 23. 25. 26.

Aquimanile, χερνιβεῖον, in Gloss. Lat. Græc.

Aquiminile, in l. 3. §. 3. D. de Supell. legat. rectiùs.

Aquiminale, in Gloss. Lat. Græc. *Trulleum, & Guttum, & Aquiminale*, χερνιβεῖον, ξέστον.

Agmanile. Historia Episcopor. Autisiodor. cap. 20. *Agmanilia pens. lib. 2. & unc. 9.*

Aquamanus. Anastasius in Leone III. pag. 153. *Enimverò ubi supra fecit aquamanus antipemto deauratas paria 2. pensantes simul libr. 29.*

Aquammanus. Ordo Romanus: *Patenam quotidianam, calicem, scyphos, & pugillares, &c.* Alibi: *Sequuntur sellarem Pontificis cum Acolytho, qui aquammanus portat.*

Ex prælatis patet, *Aquimanile, &c.* fuisse trulleum, seu vas, quod vulgò *Bacinum* appellamus, in quod aqua ad manus lavandas infunditur, contra quam apud Latinos, apud quos *Aquæmanale*, urceolus fuit, sic dictus, inquit Varro lib. 2. de Vita Populi Romani apud Nonium, quòd eo aqua in trulleum effunderetur, quasi à manando. Verùm fallitur, ait Scaliger, nam à manibus dictum, estque id vas, quod postea *Aquimanile* appellatum. Sed, ut dixi, hanc vocem posteriores pro trulleo usurparunt.

Illius etymon attigere, qui per *Aquamanus*, vel *Aquammanus* extulere; nam innuere voluerunt eam loquendi formulam, qua nobis, aut convivis, aquam ad manus lavandas ministrari petimus. Unde in Gloss. Lat. Græc. *Aquamanus*, per νίψασθε effertur, ubi legendum νίψασθε, *lavate*, vel, ut alii censent, νίψασθαι. Et in Excerptis veteris Gloss. *Aquam manibus*, ὕδωρ πρὸς χεῖρας, quod iisdem pæne verbis effert Auctor colloquii, i. *Affer aquam manibus*, ἔνεγκε ὕδωρ πρὸς χεῖρας. Loquendi formula vulgaris apud Plautum in Trucul. & in Persa. Vide Cujac. lib. 2. Observat. & lib. 10. cap. 13. 17. Perperam porrò Lydius, Spelmannus, & vir doctissimus ad Epistolas Innoc. III. ita appellari apud recentiores Scriptores censuerunt vas illud, quod in ingressu Ecclesiæ aqua lustrali plenum collocari solet.

Gloss. Pars I.

AQUARIA. Sugerius Abbas S. Dionysii de Reb. in administr. sua gestis cap. 23. *Consuetudinem autem, quam vulgo dicunt Aquariam, festivissimo Regis Dagoberti anniversario, refectioni Fratrum assignavimus.* Bulla Innocentii II. PP. an. 1172. in Hist. S. Martini de Campis pag. 172. *Apud Ruam, Vertunnum, & VVaben, reditus salis, & aquarias piscium.* Tabular. Fiscanense an. 1216. fol. 48. *Abjuravi Deo & Ecclesiæ S. Trinitatis Fiscanensis omnes inventiones, & omnes escaetas portus de Isport, cujuscunque modi fuerint, & omnem consuetudinem allectium & makerellorum, & aquarias eorundem, & le flet, & porpeis, & esturjon, & piscem, qui dicitur Crassus piscis.* Idem videtur, quod *Aquatia.* Vide in hac voce.

AQUARIUM, idem quod Aquale. Gloss. Græco-Lat. ὑδραγωγεῖον, *Aquarium.* Charta Ludovici Pii Imp. pro Ecclesia Mutinensi apud Ughellum tom. 2. pag. 118. *Similiter & donationem, quam fecit de molendino prope stratam, cum accessione, sive aquario, quod pertinebat ad curtem Regis civitatis novæ, &c.* Adde pag. 137. Charta Friderici Imp. ann. 1178. apud eundem tom. 7. p. 1434. *Cum ---- silvis, pratis, pascuis, capilo, aquario, herbatico, &c.* Charta Sicula an. 1185. apud eundem tom. 9. pag. 67. *Et aquarium juxta eum* (molendinum) *qui ex parte mortitii ad nostras cecidit manus.* Chronicon Andrense pag. 631. *Ita quod nec in aqua, nec in piscibus, nec in aquario, junco, nec in terra, &c.*

Aquarium, Alveolus, *Auge*, ad quem adaquantur animalia. Ordericus Vital. lib. 6. *Ingens saxum in domum suam devexit, ibique aquarium sibi suisque jumentis facere voluit.* Sic etiam Cato cap. 1. de Re rustica.

Aquaricium, idem quod *aquarium.* Vetus Charta Abbatis Agaunensis in Probat. Hist. Sabaud. *Cum exitibus & perviis, & aquaricio, quæ ibi pertinet.*

AQUARIUS. Gloss. Lat. Græc. *Aquarius*, ὑδροχόος. Gloss. Græc. Lat. ὑδροχόος, *Aquarius, canalis.* Alibi. ὑδροφόρος, *Aquarius.* Joan. de Janua: *Aquarius, serviens, qui portat aquam.* S. Hieronym. Epist. 27. cap. 4. *Et Gabaönitas ob dolos & insidias fœderis impetrati, in aquarios lignariosque damnavit.* Ex Josue cap. 9. ubi *aquarii* sunt, qui aquas portant. Jul. Firmicus lib. 4. cap. 6. *Faciet bubulcos, armentarios, aquarios, pastores, &c.* Lib. 8. cap. 25. *Balneatores faciet, mediastinos, & aquarum ministros.* Lampridius in Commodo: *Aquam gessit ut lenonum minister*, in balneis: ii νεροφόροι dicuntur in Passione sancti Patricii Episcopi n. 7. 28. April. quam vocem non intellexere viri doctissimi: ὁ δὲ ὅσιος Πατρίκιος εἰσελθὼν ἐν τῷ ζέματι, ὡς εἷς νεροφόρων ἐπήχετο, ubi legendum, ὡς εἷς νεροφόρων, tanquam unus ex *aquariis.* Vide Salmasium ad Vopiscum p. 515.

Aquarius, officium Monasticum, cui *aquarum*, seu piscationis, cura incumbebat. Tabular. Abb. Ulterioris portus fol. 28. *Anno 1107. piscatores S. Michaelis tempore Paschali piscem, qui vocatur Sturio, ceperunt, quo capto piscatores ad Abbatem Osbernum venerunt, de pisce capto dixerunt. Ipse annuit piscem captum, in navi cepit, ad Ecclesiam antiquo more deferre præcepit. Sed Gisleberto Presbytero, qui ex tunc temporis Aquarius Comitis erat, resistente, & violenter piscem capiente, facere non potuit, &c.*

Aquarii, Isidoro lib. 8. Orig. cap. 5. & Papiæ: *Hæretici, dicti, quia aquam solùm offerunt in Calice sacramenti.* Horum meminit S. Augustin. hæresi 64. S. Joan. Chrysost. homil. 83. in Matth. Rhabanus, &c.

AQUATIA, *Aquatura.* Charta Guidonis Comitis Pontivi an. 1100. in Tabulario Abbat. S. Judoci: *Notum fieri volo, quòd dedi Ecclesiæ præfati Confessoris 7. aquatias apud VVaben, & 1. apud Stapulas, &c.* Alia Joan. Comitis Pontivi an. 1190. apud Joseph. Ignatium in Hist. Comitum Pontivi: *Dedi etiam & concessi dictæ*

Ecclesiæ in perpetuum jus reditus & donationis de piscibus maris, quæ habebant prius, de qualibet navi territorii illius in mari piscante, --- cum tribus aquatiis in qualibet annoad nutum dictorum Monachorum, ita tamen quod quilibet rector navis pro se & suis nautis habeat pro qualibet aquatia in die S. Quintini 6. panes valoris quilibet unius denarii monetæ Pontivensis, sicut mos est. Item auctor in Hist. Eccles. Abbavil. cap. 84. *aquatiam*, ait esse jus pisciandi tribus diebus in anno. Aliter tamen, ni fallor, Computum dominii Bononiensis Comitatus ann. 1478. in Camera Comp. Paris. *Recepte de eaves deues au Roy, c'est a scavoir, que chascun pescheur allant aux grosses & menuës cordes depuis le Candelier, doivent au Seignem en saison de caresme une marée, & sur ce on leur rabat leur acq.*

Aquatura, idem sonat quod *Aquatia* apud eundem Ignatium pag. 301. Charta Philippi Reg. Francorum an. 1075. *Dimidiam piscaturam in duabus aquis, & anguillas de altera aqua, & 6. aquaturas Rue.*

AQUATICUM, jus utendi aqua. Charta Pandolfi & Landolfi Ducum Beneventanorum in Chron. S. Sophiæ Benevent. *Cum cunctis piscationibus inde vel aquatico.* Alia Friderici Imp. an. 1175. pro Ecclesia Bellicensi: *Ad hæc omnia civitatis Regalia, videlicet Monetam, Telonium, Pedaticum, Ripaticum, Aquaticum, --- Pascua, --- concessimus.* Alia Romualdi Archiepisc. Salernitani an. 1180. apud Ughellum tom. 7. pag. 572. *Et quoniam per terram vacuam ipsius --- tempore irrigationis hortorum --- immittebatur de aqua fluvii Lirni ad irrigandum tam hortos Ecclesiæ Salernitanæ, quam aliorum: & proinde causa aquatici, ipsi Lucæ annuus census dabatur, &c.* Adde eundem Ughellum tom. 4. pag. 483.

Aquaticum, in forestis. Charta Philippi Pulcri Regis Francor. an. 1309. in Regesto ejusdem Regis ch. 16. ex Tabulario Regio: *Volumus tamen quod ipse & ejus hæredes dictæ domus, seu castri custodes habeant in foresta nostra aquatici usagium ad fagum & mortuum boscum pro calfagio ejus in eadem domo seu castro tantummodo expediendo.*

AQUATICUS, *Hydrus*, in Gloss. Isidori. V. *Natrix*.

AQUATURA. Vide *Aquatia*.

AQUAVIRILE. Gloss. Arabico-Lat. *Luxus. Aquavirile.* Occurrit præterea sub lit. A. nulla explicatione addita.

AQUÆMOLINA, Mola aquaria. Charta an. 968. in Tabulario Casauriensi: *Silvis, ripis, ripinis, aquis, aquæmolinis, seu decursibus vel usibus aquarum, &c.*

AQUENSE *servitium*. Vide *Bos aquensis*.

AQUIDUCA *medicamina, quæ Græci Hydragoga vocaverunt.* Cælius Aurelian. lib. 3. Chronion c. 8.

AQUIDUCTIUM, *Aquarium*, ὑδραγώγιον, in Gl. Gr. Lat. MS. Editum habet ὑδραγωγεῖον, *Aquiductium, Aquarium, Aquagium.*

AQUILA. Lectrum, seu Analogium in modum aquilæ alas expansas habentis confectum, in quo libri Ecclesiastici, qui in Ecclesia leguntur, reponuntur: qua quidem aquilæ specie S. Joannes Evangelista designatur. Hugo Flaviniac. in Chronico pag. 165. *Instrumentum verò illud, quod paratum est receptui textus Evangelii, Joannes Evangelista in similitudine aquilæ volantis adornat.* Sugerius de Aministrat. sua cap. 32. *Aquilam verò in medio chori ammirantium tactu frequenti deauratam, reaurari fecimus.* Necrologium Ecclesiæ Ambianensis: *Id. Nov. obitus Milonis de Bonavilla & Adæ uxoris ejus, ac liberorum, & eorundem, pro quorum anniversarii institutione, Jacobus dictorum conjugum filius loco distributionis dedit nobis Aquilam cupream in choro existentem, super quod legitur Evangelium, & fuit Aquilæ pretium sexies 20. librarum.* Gesta Francor. usque ad Robertum MSS ex Bibl. Loiselliana. an. 1014. *Porro multis ipsam sacratissimam ædem honestavit ornamentis: inter quæ Analogium Hispanico metallo fieri fecit fusoria arte compactum, cui imminet aquila, alis expansis.* *Aiglier*, vocat Charta vernacula Gullelmi Comitis Hannoniensis ann. 1409. apud Ægid. Waldum in Hist. Lobiensi lib. 9. pag. 441. Vide Durandum lib. Rational. cap. 24. n. 20.

Aquilam in Pavimento describere. Vide Gloss. med. Græcit. in Ἀετὸς.

Aquilam vertere. Ditmarus lib. 3. pag. 29. *Post hæc autem Imperator omni studio ordinavit expeditionem suam adversus Lotharium Regem Karolingorum, qui in Aquisgrani palatium & sedem regiam, nostrum semper respicientem dominium, valido exercitu præsumpsit invadere, sibique, versa aquila, designare. Hæc stat in Orientali parte domus, morisque fuit omnium, hunc locum possidentium ad sua vertere regna.*

Aquilam in dorso figurare. Saxo-Grammat. l. 9. *Interea Sivardus ac Biarnus cum 400. navium classe supervenientes, bellum Regi manifesta provocatione significant: idque statuto tempore executi, comprehensi ipsius dorsum plaga aquilam figurante affici jubent, sævissimum hostem atrocissimi alitis signo profligare gaudentes, nec vulnus impressisse contenti, laceratam salivere carnem.* Ubi Stephanus Stephanius, Saxonis Interpres, eum viguisse morem scribit apud Anglos, Danos aliasque nationes boreales, ut victor ignominia summa debellatum adversarium afflicturus, gladium circa scapulas ad spinam dorsi adigeret, costasque, amplissimo per corporis longitudinem facto vulnere, utrimque à spina separaret, quæ ad latera deductæ alas repræsentarent aquilinas: ejusmodi verò vulnus in Glossario Islandico *Bloderne*, sive *Bladugle*, & *Blodrisil* appellari. In hanc rem Scriptores Islandicos laudant.

AQUILI, *Dæmones, qui in similitudine aquilæ apparent*, apud Papiam & Joan. de Janua Martianus Capella lib. 2. Hist. Dan. --- *Silvani coeunt Aquili.* Ethb. 8. *Quem Comitibus foris præstolari jussis, ingressus duos eximiæ granditatis Aquilos conspicatur.*

Aquilinus color. Joannes Diac. de Vita Gregorii Magni lib. 4. cap. 84. *Mento à confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino & livido, nondum, sicut postea ei contigit, cardiaco.* Est igitur color aquilinus idem, qui *lividus*, nec forte alius ab Aquilo colore, qui Festo *fuscus & subniger est, à quo*, inquit, *Aquila dicta videtur.* Gloss. Lat. Græc. *Aquilum*, μέλαν. Plautus: *Aquilo est corpore, statura haud magna.* Quod si ab aquila aquilinus color dictus est, fulvus intelligi potest: nam & Claudianus fulvum Jovis armigerum dixit. *Le Roman d'Auberi MS.*

Forqueres point le destrier aquilant.

Quidam Codd. MSS. Joannis Diaconi habent hoc loco: *aquilino & vivido.*

AQUIMANILE. Vide *Aquamanile*.

AQUI. Tabular. S. Cyrici Nivernensis ch. 65. *Cum 4. colibertis & progenie illorum, quæ de illis in posterum ventare est, & aquis.* Infra: *Et terra arabili, & masnilibus & aliis colibertis, quos retinemus vivente uxore mea & aquis.*

AQUIMITI. Vide *Acœmeti*.

AQUIMOLA, Molendinum aquaticum, *Aquaria mola*: nostris, *Moulin a eau.* Gloss. Lat. Græc. ὑδραλέτης, *Aquemolus*. ὑδρομύλη, *Aquamulina*. Sic in MS. unde forte *Molinum*, vox. Anastasius Bibl. in Leone IV. pag. 196. *Aquarum copiam ad populum confortandum, & cæteras utilitates humanas aquimolasque molentes pleniter subministrabant.* Idem S. Hadriano pag. 111. *Quam videlicet domocultam cum massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, aquimolis, &c.* Charta Benedicti de Prato, Episcopi Portuensis, apud Ughellum in Ital. Sacra: *Aquis perennibus, cum locis ad aquimolam faciendam.* Adde Petr. Damian. l. 6. Ep. 21. Habetur passim in Chartis Italicis, cujusmodi molarum aquariarum nulla occurrit apud JC. mentio: unde conjectarunt quidam, recentius

centius esse inventum. Verum Augusti tempestate, vel paulo ante Augustum, *molas aquis actas, Romæ in Tiberi primum factas,* auctor est Pomponius Sabinus ad Virgilii Moretum: idque testatur Antipatri Thessalonicensis Epigramma, quod à Salmasio in Notis ad Lamprid. & Solinum refertur. Agunt etiam de iis Vitruvius lib. 10. c. 10. Plinius lib. 9. c. 10. Procopius lib. 3. Goth. Senator lib. 3. Var. Ep. 51. l. 10. C. de Aquæductu lib. 11. l. 4. de Canone frumentar. urb. Romæ C. Th. lib. 14. t. 5.

AQUINTARE. Vide *Acunydare.*

AQUIVERGIUM, Aquarum divergium, diverticulum; vox Agrimensorum. Innocentius: *Habet sub se juncina, & foras aquivergia.* Idem: *Sub se cannicias & res palustres habet, & foris aquivergia.*

ARABAM. Papias: *Arabam interpretatur insidiæ.* Ita MS. Codex; sed Editus habet *Araba*: vox fortè Longobardica.

ARABICI, *Hæretici dicti ab Arabia, in qua sunt orti, dicentes, animam & corpus simul mori, simul resurgere.* Papias. De Arabum circa animarum originem, mortalitatem, immortalitatem, transmigrationem, &c. consulendus omninò Abrahamus Ecchellensis in Historia Arabum c. 12. 13. 14. 15. &c.

ARABILIS. Breviloq. *Arabilis dicitur, quod est aptum & bonum ad arandum, ut terra est arabilis.* Charta an. 964. ex Tabulario S. Petri Treverensis: *Ego Sigefridus Comes----dedi ad altare S. Petri----lineam in eadem Marcha, & in Comitatu Bedensi arabilem unum, & inter terram arabilem & prata jugera 73. & quicquid ad eundem arabilem pertinere dignoscatur. Arabilis terra jugera* 106. in Traditione Fuldens. lib. 1. trad. 92.

ARACHILD. Vide *Hereschild.*

ARACIUM. Vide *Haracium.*

ARADA, Aratio. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. *Debet etiam habere duas bestias de arada cum suis apparatibus, si faciat laborare, id est, aratorias.*

ARADRADIT. Vide *Aratraib.*

ARAGAICUS, Morbi equini species: *Cùm in equi ventre fiunt torsiones, & intestina rugitum faciunt, & indigesta & liquida emittit stercora, &c.* apud Petrum de Crescentiis lib. 9. Agricult. cap. 22. ubi vetus Interpres Gallicus habet *argaratus.*

ARAHUM. Lex Ripuar. tit. 10. §. 1. *Ad placitum veniens cum 3. testibus in araho conjuret.* Tit. 32. §. 3. *Cum 7. Rachimburgiis in araho conjurare debet.* Tit. 33. §. 2. *Sibi septimus in araho conjuret.* Tit. 41. §. 1. *Si quis ingenuus ingenuum ligaverit, & ejus culpam cum 6. testibus in araho non approbaverit.* Adde tit. 77. Basilensis Editio Legum Ripuar. an. 1530. passim legit cum aspiratione *haraum,* quam vocem pro loco consecrato, vel honorato, à Saxonico aꞃ, vel aꞃe, id est, honor, pietas, deductam putat Spelmannus: ut sit *in araho conjurare, approbare,* in Ecclesia & loco sacrato sacramentum præstare: Nam *omne sacramentum in Ecclesia & super reliquias jurabatur,* ut est in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 209. At Guillimannus lib. 1. de Reb. Helvet. pag. 80. ait, vocem hanc à Germanico, *arn rechten,* deduci, sonareque, *coram judicum consilio.*

ARALIA. Domesdei tit. de Essexia: *Silva 20. porc. 10. acr. prati, 2. runcal. 4. aralia, 23. porc. 50. oves, 24. capones, 2. vasa apis.* Ubi *aralia* videntur esse agri, ad arationem idonei, cui opponuntur *runcalia,* id est, agri sentibus obsiti. Vide *Araturia terra.*

ARANGIA, Ital. *Arancio*, Kiliano *Aranje-appel,* Gall. *Orenge,* malum citrinum, quod Scholiastæ Nicandri νεράντζιον. Myrepso, νεραντζέα, arbor, quæ mala fert aurea. Matth. Silvaticus: *Pomum arantiæ, id est, citrangulum, vel citromelum.* Hugo Falcandus: *Videas ibi & lamias acetositate sua condiendis cibis idoneas, & arangias acetoso nihilominus humore plenas interius, quæ magis pulcritudine sua visum oblectant, quam ad illud utiles videantur.* Vide Salmasium ad Solinum p. 955.

ARANEA, Retis subtilioris species, qua capiuntur aviculæ: describitur à Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 23.

ARANSCARTI. Lex Bajvvar. tit. 12. c. 8. *Si quis messes alterius tentaverit maleficis artibus, quod Aranscarti dicunt.* Ubi Lindenbrogius: *Aran* spica est frumenti, sive arista, & *cart,* læsio, sive fissura, unde & *lidiscarti, orscarti, &c.* de quibus suis locis. Est igitur *Aranscarti,* maleficium sortilegorum, quo aristas sive spicas inanes ac vacuas faciunt, non verò *auris abscissio,* uti vult Vossius.

ARANTINUS *paropsis.* Cyprianus lib. 1. Vitæ S. Cæsarii Arelat. n. 17. *Custodiens illud, quod Dominus in arantino paropside tinxit panem, non in argenteo vase.*

ARAP, Raptus. Assisiæ Hierosolym. MSS. cap. 97. *Qui veaut appeller homme d'arap, ou de brisure de chemin, ou de force quelle qu'elle soit, &c.* Cap. 98. *Et se feme qui ait Baron, veaut faire apeau du murtre, ou d'omecide, ou d'arap, ou de brisure de chemin, &c.*

ARAPAGARE, *Effodere, vel sculpere ab area, & ponitur simpliciter pro effodere, & componitur ab area, & pagus, quod est villa. Arapagatus, ab area effossus.* Unde Plautus in Aulularia: *Aurum mihi intus arapagatum est,* (Editio habet *harpagatum*) Ita Joannes de Janua, cui ut assensum in omnibus det Lector, haud velim. Vide *Harpagare.*

ARAPENNIS, *Arepennis, Aripennis, Aripennus, Arpennis, Arpentum, Agripennus, &c.* Voces unius ejusdemque significationis, quarum quædam veteribus Scriptoribus etiam notæ; mensura, qua finitores & agrimensores agros metiuntur, quam cum *jugero* vel *jurnali,* vulgo confundimus.

Arapennis. Vetus auctor de Limitibus agrorum pag. 311. *Arapennis quem semijugerum dicunt, id est, quod & Actus major, habens undique versum pedes* 210. *perticas verò* 12. Alius p. 297. *Actus quadratus undique finitur pedibus* 120. *hunc Betici arapennem dicunt, &c.*

Arepennis, apud Columellam lib. 5. c. 1.

Aripennis. Glossa MS. ad Caii Institut. in Cod. Bibl. Regiæ 1197. *Jugerum in longitudine pedes* 240. *in latitudine* 220. *Aripennis est semijugerum in longitudine pedum* 120. *in latitudine* 170. *duo aripennes jugerum faciunt, qui est centuria.* Occurrit apud Festum & in Notis Tyronis: præterea apud Gregor. Turonens. lib. 1. Hist. cap. 6. in Legib. Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 25. lib. 10. tit. 10. §. 14. & apud alios, à nobis mox laudandos.

Aripennus, apud Joannem VIII. PP. Epist. 122.

Aripendium vineæ, in Tabulario Conchensi in Ruthenis ch. 159. 161. & alibi non semel.

Arpennis, in Decretione Chlotarii Reg. §. 13. & apud Reginon. in Chronic. p. 19.

Agripennus. Tabularium Vindocinense Thuani ch. 20. *Notum, &c. domnum Germundum fratrem nostrum* 30. *agripennos emisse, &c.* Ch. 66. *Dat similiter alios duos agripennos vinearum.* Chart. 55. *Habebat vineæ agripennum unum alodialiter immunem.* Adde Chartam 343. Charta Gaufredi Comitis Mauritaniæ in Biblioth. Clun. p. 542. *Vicum Ecclesiæ etiam supramemoratæ adjacentem cum decem prati agripennis.* Adde pag. 545.

Agripenna. Ordericus Vitalis lib. 5. *Et duas vinearum agripennas----dedit.* Adde pag. 587. 777.

Agripennis, apud eundem Ordericum Vital. lib. 5. pag. 591.

Agripennii agri apud Papiam, *illi dicuntur, qui non in toto quadrati; sed in longo sunt.*

Agripennales & Agripedales perticæ, in Chron. Besuensi, p. 525. quæ alibi *arpennales* dicuntur. Charta an. 877. in Tabulario S. Benigni apud Perardum pag. 155. *De alio verò fronte strada publica pergit, & habet in longum perticas agripedales* 36. *& per transversum perticam unam, &c.* Adde p. 156. 159. Vide *Pertica.*

Arpentum. Lex Bajvv tit. 1. cap. 14. §. 2. *Pratum arpento inacludere, &c.* Charta Caroli Crassi Imp. tom. 7. Spicilegii Acheriani pag. 185. *Colonicam unam---- cum sex arpentis ex vinea.*

Non una autem eademque est aripennis in Gallia nostra mensura: nam *Arpennis Parisiensis* constat 100. perticis, pertica verò 22. pedibus, quæ in quadratum redactæ, dant 220. pedes, hoc est, 10. perticas pro latere jugeri quadrati, quod 48400. pedibus quadratis constat: quapropter nostrum arpentum Romano jugero majus est, quod pedes 28800. complectebatur.

Arpennis Nivernensis constat 4. *quarteriis*, seu quartis, quarteriæ 10. *tesis*, (toises) *tesa* 6. pedibus, pes 12. pollicibus. Consuet. Nivernens. c. 37. art. 23.

Arpennis Perticensis constat 100. perticis, pertica 24. pedibus, pes 13 pollicibus. Consuet. Pertic. art. 39.

Arpennis Dunensis constat 100. perticis, pertica 20. pedibus. Consuet. Dunens. art. 51.

Arpennis de Marchesnoir, 100. chordis, chorda 22. pedibus. Ibid.

Arpennis Pictavensis continet 80. passus in latera singula. Consuet. Pictav. art. 197.

Arpennis Comitatus Marchiæ, idem continet quod *sexterata*. Consuet. March. art. 426.

Arpennis Montargensis continet 100. chordas, chorda 20. pedes, pes 12. pollices. Consuetud. Montarg c. 22. art. 22.

Arpennis Claromontensis in Bellovacis constat 100. virgis, virga 26. pedibus. In quibusdam locis constat tantum 72. virgis. Consuet. Claromont. art. 241.

Arpennis, seu Jornale apud Armoricos constat 20. chordis in longitudinem, & 4. in latitudinem extensis, chorda verò 24. pedibus regiis. Consuet. Brit. art. 263.

Arpennis silvæ, in Ducatu Burgundiæ, constat 440. perticis; Jurnale terræ, vineæ, aut prati 360. perticis.

Arpennis interdum pro territorii finibus, districtu, seu banleuca sumitur. Tabular. S. Germani Paris. *Vicarii de Pirodio infrà arpennos villæ nullam habent viariam, neque aliquid ibi accipiunt, &c.* Occurrit ibi pluries.

Rectè porrò observat Spelmannus, posterioribus sæculis vocem *Aripennis* non aliàs ferè usitatam reperiri, quàm in vinearum aut pratorum mensurationibus, quod quidem verum esse firmabunt loci aliquot ex Scriptoribus & Chartis desumti, quos hic describere operæ pretium videtur. Testamentum S. Cæsarii Arelatensis Episcopi: *Plus minus centum aripennes vineæ, & trecentorum modiorum campos reservavimus.* Infrà: *De vetere vinea vix 30. aripennes contulimus.* Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 29. *Statutum enim fuerat, ut possessor de propria terra unam amphoram vini per aripenne redderet.* Hariulfus lib. 3. c. 7. p. 495. *De terra setici sex, & de vinea aripennes octo.* Charta Caroli Crassi mox laudata: *Colonicam unam----cum sex arpentis ex vinea.* Ita etiam passim in Domesdei, quem laudat idem Spelmannus, in Tabulario Vindocinensi, uti constat ex Chartis, quas descripsimus, in Charta Odonis Regis apud Beslium in Ducibus Aquit. pag. 210. & Rangenfredi Episcopi Carnotens. apud Duchesnium in Histor. Monmorenc. p. 6. Adde Probat. Hist. Castrovil. p. 5.

Jam verò de vocis etymo, vetus Auctor de Limitibus p. 297. *arapennem* ab arando dictum scribit, à quo hauserunt Isidorus lib. 15. Origin. c. 15. Papias, Ugutio & alii.

Columella lib. 5. c. 1. vocem Gallicam esse ait, Josephus Scaliger, & Salmasius ad Solinum volunt *aripennem* dictum quasi *arvipendem*, quia *arvipendio*, id est, funiculo, agros olim metiebantur. Gloss. Lat. Græc. *Arvipendium*, σχοῖνος γεωμετρικός. Nec obstat, inquit Salmasius, quòd verbum, *penacre*, de ponderibus tantùm accipiatur, cùm & certum agri modum *libram* dixerint etiam veteres, ut auctor est Hygenus. Charta Gosleni Episcopi Carnotensis anni 1155. in Tabulario N. D. de Josaphat: *Arvipennum ad hortum faciendum.*

ARASCILD, *Arscild*, *Arischilt*. Vide *Herescild*.

ARATA. Charta Henrici Ducis Bavariæ an. 1276. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 339. *Adjicimus etiam de gratia speciali, ut provisores dicti Cœnobii de hominibus in suis prædiis residentibus, quoad debita, aratas, vituperia, tractus gladiorum, & violentias quascunque, perpetuam læsionem, quæ vulgò lem dicitur, non inferunt, judicare valeant.* Ubi *lem*, vel *leme*, est mutilatio, vitium, Kiliano.

ARATER, pro aratrum, apud Hygenum de Limitibus, non uno loco: *Quo falx & arater ierit.*

ARATICUM, Agrarium. Tabular. S. Remigii Remensis: *In Luperiaco est mansus dominicatus, cùm ædificiis & viridario. Sunt ibi avergariæ III. ubi possunt seminari di sigilo modii XX. de terra forastica culturæ IV. campi II. recipientes semine speltæ modios CCCXX. ubi possunt colligi de fœno carrucæ VIII. Pasql, māp. Theutarius ser. tēn. mānſ. serūl. I. arat, hibernat, sat, māp. I. long. pertic, lat. III. facit, corrogat. II. æstivant, sant, simul donant araticum de omni conlaboratu pull. III. ova XXV. ligni cār. I. aut deñ. IIII. clausuram cār. tempore vindemiæ dies XV. aut dñ. II facit brazium, & vigl. cāropr. & omne servitium sibi injunctum, &c.* Ubi observandæ voces, *arat, hibernat, sat, &c* quæ servitutis speciem denotant, ratione cujus tenentes, & qui operas debebant, arare tenebantur terras dominorum intra manerium suum: quod *arare & herciare ad curiam domini*, vocat non semel Domesdei: quod etiam habetur in Lege Bajvvar. tit. 1. c. 4 Idem Tabularium: *Omnes mansi donant araticum in tertio anno decimam de vervecibus.* Alibi: *Facit in anno corrogat. 4. donat araticum extra avergariam & pratum, fœtam I. cum agno, & anniculum I. pullos 3. &c.* Ibidem: *Donant araticum de hibernatica, de ordeo, &c.* Ibidem: *Omnia mansa donant araticum & decimam de vervecibus.* Vide *Arativum.*

ARATIVUM. Lex Alemann. tit. 22. *Qualiter servi Ecclesiæ tributa solvere debent: ancillæ autem opera imposita sine neglecto faciant, servi dimidium sibi, & dimidium in dominico arativum reddant.* Idem quod *Agrarium* in Lege Bajvvar. tit. 1. c. 14. §. 1.

ARATORIA, Terra ex agro culto sumpta ad *Investituram*. Formulæ veteres: *Notitia traditionale,--ille delegavit---ipsas res de quantum in sua largitione loquitur, vel insertum est, ante bonis hominibus per hostium & aratoria visus fuit consignasse.* Alia Notitia traditionis ibid. *Qualiter veniens ille die illo in villa illa ante bonis hominibus per hostium & aratoria, seu terra, & herba, ab homine aliquo nomine illo rem illam visus fuit tradidisse.* Alia formula habet: *Per terra, & per herba, & per hostium visus fuit tradidisse.* Alia denique: *Per terra & herba, per hostium & aratura, &c.*

Aratoria, Agri aratorii, in leg. 7. C. de Bonis proscriptor. *Quid in vineis, olivis, aratoriis, pascuis fuerit inventum.* *Terra aratoria*, in Capitul. 2. an. 813. cap. 19. in Charta ann. 799. apud Boland. 26. Mart. p. 634. & in alia apud Ughellum tom. 5. p. 656. 657. & alibi passim.

Araduria. Tradit. Fuldens. lib. 1. *Absque 22. jugeribus inter prata & terram araturiam.* Alibi: *Trado in loco, qui dicitur-- de terra araturia 40. jugera.* Passim ibi. Vide p. 462. 521. 526. *Arduria* lib. 1. tradit. 25.

Aradria eadem notione in Tabulario Brivatensi ch. 188. *Et terra aradria una, quæ ad ipsam casam pertinet.*

Aratria, ibidem ch. 214. *Vineam unam cum aratriis, cum ortis & campis, &c.*

Araduria ibid. ch. 293.

ARATRAIB, *Aritraib*. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. cap. 25. *Si casam, ubi viri habitant, disturbaverit, compo-*

componat, ſicut in hoc Edicto legitur, aratraib, id eſt, ſibi tertiam. Ubi Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 105. §. 28. habet *havit rabid.* Papias: *Aritraib, id eſt, ſibi tertiam in Lege.* Ita in 2. MSS. Editus verò: *Aritraib, id eſt, ſ. tertia in Lege.* Ugutio: *Aratrapap, id eſt, dominicum * ſequitur. Aradradit, id eſt, cum juſtitia, i. conſolidus.* Sic in MS. In Cod. Navarræo: *Aradadip, cum juſtitia, i. ſolidus.*

ARATRUM, idem quod *carrucata terræ*, quantum terræ uno aratro arari poteſt. Helmodus lib. 1. cap. 12. *Dabatur autem Pontifici annuum de omni VVagirorum ----terra tributum, quod ſcilicet pro decima imputabatur de quolibet aratro menſura grani, & 40. reſticuli lini, & 12. nummi puri argenti----Slavicum verò aratrum, par boum aut unus conficit equus.* Adde c. 14. Idem c. 88. *Porrò Slavicum aratrum perficitur duobus bobus & totidem equis.* Vita B. Mariani Abbatis Ratiſp. c. 4. n. 20. *Vineas 2. ac 7. aratra in Auſtria Deo & B. Jacobo deſtinavit.* Occurrit ibi non ſemel, & cap. 5. & 6. Will. Thorn. in Chron an. 616. *Hoc manerium eſt 30. aratrorum.* Et an. 687. *Idem Rex dedit eidem Abbatiſſæ terram duorum aratrorum, &c.* Paſſim apud hunc Scriptorem. Vulgò dicimus: *Une ferme, ou une terre d'une ou de 2. charruës, ou plus.*

Aratrum circumducere, in Lege Bajuvar. tit. 17. §. 2.

ARATUM, Aratio. Concil. Aurelian. III. cap. 28. *De opere rurali, id eſt, arato, vel vinea, vel ſectione, meſſione, &c.*

ARATURA, Aratio agri, quam Tenens Domino debet ex debito & ſtato ſervitio. Capitulare 5. an. 803. cap. 17. *Ut liberi homines nullum obſequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in prato, neque in meſſe, neque in aratura, aut vinea, &c.* Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 302. *Sacriſta ſive Præfectus acciperet liberum cenſum, videlicet de qualibet acra 2. denarios: Celerarius habebat araturas, & alia ſervitia, videlicet araturam unius rodæ qualibet acra ſine cibo.*

Araturæ, quævis operæ, *corveiæ*, vel ſervitia. Tabularium S. Remigii Remenſis: *VVandefridus tenet manſum ſervilem 1. pro omni aratura & ſervitio providet ſilvam, & nutrit.* Occurrit ibi non ſemel. Vide *Arura.*

ARBALISTA, Balliſtarius, ſeu *arcubaliſtarius*, Gall. *Arbaleſtrier.* Petr. Tudebodus lib. 2. de Hieroſ. Itinere: *Conſiliati ſunt in unum, qualiter feciſſent fodere turrem, & arbaliſta & ſagittarii, qui eos defenderent.* Triumphus S. Lamberti de Caſtro Bullonio cap. 1. *Pene ab omni ſecurus injuria, niſi ab ipſo villis confinio ei jaculum intenter, cum ſui periculo cautus arbaliſta.*

Arbaliſtarius, eadem notione non ſemel.

ARBANNUM, *Airbannum.* Vide *Herebannum.*

ARBERGARIA. Vide *Albergaria.*

ARBITRAGIUM. Guillelmus de Guillevilla in Paraphraſi Symboli Apoſtol.

Ex Maria ergo pium Pacis traxit Commercium,
Nova reparans fœdera, Et reddens arbitragium,
Sed ad patris arbitrium Obtulit propter ſcelera
Mundi beata viſcera.

ARBITRARE, pro *arbitrari*, in Epiſt. 69. inter Francicas.

ARBITRATOR, *id eſt, amicabilis compoſitor*, in Regiam Majeſt. lib. 2. c. 4. §. 10. Rollandinus in Summa Notariæ c. 6. *Differentia eſt inter Arbitrum & Arbitratorem: nam Arbiter eſt, qui judicis partes ſuſtinet, & qui cognoſcit ordinario judicio, ſicut judex, & ab ejus ſententia appellari non poteſt, & ſententia ejus dicitur arbitrium. Arbitrator eſt, qui non ſervato juris ordine cognoſcit & definit amicabiliter inter partes: & pronuntiatio ejus dicitur laudum; & ab hac poteſt appellari, & illud peti reduci ad arbitrium boni viri.* Charta ann. 1284. apud Joan. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. pag. 183. *Judex, arbiter, arbitrator, & amicabilis compoſitor, &c.*

Arbitrari, Sententiam ferre arbitri nomine. Tabularium Eccleſiæ Carnotenſis ch. 5. *Iidem arbitri partibus in ſua præſentia conſtitutis plenum dare arbitrium noluerunt, aſſerentes, ſe non debere ſuper earum conſuetudinibus vel libertatibus arbitrari.* Alexander III. PP. ad Archiepiſc. Eboracenſ. *Quoniam igitur non decet te aliquatenus ſuſtinere, ut, quod perperam arbitrati ſunt, incorrectum debeat relinqui, &c.* Ita etiam apud Rollandinum in Summa Notariæ c. 6.

Arbitratum, Sententia arbitri, Italis *Arbitrato.* Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀπόφασις μεσίτυ, ἤτοι διαιτητῦ, *Arbitratum.* Editum *Arbitratio* habet.

Arbitratus, μεσιτία, in vet. Gloſſ.

Arbitrium, Sententia arbitri. Feſtus: *Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab Arbitro ſtatuitur: Arbitrarium autem, cùm adhuc res apud arbitrium geritur.* Vox etiam aliis Scriptoribus Latinis nota. Alexander III. PP. *Vel ſi arbitrium ipſum noveris æquitate ſubnixum, ad obſervantiam ipſius utramque partem appellatione remota compellas.* Innocentius III. *Perpendimus arbitrium, quod----dicebatur ſuper eodem negotio promulgaſſe, contra formam juris & compromiſſi dictatum fuiſſe.* Occurrit præterea apud Thom. Archid. in Hiſt. Salonitana cap. 32. extremo, in Charta S. Ludovici an. 1259. quæ extat tom. 9. Spicilegii Acher. in Chronico Montis-Sereni p. 135. 136. &c.

Arbiterium. Gloſſ. Iſid. *Arbiterium, collectio arbitrorum multorum, i. ipſa conſenſio.* Ita non ſemel ſcribi in Pandectis Florent. tit. de Receptis arbitr. monet Cujacius lib. 10. Obſerv. c. 37. Vetus Inſcript. 550. 1. *Arbiterio Larciæ Fortunatæ uxoris.*

Arbitrium, in Regiam Majeſt. l. 2. c. 2. definitur: *Actus legitimus perſonarum, ſuper civili quæſtione & querela in quaſi----judicio contendentium.*

Arbitrium conditum, ultimum, morientis, teſtamentum, l. 17. C. de Teſtament. l. 107. 124. Cod. Th. de Decurion.

Per Arbitrium judicium, opponitur *judicio per legem*, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 21. §. 2. 3. cùm ſcilicet ex animi ſententia pronuntiat. Idem Luithprandus p. 232. *Quoniam alii volebant per uſum, alii per arbitrium judicare.*

ARBOR, *finalis, notata, clavitata.* Inter agrorum terminos recenſentur paſſim Arbores à Gromaticis, à quibus ideo finales, à Papiano tit. 39. lib. Reſp. *Terminales arbores, quæ fines dirimunt*, in §. 6. Inſtit. de Offic. jud. dicuntur. Siculus Flaccus de Condition. agror. *Si arbores finales obſervabuntur, videndum erit, quæ ſint arborum genera. Nam quidam in finibus naturales qualeſcunque arbores intactas finales obſervant, alii diverſas; quidam de cunctis ex ipſis arborum generibus unum tantùm genus in finibus relinquunt, quo manifeſtum jus appareat, finales loca munierunt, ut materiæ differentia argumento ſit, &c.* Lex Bajuvar. tit. 11. c. 5. *Quotiens de commarchanis contentio naſcitur, ubi evidentia ſigna non apparent in arboribus, aut in montibus, &c.* Vide Fletam l. 4. c. 2. §. 17. & Chartam 99. Allemannic. Goldaſti, & Bracton. l. 4. Tract. 1. c. 8. §. 1.

Certis porrò inciſuris aut notis in trunci cortice inciſis notabantur; unde & *Notatæ* dicuntur eidem Flacco. Aggenus Urbicus: *Finis multis documentis ſervabitur, terminis, & arboribus notatis, & foſſis, &c.* Et *inciſæ.* Tabularium Vindocin. Charta 470. an. 1091. *A parte ſilvæ quaſdam arborum inciſiones ad inſtar diviſionum ſimiliter fecerunt, quas arbores inciſas ob diviſionem ſilvæ ſuæ, & hajarum inſtituerunt & in ſuo dominio retinuerunt.* Tabularium Abbatiæ de Rota fol. 9. *Quibus congregatis, idem Albinus fines noſtræ terræ cœpit perambulare, ac inciſuras arborum, quæ eaſdem terras terminabant, eiſdem demonſtrare, oſtenſioni cujus præſa-*

præfatus Hugo noluit credere. Et fol. 11. *Qui cum illo peragrantes terram supradictam, ei indicaverunt, & arbores in circuitu natas inciderunt, easdemque incisas ejusdem terræ metas esse dixerunt.* Vetus Charta in Chronico Laurishamensi ann. 764. *De illo rubero* (robore, quercu) *qui est de Ecclesia S. Nazarii ad partem meridianam inter partem S. Petri per Agilofum & suos consortes signo incisa:—& de ipso rubero ad partem aquilonis, sicut illa incisio arborum in ipsa die facta fuit, quæ vulgò lachus appellatur, sive divisio, &c.* Infrà: *Sicut illa incisio arborum seu lachus in ipsa die facta fuit.*

Has autem notas & incisuras, *Decurias* appellant Papianus loco citato, quòd in decussem effictæ essent, ut & Lex Bajuvar. tit. 11. c. 3. §. 2. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 6. §. 1. lib. 10. tit. 3. §. 3. *Theclaturas*, Lex Longob. lib. 1. tit. 26. §. 1. Cujus vocabuli vim esse eandem puto, quæ apud nos *esclat*, *esclature*, fragmentum, astula. Charta Desiderii Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 14. *Et deinde per ipsa via percurrentes per arbores teclatos habentes literas Omega, &c.* Vide *Teclatura*.

Interdum *Clavitatæ arbores* appellantur, quòd in earum truncis *clavi*, notarum loco figerentur. Gromaticus Arcerianus: *Arbores notatas scire debemus in idioma regionis, quas clavitatas vocant.* *Incisurarum* porrò in terminis meminit præterea incertus Agrimensor p. 272. *Terminus si incisuram habuerit, rivum aut fossatum significat, aut fluvium ostendit.* Infrà: *Terminus si aliquam scissuram, hoc est, taliaturam habuerit, montem scissum, id est, taliatum ostendit.*

Arbor signata. Lex Salica tit. 29. §. 29. *Si quis arborem, post annum, quàm fuerit signata, capulare præsumpserit, nullam exinde habeat culpam.* Lindenbrogius de Arboribus finalibus notatis, de quibus suprà, hæc intelligenda putat: secus Bignonius, cùm de finibus nullum hîc verbum, quinimo quod de anno additur, contrarium evincat. Neque certum etiam, an per *arborem signatam*, finalem intellexerit. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 37. *Si quis de arbore signata in silva alterius apes tulerit, &c.* §. 38. *Si quis de arbore signata in silva alterius accipitrem de nido tulerit, &c.* Charta Mathildis Comitissæ an. 1096. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 116. *Antiqui homines, qui bene sciebant veritatem, monstraverunt finem terræ, & signaverunt arborem in circuitu, & ita firmiter juraverunt esse juris S. Benedicti, &c.* Sed hîc *arbor signata* pro termino est. Interdum arbores Cruce signabant. Tabular. Absiense fol. 17. *Quo monstrante, cruces arboribus impressæ sunt.* Vide *Decuria*.

Arbor inserta, in Lege Salica tit. 29. §. 16. *Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit, &c.* *Arbor insita*, apud Servium 2. Georg.

Arborem juxta viam evertere. Vetus placitum sub Guillelmo I. Rege Angliæ, apud Seldenum ad Eadmerum p. 199. *Demonstratum fuit, quòd Rex Anglorum nullas Consuetudines habet in omnibus terris Cantuariensis Ecclesiæ, nisi solummodo tres. Una, &c.—altera si quis arborem incidit juxta regalem viam, & eam super ipsam viam dejecerit.*

Arbores jacentivas & sine fructu, in cujuslibet silva ad usus suos incidendi libera potestas datur, in Lege Burgund. tit. 2. §. 1. 3. *Bois Chablis.* Eadem videntur, quæ *Vergisans* appellantur in Charta Caroli Regis an. 1447. apud Thomasserium in Consuet. Bituricens. pag. 411. *Attendu, que le bois mort, & mort bois ne peut servir ausdits Supplians, si non pour chauffer & ardoir, & que le vergisant & assummetté, est gros bois vieil, qui ne peut servir en aucune partie des edifices, si non seulement à faire poultres, & solleaux, &c.*

Arbores sacrivi, quas ut sacras colebant pagani. Concilium Autisiod. can. 3. *Non licet—inter sentes, aut ad arbores sacrivos, vel ad fontes vota exolvere.* S. Eligius Noviomensis Episc. in Homil. & apud S. Audoënum in illius Vita: *Nulli creaturæ præter Deum & Sanctos ejus, venerationem exhibeatis, vel arbores, quos sacrivos vocant, succidite.* Hinc emendant viri docti Legem Longob. lib. 2. tit. 38. §. 1. *Quid ad arborem, quam rustici sanguinum vocant, atque ad fontanas adoraverit.* Ubi *sacrivum* legunt. Sed editio Heroldi pag. 232. habet, *quàm rustici Sanctium vocant.* *Arbores consecratæ* in Concilio Nannetensi cap. 20. *Ut arbores dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, ut nec ramum vel surculum inde audeat amputare, radicitus excindantur.* Sedulius Presbyter lib. 1. Paschalis operis cap. 20. *Alius arboreis radicibus aras instituens, dapes apponens, ramos ac robora flebiliter orare non cessat, ut natos, domos, rura, conjugium, famulos, censumque custodiant.* Paulinus Epist. 38. ad Jovium: *Unde enim putas tantam miseris mortalibus vel superbiæ vel ignaviæ perversitatem inolevisse, ut non colentes Deum, dæmoniis aut elementis subditis sibi serviant, aquas, ignem, sidera, arbores, simulacra venerantes cum impiissima divinæ majestatis injuria?* *Votum in arbore vovere*, in veteri Pœnitentiali MS. Ejusmodi arborum cultores ξυλολάτρας vocat Nicetas Paphlago in Encomio S. Hyacinthi pag. 8.

Quanta verò religione observarint veteres Galli arbores, querceas præsertim, docent Plinius lib. 16. cap. 34. & alii, ubi de Druydibus. Sed & sub arboribus vota olim reddita evincunt, quæ habentur Genes. cap. 18. Oseæ cap. 4. & lib. 4. Reg. cap. 16. & 18. Vide Cluverium in Germ. antiq. lib. 1. c. 34.

Diu etiam post Christi inductam religionem arborum & lucorum cultum adeo invaluisse ac viguisse in Africa, Germania, Italia, Gallia, aliisque Provinciis constat, ut in eo evellendo multùm insudarint Pontifices Regesque ipsi: quod testantur S. Augustinus Serm. 215. & 261. de Tempore, Serm. 241. de Divers. Gregorius M. lib. 7. Indict. 1. Epist. 5. & 20. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 10. Concilium Arelat. II. can. 20. Carthaginense V. can. 15. Turonense II. can. 22. Autisiodor. can. 3. Toletan. XVI. can. 2. Braccarense can. 22. Francoford. can. 43. Halitgarius lib. 6. Pœnitent. cap. 6. l. 12. Cod. Theod. de Paganor. sacrif. Lex Longob. lib. 2. tit. 38. §. 1. Capitul. Caroli Mag. tit. 64. lib. 7. cap. 236. Capit. ejusdem de Partibus Saxoniæ cap. 20. Capitul. 1. incerti anni cap. 41. Edgarus Rex Ang. in Canonib. Saxon. cap. 1. §. 16. Ladislaus Rex Hungar. in Decret. cap. 22. Nicetas Paphlago in Vita S. Hiacynthi Amastriani pag. 7. Constantinum Porph. de Adm. Imp. cap. 29. quibus adjungenda, quæ habent de ejusmodi arborum cultu Procopius lib. 4. Goth. cap. 3. Helmodus lib. 1. cap. 84. Adam Bremensis cap. 86. 234. Baldricus lib. 2. Chron. Camerac. cap. 4. Vita S. Severi Episc. Abrincat. num. 2. Vita S. Juliani Episcop. Cenoman. Vita S. Amandi Fundatoris Monasterii Nantuensis apud Guichenonum, &c.

Arbores, Candelabra majora in Ecclesiis multis instructa luminibus, quæ à terra surgunt. S. Bernardus de Vita & morib. Relig. c. 11. *Cernimus & pro candelabris Arbores quasdam erectas, multo æris pondere, miro artificis opere fabricatas, nec magis coruscantes superpositis lucernis, quàm gemmis.* Paulus Silentiarius in Descript. S. Sophiæ part. 2. de ejusmodi candelabris:

κεῖνα γὰρ ἢ κώνοισιν ὀρειτρεφέεσσιν ὁμοῖα
δένδρεά τις καλέσσειεν.

& versu 437.

καί τις ἀνὴρ στεφάνοιο χοροστασίης τε δοκεύων
δένδρεα φεγγήεντα, λυπαλγέα θυμὸν ἰαίνει.

Arbor, in duello. Speculum Saxon. lib. 1. art. 63. §. 6. & Wichild. Magdeb. art. 35. §. 7. ubi duelli formam

mam describunt: *Cuilibet eorum (duello contendentium) judex unum, qui arborem sub Phalagam ejus* (desunt hæc tria vocab. in Wichb.) *ferat, ordinabit, qui ferentes neminem eorum ullatenus impedient. Sed si eorum quis ceciderit, vel vulneratus fuerit, arborem petierit, & judex hoc licentiaverit, arborem interponant, postquam circulo pax est nuntiata, &c.*

Arbor, Malum navis, vulgò *l'arbre d'un navire*, vox veteri Latio haud incognita. Gloss. vet. *Arbor navis* ἱςὸν πλοίϰ. S. Gregorius M. lib. 3. Dial. cap. 36. *Ex navi clavis perditis arbor abscissa est, &c.*

ARBORAGIUM. Charta Ecclesiæ Deiparæ Scardonensis in Dalmatia an. 1307. apud Joan. Lucium: *Se obligaverunt solvere pro arboragio porti, & pro transitu barchanei libr.* 600. Facultas fortè erigendi *malum navis* in portu.

ARBORATURA, δένδρα καρδία, in Gloss. Gr. Lat. *Arborata*, eadem notione ibidem legitur.

ARBORETUM, Locus arboribus consitus: δένδρων ὁ τόπ☉, in Gloss. Gr. Lat. Occurrit in Statutis antiq. Monasterii Corbeiensis cap. 1. tom. 4. Spicilegii Acheriani. Utitur etiam Gellius.

ARBUSTARITIÆ, Exactionis species. Charta Arnolfi Regis, ann. 894. apud Puricellum in Monument. Basilicæ Ambrosianæ p. 264. *Nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel inlicitas occasiones, aut illas, quas Arbustaritias vocant, ex rebus jam dicti Monasterii---exigere audeat.* Alia Ludovici Imp. an. 901. apud Cælestinum & Ughellum in Episcopis Bergomensib. *Nec ullas publicas arbustaritias, aut redhibitiones, vel illicitas occasiones, sive angarias superimponere audeat: & quia ipsi nostri dilecti fideles nostræ innotuerunt mansuetudini, quod ab ipsius Ecclesiæ pertinentibus, quædam venationes, arbustaritiæque injustè & contra omnes leges---exquirantur, &c.* Nos dicimus *Arabuster*, vel *Tarabuster quelqu'un*, pro *vexare*, metaphorâ ductâ ab *arbustis*, seu sentibus, quæ itinerantium pedes intricant.

ARBUSTATUS, Arbusculis consitus, idem quod *Arbustosus*. In Glossis Græc. Lat. σύνδενδρ☉, *Arbusculosus, Ramosus.* Idem quod *arbustatus* in Bulla Joannis XXII. an. 1321. apud Waddingum tom. 3. *Item alius campus de terra arbustatus.---alia petra de terra arbustata.* Italis *Arbustoso*.

ARCA, *Arcella*, *Arcatura*, voces Gromaticis & Agrimensoribus familiares, apud quos *Arcæ* dicuntur, signa finalia per possessionum extremitates constituta, sive constructa. Frontinus de Coloniis: *Adrianus ager---finitur per rationem arcarum, riparum, &c.* Idem: *Limitum delineatio est per rationem arcarum.* Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 3. §. 3. *Quotiescunque de terminis fuerit orta contentio, signa, quæ antiquitus constituta sunt, oportet inquiri: id est, aggeres terræ sive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse constructas, congestas.* Charta Theodemiri Regis Galleciæ æræ 610. apud Bivarium in Notis ad Pseudochronicon Maximi p. 451. *Unicuique civitati suam tribuimus diffinitionem, seu portionem, ac per villarum cacuminaque montium, seu antiquorum castrorum, vel archarum confinia eis terminos ingessimus.* Est igitur *Arca* nomen genericum, quo termini omnes significantur. Gloss. Lat. Græc. *Arcæ*, ἀρχαὶ κτισμάτων. leg. κτημάτων. Papias: *Arca, ab arcendo dicta, fines enim agri custodit, eosque adiri prohibet.*

At cùm *arcæ* à cæteris limitibus, formâ & figurâ diversæ fuerint, censendum potiùs peculiarem & propriam fuisse appellationem certi cujusdam termini, cujus cùm usus creber esset in finiendis agris, factum inde, ut cæteri limites *Arcarum* vocabulo intelligerentur. Nam Hygenus de Limitib. constit. pag. 222. *Arcam* repræsentat formâ quadratâ, atque intus cavâ, quemadmodum sunt *arcæ*, sive cistæ, unde & nomen inditum; cum cæteri limites, ut variâ & diversâ figurâ, ità & appellatione ab eodem donentur. Vide Salmasium ad Solin. pag. 1206. Vetus Placitum ann. 17. Ludovici Pii, editum à V. Cl. Stephano Baluzio in Append. ad Capitul. num. 34. *Et perquisierunt terminos de ipsa villa, archas & fixorias & vindenates.---& testificaverunt & juraverunt, & fuerunt per ipsas archas & fixorias.* Alia ann. 881. n. 116. *Cellam S. Clementis cum---terminus suis atque archis.* Occurrit ibi rursum, & in aliis ibid. n. 118. 119.

Arcella, ab *Arca*, diminutivum. Vitalis Gromatic. *Invenies arcellam in trifinio positam.* Frontinus: *Asculanus ager terminis Claudianis in modum arcellæ est demeritus.* Apud Cæsarium in Regula ad Virgines cap. 26. *Arcella*, cistula est. *Arcellula*, apud Gregorium Turon. lib. 10. Hist. cap. 16. Vide Theodericum in Hist. Translat. S. Celsi Episc. Trevir. n. 17.

Arcatura, eadem notione apud Senatorem lib. 3. Ep. 52. *Miramur, tanta animositate fuisse litigatum, quòd aut terminis, testibus, aut fluminum ripis, aut arcaturis constructis, aliisque signis evidentibus constat esse definitum.*

Arca, Fiscus, thesaurus publicus, non semel in Inscriptionibus: *Arca Pop. Rom.* apud Grut. 1033. 8. *Arca, publica*, 386. 4. *Judex arcæ Galliarum*, 455. 10. *Arca vicariane sedis*, apud Senatorem lib. 2. Epist. 24. Vita Ludovici Pii ann. 814. *Ut singulis annis septem millia solidorum auri arcæ publicæ inferret. In arca publica functionem exsolvere*, in Lege Wisig. lib. 5. tit. 14. §. 19.

Arca Ecclesiarum, quibus olim præfecti erant Diaconi. Paulinus lib. 4. de Vita S. Martini:

Protinus astanti Diacono, quem more priorum.
Antistes sanctæ custodem legerat arcæ.

Inde *Arcarii*, Arcarum Ecclesiæ custodes, de quibus infrà.

Arca pecuniæ, apud Anastas. in S. Stephano.

Arca. Statuta Synodalia Odonis Episcopi Paris. *Non permittantur Prædicatores super arcas celebrare, nec pulsare campanas per vicos, nec loqui in Ecclesiis, nec præsentare reliquias; sed tantum deferant ferenda, & Sacerdotes pro illis loquantur.* f. areas, i. Cœmeteria.

Arca granaria. Charta plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brissonium lib. 6. Formul. *Arca granaria minore ferro legata valente siliquas aureas duas.*

ARCA, Pars corporis, quam thoracem appellamus, sic dicta, ut videtur, quòd in ea intestina omnia recondantur, tanquam in arca. *Domus stomachi*, Commodiano instr. 76. Papias: *Thorax à Græcis dicitur pars anterior trunci a collo usque ad stomachum, quam nos Arcam dicimus, quòd sit ibi arcanum.* Unde legendum videtur *arca*, pro *orca*, apud Constantinum African. lib. 2. Commun. locor. Medic. cap. 6. cujus lemma est, *de spatula, furcula, vel orca.* Nam, ut ait idem Auctor, furcula est, *ubi spatiositas est pectoris.* Sic *arcam* pro *pectore* usurpat Fortunatus in Præfat. ad libros de Vita S. Martini:

Nam celsum meritis Martinum ad sidera notum,
Cùm sint vota mihi, non valet arca loqui.

Id est, pectus. Et lib. 1. de Vita ejusdem Sancti, ubi mortuum ab eodem resuscitatum describit:

Incubuit super exanimis pallentia membra,
Et premit arca sacri, ne hunc deprimat arca sepulcri.

Et lib. 3.

Quæ facies, oculi, gena, pes, arca, figura.

Lib. 4. Poëm. 11. *Arca pectoris*, lib. 7. Poëm. 8. lib. 8. Poëm. 5. de Deipara:

Infra arcam abscondens fulgida luna jubar.

Nos etiam Galli usitato loquendi modo, hanc corporis sentinam, *coffre*, vocamus. Catholicon Armoricum: *Coff*, Gall. *Ventre*, Lat. *venter*. Ita Anglis *chest*, est non modò arca, cista, capsa; sed etiam *pectus*. Vide *Capsum*.

Arcula, κιβωτὸς, λάρναξ, in Gloss. Lat. Gr. Marcellus Presbyt. in Vita S. Felicis Presb. Nolani cap. 3. *Sed nec*

nec donante sibi sancta arcula de prædio curavit accipere. id est, ærario Ecclesiastico, ex quo sportulæ Presbyteris distribuebantur, ut docemur ex S. Cypriano Epist. 34. 66. Vide Meursium in ἀρκλαι.

ARCAGIUM. Vetus Charta apud Ordericum Vitalem lib. 5. *Videlicet Ecclesiam----& medietatem decimæ illius villæ, cimiterium,----nec non Monasterii arcagium, quantum Goselinus tenuit.* Fortè *areagium*.

ARCARIA, τραπεζιτική, in Gloss. Lat. Græc. Ita enim lego, pro τραπεζιτηκά, ut intelligatur *ars mensaria*, in qua qui pecuniam servat, *Arcarius* dicitur, nostris, *celui qui garde la caisse*.

Arcaria, dignitas *Arcarii*, apud Anastas. in S. Agathone p. 53.

ARCARIUS, cui arcæ publicæ, sive thesauri cura demandata erat. Gloss. Græco-Lat. ὁ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπέζης, *Arcarius*. Gloss. Latino-Græc. *Arcarius*, οἰκονόμος. Gloss. Isid. & Papias, *Arcarius, actor, dispensator*, Brito: *Arcarius, qui custodit vel facit arcam, vel custos thesaurorum. Vicarius Arcarii* in Inscript. apud Grut. 580. 10. *Arkarius Reip. Amerinorum.* 1091. 6. *Arcarius præfectorum*, apud Senatorem lib. 1. Epist. 10. Occurrit non semel in Cod. hac notione apud Alcuinum Epist. 10. *Megenfridus regalis Palatii Archarius* inscribitur: & in ipsi contextu, *fidelissimus dispensator thesaurorum* indigitatur. Charta Witlasii Regis Merciorum apud Ingulfum p. 856. *Arcarius meus omnes expensas hujusmodi, cùm dicti ministri mei annumeraverint, pro fisco integrè acceptabit.* Vide Ordericum lib. 10. p. 798. 799.

Arcarius Ecclesiæ Romanæ, recensetur inter officia Ecclesiastica apud Anastasium in Agathone, & in Constantino PP. p. 53. & 65. & apud Luithprandum lib. 6. c. 6. extremo, apud Joannem VIII. PP. Epist. 294. Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 1101. &c. *Ecclesiæ Arcarius* apud Odonem Abbatem lib. de Miracul. S. Mauri c. 10. Vide *Archidiaconus Ecclesiæ Romanæ*.

ARCARII, Sagittarii, *Archers*, in Epistola Episcopi Acconensis ad Honorium III. PP. tom. 8. Spicilegii Acheriani, in Actis Innocentii III. PP. p. 10. 143. 147. apud Silvestrum Girald. lib. 1. Itiner. Cambriæ c. 5. &c. *Arcarii* Anglici olim multi æstimati. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Et sans les bons archiers du bon pays Anglois.

Ita Froissart. 1. vol. pag. 296. Tasso cant. 1. stanz. 44. Dux Clivensis in Tacticis pag. 81. &c. De *Francis Arcariis*, qui vulgò nostris, *Francs-archers*, consulendi Monstrelletus 3. vol. pag. 13. & Berrius in Carolo VII. pag. 165.

ARCATORES, Sagittarii, *Archi*, apud Ottonem Morenam in Historia Rerum Laudensium pag. 55. 69. 79. 110.

ARCATURA. Vide *Arca*.

ARCATURIA. Falco Beneventanus: *Ad frangendam, ut ita dicam, arcaturiam ivit.* Palorum sepem in publicum privatumque commodum structam ad arcendam constringendamque perennis fluminis aquam hic interpretatur Camillus Peregrinus, populari vocabulo plerisque etiamnum in Italiæ locis usurpato, quo sensu fortè dicuntur *Archaux*, in Consuetudine municipali *de Menetou sur Cher*, art. 23. ubi de servitutibus realibus: *Les garennes & archaux en ladite riviere de Cher sont defendus.* Vide *Arca*, *Arcatura*.

ARCE, pro ἀρχῇ, dignitas. Indiculus Dagoberti Regis ad Sulpitium Archiep. ex Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis MS. *Proinde dum vos arcem Metropolitani scimus tenere &c.* Vita S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis apud Catellum pag. 766. *Ut omnis, qui Pontificatus illius arcem sortitus erit electione, &c.* ubi *arce* videtur vox formata, non ex *arx*, quod volunt viri docti; sed ex Græco ἀρχή. Eadem Vita pag. 759. *Vel consensu omnium Episcoporum ejus Provinciæ, cui præponendus est, qui ἀρχὴν regimini ejusdem curamque nihilominus pastoralem suscepturus est, &c.* Et pag. 757. *Expetitur ad suscipiendam Diaconatus ἀρχὴν.* Infrà: *Ex eo tempore, quo Diaconatus ἀρχὴν suscepit.* Nolim tamen omnino contendere voculam *arcem* hisce locis non posse deduci ab *arx*. Nam & arcem translatè pro eo, quod summum est, & eminet, frequenter usurpasse veteres Scriptores constat. Locos collegit Stephanius in Notis ad Saxonem Grammat. p. 194. 223. Adde Foros Regni Aragon. fol. 128. v. a. Eadem Vita pag. 765. *Regum Francorum, ad quos celsitudo principatus ejusdem terræ specialiter pertinet.* Vita S. Convvoionis Abbat. Rothonensis num. 1. *Ecclesiæ Venetensis Diaconi arcem meruit conscendere.* Vetus charta in Actis Episcopor. Cenonam. p. 204. *Unde Domnorum Episcoporum & Metropolitanorum arcium sedes tenentium suffragia poscimus, &c.* Ubi perperam *artium* præfert editio. Ita Basilius Seleuciensis Homil. in Davidem, τῆς ἀσεβείας ἀνελθὼν ἀκρόπολιν dixit.

ARCELLA, Guigo II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusdem Ordinis cap. 50. §. 1. *Domus, in qua fiunt casei, quam vocamus arcellam.* Eadem verba habentur in antiquis Statutis ejusdem Ordinis part. 3. cap. 18. §. 3. Vide *Fromageria*. *Arcella pastoris*, in iisdem Statutis part. 3. c. 28. *In arcella pastoris, & in furno nullus ingreditur.*

ARCELLINA, inter ministeria vel vasa sacra, in Charta Ferdinandi M. Regis Hispaniæ æræ 1101. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *Tertia verò* (Corona) *est diadema capitis mei aureum, & arcellinam de crystallo auro coopertam, & crucem auream cum lapidibus, &c.* ubi fortè *arcellina*, minor arca.

ARCEPELLONES, *qui vulgò dicuntur ingeniarii*, inquit Ugutio.

ARCEPS. Vide *Archivum*.

ARCERII, Sagittarii, Italis *Arcieri* nostris *Archers*. Acta Alexandri III. an. 1175. *Procedentes in multa fortitudine militum, peditum, armatorum, & arceriorum versus Alexandriam.* Vide *Arcarii*.

ARCESSITIO, Mors, qua scilicet ex hoc mundo ad Deum arcessimur, evocamur. Vox S. Cypriano familiaris, Epist. 22. *Si quis post arcessitionem meam abs te pacem petierit:* id est, postquam à Deo ex hac vita evocatus fuero. Utitur etiam in Exhortat. ad Martyres, ut & Ruricius Lemovicensis Episcopus lib. 2. Epist. 4. *Accersio*, in Libello precum Marcellini & Faustini pag. 65. *Sed hic vir sanctus, licèt sit sæpenumero afflictus, tamen propria accersione requievit.* Ubi leg. fortè *accersitione* vel *accessitione*, id est, morte. Certè *Accersitio* etiam hac notione usurpat Julianus, Toletanus Episcopus lib. 1. Prognostic. c. 18.

ARCETICA *ægritudo*. Thomas Walsinghamus an. 1286. *Cui pedum ac manuum ferè ossa abstulerat arcetica ægritudo.* Sed legendum *arthretica*.

ARCEUTUM, in Tabulario Lascariensis Ecclesiæ, *Arceut*, vel *Arcieut*: vox Beneharnensibus nota, apud quos ita appellatur *jus procurationis*, seu certa pensitatio, quæ Episcopo ab Abbatibus & Ecclesiarum Præpositis exsolvebatur, loco procurationis, aut *Recepti*, sive receptionis. *Arceber* enim apud illos est *recipere*, ut observare est apud Marcam lib. 1. Hist. Beneh. c. 28. n. 18. lib. 3. cap. 8. n. 6. lib. 5. c. 31. n. 2. Fit mentio *Arceuti* istius, seu *des Arciuts*, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 30. tit. 20. art. 3. Vide *Receptus*.

ARCHANUS, pro *Archangelus*, licentia plusquam poetica, ut solet, dixit Fridegodus in sancto Wilfrido c. 48.

Archanus Michael nitido lampabilis ore.

ARCHARIUM, Archivum, tabularium, arca, ubi monumenta vetera reconduntur: ἀρχαῖον, seu ἀρχεῖον. Vita S. Pauli Episc. Virdun. c. 5. n. 11. *De quibus propria manu privilegium conscripsit, & in archario ejusdem Ecclesiæ----condidit.*

ARCHE-

ARCHERARIUS, Sagittarius ex Gall. *Archer*, apud Ordericum Vitalem lib. 3. p. 466. Vide *Arcarius*.

ARCHERIA, fenestricula oblongior, & strictior in urbium & castrorum muris, per quam sagittarii, vel balistarii sagittas suas aut tela in obsidentes emittebant. Willelmus Brito lib. 1. Philipp.

----Muros
Subtus fulciri facit, aptarique fenestras.
Strictas & longas, ut strenuus arte latenti
Immittat lethi prænuntia tela satelles.

Gesta Lud. VII. Regis Francor. cap. 21. *In limitibus strictis murorum ambitu interclusis, erant Turci, qui per fenestriculas longas & strictas, quas archerias vocant, nostros lanceis & sagittis infestabant.* Charta anni 1239. in Tabul. Comitat. Montisfortis: *Assecuravimus D. Comiti Montisfortis contra omnes gentes----tali modo, quòd non possumus habere in eodem castro archeriam, nec arbalisteriam, nec cerneltum*, (Creneau) *neque scutum.* Vetus Interpres MS. Willelmi Tyrii lib. 4. c. 13. *Cil de la Ville regardoient par les archieres & par les hourdeis la contenance de l' ost.* Et lib. 5. c. 20. *Per cancellos murorum*, sic vertit, *par les archieres. Le Roman du Renard. MS.*

Les archieres sont à quarniax,
Par où il traient les quarriax
A domager la gent le Roi. Vide Thomasserium in Consuetud. Bituricens. p. 431.

Τοξικὴ, Harmenopulo lib. 2. tit. 4. §. 47. 48. 49. 87. Τοξικὴ θυρὶς apud Hieronymum ex Symmacho Comm. in Ezech. 40. Ita enim hunc locum capiendum censet Fullerus lib. 6. Miscell. sacr. cap. 13. Vide Glossarium med. Græcit in Τοξικὴ.

Arqueria, in Consuetudinibus Catalan. Vide *Masoverius* & *Neyriale*.

Archeria, species *Sergenteriæ*, seu feudi servientis, quod qui possidet, arcum habere pro servitio domini, vel *archeriam* castri illius servare tenetur. Charta exarata an. 18. Henrici III. Regis Angl. apud Edvv. Cokum ad Littleton. sect. 157. *Joannes de Archier, qui tenet de domino Rege in capite per serjeantiam archeriæ, &c.*

ARCHERIUS, idem quod Arcerius. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 9. *Magnam nobis quantitatem archeriorum & gentis alterius destinavit.* Occurrit in Gestis Consulum Andegav. c. 13. n. 3. 4.

ARCHIABBAS. Vide *Abbas*.

ARCHIACOLA. Vide *Archiscolus*.

ARCHIACOLYTHUS. Cùm in Ecclesiis Cathedralibus olim quatuor essent Canonicorum ordines, Presbyterorum scilicet, Diaconorum, Subdiaconorum, & Acolythorum: quilibet suis capitibus suberant, Presbyteri Archipresbyteris, Diaconi Archidiaconis, Subdiaconi Archisubdiaconis, Acolythi denique Archiacolythis. *Archiacolythorum* nomen etiamnum in Ecclesia Capuana durare observat Michaël Monachus in Sanctuario Capuano p. 576. sed illos cum Acolythis nullum neque in choro, neque in Capitulo ordinem facere, omnes que ex libito & solo, ut ajunt, nutu, posse amoveri. Meminit Benno Cardinalis *Archiacolythi Ecclesiæ Romanæ*.

ARCHIALITER, Primariè. Bonifacius in Vita S Livinii Episc. & Martyr. cap. 2. *Ipsius Regis optimatum princeps, & præ cunctis aulicis suis primatibus archialiter apicem gerens,*

ARCHIANTISTES, Archiepiscopus, vox hybrida. Utuntur Ditmarus lib. 6. 7. p. 77. 91. & alii. Epitaphium Brunonis Archiepiscopi Coloniensis:

Archos Antistes, cui clara Colonia sedes.

ARCHIARIUS. Vide *Cinerarius*.

ARCHIATRI, Medici Principis, & qui in sacro palatio militant: de quorum dignitate multa congessere Cujacius ad l. un de Comitibus & archiatris sacri Palatii, Joannes Filesacus lib. 1. Selector. pag. 321. Jacobus Gothofredus ad tit. *de Medicis*, Cod. Theod. Altaserra ad lib. 2. Epist. Gregorii Magni, &c.

Archiatriæ dignitas, in l. 8. Cod. Theodos. de Archiatris.

Habuere etiam Reges nostri ab ipsis Regni incunabulis *Archiatros* suos, quos ætas nostra *Primos Regis Medicos vocat*. Horum qualemcunque seriem à nobis digestam, ne quid ad illustrandam mediam ætatem desit, hîc damus.

Mareleifus Archiater sub Childeberto Rege. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 14.

Petrus Archiater sub Theoderico Rege. Fredegar. in Chron. cap. 27.

Henricus Carnotensis cognomento *Surdus*, Archiater Henrici I. Reg. Fr. Orderic. Vital. lib. 3. ann. 1059. Will. Gemetic. lib. 7. cap. 38.

Obizo sub Ludovico VI. cujus Epitaphium, quod extat in Claustro S. Victoris Paris. descripsit Gabriel Naudæus lib. de antiquitate Scholæ Parisiensis. Vide Joan. de Tolosa in Annal. Victorianis.

Petrus Lombardus, Canonicus Carnotensis Archiater Ludovici VII. an. 1138. obituar. Carmit.

Petrus Ægidius, Canonicus Parisiensis, sub Philippo Aug. de eo Guill. Brito sub finem Philippid. & Naudæus libro laudato pag. 35. 36.

Magister Joannes de S. Albano, Decanus S. Quintini, natione Anglus, Physicus Regis Philippi Aug. circ. an. 1215. Vide *Jacobita*.

Magister Ernaudus Pictavinus, Canonicus S. Quintini, Domini Regis Physicus, ann. 1235. Hemeræus in Aug. Virom. pag. 222.

Mag. Robertus de Duaco, Canonicus Silvanectensis, Physicus Regis, seu, ut habet Naudæus, Margaritæ S. Ludovici uxoris. Naudæus pag. 41. 42. Et vide eundem Naudæum in Disquisit. de Scholis Medic. Paris. pag. 92.

Mag. Rogerus de Pruvino, Physicus Regis, & Canonicus & Cancellarius S. Quintini, sub S. Ludovico, de quo idem Hemeræus pag. 234.

Mag. Dudo, Physicus & Clericus S. Ludovici ann. 1270. de eo Guill. Carnot. de Vita & mirac. S. Lud. pag. 477.

Dudo Physicus Regis sub Philippo Pulcro an. 1285. idem fortè qui suprà. Vide Not. ad Joinvill. p. 114.

Henricus de Hermondavilla, Philippi Pulcri Archiat. Naudæus pag. 41.

Gaufridus de Courvot, Physicus Regis an. 1321. ex vet. Rotulo Cameræ Comput. Paris.

Everardus de Conty sub Carolo V. Naudæus p. 44.

Gervasius Chrestien, Canonicus Parisiensis, Lexoviensis & Bajocensis, Archidiaconus Carnotensis, Physicus Regis, fundator Collegii, quod in Academia Parisiensi illius nomen retinet, an. 1367. obiit an. 1382. & jacet in Ecclesia Bajocensi. Vide Brolium lib. 2. Antiq. Paris. p. 543. 2. Edit.

Joannes de Guisco Canonicus Nannetensis & Parisiensis, Archiat. ejusdem Caroli V. Naud. Disq. pag. 197.

Joannes Tabari, Canonicus Parisiensis, postmodum Episcopus Morinensis an. 1384. Vide Gall. Christ.

Guillelmus de Harsely, sub Carolo VI. hujus elogium perstringit Froissart. 4. vol. cap. 44. 45. & seqq. & cap. 50.

Jacobus de Partibus, Canonicus Tornac. & Parisiensis Archiat. Caroli VII. perpetuus & familaris Avicennæ, Commentator. Naud. pag. 48.

Enguerrandus de Parenti, Decanus Facultat. Parisiensis, Arch. Ludovici XI.

Jacobus Coitier, Archiater Ludovici XI. à quo Ballivus Palatii, ac deinde Præses Clericus in Camera Computor. constituitur an. 1482.

Adam Fumée. Turonensis, Doctor Monspel. Magister Requestarum, & Archiater Regum Caroli VII. Ludovici

dovici XI. & Caroli VIII. demum Custos sigilli Regii obiit Lugduni.

Angelus Cottus Neapolitanus Archiepiscopus Viennensis sub Carolo VIII.

Johannes Michaël Archiat. ejusdem Caroli IX. ob. 12. Augusti an. 1491. Vide Naudæi Disquis. pag. 192.

Ioannes Martini, Gabalitanus, Doctor, Decanus Universitatis Monspeliensis, Magister Cameræ Comput. sub Carolo VIII. ejus meminit Bertrandus to. 1. consil. 201. ut & Naudæus in Disq. p. 192

Joannes Trosseleri, Gabalitanus, Doctor & Cancellarius Academiæ Monspeliensis, Archiat. Caroli VIII. obiit Senis in expedit. Neapolitana an. 1495.

Gabriel Miron, Perpinianensis, Archiat. Caroli VIII.

Jacobus Ponceau, Aurelianensis Archiat. Caroli VIII. & Magister CameræComput. Paris. Vide Naud. Disquis. p. 170. 171.

Joannes Avis, Archiat. Ludovici XII.

Guill. Copus, Germanus, Archiat. Ludovici XII. & Francisci I.

Joannes Goüeurot, Perticensis, Archiat. Francisci I. Vide Ægid. *Bry* in Hist. Pertic. lib. 5.

Ludovicus Burgensis, Archiat. Francisci I. & Henrici II. Vide Naudæi Disquis. pag. 197. & Historiam Blesensem Bernerii pag. 125.

Joannes Fernelius Ambianus, Archiat. Henrici II. vir scriptis suis commendatissimus, obiit Parisiis 26. April. ann. 1558. annos natus 52. Illius elogium descripsere Thuanus lib. 14. Hist. Sammarthani in Elog. viror. illust. Croëselius in Elog. Adr. Morlerius in Hist. Ambian. Hilario de Costa in Delphinis, Tiraquellus de Nobilit. c. 31. & alii.

Hieronymus Montuus, sub eodem Francisco II. Ut ipse testatur in Epistola præfixa Practicæ.

Joannes Chapelain, Arch. Henrici II. & Caroli IX.

Guillelmus Milet, sub Francisco II.

Joannes Mazille, Bellovacensis, Archiat. Caroli IX. Vide Loisellum in Adversar. Bellovac. p. 226.

Franciscus Miron, Archiat. Caroli IX.

Sub eodem Rege Archiatri dignitatem obtinuere præterea *Nicolaus Dortomanus* : N. *de la Riviere*, Basileensis, N. *Petit*, Doctor Aurelianensis, N. *Milon*, de quibus Naudæus in Disquis.

Marcus Miron, Dom. *de l'Hermitage*, Archiat. Henrici III. sub quo legationes obiit, pater Caroli *Miron* Archiepiscopi Lugdun.

Andreas du Laurens, Arelatensis, Doctor & Professor in Universit. Monspel. Archiat. Henrici IV. obiit Parisiis annos natus 55.

...... *de la Riviere*, Archiat. Henrici IV.

...... *d'Aliboux*, Arch. Henrici IV.

...... *Heroard*, Archiat. Ludovici XIII.

...... *Bouvard*, Archiat. Ludovici XIII.

...... *Vallot*, Archiat. Ludovici XIV. obiit an. 1671.

Antonius d'Aquin, Archiat. Ludovici XIV.

ARCHIBUS. Vide *Archivum*.

ARCHICANCELLARIUS, qui cæteris aulæ vel Palatii *Cancellariis*, seu *Notariis* præerat : *Summus Cancellarius* dictus Hincmaro de Ordine Palatii cap. 16. *qui*, ut ait, *Asecretis olim appellabatur, eruntque illi subjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illius fideliter custodirent.* Charta Lotharii Imperat. ann. 844 in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 3. *Agilmarus venerabilis sanctæ Viennensis Ecclesiæ vocatus Archiepiscopus, & sacri Palatii nostri Archicancellarius.* Hic porrò *Archicancellarii* titulus sub 1. & 2. Regum nostrorum stirpe, & Imperatoribus Germanicis maximè obtinuit, ut colligere licet ex Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 675. 676. 677. Chron. Farfensi pag. 858. Ratperto de Casib. S. Galli cap. 10. & ex veteribus Tabulis apud Scobingerum in Notis ad Vadianum pag. 145. Miræum in Notitia Eccles. Belgii cap. 20. 59. Doubletum pag. 811. Labbeum in Cancellariis Franciæ non uno loco, ubi *& summi Cancellarii* interdum indigitantur.

Posterioribus verò sæculis apud Germanos *Archicancellarii* dignitas in tres divisa est partes ab Imperatoribus, quòd ejusmodi officii munia nimium oneris haberent, ob idque Trevirensi Archiepiscopo Gallia universa attributa, seu potiùs ea Galliæ pars, quæ Regni Arelatensis nomine censebatur, Moguntino Germania, Coloniensi denique Italia ; ita ut suam quisque Provinciam, prout Imperator sedes mutasset, negotiis gerundis, diplomatis annulo signandis, atque omnium questibus audiendis, & minuendis denique controversiis, administraret, quod ab Ottonis Magni ævo repetit Brovverus lib. 16. Annal. Trevir. Vide Vitam Balduini Lutzenburg. Archiepiscop. Trevir. lib. 3. c. 9.

Ac primùm quod ad Trevirensem attinet, sat constat, eam obtinuisse dignitatem, dum Lotharingiæ regnum florebat, quod probat idem Brovverus lib. 9. p. 529. 542. 1. Edit. indeque Regni Arelatensis, postquam in Imperatorum dominium transiit, Archicancellarii titulum sibi arrogasse, quem primus, ut observat idem Scriptor, sumpsit Boëmundus Archiepiscopus, qui obiit an. 1199.

Archicancellarius Regni Burgundiæ, dignitas, qua præfulget Archiepiscopus Viennensis, quam Fridericus I. Imper. confirmavit in favorem Stephani Archiepiscopi, diplomate an. 1157. quod habetur in Vienna Joannis à Bosco & Levrii c. 42. hisce verbis : *Tibi verò Stephano dilectissimo nostro venerabili Archiepiscopo dignitatem, ab antecessoribus nostris collatam, indivisam conservantes, recognoscimus : videlicet ut in Regno Burgundiæ sacri Palatii nostri Archicancellarius, & summus Notariorum nostrorum semper existas, &c.* Totidem habentur in alio Diplomate Friderici II. Imperatoris pro Humberto Archiepiscopo an. 1214. quod descripserunt idem Joannes à Bosco & Sammarthani in Gallia Christiana. Extat aliud diploma Lotharii Imp. an. 842. apud Chiffletium in Historia Tornutiensi p. 269. in quo Agilmarum Archiepiscopum Viennensem Archicancellarium Palatii appellat. Ragamfredus Archiepiscopus Viennensis in Charta Ludovici Imperatoris in Tabulario Ecclesiæ Viennensis, dicitur *sacri Palatii Notariorum summus*, & in subscriptione, *Archicancellarius*. Prostant tandem diplomata aliquot in eodem Tabulario Ecclesiæ Viennensis, Hugonis & Lotharii Regum Italiæ & Burgundiæ ab aliis quàm ab Archiepiscopis Viennensibus subscripta ; ac primùm quidem anni 945. sic clauditur : *Gisebrandus Episcopus & Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii recognovi.* Alterum an. 937. *Petrus Cancellarius ad vicem Gerlanni Abbatis & Archicancellarii recognovi.* Alia Guonradi Regis an. 25. *Einricus ad vicem Keroldi Episcopi recognovi.* Alia ejusdem Regis ann. 972. *Datum est Viennæ præceptum istud publicè per manum primi Cancellarii Eidoardi in sacro Palatio jussu Regis.* Alia denique Chonradi Regis an. 992. in Tabulario Monasterii S. Andreæ Viennensis : *Ego itaque Kerarchis, indignus Sacerdos præscripti Regis ac Reginæ humillimus Capellanus, jussus ad vicem Haimonis Valentinensis Episcopi Archicancellarii scripsi atque subscripsi.*

Archicancellarius Imperatricis, seu Augustæ, dignitas, qua in Germania Abbas Fuldensis, ante quadringentos annos emicuit, ut auctor est Christophorus Brovverus lib. 1. Antiq. Fuldens. c. 15. hunc enim titulum cum prærogativa sedis, Berthous Abbas, Lothario Imperatore, seu à majoribus olim acceptum, sibi adscripsit: quem præterea Carolus IV. in Diplomate anno 1358. quod recitat

recitat Goldastus tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 344. Henrico Abbati & Successoribus indulsit; illud adjiciens, ut quoties Imperatricem vel Reginam Romanam coronari, aut in veste Imperiali, seu Regia, sedere vel stare contigerit, Abbatem tunc id habiturum muneris, ut illius coronam, cum, more vel ordine poscente, à capite ipsius deponi debuerit, deponat ac teneat, rursumque capiti imponat.

ARCHICANTOR *Ecclesiæ Romanæ*, Primicerius scholæ Cantorum. Beda lib. 1. de Monast. Wiremuthensi cap. 6. *Adeo ut ipse Apostolicus ad profectum Monasterii hujus, quod illud nuper fundasse gaudebat, Joannem illi Abbatem, atque Archicantorem Romanæ Ecclesiæ, — in Britanniam Româ deducendum præstaret.* Adde Florentium Wigorniensem pag. 564.

Archicantator Ecclesiæ S. Petri Romæ, apud Henricum Huntundinensem lib. 4. Hist. pag. 335.

ARCHICAPELLANUS. Vide *Capellanus*.

ARCHICERARIUS, *Summus Princeps*, Ugutioni. Idem fortè qui *Primicerius*.

ARCHICHORUS, Præcentor, qui Choro, dum sacra Liturgia peragitur, præest, *qui tient le Chœur*. Bernardus in Consuet. Cluniac. MSS. c. 15. de Armario: *Eodem modo facit, cùm tenet Chorum in Festis in Albis, quod non licet ei, qui in Dominicis & privatis solennitatibus Archichorus extitit.* Occurrit apud eundem eodem cap. & cap. 22. 37. & alibi non semel.

ARCHICLAVUS, *Archiclavis*, dignitas Ecclesiastica, eadem quæ *Thesaurarii* in Ecclesiis Cathedralibus, & in Monasteriis: quæ quidem dignitatis appellatio maximè viguit in Ecclesia S. Martini Turonensis. Acta Episcopor. Cenoman. Cunctasque ibi decimas pertinentes, cunctos census & suburbia, quæ Archiclavi tenere solebant, excepta proferenda, quæ Archicapellanus de manu Pontificis, Missam cantantis, recepit. Monachus Altisiod. in Chronico. *An. Henrici Imp.* 10. *Herveus Archiclavis B. Martini Turonis obiit.* Idem ann. 1040. Mainardum *Senonensis Ecclesiæ Archiclavem*, qui Gelduino Senonensi Archiepiscopo successit, appellat, qui Odoranno an. 1032. ejusdem Ecclesiæ *Thesaurarius* dicitur. Ita Herveus, qui Monacho Altisiod. & Glabro Rodulpho lib. 3. cap. 4. prædicti S. Martini Turonensis Monasterii *Archiclavis* appellatur, ab auctore rerum gestarum Pontificum Turonensium *Thesaurarius* indigitatur: *Herveus*, inquit, *Thesaurarius ipsius S. præsulis fecit fundamentum hujus Ecclesiæ, quæ hodie cernitur.* Inscriptio sigilli Henrici fratris Ludovici VII. apud Duchesnium: *Henricus filius Regis sancti Martini archiclavis.* Vide Hericum Monachum de Miraculis S. Germani Autisiod. cap. 50. Beslium in Comitibus Pictav. p. 181. 202. 210. 253. & Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 810. S. Petrus Apostolus *Archiclavus totius Monarchiæ Ecclesiarum*, appellatur in veteri Charta, quæ extat lib. 1. Bibl. Sebus. cap. 1.

ARCHICOMES, Titulus Comiti Flandriæ ob summam potestatem datus à Willelm. Britone, lib. 4. Philipp.

> *Flandricus Archicomes, Francorum Rege relicto,*
> *Regis ad Anglorum partes jam transtulerat se.*

ARCHICRIMINATOR, Princeps reus. Rythmi in obitum Henrici VII. Imp. *Hæresiarcha pallide, insidiator callide, ô archicriminator.*

ARCHICUSTOS, dignitas in Monasteriis majoribus Ordinis S. Benedicti. Contin. Aimoini lib. 5. cap. 45. *Anno 4. Lotharii Regis — Galtherius Archicustos extitit Decanus Cœnobii S. Germani.* Charta Lotharii Regis apud Doubletum pag. 786. *Deodatus Monachus & Archicustos Ecclesiæ S. Dionysii.* Ubi idem Doubletus *Capicerium* interpretatur. In lib. 3. Miraculor. S. Dionysii cap. 9. occurrit quidam *Otrannus Archicustos scopi capitum*, in eodem Monasterio: ubi eruditus Mabillonius monet ita legi in MSS. nescio an per *scopi*, intelligatur id quod *chevet*, ibidem vocant, caput scilicet Ecclesiæ, & cujus cura Archicustodis erat, siquidem Archicustos idem fuerit, qui *Capicerius*, qui *capitii* custos fuit, quod hîc scribi videtur. Vide *Custos*.

ARCHIDIACONUS, Primus inter Diaconos, qui cæteris *Diaconis* præest: dignitas Ecclesiastica, qua donatum S. Stephanum conjicit S. Augustinus Serm. 94. de Diversis, quòd primus à S. Luca inter 7. Diaconos nominetur: unde ait: *Inter Diaconos nominatus primus, sicut inter Apostolos Petrus*, & à Luciano in Epist. de ejus inventione: *Primicerius Diaconorum*, & *Archidiaconus* dicitur. S. Hieronymus ad Evagrium: *Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent.*

Cùm igitur Archidiaconorum ordo & gradus alius non esset, quàm Diaconorum, inde ut nemo ad eum promoveretur, nisi antea esset Diaconus, statuerunt passim Synodi, ut Claromont. sub Urbano II. can. 3. Romana an. 1139. can. 10. Remensis an. 1148. can. 9. Londinensis apud Continuat. Florentii Wigorn. pag. 661. 662. Si quis autem Archidiaconus Presbyter fieret, priori dignitate defungebatur, ut satis testatur Sidonius lib. 4. Epist. 24. ubi de Joanne Archidiacono, *in quo, seu gradu, seu ministerio*, inquit ille, *multùm retentus propter industriam, diu dignitate* (id est, Presbyteri) *non potuit augeri, ne potestate posset absolvi.* Vide Vitam Lietberti Episcopi Cameracensis cap. 17. Laxata exinde disciplina usus obtinuit, ut *Archidiaconatus* etiam Presbyteris deferretur. Apud Hincmarum in Capitul. ann. 877. memorantur Guntharius & Oilardus Archidaconi Presbyteri.

Tanta porrò habita est dignitas Archidiaconi, ut *Episcopi Vicarius* dicatur in Ordine Romano, ut qui vices Episcopi in illius diœcesi exequatur, & Ecclesiarum visitandarum ipsius loco curam suscipiat. Unde *oculus Episcopi* appellatur in Epistola B. Clementis apud Isidorum Pelusiotam Epist. 29. Fulbertum Epist. 34. & Hugonem Flaviniac. in Chron. pag. 200. Charta Stephani Parisiensis Episcop. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Archidiaconi verò qui oculi & Asecretis Episcopi dicuntur, & Ecclesiæ Dei provisores, & Episcopalis domus & mensæ procuratores, ab Apostolis & eorum successoribus substituti inveniuntur, &c.* Apud Anastasium S. Lucius PP. *potestatem dedit omnis Ecclesiæ Stephano Archidiacono suo, dum ad passionem pergeret.* Et Ursinus in Vita S. Leodegarii cap. 2. *Deinde — Archidiaconus effectus, cura sub Pontifice omnibus Ecclesiis ipsius diœcesis est prælatus.* Quale autem potissimùm fuerit Archidiaconorum munus, pluribus exequitur Isidorus junior Epist. ad Leudfred. *Archidiaconus imperat Subdiaconis & Levitis, ad quem pertinent ista ministeria, ordinatio vestiendi altaris à Levitis, cura incensi, & sacrificii necessaria sollicitudo, qui Levitarum Apostolum & Evangelium legat, &c. sollicitudo quoque parœciarum & ordinatio & jurgia ad ejus pertinent curam, — ipse inquirit parœcias cum jussione Episcopi, &c.* His addenda, quæ habent Charta Ebonis Archiepiscopi de ministris Remensis Ecclesiæ, post Flodoardi Histor. Remensem ex Sirmondo & Marloto, & Hincmarus in Capitulis Archidiaconibus datis. Ita etiam Heribertus Archiepiscop. Coloniensis in Charta Ottonis III. Imp. apud Maximilianum Henricum in Apolog. Archiepisc. Colon. pag. 21. Notum porrò Archiep. Coloniensem Archicancellarii Italiæ dignitate adornari.

Ad Archidiaconum spectabat Ecclesiastici thesauri custodia, illiusque dispensatio, ut & cæteros Ecclesiæ Diaconos. Ita Isidorus junior Epist. ad Leudfred. Prudentius Hym. in S. Laurent. Petr. Chrysolog. serm. 135. Paulin. lib. 4. de Mirac. S. Martini, Gregor. III. lib. 1. Epist. 10. extra de Offic. Archid. Anastasius Bibl. in S.

Cornelio PP. S. Lucio, S. Stephano pag. 8. 9. Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana cap. 5. &c. De Archidiaconorum officio plura habet idem Ebo Archiep. Romensis in Indiculo de Ministris.

Habebant præterea Archidiaconi jurisdictionem suam, quæ *audientia Archidiaconi* dicitur lib. 5. Capitul. cap. 171. sed quasi *Officiales* Episcopi, uti appellantur à Radulpho de Diceto in Imaginib. Histor. p. 681. Nam, ut ait Isidorus junior, *sollicitudo parœciarum; & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam.* Unde ab eorum sententiis appellatio procedebat ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, &c. quapropter inter ordinarios accensentur ab Innocentio III. PP. lib. 14. Ep. 44. ad quam consulendus Bosquetus. Adde Petrum Cellens. lib. 7. Epist. 10. Joannes Sarisberiensis Epist. 156. hisce verbis sui ævi Archidiaconorum in administranda justitia mores carpit: *Erat, ut memini, genus hominum, qui in Eccl. Dei Archidiaconorum censentur nomine, quibus vestra discretio omnem salutis viam querebatur esse præclusam, nam, ut dicere consuevistis, diligunt munera, sequuntur retributiones, ad injurias præmium faciunt, calumniis gaudent, peccata populi comedunt, quibus vivitur ex rapto, ut non sit hospes ab hospite tutus.* Vide Joann. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. cap. 10. & Altaserram lib. 1. Dissertat. Juris Canonici cap. 15. Sed longè antea *Archidiaconorum cupiditas* notata, ut ex Capitulari an. 744. cap. 12. & Addit. 4. Capitul. c. 145. observare est.

Archidiaconi in Ecclesiis Cathedralibus plures interdum instituti, iisque districtus attributi, in quibus visitationes suas quotannis exercerent, atque hi à districtuum eorundem appellationibus, Archidiaconi sui districtus in Ecclesia Cathedrali N. dicuntur, vel *majores*, aut *minores Archidiaconi*, secundùm varias Ecclesiarum super hac re ordinationes ac institutiones. Vide Galliam Christian. Sammarthanorum in Episcopis Autissiodor. num. 58.

Archidiaconi in Ecclesia Anglicana post Episcopos & Abbates, primi & digniores habebantur, uti tradunt Scriptores Vitæ S. Thomæ Cantuar. Archiepisc. cap. 5. & colligitur ex libro 3. Provincialis Cantuar. tit. 1. lib. 5. tit. 4. ubi ante Decanos nominantur. Hostiensis ait, revera Archidiaconum esse majorem ratione jurisdictionis, & extra Ecclesiam, & in hoc *Decanum* ei subesse debere: sed intra Ecclesiam & in celebratione divinorum, & quoad ordinem, subesse debere *Decano*. Sed in his omnibus, inquit Lindvvodus, consideranda est Ecclesiarum consuetudo, secundùm quam Decanus, simpliciter loquendo, major est Archidiacono. In Ecclesia Cadurcensi Archidiaconi primas sedes tenent post Episcopum, ut est in Histor. Episcopor. Cadurc. num. 114.

Archidiaconus S. Ecclesiæ Romanæ, dignitas, qua functus legitur Gelasius II. PP. antequam Pontifex fieret, in illius Epitaphio. Meminit præterea Anastasius in S. Cornelio PP. in S. Lucio, S. Stephano, S. Sixto II. Valentino II. &c. eorundem Pontificum Archidiaconorum. Apud Gregorium Mag. lib. 2. Epist. in Præfat. legimus, *depositum fuisse Laurentium, qui primus fuerat in ordine Diaconi, Sedis Apostolicæ, propter superbiam & mala sua.* In Diplomate Pauli PP. apud Baron. an. 761. num. 17. subscribit post Presbyteros S. R. E. *Petrus Archidiaconus S. Sedis Apostolicæ.* Tradit Panvinius, abrogatam fuisse hanc dignitatem à Gregorio VII. ipsiusque loco *Camerarium* institutum, qui *arcam* & ærarium Ecclesiæ Romanæ servaret: id enim *Camerarii* potissimùm munus fuisse, ut & Diaconorum & Archidiaconorum in Ecclesiis, suo loco ostendimus. Occurrunt tamen post Gregorium VII. aliquot Archidiaconi Ecclesiæ Romanæ, sub Urbano II. apud Eadmerum lib. 2. pag. 52. & sub Innocentio II. apud W. Tyrium lib. 15. cap. 13. Meminit præterea Archidiaconi Ecclesiæ Romanæ Cencius Cardinalis in Ceremoniali, ubi agit de inauguratione summi Pontificis apud eundem Baronium an. 1191. adeo ut in dubium veniat quod habet Panvinius.

Archidiaconus Cardinalis in Ecclesia Augustodunensi occurrit non semel in Tabulario ejusdem Ecclesiæ. In veteri Notitia subscribit *Marbodus Cardinalis Archidiaconus* Ecclesiæ Andegavensis, postmodum Episcopus. Vide *Cardinalis.*

Archidiaconi in Monasteriis. Ingulphus in Hist. Croyland. pag. 886. *Officio etiam Sacristæ tunc in augmentum portionis suæ officium Archidiaconatus super totam Parochiam Croylandiæ assignavit.* Hi *Archidiaconi Abbatum* dicuntur, in Articulis observandis inter Fratres professos Domus S. Juliani juxta S. Albanum, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 378.

Sed & Abbates ipsos Archidiaconi munere functos legere est apud Lupum Ferrar. Epist. 80. Extat Charta an. 1061. apud V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 664. qua Episcopus Abrincensis Abbatem S. Michaëlis in Monte Archidiaconum suum instituit in dicto Monte, sub certis conditionibus.

Archidiaconus & *Archidiaconatus mensa*, apud Innocentium III. PP. lib. 14. Epist. 122. in Ecclesia Pampilonensi, cujus curæ erant *mensa* & reditus Capituli ejusdem Ecclesiæ: quod iis verbis satis designat idem Pontifex: *Et conventus nihil de sua mensa recepit, a tempore, quo dictus Archidiaconatus fuit collatus eidem.*

Archidiaconatus, feudi jure possessus, à viris sæcularibus, etiam temporibus Caroli M. quippe in hujus Capitulari 1. an. 805. cap. 15. Capit. 4. ejusdem anni cap. 2. lib. 1. Capitul. cap. 110. lib. 6. cap. 266. *ut Archidiaconi non sint laïci*, præcipitur. Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 872. *Ut tunc temporis erat mos Milites tenere Archidiaconatus.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 496. sub an. 1066. *Fulcoius Radulphi de Caldreio filius — Archidiaconatum quoque, quem in feudo ab antecessoribus suis de Archiepiscopo Rotomagensi tenebat, Monachis dedit.* Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 122. *Archidiaconatum S. Gemmæ, cui tunc temporis præsidebat, ignorante Capitulo, pro magna pecuniæ quantitate pignori cuidam Militi obligavit, &c.* Archidiaconatus dati ad firmam, quoad jura spiritualia, meminit Provinciale Eccles. Cantuar. lib. 5. tit. 4. Vide *Procuratio.*

ARCHIDICTUS. Dudo lib. 3. de Moribus Norman. pag. 140.

Archidictus * *rector verùm si quislibet esset,*
Posset veridica scribere quæ cuperet.

ARCHIDUX, Titulus tributus à Scriptoribus, Ducibus majoris auctoritatis & imperii. In Chronico S. Trudonis lib. 1. Pipinus sub Dagoberto dicitur *Archidux Austriæ, seu Austrasiæ inferioris.* Sigebertus ann. 959. *Bruno Archiepiscopus Coloniensis, & Archidux Lotharingiæ, secundas partes in regno fratris sui potenter & industriè administrabat.* Idem titulus eidem Brunoni tribuitur à Rogero Abbate S. Pantaleonis Colon. in illius Vita c. 17. & 27. propter plurium Ducatuum curam, ipsi à Cæsare commissam. *Lotharingiæ & Brabantiæ Archidux*, apud Dinterum lib. 1. Chron. cap. 17. Charta Friderici I. Imp. an. 1156. pro erectione Austriæ in Ducatum, apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. c. 52. *Si quibusvis imperii curiis publicis Dux Austriæ præsens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus est censendus.* Cur porrò Austriæ Duces, & quando quove jure titulum Archiducis primò usurparint? haud bene constat. Scribit Andreas de Vinca, Gilbertum Borbonium Comitem Monpenserii creatum à Carolo VIII. Rege Franciæ *Archiducem Cessæ* in Regno Neapolitano.

ARCHIELECTUS, Electus in Archiepiscopum. Cæsarius Monach. Heisterbachensis in Chronico MS. Archiepiscoporum Coloniensium, anno 1228. *His diebus*

diebus Archielectus Henricus rediens a Roma domum Ducis de Lemborc, quam ipse in præsentia ejusdem Electi ædificaverat, dejecit.

ARCHIEPERARE. Joannes Sarisberiensis Epist. 159. *Quoniam hoc indicto census, & Ecclesiarum vexatio in Cancellarium ejus, qui nunc aut archieperatur, ut credo, aut archieperari contendit, ut æmuli mentiuntur, penitus retorquenda est.* Et Epist. 176. *Qui primus in Anglia scindi Ecclesiæ unitatem, quod omnes noverunt, & archieperandi, quod plurimum sufficantur, ambitione tractus, totius hujus discordiæ fomes in primis extitit & inventor.* Voces depravatæ: scriptum fortè fuit in Cod. MS. *archierare*, vel *archierevare*, ex Gr. ἀρχιερεῖν, vel ἀρχιερεύειν, *archiepiscopare*, de qua voce infrà.

ARCHIEPISCOPUS, Papiæ *summus Episcoporum, qui tam Metropolitanis quàm Episcopis præsidet.* Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. Ἀρχιεπίσκοπος *Græco vocabulo dicitur, quòd sit summus vel Princeps Episcoporum: tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet Episcopis cæteris: singulis enim provinciis præeminet, quorum auctoritate & doctrina cæteri Sacerdotes subjecti sunt, sine quibus reliquis Episcopis nihil agere licet, nisi quod singulis in propria parochia commendatum est. Sollicitudo enim totius provinciæ ipsi commissa est, & omnes superius designati ordines uno eodemque vocabulo Episcopi nominantur; sed privato nomine quidem utuntur propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt.* Quæ quidem hausit ex Isidoro lib. 7. Orig. c. 12. ubi loquitur juxta disciplinam sæculi sui, ut pluribus observat Marca in Dissertat de Primatu Lugdun. n. 47. Aliàs enim *Archiepiscopus* est qui Metropolitanus, & sub se Episcopos habet. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Cui rursum duo Episcopi cum suis Ecclesiis uni Archiepiscopo subjunguntur, cujus Ecclesia subscribitur diœcesis, & habet in propria sede septem gradus, & tres ordines Fidelium. Habet ergo extra Parochias & Monasterium, & ut plurimum viginti Episcopos regit, ut minimum verò tres.*

Archiepiscopi vocem à Patriarchis Alexandrinis primùm invectam quidam volunt, qui cùm primò soli essent in Ægypto Episcopi, creatis subinde aliis, ut est in Eutychii Originibus, *Archiepiscopos* se nominarunt. Primus autem videtur hoc usus vocabulo S. Athanasius Apol. 2. pag. 791. Alexandrum Patriarcham Alexandrinum ita indigitans. Dehinc in Concilio Ephesino an. 431. Cyrillus Hierosolymorum, & Cælestinus Romanorum Archiepiscopi appellantur. Sic etiam Leo I. PP. non semel in Concilio Calchedonensi & Damasus PP. in libello precum Marcellini & Faustini p. 66. Anastasius de S. Felice: *Venerabilis Felix Archiepiscopus sedis Apostolicæ urbis Romæ.* Vide Cujacium ad Novellam 11. Leonem Allatium lib. 1. de Consensu utriusque Ecclesiæ cap. 18. Morinum lib. 1. Exerc. cap. 10. Meurissium in Episcopis Metensib. p. 56. Joannem Marshamum in Præfat. ad tom. 1. Monastici Anglic. &c.

Archiepiscopi etiam interdum dicti ipsi Episcopi, quibus ex quadam prærogativa jus pallii concessum est à summis Pontificibus. Idque in Occidente aliquoties observatum infrà videre est in verbo *Pallium.* At cùm in Oriente Metropolitanorum & Archiepiscoporum eamdem esse dignitatem, scribat Balsamon in Medit. & in eo solummodo differre, quòd Metropolitanus habeat sub se Episcopos, in quos jus exerceat, Archiepiscopus nullos: videntur ii Archiepiscopi aliquid habuisse commune cum Episcopis, quibus jus pallii concessum est à summis Pontificibus, quibus proinde in nullos Episcopos jus erat, sola pallii dignitate & Archiepiscopi titulo cæteris superiores.

Archiepiscopus sacri Palatii, idem qui *Archicapellanus.* Vide *Capellanus.*

Archiepiscopare, in Archiepiscopum creare. Diploma Agapeti II. PP. ad calcem Chronici Reicherspeg. *Supradictam Lauriacensem Ecclesiam —— archiepiscopamus, & in culmen Metropolitanum sublimamus.*

ARCHIFRATER. Collatio S. Maximi Martyris, apud Anastasium in Collectaneis, & Baron. ann. 656. *Nunquam disputavi tecum, nisi semel cum sanctissimo Presbytero domino Theocharisto & archifratre, propter Primicerium, jussus per litteras super hoc.*

ARCHIGERONTES, in lib. 6. C. de Episcop. audient. dicuntur primates plebis Alexandrinæ, seu qui quasi principes summoque honore & loco erant inter artifices. Ita Jac. Gothofredus ad leg. 1. Cod. Th. de Alexandrin. primatib.

ARCHIGILIT, *Similiter novum*, Ugutioni. Vox fortè Longobardica.

ARCHIGRAPHUS, præcipuus inter Scriptores. Sic Livium vocat *Archigraphum Patavinum* Albertinus Mussatus lib. 1. de Gest. Henrici VII. in Prolog. & in Poëmat.

Plaudeat Archigraphi si non mihi tibia Livi.

Est etiam eidem *Archigraphus Regiæ Majestatis*, Notarius, vel Cancellarius Regius, lib. 4. de Gestis Italicorum post Henricum, Rubr. 2. Vide *Antigraphus*,

ARCHIGUBERNUS, ex Gr. ἀρχικυβερνήτης, navis seu classis præcipuus gubernator, præfectus, apud Jabolenum IC. l. 46. D. ad SC. Trebell.

ARCHIJUSTITIARIUS, supremus Angliæ Justitiarius Radulf. de Diceto in Imag. Hist. an. 1179. *Henricus Rex Anglorum instituit 3. Episcopos Regni totius Archijustitiarios.* Alibi: *VVintoniensem, Eliensem, & Norvvicensem Episcopos Archijustitiarios Regni, & certis in locis --- constituit.* Vide *Justitiarius.*

ARCHILEGATUS, Epistola Gregorii VII. PP. ad Hugon. Abbat. Cluniacens. in Bullario Cluniac. pag. 18. *Ut inde per singulos annos B. Petro, & ejus Apostolicæ sedi in præsentia Romani Pontificis, aut ejus Archilegati Romæ, aut, ubi ipse jusserit, octo diebus ante vel post Kalendas Maii, una Romana uncia auri in pensionem redditur.*

ARCHILEVITA, Archidiaconus, dignitas Ecclesiastica. Goffridus Vindoc. lib. 2. epist. 17. *De domno Archidiacono, &c.* Ex mox. *Gloriosus vester Archilevita.* Petrus Pictaviensis in Epitaphio Gelasii II. PP.

Cùm priùs ex Monacho pro multa strenuitate
Archilevita foret & Cancellarius urbis.

Vita S. Boniti Episc. Claromont. cap. 4. *Cantinus Archileviticæ minister.* Prudentius lib. περὶ στεφάνων, in S. *Laurentio Archilevita.* *(mus,*

Hic primus è septem viris, Qui stant ad aram proxi-
Levita sublimi gradu, Et ceteris præstantior
Claustris sacrorum præerat, Cælestia arcanum domus,
Fidis gubernans clavibus, Votasque dispensans opes.

Occurrit passim. Adde Innocent. Ciron. in Parat. Decret. pag. 70. Vide *Levita.*

ARCHILIUS. Fridegosus in sancto Wilfrido cap. 53.

Noviter increpitans pigrum decus archiliorum.

ARCHILOGOTHETA, Archicancellarius: ita indigitatur S. Heribertus Coloniensis Archiepiscopus apud Lambertum in ejus Vita n. 8. & Rupertum Tuitiensem cap. 7. cui cap. 5. dicitur *primus Cancellarius.*

ARCHILOGUS, *Princeps, vel primus in sermone: Archilogium, sermonis principium*, Ugutioni.

ARCHIMANDRITA, Abbas, seu *Princeps Monachorum*, uti appellatur in Regula S. Isidori cap. 6. ex Gr. ἀρχιμανδρίτης. Papias: *Archimandrita, pater spiritualium ovium, heremita agens annos ferè 50. Memphitici & Palæstini Archimandritæ*, apud Sidonium lib. 8. Ep. 14. Avitus Vienn. Epist. 2. *Copiosæ Monachorum multitudinis præpositus fuit, cujus officii personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant.* Regula S. Columbani cap. 7. *Cùm tanta pluralitas eorum sit, ita ut mille Abbates sub uno Archimandrita esse*

eſſe referantur. Adde Concilium Forojulienſe an. 791. can. 7. Hiſt. tranſlat. S. Sebaſtiani cap. 6. n. 24. Ughell. tom. 7. Ital. ſacr. pag. 1298. &c.

Archimandrita, quivis Prælatus, etiam Archiepiſcopus. Dagobertus Archiepiſcopus Bituricenſis in Charta an. 990. *Primæ ſanctæ Bituricenſis Eccleſiæ ſedis Archimandritam ſe inſcribit.* In Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ *Amblardus Lugdunenſis Archimandrita* dicitur. Adde Alcuinum Epiſt. 72. Vitam S. Gebehardi Archiepiſc. Salisburg. apud Caniſium tom. 6. p. 1251. Vitam S. Adalberti Epiſc. Pragenſ. n. 6. 9. & Vitam S. Theodardi apud Catellum pag. 757. Analecta Mabillionii tom. 1. pag. 98. &c. Ita etiam ab Juſtiniano uſurpatam hanc vocem obſervarunt alii. Vide *Mandra.*

Archimandritiſſa, Abbatiſſa, in nov. Juſtiniani 4. & 109. & in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 29.

ARCHIMARTYR. Utitur Maximus Madaurenſ. Epiſt. ad S. Auguſtin. 43.

ARCHIMETATOR, qui metata in caſtris & exercitibus ordinat, diſponit, *Manſionarius*, recentioribus. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 28. *Qui ut ſapiens archimetator ipſam expeditionem prudenter ordinavit.* Vide *Metator.*

ARCHIMETROPOLITANUS, pro *Metropolitanus*, in Indiculo Dagoberti Regis, qui extat in Vita S. Deſiderii Epiſcop. Cadurcenſ. cap. 7. Sed mendum eſſe obſervavit Stephan. Baluzius ex Cod. MS. ubi legitur: *Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere, &c.*

ARCHIMINISTER *ſacri Palatii*, dignitas Palatina, qua donati leguntur *Boſo Dux*, Richildis Auguſtæ frater, ſub Carolo Calvo, in Synodo Ticinenſi an. 876. & in Tabulario S. Benigni apud Perardum pag. 154. & *Suppo* Piceni Comes ſub Ludovico juniore, apud Guillelmum Biblioth. in Hadriano II. pag. 229. 230. 232. Idem autem ſonat quod *Major domus*, qui cæteris domus Regiæ *Miniſtris*, ſeu Officialibus, præerat, & *Magiſter officiorum* apud Romanos Impp. dicebatur. Vide *Miniſter.*

Neque alia, opinor, fuit dignitas *Miniſtri Imperatoris & Imperii*, quam Matfrido Proceri Palatii & Comiti Aurelianenſi ſub Ludovico Pio adſcribit Agobardus Lugdun. ad quem ſcribens, hæc ſubdit pag. 207. *Elegit vos ante mundi conſtitutionem futurum noſtris periculoſis temporibus Miniſtrum Imperatoris & Imperii, & præ cæteris honorificavit, & ditavit, &c. — conſtituitque vos in latere ſummam regentis, quatenus & in diſpoſitione æquitatis illi eſſetis ſuffragator, & in remuneratione beatitudinis particeps.*

ARCHIMONASTERIUM S. Remigii Remenſis, in Epiſtola Joannis XIII. PP. ad Adalberonem Remenſem Archiepiſcopum pro privilegiis ejusdem Monaſterii. Et in libro miraculor. S. Marculfi n. 2. *Archimonaſterium Cluniacenſe*, & *Archimonaſterium Saviniacenſe*, in veteri Charta apud Joannem Mariam *de la Mure*, in Hiſt. Eccleſ. Lugdun. p. 382. *Archimonaſterium Landavenſe*, in Monaſtico Anglic. tom. 3. p. 190.

ARCHINOTARIUS, Primicerius Notariorum, diverſus à ſummo Cancellario. In Diplomate Ludovici Imp. filii Lotharii in Tabul. Caſaurienſi, ſubſcribit *Ructemirus Archinotarius*, unà cum *Tractemiro Archicancellario.* At in Chartis Hlotarii Imp. apud Doubletum p. 744. 745. *Hilduinus Archiepiſcopus ſacri Palatii Notarius ſummus*, qui *Archicancellarius* in aliis, & in Charta ejusdem Hlotarii tom. 12. Spicilegii Acheriani p. 109. *aulæ Archinotarius* indigitatur.

ARCHIOECONOMUS, qui Eccleſiarum œconomis præeſt, in Capitulis Caroli M. lib. 2. c. 29.

ARCHIMONIA. Vita S. Barnardi Archiep. Viennenſis apud Mabillonium: *Defuncto nobiliſſimo Principe Carolo, & filio ejus Ludovico archimoniam obtinente.* Ubi legendum videtur *archimonarchiam.* Ita nempe vox contracta in MS.

ARCHIPALATINUS *Præſul.* Vide *Archicapellanus*, in *Capellanus.*

ARCHIPARAPHONISTA, Vide *Paraphoniſta.*

ARCHIPATER, dicitur Bruno Colonienſis Archiepiſcopus, apud Baldricum lib. 1. Chron. Camerac. cap. 84. Willelmus Brito lib. 12. Philipp.

Nec minus Archipater Remorum cum Senonenſi, &c.

Alcuinus Poëm. 176.

Hanc pius Archipater Metenſis gloria plebis,
HRogandus Præſul magno ſacravit honore.

Archipatres vocat Dudo in Præfat. ad Acta Norman. priſcos & famoſos duces:

Archipatres priſci pariter, proceresque moderni,
Scipio, Pompejusque, Cato, &c. Adde pag. 106.

ARCHIPELAGUS. Vide *Ægeopelagus.*

ARCHIPHONISTA, Archicantor, dignitas Eccleſiaſtica. Chartam Alrici Epiſcopi Aſtenſis ſub an. 1020. ſubſcribit *Rozo Archiphoniſta*, apud Ughellum: ſed legendum *Archiparaphoniſta.* Vide *Paraphoniſta.*

ARCHIPIRATA, Amiralius, claſſis præfectus. Gloſſ. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Archipirata, Princeps* Gloſſar. Saxonic. Ælfrici: *Archipirata*, ẏldeſt ƿicinȝ, i. e. *Pirata præcipuus.* In Charta Edgari Regis Angl. an. 971. tom. 1. Monaſtici Anglie. p. 17. ſubſcribit *Maſcuſius Archipirata.* Ita apud Ottonem de S. Blaſio cap. 39. & 41. Margaritus Siciliæ Regum Guillelmi II. & Tancredi Amiratus, *Margarita Archipirata potentiſſimus illius terræ Baro* indigitatur. Idem *potentiſſimus piratarum*, dicitur Alberto Stadenſi an. 1195. Vide *Pirata.*

ARCHIPOLITES, Ugutioni, *Princeps civium.* Idem Archiepiſcopus, Metropolitanus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 26.

Curſores ſed jam præmiſerat Archipolites
Theodorus.

ARCHIPONTIFEX, Summus Pontifex, apud Galfridum Monemuthenſem: Archiepiſcopus, in Vita S. Theodardi Epiſcopi Toloſani pag. 759. in Decretis Synodalib. Ænhamenſibus, c. 1. 3. &c. *Archipontificatu*, in Epiſtola S. Bonifacii Mogunt. ad Cuthpertum Archiepiſcopum Cantii.

ARCHIPOTA, *magnus Potator*, Ugutioni.

ARCHIPRÆSUL, apud Galfridum Monemuth. Hovedenum, Ditmarum, & alios; Archiepiſcopus.

Archipræſulatus, in Geſtis Guillelmi Ducis Norman. & Regis Anglor. p. 195.

ARCHIPRESBYTERI dignitas alia fuit prioribus ſæculis, alia poſterioribus. Olim quippe Archipresbyteri dicti, qui in Eccleſia cathedrali Epiſcopi quodammodo Vicarii erant. Iſidorus in Epiſt. ad Leudefredum Cordubenſem Epiſcopum: *Archipresbyter ſe eſſe ſub Archidiacono, ejusque præceptis, ſicut Epiſcopi ſui, obedire ſciat, & quod ſpecialiter ad ejus miniſterium pertinet, ſuper omnes Presbyteros in ordine poſitos curam gerere, & aſſiduè in Eccleſia ſtare, & quando Epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe vice ejus Miſſarum ſolennia celebret, & Collectas dicat, vel cui ipſe injunxerit.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. cap. ult. *Sunt etiam Archipresbyteri in Epiſcopis*; (f. Epiſcopiis) *Canonicorum curam gerentes.* Breviloquus: *Archipresbyter, Princeps Presbyterorum, vel qui ſupra Clericos in aliqua Eccleſia habet aliquam juriſdictionem Eccleſiaſticam ſecundùm conſuetudinem loci.* De Archipresbyteris Eccleſiarum Cathedralium intelligendus Liberatus Diaconus cap. 14. *Noviſſimè in Proterium univerſorum ſententia declinavit, utique cui & Dioſcorus commendavit Eccleſiam, qui & eum Archipresbyterum fecerat.* Ut & Concilium Carthaginenſe IV. an. 398. can. 17. *Ut Epiſcopus gubernationem viduarum, & pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum; ſed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum*

rum agat. Concilium Emeritense an. 666. can. 10. *Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos Episcopi, infra nostram provinciam constituti, in cathedralibus nostris Ecclesiis, singuli nostrûm Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primiclerum habere debeamus.* Observat Ughellus in Ecclesia Veronensi etiamnum Archypresbyteralem dignitatem primam esse à Pontificali, ut in Perusina, Innocentius III. PP. lib. 1. Epist. p. 30. Edit. Venetæ. Sixtus V. ann. 1586. apud eundem Ughellum in Episcopis Tusculanis: *Archipresbyteratum, qui dignitas major post Pontificalem.* Vide Gregor. Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 78. & Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. cap. 11.

Archipresbyteri deinde dicti, qui hodie *Decani rurales*, Archidiaconis subjecti. *Archipresbyter, quod alicubi dicitur Decanus*, in Concilio Claromontano an. 1095. can. 3. *Archypresbyteri vicarii* in Concilio Turonensi II. an. 567. can. 19. *Qui presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiunt, &c.* in Capitulis post Synodum Ravennatem an. 904. apud Baron. n. 26. De his agunt idem Concilium Turonense II. an. 567. can. 7. Autissiodor. an. 578. can. 20. 43. 44. Synod. Remensis an. 630. can. 19. Ticinensis an. 850. can. 13. 853. cap. 5. 6. Capitula Caroli Calvi tit. 5. c. 3. Gregorius IX. lib. 1. tit. 34. Joan. de Deo loco laudato, &c. De Archipresbyteris multa congessit Morinus de sacris Ordinib. part. 3. Exercit 15. cap. 2.

Archipresbyteratus, Districtus Archipresbyteri ruralis, apud Arnulphum Lexov. in Epist. p. 49. Vide Altaserram lib. 1. Dissertat. Juris Canon. cap. 16.

Archipresbyter Franciæ dicitur Fulradus Abbas S. Dionysii in Epistola Adriani PP. apud Flodoardum lib. 2. Hist. Remens. cap. 17. qui cap. 12. *summus Capellanus Regis Pipini* indigitatur.

Archipresbyter Cardinalium, apud Bennonem in Gestis Hildebrandi pag. 40. tituli S. Mariæ Majoris nempe. Vide *Cardinalis*.

Archipresbyter Capellanorum, in Ecclesia Placentina, de quo & ejus electione extat Charta Jacobi Prænestini Episcopi ann. 1236. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentin. part. 1. pag. 392.

ARCHIPROTOPAPATUS. Vide *Presbyter Joannes*.

ARCHIROMACUS. Vide *Anchoramacus*.

ARCHISACERDOS, Archiepiscopus, apud Fortunatum lib. 3. Poëmat. 11. & in Vita S. Theodardi Episcopi Narbon. apud Catellum pag. 758. in Concilio Cloveshovensi an. 800. &c. Anonymus de Archiepiscopis Salzburgensib. apud Mabillon. tom. 4. Analector.

Nam velut archisacerdotes in sede manentes
Legitimè functi nomine Apostolico, &c.

ARCHISACRISTA. In Charta Riccardi Comitis Ayelli an. 1193. mentio fit *Archisacristæ Archiepiscopii Salernitani*, apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 575. Vide *Sacrista*.

ARCHISCHOLARIS. Auctor de Disciplina Scholarum, cui falsò Boëtii nomen adscriptum, cap. 6. *Si quis verò horum discipulorum sagacitate oblectaverit, Archischolari conjungendus est, ut vel eis recordationis seriem fideliter imprimat, vel exarandi diligentiam commendet: magnum siquidem ex his utilitatis fomentum colligitur.* Ubi *Archischolaris* idem videtur, qui *Proscholus*. Vide in hac voce.

ARCHISCHOLUS, seu *Magister Scholarum*, id est, Scholasticus; dignitas Ecclesiastica, in Vita Lietberti Episcopi Camerac. cap. 2. & 4. unde emendare licet Durandum lib. 2. Ration. cap. 1. n. 14. ubi perperam *Archiacola*, pro *Archischola* scribitur, uti appellatur apud V. Cl. Catharinum in Dissert. de Consuetudinibus municipalibus pag. 14.

ARCHISCRINIUS, Thesaurarius Ecclesiæ. Apud Beslium pag. 291. Charta Gvillelmi Ducis Aquitanorum sic subscribitur: *Data mense Junii anno * 40. regnante Rege Lothario. Boso S. Petri Archiscrinius jubente domno Guillelmo Duce hanc Chartam scribere jussit.*

ARCHISCRUTINARIUS, Officium Monasticum. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1321.

ARCHISELLIUM, princeps sedes. Occurrit in Notis, quæ Tyroni aut Senecæ adscribuntur pag. 163.

ARCHISENIOR. Vita S. Pharonis cap. 72. *Archiseniores principum*, id est, præcipui inter magnates, qui Græcis ἀρχιγέροντες, primates ordinum, seu decuriæ primi, in leg. 5. Cod. de Episcop. audientia.

ARCHISOLIUM, præcipua sedes. Wippo de Vita Conradi Salici p. 429. *Ad locum, qui dicitur Aquisgrani Palatium, pervenit; ubi publicus thronus regalis ab antiquis Regibus, & a Carolo præcipuè locatus, totius Regni archisolium habetur.* Ita Ottoni à S. Blasio cap. 21. *archisolium Arelatense* Arelate dicitur, Regni Arelatensis sedes præcipua, ut c. 34. *Iconium, Soldani archisolium: & Panormus, Siciliæ archisolium*, cap. 40. Adde cap. 46.

ARCHISTERIUM. Vide *Asceterium*.

ARCHISTRATICUS. *Monasterium S. Archistratici.* Charta anni 1077. apud Ughell. in tom. 7. Italiæ sacræ pag. 110. Ita appellabant Monasterium S. Michaëli dicatum, quem Principem militiæ cœlestis vocant Patres: στρατηγὸν & ἀρχιστρατηγὸν τῶν ἀΰλων ταγμάτων. Joannes Euchaitarum Episcopus pag. 52.

ἀρχιστράτηγε τῶν ἄνω στρατευμάτων.

Principem militiæ cœlestis exercitus. Ignotus Casinensis c. 3. Luithprandus lib. 1. c. 2. *Fabricavit autem pretioso & mirabili opere juxta palatium Orientem versus Ecclesiam, quam νέαν, id est, novam vocavit, in honore summi & cœlestis militiæ Principis Archangeli Michaëlis, qui Græcè Ἀρχιστράτηγος appellatur.* Vide eundem lib. 3. c. 8. Ita etiam Zonaras tom. 3. p. 138. 196. Scylitzes, Nicetas in Man. lib. 7. Vita S. Nili junioris p. 25. 126. 155. Gregoras, Codinus, & alii Monasteria S. Michaëli Archangelo dicata vocant. Magno porrò cultu veneratos Græcos S. Michaëlem arguunt præ cæteris ipsius imagine insignitum vexillum, ἀρχιστράτηγος appellatum, quod in præcipuis ceremoniis delatum testatur Codinus de Offic. cap. 6. n. 20. atque adeo crebræ ei dicatæ ædes sacræ. Neque minori apud nos reverentia colitur, quibus pro Regni Francici Angelo tutelari haberi constat, ejusque festum solenniter feriatum ex Cathvvlphi ad eundem Epistola, descripta in tom. 2. Histor. Francor. p. 667. qua Imperatori suadet, ut *Missam S. Michaëlis & S. Petri passionem in publico celebrare Regno ejus constitueret.* Ex qua saltem nondum hac tempestate feriatum S. Michaëlis in Francia festum, docemur.

ARCHISUBDIACONUS, primus inter *Subdiaconos*, quemadmodum *Archidiaconus* primus inter *Diaconos*. Ordo Romanus: *Archidiaconus levat Calicem, & dat eum Archisubdiacono, quem tenet juxta cornu altaris.* Memoratur ibi non semel, & in Concilio Autisiodor. can. 6. ubi Codices alii habent *Subarchidiaconus*. Chartam Adenulphi Episcopi Capuani subscribit inter cæteros *Jacobus Archisubdiaconus*, in Sanctuario Capuano pag. 575. Ride Molanum lib. 2. de Canonicis cap. 32.

ARCHITARIUS, pro *Archiater*. Gregorius Turonens. lib. 2. de Mirac. S. Martini cap. 1. *Vocavi Armentarium Architarium, & dico ei: Omne ingenium artificii tui impendisti, pigmentorum omnium vim probasti, &c.*

ARCHITECTOR, vel Architectus, *Faber, qui facit tecta.* Joan. de Janua. Occurrit in Vita B. Torelli Papiensis n. 11.

ARCHITERIUM. Vide *Asceterium.*

ARCHITHEATER, Archimimus, aut qui primas in Theatro obtinebat, apud S. Augustin. Epist. 67. nisi hoc loco *Archiater* legendum sit, uti contendit Filesacus lib. 1. Select.

ARCHITON. Epistola apologetica Ludovici II. Imperat. ad Basilium Imperat. apud Baron. an. 871. num. 61. *Sed nec hoc admiratione caret, quòd asseris, Principem Arabum Protosymbolum dici, cùm in voluminibus nostris nihil tale reperiatur, & vestri Codices modò Architon, modò Regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent.* Ubi legendum videtur, *Archonta*, ἄρχοντα.

ARCHITRICLINIUM, in Monasteriis. Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 48. *Quæ* (benedictio) *dum dicitur, interim præfatus Dapifer stat ultimus ante architriclinium, & postea facit ante & retro.*

ARCHITRICLINUS, pro *Metropolitanus, Archiepiscopus.* Tidericus Langenius in Saxonia:

Architriclini sunt Metropoles ibi bini,
Utpote Bremensis, venerandus Magdeburgensis.

Vide Festum Architriclini.

ARCHIVOLTUM. Jus Vicentinum lib. 4. *Teneantur reparare & facere Archivoltum, seu receptaculum subtus terram, quod excipiat omnem spurcitiam &c.* Ex Ital. *arco*, & *volto.* Vide *Volta.*

ARCHIVUM, *Archivum, Archibus, Arceps, &c.* *Archivum*, Scrinium, locus, ubi asservantur Chartæ publicæ. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 9. *Arca dicta, quòd arceat visum atque prohibeat. Hinc & Archivum, hinc & Arcanum, id est, secretum, unde cæteri arcentur.* Ex eo Papias: *Arca dicta, quòd arceat visum, vel furem: hinc & Archivum, secretum.* Alibi: *Archiva, Armaria, tabularia dicta, quod arceant, id est, prohibeant visum: hinc Archivi, Librarii, vel Armarii dicuntur.* Lex Wisigothor. lib. 12. tit. 3. §. 28. *Archiva Ecclesiæ.* Gregorius Turonens. lib. 9. Histor. cap. 42. *Universalis Ecclesiæ archivum.* Annales Francor. an. 813. *Et in archivo Palatii exemplaria illarum habebantur. Archivum Palatii* habetur etiam in Charta Ludovici Pii ann. 19. Imperii in Tabulario S. Dionysii num. 26. quod & *Imperialis aulæ reconditorium* ibidem appellatur. Flodoardus lib. 2. Hist. Remens. cap. 19. *Archivum Ecclesiæ tutissimis ædificiis —— construxit.* Adde Baldricum in Chronico Cameracensi lib. 1. cap. 76. Hac etiam usus est voce Ulpianus.

Archium. Archia Romana, apud Tertullianum lib. 3. adversus Marcianum. Utitur etiam Paulus lib. 4. Sentent. tit. 6. ubi Cujacius. Suidas: Ἀρχεῖα, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται. Glossæ MSS. ex Bibl. Regia Cod. 2062. Ἀρχεῖον, χαρτοφυλακεῖον, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται κεῖνται, ἢ τὸ Παλάτιον. Glossæ aliæ Codic. 930. Ἀρχία, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται χαρτοφυλάκιον, ἢ τὰ χωρία τῶν κειτῶν. S. Ignatius in Epist. ad Philadelph. οὐ γὰρ πρόκειται τὰ ἀρχεῖα τοῦ Πνεύματος. Justinianus Nov. 74. ἐν τοῖς ἐκκλησίας ἀρχείοις. Vetus Inscriptio inedita, reperta nuper an. 1670. Smyrnæ in area Consulis Batavi.

ΝΑΙΣ. ΕΡΜΟΥ. ΤΟΥ. ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ.
ΑΓΟΡΑΣΑΣΑ. ΤΟΠΟΝ. ΨΙΛΟΝ. ΚΑΤΕ
ΣΚΕΥΑΣΕ. ΤΟ. ΜΝΗΜΕΙΟΝ. ΤΩ. ΚΑΤΟΙ
ΧΟΜΕΝΩ. ΥΙΩ. ΣΟΣΙΜΩ. ΚΑΙ. ΕΑΥΤΗ. ΚΑΙ.
ΤΟΙΣ. ΘΡΕΜΜΑΣΙ. ΚΑΙ. ΠΡΟΚΛΗ. ΤΗ. ΤΡΑ
ΦΕΙΣΗ. ΥΠ. ΑΥΤΗΣ. ΕΞΟΥΣΙΑΝ. ΕΧΟΥΣΗΣ.
ΑΥΤΗΣ. ΕΠΙΘΕΤΕΙΝΑΙ. ΣΟΣΟΝ. ΕΙΣΙΝΚΗ
ΣΕΣΘΗΣΕ. ΤΑ. ΙΜΟΝΗ. ΜΙΔΕΝΟΣ. ΕΧΟΝΤΩ.
ΕΞΟΥΣΙΑΝ. ΕΤΕΡΟΝ. ΒΑΛΕΙΝ. ΕΝΤΑΛΛΟΤΡΟΣΑ
ΤΑΥΤΗ. ΤΗΣ. ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ. ΑΠΕΤΕ
ΘΗ. ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ. ΕΙΣ. ΤΟ. ΑΡΧΕΙΟΝ.

Archivium, apud Anastasium Biblioth. in S. Siricio, & in S. Cælestino PP.

Arcivum. Will. Brito in Vocabul. *Arcivum, Librarium, vel Armarium.* Leo Ostiensis lib. 3. cap. 30. *De arcivo Lateranensis Palatii.*

Arcibus. Formulæ veteres cap. 9. *In Arcibo Ecclesiæ Episcopi serventur.*

Archibus, in Conciliis Africanis sub Cælestino can. 53. *De Archibo & matricula Numidiæ.* Ubi Codex Græc. cap. 86. περὶ τοῦ χαρτοθεσίου καὶ ματρικίου τῆς Νουμιδίας. Eadem Concilia sub Innocentio I. *Ut matricula & arcibus Numidiæ, &c.* Glossæ MSS. ad eadem Concil. *Arcibus, Armarius, Liberalius.* Eædem Glossæ: *Arcivas Arcas.* Vetus Scheda, scripta an. 7. Tiberii Imperat. Constantinop. apud virum doctissimum Jo. Mabillonium tom. 2. Analector. pag. 12. *De Archibo Ecclesiæ, &c.*

Arceps. Marculfus lib. 2. for. 38. *Dignum est, ut gesta ex hoc conscripta --- tibi tradantur, ut in Arcipibus publicis memoranda serventur.*

ARCHIZUPANUS. Vide *Zupanus.*

ARCHONIUM, Joanni de Janua, *dicitur acervus manipulorum, vel aliarum rerum.* W. Brito in Vocab. MS. & Mamotrectus: *Archonium dicitur acervus manipulorum, vel gelimarum, vel aliarum rerum. Gelima autem dicitur garba, & dicitur garba, quòd genu & manibus ligata est. Dicitur Archonium ab arctus, &c.* Lib. Ruth. cap. 3. v. 7. *Ivitque ad dormiendum juxta archonium manipulorum.* Codex MS. S. Germani Paris. *Ad dormiendum juxta archonium manipulorum venit.* Ubi Hugo Cardinalis: *Archonium est acervus gelimarum in imo latus, in summo acutus.* Hoc verò loco *acervum manipulorum* præfert Editio vulgata.

Arconizare, seu *Archonizare*, manipulorum acervos congerere. Et

Aconomola, locus, ubi *Archonia* reconduntur. Synodus Sodorensis in Mannia cap. 1. *In antiquo statuto Iconomi grana decimalia, ac si propria arconizabant, & ad sua fœnilia ducebant ac custodiebant, quousque rector, vel ejus procurator, ob ea commodiùs venire posset, — modernis verò diebus rectores grana decimalia in arconomolis accipiunt ob majorem Iconomorum commoditatem.*

ARCHONTES, Proceres. Fridegodus in S. Wilfrido c. 11. ubi de consecratione Episcopi:

Gemmata vehitur Archontum more curuli.

Adde cap. 47. extrem. Ita porrò appellabantur Magnates Aulæ Constantinopolitanæ. W. Tyrius lib. 20. cap. 18. *Ex quo enim in Ægyptum descenderant ejus Archontes, &c.* Luithprandus lib. 3. cap. 9. *Romanæ dignitatis* ἄρχοντες, *id est, Principes.* Adde Pachymerem lib. 9. cap. 16. Horum uxores Ἀρχοντίσσαι dicuntur Nicetæ Chron. in Isaac. lib. 3. cap. 11. Ordo ipse Ἀρχόντων, seu Nobilium, Ἀρχοντικὸν Annæ Comnenæ lib. 1. Alexiad. Ἀρχοντικὴ τάξις Cantacuzeno in Procemio Hist. qui nostris vulgò *Baronagium*, & *Barnagium.* Vide Notas ad Alexiadem.

ARCHUS, Princeps vel Magistratus. Passio S. Marcianæ Virg. MS. *Ante archos sedenti vocabantur, &c.*

ARCIBUM. Vide *Archivum.*

ARCIFINIUS *ager*, qui nulla mensura, nec ullis limitibus claudebatur sed montibus, aut viis, rivis, fluviis, arboribus, aut quodam culturæ discrimine terminabatur. Vide Agrimensores.

ARCILAURUS. Glossæ Isonis Magistri: *Rhododafnin: Arcilaurum, genus herbæ, id est, Arcilauros, i. foliis similis lauro: nam dafnis Gr. Laurus dicitur.*

ARCINA. Vide *Arsina.*

ARCISTA, *Arcistes, Sagittarius*, in Glossis Lat. MSS. & apud Papiam: *Arcites*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. Græc. *Arcutes* τοξόται. Ubi alii legunt *Arquites*, vel *Arquites*, ut apud Festum. Aldhelmus Abbas Malmesbur. *Utpote belliger in meditullio campi arcistes---nervo sistenso lacertorum volis arcu, spiculisque ex pharetra exemptis*

exemptus, &c. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 4. *Scilicet ut molossos ageret, arcista fieret, cappos & accipitres competenti jactu emittere consuesceret.* Occurrit etiam in Vita S. Fructuosi Episc. Bracar. cap. 4.

ARCISTERIUM. Vide *Asceterium.*

ARCIVUS, ἀρκτικὸς, κωλυτικὸς, in Gloss. Gr. Lat.

ARCLA, pro *arcula*, κιβωτὸς, σωρὸς, κάμπτρα, λάρναξ, in veteribus Glossis MSS. Editæ verò perperam *arcela* præferunt. Vid. Gloss. med. Græcit. in Ἄρκλα.

ARCOBALISTA, in Breviloquo, *genus balistæ.* χειροβαλλίστρα, Heroni in illius descriptione: vulgò *Arbaleste.* Vox nota.

ARCONIZARE. Vide *Archonium.* Charta Theobaldi Blesensis & Clarimontis Comitis an. 1214. pro Carnotensibus: *Si aliquis Burgensium alicui de arconnariis lanam suam sive aignelinos tradiderit, ipse arconnarius lanam sive aignelinos reddere tenebitur ad justum pondus, quod pondus aleabitur per bonos homines juxta consilium meum.* In titulo ejusdem chartæ, *c'est le tencrist de la charte de l'ordonnance aus arconneurs.*

ARCORA, Papiæ *dicuntur, quæ supra columnas fiunt.* Arcus, numero multitudinis, fem. gen. Solent enim Longobardici Scriptores, veteres præsertim, nomina quædam masculini generis, per *ora* in plurali fem. efferre, verbi gratia, *il corpo, le carpora*, pro *i corpi*; *pratora*, pro *prati*, *gradora*, pro *gradus*; *fundora*, pro *fundi*. Sic apud Anastasium Bibl. in Vitis Pontif. passim *arcora*, pro *arcus* ponitur, uti docent variantes lectiones ad hunc Script. Edit. Regiæ pag. 285. 305. 306. 307. & 312. Atque hoc loco satis sit hæc semel monuisse, cùm ejusmodi terminationes, quæ fucum facere solent, crebrò occurrant apud Latinos ex Italia Scriptores. Sed & Itali ipsi hodierni eandem terminationem in ejusmodi vocabulis retinuere: *borgora* enim pro *borgo*: *hortora*, pro *orto*, dixit Joannes Villaneus lib. 4. cap. 7. Vide *Arcus.*

ARCOVOLUS, *Arcovolittus.* Charta Joannis Episcopi Ticinensis an. 922. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Loco igitur dotis offero eidem oratorio inter Arcovolittos & Arcovolos numero 7. nec non & hortum in eodem castro positum.* Infrà: *Seu & Arcovolos & Arcovolittos positos prope oratorium nostrum, &c.* Italis *Arcovolto*, est fornix, camera: *Arcovoltare*, locum fornice tegere. Vide an ad hunc locum quadret?

ARCTIO, *Arcio*, Francis, *Arçon de la selle*, Hisp. *Arzon*, Italis *Arcione*. *Arcus*, apud Fridericum II. Imperat. lib. 2. de Arte venandi cap. 71. Joannes Monachus in Vita S. Odonis Abb. Cluniac. lib. 2. *Prædictum namque sacculum nec tunc pauperi reddidit; sed arcioni sellæ appendit.* Ubi sic emendo, pro *arctiori*. Est enim *Arcio*, idem quod nostris *Arçon de la selle*, ephippii seu sellæ *arculus* Salmasius ad Hist. Aug. *Arciones vocamus, ab arcu, quòd in modum arcus sint incurvi.* Græci recentiores κούρβια vocant.

ARCUARE, Arcum tendere. Charta Henrici de Soliaco an. 1240. apud Duchesnium in Probat. Hist. Drocensis pag. 274. *Et Aanor Comitissa uxor nostra poterit similiter venari in dictis forestis, & arcuare, vel* (ad) *mandatum ejus, quandocunque voluerit.* Infrà: *Poterimus ibi venari & arcuare per nos & per nostros, quandocunque voluerimus.*

ARCUBIUS, *qui cubat in arce.* Gloss. Isid. Joan. de Janua.

ARCULA, *Vehiculum hominis unius.* Ugutio. Vide *Arca.*

ARCUS. Papias: Arcus vel *fornix curvatus, aut camera, ad similitudinem ejus plicitus.* Interdum idem quod *Apsis*. *Arcus Presbyterii*, apud Anastasium pag. 157. Paulus Warnefridus in Episcopis Metensibus: *Fabricare jussit --- altare ipsius atque cancellos, Presbyterium, Arcusque per gyrum.*

Interdum, nec semel, vocem hanc usurpat idem Anastasius pro ornamento quodam, in ædibus sacris appendi solito, sic fortè dicto, quòd arcus formam haberet. In Leone I. *Obtulit aureum Arcum supra Confessionem S. Crucis, pensantem libr. quatuor.* In Leone III. pag. 141. *Fecit verò ubi supra Arcum majorem ex argento mundissimo deaurato supra in ingressu vestibuli pensant. lib. 131.* In Paschali: *Ubi desuper (altare) Arcum musivo exornatum decenter instruxit.* In Leone IV. *Obtulit in Basilica B. Petri --- Arcus de argento mundissimo numero 13.* Adde pag. 152. 153. 188. 205. &c.

Arcus recordationis. Locus sic dictus Romæ. Vide Tom. 4. Analectorum Mabillonii pag. 503. & 512.

Honor arcuum. Cencius Camerarius in Ceremoniali: *Missâ autem celebratâ, revertitur ad Palatium coronatus cum processione & honore arcuum, repræsentatione legis à Judæis, &c.* Infrà: *Universæ etiam scholæ Palatii, Clerici Romani pro thuribulo, Judæi pro repræsentatione legis, structura arcus tale Presbyterium accipiunt. &c.*

ARCUS *de Aubur*, in Monastico Anglicano tom. 2. pag. 602. Arcus bellici species. Regestum Philippi Augusti fol. 159. *Habet sagittam & arcum de aubour cum corda.* *Le Roman de Garin MS.*

Arc d'aubour porte, & sajetes d'acier.

Infrà:

Il prend son arc d'aubor, si le tendié,
Met en la corde un grand carrel d'acier,
Le Comte avise de prés, & si le fiert,
De sa sajete li met el cors plein pié.

Arcus balcaris, Balista, *Arcubalista*. *Arbaleste*, apud Albertum Aquens. lib. 1. cap. 35. lib. 3. c. 41. lib. 6. cap. 9. 16. Vide *Arcio.*

ARDALIO. Gloss. Isid. *Ardalio, gluto, vorax, manduco.* Joan. de Janua: *Ardelio: leccator, qui ardens est in leccacitate, vel leccatione.* Occurrit apud Martialem & alios.

ARDAMO. Gloss. Ælfrici: *Ardamo, i. gusto:* Ang. Fes mecȝe.

ARDARICANUS, Monetæ species. Additamentum 2. Legis Burgundionum §. 6. *De monetis solidorum præcepimus custodire, ut omne aurum quodcunque pensaverit, accipiatur, præterquam istas 4. monetas Valentiniani, Genavensis, & Gothium, qui à tempore Alarici Regis adærati sunt, & Ardaricanos.* Ubi fortè legendum *Alaricanos*, Regis scilicet Alarici.

ARDENTES appellati à nostris, qui igneo quodam morbo correpti, toti quodammodo *ardebant*, & membris depastis, sensim consumebantur: unde *ignis gehennæ* dicitur in Vita S. Eleutherii Episcopi Tornacensis n. 19. Hunc morbum veteres *sacrum ignem* vocabant, *hoc est, crudelem & pessimum*, quomodo Donatus ad 7. Æneid. Virgilii vocem *sacer* interpretatur: *unde*, subdit ille, *& ignis sacer dicitur morbus, qui hominem perniciosè persequitur.* Idem Virgilius 3. Georg.

—— Nec longa deinde moranti
Tempore, contractos artus sacer ignis edebat.

Ἐρυσιπέλας Græcis nuncupatur, ut est in Gloss. Græc. Lat. MS. ubi *ignis sacer, & ignisacer* redditur. Liber Miraculorum S. Theoderici Abbatis Remensis: *Ea tempestate sacer ignis, quem Græci heresipilam dicunt, divinæ administrationis index, Flandriæ incubuerat partibus.* Et alio loco: *Anno 1111. tanta efferbuit mortalitatis pestilentia, &c.*

Cur porrò *Ardentes* dicti, qui hoc morbo laborabant, indicat Anonymus de Miraculis S. Agili cap. 5. *Deus per ejus meritum operatur sanationes, & maximè Ardentium restinguit ignes.* Et Letaldus Monachus in Miraculis S. Maximini Abbatis Miciacensis: *Medio ferè Augusti ingens lues populum Aurelianensem devastare cœpit:*

cœpit: *divino etenim igne membra ardebant humana, cujus ardori nulla poterat concurrere ars humana.* Vita B. Israelis Canonici Doratensis MS. *Igitur hac de causa ex longinquis regionibus innumera turba ardentium ad Scotorensem Ecclesiam confluxerat, &c.* Atque inde ædiculæ sanctæ Genovefæ sacræ, Lutetiæ Parisiorum, *Ardentium* nomen inditum, quod sub an. 1130. Ludovico VI. regnante, D. Virginis Genovefæ intercessionibus, ad ejus feretrum, quo ædificata deinceps fuit loco, complures hac lue contacti, sanati fuerint, ut est apud Brolium lib. 1. Historiæ Parisiensis. Liber de Excellentia sanctæ Genovefæ: *Et membra --- cœpit morbus igneus consumere, quem Physici sacrum ignem appellant, ea nominum institutione, qua nomen unius contrarii, alterius significationem sortitur, &c.* ubi plura de istiusmodi morbi sanationibus ejusdem sanctæ Virginis intercessionibus. Ad ædem etiam DeiparæParisiensis delatos & sanatos igne sacro laborantes, auctor est Flodoardus in Chronico ann. 945. quod præterea firmatur ex Charta Decani & Capituli Parisiensis an. 1248. in M. Pastorali ejusdem Ecclesiæ lib. 20. ch. 106. *Statuimus sex lampades ardentes singulis noctibus perpetuò in Ecclesia Parisiensi, ubi infirmi, & morbo, qui ignis sacer vocatur, in Ecclesia laborantes consueverunt reponi.* Ut porrò hæc *ignis sacri* plaga, in pestilentiæ modum sæpius homines, maximè in Gallia pervaserit, tradunt passim Scriptores, Vita S. Genulfi lib. 2. cap. 39. Glaber Rodulfus lib. 1. Hist. cap. 1. Anonymus de Miracul. S. Benedicti cap. 8. 9. Acta translationis S. Martialis apud Beslium in Comitibus Pictavensibus pag. 312. Tortarius de Translat. S. Mauri p. 352. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 886. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 187. Liber Miraculorum S. Amandi cap. 4. Vita S. Lucæ junioris n. 77. Hugo Farsitus de Miracul. S. Mariæ Suession. c. 1. 7. Ivo Carnot. Epist. 204. Albericus in Chronico MS. an. 1089. 1109. & 1114. Odorannus eod. anno 1114. Henricus Huntindon. lib. 1. pag. 299. Chronicon Malleacense an. 1114. Chronicon Andrense an. 1129. & 1142. Conradus Uspergensis, & alii. Vide præterea Bolandum ad Vitam S. Antonii 17. Januarii pag. 156.

ARDESIA, Lapidis cærulei species, ex quo in tenues lamellas seu scandulas fisso, ædium tecta operiuntur: Gallis *Ardoise.* Martinus in Vita B. Mariæ de Malliaco n. 32. *Tectum ligneum --- in lapidem commutavit, quod Ardesias vocant.* Mirum, *Ardesias* incognitas fuisse veteribus, quæ hodie passim habentur. Refert enim Plinius lib. 16. cap. 10. Romanos usos scandulis, seu ligneis assulis, & sectilibus asserculis. Nostri, inquit Philander ad Vitruvii lib. 1. cap. 1. *Utuntur cæruleis in nigro sectilibus laminis crustisve. Is lapis serra dentata, ut lignum secatur, assulatimque frangitur, non ut cæteri in cæmenta, Ardesiam vocamus, credo ab ardendo, quod è tectis ad solis radios veluti flammas jaculetur.* Vide *Scalia.*

ARDIMENTUM, Nebrissensi *Ardimiento*, Flagratio, deflagratio: Italis *Ardimento*, Audacia, Audentia; Catalanis verò expeditio militaris. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 113. *Qui fecerint scire Saracenis cavalcatam, vel ardimentum Potestatis, vel discooperuit eum de consilio suo, vel de secretis emendet, &c.* Poëta Gallicus MS.

Hommis sont hardemens, où il n'a gentillesse.

ARDURIA *terra.* Vide *Aratoria.*

AREA, *Arealis, &c.* Gloss. Græc. Lat. χωλάζω τόπος, *Area*, ager, aut locus, qui nec colitur nec aratur. Chronic. Laurisham. *Duas huobas cum area in VVianenheim sitas, multa pecunia ab hæredibus comparatas.* Tradit. Fuldens. lib. 1. trad. 81. *Unam aream habentem in longit. virgas 24. &c. cum omni ædificio.* Lib. 3. trad. 34. *Tres areas cum totidem domibus.* Trad. 43. *Area, in qua Ecclesia stat. --- 25. jugera arearum, pratorum verò 10.* Miracula S. Ludgeri Episcopi Mimigardensis: *Aream quandam comparavit, & Ecclesiæ à S. Ludgero construendæ assignavit.* Adde Vitam B. Mariani Abbat. Ratispon. n. 16. Relationem Adelberti Abbatis Heindenheimensis pag. 352. 356. Probationes Historiæ Trecensis pag. 5. Castrivillanæ pag. 5. &c.

De area in aream, voces Fori Aragon. quarum vis ita exponitur in Observantiis Regni Aragon. lib. 6. tit. de generalib. privileg. §. 35. *In Aragonia, in omnibus villis contiguis, habentibus terminos, possunt alteri in altero termino de area ad aream pascere bestias, & alios greges, excepto in loco, qui dicitur Balaar, in quo etiam possunt pascere, quando illi de villa, cujus est, pascuntur.* Mox §. seq. *Quod dicitur de area ad aream, intellexerunt quidam, ut etiam aream primam possent transcendere villam totam, & ex alia parte villæ pascere, quod non est verum, nec usitatur, quia alia pars villæ remanet hominibus villæ contiguæ ex alia parte, & intelligitur de area ad aream, de sole ad solem: nam de nocte non possunt, ut prædicitur, quin fiat decollatio, imò debent redire sua ganata ad aream villæ, vel prope qualibet die, si volunt facere nocte sequenti, &c.* Vide titul. de Pascuis §. 2. 4. 8.

Area salinarum & piscationum, in Vita S. Landberti Episcopi Lugdun. n. 3. Testamentum Widradi Abbat. Flavin. *Et colonica in pago Amavorum Fraxino, & areas in salinis --- similiter & areas in Augustodunum civitate.* Frotharius Epist. 27. *Contigit in nostra provincia præsenti anno sal fore carissimum, eo quod propter pluvias in areis maritimis, ubi fieri solebat, non potuisset perfici.* Charta vetus apud Beslium in Comitib. Pictav. *Ebolus Comes concessit Monachis S. Cypriani aliquid ex beneficio in re S. Nazarii, una cum area ad salinas faciendas. Aire de marais salant*, in Consuetud. Pictavensi art. 190. Sanctonensi art. 129. *aires où se font les lins*, in Claromont. art. 240. Vide Cujac. lib. 9. Observat. cap. 8.

Areæ & *Ariæ vineæ*, passim in Tabulario Prioratus de Paredo.

Area, Cœmeterium. Acta Proconsularia in causa Felicis Episcopi, apud Baron. an. 314. n. 24. *Tollat de vestris aliquis in area, ubi orationes facitis, &c.* Gesta purgationis Cæciliani: *Cives in area martyrum fuerunt inclusi.* Tertullianus ad Scapulam cap. 3. *Areæ non sint sub Hilariano nostro Præside, cùm de areis sepulturarum nostrarum acclamassent, areæ ipsorum non fuerunt, messes enim suas non egerunt*, id est, cœmeteria. Pontius Diaconus in Actis martyrii S. Cypriani: *Sepultus est in area Candidi Procuratoris.* Samson Abbas S. Zoili in Præfat. lib. 6. Apologetici: *Corpora ut fuerant sub areis Dei posita, è suis loculis vespillo traxit.*

Area. Annales Colmarienses an. 1288. *Dedicata fuit in VVissenburg area Fratrum Prædicatorum.* An. 1289. *in festo Catharinæ primam Missam in area propria decantaverunt* iidem. An *area* ibi sumitur pro *Ecclesia*, ut vox *cœmeterium* interdum usurpatur?

Areæ, inter vasa Ecclesiastica recensentur apud Harigulfum lib. 3. cap. 3. sed ibi videtur legendum *arcæ.*

Area, Accipitrum nidus, Gall. *Aire.* Fridericus II. lib. 2. de Venat. cap. 3. *Aves rapaces pullos suos à se abjiciunt, --- & ideo rarò possunt se invenire, nisi ad certum locum, exspectant se invicem aliquando prope nidum suum consuetum, qui à quibusdam Area dicitur.*

Areola, Arealis, Arialis, ejusdem notionis, qua *Area*, locus & ager incultus, vacuus. Tradit. Fuld. lib. 1. tradit. 3. 20. *motales, id est, jugeres, & unam arialem.* Trad. 10. *Totum & integrum, id est, arialis, domibus, ædificiis, terris, silvis, &c.* Alibi: *Donamus unam arialem cum sua structura & ad illam pertinentem hobam.* Rursum alibi: *Unam hobam, & ad eam pertinentem arialem cum integra ædificii structura.*

Arealis, in iisdem Tradit. Fuld. pag 474.

Arialis, in Testamento Joannis Episcopi Ticinensis an. 922. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus. *Cum eo ariale molendini exinde simul pertinente.*

Areola. Breviloq. *Areola, parva area, vel viridarium, vel hortulus, ubi nutriuntur arbores bonæ & herbæ virtuosæ*. Occurrit præterea in Tradit. Fuld. p. 467. a 569. a. *Dimidia areola legalis* lib. 3. tradit. 103. Vide *Hovastat*.

Aira, Area, Gallis *Aire*. Tabular. S. Amantii Inculism. *Ortos & airas, atque maisnamenta*. Et alibi: *Et terram quæ est deforis ad airas & ad ortos & viridaria*. Vetus Poëta MS.

Nés fu de Mazovie, & nourri de vostre aire.

Ayrale, Area, seu locus ædificio aptus, quasi *Areale*, mansura, Gall. *Masure*. Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis ch. 91. *Dedit Eustorgio airalum juxta mansionem Girberti de Arolas*. Ch. 118. *Et istam Ecclesiam, & airalos, & vinataria, &c.* Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *Præterea in domoqualibet, seu airali dictæ villæ, longa de 10. canis, & lata de 4. ad mensuram Figiaci, debemus annuatim percipere in festo S. Andreæ Apost. 6. denarios censuales*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1312. pro pariagio castri de Venescio in Occitania ex 48. Regesto ejusdem Regis in Tabulario Regio n. 29. *Item offerunt medietatem omnium ayralium deinceps ædificandorum in castro de Venescio --- seu eorum terminalibus, &c.* Infrà: *Ita tamen, quod si dicta ayralia ædificanda post ædificia prædicta ratione vetustatis, antiquitatisve, seu aliàs destruerentur, seu delerentur, quod dominus Rex ipsa ayralia infra annum pro parte ipsum contingente haberet, &c.*

AREATICUM, Agrarium. Tabularium S. Remigii Remensis: *Donant de vino mod. 1. de areatico mod. 1. & decimam de vino*. Vide *Araticum*.

AREGATA, & *Aregaza*, Pica avis Italis, & Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4. 20.

AREGNARE. Vide *Areniare*.

ARELLÆ. Jus Vicentin. lib. 1. *Nulla persona in dictis garbis debeat facere, seu ponere arellas, pastas vel tostas*. &c.

AREN, pro *arena*. Archithrenius lib. 8. cap. 12.

Omnibus hoc sphæris: sed qua directus orizon
Vistam cingit aren, æqualis dirigit ortus,
Zodiaci quartas tropicas ubi flectit habenas
Sol, noctique diem punctis finalibus æquat.

Et lib. 9. cap. 4.

------ Sed ad austrum porrigit Indos,
Et sitientis aren sepelit sub sole recessus.

ARENÆ, dicta Amphitheatra, ab *arenis*, in quibus pugnabant gladiatores. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Colitur namque & honoratur Minerva in Gymnasiis, Venus in Theatris, Neptunus in Circis, Mars in Arenis, Mercurius in Palæstris*. Fredegarius Scholast. cap. 65. de Heraclio Imp. *Fuit pugnator egregius: nam & sæpe leones in arenis & inermis plures singulus interfecit*. Aimoinus lib. 3. cap. 1. *Treveris in Arenis civitatis præsidio locato conatibus ejus restiterunt*. Ratherius Veronensis Episcopus in Qualit. conject. de Veronensi Amphitheatro: *Ipse in Circum, quod Arena dicitur, ob custodiam mansitaret*. Testantur Panvinius, & Hieronymus *d'alla Corte* lib. 1. Hist. Veronensis, Amphitheatrum Veronense etiamnum *Arenas* appellari. Historia Trevirensis pag. 208. *Civium pars aliquanta in Arena civitatis, id est, Amphitheatro, quam munierant, liberata est*. *Arenarum Nemausensium* mentio fit in Historia Wambæ Regis: *At ubi feroces nostrorum animos sustinere non possunt, intra Arenas* (Nemausenses) *quæ validiori muro antiquioribus ædificiis cingebantur, se muniendos includunt*. Charta Ildelfonsi Regis Aragonum & Bernardi Atonis Vicecomitis Nemausensis an. 1179. *Civitatem de Nemauso --- & castrum & fortitudinem de Arenis, quæ prope eandem civitatem constituta est*. Versus antiqui in Arnaldum Episcop. Nemaus.

Hic locus insignis fuit urbs habitata malignis
Gentibus, unde ruit quod scelerata fuit.
Carolus hanc fregit, postquam sibi marte subegit,
Ob Saracenos, quod tueretur eos.
Cùm Nemausenas exuri jussit Arenas,
Aptas præsidio perfidiæ populo.

Nomen etiamnum retinet, ut testatur Poldus Albenas, qui, uti hodie etiamnum visitur, ejus figuram exhibuit in Antiquitatibus Nemausensibus. Meminit præterea Chronicon Episcoporum Petracoricensium *Arenarum Petracoricensium* sub an. 1157. *Sub hoc Boso Comes Petracoricensis super locum Arenarum Petracoricensium excelsam turrim exædificavit*. Occurrit etiam *castrum Arenarum* Massiliæ in Charta ann. 1152. apud Guesnaium in Annalib. Massil. ann. 1288. num. 13. Denique in Consuetud. Bituric. tit. 11. art. 20. fit mentio *de la fosse des Arenes de Bourges*. Unde conficitur, amphitheatrum olim ibi extitisse. *Arenas Remenses* commemorat Marlotus in Metropoli Remensi lib. 1. cap. 5. *Parisienses ante S. Victorem*. Charta an. 1284. in Hist. Academiæ Parisiensis tom. 3. pag. 238.

Arena, ipsi amphitheatrales ludi. Acta S. Euphemiæ Virg. & Mart. edita à Prospero Martinengio: *Mox igitur Proconsul jussit arenam parari, & eos ad ursos ferocissimos tradi*. Ubi Metaphrastes ab eodem editus: εἰς εἶναι ἐπετέλεσαν.

Arenales idem quod *Arena*, amphitheatrum. Extat Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1299. in qua fit mentio *novi Hospitalis pauperum, quod situm est in Arenali de Gerunda*.

Arena. Laurentius Leod. in Hist. Episcopor. Virdunens. *Villam quoque sui juris Prisvillare, & arenam cum portu & piscatura --- contulit*.

Arena Puteolana, Pulvis Puteolanus, de quo Vitruvius lib. 2. c. 6. Plinius lib. 35. c. 11. Seneca lib. 1. Natur. quæst. cap. 20. & Anonymus de Re architecton. cap. 27. 30. Sidonius Carm. 2.

Namque Dicarchææ translatus pulvis arenæ
Intratis solidatur aquis, durataque massa
Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.

Bulla Clementis IV. PP. an. 1265. tom 9. Spicilegii Acheriani p. 226. *Et omnem materiam ad ædificia opportunam, puta lapides, arenam, quæ Puteolana vocatur, cæmentum, & similia*.

ARENARIA, *Sicca*, in Gloss. Isid. Vide *Puteolanus*.

ARENARIÆ, Varroni & Ciceroni Orat. pro Cluentio, *Arenaria* verò Vitruvio lib. 2. cap. 4. dicuntur *Arenæ fodinæ*, seu agri, qui *arenas* suppeditant. Nescio, an de iis intelligendæ binæ Chartæ veteres apud Ughellum in Italia sacra tom. 1. parte 1. p. 107. *Cumputeis, fontibus, rivis, aquis perennibus, ædificiis, parietinis, arenariis, adjunctis adjacentibusque suis, &c.* Et part. 2. pag. 198. *Cum cellis, & arenariis, & parietinis antiquis, &c.* Nam ibi *Arenariæ*, sive *Arenaria*, ædificiis ac parietinis videntur adjungi.

Arenarium appellabant Christiani cœmeterium, seu cryptas arenarias, quarum usus non modò inserviebat humandis defunctorum corporibus, ex quo nomen est inductum; sed & persecutionis tempore ad latebras Christianorum. Ita Baronius an. 130. n. 2. ubi ejusmodi *Arenaria* graphicè describit. Anastasius in S. Silvestro: *Fecit basilicam, --- in agrum Veranum, supra arenarium cryptæ*. Alii Codd. habent: *In agro Verano sub arenario*. Idem in Theodoro: *Eodem tempore relevata sunt corpora SS. Martyrum ---- quæ erant in arenario sepulta, via Numentana, &c.* Acta SS. Marii & Marthæ cap. 4. *In eodem loco decollati sunt sub arenario*. Acta Hippolyti, Eusebii & sociorum Martyrum: *Corpora illorum --- Hippolytus, qui & Diaconus, collegit, & sepelivit via Appia, milliario ab urbe, in arenario, ubi frequenter conveniebant*. Prudentius περὶ στεφάνων, Hymn. 1.

 Inlitas

Inlitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.

Ubi Iso Magister, *arenas*, *sepulcra* interpretatur.

ARENARII. Præfatio ad Libellum precum Marcellini & Faustini: *Cum omnibus perjuris & arenariis, quos ingenti corrupit pretio, Lateranensem Basilicam tenuit,* &c. Infrà: *Tunc Damasus cum perfidis invitat arenarios, quadrigarios, & fossores, omnemque Clerum, cum securibus, gladiis & fustibus, & obsedit Basilicam, &c.* Concil. Calchedon. Act. 10. pag. 300. Edit. 1618. συναγαγὼν ὄχλον ἄτακτον μετὰ ξιφῶν, καὶ ἄλλων τινῶν ἀρεναρίων, ἐπεισῆλθε. Infra: ἐπεισῆλθε τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μετὰ ξιφῶν, καὶ ἀρεναρίων, καὶ δάδων τινῶν. Ubi vetus versio *Arenarios* habet, id est, Gladiatores, qui in arena depugnant. Unde legendum ἀρηναρίων conjiciunt viri docti: Sed nihil mutandum docuimus in Gloss. med. Græcit. in Ἀρενάριος.

ARENCATA, Modus agri, vel vineæ. Fori Oscæ an. 1247. fol. 23. *Villana debet habere per suas dotes unam domum coopertam, in qua sint 12. bigæ, & unam arençatam vinearum, & unum campum, in quo possit seminare unam arrovam tritici invoce linaris.*

ARENDA, Curatio, administratio, Hungaricè *VVarung.* Goldast.

ARENGA, *Arengare*, *Arengaria*.

Arenga, Oratio publica, declamatio, concio, Italis *Aringa*, Gallis *Harangue*. Breviloquus: *Arenga est apta & concors verborum sententia, quæ ponitur post salutationem in privilegiis ac duorum negotiorum.* Chronicon Windesemense in Proœmio: *Prolixis igitur arengarum interlocutionibus postpositis, &c.* Utitur etiam Rollandinus in Chronico lib. 3. cap. 15. Nota sunt, quæ Accursius de Legibus & plebiscitis ridiculè scripsit, *ubi populus* (ita enim loquitur,) *pulsabatur cum campana ter, Ad harengam, Adharengam.*

Arengare, Concionari, *Haranguer*, apud eundem Rollandinum lib. 4. cap. 12. & Galvaneum Flammam cap. 284.

Arengum, pro *Arenga*, ex Italico *Aringa*, in Historia Cortusiorum lib. 2. cap. 11. Vide Galvaneum Flammam cap. 43.

Arengaria, Italis, & maximè Florentinis, *Ringhiera*, & *Aringhiera*, locus editior, ubi concionantur publicè: *Luogo dinanzi al Palazzo, dove, quando entrava la Signoria, il Podestà salito in bigoncia, che cosi si chiamava quel pulpito di Pergamo, d'entrel quale arengava, è faceva un' orazione, &c.* Ita il varchio in Dialogo delle lingue. Charta anni 1322. *Quæ statuta lecta & publicata fuerunt ad arengariam, &c.* De vocis origine multa, tametsi incerta, scripsere Jacobus Pergaminus, & aliquot alii Scriptores Itali, quorum sententias expendit V. Cl. Ægidius Menag. & Octavius Ferrarius, in Originib. Italic. Utcunque sit, videtur vox nostra *Arengerie* inde orta, pro loco, ubi viri tumultuantur ac verbis contendunt.

AREMIA. Vide *Adramire*.

ARENIARE, in jus vocare, *ad rationem ponere*, vocare, *Araisonner*, & per contractionem *Arainier*. *Le Romam de Garin.*

Voy le mesage, s'il l'a araisonné.

Thomas Walsinghamus in Edvvardo III. p. 164. *Item quòd nullus Clericus sit areniatus coram Justitiariis suis.* Henr. Knigthon in Ed. II. *Hugo Spenser ductus coram domino VVillelmo Trussel Justiciario, areniatus est coram eo ad barrum in forma, quæ sequitur, &c.* Radulfus de Hengham in Magna, cap. 9. p. 52. *Exceptis placitis, unde magna assisa arrainiata fuit, vel duellum vadiatum, &c.* Spelmannus opinatur iis locis, quibus id vocabuli occurrit apud Scriptores reponendum *arramare*: sed *areniare*, non est *fræno cohibere*, quia nostris *resne* frænum sit, uti censet idem Spelmannus. *Arraignier*, dixit Littleton sect. 442. *Si homo soit disseisi, & il arraigne un assise.* *Arregnare*, eadem ferè notione in Charta an. 1292. apud Joannem Lucium de Regno Dalmatico p. 187. *Arregnando consuluit* id est, ratiocinando, vi rationum.

ARENTARE. Vide *Arrentare*.

ARENTARIA. Statuta Walteri *de Grey* Archiepiscopi Eboracensis an. 1250. *Statuimus autem, quod decimæ de artificibus, & mercatoribus, & lucro negotiationis, sive de arentaria, fabris, textoribus, & omnibus aliis stipendiariis ---dentur, &c.*

ARERAGIUM, *Arrieragium*, *arreragium*, ex Gall. *Arrerage*, *Arrierage*, debitum, quod in Jure *Reliquum* dicitur. Quon. Attach. cap. 46. *Non potest illud tenementum ---saisire pro arreragiis firmarum suarum.* Vide Statuta Roberti III. Regis Scotiæ c. 14. & Raguellum. Occurrit passim.

AREST. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Sex panni de Arest, quorum duo fracti. Item 3. magni panni penduli consuti, in quorum quolibet continentur sex panni de Arest, parvi valoris, &c.---Item unus pannus de Arest.*

ARESTA, Arista. Fleta lib. 2 c. 76 § 7. ubi de Bobus: *Arestæ enim straminis ei deacei rugitu eorum impediret.*

ARESTUM, a Legulejis Anglis usurpatur, cum quis reus capitur, & in carcerem conjicitur, seu vi Brevis, seu à quovis homine: nam reos majestatis, traditores, & infractores pacis quivis potest auctoritate propria capere, & in carcerem compingere. Rastallus.

Arestare, Detinere, Gallis *Arrester*. Speculum Saxon. lib. 2. art. 10. §. 1. *Proscriptus licitè diebus feriatis vel ligatis arestetur, vel detineatur.* Lib. 2. art. 27. §. 10. *Si resisterent pignorationi, cum clamore violentiæ arrestentur.* Lib. 3. art. 78. §. 5. *Ad arestandum eum secundum juris formam.* Concil. Tolosanum an. 1225. *Per quorum terram transitum fecerit, damna restituant, nisi pro posse eum arestaverint, & prædam defenderint, &c.* Wil. Thorn. in Chron. *Alios---arrestavit & imprisonavit.* Thom. Walsinghamus p. 248. *Peregrinos universos cujuscunque conditionis existerent arestantes, jurare compulerunt.* Utitur etiam Albertus Argent. on. pag. 144. Vide Lindanum in Teneræmonda p. 219.

ARESTA, apud Gallos sunt decreta, seu judicia forensia, à superiori judice, à quo nulla intercedit appellatio, lata, cujusmodi sunt Parlamentorum: quæ sic appellata videntur, quòd post varias ab inferioribus & pedaneis judicibus de re quapiam latas sententias, litem & controversiam supremo examine & judicio definiant ac decidant: *Arrester* enim nostris, est decernere, statuere. In Regestis Parlamenti & magnorum Dierum Trecensium, suprema hæc decreta variis appellationibus subinde donantur: in his enim quadruplicis generis & appellationis judicia suprema, seu a superioribus judicibus lata ol servare est, *Aresta* nempe, *Judicia*, *Consilia*, & *Præcepta* seu *Mandata*, cum hac appendice: *Facta in tali Parlamento, aut in Diebus Trecensibus talis anni, per Magistros tenentes Parlamentum, aut Dies Trecenses.*

Aresta, dicebantur judicia, à judicibus post patronorum, seu advocatorum hinc inde orationes auditas publicè recitata. Eorum pronuntiationis formula hæc erat: *Quibus rationibus utriusque partis hinc inde auditis, dictum fuit per Arestum Curiæ, &c.*

Judicia erant decreta post inspectas & diligenter examinatas judiciarias inquisitiones & *aprisias*, à quopiam ex ipsis judicibus, qui de iis ad Curiam referebat, factas, in scriptis & secreto consessu relata, nec publicè recitata: *Jugemens rendus sur les procés par écrit, & sur les enquestes.* Judiciorum pronuntiationis formula erat: *Visa inquesta & diligenter inspecta, &c. pronuntiatum fuit per Curiæ judicium, &c.*

Consilia dicebantur dilationes, quæ litigantibus à judice dabantur, quo litem nondum maturam aut instructam

ctam admisso advocatorum consilio instruerent, judicio in alium diem dilato. Pronuntiationis Consiliorum formula ejusmodi erat: *Dies Consilii assignata est tali, super tali lite, ad aliud Parlamentum proximum, aut ad alios Dies Trecenses.* Unde hodierna pronuntiationis fluxit formula, in ejusmodi litibus, post peroratas patronorum causas, *Apointé au Conseil, & a écrire & produire.*

Denique *Præcepta*, seu *Mandata* appellabantur decreta, Baillivis, Senescallis, aliisve inferioribus judicibus missa aut delegata, quibus jubebantur præstituta à Parlamento generalia decreta in suis judiciis, & assisiis observare; aut inquisitiones judiciarias facere, interdicta publicare, & alia hujusmodi à Curia sibi demandata exequi. Eorum verò ista hæc erat formula: *Injunctum est Baillivo tali, ut, &c.* Hæc jam à me observata in Dissertat. 2. ad Joinvillam. Vide *Arretare*, in voce *Rectum.*

ARETICA. Matthæus Westmonast. an. 1285. de Honorio IV. PP. *Cui pedum ac manuum ferè officium abstulerat aretica ægritudo, &c.* Sic utraque Editio; sed legendum *arthretica* vel *arthritica*, ἀρθρῖτις, morbus articularis.

ARETHECA, Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. in Sanctuario Capuano pag. 263. *Item tres acus de argento cum lapidibus pro palleo: item par unum arethecarum de seta albacum smaltis impernatis, quod donavimus ipsi Ecclesiæ Beneventanæ.* Sed legendum videtur *chirothecarum.*

ARGA, vox Longobardica, quæ inertem & inutilem sonat. Glossæ MSS. *Arga, inutilis vel timidus.* Lex Langob. lib. 1. tit. 5. §. 1. *Si quis alium Argam per furorem clamaverit.* Paulus Warnefridus lib. 6. cap. 24. *Memento, Dux Ferdulfe, quòd me esse inertem & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga vocaveris.* Propriè autem *Arga* is dicitur, *cujus uxor mœchatur, & ille tacet*, id est, adulterio uxoris manus dat, vel certè de eo præ socordia nequaquam est sollicitus. Papias: *Arga, cucurbita.* Addit Ugutio, *vel simulacrum.* Boherius ad Legem Longobard. *Si quis vocaverit alium Argam, id est, cucurbitam, quod est nomen verbale secundùm gl. 1. cap. 1. §. Item si fidelis in verbo cucurbitaverit, &c.* A Græco ἀργὸς, *ignavus, iners*, vocem *Arga*, deducunt Cujacius & alii. Didymus de Demosthene: ἀκίνητος ὢν περὶ τὰς συνουσίας, ἐλέγετο ἀργός. Neque diversa, opinor, videtur vox *Sarga*, apud Isidorum in Gloss. & Papiam, ubi exponitur, *non idoneus cujuslibet artis Professor.* Apud Papiam est; *sed professor.* Vide *Cucurbita, Cugus.*

ARGA. Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarensis cap. 3. *Loca nemorosa, argis densissima, aspera, & fragosa an virgis?* Cambrobritannis *Argae*, est clausum, clausura, in Lexico Britannico veteri Boxhornii.

ARGANA. Vide *Pradisterium.*

ARGASTERIUM, *Magisterium, unde Anianus: Videlicet hujus artis argasterium apparuit.* Ugutio: fortè, ex Græc. ἐργαστήριον. Vide *Argisteria.*

ARGENTARIA, *Argenteria*, Argenti fodina, Italis *Argentiera.* Inter Regalia accensentur *Argentariæ* in lib. 5. de Feud. Charta Ricardi Regis Roman. an. 1263. in Probat. Histor. Sabaudiæ: *Cum juribus, plateaticis, molendinis, furnis, argentariis, angariis, parangariis, &c.*

Argentearia. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 143. *Soldanus autem habebat in terra sua 6. vel secundum quosdam, 10. millia argentearias, quarum unica quotidie 10. millia Soldanos valebat. Argentearia de Lebena quotidie valet, ut dicitur, tres rotas argenti depurati, quæ valent tria millia Soldanos, solutis operariis.*

Argenteria, eadem notione. Vox satis frequens in Chartis Provincialibus apud Columbum in Episcopis Vivariensibus pag. 213. 219.

Argentaria, vicus, seu platea, ubi habitant Argentarii. Auctor Queroli: *Sacellum in parte argentaria ex diverso. Vicum argentarium* dixit S. Augustinus lib. 7. de Civit. Dei cap. 4. ἀργυροπρατεῖα, apud Theophan. an. 5. Justiniani.

ARGENTARIUM, Armarium, in quo vasa argentea reconduntur, apud Ulpianum leg. 19. D. de Auro arg. mundo leg. V. Basilic. Eclog. 44.

ARGENTARIUS, Will. Britoni, dicitur *is, qui custodit argentum.* Glossæ Lat. Græc. Ἀργυροφύλαξ, *Argentarius.* Ejusmodi munus fuit *Argentarii Regis* in aula Regum nostrorum, penes quem Thesaurarii Regii ex fisco quotannis certam pecuniæ summam deponebant ad domus Regiæ impensas, de qua rationes inibat in Camera Computorum: is autem anno 1351. 400. libr. pro vadiis percipiebat, ut docemur ex Computo Stephani *de la Fontaine Argentier du Roy*, quod in eadem Camera asservatur.

Argentarium opus, in Chronico Figiacensi pag. 298. *argenteum opus*, de quo supra.

Argentarii autem Latinis Scriptoribus, propriè sunt ἀργυροπράται, sive ἀργυραμοιβοὶ, quos vulgò *Cambiatores*, seu *Changeurs* dicimus, ut pluribus probat Salmasius lib. de Usuris pag. 490. Dicti etiam *Coactores*, unde emendare licet Gloss. Lat. Græc. Κουάκλωρ, *Argentarius*: legendum enim Κοάκτωρ. Sed hoc jam observatum à Cujacio, Salmasio, & aliis. Vide Gregorium M. lib. 9. Epist. 23.

Argentarii iidem etiam qui monetarii, atque ita *Præpositos Argentariorum*, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. §. 4. intelligendos quidam volunt.

Argentarii, in leg. 37. Cod. Theod. de Decurionibus, qui argento vel auro arma militaria ornabant, unde iidem cum *Barbaricariis* in Notitia Imperii videntur: ubi *Præpositi Barbaricorum sive Argentariorum* non semel occurrunt. Vide *Barbaricarius.*

Argentarii fabri, qui argentea opera conficiunt, in Lege Burgund. tit. 10. §. 4. *Qui fabrum argentarium occiderit, &c.* Ubi Editio Heroldi *Argentarium* nudè habet. Ita vocem hanc usurpat Anastasius Bibliothecar. in Vita S. Demetrii Martyris pag. 76. Edit. viri doctissimi Joan. Mabillonii tom. 1. Analect. p. 76.

Argentarius Miles, in libro Scacarii, qui Gervasio Tilesber. adscribitur, dicitur, *qui ab inferiore scacario ad superius defert loculum examinandi argenti.* Ubi videtur *Miles* poni pro gregario famulo.

ARGENTOCLUSUS, apud Anastasium in S. Silvestro p. 16. 28. Vide *Inclusor.*

ARGENTUM *Regis*, *Argentum finum*, Gallicè *Argent le Roy*, *Argent fin*, in veteribus Regum nostrorum de Monetarum fabrica & fusione, statutis, intelligitur de ea materia argentea, quæ est undecim denariorum, & 12. granorum puri argenti, hoc est, in qua est pars vicesima quarta ærea: nam argentum purum, seu *finum* illud est, quod constat 12. denariis puræ seu finæ materiæ argenteæ, quanquam adeo purum vix reperitur. Hæc porrò in hanc rem olim à nobis exscripta ex Regesto *Noster*, Cameræ Computorum Parisiensis, fol. 205. hocce loco, ut minùs trita, etsi vernacula, inserenda censuimus. *Argent. le Roy est & doit estre à une maille d'argent. fin. Car argent fin est à 12. den. d'aloy, & d'argent le Roy à 11. den. obole. Et se l'endit tele monnoie est à 8. den. d'argent le Roy, si prent l'en l'argent le Roy à 12. den. & le fin à 12. den. ob. & vaut chascun den. 24. grains, & 12. grains maille, ainsi ont porté chascun denier d'aloi d'argent fin un grain en argent le Roy, si comme qui diroit, Ceste monnoie est à 4. den. d'argent fin, c'est à dire que il est à 4. den. 4. grains argent le Roy; & ainsi des autres.*

E's comptes des monnoies est dit, C'est le compte de la monnoie de tel lieu, de tele monnoie à tant d'argent le Roy

le Roy fait par tel, & ne dit l'en pas, d'argent fin : car anciennement quant l'Emperiere faisoit monnoie, l'en disoit en ses monnoies d'argent fin, & ainsi faisoit l'en és monnoies des Rois, Ducs, Princes, & Comtes, qui tenoient de luy. Et afin, que il ne semblast que le Roy de France fut homme de l'Emperiere, & que il tenist de lui, il fu ordedené par le Conseil des Pers de France, que l'en diroit, argent le Roy, qui est à une maille prés d'argent fin.

Argent fin est à 12. den. ob. d'argent le Roy.

Gros Tournois de S. Loys & les autres }
Argent signié en vesselles & mailles Tierces vieilles } *sont à 12. den. d'argent le Roy.*

Estallins d'Angleterre & d'Escoce }
Gambroisins de Philippe }
Chevaliers de Guillaume } *sont à 11. den. ob. argent le Roy.*
Passavants neufs }
Fors de Nevers de Philippe }

Mailles d'argent signées Vieilles de 3. den. T. de cours, sont à 11. den. 6. gr. argent le Roy.

Se aucun vouloit ouvrer argent le Roy, & achetoit argent fin, & fut l'achat & la délivrance tout à un marc, il le peut faire, més que le prix de la délivrance & de l'achat soient considerez estre d'une valeur, si comme qui acheteroit un marc d'argent le Roy 50. gros, l'en n'en devroit donner que 56. gros, se l'en les délivroit a argent le Roy, c'est toute une valeur, car Argent fin en emporte bien plus que Argent le Roy; & coment que il semble que il donne plus grant pris, c'est assavoir 58. gros, si ne donne-il pas plus de 56. gros argent, car il achete argent, & délivre argent, & semble, que le seurcrois de l'argent fin que il achete, il doit rendre, puis que il délivre Argent le Roy, qui bien se pourroit monter à tel prez demi gros.

Argentum, Pecunia, quomodo *Argent* vulgò dicimus. Utitur auctor Prædestinati lib. 3. p. 184.

ARGERUS. Charta an. 1153. apud Ughellum tom. 5. Italiæ sacræ pag. 418. *Decimam terrarum vestrarum de villis plebis & argeris, &c.*

ARGIS, navis, sic dicta ab *Argo*, quæ prima navis fuisse dicitur, qua Jason in Colchidem navigavit. Gregorius Turon. in Vita MS. B. Maurilii Episc. Andegavens. cap. 10. *Argis haud modica mercibus referta per Ligerim vehebatur.* Idem cap. 15. *Repentè immanis emersus è gurgite piscis prosiluit in argim.*

ARGISTERIA, Papiæ: *Stationes, nundinæ, popinæ.* Alibi: *Ypotetenæ*, (l. hy[illegible]heeæ) *argisteria, domus.* Rursum: *Popinæ, argistar[illegible]nundinæ, plateæ.* In Breviloq. *Argisteria, stationes nundinarum.* Ex Græco ἐργαστήριον, officina, taberna. Isidorus lib. 15. cap. 6. *Ergasterium locus est, ubi aliquod opus fit, &c.* Vide *Argasterium.*

ARGOIDO. Rythmi in Veronam, tom. 1. Analector. Mabillonii: *Quorum corpora simul condidit Episcopus aromata & galbanen, stacten, & argoido, mirrha, gutta, & casia, &c.*

ARGUMENTUM, Papiæ: *Argutè inventum*: propriè ars vel stropha, qua quis fallitur. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Est victus argumentis Diaboli.* Gregorius Magn. lib. 5. Epist. 31. *Sub quolibet ingenio vel argumento.* Lex Burgundionum tit. 84. §. 2. *Nec extraneo per quodlibet argumentum terram liceat comparare.* Vita S. Odonis Abbatis Cluniacensis: *Cùm viderent suam nullo modo prævalere industriam, vertebant se ad alia argumenta.* Matth. Paris. an 1226. *Defensores urbis lapides pro lapidibus, tela pro telis—remittentes, & argumenta pro argumentis excogitantes, vulnera Galligenis lætifera inferebant.* Vide Salmasium ad Tertulliani Pallium p. 79.

Argumentatio, eadem notione. Aigradus Monach. in Vita S. Ansberti Archiepiscopi Rotomagensis cap. 4. *Erat etiam in sæculari argumentationis astutia prudens.*

Argumentosus, Ingeniosus. Quintilianus lib. 5. *In picturis quoque argumentosa opera vocamus. Apes argumentosæ*, apud Willelmum Neubrigensem lib. 1. cap. 10. *Vulgo paulò numerosius opus dicitur argumentosum.* Idem Will. Tyrius lib. 19. cap. 11. *Siraconus—vir in nostram argumentosus perniciem.* Adde librum 2. Miraculorum S. Bertini cap. 10.

Argumentosè, Ingeniosè, apud Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 599.

Argumentum, Machina, qua aves in aquis capiuntur. Charta Childeberti Regis pro Monasterio S. Germani Parisiensis: *De argumentis verò, per quæ aves possunt capi super aquam, &c.*

Argumentum, Machina bellica. Luithprandus lib. 5. cap. 6. *Argumentum, quo ignis projicitur.* Anastasius Bibliothec. in Historia Ecclesiastica pag. 73. *Repromittit Chagano se tradere civitatem, & exterminatorio instrumento facto, quod Arietem nominant, civitatem adeptus est, dicentes, quòd barbari argumentosum ingenium & alias plures urbes in servitutem redegerunt.*

Argumentosus, Joannes de Janua: *Machinosus, Argumentosus, ingeniosus ad machinas faciendas.*

Argumentum, in examinatione aut supplicio eorum. Vita S. Nicasii Episc. Lugdunens. *Argumenta, quibus constringebantur adstricti, cùm suo baculo tetigisset, statim vigor est ferri confractus.* Passio S. Euphemiæ apud Prosperum Martinengium: *Confestim descripta sunt omnia argumenta rotarum. Argumenta lapidum*, ibidem: ubi Metaphrastes habet ὄργανον τῶν τροχῶν, μηχανικὸν ὄργανον. Italis *argumenti*, sunt etiam ferramenta, instrumenta.

ARGUTARIUS. Vide *Canis.*

ARIÆ, Isidoro & Papiæ, *Mortuorum pulvinaria*; sed legendum *arcæ* censet Ludov. de la Cerda. Certè *Ariæ* scriptum invenitur in MS. Papiæ Codice.

ARIALIS. Vide *Area.*

ARIBANNUM. Vide *Heribannum.*

ARIBLATONES, Papiæ, *Negotiatores de loco ad locum transeuntes.*

ARIENCUS, *Arienzus.* Charta Hispanica Fernandi Comitis Castellæ, æræ 972. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti, tom. 1. pag. 31. appendic. *Ista prædicta cum omnibus suis villis ad Alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos arienços.* Occurrunt hæc verba ibi pluries; sed ferè semper scribitur *arienzos.* Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. *Pecuniam pro homicidio solutam Rex debet habere, tamen justitia habet nonam partem, & sagiones los arienços.*

ARIETEM *levare*, superstitionis, aut inhonesti ludicri species apud Anglos. Inquisitiones Archidiaconorum Lincolniensis diœcesis an. 1233. c. 30. *An alicubi leventur Arietes, vel fiant scotallæ, vel decertetur in præeundo cum vexillo matricis Ecclesiæ?* Synodus Wigorniensis an. 1240. can. 38. *Ne intersint ludis inhonestis, nec sustineant ludos fieri de Rege & Regina, nec Arietes levari, nec palæstras publicas fieri, &c.* Statuta Provincialia Walteri Episcopi Dunelmensis an. 1255. *Insuper interdicimus levationes Arietum super rotas, & ludos, quibus decertatur ob bravium exequendum.*

ARIGAVER. Vide *Andigaver.*

ARIMANDIA, *Arimanni.* Vide *Herimanni.*

ARINCHADA, Modus agri, Hispanis *Arançada.* Charta Philippi Regis Franciæ & Navarræ an. 1319. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon. pag. 100. *Tres arinchadas terræ nostræ juxta dictum palatium situatas, &c.* Occurrit ibi pluries.

ARIOLARI, *Ariolandi peccatum.* Stephanus Tornac. Epist. 129. *Mandatis Apostolicis nolle acquiescere.*

essere, peccatum ariolandi est; & scelus idololatriæ, nolle obedire. Utitur præterea hac loquendi formula, quæ sumpta est ex I. Regum cap. 15. v. 23. Epist. 121. ut & Joan. Sarisberiensis Epist. 198. 282.

ARIPENNIS. Vide *Arpennis.*

ARIRAGIDA. Vide *Harireda.*

ARISCHILIT. Vide *Herischild.*

ARISTA, Piscium osciculum, ἄκανθα, nostris *Areste.* Joannes de Janua ex Ugutione: *Arista, ab areo, es, quia primò areat, id est, spica, vel spicula, spice & piscium. Unde dicimus aristatos pisces, qui plures habent aristas.* Ausonius in Mosella, de Perca pisce:

——Solidoque in corpore partes
Segmentis coëunt; sed dissociantur aristis.

Alibi:

Viscere præ tenero fartim congestus aristis.

Vita S. Philiberti lib. 2. cap. 83. apud Cl. Chiffletium in Tornutio: *Una aristarum, quæ in ejus* (lupi marini) *eminent dorso, gutturi inhæsit vorantis.* Occurrit prætereà apud Stephanum Episc. Redonensem in Vita S. Guilielmi Firmati n. 33. & in Hist. Relationis S. Richarii n. 13. Vide *Aresta.*

ARISTATO, Pallæ, pallia, seu stragula defunctorum *tumbis* & monumentis imposita. Lex Salica tit. 16. §. 4. *Si quis aristatonem super hominem mortuum capulaverit, &c.* Tit. 57. §. 3. *Si quis aristatonem, id est, staplum, super mortuum capulaverit, &c.* Quo loco Codex Heroldi tit. 58. §. 4. habet: *Si quis cheristaduna super hominem mortuum capulaverit, &c.* Ubi Wendelinus Aristatonem Germanicum *Eere-staet* esse ait, quæ vox *honorarium decus sonat.* Porrò pallis & tapetibus tegi & insterni solitos Sanctorum, atque adeo nobilium & honoratiorum tumulos, testantur præterea Gregorius Turonens. lib. de Gloria Confess. cap. 20. 21. 30. 55. 79. de Mirac. lib. 1. cap. 72. lib. 2. c. 33. de Mirac. S. Martini lib. 2. cap. 10. de Vit. Patr. cap. 8. 9. 15. 19. Evodius Uzalensis de Miracul. S. Stephani c. 3. Baudovinia in Vita S. Radegundis cap. 29. Acta S. Agathæ n. 15. Vita S. Eucherii Episc. Aurelian. n. 12. Gotselinus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. cap. 1. Avitus Viennensis lib. 3. Poëmat. vers. 253. Vita S. Eparchii p. 523. tom. 2. Bibl. Labbei, Concilium Arvernense can. 3. Capitula S. Bonifacii Moguntini cap. 20. Helmod. lib. 1. cap. 79. &c. Vide *Palla.*

Hinc fluxit mos mortuorum feretra pallis Ecclesiasticis obvoluta in Ecclesiam deferendi. Guillelmus Apuliensis lib. 2. de Gestis Norman. de Roberto Guiscardo:

Utile figmentum versutus adinvenit, atque
Mandat defunctum, quod quemlibet esse suorum
Gens sua testetur, qui cùm quasi mortuus esset
Impositus feretro, pannusque obducere cera
Illitus hunc facie jussus latitante fuisset.
Ut Normannorum velare cadavera mos est. Vide Guil. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 1. pag. 1188.

ARISTOPHORIUM, Ugutioni, *Vas ad potus & prandia deferenda rusticis in agro aptum, &c.* ex Græc. ἀριστόφορον.

ARITRAIB. Vide *Aratraib.*

ARIZZUS. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Rudera: arizzi, vel stercora.*

ARMA, feminini gener. Dositheus Magister in Gloss. *Inermis, sine arma.* Gesta Regum Francor. cap. 10. *Nullus tam sordidam & incultam armam habet, quàm tu.* Lex Burgundion. tit. 18. §. 3. Edit. Heroldi: *Ille, cujus arma est, nihil pro hoc solvat.* Lex Longobardorum cap. 4. ejusdem Edit. *Si quis cum sagitta vel qualibet arma plagam intra capsam fecerit, &c.*

Arma clamare, conclamare: *Crier aux armes.* Capitulare 3. ann. 813. cap. 63. *Quisquis audit arma clamare, & ibi non venerit, &c.*

Arma, Scutum & lancea, dicuntur in Capitulari 3. an. 606. cap. 1. & in Capitulis Caroli Magn. lib. 3. cap. 22. Concilium Karrofense ann. 986. cap. 3. *Si quis Sacerdotem aut Diaconum, vel alium quemlibet ex Clero arma non ferentem, quod est scutum, gladium, loricam, galeam, invaserit, &c.* Vide Tabellam Caroli Calvi, descriptam à V. Cl. Stephano Baluzio tom. 2. Capitular. p. 1276. ubi Regius Armiger & lanceam & scutum Principis tenet.

Arma, pro viris armatis, seu *Gens d' armes.* Thrvvoczius in Prologo ad 2. partem Chr. Hungar. *Qui redeuntium fuerint capitanei, ac quantus numerus armorum in exercitu illorum fuerit, &c.* Ibid cap. 2. *Universum cœtum armorum, quem ducebant, in 7. exercitus diviserunt.* Vide *Armatus.*

Armorum benedictio, eorum nempe, qui in sacras expeditiones proficiscebantur. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 181. *Horum* (Sacerdotum) *officium est, Missas celebrare,——populum ad Missam vel nuptias, vel arma, vel peras, vel baculos, vel judicia ferri, & aquas,—benedicere.* Vide *Vexillum.*

Armorum custos, dictus videtur non tam is, cui armamentarii, quod ὁπλοφυλάκιον appellat Joannes Cananus pag. 191. quàm is, cui armorum in castris servandorum cura incumbebat, in vett. Inscript. apud Gruter. 518. 5. 546. 9. 569. 7. Habebant autem singulæ Legiones suos armorum custodes, 568. 11.

Armis contendere, Monomachia, judicio duelli se purgare, in Consuet. Sicul. lib. 3. §. 47.

Arma dare, Armis cingere, honorare, Militem, seu Equitem creare, armis Militaribus induere: *Arma accipere,* Militari cingulo accingi. Tacitus de Germanis: *Arma sumere non antè cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit, tum in ipso Concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos.* Vita Ludovici Pii an. 791. *Patri Regi Rex Ludovicus ad Ingelheim occurrit, indeque Renesburg cum eo abiit, ibique ense, jam appetens adolescentiæ tempora, accinctus est.* Et an. 837. *Dominus Imperator filium suum Carolum armis virilibus, id est, ense cinxit, corona regali caput insignivit, &c.* Willelmus Malmesb. lib. 2. de Gest. Angl. cap. de Æthelstano Rege: *Nam & avus Alfredus prosperum ei regnum imprecatus fuerat, videns & gratiosè complexus speciei spectatæ puerum, & gestuum elegantiam: quem etiam præmaturè Militem fecerat, donatum chlamyde coccinea, gemmato baltheo, ense Saxonico, cum vagina aurea.* Henricus Huntindon. lib. 8. Hist. *An. 14. Henrico nepoti suo David Rex Scotorum virilia tradidit arma.* Hovedenus part. 1. *Post hac in hebdomada Pentecostes filium suum Henricum apud VVestmonasterium, ubi curiam suam tenuit, armis Militaribus honoravit.* Thomas Walsinghamus pag. 507. *Kl. Febr. de Dominica in vigilia Purificationis, Edvvardus* (Rex) *juvenis suscepit arma militaria cum multis aliis, &c.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 111. *Nondum enim juvenis ille arma acceperat; sed Militiæ virtutem arripuerat.* Robertus *Bourron* in Merlino MS. *Et si vous pri qu'en guerdon de mon service, me doigniés armes, & me fetes Chevalier.* Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Tant qu' Artus li biaus & li fiers,
Devint à Gournai Chevaliers,
Armes & cevaus li donna
Rois Felippes ki l' adouba.

Le Roman d' Aubery MS.

Armes li donne, & un riche destrier,
Et de sa paume li donne un coup plenier,
Que Dex li doint i estre bons Chevaliers.

Ubi per *arma,* his locis, ut plurimum, solus ensis intelligitur, quo accingebatur novus Miles.

Sed & interdum armis omnibus is instruebatur. Ordericus Vitalis lib. 8. de Henrico postmodum Rege Anglor. hujus nominis primo: *Hunc Lanfrancus Dorobernensis Episcopus dum juvenile robur attingere vidit, ad arma pro defensione Regni sustulit, eumque lorica induit, & galeam capiti ejus imposuit, eique ut Regis filio, & in regali stemmate nato Militiæ cingulum in nomine Domini cinxit.* Id ipsum prodit Joannes Monachus Majoris Monast. de Gaufredo Andegavensi Duce Normanniæ Milite facto: *Induitur lorica incomparabili,---calciatus est caligis ferreis, ---clypeus leunculos aureos imaginarios habens collo ejus suspenditur, &c.* Locum integrum dedimus in Dissert. 22. ad Joinvillam, eoque spectare diximus ista Senatoris ex lib. 4. Epist. 2. ubi de adoptione per arma, ex qua *Militaris* dignitas & ordo profluxit: *Damus quidem tibi enses, clypeos, & reliqua instrumenta bellorum,&c.* Otto de S. Blasio cap. 26. *Fridericum Suevorum Ducem gladio accingi armisque insigniri disposuit.* Adde eundem Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 489. lib. 6. pag. 623. lib. 11. pag. 811. 825. 831. lib. 12. pag. 875.

Armorum præparatio, Militia, cinguli Militiæ accinctio. Tabular. B. Mariæ Columbensis diœcef. Carnotens. *Et pro supradicta villa sibi in tribus auxilium impenderet, scilicet in corporis sui redemptione, aut in filii sui armorum præparatione, aut in filiæ suæ matrimonii conventione.*

Arma deponere & relinquere jubebantur, quibus ob crimen aliquod imponebatur pœnitentia publica. Vetus pœnitentiale: *Qui occiderit Monachum aut Clericum, arma deponat.* Adde Pœnitentiale Roman. cap. 2. 34. Concilium Wormaciense can. 26. 30. Moguntiac. ann. 888. can. 16. Triburiense an. 895. can. 5. Romanum an. 1078. can. 5. Synodicum Concilii Tricassini an. 867. Capitula Caroli Magni lib. 6. can. 90. 97. Legem Longobard. lib. 2. tit. 13. §. 5. Additionem 2. Ludovici Pii c. 1. Addit. 4. c. 117. novæ Edit. Canones sub Edgaro Rege datos cap. de Satisfactione §. 10. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 68. Burchardum lib. 6. c. 8. Ivonem lib. 10. cap. 37. & Epist. 60. Vitam Ludovici Pii ann. 833. 834. Vitam B. Simonis Comitis Crispejensis cap. 3. &c. Vide *Scastlegi*.

Arma & equos suis senioribus dare. Vide *Heriotum*.

Armis & honoribus emendare, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 36.

Per arma jurare. Vide *Jurare*.

Arma libera, quæ liberum, id est, virum ingenuum & nobilem solum spectant. Leges Guillelmi Nothi Regis Angl. cap. 65. de Manumissione servorum: *Et tradat illi libera arma, scilicet lanceam & gladium. Arma liberorum* dicuntur etiam *lancea & gladius*, in Legibus Henrici I. cap. 78.

Arma molita, vel *moluta*, famiata, polita, acuta. Leges Siculæ lib. 1. tit. 8. §. 1. *Si armis molitis impugnatus fuerit, liceat se armis molitis defendere.* Tit. seq. *Arma molita & prohibita. Arma moluta*, apud Bractonum lib. 3. Tr. 2. cap. 19. §. 2. in Libertatibus Tenermundæ art. 4. Charta Communiæ Peronensis an. 1207 *Si aliquis de nocte vel de die armis molutis aliquem vulneraverit,&c. Arma emolita*, apud Fletam lib. 1. cap. 33. §. 6. *Gladius emolutus*, in Libertatibus villæ *de Villereys*. *Armes esmouluës*, in Stabilimentis S. Ludov. lib. 2. cap. 11. & in Consuetud. Montensi cap. 50. *Espée ou autre harnois émoulu*, in Consuet. Bayonensi tit. 26. art. 11. *Fer émoulu*, in Consuet. S. Severi tit. 18. art. 5. Chronicon Besuense pag. 697. *Quadam die cùm in fabrica fabri cultellum emoleret.*

Arma mutare, vel *commutare in signum fœderis*, seu fraternitatis. Ethelredus: *Quid plura? annuit Edmundus & Knutho de Regni divisione consentit.---dispositis itaque armis, in oscula ruunt,---deinde in signum fœderis vestem mutant & arma, reversique ad suos, modum amicitiæ pacisque præscribunt, & sic cum gaudio ad sua quisque revertitur.* Florentius Wigorniensis hocce ritu contractam fraternitatem innuit, dum rem eandem enarrat: *Ubi pace, amicitia, fraternitate, pacto & sacramento firmata, Regnum dividitur.* Ita apud Homerum Glaucus & Diomedes arma invicem mutarunt, Ιλ. ζ. v. 235.

Ος πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν.

Hoc porrò ritu adoptionem fraternam *per arma* contractam ex Gaufredo Malaterra lib. 2. cap. 46. pluribus ostendimus in Dissertat. 21. ad Joinvillam.

Armorum ostensio, *Monstre d'armes.* Aresta O. SS. 1293. in Regest. Parl. f. 99. *Cùm Dom. de Piceto compellere vellet burgenses suos de Piceio, ut ad mandatum ipsius facerent ostensionem armorum, Majore & Scabinis de Piceio se opponentibus, & dicentibus, quòd ad mandatum ipsius non tenebantur facere dictam ostensionem; sed ad mandatum nostrum libenter facerent: visis chartis dictæ Communiæ, & partium rationibus intellectis, pronuntiatum fuit, quòd dicti burgenses ad mandatum dicti domini sui ostensionem armorum facere tenebantur.* Vide *Monstrum*.

Arma plena, quæ Militem spectant, *Armes de Chevalier*, seu omnimoda arma. Chronic. Aulæ Regiæ c. 13. *Dicunt, quòd tunc in exercitu Regis Bohemiæ fuerunt 7000. virorum in equis pugnantium, in plenis armis, & sub galeis.* Rogerus Hovedenus an. 1181. *Ut unusquisque homo habens centum libras Andegavensis monetæ in catallo, haberet equum, & arma militaria plenariè; omnis autem homo habens in catallo 40. vel 30. vel 25. libras Andegavensis monetæ ad minus, haberet albergellum, & capellum ferreum, & lanceam & gladium: cæteri autem omnes haberent vvanbasiam, capellum ferreum, & lanceam, & gladium.* Regestum Feodorum & Servitiorum in Camera Computorum, fol. 3. *Ces 4. fiez servent au Chasteau de Torigny en pleines armes par 15. jours.* fol. 6. *Guillaume le Moine tient fié à pleines armes.* Et alibi sæpe. Chronicon Flandriæ cap. 34. *Et fut le Comte d'Artois armé en ses pleines armes.* Cap. 49. *Et allerent tous ses machiers*, (massiers) *armez entour lui en pleines armes.* Cap. 67. *Et estoit le Roi armé de ses pleines armes.* Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 6. *Et estoit le Roi armé de ses plenieres armes.* At quæ propriè fuerint *plena arma*, pluribus docet vetus Consuetudo Normanniæ MS. 2. parte cap. 25. *Se aucun est attaint de teles querelles contre Chevalier, il leur doit amender par plaines armes, & ce est par le cheval & par le hauberc, par l'escu & par l'espée & par le heaume. Se cil à qui le mesfet fut fet, n'est pas Chevalier ne il n'a point de fieu de hauberc, més il deffent son fieu par plaines armes, l'amende li doit estre fete par un roncin, par un gambiex, par un chapel, & par une lame; & par ces choses doit-il fere satisfation de l'amende.* Vide Probationes Historiæ Sabaudicæ p. 248.

Arma præsumere. Vide *Apothecarius*.

Arma tormentalia. Thvvroczius in Chron. Hungar. in Carolo Rege cap. 99. ubi describit pompam funebrem ejusdem Regis: *Tres solennes dextrarii ipsius domini Regis Karoli suis phalerati purpureis ornamentis, super quos Milites strenui armis ejusdem domini Regis induti sedebant, ante fores Ecclesiæ steterunt, quorum quidem Militum unus armis tormentalibus regiæ excellentiæ convenientibus erat ornatus, & alter ad hastiludium aptus, tertius verò armis bellicis Regiæ majestati competentibus erat circumseptus.* Ubi legendum *tornementalibus*. Nam alia erant torneamentorum arma, alia hastiludiorum, seu *justarum*, ut probavimus ad Joinvillam dissert. 6. & 7. sed & *Tormentum*, pro *Torneamentum* habet Epitaphium Rogeri de Mortuo mari tom. 2. Monastici Anglic. pag. 229.

Militiam scivit, semper tormenta subivit.

Armorum proclamatio. Charta Ottonis M. Imperat. an. 877. apud Hermannum Stangefolium in Annalib. Westphalic. lib. 2. pag. 151. *Constituimus etiam, ut nullus hominum, vel Advocatus alienam jurisdictionem in*

in civitate prænominata habeat, excepta Abbatiſſa Aſſendienſi, præter intruncationem manuum, vel armorum proclamationem. Vide *Hereſi bild.*

Arma, Gentilitia inſignia, noſtris vulgò *Armes*, vel *Armoiries*; *Arme*, Italis. Uſurpata hæc vox videtur ex eo, quòd inſignia gentilitia in clypeis ac ſcutis depingantur, quæ Latini propriè *Arma* appellabant. Ac primùm quidem *Arma* dixere, *quibus ipſi tuemur*, ut *tela*, *quæ emittimus*, ut ait Iſidorus. Nec diſſentit Varro lib. 4. de Lingua Lat. qui *Arma* dicta eſſe *ab arcendo, quòd his arceamus hoſtem*, ſcribit. Præſertim verò ſcutis ipſis id nominis tributum: nam *Ancilia, Arma* appellata, auctor eſt Nonius Marcellus: *Ancile, ſcutum grande, unde etiam arma & ancile appellatur.* Quo loco fortè legendum *arma ancilia*, ut in hac Inſcriptione: *Manſiones ſaliorum palatinorum à veteribus ab armorum ancilium cuſtodia conſtitutas longa ætate neglectas pecun. ſua reparaverunt, &c.* Neque aliter Poëtæ intelligendi, dum *picta arma* habent, quòd in ſcutis militum ac ducum inſignia depingerentur. Virgilius:

---Et pictis Arcades armis.

Idem lib. 10.

Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.

Lucanus lib. 1.

Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Alibi:

----Et pictis conſpectus in armis.

Valerius Flaccus lib. 1.

Inſequeris caſusque tuos expreſſa Phalere,
Arma geris.

Ita etiam Græci ὅπλον pro ſcuto non ſemel uſurpant. Gloſſ. Lat. Græc. *Scutum*, ὅπλον. *Scutum*, θυρεός, ἀσπίς, κ. ὅπλα. In Pſalm. 5. 75. 90. ὅπλον per *ſcutum* redditur. Annotat præterea Leo Imp. in Tacticis, quos ὁπλίτας, Græci vocant, ſua ætate σκυτάτους appellatos.

Neque tamen deſunt, qui exiſtimant, *Arma* non ſemper pro ſcutis; ſed interdum pro ipſis, quæ in ſcutis depingebantur inſignibus, uſurpari apud Virgilium lib. 1.

Aut Capyn aut celſis in puppibus arma Cayci.

Ibidem:

----Hic illius arma,
Hic currus fuit.

Et lib. 10.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Denique lib. 1.

Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia.

Quæ quidem imitatus videtur Silius Ital. lib. 13.

Jam Phryx condebat Lavinia Pergama victor,
Armaque Laurenti figebat Troïa luco.

Virgilium porrò hoc loco ſic accipiendum prodit Meſſala Corvinus lib. de Progenie Auguſti: *In templis arma & inſigne armorum ſuſpendit: nam poſt exactam militiam, laboreſque militiæ, mos fuit ſuſpendere arma. Ideo arma fixit Troia, Troia fuit inter arma templis affixa, armorum inſigne*, id eſt, *ſus.* Livius. *Samnites præter cæteros apparatus, ut acies ſua fulgeret novis armorum inſignibus fecerunt. Duo exercitus erant, ſcuta alterius auro, alterius argento cælaverunt, &c.* ubi *inſignia armorum*, ſunt ſcutorum & clypeorum picturæ. Rodericus Toletanus lib. 9. de Reb Hiſp. cap. 13. *Armorum ſuorum inſignia fecit nigra, quæ alibi & in bellis præferebat.*

Arma amittere, vel *armis carere* dicebantur, quorum clypei in hoſtium poteſtatem venerant, vel qui in prælio victi fuerant: tunc enim ii, aut eorum liberi, ſi rurſum uti armis vellent, tenebantur de hoſtibus acceptum dedecus præliando eluere & vindicare; alioquin nec pro Militibus habebantur, nec ad menſam Militum ſedere fas iis erat. Nam is mos invaluerat, ut tradit Salanova apud Hieronymum Blancam, *ut nemo niſi Miles ad menſam Militis ſederet*: ſi contra agerent, fecialium partes erant, eorum mantile lacerare. Hujuſce ritus præclarum habetur exemplum apud Willelmum Hedam, in Friderico Epiſcopo Ultrajectenſi, ſub ann. 1395. quippe narrat, *Comiti Oſtrevandiæ VVillelmo menſæ Regis Francorum aſſidenti cum aliis Principibus, fecialem, quem Heraldum vocant, laceraſſe mantile ſibi antepoſitum, objicientem indignum fore, quòd aliquis intereſſet menſæ Regiæ carens inſigniis armorum, innuentem inſignia ipſius VVillelmi, apud Friſios Orientales amiſſa.* Rem ipſam pluribus exequitur Joannes à Leydis in Chron. lib. 31. cap. 50. Porrò de ejuſmodi clypeis perditis intelligendus Dudo lib. 3. de Morib. Norman. ubi de Richardo Duce, cujus parens ab Arnulpho Flandriæ Comite per inſidias cæſus fuerat: *Iſte puer conſtituatur iſtius Regni Princeps, ſcutumque perditum patris ſcuto reformantes reſtaurantéſque ejus ſoboli, obſtemus repugnando volentibus dominari nobis.*

Arma reverſata, in degradationibus nobilium, qui feloniæ damnati erant: ſi quis enim proditionis reus damnatus eſſet, continuò ad majorem ignominiam, nobilitate nón modò excidebat; ſed & ipſius liberi nobilium prærogativa privabantur, atque in hujuſce rei ſignum, arma proditoris publicè invertebantur, ſeu *reverſabantur.* Thomas Walſinghamus, pag. 192. *Inter probra verò quæ Duci intulerat, arma ejus in foro ſunt publicè renverſata.* Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini:

Oy, diſt l'Eſcuier, regardés la douleur,
Les armes de Bertrand, ou tant a de vigueur,
Ont pendue laidement, ainſi come trahiteur,
Et traiſnée auſſi au long d'un quarrefort,
Et les ont enverſée, en monſtrant par frenour,
Que Bertrand de Glaiequin a cuer de boiſeour.

Habetur in Chartophylacio Regio, in Scrinio Navarræ, ſacco 4. Charta Joannis *de Greilly* Capitalis *de Buch*, an. 1364. quæ eſt 6. qua is captus in prælio Cocherellenſi, & in libera Regis cuſtodia detentus, ab ea non receſſurum ſe profitetur: conſenſum ſuum præbens, ut ſi ſecus ageret, pro falſo, malo, ac perfido Milite haberetur, atque in perfidiæ ſignum arma ſua inverterentur: *ſes armes fuſſent miſes & tournées deſſus & deſſous:* Henricus de Knighton lib. 3. pag. 2546. de Hugone Spenſero: *Et primo veſtierunt eum uno veſtimento cum armis ſuis reverſatis, &c.* Joannes de Badio aureo in Tract. de Armis pag. 44. *Item nota, quando portans arma debet dishonorari propter proditionem, fugam, vel fidem ruptam, tunc arma ſunt pingenda per transverſum.* Vide Seldenum de Titulis honorariis pag. 789. 2. Edit.

ARMACALCI, Papiæ, *Navis armamenta, vel qui in puppibus arma portant.*

ARMAMENTA, Utenſilia, ſupellex. Bernardus Monach. in Conſuetud. Cluniac. MSS. *Si evenerit, ut ſignum audiat ad horam ullam regularem, & adhuc ſit poſitus intra ſepta murorum, armamentis viæ depoſitis revertitur ad horam, &c.*

ARMANDIA. Vide *Arimannia.*

ARMARE, Arma dare, Militem facere, Militare cingulum cingere. Orderic. Vital. lib. 12. *Ibi Guillemus Clito Roberti Ducis Normannorum filius armatus eſt.* Charta Aldephonſi Imperatoris Hiſpaniæ apud Doubletum p. 891. *Hæc charta facta fuit eo anno, quo dictus Imperator armavit filium ſuum Regem Fernandum Militem in Palentia, in feſto Natalis Domini.* Vide ſuprà: *Arma dare.*

ARMARIA. Diploma Friderici Imp. an. an. 1220. pro Eccleſia Bononienſi, apud Ughellum tom. 2. p. 23. *Specialiter regalias & armarias, quæ & quas in caſtellis & locis ſuis & in eorum pertinentiis habet, &c.* Videtur legendum *arimanias.* Vide *Heremannus.*

ARMARIA, *Armarium*, Bibliotheca. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 3. v. 219. *Armariam ſive Bibliothecam.*

Armarium, eadem notione Latini Scriptores uſurpant. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Bibliotheca, vel Armarium.*

rium vel Archivum : booc ho ספר, id est, liborum thesaurus. Tertullianus de Cultu femin. *Scio, Scripturam Enoch----non recipi a quibusdam, quia nec in armarium Judaicum admittitur. Armarium librorum*, apud Julium Paul. lib. 3. Sentent. Anastasius Bibl. in S. Zacharia: *Hic in Ecclesia prædicti principis Apostol. omnes codices domus suæ proprias, qui in circulo anni leguntur ad matutinos, in armarii opere ordinavit. Armarium Palatii*, in Epistola Ludovici Pii ad Magnum Archiepisc. Senonensem, & in altera ad Sicharium Arch. Burdegalens. quod *archivum Palatii* dicitur in ejusdem Imp. Præcepto pro Hispanis ann. 816. Adde Udalricum lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 10. Vide Britannicum ad Juvenal. Sat. 7. & Savaronem ad Sidon. lib. 2. Epist. 9. Ita *amaire* nostri usurparunt. *Le Roman d'Alexandre MS.*

Cele estoire trouvons escrite,
Que vous vueil raconter & ratraire,
En un des livres de l'amaire,
Monseigneur S. Pere a Biauvés,
De la fu cist livres retrais.

Armaria Italica. Visio Guetini cap. 2. *Ædificium quoddam facturi, in modum armariorum Italicorum præfiguratum, ad inclusionem ejus* Ubi Codex alius: *Armarioli vel aliarum figurarum præfig.*

ARMARIUS, Custos Bibliothecæ. Idem etiam qui in Ecclesiis & Monasteriis *Cantor*, vel *Præcentor* dicitur, cui librorum, præsertim Ecclesiasticorum, cura incumbit. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 38. *Monachus factus in Cœnobio nostro Armarii, seu Cantoris officium* 47. *annis tenuit.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 10. *Præcentor & Armarius : Armarii nomen obtinuit, eò quòd in ejus manu solet esse Bibliotheca, quæ & in alio nomine Armarium appellatur. Hæc est obedientia, quam ex more nullus meretur, nisi nutritus.* Bernoldus Archidiaconus Bracarensis in Vita B. Geraldi Archiep. Bracarensis n. 1. *Armarii, in quo libri divini reponebantur, custos factus est.* Ejus speciale munus describitur ibi pluribus, & lib. 1. cap. 35. 45. lib. 2. cap. 30. 31. in veteri Consuetud. Floriac. Cœnobii pag. 392. 394. 395. in lib. MS. Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 19. & in Chronic. Abbat. S. Trudonis lib. 1. p. 352. *Monasterii Armarius*, in Vita S. Petri Abbat. Cavensis n. 27. Vetus Martyrolog. S. Martini de Campis: *Armarius cappa pretiosa indutus Chorum tenebit.* Ex quibus refellitur Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 14. n. 5. qui apud Uldaricum *Armarium*, Cellarii curatorem interpretatur.

ARMATA, Exercitus, Gall. *Armée.* Itali ac Florentini præsertim *armata* vocant classem, seu exercitum navalem. Ita Joan. Villaneus lib. 4. cap. 30. lib. 7. cap. 83. lib. 8. cap. 14. & alii passim, quanquam & interdum pro exercitu terrestri usurpant. Charta Rogerii Regis Sicil. pro Messanensibus, apud Bonfilium Constantium. *Facere teneatur armatam per mare, vel per terram.* Infrà: *Nullus civis Messanensis ad stolum & armatam quamcunque regalem, etiam per mare, seu per terram ire cogatur invitus.* Occurrit in Charta Conventionis Imperatoris Græcorum & Communis Janueňsium an. 1261. post Historiam nostram Gallo-Byzant. pag 10. 11. Vide Meursium in Ἀρμάδα.

ARMATORIUM, Locus, ubi arma induebant Factiones, vel earum armamentarium : ἀρματωρίν τῶν πρασίνων meminit Cedrenus pag. 448. Vide nostram Constantinopolim Christianam.

ARMATURA, Armorum exercitatio, exercitium militare, quo milites Campidoctoribus instituebantur in campo. Glossarium laudatum à Rigaltio: ἀρματύρα πρᾶγμα, μελέτη πρώτη. *Multiplex armaturæ scientia*, apud Jul. Firmicum. Cujusmodi verò eæ fuerint, docet Henricus Valesius ad eundem Ammianum pag. 51. & 105.

Armaturæ postmodum singulariter dicti milites, qui in principiis legionum erant, qui scil. ea exercitatione imbuti fuerant, ut auctor est Vegetius : quo spectat hæc Inscriptio : CANDIDIÆ. URBANÆ. MATERNINUS. PARDUS. ARMATURÆ. XXII. MARIT. F. C.

Armaturæ præterea milites fuere in Comitatu Imperatoris, quorum duæ scholæ recensentur in Notitia Imperii sub dispositione Magistri officiorum, Armaturæ scilicet seniores, & Armaturæ juniores. Horum dux *Tribunus Armaturarum* dicebatur. Apud Ammianum lib. 14. 15. & 27. occurrunt *Mellobaudes* & *Balcobaudes Armaturarum Tribuni.* Sic porrò appellatos existimat Pancirollus, quòd gravissimis armis, seu potiùs omni armorum genere instructi essent, vel certè quòd eorum schola conflata esset ex iis, qui sub Campidoctore armis instituti erant. Ita Joan. Villaneus lib. 11. cap. 45. 84. vocem, *Armadure*, pro militibus armatis usurpat.

Armatura, in Gloss. Græc. Lat. πανοπλία, arma, quæ quis induit ; *Armeure* nostris : quæ quidem vox etsi Latinis Scriptoribus haud ignota, occasionem mihi præbebit hoc loco describendi varia armorum genera, quibus utebantur Franci nostri extremis sæculis ; & antequam eorum exolevisset usus, ex Inventario Ludovici Magni Regis Franciæ ann. 1316. quod asservatur in Rotulo pergameno in Camera Computorum Parisiensi, hocce titulo :

C'est L'Inventoire des Armeures, & premierement de celles, que Doublet a rendues aux Executeurs.

Premierement 33. *Hautes Gorgieres doubles de chambli. Item uns pans & uns bras de jazeran d'acier. Item uns pans & uns bras de roondes mailles de haute cloueure. Item uns pans & uns bras d'acier plus fors de mailles rondes de haute cloüeure. Item uns pans & uns bras d'acier, & le camail de mesme. Item 3. coleretes Pizaines de jazeran d'acier. Item une barbiere de haute cloüeure de chambli. Item un jazeran d'acier. Item un haubergon d'acier à manicles. Item une couverture de jazeran de fer. Item une couverture de mailles rondes demy cloées. Item une testiere de haute cloüeure de maille ronde. Item un haubert entier de Lombardie. Item 2. autres haubergons de Lombardie. Item. 3. paires de chauces de fer. Item 8. paire de chauçons, & un chauçon par dessus. Item unes plates neuves couvertes de samit vermeil. Item deux paires de plates autres couvertes de samit vermeil. Item un couteau à manche de fust & de fer, qui fu S. Louys, si comme l'en dit. Item 3. paires de greves, & 3. paires de pouloins d'acier. Item 6. autres paires de greves d'acier, & 2. paire de pouloins. Item 2. heaumes d'acier. Item 5. autres heaumes, dont li uns est dorez, & 5. chapeaux roons, dont les 2. sont dorez. Item 2. cors d'acier. Item 2. bacinez roons. Item 4. espees garnies d'argens, dont les 2. sont garnies de samit, & les deux de cuir. Item une espée garnie d'or & de cuir. Item une espée a parer garnie d'argent, le pommel & le poing esmaillé. Item 8. espées de Toulouze, & deux Misericordes. Item 17. espées de Bray. Item une espée de Jean d'Orgeret, & 2. espées & une Misericorde de Verz. Item 15. espées de commun. Item 15. coutiaus de commun, & 7. fers de glaives de Toulouze. Item 2. de commun, & le bon fer de glaive de le Roy. Item 2. chanfrains dorez, & un de cuir. Item une fleur de lys d'argent doré de mauvese preure à mettre sus le haume le Roy. Item uns gantelez couvers de velveil vermeil. Item 16. bannieres cousues des armes le Roy. Item 13. bannieres batuës les Armes le Roy. Item 18. pennonciaux batus des Armes le Roy. Item unes couvertures, une flanchieres, unes picieres, & une tunicle de velveil, les fleurs de lys d'or de Chipre. Item une cote gamboisée de cendal blanc. Item 2. Houce, & 2. tunicles des Armes de France, & le chapiau de meismes. Item 2. tunicles & un gamboison de bordure des armes de France. Item 2. tunicles batuës des armes de France. Item 2. manches broudées. Item 3. paires de bracieres en cuir des armes de France. Item 2. paires de resnes de fer.*

fer. Item 4. paires d'esperons garnis de soye, & 2. paires garnis de cuir. Item une testiere, & une crouppiere garnie des armes de France. Item un estuiaus de plates garny de samit. Item 2. chapiaus de fer couvers. Item 3. escus pains des armes le Roy, & un d'acier. Item 16. paires de couvertures batuës & une non per des armes le Roy. Item 5. cotes batuës des armes le Roy fourrées, & une defourrées. Item 3. cotes batuës defourrées des armes le Roy. Item 22. penonciaux batus des armes le Roy. Item une converture de gamboisons, broudées des armes le Roy. Item 3. paires de couvertures gamboisées des armes le Roy, & unes Indes jazeguenées. Item 2. paires de couverteures batuës, & une coliere des armes le Roy. Item une quantité d'aiguillettes & las à armer. Item 6. bacinets. Item une paire d'estamine à couvrir chevaux. Item un cuissiaux gamboisez, & uns esquivelans de cuir. Item une tunique & une houce de drap des armes de France & de Navarre, d'or de Chipre, les fleurs broudées de pelles. Item une houce & une tunique de drap simple des armes de France & de Navarre. Item un vieil jupel des armes de France à fleurs broudées. Item cote, bracieres, houce d'escu, & chapel de Veluyau, & couvertures à cheval des armes du Roy, les fleurs de lys d'or de Chypre, broudées de pelles. Item Picieres & Flanchieres de samit des armes le Roy, les fleurs de lys d'or de Chypre. Item uns cuissiaus sans pouloins des armes de France. Item une cote gamboisée à arbroissiaus d'or, broudée à chardonereus. Item 18. bannieres batuës des armes de France & de Navarre, & 4. de couture. Item 51. penonciaux batus de France & de Navarre. Item unes couvertures a cheval batuës de France & de Navarre. Item unes couvertures à cheval batuës de France & de Navarre. Item unes couvertures gamboisées de France & de Navarre. Item, Flancieres & Picieres de France & de Navarre. Item un escu & 2. targes de France & de Navarre; & un escu Ynde, à lettres d'or, & un chappiau de drap de France & de Navarre. Item unes couvertures d'estamines.

ARMATI, Milites cataphracti, armis omnibus instructi; nostris *Gens d'armes*. Chronicon Colmariense 2. part. an. 1298. *Habuit secum Australes, qui armis ferreis utebantur. Igitur Rex Adolfus contra Ducem Austriæ cum magna multitudine venientem in occursum currit cum hominum armata multitudine copiosa. Armati reputabantur, qui galeas ferreas in capitibus habebant, & qui vvambasia, id est, tunicam spissam ex lino & stuppa, vel veteribus pannis consutam, & desuper camisiam ferream, id est, vestem ex circulis ferreis contextam, per quæ nulla sagitta arcus poterat hominem vulnerare. Ex his armatis centum, inermes mille lædi potuerunt: habebant & multos, qui habebant dextrarios; id est, equos magnos, qui inter equos communes, quasi Bucephalus Alexandri, inter alios eminebant. Hi equi cooperti fuerunt coopertoriis ferreis, id est, veste ex circulis ferreis contexta. Assessores dextrariorum habebant loricas ferreas, habebant & caligas, manipulos ferreos, & in capitibus galeas ferreas splendidas & ornatas, & alia multa, quæ me tæduit enarrare.* Hæc, etsi prolixiora, describere placuit, ut vel inde percipiatur, cur Alemannorum *gentem ferream in equis ferreis advenire* dixerit Anonymus de Expeditione Asiatica Friderici I. & Theophylactus Bulgariæ Archiep. Epist. 16. ex Meursianis, τὸν Φραγκὸν τὸ τράχηλον τέως σιδήρεον fuisse? & Anna Comnena lib. 11. Alexiad. eosdem Francos διὰ τῶν ὅπλων βάρος fuisse δυσχειρώτου. Vide *Arma*.

ARMELLUM, *Vas Sanctorum, vel vinarium.* Papiæ. Infrà *Armillum* scribitur eadem notione.

ARMENTATUS. Charta anni 1343. apud Sammarthanos in Abbatibus Lesatensis Monasterii num. 27. *Donamus — Monasterio — quandam Crucem argenteam deauratam & armentatam, — Calicem argenteum cum Patena deauratum, & etiam armentatum, &c.*

ARMERII, Armorum fabricatores, *factores*, uti vocantur à Senatore. lib. 7. for. 18. 19. Gal. *Armuriers*. Occurrit hæc vox in Const. Neapol. lib. 3. tit. 36. §. 1.

ARMICOLA, Miles. Tabula fundationis Monasterii S. Severi in Vasconia, apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 3. cap. 8. *Ad ultimum trado castrum Palæstrion cum omnibus appenditiis suis, & omni pertinentia, in silvis, in pratis, & in villis, in landis, in aquis, in pinetis, & in vineis, cum omnibus Militibus, seu Armicolis.*

ARMIDUCTOR, Capitaneus in tractatu de Passione Domini, facta in urbe Atinensi.

ARMIFACTOR, Armorum fabricator. Victor Vitens. lib. 1. *Et quia Martinianus armifactor erat.* Vide *Armerius*.

ARMIGAISON. Vide *Armilauza*.

ARMIGATUS. 2. Regum cap. 6. vers. 4. *Et David percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum.* Ita quædam Editiones ex LXX. ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις, quod aliæ vertunt, *pulsabat in organis modulatis.* Ad quem locum sic Hugo Cardinalis in Postillis: *Gloss. id est, ad armum ligatis, dum manibus ferentis tanguntur. Aliud genus organi est, quod cum aqua fit, sicut quoddam etiam horologium, quod dicitur hydraulium.* Gloss. Biblicæ MSS. *Armigatis, adunatis, ab eo quod est* ἁρμίγω, *id est, aduno.* Joannes de Janua, Willel. Brito in Vocabulario MS. & auctor Breviloqui: *Dicuntur organa armigata, ad armum, id est, humerum ligata: unde* in organis armigatis, *id est, ad humerum positis, vel, ut quidam dicunt, est genus organi, quod cum aqua fit.* Papias legit *ormizatus, ferro alligatus.*

ARMIGERI, Scholarii, qui pro Palatio excubabant, sic fortè dicti, quòd instructi essent *scuto*, quod *arma* peculiari vocabulo appellasse Latinos observavimus. Unde Plautus in Casina, quem priùs *Armigerum*, mox *Scutigerulum* vocat: ut Ammianus lib. 31. *Scutarium*, quem antea *Armigerum* dixerat. Sed & apud Anastasium in S. Martino PP. *Armiger* promiscuè *Spatharius* dicitur. Gloss. Græc. Lat. ὑπερασπιστής, *Protector, Armiger.*

Præsertim verò videntur appellati *Armigeri*, qui Principum ensem & scutum deferebant, quibus ii uterentur, si necessitas incumberet. Unde in Glossis ὁπλο- ...ρχος, est *Insigniarius, Armiger:* qua quidem dignitate donatus Narses apud Corippum lib. 3.

Armiger interea domini vestigia lustrans,
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina.

& lib. 4. ensem Regium detulisse indicat:

Nec non ensipotens membrorum robore constans
Astabat Narses.

Armigerorum porrò summa olim fuit dignitas, ut qui primas tenerent in Regum aulis, & nonnunquam ad regalem ipsum apicem evcherentur. Jornandes de Rebus Geticis cap. 58. *Nam & Thiodum suum Armigerum, post mortem Alarici generi, tutorem in Hispania Regno Amalarici nepotis constituit.* Et c. 60. *Quod Gothorum exercitus sentiens suspectum Theodatum clamitat Regno pellendum, & sibi auctorem suum VVitigem, qui Armiger ejus fuerat, in Regem levandum, quod & factum est.* Vide *Spatharius*. Atque ii perpetuò Principis lateri adhærebant. Sidonius lib. 2. Epist. 2. *Circumsistit sellam* (Theoderici Regis) *comes Armiger.* Ita effinguntur Armigeri Lotharii Imp. in ea tabella, quæ habetur in Codice Evangeliorum Bibliothecæ Regiæ, quam delineari curavit vir clarissimus Steph. Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Franciæ pag. 1280. & Caroli Calvi, in altera tabella præfixa Codici Bibliorum, quem eidem Regi obtulerunt Canonici S. Martini Turonensis, ab eodem descripta: quæ quidem cùm multa notatu digna contineat, ejusque sit omissa explicatio à viro doctissimo, cui saltem delineationis habebitur à posteris gratia, operæ pretium factum me arbitror, si quæ in ea sunt observanda potissimum ad Historiæ nostratis illustrationem vel cognitionem,

nem, attingam breviter, & quasi digito demonstrem: inde enim colligent viri eruditi, ac cæteri, qui regni Galliei famæ ac gloriæ student, quantum ex ejusmodi, quæ in veteribus Codicibus passim reperiuntur, figuris, & quæ in ædium sacrarum vestibulis, aut alibi prostant, statuis, Historiæ nostræ commodi ac luminis accessurum sit, si eas studiosè æri incidi curent: cùm ob oculos nobis persæpe proponant, quæ legendo apud Scriptores vix percipiuntur. In ea igitur tabella sedet Carolus in throno regio, aurea corona, quatuor exornata flosculis, caput cinctus, cujus qui, frontem ambit circulus margaritis ac lapillis exornatur: ex quo quidem exsurgunt ramuli duo ad auriculas, qui in flosculos quodammodo reflexos evadentes, capitis cingunt apicem, adeo ut ex earum specie sit, quas ἐπανοκλείσους vocat Anastasius. Atque qua parte suprà emergunt ramuli, ad auriculas paululum infrà propendent vittarum instar. Neque multùm absimilis corona illa, qua Lotharii Imperatoris caput redimitur apud eundem cl. virum. Ita coronam auream gemmis exornatam Carolo M. tribuit Eginhardus: *Diademate quoque ex auro & gemmis ornatus incedebat*: quæ quidem liliatis flosculis insignitur in ea tabella, quam Ingobertus Caroli Scriba, Bibliorum, quæ jussu ejusdem, regio planè apparatu, sua ipsemet manu exaravit, quamque descripsit Alemannus in Parietinis Lateranensibus p. 123. nullo cæterum circulo aureo capitis apicem ambiente. Attonsi Regis capilli: neque enim (ut in Lotharii imagine, vel Caroli M. apud Alemannum, cæterorumque alterius stemmatis Regum sigillis ac monetis prominent crinium flagella, quæ priorum Principum fuere propria, ex quo quæ in ædis sacræ Monasterii S. Germani Parisiensis vestibulo conspiciuntur, Regum statuas prioris esse stirpis saltem docemur, quandoquidem stemmatis alterius detonsi fuere Regum capilli. Tunica longiori vestitur, qualis fortè fuit illa Caroli M. in solennioribus festivitatibus aut occasionibus, de qua sic Eginhardus: *Peregrina verò indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat; nec unquam eis indui patiebatur, excepto quòd Romæ semel, Adriano Pontifice petente, & iterum Leone ejus successore supplicante, longa tunica & chlamyde accinctus, calceis quoque Romano more formatis induebatur.* Tunicæ pallium profundissimum insternitur quadrangulum, (sagum vocat Eginhardus) Phrygio opere in limbo exornatum, astrictum fibula aurea versus dextrum humerum: sinistra denique baculum oblongiorem tenet, spissiorem parte superiori, ac in acutum sensim desinentem. Supra caput, è cælo triplici stella, sacrosanctam fortè Trinitatem designante, distincto, manus inter radios prominet, qua scilicet denotatur donatum à Deo, quam gestat, corona: quæ quidem manus ejusmodi non semel effingitur in nummis posteriorum Imperatorum Constantinopolitanorum, maximè Romani Diogenis, Alexii, Joannis, & Manuëlis Comnenorum, Isaaci Angeli, & aliquot aliorum, quos ex Gazophylacio Regio æri incidi curavimus, ut se θεοστέπτες indigitarent: qua de re quædam observamus in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus. Caroli throno proximè utrimque adstant Principes duo, capillis pariter detonsis, diademate caput cincti, quibus ab utraque parte Deipara è nubibus prodiens circulum aureum porrigit, cui grandiores quatuor insistunt margaritæ: unde evidenter patet, Caroli filios effingi, Ludovicum Balbum in Regno successorem, & Carolum, quem parens Ratiasti Lemovicum Aquitaniæ Regem dixit anno 855. ut est in Annalibus Francorum Metensibus. Extant nummi aliquot aurei Diogenis Romani, & Joannis Comneni, in quibus coronam Augustis iisdem Deipara imponit. Uterque breviori *tunica*, quam limbus sericus, vel aureus ambit, ad genua ferè usque pertingente, & ad ilia succincta indutus est, pallio quadrangulo breviori ad sinistrum humerum fibula pariter aurea revincto. Braccis seu feminalibus coxæ vestiuntur, fasciolis crura, & pedes calceamentis constringuntur, ut Eginhardi verbis utar: ubi præsertim calceaturæ species observanda, de qua sic Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 36. *Erat antiquorum ornatus vel paratura Francorum, calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita: fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia vel coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen opere pretiosissimo variatas; super quæ & fasciolas in crucis modum intrinsecus, antè & retro longissimæ illæ corrigiæ tendebantur.* Quò spectant ista ex Fortunato in Vita S. Germani Parisiensis Episcopi: *Cum die Dominico, ut loquimur, ex consuetudine caligas circinasset, debilitatem manuum vel pedum incurrit.* Id est, cum fasciolas caligis aptasset. Cum eadem calceamenti specie Caroli Magni apud Alamannum, & Lotharii Imperatoris effigies conspiciuntur apud laudatum Baluzium: contra quàm Carolus Calvus in ea imagine quam idem Scriptor delineari curavit pag. 1278. ubi cum *calceis Romano more formatis*, ni fallor, effingitur. De utraque calceaturæ specie sic idem Eginhardus: *Excepto, quòd Romæ semel --- longa tunica & chlamyde amictus, calceis quoque Romano more formatis induebatur. In festivitatibus veste auro texta, & calciamentis gemmatis, --- ornatus incedebat.* Priore enim loquendi formula, *calceos Romanos*, qui in Carolo Calvo gemmati exhibentur: altera Francicos expressit, corrigiis tricubitalibus insignitos, ac religatos. In eadem, qua bini isti Principes serie ac linea, stant Regii duo Armigeri, uterque *virgatis sagulis*, quæ Franci nostri à Gallis acceperant, ut est apud Sangallensem lib. 1. cap. 36. induti: alter, qui ad dextram est, *hastam ferream in altum surrectam*, uti Carolo M. ab eodem adscribitur lib. 2. cap. 26. dextra tenet, læva rotundo clypeo innixa: alter ad sinistram Regium ensem in vaginam reconditum utraque manu in transversum tenet, quomodo in Regum nostrorum solennioribus occasionibus præferri solet à Magno Scutifero, *en écharpe*, uti habet Ceremoniale Francicum. In tabella ab Ingoberto Scriba exarata, ad Caroli sinistram duo perinde stant Armigeri, quorum altèr hastam & clypeum, alter nescio quid gestat: neque enim ensis aut spathæ in vaginam reconditæ speciem præ se fert. Sed utrumque esse Caroli Armigerum indicat his versibus idem Ingobertus.

Ad dextram armigeri prætendunt arma ministri,
Ecclesiam Christi invictus defensor in ævum,
Armipotens magnis queis ornet sæpe triumphis.

Caput *ferrea galea cristatus* uterque est in Lotharii & Caroli Calvi iconibus, contra, quàm in ea, quam delineavit idem Ingobertus, ubi nudis ac detonsis stant capitibus. In tabellæ parte inferiori undecim effinguntur Canonici (nam tum erant Canonici in Ecclesia S. Martini Turon. ut pluribus probat vir eruditissimus Jo. Mabillonius in Elogio Alcuini) casulis veteri ritu formatis, subtusque stolis, seu tunicis induti, manipulos manibus prætendentes vel potiùs stolas, seu oraria, uti Diaconi apud Græcos in sacris Liturgiis deferunt, ut est in Euchologio Goäri pag. 4. 5. 6. 7. 11. 61. Ita ut Diaconi hîc effingantur Canonici. Horum tres primi, quorum nomina reteguntur in versibus, qui ad tabellæ explicationem adduntur in MS. Codice, sacrum Bibliorum librum pretiosiori involutum panno Regi porrigunt. Mos quippe is apud Monachos observabatur, ut Codices, quos ad legendum accipiebant, *manutergio* involverent, ut est in Epistola Theodemari ad Carolum M. quæ quidem manutergia *Camisias librorum* vocant Statuta antiqua Cartusiensium 1. part. cap 41. §. 36. Qui verò tribus his subest Monachus, ipse est auctor versuum, qui tabellæ subduntur, quos hic descripsisse, haud absurdum fortasse fuerit:

Hæc

Hæc etiam pictura recludit qualiter Heros
Offert Vivianus cum grege nunc hoc opus.
Ante ubi post Patrem primi Tesmundus amandus.
Sigualdus justus, summus Aregarius.
Quem tribus est probitas, pietas, verumque, fidesque,
Cætera honesta quoque consociata simul.
Quartus his hæret junctus, Sanctissime David,
Qui te vi tota mentis amore colit, &c.

Qui porrò *Heros Vivianus* nominatur in his carminibus, ille idem est, qui habitu sæculari vel militari ad sinistram stans in tabella conspicitur, dexteram protendens, tanquam qui sancti Martini Monasterii Canonicos, cujus erat Abbas Beneficiarius, in Regis conspectum admittit: id enim *Herois* vox satis indicat, quæ Monacho minimè tribueretur. Ejusce ævi Scriptoribus inter Proceres aulicos recensetur, Comesque exertè dicitur in Fragmento Chronici Fontanellensis an. 849. quo is *cepisse dicitur Carolum fratrem Pipini, qui ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam destinabat, aliosque complices ejus.* Nam etsi Abbas S. Martini non indigitetur, constat tamen eundem esse, qui hoc titulo donatur, *virque inluster* vocitatur in Chartis aliquot ann. 849. 860. & 851. apud Sammarthanos, ex eoque Comitem Turonensem fuisse planè licet conjicere. Verùm de Viviano haud contemnendam movet difficultatem Audradus Modicus in Revelationibus, quas scripsisse ajunt an. 853. Ille enim sic Deum inducit Carol. Calvum alloquentem: *Verumtamen quia Ecclesias de suo statu submovere non timuisti, & propter te tantum malum affligit Ecclesiam meam, scias te sequenti anno, in hoc mense, qui nunc est, Britanniam venturum, ibique ita ab inimicis tuis dehonestandum, ut vivus evadas, ibique morietur perfidus & nefandus Vivianus, qui non extimuit conculcare nobilitatem Ecclesiarum mearum, Abbatem se glorians beati Martini, & cæterorum,* Et infrà: *Venit quoque anniversarius dies, & sermo Domini completus est in Karolum & exercitum ejus: namque Vivianum & ab hostibus interfectum devoraverunt feræ silvarum, & multæ Ecclesiæ ab oppressoribus suis, ut Dominus prædixerat, eo bello sunt deliberatæ.* Accidit autem hæc clades, in qua cæsus est in Armorica Vivianus, anno 837. cùm scil. Ludovicus Pius Odonem Comitem aliosque proceres contra Matfredum & Lambertum Comites, qui, Lotharii partes amplexi, in eam provinciam secesserant, misit, à quibus illi, dum incautiùs prælium aggrediuntur, deleti ac cæsi sunt, quos inter Vivianum recenset Nithardus. At Annales Francorum Bertiniani cladem hanc referunt ad annum 834. (quibus consentiunt auctor Vitæ Ludovici Pii & Annales Francorum Fuldenses) traduntque non Vivianum; sed Theotonem Abbatem S. Martini eo in prælio cecidisse. Proinde cùm certum sit, Vivianum Abbatem S. Martini Turonensis superstitem fuisse Carolo Calvo regnante, non alius quærendus est Vivianus, qui Canonicos Turonenses ad eundem Regem introduxerit. Nam in Historia translationis S. Gorgonii in Majus Monasterium, in diœcesi Turonensi anno 846. scripta à Monacho, qui interfuit, Vivianus n. 8. apud Bollandum 11. Martii, *Illustris Vivianus Comes & Monasterii S. Martini Rector* interfuisse pariter dicitur, cum Landranno Turonensis civitatis Archiepiscopo, & Rainaldo ejusdem loci Abbate. Canonicos verò S. Martini Turonensis, hic delineari satis produnt præterea, ut opinor, versus, in quibus Perpetui & Briccii, qui sedi Turonensi præfuere, fit mentio, ubi de villis, quas eidem Monasterio restitui Carolus præceperat:

Reddis eas, Cæsar, Martini pro veneratu
Domni, seu precibus semper amabilibus
Perpetui, nec non Briccii tutamine sancti,
Proque aliis reliquis, ô Paradise, tuis.

Notum denique ex Sulpitio Severo in Vita S. Martini, in ejusdem Sancti Monasterio Turonensi, *nullam aliam artem habitam, exceptis Scriptoribus, cui operi minor ætas potissimùm deputabatur:* quam quidem antiquariam & librariam artem à Monachis & Canonicis subinde cultam argumento est præclarus ille Bibliorum Codex Carolo Calvo oblatus. Hæc strictim annotasse sufficiat in tam præclaro Historiæ nostræ monumento: quæ enim cætera spectant, & pallium quadrangulum, fasciolas, sagum militare, spatham Regiam, baculum Regium, casulam, manipulum, &c. in hisce verbis enucleata paulò fusiùs reperiet Lector, cui præterea Liliorum Francicorum vestigia in hisce tabellis non semel efficta licebit animadvertere.

Armigeros Regum, in Chartis Regum Hispanicorum crebrò subscripsisse, observare est apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 1. pag. 23. 39. appendicis: tom. 7. 4. pag. 456. tom. 5. pag. 433. tom. 6. pag. 449. tom. 7. pag. 26. appendicis, &c.

Armigeri, posterioribus sæculis appellati sunt potissimùm nobiles inferioris ordinis, quòd in bellis Militum seu Equitum *arma* gererent, quo iis in præliis induerentur. Nam cùm graviora essent Militum arma habebant illi Armigeros suos, qui ea deferebant, donec opus haberent. Unde ὁπλοπάροχοι, interdum & ὁπλοφόροι vocantur in veterib. Glossis Græc. Lat. Aliud Gloss. MS. *Armiger, armiportator.* Observat Britannicus ad Juvenalem Sat. 1. Armigeros etiam olim dictos servos, qui dominos suos sequentes, scutum, reliquaque *arma* gerebant. Hinc Plautus in Casina: *Potiùs quàm illic servo des armigero nihili atque improbo, &c.* Nostrorum verò Armigerorum munus sic bellè describit auctor Vitæ sancti Gamelberti n. 5. *Pater autem cùm eum nutriret, & ut moris est, ad usum Militiæ instrueret, Armigerum sibi aliquoties fecit, armaque Militaria aut suspendit puero, aut præcinxit.*

Præsertim autem scuta Militum deferebant & hastas: unde *Scutarii* & *Scutigeri*, vulgò *Escuiers*, appellabantur. Willelmus Brito lib. 2. Philipp. de Guillelmo *des Barres*, egregio Milite:

Is se clam medio furatus ab agmine Regis,
Armigeri spoliat clypeo latus, & rapit hastam.

Willelmus *Guiart*:

Trois Escuiés qui portent lor escus,
Et en lor poins les rois espies molus,
Devant eux moinent les auferans quernus.

Ex quibus patet, Armigerorum præterea munus fuisse equos dextrarios Militum manu deducere, donec in præliis iis indigerent. Idem Poëta:

Ces Chevaliers à lor ostez venir,
Ces blans haubers endosser & vestir
Les Escuiers ces bons chevaux tenir.

Le Roman de Merlin, seu Robertus *de Bourron*, de quodam Armiregero: *Et li vales saut avant sour son ronchin, & maine le destrier en destre, & Baudemagus monte seur son palefroi tous armés, fors de son esu, & de son glaive, que li valés li porte.* Ubi *Valés* idem est ac *Escuier*, ut infrà docemus. Armigerorum denique officium erat Militibus deservire, eorumque mandatis omnino obsequi. *Le Roman de Garin.*

Li Escuier se poinent de servir.

Incertus Auctor in Historia Archiepiscoporum Bremensi an. 1337.

Respondit humiliter se non eminere
Sanguine, divitiis, nec tamen egere,
Sed de mediocribus genitum sincere,
Qui sponte nobilibus multum servivere.

Vide Albertum Aquensem lib. 3. cap. 29. lib. 9. cap. 5.

Armigeri igitur vox seu appellatio tributa inde quibusvis servientibus, uti *Valletorum*, ut infrà probamus. Leges Edvvardi c. 21. *Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Barones, & omnes, qui habent sacham — milites suos & proprios servientes, scilicet dapiferos, pincernas, camerarios, pistores & coquos sub suo Friburgo habeant, & item isti suos armigeros, vel alios sibi servientes.* Ingulphus p. 886. *Quinquagenarius* (ætate Monachus) — *habet Clericum seu garcionem servitio suo specialiter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte*

te Abbatis, modo & mensura, quibus ministratur garcioni unius armigeri in Abbatis aula. Vide *Escuderius.*

Armigeri, Honorarii, *Escuiers d'honneur.* Froissart. 4. vol. cap. 62. *Mais leur fut à ce Parlement ordonné que — jusques à vingt Chevaliers, & quarante Escuiers d'honneurs, iront en France devers le Roy, &c.* Hodie in Regum nostrorum Palatio, *Escuier d'honneur* appellant, qui Reginæ est à manibus.

Tonsus instar armigeri, apud Ordericum Vitalem lib. 12. pag. 880. *Guillielmus verò Lupellus à quodam rustico captus arma sua illi pro redemptione sui dedit, & ab eo tonsus instar Armigeri, manu palum gestans, ad Sequanam confugit.* An quòd solis Militibus, non verò Armigeris fas esset cæsariem nutrire? Certè non memini me id legisse: nisi fortè Ordericus spectaverit famulos domesticos, quos *Armigeros* vocabant. Vide *Scutarius.*

ARMILAUSA, *Armelausa, Armilausia. Armilaisia, Armigaisia. Armilcasia, &c.* Sagum Militare, quod thoraci superinduitur. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. *Armelausa vulgò vocata, quod ante & retro divisa, atque aperta est; in armos tantùm clausa, quasi armiclausa, C. litera ablata.* Vet. Interpr. Juven. Sat. 5. *Viridem thoraca*, apud eundem Poëtam, *Armilausiam prasinam* interpretatur. Curtas Militum tunicas, ad genua usque pertingentes, ἀρμελαύσια appellat etiam Mauricius in Strategicis; quòd ἐπάνω τῶν ὅπλων induantur, dicta, vult præterea Suidas. *Sclavinam* interpretatur Ugutio: *Armelarus* (leg. *Armelaus*) *vestis tantùm humeris clausa, & antè & retro divisa, vel vestis tantùm humeros tegens, sicut scapulare Monachorum.* Gloss. Isid. *Armelaus, scapulare Monachorum.* Joannes de Janua *armelus* habet. Idem Ugutio: *Armellausa sic dicta, quod antè & retro aperta sit, in armis tantùm clausa, & est Sclavina.* Scriverius ab *Armilausis* populis, quorum mentio fit in Tabula Itiner. Peutingeri, ejusmodi vestem dictam opinatur.

Vestem militarem facit etiam Paulinus Epist. 3. *Cùm præterea facie non minùs quam armilausâ ruberet.* Et Epist. 7. *Sibi ergo ille habeat armilausam suam, & suas caligas, & suas buccas.* Passio S. Bonifacii Martyris, edita ab Holstenio: *Vir est quadratus — coccinea armelausia indutus.* Anastasius Bibl. in Gregor. II. pag. 70. de Luithprando Rege Longobard. *Atque sic ad tantam compunctionem piis monitis flexus est, ut, quæ fuerat indutus, exueret, & ante corpus Apostoli poneret, mantum, armilaisiam, balteum, spatam, atque ensem deauratum,* Ex iis emendandum Diploma Athelberti Regis Anglor. *Missurum etiam argenteum, scapton aureum, item sellam cum freno aureo, & gemmis exornatam, speculum argenteum, armilaisia oloserica, camisiam ornatam prædicto Monasterio gratanter obtuli.* Ita repono pro *armilcasia*, ut est in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 24. Perperam etiam *armigaisia* apud Willelmum Thorn pag. 1762. v. 24. editum legitur.

Almuciis Canonicorum *Armilausiorum* nomen inditum à quibusdam, quod reliquæ vesti superadderentur. Tabularium Laudunense apud D. Lucam Acherium in Notis ad Guibertum: *Capitulum an.* 1398. *ea conditione investiendum* (Decanum) *censuit, ut dum installaretur, & fidem juramento præstaret, almutium, sive armilausam ipse non haberet,* (quia nondum sacris erat initiatus) *sed in manus Buticularii, sive Syndici Ecclesiæ deponeret.* Infrà: *A Capitulo impetravit, ut sibi dehinc liceret uti hujusmodi armilausa, sic tamen, ut illam in brachio deferret, non verò illam gestaret in capite.*

ARMIDOCTOR. Gloss. Græc. Lat. ὁπλοδιδάσκαλος, *Armidoctor*: perperam *Armiductor*, apud H. Stephanum in vet. Gloss. cap. de Militia. Idem qui *Campidoctor*, de quo Stevvechius ad Vegetium lib. 1. cap. 13. & Salmasius ad Lampridium pag. 232.

ARMILLUM, *Armilla, Armellum*, ornamentum brachiorum. Gloss. Lat. Græc. *Armilla, Armellum*, ψέλλιον, κλάνιον. *Armillarius*, ψελλοποιός. Atque illud Gallis nostris proprium fuisse docet Strabo lib. 4. χρυσοφοροῦσι τε περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες, περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλλια. Et Polybius lib. 2. πάντες δ' οἱ τὰς πρώτας κατέχοντες σπείρας, χρυσοῖς μανιάκοις καὶ περιχείροις ἦσαν κατακεκοσμημένοι. τοῦτο δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. Erant autem ejusmodi *armillæ Gallicæ* latioris segmenti instar, lapillis ac margaritis intextæ, quæ si non totum brachium, certè inferiorem brachii partem tegebant, unde & *brachialia* dicuntur, interdum & *manicæ* Glossæ Biblicæ MSS. *Armillæ propriæ virorum sunt, collata victoriæ causa militibus, ob armorum virtutem: unde & quondam Virilia dicebantur. Ab intellectu autem circuli armilla non discrepat, quia ipsa quoque hoc, ubi ponitur, ambiendo constringit: sed armilla latiùs extenditur, circulus rotundus fit.* Sed & hodie superiores Germani *Armil*, sive *Armel*, eam vestium partem, qua lacerti brachiaque teguntur, vocant, uti monet Cluverius lib. 1. Germ. antiq. cap. 8. Vide Gregor. Turonens. lib. 2. Hist. cap. 42. & Gesta Reg. Franc. c. 18.

Has etiam *Armillas* Danis militibus tribuunt Dudo de Act. Norman. lib. 1. pag. 64. 65. Will. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 12. Saxo Grammaticus lib. 2. pag. 28. 33. Florentius Wigorn. & Hovedenus; ad quas jurare solitos scribit Ethelvverdus lib. 4. Histor. Anglic. cap. 3. *Eique statuunt jusjurandum in eorum armilla sacra.* Nisi hoc loco *Armilla* genus armorum fuerit: quod conjici potest ex Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 223. *Ut armillæ & bruniæ non dentur negotiatoribus:* hac enim lege vetantur arma distrahi mercatoribus. Has denique armillas, quas & *baugas* vocabant, ut præcipua Regiæ dignitatis ornamenta habuisse Francos nostros, pluribus docuimus ad Alexiadem p. 261. 262. quod etiam de Danis ac Anglis testatur Simeon Dunelmensis lib. 2. de Dunelmensi Ecclesia cap. 13. & Thom. Walsinghamus p. 196. Vide Luithprandum lib. 1. c. 7. & infrà in *Bauga.*

Armilla petasonis, apud Apicium lib. 7. cap. 9. pellis est, seu cutis, quæ armis tanquam armillæ inhæret, illosque obtegit, & quòd armis, id est, humero deportetur ceu armillum. Ita Gabriel Humelbergius.

ARMILLUM, *Vas vinarium, aptum ad portandum in humeris.* Ita Ugutio. Gloss. Isid. *Armilium, crater, vas vinarium.* Gloss. Lat. Græc. *Armilium*, σκεῦος.

ARMINIA *pellis.* Vide *Herminus.*

ARMISCARA. Vide *Harmiscara.*

ARMISPATHA. Papias: *Armillæ propriè virorum sunt — eædem & circuli, & brachiales, rotundæ, id est, bogæ, armispathæ.* Vide *Bauga.*

ARMIZATUS, Paratus, Ital. *Armeggiato.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 24. *Galeæ verò Ianuensium — quæ prope terram morantes tenebant proras paratas, vel armizatas in contrarium dicti venti.*

ARMUS. Vide *Spatula.*

ARMUTIA. Vide *Almutia.*

ARNA. Fori Oscæ an. 1247. fol. 16. *Et si apes fecerint damnum, paret eis in horto aut in vinea arnam cum melle, & unam cantaram: & cùm apes ibi fuerint congregatæ, cooperiat eas panno, & sic teneat eas pignoratas, &c.*

ARNALDENSIS, Monetæ species, Vicecomitum fortè Leomaniæ, quibus familiare fuit Arnaldi nomen. Charta Joan. *de Greilly* Senescalli Vasconiæ an. 1283. in Regesto Constabulariæ Burdegalensis fol. 221. *Habuisse & recepisse — à Joanne Episcopo Aginnensi* 3000. *librarum bonorum Arnaldensium.* In alio Reg. sub ann. 1303. *In Agenno currunt Arnald. Chapot. & Petragor.* Regestum Comitum Tolosæ fol. 30. *Mille libræ Arnaldensis monetæ*, in Litteris Arnaldi Odonis Vicecomitis Leomaniæ an. 1248.

ARNALDIA, Morbi species; sed incerta, nisi fortè *alopecia* fuerit. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 693. *Deinde uterque Rex incidit in ægritudinem, quam Arnaldiam vocant, in qua ipsi usque ad mortem laborantes, capillos suos deposuerunt.* Eadem habet Bromptonus pag. 1201. Nicolaus Trivettus an. 1191. *Gravissimam incurrit ægritudinem, quæ vulgò Arnaldia vocatur.* Codex editus habet *Arvoldia*; sed perperam.

ARNALDISTÆ; Hæretici, ab Arnoldo Brixiano Clerico appellationem nacti. De iis agunt Otho Frising. lib. 2. de Gestis Frid. cap. 20. S. Bernard. Epist. ad Guidon. Legat. & Gerhous Reichersperg. lib. 1. de Investig. Antichristi.

ARNITUS. Fredegarius Schol. cap. 64. *Totamque Persidam suæ ditioni redegit, captis exinde multis thesauris, & 7. arnitis, tribus annis circiter Persida vastata, ejus ditioni subjicitur.* Ad oram annotatur in aliis Codd. legi, *aeltis, aeltiarnitis, & welharnetis.* Sed obscurum per obscurius.

ARNULPHINUS, Monetæ species, quæ currebat in Provinciæ Comitatu sub ann. 1465. valebatque [illegible] cito cum dimidio.

AROAGIUM, Facultas, ni fallor, linum vel cannabim in aqua macerandi & eluendi, à voce Gallica, *Rouir.* Charta Guidonis Episcopi Ambian. an. 1226. ex Tabulario Ecclesiæ Ambian. *In alia autem aqua tam superiùs quàm inferiùs habent homines Ecclesiæ Ambianensis liberum aroagium, & communes usus, hoc excepto, quòd ibi non possunt piscari, vel aquam ad alia loca divertere, vel illud impedimentum, quod dicitur castigiare, de novo facere.*

AROLUS, Genus retis, quo aves capiuntur. Describitur à Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 22.

AROMATIZARE, Odorem spargere, *redolere,* Joanni de Janua. Catholicon Armoricum: *Flaeryaffmat, G. flaerier bon & souëf, Aromatizare.* Jocelinus in Vita S. Patricii n. 3. *Velut ex promptuario pleno spiritualium unguentorum divinum odorem intrinsecùs manante, foras aromatizabat multiplicium miraculorum copia.* N. 9. *Consuevit---multarum orationum odoramenta aromatizare.*

ARONCALE. Vide *Roncale.*

ARPA. Gloss. Ælfrici: *Arpa*, Æpen-zeat, idest *porta area*, juxta Somneri Glossar. Saxon. sed fortè idem fuerit quod *Haspa.* Vide in hac voce, & in *Arpa.*

Arpa. Matth. Silvaticus in Pand. *Albarbe est quædam avis, quæ in nostra lingua vocatur Arpa, quæ est facta ut milvus.*

ARPAGA. Ugutio: *Succinus, gemma quædam, quam Græci vocant electrum, fulvi & cærulei coloris, fertur arboris succus esse, & ob id dicitur succinus. Vocatur & à quibusdam Arpaga, ab arpe, (ἁρπάζειν) quod est rapere, quia attractu digitorum accepta, vel coloris omnia folia & vestium fimbrias rapiat, & paleas, sicut magnes ferrum.*

ARPAGO, *Genus vasis. Unde Josephus: Fecit vasa aurea, ollas, caldarias, & arpagones.* Ugutio.

ARPATA, Mensuræ species. Tabularium S. Petri Generensis apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 1. cap. 25. n. 8. *Odo Castelliensis---dedit B. Petro, in eodem mercato Arpatam salis in perpetuum possidendam.*

Arpaxare. Vide *Harpagare.*

ARPENNIS. Vide *Arapennis.*

ARPETA, corruptè pro *Erpeta*, seu *Herpeta*, ignis sacer, ἕρπης, Græcis: tumor exulceratus, à flava bile sincera proveniens. Chronicon S. Maxentii, seu Malleacense an. 1014. *Obiit Petrus Abbas---morbo arpeta, id est, igni inextinguibili, sive se consumens.* Infrà: *Fuit homo---qui pedem morbo arpeta perdidit.* Scribonius Largus cap. 63. *Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem sacrum & ad zonam, quam Græci ἕρπητα dicunt.* Est autem *zona* species ignis sacri. Adde eundem cap. 246. Marcellum Empir. cap. 11. Celsum lib. 5. cap. 27. & Conradum Usperg. in Henrico V. Vide *Ardens.*

ARQUATURÆ, *Forfices*, Papiæ. Notæ Tyronis: *Arquat. Arquatura.* Vide *Arcatura.*

ARQUEMIA, pro *Alchymia*, seu *Chymia*, in Novellis Diffinitionibus Ordinis Cisterciensis distinct. 7. cap. 7.

ARQUERIA. Vide *Archeria.*

ARQUINTALE. Charta Willelmi D. Montispessulani an. 1103. *Dono etiam ego Willelmus Bailaticum Arquintalis, & tertium denarium in Arquintali & medallias, quas donant homines Montispessulani & Longobardi pro Arquintali.* Vide *Quintale.*

ARQUITES, Arcubus instructi, sagittarii. Acta S. Marcelli PP. lib. 2. cap. 4. n. 12. *Funduntur populi, procedunt arquites pueri ex omni parte, videntur properare itinera ad gloriam Sancti.* Vide Nonium & Gloss. Gr. Lat.

[A]RRA *nuptialis.* Petrus Chrysolog. serm. 140: *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arram, dotem suscipit, qui fert gratiam. Annulus arrarum nemini datus,* in Legib. Wisigoth. lib. 3. tit. 1. §. 13. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 41. *Præceptionem ad Judicem loci expetiit, ut puellam hanc suo matrimonio sociaret, dicens: Quia dedi arram in desponsatione ejus.* Infrà: *Et ideo gloria vestra præceptionem deposco, ut filiam suam mihi tradat in matrimonio, alioquin res mihi liceat ejus possidere, donec sexdecim solidorum millibus acceptis, me ab hac causa removeam.* Vide IC. & Salmasium ad Capitolinum pag. 254.

ARRARE, Spondere. Erchempertus in Ducib. Benevent. c. 22. *Contrarius illi semper & ingratus extitit, adeo ut etiam filio illius natam suam necessitate ductus arraret.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 20. *Cùm ad [illegible] pervenisset ætatem,---ut arram puellæ quasi uxo[illegible] [illegible] daret, impellitur.*

ARRAJATUS, Instructus, ex Gallico, *Arrayé.* C[illegible] Ricardi Regis Angl. apud Willelm. Thorn. *Gentes sufficienter munitas & arriatas.* Henr. Knyghton lib. 3. an. 1313. *Adeo quod non occurrit quempiam retroactis temporibus vidisse aliquem Comitem duxisse pulcram multitudinem hominum in equis, sic bene arrajatorum.* Alio loco: *Rediit tota fortitudo Scotorum, in 3. aciebus distincta & bene arrajata.* Et mox: *26. mille hominum benè arrajatorum.* *Arredare* & *Corredare*, pro instruere, ornare, usurparunt etiam veteres Scriptores Itali. Auctor Novellarum antiquarum, Nov. 42. *Comandò, che quando sua anima fosse partita del corpo, che fosse arredata una ricca navicella, coperta d'un vermiglio sciamito, &c.* Joan. Villaneus lib. 6. cap. 45. *Fece fare alla lor galea, le vele nere, & tutti gli arredi neri.* Idem lib. 7. cap. 120. *Vestimenti & arredi & apparecchiamenti di ricca festa.* Galli *Arroy* dicunt.

Arriare, eadem notione Vide *Monstrum.*

Arrayamentum, Ordo, ornatus, instructio. Gall. *Arrayement*, *Arroy.* Knyghtonus: *Rex Edwardus misit D. Reginaldum---ad explorandum & videndum de arrayamento dicti navigii.* Occurrit apud eundem iterum. Chronic. Flandr. cap. 49. *Puis feit le Roy de France son arroy, & prit avec lui tous ses hauts hommes.* Vide Edward. Cokum ad Littlet. sect. 234.

ARRAMARE, *Arramire.* Vide *Adrhamire.*

ARRANCANES. Testamentum Sancii I. Regis Portugalliæ eræ 1217. apud Brandaonum to. 4. Monarchiæ Lusitan. p. 260. *Habeat & meas centas, & meas scarletas, & penas varias, arrancanes & leuctos.*

ARREATOR. Tabularium S. Juliani Brivatensis an. 1282. *Consules, Procuratores, Arreatores, & Administratores, &c.* Vox ejusdem originis, qua *Arraiatus*: est enim *Arreator*, qui res curat, instruit.

ARRECTATUS. Vide *Rectatus.*

ARRENTARE, *Arentare*, ad censum ponere, ad canonem annuum, vel ad emphyteusim prædium locare. *Arrenter*, in Consuet. Montensi cap. 12.28. Turon. art. 303. Lodunensi cap. 15. art. 11 & 12. *Mettre à rente*. Charta Edwardi I. Regis Angl. *Nec terra, vel tenementa eorum ea occasione arententur*. Willelmus Thorn. *Prædictæ sectæ tenentium prædictorum de prædictis borghis arentatæ fuerunt ad 10. sol. per annum*. Charta Edw. II. Regis Angl tom. 2. Monastici Angl. pag. 273. *Dedimus & concessimus — 122. acras — reddendo nobis per annum — 56. solidos, ad quos prædicta 122. acra — ad vasta & assarta sua in diversis forestis arrentanda assignatos arrentabantur*. Fleta lib. 4. cap. 5. §. 17. *Si quis arentaverit in curia sua finem pro pulcrè placitando, &c.*

Arrendare, eadem notione in Statutis Ordinis Hospitalar. S. Joan. Hierosf. 17. §. 1.

Arrendatio. Taxa Cancellariæ Apostolicæ tit. 19. *Et si clausula arrendationis non sit in litteris, tunc demantur, &c.* Ubi Joannes Bank ridiculè dixit, *arrendationem* esse *virium alicujus subjectionem*. Nam præterquam quòd non omnino promptum est divinare, quid hisce verbis velit, probabile est tamen *arrendationem* esse, quod vulgò *pensionem* in Beneficiis Ecclesiasticis appellamus. Nam

Arrenditia, idem valet ac *reditus*, seu *census* annuus. Charta Ludovici II. Imp. apud Ughellum tom. 6. Italiæ sacræ pag. 1309. *Cum — massaritiis, aldionaritiis, arrenditiis, &c.* Id est, possessionibus, quæ censui obnoxiæ sunt. Ita Galli *Arrentement* appellant dationem ad censum. *Adcenses & arrentements de maisons* in Consuetudine Namurcensi art. 19. & Vastanensi art. 6. *Arrentissement*, in Pononiensi art. 127.

Arrendatores jurium Regalium, in Foris Aragonensib. seu conductores. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio in hac voce.

ARREPTUS, *Arrepticius*, Dæmoniacus, Italis, *Arretizio*, κατεχόμενος ὑπὸ δαίμονος, apud Strabonem δαιμονιόληπτος, apud Chrysost. Ugutio: *Arreptitius, qui arripit, vel arripitur, sicut Dæmoniacus, & Arreptitia dicitur Dæmoniaca*. Ebrardus de Betunia in Græcismo:

Sunt Arreptitii vexati dæmone multo.
Est Energumenus, quem dæmon possidet unus.

Gloss. Lat. MS. Regium: *Ariolus, Arreptitius, quasi divinus*. Walafrid. Strabo de Vita S. Galli cap. *Jussit eos Dux venire in cubiculum, in quo arreptitia servabatur*. Vide S. Augustinum lib. 2. de Civitat. Dei cap. 4. Cassian. Collat. 7. Vitam S. Mariani Abbatis Ratispon. cap. 5. Baron. an. 713. n. 15. &c.

Arrepti, iidem, qui *arreptitii*. Consilium Arausican. I. can. 16. & Arelat. II. can. 41. *Qui palam aliquando arrepti sunt — non assumendi ad ullum ordinem Clericatus*. *Arrepti à dæmone homines*, apud Gregor. Turonens. lib. 1. Miracul. cap. 69. Aigradus Mon. in Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomag. cap. 11. *Mulier quædam à dæmone arrepta*. Rudolphus in Vita Rabani Mauri n. 40. *Puella — subitaneo impetu spiritus maligni arrepta*. Theodorum quendam Præsidem, *diabolica intentione arreptum*, dixit Honorius PP. Epist. ad Sergium Subdiac. apud Holstenium in Collect. Rom.

Abreptitius, *Furiosus*, in Breviloquo. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. *Abreptitius quidam in tantam furiosæ mentis prorupit insaniam*.

ARRERAGIUM. Vide *Areragium*.

ARREVUM. Vide in *Tapiale*.

ARRIARE. Vide *Arraiare*.

ARRIGARE. Vide *Andigare*.

ARRINGUM. Vide *Arenga*.

ARRIPAGIUM, *Arrivagium*. Vide *Adripare*.

ARRIVA, Maleficii species. Charta Philippi Regis Francor. an. 1310. pro Libertatibus oppidi Bastidæ in Petragoricis, ex Regesto 47. Tab. Reg. n. 38. *Item si arriva, vel alia maleficia occulta enormia facta fuerint in Bastida vel honore, seu partium dictæ Bastidæ, fiet — emenda super iis secundùm bona statuta & bonos usus approbatos in Comitatu Tolosæ*.

ARROBA, Hispanis, Mensura Frumentaria, & liquidorum, hodie *Arroba*, *Arrova*, olei *Arrova* in Charta Hispanica, apud Colmenarezium in Histor. Segobiensi cap. 16. num. 7.

ARROGIUM, Rivulus, Hispanis *Arroyo*. Vetus Notitia Hispanica æræ 829. apud Anton. *de Yepez* tom. 4. Chronici Ord S. Benedicti pag. 448. *Et descendit, ubi intrat arrogio, quæ dicunt Rubisco, in Syle, & conclude per illum arrogium di Rubiscum, &c.* Charta Garciæ-Fernandi Comitis æræ 1010. apud eundem tom. 1. *Et de illa serra in directo usque ad illo vadtello de illo arrogio, quæ exiit de valde* (valle) *Pecuggo, & de alia pars de illo arrogio de illo fenax per directo, &c.* Vide Historiam Segoviensem cap. 19. num. 7. §. 9.

ARROTA. Meminit Sandovallius in Episcopis Pampilonensib. pag. 81. Chartæ æræ 1173. qua Rex Navarræ Ramiresius Monachus cuidam Ecclesiæ concedit *illa sua arrota quæ vocatur de Fontevera*: cujus vocis notionem ignorare se profitetur idem Scriptor.

ARROVA, Hispanis mensuræ frumentariæ species, Amphora, Nebrissensi. Foti Oscæ an. 1247. fol. 5. *Solvat de antigariis pro qualibet noctium 5. arrovas ordei*. Occurrit alibi.

ARRUMPERE. Vide *Rumpere*.

ARS, Machina, unde Gallis, *Artillerie*. Albertus Aq. lib. 2. Hist. Hierosol. cap. 35. *Quidam Longobardus genere magister inventor magnarum artium & operum*. Vide *Artificium*, *Artillator*.

ARS, *Artes*, Grammatica, Diomedes lib. 2. *Artium genera sunt plura, quarum Grammaticè sola literalis est, ex qua Rhetoricè & Poëticè consistunt: idcirco literalis dicta, quod à literis incipiat*. Q. Rhemnius Palæmo in Arte Grammatica: *Abundè dictum sit de præpositionibus: nam cætera habemus in Artibus plenissimè dicta*. Cledonius: *Quodam tempore dum Ars in Capitolio tractaretur*. Priscianus in Prologo ad lib. 1. *Quid enim Herodiani Artibus certius?* Valerius Probus l. 2. Grammaticarum instituit. *Artium instituta quoniam sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum verborumque rationibus doceamus*. *Libri artium*, seu de Grammatica, apud Marium Plotium lib. de Metris in Præfat. Habetur *Phocæ Grammatici Ars de nomine & verbo*, ubi sic præloquitur:

Ars mea multorum es, quos sæcula prisca tulerunt;
Sed nova te brevitas asserit esse meam.

Arnobius junior in Conflictu cum Serapione: *Dicitur autem creasse librum artis Rhetoricæ Orator, & Grammaticus librum artium condidisse*. Smaragdus in Præfat. ad Commentar. in Donatum: *Aliud est de arte tractare, & aliud de Deo loqui*. Guithmundus lib. 1. de Verit. Eucharist. *Is ergo cùm juveniles adhuc annos in scholis ageret, elatus ingenii levitate, ipsius magistri sensum non adeo curabat, — libros insuper artium contemnebat*. Infrà: *Doctorem se artium profitebatur*. Arnoldus Lubecens. lib. 3. c. 3. *Quia in artibus bene profecerat, Scholas ibidem regendas acceperat*. Adde cap. 5. & Provinciale Cantuariensis Eccl. lib. 5. tit. 4. *Artis Grammaticæ periti*, apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 462. Anonymus Poëta de Episcopis Eboracensibus:

Artis Grammaticæ vel quid scripsere magistri,
Quid Probus atque Focas, Donatus, Priscianusque,
Servius, Euticius, Pompejus, Comminianus.

Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 20.

Sunt adjectiva verborum adverbia semper,
Sicut testatur Artis doctissimus actor.

Ita *artem* nudè non semel vocat Rhetoricam Quintilianus lib. 3. cap. 1. & alibi.

Facultas Artium, in Academiis ea dicitur, in quibus, artibus liberalibus Grammaticæ, Rhetoricæ, ac Philosophiæ studium impenditur: cujus elogium ita perstringunt Statuta ejusdem Facultatis in Academia Viennensi Austriæ: *Inclyta Facultas Artium liberalium cæterarum Facultatum utique pia nutrix, quia suos alumnos ipsis impartitur, tanquam fortes agonistas: & si qui forsan aliunde ipsis advenerint, revera tanquã abortivi sunt respectu lacte Artium liberalium & facundæ matris Philosophiæ nutritorum. Filii namque Facultatis Artium aptiores sunt ad quævis studia altiora, dummodo tamen non duxerint se emancipandos ante tempora à provida matre sua; Facultate scilicet Artium ipsis rite constituta, volantes sine pennis, sed variis plumis Artium liberalium habitualiter decorati, apicem utique cujuscumque etiam facultatis scientificæ faciliùs adipiscuntur, interiores ejus subtilitates, etiamsi difficiles sint, medullitus penetrando.*

ARTICULA, *ars*. Passio S. Mammarii: Anulinus dixit: *O maleficiorum articula, ut talia in conspectu meo facias.* Occurrit rursum semel ac iterum.

Artidoctor, Doctor seu *Magister in Artibus*, in Testamento Geraudi Archidiaconi Ambian. an. 1271. descripto in Historia Majorum Abbatisvillæ pag. 103.

Artista, in Vita Jordani Generalis Prædicatorum, qui *Artibus* studium & operam suam impendit.

Artigraphus, Grammaticus, seu Artis Grammaticæ Scriptor, τεχνογράφος. Carolus Magn. lib. 2. de Cultu Imag. cap. 30. *Ad secundam definitionis speciem, quæ ab Artigraphis ἐννοηματικὴ, id est, notio, dicitur, convaluit.* Apud Senatorem lib de Orthographia. Donatus, Phocas, Nisus, & Gratus Grammatici, *Artigraphi* dicuntur: ut & Sacerdos Grammaticus hoc nomine, apud Alcuinum lib. de 7. Artib. cap. 1. apud Sosipatrum lib. 2. de Instit. Grammat. Romanus, *disertissimus artis scriptor*, Cledonius nempe Constantinopolit. Grammaticus, cujus liber de Grammatica *Ars* inscribitur. In lib. 3. Miracul. S. Dionysii, in Prologo, *Methodius optimus Græcorum Artigraphus* indigitatur. Anonymus in Vita S. Hieronymi: *Huic viro in literarum studiis plerique cathegetæ, id est, præceptores fuerunt, Donatus nempe artigraphus, Romanis eum imbuens elementis, liberaliumque artium sapore sufficienter replens, Magister extitit illi, &c.*

Ars sancta. Vide *Sortes Sanctorum.*

ARSACIDÆ. Vide *Assasini.*

ARSEDA, *Stella valde splendens*, secundùm Ugutionem.

ARSENA, Armamentarium, vulgò *Arsenal*: Italis *Arzenale*. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 12. *Oportet ad illius* navigii) *conservationem in posterum in locum petrahi coopertum.— qui locus ubi dictum conservatur navigium, Arsena vulgariter appellatur.* Dantes in Infern. Cant. 21.

Quale ne l' arzena de' Vinitiani,
Bolle l' inverno la tenace Pece,
A rimpalmar di legni lor non sani.

De vocis etymo ita nugatur Sansovinus in Venetia lib. 8. *La casa dell' Arsenale, che s' interpreta.* Arx Senatus, *cioè fortezza, bastione, antemurale, & sostegno del Senato contra l' armi de gli infideli.* Alii vocem Turcicam putant, seu Arabicam, ex voce, ut ajunt, *Darcena*, quæ idem sonat, ablata prima litera: quod minùs probabile videtur, cùm ἀρσηνάλης armamentarium Constantinopolitanum diceretur longè ante, quàm Turci Constantinopolim pervenissent, Theophilo Michaëlis filio imperante, ut ex Inscriptiòne, quæ à Grutero & aliis refertur, constat. Ego verò ab *ars* deductam existimo, quæ sequioribus Latinis, perinde ac *ingenium*, machinam denotavit, uti suprà ex Alberto Aquensi observatum est, ita ut locus fuerit, in quo *artes*, id est, machinæ bellicæ, quas etiamnum *Artilleries* dicimus, reponebantur: nam quod *Artilleriam*, ab arcubus dictam scribit Vossius, vix est vero simile. Vide Jacob. *Bourgoing*. lib. de Orig. & usu vulgarium vocum pag. 12. Ægid. Menagium, & Octav. Ferrarium in Orig. Ital.

ARSENOQUITA, ex Græc. ἀρσενοκοίτης, *masculorum concubitor.* Ratherius Veronensis: *Quam perdita tonsuratorum universitas tota, si nemo in eis, qui non aut adulter, aut sit arsenoquista.* Vetus Scheda de Ordinatione Episcopor. edita à V. Cl. Stephan. Baluzio post Capitul. *Inquirat illum de quatuor Capitulis, id est, de arsuncquita, quod est cubans cum masculo, &c.* De ejusmodi pædiconum pœnis vide Petrum Fabrum Lib. 3. Semest. cap. 13. pag. 295.

ARSINA, *Arcina*. Charta Hugonis de *Belpin* Militis an. 1218. qua vendit villam *de Pi* in Ceritania: *Et ostem, & cavalcatas, & seguis, & cucucias, & exorquias, & homicidia & intestationes & arsinas.* Ita non semel in Chartis aliis, quas in verbo *Cugucia* descripsimus. Charta an. 1312. in 48. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabul. Regio n. 134. *Si arsinæ, vel alia maleficia facta fuerint in dicta villa, &c.* Ubi *arsina* est *incendium, vel crimen incendii*, seu potiùs cognitio de crimine incendii, quod nostri *arsin* vocabant, ut colligitur ex his, quæ habent Hemeræus in Augusta Viromand. p. 294. & Vassorius in Noviomensi Historia pag. 946. *Arsis* etiam dicebant: nam Ecclesia S. Petri, quæ *des Arsis* dicitur Parisiis, *de Arsionibus* nuncupatur in Tabulario Monasterii S. Petri Fossatensis fol. 1. Vide Haræum in Castellanis Islensibus pag. 142. 143. *Faire arsons*, incendia excitare, in Charta vernacula Joannis Regis Angliæ apud Willel. Thorn. pag. 2481.

Arcina, eadem notione, in Charta R. Abbatis Caroffensis an. 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. in Tabulario Regio n. 11. *Item si arcinæ, vel alia maleficia occulta facta fuerint in dicta bastida, vel honore, &c.*

ARSINA, Supellex quævis, Occitanis. Synodus Nemausensis an. 1284. cap. *de Veneratione Ecclesiæ*: *Quia quidam Clerici Ecclesias sic exponunt supellectibus, & arsinis ipsius, & etiam alienis ut potiùs domus Laicorum, quàm Dei basilicæ videantur: idcirco firmiter prohibemus, ne ejusmodi supellectilia seu arsinæ in Ecclesiis admittantur, nisi propter bellum, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, &c.*

ARSINEUM, *Vestis mulieris rubei coloris & ardentis.* Ugutio.

ARSINUM, *Pondus* 35. (granorum) Saladino de Ponderibus.

Arsinum, in Gloss. Lat. Græc. διάχελμα, redditur. Sed idem videtur, quod *Arsura*, de qua voce mox.

ARSURA, in Domesdei, dicitur auri vel argenti conflatio, purgationis ergo vel examinis. Modum rei exhibet Niger liber Scacarii Gervasio Tilleberiensi ascriptus cap. *de Officio Militis Argentarii.* Nam magno tunc usui illic fuit ad examinandas pecunias, Regi solutas, propterea quòd in multis locis & diversè admodum cudebantur. *Arsura* etiam dicta ipsa metalli inter conflandum diminutio: & *libram* ajunt *tot ardere denarios*, quot per ignem *purgatorium* amiserit. Prædictus verò liber Scacarii, seu Auctor Dialogi Fiscalis, Salisburiensem Episcopum, (Rogerum Cadomensem) sub Henrico I. *Arsuram* instituisse refert: cùm idem Rex frumentarios & esculentos redditus in pecuniarios commutasset, numero atque pondere persolvendos. *His*, inquit, *post modum ex mandato Principis accessit ad Scaccarium, ubi cùm per aliquot annos præsedisset, comperit hoc solutionis genere non plenè fisco satisfieri. Licèt enim in numero & pondere videretur satisfactum, non tamen in materia. Consequens enim non erat, ut si pro libra una, numeratos 20. solidos etiam libræ ponderis respondentes, solvisset, consequenter libram solvisset argenteam. Poterat enim cupro, vel quovis ære mixtam*

monetam solvisse, cum non fuerit examinatio. Ut igitur Regiæ simul & publicæ provideretur utilitati, habito super hoc Regis consilio, constitutum est, ut fieret ordine prædicto firmæ (id est, annui census) combustio, vel examinatio. Capite verò præcedenti combustionis seriem pluribus describit, atque, non esse legitimam Regni hujus monetam si, examinata libra deficiat plusquam 6. denar. à pondere quàm numerata respondet. Sed restituit, non instituit combustionis hunc morem Sarisberiensis Episcopus, cùm jam inde ab Guillelmo Notho, Henrici I. parente, nota fuerit, ut ex variis locis Domesdei constat. Titt. *Chent. Archiepisc. Cantuariens. civitas Cantuar. Item reddit nunc 30. libras arsas & pensatas, & 24. lib. ad numerum.* Alibi tit. *Lencolescire, Rex Chircheby: Tempore Regis Edwardi valebat 40. lib. modò 60. sol. pondere & arsura.* Alibi non semel occurrit, *ad pensum & arsuram, ad pensum solum, ad pondus & arsuram, ad pondus solum.* Hæc ferme ex Spelmanno.

• *Arsuras* etiam vocabant monetariorum & argentariorum scopaturas & reliquias rursum igni excoctas. Gotselinus Monachus lib. de Miracul. sancti Augustini Cantuar. Episc. cap. 15. *Indagabant curiose aurifices, argentarios, trapezetas, cæterosque metallorum fusores pro illorum fusilibus cineribus & purgamentis, prospumis & scoriis, vel testularum fragmentis, in quibus massas suas liquefecerant, æstimata pretia offerentes, has reliquias emptas corradebant & conscopabant, unde hujusmodi collectas scopaturas vocitant, quas illi torridis fluctibus abluebant, conflatamque duritiem duro lapide comminuebant, his minutiis suo igni conflatis pretiosam massam extorquebant. In tali negotio venientes ad oppidum Bathan, emptasque ex more copiosas arsuras, quas dicunt scopaturas, ad proximum flumen ferebant diluendas, &c.*

Arsura, Erpeta. Meierus lib. 3. Annal. Flandr. an. 1088. *Subsecutus est pestilens ille morbus, qui ignis sacer vocatur, quam tum Arsuram vocabant quidam.* Vide *Ardentes.*

ARTABULARIUS, *Craticula*, in Glossis Arabico-Lat.

ARTAGIUM. Charta Goffredi Comitis Cannarum an. 1105. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1072. *Concedimus iterum, ut eadem matrix Ecclesia Cannarum possideat omnium rerum suarum, & suorum hominum vendentium & ementium tam in Cannis, quàm de foris, & in casalibus ubicunque: possideat etiam omnium suorum hominum artagium sutrum* (f.* *suarum*) *terrarum, carnatum* (f. & aliarum) *venientium ad laborandum cum sua adsidatura.*

ARTATOR. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Quilibet dictæ gentis, quorum artatores, ex prærogativa ferreo baculo potiatur.*

ARTAVUS. Liber Regulæ Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. ubi de Scriptoribus Monachis: *Sed nec scriptoria, nec artavos,* (sic) *nec cultellos, nec scarpellia, nec membrana.—suscipiat.*

ARTELABO, Papiæ, *artificium laboratæ vestis.* Fortè quasi *arte laboratus.* Fortunatus lib. 2. de Vita sancti Martini:

Hinc abacum picto bombycina flore decorat
Artelaboria, & vel qualia pensat aragne,

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

—Fractura que machina muros
Artelaboratos.

ARTEMO, *Instrumentum artetis*, in Glossis Isid. ubi *artis* quidam legendum putant.

ARTEPTA, *Genus vasis, ut pugilla.* Papias.

ARTERIATUS, *Cujus fauces rheumatizant. Arteriatum, medicina, quæ prodest meatui gutturis.* Ugutio. Vide *Rheumatidiare.*

ARTICULARIUS. Gloss. Græc. Lat. MS. καρπόδεσμος, *Lemniscus, Articularius, Fasciola.* Editum habet *Lemnisceus, articularia fasciola.* Idem: καρποδέσμοις περιειλυμμένος, *Lemniscatus.* Perperam in MS. *Leminus castus.*

ARTICULUS. *Super articulos manus prosterni*, leviorum culparum satisfactio apud Monachos. Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 68. De Lectore, qui versum dicit pro alio: *Festivis quidem diebus super articulos manus, privatis verò super genua prosternatur ad pedem. Similiter super articulos manuum sati faciant omnes in loco, in quo sunt, quoties fallaciam in oratorio incurrerint, non divertentes dextrorsum vel sinistrorsum. Pro nota cantus tantùm non solemus satisfacere. Humiliare se super genua, vel articulos*, cap. 70. & paulò antè cap. 75. & Institutiones Capituli ejusdem Ordinis an. 1256. cap. 7. Vide Hugonem Flaviniacensem p. 160.

ARTIDOCTOR. Vide *Ars.*

ARTIFICIARIUS, Artifex, Gallis, *Artisan*, in Chronico Henrici de *Knyghton* pag. 2600.

ARTIFICINA, *In qua artes exercentur*, in Gloss. Isid. & apud Ugutionem.

ARTIFICIUM, Papiæ, *Præstigium, fallaciæ, magisterium.*

Artificium, Supellex, quicquid arte confectum est. Capitula Caroli Mag. lib. 6. cap. 305. *Quæcunque ei* (Ecclesiæ) *offeruntur in—pratis, aquis, aquarumve decursibus, artificiis, libris, utensilibus, &c.*

Artificium, Ars, *Mestier.* Regula S. Macarii cap. 30. *Ut intra Monasterium artificium non faciat ullus, nisi ille, cujus fides probata fuerit, &c.* Concil. Carthag. IV. can. 51. *Clericus—artificio victum quærat.* Can. 52. *Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura —paret.*

Artificiarius, quivis Opifex, Artifex. Angl. *Artificer.* H. de *Knygthon*: *Simili modo fiebat de aliis artificiariis in burgis & villis.*

Artificium, Machina bellica. Historia Cortusiorum lib. 7. cap. 7. *Fiunt vineæ, sive gatti, pontes, & scalæ, machinæ, & alia artificia ad oppugnandum.* Quæ quidem vox pro *ædificium* scripta videtur apud eosdem lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 19. Vide *Ars.*

Artificium, Corpus artificum, *Corps de mestier*, apud Henricum Knyghtonum. Locos vide in *Secta.*

ARTIGARE. Vide *Andigare.*

ARTIGRAPHUS. Vide *Ars.*

ARTILLATOR, Machinarum, quas *Artilleries* dicimus, fabricator. Statutum Edwardi II. Regis Angl. de officio Senescalli Aquitaniæ, & Conestabilis Burdegalensis, in Regesto Aquitan. fol. 80. *Item ordinatum est, quòd sit unus artillator, qui faciat balistas, carellos, arcos, sagittas, lanceas, spiculas, & alia arma necessaria pro garnizionibus castrorum.* Quid autem *Artilleriæ* vocabulo intellectum olim, docemur ex Guill. *Guiart* an. 1304. ubi de prælio ad Montem Puellarum.

Nul ne pense ore à lecherie,
Plusieurs vont à l' artillerie,
Qui fut sans que ce trufle lise,
Prés des tentes le Roy assise.
Artillerie est le charroi,
Qui par Duc, par Comte, ou par Roy,
Ou par aucun Seigneur de terre,
Est chargié de quarriaus en guerre,
D' arbalestes, de dars, de lances,
Et de targes d' unes semblances,
De tiex harnois là prendre seulent,
Li desgarni qui prendre en veulent,
Cil qui les delivrent, en baillent
A ceus à qui tiex choses faillent.

Le Roman du Chevalier au Barisel MS.

Avoit fait son Chastel fermer,
Qui mout estoit bien batilliés,
Si fort est & si bien artilliés,
K'il ne cremoit ne Roi ne Comte.

Martialis

Martialis *de Paris*, in Vigil... Caroli VII.

S'il les monta & attila
Ce feu Roy selon son desir,
Et grandement les rabilla,
Car à cela prenoit plaisir.

Vide Froissartem 2. vol. pag. 28. 30. &c. Monstreletum 1. vol. cap. 29. & Gloss. Meursii in ἀρτελαρία.

ARTINUM. Will. Armoricus in Philippo Aug. an. 1219. *Racemi demum collecti adeo usti erant, quòd nihil aliud esse videbatur, quàm artinum torculari jam pressum.* Legendum puto *tartinum*, à tarta. Vide in hac voce.

ARTISELLIUM. Fragmentum Petronii: *Decem partes dicit, librum ab oculo legit, threcium sibi de diariis fecit, artisellium de suo paravit, & duas trullas.* Fortè *artisellium*.

ARTISTA. Vide *Ars*.

ARTITUS, παντεχνος, δαίδαλος, in Gloss. Lat. Græc.

ARTOCASEUS. Joan. de Gallandia in Synonymis:

Panis, artocopus, pastillaque, liba, placenta,
Jungitur artocrea, simul artocaseus istis.

Ubi Interpres: *Artocaseus, dicitur panis decoctus cum caseo & ovis.*

ARTOCOPUS apud eundem Joan. de Gallandia: *Panis elaboratus ad opus Domini*, Ugutioni.

ARTOCREAS, Papiæ, *Panis carnem continens*; vulgò *tortella*, inquit Joannes de Janua. Est præterea portio, ut vocant, Monachica, *quæ jure antiquo continere debebat quinque ova & caseum*, ut est in Chronico Trudonensi lib. 13. pag. 508.

ARTONA. Vita S. Severi Abbatis Agath. cap. 11. de pane *paximatio*, in modum eulogiæ transmisso, & cruce signato: *Hujus plane crucis artona comestio non puto vacare mysterio.* Ubi Editor *artonam*, paniciam interpretatur, ab ἄρτος, panis.

ARTOTYRITÆ, Hæretici in Galatia, sic dicti, quòd panem & caseum offerant in sacrificiis, Philastr. & Papias.

ARTOX, Papiæ, *malus, reus.* Fortè *atrox, malus, reus.*

ARTUATIM, *Membratim*, in Gloss. Isid. *Artuatim concisus*, apud Jul. Firmicum lib. 8. cap. 8. *Artuatim obtritus*, apud Saxonem Grammat. lib. 13.

ARTURUM *exspectare*, Proverbium apud Anglos, quorum credula adeo fuit olim fides, ut Arturum Regem denuo regnaturum persuasum haberent. Guillelmus Neubrigensis in Procemio ad Historiam: *Sive etiam gratia placendi Britonibus, quorum plurimi tam bruti esse feruntur, ut adhuc Arturum, tanquam venturum expectare, dicantur, eumque mortuum nec audire patiantur.* Petrus Blesensis Epistola 57.

Quibus si credideris,
Expectare poteris
Arturum cum Britonibus.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Hic Brito præsumens Arturum vivere Regem, &c.

Josephus Iscanus de Excidio Trojano:

Sic Britonum ridenda fides & credulus error,
Arturum expectant expectabuntque perenne.

Vide Hermannum Monachum de Miraculis S. Mariæ Laudun. lib. 2. cap. 16.

ARTURIA *terræ*. Vide *Aratura*.

ARVA, femin. gen. Ager, interdum regio, provincia. Gloss. Gr. Lat. χώρα, *arvum, regio.* Chronicon Novalicense lib. 1. cap. 30. *Et præterea, arva Francorum Monasterium quoddam ditissimum in honore S. Medardi Confessoris fundatum, &c.* Vetus Charta anno 7. Rodulfi Regis Burgundiæ exarata, ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Prædicta cespis sita est in pago Gratianopolis, in agro Salmoriacense, in villa Cotonaco, & cingitur undique ex eadem arva infra hanc definitionem, &c.*

ARVAS, Papiæ, *Demens.*

ARVERIUM. Charta Joannis Comitis Augi pro Abb. Ulterioris portus anno 1149. ex Tabul. ejusdem Monasterii: *Famuli verò Abbatis & Monachorum, qui sunt de pane & cibo eorum in Curia S. Michaëlis simili modo sola manu se purgabunt, & justitia erit Abbatis, nec unquam pro arverio vel sine testimonio alicui famulorum meorum respondebunt. In Fontibus autem & in Verleio, siquis aliquem percusserit, sanguinem & justitiam omnem Abbati & Monachis concedo arverium, & omnem occasionem condono, libertatemque omnibus hominibus.* Occurrunt eadem verba in Charta alia 1179. Henrici Augensium Comitis.

ARULA, Craticula, in Gloss. Isid. Papiæ, *est patella carbonum, craticula, vel vas æneum quadrangulum, in quo ignis ardet, vel in quo prunæ, vel carbones asportantur.* Gloss. Ælfrici: *Arula, vel Batilla*: Pyrh-panne. Scholiastes Aristoph. ad Acharn. ἐσχάραν, τὴν νῦν καλουμένην ἀρῦλαν. Ita *arulam* vertit Interpres Græcus Exodi c. 27. & 38. & Hierem. cap. 38. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 622. *Librum quoque (S. Ebrulfi) & arulam argento coopertam, & cambutam, atque cinctoriam, &c.*

ARUM, apud Occitanos, Territorium, fortè pro *arvum*. Tabular. Ecclesiæ Cadurcensis: *Breve divisionale, in ipso aro, de ipsa villa, quæ dicitur Roca.* Infrà: *Cedo vobis vinea mea, quæ est in aro de Cassanoles.* Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 9. *Et alia condamina, quæ est in aro Sagni: similiter in ipso aice, in villa Planiolas, casa dominicaria.* Ch. 11. *Vel quantumcunque in ipso aro visus sum habere.* Infrà: *Similiter in pago Arvenica, in aro, quæ vocatur Rocolas.* Sic non semel feminini gen. ibidem vox effertur. Ch. 35. *Et ipsas res in pago Rotinico, in ministerio condadense, in aro de Garzaguas, &c.* Ch. 127. *In Vicaria Serniacense, in aro, quæ vocatur, &c.* Vide *Arva*.

ARUMARE, *Rumorem afferre*, Papiæ. Perperam *arvinare* Editum.

ARUNDO, Canalis, aqualiculus. Marcwardus Abbas Fuldensis: *Videns etiam, quia fons aquæductus antiquitate & vetustate defecisset, — habiles canales adaptavi, & per plumbeas arundines meatum fontis constantissime reparari feci.*

ARVINARE. Gloss. Lat. Gall. *Arvinatus, Encraissié.* Leg. *Arvinatus: impinguatus*, ut apud Joan. de Janua ab *Arvina*, pinguedo. Græcismus:

Intus adeps, arvina foris, pinguedoque quævis.

ARUMPERE, Vide *Rumpere*.

ARUNCALE. Vide *Runcale*.

ARURA, Ager satus, segetes ipsæ. Gloss. Lat. Gr. *Arva*, ἄρουρα, γῆ, χώρα. Beda de Orthographia: ἄρουρα, *Arvum.* Glossæ aliæ: *Segetes*, σπορία. Rursum: *Seges* ἄρουρα καὶ λήϊον. Hesychius: ἄρουρα, ἡ γῆ, ἀπὸ τοῦ ἀροῦσθαι. Ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ, ἡ ἀπορία. Glossæ aliæ MSS. ἄρουρα, ἡ πρὸς σπορὰν ἐπιτηδεία γῆ. Heliodor. lib. 2. Æthiopic. de Nilo: τῇ παρόδῳ γεωργεῖ τὰς ἀρούρας. Menologium Græcor. 11. Januar. εἰργάζετο μικρὰς ἀρούρας ἐν τῇ νάπῃ. Marcellus Empiricus cap. 8. *Lacertas pessimas, quæ in segetibus morantur, quas Græci aruras vocant, comburito.* Porrò auctor est Strabo lib. 18. Ægyptum olim divisam in Præfecturas, quæ rursum in Toparchias: easque in portiones alias, quarum minimæ ἄρουραι

ἄρουραι erant, distributas: quod etiam attigit Orus Apollo lib. 1. cap. 5. qui ἄρουραν, μέτρον γῆς, seu modum agri fuisse ait. Atque de his aruris intelligendus Evagrius, interpres Vitæ S. Antonii cap. 1. *Aruræ autem erant et 300. uberes & valde opimæ.* Ubi Græcum retinuit, quod sic se habet: ἄρουραι δὲ ἦσαν τριακόσιαι εὔφοροι καὶ πάνυ καλαί. Aruram pedibus 50. constitisse, auctor est Suidas. Vide Glossar. med. Græcitat.

Arura, Aratio. Velius Longus de Orthographia: *Filix, quam ita credo dictam, quòd sit minùs felix aruræ.* Fleta lib. 2. cap.73. §.1. de officio Baillivi Manerii: *Deinde campos, boscos, prata, pasturasque ambiat, & aspiciat, ne inde damna fiant in aruris.* §. 2. *In initio igitur temporis seminandi & rebinandi conjunctim sint cum carucis Ballivus, Præpositus, & Messor per totam dietam, donec aruras suas legitimè compleverint, &c.* Cap. 82. §. 2. *Una acra pro frumento trinam exigit aruram.* Adde Bractonum lib. 2. c. 16. Charta Ricardi Regis Angliæ in Monastico Anglic. tom.1. pag.835. *Ex dono Joannis de Ponton 20. acras terræ, & 2. toftos — cum pastura ad 100. oves, & ad tot aruras, quibus eadem terra coli posset.* Ita *airure*, in Consuetud. Normanniæ art. 119. *Il doit parer les airures, laburs, & semence, à celui, &c.* Adde art. 483. *Bœufs d'arée*, boves aratorii, in Consuetud. Sanronensi art. 16.

ARVUSCAMPUS, quomodo *arvus ager*, apud Plautum Trucul. aratus. Leg. Rothar. Reg Longobard. tit. 108. *In octogild ipsum caballum componat, pro eo quòd ipsos (caballos) de arvo campo, quod est fonsaccar, movere præsumpserit.*

ASAC UM. Contract. Datior. Bergom. lib. 7. c.16. *Idem quod asacium, seu calmodrium fiat secundum formam statutorum, &c.*

ARX. Vide *Arce.*

ASCALONIÆ, quæ *cæpa Ascalonia* Plinio lib. 19. c.6. & Apicio lib.4. c.2. nostris inde *Eschalottes*: Adalardus in Statutis Corbeïensis Monasterii lib. 2. c.1. *Ascaloniæ quoque, allia, cepe, &c.* *Eschaloingnes*, in Regesto Peagiorum Parisiensium. Will. *Guiart.* MS. an 1213.

> *Jaçoit ce que ge vous esloingne,*
> *N'auré perte d'une eschaloingne.*

Ascalonicæ, in Capitulari de Villis cap.70.

Scalongia, eadem notione. Matth. Silvaticus: *Cepitia*, id est, *scalongia, ceputia.*

ASCELLA, *Ascilla, Assellia, Axella, Axilla*, nostris, *Aisselle.*

Ascella, Isidorus lib. 11. & ex eo Papias: *Ascella locus sub brachio; dicta quia ab eis ascellis brachia cillentur, id est, moventur.* Gloss. Ælfridi: *Ascella vel subhircus.* Alexander Jatrosophist. lib. 1. Passion. ubi de Melancholicis: *Aliqui suspicantur, se esse vas fictile: alii quoque gallum, ut & imitentur eum ad cantandum, & etiam ascellas percutiunt.* Utuntur passim Scriptores, Interpres Biblior. non semel, Marcellus Empiricus cap.18. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap.31. lib.7. c.29. Odo Cluniacens. lib.2. de Miracul. S. Mart. c.9. Theodericus de Miraculis S. Celsi Episc. Trevirensis c.1. Baldricus lib.1. Chron. Camerac. c. 11. Goscelinus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. cap. 1. Auctor Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n.2. Cæsarius lib.5. Miracul. c.8. Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 25. Sugerius in Ludovico VI. c 18. Guibertus lib. 1. de Vita sua c.22. Constatinus African. lib. 3. de Morbor. curation. c. 16. lib. 7. c. 1. lib.2. de Communib. locis Medic. c.12. Gesta Consulum Andegavensium c.3. n.2. Durandus lib. 3. Rational. c. 11. &c.

Assellia, apud Michaëlem Scotum lib. de Physionomia c.2. *Nascuntur (pili) in naribus nasi, in maxillis masculis sub assellits.* *Assella*, cap.4.

Axellæ, Papiæ, *Alæ, pilosa membra sub brachiis dicuntur, — quas quidam axillas dicunt.*

Ascellata vena, quæ & basilica: nam vena, quæ in *ascellas* vadit, se in quatuor venas dividit, quarum tertia in manum per armum secedit, eaque vocatur *ascellata* & *basilica.* Ita Constantinus African. lib. 2. Commun. loc. Med. c.12.

Ascellare, Furcula alaris, qua contracti innituntur ad *ascellas*, vulgò *Potence.* Aimoinus lib. 1. Miracular. S. Germani Episc. Parisiensis cap.2. de quodam contracto: *Cum ascellaribus venit ante sancti Patris sepulchrum.* Iso de Miraculis S. Othmari lib. 1. cap.10. *Duobus sustentaculis inter ascellas suffultus.*

ASCELLA, pro *assilla, Asserculus*, nostris *Aissellé.* Tabul. S. Remigii Remensis: *Donant de spelta modios 324. — de banno 27. den. de ascellis 710. de scindulis 350. fœtam uno anno, &c.* Occurrit ibi pluries. Sugerius in Ludovico VI. *Acerrimè dimicantes, scutis confractis, ascellas, ostia, & quæque lignea sibi præponentes, portæ insistunt, &c.* Infrà: *Vilissimam ascellam sibi præferens, fronte nudo ascendens, ad sæpem usque pervenit.*

Axilia, idem quod *Ascella.* Census Eccl. Augustod. In Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Summa — perticarum circulorum 157. Scindularum 995. Axilium 987.* Occurrit ibi semel ac iterum.

Axila. Capitulare de Villis c.62. *Quid de axilis & alio materamine, &c.* Occurrit etiam in veteri Charta in vita Aldrici Episcopi Cenoman. n.56.

ASCELLA, pro *ala*, Gallis *Aisle.* Gregorius Turonensis lib. 2. Hist. cap. 16. *Habente absidem rotundam habens, ab utroque latere ascellas eleganti constructas opere, &c.* Frustrà hoc loco *astellas* reponit Meursius: *ascellæ* enim apud Gregorium sunt ædis sacræ latera interiora, quæ alii *alas* vocant. Vide in hac voce.

ASCEMARE. Contract. Datior. Bergom. lib. 8. 14. *Item quòd non possit ascemari, extrahi, vel diminui vinum de aliqua vegete.* Ital *Scemare*, est diminuere. Vide *Semus.*

ASCENDERE, Contradicere. S. Anselmus lib. 3. Epist. 10. *Dicunt mihi, quia prohibeo Regem dare investituras, — nec ascendo eis ex adverso.* Infrà: *Non enim quòd objiciunt de Clericis fieret, nisi investitura, quibus ex adverso ascendo, non fierent.* Ibidem: *Et in tantum ex adverso ascendo.*

Ascendere, in animalium admissione. Stephanus Tornacensis Epist. 95. *Imminent tempus ascendendi, & balantes ovium voces rude matrimonium in proximo sibi coaptare festinant.*

ASCENSA, Ascensio, festum Ascensionis Dominicæ. *Ascensa Domini*, in libro Sacramentorum S. Gregorii, in Regula Magistri cap 28. in veteri Kalendario apud Allatium de Dominicis & Hebdom. Græcor. pag. 1490. &c. Vetus Pœnitentiale: *A Pascha usque in Albas, & in Ascensa Domini, & Pentecostem, &c.* Extat in Pontificali MS. Ecclesiæ Senonensis *Benedictio in Ascensa Domini.* Versus antiqui apud Sansovinum & Stringam in Venetia lib. 1. cap. 151.

> *Si quis in Ascensa Domini cùm venerit, illuc, &c.*

Occurrit præterea in Hist. Translationis S. Launomari p.247 apud V.C. Joannem Mabillonium tom.6. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti.

ASCENSORIUM, Gradus, quo ascenditur. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Ascensorium*: Ꞇꞃæᵹen, id est, gradus, scala, à Ꞇꞃiᵹan, scandere. Wippo de Vita Chunradi Regis, de eodem Chunrado: *In brevi tantum proficiens, ut nemo dubitaret, post Caroli Magni tempora, aliquem sede digniorem non vixisse: unde extat proverbium: Sella Chunradi habet ascensoria Caroli. De hoc proverbio quidam de nostris, &c.*

> *Chunradus Caroli premit ascensoria Regis.*

Petrus Blesensis serm. 24. *Brevis est scala, non laboriosa, tribus tantùm distincta ascensoriis, etiam quodlibet ascensorium trium est palmarum.* Ricardus Hagulstad. *In istis verò*

verò cochlea, & super ipsas ascensoria ex lapide, &c. Adde Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 102.

Ascensorium, quod aliàs *Monteia*. Vide in hac voce. Charta Henrici Regis Francor. in Tabulario S. Maglorii Paris. *Unum iterum molendinum, & unum ascensorium piscium situm juxta Ecclesiam Karentonæ villæ.*

ASCENSUS. Anastasius Bibl. in S. Hadriano PP. p.116. *Ecclesiam S. Stephani — similiter renovavit, unà cum cæmeterio B. Cyriacæ, seu ascensum ejus.* *Ascensum*, pro gradu, dixit lex 45. Cod. Th. de Operib. public. sed hic fortè *Ascensus* pro *ambone* sumitur.

ASCETÆ, Monachi, qui virtutem, continentiam, ac vitam angelicam excolunt. Gloss. Lat. Gr. *Cælibes*, ἄγαμοι, ἀσκηταί. Aliud Gloss. MSS. Reg. Cod. 930. ἀσκητὴς, ἐγκρατὴς, continens. Tertulliano de Præscript. c.14. *Exercitati* dicuntur: ἀσκηταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισαὶ, Basilio M. τὸ ἀσκητικὸν αἱρούμενοι (& ἑλόμενοι) βίον, lib. Synod. Eorum vita ἄσκησις appellatur S. Athanasio in Vita S. Antonii, γυμνασία μοναχικὴ Isidoro Pelusiotæ lib 1. Epist. 92. Sub hac autem exercitatione comprehendit Philo lib. 3. Allegoriar. Legis, τὰς ἀναγνώσεις, μελέτας, θεραπείας, τῶν καλῶν μνήμας, ἐγκρατείας, τῶν καθηκόντων ἐνέργειαν, &c. Christophorus Angelus lib. de Statu hodierno Græcorum Græcè edito Londini an. 1619. cap.26. & seqq. triplicem esse ait apud Græcos Monachorum ordinem, μοναστικόν, ἀναχωρητικὸν, vel κελλιωτικὸν, & ἀσκητικὸν, additque ἀσκητὰς eosdem esse cum Eremitis.

ASCETERIUM, ex Græc. ἀσκητήριον, Monasterium, locus exercitio & disciplinæ virtutum destinatus: ἀσκητῶν καταγωγὴ, Theodoreto lib. 6. & 10. Therapeut. Lexicon Græc. MS. παρθενῶνες, τὰ μοναστήρια, τὰ ἀσκητήρια. Vide Novellam Justin. 59. Baron. an. 301. n. 22. 31. Casaubonum exercit. 2. ad eundem Baron. c. 13. Nebridium à *Mundelheim* Antiquit. Monastic. Epist. 7. &c. Mirè autem hanc vocem depravarunt Scriptores inferioris ævi, ut ex sequentibus patebit. Nam

Archisterium interdum scribitur. *Interius archisterium*, apud Evagrium in Vita S. Antonii c. 52. S. Audoënus Episcopus Rotomag. in Vita S. Eligii lib. 1. c. 10. *Vestimenta etiam & quæcunque erant necessaria, illico archisteriis cum exultatione destinans.* Alibi: *Dignum tandem sanctarum Virginum construxit archisterium.* Diedericus Monachus lib. de Illatione S. Benedicti in Præfat. *Ex Monachorum archisterio. Archisterium Anianense*, in Annalibus Anianensibus MSS. & in Vita MS. Caroli Mag. jussu Friderici Imperat. scripta lib. 2. Occurrit alibi non semel, in Passione S. Vitalis Mart. n. 8. apud Berengosium Abbat. lib. 1. de Inventione S. Crucis cap. 16. lib. 3. c. 4. Fridegodum in Vita S. Wilfridi c. 46. Abbonem Floriacens. Abbat. in Canonib. cap. 14. Petrum Diacon. de Viris illustrib. Monasterii Casinensis in Prologo & c. 30. Theotfridum lib. 1. cap. 7. lib. 2. c. 5. lib. 4. c. 2. 7. Langium in Chronico Ciziensi an. 1469. in Charta Pontii Arelatensis Archiepisc. apud Acherium in Spicilegii tom. 6. p. 430. &c. Vide Virum doctissimum Joan. Mabillonium ad Vitam S. Theofredi pag. 47.

Interdum hanc vocem pro principatu seu Episcopali dignitate usurpant Scriptores. *Archisteria Episcopalia*, in Vita S. Deicoli c. 1. Vita S. Severi Episcopi Ravenn. n. 3. *Quod uxoratus ad Archisterium Ravennæ accesserit.* Theodericus in Hist. Invent. S. Celsi cap. 1. *Quod Treverica Metropolis — merito totius Galliæ Archisterium sit hactenus vocitata.* Porrò vocabuli etymon ab Ugutione & aliis allatum jure exploditur: *Archisterium, Monasterium, ab archos & sterion, quasi dicas statio principalis, id est, spiritualis statio, vel dicitur archisterium, eo quod regulis & disciplinis arcetur.*

Archisterium dixit auctor Hist. Translat. reliq. S. Faustæ tom. 2. Hist. Franc. & apud Labbæum tom. 2. Bibl. & Bolandum.

Architrium, Vita S Euphrasiæ c. 6. in Vitis Patrum.

Arcisterium, habent Aimoini Continuator lib. 5. c. 41. Simeon Dunelm. p. 89. Edgarus Rex in Legibus Hydensis Monasterii c. 9. & veteres aliquot Chartæ Regum Angl. in Monastico Angl. to. 1. p. 101. 218. & 235. & apud Seldenum ad Eadmerum p. 155. Vita S. Walburgis n. 17. Vita S. Willibaldi, vett. Chartæ Hispanicæ apud *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1. p. 91. b. appendicis p. 38. tom. 3. append. 18. b. tom. 4. p. 49. 436. b. tom. 5. p. 66. b. 90. 445. b. apud Sandovallium in Episcop. Pampilon. p. 34. 35. Vett. Glossæ, *Arcisterium, Monasterium.*

Assisterium, Papiæ, *Monasterium.* Ugutio: *Assisterium, Monasterium Græcè, vel dicitur ab assistendo. Assistria, Monialis ibi assistens.*

Acistarium non semel in Charta Lusitanica æræ 1067. in Hist. Episcoporum Portensium 1. parte pag. 185. 186.

Ascysterium, dixit S. Eulogius in Memor. Sanct. lib. 2. cap. 10. *Ego quidem volumen hoc illis tantummodo ascysteriis commentaveram, è quibus prior ille Monachorum globus ad resistendum mendacissimo vati processerat.* Idem *acysterium* habet.

Acisterium, in Charta Lusitanica apud Anton. Brandaonum lib. 10. Monarch. Lusitan. c. 4.

ASCETRIÆ, Feminæ continentes, quæ à Monachabus differebant, ut *Asceterium* à Monasterio: à Monachabus scilicet, quæ in solitudinibus domicilia habebant. Juliani dictatum de Consiliariis: *Si emerserit de Clericis, vel Monachis. vel Ascetriis, &c.* Julianus Antecessor. c. 460. *Si quis contra Clericum, vel Monachum, vel Diaconissam, vel Monastriam, vel Ascetriam habeat aliquam actionem, &c.* Ita cap. 494. Gregorius Magn. Epist. ad Theodistam: *Ancillis, quas vos Græca lingua Ascetrias dicitis.* Menologium Basilii in S. Phasic. 21. April, εἶχε δὲ καὶ θυγατέρα χριστιανὴν ἀσκήτριαν, &c. Psallebant autem illæ in elationibus funerum, ut docent leges 45. 48. de Episcop. & Cleric.

ASCIARE. Guibertus lib. 2. de Vita sua cap. 6. *Is etiam qui epilepsim, id est, caducum patiebatur morbum à spiritu immundo allidi in terram, spumare, stridere dentibus, & asciare perhibetur, quod oratione solùm & jejunio curari posse asseritur.*

ASCIATUS. Joan. de Gallandia in Synonymis:

Asciatus, pugio, conjunge novacula, culter,
Cultellusque, spata, rasoria jungitur illis.

Ubi interpres ait, *asciatum* esse cultellum magnum, posseque dici cultellum, quo pergamenum dividitur.

ASCICULUS, *Asciola, dolabra.* In Glossis Isid.

ASCINI, ex Græc. ἄσκηνοι, qui laribus & tecto carent, apud Ennodium lib. 9. Epist. 20.

ASCITERIUM. Vide *Asceterium.*

ASCO, Piscis species. Walafridus Strabo ad Grimaldum Capellanum de morte Wetini:

Interea dulcis fertur mihi normula piscis
Asconis calidi, sequitur vas denique musti, &c.

ASCODROGITÆ, Hæretici in Galatia, qui utrem inflatum ponunt, & cooperiunt in sua Ecclesia, & circumeunt eum insanientes potibus, non intelligentes, quod ait Salvator, utres novos sumendos, inque eos vinum novum mittendum, non in veteres. Vide Philastrium, & alios, qui de hæresibus scripsere.

ASCOGEFRUS, ἀσκογέφυρος, Pons ex utribus confectus, qui describitur ab Anonymo de Rebus bellicis, subjecto Notitiæ Imperii. Veteres porrò ejusmodi pontibus usos auctor est Plinius lib. 6. c. 29. *Arabes Ascitæ appellati, quoniam bubulos utres bino sternentes ponte, piraticam exercent sagittis venenatis.* Solinus de iisdem: *Bubulis utribus contabulatas crates super-*

ſuperponunt. Aſcitas verò uſos σχεδίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν, ſcribit præterea auctor Peripli. Mauricius lib. 11. Strategic. cap. 5. de Sclavis : ἔχειν δὲ καὶ ἀσκοὺς βοεινοὺς, ἢ αἰγείους, ὥστε δι᾽ αὐτῶν σχεδίας γίνεσθαι. Vide Lucanum lib. 4. ubi de ponte à Baſilo confecto.

ASCOMANNI, Piratæ, fortè dicti ad inſtar Arabum *Aſcitarum*, quibus id nominis inditum, quòd utribus, ſeu naviculis, ex utribus confectis, piraticam exercerent, voce hybrida ab ἀσκὸς, utris, & *man*, homo : nam & *aſcum* pro navicula uſurpat Lex Salica. Aliter tamen cenſet Jacobus Eyndius in Chronico Zeland. lib. 1. quem conſule pag. 164. Adam Bremenſis cap. 73. *Claſſis Piratarum, quos noſtri Aſcomannos vocant.* Cap. 212. *Ipſi enim Piratæ, quos illi Witingos appellant, noſtri Aſcomannos, Regi Danico tributum ſolvunt.* Horum præterea meminit cap. 111. Albertus Stadenſis an. 788. & Hiſtoria Archiep. Brem. in Bezelino. Vide *Aſcus.*

ASCOPA. Joan. de Janua : *Aſcopa vas eſt aquaticum utripenſile.* Judith. cap. 10. *Impoſuit itaque abræ ſuæ aſcopam vini :* alii Codd. habent *aſcoperam.* Sueton. in Claudio c. 46. *Alterius collo & aſcopa deligata.* Sic enim Caſaubonus in MSS. Codd. legi teſtatur : cujus vocis vim cùm non perciperet, *aſcoperam* reſtituit. Gloſſar. Saxon. Ælfrici : *Aſſcopa* : Flaxe oððe cÿlle, id eſt, lagena, ſive cadus, uter. Sic etiam legendum putem in Gloſſis Lat. Græc. *Aſcopa*, ἀσκοπυτίνη. Perperam enim editum, *aſcora*, ἀσκοπύθνη. Sic Gloſſ. Græc. Lat. perinde emendandum : ἀσκοπυτίνη, *Aſcura* : legendum enim *Aſcupa.*

ASCOPERA, idem quod *Aſcopa*, marſupium. Lexic. Græc. MSS. Reg. Cod. 2062. ἀσκόπηρα, τὸ μαρσίπιον, ἤτοι σακοφάτνιον. Chronicon Gemblacenſe : *Cùm ſciret tantum ad uſus ſuos & ſuorum non niſi in aſcopera modicæ quantitatis vinum haberi.*

ASCRIPTITII, dicti Coloni, Agricolæ, Villani, qui aliunde orti, in aliorum Dominorum villas & prædia pergunt, ibique eorundem licentiâ, ſedes ſuas figunt, & ſub annui cenſus conditione in cæterorum ſubditorum tranſeunt ſtatum, & in album aſcribuntur ; ita ut perinde & ii diſtrahi & transferri queant unà cum ipſis prædiis, quæ excolunt, unde & pro ſervis glebæ habentur. Papias : *Aſcriptitii, qui capitis dant aliquod pretium. Aſcriptitii bonorum, hoc eſt, homines, ſeu ruſtici ad bona pertinentes*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 21. §. 2. ἐναπόγραφοι, in Concilio Calchedon. Act. 6. cap. 1. Bracton. lib. 1. cap. 11. §. 1. *Qui quidem dicuntur glebæ aſcriptitii & nihilominus liberi, quia licèt faciant opera ſervilia, cùm non faciunt ea ratione perſonarum ; ſed ratione tenementorum.* Et mox : *Et ideo dicuntur glebæ aſcriptitii, quia tali gaudent privilegio, quòd à gleba amoveri non poterunt, quandiu ſolvere poſſunt debitas penſiones.* Idem lib. 1. cap. 6. §. 1. ait : *Aſcriptitium* verè liberum eſſe, licèt quibusdam ſervitiis ſit aſtrictus. Liber Niger Scaccarii, cap. *de Danegeldo : Aſcriptitii de Regni jure non ſolùm ab iis, quæ modò poſſident, ad alia loca à dominis ſuis transferri poſſunt : verùm etiam ipſi quoque licitè venduntur, vel quomodo libet diſtrahuntur, meritò tam ipſi, quàm terræ, quas excolunt, ut dominis ſuis ſerviant, dominia reputantur.* Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 12. §. 3. *Si eum* (villanum) *ad ſe liberandum alicui donaverit, vel vendiderit cum gleba, id eſt, cum terra ; & tales nativi aſcriptitii lege Imperatoria nuncupantur.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Qui aſcriptitiorum & aliorum ſervilis conditionis teſtamenta impediunt.* Conſtit. lib. 3. tit. 2. *Aſcriptitios ſine voluntate & aſſenſu eorum, quorum juri ſubditi ſunt & poteſtati, nullus Epiſcoporum ordinare præſumat. Aſcriptitia conditio*, in Capitul. Car. Magn. lib. 6. cap. 118. Adde Conſtit. Siculas lib. 3. tit. 2. & 3. ubi *adſcriptitii cum ſervis glebæ* junguntur. Et Statuta Caroli I. Reg. Sicil. MSS. cap. 121. ubi dicuntur *Aſcritices.* Et c. 149. *Les aſcriptices, c'eſt aſſavoir ceux, qui ſont tenus labourer les terres de lours Signors, & ne ſe peuvent partir de ceans ſans lor commandement.* Conſule præterea quæ habent IC. de Adſcriptitiis, & Salmaſius lib. de Modo uſurar.

ASCUS, Navicula, ſcapha. Anglo-Saxonibus *Aſc.* Vox fortè orta ex Græca ἀσκὸς, utris ; σχεδία δερματίνη ἐξ ἀσκῶν, auctori Peripli ; cujusmodi ſunt ſcaphulæ, quibus in paludibus & ſtagnis piſcatores utuntur, quas etiamnum *Naſcon* & *Aſcon* vocari auctor eſt Bignonius. Lex Salica tit. 23. §. 1. *Si quis navem vel aſcum de intro clavem furaverit, &c.* §. 4. *Si quis aſcum de intro clavem repoſitam, & in ſuſpenſo pro ſtudio poſitum furaverit.*

Wendelinus ab *aſco*, vocem Flandricam *ſchuit*, ſive *ſchuet*, id eſt, ſcapha parvula, ortam putat, quæ catena jacta circum arborem aliquam in ripa ſtantem alligatur, ac ſera etiam clauditur, magna ejus parte, interim dum illic hæret, demerſa, ita ut de arbore dependeat : unde *Aſcus in ſuſpenſo* eſſe dicitur in Lege Salica. Neque fortè abſurdum videbitur, ſi dicamus, loca aliquot in Hollandia & provinciis vicinis inde appellata : verbi gratiâ, *Aſcoloa*, portus aſcorum, *Aſcodilf*, foſſa aſcorum, *Aſcoburg*, burgum aſcorum, &c. tametſi aliter videatur Jacobo Eyndio. Vide *Aſcogefrus*, & *Aſcomannus.*

ASECARE. Vide *Amadere.*

ASECRETIS, indeclinabile, ſeu *à ſecretis*, Secretarius, qui Procopio lib. 2. de Bello Perſico cap. 7. τῶν ἀπορρήτων γραμματεὺς dicitur, ſeu qui τὰ τοῦ Βασιλέως ἀπόρρητα γράφει, ut ait idem Scriptor in Hiſtoria arcana. Epiſtola Sancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinop. ad Leonem III. PP. καὶ γὰρ τῶν βασιλικῶν ὑπογραφεὺς ἐτύγχανεν ὤν. Ἀσηκρῆτις δὲ τούτους καλεῖν εἰωθυίας τῆς Λατινίδος γλώττης ἴσμεν ἐκφώνημα. Menæa 8. Mart. in S. Theophylacto Epiſcopo Nicomedienſi : καὶ τῷ ἀφηγουμένῳ ἐντυχὼν τῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς σάκραις ὑπηρετουμένων, Ἀσηκρῆτας αὐτοὺς καλοῦσι Λατίνων φωνῇ. Apud Agathonem Diacon. Eccleſiæ Conſtantinop. in Epilogo, Artemius, ſeu Anaſtaſius Imp. τῆς τῶν Ἀσηκρητίων σχολῆς πρότερον γενόμενος ἐναρίθμιος fuiſſe dicitur. Carolus Magn. lib. 4 de Cultu Imag. c. 9. *Mox ut Leontius Aſecreta conſpexit, magnum ſe ſui erroris emolumentum inveniſſe putavit.* Petrus Diacon. l. 4. Chron. Caſin. c. 68. *Poſtquam Aſecretis efficitur, Logothetam illum — Imperii ſtatuit.* Corippus lib. 1.

Hinc ſecreta ſacræ tractans Demetrius aulæ.

Vide Anaſtaſium in S. Agathone PP. pag. 53. in Nicolao I. p. 214. & ſuprà in *Archidiaconus.* A Latinis Græci vocabulum ἀσηκρῆτις hauſerunt, uti pluribus obſervavimus ad Cinnamum pag. 492. 493.

Eſt etiam *Aſecretis* interdum idem, qui *Conſiliarius*, Gloſſar. Saxonicum Ælfrici : *Aſecretis, vel Principis Conſiliarius* ; Ʒerūna. Saxonibus Ʒerūne eſt myſterium : myſticis enim ac ſecretis Principum conſiliis interſunt Conſiliarii. Michaël Pſellus in Vita Simeonis Metaphraſtæ : πρῶτα μὲν ταῖς μυστικωτέραις ἐφεστήκει τῶν πράξεων, καὶ τοῖς ἀπορρήτοις βουλεύμασι κοινωνὸς παρειστήκει τοῖς συμβουλεύουσιν. Joannes VIII. Epiſt. 87. ad Ludovicum Balbum : *Te quoque, fili cariſſime, auctoritate ſancti Spiritus Dei noſtri, ad vicem genitoris veſtri domni Caroli perpetui Imp. Auguſti Aſecretis conſtituo meum Conſiliarium, qui, ut dici ſolet, pars animæ meæ fuit.* Charta Roberti Regis Francorum apud Ducheſnium in Probat. Hiſt. Monmorenciacæ pag. 16. *Ad Majeſtatis noſtræ manſuetudinem ſupplex acceſſit noſter Aſecretis Manaſſes Comes, poſtulans, &c.* Annales Francor. Bertiniani an. 866. *Per Waltharium ſuum Aſecretis domeſticum, Papa Nicolao, quæ ſibi viſa ſunt, ſecretiùs mandant.* Regino an. 901. *Luidwardus Epiſcopus Vercellenſis Eccleſiæ, quondam Imperatoris familiariſſimus, & Conſiliarius à ſecreto.* Vide eundem

eundem an. 887. Apud Hincmarum de Ordine Palatii c. 16. *Summus Cancellarius, qui Asecretis olim appellabatur.* Chronicon Morniacense lib. 2. *Ad Auxi...am.— Domini Stephani Cancellarii Regis & Asecretis confugerunt.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 2. de Otiis Imper. *Consilio Asecretum suorum postposito.* Adde Anonymum de Miraculis de Hugonis Abbat. Cluniac. in Biblioth. Cluniac. p. 452. Ingulphum in Hist. Croyland. p. 878. Chron. Mauriniacense p. 373. &c.

A'ELLUS, Machina bellica. Henricus Rosla in Herlinsberga:

Non hic unigena fabricatur machina: nomen
Hæc Librilla tenet, quasi saxea pondera librans:
Obtinet illa suis: sed Hirundinis hæc: stat Aselli
Illa vocata nota, &c.

ASEMUS, ex Græc. ἄσημος. *Tunicæ asemæ*, apud Lampridium, sine clavo: σημεῖον, clavus vestis. Vide Casaubonum & Salmasium ad Hist. August. & infrà in *Episemus*. In Synonymis Chymicis Joannis à Garlandia, pro *a'mum*, *id est, pondus*, legendum *asemum*. In Gloss. MSS. Regis Cod. 2062. ἄσημος ὁ ἄργυρος, *argentum infectum.*

AS'ATIM. Concilium Basiliense sess. 21. *Laudes divinas per singulas horas, non cursim ac festinanter; sed asiatim, ac tractim, ac cum pausa decenti, &c.* Sed legendum videtur *assatim*, id est, *divisim*. Joan. de Janua: *Assatim, adverbium, id est, dolatim, cæsim, carptim, divisim, & dicitur ad assatare, vel assare.*

ASINUS. Aimoinus Floriac. lib. 3 de Miraculis S. Benedicti c. 4. *Gaufredus propter vires, non propter pigritiam, Asinus cognominatus.*

Asinorum Ordo, ita dictus Ordo S. Trinitatis, seu *Maturinorum*, quòd, cùm iter agerent, asinis tantùm vehi iis liceret, non equis, ut habet Albericus, & ex eo Magnum Chronicon Belgicum an. 1199. Vetus Chronicon to. 2. Spicilegii: *Anno Domini 1198. Pontificatus Innocentii PP. III. an. 1 cœpit & institutus est Ordo S. Trinitatis, quem solebant appellare Ordinem Asinorum, eo quòd asinos equitabant, non equos.* Eorundem Regula, quæ habetur lib. 1. Epist. Innocentii III. p. 306. Edit. Venetæ: *Equos non ascendant, nec etiam habeant; sed asinos tantùm liceat ascendere datos, vel accommodatos, vel de propriis nutrituris susceptos.* Sed id immutatum in Regula iis tradita à Clemente PP. an. 1267. cap. 2. ubi hæc habentur: *Liceat Fratribus equos ascendere, & equitaturas tales habere, quales potuerint, & sibi viderint expedire, dum nimis notabiles non existant.* Computum Hospitii Regis an. 13 0. *Les Freres des Asnes de Fontainebliaut, où Madame fut épousée.*

Asinorum sepultura. Vide *Imblocare.*

Asinare, Asino vehi, apud Luithprandum in Legatione: *Asinando, ambulando, equitando.* Olim asino vehebantur humiliores. Lampridius in Heliogabalo: *Quæ pilento, quæ equo sagmario, quæ asino veheretur.* Chrysostomus in Epist. ad Titum observat, Patriarcham Constantinop. asino vehi solitum: ἐπὶ ὄνου ὀχεῖται.

Asinarius, ὀνηλάτης, in Gloss. Græc. Lat. Bernardus Mon. in Consuet. MSS. Cluniac. cap. 8. *Asinarios, qui ligna de silvis deferunt.* Vide *Vigiles.*

Asinata, Onus asini. Tabularium Ecclesiæ Viennensis: *Et in decimis, quas ibidem habeo singulis annis, duas asinatas vini, & unum sextarium avenæ.* Alio loco: *Eadem decimas ita concedit, ut inde singulis annis investituram, eminam frumenti & asinatam vini sibi vel successoribus suis persolvat.* Charta anni 1233. in Bibl. Sebus. *Volunt ut a debitoribus vinearum decimam recipiat, quanquam noluerint, antequam perveniat ad decimam asinatam.* Charta anni 1283. in Regesto Feodorum Burgundiæ fol. 73. *Sur laquelle terre nous avons 18. livres de sols Viennois de servise, & 4. asnées de frement, &c.* Charta Matthæi Comitis Bellimontis: *Dedit — usuariam con-*

vertud ... in nemoribus suis, quantum quidem asinus ad usum eorum afferre poterit, &c.

ASOLA. Matth. Silvatic. in Pandect. Medic. *Anse, est modus ligationis, & nodationis, qui vulgò dicitur Asola, quasi nodus, qui immediatè, cùm quis vult, solvitur.* Vox Italica.

ASPAGIUM, *Aspatgium*, Juris dominici species. *Aspagium*, apud Columbum in Historia Episcoporum Valentin. p. 199

Astpagium, in Charta de affario *de Lodieres* in Arvernis an 1468. qua nescio quis dimittit *jus investiendi, devestiendi clamores, sanguinem, banna, emendas, astpagia, incisionem, &c.* Vide *Haspagium.*

ASPALDARE. Charta Papiensis an. 1179. *Ad præparandum ipsos duos locos — videlicet ad fossidandum & aspaldandum, & faciendum baltrescbas.* Italis *spaldo*, est meniani species.

ASPARGIA, *Aspergia*, præstationis species. Charta Ceciliæ Comitissæ Convenarum an. 1301. ad Justellum in Hist. Turenensi pag. 103. 104. 105. *Cum jure percipiendi & exigendi pontonagia, pedagia, botagia, dralbas, quidagia, aspergia, leudas, &c.* Occurrit ibi pluries, & in Chartis sequentibus, ubi *Aspargiis* scribitur.

ASPERI, *Aspri*, *Aspratura.* Latini *Asperos nummos* vocabant, recenter cusos, necdum usu tritos & leves. Sueton. in Nerone: *Aurum obryzum & nummum asperum ingenti fastidio exegit.* Persius Sat. 3. *Quid asper ... utile nummus habet.* Sed aliam originem habent monetæ, quas *Asperorum* nomine donavere; præsertim Græci recentiores, qui *Aspros*, vel *Aspra*, appellant monetam minutiorem *albam*, seu argenteam, cum qua Monetam majorem, tam argenteam, quàm auream commutare solent: Græcis enim ἄσπρος album significat, ut liquet ex Chronico Alexandrino pag. 724. 766. 781. 876. Theophane pag. 144. Constantino Porphyrogenito de Adm. Imp. p. 117. & aliis à Glossographis passim laudatis. Glossa Græco-Lat. δηνάριον, λευκόν, *Asprum.* Hinc in iisdem Glossis, *Aspratura*, κόλλυβος, id est, moneta minor: ἀσπρότης, *Aspritudo, Candor.* ἔκλευκον, *Asprum.* Vide Leunclavium in Pandecte Turcico cap. 18. & Meursium in Gloss. & suprà verbo *Albus.* Vincentius Bellovac. lib. 30. c. 75. *Cham suum habet tributum ad minus 15. Drachmas, seu Asperos, qui bene valent 30. sterlingos*: nempe super *tributarios terræ Anagh.*

ASPERGO. *Vestis fœminarum, vel vestium superfluitas, quod & Firma dicitur, unde Aspergineus.* Ugutio.

ASPERIOLUS. Miechovius in Hist. Polon. lib. 4. c. 4. ad an. 1298 *Sub regimine hujus Regis Bohemiæ* (Venceslai) *grossi Bohemici & denarii argentei in Poloniam inducti sunt. Prius siquidem argento nigro, & pelliculis capitum aut extremitatum asperiolorum fœnerabantur Poloni, & mercantias faciebant.* Vide infrà *Asprio.*

ASPERNABILIS, Contemptor. Capitolinus de Maximo: *Moribus aspernabilis.* Vide Salmasium.

ASPERNAMENTUM. Collatio Legis Mosaicæ tit. 5. Moyses dicit: *Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est, ambo moriantur.* In Levit. cap. 20 pro *aspernamentum est*, habetur, *uterque operatus est nefas.*

ASPERSORIUM, Vas, in quo aqua est benedicta, quo plebs in Ecclesia aspergitur, in Statutis antiq. Ord. Cartusiensis 1. part. c. 8. §. 3. *Et interim Procurator portat aquam in aspersorio.*

ASPICERE, Pertinere, spectare. Vetus Notitia apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 225. *Et quidquid ad dictum locum aspiciebat, aut aspicere videbatur, totum ad integrum — devotè obtulit.* Occurrit passim. Observat tamen Littletonus sect. 184. res ad *Maneria* propriè pertinere & *appendere*, ut advocationem, communiam pasturæ, &c. solos verò *villanos*, seu adscriptitios glebæ, ad eadem

Maneria *aspicere* dici : *Et est à savoir, que nul chose est nosmé Regardant à un mannor, &c. sors que villeine : més certaine autres choses, comme adwouson & common de pasture, &c. sont nosmés Appendants al mannor, ou al terres, & tenements, &c.*

ASPICUUS, Conspicuus. Ausonius Epist. 24.

Semper in aspicuis prodentur scripta favillis.

ASPIDICÆ, *Uncini, incastraturæ, fimbriæ, catenulæ,* Papias.

ASPITA, *Ruina*, in Gloss. Isid. & apud Papiam.

Aspitare. Vita S. Joannis Eleemosynarii cap. 51. *Uno hinc & altero hinc aspitantibus.* Ita in MSS. legi pro *assistentibus* monet Rosweidus.

ASPRATILES *pisces, pisces saxosi*, ὀστρακόδερμοι, Papiæ. Occurrunt ii non semel apud Alexandrum Jatrosophistam in libris Passionum ; qui conchas habent : sic nominati ab asperitate squammarum, vel à locis, in quibus degunt. Ita Matthæus Silvaticus. His opponuntur *Leiostrea*, apud Lampridium in Heliogabalo, ostrea λεῖα & levia. Plinius lib. 5. Medic. c. 43. *Omnem aspratilem piscem, videlicet, ut sunt lupi, cervi, pisces de flumine, qui petram habent, &c.*

Aspratilis terminus. Incertus auctor de Limitib. *Terminus — aspratilis, qui velut signinum coagulatus lapis naturalis fuerit.* Occurrit pluries. *Aspratilis petra*, apud Innocent. de Casis litterarum.

ASPRATURA, κόλλυβος, in Gloss. Negotiatio argentariorum, sive ipsa permutatio. Vide Salmasium de Usuris pag. 454. 492.

ASPREDO, pro *Asperitas.* Usurpant auctor de Montibus Sina & Sion, & Celsus lib. 5. c. 27.

ASPRIO, Monetæ species. Vetus Charta plenariæ securitatis, exarata Ravennæ sub Justiniano, apud Brisson lib. 6. Formul. *Albiolo ligneo valente nummos aureos 40. sacma valentes asprione aureo uno, siamn l cum agnos valente siliquas aureas duas.* Infrà : *Arca clave clausa ferro legata valente siliquas aureas duas : alia arcella minore rupta valente siliqua una semis asprionis, tina clusa valente siliqua una asprionis, cocumella, &c. — sacorio valente siliqua una asprionis, — rapo valente asprione, modio valente asprione, &c.* Vide *Asper.*

ASPRITUDO. Vide *Asper.*

ASPRUM. Vita B. Berardi Episcopi Marsorum in Prologo, apud Ughellum tom. 1. p. 966. *Puellam, in cujus gutture asprum fixum fuerat, de mortis periculo signo crucis liberavit.*

ASSA. Meminit Rocchus Pirrus in Notitia Ecclesiæ Cephalitanæ sub an. 1304. Diplomatis Regis Siciliæ ; quo jura antiqui Cephaledensis Ecclesiæ, quæ *assas super gabellis Cephaludii* appellat, revocantur. Fortè pro *assisas*, nisi ita legendum sit. Aliàs, *assagium*, in Statutis Mediolan. part. 2. c. 47. est examinatio auri vel argenti, ut *assagiator*, examinator, ex Ital. Galli *Essai* & *Essaieur* dicunt.

Assagium. Bulla Alexandri IV. PP. an. 1255. apud Ughellum tom. 1. p. 68. *Ecclesiam S. Mariæ de Fuleno in Quatuor urcam, & unum assagium, & dimidium salinis fundi Furani, &c.* Vide *Assa.*

ASSAITUM, *Bitumen*, Ugutioni. Ita MS. sed legendum videtur *asfaltum*, vel *asfaltum*, ex Ital. *Aspalto & Asfalto*, & Græco, ἄσφαλτος.

ASSALIRE. Vide *Adsalire.*

ASSARIUM, Assis, vel nummus. Gloss. *Assarium* ἀσσάριον, μονομάχιον, δοκάριον, νοῦμμιον. Gloss. Græc. Lat. ἀσσάριον, *hic as.* Lexic. Græc. MS. Reg. Codic. 930 ἀσσάριον, πεντανούμιον, ἢ δεκανούμιον. Papias & Ugutio: *Assarium, nummus, assis vel figura denarii.* Vide Cujac. lib. 7. Obs. c. 33. & Salmasium ad Solinum pag. 954. & ad Capitolinum pag. 251.

Est etiam Græcis recentioribus ἀσσάριον instrumentum quoddam, ex duobus laterculis æneis compactum, κλειδίον appellatum, (δοκάριον, in Glossis laudatis) quod instar haberet clausi i ferrei, non quòd claviculæ similè esset. Hero in Mechanicis, qui illud describit, nominis originem à Romanis accersit.

ASSARTUM. Vide *Essartum.*

ASSASINI, Populi, qui habitabant in Montibus Phœniciæ in terminis Damasci, Antiochiæ, & Halapiæ, munitissimaque habebant castra. Variè autem id nominis effertur à Scriptoribus : quippe

Assisini, Jacobo de Vitriaco in Hist. Hierosol. c. 14. dicuntur, Nangio an. 1236. Matthæo Paris, & aliis non semel.

Assisini, Will. Tyrio lib. 14. c. 19. lib. 20. c. 1. Matthæo Paris p. 67. 644. 678.

Assidei, Monacho S. Mariani Autisiod. p. 93.

Assassi, & *Accini*, Rogero Hoved. p. 716. 751.

Arsacidæ, Rigordo pag. 35. Matthæo Paris p. 121. in Gest. S. Ludovici an. 1236.

Hanjesisii, Guill. Neubrig. lib. 4. c. 24. lib. 5. c. 16.

Hakesins, Philippo *Mouskes.*

Haussasis, in veteri Scriptore vernaculo MS. & apud Radulfum Coggeshalensem in Chron. MS.

Hassatuti, Matthæo Paris pag. 678.

Heissesin, Arnoldo Lubec. lib. 7. c. 10.

Chasisii, χάσιοι, Annæ Comnenæ lib. 6. Alexiad. pag. 176. & Nicetæ in Isaac. lib. 1. n. 1. in Alex. lib. 3. n. 6. χασίσιοι, Phocæ in Descript. T. S. c. 3.

Agunt de eorum moribus prædicti Scriptores, ut de eorum Principe, quem vulgò *Senem*, vel *Vetulum de Montanis* appellant, quòd in montibus Phœniciæ habitaret : (de quo in verbo *Senex* agimus) prætereà Joinvilla in Vita S. Ludov. Vide quæ ad hunc Scriptorem observamus p. 87.

Assasinorum appellatio translata postea ad sicarios, homicidas, grassatores : sed eos præsertim, ut auctor est Skenæus ad Leges Scoticas, qui ab alio pecuniam vel mercedem accipiunt, alterius interficiendi causà, & qui hujusmodi scelus, data mercede, fieri procurant, aut mandant. Nicolaus de Cusa lib. 3. de Concord. Cathol. c. 34. *Si quis illos assasinos acceptaverit, debet talis ut publicus hostis capi, &c.* Charta Sigismundi Imp. an. 1412. apud Guichenonum in Hist. Sabaud. *Puniend. maleficos, assasinos, robatores, &c.* Utuntur Cortusii lib. 1. Hist. Joan. Villan. lib. 9. cap. 251. 290. lib. 12. c. 8. & alii Scriptores passim.

ASSASI. Vide *Assasini.*

ASSATH, Purgationis species apud Wallos seu Cambro-Britannos quâ 300. Sacramentalibus, id est, compurgatoribus, reus se liberabat. Hanc inposterum fieri prohibuit Henricus V. Vide Spelmannum.

ASSECULA, pro *Assecla.* Glossæ Isidori : *Assecla, Bucellarius homo.* S. Isidorus S. Torquato :

Mittunt Asseculas tesqua quærere,
Ut fessa dapibus membra reficerent.

ASSECULARE, Comitari ; *Assecula*, Comes, à *Sequor.* Guibertus lib. 2. de Vita sua c. 1. *Largissimo jam discipulorum asseculante correatu, &c.*

ASSECURARE, *Adsecurare*, Pignore vel fidejussione interposita securum facere, Gallis *Asseurer, donner sureté.* Charta Pacis inter Regem Angliæ Henricum II. & filios, apud Rogerum Hoved. an. 1174. *Adsecuravit in manu D. Regis patris sui, quòd illis, qui servierunt ei, nec damnum, nec malum aliquod hac de causa faciet.* Sed propriè *assecuramentum* spectabat dominos & vassallos. Constitutiones Siculæ lib. 3. tit. 16. *Domini à vassallis suis assecurari debent, videlicet de vita, membris & captione corporis sui, & terreno honore.* Ricardus Hagulstadensis : *Se se ad invicem sacramentorum obligatione assecurarunt.* Epistola 58. ex iis, quæ habentur tom. 4. Histor. Francor. *Ego Henricus assecurabo Regi Francorum sicut domino vitam suam & membra sua, & terrenum honorem suum : si ipse mihi assecuraverit sicut homini & fideli suo vitam meam & membra mea & terras meas, quas mihi con-*

vention-

ventionavit, de quibus homo suus sum. Epist. 62. ibid. *Comes de Mellento honorem totum de Gornaco assecuravit Regi contra omnes homines ad magnam vim & parvam, &c.* Tabular. Campaniæ: *Ego Matthæus Dux Lotharingiæ & Marchio notum facio — quod ego Agnetem de Novo-castro & Petrum filium ejus assecuravi, nunquam in personas eorum manus violentas missurus; sed eadem libertate, qua ante fruebantur, gaudere permittam; super quo obsides ei constitui, &c. Dat.* 1221. Adde Fulbertum Epist. 6. Ericum Upsalentem lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 95. &c.

Assecuramentum prætereà apud Leguleios, dicitur securitas, qua coram judice, vel domino feudali, qui inter se inimicitias ob crimen aliquod perpetratum exercent, sibi invicem de *nihil faciendo* cavent. Est autem *assecuramentum* una è quatuor viis aut rationibus, quibus inter propinquos contentio ob cædem, aut aliud facinus oborta, quam *Belli* nomine indigitabant, finiebatur. Philippus de Bellomanerio MS. c. 59. *La quarte maniere comment guerre faut si est par asseurement: si come quant li Sires commant les parties cieveťains à asseurer l'un l'autre.* Id est: *Quartò denique bellum finitur assecuramento: cùm videlicet dominus feudi litigantibus imperat, ut sibi invicem de securitate fidem præstent.* Id autem hocce pacto fiebat: alter litigantium, qui bellum inire verebatur, aut qui jam bello indicto, ab eo recedere volebat, quia fortè non aderant vires æquales, quibus se adversus hostem tueretur, adibat dominum feudi, citatoque hoste, ab eodem domino petebat, ut sibi & suis ab hoste fides sacramento de vitæ & bonorum suorum securitate præstaretur, totius interim litis & contentionis judicio in domini aut judicis sui arbitrium relicto. Quo facto dominus vasallo suo imperabat, ut securitatem istam præstaret, quam non ipse modò observare; sed etiam agnati, cognative, qui una cum illo bellum implexi erant, tenerentur. Ita ut si assecuramentum quoquam ex agnatis violatum esset, licèt *belli*, ut vocant, *Capitaneus*, seu Dux non violasset, tanquam reus assecurationis violatæ, in judicium citaretur. Atque in eo differebat *Assecuramentum* à *Trevia*, quòd *Trevia* securitatem daret, quamdiu bellum durabat; *assecuramentum* verò, ut & *Pax*, vim perpetuò haberet. Formula autem assecuramentorum, quæ coram judice dabantur, habetur in veteribus Reg. Parlam. Paris. in hæc verba: *Dominus N. non habet gardam de me, nec de meis, nec ipse, nec sui.* Quod verbis Gallicis ita conceptum puto: *Monsieur tel n' a pas garde de moy,* (id est, *ne se gardera pas*) *ni lui ny les siens.* In 1. Reg. fol. 101. in 2. Reg sign. B. fol. 40. 42. 43. Salanova apud Blancam: *Item quod dicitur: Caveat sibi ab inimicis suis, & consanguineis interfecti; sic intelligatis, quando manifestum est homicidium: aliàs si negaretur ante probationem, esset assecurandus per consanguineos & amicos interfecti.* Vide præterea Concil. Bituricense an. 1336. c. 12. Oyhenartum in Notitia Vasconiæ pag. 334. 335. 1. Edit. Magnum Recordum Leodiense p. 56. &c. Universam materiam assecuramentorum prosequuntur Consuetudines municipales nostræ, Perticensis art. 9. Marchensis art. 157. Arvernensis c. 10. art. 1. 3. 4. 5. Melodunensis art. 4. Senonensis art. 8. 169. Trecensis art. 124. 125 Calvimontensis art. 100. Pontivensis art. ult. Cameracensis tit. 22. art 8. Juliodun c. 39. art. 3. Pictavens. art. 419. Rupell. art 9. Præterea Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragonens. in v. *Assecuramentum*: nos etiam pluribus de Assecuramentis scripsimus in Dissert. 29. ad Joinvillam.

ASSEDARE. Vide *Assidere*.

ASSEDIARE, Vox Italica, Obsidere, oppugnare, Gall. *Assieger*. Vita SS. Emerii & Candidæ n. 6. *Venerunt in civitatem vocatam Querquens, & Rex tenuit eam assediatam per 7. annos.*

ASSEGIA, Piscis species, Occitanis fortè nota, in

Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1181. apud Catellum in Hist. Comitum Tolosæ p. 2 6.

ASSELLARE Vide *Sella*.

ASSEMBLATA *illicita*, est trium aut plurium in unum locum conventus, ad illicitum aliquod violenter perperrandum. Cowell. Ex Gallico, *Assemblée illicite*.

Assemulatio, Conventus initus ad litem componendam. Charta Matthæi Comitis Bellimontis an. 1207. apud Doubletum in Hist. Sandion. p 896. *Notum facio — quòd cùm peterem ab Abbate B. Dionysii domino meo assemblationem apud Spinam de Masters, super omnibus querelis, quæ inter me & ipsum emergerent, & ipse Abbas mihi eam non mihi recognosceret: tandem sapienti usus consilio, in præsentia domini mei Abbatis B. Dionysii in Curia ipsius apud B. Dionysium ipsi assemulationi in perpetuum renuntiari, & ipsum quitavi, & recognovi, quod debeo venire in Curiam ipsius pro recto faciendo & a capiendo super omnibus querelis, &c.*

Assembrea, in Statutis Ord. Hospital. S. Joannis Hierosol. tit. 1. §. 4. tit. 8. §. 4. quid sit, sic exponitur tit. 19. de Verbor. significat § 12. *Assembleas Galli Congregationes vocant, quæ utimur, quando fratres nostri pro aliquibus rebus, ad Ordinem nostrum spectantibus, unà conveniunt.* Jacobus Pergaminus in Memoriali linguæ Italicæ: *Assembrare, assembrarsi, voci Provenzali usate da scrittori antichi, significano ragunarsi, congregarsi, abbocarsi insieme a publico parlamento: quindi vienne assembrea, o assemblea, che vale ragunanza & abboccamento.*

ASSENNATIO, Assignatio, addictio, Gall. *Assignation*. Charta 1228. *Ego autem assignationem & assennationem istam — laudavi*, in Probat. Hist. Castil. p. 48. *Assene conventionnel*, in Consuetud. Lillensi art. 23. 28. *Douaire & assene*, in Hannoniensi c. 53. 72. 80. Montensi c. 21. Valentianensi art. 84. *Assenement*, in Burbonensi art. 409. &c.

ASSENTANEUS, *Consentiens*, in Gloss. Isidori: *Consentaneus.* Statuta Ordinis S. Gilberti: *Qui conscius sit & assentaneus in iis, quæ ipse vendiderit, &c.* Occurrit etiam apud Albertum Argentin.

ASSENTIÆ, *ab assentio, tis, id est, assentationes, adulationes.* Papias,

ASSERTOR, Advocatus, causidicus Vetus Judicatum sub Carolo M. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 742. & Steph. Baluzium: *Ibique in supradicto nunc judicio veniens homo nomine Ardumus, qui est assertor, vel causidicus & mandatarius Danielo Archiepiscopo, &c.* Habentur eadem verba ibidem pluries. Aliud Judicatum an. 1021. apud Diagum lib. 1. Hist. Comit. Barcinon. c. 31. ubi Comes controversiam ad judices Ecclesiasticos remittit: *Volo, ut justitia non depereat; sed ut me aut meo Assertore præsente citò compleatur.* Infrà: *Assistente quodam procere Guillermo & agente per imperium Comitis vocem querelantium unà cum ipsis justitiam petit.*

Assertor pacis. Vide *Pax*.

ASSENSOR. Vide *Accensare*.

ASSESIA *retis*, Positio, vel jactus retis in fluvio. Charta fundationis Abbatiæ Blancalandæ an. 1154. apud Columbum: *In Chetevilla terram Hugonis Tatri & pisces exclusæ quocunque modo capiantur, & assesiam retis in novo molendini ad capiendas anguillas, & si voluerint in eo facere piscaturam.*

ASSESSOR, qui tributa peræquat vel imponit. Vide *Assidere*.

Assessor ferculorum, qui fercula in mensa ponit, *qui assied les plats.* *Assecour*, in libro Gallico de Ministris Regis Angliæ à Cowello laudato. Occurrit in Fleta lib. 2. c. 14. §. 2. c. 16. §. 1.

Assessores, pro *Assensores*, vel *Sessores* equorum, in Chronico Colmariensi semel ac iterum an. 1297.

Assessoria, Assessoris, seu judicis munus, in Concilio Albiensi sub Zoeno Legato Sed. Apost. c. 14.

ASSETARE, Lib. Datior. Bergom. lib. 1. cap. 88. *Dictam quantitatem immediate assetare ad partitum &c.* *Assetatura*, ibid. Ex *Assidere*. Vide *Assisa*.

ASSEWIARE, ex Gall. *Assecher*, Siccare, desiccare. Charta Regis Edw. III. Regis Angl. to. 2. Monast. Angl. p. 334. *Quod ipsi mariscum prædictum cum pertinentiis assewiare, & secundùm legem marisci vallis includere, & in culturam redigere, — & mariscum sic assewiatum, &c.* Hinc reponenda vox *Assevier*, pro *Assouver*, in Consuetudine Nivernensi cap. 37. art. 22. ubi de stagno agitur, quod ex sui natura non siccatur.

ASSIDEI. Vide *Assessini*.

ASSIDELA, *Mensa, juxta quam sedemus.* Ugutio. Vide *Cillaba*.

ASSIDERE, *Assedare*, *Assisus*, *Assessio*, *Assessor*. *Assidere* est censum describere, taxare, imponere, peræquare: *talliam*, sive impositum vectigal vel tributum cum æqualitate singulis viritim taxare. Galli dicunt *Asseoir la taille*. Matth. Parif. an. 1252. *Provisum est generaliter—quòd prædicta Quadragesima hoc modo assideatur & colligatur.* Will. Thorn. in Chr. *Tailliagium assessum.* Et mox: *Et fuit quodlibet feodum Militare assessum tunc ad 40. sol.* Occurrit passim apud ejus ævi Scriptores.

Assidere, Assignare annuos reditus ex prædiis designatis percipiendos. Charta Henrici R. Angl. in Bibl. Clun. pag. 1399. *Manerium Rex Stephanus dedit, & assedit eis pro 100. marcis.* Alia an. 1272. apud Guichenon. in Hist. Bressensi: *Cum 40. libratis terræ—quas assidere debet super suis reditibus, &c.* Vide Loiselsum in Bellovaco p. 295.

Assedare, idem quod *Assidere*, peræquare, assignare. Iter Camerarii Scotici cap. 39. §. 45. *Si de communibus profectibus Burgi legalis fuit assedatio & levatio.* Adde Statuta Willelmi Regis Scotiæ, Statuta Davidis II. cap. 23. 42. & Rastallum in verbo *Assed*.

Assessi, Gall. *Assis à la taille*, quibus rata pecuniæ impositæ exsolvenda taxata est, apud Matth. Paris.

Assidi quibusdam dicti, ab *Assidere*. Papias, *Assidi, capite censi.*

Assisus reditus, inquit Spelmannus, in maneriis dicitur certus ille & immobilis census, qui domino solvitur ex prædiis liberis, unde & *liber* appellatur: estque mobili & nativo contrarius. Assisæ de *Clarendon* apud Hovedenum in Henr. II. *Ballivi Domini Regis respondeant ad Scaccarium tam de assiso reditu, quàm de omnibus perquisitionibus suis.*

Assidatio. Vide Argentreum in Hist. Britann. p. 325.

Assessio, ipsa tributi impositi taxatio, peræquatio Will. Thorn: *In tailliagiis & assessionibus quomodo debeant respondere?*

Assessores, Peræquatores, censuum descriptores, qui censum per capita aut pro modo facultatum tributariis imponunt, Gallis *Asseeurs*. Vita S. Sulpitii Episc. Bituric. cap. 6. n. 27. *Urget, ut Bituricam plebem cum Ecclesiæ Sacerdotibus nefando censu conscribat.—indicto jejunio assessorem alloquitur blandè.* Infrà, *sævissimus assessor* dicitur. Adde Matth. Paris an. 1215. & 1232.

ASSIDERATUS. Vide *Suleratus*.

ASSIDUARE, de eo, qui *assiduus* est in re aliqua, apud vet. Interpretem Eccles. c. 30. v. 1. & Petrum Blesensem Epist. 31. Vita S. Emani n. 8. *Post hæc cum in ipsa civitate orationibus & vigiliis assiduaretur, &c.*

ASSIDUITAS, *Residentia*, quæ debetur à Canonicis, seu aliis Beneficiatis, in suis Ecclesiis. Tabularium S. Aniani Aurelian. *Ego Philippus D. G. S. Aniani Decanus, & universum ejusdem Ecclesiæ Capitulum, ex consilio Dom. Regis Ludovici fratris nostri & beneplacito firmiter statuimus, ut tantùm Canonici in claustro manentes, aut pro extra claustrum manserint, huic Ecclesiæ assiduitatem reddentes, integros suarum præbendarum reditus habeant. Assiduitatem verò vocamus, & juxta consilium Do. Alexandri III. PP. determinavimus, ut ille tantùm dicatur Assiduus, qui huic Ecclesiæ soli Canonicum servitium exhibebit. Qui autem extra claustrum manserint, aut huic Ecclesiæ assiduitatem servitii non reddiderint, singulis annis tantum 20 solidos habeant, &c.* Charta Odonis Episc. Parisiensis an. 1204. *Si verò major Matricularius Laicus circa servitium Ecclesiæ assiduitatem non fecerit, &c.* Vide *Residentia*.

ASSIGNATURÆ. Acta Martyrii S. Vaslii Santonensis n. 4. ubi idem Sanctus cuidam Naumancio, qui agrum, cujus se hæredem dicebat, ab eo repetebat: *In hoc namque tempore pauca est possessio mea, non enim habeo, unde tibi reddere possim tuas assignaturas.* Occurrit ibi semel ac iterum.

ASSIMETRA, *Nomen generale omnium mansorum adjacentium villæ, vel civitati, ab assideo, & metros, mensura.* Ita Breviloq. Alia videtur notione usurpasse Alchithrenius lib. 3. cap. 8.

— *Nunc elimasse laborat*
Pressius Euclidis numeros, cogitque quod esse
Linea non possit numeri divisa secundum
Extrema & medium, quodque est assimetra costa
In duo quadratum, partita diametros, aut est
Par impar numeris, &c.

ASSIMULARE, Gall. *Assembler, mettre ensemble*, simul cogere, colligere. Claudianus lib. 2. in Rufinum:
Frenaque & immanes pharetras arcusque sonoros
Assimulat.

Saxo Grammatic. lib. 2. *Æra fariis assimulans, &c.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 80. de Via regia: *Tanta verò debet esse, ut inibi duo carri sibi possint obviari, & bubulci de longo stumbli sui possint assimulare.* Hildebertus Cenoman. de Mysterio missæ:
His ita præmissis, secretò Presbyter orat,
Secretas memorans, assimulansque preces.

Perperam editum *assimilans*. Vide Gronovium ad Statium cap. 5. & V. Cl. Nicolaum Catharinum lib. 2. Observat. p. 18. & suprà in *Adsimulare*.

ASSINSIUM, Herba amara. Vetus Gloss. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana: *Hoc assinsium, gloigne.* Occurrit semel ac iterum apud Matthæum Vindocinens. in Tobia.

ASSINUS, Mensuræ frumentariæ species, vulgò *Aissin*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1303. ex 2. Regesto ejusdem Regis n. 9. in Tabulario Regio: *84. assinos avenæ annui reditus, &c.* Alia Garini Episcopi Suessionensis an. 1313. *Vendent premierement au lieu que on dit GrantChamp, vingt-huit ayssins demysetiers moins. Item aus Chavens sis ayssins & demy, quatre verges moins, &c. Duo assini avenæ*, in Lege Vervinensi an. 1233. art. 1. *Quatuor assini terræ*, art. 2. quom. *modii terræ* dicuntur.

ASSIRTUS. Anastasius in S. Hilaro PP. p. 28. *Et in medio lacum porphyreticum cum concha assirta in medio aquam fundentem.* Ubi alii Codd. habent *raita*. Fortè *striata*, ut & infrà: *Lacus & conchas triantas*; seu, ut alii Codd. præferunt *castriatas*. Leg. *striatas*.

ASSIS, Pecunia quævis. *Assis publicus*, Pecunia publica, quæ in Fiscum infertur, apud Senatorem lib. 12. Epist. 15. Publica functio, illatio. *Assis tributarius*, apud eundem lib. 12. Epist. 16. Pecunia, quæ in vectigal penditur: ita in l. 12. Cod. Theod. de Indulg. tributor.

ASSIS, *Assiatus*. Lex Longobard lib. 1. tit. 25. §. 30. *Si quis assem de sepe assiata, unum aut plures tulerit, componat sol. 1. Si quis de sepe stantaria facta vimen tulerit, comp. sol. 1. Si autem perticas transversarias tulerit, similiter sol. 2.* Ubi *sepes assiata*, videtur esse illa, quæ ex asseribus, seu tabulis sectilibus conficitur, quas nos etiamnum

Aissis

Aisses vocamus : *stantaria*, quæ è palis aut perticis in rectum positis compacta est. Porrò *Assis* Plauto & aliis, est tabula sectilis.

Assis, *Assidis*, in genit. eadem notione : usurpat Juncta in Vita B. Margaretæ de Cortona c. 1. ut & Petrus de Crescentio lib. 2. de Agricult. cap. 87. lib. 5. p. 279. & alibi non semel : unde eidem *assidicula*, lib. 10. cap. 33. 36.

ASSISA, & *Assisia*, Littletoni sect. 234. est *nomen æquivocum* : varias enim & diversas significationes, apud Leguleios nuperos habet, quas singulas persequi operæ pretium videtur. Ac primùm :

Assisa & *Assisiæ* dicuntur Comitia publica, conventus & consessus proborum hominum, à Principe, vel Domino feudi electorum, qui pro tribunali jus dicunt, lites dirimunt, de rebus ad rem publicam spectantibus statuta conficiunt : *Malla publica*, *placita*, quomodo ἕδραι βουλῆς dicuntur apud Hesychium. Apud Anglos verò Assisa, definitur sessio Justitiariorum duorum itinerantium cum Justitiariis Pacis, ut vocantur, in urbe capitali uniuscujusque Comitatus, bis in anno, ut audiant placita, lites componant, & pro tribunali jus dicant. Ita Warthus. Vetus Jus Municipale Normann. 1. part. distinct. 5 cap. 6. *Assise est une assemblée de plusieurs sages hommes en la Court del Prince, en laquelle ce qui y sera jugié, doit avoir perdurable fermeté. Car se l'en nie ce, qui aura esté fet és plés de la Viscomté, l'en le puet esclusér par une desrene. mès ce qui est fet en l'Assise, ne reçoivent nulle desrene ; ains est ferme à toujours par le recort de l'assise : & entre deux assises doit avoir 40. jours.* Charta Philippi Augusti apud Rigordum an. 1190. *Ballivos nostros ponimus, qui in baillivis suis singulis mensibus ponent unum diem, qui dicitur Assisia, in quo omnes illi qui clamorem facient, recipient jus suum per eos, &c.*

Ejusmodi verò *Assisæ* in locis publicis & patentibus, ut alia olim placita, veluti ante januas Ecclesiarum, aut in cœmeteriis peragebantur. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 137. *Assisias suas tenebunt Lemovicenses ante januas Monasterii S. Martini, & in cœmeterio Ecclesiæ S. Michaëlis.* Deligebanturque ad id majores villæ, & quæ populo abundarent, intra Regis, aut Domini, jurisdictionem, ad majus litigantium commodum. Edictum Philippi Pulcri à Pithœo editum, art. 16. de Baillivis : *Nec teneant eas in locis, in quibus non est villa, aut habitatio gentium populosa.* Cogebantur verò assisiæ in Francia ex eodem Decreto Regio, de duobus mensibus ad duos menses, atque indicebantur à Baillivis & Senescallis in fine cujuslibet assisiæ : *Præcipimus, quòd Senescalli & Baillivi nostri teneant assisias suas in circuitu senescalliarum & bailliviarum suarum de duobus mensibus ad duos menses ad minus.* Interdum per singulas quindenas.

Formula autem cogendorum apud nostros à Baillivo proborum hominum, seu vasallorum feudi, qui *Assisiis* interesse tenebantur, ejusmodi fuit, quam ex veteri Regesto damus : *Michel de Paris Bailly de Vermandois, au Prevost de Mondidier, Salut. Nous vous mandons, que vous faciez crier nos Assises de Mondidier solempnellement aus lieus acoustumés au Dimanche devant la Chandeleur prochain à venir, & faites adjorner les hommes le Roy jugeans en la Chastellerie de Mondidier par Serjans le Roy, qu'il soient ausdites Assises si souffisament que les causes desdites Assises puissent estre delivrés ; & nous certefiez des noms des hommes, que vous aurez fait adjorner. Et le faites si diligemment, que defaut n'y ait. Donné à Chauny le Venredi aprés Noël l'an 1318.* Si quis ex iis deesset, pecuniaria mulcta puniebatur. Compotus Bailliviæ Turon an. 1337. *De legibus (mulctis) Assisiarum, videlicet de defectibus hominum nobilium, qui consueverant solvere pro quolibet defectu 5. sol.* *Assisiarum* seu comitiorum juridicorum mentio est passim in Consuetudinibus municipalibus, locis à Raguello indicatis : quarum aliæ *magnæ*, aliæ *minores* dicuntur, ut in Consuet. Pictav. art. 19. 74.

Grandis Assisa, seu *Grande Assise*, occurrit etiam in Consuetud. Inculismensi art. 4. 7. & Rupellensi art. 1. in quibus *Magna Assisa*, dicitur conventus juridicus, qui Comiti, Vicecomiti, Baroni & Castellano competit ratione majoris justitiæ, & quater indicitur quotannis, in quo appellationes minorum Assisarum dijudicantur ab eorum Ballivis. *Minores* verò *Assisæ* eæ sunt, quæ à Comitum, Vicecomitum, Baronum & Castellanorum Præpositis, seu Judicibus pedaneis, quinto decimo quovis die tenentur. *Minores* istas *Assisas* intelligit Chronicon Andrense pag. 552. *Ex consuetudine quoque patriæ nostræ in Curia nostra per singulas quindenas humanas leges & judicia mundana constat exerceri.*

Assisæ præterea appellatione donabatur quidquid in *Assisis* definiebatur inter litigantes, quod pro supremo judicio erat. Regiam Majestatem lib. c. 13 §. 3. *Sciendum est, quòd lites decisæ legitime per magnam assisam Domini Regis, postmodum nulla occasione resuscitantur.* Adde Quoniam Attach cap. 82. §. 1. Atque Juri Normannico suprà laudato consentaneum est. Maximè verò id, quod statuebatur ad publicum Regni, aut vassallorum omnium commodum, pro lege erat, utpote in *Assisis*, communi proborum & *Legalium* hominum consensu decretum. Regiam Majestatem lib. 3. cap. 27. §. 2. *Ex beneficio constitutionis Regni, quæ Assisa nominatur.* Hoved. *Assisa Henrici Regis factæ apud Clarendonum.* Fridericus II. Imp. in Constit. Sic. lib. 1. tit. 41. *Quæ igitur ad ipsorum cognitionem pertinent, prædecessorum nostrorum Assisis comprehensa apertiùs diffinimus.* Adde lib. 3. tit. 56. Glanvillam lib. 9. cap. 10. Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. §. 6. &c. Prædictis addo, quæ habent Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 105. *Les Assises doivent estre tenues & maintenues fermement en toutes choses : & de ce que hom ne sera certain, qui soit assise, doit tenir selon l'usage & la longue coustumance, & de ce que Court aura fait esgart, ou connoissance, ou recort, qui soit Assise, doit estre tenu & maintenu come assise. Car les Assises ne peuvent en plusiors choses estre provées, que par lonc usage, ou pour ce que l'on a vehu user & faire come assise, & ce est maniere de Loy, & doit estre, & est tenuë au Royaume de Hierusalem & de Chipre meaus que Leis, Decrés, ne Decretales, que le Seignor dou Roiaume doit jurer, & jure ains, que ils soit retens à Seignor, de garder & maintenir les assises, & bes lons usages, & les bons coustumes du Roiaume de Hierusalem.* Hinc

Assisia rerum venalium, pro Decreto Regio, seu eo, quod in Assisiis, vel Comitiis & Placitis generalibus à Baillivis & Justitiariis definitum est super rerum venalium qualitate, quantitate, pondere, mensura & pretio, in Constitut. Neapolitanis lib. 1. tit. 57. §. 2. tit. 63. lib. 3. tit. 36. §. 5. Matthæus Paris an. 1201. *Eodem anno Rex fecit generaliter acclamari, ut legalis assisa panis inviolabiliter sub pœna collistrigiali observaretur. —ita quòd pistores poterunt sic vendere, & in quolibet quartario lucrari tres denarios, &c.* Monastic. Angl. tom. 2. *De amerciamentis suorum tenentium provenientibus pro assisa Regis non servata, ut de pane, cervisia, & mensuris falsis.* Fleta lib. 1. cap. 17. *Habet Rex in potestate sua, ut Leges & Consuetudines & assisas in Regno suo provisas, approbatas & juratas.* Le Roman d'Aubery MS.

Atant manjuent aux dens la miche alise,
Tant que chascune à sa force reprise,
Et beurent eue qui venoit de Tamise,
Dist Sembaut, mult vaut mieux ceste assise,
Que cent mil livres, ou pan de ma chemise.

B 3 Vide

. Vide Littletonem sect. 234.

Assisa, interdum sumitur pro ipso tributo, quod ex consensu optimatum & populorum in *Assisis* coactorum imponi decernitur. Joan. Hocsemius in Henrico Episc. Leod. cap. 5. *Cùm Leodienses Electo promissam solvere pecuniam non valerent, & Electo connivente assisiam, seu malatoltam super venalibus posuissent.* Ægid. de Roya an. 1299. *Et inhibuerunt vulgò, nec acclamarent assisiam deponi.* Magnum Chronicon Belgicum an. 1288. *Levabant in præjudicium Canonicorum in urbe exactionem, seu assisiam rerum venalium.* Charta Galteri Regiest. Comitis pro Burgensibus de *Rancourt* & *Heraucourt*, April. 1255. *Ultra duos solidos, quos debet solvere de assisia, nec majorem emendam Præpositus poterit extorquere.* Apud Joan. Villaneum lib. 8. c. 32. *Comincio à raddopiare al popolo assise, gabelle, & malatolte.* Idem l. 8. c. 54. *Assisi importabili.* Hinc formata ac contracta vox.

Sissa, pro tributo, in Foris Aragonensibus: *Sisa*, Hispanis; *Sissarii*, Sissarum exactores. Vide Foros Aragon. l. 4. tit. *Quod sisæ, &c.* & Michaëlem *del Molino* in Repertorio in vocib. *Albaranum*, & *Sissa*. *Accisia*, pro *assisia*, & tributo, non semel in Chartis Imperatorum, apud Joannem Voppium in Historia Aquisgranensi lib. 3. n. 2. pag. 19. 20. *Telonium sive accisia de vino, &c.* *Cisa* etiam reperitur. Libertates Aquarum mortuarum an. 1246. *Consules — possunt in villa collectas vel cisas facere.*

Assisa, interdum pro mulcta, seu *emenda*. Vetus Consuetudo municipalis Britanniæ tit. 18. *Des assises, amandes & desdomages deus par cause de bestail.* Et art. 395. *Le Seigneur pour le bestail, qui seroit trouvé en son domaine, peut demander l'assise, ou desdommage à son choix.* Adde art. 420.

Assisa, sumitur etiam pro brevi quodam Regio, quo quis ob certa delicta, vel crimina, litesve alias, quarum probatio incerta est ex instrumentis, in jus vocatur. *Assisæ* autem nomine donatur, quia ab *Assisa* præcipitur Vicecomiti, ut 12. juratores submoneat, qui de rei veritate testimonium ferant, ut est in Regiam Majest. lib. 1. c. 12. 13. 14. & in Fleta lib. 4. c. 1. §. 7. & apud Littletonem sect. 234. Appellationis rationem allatam firmat, recensetque aliquot ejusmodi assisas, veluti *Novæ dissaisinæ, de Morte antecessoris, Ultimæ præsentationis, de Communi pastura*, & hujusmodi, quas duelli tollendi gratiâ ab Henrico II. Rege Angliæ institutas ferunt.

Sed & alia multa *per assisam* probari docent Leges Scoticæ, nempe quæstio ætatis majoris vel minoris, in Regiam Majest. lib. 2. cap. 43. quæstio dominii inter Dominum & Vassallum, lib. 1. c. 12. lib. 1. c. 63 limites terrarum inter vicinos, lib. 2. c. 74. occultatio thesauri inventi, lib. 4 c. 4. quæstio status, in Quon. Attach. cap. 56. deforciamentum factum Ministris Regis, in Statut. Vill. II. Regis Scotiæ cap. 4. & alia, quæ tædet enumerare,

Assisa non tantùm usurpatur pro *brevi*, quo quis ad probandum per assisam citatur; sed etiam pro ipsa *jurata*, seu pro ipsorum juratorum testimoniis. Duplex autem hac notione fuit assisa, *Magna* seu *Grandis*, & *Minor* seu *Ordinaria*.

Assisa Magna fuit solennior illa *jurata*, quæ in *brevi de recto* (quod omnium solennius est & maximum, utpote quo de mera proprietate agitur) è Militibus omnino constat numero 12. gladio cinctis, non vulgari modo per Vicecomites electis, ad hoc juratos, & 12. deinde electis, ut quidam asserunt, adjunctos. Apud Cowellum *Grandis assisa* definitur actio petitoria, sic dicta, quòd cum possessoria, quam *Parvam Assisam* vocant, & ordinariam, 12. hominum veredicto decidatur, in ista 24. Milites gladio cincti esse solent. Glanvilla lib. 2. c. 7. *Est autem Magna Assisa regale quoddam beneficium, clementia Principis, de consilio procerum, populis indultum, à quo vitæ hominum & status integritati tam salubriter consulitur, ut in jure, quod quis in libero soli tenemento possidet, retinendo, duelli casum declinare possint homines ambiguum, ac per hoc contingit insperatæ & præmaturæ mortis ultimum evadere supplicium, vel saltem perennis infamiæ opprobrium, & inverecundi verbi, quod in ore victi turpiter sonat consecutivum. Ex æquitate autem maxime prodita est legalis ista institutio; jus enim quod post multas & longas dilationes, vix evincitur per duellum, per beneficium istius constitutionis commodius & acceleratius expeditur. Assisa enim ipsa tot non exspectat essonia, quot duellum, ut ex sequentibus liquebit. Ac per hoc & laboribus hominum parcitur, & sumptibus pauperum. Præterea quanto magis ponderat in judiciis plurium idoneorum testium fides, quam unius tantum; tanto majore æquitate nititur ista constitutio, quam duellum. Cùm enim ex unius jurati testimonio procedat duellum, duodecim & minùs legalium hominum exigit ista constitutio juramenta.* Math. Paris. an. 1240. pag. 364. de Magna Assisa: 12. *Milites accincti gladiis fuerunt electi in Assisa, de consensu partium: & contenserunt partes in 10. quia duo non comparuerunt.* Vide Statutum 2. Westmonasteriense cap. 41. & Fletam lib. 4. c. 5. §. 6.

Assisa Minor, seu *Ordinaria* est jurata in assisis prædictis, quæ non è Militibus; sed 12. liberis & legalibus hominibus patriæ per Vicecomitem electis constituitur. Et hæc quidem jurata, non de proprietate cognoscit; sed possessore. Vide Fletam lib. 4. c. 1. §. 7. c. 5. §. 4. 5. 6. ubi forma cogendi ejusmodi assisas præscribitur, & de iis agitur, qui in eis consistere possunt.

Assisa dicitur *capi in modum Assisæ*, vel *in modum juratæ*. In *modum Assisæ*, sic, ut si fundata intentione querentis, tenens se statim ponat in assisam sine aliqua exceptione, & respondeat intentioni querentis, &c.

Assisa cadit in juratam, cùm non constat de re, de qua lis est, ita ut necesse sit ut in modum juratæ terminetur negotium, quia hinc inde erit probatio, & non Assisa, &c. Vide Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 34. §. 3. 4. Fletam lib. 4. c. 15. & 16. c. 10. §. 12. lib. 5. c. 6. §. 53. 54. c. 22. §. 11. Littletonem sect. 234. &c.

Assisa cadere dicitur, cùm *nullitas*, ut Practici loquuntur, legitima opponitur. In quibus verò casibus, pluribus recitat Fleta lib. 4. c. 15. l. 5. c. 6.

Assisa, est præterea idem quod *Actio possessoria*. Vide Cowellum.

Assisa, interdum sumitur pro tempore, quod conceditur alicui, infra quod licet in judicio agere, & alium in jus vocare, qui vim aliquam, aut aliquid injustè fecit, quod certum aliquod tempus præscriptionis esse videtur, infra quod agere licet, & extra, vel post quod agere non licet in judicio, ut observat Skenæus ad lib. 2. Regiam Majestat. c. 74. §. 13.

[illegible] *aquarum*. Charta Friderici II Imp. pro Ecclesia Panormitana an. 1211. apud Rocchum Pirrum pag. 145. *Perpetuò confirmamus omnes villanos & possessiones, vineas, jardina, & prædia urbana, & rustica, aquas & assisas aquarum, &c.*

Denique prædictis addere placet vocem *Assisa*, Italis, vel certè Joanni Villaneo, idem valere quod priscis nostris Scriptoribus, *Devise*, seu *Livrée*. Idem Scriptor lib. 8. cap. 13. *Tutti giovani vestiti col Re d'una partita discarlatto verdebruno, tutti con selle d'una assisa à palafreno rilevato ad arjento & ad oro, con l'armée à quartieri, &c.* Ita usurpat lib. 10. cap. 226. lib. 12. c. 107.

Assisare, Decernere, statuere in *Assisa*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 2. *Item ordinatum est & assisatum, quòd, &c.*

Assisia, Pensio annualis. Constitutio Joannis Archiepisc. Nicosiensis an. 1321. c. 7. *Nec eorum alteri*

(Patrono

(Patrono vel Detentori) *possint perpetuam assisam seu pensionem annualem constituere in futurum, &c.* Mox: *Revocante.—omnes assisas seu pensiones--- Advocatis à Monasteriis datas.*

Assisa, in Ecclesiis Cathedralibus Beneficiati, minores tamen ordine Canonicis, in Ecclesiis Cypriis, qui videntur functi officio Canonicorum, quos *Vicarios* dicimus: vel quibus assignata est *assisia*, seu pensio annualis, quasi *Pensionarii*. Ejusmodi *Assisiorum* mentio est passim in Conciliis Nicosiensibus nuper editis, in Constit. Nicosiensib. cap. 9. 30. 31. in Constitut. Odonis Legati an. 1248. c. 11. 14. 21. in Concilio Nimociensi an. 1298. c. 12. 17. in Constit. Joannis Archiepisc. Nicosiensis an. 1320 c. 1. 3. alia an. 1321. c. 3. 5. & apud Joannem Carmessonum in Vita S. Petri Thomasii Patr. Constantinop. n. 55.

Assisa, Munus ipsum Assisii. Statuta Philippi Archiepiscop. Nicosiensis an. 1450. *Statuimus---ut nullus in Ecclesia nostra Nicosiensi existens in ordine Sacerdotali de cætero promoveatur ad assisias Diaconales & subdiaconales.* Vide *vicarii in Ecclesiis Cathedralibus.*

Assisia videtur sumi pro adscripta temporis nota actis Notariorum in Foris Aragon. lib. 4. tit. de Depositis: *Scribantur in dicto libro omnia deposita- -& hoc cum assisia, sive Calendario, quo prædicta fient.* Nam hic *Calendarium* idem valet quod *data.*

ASSISINI. Vide *Assassini.*

ASSISTERIUM. Vide *Asceterium.*

· ASSISTRIX, Comes. Hericus Rosla in Herlingsberga:

Gloria constantis assistrix, mulcta fugati.

ASSOCIARE, Comitari, *Accompagner.* Acta Alexandri III. PP. *Et alios magnates cum ipso destinavit, qui eum gloriosè conducerent, splendide associarent, atque ac Romanam urbem gloriose deferrent.* Ita Andreas à S. Cruce in Collat. Concilii Florentin. p. 905. Edit. Labbei.

Associare, Gall. *Faire partage, vel pareage avec quelqu'un*, i. e. aliquem in partem dominii suorum prædiorum adsciscere: quod solebant Monasteria & Ecclesiasticæ personæ factitare, ut à potentum & vicinorum invasionibus bona sua tutarentur, potentiorum protectione & tutela hac ratione suscepta: Quo spectant, quæ à Senatore dicuntur lib. 2. Epist. 16. de Tertiis Gothicis: *Factum novum & omnino laudabile: gratia dominorum de cespitis divisione conjuncta est: amicitiæ populis per damna crevere, & ex parte agri defensor acquisitus est, ut substantiæ securitas integra servaretur.* Vide *Tertia.* Aresta Pentecost. an. 1287. in Registro Parlamenti sign. B. fol. 76. *Priori B. Mariæ ratione associationis de Dimonte, deliberata fuit per judicium dimidia pars denariorum, quos D. Rex de Lambardo bastardo, qui burgensis de Dimonte, qui decessit Trecis, &c.* Occurrit ibi non semel. *Accompagner*, hac notione nostri dicebant. Charta Hugonis de Neblans, anni 1265. in Regesto feodorum Burgundiæ 2. part. fol. 150. *Ay acompagnié & accompagnons monseignor le Duc & ses hoirs à toutes les choses, que ge ay, & puis & dois avoir en més, en terres, en bois, en prez, &c. en justices, & Seigneuries. &c. & voil & entant que li accompagnement desusdiz, soit tel que ge ai la moitié en toutes les choses desusdites, &c. doing & octroi à don fet entrevis à Mons. le Duc la moitié de totes ces choses, &c.* Vide Vignerium in Originibus Alsaticis p. 81.

ASSNASARE, *Assaasare.* Leges Alvredi Regis Westsaxiæ cap. 39. *Si quis habeat lanceam super humerum suum, & homo assnasetur, vel impungatur, solvat weram ejus sine wita. Si autem oculos assnasit, reddat weram ejus &c.* Sic emendat Somnerus, ubi Editio præfert *assnasare*, atque esse vocem effictam ex Saxonico On ... & ÆTnæſe, uti legitur in Edit. Saxonica Lambardi cap. 32. ubi Legem hanc sic vertit: *Si quis hastam humero gestarit, in quam alius forte fortuna impegerit, æquum esse videtur, capitis æstimationem sine omni mulcta eum imperare.* Est igitur *assnasare*, hastam sic deferre, ut occidatur impingens. Ita enim eadem Lex denuo recensita & Latinè versa in Legibus Henrici I. cap. 54. *Si quis lanceam ferat super humerum, & inde quis occidatur, &c.*

ASSOCIUS, *Consocius, consors, contribulis, confredustus.* Ita Ugutio. Vide *Associare.*

ASSOLARE. Vide *Adsolare.*

ASSULA, pro *Astula*, Fragmentum; Joanni de Janua *id quod cadit de ligno, cùm dolatur.* Henricus Monachus de Miraculis S. Germani Autisiodor. Episcopi cap. 30. *Namque illustri cuidam viro B. Germani reliquias postulanti, assulam ex cupresso, qua quondam sacrum tegebatur corpus, ab Archidiacono Ecclesiæ meminimus esse concessam.* Canonicus Cisoniensis in Vita S. Arnulphi Martyris.

Vestis Sancti scinditur,
Sinus plenus assulis
Patet coram famulis
Ad Arnulfi gloriam.

Infrà:

Ipse sibi conscius,
Recedens quantociùs,
Secum defert assulas,
Quas dum distribueret,
Vidit quòd resumeret
Primas e caformulas.

ASSULTUS. Vide *Adsalire.*

ASSUMMARE, Gall. *Sommer*, in summam totalem redigere. Vide Abbatum S. Albani: *Summa debitorum ad 600. marcas est assummata.*

ASSUMPTIO, Dies mortis Sancti alicujus, quo scilicet ejus anima in cælum assumitur. *Assumptio S. Joannis Apostoli & Evangelistæ*, apud Ordericum Vitalem. lib. 5. p. 593. & in Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 54. Propriè verò dicitur transitus B. Mariæ, ut ait Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. num. 19. Frodoardus in Leone IV. PP.

Tandem clara dies Reginæ Adsumptio cælis
Regis parentis adest.

Adde Serm. S. Autberti Beneventani tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 266. Vide *Dormitio.*

Assumptio, idem videtur apud Anglicos Practicos, quod constitutum in Jure Romano. Cowell. lib. 4. Instit. Jur. Anglic. tit. 6. §. 2.

ASSUNATA, *Expeditio militaris.* Charta Alphonsi III. Regis Portugalliæ an. 1289. apud Brandaonum to. 4. Monarch. Lusitan. pag. 179. v. *Quicunque in assunata acceperit bovem aut vaccam, pectet pro uno quoque D. Regi 6. Morabotinos.* Vox Hispan. assonada, ex *assonar*, convocare.

ASTA, Modus agri. Vetus Notitia, apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 108. *Adcensaverunt eidem domui unam astam prati ad Roserias positi sub censu 3. nummorum.* Ubi *asta* scribi pro *hasta*, idemque esse videtur, quod *lancea.* Italis enim *asta* est, quod Latinis *hasta.* V. *Lancea.*

Astadius, eadem notione. Charta Ildefonsi Comitis Tolosani an. 1144. ex Reg. 19. Tabularii Regii Ch. 97. *De uno quoque casale qui habeat 6. astadios in latitudine, & 12. in longitudine, habeat dominus 12. den. accapite, & omni anno ad Mart. servitium 12. den. & reacapte, quando evenerit.*

ASTAGIUM. Charta Ludovici VI. Reg. Franc. an. 1108. ex Tabulario S. Samsonis Aurelian. *Quatenus consuetudinem quandam, quam Astazium vulgò nominant,---ipsis Canonicis liberam & ab omni jure regio quietam donaremus concederemus.* Ubi fortè legendum *Estagium*, nostris *Estage.* Vide *Stagium*, & infrà, *Astaticum.*

Astadia, idem quod *Asta.* Charta Libertatum Montis-Albani an. 1231. in Regesto Comitatus Tolosæ Cameræ

Cameræ Comput. Parif. fol. 27. *Cenfus & ufus tales funt, de unoquoque cafali quod habeat 6. aftadias in latitudine, & 12. in longitudine, habeat dominus 12. den. à capite: &c.* Vide *Hafta.*

•ASTALIUS. Lex Longobard. lib. 1. tit. 1. §. 6 *Si quis contra inimicum pugnando collegam fuum dimiferit, aut aftalium fecerit, id eft, fi eum deceperit, & cum eo non laboraverit, &c.* Ubi Boherius: *Aftalius, defcendit ab aftu, id eft, dolo vel malitia.* Cujacius: *Aftalium facere, fruftrari decipere.* Vide infrà, *Afto animo.* Angli decipulum, *aftale* vocant.

ASTANEA. In fupellectile Cafinenfis Ecclefiæ vendita pro redemptione captivorum, recenfet Leo Oft. in Chronic. Cafin. lib. 1. c. 58. (al. 55.) *hoftiales 3. pro Byzantiis 12. aftaneas 2. pro Byzantiis 8. pulvinaria ferica tria, &c.* Alii Codd. habent *caftaneas.*

ASTARIA, Maritima, campus planus mari adjacens. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 25. *Infra terram funt montes alti per aftariam gradiendo.* Et mox: *Hæc eft maritima, feu aftaria, quæ à Joppen usque ad Damiatam protenduntur.* Eodem cap. *Ifta eft aftaria, quæ à Damiata usque in Alexandriam computatur.*

ASTATICUM, idem quod *ftagium*, manfio, refidentia. Charta Rogerii Vicecomitis Biterrenfis an. 1194. apud Catellum lib. 4. Rerum Occitan. *Sed ipfe homo vel femina debet tenere aftaticum infra ambitum civitatis.*

ASTEDUM. Vide *Haftedum.*

ASTHELBLINC. Charta Grodegangi Epifcopi Metenfis an. 765. apud Meuriffium: *In fecundo femper anno debent ad Molendinum Patersheim tredecim denarios, quod vulgò dicitur afthelblinc.*

ASTELLA. Vide *Aftula.*

ASTERII. Acta Capitul. Ecclefiæ Lugdun. an. 1343. *Concefferunt D. Hugoni de Georgio officium Afteriæ, cum omnibus juribus & Franchefiis.*

ASTERIUM. Tabularium Majoris Monafterii: *Totum marifcum eorum de Angulis, ficut afterio Chaionis fluminis, atque afterio Sanctæ Mariæ clauditur.*

ASTILE, feu Haftile, baculus longior, cui crux, quæ defertur in Proceffionibus, infigitur. Leo Oft. lib. 2. cap. ult. *Crucem auream—cum tripode argenteo deaurato, & aftili onychino argento & auro ornato. Haftile*, apud Adamnanum lib. 1. de Locis SS. cap. 8. *In Cruce lignea, cujus haftile in duas intercifum eft partes.* Occurrit non femel Exodi cap. 25. &c. Vide *Afta.*

ASTILLA. Anaftafius in Leone III. pag. 127. *Super altare majus fecit tetravela holoferica alythina 4. cum aftillis & rofis chryfoclabis.* Hefychius *aftelas*, vitis fpeciem effe ait: φέρμια, ἃ ἔνιοι ἀστήλας, τὰς ἐκ σχοίνων πλεκομένας. Sed an *aftela* ad *aftillas* Anaftafii referendæ fint? alii judicent. Hifpani *aftillas*, Occitani *eftalos* vocant, quæ Græci κάρφη, Latini *affulas.*

ASTIPULATOR, in Ordine Romano dicitur is, cujus licentia & confenfu virgo religionis habitum fumit.

ASTO *animo*, fæpe occurrit in Leg. Longobard. *voluntariè, dolofo & malo animo.* Lib. 1. tit. 9. §. 13. tit. 56. §. 7. tit. 19. §. 1. tit. 23. §. 4. tit. 24. §. 4. tit. 25. §. 44. lib. 2. tit. 21. §. 5. tit. 55. §. 12. Et in Charta Lufitanica apud Brandaonum in Monarchia Lufitan. to. 3. pag. 277. Ugutio: *Afto, Voluntariè.* Has voces ufurpatas à Plauto in Pœnulo, Accio apud Nonium, & aliquot JC. in lege 4. de Furtis, leg. 15. Qual. quis defend. fe deb. leg. 3. de Homin. lib. leg. 1. de Dam. injur. pæne obfoletas in ufum revocarunt non modò Longobardi; fed & Itali, ap. quos *Aftio*, eft invidia, odium, *Aftiofo*, invidus, *Adaftiare, Adaftiarfi*, invidiâ corrodi. Dantes in Purgat. Cant. 6.

Vidi l' Conte Orfo, & l' anima divifa
Dal fuo corpo per aftio, è per inveggia.

Vocis etymon à Latina *Aftus*, nec aliunde accerfendum, quidquid dicant viri docti, qui à *faftidium*, vel *fafcinus*, deducunt. Nam & Plautus *Aftum* adjectivè ufurpavit in Trucul. ubi *Aftus fallaciis confertum* dixit. Vide *Atta.*

Juramentum de afto, in Lumbarda, quod idem *eft quod juramentum de calumnia in judicio contentiofo fori civilis vel Ecclefiaftici.* Nicol. Upton de Officio milit. lib. 2. c. 4.

ASTOLIGIT, *Quod in animo iniquo quæritur*, Ugutioni MS. In Cod. Navarræo: *Aftor, voluntariè. Aftogilt, quod in animo iniquo quæritur.* Ex eodem fonte, ac *Afto animo.*

ASTOPATUS, feu potiùs *Eftopatus*, ex Gallico *Eftoupé, quafi dicas ftuppâ obftructus.* Regiam Majeftatem lib. 2. c. 72. §. 5. *In viis publicis aftopatis—in aquis diftornatis à recto curfu.*

ASTRABA, Tabella, ubi pedes requiefcunt, in Gloffis Ifidori & apud Papiam. Ita Gloffæ Lat. Græc. *Aftraba*, σανὶς, ὑποπόδιον. Sic enim rectè emendant viri docti, pro *aftrama.* Suidæ verò ἀστράβη, eft τὸ ἐπὶ τῶν ἐφιππίων ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. Phavorino & Gloffis MSS. τὸ σαγμοσέλιον. Ex quibus conficitur, *Aftrabas* fuiffe ftapedes fecundùm Ifidorum: fecundum Suidam fellæ arcum, quem *Arçon* vulgò dicimus, vel fellam ipfam, ut eft in Anonymi loco allato à Suida, aut inftratum fellæ, juxta Phavorinum. Denique in Gloffar. Anglo-Sax. Ælfrici: *Aftraba*, ꝼoꞃbꞃeꞇ exponitur. Somnero verò ꝼoꞃbꞃeꞇ, *confractus*, id eft, fortè curvatus, quomodo eft fellæ arcus. Vide *Arctio*, & Joannem Tzetzem Chil. 9. v. 850. Nicetam in Manual. lib. 2. n. 7. &c.

ASTRAGUS. Alexander Jatrofophifta MS. lib. 2. Paff. cap. 66. *Aut de creta aftrago calefacto fuper fedeat, aut de cimolea terra calente & extincta in vino, aut in aftrago balneorum, fimiliter cum vino perfufo.* Ubi Gloff. MSS. *Aftrago, i. pavimentali, de creta enim fit pavimentum.*

ASTRARIUS. Vide *Aftrum.*

ASTRIHILTHET. Leges Edwardi Confefforis c. 30. *Hi, qui pacem Regis habent, vel manu, vel brevi, ei fideles exiftant.—qui fi nimis confidens in pace, quam habet, per fuperbiam alicui forisfecerit, damnum reftauret, & iterum tantumdem, quod Angli vocant aftrihilthet.* In marg. afcriptum, *alias atrihilthet.*

ASTRINGA. Charta fundationis Monafterii Salvenfis Diœcefis Nemaufenfis an. 1029. apud Catellum in Comitibus Tolofan. lib. 1. c. 17 *Sic etiam timentes congeronis antiqui timorem atque terrorem, & ut eruat nos Dominus ab ejus machinamentis multimodis, & connectat cum fuis aftringis in cubilibus regni cælestis, &c.* i. e. vinculis aftringentibus.

ASTROSUS, *Malo fidere natus. Aftrofus, Lunaticus.* Ifidor. in Gloff. & in Orig. lib. 10. & ex eo Ugutio.

ASTURCO. Vide *Afturcus.*

ASTRUM. Bractonus lib. 4. Tract. 3. c. 11. *Unde videndum, fi nepos & avunculus fub eadem poteftate anteceffores fimul fuerint aftrarii tempore mortis, eò quòd ambo reperiuntur in atrio, five in aftro, &c.* Adde lib. 2. cap. 36. §. 6. Fleta lib. 4. c. 2. §. 8. de Nativis: *Qui à magno tempore extra aftrum fuum villanum ad loca remotiora fe tranftulerunt.* Infrà; *Villanis autem in veteribus aftris fuis commorantibus non competit hujusmodi remedium.* §. 9. *Si in aftris fuis fuerint commorantes.* Radulfus de Hengham in Parva, cap. 8. *Cùm à magno tempore fugerint, & ad remota loca extra aftrum fe tranftulerint, &c.* Infrà: *Villanis quidem in aftro commorantibus non competit hujusmodi remedium, &c. Laudabilis homo aftrarius*, in eod. Fleta lib. 1. c. 47. §. 10.

Vox deducta à Saxonico eoꞃð, focus, foculare, fornacula: unde poftea toti domui nomen inditum. Hinc eoꞃð-cnihꞇ, famulus domefticus; eoꞃð-ꝼæꞅꞇ, pater-familias. Ex eoꞃð verò Anglo-Normanni *Aftre* formarunt, idque appellationis domibus applicarunt,

quas

quas Franci nostri *Feu*, seu focos, etiamnum vocabant. Sed & nostris vox *Astre* non omnino incognita: nam & focos & caminos *Atres*, seu *Astres*, appellamus. *Le Reclus de Moliens* in Miserere:

Qui n'a ses enfans dont repaistre,
Dont il a sept ou huit a l'astre.

Unde proverbialis manavit formula: *Scavoir les atres du logis*, de eo, qui cubicula, caminos, & omnia penetralia rectè novit, seu, ut vulgò dicimus, *les Estres*. *Le Roman du Renard MS.*

Lors s'en vient droit à la fenestre.
Com cil qui bien savoit l'estre.

Præterea ex præallatis ex Bractono observare est, *astrum* & *atrium* promiscuè dictum: nam hoc loco *atrium*, non est nostrum *Court*; sed domus ipsa: proinde *Astrarii* iidem sunt, qui *astro addicti* seu *Mansionarii*, de quibus suo loco, qui Anglo-Saxonib. Heoꝛð-ꝼæꞅꞇ dicebantur. Gloss. Saxon. circa tempora Edw. III. exaratum: Heoꝛð-ꝼæꞅꞇ, *Astro addictus*. Sed & admodum videtur vero simile, Occitanos suum *Estare*, & *Stare*, pro quavis domo inde deduxisse, cùm Galli, seu Gallo-Normanni domos *Estres*, & *Atres* vocarent. Consuetud. Cantii: *Le astre demurra al puné*, id est, *astrum seu domus remanebit juniori genito*. Vide *Stare*.

ASTULA, Segmentum. Servius Danielis, & ex eo Isidorus lib. 17. Orig. c. 6. *Astula, à tollendo nuncupata, quasi abstula. Fomes, est assula quæ ab arboribus excutitur recisione, &c.* Alii censent vocem formatam ex *Astula*, tabula sectilis. Nostris *Estelat*. Marcellus Empiricus c. 29. *Lupi stercus, dummodo non in terra inventum; sed supra fusum, aut supra astulas, aut supra juncum, colliges.* Beda lib. 3. Hist. Angl. c. 2. *Multi de ipso ligno sanctæ Crucis astulas excidere solent.* Adde lib. 3. c. 13. Paulinum Epist. 11. 12. & Natali 10. &c.

Astella, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. c. 1.

Hastula, in Vita S. Erkenwaldi Episcopi Londoniensis: *Verùm etiam hastulæ ab eo (feretro) abscissæ, & ad ægrotos allatæ, citam eis salutem parabant.*

ASTUR, *Asturco*, *Asturcus*, &c. Accipiter major, qui *Astur* Julio Firmico dicitur, *Astor*, Italis; *Autour*, Gallis; *Astou* Occitanis.

Astur. Charta Bertrandi Episcopi Agathensis an. 1249. in 30. Regesto Archivi Regii, ch. 101. *Et in recognitionem totius feodi antedictus Episcopus ipse debet annuatim Comiti & hæredibus suis unum saurum Asturem, & unam marcam argenti, si fuerit requisitus.*

Asturco, Papiæ, *Accipiter major*. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 9.

Asturco Dextrarius est, Astur caput ejus,
Nam priùs Astur equum dextrandi repperit usum.

Infrà:

Asturco, Quadrupes: Asturco dicitur ales.

Joan. de Janua: *Asturco Dextrarius, ab Astur, pro gente: quia apud illam gentem hujusmodi equi abundant. Est etiam idem quod Accipiter.* Idem Papias: *Asturco, equus ambulator.*

Austurco, apud Radulphum Hengham in Summa Magna, cap. 1. pag. 6.

Austurcius Sorus, apud Bractonum lib. 5. tract. 1. cap. 2. §. 1.

Asturcus, in Chronico Cambriæ: *Feofavit Odoardum de Clerke de quarta parte---pro custodia Asturcorum suorum.*

Austurcus, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 7.

Austur, apud Fridericum II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 2. *Sunt & de avibus rapacibus Austures, sperverii: & istæ comprehenduntur sub Accipitre. Omnes autem aves rapaces, tam istæ, quibus homines utuntur, quàm aliæ, quibus non utuntur, sub istis duobus generibus comprehenduntur, scilicet in Falcone & Accipitre. Et quamvis hoc nomen Accipitris plures attribuant soli Austuri, nos tamen dicimus, ipsum esse genus omnium avium rapacium, quæ capiendo & non feriendo, ut Falco, venantur, sicut prædicti Austur & Sperverius, utpote hoc nomen ab Accipio, Accipis derivatum.*

Austorius, in 1. Regesto Constabulatiæ Burdegal. fol. 131. *Unum Austorium saurum vel mutatum.* *Austor*, in Foris Benehamensib. tit. 1. art. 27. *Austors & Esparbers*, in Consuetud. Solensi tit. 13. art. 9. 10. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 106. *Rusticus si invenerit---Accipitrem, i. Austor, statim denunciet domino suo, & accipiat ab eo, quam mercedem inde ei senior dare voluerit.*

Ostorius. Charta Communiæ Rotomag. an. 1207. *Vicecomes Rothomagensis de qualibet navi habebit 20. solidos & Cambellanus de Tarquarvilla unum ostorium, vel 16. solidos, si nullum ostorium habuerint.*

Le Roman de la Prise de Hierusalem par Titus, MS.

Cent oustor, cent griefaut, & cent paile roé.

Le Roman de Gaydon MS.

Et voit venir o lui un Escuier,
Qui sor son poinг portoit un ostor gruier.

Le Roman de Vace MS.

Bien sout esprevier duire, & ostor, & faucon.

ATALAIA, *Specula*, vox Hispanica. Fori Leirenæ: *Atalaiam in hoc primo anno totam teneat Rex, & aliam medietatem moratores.*

ATALLIA. Vide *Tallia*.

ATAMBOR. Vide *Tamburlum*.

ATANULUM, *Genus vasis*, Isidoro in Glossis.

ATARECA. Vetus Charta donationis Hispanica apud Sandovallium: *Mea divisa & meos atondos, id est, mea sella Merzerzel cum suo freno, & mea espata, & mea cinta, & meas espulas, & mea atareça, & mea lasta, & alias meas espuelas libratas, & meas lorigas, & meos elmos, & alias espatas quæ non sunt libratas & meas atareças, & meos cavallos, & meos mulos, & meos vestitos, & alias meas espolas, & alio freno argenteo, quantum potueritis invenire.*

ATEGAR, Telum Saxonicum, cujus meminit Florentius Wigorn. pag. 211. 2. Edit. sub an. 1040. *In manu sinistra clypeum, cum umbonibus aureis & clavis deauratis, in dextera lanceam auream, quæ lingua Anglorum Ategar nuncupatur.* Quo loco hastile ferreum habet Willelmus Malmesb. lib. 2. de Gestis Angl. cap. 12. Hovedenus verò pag. 439. *Ategar*, sine aspiratione. In Glossario Anglo-Saxonico Somneri, Aꞇeᵹaꝛ seu Æꞇᵹaꝛe, exponitur *framea, falarica*, eidem Aꞇeon, est mittere, & ᵹa , telum: unde fortè *Ategar*, missilis species fuerit.

ATELABUS. S. Hieronymus in illud Esaiæ cap. 33. *Sicut colligitur bruchus &c. Ex locusta bruchus nascitur, & quousque habeat alas, sic vocatur. Cùm autem alæ crescere cœperint, Atelabus dicitur; cùm autem plenè volare cœperit, est locusta. &c.* Vide Joan. Sarisber. l. 6. c. 1.

ATENIA, pro *Antenna*, apud Thwrozium in Carolo Rege Hungar. cap. 97.

ATERGUS, Retro, κατόπιν ἀπὸ νώτου, in Glossis Lat. Græc.

ATH, *Atha*, *Athe*, voces Anglo-Saxonicæ: *Juramentum*, Anglis *Oath*: Præsertim verò ita appellatur *purgatio per sacramentum*. Leges Ethelredi Regis cap. 1. *Si est accusationibus infamatus, ad triplex ordalium vadat. Si dominus ejus dicat, quòd neutrum ei fregit vel ath, vel ordel, &c.* Charta Edmundi Regis apud Malmesburiensem de Gestis Angl. lib. 2. *Concedo Ecclesiæ S. Mariæ Glastoniæ---libertatem, jura, consuetudines & omnes forisfacturas omnium terrarum suarum, i. Burghgerita, & Hundred, Setona, athas, & ordelas, &c.* Fœdus Edwardi & Guthurni Regum cap. 9. *Ordel & athes sint interdicta diebus festivis & legitimis jejuniis.*

ATHABIA. Charta Lusitanica apud Brandaonum in Monarch. Lusitan. to. 3. p. 353. *Artificiale instrumentum est organum, viola & cithara, atola, Psalterium, &c.* leg. *Citola*. Vide in hac voce.

ATHAGIL. Græcis φαντασία, seu imaginatio. Constantinus African. de Vita & spiritu p. 312. *Et cum his operatur athagil, quam Græci φαντασίαν vocant, &c.* Vox, ni fallor, Arabica.

ATHARGRATI. Lex Bajwar tit. 3. cap. 1. §. 4. *Si quis in eo venam percusserit, ut sine igne sanguinem stagnare non possit, quod Athargrati dicunt, &c.* Germanis *Ader*, est vena; Anglis *To grate*, rodere, vel terere. *Atargiez*, vel *Atargir*, Franco-Belgis est sistere, remorari. Ægidius *de Viel-mesons*, cantu 2.

Si li dis sans atargier.

Le Roman d' Aubery MS.

Atant s' en va, n'i volt plus atargier.

Li Lusidaires MS.

Ne li vaurra plus atargier,
Saint Michiel i avotera
Qui d' un effoudre l' ocira.

Hemricurtius de Bellis Leodiensibus cap. 55. *Dont li bons Chastelains de Varenne, qui estoit leur cuzien germain, fut piés à tretant affoleis, e atargiez de leur mort, comme ilh avoit esteit de ses dois freres.* Ita fortè *Athargrati*, erit sanguinem fluentem sistere, *Arrester le sang, qui coule de la veine.* Vide *Tanga.*

ATHAUDREGIL. Vide *Taudregil.*

ATHENASI, qui aliis *Athanati*, apud Tudebodum lib. 2. Quemadmodum olim apud Persas erat Legio militaris, quam τῶν ἀθανάτων appellabant, ut docemur ex Procopio lib. 1. de Bello Persico, Theophane in Theodosio Jun. A. 18. Freculpho to. 2. lib. 5. c. 10. & aliis Scriptoribus, quos laudat Brissonius de Regno Persarum: ita habebant Byzantini Imperatores, Persicorum Principum simiæ, suos Immortales, quos à Nicephoro Logotheta, qui sub Michaële Duca rerum potitus est, tunc demum institutos refert Bryennius lib. 4. n. 4. Quibus id nominis videtur inditum, quòd pacis æquè ac belli tempore militarent, essetque eorum cohors *schola vacationis semper ignara*: quod de peculiari quadam Caroli M. Imp. caterva militari dixit Monachus Sangallensis l. 2. c. 26. Unde Anna Comnena lib. 2. Alexiad. de Athanatis agens, ait fuisse στράτευμα τῆς Ρωμαικῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον, quia videlicet pacis perinde ac belli tempore Imperatoribus merebant. Consule præterea Glossaria Rigaltii & Meursii.

ATHERA. Cassianus Collat. 15. c. 10. *Pulmentum quod illi* (Ægyptii Monachi) *Atheram nominant.* Hesychio ἀθῆρα seu ἀθάρα, est edulium quoddam, quod Ægyptii ex tritico & lacte conficiunt. Plinio l. 22. c. 25. medicamentum fuisse dicitur, & Dioscoridi lib. 2. c. 114. pulticula nempe liquidior & sorbilis ex tritico zeaque molitis, inque tenuissimum pollinem redactis confecta, infantibus conveniens. S. Hieronym. in Genesim. *Porrò θήραν venationem magis potest sonare, quàm fruges: tametsi moris sit Ægyptiorum, θήραν etiam Far vocare, quod nunc corruptè Atheram nuncupant.*

ATHLANA. Fragmentum Petronii: *Athlanam in ingenuum nasci tam facile est, quàm accedere isthoc.* Legendum fortè *Sthlavum*, id est, servum: nam σθλάβος dixisse Græcos nuperos, pro σκλάβος, alibi à me observatum. Neque enim Petronio Fragmentum istud temere adscribendum, longèque inferioris esse ætatis, jure consent viri docti.

ATHISCÆ lib. 3. Esdræ cap. 2. *Libatoria argentea duo millia quadraginta, athiscæ argenteæ 30. phialæ aureæ 30.* Ubi Mamotrectus, *Athiscas, vasa potoria & pateras* interpretatur. Græca Editio θυίσκας habet.

ATIA, *Atya, Aatia*, Odium: ex Anglosaxonico fortè haτunʒ, odium, invidia: unde Anglis *Hate*, malitia, & Germanis, *Haet*, odium, & Italis, *Astio*, invidia: vel potiùs à Græco ἄτη, nocumentum. Unde proverbium, cujus meminit Ausonius in Ludo septem Sapientum, ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα. Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 5. §. 3. *Utrum appellati sint odio vel atya, vel per verum appellum.* Cap. 8. §. 7. *Et quæras—unde rectatus sit vel appellatus de morte illa, odio & atya, vel eò quòd inde culpabilis sit: & si odio & atya, quo odio, vel qua atya, &c.* Vide Statutum 3. Westmonasteriense cap. 11. *Atie* etiam eodem significatu dixerunt nostri, Philippus *Mouskes* MS. in Lothario:

Et li manda que boinement
Presist, & manda Parlement
Al Duc Ricard de Normendie,
Pour desfaire celle aatie
De son neveu, & de son pere,
Et de la mort Carlon son frere,
Ki mort estoit en sa prison
A Ruen, pour la fole tençon.

Guilelmus *Guiart* MS. an. 1248.

Sont li frere au Roi en estant,
Qui ne vont mie constretant,
Cele abatie, aincois la loent.

Chronicon Bertrandi *du Guesclin* MS.

Dix Anglois vont sur luy, luy font mout aatie,
Lançent, fierent, & ruent pour li tolir la vie.

Atine etiam usurpatum pro nocumento, & *Atiner*, nocere, eadem vocis origine. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 87. *Il lor doit dire que il [illegible] en offrent de celle atine, que il ne veaut ores que la bataille soit gagée en sa Court.* Guill. *Guiart* anno 1204.

Cil Islette qui s' en essere,
Est si haute au dessus de l' eve,
Que Saine par nule cretine
N' a povoir d' i faire atine.

Et anno 1205.

Qui pour Anglois atainer,
Comencent le mur à miner.

Le Doctrinal MS.

Qui sont grans aatines, outrages, & desrois.

Aliud porrò sonat *Aatir*, in Chronico Bertrandi Guesclini:

Sire Bernard, vos m' avés aati.

Rursum:

Seignors Barons, ge me suis aati.
Contre Fromond, & envers ses amis.

Ibidem:

Les glaives en leur main se sont fort aasti.

Est enim *aatir* his locis *exacerbare*, vel *animum exacerbare*, ex nocumento, vel damno, quod quis accepit. Sed & Græci ἀάτειν pro *nocere*, dixerunt, voce per pleonasmum ab ἄτη ducta. Hesychius: ἀάται, ἄγαν βλάπτει.

Acta pro *Atia*, in Fleta lib 1 c. 25. §. 5. c. 26. § 3.

ATILLUS, *Astutus, expeditus*, Ugutioni. Fortè *Attitus.*

ATINA. Charta Constantiæ Boemundi Antiocheni Principis viduæ an. 1117. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. p. 668. *De omnibus rebus, quæ venduntur ab illis—videlicet de auro & argento, & cujuslibet equitationis, & armis & pannis sericis & lineis, pellibus grisis beraris, & armentis, & cujuscunque modi, &c.*

ATORNARE. Instruere, adornare, nostris olim *Atourner.* Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniac. MSS cap. 53. *Oratorium, quoties oportuerit cortinis lineis sive laneis palliis, tapetibus quoque & bancalibus atornare.* Vide *Atturnatus.*

ATRABATICÆ *vestes, Atrabatica saga, birri Atrabatici*, ab Atrebatibus in Gallia dicuntur, ut censet Salmasius ad Pollionem, licèt Suidas, vetus Lexicon Regium Cod. 2062. & Codinus in Originib. C. P. ab *atro* colore ejusmodi vestes dictas velint, itaque appellari τὸ ξηραμπελινὸν χρῶμα, quem tamen colorem inter coccinum & muriceum fuisse scribit vetus Scholiastes Juvenalis. Eædem videntur, quas Itali

Atrazzo

Itali *Arazzo* vocant. Academici Cruscani : *Arazzo, panno tessuto a figure, per uso di parare è addobare, datto così dal fatto nella città d'Arazzo.*

ATRAMENTALE, in Gloss. Lat. Gr. μελανοδόχιον. *Atramentarium*, χαλαμάριον

ATRIAMENTUM, Incinctus, terræ continentia; Gallis, *Pourpris*, *Etendue de terre.* Formulæ veteres Bignonii n. 43. *Habet ipsa casa in atriamenta membra in gyro tanta, de lateribus vel frontibus casæ vel terra illorum, & illorum.* Ita *Atrium* videtur etiam sumi in Decretione Chlotarii Regis §. 13.

Atriolum. Hincmarus : *Excepto atriolo ad sepulturam.* Charta Caroli Simplicis : *ad capellam construendam in honorem S. Clementis P. & ejus atriola.* Vide in *Quadri.*

ATRITUDO, Nigredo, μελανία, in Gloss. Gr. Lat.

ATRIUM Latinis Scriptoribus est area ante ædem porticibus & columnis cincta, unde & *Peristylium* & *Impluvium*, dicebatur : αἴθριον Græci etiam vocarunt, quòd sub dio esset. Utramque Atrii formam expressit Gloss. Lat. Gr. *Atrium.* Μεσαύλιον, Περιςῷον. Nam & αὐλὴν *atrii*, Aream Græci vocant, porticus verò Atrium cingentes, περιςῷον & τετραςῷον, *quadriporticum*, interdum & *triporticum*, pro ratione numeri porticuum. Will. Brito in Vocab. MS. *Atrium, magna ædes ampla & spatiosa domus, & dictum Atrium, quod addantur ei tres porticus.* Præsertim verò ita appellabant ea impluvia porticibus cincta, quæ ædibus sacris obversabantur, in quorum meditullio erat fons perennis aquæ. Anastasius in S. Symmacho : *Ante fores Basilicæ gradus fecit in Atrio & Cantharum:* Idem in S. Dono : *Hic Atrium B. Petri Apostoli, quod est ante Ecclesiam in quadriporticum magnis marmoribus stravit.* Leo Ost. lib. 3. c. 26. *Atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradisum dicimus.* Illud autem asyli, & immunitatis jure donatum erat, perinde ac ipsa ædes sacra. Decretio Chlotarii Regis post Legem Salicam. §. 13. *Nullus latronem vel quemquam culpabilem — de Atrio Ecclesiæ trahere præsumat. Quod si sunt Ecclesiæ, quibus Atria clausa non sint, ab utraque parte parietum terræ spatium arpennis pro Atrio observetur.* Capitula Caroli M. ad Legem Salicam §. 3. *Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, in Atrio ipsius Ecclesiæ pacem habeat, &c.* Leges Edwardi Confess. c. 6. *Quicunque reus — causa præsidii ad Ecclesiam confugerit; ex quo Atrium Ecclesiæ tenuerit, à nemine insequente nullatenus apprehendatur.* Idem statuitur in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 40. §. 5. & in Capitularibus Caroli Mag. lib. 1. c. 140. lib. 7. c. 125. Porrò Atrium portis, iisque consecratis, clausum erat. Capitulare 1. ann. 819. cap. 1. Lex Longobardorum lib. 1. tit. 9. §. 30. 36. & Capitularia Caroli Mag. lib. 4. c. 13. *Atrium Ecclesiæ, cujus portæ reliquiis fuerunt consecratæ.*

Atrium, Cœmeterium : quia in Ecclesiarum *Atriis* fidelium sepulturæ erant, ut suprà indicatum. Ebrardus in Græcismo cap. 11.

> *Atria dic aulas, eadem & cimiteria dicas,*
> *Et loca sacrorum, &c.*

Leges Adelstani Regis Angl. §. 33. *Nunquam juramento posteà dignus sit, nec in sanctificato Atrio aliquo jaceat, si moriatur.* Pœnitentiale Rom. tit. 7. cap. 25. *In Atrium Ecclesiæ, ubi sepulta sunt corpora fidelium.* Concilium Nannetense cap. 6. *Ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur; sed in Atrio, aut in porticu, aut extra Ecclesiam.* Baldricus in Chr. Camerac. lib. 3. c. 21. *In Atrio subterratus.* Hincmarus in Capit. de Reb. Magistri c. 15. *Si* (Ecclesia) *Atrium habeat munitum. Atrium cadaverum*, apud Ditmarum lib. 1. p. 10.

Atrium & altare. Charta Guarini Episcopi Ambianensis ex Tabulario Abbat. S. Fusciani : *Ibertus Clericus, qui dimidium altaris & Atrii in villa, quæ Sanctis dicitur, tam Ecclesiastico quàm hæreditario jure tenebat, &c.* Infrà : *Totum videlicet altare & Atrium cum appenditiis præsenti privilegio confirmamus.* Bulla Innocentii PP. an. 1142. in Hist. S. Martini de Campis p. 171. *Altare & Ecclesiam, Atrium de Campiniaco.* Occurrit ibi pluries. Alia Theobaldi Episcopi, p. 186. *Ecclesiam de Lupera, cum Atrio & tertia parte decima.* Charta Adalberonis Episcopi Virdunensis an. 1135. ex Tabulario S. Vitoni : *Idem autem Presbyter, si aliqua rationabili ex causa eodem in Atrio habere voluerit mansionem secundùm sancita Canonum, cellam tantummodò Ecclesiæ adhærentem habebit, in qua solus cum domestico sibi Clerico vel famulo habitabit, ne mulierum aliquarum frequentia, vel ullius rei familiaris confluentia, Ecclesiæ injuriam, & Fratribus ingerat molestiam.* Vide Concilium Islebonense c. 12. 13.

Atrium, in Vita S. Theodardi Archiepiscopi Narbon. Apud Catellum lib. 4. Rerum Occitanar. p. 751. videtur sumi pro atrio Ecclesiæ : *Cumque Concilium illud strenuè ageretur in atrio Pontificalis Ecclesiæ, essetque inibi grandis multitudo fidelium, &c.*

Atrium Sauciolum, Prætorium, forum judiciale, seu potiùs locus publicus, in quo rei & damnati morte mulctantur. Acta Passionis B. Cypriani Mart. *Idem Galerius Maximus Proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit, in atrio sauciolo sedenti.* Editio an. 1560. habet *sautio.* Concilium Matisconense II. c. 19. *Ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, neque intersit atrio sauciolo, ubi pro reatus sua quælitate quispiam interficiendus est.* Gloss. Gr. Lat. τετρωμένος, *Saucius, truculentus.*

Atrium, Mensuræ agrariæ species. Pelagius Episcopus Ovetensis in Addit. ad Historiam Sebastiani Episcopi Salmanticensis, æra 827. *Ædificavit insuper Ecclesiam Rex Adefonsus à circio, quæ est atrium unum distans à suo Palatio, in memoriam sancti Juliani Martyris.*

ATTACATURA, Vox Italica. Charta an. 1160. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. p. 575. *Ædificare in alveo prædicti fluminis, palos regere, & antepositiones & elevatas facere & habere, & attacuratas per dictam terram — construere, per quas ab ipso alveo, & usque ipsum molinum vel molendinum aqua ducatur, &c.*

ATTACHIARE, *Attachiator*, *Attachiamentum*, voces forenses, apud Anglos & Scotos Leguleios frequentes, à Gallico *Attacher* deductæ. Est enim *attachiare* reum, vincire, ligare. Unde in Legib. Baronum Scoticorum, seu Quoniam Attachiamenta c. 1. §. 2. *Attachiamentum* dicitur esse *quoddam vinculum legitimum, per quod pars defendens invita astringitur ad standum juri, & respondendum parti de se querenti juridicè.* Variis autem modis, ut ibidem subnectitur, fit Attachiamentum : *Aliquando enim fit per bona partis defendentis, utpotè in placitis de debitis, & conventione, & quando implacitatur de rebus mobilibus. Quia primò debent res & bona partis defendentis attachiari & teneri, quousque securitatem fecerit per plegios ad respondendum & standum juri parti conquerenti, & tunc relaxatur Attachiamentum. Aliquando etiam Attachiamentum fit per corpus hominis, utpote in placitis de transgressione, ut cum aliquis vulneraverit aliquem, per corpus debet attachiari, & non per bona sua : vel si noluerit pati Attachiamentum per corpus, vel si se retraxerit à Baillivis, bona sua attachiabuntur per Baillivum, donec dederit Baillivo securitatem de stando juri, &c.* *Debet autem Attachiamentum fieri per Baillivos, vel eorum Servientes præsentatos in Curia & Juratos. Atque hi Attachiatores dicuntur, capiuntq; rebelles & fugientes seu fugitivos, qui non sunt juris patientes.* Statutum Edw. Regis Angl. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 79. de Senescalli Vasconiæ officio : *Habeat 8. Servientes juratos, qui faciant Attachiamenta, & exequantur alia mandata Senescalli Vasconiæ.* Concil. Lambethense an. 1261. *Tune Viceco-*

Vicecomites & alii quicunque Ballivi attachiantes & distringentes, &c. Atque hæc ad Attachiamentorum materiam explicandam ex prædictis Legibus delibasse sufficiat. Tantùm moneo, horum vocabulorum manere etiamnum in Gallia vestigium: *Attaches* enim appellamus facultatem, quam dat Judex loci cuivis Apparitori, aliorum Judicum sententias exequenti, intra suæ jurisdictionis limites. Adde Rastallum. Sed & *Attaquer* dicimus, quempiam aggredi, adoriri, invadere, in aliquem manus immittere, quod faciunt *Attachiatores*. Jam verò unde hæ voces etymon ducant? vide in *Taschia*.

ATTÆDIARE, Tædio afficere, apud Joan. Majorem de Gestis Scotorum lib. 2. cap. 1. & Ericum Upsalensem lib. 3. Hist. Suecorum an. 1299. Etiamnum dicimus eodem sensu: *Attedier quelqu'un.* Albertus Argentin. an. 1345. *Nutrix autem ejus — de mora reversionis Andreæ attædiata, egressa cameram, &c.*

ATTAINTUS, *Attainctus*, Vox fori Anglici & Scotici; Criminis convictus: Galli dicunt, *Atteint & convaincu.* Leges Baronum Scotic. c. 83. *Nullus defamatus, tanquam receptator latrocinii, debet puniri, antequam malefactor fuerit convictus, vel attayntus de latrocinio illo.* Statuta Alexandri IV. Scotiæ Regis c. 25. §. 3. *Et qui aliter quàm sic facit, & de hoc convictus fuerit & attaintus, ponatur in carcere, &c.* Rogerus Hovedenus: *Si dominus feodi negat hæredibus defuncti saisinam ejusdem feudi, — & inde attaintus fuerit, remaneat in misericordia Regis.* Charta an. 1212 Apud Florentinum Haræum in Castellanis Insulensib. p. 206. *Vidit quemdam hominem ex hominibus S. Petri, qui erat convictus, id est, attains, in Castello liberari per Ecclesiam S. Petri.*

Attaincta, Attincta, Convictio in actione criminali, aut manifestus cujuslibet criminis reatus: Anglis, *Attaints.* *Serment fait en attaint & en bataille*, apud Littleton. Sect. 294. Monastici m Anglic. tom. 2. p. 187. *Habebat etiam idem Nigellus de concessione dicti Comitis attinctas de 24. in Curia sua Juratas, & multa alia, quæ modò in Curia non permittitur de Haulton.* Vide Bractonum lib. 4. Tract. 5. c. 4. Fletam lib. 2. c. 2. §. 9. lib. 5. c. 22. §. 8. 16. Brittonem c. 97. 98. And. Horn. c. 4. Sect. 19. c. 5. Sect. 1. 77. & Sect. 4. p. 324. & Rastallum.

Duplex autem est *Attincta*, seu convictio: altera ex verisimilitudine, altera per defectum, seu eremodicium, cùm accusatus scilicet judicium fugit. Prior confessione, duello, aut veredicto probatur; altera lite intentata, quandiu reus exulat.

ATTAMINARE, *Adtaminare*, pro *Contaminare.* Gloss. Isid. *Attaminat, inquinat.* Occurrit apud S. Ambrosium non semel. Cassianum Collat. 21. c. 26 S. Augustinum l. 12. de Civit. Dei, Capitolinum, Victorem in Pio, in l. 5. Cod. Theod. de Contrah. empt. in fragmento Tertulliani de Execrandis Gentium diis, &c. At apud eundem S. Augustinum Epist. 59. pro *attingere*, videtur usurpari: qua ferme notione in Glossis Isidori *adtaminare* est *usurpare.* Apud Joannem de Janua: *Attaminari, Adversari.* Ugutioni, *Attaminare, est purgare farinam cum setatis.* Gallis, *Passer par le tamis.* Gloss. Lat. Gr. *Attaminatus*, χερωθεὶς, μεωθείς.

ATTANUBA, *Genus vasis*, Papiæ.

ATTEMERARE, pro *Temerare.* Frodoardus de Pontific. Romanis in Calisto:

— Summi capitis clarissima membra
Attemerare ausos.

ATTASSARE. Vide *Tassare.*

ATTEGIA, Ædicula, ab *adtegendo*, quod est παρακαλύπτειν, inquit Salmasius, ἡ σκηνὴ, καλύβη. Papias: *Attegiæ, Maurorum casulæ dicuntur, quia ad tempus teguntur.* *Attegia Maurorum*, apud Juvenal. Sat. 14. *Dirue Maurorum attegias.* Vetus Inscriptio: *Deo Mercurio attegiam tegulitiam compositam Severinus Satullinus C. F. ex voto posuit L. L. M.* Joan. Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregor. PP. cap. 96. *Ut attegias & fenestras & virum dormitorii tabulas aggressus dirriperet.* Bulla Leonis IX. PP. apud Ughellum in Episc. Portuens. *Pergente recto itinere per solariam, & usque ad attegiam piscatoriam.* Ethelwerdus lib. 4. Hist. Angl. cap. 3. *Pellunt ingenuos passim, ategias figunt in oppido, &c.* ἀτεγίαι, eadem notione apud Leon. in Tact. cap. 5. §. 2. Nostris, *Hutes de soldats.* Rufinus apud Josephum, σκηνοποιεῖσθαι, *attegias componi*, transtulit. Pœnorum vocabulum.

Attigia, in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. apud Ughellum to. 1. p. 119. Adde p. 136.

ATTELATUS *equus*, & *Distelatus*, in Charta Henrici Abbatis Fiscanensis; id est, ad carrum aptatus, & ex carro sublatus: Gallis, *Cheval attellé & destellé.* Vide *Namium.*

ATTENSATICUM, idem quod *Tensamentum.* Jus Vicentin. lib. 1. p. 121. *Nec præsumat alicui forensi præstare aliquid ratione attensatici, sive protectionis, &c.*

ATTERMINARE, Intra terminos & fines alicujus regionis ponere. Epistola Trajectensis Ecclesiæ edita à Tengnagelio: *Qui quartam partem Episcopatus nostri Terwanensi Episcopio Regni Franciæ, auctoritate domini Papæ, atterminare conatus est*, id est, *adscribere.*

ATTERRAMENTUM, Gall. *Atterissment*, in Edicto Henrici II. an. 1554. art. 6. Alluvio in Tabul. Abb. S. Dionysii an. 1294. Matthæus de *Montmorency*, & Joanna ejus uxor, *à molestatione desistunt, quam faciebant Abbati & Conventui S. Dionysii super atteramentis quarundam insularum Sequanæ.*

ATT CA. Vide *Anax.*

ATTICINARI, *Ad ignem titiones advicinare.* Joanni de Janua. *Attiser le feu.*

ATTIFICIUM. Libertates Castellinovi in Biturigib. an. 1258. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. c. 83. *Et quòd existentes in dicta libertate non possint emere vel acquirere à dictis hominibus nostris de tallia vel mortalia, attificia, vel immobilia, quæ ad ipsos homines jure hæreditario devenerunt, vel devenient in futurum: verumtamen liceat eis emere, vel acquirere à prædictis hominibus attificia sive immobilia acquisita.* Ubi *attificiorum* voce videntur intelligi res mobiles, proindeque *artificia*, ni fallor, legendum.

ATTIGUUS, Adjacens, proximus. Anastasius in S. Innocentio: *Possessionem Fundanensem cum adjacentibus attiguis.* Ita in Sixto III. Utitur etiam Apuleius.

ATTILLAMENTUM, Instructio, instructus, apparatus: Italis, *Attillatura.* Fleta lib. 1. cap. 25. §. 9. *Batellus cum onere omni, & attillamento.* Lib. 2. c. 85. de carrectario: *Ejus est scire phalera, attillamenta — carectis appendentia.*

ATTILLIA, Utensilia, instrumentum rusticum, Gall. *Outils.* Charta Edw. I. Regis Angl. apud Guliel. Prynneum in Libertat. Angl. Tom. III. p. 312. *Remaneant — duo equi caracterii cum caretta, & 36. Boves cum 4. carrucis & attilliis.* Passim ibid.

ATTINCTA. Vide *Attaincta.*

ATTINERE. Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5. *In Parœcia S. Pauli, quæ attinet Ecclesiæ S. Andreæ, &c.* id est, quæ proxima est; quomodo *Attenir* usurpamus.

Attinentia, Appendices. Ericus Upsalensis lib. 4. Hist. Suecicæ pag. 134. *Terras & attinentias regni, &c.* Utitur etiam alibi. Thwroczius: *Tandem antedicti trini dextrarii solennes cum armis & operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis, seu attinentiis, &c.*

ATTITULARE, Adscribere. Charta Conradi Episcopi Pataviensis an. 1156. *Ecclesia Richersbergensis*

gensis — licèt jure fundi ad Archiepiscopum Salzburgensem respiciat, tamen ex Ecclesiastico regimine attitulata est Ecclesiæ nostræ, utpote sita in diœcesi Patavienſi : id eſt, pertinet ad Eccleſiam noſtram. Albertus Aquenſis lib. 7. c. 6. *Centum equites cum 200. peditibus Ramæ attitulavit, qui aſſiduè cives Aſſur impugnarent* : id eſt, impoſuit, *mit en garniſon.*

Attitulare, Dedicare, conſecrare. Rupertus in Præfat. ad libros de Divinis officiis : *Multa eorundem operum tuo nomine attitulavi, nonnulla nomine Domini Colonienſis Archiepiſcopi* : id eſt, tibi dedicavi, conſecravi.

Attitulare, Titulum libro apponere, dare. Rufinus de Origene : *Ex his præcipue libris, quos* περὶ ἀρχῶν *attitulavit.* Galli dicunt *Intituler.*

Attitulati dicuntur *Presbyteri Eccleſiarum*, in Charta an. 1220. in Tabular. Drocenſi fol. 44. v. Vide Titulus. Nos *habituez* vulgò appellamus.

ATTOGATIO. Gloſſæ veteres : *Attogatio, Paradiſis* : παραδύσεις emendat Caſaubonus : id eſt, toga, quæ tunicis ſuperinduitur.

ATTORNATUS. Vide *Atturnatus.*

ATTRACTARE, Attrahere, perſuadere, Gall. *Attirer.* Leges Luithprandi Regis Longobard. tit. 94. §. 2. *De illa muliere, quæ ſe turpiter attractare permittit, &c.*

ATTRACTUM. Vide *Adtractum.*

ATTRACTUS idem, qui *Contractus*, mancus, membris captus, Italis *Attratto, rittratto, ſtorpiato, impedito delle membra.* Vita S. Nicetii Epiſcopi Lugdun. n. 8. *Dæmoniacis remedium, attractis vigorem integrum — confert.* Vide *Contractus.*

ATTRACTUS; Facultas, quam habet dominus feudi, retinendi homines alterius dominii, ita ut à propriis dominis repeti non poſſint. Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1172. pro fundatione S. Capellæ Divionenſis, apud Perardum : *Conce[...] — ut videlicet Clerici et deſervientes liberum habeant attractum in villa Divionenſi, eodem modo, quo habeo, id eſt, libertatem retinendi homines, eandem, quam habeo in villa Divionenſi.* Eadem habentur in Chartis Odonis Ducis an. 1201. & 1202. pro Communia Belnenſi. Occurrit præterea in alia ejuſdem Odonis an. 1196. p. 341. & alia Milonis D. Noeriorum an. 1239. p. 245. 272. 275. & 444. Charta Goffredi Comitis Andegavor. de Conſuetudinibus terræ S. Sergii, apud Sammarthanos : *Birbiagium etiam de tota arca atque omnia ovilia illorum dominica per univerſas terras ſuas, excepto attractu extraneorum hominum, de quibus ipſam conſuetudinem habere dinoſcor.*

ATTRACTUS, in Jure Hungarico, Reus, cui lis intenditur; in jus tractus, *Elo idezetetr.*

ATTRONCARE. Libertates MSS. villæ S. Deſiderii in Campania an. 1228. *Si aliquis ſervientium domini — aliquem invenerit in nemoribus ſuis abbatantem, pro forefacto illo equi, boves, & biga, qui ibi inventi fuerint, erunt in voluntate domini. Si verò ita eſſet, quòd ipſum, qui abbatavit in dictis nemoribus, infra leucam bannatam inveniret, ipſum per Scabinos, ſi poſſet, attroncaret; & ſi attroncare poſſet, equus, boves, & biga, qui ibi deprehenſi eſſent, erunt in voluntate domini. Ille verò qui collo portabit, ſi in dictis nemoribus deprehenſus fuerit & attroncatus, ſicut ſuprà diximus, forefactum illum per 60. ſolidos emendabit.*

ATTURNATUS, *Atturnare, Atturnamentum, Attornatus, &c.* Voces forenſes. *Atturnati & Attornati* dicuntur in Jure Anglico & Normannico, Procuratores, qui aliena negotia, ex ſpeciali mandato, in foro agunt, & dominorum ſuorum jura tuentur ac promovent. Breviloq. *Atornati dicuntur Procuratores apud acta conſtituti, in C. un. de Stat. Monach. l. 6. §. Porro.* Vetus Jus municipale Norman. MS. 1. part. diſtinct. 2. cap. 16. *Li Atorné, eſt cil qui pardevant Juſtice eſt atorné pour aucun en Eſchequier, ou en Aſſiſe, où il aet recort, pour pourſuivre & pour deſfendre ſa droiture. Et ſi doit eſtre receu en autre tel eſtat de la querelle, comme celluy en eſt à li atorné. Et quant il li a atorné, li atornez ne doit eſtre de rien oïs, fors de la querelle, dequoy il eſt atorné, &c.* Charta Henrici Regis Norvagiæ apud Walſing. pag. 58. *Conſtituimus & ordinavimus — noſtros veros & legitimos Attornatos & Procuratores.* Ingulfus : *Et prædictas villas in ſuam poſſeſſionem, tanquam atturnatus dictorum ſenum, eorum nomine tituloque recepit.*

Attornare, Procuratorem conſtituere ad rem quampiam. Bracton. lib. 2. *Item videndum eſt, ſi dominus attornare poſſit alicui homagium & ſervitium tenentis ſui contra voluntatem ipſius tenentis, & videtur quòd non.*

Attornamentum, ipſa procuratio. Apud Littletonem ſectio 551. inſcribitur de *Attornement.* Præterea

Attornamentum, ait Spelmannus, eſt tranſitus vaſſalli, ſeu tenentis, ab obſequio domini vendentis, in obſequium ementis, quod fit vel traditione denarii, vel præſtatione fidelitatis, vel nudo ipſo in venditionem aſſenſu. Vide Rattallum.

Prædictis addere lubet quaſdam regulas, & axiomata de *Atturnatis*, quæ habentur in Regeſto primo Joannis de S. Juſto in Camera Computorum Pariſ. in Scacariis Normanniæ : *Attornari non poteſt aliquis, etiam in ſcacariis, ante terminum ſcurrentem aſſignatum, ſicut vidi in ſcacario de Domino de Veteriponte, qui fecit citari Joannem de Bruecourt in ſcacario, & ſtatim voluit facere attornare, quod facere non potuit. Attornatus non potuit facere attornatum. Attornatus non poteſt fieri per litteras niſi volens & conſentiens. Attornatus non poteſt mutari niſi volens & conſentiens. Attornatus non fit ab aliquo niſi poſt cauſam motam, &c.* In Scacario Paſchæ anni 1217. *Judicatum eſt, quòd [...] placitum, & non eſt aturnatus, in miſericordiam [...]*. Areſta an. 1294. in Reg. Parl. B. f. 105. *[...] fuit in iſto Parlamento, quòd in Normannia abſens poſſit inſtitui attornatus.* Attornatus non poteſt fieri ſine brevi Cancellariæ. *Mirror* c. 5. *Abuſion eſt à retenier atorny ſans breve de la Chancerie.* Idem de his, qui Attornati eſſe poſſunt, c. 2. ſect. 11. *Attornés poent eſtre tous ceux aux queux le Roy veuille ſuffrer : ſems ne poent eſtre attorneyes, ne enfans, ne ſerfe, ne nul, qui eſt en garde ou autrement faut de foy, ne nul criminous, ne nul eſſoigne, ne nul que n'eſt à la foy de Roy, ne nul que ne poet eſtre counter, &c.* Adde Radulf. de Hengham in Magna c. 7. de *Attornatis faciendis.*

Atturnatus Regis, Regius Procurator vel Advocatus.

Horum vocabulorum etymon à Gallico, *Tourner*, accerſunt plerique, id eſt, vertere, commutare, rem unam in vicem alterius dare. Alii *Atturnatos* dictos cenſent, quaſi *ad Turnum*, id eſt, ad vicem alterius conſtitutos : ego verò potiùs cenſuerim à *Turnis Vicecomitum*, id eſt, placitis & aſſiſis vocem effictam, quia *ad turnum* ſeu ad placitum citabantur rei, & in jus vocabantur.

ATZEMBLARIUS. Vide *Azemularius.*

AVAGANT. Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 101. *Mariti uxores ſuas reptare poſſunt de adulterio, etiam per ſuſpitionem : & illæ debent ſe expiare inde per illorum avagant per ſacramentum, & per batayam, ſi ibi fuerint manifeſta indicia, vel competentia ſigna.* Ubi fortè per *Avagant*, Advocati, ſive Campiones intelliguntur, per quos duellum iniri ſtatuitur.

AVALARE, in mari, aut fluvio, deorſum navigare, vel è montibus aut collibus deſcendere. *Aval* enim noſtris eſt locus inferior, depreſſus. Charta Philippi Aug. Reg. Francor. an. 1207. apud Ducheſn. in Normannicis pag. 1063. *Nullus mercator cum mercatura*

 ſua

ſua poterit transire Rotomagum per Sequanam aſcendendo, vel avalando. Et infrà : *Naves quoque — poterunt aſcendere & avallare per aquam Sequanæ.* Areſta an. 1293. in Regeſt. Parlam. B. fol. 100 *Quòd quicunque mercatores undecunque ſint, cum mercibus ſuis aſcendendo & avalando poſſint tranſire pontem Rotomagi, &c.* Charta Philippi Reg. Franc. an. 1219. in Tabul S. Genofevæ Pariſ. *Tres partes illius redditus, quem pater eorum habuit in avalagio Sequanæ verſus S. Dionyſium, &c.* Hiſtoria Bellorum ſacrorum MS. *Et tant atendirent, kil virent ke Sarazins avaloient les montagnes d'autre part.* Froiſſart. 3. vol. c. 102. *Ils paſſerent outre le plus toſt qu'ils peurent, & s'avalerent devers Brabant.* Cantipratanus lib. 1. c. 11. *Deſcenſus notularum in ipſo cantu, quos Galli* Avallées *dicimus.* Ita *avallare* uſurpant Itali. Dantes in Purgat. cant. 8.

Or avalliamo hormai
Tra le grandi ombre.

Avaliſon. In Computis Domanii Comitatus Pontivi an. 1369. 1409. &c. mentio fit *des avaliſons du Vivier de Haut lés Rue, &c. de l'avaliſon du noc volant dudit Vivier*, id eſt, de evacuationibus aquarum vivarii.

AVALTERRÆ. Matth. Paris an. 1249. p. 516. *Hic quoque Comes Hugo navem mirabilem paraverat in Regno Scotiæ, — in qua transfretari cum Boloniensibus & Flandrenſibus, & cùm illis qui vulgariter de Avalterris dicuntur, poſſet audacter.* Additamenta ad eund. Paris p. 146. *Orta eſt contentio lamentabilis inter Flandrenſes, qui dicuntur de Avalterre, & Francos illis partibus contermінos.* Ubi indubiè *Avalterræ*, ſunt eæ provinciæ, quas continet Germania inferior, *le Bays-Bas* etiamnum dicta : *aval* enim idem valet quod inferior, quaſi *ad vallem*, vel *in valle*. Ut porrò Germaniæ inferioris Metropolis fuit olim *Colonia Agrippina*, ut eſt in Libello provinciarum civitatumque Galliæ, & ab Amminiano Marcellino lib. 15. *ſecundæ Germaniæ*, id eſt, inferioris, *urbs magni nominis*, appellatur; ita poſterioribus ſæculis, quæ ei adjacent provinciæ, *pagus inferior* dictæ ſunt, *Terre d'aval* vel *Avalterre*, quod idem ſonat, populique ipſi *Avalenſes*, ſeu *Avalous* nuncupati. *Le Roman. de Garin MS.*

Normant, Breton vindrent voirement,
Et Avalou, Flamenc, & Loherant.

Alibi :

Et Avalois, & cil d'outre le Rin,
Et Brebançons qui ſont Chevalliers fin.

Philippus *Mouskes* MS. in Philippo Auguſto :

Li Avalous crient Coulogne.

Chronicon Flandriæ c. 10. *Le Roy d'Angleterre eſtoit ſi riche homme, qu'il avoit tous les Avalois & les Bouchiers avec luy par ſon grant avoir : & par cecy endommageoit moult le Royaume de France.* *Le Reclus de Moliens en ſon* Miſerere *MS.*

Ainſi ſont tout Eſtrelinois,
Et li Eſcot & li Danois,
Thyois, Braibant, & Avalois,
Tiennent de Eſtrelins les Lois.

Guillelmus *Guiart* MS. an. 1297.

Où le Roy Edoüart trouverent,
Qui lors ot les Avalois,
Bien ſoiſſante mil Galois.

AVANTAGIUM, Facilitas, opportunitas : ex Gallico, *Avantage.* Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 5. *Prædictæ verò ſpecies falconum generaliter nidificant in rupibus altis & in locis prædictis, ut aves, quas capere volunt pro paſtu ſuo & pullorum ſuorum, quas & per violentiam longi volatus, quem habent, acquirunt, faciliùs videant, & avantagium habeant capiendi eas, &c.*

AUBANI, *Aubena.* Vide *Albanus.*

AUBERGOTUM. Vide *Halbergum.*

AUCA, *Anſer*, Occitanis *Auc, Auco, Auqueto*; Italis, *Occa*, noſtris, *Oye.* Gloſſ. Sax. Ælfrici : *Auca* : Ʒos. Gloſſ. Arabico-Lat. *Auca, Anſer* Ita etiam Ugutio. Gloſſ. Græco-Lat. χλὼ, *Auca*, *Anſer.* Ex χλὼ verò formatum *Auca*, vel *Oca*, quidam putant. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de pullis & ovis, vel anſeribus, id eſt, aucis, &c.* Adde cap. 18. Lex Alaman. tit. 99. §. 20. *Accipiter, qui aucam mordet.* Marculfus lib. 1. for. 11. *Aucas tantas, faſianos tantos, &c.* Willelm. Malmesb. lib 5. Hiſt. pag. 159. *Cauſam ferunt morbi augmentati, quòd ea die allium cum auca præſumpſerit.* Infrà : *Similes pennis aucarum.*

Aucam, pro ave femina uſurpat Speculum Saxon. lib. 3. art. 51. §. 1. *Auca ova ponens & gallina tribus nummis perſolventur.* Burchard. lib. 19. *Pullos aucarum, pavonum, pullos gallinarum.* Occurrit præterea apud Bedam in Vita S. Cuthberti Epiſcopi n. 54. apud Felicem Gyrvenſem in Vita S. Guthlaci n. 25. Edit. Boland. Leonem Oſtienſem lib. 1. cap. 30. Ignotum Caſinenſem c. 12. Silveſtrum Giraldum in Topograph. Hiberniæ diſt. 1. c. 11. 18. in Traditionib. Fuldenſib. lib. 2. trad. 236. in Legibus Burgorum Scoticor. c. 50. in Regula S. Gilberti de Sempringham pag. 768. in Vitis Abbat. S. Albani p. 84. in Chronico Andrenſi p. 628.

Aucarius, in Gloſſario Ælfrici, Ʒoshafoc, id eſt, accipiter, Falco, nempe is, qui *aucas* venatur. Noſtri *Aucarios*, ſeu *Oyers*, vocabant, quos hodie *Cuiſiniers*, vel *Traiteurs*, ut conſtat ex Statutis MSS. Artificum Pariſienſium tom. 1. fol. 190.

Aucipaſta, Auca domi paſta. *Paſtas* enim generatim vocabant aves domeſticas, ſeu quæ domi paſcebantur. Gloſſæ Iſidori : *Altilis, Paſta, ab alendo.* Vetus Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. 5. *Altilis & Favi : Paſta vel apruna.* *Volantia nutrita*, apud Cælium Aurelianum Siccenſem lib. 4. Tardarum paſſionum c. 3. *Anſer altilis*, in Fragmento Petroniano de Cœna Trimalcionis. Capitulare de Villis c. 28. *Ut aucas paſtas & pullos paſtos ad opus noſtrum — ſufficienter habeant.* Charta Caroli Calvi an. 862. pro Monaſterio S. Dionyſii apud Doubletum : *Una cum cenſu, qui in volatilibus de molendinis & cambis debet exire, cum pulpaſtis & aupaſtis*, (aucipaſtis) *ſicut à longo tempore mos fuit.* Chronicon Fontanellenſe c. 16. *Ad Nativitatem Domini aucipaſtas 4. pullipaſtas 12. pullos 9. &c.* Occurrit ibi pluries. Vide *Pullipaſta.*

Auga, non ſemel in Tabulario S. Remigii Remenſis. Vide in *Augtiones.*

Oga, in Vita S. Winwaloei Abbat. n. 6. *Anſer*, in alia Vita ejusdem Sancti dicitur n 13.

Occa. Joan. de Janua : *Anſer eſt quædam avis, quæ dicitur occa.*

Ocha. Notitia S. Albini Andegavenſ. apud Gallandum lib. de Franco alodio pag. 296. *Friſingam, porcellos, & ochas, & gallinas, & ova, &c.*

Auca, interdum pro qualibet avi ſumitur. Gloſſ. Lat. Gr. *Auca*, πτηνόν.

Aucellus, perinde quælibet avis dicitur in eodem Gloſſ. Lat. Græc. *Aucellus*, ςρουθίον. Nam rectè obſervant viri docti ςρουθία appellare Græcos Scriptores πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων, quasvis aviculas : quomodo Itali quamlibet avem *uccello* vocant, & *uccellare*, pro *aucupari* uſurpant, quaſi hoc eſſet *aucas capere.* Neque aliunde petendum vocis noſtratis *Oyſeau* etymon conſtat. Lex Salica tit. 7. §. 7. *Si quis aucellum de trappa furaverit.* Ita quidam Codic. MSS. uti monet Lindenbrogius, ubi Editi præferunt : *Si quis turturem, &c.*

Aucellatores iidem, qui *Accipitrarii*, in Capitulari de Villis c. 42.

Aucellatio, Aucupium, Gall. *Oiſellerie.* Concilium Pariſienſe an. 1312. part. 4. cap. 4. *Prohibemus etiam ne*

venatione silvatica, sive aucupio, vel aucellatione in propriis personis utantur.

Aucella. Gloss. Lat. MS. Regium sign. 1013. & Isidori: *Aucella, ortigometra*, matrix coturnicum. Apuleius lib. 9. Metamorph. *O bona aucella, & satis fœcunda, quæ multo jam tempore quotidianis nos pastibus saginasti.* Apicius lib. 5. cap. 3. *Esitia minuta facies quadrata, & coques simul turdos, vel aucellas, vel de pullo conciso, &c.* Infrà: *Pisum coques & cerebella, vel aucellos, vel turdos à pectore exossatos, &c.* Adde lib. 4. cap. 5. lib. 8. cap. 7. Perperam Humelbergius *avicellas* reponit.

Porrò nostri non modò suum *Oye*, inde hauserunt pro ansere; sed & olim *Oë* dicebant. *Le Roman de Garin:*

Grües & Gentes, & Oes, & Poucins.

Atque inde nomen manlit plateæ Parisiis, quam vulgò *la ruë aux Ours* dicunt, pro *la ruë aux Oues*, uti appellari in veteri Charta S. Martini de Campis observatum à Duschesnio in Adversariis MSS.

AUCARIUS, in Legibus Hungaricis, Perjurus, Hungaris *Ludas*.

AUCONES, *Incantatores, vel vicini*, in Glossis Isidori, ubi legendum *divini*. *Aucones* enim intelligit, qui per *aucarum* seu avium volatum *divinant*, & ariolantur.

AUCTARE, *Constringere*, in Glossis Isid. ubi videtur leg. *anctare*, ab *angere*.

AUCTENTUM. Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 34. apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. ubi de visione quadam lecti, sericis ornamentis amicti: *Sursum vero in capite (lecti) erat aureis litteris scriptum: Munus hoc auctentum filia sponsatur. Cujus visionis ordinem cum aliquibus narrando exponeret: Vide, inquiunt illi, quia Christo secundante, Martyr eris futurus.* Surius habet hoc loco: *Munus hoc donat tibi filia Regis.*

AUCTIONARII. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Auctio, publica venditio. Auctionarius, qui emit.* Gloss. Isid. *Auctionarius, qui pluris emit.* Ugutio & Joannes de Janua: *Auctionarius, mercator, qui res suas auget, & propriè dicitur ille, qui hic vel illic res parvas & veteres, & tritas & ruptas emit, ut posteà carius vendat.* Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Auctionarius, Regratiers.* Gloss. Græc. Lat. πρατὴς, *venditor, auctor.* Britannicus ad Sat. 7. Juvenalis observat, *auctionem* dici *ipsam venditionem, quæ publicè fit, ab augendo*, quòd rerum pretia augeantur ab emptoribus, seu venditoribus. *Auctionarii publici.* Gregorius Magn. lib. 1. Epist. 42. *Priusquam labores suos vænundare valeant, compelluntur tributa persolvere, quæ dum de suo unde dare non habent, ab Auctionariis publicis mutuò accipiunt, & gravia commoda pro eodem beneficio accipiunt.* Charta Ludovici Pii Imperat. in Tabulario Monast. S. Mauri Fossat. pag. 8. inscribitur, *omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Auctionariis, vel omnibus rem publicam administrantibus.*

AUCTIONATOR, in Gloss. Lat. MS. Regio: *Qui auctionem facit.* S. Hilarius Arelat. in Orat. de S. Honorato: *Diripitur itaque vario misericordiarum opere vexata, adhuc tamen larga substantia, & æqualiter ad patrimonium propinquus atque extraneus auctionator admittitur.*

AUCTOR, apud Latinos Scriptores & JC. dicitur dominus rei, vel venditor, qui rem vendit, dominumque illius habere se profitetur, probatque. Unde apud Ciceronem *malus auctor* audiebat, qui *auctoritatem*, quam in re habere se contendebat, probare non poterat. Et *auctoritatem defugere* dicebatur is, qui nolebat se auctorem profiteri, ut contrà, qui auctorem se promiserat, auctoritati obnoxius erat. Denique *auctorem suum laudare* dicebatur emptor, qui nominabat dominum suum, à quo emisset, si res empta in eo esset, ut evinceretur. Hæc præmittenda fuerunt, ut eandem vim ac notionem habuisse id vocabuli posterioribus ac infimis sæculis tandem constaret. Marculfus lib. 1. form. 36. *Si aliquis per quodlibet ingenium eum inquietare voluerit, licentiam haberet in vice auctorum suorum ipse vel advocatus suus eorum causas adsumere.* Charta Austindi Burdegalensis Archiepiscopi apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 7. *Post hæc Bernardus Comes, ut solet fieri in talibus, & ut mos regionis illius, illius fundi empti auctorem à me expetere cœpit, quem præstò habens sibi obtuli, qui nihil habens quod diceret, tacuit.* Charta Gaufredi Comitis Ruscinonensis an. 1167. *Si aliquis homo sive sit Miles, sive rusticus — prædictam aquam tibi vellet auferre, — nos promittimus per stipulationem, quòd erimus auctores tui atque fideles adjutores, &c.* Ita accipitur in Edicto Theoderici Regis cap. 12. in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 2. §. 1. in Lege Ripuar. tit. 57. §. 2. 6. 7. tit. 65. §. 2. in Capit. Caroli Mag. lib. 3. cap. 43. in Charta Theoderici Regis apud Doubletum in Hist. Sandionysiana pag. 687. in Leg. Rotharis Regis Longob. tit. 93. §. 2. &c.

Autores dicti præterea qui vel generis, vel opum, & honorum parentes aliis fuere. Vid. Sirmond. ad Sidon. in Paneg. Majoriani V. 354.

Secundus auctor, Fidejussor, sponsor, βεβαιωτὴς, in Gloss. Græc. Lat. Alibi: πρωτοπράτωρ, *secundus auctor*, quia nimirum ipse qui vendit, primus auctor est, fidejussor verò *secundus auctor*, qui suo periculo affirmat, illum bonum esse auctorem: nam *Auctor* propriè est venditor. Vide leg. 4. D. de Eviction. & Casaubonum ad Theophrasti Characteres p. 252. & ad Hist. Aug. p. 286.

Auctor Dominicus, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 17. *Auctor Ecclesiarum*, in form. 16. Sed iis locis legendum *actor*.

Auctores, Magistri, Professores, in leg. un. C. de Studiis liber. urbis Romæ.

AUCTORALITER, *peritè*. Hartmannus in Vita S. Vviboradæ: *Decantare cœpit tam efficaciter & auctoraliter, ut non in ordine Versuum, vel in proprietate sermonum, — Sacerdote inferior videretur.* Ubi Hepidannus *Autoraliter* habet.

AUCTORARE, Se in servum accepto pretio dare, vel se ad ludum gladiatorium pretio addicere. Gloss. Lat. Gr. *Auctoratus*, αὐθαίρετος εἰς δοῦλον ἑαυτὸν δοὺς, καὶ μονόμαχος. Posteriori significatione usurpatur hæc vox in leg. 2. Cod. Th. de Gladiat.

AUCTORITAS, Diploma Regis, Imperatoris, summi Pontificis. Gloss. Lat. Græc. *Auctoritas*, αὐθεντία, ἀξιοπιστία, βεβαίωσις, πρόσταγμα. Hinc frequens illa in Chartis Regiis formula: *Et ut hæc auctoritas perpetuum obtineat vigorem, manu propria firmavimus, &c.* apud Marculf. lib. 1. form. 3. 4. Beslium in Comit. Pict. pag. 165. 172. in Regib. Aquitan. p. 18. & alios passim. Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 41. *Quod cùm Childeberto Regi nunciatum esset, statim directa auctoritate, præcepit Macconi Comiti, ut hæc reprimere omni contentione deberet.* Adde cap. 30. & 44. ejusdem lib. Chronic. Fontanellense c. 1. *Clodoveum adiit, uti — patris sui confirmaret auctoritatem.* Et mox: *Edita est jussu ejusdem Regis — auctoritas confirmationis.* Hugo de S. Victore lib. 2. de Claustro animæ, de Monacho Curiali & Causidico: *Oneratur chartulis, auctoritatibus fultus* (Roma) *revertitur, ponit diem causæ, personas inducit, &c.* Ferrandus Diac. in Breviario Canon. c. 68. *Ut Episcopus, qui secunda vel tertia auctoritate conventus fuerit, & venire contempserit, &c.* Anastasius in S. Liberio: *Tunc missa auctoritate per Catulinum Agentem in rebus,*

rebus, simul Ursatius & Valens venerunt ad Liberium in S. Bonifacio: *Ambo Augusti missa auctoritate hoc praeceperunt.* In S. Hormisda: *Sumpsit itaque Imperator Justinus, & direxit auctoritatem suam ad Papam Hormisdam.* Et mox: *Hic Papa Hormisda perrexit ad Regem Theodoricum Ravennam & cum ejus consilio misit auctoritatem ad Justinum Imp.* Patriarchium Bituricense c.30. *Ostendit ei falsam auctoritatem, seu praeceptionem.* Adde Constitut. Chlotarii Regis an. 560. c. 5. 7. 9. Synod Valentinam an 589. c. 3. Capit. Carol. Mag. lib. 1. c. 88 Flodoardum lib 2 Hist. Rem. cap. 4. Bedam lib. 2. Hist c. 40. Capitul. Caroli Calvi p. 97. 146. 397. Vitam S. Bonifi Episc. Claromont. c. 2. n. 5. Concil. Palæst. sub Victore I. PP. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 37. 76. Vitam seu Obitum S. Abbatis Nancti apud Bivarium ad Chron. Maximi, Paulum Diacon. Emerit. in Vita S. Masonæ Episc. Emerit. cap. 15. apud eundem Bivarium, Sammarthanos in Archiepisc. Aquens. n. 22. &c. Porrò *auctoritates* Principum rescripta in Codice Theodosiano appellari etiam constat, l. un. de Centurion. leg. 31. de Petitionib. leg. 3. de Re militari; sed & titulo ejusdem Cod. *de diversis rescriptis*, additum à Gothis: *Item de auctoritatibus*, uti præfert Editio Tiliana, quidam censent. Interdum etiam pro Edicto Judicis hanc vocem usurpatam, evincit lex un. Cod. Si certum petatur de chirogr. Constitutio Chlotarii II. in Concilio Parisiensi V. an. 615. §. 24. *auctoritas vel edictum* appellatur.

Auctoritas, in veteribus aliquot Inscriptionibus apud Gruter. 355. 1. 387. 3. reperitur, ubi Scaliger *Senatus consultum nondum receptum* interpretatur.

Auctoritas, Titulus honorarius summis Pontificibus tributus, ab Hincmaro Remensi apud Flodoardum lib. 3. c. 12.

Auctoritativè, ut *potestativè* in Concilio Meldensi an. 845. cap. 58. Glossæ MSS. in Prudentium ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 561. *Dicunt carere animas nocte Dominica pœnis, hoc est, non auctoritative.*

AUCTORIZARE, Joanni de Janua, est *affirmare*, seu potiùs confirmare. Sigebertus Gemblac. in Vita S. Sigeberti Regis Austras. cap. 3. *Hoc totum edicto regali & procerum attestatione auctorizavit.*

Auctorizare, dicebantur domini, aut venditoris liberi, vel uxores, qui vel quæ venditiones & distractiones ab iis factas approbabant, iisque consensum suum præstabant. Interdum verò, quo rata esset & firmior venditio, emptores, ultra constitutum venditori pretium, liberis aut uxori venditoris certam etiam summam persolvebant, veluti indemnitatis gratiâ. Tabularium Vindocinense Thuani charta 175. *Auctorizaverunt etiam hoc capitales domini ejusdem terræ, scilicet Fulco Comes Vindocinensis, Andreas Barba, qui habuit inde 5. solidos, Lebertus, qui habuit inde 8. solid de istorum auctoramentis testes fuere, &c.* Idem Tabularium an. 1078. *Post Natale Domini comparaverunt unum arpentum vineæ de Gaufredo, favente Radulfo Presbytero filio suo, de pueris autem, qui necdum valebant loqui, permisit, quòd eos auctorizare faceret, cùm venirent ad ætatem loquendi.*

Auctoramentum, αὐθεντικὸν, in Glossis, consensus Domini, vel uxoris, aut liberorum in venditionibus. Ibidem, Charta 283. quæ est Burchardi III. Comitis Vindocinensis an. 1075. *Quas* (nundinas) *Guido Comes ejus prædecessor auctorizaverat. Radulfus quoque Vicecomes, ad quem maximè hæc licentia pertinebat, acceptis 60. sol. perpetuò eas fieri & haberi concessit, qua de re propria manu posuit jamdictus Comes auctoramentum super altare.* Charta 290. *Data Agneti uxori uncia auri pro auctoramento.* Charta 324. *Uxor ejus Helvisa habuit 4. sol. pro auctoramento, eò quòd terra eadem de ipsiusmet videretur esse patrimonio, an. 1079.* Vide in voce *Casamentum.*

AUCTORIZABILIS, Receptus. Chronicon Mauriniacense lib. 3. *Electionem, quam irritam, atque inanem esse per litteras innotuimus, vobis quasi auctorizabilem præsentatis?*

AUCTORIUM, Joanni de Janua: *Illud quod additur rei mensuratæ, cùm venditur: est etiam cibus, qui mensæ vacuatæ superadditur.* Ita etiam Breviloq. ubi legendum *auctarium*. Plautus *auctarium* adjicere dixit.

AUDACITER, *audacter*. Glossæ MSS. ad Canones Concilior. *Audacter, Audaciter.* Velius Longus: *Audacter Latinum est; sed Audaciter melius, &c.* Contrà Quintilianus lib. 1. c. 10. *Inhærent tamen quidam molestissima diligentiæ perversitate, ut audaciter potiùs dicant, quàm audacter, licet omnes Oratores aliud sequantur.* Augustinus in Grammatica: *Quæ in is desinunt, in ter syllabam mittunt adverbia, ut agilis, nobilis, audaci, difficilis; agiliter, nobiliter, audaciter, difficiliter.* Occurrit in Codice Epistolar. S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. Epist. 97. Utuntur etiam aliqui e Latinis.

AUDIENTES, dicti Scriptoribus Latinis Ecclesiasticis, qui Græci κατηχούμενοι, vel, quòd antequam ad Baptismum admitterentur, fidei Christianæ erudirentur mysteriis: vel, quòd priusquam sacra fieret Liturgia, *Scripturas audirent*, ut est in Canone 21. Concilii Nicæni Arabici ἀκροώμενοι, in Concilio Nicæno can. 11. ὡρισμένος τῆς ἀκροάσεως χρόνος, cap. 12. Theodulfus Aurelianensis de Baptismo cap. 2. *Catecuminus, Audiens, sive Instructus interpretatur.* S. Cyprianus Epist. 13. *Audientibus, etiam si qui fuerint periculo præventi, & in exitu constituti, vigilantia vestra non desit.* Epist. 14. *Optatum inter Lectores Doctorem Audientium constituimus.* Tertullianus de Pœnitentia: *Audientes optare intinctionem, non præsumere oportet.* Anonymus de baptismo hæretic. à Rigaltio editus: *Licet negator ille antea vel hæreticus fuerit, vel Audiens, vel audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, &c.* Collatio Carthaginensis, cum Donatistis cap. 197. *Ipse est Episcopus, qui rebaptizatus est, & factus est Audiens.* Concilium Wormaciense sub Hadriano II. PP. cap 27. *Post expletum verò quinquennii tempus, ingrediatur Ecclesiam; sed inter Audientes tantummodo sit, vel, dum facultas conceditur, sedeat.* Ita etiam vocem κατηχούμενοι, per *Audientes* reddunt Isidorus Mercator & Dionysius Exiguus in Concilio Laodiceno c. 4. 5 8. Adde c. 30. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 69. 71. Addit. 3. c. 69. Concil. Triburiense an. 895. can. 5. Capitula Theodori c. 37 &c.

Audientes. Capitulare 4. an 805. c. 3. *De Justitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, ut in publicis judiciis non dispiciantur audientes, sed diligenter audiantur.*

AUDIENTIA, Judicium. S. Hilarius in fragm. p. 6. *Quia quantò nos impensiore cura audientiam quæreremus, tantò illi pertinaciore studio audientiæ contrairent.* Sulpitius Severus lib. 2. Hist. *Episcopis audientiam reservare.* Lex Wisigoth. lib. 2. §. 2. *Audientia non tumultu aut clamore turbetur; sed in parte positis, qui causas non habent, illi soli judicium ingrediantur, quos constat interesse debere.* Lex Burgund. tit 19. §. 1. *Qui ante audientiam cujuscunque pignora abstulerit.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. *Si quis Episcopus res, quæ ab alia Ecclesia possidentur, quocunque ingenio, aut callida cupiditate pervaserit, aut sine audientia præsumpserit usurpare.* Gregorius Turon. lib. 10. cap. 19. *Increpitus cur hominem absque audientia ab urbe rapi, & in custodiam retrudi præcepisset.* Ratherius Veronensis Epist. 3. *Cepit me, retrusit in custodiam — ita hæc egit, & sine audientia.* Vide Concil. Remense an 630. c. 16. Cabilonense c. 6. Conventum apud Andelaum an. 587. Edictum Chlotarii II. in Concilio Parisiensi V, can. 3. &c. Passim in Codice Just. & Theodos.

Audien-

Audientiam alicujus appellare, ad judicium provocare, apud Petr. Cellens. lib. 1. Epist. 16. *Audientiam Principis appellare*, in Legib. Wisig. lib. 2. tit. 1. §. 23. Vide IC.

Audientiam tenere. Capitulare de Villis cap. 56. *Ut unusquisque Judex in eorum ministerio frequentiùs audientias teneat, & justitiam faciat.*

Audientia, Controversia, lis. Charta an. 1021. apud Diagum lib. 2. de Comit. Barcinonens. c. 31. *Anno Dominicæ trabeationis post millesimum vigesimo primo, orta est audientia in conspectu Domini Berengarii Marchionis Comitis, &c.* Alia an. 1024. ex Tabulario Urgellensi apud Cl. V. Stephan. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 145. *Justè debent reverti omnes res, quas Episcopus requirit, unde modò audientia est, in jus atque dominium Orgellitanæ Ecclesiæ, &c.* Infra: *Et cum decimis & primitiis de Castellono suprascripto, unde audientia nuper à me acta est.*

Audientialis charta, qua quis ad Principis judicium vocatur, citatur, apud Marculfum lib. 1. form. 28.

Audientiale opus, in Concilio Meldensi can. 77.

Audientia, pro Auditu. Prudentius lib. Peristeph.

Surdis fruendam reddere audientiam.

Audientia, Tributum, vel tributi species. Charta Petri Episcopi Salernitani, apud Ughellam tom. 1. pag. 501. *Et si nos aut nostris successoribus quamcunque conditionem, aut audientiam, aut quemcunque censum vel servitium imponere voluerimus, &c.* Idem Tabular. an. 1238. *Quittamus eisdem hospitibus — duos denarios de audientiis, quos in festo B. Mauri nobis debebant.* Alia anni 1208. in Tabulario Fossatensi fol. 23. *Telonium, foragium, toragium, audientias, haias, saccum, vannum, &c.* Alia Petri Episcopi Parisiensis an. 1212. ibid fol. 30. *Super pastu & audientiis, &c.* Alia fol. 111. *Duos denarios de audientiis, quos in festo S. Mauri nobis debebant, &c.* Rursum: *Audientiæ de Varennis ibidem recipiendæ in festo B. Andreæ Apostoli 26. sol. 6. den. & recipiuntur istæ audienciæ ratione domorum ibi existentium, videlicet pro qualibet domo 4. den. Paris. &c.* Id porrò nominis præsertim apud Aurelianenses obtinuit. Charta Ludov. VII. Reg. Franc. an. 1178. pro Aurelianensibus, in Regesto Philippi Aug. f. 72. & apud Franc. *le Maire* in Hist. Aurelianensi pag. 323. *Nullus homo societatem habens cum homine de audientiis totam reddat consuetudinem; sed eam tantùm partem, quæ ipsum contigerit.* Ubi *Audientia* redditur à prædicto Scriptore *Oüance*, qui addit id vocabuli bannitiones & proclamationes denotare, quæ fiebant pro *jure consuetudinum* seu pensitationum, in *Hallis* publicis, ubi ministri audientiales, quos *Sergeans Audienciers* appellabant, quoslibet banno publico invitabant ad solutionem ejusmodi præstationum, quod in hunc modum concipiebatur:

Entre vous Bourgeois Marchans,
Qui voulez jouir des Ouances,
Venez suivant les Ordonnances
Par le droit des Oüances. Aux Halles.

Quo in *Hallarum* loco iis, qui ejusmodi *consuetudines* seu præstationes quotannis exsolvebant, à Domanii Exactore vel Receptore dabatur carnis porcinæ fragmentum: erat autem jus audientiarum unius trezeni. Occurrit etiam vox *Oyance*, in Charta an. 1286. in Tabulario Abbatiæ S. Dionysii: *Vente d'heritages chargez entre autres choses d'une geline, 4. deniers d'oyance, une maille de Hayes à Noël.* Charta alia an. 1295. ibid. *Vent, par Marguerite la Guianne de Champigny aux Religieux, d'une mazure chargée de diverses præstations, d'une corvée aux fenaisons aux Seigneurs de Champigny, & en 2. deniers d'oyances, paiable chacun à la Saint-Denys.*

Ex prædictis vocabuli vis non omnino percipitur: nec scio, an *audientiæ* voce olim intellectæ sint præstationes illæ, quæ ab iis, qui ad placita convenire tenebantur, fiebant, quas *Eulogiarum* nomenclatura donat Polypticus Floriacensis: *Sibi sunt Caraticarii, debent Kalend. Octob. den. 4. & unam diem in banno, & ad 3. audientias venire cum suis Eulogiis.*

Jam verò Ministri isti Audientiales, *Absculatores* videntur appellari in Charta Philippi Aug. an. 1287. pro iisdem Aurelianensibus in ejus Regesto Heroulvalliano fol. 103. *Idem tenendum esse præcipimus, ut Præpositus noster per aliquem de Servientibus suis de domo & mensa sua, qui Bedelli & Absculatores appellantur, circa burgensem aliquem nihil omnino disrationare possint.*

AUDIRE, Judicare. Appendix Codicis Theodos. à Sirmondo edita Constit. 18. *Episcopale judicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus adquieverint. Cum enim possint privati inter consentientes, etiam judice nesciente, audire, his licere id patimur, quos necessario veneramur.* Ita IC. passim. Vide Senator. l. 1. form. 37.

Audire, pro *velle*. Capitula Ludovici Pii an. 824. cap. 9. apud Holstenium, de testibus: *Quòd si dissenserint, & quædam pars testium uni præbuerit testimonium, & alia alteri: tunc interrogatur si audierit per pugnam illorum testimonium approbare.* Phrasis Gallica: *S'il entendoit prouver son temoignage par le duel.*

AUDITORIALIS *Scholasticus*, Patronus, Advocatus, qui in *Auditoriis*, seu judiciis publicis pro clientibus perorat: qui *Scolasticus Forensis* in Concilio Sardicensi, *Scolasticus Jurisperitus*, Augustino Tract. 7. & Joann. Marius Mercator in Commonitorio: *Huic Pelagio adhæsit Cælestius, nobilis natu quidem, & illius temporis Auditorialis Scholasticus.*

AUDITOR, Judex: *audire* enim judex, Præfectus urbi, Præses dicitur, qui cognoscit, judicat, in l. 6. D. de Dote leg. l. 12. D. de Instrum. *Auditor vice sacra*, l. 3. C. Ubi Senat.

Auditores, Inquisitores, qui de rebus controversis à judicibus delegabantur ad earum veritatem detegendam, adhibitis, *audituque* testibus, (unde *Auditores* dicti, & de iis ad ipsos judices, quorum judiciis intererant, referebant. Vetus Placitum apud Ughellum in Comensibus Episcopis p. 278. *Cùm in judicio resideret Adalgerius Missus & Cancellarius D. Regis Henrici — & cum eo judices Papienses, Joannes, &c. Judices sacri Palatii, Adam, Andreas, — & reliqui plures Auditores, &c.* Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 61. *Faciens illum semper consistere in præsentia sua, & in judiciis suis tam publicis quàm privatis Auditorem in primis, & mox judicem insistere.* Petrus Diaconus lib. 4. Chr. Casin. cap. 66. *Logothetam, Exceptorem & Auditorem Imperii illum constituit.* V. cap. 109. Historia Archiepiscoporum Bremens. an. 1114. *Præpositus & Palatinus constiterunt ad negotii ventilationem: auditores aderant Thietmarus Verdensis Episcopus, Albertus Marchio, Comes Hermannus.* In veteri Regesto Parlamenti Paris. an. 1301. *Die Jovis post Lætare Hierusalem, Magister Clemens reddidit in Curia processum inchoatum per ipsum inter Comitem Claromontensem & Monachos de Jardo. Ego P. Bituris tradidi eum in tribus peciis Cantori Aurelian. & Mag. Andreæ, Potheron datis Auditoribus ad perficiendum dictum processum. Auditores à Latere Regis destinati*, in Fleta lib. 2. c. 2. §. 4.

Auditores denique appellati, qui postmodum *Notarii Auditeurs*, in Consuetudinibus municipalibus Ambianensi antiqua art. 65. Pontivensi art. 69. S. Pauli art. 42. Claromontensi art. 198. urbis

Insulensis art. 64. 95. Ubi venditionum aut alienationum contractus fieri debere coram *Auditoribus*, vel judicibus statuitur. At in Claromontensi, loco citato, *Notarii* videntur appellari, qui scilicet contrahentium voluntates audiunt, easque scriptis mandant. Vide Roverium in Hist. Reomaensis Monasterii p. 599.

Auditor, qui instrumenti confectioni, aut chartæ lectioni testis adest. Charta Almodis Comitissæ Marchiæ, in Tabulario Hospital. Montismorilionis in Pictonibus: *Hoc donum concesserunt filii ejus—auditores hujus concessionis sunt Petrus, &c.* Charta Theobaldi Chabot eodem Tabul. *Quando Comitissa & Boso hoc concesserunt, audivit Aubertus de Choec; & quando concessit Adelbertus Comes, audivit Willelmus Bernart.* Alia apud Hier. Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 791. *Testes sunt hujus rei visores & auditores, &c.* Alia apud Doubletum pag. 492. *Hoc viderunt & audierunt isti, &c.*

Auditor Romani Imperii, apud Petrum Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 68.

Auditor in Curia Papæ vocatur, qui vice judicis alicujus causam vel causas audit. Breviloq.

Auditor Cameræ Papæ, qui audit negotia super thesauro Papæ, & super his, quæ ad Cameram Papæ pertinent, in eodem Breviloquo.

Auditor Contradictoriarum, in Curia Papæ, qui audit impetrantes rescripta ad lites, vel aliter ad jus commune pertinentes gratias. Ita idem Breviloq. Vide Ceremoniale Rom. lib. 3. p. 318. 319. 322. 327. Octavianum Vestrium de Romanæ aulæ judiciis l. 1. p. 8. l. 2. p. 15. 26. ubi plura de Auditoribus Curiæ Romanæ.

Auditores iidem, qui *Audientes*, seu Catechumeni. Isidorus lib. 7. Orig. c. 4. κατηχούμενος, *Græcè Auditor dicitur.* Tertullianus lib. de Pœnitentia: *Nemo ergo sibi aduletur, quia inter Auditorum tyrocinia deputetur.* Nicolaus PP. Epist. ad Rivoladrum Episc. in Append. 18. *Ut triennio ante fores Ecclesiæ pro peccatis suis oraturus consistat, & deinde inter Auditores permaneat quadriennio: ut septem annorum curricula absque Communione dominici Corporis & Sanguinis ducat.*

Auditor, apud Manichæos, secundus fuit gradus ejusmodi hæreticorum: cùm primus *electorum esset. Atque ii*, inquit S. Augustinus Epist. 74 *carnibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint, uxores habent: quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi.* Vide eundem lib. 2. de Morib. Manichæor. c. 18. lib. de Hæresib. c. 46. lib. contra Fortunat. l. 20. contra Faustum Manich. lib. de Utilit. credendi cap. 1. &c. De ejusmodi Manichæis videtur intelligendus Evervinus Steinfeldensis de Hæreticis sui temporis: *Priùs enim per manus impositionem de numero eorum, quos Auditores vocant, recipiunt eos inter credentes, & sic licebit interesse orationibus eorum.*

AUDITORIUM *sacrum* habere, qui judices dicerentur, docet Scholiastes Juliani Antecess. in Constit. 17. c. 63. *Auditorium sacrum dicebatur, ubi formalibus verbis causæ allegabantur: & vestem induebat, qualem in Palatio & veluti Campacos, & sic ingrediebantur omnes ad eos.*

Auditorium, κατηχουμένων, locus in Ecclesia, in quo consistebant *Audientes*, seu Catechumeni; vel locus, ubi fideles verba Concionatorum excipiebant, quomodo vox hæc usurpari videtur in Concilio Carthagin. IV. c. 24. *Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de Auditorio fuerit, excommunicetur.* Charta Radulfi Delicati ex familia Comitum Vilcassini, in Tabul. S. Martini de Campis: *Eodem die, quo uxor sua Hazeka honore debito sepulta est apud S. Martinum in Auditorio ante Crucifixum.* Certè constat in ea Ecclesiæ parte, quam hodie *navim* appellant, olim νάρθηκα, ut quidam censent, homilias suas Episcopos egisse. Hanc etiam ἀκρόασιν, Audientium stationem in Ecclesia vocat Gregorius Thaumaturgus. Nec scio, an per ἀκροατήριον, in Concilio Calchedonensi Act. 14. ea pars templi intelligatur: κληθεὶς ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνελθούσῃ ἐν τῷ ἀκροατηρίῳ; an verò porticus superiores, quas & *Catechumenia* appellarunt veteres: quomodo etiam vox ἀκροατήριον fortè capienda apud Eustathium in Vita Eutychii Patr. CP. n. 37.

Auditorium, Domus, vel cubiculum in Monasteriis, ubi excipiebantur advenientes, hospites, & salutaturi: *Salutatorium.* Gloss. Saxonicum Ælfrici: *Auditorium*, ƿpƿæc hus, i. domus colloquii. Concilium Cabilonense II. cap. 61. *Cum nullo masculo* (Sanctimonialibus) *colloquium habere liceat, nisi in Auditorio, & ibi coram testibus.* Additio 2. Capitul. Caroli Magn. c. 16. & Concilium Parisiense VI. c. 46. *Si colloquendum cum aliqua Sanctimonialium ratio expostulat, id non alibi, nisi in constituto loco, id est, in Auditorio, &c.* Eckeardus Junior de Casibus S. Galli c. 16. *Abbas autem post Laudes egressus, in Auditorio eum salutat.* Idem c. 10. ad introitum Ecclesiæ *Auditorium* statuit: *Et cùm ad introitum Ecclesiæ, ubi locus Auditorii est, venissent.* Et cap. seq. *Abbas in Auditorio debilis residens.* Infrà: *Postea verò in Auditorio convenientes.* Vita S. Aicadri c. 11. *Susceptis Monachis ad domum auditorii eos perduxit, eorumque pedes lavit.*

Auditorium præterea appellabant Cluniacenses & Cistercienses Monachi, & alii, locum, in quo conveniebant Monachi, quòd in eo essent Monachicæ Scholæ, ibique Præceptores docerent, discipuli audirent Magistros docentes. Gloss. Gr. Lat. ἀκροατήριον, *Auditorium.* Statuta S. Dunstani: *A primo pulsu vespertinalis synaxis silentium teneatur in Claustro, usquequo Capitulum finiatur alterius diei, excepto Auditorii loco: qui & ad hoc maximè eo censetur nomine, quòd ibi audiendum sit, quid à Præceptore jubeatur, non verò fabulis, aut otiosis ibi aut alicubi vacare loquelis oportet.* Liber Usuum Cisterciensium c. 72. *In Auditorio non loquantur plures, quàm duo simul cum Priore tempore lectionis, nisi fortè Prior pro aliqua necessitate plures sibi convocandos judicaverit.* Adde c. 15. 55. 75. & Rainardum Abbatem Cisterc. in Instit. c. 80. Præterea Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. c. 14. Vita MS. S. Gaugerici Episc. Camerac. lib. 1. c. 3. *Signo etenim, quo ad laudes dei canonicè ammonentur, accepto, ille statim — ad Ecclesiam primus accedit — in auditorio autem inter lascivos continens, inter buccones & garrulos tacitus.* Juxta Capitulum statuitur in eodem libro Usuum c. 113. Tabular. Dalonensis Abbatiæ in Lemovicib. p. 12. *Factum est hoc anno Incarnat. Dom. 1209. in auditorio juxta Capitulum, &c.* Scholas publicas *Auditorii* appellatione donasse veteres notum est. Vide Vitam Willelmi Ducis n. 22. Edit. Mabillonii, Vitam S. Roberti Abbatis Molismensis n. 6. Hugonem Archidiac. Turonensem de Miraculo in Translat. S. Martini p. 359. Regulam Ordinis de *Sempringham* tom. 2 Monastici Anglic. p. 717. 768. &c.

AVELLANARIUS, Nux avellana arbor, Gallicè, *Avelinier*, in Capitulari de Villis c. 70.

AVENAGIUM, in veteri Charta apud Argentreum in Hist. Britann. p. 307. & in Pacto inito inter Gaufredum Dom. Vauventi, & Abbatem Malleacensem an. 1232. vectigal, seu pensitatio ex avenis, dominis pensitari solita: *Avenage, Costuma avenæ*, in Libertatib. S. Paladii in Biturig. an. 1279. in Consuet. Andegav. art. 128. Dunensi art. 27. 28. Blesensi art. 40. Cenomanensi art. 138. Marchensi art. 125. 17 . &c. Regestum Feodorum Andegavensis Comitatus an. 1387. & 1388. *Jean Sire de Sermaises homme lige de ses Feuries & Avenages & de la Gamberaye, à 15. jours de gai de*

garde à l'augé. Tabulat. Montismorilionis in Pictonibus fol. 59. *De toto nostro Avenatge id est de tota illa terra, quam excolunt agricolæ, qui reddunt nobis avenam.* Chronicon Laubiense pag. 602. *Precaturas, imò rapinas, quas nullas omnino habere debent, de avena, de multacibus, — non precando; sed tollendo faciant.* In Consuetudine locali Castelli Novi in Biturigib. tit. 2. art. 25. *Serf, ou Burgeois d'avenage*, dicuntur eidem præstationi obnoxii. Vide Thomasserium lib. 2. Consuet. Bituric. cap. 90. p. 196.

Avenaria, Arva, in quibus solæ excrescunt avenæ. *Avenaries*, in Consuetud. de *Soesmes* art. 2.

AVENTARE, Ugutioni *Avenas eradicare*, Papiæ, *truncare*, & *eradicare*. Leg. fortè *Avenare*.

AVENTURA, Eventus, Gallis *Aventure*. Wilbrandus ab Oldeborg in Itiner. Terræ Sanctæ: *Juxta illud situs est quidam mons satis amœnus, quem Montem de Aventuris appellant. Sicut enim ex veridica relatione audivimus, quicunque sex septimanis jejunaverit, & pœnitentialibus illis diebus peractis communicaverit, & sic jejunus dictum montem intraverit, procul dubio boni eventus & fortunati sibi occurrunt.*

Aventuræ, Hastiludia, torneamenta, equestres decursiones. Charta Henrici Regis Angliæ apud Guilielm. Prynneum in Libertatibus Ecclesf. Angl. tom. 3. p. 466. *Concessimus eis de gratia nostra speciali, quod torneamenta aliqua, aventuræ, justæ, seu ejusmodi hastiludia non fiant de cætero in villa prædicta, seu per 5. milliaria circumquaque.* Adde pag. 1100. Mandatum super Juratis ad arma, in Additam. ad Matth. Paris. p. 149. *Quòd nulli conveniant ad turniandum, vel burdandum, nec ad alias qua cunque aventuras.* Fori Hispanici: *Qui en Castra cavallo ayeno, o otra animalia, que por ventura ten su Sennor en garda, &c.* Ubi Lex Wisigoth. habet lib. 8. tit. 4. §. 4. *quadrupedem, qui fortè ad stadium servatur.* Vim vocis *ventura* non intellexit Lindenbrogius. Vide *Fortunium*. Besoldus de Linguarum immutat. nostrum *Aventure*, fors, fortuna, à Germanico *abentheür* deducit: sed à Latino *eventus, eventura*, videtur potiùs vocis etymon arcessendum.

Aventuræ, Caducum, seu quidquid ex confiscationibus & *Escaetis* domino feudi aut prædii quasi fortuitò obvenit. Charta Jacobi Reg. Aragon. an. 1254. *Damus & concedimus* (D. Petro Infanti Portugalliæ) *omnibus diebus vitæ vestræ tantum dominium & jurisdictionem Majoricarum & Regni ejusdem per terram & mare, & aventuras terræ & maris, & etiam justitias, colonias, &c.* Guillelmus *Guiart* in Philippo Aug.

Lors iert receveur des rentes,
Des aventures & des ventes,
Par Paris, par Senlis, par Rains.

Declaratio terræ *de Courcillon* in Andibus: *Vente des terres & aventures, neant icy, parce que l'on ne scet se aucune chosse i escherra.* Adde Statutum Philippi Magni Regis Franc. an. 1319. pro Camera Computor. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis Non. April. *Dixhuit hostises seans en la dite ville chargées de 20. s. de parisis de menu cens, & aventures dessusdites, Aventures & emolumens*, in Magno Recordo Leodiensi p. 66.

AVERAGIUM. Vide *Averium*.

AVERARE, Probare verum esse, *Averer*, *Verifier*: Italis *Auverare*, confirmare, & pro vero affirmare. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 49. *Averent illos per sacramentum, &c.* Charta Jacobi Reg. Aragon. an. 1228. *Reficiemus vobis omnes missiones, quas inde feceritis, vobis eas averantibus ad Consuetudinem Barcinonensem.* Vide *Inveritare*.

Averamentum, apud ICtos Anglos est, cum quis ad rescindendum Breve, quod alius impetravit, litem intendit; vel exceptionem contra actionem sibi intentatam proponit: tunc enim quod in excipiendo protulit, probare, prout judex decreverit, offert, dicitur-que hæc oblata conditio *Appel en averement.* Vide Rastallum.

AVERCORNE, Frumentum quoddam censuale, tenentium sive vasallorum opera, jumentis scilicet ac plaustris, ad granarium vel horreum Domini defe-rendum, in Charta an. 1263. quæ extat apud Willelmum Thorn. in Chron p. 1912. Vox formata, ex *Aver*, jumentum, & *Corn*, granum, frumentum, annona, apud Anglos.

AVERGARIA, Modus agri, apud Campanos nostrates. Tabularium monasterii S. Remigii Remensis: *In Luperciaco est mansus dominicatus, cum ædificiis & viridario, sunt ibi avergariæ 3. ubi possunt seminari de sigilo modii 20.*

AVERUM, *Averium, Avere, Averius, &c.*

Avera, & *Averia*, dicuntur facultates, bona, & omnia, quæ sunt in bonis, res præsertim mobiles, veluti pecuniæ, ex Gall. *Avoir*, habere, possidere. Testamentum Philippi Aug. Regis Franc. apud Rigordum: *Omnes homines nostri adjuvent eum de corporibus suis & averis.* Et infrà: *In receptionibus averi nostri Adam Clericus noster præsens erit, & eas scribet.* Item Rigord. an. 1196. *Taxata pactione, quòd salvis corporibus suis, averis, & equis, & armis cum pace recederent.* Charta ejusdem Philippi Regis an. 1207. *Naves quoque & homines ipsorum cum averis & pecuniis suis poterunt ascendere, & avalare per aquam Sequanæ.*

Avere, in Chartis Hispanicis. Vetus Charta Hispanica æræ 819. apud Ambrosium Moralem lib. 13. c. 18. & Sandovallium in Sylone Rege: *In istum sanctum locum venimus cum averos nostros, &c.* Pactum inter Alphonsum Regem Castellæ & Sanctium Regem Navarræ, apud Hovedenum: *Et in toto quantum Rex Adelfonsus tenet de Rege Navarræ, meliorct cum suo proprio avere, quantum voluerit & poterit.* Testamentum Guifredi Comitis Ceritaniæ an. 1035. *Excepto ipsum avere, quod Bernardus tenet in villa Fornols.* Vetus Poëta Hispanus de Alexandro M. apud Bivarium:

Una cosa que dixo, debedes biên creer,
Que à muy rica tierra, è sobre grand aver, &c.

Guill. *Guiart.* an. 1297.

Qu'au Roy de France se rendirent,
Tuit communément sans descors,
Souves les avoirs & les cors.

Vide Gloss. ad Villharduinum, voce *Avoir.*

Averia, ex Hispanico *Averias*, quod idem sonat ac *Avera*, bona, pecuniæ, &c. Curia Generalis Cataloniæ, habita Cervariæ sub Petro III. Rege Arag. an. 1359. MS. *Statuimus, quòd Officiales nostri, qui sunt assueti de causis criminalibus recepere averias, nequeant easdem accipere, nisi delatus de crimine pecuniariter fuerit condemnatus, vel remissionem per pecuniam receperit de eodem, pro quibus averiis nequeant recipere ultra quatuor, ac etiam Algoziru, & Curiæ ejusdem, & ipsam taxationem faciat, cum consilio duorum Consiliariorum civitatis Barcinonensis.*

Averii, Averia, Equi, boves, jumenta, oves, cæteraque animalia, quæ agriculturæ inserviunt, aut in agricolæ bonis & facultatibus, seu, ut vocant, *Instauramento*, computantur. Regiam Majestatem lib. 4. c. 27. *Hoc placitum dilationem non recipit, propter averia, id est, animalia muta, ac diu detineantur inclusa. Animalia* simpliciter dicuntur, suprà c. 22. *Ad capiendum aliquam summam magnam averiorum, seu animalium in namum.* Leges Baronum Scotic. c. 23. *Dominus meliorem averiam, sive animal de suis catallis habebit.* Littleton sect. 71. *Si come jeo bayle à un home mes berbits à campester, ou mes boefs à arer la terre, & il ocist mes avers, &c.* Monasticum. Angl. tom. 2. p. 23. *Concessi eis habere omnia averia sua in parco meo.* P. 142. *Habeant singulis annis in perpetuum 20. averia intrantia in pratis de, &c.* Adde pagg. 191. 256. 281. 309. 425.

Præsertim verò voces istæ usurpatæ leguntur pro jumen-

jumentis, aut equis, qui aratro junguntur, vulgò *Chevaux de charruë.* Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 305. *Pastura* 100. *ovibus, unus averius, unus porcus,7. oves,&c.* Ibid. p. 306. *Quinquaginta acræ prati, & una piscaria,9. averii,2. runcini, 27. porci,100. oves.* Monasticum tom. 1. p. 112. *Cum instauramento 8. boum,unius averii,& 122. ovium.* Capitula Placitorum Coronæ, apud Hovedenum in Ricardo I. pag. 745. *Inquiratur autem de quot bobus & averiis singulæ carruca valeant instaurari, & quot & quantum instauramentum singula maneria possit sustinere.* Et mox: *Erit autem pretium bovis 4. solidi,& vaccæ similiter, & ovis crispæ 10. denarii, &c.* Vitæ Abbatum S. Albani p. 76. *Centum equos, quorum alii erunt manni, alii verò runcini, alii summarii, alii veredarii, alii verò averii.* Vide Fletam lib. 1. c. 20. §. 118. 119. Somnerus perperam ab *Ouvrer*, laborare, agrum colere, vocem hanc deducit.

Averagium, Rastallo & Spelmanno, est *carropera*, seu vecturæ onus, quod tenens domino exsolvit cum *averiis*, seu equis, bobus, plaustris, curribus. Hinc crebrò *quietum esse de averagiis*, in veteribus Chartis. Vetus Charta apud eundem Spelmannum: *Sciendum est, quòd unumquodque averagium æstivale fieri debet inter Hokday & gulam Augusti.* Alia apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 189. *Item pro averagiis 13. sol. & 4. denar.* Adde pag. 187. Addit præterea idem Spelmannus, *Averagium* interdum esse detrimentum, quod in vectura, mercibus accidit: verbi gratiâ, si frumentum corrumpatur, vinum fluat, merces in tempestatibus ejiciantur. His adduntur vecturæ sumptus & necessariæ aliæ impensæ. Meminitque idem Statuti inediti de *Averagiis* mercium è navibus projectarum. Nescio an ad ejusmodi *Averagia* pertineat, quod habetur in Monastico Anglic. tom. 1. p. 302. *Solebant etiam homines villæ ire apud Langinhet, & reportare averagium de anguillis de Southraye.*

Averpeny, Tributum, quod præstatur pro immunitate *carroperæ*, seu vecturæ. Rastallus in Expositione antiq. vocabulorum: *Averpeny, hoc est, quietum esse de diversis denariis, pro averagio Domini Regis*, id est, à vecturis, regiis, quæ à tenentibus Regi præstantur Monasticum Angl. tom. 1. p. 302. *Habent & Averpeny, scilicet pro singulis 30. acris 2. denarios.* Occurrit passim in Chartis Anglicis cum aliis ejusdem terminationis vocabulis, to. 2. p. 134 286. 558. 625. 653. &c.

AVERTA, in leg. 12. Cod. de Cursu publ. l. 47. 48. C. Th. eod. tit. est pera, seu mantica: ita enim hanc vocem interpretatur vetus interpres Horatii in lib. 1. Sat. 6. *Averta est pera seu mantica ad vestes viatorias, aliaque necessaria condenda.* Hinc.

Avertarius equus, in l. 22. Cod. Theod. eod. tit. qui scilicet avertæ ferendæ adsumitur, equus sagmarius, *Mallier.*

AUFUGARE, idem quod *Fugare.* Vide in hac voce.

AUGA. Vide *Auca.*

AUGIA, Campus pascuus amni adjacens, vel amne circumfusus, ex Germ. *Au*, vel *Aw*. Erchinfridus in Vita S. Colomanni: *Est autem prope Danubium quædam speciosa & delectabilis augia, in qua noviter constructa fuit basilica.*

AUGMENTARE. Glossæ veteres MSS. ad Canones Conciliorum ex Bibl. Reg. ad can. 13. Concilii Nicæni: *Convaluerit, augmentaverit, fortiam acceperit, sanaverit.* Conventus apud Andelaum an. 587. *Cum civitatibus, agris, —'am quod præsenti videntur tempore possidere, quàm quòd adhuc Christo Præsule justè potuerint augmentare, &c.*

AUGTIONES, Minores aucæ, anaticulæ. Tabularium S. Remigii Remensis: *Summa volatilium, augarum 87. augtion. 48. pullorum 156. pulliculorum 182. vascula apum 21.*

AUGURIOSUS, *Augur*, Parminius Abbas in Excerptis de sacris Scripturis: *Omnia Phylacteria diabolica, Præcantatores, sortilegas, Karagios, aruspices, divinos ariolos, magos, maleficos, auguriosos, tempestarios, & cuncta alia mala cum supradicta ingenia diabolica nolite credere.*

AUGUSTALIS, qui & *Præfectus Augustalis*, cui Ægypti ad similitudinem Proconsulis, lege sub Augusto lata, imperium datum est. Nec enim fasces consulares ingredi Alexandriam licuit: cujus rei Cicero contra Gabinium meminit. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cùm in eam venissent Romani fasces & prætexta Romanorum. Huic Alexandria sedes fuit, ut colligitur ex subscriptione l. 1. C. Theod. de Alexandrinæ plebis Primat. & l. 1. Dig. de Offic. Præf. August. Atque inde non semel *Augustalis Præfectus* τ̃ Ἀλεξανδρείας ὕπαρχ῀, vel Αὐγουστάλιος dicitur, ut Socrati lib. 4. c. 16. lib. 5. cap. 16. lib. 7. c. 13. lib. 7. c. 15. Palladio in Hist. Laus. c. 117. Jo. Moscho cap. 71. 207. Liberato Diac. c. 23. &c. Primus autem Magistratum hoc nomine iniit.

Artemius, Dux & Augustalis Alexandriæ sub Constantino M. Si qua fides Synaxariis 20. Octobr. nam primus huncce magistratum obiisse dicitur in Excerptis Chronologicis Scaligeri.

Tatianus, Valentiniano & Valente Augg. III. Coss. cui successere alii, nempe

Publius, Modesto & Arintheo Coss.

Tatianus II. Gratiano Aug. IV. & Merobaudo Coss.

Palladius, Valentiniano V. & Merobaudo Coss.

Tatianus III. Valente VI. & Valentiniano Coss.

Adrianus, Eusebio & Olybrio Coss.

Paulinus, an. 385. & 386. l. 1 c. Cod. Th. de Fide test. l. 12. de Susceptorib.

Hypatius, Gratiano V. & Theodosio I. Coss.

Florentius, an. 384. 385. 386. l. 1. C. Theod. de His qui pleb. aud. l. 9. de Fide testium, l. 112. de Decurionib.

Pentadius, apud Synesium Epist. 29.

Euthalius Leodicensis, apud eundem Epist. 127.

Antoninus, Syagrio & Eucherio Coss. in Excerpt. Scaliger.

Erythrius, an. 388.

Alexander, an. 390.

Evagrius an. 391.

Hypatius an. 392.

Potamius an. 392.

Remigius an. 396. Hujus mentio apud Claudianum & Synesium, & Isidor. Pelusiotam Epist. 50.

Charmosynus, sub eodem Theodosio apud Theophanem an. 35.

Archelaus an. 397.

Callistus an. 422. Theophan. p. 72.

Cleopater an. 435.

Theodorus sub Theodosio juniore. Liberat. c. 14.

Anthemius sub Zenone. Id. c. 16.

Apollonius sub eodem Zenone. Id. c 17. 18.

Theodosius filius Calliopi sub Anastasio, Id. c. 18.

Dioscorus. Id. c. 20.

Rhodo. Id. c. 23.

Liberius. Ibid.

Calliopius an. 26. Anastasii Theoph.

N. nepos ex sorore Justini Thracis, sub eodem Justino II. Theoph. an. 16.

Manuel. Armenus an. 25. Heraclii. Theophan.

Augustalem Thusciæ habet Passio S. Savini, quem alibi *Præsidem* vocat.

Augustalitas, Dignitas & munus Augustalis Præfecti, in lege 11. Cod. Theod. de Censitoribus.

AUGUSTALIS, Nummus aureus Imperatorum Occidentis, dictus quasi *moneta Augusti*, à Friderico II. primùm cusus. Chronicon Richardi de S. Germano an. 1231. *Nummi aurei, qui augustales vocantur,*

tur, de mandato Imperatoris in utraque Sicilia, Brundusii & Messanæ cuduntur. Et Infrà : *Mense Junio quidam Thomas de Pando novam monetam auri, quæ Augustalis dicitur, ad S. Germanum detulit distribuendam per totam Abbatiam, —ut ipsa moneta utantur homines in emptionibus & venditionibus suis juxta valorem, ei ab imperiali provid ntia constitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur & expendatur pro quarta unciæ—annotata figura Augustalis erat, habens ab uno latere caput hominis cum media facie, & in alio aquilam.* Hujus fit mentio in Constitutionib Siculis lib. 1. tit. 21. 22. 28. 32. 41. 89. §. 4. tit. 96. §. 6. tit. 100. lib. 2. tit. 3. 13. 15. 16. lib. 3. tit. 35. & apud Odoricum Rainaldum an. 1285. n. 35. Idem & *Augustarius*, dictus, *Agostaro*, Joanni Villaneo l. 6. cap. 22. de quo sic Academici Cruscani : *Agostaro, nome di moneta d'oro antica, di valuta d'un fiorino è un quarto d'oro ; da una banda dellaquale era improntata la testa dello'mperador Federigo : dall' altra un' aquila, al modo degli antichi Cesari Augusti, dalquale ebbe forse tal nome.* RICORDANUS Malaspinus cap. 130. de Augustariis à Friderico cusis : *ed era dall' uno lato della st- ¿a impronto il volto dello Imperadore à modo de' Cesari antichi, & d' all' altro lato una aquila, ed era grossa di charati venti.* Quo loco, cur hanc monetam cuderit? pluribus enarrat. Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap. 97. *Nos les condannons, en cent augustaires, laquelle poine vient en succession ou leu de cinq livres d'or par nostre jugement.* Sic centum *Augustaria* quinque libras auri confecerint. Diarium Computi Thesauri, incipiens à 1. Januar. 1297. 6. *Febr. cepimus super Regem pro denariis Regi traditis pro negotiis secretis suis 865. Floren. aur. de Florentia, & 140. Regales aureos grossos, & 180. Duplices auri, & 3. grossos Augustarios auri.* Occurrit ibi iterum.

Ejusmodi Augustarios aureos videre nuper licuit ex Gazophylacio V. Cl. D. Bigotii in Curia Auxiliorum Rotomagensi Senatoris, aurei Hispanici magnitudinis & ponderis, in cujus parte altera efficta ipsius Imperatoris imberbis lusca protome, laureata & paludamento instructa, quomodo effinguntur vulgò in nummis priores Imperatores Constantinopolitani, cum hac inscriptione, CESAR AUGUSTUS. In altera conspicitur aquila pedibus insistens, obtorto collo alisque expansis, cum hisce characteribus, FRIDERICUS.



Ex hac descriptione alii videntur ab Augustariis nummi illi, de quibus Joachimus Vadianus lib. 1. de Monast. Germ. pag. 41. *Ergo & Franci Augustorum nomine non in nummis solum ; sed etiam in sigillis suis ostentarunt : ac nummi quidem per Alemanniam excusi altera parte tantùm monetam præferebant, altera vacui, id quod hodie in illis fit, quos vulgò denarios, Helvetii alicubi Augustos, littera inversa cognominant, &c.*

AUGUSTALITER. Charta Caroli Calvi apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ p. 223. *Eidem Pontifici & intimo fideli nostro augustaliter donamus, &c.*

AUGUSTAS, *Amplitudo*, in Glossis Arabico-Lat.

AUGUSTATICUM, Donativum Augusti, largitio publica ab Imperatore populo aut militibus facta. Δωρεὰ Καίσαρος, *congiarium*, in Gloss. Græc. Lat. Suidas : ῥόγα, ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια, καὶ ἡ φιλοτιμία. Marcellinus Comes : *Augustatico suo dudum Anastasius militibus præstito, donativum quoque hoc fratre Consule tribuit.*

AUGUSTEA, *Charta quæ ab Augusto nominatur, vel genus chartæ, sic dictum in honorem illius.* Joan. de Janua.

AUGUSTEUM, *Genus marmoris album, tempore Augusti primò inventum.* Ugutio.

AUGUSTUS. Charta Communiæ Incrensis an. 1158. ex Tabulario Increnfi pag. 71. *Concessum est etiam, ut omnes homines de Communia suum habeant Martium apud villam à Purificatione S. Mariæ Candel. usque ad medium Aprilem, & à festivitate S. Joannis Baptist. suum similem habeat Augustum usque ad festivitatem omnium Sanctorum. Et si in Communia redire voluerint, ipsi & sua salva erunt.* Id est, facultatem habeant urbe excedendi autumni tempore, ad metendas & colligendas messes suas. Nos dicimus, *Faire l'Aoust.*

AVIA. Charta Alemannica Goldasti cap. 17. *Ego igitur Toto ad Monasterium S. Galli dedi in præfato loco 4. in juchos, & vineam in avia, unius hominis labore procurandam.*

AVIARIUM, ὀρνιθοτροφεῖον, in Gloss. Lat. Græc. & in Regula S. Isidori cap. 19. locus aptus nutriendis avibus villaticis, uti apud Varronem lib. 3. de Re rust. cap. 3. Columellam lib. 5. cap. 8. Palladium lib. 1. de Re rust. cap. 23. & alios. Græci ὀρνιθῶνα appellant. Anastasius in Hist. Eccles. *Invenerunt & in his palatiis aviaria & dorcades & asinos agrestes, & pavones & fasianos infinita multitudine : nec non in vivario ejus leones ac tigrides, &c.* Ubi στρουθεῶνες habet Theophanes.

AVIATICUS. Vide *Avius*, & aliqua in veteri Charta apud Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 429.

AVICINARE, *Accedere.* Præfatio Ælfredi Regis ad versionem Orosii: *Post Burgenlandiam avicinavimus ad terram dictam, &c.*

AVICULARIUS, Officium in Coquina Regia, in Ordinat. Hospitii S. Ludov. Regis an. 1261. in alia an. 1285. *Cyselier* dicitur : qui Latinis fortè *Aviarius*, ὀρνιθοκόμος, Procopio lib. 1. Vandal. cap. 2.

AVIDERE, Avidum esse, ἀπληστεύεσθαι, in Gloss. Gr. Lat.

AVINENTIA, Conventio, conniventia. Fori Aragon. lib. 8. tit. de Donation. *Non possit —nec pactum, compositionem, vel avinentiam facere nobiscum, aut cum aliquo alio, &c.*

AVINUM, *quasi extra vinum, id est, aqua mixtum.* Joan. de Janua.

AVIONES, Avi, progenitores. Chronicon Novalicense cap. 18. *Nos, neque nostri pertinentes, non fuimus de vestro Monasterio, pro eo quia aviones nostri vobis pertinentes non fuerunt.* Charta Adelchisi Regis Longobard. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 10. *Omnes res illas, quæ domino & genitori vel genitrici nostræ advenere de Verissimo avione nostro, &c.*

AVIRUNATUS, Remus, quo navis impellitur, quem *Aviron* dicimus. Charta Simonis Comit. Northampton. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 850. *Hac divisa extitit terra mea temporibus antecessorum meorum à terra aliorum dominorum. In sicco & marisco—à Swerord —debet homo ad hoc electus super pedes suos, quo profundiùs potuerit, intrare ; &, dum ultra ire nequiverit, avirunatum unum octo pedibus longum introrsus de deverso lanceando propellere, & à loco, quo avirunatus ille transnatare desierit, spatium 40. pedum per cordam debet mensurari, ibique signum in aquam infigi.*

AVIS. Chron. Virdunense Hugonis Abbatis Flaviniac. parte 2. cap. 7. *Fecit & hinc simile opus in turrium exstructione : cùm enim jam in altum structura porrigeretur, & instrumentum illud, quod Avis nomine, subvectione camenti aptatum perpauci essent qui ferrent,—ut sumeret illud instrumentum, & cæmentum collo, ut moris est, subveheret, ammonuit.*

Aves francæ, nostris *Oiseaux francs*, quorum scilicet est usus in venatione. Aresta O. SS. an. 1292. in Rege-

Regesto Parlamenti B. fol. 95. *Super petitione, quam Abbas & conventus S. Wilmari in Bosco ediderat contra Comitem Boloniæ proponente capiendi francas aves in terra, Ecclesiæ, &c.*

Aves nobiles dicuntur in alia apud V. C. Dion. Salvagnium Boisium lib. de Placito Dominico p. 62.

Avis S. Martini, Cornix, sic dicta quòd circa festum S. Martini hiemalis videri demum incipiat. Petrus Blesensis Epist. 65. *Si à sinistra in dexteram avis S. Martini volaverit. Le Roman du Renard MS.*

Là riens qui plus le desconforte,
Ce fu quant il vint à la porte,
Entre un frasne & un sapin,
A veu l'oisel saint Martin,
Assés bucha, à destre, à destre,
Mais li oisiaus vint à fenestre

Vide *Venta*. Aliàs Normannis nostris *Avis S. Martini* appellatur vulgò Alcyon, avis in mari notissima, quam alii *Drappier*, & *Martinet pescheur* vocant. Vide Robertum Constantin. in Supplem. Linguæ Lat. verbo *Alcion*.

AVISARE. Vide *Advisare*.

AVISTUPOR, Terriculum avium in hortis: Priapus. Vitruvius lib. 7. *Non enim statuas ponemus, quales in hortis ridiculas illius avistuporis Dei.*

Avius, vel *Abius*, in Charta Amalphitana apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ p. 394. & in Pacto Gregorii Ducis Neapolit. an. 911. apud Camillum Peregrinum.

Aviatica hæreditas, Alodis, prædium avitum. Lex Ripuar tit. 56. §. 3. *Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hæreditatem aviaticam non succedat. Donationes aviaticæ*, apud Papianum lib. Resp. tit. 24. *Aviaticæ res*, in Decreto Childeberti Regis cap. 1. *Nepotes ex filio, vel filia, ad aviaticas res cum avunculis vel amitis sic venirent in hæreditatem, &c. Avica terra*, Avita, in Lege Salica tit. 72. Edit. Heroldi. Gloss. Lat. Græc. *Avitus*, παππῷος. *Biens avitins, vulgairement dits Pappoaux*, in Consuet. Aquensi tit. 1. art. 11. *Papoaige*, in Consuet. Baionensi tit. 5. art 1. tit. 11. art. 7. tit. 19. art. 27. 42. *Biens obtenus de lignée, vulgairement dits de Papoaige.* Adde Consuetud. Laburtensem tit. 9. 10. &c.

Aviaticus, Ex filio nepos, ab *avo* oriundus. Lex Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 4. & lib. 3. Feudor. tit. 1. §. 3. *Si verò filios non habuerit, & aviaticum ex masculo filio reliquit, paro modo beneficium habeat.*

Abiaticus, eadem notione, in Charta Adeleidis Imperatricis Ottonis III. Imp. uxoris, (siquidem genuina est) in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 48. *Pro anima tertii Ottonis mei abiatici, &c.* Alia an. 1385. *Quia ipse Georgius habet in ejus potestate liberos 13. inter filios & filias, abiaticos & abiaticas, seu nepotes procreatos ex filiis.* Occurrit etiam apud Bertramum in Vita S. Francæ Abbatissæ n. 70. Hinc fortè nostris *Avelets* dicuntur ex filio nepotes.

AULA, Curia Baronis, in veteri Rotulo apud Spelmannum: *Aula ibidem tenta tali die, &c.*

Aula Ecclesiæ, Navis Ecclesiæ. Gervasius Dorobernensis in Descript. Cantuar. Ecclesiæ: *Ab hac versus Occidentem Navis vel Aula est Ecclesiæ, subnixa utrinque pilariis octo.* Utitur non semel. Eadmerus lib. 6. Hist. p. 141. *In medio Aulæ majoris Ecclesiæ decenter sepultus est.*

Aula, Area. Charta Caroli Calvi apud Doubletum pag. 791. *Duos mansos, & 2. alterius mansi partes, nec non aulas duas, atque molendinum 1. cum piscatorio 1. juxta pontem.*

AULAICUS, pro *Aulicus*. Tabularium Brivatense ch. 437. *Si autem Abbas, aut Comes, Aulaicus, aut Clericus, &c.*

AULARIUS, *Aulicus*, *Palatinus*, in Glossis Isidori. Αὐλάριος verò apud Hesychium, ἀλυωρός, οἰκοφύλαξ, idem qui *Ostiarius*, vel *Atriensis*.

AULATICAUM, aulæum, *Tapisserie*. Testamentum Arnaldi Archiepisc. Narbonensis an. 1149. apud Catellum: *Laxo Canonicis—omnem supellectilem meam domus meæ Narbonæ, in lectis videlicet, pannis vel aulaticis.*

AUMARIUM, Armarium, Gallis, *Aumaire*. Gloss. Ælfrici: *Aumarium, vel armarium*, ælceϒ cȳnneϒ cæpe huϒ. Fulgentius Placiades: *Aumarium dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris aut circo: unde & Petronius Arbiter ait: In aumarium memet ipsum conjeci. Vaces au Roman de Rou MS.*

Ne laissa crois, ne chasse, ne calice en aumaire.

Vide Scaligerum ad Festum.

AUMENTARE, pro *Augmentare*, occurrit in veteri Codice Victorino.

AUMUCIA. Vide *Almucia*.

AUNCIATUS, Antiquus, ex Anglico *Auncien*, Galli *Ancien* dicunt. Brompton l. 2. c. 24. §. 6. *Sicut charta eorum aunciata est, & libertas anterior.* Mox: *Quòd si illi, de quibus quæritur, chartam habuerit aunciatam, nunquam tamen usi fuerint ipsi.*

AUNICULA, *Auctio minor supra fundum*, in Glossis Isidori. Fortè *Auctiuncula*.

AVOCULUS, idem quod *abocellus*, de qua voce suprà. Cæcus, in Miraculis B. Gregorii X. PP. semel ac iterum, editis à Petro Maria Campo in Hist. Eccles. Placentina.

AVOLORII *bona*, in Foris Aragonensibus *dicuntur illa, quæ sunt acquisita ex successione parentum vel consanguineorum. Et ideo si pater acquisivit aliqua bona titulo lucrativo vel oneroso, aliàs quam ex successione parentum vel consanguineorum, non dicerentur bona avolorii, & sic non possent extrahi per consanguineum vigore beneficii de la Saca, &c.* Ita Michaël *del Molino* in Repertorio, ubi plura de hac materia. Sic *bona avolorii*, sunt ea, quæ Longobardi *aviatica* appellabant, ex Hispanico *Avuelo*, avus. Vide Foros Aragon. lib. 3. tit. Familiæ herciscundæ, & tit. de Communi dividundo.

AVOLTA, Gall. *Voute*, Concameratio, tholus. Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Eadem quoque Capella in arduum surgens super eam crepidinem, quæ vulgar ter avolta dicitur, dormitorii diminutionem supplet & defectum.* Quo loco auctor malè utitur voce crepidinis, pro concameratione.

AVORTARE, Abortare, Abortum edere, Gall. *Avorter*, Lex Wisigoth. l. 6. tit. 3. §. 2. *Si quis per aliquam occasionem mulierem ingenuam avortare fecerit.* Et §. 6. *Si ancillam servus avortare fecerit.*

Avorsus, Aborsus, abortus, in iisdem Legibus lib. 6. tit. 3. §. 1. 4. 7. in Legibus Bajwar. tit. 7. §. 18. 19. & apud Halitgarium in Pœnitentiali c. 7. apud Menardum.

Avortus, apud Egbert. Eborac. in Pœnitent. p. 18.

AUPASTA. Vide *Aucupasta*.

AURA, Tempestas, ventus vehementior. Gloss. Lat. Gr. *Aura*, αὔρα, πνοή. Nonius Marcellus: *Aura, ventorum vis.* Glossæ Isonis Magistri: *Tempestas, aura.* Vita S. Venantii fratris S. Honorati Arelat. *Contra tantas aquarum & aurarum varietates, &c.* Monachus Wertinensis in Poëmate rythmico *Litania* dicto, de Miraculis S. Ludgeri Episcopi Mimigardensis:

Grando, nix, pluviæ illo erant tempore:
Quibus verbis istis stultus maledixit:
Auram hoc tempore fecisti, Diabole,
Sit tempestas ista tecum maledicta.

Albertus Stadensis an. 1249. *Pons in civitate Misna impetu tempestatis totus confractus corruit, & infinitum populum, qui ibidem propter horrorem auræ confugerat, obtruncavit.* Henricus de Knyghton an. 1326. *Accidit, quod aura flante (ignis) attigit quandam celluram, & excrevit in flammam, &c.* Thomas Walsingham. p. 226. *Cùm naves nostræ, quæ jam portum tenebant, reverti non poterant, —quia videlicet & aura erat eis contraria, & ma-*

& malitia loci suspecta. *Magna cura*, apud Ott. de Morena.

Aura levatitia, Tempestas excitata in aëre à *Tempestariis* vi incantationis. Agobardus Lugd. Arch. lib. contra Tempestarios: *Dicunt enim mox ut audierint tonitura, & vident fulgura, Aura levatitia est. Interroganti verò quid sit Aura levatitia,— confirmant incantationibus hominum, qui dicuntur Tempestarii esse, levatam, & ideo dici levatitiam auram.* Galli vulgò dicunt, *Il s' est élevé un air tempestueux*, pro *Excitata est tempestas.*

Procellam ad auram convertere, Proverbium: rem mitigare, ad lenitatem se convertere. Livo Rex Armeniæ in Gestis Innocentii III. PP. p. 127. *Quia ad audientiam vestram appellabamus, procellam aut auram consilio domini P. Cardinalis convertere studuerunt.*

AURA. Vetus Custumarium de Ickam manerii in Cantio apud Somnerum in libro de *Gavelkind* p. 74. *Et isti Cotarii nusquam capient auram, nisi apud Ickam, vel Erembling.*

AURARIA *ars*, in Vita B. Tiemonis apud Tengnagelium. *Proc. aurariarum*, in veteri Inscript. *Collegium aurarianum*, in alia 12. 6.

Auraria functio, pensio, præstatio, in Codice Theod. & Justin. tributum quod in auro præstatur. Συντέλεια ἐν χρυσῷ, lib. 56. Basilic. tit. 9. Vide Senatorem lib. 2. Epist. 26. 30. Ejus susceptor χρυσυποδέκτης dicitur in Gloss. Lat. *Susceptor aurarius.*

AURARII, in Glossis MSS. *Laudatores, vel fautores, vel adulatores*: qui auram captant, id est, favorem; vox Latinis hac notione sat frequens. Vide Salmasium ad Vopiscum p. 409.

AURATOR, χρυσωτής, in Gloss. Græc. Lat.

AUREA. Vide *Frigdora.*

AUREALE, Ugutioni *Oreler, quod ad aurem ponitur, & aureale quidam vermis orelere, quia libenter intrat aurem.* Ebrardum Betun. c. 11.

Dicitur Aureale, quoniam supponitur auri:
Cervical, cervici: pulvinar, quia pluma est.

AUREARII. Charta Ottonis M. Imp. an. 950. pro Ecclesia Ratisponensi: *Cum — mansionarius barschalkis, aurearius, bruenarius, cidelariis, molendinis, vineis, &c.* Vide *Auraria.*

AUREOLA, Joanni de Janua, *est præmium quoddam merito redditum.* Vide eundem in verbo *Virgo.* Matthæus Westmon. an. 1284. *Alfonsus Regis primogenitus veniens ad Westmonasterium, quandam aureolam, quæ fuerat quondam Principis Walliæ Leolini, cum aliis jocalibus afferebat, quibus beati Regis Edwardi feretrum ornabatur.* Alanus in Anticlaudiano lib. 4. cap. 8. Vide *Aurea.*

Vel quos aureolæ munus non excipit, omnes
Laurea communi fretos mercede coronat.

AURICABEO. Vide *Anclabeo.*

AURICINDUS, *Artifex, qui scindit aurum.* Ugutio.

AURICULARE, Auribus aliquid insusurrare. Thomas Walsinghamus p. 262. *Capita, modo velut ad auriculandum, jam quasi ad osculandum invicem, — conjunxerunt.* Gall. *Parler à l' oreille.*

AURICULARE, Gall. *Oreiller*, Pulvinar, pulvinus. Anonymus de Morimondensis Cœnobii in agro Mediolanensi desolatione: *Perscrutantes itaque Dormitorium totum, strata, coopertoria, auricularia, cucullas, tunicas asportaverunt.* Chron. Andrense an. 1214. *Ab hac verò equitante, si invitatus fuerit, duo linteamina cum auriculari ad ejus lectum tenetur providere.* Fragmentum Historicum, editum à viro doctissimo Joanne Mabillonio tom. 1. Analector. p. 53. *In illo tempore Monachis Gallicanis est indultum, ut femoralibus, laneis camisiis, pelliciis, botis, caperonis de pellibus almuciis, coopertoriis, aurioclaribus, & pro infirmis, culcitris uti possent.* Ubi legendum *auricularibus*, tametsi sic præferat Codex MS.

Auricularium, eadem notione, apud Innocent. III. lib. 13. Epist. 61.

AURICULARES. Blandinus Monach. in Miraculis S. Agathæ c. 1. de quadam surda curata à S. Agatha: *Nocte itaque orationi vacans, paululum dormire cœpit, affuit interventrix muliebri habitu admodum ornata, — infelicibus auribus auriculares mittens, protinus disparuit.* Digitos fortè *auriculares*, vix enim credam intellexisse Blandinum id, quod *Oreillette* vocat Pibracius:

Mieux nous vaudroit des oreillettes prendre, &c.

Quibus nempe aures occluduntur. Fortè etiam per *Auriculares* intellexit auriscalpia, quibus aurium sordes, quæ auditum impediunt, eruuntur. Gloss. Lat. Græc. *Auricularium*, ὠτογλυφίς. Ita corrigo, pro *Aurisclarium.* Meursius *Auriscalpium* emendat; sed priori emendationi favent vestigia literarum. Vox formata ex *auricula*, ὠτάριον, in eodem Gloss.

AURICULARIS, Secretorum conscius, Consiliarius, Galli dicimus, *Qui à l' oreille du Prince.* Ugutio: *Auricularis, Amicus id est, secretus, consiliator.* Will. Tyrius lib. 19. c. 18. *Primæ faciei visi sunt, qui ei (Regi) familiarius astabant, auriculares & cubicularii, penes quos consiliorum regiorum erat auctoritas.* Ekkehardus junior de Casib. S. Galli c. 3. *In auricularem & intimum Episcopi manus misisti.* Cap. 16. *Auricularis patris tui fuit ille hominum vilissimus.* Henr. de *Knyghton* lib. 5. Hist. *Rex Ricardus venit Londonias cum ingenti honore, comitantibus cum auricularibus suis.* Petrus Diac. l. 4. Chron. Casin. c. 68. *Postquam Asecretis efficitur, Logothetam illum — constituit: & cùm Imperatoris in aure versaretur, scripsit altercationem inter se & adversarium Casinensis Cœnobii Abbatem.* Will. Neubrigensis l. 5. c. 27. *Eliensis Episcopus ad auriculam Principis pro officio positus, nam Cancellarius erat regius.* Chronicon Gemblacense: *Abbatem religiosius cæteris vivere libenti accipiebat animo & eum dignatus suo latere & auricula, eum contendere sua provocabat gratia.* Vide Arnoldum Lubecensem lib. 3. c. 8.

Auriculares, Auscultatores, *Espions.* Chronicon Novalicense l. 5. c. 3. *Hic denique mittens auriculares & præcones, qui lustrarent civitates & castellas, ne homines inconsulte loquerentur de eo.* Huc spectant ista ex Apuleio lib. de Mundo: *Erant divisa officia in Comitatu Regio: Sed & inter eos Aures Regiæ, & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur.*

AURICULARIUS, ὠτακουστής, in Gloss. S. Benedicti. Gloss. Lat. MS. Regium & Isidor. *Auricularius, Auscultator.* Sæpius verò pro fido Consiliario. Brito: *Auricularius, id est, Secretarius, ab Auricula, quia secreta solent dici in aure. Auricularius, Secretus, Consiliator.* Lib. 2. Regum cap. 23. *Fecitque eum sibi David auricularium à secreto*, id est, Secretarium, Consiliarum. Lambertus Schafnaburg. an. 1076. *Ex his sibi Auricularios à secretis, ex his tam familiarium, quàm publicorum negotiorum Procuratores instituebat.* Lambertus Ardensis: *Sciens Reinaldum esse — Regi Franciæ auricularium & consanguineum, & in omnibus ei assidentem & obsequentem.* Passio sanctorum Wlfadi & Rufini tom. 2. Monast. Anglic. p. 120. *Quem sibi Auricularium & Consiliarium — ac rectorem à se secundarium in toto regno suo — constituerat.* Charta Simonis II. Ducis Lotharingiæ an. 1176. in Antiquitatibus Vosegi, de Drogone de Monciaco: *Qui patris nostri Senescallus extiterat, & fidelis Auricularius secretorum.* Adde Ordericum Vitalem l. 10. p. 776. 788. Librum de Fundat. Gozecensis Monast. p. 229. Lambertum Schafnaburg. an. 1063. &c. Andream Monachum in vita S. Ottonis Bamberg. lib. 1. c. 3. 4.

Auricularius, interdum pro Secretario, seu amanuensi usurpatur. Vita Sancti Audoëni Episcopi Rotomagensis cap. 5. *Sanctus Audoënus, cognomento Dado, Auricularii locum & munus in aula Regis obtinuit, itemque ad obsignanda scripta vel edicta Regia, quæ ab ipso conscribebantur, sigillum vel annulum Regis*

Regis custodiebat. Ita Angilbertum Abbatem Centulensem Caroli M. Secretarium, ab Alcuino joculari nomine Homerum dictum, idem Alcuinus Epist. 83. & Carm. 116. & 177. appellat, quem Epist. 84. *Manualem*, id est, amanuensem, vocat.

AURIFEX, in Pacto Legis Salicæ tit. 11. §. 6 si Wendelinum audimus, non est *Aurifaber*; sed *Carpentarius*, quòd in ea scribatur, *Aurificem sive Carpentarium*, ita ut voces synonymæ sint. Sed constat crebrò vocem, *sive*, pro conjunctiva, *&*, usurpari. Neque enim quis dicat eodem tit. Editionis Pithœi §. 5. fabrum eundem esse cum vinitore, vel carpentarium eundem ac venatorem, quòd illa præferat hæc verba: *Aut fabrum sive vinitorem, aut carpentarium sive venatorem.*

Aurificina, Fabrica *aurificum*. *Aurificium*, *ipsum opus & exercitium, quod fit in auro*. Ugutioni. Glossar. Lat. Græc. *Aurificina*, χρυσοχοεῖον. Ebrardus in Græcismo:

> *Aurificina locus, in quo faber excoquit aurum.*

AURIFILUM, Filum aureum, *Fil d'or*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Cum arboribus & avibus diasperatis, quarum capita, pectora, & pedes, & flores in medio arborum, sunt de aurifilo contexta. Alibi: Duo amictus de filo aureo, aliquantulum lati & plani.*

AURIFLAMMA, *Oriflamma*, *Oloflamma*, *Aurea flamma*, vexillum fuit proprium Monasterii Sancti Dionysii in Francia, quod Monachi in bellis, quæ pro bonorum, aut privilegiorum tutione suscipere cogebantur, suo deferendum Advocato porrigebant, qui illud ex Abbatis manibus, certis precibus ad id ab eo recitatis, ex Sancti monumento, cui appensum erat, acceptum, in prœliis, tanquam Ecclesiæ & Monasterii signifer præferebat: hic enim primus fuit Auriflammæ usus.

Vocis etymon censent plerique à materia & colore sumi debere. Cùm enim Labari, seu gonfanonis formam præferret, cujusmodi ædes sacræ habere etiamnum solent, atque iis uti in publicis processibus, ejus materiam fuisse aiunt ex rubeo serico ignei & coruscantis coloris, atque ab igne auri & fulgore sandaracæ, cui flammeus color tribuitur à Plinio lib. 35. c. 6 *Auriflammæ* nomen inditum. Sanè de hujus sacri vexilli colore & materia consentiunt Scriptores. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

> *Ast Regi satis est tenues crispare per auras*
> *Vexillum simplex, cendato simplice textum,*
> *Splendoris rubei, Letania qualiter uti*
> *Ecclesia solet, certis ex more diebus.*
> *Quod cum flammæ habeat vulgariter aurea nomen,*
> *Omnibus in bellis habet omnia signa præire.*

Et ex eo Guillelmus Guiart.

> *Oriflamme est une Baniere*
> *Aucun poi plus forte que guimple,*
> *De cendal roujoiant & simple,*
> *Sans pourtraiture d'autre affaire.*

Præterea Chron. vernac. Flandr. cap. 67. *Et tenoit en sa main une lance, à quoy l'Oriflamme estoit attachie, d'un vermeil samit, à guise de gonfanon à 3. queües, & avoit entour houppes de soye verte.* Eadem verba habet Joannes Abb. Laudunensis in Speculo Historiali MS. lib. 11. c. 8. Radulphus *de Presles* apud Doubletum in Hist. Sandionysiana l. 1. c. 41. *Et si portez seul d'entre les Roy, l'Oriflambe en bataille, c'est à sçavoir, un glaive (une lance) tout doré, où est attachée une banniere vermeille.* Ex quibus licèt non modò quæ fuerit *Auriflammæ* materia, quisve materiæ color; sed & cujus formæ & figuræ extiterit, abundè satis percipiatur, non tamen plane videtur evinci, ab ipso colore nomen *Auriflammæ* manasse, cùm, & si flammeum rubeus quocumque modo repræsentet, nihil auri in ejusmodi vexilli descriptione occurrat, præterquam in ipsa lancea, cui hærebat, quam Preslius auratam fuisse scribit. Neque enim aurea fuit prætextum fimbria, ut Chiffletius finxit; sed viridi, quod expressim notat Chronicon Flandriæ.

Malim igitur *Auriflammam* appellatam à voce Scriptoribus medii sæculi passim recepta, nempe à *Flammulum*, vel *Flammula*, quæ quodvis vexillum significat, uti in hoc verbo dicemus: cui adjuncta fuerit vox *Aurea*, quòd hasta, cui erat infixa, auro obducta fuerit: quod præter Preslium testatur Inventarium vetus Thesauri Sandionysiani apud Doubletum: *Estandard d'un cendal fort espais, fendu par le milieu en forme d'un gonfanon, fort caduque, enveloppé autour d'un baston couvert d'un cuivre doré, & un fer longuet, aigu au bout.* Sed & Scriptor Historiæ Caroli VI. ex Thuana Biblioth. enarrans ut Domino d'*Aumont* Auriflammæ gestandæ præfectura à Rege demandata sit, hæc adjungit: *Sic vexillum ferre dignum duxit, donec ingruente belli necessitate hastæ aureæ applicasset.*

Jam verò *Auriflammam* peculiare fuisse Monachorum vexillum, quod eorum Advocati deferrent iis in bellis, quæ suscipere cogerentur contra bonorum suorum invasores, firmatur ex usu passim recepto: cùm id muneris præsertim Advocatos spectaret, ut in ejusmodi bellis Ecclesiarum, quarum *Defensores* erant, vexilla præferrent: unde & sæpe *Signiferi Ecclesiarum* dicuntur, ut suprà observavimus, cùm de Advocatis egimus.

Eo igitur nomine Vilcassini, seu Pontesiæ Comites, qui Sandionysiani Monasterii protectores & *Advocati* erant, fortè quòd plurima ex illius bonis intra eorum ditionem sita essent, *Auriflammam*, quæ præcipuum fuit ejusdem Monasterii vexillum, deferre in expeditionibus bellicis, quas susceperè pro eorum tutatione: quæ est viri doctissimi Andreæ Duchesnii sententia in Hist. Bethuniensi lib. 1. cap. 3. Atque inde fortassis manavit, ut *Auriflamma* crebrò, & ferè semper, vexillum S. Dionysii vocitetur à Scriptoribus, non quod duntaxat in Ecclesia S. Dionysii asservaretur; sed quòd peculiare esset monasterii in militaribus expeditionibus vexillum. Gesta Ludov. VII. cap. 4. *Vexillum B. Dionysii, quod Gallicè* Oriflambe *dicitur.* Rigordus an. 1215. *Revocatur vexillum B. Dionysii, quod omnes præcedere in bella debebat.* Infrà: *Adveniunt legiones Communiarum, quæ fere usque ad hospitia processerant, & vexillum B. Dionysii.* Gesta S. Ludovici an. 1249. *Præcedente quoque juxta ipsos in alto nasello B. Dionysii Martyris vexillo.* Apud Joinvillam, *la Banniere de S. Denys* dicitur. Ita etiam passim in Hist. Garini MS.

> *Je vos comant l'Ensegne S. Denys.*

Infrà:

> *Et Garin porte l'Ensegne S. Denys,*

Alio loco:

> *Devant en vient l'Enseigne S. Denys,*
> *Blanche & vermeille, nus plus bele ne vit.*

Alibi denique *Auriflammam sancti Dionysii* appellat:

> *Le gens Girbert vit venir tos rengiés,*
> *Et l'Oriflanbe S. Denys baloier.*

Unde vix mihi persuadeam, Reges nostros *Auriflammam* prætulisse in bellis suis ante Ludovicum VI. a quo Vilcassinensis Comitatus comparatus fuit. Sed qui plura volet de Auriflamma, consulat, quæ de ea congessimus in Dissertat. 18. ad Joinvillam, ex qua etiam prædicta excerpsimus. His adde Raymundum Montanerium in Chronic. Regum Aragon. c. 119. 123. 138. 139. & Joannem *Goulain* Carmelitam in versione Gallica Rationalis Durandi, exaratam ann. 1372. jussu Caroli V. Regis Franc, fol. 41. 42.

Auriflamma, interdum dictum præcipuum aciei vexillum. Albertinus Mussatus de Gest. Henrici VII. c. 2. de eodem Cæsare: *Nec minus extemplo Aquilas, auricami-*

aureamque ... amam explanat, in Florentiæ fines processit. Le Roman de Guesclin MS.

Maint. En ... ne y baloie tainte en grene,
L' Oriflambe ... est devant premeraine.

Et alibi:

Les Enseignes de soie vont avant baloiant,
L' Oriflambe Karlin au premier chef devant.

Alius Poëta MS.

Requeurent cele part où virent l' Oriflour.

AURIFRIGIA, *Aurifrisia, Aurifrisium*, Fimbria aurea, limbus aureus, Gall. *Frange d' or*: neque enim hisce vocabulis intelligitur opus Phrygium auratis filis intextum, quod volunt viri docti. Chronicon Laurishamense p. 95. *Cappæ tres cum aurifrigiis, palla altaris cum aurifrigio, &c.* Chronic. Moguntinum Conradi Episcopi: *Casula violacea latis & magnis aurifrigiis.* Matth. Paris an. 1246. *In capis choralibus & infulis aurifrisia concupiscibilibus.* Charta an. 1213. apud Ughellum to. 7. p. 289. *Cappam unam de examito rubeo cum lista de aurofriso.* Occurrit passim.

Quod verò Latini sequioris ævi Scriptores *aurifrisium* vocarunt, ... & Angli *Orfrey* dixere. Vetus Vocabularium Anglicum, *Orfrey of à vestiment, Aurifrigium.* Histor. Prioratus Wigmorensis in Anglia: *Donna à Moines l' Eglise une Chape de queor pourpre, assés honneste, & richement aourné des orfreys.* Le Roman de Garin:

Bien fu vestue d' un paille de Biterne,
Et un orfrois a mu dessus sa teste.

Alio loco:

Vestus moult noblement de sendaus & d' orfrois.

Alius Poëta MS.

Le ban de Macedoine qui fu listé d' orfrois.

Philippus *Mouskes* MS.

D' autre part li Quens Jofrois,
Viestus de samus & d' orfrois.

Aurifrasium dixit Ordericus Vitalis lib. 6. p. 603. qua voce Gallicum *Orfrais*, expressit: *Adelina quoque uxor Rogerii de Bellomonte Albam aurifrasio Comite ornatam Uticensibus contulit.*

AURIGRAFUS, Ugutioni de Joanni de Janua, *qui auream scripturam facit. Aurigraphia, Aurea scriptura.* χρυσογράφος, Scylitzæ pag. 450. & Joëli in Chron. pag. 177. Liber Translationis S. Sebastiani: *Textum deinceps sacrorum Evangeliorum aureis characteribus exaratum;—obtulit.* Ordericus Vitalis lib. 5. *Luitprandus Langobardorum Rex donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quam Aripertus aureis scriptam literis Romam direxerat,—confirmavit.* Adde Puricellum in Ambrosiana Basilic. pag. 283. Ex qua verò materia constarent ejusmodi aureus, ut & cæteri colores in exarandis & ornandis libris adhiberi soliti docet imprimis Papias, in verbo *Libri*: *Scribebantur autem* (libri) *diversis coloribus, quos facere poteris hujusmodi factis confectionibus. Argenteas literas facies, fiaris florem, & alumen æquis ponderibus in argento contriveris. Aureas facies, si alumen & æris florem æquo pondere aceto infusum de auro in aurum, usque ad mellis Attici grassitudinem triti perduxeris. Æreum colorem facies, si sal & alumen rotundum æqui ponderis in æreo vasculo aceto infuso in æramento teras, usque ad mellis Attici grassitudinem. Hoc etiam ferreum facit.*

AURILEGIUM, *Locus, ubi reponitur aurum, scilicet thesaurus: ubi legitur, id est, colligitur aurum.* Ugutio & Joan. de Janua.

AURILEGULUS, Qui aurum è fodinis eruit: in l. 5. C. de Metallis & Metallar. & l. 9. Cod. Theod. eod. tit. Gloss. Gr. Lat. χρυσορύκτης, *Aurilegulus.* Gloss. Lat. Gr. *Aurilegulus*, χρυσεκλέκτης. Paulinus Poëm. 30.

Callidos aurilegulos in aurum
Vertis, & versos imitaris ipsa,
E quibus vivum fodiente verbo
Eruis aurum.

Aurilegi ambronis, in Epistola 1. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Manilius lib. 5.

Quærere sub terris aurum, furtoque latentem
Naturam eruere omnem, orbemque invertere præda
Imperat, &c.

Vide Jacob. Gothofred. ad Cod. Th. d. tit. de Metallis & Metallar.

AURIPERCUSSOR, Aurifaber, in Tabulario S. Genovefæ Paris. an. 1285.

AURIPETIA, Fragmentum ex auro *Piece d' or*, vox composita ex *petia*, Gall. *Piece.* Anastasius Biblioth. in Benedicto III. p. 206. *Isdem Præsul* (fecit) *pulcherrimi decoris rete factum miro opere ex gemmis alvaberis, & bullis aureis, conclusas etiam auripetiis in se habens sinaltitas.*

AURIPICTUS, Auro pictus. Monasticum Anglic. to. 3. p. 333. *Caput S. Gamalielis auripictum, cum lapidibus circa humeros insertis.*

AURIS. *Aurium abscissio, & incisio*, fuit olim inter pœnas à Legibus receptas: nam templorum & ceterum sacrarum spoliatoribus aures findebantur, Legib. Saxonum. Additio ad easdem Leges tit. 12. *Qui fanum effregerit, &c. finduntur aures ejus, & castratur, &c.* Ea etiam pœna mulctabantur servi fugitivi. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 48. de Leudaste servo facto: *Cumque bis aut tertiò reductus à fuga lapsu teneri non posset, auris incisione mulctatur.* Vide eundem lib. 9. c. 38. & Aimoinum lib. 3. c. 43.

Sed & fures omnes. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap 29. *Et qui emble soc de charruë, & qui emble autres choses, robes, ou deniers, ou autres menuës choses, il doit perdre l' oreille al premier messet, & de l' autre larrecin il pert le pié, & au tiers larrecin, il est pendable.* Computum terræ Campaniæ an. 1348. *A Jean l' Espicier Garde de la Prevosté de Grans, por Justicier à Grans 2. femmes, ausquelles on couppa les orelles por soupçon de larrecin.* In Computo Domanii Peronæ an. 1520. fol. 101. de fure: *Lequel depuis a esté condamné—à estre exorillé, bastu de verges, & banni.* Eadem pœna statuitur in Charta Communiæ Bituricensis an. 1181. & in Consuetudine municipal. Bellaci MS. ab Adelberto III. Comite Marchiæ edita in eos, qui in vineis damna faciunt: Edicto Cazimiri Regis Poloniæ an. 1368. in eum, qui in curia Militis minutas quascunque res subtraxerit. Adde Fletam lib. 1. c. 38. §. 10. 11. Decreta S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 40. & Thomasserium in Consuetud. Bituric. p. 65. 69. 229.

Statutam eandem pœnam non modò in furtis; sed etiam aliis delictis, observare est ex Statutis Henrici V. Regis Angl. *tempore guerræ*, quod extat apud Nic. Uptonum lib. 4. de Militari officio p. 140. Ex Edicto Philippi Pulcri de duellis art. 6. apud Cowellum lib. 4. tit. 18. §. 47. 49. in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Lenonib. Adde Theophanem pag. 415. Porrò aurium abscissionem pertinere ad majores Justitiarios, annotant Consuetudines, Silvanectensis art. 106. Andegav. art. 148. & Juliodun. cap. 39. art. 12.

Aurium apertio. Liber 3. Sacrament. Eccles. Rom. cap. 16. *Post hæc commenda p. plebs pro jejuniis 4. 7. & 10. mensis temporibus suis, sive pro scrutiniis, vel Aurium apertione, sive orandum pro infirmis, vel ad nuntiandum Natalitia Sanctorum.* In Missali Gallicano veteri pag. 449. *Expositio Evangeliorum in Apertione aurium ad Electos*, id est, *ad baptizandos.* Vide Epheta.

Testes per aurem attracti. Lex Bajwarior. tit. 15. cap. 2. *Ille testis per aurem debet esse tractus, quia sic habet Lex vestra.* Tit. 16. cap. 2. *Si quis testem habuerit per aurem tractum.* Cap. 6. *Adprehendat manum proximi sui, &*

 dicat

dicat: Sic me Deus adjuvet, & illum, cujus manum teneo, quod ego ad testem illum inter vos per aure tractus fui de ista causa ad veritatem dicendam. Charta exarata an. 35. Caroli M. in Metropoli Salisburgens. tom. 3. p. 322. *Coram residentibus & adstantibus multis, & testes usu Bajoariorum per aures ex utriusque partibus tracti, &c.* Charta Arnolfi Ducis Bajoariorum an. 808. ibidem to. 1. p. 131. *Coram Clero & omni populo & multis testibus, sicut mos est, per aurem attractis firmata.* Alia Honorii II. PP. an. 1125. ibid. tom 2. p 51. *Harum rerum omnium testes per aurem attracti sunt Fridericus Advocatus, duo filii Adelberti Comitis, &c.* Charta Henrici Ratisponensis Episcopi an. 1137. ibidem to. 3. p. 286. *Hujus autem traditionis & institutionis testes sunt more Bavarorum auribus tracti, Albertus Decanus, &c.* Similes formulæ habentur ibid. pag. 460. 463. in Chronic. Reichersperg ensi pag. 175. 177. 178. 193. 212. & apud Gretzerum in Episcopis Eystetensibus pag. 462. Hinc ea fortè apud nos recepta loquendi formula, *Se faire tirer l' oreille pour dire quelque chose.*

Aures torquere & alapas dare testibus. Lex Ripuariorum tit 60. §. 1. *Ad locum traditionis cum eodem numero pueris accedat,—& sic eis præsentibus pretium tradat, & possessionem accipiat, & unicuique de parvulis alapas donet, & torqueat auriculas, ut ei postea testimonium præbeant. Testes tracti,* in Legib. Alaman. tit. 94. Charta Widonis de Montefalcone an. 1112. in Tabul. Eccl. Augustod. *Hujus dimissionis testes,—Poncius Canonicus de Rebello, qui infans tunc ibi colafum accepit, ne qu ndoque traderet oblivioni.*

Ex his docemur olim testibus vellicatas & *tractas aures*, & *alapas* inflictas, quò testimonii à se editi vel edendi memoriam servarent: quod apud priscos Romanos in usu fuit. Qui enim in jus vocabat, ei, cui litem intendebat, denuntiabat, ut ad Prætorem veniret: si parebat, Prætor adibatur; sin minùs, qui vocabat, testem adducebat, eïque auriculam vellebat, atque ita adversario manum injiciebat. Alioqui, nisi antestatus esset, manum injicere, & ad Prætorem, judicemque rapere non licebat, eratque injuriarum actio adversus eum, qui secus fecerat, comparata. Plautus in Persa:

Nonne antestaris?
Tuan' ego caussa, carnufex cuiquam
Mortali libero aures atteram?

Virgil. Ecl. 6.

—Cynthius aurem
Vellit & admonuit.

Et Horatius lib. 1. Sat 9.

—Casu venit obvius illi
Adversarius: Et quo tu turpissime? magna
Exclamat voce, & Licet antestari? ego verò
Oppono auriculam, rapit in jus, clamor utrinque,
Undique concursus.

Ubi Acron: *Olim, qui antestabantur, auriculam contingebant.—Tangens autem auriculam, his verbis loquebatur: Licet antestari? Si ille respondisset: Licet; injectione manus adversarium suum in jus trahebat, &c.* Meminit hujus ritus Clemens Alexandr. Stromat. lib. 5. τὰ διὰ δικαιοσύνης ζυγὰ καὶ ἀσσάρια, ῥαπισμοὶ τε καὶ αἱ τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις. Huc præterea spectat Guidonis Laurini Lapillus antiquus, cujus Rævardus meminit ad Leges XII. Tabul. c. 5. cui insculpta erat manus atterens auriculam, cum hac inscriptione ΜΝΗΜΟΝΕΥΕ, i. *Memor esto.*

AURISAMITUM. Vide *Examitum.*

AURISCALPIUS. Auctor Præfationis in Marcellini & Faustini libellum precum: *Quem in tantum matrona diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur.*

AURISCIDUS. *Qui scindit aurum.* Jo. de Janua.

AURISIA, ex Gr. ἀορασία, Cæcitas, tenebræ. Alanus de Insulis contra Valdenses cap. 48. *Sunt multæ species fallaciæ visus, una est, quando non videmus, quod oculis præsentatur, quæ dicitur Aurisia, id est avidentia, qua percussi fuerunt, qui Elizæum quærebant.* Jacobus de Vitriaco lib. 3. p. 1140. *Ex angustia famis diversa morborum genera vexabant eos, & inter cætera incommoda, quæ sustinuerunt, noctibus quasi aurisia percussi, nihil videre poterant.*

AURIZUM, pro *Obryzum.* Chronicon Novalic. l. 5. *Pocula erant auro aurizo plena balsami.*

AUROBRUSTUS. Vide *Brusdus.*

AUROCHALCUS, pro *Aurichalcus.* Anastasius in S. Silvestro PP. *Fecit autem candelabra aurochalca in pedibus 10.*

AUROCLAVUS, pro *Auroclavatus* apud veterem interpretem Juvenalis Sat. 6. Charta donationis Ecclesiæ Cornutianæ edita à Joanne Suaresio: *Pallium holosericum auroclavum.* Ibidem: *Vela tramoserica auroclava, vela blattea auroclava paragaudata.* Rursum: *Vela linea auroclava clavatura quadra.* Occurrit ibi pluries.

AUROCLUSUS. Vide *Inclusor.*

AUROLENTUS, *Auro plenus*, Isoni Magistro ad Prudent. lib. Peristeph. Hym. 6. v. 49. Ita *roſulentum, à rosa, sicut rorulenta, à rore*, dixit idem Prudentius ibidem Hym. 9.

AUROR, Aureus fulgor. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Erumpunt portis acies aurore decoræ.

Aurorare, Illuminare, ab aurore dicitur. Gloss. Isid. Joan. de Janua.

AUROSUS, Opimus, πολύχρυσος, in Gloss. Græc. Lat.

AUROTEXTILIS, Pannus auro textus, Gall. *Drap d' or, tissu d' or.* Anastasius in S. Vitaliano: *Obtulit super altare illius pallium aurotextile.* Apud eundem pag. 36. 37. *Auro textus.*

AURUM. *Aurum ad Responsum*, quod destinatum est ad perferenda in provincias per veredos *Responsa*, seu mandata Principum, vel quod Responsalibus dabatur. Scrinio auri istius præerat *Primicerius scrinii auri ad Responsum*, seu, ut quidam Codices præferunt, *aureæ*, nempe *massæ*; eratque sub dispositione Comitis sacrarum largitionum, ut & *Primicerius scrinii aureæ massæ.* Vide Notitiam Imperii.

Aurum Arabicum. Otto Frising l. 2. de Gestis Friderici c. 22. *Accipe nunc, Roma, pro auro Arabico Theutonicum ferrum.* Henric. Knyghton pag. 2321. *Hic ensis fuit de nobilissimo auro Arabico, &c.* Thwroczius in Hist. Hungar. part 2 cap. 3. *Ei equum album magnum cum sella deaurata auro Arabiæ—miserunt. Le Roman d' Alixandre MS.*

Et ot a quatre clous d' or fin Arabiant
Sur le fer attachié un confanon pendant.

Aurum coccinum. Charta Ottonis Imp. an. 873. pro fundatione Monasterii Gundersheimensis apud Henricum Meibomium ad Witikindum pag. 103. *Nec non omnibus rebus cujuslibet professionis, excepto auro coccino, &c.* nisi divelli verba debeant.

Aurum coctum, quod aliàs *obryzum*, in leg. 1. Cod. Th. de Ponderator. *Aurum coquere*, in leg. un. eod. Cod. de Auri publici prosecutoribus. S. Audoënus in Vita S. Eligii: *Cùm—vellet domesticus simul ac monetarius aurum ipsum fornacis coctione purgare, ut juxta ritum purissimum ac rutilum aulæ Regis præsentaretur metallum &c.* Fortunatus lib. 5. Poëm. 5.

O quoties coctum zonæ micat aura per aurum!

Capitula Caroli Calvi tit. 32. cap. 24. *Ut in omni Regno nostro non ampliùs vendatur libra auri purissime cocti, nisi*

nisi 12. libras argenti de novis & meris denariis. Illud verò aurum, quod coctum quidem fuerit, sed non tantum ut ex eo deauratura fieri possit, libra una de auro vendatur decem libris argenti de novis & meris denariis. Historia Translat. S. Gorgonii cap. 12. *Et quidquid perdideris, ego cocto auro restaurabo.* Charta Henrici Imp. an. 1012. apud Ughell. tom. 2. pag. 514. *Sciat, se compositurum ducentas libras auri cocti.* Alia an. 1265. apud eundem p. 653. *Sub pœna cocti auri librarum quatuor.* ἄπεφθος χρυσὸς apud Themistium orat. 13. & Scholiastem Thucydid. lib. 1. ἑξάπεφθος χρυσός, apud Simocattam lib. 5. Hist. Mauric. cap. 13. ubi fortè ἑξάπεφθος quis legerit, ut intelligatur aurum sexies coctum. Gloss. Lat. Græc. *Auricoctor*, χρυσεψητής. Statuta MSS. pro Aurificibus Parisiens. an. 1355. *Nul orfevre ne peut euvrer d'or à Paris, qui ne soit à la tousche de Paris, o meilleur; la quelle tousche passe tous les ors dont l'on èuvre en nulles terres, lequell a 19. karats & 7. quints.*

Aurum comparatitium, quod pro veste militari & canonica comparanda à tributariis præstabatur in l. 3. Cod. Th. de Re militari.

Aurum coronarium, quod Imperatoribus Romanis ultro conferebatur in auro vel in coronis aureis, signisque diversis, ob partas victorias, aut lætitiam aliquam, à Senatoribus & aliis Magistratibus: interdum necessitate aliqua postulante indicebatur. A Satrapis etiam pro devotione; quam debebant Imperio Romano, si lenniter offerebatur. Vide Monumentum Ancyranum Augusti, & titul. Cod. Th. *de Auro coronario*, & ibi Jacobum Gothofredum, Petavium ad Synesium p. 7. & Valesium ad Ammiani l. 25. p. 301.

Aurea massa, vel *Auri massa*, vel *Auri illatio*, quod scilicet à tributariis pensitabatur, vel à susceptoribus vectigalium publicorum in massam conflatum ad sacras largitiones transmittebatur, ut est in leg. 13. Cod. Th. de Suscept. nam hac lege sanxit Valentinianus Aug ut tributariis facultas esset, vel solidos solvere, vel materiam auri, quam exsolvere tenerentur susceptoribus, in massam redigere: utque iidem susceptores solidos ipsos, si recepissent, in massam pariter redactos ad sacras largitiones transmitterent, sub quarum Comite militabat *Primicerius aureæ massæ*, ut est in Notitia Imperii.

Aurum merum. Vide *Merus.*

Aurum argento mistum vocatur in Edicto Pistensi Caroli Calvi cap. 33. cui opponitur *Aurum merum.* Vide in *Merus.*

Aurum oblatitium, quod ultro, & non ex necessitate, vel ordinaria collatione Senatores Principi offerebant, veluti Principatus initio, vel quinquennalibus, aut decennalibus, vel post victoriam à Principe adeptam, speciem tamen necessitatis quandam habuit, ubi de eo offerendo decretum Senatus intervenisset. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 5. Cod. Th. de Senatorib.

Aurum pagense, tributum, quod ex pagis cogebatur. Vide *Inferenda.*

Aurum pœnosum, Auri lustralis collatio, à qua pauperes non immunes erant, unde *pœnosum* dictum, ut habet vetus Auctor quæstionum veteris ac novi Testamenti, quæst. 75. *Didrachma, Capitulum, vel tributi exactio intelligitur, non prædiorum: quod nunc pœnosum aurum appellatur, quia & pauperes exiguntur*, χρυσάργυρον posteriores Græci appellarunt, à qua ne νευρόῤῥαφος, seu *sutor* quidem immunis erat, ut est apud Libanium orat. contra Florentium pag. 427. De Chrysargyro, vide Meursii Glossarium.

Aurum primum, Obryzum, purum, apud Matth. Westmon. an. 1251. Vide Dissertat. 20. ad Joinvillam pag. 258.

AUSARE, *Nominari* Ugutioni.

AUSBERGOTUM. Vide *Halsbergum.*

AUSCULTARE, & *Ascultare* dicuntur Monachi, qui priusquam in Ecclesia quod sibi injunctum est, legant, recitent, vel canant, coram eo, cui id curæ incumbit, Lectiones suas recitant, & ab ipso non modò seriem Lectionis accipiunt; sed etiam, quo illa vocis tono recitanda sit, docentur. Lib. Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 34. *Fratres, qui in Ecclesia sive ad Missam, sive ad Matutinas, aliquid legere habent, debent ab Armario ascultare. Abbas autem & Prior ascultare non coguntur, quod ad Missam legendum est, auscultetur in spacio, quod est inter Capitulum & Tertiam.—Fratres, qui officiis deputati sunt, si id, quod habent legere, horis constitutis auscultare non possunt; postmodum cùm eis vacat, auscultent.—Frater verò qui primam Lectionem habet legere, debet hora auscultandi Lectionem, librum in quo legendum est, in Claustrum deferre, &, postquam omnes auscultaverint, in locum suum referre.* Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 5. *Quicunque lecturus vel cantaturus est aliquid in Monasterio, si necesse habeat, ab eo* (Cantore) *priusquam incipiat, debet auscultare.*

AUSSORINGHE. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Quòd si armis molutis fuerit* (læsus,) *tres libras, & arma duo, & 10. solidos læso, & impensas in medicum: Wapeldrine, tres libras domino, & 20. solidos læso: Aussoringhe, tres libras domino, & 20. solidos injuriam passo.*

AUSSUS, *Ausus.* Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis ch. 362. *Et habet censum unum sestarium de sigile, & 18. denarios, & multonem cum ausso, & agnum, & receptum cum 4. Militibus, &c.* Ch. 384. *Et in mense Madio unum multonem cum ausso, & unum agnum, &c.* Ch. 451. *Habet censum unum sestarium de sigile, & 18. denarios & cum auso multonem, & agnum, &c.*

AUSTORIUS. Vide *Austur.*

AUSTRARE, *Humefacere, ab Austro.* Papias.

AUSTRIA, *Austrasia*, dicta ea pars Galliæ, quæ cis Rhenum sita est, quòd ad Orientem sit respectu *Neustriæ*, quæ est ad Occidentem. Prioribus enim Imperii Gallici sæculis, tota Gallia in *Austriam*, *Neustriam*, *Burgundiam*, *Aquitaniam*, & *Franciam* dividebatur. Charta Caroli Simplicis Regis Franc. pro Monasterio S. Martini Turon. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 137. *Et frui rebus, quæ habentur in Austria, Neustria, Burgundia, Aquitania, & Francia, &c. Austria* igitur ea pars dicta, quæ ad Orientem erat, unde *Orientalis Francia* non semel appellatur, in qua & Metensis civitas statuitur, in Literis Ludovici III. Regis Lotharingiæ in Tabulario Gorziensi pag. 95. 100. *Actum anno ab Incarnatione Domini 876. Indict. 9. Epacta 22. Conc. 7. anno 8. regni Hludovici serenissimi Regis in Occidentali parte Franciæ regnantis. Actum Metis civitate in Dei nomine feliciter.* Charta alia Ludovici ejus filii: *Data 6. Idus Maji anno Dom. Incarn. 878. Ind. 11. Ep. 14. Conc. 2. an. 3. Ludovici in Orientali Francia regnantis. Actum Metis civitate Osterland* dicitur in Annalibus Francor. Metensib. an. 688. *Pipinus Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlandos vocant, suscepit principatum.* Aimoinus lib. 1. Hist. Franc. cap. 4. *Has omnes provincias dum Franci occupavissent, illam regionem, quæ Septentrionem versus tenditur, & inter Mosam & Rhenum est, Austriam: illam autem, quæ à Mosa ad Ligerim usque pertingit, Neustriam vocaverunt.* Gesta Dagoberti Regis cap. 31. *Dagobertus Rex Metas urbem veniens, Sigebertum filium suum in Regno Austriæ sublimavit, sedemque Metis habere permisit.* Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 769. *Tunc Abdiraman suprafatum Eudonem Ducem insequens,—cum Consule Franciæ interioris Austriæ nomine Carolum, virum ab ineunte ætate belligerum—sese infrontat, &c.* Obiter porro hìc monendum,

dum, *Eudonis* Ducis Franciæ, seu potiùs Aquitaniæ, filiæ, hoc loco mentionem fieri, quam ille Munuzæ ex Maurorum gente, qui in Asturicensi Hispaniæ provincia regnum obtinebat, in uxorem dedit: de quo etiam Munuza egit Sebastianus Salmanticensis Episcopus p. 47. De *Austria* agunt passim Scriptores nostri.

Austrasia, eadem notione. Vita Sigeberti Regis filii Dagoberti: *Eam partem Franciæ, quæ vergit ad Meridiem & Orientem, vocabant Austrasiam: eam quæ vergit ad Aquilonem & Occidentem, vocabant Neustriam.* Passim apud Scriptores nostros. Hinc *Austrasii, Austrasiani, & Austrasii Franci*, dicti iisdem Franci, qui ex Austriæ regno erant.

AUSTRINATUS, *Macer, i. vento austro corruptus.* Papias.

AUSTUR. Vide *Astur.*

AUTERIUM. Historia de Exordio Monasterii S. Joannis de Tarouça, tom. 3. Monarch. Lusitan. Brandaonis p. 285. *Et inde, ubi intrat ipsum fontanum in Barosa, & inde per illum auterium, de Armata, & inde per illum montem de Pineio, &c.*

AUTHENTICUS. Gloss. MS. Reg. Cod. 1179. *Authenticum, auctoritate receptum.* Jo. de Janua: *Authenticus, auctoritate plenus, vel fide dignus, cui primò credebatur ex sui dignitate. Item Authenticus dicitur etiam nobilis.* Hinc

Authenticæ personæ, Proceres, magnates, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 32.

Authenticum, Originale instrumentum. Hesychius: κύελον, ἴδιον, αὐθεντικὸν γραμμάτιον. Greg. M. lib. 1. Epist. 42. *Vel authentica, vel exemplaria. Authentica chartula*, apud eundem lib. 2. Indict. 11. Epist. 3. lib. 8. Epist. 55. Nicolaus I. PP. Epist. 8. *Cùm autem Legati vestri venerint, mittite, quæsumus, & epistolas authenticas, quas per Rhadoaldum & Zachariam dudum Episcopos misimus dudum vestræ Eminentiæ, &c.* Idem Epist. 27. *Quarum* (literarum) *exemplaria, ne authenticæ istarum, aut interceptæ, aut à quibusdam fortasse dehonestatæ, aut perditæ—fuissent, Magnitudini tuæ per hunc gerulum transmittimus.*

Authentica, eadem notione. Carolus Magnus in Epist. ad Magnum Archiepisc. Senonensem: *Et hanc authenticam, ut præmisimus, diligenter—transcribi perlenseas.*

Authentica, Novellæ Constitutiones Justiniani appellari cœptæ, ex quo rejecta Juliani Antecessoris versione seu editione, earundem barbara Bulgari tempore facta translatio, quòd uberior videretur, ab Accursio recepta est, qui *Authenticam* appellavit, quoniam ex ipso Græco originali ad litteram traducta esset. Ita Alciatus lib. 2. Paretg. cap. 46. & Antonius Augustinus in Præfat. ad Julianum.

Authenticare, Confirmare, quam vocem etiam usurpant Itali. Hesychius: αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν, ἐναυθεντεῖν, apud Annam Comnen. lib. 5. Alex. p. 132. de quarum vocum notionibus, consule Glossaria Meursii & Fabroti, & Allatium lib. 1. de Utriusque Eccles. consensu c. 21. n. 4. Ekkehardus Minimus de Vita B. Notkeri Balbuli c. 16. *Omnia canonizavit,—& disciplinas, quas docuerunt, totum authenticavit.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 14. *Mandata quoque generalia, quæ communiter hactenus recepistis, ut particularis ex eis & integra nobis habilitas offeratur, authenticari per manum publicam faciatis.*

Authenticatus, Canonizatus. Stephanus Episcop. Tornacensis Epist. 231. de Canonizatione S. Geraldi Fundat. Silvæ majoris: *Hoc anno à Domino Papa Romæ debita Missarum solennitate authenticatus, & in Catalogo Sanctorum meruit adscribi.*

AUTICAX, Equini morbi species, *cùm ex dicta ægritudine capitis humores descendunt ad oculos, facientes eos lacrymare, vel in eis planum vel turbulentiam ac ruborem vel caliginem, propter quæ non valet equus, ut decet, respicere, vel videre.* Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 26.

AUTOCEPHALIA. Græci αὐτοκεφάλους Episcopos appellarunt, qui à Patriarchis non dependebant ratione jurisdictionis; sed eodem ac illi αὐτοκεφαλίας jure gaudebant, nulli alii subjecti. Unde in sexta Synodo can. 39. qui etiam refertur à Constantino Porphyrogenito lib. de Adm. Imp. c. 48. Nova Justinianopolis τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *jus Constantinopoleos habere* dicitur. Id autem juris in Ecclesia Orientali habuere præterea Archiepiscopus Bulgariæ, & alii nonnulli Metropolitani, ἀπὸ φιλοτιμίας βασιλικῆς, inquit Balsamon de Privilegiis Patriarcharum. In Ecclesia Occidentali idem privilegium sibi arrogasse Archiepiscopos Ravennates, auctor est Anastasius in Dono PP. *Hujus temporibus Ecclesia Ravennatum, quæ se ab Ecclesia Romana segregaverat, causa Autocephaliæ, denuo se pristinæ sedi Apostolicæ subjugavit.* Idem in Leone II. *Sed & typum Autocephaliæ, quem sibi elicuerant*, (Archiepiscopi Ravennates) *ad amputanda scandala sedi Apostolicæ restituerunt.* Unde patet, id privilegium consecutos Archiepiscopos Ravennates, vel à summis Pontificibus, vel ab Imperatoribus Constantinopolitanis, vel denique per usurpationem, maximè cùm Roma ab eorum Imperio avulsa, solus ferè in Italia Græcis Augustis remansit Ravennensis Exarchatus: ita ut nec Patriarchis Constantinopolitanis parerent, quibus nunquam paruerant; nec Pontificibus Romanis, qui ab Imperatoribus Orientis defecerant. Sed ab Italia demum omnino expulsis Græcis, hanc Ravennatis Ecclesiæ autocephaliam abrogavere summi Pontifices, & statuere, *ut Ecclesia Ravennas sub ordinatione sedis Apostolicæ esset*, & *ut juxta antiquam consuetudinem in civitatem Romanam veniret Archiepiscopus ordinandus*, ut ibidem narrat Anastasius. Vide Hieronymum Rubeum lib. 4. Hist. Ravennat. p. 209.

AUTOMATA. Vita S. Hilarii Arelatensis Episcopi: *Jam quemadmodum salinas expetens, automata propriis manibus, & sudore confecerit.* Ubi *automata* videntur esse instrumenta mechanica, sponte se moventia, quibus aqua ex salinis eruitur. *Aquarum expressiones*, αὐτομάτους, dixit Vitruvius lib. 9. c. 9.

AUTOPRACTI, dicebantur ii, quibus id privilegii indultum erat, ut ad tributa solvenda à compulsoribus, ut cæteri, non admonerentur, aut compellerentur; sed ultro, & *spontaneæ voluntatis studio*, ut loquitur lex 34. Cod. Th. de Annona & trib. ea inferrent. Ejusmodi erant dignitate præcellentes viri, & vitæ honestate eminentes possessores. Vide l. 4. eod. Cod. De Conlat. translat. postul.

AUTORIZARE. Vide *Auctorizare.*

AUTUMA, æ, *Existimatio*, Ugutioni.

AUTUMNALIA, Fructus terræ, qui autumni tempore maturescunt, Messes. Radulfus de *Hengham* in Magna cap. 5. *Ista autem ultima lex potest vadiari ad salvandum autumnalia, aut reditum assisum.*

AUTUMNARE, Rapere, decerpere, uti faciunt ii, qui autumni tempestate fructus ex arboribus avellunt. *Autumnos fructus decerpere*, in l. 2. Cod. Th. de Feriis. Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis c. 9. *Ut res, quas fidelium largitas—loco concessit,—studio rapaci penitus sibi autumnarent.* Consuetudo Andegavensis art. 499. ubi de operis seu *corvatis*: *En esté pour faucher, fener, aouster, vendanger, &c.* Gall. *Faire l'aoust.*

Autumnare, maturescere, in Glossis MSS. S. Germani Paris. Cod. 524.

AUTUMNUS. Bajwarii annos suos per *Autumnos* numerabant, (ut Anglo-Saxones per *Hiemes*) Legib.

Legib. Canuti Regis cap. 19. & Dani, apud Wormium in Fastis Danicis c. 7.) Lex Bajwar. tit. 7. cap. 19. §. 4. *Per singulos annos, id est, Autumnos singulos.* Olim Germani, ut auctor est Tacitus, quid esset *Autumnus*, non norant. Sic ille lib. de Morib. German. *annum quoque ipsum non in totidem digerunt species. Hiems & ver & æstas intellectum ac vocabula habent: Autumni perinde nomen ac bona ignorantur.* Quando verò *Autumnus* apud nos, ut & cæteræ anni tempestates incipiant, docent versus isti apud Lindwodum:

Dat Clemens Hiemem, dat Petrus Ver Cathedratus,
Æstuat Urbanus, Autumnat Bartholomæus.

Autumnus, pro *autumnalis*. Occurrit apud Ovidium, Manilium Gellium, Tertullian. Ausonium, &c. Vide Jac. Gothofred. ad l. 2. C. Th. de Feriis.

AUVANNA, Umbraculum ligneum projectum, quod fenestræ vel officinæ appenditur; Gallis *Auvan*: fortè quòd *vanni* alti instar suspendatur, aut quòd ventum arceat, quasi *ostevent*: vel quòd in plateam progrediatur, ex Gallico *Avancer*, quasi *Avance*. Charta Communiæ Hamensis: *Si quis ædificaverit, novum ponet ædificium, ubi vetus fuit, in anteriore autem parte domus, supra viam, duos auvannos; unum scilicet super alium, singulosque duorum pedum facere poterit, &c.* Eadem Charta Gallica, *deux avautvens.* Charta an. 1205. apud Duchesnium in Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 75. & 100. *Salvis auvannis domorum, ita quòd non noceant hominibus ad pedem, neque equitantibus.* Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragonum an. 1283. *Si de lucernis, cloacis, de parietibus & auvannis — fuerit quæstio, &c.* Sic in MS.

AUVARDUM. Vide *Esgardum.*

AVUNCULUS, pro *Patruo* promiscuè usurpatum legere est apud Scriptores mediæ ætatis. Vide Decretionem Childeberti Regis c. 1. & Capitularia Caroli C. p. 161. 296. Editionis Sirmondi.

Avunculus, uti post Pithœum observat Beslius in Hist. Comit. Pictav. cap. 10. interdum etiam dicitur, *le cousin qui à le germain sur l'autre*, quod in Britannia Armorica maximè usurpatur. Unde ejusmodi cognatos dicimus *Oncles à la mode de Bretagne.*

AVURSA, Lex Bajwar. tit. 13. cap. 4. *Dicit ad reum, qui animal compellebat ad mortem: Recipe animal, quod læsisti, quod nos Avursam vocamus.* In Edit. Heroldi habetur *aversam*, in Cod. Regio *avursum*, in Metenii *aborsum.* Spelmannus, Saxon. a-wyrſe, id est, pejus deterius, Anglis hodie *Wrse.*

AVUS. Vide *Batuda.*

AUXILIA Romani appellarunt copias militares, quæ à sociis vel fœderatis mittebantur; differebantque eâ à Legionibus, quæ ex Romanis constabant. Ita Vegetius lib. 1. cap. 2. Victor Schotti in Maximiano: *Huic postea cultu numinis Herculei cognomen tum accessit, uti Valerio Jovium: unde etiam militaribus auxiliis longe in exercitum præstantibus nomen impositum. Auxilium, inquit Varro, appellatur ab auctu, cùm accesserant, qui adjumento essent, alienigenæ.*

AUXILIUM, vox forensis, Gallis *Ayde, droit d'ayde.* Sic autem appellatur quædam tributi & vectigalis species, quam tenens seu vassallus Domino capitali, pro ingruente aliqua necessitate, præstat, & ob sumptuum necessariorum onera. Suidas ἀὐξίλια, οἱ Ῥωμαῖοι τὰ τοιαῦτα τέλη προσαγορεύουσι. Matth. Paris an. 1232. *Quibus* (Magnatibus) *Rex proposuit, quòd magnis esset debitis implicatus, — unde necessitate compulsus, ab omnibus generaliter auxilium postulavit.* Rogerus Hoveden. p. 778. *Eodem anno Richardus Rex accepit de unaquaque carrucata terræ, sive hida totius Angliæ quinque solidos de auxilio. Adjutorium* dicitur in Constit. Siculis lib. 3. tit. 18. & 19.

Duplicis verò generis est *Auxilium*, legitium scilicet, & liberum seu gratiosum. *Legitimum* vocat, quod à Lege, vel à Consuetudine inductum est, ejusmodi sunt tria illa Auxilia, quæ in omnibus ferè Consuetudinibus municipalibus domino feudi feruntur, cùm videlicet primogenitum filium Militem facit; cùm filiam primogenitam primùm nuptui locat, ac tertiò, si ipse è captivitate redimendus fit. Ea igitur Auxilia, quòd à Legibus firmata sint, *Legitimæ talliæ* dicuntur in Charta Guillelmi de Plessejo, in Tabulario Abbatiæ de Rota: *Et propter legitimas tallias videlicet de Militia primogeniti filii, &c. Leaux aydes*, in Tabulario Feodorum Pictav. & in Charta Herberti *de Marçai* Milites anni 1272. quæ extat in Tabulario S. Hilarii Magni Pictav. & in Consuetudine Lodunensi cap. 8. §. 1. 7.

Quòd verò à Consuetudine manare videantur, Auxilia consuetudinaria, *Aydes Coustumieres* appellantur in Consuet. Normann. cap. 31. Eadem etiam *Auxilia communia* dicuntur, in Arestis Candelosæ ann. 1257. in 1. Reg. Parlam. p. 90. Ejusmodi autem Auxilia nihil detrahunt feudi dignitati, cùm ad personas pertineant, quæ liberè tenent, & non ad tenementum, quòd liberè tenetur, ut ait Bracton. l. 2. c. 16. §. 8. & ex eo Fleta l. 3. c. 14. §. 9. *Quæ quidem auxilia fiunt de gratia, & non de jure, pro necessitate & indigentia domini capitalis, & non sunt prædialia; sed personalia. & ut hujusmodi auxilia citiùs vel graviùs quàm justum sit, leventur, provisum est, quòd de feodo unius Militis integro 20. solidi tantùm tribuantur & leventur, de 20. libratis terræ, quàm quis tenuerit in socagio, 20. sol. & de majori plus, & de minori minus, secundùm terræ quantitatem: nec pro filio levetur, priusquam 15. fuerit annorum, nec pro filia ante ætatem 7. annorum, &c.* Ita Bracton.

Dicitur præterea *Auxilium capitale*, *Ayde-Chevel*, in veteri Consuetud. Normanniæ MS. 1. part. Sect. 3. c. 25. quod Domino capitali præstatur. *Aydes-Chevels de Normandie sont dits Chevels, por iceu que l'enles doit rendre as Seigneurs-Chevels. Adecertes trois Aydes-Chevels sont accoustumées à payer en Normandie, —pour Chevalerie du fils aisné, le second pour le mariage de sa fille aisnée, & le troisiesme pour le rençon du Seigneur.* Adde novam Consuetud. art. 166. 168. In Delphinatu *Taille Seigneuriale* vocatur, ut auctor est Dion. Salvaingus Tract. de Jurib. dom. c. 49. *Aide de Noblesse*, in Consuetudine Britanniæ art. 91. quòd iis auxiliis etiam nobiles perinde ac reliqui tenentes obnoxii sint.

Quandoque, & crebrò *rationabilia Auxilia* appellantur, non quòd ipsa ratio dictet ea præstanda domino à vasallo; sed quia moderatiùs sint à vassallis exigenda, & secundùm eorum facultates, ne nimio onere prægraventur. Quo sensu accipitur *rationable Auxilium* in Charta libertatum Angliæ à Rege Joanne concessarum apud Matth. Paris. an. 1215. *Nullum scutagium, vel auxilium ponam in regno nostro, --nisi ad corpus nostrum redimendũ, & ad primogenitum filium nostrum Militem faciendum, & ad primogenitam filiam nostram semel maritandam, & ad hoc non fit nisi rationable Auxilium. Aydes raisonables*, in Statuto 1. Westmonasteriensi cap. 36. & in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 73. §. 1. *Poterit idem hæres rationabilia Auxilia ab hominibus suis exigere: ita tamen moderatè, quòd secundùm facultates & quantitatem feudorum suorum, non videantur nimis gravari.* Ita passim *Auxilium rationabile* capiendum apud Bractonum lib. 2. c. 7. §. 4. c. 16. §. 8. c. 56. §. 9. in Fleta lib. 3. cap. 14. §. 9. & in Monastico Angl. tom. 1. pag. 374. & tom. 2. p. 663. ut & *Leaux aydes*, in Charta Edwardi I. Regis Angliæ apud Seldenum. de Titul. honorar. 2. part. cap. 5. §. 36. *Forspris fuit reall & reasonable ayde pour lui rendre hors de prison,*

prisoiou ses heires, quel heure qu'ils fussent emprisonnez. Prætea in Consuetud. Turonensi art.90.& seq. Juliodiensi c.8. art. 2. 3. 6.8.10. c.14. art. 17. Pictavien art.188.189. & Insulensi art.70.

Iio autem differebat *Tallia* ab *Auxilio*, quòd *Tallia* arbitum domini pro qualibet necessitate exigeretu subditis, qui isti pensitationi obnoxii erant, nen à servilis conditionis hominibus: *Auxilium* ver exigi non poterat, nisi in his casibus, qui à Lege au onsuetudine inducti erant. Gharta an.1310. in Resto Rerum Andegav. in Camera Computor. Pa-fol.60. *Tailles ne sont mie aydes, ne de nom ne leur ablent: car tailles sont levées pour cas de necessité, & e volenté de Prince. Mais celles aydes nul ne puet lever, si ce n'est û cas pour quoy elles sont deuës.*

Alterius generis fuere Auxilia, quæ *libera* & *gratiosa* appellabant, quòd dominis pro ingruente aliqua necessitate imprævisa, à vassallis & subditis pensitarentur gratuitò & ex mero eorum arbitrio, cum nulla lex existeret, aut statutum municipale, quo ad id exsolvendum cogerentur. Matth. Paris an.1241. *Cives Londinenses contra consuetudinem & libertatem civitatis, quasi servi ultimæ conditionis sub nomine aut titulo liberi Adjutorii seu Tallagii, quod multùm eos angebat, Regi, licet inviti & renitentes, numerare sunt coacti.*

Gratiosa verò, & *Aydes gratieuses* vocabant nostrates Galli, quia ex mera vassallorum *gratia* domino exsolvebantur, quomodo *gratiosa munuscula* dixit Marculfus lib.2. for.1. Extat in Regesto Memorabilium Cameræ Computor. Parisiensi notato C. fol.64. Diploma Philippi Reg. Franc. 7. Febr. an.1349. quo certum tributum urbis Parisiensis incolis ad annum impositum, ex mera eorum gratia concessum agnoscit, *qu'il les tient à subside gratieux.* Ejusdem præterea tenoris ibidem extant Chartæ Joannis Regis an.1530. sed & Rex idem in alio Diplomate, quod habetur in Regesto rerum Andegavensium fol. 72. in eadem Camera Comput. Paris. an.1353. subsidia à Nobilibus, Clero & Plebejis Comitatuum Andegavensis & Cenomanensis, propter ingruentia bella sibi concessa, *Aides gratieuses* vocat. Verùm quod ex mera gratia, & libero subditorum & vassallorum arbitrio dominis aut Principibus primùm pensitabatur, id postea in legem & necessitatem transiit: cujusmodi sunt tributa varia & vectigalia Regum nostrorum, quæ nomine Auxilii, vel Subsidii exiguntur.

Auxilium pro Militia primogeniti filii, primum vulgò ponitur inter tria legalia Auxilia, quæ dominus à vassallis suis exigere potest. Extat in Regesto ejusdem Cameræ Comput. incip. ab. an. 1309. Mandatum Philippi Pulcri an.1313. quo Senescallo Santonensi præcipit, ut exigat à subditis suis *l'ayde accoustumée deue pour la Chevallerie de son fils aisné.* In eadem Camera Comput. habetur aliud Regestum, cui titulus est: *La queüillette de 10000. Paris. que la Ville de Paris paye pour la Chevalerie du Roy Loys, fils le Roy Philippe le Bel l'an. 1313.* Extat præterea ibidem *Compotum subsidii impositi pro Militia Regis Ludovici.* Cùm verò statim ac natus esset filius domini, à vassallis ejusmodi auxilium pro ejus Militia deposcerent, tandem ab Edwardo I. Reg. Angl. Statuto Westmonast. c. 35. n.3. cautum est in beneficium vassalli, ut *Auxilium non peteretur* ad filium Militem faciendum, ante ætatem 15. annorum. At Statuto Roberti I. Scotiæ Regis c.18 *potest quis levare istud subsidium ad faciendum filium suum Militem, antequam sit de ætate 15. annor.* Vide Constit. Sicul. l. 3 tit. 18.

Auxilium pro primogenita filia semel maritanda, alterum è tribus Auxiliis, quæ à Lege & Consuetudine inducta sunt, jam inde à Guiscardi temporibus, hoc est circa an. 1080. obtinuisse deprehendimus, vel potiùs circa ea tempora inductum. Tradit enim Guillelmus Apuliensis lib. 3. Rerum Normannicarum, Guiscardum Mathilde secundogenita filia, Raymundo Berengarii Comiti Barcinonensi nuptui collocata, Auxilium à vassallis suis exegisse, qui, cùm in Helenæ primogenitæ cum Constantino Duca nuptiis, nihil ejusmodi præsumsisset deposcere, id ægrè sunt passi, tanquam rem novam faceret, insuetamque hactenus sibi pensitationem imponeret.

Cunctis conjugii, quæ postulat ordo, peractis,
Sollicitat Comites Dux & quoscúnque potentes,
Dona petens, læti quibus & vir & uxòr abire
Donati valeant: nec enim priùs Imperiales
Altera cùm proles thalamos Michaelis adisset,
Quodlibet Auxilium dederant: communiter illi
Omnes tristantur; quasi vectigalia posci
A Duce mirantes; sed non obstare valentes.

Liber Rubeus Scacarii Anglici, laudatus à Seldeno libro de Tit. honorariis, 2. part. c. 5. §.17. *Cùm Rex Henricus filius Imperatricis Duci Saxoniæ filiam suam Mathildam nuptum traderet, à quolibet sui regni Milite marcam unam in subsidium nuptiarum exegit.* In Camera Computor. Parisiens. extat *Compotus subsidii impositi pro maritagio Reginæ Angliæ Dominæ Isabellis an. 1309.* Extat & alter *Compotus subsidii pro maritagio Ducissæ Burgundiæ filiæ Regis Philippi Magni.* Vide Petrum de Vineis l.5. Ep.16. Habetur denique in 1. vol. Memorialium ejusdem Cameræ Comput. Paris. signato A. fol. 4. Arestum Curiæ Parlamenti, *Sabbato post Reminiscere*, an.1309 quod etiam refertur à Chopino l. 2. Monastici tit.2. §.15. qui Clerum Normannicum à subsidio Regi præstando *pro maritagio Catharinæ Regis Franciæ primogenitæ & Angliæ Reginæ*, immunem non esse decretum est. Præterea Statuto Edwardi I. Regis Angl. Westmonast. c.35. cautum fuit in beneficium vassalli, ut *Auxilium* non peteretur ad maritandam filiam, antequam septimum ætatis attigisset annum, nec tunc quidem plus quàm 20. sol. de singulo feodo Militari, tantundem è singulis 20. libratis terræ colonicæ, quam socagium vocant. Primogenita autem filia interdum ea intelligitur prima ex filiabus, quam dominus nuptum dat. Libertates Castellinovi in Biturigib. an. 1258.— *Quando filiam suam primogenitam maritaverit: licèt autem dicatur de primogenita, nihilominus intelligitur de illa filia, quam primo duxerit maritandam.* Adde Consuet. localem ejusdem oppidi tit. 2. art. 11.

Quæsitum etiam, an ejusmodi auxilium extenderetur ad filiam primogenitam filii primogeniti defuncti, hoc est, ad neptem ex primogenito. Nam cùm Carol. II. Sicil. Rex *Auxilium* pro Beatricis, ex Caroli-Martelli filii primogeniti Hungar. Reg. neptis, nuptiis, à Provinciæ Comitatus incolis extorquere decrevisset, Aptenses contrà intercesserunt, tanquam rem novam tentaret. Expostulationis acta edita an. 1297. hæcce verba præferunt: *Et Communia dictæ civitatis injunxistis, ut pro maritatione illustris Dominæ Beatricis filiæ excellentis viri D. Karoli Reg. Ungar. bonæ memoriæ quondam, faceremus talliam in dicta civitate, seu grossum fogagium, sicut & pro filia Domini nostri Regis, quæ tamen rem novam inducit indebitam, & jugum servitutis indebitum.* Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. in voce *Dos* p. 114. & p.140. V. Cl. Dion. Salvaingum in Tract. de Jurib. dom. pag. 522. & Auctores ab eo laudatos.

Auxilium pro redemptione Corporis Domini, si ab hostibus capi contingat, quæ *tallea de prisone secundum morem patriæ* appellatur in Tabulario Absiensi fol. 32. 52. 53. tertium è legitimis Auxiliis vulgò ab omnibus admissis recensetur, omnium indubiè justissimum. Tradit Rogerus Hovedenus pro redemptione Ricardi Regis Angliæ Auxilium ab Anglis exactum, *& de unoquoque feodo Militis 20. solidos exsolutos.* Id etiam protensum videtur ad liberationem uxoris domini

domini, aut primogeniti filii, apud Walsingham. in Edw. II. cùm Rex idem in Parlamento subsidium pro redemptione nobilis viri Joannis de Britannia Comitis Richmundiæ nuper capti per Scotos expeteret: *hæc petitio penitus est negata, sub ista replicatione, quod tantùm pro Rege, Regina & filiorum Regis primogenito, si in captivitate tenerentur, foret contributio facienda.* In Consuetudine Lodunensi c. 8. art. 2. *Quand il est prisonnier des ennemis de la Foi, ou de ce Roiaume.* Vide Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 18. Consuetud. Normanniæ art. 168. 169. 170. & Salvaingum p. 529.

Auxilium pro relevio, seu racheto, ut legitimum agnoscit Regiam Majest. lib. 2. c. 73. §. 1. *Postquam verò conventum fuerit inter dominum & hæredem tenentis sui, de rationabili relevio dando & recipiendo, poterit idem hæres rationabilia auxilia ab hominibus suis exigere.* Et §. 6. *Si igitur ad hujusmodi auxilia reddenda possit dominus suos distringere tenentes, multò fortiùs pro relevio suo, & servitio de feudo sibi debito, districtionem eo modo licitè poterit facere.* Vetus Consuetudo Normanniæ c. 34. *Ayde de relief est deuë quant le Seigneur meurt, & son hoir releve vers celui de qui il tenoit son fief, & celle ayde doit estre faite par demy relief. Et pource doit l'en sçavoir que generalement tous les fiefs qui doivent relief, doivent aide de relief de la mort au Seigneurs: & cette ayde est deuë aux hoirs des Seigneurs, &c.* In eo Pacto, quod inter Philippum Pulcrum Reg. & Carolum Comitem Vadensem fratrem ex una parte & Carolum II. Regem Siciliæ ex altera, pro Comitatuum Andegavensis & Cenomanensis cessione in gratiam matrimonii ineundi inter eundem Carolum & Margaretam Regis Siculi filiam, mens. Decemb. an. 1289. hæc leguntur: *Pro hujusmodi exoneratione procuranda habebimus & percipiemus totum emolumentum quatuor Auxiliorum terrarum, scilicet Auxilium pro Redemptione nostra, pro Militia filii nostri, pro Racheto terræ nostræ, & pro Maritagio filiæ nostræ prædictæ.* Istius Auxilii, ut à lege inducti, meminit præterea Consuetudo Normanniæ art. 165. & Augensis Comitatus apud Gallandium lib. de Alodio p. 78.

Auxilium pro subsidio Terræ Sanctæ, inductum videtur à Ludov. VII. Rege Franciæ. Nam cùm à Papa Eugenio sacris interdictus esset, quòd Petrum Archiepiscopum Bituricensem sede sua dejectum nunquam deinceps se admissurum jurasset, *tandem S. Bernardo persuadente, ad hoc est cor Regis inclinatum, ut Archiepiscopum susciperet, & pro transgressione perjurii, Hierosolymam se promitteret profecturum. Tunc enim per totam Galliam facta est exactio generalis, nec sexus, vel ordo, vel dignitas quempiam excusavit, quin Auxilium Regi conferret. Unde factum est, ut ejus peregrinatio multis imprecationibus persequeretur.* Hæc Matthæus Paris ad an. 1146. qui iis consona alia habet an. 1250. p. 518. Exemplo igitur Ludovici, Ricardus I. Angliæ Rex Auxilium pariter extorsit à subditis, cùm ad iter Hierosol. se accinxit an. 1190. uti testatur Hovedenus p. 665. Cæteri deinceps Franciæ proceres, quò tam longinquæ peregrinationis, vel potiùs expeditionis, quam inire seu pietas, seu gloriæ amor cogebat, impensis facerent satis, hanc legem indixere vassallis & subditis suis, ut quoties in Terram Sanctam bellandi contra fidei hostes gratiâ proficiscerentur ipsi, in partem sumptuum, quos facere tenebantur, certum vectigal, Auxilii nomine, pensitarent. Charta an. 1171. in Tabulario S. Stephani Nivernensis: *Contra præfatam libertatem novam exactionem & impositionem facere cœpit, — videlicet quòd pro tribus tantummodo casibus, si captus se redimeret, si filiam suam nuptui traderet, si Hierosolymam pergeret, tria millia solidorum per manus Prioris à Burgensibus haberet.* Consuetudines municipales urbis Martelli in Vicecomitatu Turenensi: *Vicecomes verò habitantibus in villa Martelli, nihil penitus auferre; sed ipsi debent eum adjuvare, præter cæteras consuetudines, tribus causis, scilicet si Hierosolymas ire, aut filiam maritare voluerit, aut captus fuerit & redemptus.* Charta Alfonsi Comitis Tolosani an. 1269. *Usitatum esse in Pictavia, quòd nobiles Comitatus Pictavensis domino suo Crucesignato congruum debent præstare auxilium pro subsidio Terræ Sanctæ.* Id etiam obtinuit in Vicecomitatu Lemovicensi. Charta S. Martialis an. 1274. *Inter cætera condemnavit eosdem* (Lemovicenses) *ad exsolvendum Vicecomiti Lemovicensi, qui pro tempore fuerit, ad voluntatem ejusdem Comitis, pro qualibet quatuor necessitatum, scilicet novæ Militiæ, filiæ Maritandæ, Redemptionis ab hostibus & Subsidii Terræ Sanctæ.* Sed & in Baugiacensi territorio, ut constat ex Charta Libertatum Baugiacensis oppidi à Guidone Dom. Baugiaci concessarum an. 1250. quæ extat apud Guichenonum in Hist. Bressiensi p. 64. Sed missis, quæ in eandem rem conferri possunt, addo tantùm in litteris anni 1272. Dominum Montisferrandi in Arvernis quatuor Auxilia percipiendi jus habere, annotari, scilicet, *l'aide de Chevalerie, l'aide de sa fille mariée, de la rançon de son corps, pris en guerre, & de l'allée d'outremer.* Ejusmodi Auxilium inductum præterea legitur Legibus municipalibus Burgundicis art. 4. Burbonensibus art. 344. Arvernensibus c. 15. Pictaviens. art. 188. Marchensib. art. 130. in Libertatibus Villæ Franc. an. 1256. MSS. in Libertatibus MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. villæ Sagiaci an. 1947. p. 511. apud Perardum p. 509. in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1282. apud eundem Perardum pag. 300. in Charta an. 1306. pro Vicecomitatu Lautricensi in Regesto Philippi Pulcri Regis Francor. an. 1299 Tabularii Regii n. 165. &c.

Auxilium pro emptione terræ in vita domini semel facienda, occurrit in Pacto, quod initum est an. 1310. inter Carolum Vadensium & Andium Comitem, & Barones Andegavenses & Cenomanenses, in Regesto Andegavensi Cameræ Comput. Paris. f. 65. Tabularium Burguliensis Monasterii f. 131. *Istæ duæ masuræ debent 5. sol. de tallia, pro redemptione carceris & pro una emptione in vita sua & pro matrimonio primogenitæ.* Charta Sibyllæ viduæ Guichardi Do. Bellijoci an. 1203. in Tabul. Cluniacensi Thuano: *Et quittavit omnes tallias & collectas in tota terra S. Petri Cluniacensis, nisi pro duabus rebus tantùm, videlicet pro maritanda filia Bellijoci, aut pro acquirenda terra.* Alia Guillelmi Episcopi Carnotens. an. 116. *Dicebat enim Vicecomes* (Castriduni) *quòd ad filium, vel filiam, vel sororem maritandam, ad redemptionem quoque corporis sui, ad terram acquirendam, vel recuperandam, si quis etiam dominorum suorum exhæredet, ad hæc omnia si pecuniam impendere oporteret, competens auxilium ei exigere liceret.* Denique Carolus II. Siciliæ Rex Bulla sua aurea 9. Nov. an. 1290. Forcalquerii incolas ab omni focagio eximit, præterquam in his sex casibus: *Si nos vel nostros in Comitatu Forcalquerii successores ad Regem, vel Imperatorem Romanum, seu ad Romanorum Regem, vel Imperatorem electum accedere, vel in Terræ Sanctæ subsidium transfretare, aut quempiam ex filiis nostris, vel nostrorum in Comitatu Forcalquerii Militiam recipere, aut nos vel successorum ipsorum aliquos filiam maritare, terram emere, aut personali redemptioni subjacere contingeret.* In ejusmodi præstando Auxilio conditionem apponit Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1182. in Regesto Feodorum Burgun. 1. fol. 124. *quòd si Dux Jerosolymam adeat, vel filiam suam maritet, vel captus & sit redemptus, vel terram emat, unde universa terra sua gravetur, ipse ab Abbate Ecclesiæ B. Mariæ auxilium debet petere, &c.* Sed & obtinuit ejusmodi Auxilium in ipso Siciliæ Regno, uti constat ex Decreto Willelmi Regis, quod habetur l. 3. Const. Sic. tit. 18. In Consuetudine

Britanniæ

Britanniæ art. 86. exigitur,ut dominus emat terram ſuæ proximam. Adde Libertates Sagiaci in Burgundia apud Perardum p.511. Chartam Hugonis Vicecom.Caſtriduni an.1166. in Hiſt. Perticenſi p.193. & Speculatorem lib.4. part.3. de Feudis p.306.

Auxilium pro Militia Domini. Charta Thomæ Comitis Perticenſis an.1214. in Tabular. Major. Monaterii: *Milites noſtri de Caſtellario Belliſanenſi talliam de feodis ſuis & hominibus ſuis nobis debent tantummodo feudaliter pro his 4. rebus,quæ ſequuntur, pro prima Militia noſtra, pro prima captione noſtra de guerra, & pro Militia filii noſtri primogeniti viventis, & pro prima filia noſtra maritanda.*

In Cameræ Comput. volumine ſignato B. fol. 46. eſt Areſtum Parlamenti an. 1285. quo incolæ oppidorum Waſtinenſis provinciæ ad præſtandum pro Regis Militia auxilium damnati ſunt,licèt privilegio ſpeciali ab eo præſtando ſe ſe aſſererent immunes: *Viſis chartis pronuntiatum fuit per jus, quòd dictæ Chartæ non liberant eos, quin ad ſolvendum auxilium Militiæ Domini Regis teneantur.*

Auxilium pro Militia fratris,occurrit in Conſtitut. Frider. Imp. lib.3.Conſtit. Sicul. tit.19.

Auxilium pro Militia cujuslibet viri nobilis, habetur in Conſuetudinibus Andegavenſ.& Cenoman. in Regeſto Rerum Andegavenſ. fol.60. *Quand noble homme, ou Gentilhomme eſtoit fait Chevalier.*

Auxilium pro filio primogenito maritando, apud Cognatum lib.4. Hiſt. Tornacenſis c.15.

Auxilium de maritanda filia poſtgenita, in Scotia locum habuit, ut patet ex Statutis ſecundis Roberti I. Regis Scotiæ c.18. §.1. & in Sicilia ex Conſtitutionibus Neapolitanis l.3. tit.19. Pro filio uxorando,ait Speculator in tit. de Feudis §. Quon. num. 67. non confert vaſſallus: quia tunc dominus recipit dotem cum nuru ſua,idemque ditatur.Sed quando filiam nuptui tradit, dotem cum ea dat, & ſic fit pauperior, ideoque à vaſſallo juvari debet. Et hac de cauſa manifeſtum eſt,quòd vaſſallus tenetur dare ſubſidium domino,pro filia poſt nata nuptui collocanda. Quod Zazius de Feudis part.7. num.50. etiam ad filiam ſpuriam extendit.

Auxilium pro maritanda ſorore,in Regno Siciliæ obtinuit, ut colligitur ex lib.2. Conſtit. Sicul. tit.18. Statutis MSS. Caroli I. Reg.Sicil. c.153. & ex Charta an.1211. apud Ughellum tom.1. p.784. Præterea in Regno Angliæ. Matth.Paris in Henrico III.an.1235. *Eodem tempore cepit Rex carucagium,ſcilicet 2. marcas de caruca, ad maritagium ſororis ſuæ Iſabellæ.* Idem an. 1242. *Dederunt — unum magnum ſcutagium ad ſororem ſuam Imperatricem maritandam.* Sed & in Gallia. Charta permutationis Vicecomitatus de Lautrico an. 1106. in Regeſto an. 1299. Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii, num. 165. *Nec non & ſubſidium ſeu ſubventionem, & jus eorundem quod ſeu quam homines ſeu gentes Lautregueſii ſcilicet totius Vicecomitatus & Baroniæ de Lautricio, eidem D. Bertrando & ejus ſucceſſoribus facere debent, & tenentur in quatuor caſibus infraſcriptis, ſcilicet ſi eum contingat ad ſtatum Militiæ promoveri; item ſi eum contingeret transfretare; item ſi contingeret ejus filiam vel filios, aut ſorores matrimonio copulari; item ſi oporteret vel contingeret ipſum à captione, vel carceris detentione redimi, vel etiam liberari.* Vide Chartam Hugonis Vicecomitis Caſtriduni an.1166. apud Ægid. *Bry* in Hiſt Perticenſi p.193.

Auxilium pro ædificatione, aut munitione caſtri, non ſemel itidem memoratur. Charta Gaufredi Comitis Andegav. qua villanos S. Dionyſii & Spineti abſolvit ab omni tributo: *Excepta ſubmonitione pro prælio in adverſarios, vel caſtello faciendo in marchia.* Et mox: *Submonitio pro prælio publico, vel caſtello in marchia ſui honoris faciendo.* Vide Sammarthanos in Abbatia Omnium SS. Andegav. Libertates, concessas ... Montisbruſonis à Guigone Comite Foxenſi an. 123. MSS. *In alodiis,quæ habebant homines Montisbruſ... quando villa facta eſt libera, habebit Comes omnia uſagia ſua,præter talliam & toltam, niſi fieret collecta communiter pro firmando caſtro, per mandamentum ipſius caſtri.* Charta Henrici D. Solliaci an.1301. pro libertatibus Aiæ in Biturigibus: *Si autem in guerra captus fuero, vel aliquod caſtrum meorum diſruptum fuerit, vel filiam meam maritavero, vel Cruceſignatus fuero, unumquodque dictorum quatuor ab ipſis burgenſibus auxilium impetrabo & requiram, & mihi ſecundùm facultates ſuas ſponte ſua tenebuntur auxiliari.* Tabularium Vindocinenſe ch 109. *Has conſuetudines perdonat G. Comes in perpetuum Deo & S. Mauricio, & Canonicis, — excepta ſubmonitione pro prælio in adverſarios, vel caſtello faciendo in marchia, ita ut non ſubmoneantur poſthac niſi à Majore vel Canonico S. Mauricii: & de ſubmonitione illa ſi Major vel Canonicus deliquerit, ipſe emendent Comiti.* Et infrà: *Excepta ſubmonitione pro prælio publico, vel caſtello in marchia ſui honoris faciendo.* Charta Philippi Aug. an. 1214. in Tabulario Abbatiæ Burgulienſis: *Et debent auxilium ad adducendum ramentum ad faciendum capitale ædificium domini de Nonancourt rationabiliter, quando opus erit, & erunt ſubmoniti.* Charta Rogeri de *Toëny* D. Novigenti Eremberti an.1190. *Ab omnibus angariis, malis conſuetudinibus & omnibus corveis ſint liberi, nec ſubmonitione mea, vel alicujus hominis mei, ſi fieri contingat, ad girum, vel aliquem equitatum, vel expeditionem, nec ad foſſata, ſeu clauſuram caſtri mei Novigenti, quod nunc extat, vel alterius,ſi conſtrui contingat, cogantur proficiſci, niſi ad defenſionem, ita duntaxat, ſi aliquis exhæredare cupiens vellet obſidere.* Alia Primisli Marchionis Moraviæ an 1235. *Nullus autem inquietet eam villam pro caſtrorum ædificatione, vel imminenti expeditione.* Hiſt. Archiepiſc. Bremenſium an.1142. *Conceſſit etiam omnes colonos Eccleſiæ ab omni cenſu, expeditione, villæ vel urbis munimine, & petitione precaria, liberos & immunes* Henricus Huntindonenſis lib.6. Hiſt. de Guillemo Notho Rege Angliæ: *Ad caſtella ſolus omnes fatigabat conſtruenda.* Tabularium S.Crucis Talemondenſis fol. 3. *Neque moneantur,ut eant homines occidere, vel terras Chriſtianorum prædare, neque caſtellum, neque vallum facere, neque in quoquam ſint angariati; ſed ab omni perturbatione bellorum laborent in pace quieti.* Vide Chartam Guillelmi Ducis Aquitaniæ an. 1010 pro fundatione Abbatiæ Malleacenſis apud Sammarthanos,& aliam an.1241. in Probat. Hiſt. Caſtilionenſis p 55. Et aliam Alfonſi Regis Luſitaniæ eræ 1257.apud Brandaonum lib.3. Monarch. Luſitan. c.17. *Domuum regalium ædificatio*,in Monaſt. Anglic. tom. 2. p.16.

Hujus exactionis occurrit crebrò præterea mentio in Chartis Anglicis, à qua ne Monachi quidem ipſi immunes erant,ut eſt in Epiſtola S. Bonifacii Moguntini ad Cuthberthum Archiepiſc.Cantii ſub finem, præfixa Concilio Cloveshovenſi. Charta Wiglafii Regis Merciorum an. 833. tom.1. Monaſtici Angl. p. 123. *Hoc modo per ævum liberabo à paſtu Regis & Principum, & ab omni conſtructione Regalis villæ.* Alia Eadgari Regis Angl. p.141.200.203. *Liberas dono ab omni ſervitio, exactionibus fiſcalibus — exceptis pontis & arcis conſtructione, & expeditione contra hoſtem.* Alia Ælfredi Regis p.203. *Ut ab omnium regalium tributorum, & exactione operum, atque pœnalium cauſarum, abſque expeditione ſola, arcis & pontium ſtructura immunis & libera permaneat.* Alia ejuſdem Regis p.216. *Tribus tantummodo exceptis communium laborum utilitatibus, ſi contingat expeditionem promoveri, arcem pontemque conſtrui.* Adde vitam S.Attractæ Virg. n.13. Seldenum ad Eadmerum p. 159. Monaſticum Angl. tom. 1. p.503.669. 850.

850.922.939. & alibi passim. Ad καστροκτίσιον operas suas contulisse Principum subditos, colligitur etiam ex Leone in Tacticis c. 20. §.71. quo præterea videtur pertinere Novella Theodosii & Valentin. de Postulando: *Nulla eis inspectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis extructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur.* De Auxiliis variis vide Jacobinum de S. Georgio in Tractatu de Feudis c. 25. §. 22. p. mihi 71.

Auxilium ad guerram domini manutenendam, quod pro expeditione vulgò appellant Diplomata veterum Regum Angliæ proximè à nobis allata. Regiam Majest. l. 2. c. 73. §. 3. *Utrum verò ad guerram suam manutenendam, vel ut maritet filiam suam primogenitam, possint hujusmodi auxilia petere quæro? Obtinet autem apud quosdam, quòd non possunt tenentes suos distringere de jure, nisi quatenus illi tenentes velint facere.* Regestum Philippi Aug. Herouvallianum. fol. 131. *Dominus Vernonis habet auxilium pro filio suo primogenito faciendo Milite, & de prima filia sua maritanda, & de prima redemptione corporis sui capti, de guerra Domini sui: & quando dominus Vernonis ibat in exercitum cum Duce Normanniæ, Dux ei dabat tale auxilium, quale Dux volebat, &c.* *Aide de l'ost*, dicitur in Regesto Feodor. & servitiorum fol. 254. *Et tient demy fié de haubert, pour lequel il doit, si comme est dit, ayde de l'ost & de la chevauchée, quant elle est levée en Normandie.* Vetus Consuetudo Normanniæ c. 44. *Il y a aucuns fiefs de haubert, qui doivent à leur Seigneur le service de l'ost, qui doit estre fait au Prince: les autres doivent l'ayde de l'ost. Ceux qui doivent le service, sont tenus à le faire en l'ost, ou envoir personne pour eux, qui le fasse avenaument: Ceux qui doivent l'ayde, ne la doivent payer ne rendre devant que le Prince leur ait ottroié la quantité de l'ayde du fief. Mais quant l'ayde sera determinée & ottroiée par le Prince, chacun sera tenu la rendre à la semonce de quinze jours, si comme il tient du fief sans nul delay, &c.*

Auxilium pro defensione terræ. Statuta Honorii IV. PP. pro Regno Neapolitano an. 1285. quibus exactiones omnes tolluntur, præterquam in 4. casibus: *Primus est pro Defensione terræ, si contingat invadi regnum invasione notabili, sive gravi, non procurata, non simulata, non momentanea, sive facilè transitura; sed manenti. Secundus est pro Regis persona redimenda, &c. Tertius pro Militia sua seu fratris sui, consanguinei & uterini, sive alicujus ex liberis suis, &c. Quartus est pro Maritanda sorore simili conjunctione sibi conjuncta, vel aliqua ex filiabus suis aut neptibus suis, &c.* De ejusmodi auxiliis ab Episcopis exactis ab Ecclesiasticis suæ dioeceseos in supradictis casibus, agunt multis Bartholomæus Belleucinus in Tractatu de Caritativis subsidiis & Augustinus Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 3. allegat. 87. &c.

Auxilium pro eundo ad Imperatorem. Charta Caroli II. Regis Siciliæ an. 1290. suprà laudata: *Si nos vel nostros in Comitatu Forcalquerii successores ad Regem vel Imperatorem Romanorum, seu ad Romanorum Regem, vel Imperatorem electum accedere — contingeret.* Adde Chartam aliam an. 1238. quæ describitur ad Joffridum in Historia Niciensi p. 182.

Auxilium consuetudinarium Vavassorum & aliorum hominum tenentium de dominico & de feodis, in Regesto Philippi Aug. fol. 92.

Auxilia Vicecomitum, quæ Vicecomitibus seu Ballivis præstabantur, in Anglia præsertim. Fleta l. 3. c. 14. §. 9. *Sunt etiam aliæ præstationes, ut Auxilia in Comitatu Vicecomitum, &c.* Charta Henrici II. Regis Angl. to. 2. Monast. Anglicani. p. 184. *Salvo scutagio unius Militis, de Assisis veteribus & novis, de Auxiliis Vicecomitum, & Præpositorum de Hundredo.* Pag. 245. *Et tenet eas per servitium 40. denariorum per annum ad Auxilium Vicecomitis.* Adde Ingulphum p. 875.

Auxilia Burgi. Chronologia Augustinens. Cantuar. an. 1104. *Carta ne servientes, qui nec emunt, nec vendunt, nec mercatum ducunt, tallientur ad Auxilia burgi Cantuar.*

Auxilium Episcopi. Ita appellabant *pecunias & procurationes*, quas Episcopi *à personis Ecclesiarum* subinde exigebant, quas & *Consuetudines Episcopales, quandoque Synodales, quandoque denarios Paschales vocabant*, ut est apud Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III part. 2. c. 9.

Auxilium pro consecratione sua, exigendi ab hominibus suis Episcopo concessit Guillelmus Rex Siciliæ, in Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 18. Vide *Adventus*.

Auxilium etiam ab hominibus suis exigendi facultatem Episcopis idem Rex indulsit *pro corredo suo*, scilicet cùm in terris eorum Regem hospitari, vel *corredum* ab eis recipere contingeret; ibidem: cujus quidem Auxilii meminit Hincmarus Remensis ad Clerum Laudun. *Ne etiam quasi ad receptionem Regis vel Legatorum, aut ad ornatus suæ Ecclesiæ faciendos adjutoria quasi petendo, potiùs autem exigendo — accipiat.*

Auxilium præterea iisdem Episcopis exigendi à subditis facultatem indulsit idem Rex, cùm à Domino Papa ad Concilium evocantur: ibid. Charta Ludov. VII. an. 1171. pro Abbate Trenorchiensi, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 136. *Abbas deinceps nullam super Burgenses faciet talliam, nisi pro Auxilio aut procuratione nostra, aut procuratione D. Papæ, aut Cardinalium, aut si Abbas submonitus fuerit ad Concilium, vel ad Curiam D. Papæ, &c.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 98. *Retentum est, quòd ad Curiam Apostolici, vel ad Curiam Regis iturus Episcopus* (Nivernensis) *à Presbyteris Cluniacensium Ecclesiarum questum si fecerit, non tamen violentum.* Vide Joffridum in Hist. Episcopor. Niciensium p. 182. & V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 666. 717.

Auxilium à Presbyteris sui Archidiaconatus, ex licentia Episcopi, interdum exigebant Archidiaconi. Chartam descripsit idem Petitus post Pœnitentiale Theodori p. 482.

Secunda auxilia. Joan. Sarisber. Epist. 49. *Unde cùm in extremis ageremus, domino vovimus inter cætera, quòd consuetudinem de secundis Auxiliis, quam frater noster Archidiaconis imposuit, destrueremus, &c.*

Auxilium denique Episcopis exigendi facultatem concessit idem Guil. Rex Sicil. cùm ab Rege ad exercitus sui servitium evocantur, dummodo in exercitu fuerint. Ibid.

Auxilium pallii, quod scilicet Archiepiscopo à Presbyteris dioecesis pensitabatur pro eundo Romam ad *Pallium* Archiepiscopale sumendum. Describit Schefferus ad Chronicon Upsaliense Chartam cum hoc lemmate: *Taxus subsidii pallii, secundùm quòd fiebat contributio Cleri anno Dom. 1343. ante Natale Domini Domino Hemmingo, priùs Præposito Arosiensi, facto Archiepiscopo Upsaliensi, &c.*

Auxilium Triennarium, seu *Comitis*: Normanniæ Ducatu. Charta Reginaldi *Babou* Junioris Ballivi Rotomag. an. 1294. ex Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. incipiente ab an. 1279. in Chartophylacio Regio: *Videlicet septem solidos annui reditus, & quinque solidos auxilii triennarii, quod dicitur Auxilium Comitis, & levatur anno, quo colligitur Foagium super 60. acris terræ, quas Guillelmus de Monasterio tenet per vavassoriam non liberam, &c.*

AUXILLA, *Auxillula, Olla vel Urna, vel mensura*, Ugutioni. Joan. de Janua: *Auxilla, ab augeo, olla,*

vel menſura parum major quàm Juſta, *unde aucellula*, *parva olla*, *vel parva talis menſura*. At Feſto eſt *Oliva parvula*. Vide *Juſta*.

AUZEDA. Charta ſcripta ſub Philippo I. Franc. Rege in Tabulario Conchenſi in Ruthenis n. 25. *Similiter dimitto medietatem de auzedas, & medietatem de placitis & juſtitiis, &c.*

AYCHARA. Vide *Anderia*.

AYEC, AYEC. Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. *Beſtiam currentem ſi aliquis portaverit, debet dicere*, *Ayec. Ayec, quod eſt vulgare antiquum Aragonum: aliàs ſi hoc non dixerit, tenetur emendare damnum datum per beſtiam.* Fori Oſcenſes an. 1247. fol. 15. *De homine, qui vadit per mercatum aut villam cum ſua beſtia, & non dixerit Ayech, vel ſimile verbum, & facit damnum, ille, vel ſua beſtia, &c.*

AYRALE. Vide *Area*.

A. X. Browerus l. 2. Antiquit. Fuld. cap. 10. in vetuſtis Fuldenſis Monaſterii Martyrologiis, ſeu potiùs Necrologiis, A. & X. litteras, *Ancillam Chriſti* denotare ait.

AXA. Charta Philippi I. Regis Franc. pro Monaſterio S. Audoëni Rotomag. tom. 13. Spicileg. Acheriani pag. 289. *Ad ultimum verò decimationem ſilvarum, axarum, molendinorum, denariorum, equorum, &c.*

AXAMIT. Vide *Examitum*.

AXATUS. Cervorum clamor, vel vox, apud Felicem Gyrwenſem Monachum in Vita S. Guthlaci n. 22.

AXELLÆ, *Axilia*. Vide *Aſcellæ*.

AXIMA. Charta an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſis: *Vovit, quòd ad ejus ſepulturam portaret unam aximam, & omni anno iret ad ejus altare, &c.*

AXIOMATICI, Magiſtratus, Magnates, Proceres. Gloſſar. Græco-Lat. Ἀξιωματικὸς, *Honorarius, qui honorem gerit*. Aliud Gloſſar. *Dignitoſus*, Ἀξιωματικός. Breviloquus: *Axioma, Dignitas; inde Axiomaticus, dignitatem habens*. Gloſſæ Nomicæ MSS. πλῆθός ἐστιν οἱ λοιποὶ πολῖται χωρὶς τῶν ἀξιωματικῶν. Guillelmus Biblioth. in Hadriano II. PP. p. 223. *Eum cum Pontificali pallio impoſitum præcedentibus Axiomaticis, & ſubſequentibus reliquis turbis in urbem redire — conſpexerant.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſiaſtica: *Cum aliis quinque, tribus quidem Comitibus, duobus verò Axiomaticis.* Vide Joan. Diaconum in vita Gregorii M. PP. l. 1. c. 25. Sed & in Diurno Romano cap 2. tit. 4. pro *axiomati*, leg. *Axiomatici*, uti legitur tit. 7. Ἀξιωματικοὶ apud Modeſtinum lib. 6. Excuſat. & lib. 6. Baſilic. Ἀξιωματικοὶ τοῦ λαοῦ, apud Palladium in Vita Chryſoſtomi pag. 85. Editionis V. Cl. Emerici Bigoti. Hinc Ἀξιωματικὸν, *Salarium*, quod *Axiomaticis* à Rege penſitatur, in Gloſſis Baſilic. & apud Photium in Nomocan. tit. 8. cap. 7.

AXIOTOMA. Vide *Servitium menſæ*.

AXOVAR, ex Hiſpanico *Axuar*, Supellex, utenſilia. Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 97. *Si quis virginem violenter corruperit; aut ducat eam in uxorem, ſi illa & parentes ejus voluerint, & dederint ei ſuum axovar, aut donet illi maritum de ſuo valore.* Fori Oſcæ an. 1247. fol. 23. *Vir & uxor non poſſunt vendere hereditatem, quam parentes uxoris in axovario dederunt filiæ, quando nupſit, ante ſuſceptionem prolis.* Vide Obſervantias Regni Aragon. lib. 5. de Jure dotium §. 1. 15. & tit. de Secundis nuptiis §. 5.

AZA. Inter arma vetita recenſetur in legibus Ital. Jus Vicentin. lib. 3. de Armis vetitis & Statuta Veronenſia lib. 3. cap. 3. *Vel rangeno, vel aza, vel plumbato, &c.*

AZADIUM, *Azidium*. Charta Caroli Craſſi an. 880. apud Ughellum tom. 2. p. 187. *Arenam, carrarium, azadium, publica paſcua, vias, ingreſſus, &c. Azadium* ſcribitur in pag. 203.

AZAQUIA. Vide *Alſeqhna*.

AZAGA. Charta Luſitanica apud Anton. Brandaonum tom. 3. Monarch. Luſitan. p. 282. *Et de preda de foſſato non detis nobis plus quàm quintam partem, & azaga, & vobis remaneant duo, &c.*

AZARIA. Fori Alcaçonenſes: *de azarias & guardias quintam partem nobis date ſine ulla offretione.*

AZARDUM, Sors, ex Gallico *Azard*, vel *Hazard*. Synodicum Raphaëlis Archiepiſcopi Nicoſienſis pro Græcis, editum cum Conſtitut. Nicoſienſibus, cap. 15. *Item denuntiamus excommunicatos — omnes illos, qui publicè in domibus ſuis manutenent & ſuſtinent ludum azardi.* Ita *ludus azardi*, in Conſtitut. Joannis Archiep. Nicoſienſis an. 1320. c. 16. In Conſtitutione an. 1251. ib. habetur *ludum hazardi*. In Concil. Nemoſienſi an. 1298. cap. 4. *Qui publicè tenent ludum taxillorum in domibus ſuis.* Charta an. 1288. apud Cherubinum Ghirardaccum in Hiſt. Bononienſi lib. 9. pag 279. *Sæpe contingit, quòd illi, qui ludunt ad azarum in ſcalis, & in platea communis Bononiæ, & etiam, qui caſeum incidunt, iracundiæ calore ſuccenſi, contra Deum & matrem ejus ignominioſa verba proferunt*, &c. Infrà, luſores *azardi* & *beſcazariæ, &c.* De vocis etymo vide conjecturas Anton. Mornacii ad leg. ult. Cod. de Religioſ. & ſumptib. funer. Cobarruviæ in *Azar*, & Octav. Ferrarium in Originib. Ital. in verbo *Zara*.

AZARUM, Chalybs, Gallis, *Acier*. Diodorus Euchyon lib 1. Polychemiæ cap. 2. *Limaturæ argenti puri, æris rubri, ferri, azari, plumbi, ſtanni.* Statuta Mediolanenſia part. 2. cap. 67. *Ferrum & azarium, carbones, bladum, vinum*, &c. Hiſpanis *Azarcum*, eſt plumbum combuſtum.

AZCONA, Genus teli. Fori Oſcæ an. 1247. ubi de haſtiludio: *Ita tamen, quòd non ponat in boſordo ferrum azcona, dardi, vel lanceæ, &c.*

AZEMILA. Hiſpanis, Mulus ſagmarius. Charta Sanctii Ramirezii Regis Aragonum apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi c. 27. *Adhuc ſtabilio, ut nullus ſit auſus pro ulla querela pignorare azemilas S. Joannis, neque jumentum Monachi, in quo ipſe reſidet quotidie, neque manum levare ſuper eum, vel ferire.* Petrus Salanova Juſtitia Aragonum in Obſervantiis: *In ſolutionibus, caloniis, & azemilis, &c.* Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. Interpretationes, &c. §. 5. *Et de azemilis eſt ſciendum, quòd nullus, niſi illi, qui tenent terram pro honore, habet azemilas, à loco, ſcilicet puo qualibet cavaleria unam azemilam, vel 60. ſol. pro qualibet azemila: & eſt in voluntate hominum tradere azemilas, vel 60. ſol. pro qualibet. Sed ſi tradent azemilas, tenetur Richus homo providere azemilis & nunciis, & reſtituere facto ſervitio, niſi mortuæ fuerint. Si verò denarios pro azemilis dederint, non tenetur quidquam reddere.* Et titulo de privilegio generali, §. 21. eod. libro: *Azemilas autem nobilis, & non alius debet habere:* Agitur autem hic de Azemilis, quas præſtare nobiles debebant Regi, *hoſtem* facienti. Adde lib. 6. tit. de Condition. Infantion. § 6. *Adzemple*, apud Raimundum Montaner. in Chron. Reg. Arag. cap. 136. 139. 233. & alibi, & in Chron. Petri IV. Regis Arag. l. 3. c. 18. 19. 20. 21. &c. Ubi vox iſta pro impedimentis militaribus ſumi videtur.

Azemblarius, Atzemblarius, Mulio Hiſpanis *Azemilero*. Curia Generalis Catalaniæ in villa Perpiniani an. 1351. MS. *Sancimus, quòd ſi quis Azemblarius, & ſui coadjutores, & Portarii noſtri, in capiendo animalia nobis & Curiæ noſtræ neceſſaria denuntiati fuerint deliquiſſe, &c.* Alia Curia Generalis Catalaniæ in villa Montiſſoni

an. 1363.

an. 136[illegible]. *Iortarii, vel Azemularii, aut Superazemularii, seu eorum loca tenentes, qui non servaverint constitutionem, editam per nos in villa Cervariæ, &c.* Lemma capitis sic concipitur, *de Atzemblariorum salariis.* Vide Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. c. 136. 139.

Innemilus, idem quod *Azemila*, vel *Azemilus*, Mulus. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Anton. de *Yepez*, in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. *Adicimus & inter mulos & cavalos, E. M. equos majores sic. C secundo greges vacarum, & Celticos 5. innemilos, id est, azumalzisii in nave fracta, id est, in Barrosa, &c.*

AZENIA. Diploma Regis Veremundi II. Regis Hispaniæ apud Hieron. Blancam: *Do & concedo curtem in civitate nova,—& azeniam integram in vado, quem dicunt domini Garziæ.—& ibi in Tiliares quartam portionem in alia azenia.* Aliud Ranimiri Regis, apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 3. *Et dedistis nobis pro ipsa villa tres azenias in Zamora ad Olivares juxta Palatium nostrum.* Adde Anton. Brandaonum tom. 3. Monarch. Lusitan pag. 276. 282. tom. 4. pag. 271. v. 272. Colmenaresium in Hist. Segobiensi cap. 14. §. 4. cap. 16. §. 4.

AZIDIUM. Vide *Azadium.*

AZYMITÆ, à Græcis Catholici Romani per ludibrium appellati, quòd in sacrosancto sacrificio azymis panibus uterentur, non fermentatis. Ἀζυμῖται ἱερεῖς, Latini Sacerdotes, Joanni Episcopo Citri in Responsis ad Cabasilam. Leo IX. PP. ad Michaëlem Patr. Constantinop. *Latinos vere Catholicos—atque maximi Petri familiares discipulos—cessate sufflannando Azymitas vocare.* Legatio Humberti Cardinalis Silvæ-Candidæ: *Et colloquium denegavit, & Ecclesias ad Missas agendas interdixit, sicut & priùs Latinorum Ecclesias clauserat, & eos Azymitas vocans, verbis & factis ubique persecutus fuerat.* Sigebertus an. 1054. *Latinos vocabant Azymitas, & eos nimis persequentes, eorum Ecclesias claudebant, de fermentato sacrificabant.* Ita Chronic. Nangii an. 1055. Chronicon Reichersperg. an. 957. Vide S. Anselmum Cantuariensem Episcop. de tribus Waleranni quæstionibus cap. 2. & Anselmum Episcopum Haveloergensem lib. 3. Dialogor. cap. 14. pag. 228.

Præterea ita appellati populi quidam, qui Sultanis ac Saracenis parebant, cum Franci Syriam invaserunt, quanquam nomenne gentis, an sectæ, incertum? Nam publicanis vulgò adjunguntur, quos eosdem fuisse cum Manichæis constat. Robertus Monachus lib. 6. Hist. Hierosl. *Persa & Medi, Arabes & Turci, Azymitæ & Saraceni, Curti & Publicani, & diversarum nationum alii multi.* Simeon Dunelmensis in Hist. Angl. *Turcos, Arabas, Saracenos, Publicanos, Azimitas, Persas, Agulanos, & alias multas gentes in ore gladii fugantes.* Sic Baldricus lib. 2. pag. 109. Guibertus lib. 5. cap. 8. & alii Scriptores Rerum Hierosolymitanarum. Ita etiam sua ætate *Azimorum*, seu *Azimitarum*, dominum Soldanum inscribit Sanutus pag. 8. *Soldano Araborum, Azimorum & Turcorum.*

B.



B LITERA est numeralis, quæ 300. designat, ut est in Notis numerorum ex antiquo Cod. & apud Ugutionem; unde versus:

Sed B. tercentum sibi cognatum retinere,

Alii sic legunt:

Et B. trecentum per se retinere videtur.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, tria millia significat.

B. *In superscriptione cantilenæ, secundùm literas, quibus adjungitur, ut bene, id est, multùm extollatur, vel gravetur, sive teneatur, belgicat.* Ita Notkerus in Opusc. *Quid singulæ literæ in superscriptione significent cantilenæ.*

B. pro V. crebrò occurrit in veteribus tabulis & inscriptionibus. Vetus Epitaph. in Ecclesiæ S. Matronæ atrio: *Hic requiescit in somno pacis Renobatus, qui vixit annos 23. depositus Kalend. Julias quater P. C. Basilisci V. C.* Versus, qui leguntur in Ecclesia S. Marcelli Capuæ:

Et dat Christo balvas Abbas Alpherius albas,
Ut cæli regnum valeat penetrare supernum.

Ita in veteri Inscr. *abe*, pro *ave*. In alia apud Scalig. de Emendat. temp. pag. 514. *die Beneris*, pro *Veneris*, *abius* pro *avus*, *abiaticus*, pro *aviaticus*. Inscriptio tumuli apud Ughellum tom. 3. pag. 674. *Christe, fabe votis Gregorio, &c.* Sic pariter passim veteres Scriptores Hispanici. Macarius Monachus in Vita S. Viti apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 1. *Venatui cerborum aprorumque—deditus.* Infrà: *Solito more ad fontem deribatur, &c.*

BABATUM, *Ferrum, quod annectit faber equo cum gumpho.* Breviloq.

BABEWYNUS, Simiæ species, nostris *Babouïn*, Italis *Babbuino.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Imago quædam pulcra beatæ Virginis,—cum pede quadrato stante super quatuor parvos babewynos.* Joann. de Mandevilla in Itiner. *Et plusieurs autres bestes, si commes babuins, taracles, quenelinx & singes*, &c. Hinc puerulos nebulones vulgò *Babouïns* appellamus. In Catholico Armorico legimus *Babouinaff au visag, Gallicè, Conchier le visage, Gersare, ingersare.*

BABIGER, *Stultus. Babigera, stulta.* Gloss. Isid.

BABILLIO. Vide *Babugus.*

BABUGUS, *Stultus, ineptus, Babillio*, Ugutioni: ubi *babillio*, idem videtur qui garrulus, nostris *Babilleur*; sed legendum *Baburrus.*

BABURNUS. Guillelmus de *Baldensel* in Hodœporico: *Vidi plures baburnos, cattos, mammones, psittacos mirabiliter instructos, gestibus suis homines mirabiliter ad deductionem provocantes.* Sed videtur legendum *Babuinos.* Vide *Babewynus.*

BABURRUS, *Stultus, ineptus*, in Gloss. Isid. & lib. 10. Orig. Gualdo in Vita S. Anscharii Hamb. Areh. cap. 95.

Ac quidam de plebe truces, hominesque baburri.

Vita MS. Caroli Magni jussu F[illegible]derici Imp. exarata lib. 2. cap. 22. *Unde baburrus & insanus ab omnibus reputabatur.*

Baburra, Stultitia, vel ineptia, Ugutioni. Vetus Gloss. *Baburra*, ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος, ex Græc. βαβύρρας, ὁ παράμωρος, apud Hesychium, uti emendat Salmasius, pro βαβύρτας, & in Gloss. pro *Barburra.*

BACÆ, *Baccæ*, Annuli catenarum. Fortunatus in Vita S. Germani Episc. Paris. *Eo discedente, mox catenarum bacæ franguntur, vinctæ januæ reserantur.* Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. S. Martini cap.

cap. 2.. *Omnes baccæ catenarum confractæ ceciderunt.* Vide *Rota*.

Bacæ, Uniones. Prudentius contra Marcionitas:

Colla vel ignitis sincera incingere sertis,
Auribus aut gravidis viridis suspendere bacas.

Iso Magister: *Bacas, gemmas rotundas, qui uniones vocantur, &c.*

BACA, Vacca: vox Hispanica. Charta Sanctii Ramirez Regis Aragon. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 27. *Vineæ vero habeant dignitatem ut meæ propriæ, ubicunque fuerint, si ibi inveniantur oves, vel baccæ, seu porci, occidantur, me teste.*

BACALARII, *Bacalaria, Bacalia, &c.* Vide *Baccalarii*.

BACALUSIA. Fragmentum Petronii: *Postquam itaque omnes bacalusias consumpsi, &c.*

BACAPULUS, *Baccapulus*. Gloss. Isidori: *Baccapulus, in quo mortui deferuntur.* Infrà: *Baccal. in quo mortui deferuntur.* Gaufridus Grossus in Vita S. Bernardi Abbat. de Tironio p. 62. *Exinde Pastor extinctus indumentis sacris — accuratè exornatus, atque bacapulo decentissimè palliato superpositus sacerdotalibus humeris in Ecclesiam translatus est. Capulum*, Festo, id est, quo mortui efferuntur. Unde patet perperam Wlcanium vocem *bacapulus*, dividere, legendumque scripsisse, *Bacca, Capulus.*

Baccaulus, scripsere Papias & Joannes de Janua, quibus perinde est *feretrum in quo mortui efferuntur.*

BACAUDA. Vide *Bagauda*.

BACBEREND, *Backberynde*, Latro manifestus, latrocinium deferens à tergo; *back*, Anglis tergum, *berend*, *ferens, seu bajulans*; vel jus quod Baroni competit de hoc crimine in Curia sua cognoscendi ac judicandi. Vide Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 32. num. 2. c. 35. §. 1. Fletam lib. 1. c. 38. §. 1. cap. 47. §. 2. & Rastallum.

BACCA, *Baccharium, Bacchonica, Bacchoaica, Bachia, Bachoica*: voces unius ejusdemque originis & notionis quæ vas vel urceum significant.

Bacca Gloss. Isid. *Bacca, vas aquarium.*

Baccale, in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 2.

Bacar, ἄγγεῖα εἶδ@, in Gloss. Lat. Gr. hinc *Bacario*, in iisdem Glossis πορνοδιάκονος, qui ejusmodi vas meretriculis lavantibus ministrabat, qui Festo *Aquariolus* dicitur.

Baccharium, Joanni de Janua, *Vas vinarium, & dicitur à Bacchus, & idem dicitur hæc*

Bacanna.

Bacchonica. Hist. Episcop. Autisiod. c. 20. dedit — *bacchonicam auratam pensantem libr.* XII. Mox: *Aliam bacchonicam anacteam pensantem libr.* X. Occurrit ibi pluries, ubi inter vasa & cimelia Ecclesiastica recensetur. Atque inde emendanda videtur vox

Bacchoaicha, in Testamento Leodebodi Abbatis Floriac. apud Helgaudum in Roberto Rege: *Hoc est bacchoaica pura sigillata transmarina pensantia pondo lib.* X. *quorum unus habet in medio crucem auream.* Reponendum enim indubiè *Bacchonica*, facili emendatione, mutata lit. *a* in *n*. Quidam perperam legunt *Bacchraica*.

Bachia. Papias: *Bachia, primò à Baccho, quod est vinum, dicta, modò in usum aqua transiit.*

Bathoica, eidem Papiæ, *patena argenti ad sacrificandum.* Fortè *patera*. Ita Isidor. in Gloss. *Battotica, patera.* Sed his locis *Bacchonica*, perinde legendum censuerim.

Bachinus. Liber Miraculor. S. Austrebertæ Virg. c. 6. n. 43. *In signum donationis duos ex ære urceos, quos vulgò bachinos vocamus, ejus Ecclesiæ ministris transmisit.*

Bacchinon. Gregorius Turon. l. 9. Hist. c. 28. *Cum duabus pateris ligneis, quas vulgo bacchinon vocant.*

Bacinus, Italis, *Bacino*, Gallis, Bacin, ab eodem fonte, licèt non urceum aut pateram, sed pelvim, polubrum, & malluvium sæpe denotet. Palladius de Architectura: Aurum vel cuprum cum cote teritur, & tritum scifo, id est, bacino, excipitur. Ubi Codex MS. *Scifo, id est, bacinno.* Concilium Romanum an. 1099. c. 18. Pictavense an. 1109. c. 13. & Londinense an. 1138. c. 3. &c. *Ut nullus Primatum, Archiepiscoporum & Episcoporum in ordinatione & consecratione Episcoporum vel Abbatum, cappas, tapetia, bacinos, & manutergia, qualibet exactione requirat, vel suscipiat.* S. Bernardus de Vita & morib. Relig. c. 10. *Gestari jubentur mappulæ, scyphi, bacini, candelabra, &c.* Charta Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum p. 26. *Bacino ad luminaria*: ubi perperam Editum *batrino*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 4. *Nec in turibulis, nec in bacinis, &c.* Herbertus de Miracul. lib. 2. cap. 19. *Vidit in spiritu se transpositum in Claravalle, idque gerentem officii, ut cum duobus bacinis, — Fratrum manibus abluendis aquam infunderet.* Vide Historiam Occitanicam Catelli pag. 901.

Baccinum, Baccino, Senensibus, vel *Bacino*, quasi *vacinum*, seu *vasculum*, uti vult Acharisius. Chron. Laurishamense: *Calicem deauratum, baccina 2. argentea, thuribulum argenteum.*

Baccinium. Glossæ MSS. *Baccinium, vas aquarium, vel baccea.* Simeon Dunelm. de Gest. Angl. & Ricardus Hagulstad. an. 1126. *Non tapetæ, non manutergia, non baccinia, & nil omnino per violentiam exigatur.* Adde Monast. Anglic. to. 3. p. 191.

Bacile, pariter ab eadem origine deducitur, pro pelvi vel polubro. Ital. *Bacile, Bacino.* Ceremonial. Episcopor. c. 11. *Duas argenteas lanceas, seu fontes — quos bacilia vocant.* Leo Ostiens. l. 3. c. 57. *Bazili de argento parium unum.* Cap. 73. *Calices onychini 2. bacilia argentea 4.* Chron. Fossæ-novæ an. 1196. *Unum par bacilium, duæ tualiæ.* Occurrit præterea in Historia Translationis S. Landoaldi n. 19. & in Ceremoniali Romano l. 2. sect. 2. p. 258. Vide *Abacinare*.

Baccile. Bernardus Monach. in Consuetud. ac MSS. c. 77. *Introducuntur famuli à Camerario per Auditorium in coquinam regularem cum baccilibus & manutergiis, ut faciant optimum ignem.* Lanfrancus, &c. Bacium, apud Brandaon. in Monarch. Lusitana to. 5. p. 304.

Baccile, Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Bened. c. 1. sect 2. *Tunc Fratres qui ad Missam induendi sunt, vadant ad locum constitutum, ubi sit optimus ignis à famulis Camerarii præparatus, baccilia quoque & aqua calida abluendas manus.* Sect. 4. *Postea accipiens Abbas baccilia & manutergium.* Occurrit ibi præterea cap. 8. sect. 2. Et in Synodo Londoniensi an. 1125. c. 3. apud Florentium Wigorn. p. 661.

Bacinæ salinariæ, seu *Bacini*, in quibus sal conficitur. Charta Friderici II. Imp. an. 1235. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 124. *Videlicet civitates, castra, villas, cum plena jurisdictione, omnibus feudis, & solitis pedagiis, usaticis, & saunariis, in idiomate ipso quomodo bacinæ salinæ dicuntur, &c.*

Bacinagium, Tributum salinarium; ex *bacinis* salinariis, vel quantum salis *bacinus* continere potest. Tabularium Abbatiæ Corbeiensis: *Item du bassinage du sel que lesdits Religieux voloient prendre de ceux qui le admenoient à cheval ou à brouëte, aussi bien que de ceux qui l'amenoient à nef ou à navel, sont accoustumé de prendre & lever, & en sont en possession & saisine.* Obtinebat, etiam id nominis in frumento. Tabular. Episcopat. Ambian. an. 1265. fol. 100. *Et si dictus Capellanus emat granum aliquod aut bladum pro victu suo; aut res alias pro hospitio, quibus erit de bachinagio & de aliis consuetudinibus.*

Aliud

Aliud est *jus bacini*, in Charta Vicedomini Catalaunensis an. 1581. *Nous avons un droit appelé le droit de Bassin, qui est tel que le Sieur & Dame Vidame peuvent par chacun an prendre un Bassin d'environ un sestier plain de raisins, en quelque vigne qu'il voudront és environs de S. Michel, &c.*

BACETA, Mensura olei apud Italos. Statut Veronensia lib. 3. cap. 83. *Ubi dicit unum minale, intelligatur, quod idem juris sit in una baceta olei.* Vide Bacacus.

BACCAL, *Baccapulus*, Baccaulus. Vide Baccapulus.

BACCALARIA, Prædii rustici species. Tabular. Celsiniacense: *Dono etiam baccalariam quæ est in ipsa villa cum campis & vineis & pratis, & omnibus, quæ ad ipsum alodum pertinent.* Tabularium Bellilocense in Lemovicibus Charta 13. quæ est anni 882. *Ecclesiam nostram — quæ constructa est in honorem S. Martialis, cum curte & orto, & exitu, & viridario, & cum ipsa baccalaria integra, quæ ibidem pertinet.* Charta 34. *Cedimus etiam casam nostram dominicariam, cum ipsa baccalaria, cum pratis, silvis, &c.* Charta 89. *Baccalarium meam de Camayraco dimitto Deo & S. Petro post mortem meam ad integrum, &c.* Occurrit passim nudè in hoc Tabulario Ch. 102. 132. 143. 162. &c. & in Tabulario Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 409. 500.

* *Baccalaria dominicaria, indominicata,* Prædium rusticum quod ad dominum ipsum spectabat, & ab ipso excolebatur. Idem Tabular. Bellilocense Charta 58. *In eodem loco baccalaria indominicaria.* Testamentum S. Geraldi Auriliacensis Comitis apud Duchesnium in Notis ad ejusdem Sancti Vitam: *Et medietatem de ipsa curte, & ipsum castellum cum baccalaria dominicaria, & duos mansos. &c.* Donatio Godefridi Comitis Cadurcensis circa tempora Caroli Calvi: *Hoc est curtem meam indominicatam, quæ vocatur Igeracus, cum Ecclesia in honore S. Martini constructa, & baccalariis indominicatis.* Ita Dominicus. At Tabularium Bellilocense Ch. 3. habet tantùm, *& bacchalariis & mansis servilibus.* Idem Tabular. Ch. 34. *Hoc est capella nostra indominicata, quæ est fundata in Honorem S. Petri, cum ipsa baccalaria indominicata, cum ipso prato, & cum ipso brolio indominicato, &c.*

Baccalariæ pluribus constabant mansis, mansus autem erat 12. jugerum, ut auctor est Papias. Idem Tabular. Belliloc. Ch. 34. *Et alium mansum ubi Ainardus visus est manere, ipsa Capella, cum ipsa baccalaria & cum ipsis mansis.* Charta 47. *Ecclesiam nostram in honore S. Juliani Martyris, cum ipsa baccalaria & mansis ad ipsam pertinentibus.* Interdum decem mansos continuit Baccalaria. Bernardus Guido de Ordine Grandimontensi: *Turpio* (Episcopus Lemovicensis) *dedit eis baccalariam, quæ decem mansos tunc continebat.* Turpionis ipsius verba recitat Dominicus: *Do illis villam quæ vocatur baccalaria, quæ decem in se Mansos continere videbatur.*

Baccalaria facere, Baccalariorum opus exercere. Tabularium Bellilocense Charta 95. cui titulus est *Breve de exemptis: In illis rusticis, ubi quærere solent opera, habent unam diem cum bovibus, de illis hominibus qui boves habuerint, quandiu baccalaria fecerint, & non: si bacalia, aut judicium firmaverint cum aliquo, si propter hoc redemptionem dederint, non habeat partem Vicarius, nec judex: si sacramentum firmaverint cum lege, & redemptionem dederint, tertiam partem illis reddant.*

Baccalarii, dicti ipsi qui *Baccalarias* tenebant, possidebant, excolebant. Usatici Barcinonenses cap. 46. *Sacramenta rustici qui teneat mansum, & laboret cum pare boum, sunt credenda usque ad 7. solidos platæ. De aliis namque rusticis, qui dicuntur Bacallarii, credantur sacramenta usque ad 4. Mancusos, auri valentiæ, deinde quidquid jurent, per examen caldariæ demonstrent.* Ex quibus primùm eruitur *Baccalarium* dici *rusticum* qui *mansum* excolit: deinde *mansum* rectè à quibusdam definiri *fundum qui duobus bobus ad arandum* sufficit: denique *Baccallarios* rusticis ipsis accenseri, licèt rusticis mansorum cultoribus longè honoratiores. *Rusticis* porrò annumerari videntur Baccalarii, quòd perinde ac rustici mansarii, si non operibus servilibus, certè aliis oneribus, verbi gratiâ, censui, essent obnoxii. Tabular. Belliloc. Charta 3. *Hoc est curtem meam indominicatam, quæ vocatur Igeracus, cum Ecclesia S. Martini constructa, & baccalariis & mansis servilibus.* Et Charta 57. *Dimitto — medietatem de baccalaria de Monte Galfredo, in tali ratione, ut quandiu vixero teneam, & per singulos annos 4. sestarios de tritico persolvam ad Missam SS. Primi & Feliciani.*

Baccalariorum Ecclesiæ præterea mentionem fieri lego in Catalogo Abbatum Lerinensium, apud Vincentium Barrallium to. 2. p. 151. ubi narratur Gaucelinum Forojuliensem Episcopum sub an. 1038. *unà cum consilio & consensu omnium Canonicorum suorum & Baccalariorum, & aliorum quamplurium utriusque sexus* donationem quandam fecisse Monasterio Lerinensi. Præterea in Tabulario S. Hilarii Majoris Pictav. extat Charta Hugonis *de Surgeres* an. 1211. quæ horum meminit, hocce verborum tenore: *Confirmo eleemosynam B. Hilarii Decani, quam fecit pro suo anniversario B. Hilario 15. sol. & Baccalariis ejusdem Ecclesiæ 6. sol. — Canonicis B. Mariæ de Castro Airaudi 13. sol. & Baccalariis ejusdem Ecclesiæ 4. sol. &c. Baccalariorum* præterea mentio fit in Consuetud. locali Castellinovi in Biturigib. tit. 3. art. 24. ubi Burgenses dicuntur habere omnem justitiam, hancque exercendam à Baccalariis ejusdem urbis committere posse, *par les Bacheliers de ladite ville & bourgeoisie, &c.* Alii porro sunt,

BACCALARII recentioribus Scriptoribus, quibus ita dicuntur qui Militarem ordinem consecuti, non erant satis divites, vel quibus idoneus haud erat vassallorum numerus, ut vexillum in præliis educere possent: vel si ejusce essent ordinis, qui *Banneretorum* dicitur, nondum tamen præ ætate illud eduxerant, & ut nostro more loquar, *qui n'avoient pas encore levé Banniere.* Atque ii vulgo *Bacheliers* nostris appellantur, quos ut adolescentes ideo Scriptores nostri repræsentant. Albertus Aquensis lib. 3. cap. 26. *Castrum adolescentum, quod dicitur de Bakelers.* Glaber Rodulphus lib. 5. Hist. cap. 1. de se adhuc adolescente, dum in Monasterio educaretur: *Incipiente diei aurora, currens exiit à domo latrinarum, taliter inclamando, ubi meus baccalaureus est?* Neque ferè aliter Scriptores nostri *Baccalarios* describunt. *Le Roman. de Garin. MS.*

Trestuit meschin, & Jane Bacheler.

Et alibi:

Janes hom estes, & encor Bacheler.

Le Roman de la Rose:

Un Bachelers jeune c'estoit
Pris à franchise lés à lés.

Le Roman de la Malemarastre MS. Et li joënes Bachelers li dit tout ensi qu'il avoit fait. Le Roman de Fouques de Candie MS.

Bacheler fu, & de joëne jouent.

Ita passim cæteri Scriptores vernaculi, Froissartes 1. vol. cap. 29. 2. vol. cap. 43. 92. 4. vol. cap. 51. Chronicon. Flandr. cap. 30. 33. Alanus Chartetius pag. 263. &c. Baccalarios istos Militares adolescentes indigitant ac repræsentant. Atque inde etiamnum in Picardia nostra adolescentes ac adolescentulas sive juvenculas *Bacheliers* & *Bachelettes* appellari observavit Faucherus. *Le Roman de Garin:*

Or avant baisselettes, ce leur disoit Bertrand,
La plus pauvre de vous arés assés vaillant.

Porrò à Baccalariis istis subnobilibus adolescentulis, qui juveniliter insultare, ac de se sublatiùs sentire solent, deducta videtur apud Italos vox *Baccalare*, quæ idem sonat: vel potiùs fortè à Baccalariis Academicis: dicitur enim *bacalare, il quale mostrava dover essere un gran bacalare, cioe gran dottore.*

Baccalarios præterea ut minimè divites, ne dicam pauperes, indigitant passim Scriptores: quòd scilicet, non adeo amplæ essent eorum facultates, nec tantum vassallorum numerum haberent, ut vexilla in acie possent educere, ac proinde *Militum Banneretorum* ordini accenseri. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS.

A un Chevalier Baceler,
Ki par pauvreté vot aller
Droit en Pulle à Robert Wiscart, &c.

Itinerarium ultramarinum Guillelmi Comitis Pontivensis MS. ubi de Theobaldo de Domno Medardo: *Hoirs fu de la Conté de S. Paul, mais povres Bacelers estoit, tant con ses oncles vesqui.* Chron. Flandriæ cap. 18. *Ils remarierent cele Marguerite à un vaillant Bachelier des Marches de Bourgogne, qui fut appellez Guillaume de Dampierre, & n' & estoit mie riche.* Ita non semel Froissartes 1. vol. 270. 290. 3. vol. cap. 3. 4. vol. cap. 86. In Regesto Cæruleo Castelleti Paris. f. 58. sub an. 1493. *Bachelers* dicuntur apud Tentoriorum artifices, qui vulgò Jurati, *Iurez & Esgards.*

Baccalarius. Historia Prioratus de Wigmore in Anglia, in Monast. Anglic. to. 2. p. 224. *Cingulum Militiæ accepit, unà cum Edmundo de Arundel, & aliis trecentis Baccalariis.*

Bachalarius. Thomas Walsingham. p. 94. *Post decessum Comitis quemdam Bachalarium, nomine Dominum Radulphum de Monthermer, accepit in maritum.*

Bachelarius. Matth. Paris: *In hastiludio multi Milites regni, qui se volunt Bachelarios appellari, sunt contriti.* Infrà: *Militem strenuum, qui Bachelariis annumerabatur.*

Bacularis, idem qui *Baccalarius*. Ratherius Veronensis Episc. in Qualitate conjectur. p. 201. *Forsitan in patria sua fuerat Bacularis, ideo illi tam honor omnis est vilis.* Odericus Vitalis l. 10. p. 785. *Hi ... candidam ... fferunt tunicam indui, pro qua Candidus Bacularis solitus est ab illis nuncupari.*

Baccelleria, Ordo ipse *Baccellariorum*. *Le Roman de Garin:*

La flor de France, & la Bachelerie.

Chronicon Bertrandi Guesclini:

Et puis manda sa gent & sa Bachelerie

Jo. Villaneus lib. 8. c. 55. *Dov' era; il fiore della Baronia e Baccelleria di Francia.*

Baccalariorum verò Ordinem, licèt hos Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & Castellanis, postponat, satis commendat Consuetudo Andegavensis art. 63. & Cenomanensis artic. 72. *Outre les Seigneurs dessusdits y a audit pays aucuns autres Seigneurs, qui ne sont Comtes, Vicomtes, Barons, ne Chastellains, qui ont chasteaux, forteresses, grosses maisons, places, qui sont parties de Comtez, Vicomtez, Baronies, ou Chastellenies desdits pays; & tels s'appellent Bacheliers, & ont bien telle & semblable Justice, comme ont ceux, dont ils sont partis, &c.*

Baccalarii seu *Baccalaurei* in Academiis, apud Nicolaum de Clemengis lib. de Studio Theolog. & aliis, qui *Bachellarii*, Nic. Trivetto in Chr. an. 1282. *Bachalarii* Walsinghamo p. 51. & *Bacularii*, p. 309. qui in eo gradu sunt, ut ad Doctoratum aspirare possint, quemadmodum *Baccularii* Militares adolescentes, qui ad *Banneretorum* gradum perinde aspirant. Nam inde *Baccalaureos* Academicos dictos ferè constat. Sacra autem Theologiæ Parisiensis Facultas, ut observat alicubi Filesacus, in quatuor velut ordines distributa est, *Magistrorum, Licentiatorum, Baccalariorum Formatorum, & Baccalariorum Cursorum.* Magistri iidem sunt, qui Doctoris lauream consecuti sunt: de *Licentiatis* dicemus suo loco, ut & de *Baccalariis Formatis*. *Baccalarii* denique *Cursores*, sunt Theologiæ Candidati primi generis, qui ad *Cursum* Theologicum explicandum admittuntur, Bibliorum nempe, postea libri Sententiarum Petri Lombardi: unde nata illa distinctio apud majores, Baccalariorum, ut alii *Biblici*, alii *Sententiarii* nuncupentur. Vetus Statutum Academiæ Parisiensis: *Quilibet Cursor* (Baccalarius) *in Theologia inter primum Cursum & Sententias tenebitur respondere in Theologia, ad minus semel de Disputatione Tentativa sub Magistro.* Alio loco: *Nisi talis volens admitti, tempus suum probaverit per schedulas Sententiariorum, ac etiam Bibliorum, &c.* Vide Hist. Academiæ Paris. to. 4. p. 391. & Lambecium lib. 2. Comment. de Bibl. Cæsar. p. 128. 129. 131. 134. *Baccalariatus* verò, vel *Doctoratus*, Academiis Anglicis gradus non obtinent, ut observat Jo. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 50.

Bachalariare, Bachalarii gradum impertiri, in Bulla Joannis XXII. PP. pro Academia Cadurcensi an. 1332. apud Guill. *de la Croix*, in Hist. Episcop. Cadurc. n. 231. in Statutis Academiæ Viennensis Austriæ in Facultate Artium tit. 9. 10. &c.

Jam verò unde *Baccalariorum* cùm Militarium, tum Academicorum orta vox, non una est doctiorum sententia. Cujacius ad lib. 2. de Feud. tit. 17. à *Buccellariis* veterum, de quibus mox agemus, appellatos putat. *Baccalarios* Academicos à *Bacca laurea* dictos contendit. Alciatus ad l. 57. de verbor. significat. Rhenanus à *Bacillis*, quibus donantur, dum Baccalariatûs gradum consequuntur. Nec abludit Watsius, qui perinde *Baccalarios* militares à *baculo* vocatos opinatur, quod, ut ait, juvenes Milites, postquam in equestribus decursionibus hastas fregissent, linea tantùm armati, non gladiis; sed sudibus baculisque sese mutuò non surdis ictibus in torneamentis robustissimè batuerent. Verùm nobiles viros vel adolescentes baculis in arena decertasse nemo, opinor, nisi harum rerum prorsus ignarus, fatebitur: unde miror, virum eruditum huic sententiæ subscripsisse lib. 2. de Comitib. Provincial. cap. 8. Neque fortè eorum, quià *Baculis*, quibus investiebantur feudatarii, probabilior fuerit opinio, aut Gregorii Tolosani in Syntag. & Antonii Gosselini in Hist. veterum Gallor. cap. 62. quià *vassis* deducunt, ut *Baccellarii* dicti sint, quasi *Vassallarii*, id est, minores Vassi.

Loiseus lib. de Ordinib. cap. 6. n. 49. & 50. *Baccellarios* à vocibus Gallicis, *bas eschelon* appellatos scripsit, quòd Militaris ejusmodi ordo infimus esset.

Tametsi etymon hujusmodi neminem probaturum certò sciam: fatendum tamen hactenus ferè receptam fuisse Claudii Falceti, viri in Antiquitatibus nostris versatissimi, sententiam, *Baccellarios* nempe, seu *les Bacheliers*, appellatos quasi *bas Chevaliers*, quòd Militibus Bannereris dignitate inferiores essent, iisque prærogativam ultro cederent, adeo ut in consessibus publicis, vel etiam in conviviorum accubitis post eos sederent. Nam Baccalariis cum Bannereris sedere jus erat, quod non licebat Scutiferis, quantumlibet natalium splendore conspicuis, quod eximiè docet Continuator Nangii Gallicus MS. ad an. 1378. cùm narrat, ut Carolus V. Rex Franciæ Carolum IV. Imp. & Regem Romanorum filium in aula sua convivio exceperit: *Et fut l' assiete telle, qu' il s' ensuit: L' Evesque de Paris premier, le Roy, le Roy des Romains, le Duc de Berry, le Duc de Brabant, le Duc de*

Bourgo-

Bourgogne, le Duc de Bar : & pour ce, que deux autres Ducs n'estoient pas Chevalier, ils mangerent en un autre table. Ita apud Longobardos *conſuetudinem* fuiſſe ſcribit Paulus Warnefridus lib. 1. c. 23. *Ut Regis cum patre filius non pranderet, niſi priùs à Rege gentis exteræ arma ſuſcepiſſet.* Quod etiam in more fuiſſe apud Aragonios teſtatur Eximinus Petri Salanova Juſtitia Aragonum, lib. *de Privilegiis Baronum & Ricorum hominum : In Aragonia,* inquit, *nullus filius Militis in menſa Militis ſedet, donec fuerit factus Miles.* Hujuſce porrò receptæ apud avos noſtros conſuetudinis ſic proſequitur vetus Poëta in Poëmate MS cui titulus : *Le Roman du dit du Chevalier,* ubi Scutiferum ſic loquentem inducit :

Li dit : Dame, fetes me ſage,
Pourquoi ç'eſt que li Eſcuiers
Ne s'oſſent pas cointrier.
De droit que li Chevaliers ſont,
Et le cauſe pourquoy ils ſont
Mis arriere & plus bas aſſis,
Jaçoit-il que de mult haut prix
Soient aucuns en leur Eſtat.
La Dame n'y mit pas debat,
Ains dit, Je vous reſpondray
Tout chou que j'en eſpoire & ſçay :
Ils ſont bas & arriere mis,
Et trop plus l'eſtoient jadis,
Pour eux donner plus grand deſir
De toſt-Chevalier devenir.

Falceti de *Baccelariorum* nomenclatura opinionem amplexus eſt præ cæteris Andreas Fa..nus: omnes verò pluribus expendit eruditus Seldenus in Tract. de Titulis honorariis 2. part. cap. 3. §. 24. Sed neſcio, an non potiùs *Baccellarii* originem ſuam debeant priſcis illis *Baccellariis*, de quibus egimus, qui ſcilicet *Baccellarias*, prædia ſic nuncupata, tenebant & excolebant, adeo ut cùm liberæ & ingenuæ eſſent conditionis, Baronibus tamen longè inferiores eſſent ; tametſi quæ fuerit eorum omnino condirio, ex præallatis locis vix planum & perſpicuum ſit. De *Baccellariis* Militaribus, quos *Baceliери d'arme*, ad Academicorum diſcrimen vocat Joannes Villaneus lib. 6. cap. 91. lib. 7. cap. 85. 102. alia quædam attigimus in Diſſert. ad Joinvillam, in qua de *Bannеretis* egimus. De Baccalariis verò Academicis & eorum nomenclatura diſputat pariter Cæſar Egaſſius Bulæus tom. 2. de Academia Pariſienſi p. 679.

BACCARII, Vaccarii. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum in Archiep. Benevent. *It . . in eodem Gaſtaldato conceſſimus baccarios : hi ſunt Grauſo cum uxore & filiis, &c.* Vide *Baca.*

BACCHA, Belgis *Bake* : Specula, pharus, ſignum, vel vas littorale, pro nocturno navium acceſſu. G . . lterus in Vita S. Caroli Com. Flandr. n. 20. *Sig. . que, quibus in ſublime levatis in id confœderatos accerſiren., quæque ob inſaniam nimirum bellandi furentium Bacchas lingua illa vocare ſolebant, prorſus erigi vetuit.* Vide *Becconagium.*

BACCHANIA, *Furor,* Papiæ. Vide *Bachania.*

BACCHARIUM, *Bacchonica, Baccile.* Vide *Bacca.*

BACCONES. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Ruſtici, Baccones, Agricolæ, Coloni.* Papias : *Baccunnus, Ruſticus, Stultus.*

BACCUS, *Bacus,* Navigii latioris ſpecies in fluviis, quorum etiam uſus eſt ad transvehendos equos & currus. Charta Roberti Comitis Mellenti in Tabul. Fiſcanenſi fol. 10. *Confirmavi — liberum tranſitum navibus ſuis & baccis, quidquid ferant de ſuo proprio.* Alia Galeranni Comitis Mellenti in Tabulario Leproſariæ Pontis Audomari : *De toto vino meo, quod veniet mihi de Francia, ſive in bacco, ſive etiam in navibus.* Charta Philippi Aug. an. 1216. *De quolibet baco lignis onerato 20. denar. & pro gubernaculo 2. den.* Areſta an. 1260. 1. Reg. Parlam. fol. 22. *Et habebit boſcum ad faciendum baccum, & ad reparandum in foreſtis meis.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1308. ex 2. Regeſto ejusdem Regis n. 9. in Tabulario Regio : *Item baccum noſtrum de Janzi cum blado & aliis reditibus, — & domo baquerii, &c.* id eſt, ejus, qui *baccum* curat & regit. Vide *Bacca.*

Bacus, menſuræ frumentariæ ſpecies. Tabular. Montiſmorilionis in Pictonibus f. 64. *baci frumenti, quos vulgò boiſtellos vocamus.*

BACULA, Scaphula, Gallis *Bacquet.* Encomium Emmæ Reginæ Anglor. lib. 2. pag. 168. *Sandwich ſunt appulſi, ejectisque anchoris, baculis exploratores ſe dedunt littori, & citiſſimè finitima tellure explorata, ad nota recurrunt navigia, Regique edicunt, adeſſe reſiſtentium parata millia.*

BACHANIA, *Furor,* Joanni de Janua : *Debacchatio,* inſania. Baldricus lib. 2. Chron. Camerac. cap. 5. de Energumeno : *Vix tamen teneri poterat, quin ex totis viribus, omni bachaniæ, imperterritus, diabolo violentiam ſuggerente, vacaret.* Idem cap. 11. *Videntes Canonici Nordmannorum bachaniam circa iſtam provinciam ubique deſævire.* Rectiùs Papias *Bacchania* habet.

BACHARDI, Bachardorum ſecta, circa an. 12.4. Hermannus de *Lerbeke,* in Chron. Comit. Schawenburg. p. 26. *Hujus Brunonis tempore, quidam fuit de ſecta Bachardorum, Deo & hominibus deteſtabilis, Bachardus nomine, ſpeciem gerens magnæ ſanctitatis ; ſed plenus malitia homo &c.* Vide *Beghardi.*

BACHARDUS. Petrus de Dusburg in Chronico Pruſſiæ cap. 277. *Hic quodam tempore dum in infirmitate gravi laboraret, vidit unum Judæum & alium Chriſtianum in habitu Bachardorum, unum à dextris ſuis, alium à ſiniſtris, ſtantes & diſputantes de articulis fidei, &c.* Qua voce Baccalaureos, ſeu Militares, ſeu Academicos intelligi putat editor.

BACHARUS. Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici : *Bacharus,* meȝeſ ƿyn, id eſt, maximus porcus. Somnerus vocem Saxonicam, balænam, porcum marinum, *a vobale* vertit.

BACHELLARII. Vide *Baccalarii.*

BACHINAL, *Torcular, preſſorium, & dicitur à Bacchus.* Joan. de Janua.

BACCHINON. Vide *Bacinus.*

BACELLUS, Baculus, Bacillus. Gloſſ. Lat. Græc. *βακλον, bacillum ; βακτηρίδιον, bacillum.* Vide S. Hieron. in Regula S. Pachomii c. 81. & Gregorium Turon. lib. 2. de Mirac. cap 22.

BACCINÆ *pelles,* apud Chrodegangum in Regula Canonicorum Metenſium cap. 29. ubi Editio Acheriana habet *vaccinas. Calciamenta verò omnis Clerus annis ſingulis pelles baccinas accipiant, ſolas paria quatuor.* Vide *Baca* & *Bacca.*

BACHELARII. Vide *Baccalarii.*

BACHINATOR. Statutum Edwardi Regis Angl. pro officio Seneſcalli Vaſconiæ, in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. fol. 80. *Item ordinatum eſt, quòd ſit unus bachinator ad ſupervidenda omnia caſtra & fortalitia Regis in toto Ducatu, & ad ea emendare facienda, quando neceſſe fuerit.* Vocis notionem prodit Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini.

Y avoit une Gaite toute jour ajournée,
Qui ſonnoit un bacin, quant la pierre eſt levée.

BACHINUS. Vide *Bacca.*

BACHIO, nis, *quoddam genus ſupellectilis,* Ugutioni.

BACIA, *Baſſia*, Latina, Gallis, *Baſſe-Chambre*, Camera inferior. Hiſpanis *baxa*, eſt imus, infimus. Libertates conceſſæ Barcinonenſibus à Petro Rege

Rege Aragonum an. 1283. MSS. *Quod vicinus non possit facere bacinam juxta parietem vicini proprium vel communem, nisi faciat ibi juxta parietem vicini bonum parietem de bono lapide & cemento de uno palmo & dimidio, & de altitudine in quantum fimus & aquæ ascendunt.* In lemmate capitis scribitur *Bassa*, Vide *Baza*.

BACIBALLUM. Fragmentum Petronii de Cœna Trimalcionis: *Noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum baciballum.* Galli dicerent, *un beau bijoux.* Vide *Baubella.*

BACIFOLLUM. Tabular. S. Flori in Arvernis: *medietatem molendinorum, bacifollorum, graneriarum, pratorum, alveorum, &c.* Occurrit ibi pluries. Fortè molendinum ventarium, sic dictum quòd extractum sit in modum *batifollorum*, seu turrium lignearum. Vide *Batifollum.*

BACILE. Vide Bacca.

BACINUS, *Bacinagium*, &c. Vide *Bacca.*

BACINETUM, *Basinetum*, Cassis, galea in modum *bacini*, (de qua voce suprà egimus in *Bacca*) confecta, levior *helmo*; Gallis, *Bacinet.* Statuta secunda Roberti I. Scotiæ Regis c. 27. *Habeat pro corpore suo in defensione regni, unum sufficientem actonem, unum basinetum, & chirothecas de guerra.* Guillel. *Guiart.* an. 1214.

Panonceaux & bannieres bruire.
Li yames, & bacinez reluire.

Idem an. 1270.

Et Clers bacinez à visieres.

An. 1304.

Hauberjons & tacles entieres,
Escus, bacinez à visieres.

Infrà:

Bacinez brunis à visieres.

Chron. Franc. MS. in Bibl. Memmiana, in Carolo V. *En ce temps, la coustume des hommes estoit, qu'ils s'armoient à bacinez à camail, à une pointe aguë, à un gros orfroy sur les espaules, & chascun avoit sa hache attachée à sa ceinture.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis incip. à 1. Jul. 1352. cap. *d'Orfeverie*: *Pour faire & forger la garnison d'un bacinet, c'est assavoir 3 ℔ vervelles, 12. bocettes pour le fronteau tout d'or de touche, & une couronne d'or pour mettre sur iceluy bacinet, dont les fleurons sont de feuilles d'espine, & le cercle diapré de fleurs de lys. Et pour faire forger la couroye à fermer ledit bacinet, dont les clous sont de bousseaux & de croisettes esmaillées de France.* Et infrà: *Pour un bacinet à visiere, &c.* Adde Froiss. 3. vol. p. 119. 136. Chron. Flandr. c. 51. 67. & 75. & Chronicon Petri IV. Reg. Arag. apud Carbonellum p. 202. *Bacin* dixit *le Roman de Kanor MS. Ne puet le cop tenir, qu'il ne soit entrés en la coiffe, & li bacins fausés.* Et Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Et Charles est tresbuschiés & navrez laidement,
Et tirez par le bacin, & prins moult fierement.

BACO, *Bacco, Bacho, &c.* ex Gallico & Anglico *Bacon*, qua voce promiscuè donantur porcus saginatus ustulatus & salitus, & petaso aut perna. Will. Brito in Vocabul. MS. *Petaso dicitur perna porcina, Bacon, Gallicè*, Capitulare. 2. an. 813. c. 10. *Farinam, vinum, baccones, &c.* Vetus MS. Corbeiense, cui titul. de *Mensa Abbatis: Habet idem famulus de porco uslato, qui dicitur Bacons, tres juncturas versus testam, similiter tres versus caudam. De porco qui dicitur Escaudeis, habet totum mamillarium à gutture per ventrem usque ad caudam.* Chrodegangus in Regula Canonicor. Metensium cap. ult. *De lardo baccones accipiat sexaginta, &c.* Guibertus Abbas Novigenti lib. 3. de Vita sua c. 17. *Annonam meam, & aliquos pariter petasones, quos vulgò Bacones vocant, diripuerat.* Chron. S. Bavonis an. 941. *Oppidani conscisso in particulas dimidio bachone, quem solum, nec quidquam amplius in cibo habebant, fœdabant scuta pugnantium.* Tradit. Fuld. l. 2. ch. 181. *Accepit unum caballum, & unum pallium, & unum gladium, & unum baconem.* Vetus Charta apud Malbrancum l. 8. de Morinis c. 46. *Ut quicumque Advocatus fuerit ad regalem expeditionem iturus, unum baconem, & unam pensam casearum... accipiat.* Ubi Malbrancus *baconem* nummum esse argenteum perperam putavit, ut eodem l. c. 16. *Pain de Munition* vertit. *Decimæ piscium, porcorum, baconum*, in Monastico Angl. tom. 1 p. 588. Occurrit hæc vox non semel apud Scriptores, Udalricum l. 3. Consuet. Cluniac. c. 11. Galbertum in Vita S. Caroli Comitis Flandriæ num. 117. Silvestrum Giraldum l. 1. Itiner. Cambriæ c. 12. Will. Thorn. in Chron. pag. 2585. Fortescutum de Laudib. Legum Angliæ cap. 35. in Actis Episcoporum Eboracensium pag. 1724. &c. Utuntur etiam Poëtæ nostrates non semel. *Le Roman de Garin:*

Parmi les plaques meint bon tonnel de vin,
Meint bon bacon i veïssiez gesir.

Alibi.

Truevent as chans meint bon tonnel de vin,
Meint bon bacon, meint fromage à rostir.

Chronicon Bert. Guesclini.

Et vitaille charger pain & bacons salés.

Alio loco:

Les mariens furent oins de craisse & de bacon.

Vide præterea Glossar. Somneri ad Histor. Angl. & Gloss. nostrum ad Wilharduinum. *Baconales porci* in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 81.

BACTEA, inter pocula recensetur à Papia in voce *Vasa.* legendum fortè *bachia*, quæ vox alibi apud eundem occurrit. Locum vide in *Bacca.*

BACTERIUS, βακτηρία, βακτήριον, βάκτρον, Baculus, scipio. S. Audoënus in Vita S. Eligii b. 2. p. 23. *Posuitque super eum, quem manu gestabat, bacterium.* Cap. 61. *Alius vir claudus... repens bacterio, corpore curvo.* Cap. 67. *Catenæ... & compedes illic monstrantur dissipati, cippi etiam fracti, & claudorum bacterii in argumento ostenduntur.* Vita SS. Julii & Juliani apud Mombritium cap. 3. *Arreptoque bacterio, quo solebat sustentari.* Perperam *bapterio* editum. Alii Codd. habent *baculo.* Liber Miraculorum S. Desiderii Episcopi Cadurcensis c. 6. *Cùm ejus repente incidit in mente, Desiderii suffragia expetere, eaque ex medicina loti bacterii postulare.* Concilium Lemovicense an. 1021. sess. 1. de S. Martiale: *Discipulum virtute resurrectionis de morte post sex dies Petri bacterio tactum resurgere fecit.*

BACTROPERATÆ, *Vactroperiti*: ita Philosophi appellati, quòd baculum & peram deferrent, ex Græc. βάκτρον, *baculus*, & πήρα, *pera, saccus.* S. Hieronymus in cap. 19. Matthæi: *Ex hoc præcepto arguit Philosophos, qui vulgo appellantur Bactroperatæ, quod contemptores sæculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellarium suum vehebant.* ubi leg. *bactroperetæ.* Sed perperam videtur intellexisse Hieronymus utres vinarios, quos secum deferebant peregrini: cujus locum respexit indubiè Papias, dum dixit, *Bactroperitas esse qui portant vinum in utribus*: sic enim habet MS. Codex, ubi Editus *vinum utris.* Canones S. Patricii Hibern. cap. 17. *Monachi sunt, qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub Potestate Episcopi vel Abbatis: non sunt autem Monachi, sed vactroperiti, hoc est, contemptores solliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta.* Scribit Brocardus in Edit. veneta 1519. part. 2. cap. 2. Armenios sua tempestate Monachos appellasse *vatropetas*: voce, ut videtur, contracta ex *bactroperatæ.* Martialis lib. 4. Epigr. 53.

Hunc quem sæpe vides inter penetralia nostræ
Pallados, & templi limina, Cosme, novi

Cum

Cum baculo peraque senem, cui cana putrisque
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit. Mox:
Esse putas Cynicum deceptus imagine falsa, &c.
Herodianus lib. 1. ἀνὴρ φιλοσόφε φέρων σχῆμα, βάκτρον γὰρ ἦν μετὰ χεῖρας, ἡμιγυμνω δ' ἐκκρεμὴς πήρα. De baculo vel clava Philosophorum egere Savaro & Sirmondus ad Sidonii Epist. 11. lib. 4. lib. 9. Epist. 9. Ad de Laërtium in Proœmio. Ita porrò Monachos Ægyptios, Philosophos nempe Christianos, depingit Cassianus lib. 1. Instit. cap. 8. 9. & Collat. 11. cap. 3. S. Hieronymus Epist. 1. initio: *Non pera tibi sumenda, non virga: affatim dives est, qui cum Christo pauper est.* & S. Basilium in Gaudium Mart. &c. Vide virum eruditissimum Joan. Baptistam Coteleríum Professorem Regium, in Notis ad Hermæ Pastorem pag. 50.

BACUCEI, Homines certo quodam dæmonum genere correpti, vel potiùs dæmones ipsi, dicuntur Cassiano Collat. 7 cap. 32.

BACULA. Vide *Baccus*.

BACULARE, Baculo cædere. Speculum Saxon. l. 1. art. 68. §. 1. *Qui alium baculaverit, ita quòd loca tumescant læsa, &c.* Lib. 3. art. 37. *Qui alium sine vulnere percusserit, aut baculaverit, &c.* Matth. Paris an. 1251. *Et quia noluit eorum commentis obsecundare, baculatus est gravissimè.* Utitur præterea an. 1188. & 1259. pag. 108. & 573. Græci recentiores βακλίζειν dixerunt. Glossæ Lat. Gr. *fustigatus*, βακλισθείς, ἀβάκλεν, quæ vox occurrit in Concilio Chalcedon. Act. 1. ςρατιῶται κατὰ βάκλαν καὶ ξιφῶν ἐτέςησαν, καὶ τὰ βάκλα καὶ τὰ ξίφη ἐφοβήθημεν. Infrà: ςρατιώτας ἡμῖν ἐπήγαγεν μετὰ βάκλων καὶ ξιφῶν. Habetur præterea in Actis SS. Abrahamii & Mariæ cap. 9. Saxo Grammat. lib. 10. p. 180. de Canuto Rege Daniæ: *Postmodum verò severitati ejus ---pecuniariæ mulctæ temperamentum accessit: quo tamen sola ligni percussio caruit, quòd eo canes quis abigere soleat: adeo majorum verecundia summam in ictu probroso contumeliam reponebat.*

Præsertim verò *baculari* dicebantur tirones, qui in torneamentis aut hastiludiis non probè se gesserant. Idem Matth. Paris an. 1248. *Die vero Cinerum cœptum est Torneamentum magnum apud Neubiriam---ibique profectò Willelmus frater domini Regis uterinus, cognomento de Valentia, tyro novellus, ut titulos Militiæ sibi famosos adquireret, se animosa præsumptione---ingessit; sed ætate tener & viribus imperfectus, impetus Militum durorum & Martiorum sustinere non prævalens, multa* mansit prostratus, & egregiè, ut introductiones Militiæ initiales addisceret, baculatus.* Eundem morem præterea asserit sub an. 1226. ut & Matth. Westmonaster. pag. 352. *Ibi multi nobiles, dum conarentur laudem Militiæ promereri, prostrati, verberati, & contriti conculcabantur.*

BACULARIS. Vide *Baccalarius*.

BACULARIUS, Apparitor Ecclesiasticus, bedellus, qui *baculum* manu gestat in signum suæ functionis. Constitutiones Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apostolici in Regno Cypri an. 1312. c. 42. *Item quòd baculari nostri, & etiam Ecclesiæ, omnes illos, qui contra dictas Constitutiones facerent, vel aliquam prædictarum, ex tunc aperte potestatem habeant citandi eos personaliter coram nobis, &c.* Vide *Virgarius*.

BACULOSUS *Ecclesiasticus*, in Præfatione Legum Hoël Bom Regis Walliæ, dicitur Episcopus aut Abbas, qui baculo pastorali insignitur: *Omnes Ecclesiastico dignitate baculosos, vel Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, &c.*

BACULOTENTIM, *Baculo innitendo.* Gonzo Abbas in Miracul. S. Gengulphi num. 4. *e stratu se se corripuit, baculotentim asinum ascensurus adiit, super quem se levari petiit.*

BACULUS *Pastoralis*, Pedum, *Cambuta*, Episcoporum & Abbatum. Carolus Calv. ad Nicolaum PP. de causa Ebonis: *Omnesque Suffraganei, qui eo absente ordinandi fuerant, annulos & baculos, & suæ confirmationis scripta, more Gallicarum Ecclesiarum, ab eo (Archiepiscopo) acceperunt.* Gervasius Dorobernensis an. 1183. *Protestatum est etiam---quòd baculus pastoralis Episcopi Rofensis defuncti non in occulto; sed manifestè Cantuariam statim debeat afferri sepulto Episcopo, & in Cantuariensi Ecclesia reservari, donec novus electus consecretur & eodem baculo instituatur. Baculus Episcopalis*, apud Lambert. Schaffnab. an. 1071. Petr. Damian. lib. 2. Epist. 2. *Nunquam certè vidisse me memini Pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos, sicut erant, qui ab Esculano atque Tianensi gestabantur Episcopis. ---nec eis profuit, quòd Pontifices ligneis auratis usi sunt baculis, dum sacerdotii meritum non nitor efficiat vestium; sed spiritualium norma virtutum.* Vita S. Burchardi Episcopi Wirtziburgensis cap. 1. *De tanti viri humilitate scribere quippiam omnino superfluum fuerit, cùm necdum nomen & officium Episcopale valuisset pompaticum, nisi quod ipsa quæ in loco sepulturæ ejus servatur virga sambucea, semper nobis ad memoriam reducit humilitatis ejus exempla. Unde constat, quantò pretiosior sit coram illo qui humilia respicit, & alta à longè cognoscit, pastor Burchardus cum sua pastorali virga modernis pastoribus, qui pascentes semetipsos, vix in ipsis baculis suis aliqua carent pompa.* Hinc apud nostros vulgati versus, qui à Coquillio in Hist. Nivernens. habentur:

Au temps passé du siecle d'or,
Crosse de bois, Evesque d'or.
Maintenant changent les loix,
Crosse d'or, Evesque de bois.

Vide Concil. Tribur. an. 895. cap. 18. & Stephanum Tornac. Epist. 233. 234.

Formam baculorum pastoralium sic describit Hugo à S. Victore in Speculo Eccles. cap. 6. *Baculus pastoralis rectitudine sui rectum regimen significat, quòd autem una pars curva est, & altera acuta, monstrat præesse subjectis, & debellare superbos. Unde dictum est:*

Curva trahit mites, pars pungit acuta rebelles.

Et iterum:

Curva trahit, quos curva regit, pars ultima pungit.

Et item:

Attrahe per curvum, medio rege, punge per imum.

Virga emendationis index, apud W. Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontif. Liber 1. Mirac. S. Dionysii c. 3. *Videt introire senem Clericum, Pontificalibus vestibus exornatum, ferentemque in manu baculum à capite arcuatum, in imo reflexum, qualibus antiquiores Pontifices usos fuisse ad Memorias eorum suspensi declarant.* Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ cap. 33. *Baculos Sanctorum in superiore parte recurvos, auro, argento vel ære contectos---in magna reverentia habere---solent Hiberni.* Vide Honorium August. in Gemma animæ lib. 1. cap. 217. 218. 219. Durandum lib. 3. Ration. cap. 15. & Haëftenum lib. 3. Disquisit. Mon. disq. 5.

Græci perinde βακτηρίαν pro pedo Patriarchali usurparunt. Synodus VIII act. 7. ubi de exauctoratione Photii: ἄρατε, εἶπε, τὴν βακτηρίαν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, σημεῖον γάρ ἐστιν ἀξίας ποιμαντικῆς, ἧς αὐτὸς ἀνάξιος, &c. Adde Pachymerem lib. 2. cap. 15.

Baculo pastorali non utitur Pontifex Romanus, *tum propter historiam, tum etiam propter mysticam rationem*, inquit Innocentius III. PP. in Actis ejusdem p. 64 & l. 1. Decret. cap. de Sacrof. unct. §. fin. *pro eo, quòd B. Petrus Apostolus baculum suum misit Euchario primo Episcopo Trevirensi, quem unà cum Valerio & Materno ad prædicandum Evangelium genti Theutonicæ destinavit: cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum sancti Petri de morte fuerat suscitatus. Quem baculum usque hodie cum magna veneratione Treverensis servat Ecclesia*, ait idem Pontifex l. 1. Myster. Missæ. c. 62. Ferulam tamen eidadscribunt Scriptores. Vide *Ferula*.

Baculos pastorales habere Abbates, iisque investiri solitos, palam est. Ordericus Vital. lib. 8. *Per baculum pastoralem, ut eo tempore moris erat, Cœnobii curam — commisit.* At in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 1. secus esse in eo Monasterio dicitur: *Sciendum quoque est, quòd nostra Consuetudo Abbatibus nostris baculum nullo modo concedit.* Mox: *Nec aliqua eum persona præter Priorem claustri post benedictionem Episcopi in sede sua ponere debet, maximè cùm baculo careat; unde nec ad eum pertinet Concilia sive Curias Regum vel Principum frequentare.*

Baculi & annuli controversia, inter Regnum & Sacerdotium, seu de investituris Ecclesiarum, apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25.

Baculus Choralis, quem defert Abbas in Choro, seu cambuta, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 92. & tom. 2. Concilior. Angliæ, de modo constituendi Abbatis exempti, sub an. 1235. cap. ult.

Baculus notitiæ. Vide in Budlasta.

Baculi pœnitentium, quibus, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 77. eorum *peregrinatio* innuitur; *quia se à regno Dei alienant*: unde cùm Ecclesiæ reconciliabantur, eos deponebant. Ordo Romanus: *Cùm Sacerdos susceperit pœnitentem, si Laicus est, dimisso baculo, quisquis verò ille est, sive Laicus, seu Monachus suppliciter se inclinet ante Sacerdotem.*

Baculi Cantorum, quos ii in Ecclesia deferebant. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 24. *Ex legis præcepto baculos manibus tenebant, qui Paschalem agnum edentes ad patriam tendebant. Secundùm hunc morem Cantores in officio Missæ baculos tenere noscuntur, dum verus Paschalis agnus benedicitur.* Adde cap. 74. Hinc fortè manavit, ut *Cantores & Præcentores* in Ecclesiis, dum sacrum peragitur officium, baculos argenteos teneant.

Cum *baculis* ædem sacram ingredi Sacerdotes, cum ad sacras Liturgias celebrandas accederent, sanxit Zacharias. Micrologus cap. 2. *Zacharias vir Apostolicus — constituit, ne Sacerdotes ad celebranda Missarum solennia cum baculo intrarent, nec velato capite altari astarent.* Sed eos deponebant, dum Evangelium recitabatur. Ordo quippe Romanus ait, cùm Evangelium à Diacono in Missa recitatur, *baculos omnium deponi de manibus, & in ipsa hora neque coronam, neque aliud operimentum super capita eorum haberi.* Amalarius lib. 3. de Eccles. Offic. cap. 18. *de Lectione Evangelii: Usque ad istud officium baculis sustentabamur, modò ut oportet servos ante dominum stare, humiliter stamus, deponentes baculos è manibus.* Adde ejusdem Eclogas de Officio Missæ. Hildebertus Cenoman. de celebratione Missæ; ubi *de Evangelio*:

Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur,
Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.

Infrà:

Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem,
Et caput & baculus, & status ipse decent.
Quippe caput retegens attentè audire moneris;
Parcere, cùm baculum projicis, instrueris.

Adde veterem Exposit. Missæ, Honorium Augustod. lib. 1. cap. 34. Hugonem à S. Victore in Spec. Eccl. cap. 7. &c. Neque tamen usquequaque id semper obtinuisse, observare est ex Chrodegango in Regula Canonicorum Metensium cap. 7. *Illud in timore curavimus, secundùm quod Romana Ecclesia tenet, & nostra Synodus judicavit, ut Clerus noster in Ecclesia, quando ad opus divinum adsistit, nisi infirmitate cogente, baculos in Ecclesia manibus non teneant.*

Baculus peregrinationis. Vide *Bactroperetæ*, & *Burdo.*

Baculi Episcopales frangebantur in eorum degradationibus. Chronicon Novaliciense lib. 6. de Abbate exauctorato: *Detestabilem Sarabaitam cepit, baculum fregit, atque superbum de sede deposuit.* Vita sancti Theodardi Episcopi Narbon. apud Catellum: *Truncatis in conspectu omnium, ac penitus scissis Episcopalibus indumentis, baculisque eorum super eorum capita confractis, — ab omni Clericatus honore dejecti sunt.* Henricus Huntindon. l. 6. p. 365. *Leo PP. tenuit Synodum apud Verzolei, ubi Wlf. Episcopus Dorsestriæ interfuit, & pæne fractus est baculus ejus Episcopalis, nisi majus pretium dedisset: nesciebat enim officium suum, sicut Episcopum deceret.* Florentius Wigorn. pag 656. *Plurimos Abbates baculis privatos deposuit de sedibus.* Vide *Degradatio.*

Baculus fractus. Bracton l. 3. Tract. 2. cap. 33. §. 1. de Utlagatis & felonibus: *Qui sic convicti secum portant judicium, sicut finaliter condemnati nullum habent appellum versus aliquem fidelem nec infidelem: quia omnino frangitur eorum baculus.* Adde Fletam l. 1. c. 38. §. 16.

Baculus Jesu, summæ apud Hibernos venerationis, per quem vulgari opinione sanctus Patricius venenosos ab insula vermes ejecit. Vide Silvestrum Giraldum in Topog Hibern. dist. 3. c. 34 & l. 2. de Hibern. expugn. c. 18.

Baculi Regii in signum salvæ gardiæ appositi, in Aresto Parlam. Paris. 2. Jan. an. 1321. Vide *Brandones.*

BACULUS, non tam sceptrum, quàm *virga* Regum, regiminis insigne: quomodo Græci βακτηρίαν quandoque usurpant, quam τῆς ἀρχῆς fuisse symbolum, extrema Græcia, tradit Pachymeres l. 4. c. 29. & δικανίκια appellatione, in Magistratibus, non semel donat Codinus de Offic. aulæ Constantinopolitanæ.

Apud Francos verò nostros *baculus* imperii nota fuit præcipua, adeo ut ejus traditione regia dignitas designaretur. Ita enim Guntrannus Childebertum nepotem sibi successorem declaravit, ut auctor est Gregorius Turonens. l. 7. c. 73. & ex eo Aimoinus l. 3. c. 69. *Rex Guntrannus data in manu Regis Childeberti hasta, ait, Hoc est indicium, quòd tibi omne regnum meum tradidi.* Ita hastam & sceptrum confundit Claudianus l. 2. in Rufinum:

Deserat Illyricos fines, Eoa remittat
Agmina, fraternas ex æquo dividat hastas.
Nec sceptri tantùm fueris; sed militis hæres.

Annales Francor. Bertiniani an. 849. *Hludovicus & Carolus germana caritate convenientes, tanto amoris vinculo devincti paruerunt, ut alter alteri baculos publicè tribuendo, Regum uxores & liberos superstiti commendaret.* Hac quippe *baculi* mutua traditione fœdus invicem sanciebant, ac firmabant, quomodo Ditmarus l. 7. p. 99. *Concambium mutuis baculis firmatum* ait. Baculi quippe traditio symbolum fuit investituræ, quod à prisco illo Regum Francicorum ritu fortasse profluxit: nam per illam mutuam à Hludovico & Carolo baculi factam traditionem, uterque Regna sua sibi invicem commendabant.

Baculus autem iste Regius *aureus* fuit, ut est apud Theganum de Gestis Ludovici Pii cap. 19. & in iisdem Annalibus Bertinianis an. 876. *Præsentata sunt Imperatori ab Apostolico transmissa dona, inter quæ fuerunt præcipua, sceptrum & baculus aureus.* Annales Francor. Metenses an. 837. de Ludovico Pio: *Coronam auream in capite gestans, & baculum aureum in manu tenens. Baculus flaventis auri* dicitur apud Anonymum de Translat. S. Sebastiani num. 88. ubi de eodem Ludovico Pio: *Baculo flaventis auri innixus.* Neque fortè aliud fuit *sceptrum Regale*, quod in lib. 1. de fundatione Monasterii S. Clementis in Piscaria dicitur datum ab eodem Imperatore, eidem Monasterio, *quód gestabat in dextra, ut illud Abbas portaret in solennibus festis, in loco baculi pastoralis.*

Ejus-

Ejusmodi enim *baculi* regii forma fuit, ut baculi pastoralis formam quodammodo referret, atque adeo hastæ, cùm longior esset. Monachus Sangallensis l. 1. de Gest. Caroli M. c. 19. de quodam Episcopo: *In tantam progressus est proterviam, ut virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad statum fieri jussit, feriatis diebus vice baculi ferendam pro Episcopali ferula improvidus ambiret.* Quo loco Carolus *sceptrum* virgam eandem vocat: *Quidam*, inquit ille, *ex Episcopis non contentus Episcopatu, quem in prima Germaniæ sede obtinet, sceptrum nostrum, quod pro regiminis nostri significatione aureum ferre solemus, pro pastorali baculo, nobis ignorantibus sibi vindicare voluit.* Ex quibus patet, promiscuè virgam & sceptrum appellari, quòd *baculus* longior fuit, & staturæ Principis par: quomodo non ab Antoninis duntaxat Cæsaribus, & Ottone III. Imp gestatos baculos observat Marquardus Freherus; sed & à Regibus nostris tertiæ stirpis Prælatos restantur præter Scriptores, eorum nummi aurei, in quibus & *sceptrum* & *virgam* gestant. Rursum idem Sangallensis l. 1. c. 36. *Tunc baculus de arbore malo, nodis paribus admirabilis, rigidus & terribilis cuspide manuali ex auro vel argento, cùm cælaturis insignibus præfixo, portabatur in dextera.* Sugerius in Vita Ludovici VI. c. 13. & Continuator Aimoini l. 5. c. 5. de Ludovici filii inauguratione: *Diademate regni gratanter coronavit, nec non & sceptrum & virgam, & per hæc Ecclesiarum & pauperum defensionem, & quæcunque Regni insignia, approbante Clero & populo, devotissimè contulit.*

Aliud tamen fuit sceptrum à baculo: quippe in Ordine ad coronandum Regem edito à Menardo, non modò sceptrum Regi porrigitur; sed & virga, quæ quidem *baculus* appellatur in Cod. MS. Senonensis Ecclesiæ, in quo idem Ordo describitur, non iisdem licèt omnino verbis:

Ad baculum dandum: Accipe baculum, sacri regiminis signum, ut imbecilles consolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, rectos dirigas in viam salutis æternæ. Sceptrum verò *virgam* appellat: *Accipe sceptrum Regiæ potestatis insigne, virgam scilicet rectam regni, virgam virtutis, qua te ipsum bene regas, &c.* In Ordine ad consecrandum Regem edito à Renato Benedicto, virga appellatur, quæ nostris *manus justitiæ* vocatur: *Positis super altare corona regia, gladio in vagina incluso, calcaribus aureis, sceptro deaurato, & virga ad mensuram unius cubiti vel ampliùs habente desuper manum eburneam, &c.* quæ quidem dicitur *virga virtutis atque æquitatis*, in oratione, quam dicit Archiepiscopus, cùm Regi porrigitur sinistra manu gestanda, ut est apud Menardum p. 282. Habetur in eodem Codice Senonensis Ecclesiæ, *Benedictio ad ordinandum Regem*, ubi, *quando sceptrum* datur, Regem sic alloquitur Pontifex: *Accipe sceptrum insigne regnantis, quo significatur regula divinæ æquitatis, quæ bonos regit, & malos conterit. In hac virga regni disce amare justitiam, & odisse iniquitatem.* At verò quando baculus: *Sub hoc baculo commendamus tibi gubernaculum regni Francorum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut populum justè regas & Ecclesias Sanctorum bene disponas.* Baculi, cujusmodi à Regibus alterius stirpis delatus est, forma describitur in iis Tabellis, quas delineari curavit V. Cl. Stephanus Baluzius in Not. ad Capitularia Regum Francor. tom. 2. p. 1279. ubi Lotharius Imperator, & pag. 1276. ubi Carolus Calvus Rex effinguntur: sceptrum verò p. 1278. in ejusdem Caroli imagine, quod quidem desinere in lilii figuram, uti repræsentari solet in Regiis Armorum insignibus, licet observare. At baculo, seu virgæ Regiæ *manus*, quam *Justitiæ* vocant, additum primùm cœpta, post annum 1300. quantum colligi datur ex Regum nostrorum sigillis, apud Tillium, apud quem primus Ludovicus Hutinus ejusmodi virga, & exinde cæteri, qui subsecuti sunt Reges, insigniti conspiciuntur.

Sed & Imperatores & Reges Anglicos sceptro ac virga simul donatos in eorum coronationibus tradunt Scriptores: ac de Germanicis quidem Augustis, Witikindus l. 2. de Coronatione Ottonis M. *Proinde procedit Pontifex cum Rege, tunica stricta more Francorum induto, ponè altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum baltheo, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate.* Infrà: *Exinde sumpto sceptro baculoque: His signis, inquit, monitus, paterna castigatione subjectos corripias, &c.*

De Anglicis Regibus audiendus in primis Bromptom, ubi de coronatione Ricardi I. Regis Angl. p. 1159. *Willelmus Marescallus portans sceptrum regale, in cujus summitate signum aureum Crucis erat: & alter, scilicet Willelmus Comes Sarisberiensis, portans virgam regalem, habentem columbam in summitate.* Et mox: *Deinde tradidit ei Archiepiscopus Cantuariensis in manu dextra sceptrum, & virgam regalem in sinistra.* Gervasius Dorobernensis p. 1587. de eodem Ricardo: *Cùm pervenissent ad gradum altaris, inclinavit Rex super genua, habens baculum aureum in sinistra, & sceptrum in dextra.* Matth. Paris de eadem Coronatione: *Post quos veniebant duo Comites, quorum primus portabat sceptrum regale, in cujus summitate signum erat aureum: & alter portabat virgam regalem habentem in summitate columbam.* Denique Thomas Walsinghamus de Coronatione Ricardi II. p. 196. *Statim post hæc accessit Dominus de Furneval ex officio offerens ei rubeam chirothecam, quam Archiepiscopus benedixit, & imposuit manui Regiæ, dans ei sceptrum, his verbis, — tunc dedit ei Archiepiscopus virgam in alia manu habentem in summitate columbam: nam sceptrum, quod susceperat, consurrexit de rotundo globo aureo, quem tenebat in manu chirothecata, & habebat in summitate signum Crucis, & accepit virgam prædictam cum verbis, his, &c.* Virgam Alphonsi Regis Aragonum sic describit Raimundus Montanerius c. 297. ubi de ejus Coronatione: *E la verga era d'or, é havia tota hora be tres panchs de lloch, é al cap de la verga hi havia un robis lo plus bell que hanch fos vist, é be tant gros com un ou de gallina.* Scribit Ruellius in Pompa funebri Caroli III. Ducis Lotharingiæ p. 161. Duces Lotharingiæ *manum justitiæ* gestare perinde ac Reges Francorum.

BACUNUS. Vide *Baccones*.

BACUS, Vermis, Italis *Baco*, vel *Bago*. Occurrit in Actis B. Thomassi Camaldul. n. 44.

BADA. Charta Amelii Episcopi Tolosani an. 1111. in Tabul. Abbat. Conchensis in Ruthenis num. 1. *Omnis census, & omnis fiducia, & omnis reditus, & badæ macellorum & salis, & omnes donationes sint Monachis, &c.*

BADALATIUS, ex Ital. *Badalucco, giostra, scaramuccia*, velitatio, certamen, qua voce utitur Joannes Villaneus hac notione lib. 7. cap. 6. 12. 68. lib. 8. cap. 18. 55. Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 24. *Scaramutias seu badalatios* (meliùs *badalucios*) *conficiebant.* Hinc *Badaluccare*, eidem Villaneo lib. 8. cap. 76. lib. 9. cap. 51. 322. pro *Velitare, Escarmoucher.*

BADERNA. Vide *Bagerna*.

BADILE, *Ligo*, vox Italica. In Statutis Mediolan. 1. part. c. 251. part. 2. c. 291.

BADITIS, Gallis veteribus, herba, quæ Græcis νυμφαία, Latinis *Clava Herculis*. Marcell. Empir. c. 33.

BADIVOLA. Vide *Bajanula*.

BADIUS. Vide *Bagius*.

BAE & *Bludie*, quum utraque pars injuriam patitur: tunc enim is priùs auditur, qui primus conqueritur, & ad judicium provocat. Leges Burgorum Scotic. c. 87. *Si quis verberando aliquem fecerit* blae & bludie, *ipse qui fuerit* blae & bludie, *priùs debet exaudiri, si priùs venerit ad querimoniam suam faciendam, &c.*

BAEN, vel *Baben est lamina auri ab aurea, aurem, quæ frontalibus Regum nectebantur. Ornamentum colli ex auro & gemmis, quod alio nomine torques potest dici.* Ita Glossæ Isid. Joannes de Janua, & Mamotrectus: *Baben, ornamentum est colli, ex annulis aureis confectum: Baben enim Græce, corona Latine secundum Rabanum.* Lib. 1. Macchab. cap. 13. v. 37. *Coronam auream & baiuem, quam misistis, suscepimus.* Aliæ Edit. habent *Baben.* Græca verò *βαΐνην.*

BAEOL, Vasis species, vox Cimbrica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 15.

BAERNA. Vide *Bagerna.*

BAFER, *Grossus, agrestis,* in Breviloquo.

BAFFA, *Bafo*, idem quod *Baco.* Papias: Perna, *vulgò baffa dicitur.* Alio loco: *Petaso, Baso.* Rursum: *Petasunculus, pernalardi, id est, dimidium basonis.* Jo. de Janua: *Perna, baconus, vel baffa porci.* Idem: *Petaso, perna porci, baconus, sive baffa.* Occurrit in Statut. Veronens. lib. 1. cap. 35.

BAFFOR, pro *Bosporus*, vel *Bosphorus.* Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1190. *Transito Baffore, seu brachio S. Georgii, transiit in Armeniam.*

BAFUMARIA, Templum Mahumeto dicatum, quod aliis *Machumaria* dicitur. Raimundus de *Agiles: In Ecclesiis autem magnis Bafumarias faciebant.* Alibi: *Habebat & monticulum — ubi duæ erant Bafumariæ, & quædam sepulcrorum casalia.* Charta Bertrandi Comitis S. Ægidii an. 1109. apud Ughellum in Archiep. Genuens. lib. *Tertiam partem Tripolis ab uno mari usque ad aliud, prout Regis Busamaria determinat.* Sed leg. *basumaria.* Qui porrò aliis Mahumet eidem Raimundo *Bahumet* appellatur: *Nuntiatum est nobis, quòd Papa Turcorum veniret contra nos in prælium:* & quia erat de genere *Bahumet, &c.* Et mox: *Anathematizantes Bahumet, & omnem progeniem ejus.* Vide *Machumaria.*

BAGA, Arca, *Coffre:* unde vox *Bague,* & *Bagage.* Charta Decani Ecclesiæ Leichefeldensis in Monastico Anglic. tom. 3. p. 237. *Ducentas marcas pecuniæ in quadam baga de Walbey, in quadam cista nominata Cista gratiæ — duximus reponendas.* Infrà: *Mutuum hujusmodi de bonis Ecclesiæ communibus bagæ prædictæ realiter restituat.*

Baga, idem quod *Boia.* Vide in hac voce.

BAGARIO, *Urceoli genus,* in Gloss. Isid. fortè *Baccarium.* Vide *Bacca.*

BAGAUDÆ, *Bacaudæ,* Factiosorum & rebellium hominum cohors, qui solitudines & castra inhabitabant, loci situ munita, atque inde in obvios latrociniis & cædibus grassabantur. Horum nomen primùm in Gallia auditum Diocletiano & Maximiano imperantibus, ut auctor est Paulus Orosius lib. 7. cap. 25. & Eutropius l. 9. ex quibus Hieronymus in Chronico Euseb. *Diocletianus consortem Regni Herculium Maximianum assumit, qui Rusticorum multitudine oppressa, quæ factioni suæ Bacaudarum nomen indiderat, pacem Gallis reddit.* Victor Schotti: *Per Galliam excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant, &c.* Pæanius Interpres Gr. Στασιάζοντος δὲ ἐν Γάλλοις τοῦ ἀγροικικοῦ, καὶ Βακαύδας καλοῦντας τοὺς συγκροτηθέντας, ὄνομα δὲ ἐστι τοῦτο τυράννους δηλοῦν ἐπιχωρίους. Horum etiam, ut latronum sæpe meminit Salvianus, qui sub Honorio & Theodosio vixit. Sic ille lib. 5. de Vero jud. & provident. *De Bagaudis nunc mihi sermo est, qui per malos judices & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam jus Romanæ libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt: & imputatur his infelicitas sua, imputamus his nomen calamitatis suæ, imputamus nomen, quod ipsi fecimus. Quibus enim rebus aliis Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus judicum, nisi eorum proscriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen, in quæstus proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias prædas suas esse fecerunt.* Ex quibus perspicuum fit, Bagaudarum defectioni & rebellioni occasionem dedisse judicum & præfectorum avaritiam & rapinam, itemque & duravisse in Gallis perniciosam hanc factionem longè post Diocletiani ævum, unde postea, si non ipsa Bagaudarum factio, saltem nomen in Hispaniam transiit. Meminit enim non semel Idacius in Chronico *Bacaudarum Tarraconensium,* & *Aracelitanorum,* sub Rechila & Theodorico Gothorum in Hispania Regibus. *Bagaudarum* etiam meminit Eumenius in Paneg. de Schol. instaur. ut & Vita S. Mauricii Mart. ex qua Christianos fuisse docemur. A. *Bagaudu* deinde.

Bagauda, dicta Regio, quam inhabitabant. Prosper Aquit. in Chron. *Omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.* Ex mox: *Eudoxius arte medicus — in Bagaudam id tem oris mota delatus, ad Chunnos confugit.* Sed ubinam gentium, haud planè certum. Tradit auctor Vitæ S. Baboleni Abbatis, Fossatensi Monasterio, 4. milliaribus à Lutetia dissito, nomen fuisse *Castrum Bagaudorum.* Charta Caroli Calvi Regis an. 28. ex Tabulario ejusdem Monasterii fol. 13. *In Cœnobio Fossatensi quod vocatum olim fuit castrum Bagaudorum, &c.* At cùm Bagaudæ nullibi fere pedem figerent, & ubique latrocinarentur, agerentque prædas, probabile est, *Bagaudiam* tunc fuisse, ubi morabantur.

Bagaudas à βαγεύειν, quòd est vagari apud Suidam, nescio an verè? deducit Innoc. Cironius in Paratit. Jur. Canon ut Boxhornius ab Hebræo *Bogudim,* rebellis: at cùm Gallicam vocem esse indicet Aurelius Victor, Altaserra sic dictos censet Bagaudas, quasi silvicolas, à voce *gau,* quæ Gallis silvam sonat. Quid si à *Bagat*, vel *bagad,* uti scribitur à Boxhornio, quæ vox Armoricis & Wallis, proindeque veteribus Gallis, turmam sonat, & hominum collectionem? Catholicum Armoricum: *Bagat, G. assemblée, multitude de gens. L. hæc turba. Item hæc turma, compaingnie de troupe. Bagat chatal, G. tropel de grosses bestes, ou de brebis, Lat. Grex, armentum, ouben.* Cæterùm *Baogaudas,* seu *Baogaudis* habet prima Salviani Editio an. 1530. *Baugaredos* vocat liber de Castro Ambasiæ num. 8. *Baccanaridas,* Idacius in Chronico in Diocletiano. Non desunt, qui Parisienses vulgò *Badauts* per ludibrium appellant, tanquam à primis Bagaudis ortum duxerint.

BAGERNA, *Baerna, Baderna,* Caldaria, in qua sal conficitur: ex Gallico *Baignoire*, ut videtur. Charta Reginaldi Comitis Burgund. an. 1037. apud Duchesn. in Hist. Vergiac. pag. 77. & Labbeum tom. 1. Biblioth. p. 270. *Dedit Comes apud Salinum villam aream unam cum calderia, quæ alio nomine bagerna vocatur, ut ibi fieret sal.* Occurrit ibi semel ac iterum. *Cuves & Baignoires,* in Consuet. Meledunens. art. 282.

Baerna, eadem notione habetur in Bulla Eugenii III. PP. an. 1147. in Bibl. Cluniac. p. 1410. Ut

Baderna, non semel in Charta Joannis Burgundiæ Comitis an. 1260. apud Petrum Chifflet in Tornutio p. 476.

BAGINELLA. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Siliqua Græca, Baginella.*

BAGUERRA. Vide *Borera.*

BAGNOLENSES, Hæretici, Waldensium & Catharorum sectatores, *in Tuscia, sive in Marchia, vel in Provincia,* ut auctor est Reinerius lib. contra Waldenses c. 6. à *Bagnolo,* oppido Provinciæ dicti, vulgò *Bagnols.*

BAGULA. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Bagula,* bridel, *i. Frenum.* Infrà: *Bagula, salivare,* bridel. Ubi Somnerus, *fortè pagulum, i. frænum.* Hinc emendandæ

dandæ Glossæ Isidori: *Pagula, frena.* Legendum enim *bagula.* Auctor τῶν Πατριῶν ΚΠ. in Spectaculo 1. de Elephante, quem domi continere non poterat dominus: Αὐτὰς δὲ διὰ τὰς βαγύλας ἐλεοφόρους κρατῆσαι οὐκ ἠδύνατο. Nescio an vocis etymon attigit Joannes de Janua: *Bajulum frænum, à bajulo, as, quia eo equus bajulatur.*

BAGUS, *Bagius*, Color equi, qui Latinis, *Badius, spadix, phœniceus*, dicitur, interdum *rutilus*, ut Agellio lib. 2. c. 26. *Pamceus*, eidem lib. 3 c. 9. Gloss. Lat. Gr. *Palius*, χελιδονιαῖος. *Badius* verò à βαΐς, & βαΐον, ῥαβδὸς φοινικὸς, Hesychio: quæ verba idem sonant quod σπάθη & σπάδιξ, ramulus palmulæ. Gloss. Gr. Lat. *Palma*, χεὶρ καὶ βαΐς, καὶ φοῖνιξ. Sic *Badius* erit quasi βαΐδιος. Ugutio: *Badius, est equus, quem antiqui dicebant vadium, à vado, quia fortiùs vadit inter cætera animalia. Ipse est & spadix, quem fœnicatum Græci vocant, &c.* Vide Palladium in Martio tit. 13. Papias MS. *Spadices equi, Bagi, Rufati.* Edit. habet *vagi.* Charta Ferdinandi, Regis Majoric. filii an. 1306 *Pro pretio unius roncini de pilo bagio, quem à vobis nunc emimus*

Baius, Gallis *Bay*, Hispanis, *Vayo.* Charta Bermundi II. Regis æræ 1070 apud Yepez in Chroni. o Ord. S. Benedicti to. 6. *Ad confirmandam chartam istam commutationis caballum baium, valentem solidos argentos — accepi*

Baiardus, eadem notione. Vita B. Ægidii Minoritæ n. 51. *Et sunt hujusmodi sicut agricola, qui arma Rolandi indueret, & tam eis p... nesciret: non enim omnes homines equum Baiardum sciverent equitare, nec insidentes ei sibi scirent ... casu cavere.*

BAHEN. Vide *Baen.*

BAHUDUM, Areæ species, nostris *Bahud.* Occurrit in Fleta l. 2. c. 21. Guillelmus *Guiart* an. 1302.

Bidaus nul riens ni refusent.
Ains prennent par tout comme ahurs.
Tentes & coffres & bahurs,

BAJA, Palma. S. Hieronym. lib. 2. contra Jovinianum, c. 9. de Sacerdotibus Ægyptiis: *Cubile iis de foliis palmarum, quas Bajas vocant, contextum erat, &c.* Vox enim recepta apud Græcos recentiores. Hesychius: Βαΐς, ῥάβδος φοίνικος, καὶ βάϊον. Vide Salmasium ad Solinum p. 410. Allatium de Hebdomadib. Græc. p. 1441. Innocent. Cironium lib. 5. Observat. Juris Canon. c. 3. Meursium, & Codini Interpretes.

BAJANULA. Vide *Bajulona.*

BAIARDUS. Vide *Bagus.*

BAILIUS, *Bailivus.* Vide *Bajulus.*

BAINARE, *diluere*, quasi *balneo immergere.* Gall. *Baigner.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 49. de supellectili coquinaria. *Cuppæ 4. una ad fabas servandas, quando fuerint bainata.* i. e. lavatæ.

BAINBERGA, *Bemberga*, Tibiale ferrum militis, ocreæ cothurni. Gloss. Theotiscum: *Ocreæ, arma crurum, Benbergæ.* Germanis *Been-berghe*, tibialia, ocreæ, quibus teguntur crura: ποδόψελλα σιδηρᾶ Leoni in Tacticis c. 5. §. 4. Lex Ripuar. cap. 36. §. 11. *Bainbergas bonas pro VI. sol. tribuat.* Testamentum S. Everardi Ducis Forojul. in Cod. Donat. piar. & apud Florentium Haræum in Castellan. Insul. *Bruniam unam, helmum 1. & manicam 1. ad ipsum opus, bembergas 2. mortariolum argenteum unum.* Alibi: *Bruniam unam cum halsberga, & manicam unam, bemivergas duas*: ubi leg. *bembergas.*

BAÏNEM. Vide *Baën.*

BAIRMAN, Qui bonis cedit, apud Scotos. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 17. quod inscribitur, *de Cessione bonorum: Bairman qui debet fieri, jurabit in Curia, quòd nihil habet ultra 5. solidos & 4. denarios, &c.*

BAISSA. Michaël Scotus de Physionomia cap. 20. *Animalium quædam habent in capite cornua, quædam nares, quædam baissas.*

BAISSAMENTUM, Diminutio; vox Gallica, *Baissement.* Charta an. 1307. in Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. ex Chartophylacio. ch. 4. *Et sine excusatione partis, sine diminutione seu baissamento, &c.*

BAJULA Nutrix, in Charta Italica an. 1287. Et in Statut. Mediolanensibus 2. part. cap. 478. Italis *Balia*: Gerula, in vet. Lexico: *Geraria*, apud Plautum in Milite glorioso. *Le Roman d'Aubery MS.*

A sa bajarse l'a maintenant livrée.

BAJULARE, Regere, gubernare. Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. c. p. 32. *Quis unquam poterit ore proprio promere, quo ingenio bajulabat exiguitatem nostram, diebus & noctibus pro peccatis nostris Deum deprecans? Bajulare officium*, est gerere, exercere, apud Marcellum lib. 1. Form 1.

BAJULARIS, *juvenis, fortis*, Ugutioni. Fortè *Bacularis.* Vide in *Bacalarius.*

BAJULONA, *Bajanula*, &c. Lectica. *Bajulatoria sella*, Cælio Aureliano Siccensi l. 1. Acutor. c. 11. *Bajulatoria sessio*, cap. 15. Ugutio: *Bajulona, lectus, qui in itinere bajulatur.* Ex quo emendandus, ni fallor, Isidorus in Glossis: *Banalula*, (lib. 25. Orig. cap. 11. *Bajanula*, al. *baniola*) *lectus, qui in itinere fertur*, & Papias: *Bajanula, lectus, qui in itinere bajulatur: unde dicitur Bajaramos beleneas.* Sic MS. Gloss. Saxonic. Ælfrici: *Bajanula* feþ-bed, i. lectus. Denique Joan. de Janua, *Bajunola* habet. His quippe locis vocis etymon suadet restituendum *Bajunola*, ut & apud Ordericum Vitalem l. 13. p. 907. *Comes autem qui spumanti equo vectus cum pluribus manus Normanniam intraverat, pallidus & gemens, atque badivola jacens sua revectus visitat.* Hoc enim loco legendum *bajulona*, vel *bajunula* censuerim.

BAJULUM. Vide *Bagula.*

BAJULUS, *Portator*, Ugutioni. Planciades *Vispillones*, ait dictos *bajulos*, qui scilicet mortuos efferunt. Quo sensu usurpat Petrus Chrysologus Serm. 121. & apud Ammianum l. 14. *Bajulorum Præcentorem*, tibicinem, qui vespillonibus præcinebat, interpretantur viri docti. Occurrunt præterea non semel *Bajuli* inter Ecclesiæ Romanæ ministros, qui processionibus publicis intererant, & cruces & candelabra bajulabant, Ordo Romanus, describens processionem Pontificis: *Post Episcopos Presbyteri, deinde Monachi, deinde Schola, deinde Milites Draconarii, id est qui signa portant, post eos Bajuli, post eos Cereostatarii.* Petrus Diac. l. 4. Chr. Casin. c. 37. ait, *Bajulos cereostatarios, stauroferos, &c.* obviam Roma processisse Henrico Imperatori. Dudo lib. 1. de Moribus Norman. *Bajulant Scholastici candelabra & cruces.*

Bajulus, Pædagogus, qui puerorum curam gerit. Glossæ antiq. MSS. *Pædagogum Eruditorem, nutritorem.* Sophoclis Scholiastes in Ajace Lorario; παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βάϊουλος. Vitalis Episcop. Oscensis apud Blancam de Reb. Aragon. *Alii bajuli, i. servuli, vel nutritores,— quia consueverunt nutrire filios, familios, & familias dominorum.*

Præsertim verò *Bajuli* dicti, qui filiorum Principis educationi præficiebantur, quorum summa proinde in Palatio dignitas & auctoritas erat. Lupus Ferrar. Epist. 64. *Non mirantur à vobis Monitores, quos Bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur.* Atque hoc sensu passim vocem eandem usurpant Hincmarus in Ep. de Ordine Palat. c. 2. 6. & Opusc. 11. c. 6. Fredegar. c. 86. Auctor Vitæ Lud. Pii an. 781. Gesta Dagob. c. 2. Aimoin. l. 4. c. 15. 38. Hariulfus l. 1. c. 3. Flodoardus l. 3. Hist. Rem. c. 24. Paulus Diac. l. 23. Hist. Misc. Sigebertus in Vita S. Sigeberti

Regis Austral. n. 11. Chronicon. Moissiac. an. 641 & *Gregorius Imperialis Pædagogus*, apud Joannem VIII. PP. Epist. 46.

Iidem etiam dicti *Nutritores* Gregorio Turon. l. 8 Hist. c. 22. Caper de Verbis dubiis: *Pædagogus, Nutritor puerorum.* Carolus Rex Burgundiæ filius Lotharii Imp. in Charta an. 857. to. 12. Spicilegii Acheriani p. 120. *Comitem Girardum parentem suum ac nutritorem* vocat. Papias: *Bajulus, Nutritor.* Vetus Inscriptio: NERATIO SCOPIO V. C. ELIO CONSULARI CAMPANIÆ CURSUS SAFRIUS NUTRITOR EJUS. Adde Gruter. 18. 10. 302. 4. *Nutricius puerorum* apud Adamum Bremensem cap. 54. Claudianus lib. 1. in Rufin. *Nutritorem puellæ Tradidit.*

At posterioribus sæculis, in Gallia, sub postrema Regum stirpe, quibus filiorum Regis, atque adeo Regum ipsorum, qui nondum adolescentiæ annos attigerant, cura & educatio demandata erat, promiscuè *Pædagogi, Custodes, & Magistri* appellati leguntur, uti ex Diplomatibus Philippi I. Reg. Fr. an. 1060. 1062. & 1066. constat, ubi Ingerrannus *Pædagogus, Custos & Magister Regis* passim subscribit, qui in Tabular Maurigniacensi Ch. 90. quæ est an. 1102. *Pædagogus Ludovici Regis Filii dicitur.* In Charta Ludov. VI. pro Monasterio S. Martini de Campis, *Herluinus* pariter, ut *Magister Regis* subscribit. Apud Ditmarum lib. 4. *Bernhardus Magister Regis* occurrit. Chronicon S. Vincentii de Vulturno p. 675. de Authberto postmodum Archicancellario: *Cœpit ejusdem Imperatoris* (Caroli M.) *Magister & institutor esse prudentissimus.* Adde Adamum Bremensem c. 159. In Diplom. pro S. Maglorio Paris. *dato Parisius regnante Roberto Rege anno 2. cum gloriosa matre sua Adeleide*, mentio fit Domini *Hugonis Educatoris & Consiliarii Regis.* Adde Hist. S. Audoëni Rothom. p. 463. & Jo. Columbum in Episcopis Vivariensibus lib. 2. n. 46.

Fuit etiam in Constantinopolitano Palatio dignitas inter alias Palatinas non minima, Μέγας βάιυλος, *Magnus Bajulus*, penes quem erat filiorum Imperatoris cura & educatio, ut passim ex Codino & aliis Scriptoribus Byzantinis docemur. *Gregorius Bajulus Imperialis*, apud Erkempertum in Hist. Langob. Chronicon Vulturnense lib. 3. *Gregorium Bajulum Imperialem Græcorum, qui tunc in Ydronto degebat, cum multis exercitibus—Barim introduxerunt.* Hujus mentio est apud Joannem VIII. PP. Epist. 168. 169. 178. Vide Meurs. in Gloss. Fabrotum ad Cedren. & nos in Gloss. ad Villhard.

Bajuli Abbatum, Officiales domestici. Aimoinus de Vita S. Abbonis Floriac. c. 17. *Hos ex Monachis itineris comites assumens, prænominatum Remigium, meque, qui hæc scribo, Aimoinum, cum Guillelmo suæ venerantiæ, juxta Abbatum morem, tum Bajolo. Balivi Monasteriorum*, apud Ingulfum p. 856. 906. *Vitæ* Abbat. S. Albani: *Extunc poterit electus* (Abbas) *sibi de sociis, qui secum commorentur, quos Bajulos dicimus, providere.* Ibidem p. 72. de Abbate: *Exinde solus ut potuit, ut decentiùs intraret, sequentibus Bajulis suis, ivit sessum.* Infrà eadem pag. *Circumdedit sibi habitum suum, assistentibus Bajulis suis.* Pag. 73. *Qui & ipsius Abbatis & subsequentis diu Bajulus exstiterat.* Ibid. *Bajulus Abbatis & sigilli custos.* Matth. Paris an. 1257. *Joannes Abbatis Bajulus & Procurator. Camera ballivorum*, in Monasteriis, in Hist. S. Martini de Campis p. 208. Ita etiam Episcoporum Officiales vocabant. Eædem Vitæ Abbatum S. Albani p. 41. *Præcepto Abbatis sui Alexandro Episcopo Lincolniensi adhærens, Bajulique officium exercens, &c.* Hinc fortè *Bajulare officium*, munus aliquod exercere in Monasteriis, dixit Marculf. lib. 1. form. 1. *Ut de vestra congregatione, qui in vestro Monasterio sancta debeant bajulare officia, &c.*

Bajuli Horarum Ecclesiæ, in Tabulario Brivatensi sub an. 1239. 1247. 1256. 1260. &c. Abbatum S. Albani p. 60. *Legebantur autem 12. eadem nocte de beata Virgine Lectiones, quas corde tenus sine candela Bajuli transcurrere consueverunt.*

Bajuli Obituum novorum, in eodem Tabul. sub ann. 1244. 1253. Officiales in Monasteriis, quibus incumbebat recipere & distribuere legata & pecunias destinatas servitio Horarum & Obituum, seu *ad opus Horarum*, ut est in Chartis.

Bajulus, Tutor, *Bail, Baillistre, Balliseur*, in Consuetudinibus muncipalibus nostratibus passim. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 10?. *Tutores vel Bajuli respondeant, si voluerint, pro pupillis.* In Consuetudinibus municipalibus maritus dicitur *Bajulus* uxoris, *Mari & Bail.* Chronicon Flandr. cap. 69. *Et le Roy l'a receu en son hommage, & le Duc son Baron, comme bail d'elle.* Per Assisias Hierosolym. MSS. cap. 168. & 170. *Bailliage ne doit nul avoir, se le fié ne li peut escheir, fors que en une sole maniere: se l'eir a pere ou mere, laquelle il ait des deux, celui emporte le Bailliage devant tous les autres par raison.* Et cap. 169. *Le Bail n'a point la garde de l'enfant, qui est Seigneur de terre, de crainte que la convoitise lui fit faire la garde du loup; mais il doit estre gardé par accort du commun de ses hommes, tant son corps que ses forteresses, & doit avoir son vivre honorablement, & ses forteresses fournies raisonablement des rentes de la Seigneurie.* At cap. 170. *Li pere ou la mere qui ont le Bail de leur enfant, en ont aussi la garde, pource que l'eschéte dou fié ne peut venir à lui.* Philippus Bellomanerius in Consuet. Bellovac. MS. cap. 15. discrimen esse observat *entre le Bail & le garde.*

Bajulia, Tutela, in Consuetudinibus municipalibus nostratibus, *Bail, Baillie.* Vetus Charta apud *Diago* in Comitibus Barcinon. lib. 2. cap. 70. *Ut teneat eam suo Seniori Comiti Berengario, usque ad illum terminum, in quo habet acceptam bajuliam sui nepotis & sui honoris, &c.* Vide *Balia.*

Bajulus, vel *Baillivus*, Italis *Balio*, Magistratus, qui vice Legati ordinarii Venetorum fungebatur Constantinopoli, dum Imperatores Græci ea in urbe imperarent: seu potiùs *Mercatorum Prætor*, ut Platinæ placet in Gregorio XI. Παΐουλος, & μπαΐουλος, Pachymeri lib. 2. c. 32. Gregoræ lib. 4. Phranzæ lib. 3. c. 1. & Codino de Offic. cap. 14. n. 13. quomodo hæc vox scribitur apud Ducam c. 17. ubi de *Ballivo* Ordinis Hierosolymitanorum Militum. At id non semper obtinuit: nam primitus *Potestates* dicti ii Bajuli, ut colligitur ex Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 27. *Balivum* Catelanis, qui Constantinopoli morabantur, præfuisse etiam ait idem Phranzes loco citato.

Bajuli dominorum, in Constitut. Neapol. lib. 3. tit. 10. quibus aliquid agendum à dominis suis demandatum est. Ita etiam appellamus pedaneos & fiscales judices prædiorum & feudorum.

Bajuli gabellati, qui gabellas seu tributa publica exigunt vel recipiunt. Constit. Neapolit. lib. 1. tit. 57. *Statuimus Magistros Camerarios—ipsas rationabiliter diffinire causas, quas inter Bajulos gabellatos suæ jurisdictioni subjectos oriri sæpe contingit.*

Bajulivi Conventuales, in Ordine Hospitaliorum S. Joannis Hierosol. præcipui ordinis Consiliarii appellantur Magnus Commendatarius, Marescallus, Hospitalarius, Admiratus, Draperius, & Turcopolerius, *qui Bajulivi Conventuales dicuntur, quia suarum linguarum præsides existunt.* Statuta istius Ordinis tit. 10. §. 1.

Bajulivi Capitulares, in eodem Ordine, ibid. n. 2. qui Capitulis ascripti sunt, Consilioque intersunt: hi sunt Bajuli octo linguarum,

Provinciæ, qui Magnus Commendatarius;
Alverniæ, qui Marescallus;

Franciæ, qui Hospitalarius ;
Italiæ, qui Admiratus ;
Aragoniæ, qui Draperius, nunc Magnus Conservator.
Angliæ, qui Turcopolerius ;
Alemanniæ, qui Magnus Bajulivus ;
Castellæ, qui Cancellarius Ordinis,
appellantur. De iis eodem tit. §.42.

Bajulivorum appellatione præterea veniunt Priores & Castellanus Empostæ, tit. 19. §. 5. Magni Baillivi Hospitalis S. Joan. Hieros. meminit Ducas c. 17. p. 40. *Ballivus*, Regni vel Imperii gubernator, qui vulgò *Regent* : olim *Bail.* Henricus Flandrensis in Epistola ad Innocentium III. PP. in Gestis ejusdem pag. 116. *Principes, Barones, & Milites exercitus me Imperii Ballivum elegerunt.* Ipse verò *Imperii moderatorem* se inscribit in eadem Epistola. Vide infrà *Balius*.

Ballivi, nostris, *Baillis*, dicti, quibus justitiæ in provinciis & majoribus civitatibus administrandæ cura à Principe demandata erat, qua notione passim hæ voces occurrunt in Constitutionibus Regum nostrorum. *Ballivos* autem à voce *Bajulus*, dictos omnino constat ; non verò à *Baal*, idolo, ut sibi somnia finxere Sanjulianus in Hist. Burgundionum p. 176. Golutus in Hist. Comit. Burgund. lib. 2. cap. 42. & Joannes Guijonius in Dissertat. de Magistratibus Augustodunensis fori c. 2. Atque ii Comitum vicem subiere, qui prima & secunda Regum nostrorum stante stirpe id muneris obibant, quod postmodum Ballivi. Ac cùm Comites inclinata, & frequentibus Normannorum irruptionibus attrita ac penè profligata eorundem Principum auctoritate, Comitatus suos sibi proprietario jure asseruissent ; iidem juris dicendi facultatem tradidere Vicariis, quos *Bajulos* ac *ballivos*, vocabulo ævi istius, vocarunt, quo ita appellabantur, quibus rei alicujus cura demandata erat : ut qui *Justitiæ suæ Custodes* essent ac veluti rectores & præsides : quod etiam fecere Reges nostri in iis oppidis ac civitatibus, quæ sui ac proprii juris erant.

De Ballivorum jurisdictione ac cognitione in Regno Siciliæ agunt Constitutiones ejusdem Regni lib. 1. tit. 56. & sequentibus : in Francia verò præ cæteris Edictum S. Ludovici, dat. Parisiis mense Decembri anno 1254. quod recitant Joinvilla, & Nangius in illius Vita sub an. 1256. & Edictum Philippi Pulcri an. 1302. pro reformatione Regni, quod Pithœus edidit post Consuetudinem Trecensem, in quibus habetur sacramentum, quod antequam munus suum inirent, edere tenebantur, cap. 26. & seqq. quod etiam descriptum legitur in 1. Regesto Memorialium Cameræ Computor. Parisiens. fol. 158. hisque verbis concipitur : *Li sermens, que doivent faire li Baillis.*

Premierement que vous servirez le Roy bien & loyalement, & garderez son secret & son droit par tout là où vous le sarez.

Item, que vous ferez bon droit & hatif à tous ceux, qui auront à faire devant vous pour cause de vostre Office, tant au foible cômme au fort, tant au pauvre comme au riche, sans acceptation de personne, quelle qu'elle soit.

Item, que de nulle personne de vostre Baillie, ne d'autre, quelle qu'elle soit, qui est cause devant vous, ou esperez qu'il doie avoir, vous ne prendrez don ne present de vin en tonnel, de beste entiere, comme buef, ou porc, ne vinde ou viandes en autre maniere, fors que pour la souffiscance de la tournée, ne or ne argent, ne joyaux ne autres choses, qui puissent ou doient tourner à mauvaise convoitise.

Ainsi le jurez-vous, Bailly, ainsinc vous aist Diex *& ces saintes Evangiles.* Extat aliud simile ; sed prolixius sacramentum in 8. Regesto eorundem Memorialium pag. 55.

Ballivi isti majores non modò in assisiis suis jus dicebant ; sed etiam Regum nostrorum, uti vocant, domania, seu res, quæ fisci sunt, exigebant ac cogebant : verbi gratiâ mulctas & emendas pecuniarias, confiscationes, forisfacturas, escaëtas, laudimia, manus mortuas, & alia id genus, de quibus rationem accepti & expensi coram Magistris Computorum Parisiensium quotannis putabant, ut est in Statuto dato Vivarii an. 1319. pro eadem Camera Computorum : cujusmodi Ballivorum Computa in Rotulis membraneis comprehensa infinita propemodum mihi legere contigit beneficio V. C. Dom. *d'Herouval.* Prostat aliud Statutum datum Andegavi mens. Novemb. an. 1323. in Regesto *Noster* fol. 165. in quo hæc de Ballivorum Computis statuuntur.

Item que tous Baillis & Receveurs veenguent compter ordonneement aus drois termes accoustumez sur peine de perdre 60. livres tournois, chascun Bailly à chascun terme & chascun Receveur des Seneschaucées la moitié de ses gages.

Item que tous les Baillis du Royaume de France, excepté celuy d'Auvergne, feront les receptes de leurs Baillies, & en compteroit aux termes accoustumez sur la peine dessusdite, & n'y ara autres Receveurs excepté le Receveur de Paris, qui ara 100. livres tournois chascun an pour raison de ses gages, & chascun Bailly & le Prevost de Paris aront 500. livres tournois de gages par an, & est faite celle creuë és Baillis pour cause des receptes à leurs Baillies & au Prevost de Paris pour la multitude des besoignes qu'il y à faire.

De Ballivorum salariis hæc habentur in eodem Regesto f. 415. *Anciennement le Prevost de Paris souloit prendre par tout l'an 292. livres par pour ses gages, c'est 16. s. par jour, & il prent orendroit chascun an 400. livres par & 160. livres l'an de don de creuë.*

Les Baillis de Senlis & les autres de France prenoient par jour 16. s. & n'y avoit nul Receveur, & autant prenoit-il orendroit, & s'y a Receveurs, qui prennent chascun 8. livres par.

Les Baillis de Normandie souloient prendre chacun 20. s. tourn. de gages par jour, c'est 365. livres tournois par an, & chascun prend orendroit 500. livres tournois de gages par an & oultre ce le Bailly de Rouën prenoit 100. livres tournois par an pour robes & chevaux, & les prend encore.

Les Baillis de Champagne souloient prendre chacun 20. s. tournois de gages par jour, & le Receveur 500. livres tournois, & autant prennent-il orendroit, & aussi les autres Officiaux.

Les Seneschaux souloient prendre, c'est assavoir Poitou, Xaintonge, d'Auvergne, chascun 500. livres tournois de gages par an, Caturs & Perrigort ensemble 600. livres, Tolose 700. livres tournois, aussi prennent-il encore, & avec ce il retenoient les emolumens des seaux des Seneschaucées qu'ils portent.

Le Seneschal de Bigorre souloit prendre 365. livres tournois de gages par an, & il prend orendroit 400. liv. tournois, & li Receueur 100. liv. t. par an.

Li Gouverneres de Lille Mess. Thibaut de Denisy prenoit l'an 1325. en son temps 1000. liv. t. de gages par an, & Mess. Regnaut de Choisel Gouverneres orendroit prent 500. liv. t. par an, & le Bailly souloit prendre 200. liv. par & n'y avoit Gouverneur ne Receveur, & li present li Receverres 80. liv. par an.

Le Bailly de Crescy souloit prendre 60. liv. tourn. de gages, & il prend orendroit 200. liv.

De tempore, quo Ballivi sua computa reddere debebant, habetur aliud Statutum, hisce verbis conceptum :

C'est l'ordonn. comment les Baillifs de France & de Normandie, & les Seneschaux, & les Commissaires de par le Royaume doivent venir compter. Les Baillis de Normandie doivent venir compter le lendemain des Octaves

de Pasques & de la S. Martin chascun 2. jour l'un aprés l'autre.

Le Bailly de Roüen, lendemain des Octaves des Pasques, & aura 2. jours pour compter.

Caën aprés aura 2. jours. Caux 2. jours aprés. Constantin 2. jours aprés. Gisors aprés 2. jours.

Les Baillis de France doivent venir compter lendemain de l'Ascension & de la S. Andry, & gist chascun l'un aprés l'autre avoir 2. jours pour compter a chascun term. Paris, Senlis, Vermandois, Amiens, Sens, Orleans, Borges, & Tours.

Seneschaux doivent venir compter aux Octaves de la S. Jean chascun an, & aura celluy de Poitou 2. jours, Xaintonge 2. jours, Angoulesme 1. jours, Auvergne 2. jours, Thoulouse 8. jours, Roüergue 2. jours, Carcassone 8. jours, Beaucaire 8. jours, Pierregort 2. jours, Caoursin 2. jours, Lyon 2. jours, Mascon 2. jours.

Champagne à la my-Aoust 8. jours.

La ville de Doüay, & toute la terre devers Flandres de la Septembresche. (sic)

Nevers aux Oct. de la Septembresche.

Les Baillis de Normandie aux huitaines de la S. Martin, se il n'y a pleiderie, & se il y a, il soit bon, que ils veïnssent lendemain de la Toussains.

Les Baillis de France à la S. Andrieu, & aura chascun Bailly de France & de Normandie 2. jours pour compter l'un aprés l'autre.

Navarre rendra de la Thiphaine, & aura 8. jours.

Ensuit tous les Comptes ordinaires ouys, aprés le temps dessusdit pourra l'en oyr les Commissaires des dixiémes, des annuex, de Messaigiers, & autres Commissaires.

Les Comptes de l'Hostel le Roy, da Madame la Royne, avec les joyaux pour 2. termes.

Les Comptes du Tresor pour 2. termes.

Les Comptes de Garnisons.

Statuto Philippi Valesii Regis 8. April. an. 1342. cautum, ne quis Ballivus vel Senescallus sit ex Magistris Requestarum, neque ex Parlamento, in Reg. Memorialium Cameræ Comput. Paris. sign. C. fol. 259. Adde Statutum pro reformat. Regni an. 1302. c. 8.

Ex ordine Militum seligebantur Ballivi, ut auctor est Monstrelletus c. 1. vol. c. 155.

Interdum *Gubernatores Balliviarum* suarum se inscribebant, ut ex variis Tabulis, & ex Frossarte 2. vol. c. 24. colligitur: quod postmodum iis interdictum dicto Statuto 8. April. an. 1342.

Si bellum ingrueret, vel à Rege submonerentur & citarentur feudararii, Ballivi *Communias* Balliviarum suarum in exercitum ducebant, iisque præficiebantur. Homagium Vicarii Salviæ in Occitania, apud Catellum in Hist. Tolos. Com. p. 36. *Quando dominus Rex vel alius nomine ipsius vult congregare cavalcatas per Bajulos parochiarum, ego debeo mandare dictas cavalcatas per totam dictam Vicariam, per dictos Bajulos, & cogere homines secundùm mandatum domini, ut eant in guerram: & debeo dictos homines conducere, & capdelare per me, vel per alium, cum expensis tamen domini prædicti.* Vide Froissart. 1. vol. cap. 121. p. 127. Labbeum tom. 1. Miscellan. p. 658. Sanjulianum in Augustoduno p. 215. &c.

Ballivorum officia annua erant, & *Vicarios* ad jus dicendum pariter annuos ii deligebant. Ita appellantur in Statuto S. Ludovici an. 1256. quos nostri *Lieutenans Generaux* vocant. De iis consulendum Edictum Caroli VIII. an. 1493.

Ballivis, administratione sua durante, possessiones per se, vel per alium emere in Ballivia sua, absque Regis licentia, interdictum Statuto S. Ludovici suprà laudato: ut & sibi vel liberis, fratribus aut sororibus, & consanguineis vel cuicunque de familia sua, absque Regis assensu, procurare. In quam rem consulendus Theophanes an. 2. Justiniani M. Habetur in Camera Computor. Parisiens. sequens Diploma, quod id adstruit: *Johannes, &c. Universis, &c. Exposuit nobis Colardus de Salcibus Ballivus noster Vitriaci, quòd cùm ipse matrimonium contrahi procuraverit de Colardo filio suo, cum filia Radulphi de Dargieres Militis in sua Ballivia commorantis, timeatque, ne eidem imputari posset in futurum, quòd hoc juxta ordinem facere non potest, absque emenda erga nos incurrenda: Notum facimus, quòd attentis gratis servitiis, &c. eidem omnem emendam, quam propter præmissa incurrere potuit, remittimus & donamus, non obstante, &c. Datum Paris. die 15. Junii an.* 1359.

Denique ut omnis odii aut favoris abesset suspicio in judiciis, statuit Philippus Pulcher, ut aliunde assumerentur quàm ex Balliviis, ad quas mittebantur, Statuto anni 1302. c. 17. cui consona habet de Friderico I. Imp. Guntherus lib. 8. Ligurini:

— Cunctasque per urbes
Electos in jure viros, verique sequaces
Imposuit, medio qui cuncta negotia juris
Limite discuterent, nec eos ex urbibus iisdem,
Ne favor aut odium sensus corrumpat eorum,
Sed magis ex aliis ad munera pulcra vocatos
Elegit, sacra vel delegavit ab aula.

Ballivi, finito officio, in sua Ballivia remanere tenebantur per 40. dies, vel saltem procuratorem sufficientem dimittere, ut de se conquerentibus coram illis responderent, quibus id fuisset commissum, ex dicto Statuto S. Ludov. an. 1256. vel 50. & ex Statuto Philippi Pulcri an. 1303. in Regesto 36. Chartophylacii Regii Charta 133. *Item quod Bajuli facto tempore eorum Regiminis morentur & remaneant in locis Bajuliarum suarum per 50. dies continuè parati respondere omnibus se de conquerentibus*. Quod etiam in Scotia factitatum docent Leges Scoticæ. Quoniam attachiamenta cap. 101. Id verò & illi, & nostri hauserant ex l. 1. Cod. *Ut omnes judices tam civiles, quàm milit. &c.* & ex Novella Theodosii & Valentiniani de Tributis fiscalibus.

Neque tantùm in Balliviis suis morari per id temporis; sed etiam in Parlamentis sistere se tenebantur, ut de judicatis in assisis suis responderent. Philippus de Bellomanerio c. 61. ait, eum, qui de *falso judicio* appellavit, debere illud prosequi in proximo Parlamento post appellationem: *mais ajorner le Bailli ne convient-il pas fere, car il est tosjors ajorné as Parlemens à ce jor de lor Baillies contre tos cix qui se voelent plaindre d'eux.* Atque hæc generatim de Ballivis Gallicis: de Anglicis verò sequentia ex Spelmanno, & aliis, hîc subjicimus.

Ballivus franchesiæ, seu *libertatis*, apud Anglos est, qui in loco immuni, seu portione Comitatus, potestate Vicecomitis subducta, partes Vicecomitis exequitur. Et sunt hujusmodi *Ballivi* eorum similes, qui apud Gallos Baronum & Castellanorum appellantur *Ballivi*. Horum mentio est in Statuto 2. Westmonaster. cap. 42.

Ballivi burgorum, sunt in burgis suis Prætoris instar: at sub illo nomine ante sæculum Normannicum non reperiuntur; sed deinceps nunc Aldermannorum locum, nunc *Grevi* & *Portgrevi* obtinuerunt. In hoc autem differunt ab Aldermannis & Grevis, quòd hi plerumque singulis burgis vel civitatibus singuli præficerentur, Ballivi autem, bini, ut olim Londoniis: interdum quatuor, ut Norwici aliquando. Primos etiam Londoniarum *Ballivos* alii Vicecomites appellarunt, qui apud Anglos multò splendidior est Magistratus. Vide Leges Burgorum Scotic. c. 76. §. 1. c. 104. §. 1.

Ballivus manerii, idem est, qui aliàs *Ballivus*, seu Præpo-

Præpositus villæ, quasi Vicedominus: nam domini loco omnia administrabat infra manerium, seu villam: tantaque olim ejus erat celebritas, ut absente domino, brevia aliquot Regis, illi tanquam domino mandarentur.

Ballivus domesticus, seu rei familiaris, idem est qui Latinis *Villicus*.

Sunt præterea Quinque portuum, forestarum, Castellorum, aliorumque locorum *Ballivi*, & rei alienæ administrandæ per plures, quos longum esset singillatim enumerare. Præ omnibus autem, munere multitudine notissimi sunt infimi illi *Ballivi*, qui Vicecomitibus & *Ballivis franchesiarum* sunt à mandatis. Horum autem est, desideratos in Curias accersere, partem ream citare, sistere, apprehendere, in custodiam deportare, mulctas & debita exigere, rem judicatam transigere, & hujusmodi. Quæ ut faciant, alii undique discurrunt, & appellantur ideo *Ballivi errantes*, seu *itinerantes*, quales olim apud Romanos *Viatores*. Hoc illud hominum genus est, quod dum plebem per sæcula vexat & depeculatur, honestum Ballivorum nomen turpi infamia perfundit: cùm tamen ipsi non *Ballivi*, at *Subballivi* potius sint appellandi. Hactenus Spelmannus.

Baillivia, *Ballivia*, nomen est genericum, comprehenditque non modò *Ballivorum* majorum officia ac districtus; sed etiam alias *Præpositurás*, *Majorias*, *Vicecomitatus*, & quosvis pedaneorum judicum magistratus, qui in commercio erant, & vænibant, & emebantur, ut est in Edicto S. Ludovici an. 1254. apud Nangium in illius Vita pag. 364. Hinc *Ballivia Vicecomitis*, apud Matthæum Paris, & in Vitis Abbatum S. Albani. *Ballivia foresta* & *forestarii*, in Legibus forestæ, apud eundem Paris, id est, cura forestarum, de quibus etiam forestarii judicia exercebant, vel saltem mulctas imponebant. Vide infrà *Balia*.

Ballivia feodata, Juris dicendi potestas, vel potiùs prædii alicujus cura in feudum data. Tabularium Ludovici Ducis Andegavensis Regis Siciliæ fol. 102. 103. *Michel de la Tousche homme lige deux fois pour la grant Baillie faiée du Chaillant, & à cause de la Baillie faiée de Lennot de Changey. Colette la Bedelle femme lige à cause de la Baillie faiée de Mayenne.*

Bajulia, Tutela, protectio. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 2. c. 38. *Et mitto illum* (filium) *& omnem meam terram, & meum honorem, & meos viros, quæ Deus mihi dedit, in bajulia de Deo & de suis Sanctis, &c.* Infrà: *Ut sint in boyoliam Dei & de sancta Maria, &c.*

Bajulatio, Gubernatio. Annales Franc. Bertiniani an. 861. *Carolus dimisso filio suo Ludovico sub Adalardi — bajulatione, contra Normannos* proficiscitur. Utitur & Aimoinus lib. 5. c. 39.

Bajulatio Gravamen. Charta Goffredi Comitis Conversani an. 1105. apud Ughellum tom. 7. pag. 1072. *Concedimus etiam, ut nemo ex hominibus ipsius Ecclesiæ — constringatur ullo tempore ad faciendam bajulationem, vel aliquam servitutem, &c.* Adde pag. 1081.

Bajulatio, Bajuli seu judicis officium, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 56. 59. §. 1. 2. &c.

Bajulatus, Locatio, conductio, datio ad firmam, Gall. *Bail*. Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 3 tit. 9. *Vel sub nomine bajulatus Ecclesiæ ad firmam Laicis conceduntur, &c.*

Balia, Baillia, Balium, Administratio rerum & bonorum pupilli; *Bail, Baillie*, passim in Consuetudinibus municipalibus; *Balia*, Italis: voces deductæ à *Bajulus*, de qua suprà. Tabular. Brivatense Ch. 155. *Et si ipse infans talis fuerit, qui in ballias debeat intrare, ipsi possessores illius loci teneant & nutriant eum: & quando infans ad perfectam venerit ætatem, & de ballia* exire poterit, *honorem recipiat.* Testamentum Guill. D. Montispessulani an. 1146. *Guillelmus — in garda & in bailia dominæ matris meæ usque ad ætatem 24. annorum pertineat.*

Balia, quævis rerum administratio. Falco Beneventanus in Chron. *Jurejurando firmavit, quòd Comestabiliam, & Rectoraticum, aut aliquam baliam publicam non acciperet, &c.* Tabularium Brivatense Ch. 28. *Placuit quæ mihi, ut post obitum meum ille teneat in balia, & annis singulis censum reddat, &c.* Charta an. 1159. apud Josfredum in Nicea pag. 175. *Omnes administrationes sive balias, &c.* Charta Comitis de *Homburg*. an. 1312. apud Corium in Hist. Mediol. parte 2. *Dans nobis potestatem & baliam præcipiendi omnibus Imperii fidelibus, &c.* Joan. Villaneus lib. 1. c. 25. *Haveva passato il decreto fatto, che nullo dovesse stare in nulla balia piu de cinque anni.*

Le Roman de Guillaume au Court nez, MS.
Mès pour tel Dieu qui tot a en baillie.

Baliæ, Balliræ, Officinarum in Monasteriis præfecturæ, Monachis demandatæ, apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 55. Vide Probationes Hist. Drocensis pag. 237. Matthæus Paris pag. 110. *Monachus balliram suam, si quam habet, amittat.* Idem alibi: *In qualibet balliva, quas Obedientias dicimus, constituit.*

Balium, idem quod *Balia*. *Balium regni*: Hugo Falcandus de Siciliæ calamit. p. 671. *Reginam autem præcepit totius regni curam & administrationem (quæ vulgò balium appellatur) tandiu gerere, dum puer ejus prudentiæ esset, quæ negotiis providè disponendis sufficere putaretur.* Adde p. 674. Hac notione occurrit l. 2. Epistolar. Innocentii III. PP. pag. 484. 488. 494. Edit. Venetæ. *Balium pupillorum*, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 23. 27.

Balius, Gubernator, *Balio*, Italis. Joan. Villaneus lib. 1. cap. 19. *Era Pipino sourano balio & Governatore di tutta Francia.*

Balius, Tutor. Vide Constit. Siculas lib. 2. tit. 7. in Consuetudinibus municipalibus *Bail*, *Baillistre*. Vide *Bajulus*.

Ballia, Districtus jurisdictionis Ballivi, in Regiam Majestatem, lib. 1. cap. 15. §. 14.

Baltaticum, idem quod *Balia*; nostris *Baliage*, Gardia, custodia. Charta Willelmi D. Montispessulani an. 1103. *Dono etiam ego Willelmus Baltaticum arquintalis, & tertium denarium in arquintali, & medallias, quas donant homines Montispessulani & Longobardi pro arquintali Bayliwicke*, apud Littletonem sect. 248. *Baliato*, apud Matthæum Villaneum lib. 6. cap. 33.

BAJUNULA. Vide *Bajanula*.

BAJUS. Vide *Badius*.

BALA, Sagma, fascis, onus, sarcina, in modum pilæ, quam Galli & Itali ballam vocant, compacta. Fleta l. 1. cap. 22. *Ne quis occultare præsumat aliquam pecuniam in pannis, in fardellis, balis & alibi in loco suspecto. Balla*, apud Matthæum Villaneum lib. 11. cap. 90. Bocacius: *Fece molte balle ben ligate & ben magliate.*

BALAGIUM. Breve commemorationis doni, apud Catellum in Islo Episcopo Tolosano pag. 855. *Et in hoc fevo dedit illis totam siglicem, & totum milium, & balagium, & decimum de sextaratis, boterium, & retrodecimum, & retrocole, &c.* Charta an. 1240. *Et pro ista advocatia pars de Alneto solvet parti de Meleduno 60. sol. in suo balagio annuatim.* Vide *Palagium*.

BALAIUM, Scopa, Gallis *Balay*. Tabular. Fossatense. *Iidem hospites scopas sive balaia & saccos ad ferendum bladum de grambia, &c.* Vide *Baleys*.

BALANDRANA, Pallii ſpecies noſtris *Balandras*, vel *Balandran*. Statuta Ord. S. Benedicti in provincia Narbon. an. 1226. *Illas quidem veſtes, quæ vulgò balandrava, & ſupertoti vocantur, & ſellas rubeas, & fræna, — penitus amputamus.* Rectius *balandrana* præfert. Concilium Albienſe an. 1254. c. 53. *Prohibemus quoque diſtrictiùs, ut nulli Regulares cum balandranis ſeu garmaſiis, vel aliis veſtibus Laicorum, equitent, vel incedant.*

BALANI, *Grandes viri*, Papiæ Leg. *Glandes*.

BALANX, pro *Bilanx*, ex Gall. & Anglico *Balance*. Ugutio: *Bajulo, vacillo, hinc & illinc inclinare: unde hæ balances, quia huc & illuc non declinant.* Will. Thorn *de balancibus & menſuris*. *Ballancia*, in Charta an. 1266. apud Louellum in Bellovaco p. 297.

BALARE, *Ballare*, *Vallare*, Saltare, choreas ducere, Ital. *Ballare*, Gal. *Baler*. Ugutio: *Ballare, huc & illuc inclinare, vacillare.* Notæ Tyronis: *Ballat, ballator, ballatrix.* Voces à Græco deductæ. Gloſſ. Gr. Lat. Βαλίζω, *Pergo, gradior*. Βαλίζει, *Ambulat*. Βάλισμα, *hic greſſus*. Βαλλίζω, *Ballo*. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Βαλλίζειν, τὰ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τ' ἐκεῖνον κτύπον ὀρχεῖσθαι. Vide Athenæum lib. 8. p. 362. Ita in Concilio Laodiceno can. 52. vox Βαλλίζειν uſurpatur. Vide Salmaſium ad Hiſtor. Aug. p. 350. S. Auguſtinus Serm. 215. de Tempore: *Iſta conſuetudo balandi de paganorum obſervatione remanſit.* Serm. 216. *Diabolico more balare & ſaltare.* Ferrandus Diac. in Breviat. Canon. c. 188. *Ut nullus Chriſtianus ballare vel cantare in nuptiis audeat.* Ubi Concil. Laodic. habet βαλλίζειν. Synodus Romana ſub Eugenio II. an. 826. c. 35. *Sunt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis ac ſacris diebus, atque Sanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus debent delectantur deſideriis advenire; ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo — advenire procurant.* Epiſtola Liciniani Carthaginis Spathariæ Epiſcopi ad Vincentium Ebuſitanæ inſulæ Epiſcopum, apud Bivarium: *Meliuſque erat viro hortum facere, vel iter agere, mulieri colum tenere, & non, ut dicitur, balare, ſaltare, membra Deo benedicta ſaltando trajicere, & torquere, &c.* Pirminius Abbas in Excerptis de Sanctis Scripturis: *Nullus Chriſtianorum neque ad Eccleſiam, neque in domibus, neque in triviis, nec in nullo loco ballationes, cantationes, jocos & luſa diabolica facere præſumat.* Occurrit rurſum infra V. *Auguriosus*. Joan. de Condato MS.

Puis chante, & puis eſpringe & bale.

Balator, vel ut eſt in Notis Tyronis, *Ballator*, Saltator. Appendix ad Chronicon Leodienſe an. 1374. apud Labbeum tom. 1. Bibl. p. 408. *Fuerunt ſaltatores ſeu balatores quædam gentes Leodienſes, — ſaltabant & chorizabant, &c.*

Balatio, Saltatio. Iſidori Gloſſæ: *Choreis, balationibus.* Capitula Caroli Mag. lib. 6. c. 193. *Illas verò balationes & ſaltationes, canticaque turpia — non faciat.* Vide Concil. Bracarenſe apud Burchard. lib. 10. c. 39. Præcepta Synodalia Petri de Collemedio Archiepiſ. Rotomag. an. 1145. & Synodum Bajocenſem an. 1300. can 31. *Le Roman d'Aubery:*

A Oſteſin fu li peuples joians
De jeus, de baus, de violes, de chans, &c.

Ballationes, in feſto Sanctorum Innocentium, interdictæ in Concilio Copriniacenſi an. 1260. can. 2. Vide *Kalendæ*.

Vallare, pro *Ballare*. Vita S. Eligii l. 2. c. 15. *Nullus — vallationes, vel ſaltationes, aut caraulas, aut cantica diabolica exerceat.* Eod. cap. *Ludos etiam diabolicos, & vallationes, vel cantica Gentilium fieri vetate.*

Ballimathia. Ugutio: *Cimbala, acitabula ſunt, quæ percuſſa — ſonum faciunt, ſic dicta quòd cum ballematica ſimiliter percutiuntur*, id eſt, in *balliſmatiis*, ſeu in ſaltationibus. Joann. de Janua, *cum ballemacia*. Codex MS. Canonum *ballematia* habet. Ita etiam Gloſſ. Iſid. *Vallematia, inhoneſtæ cantationes, & carmina jocaque turpia*, ſic enim legendum. Titulus canonis 23. Concilii Toletani III. *Quòd ballimathiæ & turpia cantica prohibenda ſunt à Sanctorum ſolenniis.* Aliæ Editiones habent *balimanthiæ*, quaſi interdicantur divinationes, quæ per ſaltationes fiunt. At in ipſo canone ſaltationes tantùm & turpia cantica vetantur in Sanctorum ſolennitatibus, ut in Concilio Romano ſub Eugenio II. PP. ſed legendum videtur *balliſmatia*, ex Græco βαλλισμάτιον: nam in Gloſſis βαλλίζειν, eſt *ballare*, βάλισμα, ſeu βάλλισμα, *greſſus, Pas de dance*: vel βαλλημάτιον, ex Græc. βάλλειν.

Baliſteum idem quod *Ballematium*, Chorea, vel cantilena, ad quam ſaltatur; vox deducta à βαλλίζειν, *ballare*, vel *balare*, uti ſuprà obſervatum. Vopiſcus in Aureliano: *Adeo ut etiam baliſtea pueri, & ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent.* Noſtri eadem notione *Baleſtiaux*, dixerunt; unde *Balets*, etiamnum appellamus ſaltationes, quæ ad cantilenam fiunt. Petrus Fontanus noſter cap. 27. §. 4, *Ils n'aillent pas chi jor à carolles, ne à giex, ne à baleſtiaux.* Quibus verbis ea reddidit, quæ habentur in leg. 9. C. de Feriis: *Nihil eodem die ſibi vindicet ſcena theatralis, aut Circenſe certamen, aut ferarum lacrymoſa ſpectacula.*

BALARGUS, Annonæ ſpecies. Tabular. Abſienſe. *Unam minam balargi, &c. Gallinam & lagenam vini, & 1. panem.*

BALASCUS, Carbunculus, cujus rubor & fulgor dilutiores ſunt: Italis, *Balaſcio*, Gall. *Balais*, vel *Rubis Balais*. Veteres, *candidos carbunculos* appellant ejuſmodi lapides. Charta an. 1308: *Infraſcripta jocalia, videlicet unam coronam, & unum ſertum de auro munitum de perlis, ſmiraldis, balaſciis, diamantibus, & robinis; & ſex firmalia de auro, munita perlis & lapidibus pretioſis.* A Balaſcia Indiæ regione, quam *Balarem* Aithonus lib. 1. c. 6. alii *Balaſam* vocant, dicti ejuſmodi lapides pretioſi. Paulus Venetus lib. 1. c. 34. *Balaſcia eſt provincia magna: producit hæc lapides pretioſos atque magni valoris, qui à nomine regionis Balaſci vocantur.* Alberto Magno, *lapis Balagius, eſt gemma coloris rubei, lucida valde & ſubſtantiæ tranſparentis, & dicitur eſſe femina carbunculi.* Statuta MSS. pro Aurificibus Pariſienſ. an. 1355. *Nul Orfévre ne peut mettre Amatitre avec Balais, ne Eſmeraudes, Rubis d'Orient, ne d'Alexandrie, ſi ce n'eſt en maniere d'envoirrement ſervant comme un cryſtal ſans feuille.* *Balaſcos* Bigorrenſes commendat Octavianus de S. *Gelais*, in Viridario honoris:

Et s'ils avoient deſſus leurs capelines.
Rubis, ſaphirs, fins balais de Bigorre.

BALASTRUM, *Balneum*, in Gloſſis Iſidori. Vide *Baluſtrum*.

BALATOFERUM. Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. Hiſt. Rem. cap. 18. *Aliis pauperibus tribus, ubi Fratres cotidie pedes lavare debent, quibus etiam balatoferum, quod dicitur Xenodochium, ad hoc miniſterium ſtatui, ſolidus unus dabitur.*

BALATORIUM. Vide *Valcatorium*.

BALAUSTIUM. Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 17. *Palpitent oculi, os per crebra balauſtia gannire non ceſſet, caput etiam nutet, &c.* Legendum fortè *balbuſtia*, noſtris *Begaiemens*. Aliàs Dioſcoridi l. 1. c. 155. Βαλαύστιον, ut Latinis, *Balauſtium*, eſt flos mali punici; Italis *Balauſtra*, vel *Balauſta*.

BALBA. Charta Ital. an. 1345. *Poſſunt ſuas ripas camporum deſſus Tanegrum munire, ſi voluerint, de balbis & plantis, prout voluerint.*

BAL-

BALBUCA Vide *Balduta.*

BALCANIFER, ita dictus Vexillifer, apud Templarios Milites, pro *Baldakinifer.* Matth. Paris an. 1237. de clade Templarior. *Ea die balcanifer, qui ut alii qui ceciderunt, cruentissimam de se reliquit hostibus victoriam.* Et an. 1246. de iisdem: *Primicerius eorum & signifer, quem Balcaniferum vocant, &c.* Vide *Baldakinus.*

BALCONES, Italis *Balconi*, Gallis *Balcons*, Exedræ prominentes. Inscriptio quæ legitur in Cœmeterio S. Proculi Veronæ, *Fecit balcones novos super balcones veteres elevari.* Joan. Villaneus lib. 10. cap. 132. *Et al continuo u' era pieno di belle donne a' balconi.* Quidam, inquit Acharisius, vocem propriam Venetorum, alii Genuensium esse ajunt. Hinc *balconato*, ædem balconibus instructam dicunt Itali. *Domus balchionata & cupata*, in Charta an. 1356. apud Chirardaccum lib. 1. Hist. Bonon. p. 25.

BALDAKINUS, *Baldekinus*, Pannus omnium ditissimus, cujus utpote stamen ex filo auri, subtemen ex serico tegitur, plumario opere intertextus, sic dictus quod *Baldacco*, seu Babylone in Perside, in Occidentales provincias deferretur. Vincentius Bellov. l. 32. c. 30. *Tertia die fuerunt omnes in blaveis purpuris, & quarta in optimis baldakinis.* Cap. 31. *De baldakino erat tectum superius, sed alii erant panni exteriores.* Matth. Westmonaster. an. 1260. *Tumbæ (S. Albani) obtulit optimum baldekinum.* Matth. Paris an. 1247. *Dominus Rex veste deaurata facta de pretiosissimo baldekino — sedens.* Et an. 1254. *Pallas pretiosas, quas Baldekinos vocant.* Ericus Upsalensis lib. 4. Hist. Suecicæ pag. 118. *Levabant corpora Ducum, & ponentes in feretro, superjacto baldechino, portabant ea de castro.* Adde p. 120. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 3. Id. Jan. *Insuper dedit nobis quandam bibliothecam bonam & pulcram valentem 30. libr. Paris. & plus: & 2. baldequinos pulcherrimos & deauratos.* Adde Chronicon Rollandini l. 1. c. 13. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 2. 10. & Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 177. & seqq. 325. & alibi sæpe. Perperam *Baldetrinus*, pro *baldekinus* bis legitur apud Suffridum Petri in Joanne Hornio, Episc. Leod. c. 46. Malè etiam hæc vox scripta reperitur in Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. p. 1275. 4. *sindones de seta, quarum una est de — alia de catablattio, alia de baldeluno, reliqua verò est rotata.* Legendum enim *baldekino.* Et apud Franciscum Canonicum Pragensem in Histor. sui temporis: *Ornatus Capellæ regiæ non nisi de pretiosissimis belkinis purpura & bysso contextis*: ubi legendum *baldekinis.* Matthæus Villaneus lib. 3. c. 63. *La bara, o vero la cassa del corpo era coperta con fini druppi, & baldacchini di seta.*

Baldekinus sumitur etiam crebrò pro umbraculo, seu *umbella.* Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 2. *Portant umbraculum hastilibus octo sustentatum, quod hodie Baldachinum appellant.* Adde Ceremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 2. Ita autem dictæ umbellæ, quia ut plurimum factæ erant ex *baldekino*: qua notione *Baldatchino* usurpant Itali. Matthæus Villaneus lib. 7. c. 100. *Sopra la sua persona baldacchino di seta, e d'oro adorno intorno riccamente.*

Baldicum, videtur usurpari aut scribi pro baldachino in Annalibus Colmariensib. 1. part. an. 1276. *Fuit & feretrum coopertum nobili baldico, quod Ecclesiæ reliquerunt.* Et in 2. part. eod. an. *Feretrum coopertum fuit baldichino, quod Ecclesiæ reliquerunt.* Paulò suprà: *Hic jusserat vestes pauperibus elargiri, & baldicum cuidam inclusæ.*

Plerique opinantur *Baldakinum* idem esse quod veterum *Babylonicum*: cùm Babylonem *Baldach* hodie appellari constet. Glossar. Lat. Græc. *Babulonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Gloss. Græco-Lat. Ψιλὸν, *tenue babylonicum.* Aliud Glossar. cap. de Divitus: *Babylonicum*, * σαπιοελής. At Plinius lib. 8. cap. 48. *Polymita* à *Babylonicis* distinguit, eaque Alexandriniis adscribit. *Babyloniorum* verò meminit Plutarchus in Catone majore. Observat denique Scaliger in Notis ad Catullum Babylonica appellasse veteres, quæcunque acu picta erant, licèt in Babylonia facta non essent.

Porrò vernaculè *Baudequin*, Galli & Angli dixerunt. Gloss. MS. à Spelmanno laudatum: *Baudekin, cloth of silke, Olosericus.* Qua appellatione donata etiam legitur moneta minutior, cujus in commerciis usu prohibendum efflagitarunt Monetarii an. 1308. *Item qu'en l'en face faire la deffense des Baudequins, qui courent communement pour six deniers*, in veteri Scripto Cameræ Comput. Paris. fortè quòd Rex sub *Baldekino* seu umbraculo in throno sedens, in ea repræsentaretur.

BALDANUM *vexillum.* Epistola Livonis Regis Armeniæ, in Gestis Innocentii III. PP. p. 127. *Sine diffiducia facta contra nos dentes acuerunt, — exercitum nostrum intra & extra muros Antiochiæ sagittaverunt, vexillum baldanum contra nos paraverunt, & quod gravius est, sanguinem Christianum fuderunt.* MS. Regium *balsanum*; Fuxense, *balaoanum*, præferre monuit me V. Cl. Stephan. Baluzius: unde *baldakinum*, legendum fortè.

BALDEA, Choreæ, Gall. *Bals.* Gauterius de Bellis Antioch. *Commessationes fugiunt, ebrietates detestantur, vitant baldea, execrantur stupra.* Vide *Balare.*

BALDICUM. Vide *Baldachinus.*

BALDIOSUS, *Effabilis*, in Gloss. Isidori.

BALDRELLUS, Baltheus, Gall. *Baudrier.* Charta Huberti Militis de Salmuro, regnante Roberto Rege, in Tabulario Burguliensi: *Fuit etiam loricus in pretio valde bonus, & unus caballus. Filii verò ejus duos baldrellos habuerunt.* Francorum baltheos sic describit Leo Aug. in Tactic. cap. 18. §. 85. de Francis: ὁπλίζονται δὲ σκουταρίοις, καὶ κονταρίοις, καὶ σπαθίοις κοντωτέροις, ἃ καὶ ἐπὶ ὤμων αὐτῶν διὰ λωρίων ἀναβαστάζουσιν, ἐνίοτε δὲ τινες αὐτῶν καὶ διαζώννυνται αὐτά. Catholicon Armoricum: *Baudra*, — *Baltheus.* Ita etiam Poëtæ nostrates. *Le Roman de Garin:*

Lu piez se leve li Loherans Garin,
Et ot vestu un bliaut de samiz,
Un baudré ot à grant bandes d'or fin,
A chieres pierres sont attachés & mis,
En sa mein tint un baston de jardin.

Vetus Interpres Gallicus MS. Codicis Justinianei l. 11. tit. 24. *L'Emperere Leon dit: Nus ne mette de ci en avant en son frain, ne en sa sele à chevaucher, ne en son baudré margeries, ne esmeraudes, ne jacinz*, & Arestum Paris. 9. Maji 1321. *Item unum baudream de corio operatam de serico pretii 40. sol.* Porro *Baudrarios* Gallicè *Baudroiers*, vocabant nostri, quicoria quævis parabant. Ex corio verò fiebant balthei.

Baldringus, Idem quod *Baldrellus*, Baltheus. Adalbero Episc. Laudun. in Carmine ad Robertum Regem:

Ilia baldringo cingit strictissima picto.

Germanis *Ring*, balthæum sonat, ut in voce *Rinca* observavimus. *Bald* verò audacem virum, secundùm Walafridum Strabum in Visione Wettini Monachi Augiensis n. 4.

Dicitur Erbaldus, verso sermone vir audax.

Ita *baldring* fuerit cingulum viri militaris & *in armis strenui.*

BALDUCTA, Ugutioni, & Joanni de Janua, *dicitur lac pressum, à sero scilicet mutata, & dicitur balducta, quasi valde ducta, quia valde ducta est & pressa.* Vossius ex Nannio *Balbuca* habet.

Bal. Ern, va eat, Baleator, Balistarius.

Balea, Arcus balearis, Balista. Joan. de Janua: *Balea*, à βάλλειν, *funda, vel instrumentum quod vulgo vocatur Balistrum.* Hist. MS. Excidii Acconis: *Portantes ibidem lapides cujuslibet quantitatis, baleas, & quarellos, lanceas & falcastra, &c.* Ibidem: *Et ipsis sic dispersis cum expeditibus, & communibus Baleis, quarellorum multitudinem emittento.* *Baleæ vertigales*, apud eundem Scriptorem: *Jam quarelli pro Baleis vertigalibus sic fere & aliis jam defecerant, nec habebant quid amplius balearent.* *Balistæ vertinales* eidem etiam paulò antè dicuntur: *A qualibet balista vertiginali trinos simul quarellos sensim in primam aciem emiserunt.*

Baleare è Baleis, seu Balistis, vel arcubalistis *quadrellos* seu sagittas emittere. Gloss. Lat. Græc. *Balearis*, σφενδονῆσαι. Occurrit non semel in eadem Historia Excidii Acconis MS.

Balear. Funditor vel Balistor, Joanni de Janua.

Balearius, qui aliàs *Arcubalistarius*. Lucas Tudensis æra 1058. *A quodam insigni beleario--- inter scapulas sagittæ ictus est.* Æra 1058. *Rex Electos & Milites & Balearios ad civitatem cursu tendere---præcepit.*

Balearis arcus, vulgo *Arbalestre*, apud Albertum Aq. lib. 9. c. 20. Claudianus in Paneg. in 4. Consul. Honorii:

> --- *Nunc spicula cornu*
> *Tendere, nunc glandes baleari spargere funda.*

Baleare instrumentum, *Balearica machina*. Guibertus l. 6. Gest. Dei c. 18. *E contra urbani baleare celeriter ædificant instrumentum, quo jactis ingentibus saxis nitebantur debilitare castellum.* Guntherus lib. 3. Ligurini:

> *Extruitur miræ balearica machina molis,*
> *Quæ vanas longum transverberet aëra jactu.*

BALENA, *Ballena*, apud Anglos, solius Regis est, perinde ac *sturgio*, ut habent Bracton lib. 3. de Corona cap. 2. §. 4. & Fleta lib. 1. cap. 46. Leges Scaniæ Andreæ Suenonis lib. 8. cap. 1. *Omnes pisces, sive fiat mortui, sive vivi, si casu versus terram appulsi, ut manus hominum non possint effugere, occupantibus conceduntur, præter sturgionem qui juri regio, à quocunque repertus fuerit, totus cedit; præter quoque cetum, de quo quicunque primò advenerit, si pedes venerit, fascem suis sufficientem humeris: si eques, onus equi: si auriga, quantum currus trahere poterit: si nauta cum navi venerit, quantum navis sex remorum deportare poterit, deportabit, eventumque rei exactori Regis nuntiabit, alioquin tres marcas nummorum persolvet.* Gotselinus in Vita S. Augustini Episc. Cantuar. cap. 2. de Britannico mari: *Inter quæ diversa ac magna natilia capiuntur passim, delphini ac vituli marini, atque insuper montuosæ balenæ. Decima balenarum*, in Monast. Angl. tom. 1. pag 30. to. 3. pag. 4 Vide quæ de Balænis observavit Cleyracus ad Leges maris Oleronenses art. 44.

Balenatio, Piscatio balenarum. Charta Alfonsi Comitis Bononiensis an. 1288. apud Brandaon. in Monarch. Lusitan. to. 4. p. 279. *Præterquam de piscaria, quam vobis integrè concedimus, non de balenatione, quam nobis & nostris successoribus reservamus.*

BALESTRUM. Vide *Balista*.

BALEUCA. Vide *Baleuca*.

BALEYS, Scopa, nostris *Balay*. Matth. Paris an. 1252. *Ferens in manu virgam, quam vulgariter baleys appellamus, à singulis Fratribus aspiciens nuda carne suscepit.* Sed hic pro virgeo flagello sumi videtur, quemadmodum etiamnum apud Norfolcienses Anglos, ut auctor est Wattius.

BALFARDUM. Vide *Balgard*.

BALFRIDUS. Vide *Berfredus*.

BALGART, *Balquard*. Charta Philippi Comitis de Los, an. 1054. apud Malbrancum l. 9. de Morinis c. 1. *Concedo fundum, totum quæ vide teloneum, & quod Theutonice dicitur Balgart, tensuram, & creditionem, atque omnem exactionem.* Quæ totidem verbis habentur in alio Diplomate Philippi Alsatii Comitis Flandriæ an. 1181. apud Miræum in Diplom. Belg. l. 2. c. 4. nisi quod *Balgaard* editum est. Idem videtur quod *balfard* apud eundem Malbrancum l. 10. c. 49. ubi perperam sic scriptam, pro *balgard*.

BALIA, *Balium*. Vide *Baiulus*.

BALDINUS Gloss. Saxon. Ælfrici, cap. de Coloribus: *Baudinus*, hæƿe, fortè legendum *Badius*, vel *Balius*: nostris, *Bay*, *Bayard*. Vide V. Cl. Ægid. Menachium in Orig. Ital. verbo *Baiano*.

BALIENS, pro *Valens*, in Charta Longobardica an. 940. apud Ughellum tom. 1. pag 391. *De oleo baliente sextarios 12. &c.* Occurrit ibi rursum.

BALINGIUM, pro *Balineum*, vel *Balneum*, in veteri Inscriptione in Anglia, apud Gruter. 73. 5. *Balingium vi ignis exustum Coh. I. Thracum restituit.*

BALINGARIA, *Balingarius*, Navis bellicæ species. Thom. Walsinghamus in Ricardo II. *Tandem pene solus fugiens in balingario, pervenit ad eundem Comitem.* Infrà: *Recepta sunt autem ibi vasa—21. cum quibusdam vasis eorum, scilicet 4. Bargis, & uno Balingario.* Alibi: *Hostes armaverant 5. vasa bellica, qualia Balingarias appellamus.* Idem: *Una Bargia & 7. Balingariæ periclitatæ sunt ante villam de Calesia.* In Henrico V. *Cepit 3. Caricas, & unam Hulcam, & 4. Balingarias.* Froissart. 3. vol. c. 41. *Planté de navires, de galées, de vaisseaux & de ballengers, pour passer en Angleterre.* Atque hinc emendandus Spelmannus, qui perperam *babinger* legit, in hoc verbo. Tractatus MS. de Offic. Heraldorum: *Ladit Admiral doit avoir de tous vaisseaux appartenans à la guerre l' administration, comme Barges, de Galées, & Horquées, & Ballenjers, & autres.* *Balener* appellatur in Legibus Alfonsinis part. 2. tit. 25. lege 7. Sic porro dictum videtur ejusmodi navigium, quòd cunabuli quod *Balaja*, seu *Balangia* vocabant olim nostri, formam referret.

BALINJA, ex voce *Balinge*, quæ etiamnum apud Lemovices obtinet pro cunabulo, vel certè pro fasciis quibus involvuntur infantes. Capitulare de Villis c. 42. *Ut unaquæque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatias, batlinias, drappos,--habeat.* Βαβάλια & βαβαλισήρια, *cunabula*, & *cunas* vocant Glossæ Græc. Lat.

BALIO, *Manus palma* in Glossis Isidori.

BALISHUS, Moneta Tartarica. Vide Gregorium Abul Faragium pag. 284. 285.

BALISTA, *Balista*, *Balistrum*, &c. Machina jaculatoria, ex Græco βάλλειν, Hispan. *Ballesta*, Vulgo *Arbaleste*. *Balista manualis*, Joanni de Janua, in voce *Machina*. Fortunatus lib. 3. Poëm. 10.

> *Illic est etiam gemino ballista volatu,*
> *Quæ post se mortem linquit, & ipsa fugit.*

Lex Wisigoth. l. 8. tit. 4. §. 23. *Si quis---laqueos vel arcus prætenderit, sive balistas.* Monachus Vallis Sarnensis in Hist. Albig. cap. 42. *Ecce sagitta per balistam ab adversario emissa ferventem illum percussit.* Guill. Brito lib. 2. Philippid.

> *Nec tamen interea cessat balista, vel arcus,*
> *Quadrellos hæc multiplicat, pluit ille sagittas.*

Apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 8. recensentur variæ balistarum species, *balistæ grossæ à turno*, *balistæ à pesarola*. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 272.

> *E sen casa nau feyts metre par teror,*
> *Tres ballesters de torn, e quins vol mal simplor.*

Balistæ à pectoribus, ibidem cap. 23. *Rectæ balistæ quibus istæ*

[illegible] apud Ja[illegible] Vitriaco lib. 3. pag. 1143. *In [illegible] in Damiata tribuculi quatuor cum petrariis, & mangonellis [illegible] balistæ cum cornu fortissima, magnalium balistarum [illegible] —mag. [illegible] numerus.* In Arresto Parlam. Pnt. 9. Mox recensentur pariter aliæ balistarum species, *[illegible] ad unum pedem, balistæ de cornu ad duos pedes, balistæ [illegible] ad duos pedes, balista sine nuce quæ duos projicit quarellos.*

Sæpe etiam *Balista* & *Balistra* accipitur pro machina, quæ fixa emittuntur ad quatiendos muros, quarum variæ species, de quibus copiosè præ cæteris egit Angelus Portenarius in Felicit. Patavina lib. 5. cap. 5.

Balestrum, Balestrare, Balestrator. Joan. de Janua, & Breviloq. *Balea funda, vel instrumentum quod vulgò vocant Balestrum. Balestrare, cum balestro aliquid projicere, vel percutere.* Ugutio: *Balestrum, Balista, Balestrator, funditor.* Itali *Balestra* & *Balestrare* dicunt, ut & *Balestrare*, balista quadrellos emittere. Joannes Villaneus lib. 12. cap. 66. *Quando i Genovesi bal istravano un quadrello di balestro, quelli [illegible] tre saette con lor' archi.* [illegible] *Balistra* [illegible] apud Petrum Gerardum Patavinum lib. 7. de Ezzelino tyranno pag. 75.

Balistarius arcus, vulgo *Arbaleste*, Ballista. Wil. Brito lib. 2. Philippidos:

> *Francigenis nostris illis ignota diebus*
> *Res erat omnino, quid balistarius arcus,*
> *Quid balista foret.*

Balistarii, nostris *Arbalestriers*, qui *arcu baleari* utuntur in prælus. Monachus Vallis Sarnali cap. 63. *Habebant præterea balistarios, qui &c.* Concilium Romanum an. 1139. cap. 30. *Artem autem mortiferam & Deo odibilem balistariorum & sagittariorum adversus Christianos & Catholicos exerceri de cætero sub anathemate prohibemus.* Concil. Lateranense V. can. 18. *Nullus quoque clericus Rottariis aut Balistariis aut hujusmodi viris sanguinum præponatur.* Ubi Interpreti Græco, [illegible] τζαγγάριοι rectè dicuntur, quod etiam docuimus in Notis nostris ad Alexiadem: sed et, cùm τοξότας, *Ruptarios* fuisse censuit. Cæsarius lib. 1. cap. 16. *Quidam balistarius —— [illegible] balistæ [illegible], ut [illegible] Abbatem feriret.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Quilibet bal istarius duas balistas habeat.* Thwroczius in Chron. Hungar. cap. 50. *Salomon autem balistarius Regis [illegible] illorum ictu balistæ fulminavit.* Balistrarios Genuenses multi olim habitos alibi, ni fallor, observamus. Id ipsum de Catalanis prodit Reimundus Montanerius in Chronic. Aragon. cap. 130. *Los Cathalans son los pus subirans balesters del mon.*

Balistra, idem quod *Balista*, Italis *Balestra*. Gloss. Latino-Græc. *Balistra*, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. Gloss. Græc. Lat. Βαλίστρα, *Tormentum murale.* καλαπέλτης, *Ballistra*, βολίστρα, apud Constantinum de Administrat. Imper. pag. 205. 210. pro Βαλίστρα. Sed his locis pro tormento bellico sumitur, non pro arcu baleari.

Balistrare, Jaculari. Gloss. Lat. Græc. *Ballistrari*, σφενδονῆσαι.

Ballistrarius Anglicus, apud Thwrocz. in Ludov. Reg. cap. 37.

Ballistrarii, apud Julianum Antecess. Nov. 79. Vet. Gloss. Βαλιστάριον, σφενδόνη.

Balistraria, Foramina in urbium muris, per quæ *balistæ* ejaculabantur. Charta Philippi Augusti an. 1218. pro civibus Podiensibus: *Balistrariæ eorum de novo factæ propter guerram penitus obstruantur,*

BALISTEUM. Vide *Balare*.

BALIUS. Vide *Balta*.

BALLANIA. Vide *Balanx*.

Ballare. Tabularium Eccl. Cadurcensis: *Breve quod fecit Gerardus Prior Cadurcensis, & Willelmus Raterii, & alii Canonici, habent in pignus Encrem lo quart de ordeo, & de civada, & de ballare, & de spelta, & gallinas & agnos.*

BALLARE, Scopis expurgare. Gallis *Ballaier*. Occurrit in Fleta lib. 2. cap. 87. §. 2. Vide *Balare* & *Ballivus*.

BALLASTRUM, *Balineum*, in Gloss. Isidori & Salmasianis.

BALLATORIUM, Mœnianum, Italis *Ballatoio*, vulgò *Balcone*. Charta Italica an. 1287. apud Bolandum 20. Martii pag. 208. *Cecidit de uno ballatorio suæ domus.*

BALLEA. Gesta Innocentii III. PP. pag. 147. *Se in montem supra domum suam, qui Ballea Neapolis dicitur, receptavit.*

BALLIARE, à Gallico *Bailler*, est attribuere, tradere; apud Anglos autem significat captivum satisdato redimere, sic ut die assignato postea exhibeatur. Cowellus.

BALLIUM, Propugnaculi species. Matth. Westmonasteriensis an. 1265. *Eam* (civitatem) *cum exteriori ballio castri [illegible] suorum insultibus occupavit.* Charta Galcheri D. de Nantolio an. 1218. in Tabul. Campan. *Con[illegible] mihi quòd muros reficere possim, qui sunt super motam apud S. Johannem, & facere crenellos, —concessit etiam mihi quod [illegible] circa tu ballii non licebit mihi operari de petra, nisi de licentia &c.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 267. *Totam terram cum [illegible] de muro balii mei Lincolniensis.* Infrà: *Et [illegible] poterit murum perforare ballii mei Lincoln. ad portam suam faciendam.* Le Roman de Garin:

> *Il font lor bailles & lor chastiax garnir.*

Guill. Guiartus.

> *Li nobles sont outre les bailles.*

Alibi:

> *Qu' il se fiert du baille és bretesches.*

Chron. Flandr. cap 11. 3. *Et coururent plusieurs fois jusques à la baille, & la mettrent en feu.* Ibidem: *La feirent l' un a l' autre moult grant honneur, & mangerent seant sur les bailles ensemble.*

Vetus Ballium, locus Eboraci sic dictus, custodiæ reorum destinatus, in Actis Episcoporum Eboracensium, quòd esset ubi olim *vetus ballium*, seu propugnaculum.

BALLOMER, Falsus dominus, pseudoprinceps, veteribus Francis, apud Gregorium Turon. lib. 7. Hist. cap. 14. 31. lib. 9. cap. 28. & Aymoin. lib. 3. cap. 61. qui Gundibaldum quendam è Græcia profectum, Chlotarii Regis se filium mentientem, à Gunthranno Rege per indignationem vel contemptum vocatum scribunt. Certè *bal.* veteribus Francis, *falsus* dicitur: unde *balmond*, falsus tutor: *mundius* enim est tutor: Kiliano *Balmonden* & *Baelmonden*, est *male tueri rem pupilli.* Βαλδέμερον Theoderici Regis Italiæ patrem fuisse auctor est Damascius in vita Isidori Philosophi apud Photium. S. Baldomerum Subdiaconum venerantur Lugdunenses 27. Febr. cujus extat Vita apud Bolandum, quæ ad vim vocis alludens, hæc infert: *O virum beatum Baldomerum, in quo nunquam dolus apparuit.* Hinc etiam crebræ Francorum appellationes in *mir* desinentes, ut *Marcomir*, *[illegible]mir*, *Chlodomir*, in quibus *Princeps*, & vir eximiæ dignitatis denotatur.

BALLUCA, Arena aurosa, seu ramenta minutiora auri, needum excocta. Gloss. Lat. Græc. *Balluca*, γηδιον χρυσοῦ ἀκαθαέριστον. χρυσίον γηδιον ἀκαθαέριστον, Gloss. Gr. Lat. *Balluca*. Ex quibus videtur restituendum χρυσοῦ γηδιον. *Aurea arena*, χρύσαμμος, ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης, ut habet aliud Gloss.

Occurrit in l. 3. & 4 C. Th. de Metallis, ubi Jacob. Gothofredus.

Alia notione vocem hanc usurpat Sebastianus Salmanticensis Episcopus in Veremundo Rege, æra 827. *Sed regalia palatia, balluca, triclinia, prætoria, quis satis pro ipsa pulcritudine valeat commendare?*

BALLUM, Pila, fortè, ex Anglico *Ball*. Statuta Ordinis de *Sempingham* pag. 744. *Nec ad grangias campanas habeant, sed lignea balla ad convocandos Fratres ad horas diei & noctis, ad refectionem.*

BALMA, Lapis sepulcralis, tumba, Arvernis, *Baumo*: quam vocem Provinciales quibusvis sepulcris tribuunt, præsertim verò antris sepulcralibus, quomodo *S. Balmam* vocant antrum in quo asservatur corpus S. Magdalenæ, vulgò *la sainte Baume*, & specum divi Honorati propè Lerinensem insulam, *la sancta Baulma de sancta Honorat*, ut est apud Vincentium Baralem tom. 1. p. 37.

BALMUND. Falsus tutor. Charta Caroli M. pro Augiensi Monasterio apud Nauclerum, gener. 27. *Eligant huic loco sicut & in cæteris locis suis competenter advocatos & defensores: eo tamen tenore, ut quandocunque sui commissi prævaricator, aut in rebus vel hominibus, quod vulgo balmund dicitur, existat, statim sine mora, sine judicio advocationem perdat.* Vide *Ballomer*.

BALNEAMEN, *Balneum*. Acta S. Isidori Agricolæ n 8. *Cum verò nullo cataplasmate, nullo unguento, nullo balneamine, nullo medicamine, — cernerent se in alio prodesse, &c.*

BALNEARIUM, Balneum, Balnea, *Bagnoire*. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 3. §. 1. *Si quis — incendio tradiderit — quæ per se constructa sunt, id est, balnearium, pistoriam, coquinam &c.* Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Arelat. *Balnearia ibidem grandibus fastigiis constructa sunt.* Vide Will. Tyr. lib. 12. c. 25. & Anastasium Bibl. in S. Innocentio.

Balnearius, Custos balnei, in Vita S. Severi Episcopi Neapolitani.

Balneatorium, apud Ingulfum pag. 888. & Will. Thorn p. 1915. *Bagnoir*.

BALNEATICUM. Veteres Glossæ: *Balneaticum*, βαλανικόν. Vetus Interpr. Juvenal. Sat. 2. *Nisi qui nondum ære lavantur. Infantes: quia pueri non dant balneaticum.* Vita S. Severi Episcopi Neapolitani apud Ughellum: *Quadam die juxta morem homo quidam consuetudinis balnea lavandus ingressus est. Post ablutus aqua, cùm recederet, custos balnei ovum ab eo pro balneatico petiit, quod unusquisque balneaticum pro pretio dare consueverat.* Vitruvius lib. 8. c. 7. videtur innuere *balneaticum* fuisse vectigal impositum, propter aquam, quæ ex aquæductibus & castellis publicis in balnea derivabatur. *Balnearum reditus*, in Bulla Paschalis PP. an. 1102. apud eundem Ughellum tom. 1. p. 996.

BALNEATORES, Vopisco, qui balnea præparant. Glossæ Lat. Græc. *Balneator*, βαλανεύς. Ita etiam dicti in Monasteriis, qui Monachorum *balneationes* curant. Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia: *Singulis diebus quando Fratres balneant, balneatores percipere debent de Cellario panem & justam.*

BALNEUM, Genus potûs minimè delicati. Luithprandus in Legatione: *Soli mensæ assident nudæ, paximacium sibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes, sed sorbillantes.* Et paulò antè: *Parcus, cupidus, ..lio, cepe, & porris vescens, balnea bibens.* Et sub finem: *Non proderit tibi balneum, quo te assiduè potas in amore B. Joannis Præcursoris.*

BALOSELLA. Contract. datior. Bergom. l. 2. c. 88. *Item quod de coppu, balosellis — calcina, & aliis laboreriis forciatis, &c.*

BALOTTA, Pilula, vox Italica. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 28. *Qui autem arcum balottarum exercet, debet balottas habere æqualis ponderis & bene rotundas.*

BALSAMUM, Sacrum chrisma, seu oleum Sacrum. Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 6. de Episcopis: *Quod petunt pecuniam pro balsamo, contra auctoritatem sanctorum Patrum, &c.* Vid. Joan. Sarisberiens. Ep. 69.

BALTEFREDUS. Vide *Berfredus*.

BALTHA, Gothis Audax. Jordanes in Hist. Goth. *Ordinant super se Regem Alaricum, cui erat ex Balthorum genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis, Baltha, id est, Audax, nomen inter suos acceperat.* Otto Frising. l. 4. Chron. de eodem Alarico: *Qui lingua eorum ex genere Baltharum, secundo post amalos, Baltha, id est, audax, vocabatur.* Hinc fortè Italicum *Baldo*, pro *audax*.

BALTHEARE, *Cingere*, in Isid. Glossis, *Baltheare*. à *Baltheus*, habet Joannes de Janua.

BALTHEUS, Zona, qua Episcoporum, Sacerdotum, Ministrorum etiam inferioris gradus Ecclesiastici vestes constringuntur, apud Honorium Augustod. lib 1 cap. 226. & in libro Sacrament. apud Menardum p. 260. Annales Anianenses: *Unam verò partem sibi reservavit, quam dedit Benedicto Abbati S. Anianensis Archisterii, videlicet Crucis Dominicis cum gemmis, bratheas aureas contextas cum gemmis, balthæos aureos similiter gemmatos, calices aureos, &c.*

Baltheus, quo Summus Pontifex consecrandus præcingitur. Joannes Diaconus in Vita S Gregorii Magni PP. lib. 4. cap. 80. *Porro in exilitate balthei, quæ unius pollicis mensuram nunquam excedit, speciem propositi regularis olim à sancto Benedicto statuti, — cum servasse luce clariùs manifestat.* Anonymus in Vita Paschalis II. PP. *Deinde in Patriarchale ascendentes Palatium, ad duas curules devenit. Hic baltheo succingitur cum septem exinde pendentibus clavibus, ex quo sciat septem sigillis (Apoc. 5. 6.) septiformem Spiritus sancti gratiam cunctarum Ecclesiarum, quibus, simul, Deo auctore, præest, regimini in claudendo, aperiendoq;, tanta ratione providere debere, quanto solertius id quod intenditur, operatur.* Vide Joan. Sarisberiensem Epist. 42.

Baltheus mundialis, seu sæcularis. Ivo Carnotensis in Chronico apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsar. c. 8. in Ludovico Pio: *Ipsius denique tempore cœperunt deponi ab Episcopis & Clericis balthei gemmeis culturis honorati, & cingula auro compta & exquisitè, & alia sæcularia pariter ornamenta.* Charta Einhardi in Chronico Laurisham. p. 65. *Sunt quidam qui fastu sæculari turgentes — sacris Ecclesiis contradita invadunt, aut ut sibi hæreditario jure retineant, aut mundiali baltheo in beneficio dividant.*

Baltheum auferre, Degradare. Vide Aimoinum lib. 3. Hist. Franc. c. 63.

BALTRESCA. Vide *Bretachia*.

BALUSTRUM & *Balustrium*, *locus ubi sunt multa balnea, quòd lustretur balneis.* Ugutio & Joan. de Janua. Vide *Ballastrum*.

BALZANUS, vox Italica, *Balzano*, de equo qui in pedibus albas habet maculas. Rollandinus in Summa Notariæ c. 1. *Unum equum baium Balzanum, &c.* Vide Octav. Ferrarium in *Baio* & *Balzano*, & supra in *Baucens*.

BAMBALO, *Vambal*, Balbus, ὁ βαμβαλύων, βαμβαλίζων, qui sonitum labris edit. Adamantius Martyr apud Senatorem, lib. de Orthogr. c. 5. *Bambalo*, Ψελλιστής. Ubi fortè legendum *Bambalio*; sic enim nescio quem M. Fundum, Antonii III. viri socerum *propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis* appellatum scribit Cicero Philipp. 3. Gloss. Lat. Græc. Ψελλιστής, *Vambal*.

Vambal. Hesychius: Βαβάζειν, τὸ μὴ διηρθρωμένα λέγειν. Vide Nilum Monach. lib. 3. Epist. 331. ubi legendum βαμβαλίσαντι, pro βαβαλίσαντι. Hinc *Bambacorax* appellatus olim Alexius Commenus Imp. legitur in Epist. Honorii III. 285. lib. 6. quòd balbutiret, & instar corvi crocitando verba effunderet, quod faciunt βαμβαλίζοντες. Alexii verò balbutiem observant etiam Anna filia lib. 1. Bryennius gener lib. 4. n. 22. Sed & inde Itali *Bambino* puellum, qui adhuc balbutit, dicunt.

BAMBARE. Vide *Bombum*.

BAMBAX, *Bambacarius*, *Bambacinus*. Vide *Bombax*.

BAMBIS, Aranea, Gloss. Isid.

BAMBER, Arena, in Gloss. Isid.

BAMBUM. Gloss. Græc Lat. MS. Ὀξύγαρον, *Acetarium Bambum*, *Tinctorium*. Editum *acetarium* tantùm habet. *Bambum* autem pro *Bammum*, ex Græc. βάμμα, unde *Bambatus*, intinctus, apud Columellam, & Apuleium.

BANADOLA. Vide *Bajulona*.

BANAUSUS, ex Gr. βάναυσος, Mechanicus, illiberalis. Marsilius Patavinus in Defensore Pacis part. 1. c. 5. *Decebat honorari Deos, & illorum sacra tractari, non à banausis seu mercenariis, qui vilia & maculativa officia exercuerant.*

BACA, *Bancale*. Vita *Bancus*.

BANCUS, Gall. *Banc*, Senensibus *Banco*, Florentinis *Panco*, subselium, sedile ligneum longius, quod plures unà sessores capit: ex Saxonico Benc, abacus, scamnum, sedile. Udalric. in Consuet. Cluniac. Monast lib. 2. c. 36. *Duo sedilia, quæ vulgò bancos vocant.* Joan. Brompton: *Imperator autem probitatem suam admirans, bancos loco caparum in curia sua erexit.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 38. §. 4. *Mensam ornabit mensali, & bancum seu scamnum pulvinari, ac sedile cussino.* Siffridus Presb. an. 1025. *Dum igitur pergens in quadam Ecclesia., & fessus super bancum quiesceret. Waces en son Roman de Rou*, de Roberto Duce Normanniæ:

Par Constentinoble passa,
Et à l' Empereur torna,
En dementiers qu' à luì parla,
A la coustume qui ert la,
Son mantel jus à terre mist,
Tout destubé desus s' asist.
Au partir quant il s' en torna,
Le mantel prendre ne daigna.
Un des Grés le vit destubé,
Son mantel li a relevé,
Dist lui que son mantel prist,
Et à son col le rependist.
Et il respondi par noblot,
Je ne port pas mon banc o mot,
Chascun dis Normans autresi
Son mantel à terre guerpi.

Infrà:

Par la Noblesse des Normans,
Qui de lor manteaus firent bans.

Rursum:

Fist l' Emperer en paleis fere
Bans & sieges environ l' atre.

Quidam vocem hanc ex *Abacus*, alii ex *Scamnum*, formatam volunt, alii à *Banc* Germanico deducunt. Vide Gloss. Meursii in Πάγκος, & W. CC. Ægidium Menagium & Octav. Ferrarium, in *Abaco* & *Banco*.

Bancus, apud Scriptores Anglicos sumitur pro Tribunali, quemadmodum *Scamnum*, in Wichbild Magdeburg. art. 11. §. 1. Duplex autem hoc nomine indigitatur Tribunal in Anglia: prius, *Bancus Regius*; alterum, *Bancus Communis*, appellatur.

Bancus Regius; post Parlamentum est totius Regni Tribunal, in quo causæ capitales, criminales & aliæ, quæ ad Coronam, seu Hospitium Regis pertinent, aut ad instantiam Regis fiunt, expediuntur. Huic præsidet interdum Rex ipse; unde *Regius* dicitur; sed vulgò *Capitalis Angliæ Justitiarius*, cui assident tres aut quatuor Justitiarii assessores. Officiarii sunt, *Clericus Coronæ*, *Protonotarius*, Ministri inferiores sex. Vide Fortescutum de Laudib Legum Angliæ cap. 51. & Joan. Cowellum lib. 1. Instit. tit. 2. lib. 4. tit. 11. §. 2.

Bancus Communis, dicitur Curia, in qua communia placita, hoc est, lites ex quacunque juris Anglici, quod *Commune* vocant, parte inter privatos natæ, disceptantur: unde & nomen habet. In ea judicant capitalis Justitiarius, Justitiarii assessores 3. vel 4. Officiarii sunt, *Custos sigilli*, *Custos brevium*, *&c.* Pertinet autem jus banci ad regios judices, qui supremo jure lites decidunt. Nam à Curiis Hundredorum & Baronum appellatur.

Uterque verò bancus olim mobilis fuit, nunc in aula Westmonasteriensi fixus. Fleta l. 2. c. 2. §. 7. *Rex habet Curiam suam—in Banco apud Westmonasterium consimiliter.* Tho. Walsinghamus in Ricardo II. an. 1393. *Hoc anno Bancus Regius & Cancellaria translata sunt de Londoniis Eboracum*, Knyghton lib. 3. cap. 13 an. 1302. *Rex fecit movere Bancum & Scacarium Regis apud Londonias, quæ apud Eboracum fuerant per 7. annos.*

Banci narratores, in Vitis Abbatum S. Albani, dicti *Advocati placitantes*, Legulei & causarum patroni.

Francus bancus. Bracton. lib. 4. Tract. 6. cap. 13. §. 2. *Consuetudo est in illis partibus, quòd uxores maritorum defunctorum habeant Francum bancum suum de terris Sokemannorum tenentium nomine dotis.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 178. *Burga quæ fuit uxor Petri de Bendingue, petit versus Priorem S. Trinitatis Cantuariensis medietatem manerii de Welles, sicut francum bancum suum, ad faciendum firmam 18. dierum, & unde prædictus Petrus quondam vir suus eam dotavit, &c.* Infrà: *Post mortem illius Mathildis, habuit nomine franci banci medietatem illius manerii, &c.* Huc fortè pertinet quod habet Speculum Saxon. lib. 3. art. 38. §. 4.

Bancum justitiarium tenere, apud Westmonaster pag. 374. Præsidere in Banco Justitiarius dicitur.

Bancus, etiam obtinuit in Italia pro foro aut tribunali judicum: *Banco, seggio del Giudice*, tribunal. Extant enim plures Sententiæ, seu Judicata aliquot judicum Cumarum & aliarum urbium in Italia, in veteri Regesto Cameræ Computorum Parisiens. quæ sic clauduntur: *Lecta, lata—& pronunciata fuit hæc sententia—per D. Potestatem—sedentem in Banco pro Tribunali*, an. 1386. Alia an. 1365. *Lata & in his scriptis sententialiter pronuntiata fuit ista sententia per Dom. Potestatem sedentem in Palatio Communis Novariæ ad bancum juris solitum.* Utitur etiam Bartholus in Tractatu 15. de Falcone, & Additio ad Bartholum in l. *Julianus*, D. de in integr. restitut. Vide Ughellum tom. 4. p. 876. Charta Rogerii Siciliæ Comitis Græcè exarata apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. p. 1029. Καὶ δίδομεν αὐτῷ ἄδειαν τοῦ ἔχειν βάγκον, τοῦ κρατεῖν κελτὰς, καὶ κρίνειν αὐτοὺς οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐκκλησίας αὐτῆς, &c. Cruscanis Academicis, *Banco, e propriamente quella tavola alla quale risseggono Giudici, o i Magistrati a render ragione, è mercanti à contar denari, à scriver conti.* Vide Joan. Villaneum lib. 11. c. 93. Charta Caroli IV. Imperat. an. 1375. pro Coloniensibus, apud Maximilianum in Apologia part. 2. p. 118. *Etsi tale judicium infrà Civitatem Coloniensem, & quatuor bancos judicii temporalis ibidem &c.* Sed & hæc leguntur in Statutis Communiæ Mechli-

Mechlinienſis MSS. *Villa Mechlinienſis de cætero habeat ... perpetuum banchum, ſive ſedem 12. Scabinorum.* Eſt etiam *Banca*, ſtallum, ubi mercatores merces ſuas exponunt, in Charta an. 1152. apud Catellum lib. 2. Hiſt. Comitum Toloſæ p. 218.

Bancha, idem quod *Bancus*, Stallum. *Banchæ macellariorum ad vendendum*, in Libertatibus Baugiaci an. 1250. apud Guichenonum in Hiſt. Breſſ. p. 64. 110. Stalla. Anonymus de Morimundenſis in agro Mediolanenſi Cœnobii deſolatione: *Alius panem unum, alius medium, alius buccellam, unuſque ſecundum quod ſubterbanchas & ſirineos poterant invenire.*

Banchaticum, Tributum ex ejuſmodi *banchis*, in Charta Friderici I. Imp. an. 1159. apud Ughellum in Epiſcopis Aſtenſibus.

Bancale, Bancalis, Banci, ſeu ſubſellii ſtragulum, tapes, quo ſcamnum, ſeu *bancus*, inſternitur. Gloſſæ MSS. *Stratoria, Bancales.* Hiſpanis, *Bancal.* Catholicum Armoricum: *Paviot, Gall. Banchier, Lat. Banchale.* Capitulare de Villis c. 42. *Ad diſcum, bancales, vaſa ærea, plumbea, &c.* Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 23. *Bancalia, ſunt panni, quibus ſuper ſedes vel bancas in Choro ponuntur.* Vide lib. 6. cap. 81. num. 6. Hariulfus lib. 3. Chr. cap. 3. *Tapeta 6. cortinæ 3. bancales ſerici 4.* Tabular. S. Eparchii Inculiſm. *Cortinas quoque & doſallos ſive banchallos, & ex optimis palleis 20. Cappas Romanas, &c.* Lib. Rameſ. ſect. 148. Alſwara *dedit etiam unam crucem optimam, & pulvinar unum de palla, 2. quoque pelves argenteas, 2. cortinas, unum bancale, & ſellam ſuam cum omni apparatu equeſtri.* Ubi perperam Spelmannus *baneale* legit. Vetus Charta in Auctario ad Matth. Paris p. 158. *Unum librum, & unam cortinam, & unum bancale concedo conſenſu domini mei Regis.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 222. *Quinque altaris pallia, & 7. ſtragulas, & 2. tapeta, & 7. ſcamnorum (vel ſedilium) tegmina, vulgò bancalia.* Et pag. 130. *tria pallia, cortinas 2. bançalia 2. candelabra duo.* Bocacius Nov. 100. *Comincio à ſpazzar le camere, & à far porre capoletti, e pancali per le ſale.*

Banquerium, idem quod *Bancale.* *Banchier*, in Catholico Armorico. Fleta lib. 2. c. 6. §. 1. de Officio Camerarii: *Debet diſponere — ut cameræ tapetis & banqueriis ornentur.* Cap. 7. §. 3. *Permiſſum eſt etiam, quòd Camerarius ex antiqua conſuetudine habeat omnia vetera banqueria & tabetos, &c.* Statuta MSS. Ordinis S. Joannis Hieroſol. *Linſſeuls, drapilles, tapis, banchiers, veſtemens, barrettes, &c.*

BANDELLUS, Faſcia, ex Gallico *Bandeau*, ſic appellata, quòd *bandi* ſeu vexilli ſpeciem referat. Synodus Colonienſis an. 1280. c. 5. de confirmatis: *Et habeant bandellos de panno lineo ſpiſſo ſine fractura & ſine nodo, &c.* Occurrit rurſum infrà, & in Præceptis Synodalibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. Vide *Banda.*

BANDASIA. Charta Saſſonis Epiſcopi Aprutini an. 1207. apud Ughellum tom. 1. p. 398. *Concedimus & confirmamus illam vobis hominibus Terami habitatoribus libertatem, quam prædeceſſores noſtri conceſſerunt, — & quadam de beneplacito noſtro largimur & concedimus, videlicet ſanguinem, livorem, & bandaſiam, Poteſtatem & Judices.* Occurrit iterum infrà. Idem videtur quod *bandum*, ſeu *jus bandi*, vel *banni*, id eſt juriſdictionis.

BANDOSITAS, Inimicitia, *faida*, bellum privatum. Conſtitutio Petri Regis Arag. poſt Curiam Generalem Catalaniæ celebratam in villa Cervariæ an. 1359. MS. *Iterum Ordinamus & indicimus inter noſtros Prælatos, Eccleſiaſticas perſonas, Barones, homines de Paratico, & homines villarum honoratos, intus Cataloniam, inter quos guerra, bandoſitas, aut contentio occaſione hujuſmodi, aut aliter exiſtit, treugas duraturas hinc uſque ad primum venturum menſem Madii, & ab ipſo menſe ad duos annos proxime ſequentes. Sic tamen, quod tranſacto tempore ipſarum treugarum, quilibet præmiſſorum remaneat in illo eſſe, quo nunc exiſtit, in tantum quod per exitum dictarum treugarum non remaneat in guerra ille, qui nunc in guerra non exiſtit: & qui contra fecerit, ultra pœnas in Uſaticis & Conſtitutionibus Cataloniæ editas contra infringentes ſecuritatem & pacem Principis, habeatur ipſo facto pro ejecto & ſeparato à pace & treuga. Et ſi hac occaſione caſtra vel loca, aut alia bona ſedentia in aliqua Baronia Cataloniæ exiſtentia ad manum regiam devenirent, debeant infra annum vendi aut aliter alienari conſimili perſonæ, cujus illa caſtra, loca, & bona fuiſſent, aut alii etiam perſonæ infra dictam Baroniam degenti. Et prædictam Conſtitutionem per tempus prædictum duntaxat durare volumus, & non ultra.*

Vandoſitas, pro *Bandoſitas*, Hiſpan. *Vando*, pro bandum, edictum. *Guerra, vandoſitates, ſive bellicia cum gentibus armatis*, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. p. 167.

BANDUM, Vexillum, ſignum militare. Gloſſ. Lat. Gr. *Bandum*, σίγνον. Ugutio: *Bandum parvum vexillum.* Paulus Varnefr. de Geſtis Langob. l. 1. c. 20. *Vexillum, quod bandum appellant.* Paſſim hac notione occurrit apud Scriptores, Brennonem de Geſtis Gregorii VII. PP. in Chron. Caſin. l. 1. c. 26. apud Radevicum in Frider. lib. 4. c. 71. in Codice Carolino Epiſt. 88. apud Lucam Tudenſem p. 63. Anaſtaſium in Sergio PP. p. 60. in Leone III. p. 125. &c. *Primores bandorum*, in Anaſtaſii Collectaneis p. 188. A Perſico *Band*, faſcia, accerſit Salmaſius, quòd in modum faſciæ effictum ſit. Bekanus lib. 7. Hermath. *Bant* veteribus Cimbris idem ſonare ait. Alii à Cambrobritannico *Bamnar*, i. vexillum, hauriunt, quod effictum volunt à *Bann*, i. elevatione: eſt enim *bann*, altum, excelſum, apud Boxhornium. Ego verò malim à *bannum*, de qua voce infrà, vocis originem arceſſendam, quòd qui *bannum in rem aliquam mittebant*, ſeu in prædium aut domum, *velum* eidem appendebant, eoque ipſo rem ſuperioris domini eſſe innuebant. Vide in *Velum.*

A Latinis, βάνδον, eodem ſignificatu mutuati ſunt Græci: Procop. l. 2. Vandal. c. 2... τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ρωμαῖοι. Scholiaſtes Gregorii Nazianz. 1. in Julian. Τὰ καλούμενα παρὰ Ρωμαίοις σίγνα καὶ βάνδα, ταῦτα ὁ Αττικίζων συνθήματα καὶ σημεῖα καλεῖ. Vide Rigaltium, Meurſium in Gloſſ. & Fabrotum ad Cedrenum. Βάνδον Byzantini ſæpe etiam pro turma uſurpant, uti nos vocem *Bande*, ut Ducas c. 5. p. 35. Tactici Græci paſſim Gloſſ. Baſilic. Καισώδια, στρατιωτικὸν σίφος, ὃ βάνδον Ρωμαῖοι καλοῦσι.

Bannum. Vetus Charta apud Mabillonium to. 5. SS. Ord. S. Bened. p. 88. *Qui feſtinantes ſumptum ſecum vexillum Crucis, & ſancti Guillelmi glebam, cum conventu fidelium Monachorum, Clericorum Militum, Laicorum, cum crucibus, bannis, thuribulis, candelabris, ſignis, veſtimentis Eccleſiaſticis, &c.*

Quod verò Latini *Bandum*, ſeu vexillum, Poëtæ noſtrates interdum *Ban* appellant. Vetus Poëta MS.

Lors ralie ſes gens, & refait ſon conrois,
Le ban de Macedoine qui fu liſté d'orfrois,
Fait devant lui porter, ainſi comme il eſt drois,
Là ſe ralioient Grieu & li Macedonois. Alibi:
Le ban de Macedoine contremont bauloiant,
Banieres & pignons contreval ventelant.

Bandum, pro *Bannum*, crebrò occurrit in Tabulario Caſaurienſi. Italis & Cruſcanis Academicis, *Bando*, eſt *legge, o decreto del Principe, o de' Magiſtrati notificato con ſuono di tromba del Miniſtro publico.*

Inter

Interdum etiam exilium: hinc *essere in bando*, apud Matth. Villan. lib. 9. cap. 43. lib. 11. cap. 70. Bulla Gregor. IX. PP. apud Ughellum in Episc. Anagn. *Volumus & mandamus ut dicti duo Electi teneant proventus macelli civitatis eorum, — salvis bandis Rectoris, Potestatis, seu Consulum.* Βάνδον, pro τοποτηρησία, vel jurisdictione seu districtu, usurpat etiam Constantinus Porphyrog. de Administ. Imp. c. 50. Hinc

Bandire, Sub banno ponere: *Banditi*, proscripti, vox Italis notissima: quibus etiam est *notificare per bando*, edicere, vel citare. Vetus Notitia an. 981. apud Ughellum in Episc. Marsor. *Illi banditi sunt ad tertium placitum, & noluerunt venire.*

Corte bandita, indicta, publicata. Petrus Gerardus Patavinus lib. 1. Vitæ Ezelini Romani: *Fu tenuta Corte bandita giorni 15. continui. Lib. 2. Fu bandito un tornamento, over giuco.* Vide *Abandon.*

Banderium, idem quod *Bandum*, vexillum. Thwroczius in Ludovico Rege Hung. cap. 6. *Multa banderia & captivos Tartaros Regi transmisit.* in Sigism. cap. 18. *Banderia sive vexilla in signum victoriæ misit.* *Banderia*, eadem notione, in Hist. Cortusiorum l. 1. c. 20. l. 2. c. 16. & alibi non semel. *Bandiera*, apud Joan. Villaneum l. 2. c. 2. l. 7. cap. 2. lib. 8. c. 1. lib. 11. cap. 80. *Bandera*, Danti.

Banderarius, *Bandarensis*, Vexillifer, *Banderatio*, & *Banderesi*, Italis; *Banderaro*, Joanni Villaneo lib. 7. c. 14. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Currebant banderarii Romani velut dementes tubis clangentibus.* Infrà: *Romæ namque Bandarenses cum suis cuneis accesserunt.* Βανδοφόροι, Procopio lib. 2. Vandalic. c. 10. Τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ Βανδοφόρον καλοῦσιν Ῥωμαῖοι. Ita etiam Leo Imp. in Tacticis.

Banderarii, Milites quos *Banneretos* alii vocant, in Historia Cortusiorum lib. 5. c. 3. lib. 7. c 4 15.

Bandora, idem quod *Bandum*, terminatione Longobardica, ut in *Arcora* dictum est. Anastasius in Hadriano PP. p. 107. *Ubi eum cum bandora susceperunt.* Radevicus l. 4. c. 70. *Dominum Electum signis & bandoris præcedentibus ad Palatium* deduxerunt. Sic enim legendum, non *bandonis*, uti liber editus præfert. A *Bandera.*

Bandorenses, vel *Bandarenses*, Italis *Bandarense*, appellati regionum Capitanei, Romæ, ut est in Vita Greg. XI. PP. apud Bosquetum, p. 225. *Romani seu eorum Officiales & Rectores suo vocabulo Bandarenses, & duodecim capita Regionum nuncupati, coadunatis sibi aliis quamplurimis tam in civibus, quam in foraneis natione Italicis, adhuc vivente Gregorio, tamen infirmante, deliberaverunt.* Nos *Chefs de bannieres*, vulgo appellamus. *Banderesios* vocat Platina in Greg. II. Vide *Banderarius.*

BANERA, *Baneria*, *Banerium*, *Bannearium*, Vexillum, signum bellicum, ex Gallico *Banniere.*

Banera. Willebr. ab Oldenborg. in Itiner. *Servi singula vexilla & baneras in manibus gestantes.*

Baneria. Triumphus S. Lamberti c. 3. *Rasoni Militi portandam mandavit baneriam.* Lambertus Ardensis p. 260. *In signis suis, & armis, & baneriis, &c.* Gesta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 12. *Illa die faciebat antegardam Gaufridus de Rancomo — qui gerebat Regis baneriam, quam præcedebat, prout moris est, vexillum B. Dionysii, quod Gallice dicitur Oriflambe.* Adde Guill. Nangium in Chron. an. 1254. & Gesta Philippi III. Reg. Franc. pag. 519.

Bannerium. Alb. Argentin. an. 1349. pag. 152. *Bannerium suum — super turrem Ecclesiæ Spirensis constituit.* Adde pag. 159. & vide *Pannerium.* *Banniere lance*, in Chronic. Flandr. cap. 16. Lancea cui adfixa banneria.

Bannearium. Carolus IV. in Vita sua: *Et cùm omnes intrassent, aperui bannearia Bohemiæ & Comitatus Tyrolis.*

BANIGIUM. Will. de Podiolaurentii c. 35. d Obsessione Avenionis: *Actum est divino judicio, sic credo, quòd iidem cives, timore ubi timor non erat r tionabilis, trepidantes de banigio, si permitteretur villam incedere multitudo, portas civitatis præclaudi, &c.*

BANILIUS. Charta Raymundi Comitis S. Ædii apud Catellum in Hist. Tolos. pag. 31. *Don scilicet villas Segrerii & Brugeriæ, & hujus terræ b lium nomine Martinum Bertrandi dono pro servo ali B. Mariæ.* Et infrà: *Et meos boves cum bubulco minato Rodulfo, quem pro servo, sicut banilium præ ctum trado.* Vide Consuetudinem Aquensem tit. art 1.

BANLEUCA. Vide *Bannileuca.*

BANNERETI, Milites, quos vulgò *Chevaliers Bannerets* appellamus, viri inter nobiles primarii, qui cùm plura ac majora prædia possiderent, vasallos suos in prælium sub vexillo suo conducebant, cùm à Rege vel Principe submonebantur: & ut ait Rigordus in Vita Philippi Aug. an. 1214. *qui tantæ erant nobilitatis, ut eorum quilibet vexilli gauderet insignibus.* Hinc *Milites vexilla ferentes*, & *vexilliferi*, apud Matth. Paris pag. 396. 403. 516. dicuntur, *Bannerarii seu vexillarii*, in Charta an. 1274. tom. 5. Hist. Franc. & in Charta Philippi Pulcri Regis Franc. in 12. Regesto Chartophylacii Regii n. 12. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 846. *Aliquando in guerra Scotiæ habuit de sua familia 26. vexillarios, & communiter de sua secta 140. Milites.* Henricus Knyghton pag. 2452. *Peremptis ergo multis de communi populo, ceperunt circa 15. vexillarios electos & spolia multa.* *Milites bannarii*, in Regest. Parlam B. fol. 86. *Rici homines de Sennera*, apud Hispanos, appellantur. De *Bannеretis* multa congessit Seldenus in libro de Titulis honorar. part. 2. cap. 1. §. 26. nos etiam integram Dissertationem dedimus ad Joinvillam, quæ est nona, quam consule, si lubet.

BANNITA, *Syllaba, i. conglutinatio literarum.* Ugutio. Abbo in Præfat. ad libros de Bellis Parisiacis: *Communibus prætereà bannitæ modis cum diæresi & episynalephi non densè usus extitit.* Ubi Glossa ex MSS. ad marg. *syllaba.*

BANNUM, *Bannire*, *Bannitus*, *&c.* Non una, sed multiplex apud Scriptores, & in veteribus Tabulis horum vocabulorum est notio: sed potissimùm *Bannum* trino significatu ut plurimùm accipitur: ac primò quidem pro edicto publico, rursum pro mulcta judiciaria, tertiò denique pro districtu ac jurisdictione. Has notiones singillatim expendemus.

Bannum, Edictum publicum, proclamatio, statuti publicatio. Briviloq. *Bannum, secundùm vulgare Gallicorum & Longobardorum, videtur esse Edictum publicum.* Dudo lib. 2. de Actis Norman. *In terra suæ ditionis bannum, id est, interdictum, misit, quod est prohibitio, ut nullus, &c.* Ditmarus lib. 6. *Interdicta est omnibus per bannum regalem, à Palatino Comite fuga.* *Banno interdicere*, lib. 7. pag. 91. Vita S. Gothardi cap. 22. apud Surium: *Femina autem bannos vel proscriptiones negligens, jus ibi funditus perdidit.* Consuetudines Aquarum mortuarum an. 1246. *Concedimus quòd Curia nostra — non possit facere bannum omni tempore vendere res suas liberè, &c.* Vide Capitulare 1. Caroli M. an. 802. cap. 40. Capitula Caroli Cal. pag. 145. 240. 255. 256. 270. 1. Edit. &c. Ita vocem *Ban* usurpant Consuetudines municipales Andegavensis art. 52. Burdegalensis art. 108. & aliæ passim.

Bannus domini Imperatoris vel Regis, quem per semet-

ipsum consuetus est bannire, id est, de mundeburgio Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, &c. in Capitulari 7. Caroli Magni an. 803. c. 1.

Bannus sacer. Limites, intra quos Ecclesiæ immunitas definitur. Extat in Cluniacensi Bullario p. 5. Designatio sacri banni, seu limitum districtus Monasterii Cluniacensis: *Placet etiam nobis, vobisque placeat suademus, — huic loco — quosdam certos limites immunitatis ac securitatis circumcirca undique assignare, eosque limites sacri banni.* Infrà: *Itaque termini sacri banni sunt hi, &c.*

Bannum mittere super rem aut personam aliquam, dicebantur Principes, cùm eam, publicato banno seu edicto, in suam protectionem suscipiebant. Notitia an. 1047. apud Ughellum in Episcopis Asculanis: *Insuper misit suum bannum* (Imperator) *super prædictum Episcopum, & super jam supradicta curte, — ut nullus quilibet homo audeat jam dictum Episcopum, vel partem jam dicti Episcopi exinde devestire, molestare vel inquietare sine legali judicio.* Occurrit passim apud eundem Ughell. tom. 1. p. 849. 852. 960. Charta Caroli Magni apud Crantzium in Metrop. lib. 1. c. 2. *Si quisquam hoc idem nemus nostro banno munitum — studio venandi — introierit, &c.* Versus in Vicelinum Archiepisc. Bremensem:

Chartas conscriptas, & res in scripta redactas
Bullis firmavit, bannoque suo stabilivit.

Charta Chunradi II. Imp. an. 1025. in Privilegiis Eccles. Hamaburgensis: *Bannum autem nostrum super omnes hos illic venientes, ut illic eundo & redeundo habeant pacem, facimus, eundemq; bannum nostrum prædicto Archiepiscopo ob suum fidele servitium ea ratione concedimus, &c.*

Forma autem *mittendi bannum* super aliqua re vel persona, quæ fuerit, docet vetus Notitia Judicati an. 891. in Tabulario Casauriensi: *In eadem hora sic prendiderunt Missi sacri Palatii unum fustem in manus suas, & bandum miserunt Præposito, &c.* Alia Notitia an. 1068. apud Franciscum Mariam in Mathilde Comitissa, lib. 3. p. 140. *Petivit — ut pro Deo & anima domni Regis suorumq; mercede mittere bandum super jam dictas res & prædictum Advocatum in Byzantios bonos aureos duo millia, ut nullus quislibet homo, magna parvaq; persona, prædictam Ecclesiam de jam dictis rebus sine legali judicio disvestire præsumat. Cumq; ipse taliter quæsisset, tunc præfata D. Beatrix & Flaibertus Judex D. Regis ambo simul per fustem, quam in suis detinebant manibus, miserunt bannum super easdem res, & jam dictum Advocatum, ut nullus quilibet homo præfatam Ecclesiam de supradictis rebus disvestire præsumat sine legali judicio. Qui verò fecerit, duo millia bonos* Byzantios *aureos compositurum se agnoscat, medietatem parti Cameræ D. Imperatoris, & medietatem parti præfatæ Ecclesiæ.* Eadem habentur p. 153. 161. in aliis Notitiis an. 1073. & 1099.

Bannum ponere super caput alicujus, eadem notione usurpatur in Notitia Judicati an. 1028. in Tabulario Casauriensi: *Et investierunt præfatum Abbatem ex parte Imperatoris, — & posuerunt bannum super caput ipsius Abbatis, ut si aliquis homo de ipsis rebus Monasterii aliquid injuste tollere vel contendere præsumit, — componat de auro libras centum.*

Bannum ponere, proclamare, edicere, *Mettre Ban*, in Consuetud. Lothar. tit. 8. art. 4. tit. 15. art. 10. in Charta Friderici I. an. 1175. pro Ecclesia Bellicensi, apud Guichenonum in Episcopis Bellic. p. 33. *Nulla persona bannum quod Episcopus in civitate posuerit, infringere præsumat.* In Charta Friderici II. an. 1238. apud Joan. Columbum lib. 1. de Episcopis Valentin. n. 54. *Banna ponere, & à transgressoribus pœnas exigere.* Charta Communiæ Crespiacensis an. 1223. *Concessimus etiam quòd bannum facere non poterimus super burgenses super eorum res, nisi de assensu eorum.* Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 24. *Bers si a toutes justices en la terre: ne li Rois ne puet mettre Ban en la terre au Baron. sans son assentement; ne li Bers ne puet mettre Ban en la terre au Vavassor.* Vide Legem Longobard. lib. 1. tit. 14. §. 11. & Gallandum de Franco alodio p. 250.

In Bannum mittere, Confiscare, in fisci potestatem edicto publico redigere: quo loco *mittere* idem valet ac *ponere*: unde nostri *Mettre*. Hincmarus Remensis in Quaternion. ad Regem Carolum pag. 381. *Quidquid de rebus & facultatibus Ecclesiasticis — ad gubernandum acceperat, jussione vestra per Vicecomitem ipsius pagi, in bannum, quod jus lingua Latina proscriptio confiscando vocatur, est missum.* *Bannir les heritages*, in Consuetud. Norman. art. 187. Vide Cap. Caroli Magni l. 4. c. 24. Legem Longobard. lib. 2. tit. 43. §. 13. Cap. Caroli Calvi tit. 30. §. 3. tit. 31. §. 6. &c.

Bannum alicui judicare, Gall. *Condamner au bannissement*, in Capitul. 2. an. 81 . c. 13.

Inbannire, *Inbannare*, In bannum mittere, in fiscum redigere. Hincmar. Laudun. in Scedula Episcopis & Regi porrecta p. 433. *Non latere vos scio — res Episcopii Laudunensis Ecclesiæ mihi commissæ, imo quidquid habebam in isto regno, exceptis principali Ecclesia & Episcopi domo & claustro primùm esse inbannata, &c.* Charta Andreæ Episc. Atrebat. an. 1170. in Tabul. Eccles. Ambian. *Vide ipsi excommunicati, & terra sua antecessoris nostri Atrebatensis Episcopi sententia fuerat inbannita.* S. Bernardus Epist. 252. *Super omnia plangitis, quòd Ecclesiam S. Foilliani, quæ de Ordine vestro est, Abbas noster de Villari fecerit inbanniri.* Id est, poni sub interdicto, uti mox diserte innuitur. Adde Chartam Communiæ Tornacensis an. 1187. & Hemereum in Augusta Viromand. p. 161. *Embannir*, in Consuetud. Lotharingiæ tit. 8 art. 4. *Mettre en embannie*, in Consuetud. Barrensi art. 50.

Per bannum ad placitum venire, id est, per submonitionem Regiam. Charta Lotharii Reg. Provinc. an. 855. tom. 12. Spicilegii Acheriani p. 133. *Ad dictum itaque Palatium jam vocitatus Witgarius non solum venire contempsit, sed etiam bannum nostrum pro nihilo duxit. Jussimus præterea illum denuo ad hoc præsens placitum per bannum venire: sed sicut primum similiter & secundum & tertium sprevit, jussisque nostris in nullo obediens extitit, &c.* Vide *Mannire*.

Bannum adimplere, in Lege Ripuar. tit. 65. dicitur is qui mandatum regium quod ei per *bannum* & submonitionem indictum est, exequitur: verbi gratiâ, *si bannitur*, aut submonetur ad exercitum.

Bannus restitus. Vide *Scaftlegi*.

Banna, quæ in Ecclesiis secundùm consuetudinem eduntur ante matrimoniorum celebrationem, c. 6. Extra, Qui matrimon. accus. poss. Provinciale Cantuariense Lindewodi lib. 4. tit. 1. *In matrimonio quoque contrahendo semper tribus diebus dominicis vel festivis à se distantibus, quasi tribus edictis, perquirant Sacerdotes à populo de immunitate sponsi & sponsæ.* Ibidem tit. 3. *Solennis bannorum editio* in matrimoniis. Vide *Edictum*.

Bannitum jejunium. Vide *Jejunium*.

Bannum pacis, quo *pax* indicta est edicto publico. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli, c. 1. *Jubentur à Rege tunc quidem Arnolfo Episcopus & ipsi sub banno pacis ad aulam Moguncia venire, ubi causa publice peracta, rei majestatis lege pronuntiati, ipsi in Ingelheim truduntur.*

Bannus, idem quod *Biennum*, quod vide. Polypticus Floriacensis: *Et faciebat unum bannum in vinea, alium in messe.* Alibi: *Si ibi sunt cavaticarii, debent Kal. Octob. den. 4. & unum diem in banno, & ad 3. audientias venire cum suis eulogiis.* Rursum: *Debet — pro caropera den. 5. bannos 5. unum in vinea, alterum in prato, tertium in messe.*

Ban-

Bannum Augusti, in Chart. apud Paradinum in Hist. Lugdun. l. 2. c. 73. *Bans de Mars & d' Aoust*, in Consuetud. *de la Sale de Lille*, tit. 1. art. 13. & Bononiensi art. 40. Atrebat. veteri art. 48. Vide Hist. Tornacensem Cognati lib. 4. pag. 77.

Bannum de Pascha, *Bannum de Pentecoste*, in Charta Theobaldi Comitis Blesensis an. 1190. in Probat. Histor. Blesens. p. 24.

Bannum vindemiarum, Edictum, quo interdicitur vindemias peragere ante statutum à domino loci tempus, in Charta Communiæ villæ Belnensis, apud Perardum in Chartis Burgundicis. Alia Roberti Ducis Burgund. an. 1232. *Notum—me dedisse hominibus meis Belnensibus bannum, quem tempore vindemiarum in vineis Belnensibus habebam.* Libertates villæ de Chableiis, in Tabular. Campan. *In toto territorio de Chableiis, quod debet bannum suum, non debet aliquis vindemiare vineas suas usque ad festum S. Remigii, nisi per mandatum Comitis, & mandatum B. Martini, &c.* *Ban de vendanges*, in Consuetud Andegav. art. 185. 186. Cenoman. art. 203. Bituricensi tit. 15. art. 5. & Burbon. artic. 351.

Bannum vini, Jus quod domino feudi competit, cui licet vinum suum particulatim vendere certo dierum spatio, v. g. 40. tenentibus, seu hominibus suis à vini proprii venditione cessantibus. *Ban à vin*, & *ban-vin* dicitur in Consuetud. Turon. art. 102. 295. Andegav. art. 185. Cenoman. art. 201. 202. Marchensi cap. 23. & Juliodun. cap. 9. art. 1. cap. 28. art. 3. Charta Ebonis Dom. Castrimeliandi de Immunitatibus dicti Castri: *Non licebit mihi vel successoribus meis facere bannum vini, nisi per 40. dies per annum, & sic quilibet hominum meorum toto alio tempore liberè ac sine aliqua contradictione vendere poterit vinum suum.* Charta Philippi Aug. an. 1185. apud Morinum l. 5. Hist. Vastinensis pag. 707. *Eo die quo bannum utrumque nuntiabitur, omnes tabernæ totius bahiræ cadent.* Vetus Inscriptio seu Charta, Crestæ in Provincia apud V. C. Jacobum Sponium in Itinerario to. 3. pag. 17. *Hoc est testamentum de banno vini, quod dederunt suis hominibus Petrus Diensis Episcopus, & ejus nepotes Guillelmus Cresti cum suis infantibus, in omni tempore, nisi de 20. modiis vini puri inter omnes hoc bannum tali pacto facient. Quod si modius venditur duobus solidis ipsi vendent suum tribus, & ita in omni pretio hoc bannum faciens quolibet tempore, nisi in Quadragesima & tempore messium: pro hoc dono dederunt ei homines Chresti 60. sol. Valentinenses in testimonium sempiternum.* Charta Henrici D. Solliaci pro libertatib. *d' Aizen Berri* an. 1301. *Bannum autem meum habebo singulis annis per totum mensem Maii tantummodo ad vina mea vendenda—ita tamen quod non potero vendere vinum secidum vel potatum.* Tabularium Vindocinense Thurani Charta 105. *Præterea suo tempore nemo ausus erat infra banleviam vinum vendere, quandiu Comes suum vinum vendere faciebat, quo aut non emendasset, aut vinum non perdidisset.* Consuetudines Lorriaci: *Nullus Lorriaci vinum cum edicto vendat, excepto Rege qui proprium vinum in cellario suo cum edicto vendat.* Adde Chartam Communiæ Atrebat. §. 37. Historiam Ducum Burgund. Duchesnii p. 12. Probat. Hist. Monmorenc. p. 89. &c. Quale verò fuerit jus illud, pluribus definitur in consuetud. municipali Turon. art. 102. 259. Andegav. art. 184. 186. Cenoman. art. 201. 202. 204. March. art. 318. Lodun. cap. 9. in Libertatibus MSS. villæ S. Desiderii an. 1228. in Charta communiæ Nivernensis an. 1194. &c. De eo etiam copiosè agunt Julianus Brodeus in Consuet. Paris. art. 7. num. 36. 37. & Dionys. Salvaingus in Tract. de Jurib. dominic. cap. 39. Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 17. num. 8. Rocheflavinus lib. de Juribus dominicis cap. 14. &c. Vide præterea Concil. Parisiense VI. l. 1. can. 52. Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 6. & 1. Regest. Parlam. fol. 17. sub ann. 1259. &c.

Interdum vox Gallica *Ban vin*, non unicè vini dominici venum exponendi jus spectavit, sed & interdum distrahendæ carnis. Charta Philippi II. Regis Romanor. an. 1208. descripta in Magno Recordo Leodiensi pag. 11. *En Liege doit estre fait li institution & li assiet de vin deux fous l' an par le Conseil des Eglisses & des Citains. Trois banvins a li Evesques de droit: le premier est de vin, se c' est siens propres, à le Pasques: le second des chars devant Quarême: li tiers est à le S. Joan de ses bleits, owyt jours devant le Noel, & owyt jours aprés, &c.* Vide præterea Tomasserium in Consuetudinibus localib. Bituricens. cap. 31. 46. 69.

Bannum usuale. Vetatio consueta. Charta Caroli Magni apud Crantzium in Metropoli lib. 1. cap. 2. *Cum omni integritate in porcis silvestribus, cervis, avibus, & piscibus, omniq; venatione quæ sub banno usuali ad forestum deputatur.*

Bannire, Publico banno edicere, jubere, statuere. Decretio Childeberti Regis cap. 8. *Similiter Kal. Mart. Coloniæ convenit, & ista bannivimus, ut unusquisque iudex, &c.* Capitulare 1. Caroli Magni an. 802. cap. 39. *Iterum bannimus firmiter ut nemo ampliùs faciat.* Adde cap. 32. Capitul. 2. ejusdem anni cap. 20. Capitul. 7. an. 803. cap. 1. Charta Caroli Comitis Valesii an. 1315. in Tabulario Andegavensi Cameræ Computor. Parisiens. pag. 11. *Faisons sçavoir à tous, que comme ou temps passé nostre Baillif d' Anjou ou terroir & en la Chastellenie de Saumur feist banir & crier ban, que tous ceux qui nous devoient Sergents d' armes, les montrassent pardevant luy, ou à son Lieutenant, pour venir emprez nous & avec nous en la guerre de Flandres, &c.*

Bannire, Citare, submonere, banno seu edicto publico evocare. *Bannire & locis congruis congregare*, in form. 59. apud Lindenbrog.

In exercitum vel hostem bannire. Lex Ripuar. c. 65. *Si quis legibus in utilitatem Regis sive in hoste, sive in reliquam utilitatem bannitus fuerit, & minimè adimpleverit, &c.* Adde c. 67. §. 2. Legem Longob. l. 1. tit. 14. §. 13. Capit. Caroli M. lib. 3. c. 67. 69. Capit. 2. an. 813. c. 9. *Hostem adnuntiare*, in Capitul. Car. C. tit. 31. c. 3. *Hostem denunciare*, in Annal. Francor. Bertinianis an. 867. *Hostem indicere*, infrà. *Populum in hostem convocare*, apud Flodoard. lib. 3. Hist. Remens. c. 18. Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 7. *Ut hostile bannum domni Imperatoris nemo prætermittere præsumat.* Fredegarius c. 73. *Exercitum in auxilium Sisenandi de toto regno Burgundiæ bannire præcepit.* Idem c. 87. *Jussu Sigeberti omnes Leudes Austrasiorum in exercitum gradiendum banniti sunt.* Capitul. 3. an. 813. c. 32. *Si quis cum armis bannitus fuerit, & non venerit, &c.* Adde cap. 41. *Le Roman. de Vacce MS.*

Li Rois Loeis fist semondre & banir son oust.

Hostis bannitus, exercitus submonitus, idem quod *herebannum*, in Capitul. 1. an. 812. c. 2. *Hostile bannum*, in Capitul. 1. an. 802. cap. 7. Philippus *Mouskes* in Chlotario IV.

Si asist Roume à ost bannie
Rois Alebrans de Lombardie.

Le Roman de Garin:

Li Rois s' en vet ô sa grant ost bannie.

Infrà:

Fromond les a mandé à ost bannie
Arriereban, dont il fist grant folie.

Chronicon Bertrandi *du Guesclin*:

Et li Quens de Montfort y vint à ost bagnie.
A maint bon Chevalier & de bonne lignie.

Alibi:

Descendirent à pié, si con l'istoire crie,
Fors que le Prince de Galles, & sa grant ost banie.

Balduinus de Condato MS.

Que nus contre li ne se drece,
Ne ne prende sur lui banie,
Que maintenaut à ost bannie,
Ne soit cil mesfait amendez, &c.

Assisiæ Hierosolymit. c. 265. *Se il avenist que le Roy chevauchat à ost bani contre les ennemis de la Crois, & il avenist par aventure que l'ost fust desconfit, &c.* Adde veterem Consuetudinem Normanniæ c. 44. *Bandire hoste*, apud Joan. Villaneum lib. 6. c. 77. & lib. 7. c. 119. Idem lib. 8. c. 58. *Fece bandire hoste generale per tutto 'l regno. Solenni more indicta expeditio*, apud Lambertum Schaffnaburg. an. 1074. Infrà: *Ilico missis circumquaque nunciis Principes in expeditionem solenni indictione evocant.* Formulæ solennes c. 10. *Cognoscatis in nostram eleemosynam illi, dum & ipse senex esse videtur, taliter nos concessisse, ut de omni hoste, vel omnibus bannis & arribannis sit conservatus, &c.* id est, *exempt de tout ban & arrereban*, seu exemptus sit ab omni *banno* & submonitione pro *hoste* & exercitu.

Ad placitum bannire, in Capitulis ad Legem Salicam c. 1 §. 17. in Lege Longob. lib. 2. tit. 42. §. 2. tit. 53. §. 22. lib 3. tit. 12. §. 4. in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 40. 69. in Capitul. 3. an. 803. c. 20. in Concilio Erpfordiensi an. 932. c. 2.

Bannire homines per placita, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 12. &c.

Bannire ad molendinum dicuntur domini, cùm cogunt tenentes suos ad molendinum suum deferre sua frumenta molenda. Fulbertus Carnot. Epist. 14. *Nostris hominibus novam angariam induxerit, banniendo scilicet ut irent ad molendinum S. Audoëni, quinque leucis, ut fertur, ab eorum hospitiis remotum.* Ejusmodi molendina dominica *bannalia* vocant passim Consuetudines municipales.

Bannitus, ipsa proclamatio, seu banni publicatio. Charta Roberti Comitis Drocensis an. 1225. & 1232. *Homines de Bonolio, qui solebant ire per bannitum ad molendina Regis. Bannie & commandement*, in Consuetud. Britan. art. 21. 52. 520. 522. Calvimontensi art. 104. *Bandiment*, in Solensi tit. 10. art. 8. tit. 29. art. 25. Turon. art. 45. Andegav. art. 442. Juliodun. c. 1. art. 21. 22. c. 2. art. 7. &c. *Bannée de four ou de molin*, in vetere Consuet. Ambianensi art. 101. & Pontivensi art. 82. *Ban de Molin*, in Perticensi, Normannica & Peronensi.

Bannarii, Banerii, qui banno domini subditi, in illius molendino frumentum suum molere debent, in Regesto *Olim* f. 28. *Banniers*, in Consuetudinibus municipalibus nostris passim. Charta Matthæi Comitis Bellimontis: *Concessit etiam saumarium unum ad opus molendini S. Leonori, ea scilicet conditione, quòd banerios aliorum molendinorum Monachi ad suum molendinum nullatenus recipiant.*

Banneura, jus Bannalitatis. Tabular. Moriniacense ch. 19. *Dicentibus quod ipsi Abbas, & conventus ad dictos molendinos molere non tenebantur ratione alicujus banneure.* Occurrit ibi pluries.

Bannire, In bannum mittere, edicto publico proscribere, relegare, nostris *Bannir*.

Bannire silvam, dicitur, qui ejus ingressum prohibet. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 95. *Quod bannierant silvam ipsam, & fecerant custodiri.* Vide *Defensa.*

Banniatio, seu *Bannitio.* Proscriptio. Matth. Paris: *A regno Angliæ perpetua bannitione proscriptum.*

Bandire, Edicere, publicare. Charta Rodulphi Regis an. 924. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Insuper etiam & nostro bando bandimus, ut si quis, &c.*

Bannus Episcopi, Excommunicatio. Acta Murensis Monasterii p. 13. *Episcopi legitimo banno confirmata, &c.* Fragmenta Capitularium edita à V. Cl. Steph. Baluzio c. 11. *Quisquis bannum vel excommunicationem Episcopi vel Presbyteri superbiendo contempserit, &c.* Adde Reginon. lib. 2. c. 419. Lambertus Schaffnaburg. an. 1074. *Qui cætera religionis jura ausu barbaro temerassent, Episcopali banno ad satisfactionem vocavit.* Infrà: *Ad pœnitentiam sub Episcopali banno evocavit.* Charta Henrici I. Reg. Franc. an. 1057. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. p. 437. *Si vero in supradictis locis bannus aliquando acciderit, Episcopus Ecclesias sine dilatione reconciliet, & nunquam pro aliquo forisfacto ministerium Dei ipsis Ecclesiis remaneat, &c.* Walramus Episcop. Naumburgensis de Investitura Episcopor. *Sequitur autem consecratio, ut bannus Episcopalis banno regali conveniens in communem utilitatem operetur.* Charta Philippi Archiepiscopi Colon. an. 1189. *Ut si quis in posterum ausu temerario in contrarium moveretur, banno se sciret obligatum esse, & subjectum maledicto excommunicationis.* Tidericus Langenius in Saxonia de Henrico Imp. excommunicato:

Summo notatus banno fuit ipse notatus,
Non fuit humatus quinquennis post fuit tumulatus.

Banno constrictus Excommunicatus. Ditmarus lib. 2. *Hic quia Herimannum, dum vixit, banno constrictum habuit, suppliciter rogatur à filio, ut & solutionem saltem defuncto impenderet, & in Ecclesia eum sepelire liceret.*

Banniti, Excommunicati. Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Bannitos seu à se anathematizatos clementer absolvit.* Raimundus in Summula:

Æger bannitus cupiens sibi sumere corpus,
Hic absolvatur pro re quacunque ligatus
Extiterit.

Ita alibi non semel vocem *bannire*, pro *excommunicare* usurpat:

Nullus habet bannos, nisi personæ speciales,
Ut sunt Pastores, vel eorum legitimati,
Quique suis locis bannire solent, &c.

Vide Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 46. & Inquisitiones Synodales c. 70. apud Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. disciplin. c. 5.

Banneratus, Proscriptus, banditus, in Additamentis ad Matth. Paris p. 107.

Bannizatus, eadem notione. Charta Potestatis Parmensis apud Matthæum Westmonaster. p. 341. *Nostros quoque bannizatos de suis militibus & populo interfecimus ultra mille, &c.* Bulla Paschalis II. PP. an. 1106. pro Ecclesia S Mariæ de caritate: *Ego apostolica auctoritate præcipio & bannizo, quatenus infra ambitum terminorum, qui hic inferius subscripti sunt, — violentiam qualibet occasione inferre præsumat.* Id est, sub pœna banni, vel excommunicationis.

Bannerii, scilicet custodes bladorum, vinearum, & fructuum & possessionum, in Usaticis Aquarum mortuarum an. 1246. aliàs *Messarii*, qui nimirum ut *banna* de non involandis bladis, vineis, aut fructibus serventur, invigilant. *Bannars*, in Consuetud. Comitatus Burgundiæ art. 56. & Lotharing. tit. 8. art. 3. tit. 15. art. 11. Charta Fulconis Comitis Andeg. an 1033. *Si vinum cum banno vendidero, bannerius meus torrentulum de barra non transibit causa capiendi vasa ementium Monachorum vinum.*

Bannerii, Apparitores, submonitores. Concilium Avenionense an. 1279. c. 4. *Si officiales, vel locorum domini quilibet sæculares, seu eorum cursores aut bannerii ceperint Clericum aliquem, &c.*

BANNUM, Pœna & mulcta pecuniaria, qua quis banni seu legis infractor punitur, ut est in Præfat. ad Capitulare Saxonum an. 797. Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniæ c. 15. *Undecunq; census aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido, sive in qualicunque banno, &c.* Additio 4. Ludovici Imp. c. 28. *Ut ex his singulis bannus noster persolvatur, si à quoquam frustrata hac fuerint*, quæ scilicet banno publico vetantur. *Bannum solvere*, in Lege Saxon. tit. 2. §. 9. Conradus Ursperg. in Friderico I. *Et ne quis contra illud attentet venire, bannum, id est, pœnam pecuniariam constituit.* Infrà: *Judices quoq; præfecit singulis civitatibus Lombardiæ, qui ex parte Imperatoris banna supradicta reciperent.* Usatica Aquarum mortuarum an. 1246. *Cohercio banni, & ipsum bannum sint Curiæ nostræ, — bannum autem tale sit, scilicet de ovibus & capris una pogesia, &c.* Adde Joan. de Collemedio in Vita B. Joannis Episcopi Morinens. n. 21. Occurrit passim hac notione.

Bannum componere, Mulctam exsolvere pro neglecto banno vel violato: *Payer l'amende.* Capitul. Caroli Calvi tit. 9. c. 9. *Sciant quia & bannum nostrum component, & simul cum excommunicatione Ecclesiastica nostram harmscaram durissimam sustinebunt.* Adde tit. 28. p. 251. 1. Edit.

Bannum mittere, Mulctam imponere. Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniæ c. 30. *Dedimus potestatem Comitibus bannum mittere infra suo ministerio de faida vel majoribus causis in solid. 60. de minoribus verò causis Comitis bannum in sol. 12. constituimus.*

Bannum dominicum, Mulcta quæ domino seu Principi exsolvebatur pro infracto banno dominico, eratque 60. solidorum. Capitulare 1. Caroli M incerti anni c. 57. *Ut bannus quem per semetipsum Dominus Imperator bannivit, sexaginta solidos solvatur.* Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 96. *In triplo cui aliquid abstulit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est, 60. solidos nobis persolvat.* Capit. Caroli C. tit. 31. c. 15. *Bannum nostrum, id est, solidos 60. componat.* Infrà: *Bannum 60. solidorum componat.* Adde cap. 20. 28. Lex Longob. lib. 2. tit. 6. §. 3. *Bannum nostrum, scilicet 60. sol. id est, triplum componat.* Notitia Judicati an. 1024. in Tabulario Casauriensi: *Et prædictus Comes bandum exinde misit, ut quicunque disvestire præsumpserit prædictum Monasterium sine legali judicio; sciat se compositurum bandum, id est, solidos 60. medietatem Regi, & medietatem prædicto Monasterio.* Occurrit hæc loquendi formula in Capitul. Ludovici Pii editis post Capitula ejusdem Imp. an. 824. c. 2. & alibi passim. Unde evincitur simplex bannum fuisse 20. solidorum. Dominicum verò majus dicitur Wadiano, scribenti duplex *bannum* fuisse, minus & majus, quod certa summa auri argentive solvebatur. Hinc

Bannum dominicum componere, solvere, in Capitulis Caroli C. tit. 12. c. 5. 7. 9. tit. 13. c 6. Capitul. Carlomanni tit. 2. c. 2. 4. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 30. tit. 14. §. 9. 11. lib. 2. tit. 19. lib. 3. tit. 1. §. 31. Capit. Car. M. lib. 5. c. 66. lib. 4. c. 1. 17. 22. 32. & alibi passim.

Bannum Regis, eadem notione, in Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1066. apud Buzelinum: *Si quis autem in aliquo contraire aut contradicere voluerit, centum libras auri persolvat, & bannum Regis, & quod tentavit, irritum fiat.* Ita in alia Eustachii Comitis Bononiensis an. 1070. apud Miræum in Notit. Eccl. Belgii c. 101. Vide Capitulare an. 791. c. 31.

Bannum (dominicum) *dupliciter* vel *tripliciter componere*, duplici vel triplici mulcta damnari. Capitula Caroli C. tit. 29. c. 3. tit. 41. c. 3. ibidem c. 9. *Quod qui temerare protervè præsumpserit, triplicem legem, & triplex bannum nostrum persolvat.* Capitula Ludovici Pii in nova Conciliorum Editione sub an. 824. c. 2. *Sanguinis effusio in Ecclesia facta cum fuste, si Presbyter fuerit, triplo componatur, duas partes eidem Presbytero, tertiam pro fredo ad Ecclesiam: insuper bannus noster.* Occurrit ibi non semel. Concilium Triburiense an. 895. c. 7. de Sacrilegio: *Ut res Ecclesiæ tripliciter componantur, insuper verò bannus Episcopalis exquiratur.*

Banna grossa & minuta, Majores aut minores mulctæ pecuniariæ, in Charta Amedei Comitis Sabaudiæ an. 1360. apud Guichenonum in Episcopis Bellicens. p. 57.

Bannum plenum. Capitula Caroli C. tit. 31. c. 22. *Qui in uno Comitatu alodem vel beneficia habent, & non tantùm ibi habent, unde plenum bannum valeant solvere, &c.* Dominicum nempe, quod 60. solidorum erat. uti suprà observatum. Vide *Herebannum.*

Bannum vadiare, revadiare, vel *rewadiare*, Pro mulcta à judicibus indicta vadium dare. *Gager l'amende*, in Consuetud. Comitatus S. Pauli art. 32. aliàs 63. *Emenda gagiata*, in Statuto S. Ludovici an. 1259. apud Nangium p. 363. Lex Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 43. *Ut bannum nostrum wadiare cogantur.* Vide Capit. Caroli M. lib. 4. c. 70. Hincmarus Laudunensis: *Et pro eo quòd in ea mansa intraverat, ut bannum rewadiaret, interpellaretur.* Infrà: *Coëgerunt illum meum alium hominem, ad quem inde nihil pertinebat, ut bannum pro his rewadiaret. Et rewadiato banno, minati sunt, quod ad mortem illum judicarent pro infidelitate Regis, nisi præsentialiter talia vadimonia daret, ac pro vadimoniis tales fidejussores, qui die statuta easdem res Regis Misso, quasi revestiendo, reconsignaret.* Capitula Caroli C. tit. 31. §. 21. *Ut per tres jam annos bannum — rewadiatum persolvatur, & ubi rewadiatum non est, rewadietur & solvatur.* Vide *Herebannum, Lex.*

Bannus Episcopalis, Mulcta quæ Episcopo exsolvitur. Erant enim mulctæ reorum quæ ad Episcopos spectabant, ut quæ sacrilegis irrogabantur. Concilium apud Theodonisvillam an. 821. c. 1. *Si quis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, quinque quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & 300. solidos cum sua compositione & Episcopalibus bannis Episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, — Episcopalibus bannis triplicibus componat.* Adde c. 2. 3. Concilium Triburiense an. 895. c. 4. *Si quis Presbyter — vulneratus fuerit, — & articulo mortis præventus abierit; pretium Weregeldi tripartita partiatur divisione, id est, altari cui ordinatus fuerat, pars una: Episcopo in cujus diœcesi erat, altera: tertia parentibus de quibus ortus fuerat.* Can. 7. de Sacrilegio: *Sancimus & unanimes judicamus, ut res Ecclesiæ tripliciter componantur, insuper verò bannus Episcopalis exquiratur.* Can. 8. *Nemo contemnat, neque transgrediatur bannum ab Episcopis superpositum.* Infrà: *Si quis post hanc hujus sancti Concilii diffinitionem inventus fuerit corrupisse bannum ab Episcopis impositum, 40. dierum castigatione corripiatur, tantùm in pane, sale, & aqua.* Can. 20. *Jubeat eum dominus Episcopus per bannum à se impositum ad se venire, — & Comite agente persolvat bannum Regibus debitum.* Vide præterea Decretum Imp. post petitionem Episcop. cap. 1. 2. 3. apud Burchard. lib. 6. cap. 6. & Ivonem part. 10. c. 135. Capitulare Ingelenheimense an. 826. can. 1. Vitam S. Henrici c. 18. &c. S. Hilarius PP. Epist. ad Episcopos: *Sacrilegium in atrio factum altari & domino ejusdem loci persolvatur.* Joannes VIII. PP. 17. q. 4. & apud Ivonem part. 3. cap. 98. *Quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, istam leviorem compositionem emendet Episcopis ipsis, vel Abbatibus, sive*

personis ad quas querimonia sacrilegii juste pertinuerit. Satutum Calixti II. PP. de Trevia Dei in Concilio Remensi an. 1119. *Quod si hoc non observaverint, sciant esse reos perjurii, — & reddituros capitale, & satisfacturos Episcopo de justitia sua.* Lex Familiæ Burchardi Wormacensis Episc. *Si quis Fisgilinus homo ex familiarem aliquam magnam vel parvam ad injustitiam patraverit, ad bannum Episcopi 5. solidos ut Dagewardus vadetur.* Infrà: *Et per singulas vestimentorum partes bannum Episcopo componat.* Rursum: *Illi quem impugnaverit, pro pugna injustè illata, suam justitiam tripliciter componat, bannum Episcopo persolvat, &c.* De mulctis aliis Episcopalibus, vide Concilium Coyacense an. 1050. c. 3. 12. Narbonense an. 1054. can. 26. Helenense an. 1165. can. 3. &c.

Bannus francilis, Franci seu liberi hominis mulcta, quæ *Francorum compositio* dicitur in Lege Ripuar. tit. 18. c. 3. *Bannus Francorum*, in Capitulari 1. Caroli Mag. an. 802. c. 16. apud V. Cl. Steph. Baluzium. Capitularia Caroli Calvi tit. 28. *Quilibet francus homo convictus, quia bonum denarium, id est, merum & bene pensantem, post hunc bannum nostrum ejecerit, medietatem francilis banni componat.* Ibidem: *Missi autem nostri colonos & servos pauperes cujuslibet potestatis non mallent, nec bannum francilem solvere cogant, &c.*

Bannus Dei. Capitula Caroli Cal. 26. p. 240. *De Dei banno, & de nostro verbo bannivimus, ut nemo hoc ampliùs præsumat.* Simeon Dunelmensis de Gest. Reg. Angl. an. 1074. *Iste Papa Synodò celebrata, ex decreto S. Petri Apostoli & S. Clementis aliorumque sanctorum Patrum & banno, interdixit Clericis — uxores habere, &c.* Flodoardus lib. 3. Hist. Remensis c. 28. *Ex verbo Dei & suo atque ex banno Regis ad eandem Synodum convenire jubeant.* Vide Synodum Confluentin. can. 6.

Bannum capitis, Mulcta quæ in pecoribus exsolvitur. Charta Otton. Imp. an. 937. in Privilegiis Ecclesiæ Hamaburgensis p. 149. *Ut nullus Judex publicus vel qualibet judiciaria potestas aliquam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus Monasteriorum, litis videlicet & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocunque banno constringat, aut aliquam justitiam facere cogat, nisi Advocatus Archiepiscopi, quandi eos corrigere valuerit.* Eadem habentur p. 151. Vide Caput.

Bannum Christianitatis. Concilium Agathense: *Si quis Presbyter negligens vitæ suæ, pravis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab Episcopo juramento sub banno Christianitatis astrictus infamiam ejus patefecerit, &c.* Ubi Gloss. Decretal. *sub pœna fidei suæ.* Vide *Juramentum Christianitatis.*

BANNUM, Districtus, jurisdictio, justitia: ambitus intra quem potestas porrigitur mulctam & proscriptionem bonorum indicendi, vel bannum promulgandi. Charta Adalberonis Episcopi Metensis ap. Meurissu p. 308. *Bannum verò eidem loco tali tradimus conditione, ut si quis super eandem terram fur vel sanguinis effusor deprehensus fuerit, per officiales loci discutiatur.* Acta S. Forannani Abb. Walciodorensis num. 20. *Pagum Florinensem cum integro suo banno, & dominicatum beneficium ex eodem banno liberaliter trado.* Chronicon Mosomense: *De mea mensula unam villam, Odontem nomine, cum omni banno suo subtraho.* Charta Willelmi Lucemburgensis Comitis an. 1083. *Curtem quæ dicitur Pris, cum banno & familia, & omnibus reditibus eis concedo.* Alia Henrici Comitis Lucemburg. an. 1182. *Si denique annale mercatum super bannum ipsius loci stabilitum fuerit, telneum, vel alios mercati reditus accipient.* Versus antiqui de Vicelino Episcopo Bremensi:

Et dotes auxit, & honores accumulavit,
Villam cum decimis, bannum cum parochianis
Pastori primo condonavit Vicelino.

Infrà:

Bishorst cum bannis, bannos cum parochianis,
Cum Wiestetensi decima bannum dedit illi, &c.

Vita S. Ludani peregrini num. 4. *Tandem ad quandam ulmum seu arborem pervenit in diœcesi Argentinensium in banno villæ Northus, secus fluvium, &c.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 52. de Meinewerco Episcopo Paderbornensi: *Panem album in quotidiana distributione Canonicis consuetum dandum de banno Ecclesiarum, hoc est, de jurisdictione, primus ibidem ordinavit.* Charta Milonis Abb. S. Remigii Abb. an. 1206. in Tabul. Campan. *Nobiscum partientur in eadem villa in omnibus modis & commodis, videlicet in banno & justitia, & boscho, & plano, & assisia.* *Bannum & justitia de Sarmaise*, in alia Bernardi Abbat. S. Eugendi an. 1187. ibid. *Bannum aquæ*, in Chron. Laurisham. p. 87. *Bannum & jurisdictio Archiepiscopi Remensis*, in Reg. *Olim* fol. 29. Vide Consuetud. Sedanensem art. 305. & Lotharing. tit. 15. art. 1. Ita Bancage sumitur in Consuetudine Lodunensi art. 7. 8. pro Banno, seu districtu domini feudalis.

Bannum Monetarum. Regestum Parlamenti Paris. sign. B. fol. 40. inter Aresta an. 1277. *Pronuntiatum fuit per judicium, quòd dicti Templarii emendas pro transgressione banni monetarum ab hominibus suis in Normannia non haberent.*

Bannum, Regale, vel *Bannus Regalis, Bannus Imperii*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 59. §. 2. 3. 5. 6. lib. 3. art. 64. §. 6. 7. 9. 13. jurisdictio Regia, Imperialis, judicium quod auctoritate Regia exercetur. *Sub Imperiali banno cognoscere, judicare*, lib. 1. art. 59. lib. 2. art. 12. lib. 3. art. 69. 70. auctoritate Imperiali judicium exercere. *Investituram banni à Rege impetrare, postulare*, lib. 1. art. 59. id est, facultatem judicandi, §. 5. *Bannum confertur sine dominio*, lib. 3. art. 64. §. 9. id est, facultas judicii exercendi. *Bannum à Regia manu habere*, vel *suscipere*, in Tabulis S. Maximini Trevirensis an. 1065. apud Duchesnium in Hist. Luxemburg. & in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 277. & alibi non semel. Charta Ottonis M. pro Ecclesia Magdeburgensi an. 965. apud Meibomium: *Bannum nostræ Regiæ vel Imperatoris dignitatis in urbe Magdeburg * opus construendæ urbi à circumjacentibus illarum partium incolis nostra Regio vel Imperatorio juri debitum Ecclesiæ in eadem civitate constructæ, sanctoque Mauricio in jus perpetuum liberaliter offerimus.* Albertus Stadensis an. 1144. *Investitus est ergo Hartwicus Præpositus & Fridericus Palatinus sororius suus suscepit pannum*, (leg. *bannum*) *à Rege Conrado & statutum est ut esset coadjutor suus, & judicaret pro eo in placitis principalibus.*

Bannum Synodale. Walthramus Epicop. Naumburgensis de Investitura Episcopor. *Postquam autem à Silvestro per Christianos Reges & Imperatores dotatæ, ditatæ, & exaltatæ sunt Ecclesiæ in fundis & aliis mobilibus, & jura civitatum in teloneis, monetis, villicis & scabinis, Comitatibus, Advocatiis, synodalibus bannis per Reges delegata sunt Episcopis, &c.*

Bannum bestiarum, in Charta Henrici Imp an. 1008. apud Chapeavillum & Barthol. Fisenium in Hist. Leodiensi p. 273. quem consule, si tanti est.

Bannum viæ Regiæ, Jurisdictio quæ in viis majoribus, quas *Regias* vocant, ad dominum superiorem spectat, in Charta Adalberonis Episcopi Metensis apud Meurissium p. 307. & 308.

Bannum scabinatus. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 29. *Liber, seu idoneus, Scabinis bannum sui scabinatus, id est, locum ubi natus est, Scabino dignus ostendere,* aut

aut suos progenitores quatuor nominare non oportet, nisi suo æquali in generatione duellum fuerit injungendum.

Bannalis, qui intra *bannum*, seu districtum alicujus jurisdictionis, justitiæ, vel dominii commanet. *Homines banni*, in veteri Stylo Parlamenti Parisiensis. *Cives qui sub banno sunt*, apud Ivonem Carnot. Epist. 133. Charta Willelmi Comitis Luxemb. an. 1083. *Dominus autem hujus castri nullum gramen eis inferat, nec de placitis, vel de hominibus eorum se intromittat, nullamq; pretii existimationem à bannalibus eorum exigat, nec homines eorum hospitando vastet. Si bannalis eorum pacem fregerit, vel latrocinium fecerit, extraneus quoque si super bannum eorum fugerit, &c.*

Bannum leuga, *Bannileuca*, *Banleuca*, *Banleuga*, Modus agri, cujus finibus loci, seu oppidi, vel Monasterii alicujus immunitas, vel Jurisdictio terminatur; sic dictus, quòd ut plurimum intra *leucæ* spatium, plus minùs quaquaversus porrigatur. Bannum enim, ut suprà annotatum, est jurisdictio seu districtus, intra quem jus *ponendi bannum* protenditur, *Banlieuë*, Gallis: vox frequens in plerisque Consuetudinibus Galliæ municipalibus. Siculus Flaccus de Condition. agrorum: *Compluribus locis certos dederunt fines, intra quos jurisdictionem habere deberent.* Mox: *Fines lege dati.* Charta Caroli Simplicis Regis Franc. apud Baldricum l. 1. Chronici Camerac. c. 67. *Et circum ista loca quantum unius leucæ tetenderit spatium, neque Comes, neque ulla judiciaria potestas freda exercendi potestatem habeat.* Alia Willelmi I. Regis Angl apud Seldenum ad Eadmerum: *Volo itaque & firmiter præcipio, quatenus Ecclesia illa, cum leuga circumquaque adjacente, libera sit ab omni dominatione & oppressione Episcoporum.* *Leuga civitatis*, in Charta Communiæ Bituricensis an. 1201. *Leuca bannata*, in Libertatibus MSS. villæ S. Desiderii in Campania. Vita Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 2. c. 4. *Quam nundinarum libertatem Treverenses saltem circum quaque proximam per Leucam, ut dicitur, eis bannitam observare & defendere recusârunt.* *Bannum leugæ*, apud Ivonem Carnotens. Epist. 101. Gervasius Dorobern. an. 1163. *De Comite Clarensi homagium castelli de Tunebregge cum adjacenti leuga tenebat.* Monasticum Anglicanum to. 1. p. 316. *Ecclesiam itaque suam de Bello — cum leuga & omnibus maneriis suis vel possessionibus ad eam pertinentibus ab omni consuetudine terrenæ servitutis liberam & quietam in perpetuum esse constituit.* Adde pag. 313. col. 1.

Banni'euga. Charta Friderici Archiep. Colon. an. 1128. apud Chapeavillum in Notis ad Ægidium Aureæ Vallis Monachum c. 2. *Ad hoc etiam accedit quòd omnia privilegia, tam bannileugæ, quàm electionis Abbatum, &c.* Tabularium Vindocinense Thuani Charta 349. an. 1080. *Duxit eum Hildradus Prior in Auditorium, rogans illum, ut Vicarium suum venire faceret in curiam S. Trinitatis, sicut est consuetudo, ad recipiendam emendationem de duobus hominibus Monachorum qui bannileugam suam infregerant, quia habebant de cunctis hominibus suis districtum, ut vulgo dicitur.*

Banleuca. Vetus Charta de Ecclesia Ramesiensi: *Cui & fundum cum campis, nemoribus, aquis, paludibus copiosa circumcinctum dedit, — banleucam eam appellavit, cujus meta & bundæ hæ sunt, &c.*

Banlevia. In Tabulario Vindocin. Charta 105 *Suo tempore nemo ausus fuerat infra banleviam vinum vendere.*

Banlieva, in Charta Philippi Augusti an. 1185. apud Morinum c. 5. Hist. Vastinens.

Banleva, apud Arnulfum Lexoviensem Epist. 3. ex iis, quæ habentur tom. 13. Spicilegii Acheriani.

Banleuga, pro mulcta quæ imponi solet iis qui infra *banleugam* delictum aliquod perpetrant. Vetus Charta apud Beslium in Hist. Comit. Pictav. *Si homo sanctæ Crucis — eventu hominem occiderit aut vulneraverit, si in castello, sive foris castellum, in toto meo honore bannum non reddat, neque banleugam, neque aliquam aliam consuetudinem, nisi solummodo S. Cruci & ejus Abbati.* Tabularium Vindocinense fol. 209. in Charta Gaufredi de Pruliaco Comitis Vindocin. an. 1097. *Quòd si homines Monasterii S. Trinitatis in burgo Monachorum, & in terris ipsorum, & infra banleugam se verberarent, vel sibi invicem aliquid forfacerent, banleugam Comiti emendarent.* Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 16. *Ejus castello & castelli banleugæ divinum officium abstulistis.*

Bannilocus, idem quod *Banleuca*, in Chartis Philippi Alsatii & Balduini Comitum Flandriæ an. 1183. & 1202. apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 2. c. 60. & 78. Qua voce redditur vernacula *Banlieu*, qua passim utuntur eadem notione stylus Leodiensis c. 18. 23. 26. 28. Consuetudo Cameracensis tit. 5. art. 2. tit. 25 art. 3. 4. 7. Valentianensis art. 8. 31. 33. 34 40. 59. 65. 66. 69. 73. & Namurcensis art 28. 86.

Bannaria. Districtus, jurisdictio. Extat Charta an. 1133. in Tabul. Abbat. Bonævallis, qua Ursio de Mellaio confirmat *omnia placita totius bannariæ Bonævallis & aliarum villarum circumjacentium, &c.* Infrà: *Concessi itaque ut omnia totius bannariæ placita in Bonavalle fiant, nec alibi nisi in Bonavalle de quacunque submonitione pulsatus aliquo modo respondeat, excepta deductione belli vel ferri calidi, si fortè emerserint: quæ duo tantùm cum adjudicata fuerint in Bonavalle, inde Mellaicum ducentur, & in Mellaico illa tantùm duo in mea curia fimentur.*

Banniri judicium dicitur in Wichbild Magdeburgensi art. 16. §. 1. & 3. cùm illud peragitur.

Banniti, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 2. §. 2. 3. 4. art. 3. §. 2. dicuntur liberi homines, qui jura sua ac lites disceptant in Episcoporum Synodis, & in Comitum Judiciis. *Libertas*, inquit illius auctor, *est etiam tripertita, quorum primi Episcoporum Synodum quærere solent, & hi Banniti dicuntur.* Et mox: *Simili modo & sæcularia judicia quærere solent, scilicet Banniti Comitum, &c.* Art. 6. § 3. agitur de eorum testimoniis, & lib. 3. art. 18. Judex non nisi in legitimo loco judiciali sub imperii banno de Bannitorum criminibus cognoscere potest, l. 1. art. 59. §. 1. Adde art. 63. § 1. art. 67. §. 3. l. 2. art. 3. §. 2. art. 12. §. 5. 4. & l. 3. art. 45. §. 73. ubi de *Bannitorum* prærogativa. *Banniti*, id est, *digni scabinatu*, l. 2. art. 12. §. 1. *Banniti seu scabini*, lib. 3. art. 26. §. 2. *Banniti seu loco scabinali idonei*, art. 45. §. 3.

Bannitorium, *Locus causarum, aliàs, Auditorium*, in Breviloquo.

BANO. Jura & Consuetudines Normanniæ c. 8. *Tempus quo terræ sunt communes, tempus banonis vulgariter nuncupatur, quo tempore animalia sine pastore herbas depascunt per campos communiter ac decurrunt.* *Temps de banon*, in Gallica editione, quo scilicet *bannum* indicitur pro communi agrorum usu.

BANQUERIUM. Vide *Bancus*.

BANSA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. c 4.

BANSATRICES. Epistola Childeberti Regis de abolendis reliquiis idololatriæ, post Concil. Arelat. V. *Ad nos querimonia pervenit, noctes pervigiles cum ebrietate, scurrilitate, vel canticis, etiam in ipsis sacris diebus — bansatrices per villas ambulare.* Ita Codex MS. teste Sirmondo & Baluzio. Quid si legendum *balatrices*, vel *dansatrices*? certè ita verborum sensus exigit, nam *Dansatrices* nostris sunt, *des Danseuses*. Unde verò vox *Danse*, pro saltatione ad

Gallos

Gallos pervenerit, nondum sum assecutus. Vide an arrideat conjectura Salmasii ad Hist. Aug. p. 246.

BANSOLMORA, *Bansulusmora*, Marturinarum pensio, Hungaris, vel ipsa marturina pellis. Decretum Ludovici Regis Hungariæ an. 1351. c. 12. *Nec ratione collectæ marturinarum, bansulusmora vocatarum, amodo & in posterum molesterent, &c.* Hanc pensionem à Calomano Rege primitus inductam docent Decreta Andreæ Regis an. 1222. c. 22. *Marturina juxta consuetudinem à Calomano Rege constitutam solvantur.*

BANSTA. Adalardus in Statutis antiq. Monasterii Corbeiensis lib. 2. cap. 1. *Cætera autem vasa ad ipsum officium* (Camerarii) *pertinentia, sicut sunt vanni, bansta, vel alia qualibet hujusmodi.* Fustem trituræ aptum hîc interpretatur vir doctus, *Fleau*, flagellum, tanquam *bansta* idem sit quod *Baston*: sed vix est ut assentiar. Malim igitur legere *basta*, ut clitellæ intelligantur, nam cum vannis, perinde ex viminibus confectis, junguntur.

BANUS, Dignitas notissima apud Dalmatas & Hungaros, penes quos ita dictus provinciæ Gubernator: ipsis Hungaris hodie *Ispan*. Βοάνος, Constantino de Adm. Imp. c. 30. & 31. Μπάνος Cinnamo. Non desunt qui putant ad hanc dignitatem referenda, quæ habet Hesychius: Βάννας, βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις, οἱ δὲ μέγιστος ἄρχων. Certè à *ban*, seu *banno*, vel *bando*, id est, vexillo, videntur Bani appellari, quòd sub eorum vexillis ac signis provinciales militarent. Vide in voce *Hispanus*: præterea Joannem Seldenum de Titulis honorariis part. 2. c. 2. n. 5. Jo. Lucium lib. 6. de Regno Dalmat. c. 1. Raynaldum an. 1200. n. 46. Decreta Andreæ Regis Hungar. an. 1222. c. 25. & Notas nostras ad Alexiadem p. 347. & ad Cinnamum p. 449.

Banatus, Dignitas Bani, vel Comitatus, Principatus, Hungaris *Bansag*. Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 97. *Dionysio tradidit omnia cum dignitate Banatus.* Idem in Maria Rege cap. 1. *Stephanum — ad altum banatus Regni Dalmatiæ elevans apicem.*

BANWERC, Submonitio ad operas, seu *corveias* faciendas: vox conflata ex Belgico *Werc*, opera, opus, & *ban*, bannum. Charta Roberti Comitis Flandriæ, in Tabulario S. Bertini an. 1119. *De terris verò quas S. Bertinus habet, quæ banwerc debent, concessi, ut de unaquaque terra 2. solidi singulis annis ab Abbate Comiti persolvantur.* Alia ejusdem Balduini: *Illi verò qui in prædicta villa ad banwerc constituti sunt, debent Comiti tantùm uthlandes, banwerc, & landwerc, & placitum inde erit Abbatis.* Alia Theodorici Comitis an. 1147. ibid. *Homines etiam sancti de Comitatu suo in Broburg nullum opus quod banwerc vocant, operari debent, nisi ubi homines mei ex communi indictu operantur.* Notitia an. 1159. ibid. *Dabit Waltero de Ekas & successoribus suis infra Pentecosten & S. Joannis pro banwerc 4. sol.*

BAPHIUM seu *Basium*, locus in quo fucatur vel tingitur purpura. Ugutio: *Baphium, genus purpuræ, unde Baphius, vel Baphiarius, purpureus vel textor talis purpuræ, vel venditor, vel mercator hujus purpuræ: & invenitur simpliciter pro mercatore; & hoc baphium, locus ubi talis purpura efficitur, vel texitur, vel venditur. Præpositus baphus*, apud Lamprid. in Alexandro. *Procuratores baphiorum* varios recenset Notitia Imperii sub dispositione Comitis sacrarum largitionum. *Basia Fenicis*, in l. 18. C. Th. de Murilegul. *Tyrii textrini* meminit Firmicus lib. 3. ut & Ammianus lib. 14. *Qui & Ministros fucandæ purpuræ memorat.*

BAPTALERIUM, *Baptitorium.* Vide *Batatorium.*

BAPTISMUS. *Baptismus Paschalis & Pentecostes*, quia olim, & ab ipsis Christianismi initiis, hæ duæ potissimùm solennitates ad Baptismum Catechumenorum delectæ leguntur, quod Tertullianus lib. de Baptismo testatur, ut & Siricius PP. in Epist. cap 2. Gelasius I. Epist. 9. S. Leo Epist. 4. & 8. Gregorius M. & alii passim, præter Concilia & Synodos, in quibus Baptismus celebrari vetatur aliis diebus, nisi mortis periculum immineat. Cur autem eæ potissimùm solennitates ad id delectæ fuerint, pluribus tradunt iidem Leo PP. Epist. 4. ad Siciliæ Episc. c. 3. Tertullianus, & alii.

Certè hanc consuetudinem suo ævo, hoc est, circa an. 1100. abrogatam fuisse testatur Theophylactus in Comment. in Lucam ad cap. 10. Cujus quidem antiquandæ legis ea præ cæteris causa extitit quam adfert Rupertus lib. 4. de Divin. off. cap. 18. quod cùm Christianitas crevisset, *periculosum erat tantam multitudinem differri, propter occasiones mortis, ac maximè propter turbam infantium è fidelibus parentibus nascentium, quorum tenera adhuc vita persæpe levi occasione succiditur.* Verùm pristinum celebrandi Baptismum in Paschate & Pentecoste obtinuisse etiamnum longè post annum 1200. extremis sæculis, colligi potest ex Conciliis & Synodis.

Legimus tamen in aliis etiam festivitatibus celebratum Baptismum. Nam Siculi & nostri in Epiphania baptizabant, quod tandem prohibuit Leo M. Epist. 80. Concilium Matisconense II. can. 3. & Concilium Rotomagense anni 1072. Id etiam obtinuisse in Africa Victor Vitensis lib. 2. de Persecut. Vandalica, in Hibernia, Canones S. Patricii c. 19. apud Græcos, Theophanes an. 1. Justiniani, &c. Ratherius Veronensis Serm. 1. de Quadragesima cap. 5. apud Æthiopes & Coptos Josephus Scaliger lib. 7. de Emendat. temp. p. 683. 705 testantur. Chlodovæum M. in Natali Domini baptizatum, auctor est Avitus Viennensis Episcopus Epist. 41. licèt Fredegarius, Hincmarus, & alii quidam baptizatum in solennitate Paschali scribant. Fiebant porro baptismi ab ipso Episcopo, ut est apud Eustathium in Vita S. Euthychii Patr. Constantinop. num. 91.

Baptisma generale, Paschatis & Pentecostes. Concilium Rotomagense. an. 1072. *Ut generale Baptisma nisi Sabbato Paschæ & Pentecostes fiat. Hoc quidem servato, quod parvulis quocunque tempore, quacunque die petierint, regenerationis lavacrum non negetur.* Honorius III. PP. in Bulla an. 1217. pro Episcopo Papiensi: *Præter matricem Ecclesiam Baptismum generalem fieri penitus prohibemus.*

Baptismum perdere, id est, gratiam Baptismi & innocentiam, ut ajunt, baptismalem. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Qui malè polluerint lavacri venerabilis undam,
Et sua perdiderint baptismata crimine mersi.

Baptismus campanarum. Vide *Campana.*

Baptismus Crucis, apud Armenos describitur à Willebrando ab *Oldenborg*. In Itinerario, apud Allatium in Symmictis p. 139. Et ab Adamo Oleario in Itinerario Moscovitico tom. 1.

BAPTISTERIUM, Græcis idem quod *Piscina*, ut est apud Sidon. lib. 2. Epist. 2. recentioribus verò Ædes vel locus in Ecclesia seu ædi sacræ adjunctus, in cujus medio erat fons, ubi baptizabantur Catechumeni. Eucherius: *Baptisterium, tinctorium. Baptisterii Basilica*, apud S. Ambros. Epist. 13. *Aula Baptismatis*, apud Fortunatum lib. 1. Poëm. 15.

Instaurata etiam sacri est Baptismatis aula,
Quo maculas veteres fons lavat unus aquis.

Adde lib. 2. Poëm. 11.

Baptisteria verò non nisi in majoribus Ecclesiis & Parochialibus constituere fas erat, nedum verò in

orato

oratoriis privatis, ut est in Epistola Zachariæ PP. ad Pipinum cap. 15. Sed ea ferè semper extructa erant seorsim à templis, iisque adjuncta, ut observare est ex Paulino Epist. 12. & Natali 10. Gregorio Turon. lib. 10. & aliis sine numero.

Oratoria & altaria in Baptisteriis interdum extitisse, docemur ex iis quæ tradit Anastasius in S. Hilario PP. eundem nempe Pontificem tria fecisse oratoria in Baptisterio Basilicæ Constantinianæ, S. Joannis Bapt. S. Joannis Evang. & S. Crucis: præterea in Baptisterio Lateranensi oratorium S. Stephani. Idem in S. Symmacho: *Ad fontem in Basilica B. Petri Apostoli oratorium S. Crucis ex argento, Confessionem & Crucem ex auro, &c.* Quem quidem morem indicat etiam Paulinus Natali 10. ubi Baptisterium describit:

— Medio pietatis
Fonte nitet, mireque simul novat atque novatur.
Namque hodie bis eam geminata novatio comit,
Dum gemina Antistes gerit illic munera Christi,
In geminos adytum venerabile dedicat usus,
Castifico socians prasacramenta lavacro, &c.

Pictuis variis adornata Baptisteria testatur idem Paulinus Epist. 12. Anastasius in Leone III. p. 134. *Ipsum verò baptisterium diversis in circuitu decoravit picturis.* Quibus autem adornari picturis solerent baptisteria, bellè describit Ægidius Monachus Aureæ vallis in Oberto Episcopo Leod. cap. 18.

Fontes fecit opere fabrili,
Arte vix comparabili.
Duodecim qui sustinent
Boves, typum gratiæ continent.
Materia est de mysterio,
Quod tractatur in baptisterio.
Hic baptizat Joannes Dominum:
Hic gentilem Petrus Cornelium:
Baptizatur Craton Philosophus:
Ad Joannem confluit populus.
Hoc quod fontes desuper operit,
Apostolos & Prophetas exerit.

Vide Sansovinum & Stringam in Venetia lib. 1. cap. 106. & quæ de Baptisterio Sophiano diximus in Descript. ædis Sophianæ n. 82. 83.

Illud denique observatione dignum existimo: Florentiæ (ut & Pisis, Bononiæ, Parmæ, Urbe veteri, & alibi) in Italiæ regione maximi templi Ecclesia est rotunda S. Joanni Baptistæ sacra: hanc *Baptisterum* appellant, tota & hæc marmorea, habens januas, quæ æneæ valvæ operis egregii occludunt. In medio illius Ecclesiæ Baptisterium è marmore lucidissimo positum visitur, in quo Florentini omnes Baptismi lavacrum percipiunt, neque alibi quisquam præterquam in hoc Baptisterio aquis salutaribus tingitur. Quæ quidem adnotare libuit, tanquam veteris moris institutum, cùm olim in civitatibus in Ecclesiis tantùm Cathedralibus, aut iis adjunctis Baptisteriis baptismus conferretur, in quibus etiamnum super sunt ejusmodi Baptisteria, tametsi nulli ferè usui. Vide in hanc rem Panvinium de septem urbis Romanæ basilicis, ubi de Baptisterio Lateranensi pag. mihi 188. Nota sunt quæ de Baptisterio Sophiano observant Scriptores.

In Baptisteriis mortui sepeliri vetantur in Concilio Altisiodor. c. 14.

Baptisterium, Ecclesia baptismalis, parochialis. Sidonius lib. 4. Epist. 15. *Nam Baptisterium, quod olim fabricabamini, scribitis posse jam consecrari.* Synodus Romana an. 853 cap. 40. *Presbyteri verò qui in diversis locis, Baptisteriis, vel quibuscunque aliis sacris oratoriis ordinantur, &c.* Vita Gunerii Præpositi S. Stephani Divionensis apud Perardum p. 131. *Est alia basilica — de qua in prædicta B. Gregorii (Lingonensis Episcopi) Vita scriptum est, quòd domus ejus Baptisterio adhærebat, ab officio baptizandi sic nominata, quòd ibidem sæpius fiebat.* Occurrit sæpe in Charta Longobardica an. 745. apud Ughellum in Episcopis Aretinis. *Ecclesia Baptisterii*, in Vita S. Aviti Episc. Viennensis num. 5. *Hujus labore & industria Baptisterii Ecclesia musivo & marmore mirabiliter ornata, & pavimento venusti operis constructa, ipsumque Baptisterium cum aquæductu & ornatu suo, ad honorem Patriarcharum & Prophetarum, sanctique Joannis Baptistæ, quanta celeritate à fundamentis reædificata sit, &c.* Vide *Ecclesia Baptismalis*. *Domus Baptismatis*, apud Herimannum de Restaurat. S Martini Tornacensis cap. 43. *Domum illic baptismatis in honore ipsius ædificavit, quo ad laudes divinas sacramentorum ministris celebrantibus populus Deo dignus posset confluere, & charismata divina percipere.*

Baptisterium, Aqua baptismatis, fontes ipsi. Liber Sacramentor. Gregorii M. *Hic mittantur duo cerei intus in baptisterio.* Ubi Ordo Romanus: *Hic deponitur benedictus cereus in fontem.*

Baptisterium, Baptismus ipse. Jo. de Janua: *Baptisterium — dicitur tam pro baptismate, quàm pro loco.* Ebo Remensis de Ministris: *Chorepiscopi ministerium est — in conficiendis divinis sacramentis, & baptisterio, omnium intellectum aperiens excitare.* Vita S. Eusebii Episcopi Vercellensis: *Dum sacrum in mense Martio celebraretur Pascha, in cujus vigilia Papa memoratus sacra perageret, & sacratissimum celebraret baptisterium, &c.* Capitul. Caroli C. tit. 40. cap. 1. *Sine illius licentia Missas & baptisteria in eadem civitate præsumit celebrare.* Dudo lib. 2. Actor. Norman. de Rollone recèns baptizato: *Dedit itaque Robertus prima die baptisterii — terram, &c.* Adde Epistolam Livonis Regis Armeniæ in Gestis Innoc. III. PP. p. 127. & Bractonum lib. 3. tit. 2. cap. 21. §. 2. &c. *Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.*

Sire, je croi mult bien la sainte Annonciion,
Et le saint Baptestire, & l'Incarnation.

Le Roman de Rou & des Dus de Normandie MS.

Se Rou vouloit pour nous Chrestien devenir,
Bautestire rechoivre, paiennime guerpir, &c.

Baptisterium. Ita Armeni festum Epiphaniæ appellant, quo die Christi baptismus colitur, ut auctor est, Willebrandus ab *Oldenborg* in Itinerario Terræ sanctæ, ubi pluribus quomodo hanc festivitatem celebrarent, commemorat, p. 137.

Baptisterium. Liber in quo ritus baptismi & orationes describuntur, vel certè Ordo ad baptizandum. Capitula Caroli M. de diversis rebus an. 789. cap. 7. *Ut audiant Episcopi baptisterium Presbyterorum, ut secundum Romanum morem baptizent.* Capitula ejusdem apud *Saltz*: *Ut (Sacerdos) signaculum & baptisterium memoriter teneat.* Capitula Guillebetti Episcopi cap. 3. *Ut unusquisque baptisterium suum habeat, ut rectè baptizare possit.* S. Bonifacius Mogunt. in Capitul. cap. 16. *Ut unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter discutiat suos Presbyteros, & faciat ut illorum signacula & baptisteria bene faciant, & edoceant Presbyteros quid in illo baptisterio unumquodque verbum vel sententia per se significet.* Burchardus lib. 19. cap. 8. *Dicat — Psalterium, Lectionarium cum Evangeliis, sacramentorum librum, baptisterium & computum cum Ciclo.* Ita etiam in Capitulis Ahytonis Episcopi Basiliensis cap. 6. In Pœnitentiali Egberti Archiep. Eborac. p. 12. Vide Concil. Remense II. cap. 7. Bedam de Remediis peccator. cap. 1. &c.

Baptisterium, Obventiones & reditus Sacerdotum

tum ex Baptifmis. Charta Teotolonis Archiep Turonenfis an. 932. *De parochia scilicet ipsius Ecclesiæ seu Monasterii, de redditibusque ejus, hoc est, censu baptisterio, sepultura, &c.* Tabularium Conchenfe in Ruthenis Ch. 15. *Et quartam partem de sepulturam & baptisterium, & pœnitentiam, & sepulturam de ipsos homines & illas feminas, quæ de aliis parochiis pro amore Domini & sanctæ Fidis ad istam Ecclesiam venerint.* Adde Ch. 33.

BAPTITURA. Vide *Martisia.*

BAPTIZARE, pro *Enuntiare, describere*, apud Mafuerum, tit. 35. art. 29. Joan. Gallum quæft. 151. & alios noftri ævi Practicos. *Baptizer*, hac notione occurrit in Confuetud. Labourtenfi tit. 9. art. 19. tit. 12. art. 10. & Solenfi tit. 27. art. 26.

BAPTIZATORIUM, *Baptisterium*, Ugutioni.

BARAHU. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ pag. 8. *Accepitque unum equum, & 30. solid. & unam vanam, & unum barahu.*

BARALIO, Calcei fpecies, qua Hifpani ruftici olim utebantur. Lucas Tudenfis æra 1 65. *Fecit sibi & suis militibus de coriis crudis, & ligneis viminibus, rusticorum more, calceamenta quæ vulgariter Avarcas & Baraliones vocant.*

BARATUM, *Barataria, Baratator, &c.*

Baratum, Italis *Baratto*, Permutatio, unde *Barattare*, *Cambiar una cosa ad un' altra*, permutare; Hifpanis *Baratar*, Vafconibus *Barataze.* Charta an. 1247. in Regefto Comitum Tolofæ fol. 48. *Vel pro aliquibus debitis, vel baratis, vel firmantis, de quibus ipsi tenentur.* Alia an. 1235. ibid. *Durandus de S. Borcio & Durandus ejus filius solverunt Raimundum Comitem Tolosæ de omni hoc quod ipsi ei poterant petere vel acquirere, pro debitis & baratis Vicariæ Tolosæ, vel pro aliis debitis & baratis.* Curia Generalis Catalaniæ fub Petro II. Rege Arag. an. 1283. MS. *Quòd nos nec Officiales nostri non compellamus Christianum solvere usuras Christiano, — ita tamen quòd de baratis hoc non intelligatur.* Alia Curia Jacobi I. Regis an. 1291. *Judæus non possit mutuare, nec audeat facere aliquem contractum vel baratam de blado vel oleo vel safrano, &c.*

Barataria, Fraus, dolus, qui fit in contractibus vel venditionibus; *Baratario*, Occitanis; *Baratteria*, Italis, & Joanni Villaneo lib. 7. cap. 147. lib. 8. cap. 95. lib. 9. cap. 303. lib. 12. cap. 57. Gloff. Lat. Gall. *Dolus, baraz, Tricherie, Dolosus, Bareterres.* Occurrit in Statutis Romæ lib. 1. cap. 16. 44. 46. 97. lib. 2. cap. 87.

Barateria, apud Hortenfium Cavalcanum in tract. de Brachio Regio, parte 5. num. 6. dicitur, *quando Judex al quid petit indebitum, ut justitiam faciat.* Apud eundem.

Baraterii funt *qui prætorium nimis frequentant*, noftris, *Chicaneurs*, vitilitigatores; unde elicimus *Barati* etymon accerfi poffe à *barris*, de quibus fuo loco, feu litium judiciariis inftructionibus & præparationibus; in quibus ut plurimum dolus & artificiofæ fraudes mifcentur. Italis *Barattieri* dicuntur, qui ex fordido lucro vitam agunt, vel qui judices pecunia corrumpunt, atque adeo ipfi judices corrupti.

Baratator, Impoftor, deceptor; Italis *Barattiere, che fa baratteria.* Apud Matthæum Paris an. 1239. legimus Fridericum Imp. accufatum, quòd diceret *tres Baratatores fuisse in mundo, Moysem, Christum, & Mahometem.* Ex quo reponendum in M. Chron. Belgico, ubi eam rem ex Alberico refert, *Baratatores* pro *Baratores.* Ut πλάνον, Chriftum infimulatum à Gentilibus, notum ex Eufebio lib. 3. de Præparat. Evangel. cap. 3. pag. 67. Edit. Rob. Steph. quos ille pluribus & validis argumentis refellit. Vita Clementis VI. PP *Fuit quidam rusticus barator in Marchia Brandeburgensi, qui aliquandiu se asseruit & simulavit Valdemarum Marchionem dictæ Marchiæ, qui diu antè mortuus fuerat. Barateur*, in Chron. Flandr. cap. 18. Rob. Gaguinus in Poëm. *le Passetemps de l'oisiveté*, fcripto an. 1489. de dæmone:

> *Car il est menteur & parjure,*
> *Grant barateur, & non creable.*

Baratadores e engannadores, in Legibus Alfonfinis part. 7. tit. 16. leg. 9.

Barretors, apud Littletonem fect. 701. Angl. à *Barretour* appellantur vitilitigatores, litium querelarumque communium fotores: *Barectatores*, Jo. Cowello lib. 4. Inftit. tit. 18. §. 52. Vide Guid. Papæ quæft. 210. *Bareter*, Fallere, in Confuetud. Hannonienfi cap. 98. art. 2. *Barratare*, Italis. Hinc etiam vox

Debareter, pro Fallere, vel in prælio devincere, fuperare. Chronicon Monfpelienfe MS. 1250. *Prés lo Rei de Fransa, & en aquel an mee en fou debarats à Massora.* Idem an. 1285. *Et en aquel an me teisti meis de Setembre foron desbaratadas 25. galeas del Rei de Fransa, &c.* Et anno 1287. *Et foron tug desbaratat en un loc, que s'apela la Gostare.* Guillelmus Guiart:

> *Més tousiours sont de champ gettez,*
> *Desconfis & desbaretez.*

Idem an. 127).

> *Un jour pour les desbareter*
> *Vindrent Sarazins paleter.*

Et an. 1304.

> *Pensent au traire & au geter,*
> *Pour les François desbareter.*

Raimundus Montanerius in Chr. Regum Aragon. c. 135. *L'Almirall en Roger de Luria los bach tots desbarats, &c.*

BARBA, *Barbam tangere*, feu primam lanuginem incidere, de quo more apud paganos & Chriftianos copiosè egimus ad Joinvillam Differr. 22. p. 273. Collectio hiftorica quam H. Canifius Anonymi nomine publicavit tom. 2. Antiq. lect. lib. 3. cap. 10. *Ut Alaricus barbam tangeret Clodovei effectus patrinus, &c.* Adde Aimoin. lib. 1. cap. 20. & vide Frifclinum & Henricum Stephanum ad Callimachum Hymno in Dianam verfu 298. Turneb. lib. 7. Adverf. cap. 14. Lipfium ad 14. Annalium Taciti pag. 454. Commentatores Petronii & Martialis lib. 1. Epigr. 32. lib. 9. Epigr 17. & 18. Adrianum Valefium ad Paneg. Berengar. & alios Criticorum filios.

Honesta barba, fic appellatus Balduinus IV. Comes Flandriæ in Charta Roberti Regis Franc. an. 1023. quam fubfcribit, in Probat. Hift. Monmorenc. pag. 13.

Barba falsa. Curia Generalis Catalaniæ celebrata an. 1351. fub Petro Rege Aragon. *Ne quis barbam falsam, seu fictam audeat deferre vel fabricare.*

Per barbam aut capillos trahere, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 6. §. 4. & lib. 2. Feud. tit. 27. injuriæ majoris fpecies.

Barbæ benedictio. Ademarus Cabanenfis apud Beslium, pag. 328. de Jordano Epifcopo Lemovicenfi: *Inde ad tumulum S. Martialis Missam audivit, & juxta Monasterium eo die regulariter hospitatus est. Crastino barbam benedici jubet & detondi, & sic ad sedem S. Martialis in aula S. Stephani Jordanum duxerunt, & cum baculo pastorali ibi eum gratis honore Pontificatus vestivit.* Editio Labei paulò differt: *Die crastino barbam Electo benedici jubet ac detondi, &c.* quia fcilicet

Barbam radere. Sacerdotibus ac Clericis Latinis folenne, contra quàm Græcis. Gregorius VII. PP. lib. 8. Epift. 10. *Scilicet ut quemadmodum totius Occidentalis*

talis Ecclesiæ Clerus ab ipsis fidei Christianæ primordiis barbam radendi morem tenuit, ita & ipse frater vester Archiepiscopus raderet. Vide Æneam Parisiensem lib. Adversus Græcos quæst. 5. & quæ adnotamus ad Alexiadem pag. 283.

Barbam Deo consecrabant, qui eam ponebant Monachi effecti. Vide Vitam S. Willelmi Ducis cap. 23. Edit. Mabillonii.

Barbæ rasio, præcipua apud Francos injuria habebatur. Vide Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 6. 35. Reginonem an. 546. &c. Ita apud Græcos Byzantinos. Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 11. *Mos est Orientalibus, tam Græcis quam aliis nationibus, barbam tota cura & omni sollicitudine nutrire, pro summoq; probro & majori quæ unquam irrogari possit ignominia, reputare, si vel unus pilus quocunque sibi casu de barba cum injuria detrahatur.* Vide Paulum Jovium in Elogio Francisci Philelphi, & Gobelinum Personam in Cosmodromio pag. 266.

Barbam hypothecare. Vide ibidem Tyrium.

Barba, in falcone, sunt *plumæ inferiores, quæ videntur quasi pili, & sunt inter locum rostri, qui cera dicitur, & oculos,* apud Fridericum II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 48.

BARBA, Patruus. Vide *Barbanus.*

BARBACANA, *Barbicana,* Propugnaculum exterius, quo oppidum aut castrum, præsertim verò eorum portæ aut muri muniuntur: unde *Antemurale, promurale, & murus exterior,* non semel appellatur, cujus vocis originem plerique ab Arabibus accersendam putant. Academici Cruscani: *Barbacane, parte di muraglia che si fa da bossa à scarpa per sicurezza è fortezza.* Monachus Altisiod. an. 1201. *Murique tam alti quàm solidi, præter antemuralia quædam, quæ Barbacanas vocant, — sunt dejecti.* Guillelmus Armoricus de Gestis Philippi Aug an. 1203. *In partes Rotomagicas est reversus, & cepit per vim forteriiciam, quam vulgus Barbam canam vocat, quæ erat firmata in capite pontis Rotomagica civitatis.* Monachus Vallis Sarn. cap. 62. *Abstulerunt eis in unius horæ spatio tres fortissimas barbacanas.* Adde cap. 63. 79. Charta Petri Regni Majoricarum Domini an. 1232. *Qui affrontat — à meridie cum antemurali, qui dicitur barbacana, qui est murus brevis ante murum nostri orti.* Raimundus Montanerius in Chron. Regum Aragon. cap. 227. *E fiu estar obers les postichs de la barbacana, que eren totes les barbacanes enver desfades, &c.* *Le Roman de Garin MS.*

Haut sont li mur, & parfont li fossé,
Les barbacanes de fin marbre listé,
Hautes & droites, ja greignors ne verrés.

Barbicana. Albertus Aquensis l. 4. c. 32. *Inter muros & antemurale, quod vulgo Barbicanas vocant.* Lib. 6. cap. 10. *Barbicanas, exteriores scilicet muros oppositos, æquato vallo urbis — dejecit.* Radulfus de Diceto an. 1188. *Fontem etiam duplici muro circundatum, habentem barbicanam novem turribus circumseptam.* Willebrandus ab Oldenborg, de Tripoli: *Quarum portas & introitus speciales quædam sinuosæ barbicanæ intricant & observant.* Idem de Tyro: *In quibus* (muris) *dispositæ & transpositæ sunt quinque portæ quæ introitum civitatis adeo intricant & observant, ut qui eas introeunt, in domo Dædali errare & laborare videantur.* Barbacana, vel *Barbicana,* vox occurrit præterea apud eundem Albertum Aq. lib. 11. cap. 2. 47. & alios Scriptores à nobis laudatos ad Villharduinum num. 89.

Barbicanagium, Tributum quod pro barbicanis extruendis, vel reficiendis pensitabatur. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 976. *De kaiagio, muragio, paagio, barbicanagio, & de operationibus castrorum, &c.* Vide *Muragium.*

BARBANUS. *Patruus,* Joanni de J[illegible]; *Barba* Italis. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. §. [illegible] *Si quis ex parentibus, id est, barbanus, quod est patruus.* Ubi Editio Heroldi tit. 59. habet *barba, quod est patruus.* Tit. 69. §. 2. *Barbanes.* Adde lib. 1. tit. 10. §. [illegible] 2. tit. 14 §. 26. Chronicon Benevent. S. Sophiæ pag. 599. 603. &c. Tabularium Casauriense an. 14. Ludov. Imp. Lotharii F. *Vel quod nobis exinde advenit de quodam Petro Episcopo barbane nostro.* Charta Adelaidis Comitissæ Sabaud. pro fundat. Abbatiæ Pinarolensis apud Episc. Salut. in Chronol. Hist. Pedem. & Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. *Offero pro anima D. Marchionis genitoris mei & Adalrici Episcopi (Astensis) barbani mei.* Et infrà: *Pro animarum prædictorum Marchionum, & barbani mei, & filii mei, &c.* De vocis etymo vide V. Cl. Ægidii Menagii Origines Italicas.

BARBARATOR. Vide *Barbator.*

BARBARICINI, Βαρβαρικῖνοι, Procopio lib. 2. de Bello Vandalico cap. 13. qui ita appellatos à Sardiniæ incolis, auctor est, Mauros quosdam, ad Aurasium montem positos, quos Vandali devicta Africa, ne eos paterentur infestos, in Sardiniam cum uxoribus & liberis ablegarant, ubi eos clausos aliquandiu continuere. Progrediente tempore elapsi illi vicinos Carali montes occuparunt: deinde cùm ad tria millia excrevissent, renunciarunt latebris, & apertè in locis omnibus grassati sunt. Hos conatus est Gregorius Magn. ad Christianam fidem convertere, quod testantur illius Epistolæ lib 3. Epist. 23. 25. 27. 29. 33. lib. 9. Epist. 17. 18. Horum etiam meminit Justinianus in l. 2. C. de Offic. Prætoris Afric. Hinc fortè *Barbagiam* Sardiniam appellavit Dantes in Purgat. c. 23.

BARBARICUM, *Clamor exercitus, videlicet quòd eo genere barbari utantur,* Festo: at recentioribus ita appellatur solum Barbarorum, quod *Barbaria,* Rufo Festo in Breviario, Æthico in Cosmograph. Agellio lib. 19. c. 12. Lampridio in Alexandro Severo, & aliis dicitur. *Barbaries,* Gregorio Turonens. lib. 3. cap 15. Ammianus lib. 18. *Visus est in Barbarico miles,* id est, in finibus Barbarorum. Canones Eccles. universæ can. 206. Τῆς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπης. Chronicon Alexandrinum: Τούτοις τοῖς ὑπάτοις, ἐτελεύθησε Σεβῆρος εἰς τὸ βαρβαρικόν. Ita Theophylactus Simocatta lib. 5. cap. 13. hanc vocem usurpat, non pro armamentario, uti censent Meursius & Jacobus Gothofredus. Concilia Afric. can. 19. *De provincia Mauritania, propterea quòd in finibus Africæ sit, nihil statuimus, siquidem vicinæ sunt Barbarico.* Græc. Codex, can. 52. ὅτι τῷ βαρβαρικῷ παράκειται. Ex quo quidem loco colligi videtur posse *Barbariæ* nomenclaturam datam Africanis regionibus quæ Impp. Romanis non parebant, quæ hodie etiamnum manet. Pentapolim Ægyptiacam Βαρβαρικὴν vocat Anastasius Sinaita in Anagogis sex dierum. *Barbariæ* vocabulo Ægyptum videtur intelligere S. Hieronym Epist. 57. ad Damasum: *Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigravi, quæ Syriam juncto Barbariæ fine disterminat.* Et Ep. 58. ad eundem Damasum: *Nunc barbaro Syriæ limite teneor.* Sed & idem in Tradit. Hebraic ait Alexandrum Polyhistorem, & Cleodemum, cognomento Malchum, Græco sermone *Barbaram Historiam* scripsisse, in qua res Africanas retexuisse innuit. Sed & Marcianus Heracleotes in Periplo p. mihi 42. in Ægypto vel Africa extare auctor est τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικόν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλεῖστοι εἰσι.

Barbaricum, præterea dicitur bellum quod in *Barbaros* agitur, suscipitur expeditio bellica quævis, bellum quodvis. Amianus l. 17. *His in barbarico* (in Panonia

nia, *gestu, &c.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. §.16. *Hoc promittimus, ut non pro quovis excessu barbaricum facere, aut cursas mittere ante primam, secundam, tertiam & quartam contestationem.* Capitula Radelchisi Principis Benev. an. 851. *Quousque ad ipsum tempus, quo barbaricum exortum est inter nos & vos.* Charta Sergii IV. PP. pro Monasterio S. Vincentii de Vulturno: *Tam pacis, quàm barbarici temporis, &c.*

Barbaricum. Gloss. MSS. Reg. & Isidori: *Barbarica, opera de auro. Barbarica opera subtiliter ornata.* Gloss. MS. Eccl. Paris. *Barbarica, auro ornata.* Gloss. MS. Reg. *Barbarico auro, pretioso.* Coripp. lib. de Laudib. Justini:

Ipse triumphorum per singula vasa suorum
Barbarico historiam fieri mandaverat auro, &c.

Ex quibus patet *barbaricum opus* dictum, ex *auro pretioso* confectum, quod *Barbaricum* appellabatur, vel certè quod Barbari hanc artem exornandi arma militaria adinvenissent. Nam inde

Barbaricarii nuncupati, *qui ex auro coloratis filis exprimebant hominum formas, animalium, & aliarum specierum imitabantur subtilitate veritatem*, ut ait Donatus ad 7. Æneid. seu ut est in leg. 1. C. Th. de Fabricensib. *qui cassides & bucculas tegebant argento, & deaurabant.* Horum mentio fit præterea in leg. 2. eod. Cod. de Excusat. artif. in Novella Theodosii junioris de Scholar. & in Notitia Imperii, in qua *Præpositi Brambaricariorum*, seu potiùs, uti legendum quidam volunt, *Barbaricariorum*, sub Comite sacrarum largitionum, interdum sub Magistro officiorum statuuntur. Unde satis patet Resendium lib. 1. Antiquit. Lusitan. *Barbaricarios* perperam existimasse fuisse vestium purpura, cocco, aut vermiculo, quæ à *Barbaris* terris, id est, peregrinis adlatæ erant, infectores, cujusmodi sunt *barbaricæ vestes*, apud Lucretium lib. 2. & in libro Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Joan. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Duo pluvialia de diaspro & panno barbarico.* Vide Turneb. lib. 10. Advers. cap. 18. & Browerum in Annalibus Trevirensibus lib. 4. pag. 251. ult. Edit.

Barbaricum, sic appellatum quoddam medicamentum *ad omnes oculorum causas vel impetus*, apud Marcellum Empiricum cap. 8. Meminit Celsus emplastri *Barbari* dicti lib. 5. cap. 19. quod βάρβαρον Galeno, qui scribit à recentioribus appellari βάρβαρα emplastra, quæ bitumine constant, fortè quòd iis Barbari uterentur.

BARBARINI, *Barbari*, Nummi à Vicecomitibus Lemovicensibus cusi. Chronicon S. Martialis Lemovic. an. 1211. *Hugo li Bruns Comes Marchiæ fecit novos Marchiones fieri: eodem anno Guido Vicecomes Lemovicensis novos Barbarinos fecit apud Axiam.* Chron. S. Stephani Lemovic. an. 1263. *Burgenses castri Lemovicensis fecerunt pactum cum Margareta filia Ducis Burgundiæ relicta Vicecomitis Lemovicensis, & moneta quæ vocatur Lemona*, (al. *Lemocia*) *ubi erat nomen Vicecomitis, omnino cassaretur licèt esset legalis.* Literæ Eustorgii Episcopi Lemovic. an. 1127. in Tabul. S. Steph. Lemovic. *Dijudicaverunt, quòd Episcopus Bosoni 40. sol. monetæ Barbarinorum dedisset.* Tabularium Montismorilionis in Pictonibus fol. 81. *Donarunt pauperibus Domus Dei totum quod habebant in nemore & in terra feodi, cum 2. solidis Barbarinis reddendis in Natali Domini, &c.* & fol. 100. *octo denarios Barbarinos.* Tabularium Dalonensis Abbatiæ in Lemovicibus fol. 32. *retentis nobis quinque solidis de barbaris*, vel monetæ ejusdem pretii. ita fol. 70. & alibi passim, *& denarii babarini* habentur fol. 40. 51. 102. 112. 113. Goffrid. Abbas Vindoc. l. 1. Ep. 21. *Carossensem Abbatem non regulariter electum, sed violenter, ut dicitur, intrusum, pro mille solidis Barbarinorum, barbarica nimis auctoritate consecrari—fecistis.* Ubi loci nescio an bene viri eruditi, Sirmondus & Altaserra, *Barbarinos*, pro Arabicis & Barbaris interpretati sint, ut qui post stabilitum in Hispania Saracenorum imperium, rerum potiente altera Regum nostrorum familia, ex commercio ad nos fluxerint. Licet *Barbarinos* Saracenos Africanos appellet non semel Anonymus de Miracul. S. Fidis cap. 13. Nam hac appellatione à Vicecomitibus Lemovicensibus, ut *Marchenses* à Comitibus Marchiæ cusos satis docemur ex Chronicis suprà citatis; tametsi nominis ratio mihi hactenus incomperta sit.

BARBARISMUS. Charta R. Cardinalis tit. S. Stephani in Monte Cœlio an. 1215. pro Reformatione Universitatis Paris. *Non legant in festivis diebus nisi Philosophos, & Rhetoricas, & Quadrivialia, & Barbarismum, & Ethicam, si placet, & quartum Rhetoricorum.* Alia an. 1254. apud Stephanum Paschasium in Disquisitionibns Francicis lib. 9. c. 13. *Ethicorum libros quinque, tres parvos libros, videlicet principia Barbarismi, Prisciani de accentu, qui simul legantur, &c.* Extat liber Donati, *de Barbarismo* & octo partibus orationis, vet. Edit.

BARBARITANI. Charta Ottonis III. Imp. an. 936. in Bullario Casinensi to. 2. p. 57. *Nec non & campum juxta eandem Ecclesiam regiæ potestati hactenus pertinentem, atque Barbaritanos similiter juris regni nostri pertinentes, cum omnibus eorum pertinentiis, &c.* Alia Henrici Imp. an. 1022. Ibid. p. 74. *Necnon & campum juxta eandem Ecclesiam Regiæ potestati hactenus pertinentem atque Barbaritanos & Martinenses similiter juris regni nostri pertinentes, &c.*

BARBARUS. Strabo lib. 14 fictitium nomen hoc existimavit, quod vocabuli origo & etymologia Græcis incomperta fuerit. At Abraham Ecchellensis in Hist. Arabum cap. 1. vocem Syrorum esse contendit, apud quos qui eidem Straboni Scenitæ dicuntur, *Barbroie*, vocantur, id est, *filii deserti*.

Quemadmodum autem Græci, ac postmodum Romani, cæteros populos, præter seipsos, Barbaros appellavere, ita eodem donati vocabulo Burgundiæ ac Franciæ incolæ, qui post Galliarum clades & vastationes, à Constantio è vicina Germania & Septentrione acciti, & *ab ultimis Barbariæ littoribus avulsi, arva ... *, ut ait auctor Panegyrici Diocletiano & Maximiano dicti, & destinatas sibi terras coluere.

Quinetiam exinde Burgundiones, postquam in Galliis sedes fixere, regnumque formavere, *Barbaros* se se appellasse constat, ex Lege Gundobada, in qua paris conditionis habentur tam *Barbari*, quàm *Romani*, ut est in tit. 10. §. 1. & tit. 15. §. 1. Id præterea colligitur, ex eo quòd Barbari Romanis in ea Lege semper præponantur. Verbi gratiâ in Præfat. *Si quis judicum tam Barbarus, quàm Romanus—non ea quæ leges continent, judicavit, &c.* Ubi suprà: *Tam Burgundiones, quàm Romani, &c.* ut tit. 4. 6. 7. 9. & alibi passim. Contra in tit. 44. §. 1. tit 47. §. 1. &c. *Tam Barbarus quàm Romanus.* Sed & tit. 55. Barbarorum hospites Romani dicuntur, quod, ut alibi docemus, in partem prædiorum quæ à Romanis possidebantur, adsciti essent Barbari, seu novi incolæ. Præterea observare est ex Fulgentio lib. 1. de Mysterio mediatoris, &c. Trasimundum Regem Vandalorum in Africa, ad quem scribebat, tanquam haud invidioso nomine, *Barbarum* appellari: *Sed quàm rarum hactenus habeatur Barbari Regis animum numerosis regni curis jugiter occupatum tam ferventi cognoscendæ sapientiæ delectatione flammari, &c.* Mox ejus subditos, *Barbaricam gentem* appellat, cui *Romanos* opponit, veteres nempe Africæ incolas.

Apud Francos *Barbari*, quos eosdem reor cum Burgun-

Burgundionibus,eadem prærogativa gaudebant, qua Franci,& qui Lege Salica vivebant, cùm Romani longè inferioris conditionis haberentur. Id colligitur ex Pacto Legis Salicæ tit. 44. ubi, *Si quis ingenuus Francum, aut Barbarum, aut hominem qui Lege Salica vivit, occiderit, 200. solidis culpabilis judicatur. Si verò quis Romanum hominem possessorum occiderit, 100. solidis*, (ita Edit. Pith.) *si Romanum tributarium, solidis 45. tantùm culpabilis judicatur.* Quo loco Editio Tilliana habet: *Si quis ingenuus Francum aut hominem Barbarum occiderit qui Lege Salica vivit,&c.*

Paris denique conditionis *Barbari* & *Romani* censebantur in Regno Gothorum Italico, ut ex Edicto Theoderici colligitur in Præfat. & cap. 32. 34. 44. 145. 154. ubi & *Barbari reipublicæ militantes*, interdum etiam *potentes* fuisse dicuntur,ita ut non fuerint ex infima rusticorum conditione, quod velle quidam videntur. Vide Senatorem lib. 5. Epist. 14.

Barbaros porro posterior ætas appellavit, populos omnes,qui Latina,seu potiùs Romana lingua non loquebantur, seu quorum linguam non noverat. Nam, ut observatum à viris doctis, Græci veteres τὸ βάρβαρον, ἐπὶ φωνῆς tantùm, non ἐπὶ ἔθνες usurparunt. Ovidius lib. 5. Trist. El. 11.

Barbarus hic ego sum,quia non intelligor ulli,
Et rident stolidi verba Latina Getæ.

Præsertim verò Franci nostri Romani, seu qui Romano idiomate utebantur, Transrhenanas gentes omnes, penes quas Theutonicum vigebat, ita appellarunt. Ammianus lib. 18. *Sermonis barbarici* (Alemannici) perquam gnarus. Fortunatus lib. 4. Poëm. 26.

Sanguine nobilium genita, Parisius urbe,
Romana studio,Barbara prole fuit.

Idem lib. 6. Poëm. 4.

Hinc cui Barbaries, illinc Romania plaudit,
Diversis linguis laus sonat una viri.

Et lib. 9. Poëm. 1.

Chilperice potens, si interpres Barbarus adsit,
Adjutor fortis, hoc quoque nomen habens.

Walafridus Strabo lib. 1. de Vita S. Galli in Prologo: *Priori nomine nos appellant circumscriptæ gentes quæ Latinum habent sermonem, sequenti usus nos nuncupat Barbarorum.* Et c. 6. de B. Gallo: *Hanc à Domino gratiam meruit,ut non solùm Latinæ, sed etiam Barbaricæ locutionis cognitionem non parum haberet*, id est, Alemannicæ linguæ. Idem cap. 25. *Ad utilitatem Barbarorum prolata interpretando transfunderet*; id est, Alemannorum. Testamentum Bertichranni Episcop. Cenom. *Similiter & famulos meos, qui mihi deservire videntur, tam natione Romana, quàm & barbara.* Sic denique *Barbaros* Alemannos vocant idem Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 33. & Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 79. ut & regiones ultra Rhenum respectu Galliæ, *Barbaras*, Flodoardus lib. 14. Carm. 18.

Inde fluenta legens Rheni,loca barbara visit,
Sarmatica sævos adiens regione Suevos.

Barbaris denique inscitiam propriam fuisse innuit loco citato Fulgentius: *Per te, inquam, disciplinæ studia moliuntur jura Barbaricæ gentis invadere, quæ sibi velut vernacula proprietate solet inscitiam vindicare.* Hinc igitur

Barbarica & *Barbara lingua*, pro Theutonica, de cujus barbarie,sic Otfridus in Epistola præfixa Evangeliis Theotisc. *Hujus linguæ barbaries, ut est inculta & indisciplinabilis atq; insueta capi regulari freno Grammaticæ artis,sic etiam in multis dictis scriptus est propter litterarum aut congeriem, aut incognitam sonoritatem difficilis.* Paschasius Corbeiensis Abb. in Vita S. Adalardi cap. 50. *Quis sine mentis scrupulo poterit epistolarum ejus nitorem eloquentiæ recitare? quem si vulgo audisses, dulcifluus emanabat. Si verò idem Barbara,quam Theudiscam vocant, lingua loqueretur, præeminebat claritatis eloquio.* Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 7. *Dicam tamen secundùm etiam nostram barbariem, quæ est Theotisca quo nomine domus Dei appellatur.* Acta S. Mainbod. Martyr. in territorio Bisonticensi n. 8. *Fontem invadunt eum, qui vulgari nomine vocatur Calebrannia,hoc est, Theutonica barbarie, frigida aqua.* Poëta Saxonicus de Gestis Caroli M. lib. 1.

—Quod Barbara lingua
Nominat Eresburg.

Eodem libro:

Nomen Heristalli dederat cui Barbara lingua.

Lib. 5.

Nec non quæ veterum depromunt prælia Regum,
Barbara mandavit carmina literulis.

De re eadem Eginhartus in Carolo M. *Item Barbara & antiquissima carmina,quibus veterum actus ac bella canebantur,scripsit.* Adelmannus Scholasticus:

Raginbaldus Agrippinas,vir potens ingenio,
Barbaras aures Latino temperans eloquio.

Neque aliis videtur *Barbarismus*, quam *lingua Barbara*, seu Theutonica, apud Sidonium lib. 4. Epist. 17. lib. 5. Ep. 5. *Barbaricè*, id est,Theutonicè, in Capitulis Ahytonis Episcopi Basil. c. 2. *Barbarica facundia*, in Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis c. 2. *Vulgare Barbarum*, apud Pilchdorffium contra Valdenses cap. 35. Ita passim Scriptores, Joannes VIII. PP. Epist. 195. Glaber Rodulphus in Vita S. Guilielmi Abbatis Divionensis n. 27. Theodoricus Mon. lib. de Inventione S. Celsi Episcop. Trevirens. cap. 2. n. 16. Vita S. Præjecti Episc. cap. 2. n. 8. Vita S. Adelberti Episc. Pragens. n. 5. Willelm. Brito lib. 9. Philipp. p. 210. &c. Sed & ita Latini Barbarum vocabant quodcunque idioma, quod Romanum non esset. Silius Italicus lib. 3.

—Misit Gallæcia pubem
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis.

Barbarus, Alienigena, extraneus, vel potiùs hostis. Canones Hibernienses lib. 57. cap. 2. *Synodus Hiberniensis ait: Qui præbet ducatum Barbaris, 14. annis pæniteat. Barbarus,id est, alienus. Quis est alienus, nisi qui mora crudeli & immani cunctos prosternit?* Vide Barbaricum. Hinc *Barbarias*, vulgo Barbaries, vocant Leges nostræ maris,quidquid alienarum regionum in mari perditarum expiscari licet.

Barbaros denique appellatos, quotquot religionem Romanam non profiterentur, non desunt qui putant,ex Salviano lib. 4. de Providentia. Vide quæ in hanc rem congessit Chiffletius in Anastasi Childerici p. 82.

BARBASTERILI, *Duribuccius*, in Glossis Isidori,cui scilicet *buccæ* adeo *duræ* sunt, ut pili in iis enasci vix queant. Vide *Maliberbis*.

BARBATUS. Gloss. Isid. *Barbatus, operarius, intimidus.*

Fratres Barbati, sic appellati ut plurimùm *Fratres Conversi* in Monasteriis, quòd contra quàm Monachi voto astricti, barbam nutrirent, uti etiamnum observare est apud Carthusienses. Exordium Ordinis Cisterciensis c. 15. *Tuncque definierunt Conversos laicos Barbatos ex licentia Episcopi sui suscepturos, eosque in vita sua & in morte excepto Monachatu, ut semetipsos tractaturos.* Cæsarius Heisterbac. lib. 4. c. 62. *Die quadam Conversum ad se vocans, ait, Nosti, Barbate, quare venerim ad Ordinem?* & lib. 6. c. 2. *Tales sunt multi ex his Barbatis, qui in habitu & tonsura religionis terras circumeunt, & plurimos decipiunt.*

Vita S. Erminoldi Abb. lib. 2. c. 2. *Frater quidam, ex his quos Barbatos dicimus, &c.* In Edit. Canisii *Conversus* dicitur. Chronicon Montis-Sereni p. 170. *Quidam Fratrum laïcorum, quos Barbatos vocari usus obtinuit, &c.* De iis ita Chronicon Laurishamense:

Nunc quoque Barbati qui sint, attentius audi.
Sunt ergo laici Miltensibus (Monachis) *associati.*
Quos risus populi dedit hoc agnomine fungi,
Sunt quia prolixis barbis ad pectora pexis
Deformes, hirti, revera moribus hirci,
Barbis hircorum similes, larvis tragicorum.
Quos quia vulgaris circumfert aura favoris,
Austera facie sunt, & tonsi caput altè,
Cautius incisis certoq; tenore capillis,
Et sunt immensis induti calceamentis,
Amphibalis longis utentes & spatiosis,
Quos quid habere putant, submissa fronte salutant,
Gratia, Pax vobis, Benedicite, Credite nobis,
Mille Pater noster, demandat grex tibi noster,
Per venias centum verrunt barbis pavimentum,
Ut domini servos plebs mobilis æstimet ipsos.
Verum fallaces fore se produnt & inanes, &c.

Barbatos Grandimontenses sic exagitat Stephanus Tornacensis Epist. 152. *Luctuosum in Ecclesia Dei spectaculum fideli ac flebili compassione prosequimur: Grandimontenses Conversos miserabilem cœtum Clericorum exulantium barbis prolixis, tanquam cornibus ventilantes, &c.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 4. c. 11. *In Ecclesiis verò, in quibus conversi sunt adeo rebelles, quòd nolunt cappas griseas & barbas ordinatas habere, de cætero non recipiantur Conversi, donec recepti cappas griseas receperint, & barbas habuerint ordinatas.* Extant de hac Barbatorum Grandimontensium insolentia Diplomata Joannis Regis Angl. apud Guil. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. p. 23. Vide Miracula S. Wilfridi cap. 8.

Barbati præterea appellati Monachi Ordinis cujusdam Monastici, cujus meminit Albericus an. 1113. *Scripsit quædam de Ordine Fratrum Templi & Barbatorum.* Idem Albericus, & ex eo auctor M. Chronici Belgici an. 1240. *Ordo Fratrum Barbatorum, qui etiam circa hoc tempus cœpit, habebat domos 160.*

BARBATOR. Petrus Blesensis Epist. 14. *Regis curiam sequuntur assiduè histriones, cantatrices, aleatores, dulcorarii, caupones, nebulatores, mimi, barbatores, balatrones, & hoc genus omne.* Quo loco Lud. de Lacerda & Gussanvilla *Barbatores*, barbitonsores innui censent. Verùm cùm adjungantur mimis & balatronibus, nescio an non probabilius videatur, hocce vocabulo describi mimos & scurras, qui larvati in theatris ludunt, quomodo in Bacchanalibus fieri potissimùm solet, in quibus larvæ ipsæ prolixioribus, & formæ insolentis, barbis instructæ sunt, cujusmodi describuntur in Historia Turpini c. 18. *Habentes larvas barbatas, cornutas, dæmonibus consimiles.* Et longè antè à Tertulliano lib. de Idololatr. c. 14. *Quibus nobis sub barba extranea sunt & neomenia, & feriæ aliquando adeo dilectæ, &c.* Unde etiamnum *Barboires* vocantur Belgis nostris, *Barbadouïres* Gabalitanis, *Barbauts* Arvernis. Nam nihil aliud est.

Barbatoria, apud Gregorium Turonensem lib. 10. Hist. c. 6. quàm ipsa ludicra *Barbatorum* festivitas, ut & *Barbatoriam celebrare*, larvatum incedere, ludere, nugari: quo loco ait accusatam Abbatissam Pictavensem, *quòd vitam de auro exornatam nepti suæ superflue dederit, barbatorias intus eo* (Monasterio) *quòd celebraverit.* Scio πωγονοκουρίαν in Gloss. Græco-Lat. & Gloss. S. Benedicti, *Barbatoriam* reddi, id est barbæ tonsionem. Unde viri docti censuere Abbatissam accusatam, quòd in suo Monasterio artem tonsoriam exerceri passa sit. Fragmentum Petronii: *Servus meus barbatoriam fecit.* Alii quòd in eo primam lanuginem adolescentes ponerent. Adolescentes enim radendi à parentibus & amicis in Ecclesiam adducebantur, & per Sacerdotis vel Episcopi ministerium prima eorum lanugo ponebatur, & tanquam *primitiæ juventutis*, ut est in Ordine Romano, Deo offerebatur, recitata in eum finem oratione, quæ extat in libro Sacramentorum Gregorii M. in eodem Ordine Romano, & in Euchologio Græcorum: de quo more plura congessimus in Dissert. 22. ad Joinvillam. Sed an *Barbatoria* in Glossariis, eadem sit quæ apud Gregorium Turon. viri eruditi decernant: mihi interim non omnino hæc sententia arridet, cùm multo vero similius videatur id esse, quod *Mascarade* nostri vocant. Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII. ubi de Pseudo-Balduini supplicio:

I ot d'apriès lui une barboire,
Com diable cornu & noire.

Salmasius ad Lampridium *Barbatoriam*, in Glossis *officinam tonsorum* esse existimat, legendumque πωγωνοκουρεῖα.

BARBERIUS, Barbitonsor, ex Gall. *Barbier.* Occurrit in Miraculis S. Goslini Abbat. n. 22.

BARBICALIS; Machinæ seu λιθοβόλου species. Albertus Aquensis lib. 3. cap. 41. *Sequenti die instrumenta trium mangenarum* (*Franci barbicales vocant*) *opponunt ponti, quæ portam & turrim portæ ejusque mœnia crebro jactu & impetu saxorum quaterent & impeterent.*

BARBICANA. Vide *Barbacana.*

BARBIRASIUM, Barbæ tonsio. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 15. *Ecclesiarum quoque rectores, — tanto mundanæ vertiginis quotidie rotantur impulsu, ut eos à sæcularibus barbirasium quidem dividat, sed actio non discernat.* Occurrit iterum Epist. 20. Idem lib. 8. Epist. 11. *Presbyterum vel Episcopum abire prospiciunt, barbirasos se videre fatentur.* Quippe Presbyteri ac Clerici barbam radebant. Willel. Malmesbur. lib. 3. de Gest. Regum Angl. scribit *speculatores ab Haraldo Anglorum Rege in Willelmi Nothi castra submissos, retulisse pæne omnes in exercitu illo Presbyteros videri, quòd totam faciem cum utroque labro rasam haberent.*

BARBITONDIUM, *Tonstrina.* Papiæ. Joanni de Janua: *Tonsura barbæ, vel locus ubi tondetur.*

BARBIZELLUM. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 53. *Erat autem in ipso Gatto* (vinea militari) *quædam trabes ferrata, quam Barbizellum appellabant, quam trahentes hi qui intra ipsum Gattum erant, foras plus 20. brachiis projicientes, in murum ipsius castri mirabiliter feriebant.*

BARBO. Vide *Barosus.*

BARBOTA, Navis species. Oliverius Scholastic. de Captione Damiatæ: *Accidit ut una navis Templariorum, vi torrentis rapta, prope ripam civitatis præcipitaretur ad hostes, qui cum barbotis & uncis ferreis ipsam impugnaverunt diutiùs.* Idem: *Proximo etiam sabbato cum galeis, barbotis, per flumen cum mangenellis, — nos impetierunt.* Ab Oliverio mutuati sunt quæ habent in eandem sententiam Godefridus Monach. S. Pantaleonis, & Matthæus Paris an. 1218. & 1219. Sed perperam apud Godefridum *barbulis*, pro *barbotis* irrepsit. Historia Belli sacri vernacula MS. *Donc se conseillierent ensemble k'il feroient ce di cent. 4. barbotes, & seront toutes couvertes de cuirs biens joins & fierés, & iront aussi bien desous aigues, comme dessus.* Ejusmodi navium tectarum meminit Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. c. 10. *E eren ne les fet uxers grosses qui portaven cavalls, & vint naus grosses appellades naus de covent qui son de dues cubertes*, ubi Codex MS. *qui son de 3. & de 2. cubertes.* Schefferus putat eas esse naves quas Sturlesonius in Chronico *Jeernbarden* vocat, quasi dicas

dicas *barbam ferream.* Certè supernè tectas fuisse par est credere. nam

Barbotata navigia, ea quæ in modum *barbotarum* tecta sunt, videntur appellari à Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 7. *Indiget præterea dictus exercitus, quod ex istis navigiis antedictis aliqua sint incamatata, seu barbotata, tali modo quòd homines prædictorum non timeant lapides machinarum.* Vide *Barbuta*.

BARBUSTINUS, *Homo qui fert barbam plenam prorisinis*, in Glossis Isidori: ubi Wlcanius *prurignis* emendat, hoc est *fursurum*, vel potiùs *porriginis*. Gloss. Gr. Lat. Πίτυρα, *furfures.* Πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥυπαρία, *porrigium.*

BARBUTA, Tegminis species, quod caput tegebant milites, seu equites in præliis. Joan. Hocsemius in Engelberto Episcopo Leod. cap. 35. *Erant omnes armati cum barbutis in capite: & ultimo Rex cum multa gente supra parvum roncinum, armatus sicut alii cum barbuta.* Acta confœderationis inter Galeacium Mediolani Dominum & Amedeum Comitem Sabaudiæ an. 1362. apud Guichenon. in Histor. Sabaud. pag. 206. *Habere & tenere tenetur ad ossignam prædictam barbutas mille quibus per Dom. Comitem satisfiat.* Et mox: *Habere tenetur suis expensis solùm barbutas trecentum*, hoc est, milites *barbutis* armatos, quos postmodum Itali *Lanceas*, seu *Lanciarios* appellarunt, ut auctor est Matthæus Villaneus lib. 2. cap. 81. lib. 5. cap. 56. Utuntur eadem notione Thwroczius in Ludov. Reg. Hung c. 16. 21. 23. & Cortusii in Hist. lib. 7. cap. 20. Ariostus in Furioso:

Si pose in capo una barbuta nuova.

Joannes Villaneus lib. 2. cap. 77. *I tutti armati di corazze & barbute, come Cavalieri.* Statuta MSS. Ordinis [illegible]taris *du Saint Esprit au droit desir*, instituti die Pentecostes an. 1352. à Ludovico Rege Neapolitano seu Siciliæ, cap. 24. *Se aucuns des compagnons de l'Ordre se trouvera en aucun fait d'armes, là où le nombre de ses ennemis seront 50. barbues, ou autres, & la part du Chevalier de l'Ordre n'en s'étendit plus que le nombre de ses adversaires, &c.* Adde cap. 25.

BARCA, Isidoro lib. 19. Orig. c. 1. *est quæ cuncta navis commercia ad littus portat.* Mox addit: *Hanc navis in pelago propter nimias undas suo suscipit gremio: ubi autem appropinquaverit portui, reddit vicem barca navi, quam accepit in pelago.* Papias: *Barca à bajulando dicta, quæ cuncta commercia majoris navis ad littus portat.* Ugutio: *Barca, navis mercatorum, & quæ merces exportat.* Gloss. Sax. Ælfrici: *Barca* Flot Ꝩcip, id est, fluctus navis. Paulinus Poëm. 13.

Ut mea salubri barca perfugio foret,
Puppis superstes obrutæ.

Idem paulo ante *scapham sequacem* vocat. Abbo lib. 1. de Bello Parisiaco:

Quis implures numero naves numerante carentes,
Extat, eas moris vulgò barcas nominare.

Et lib. 2.

—Barcas per flumina raptant.

Idem:

—Barcas agitantque per omnes
Gallia queis amnes fruitur.

Althelmus de 8. vitiis:

Anchora fluctivagam nunc sistat anchora barcham.

Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 13. *Barcas enim quæ ibidem ad oram advenerint, vel pro tempestate subduxerint, aut applicaverint per totam istam plagiam, &c.* Occurrit præterea apud Metellum in Quirinal. pag. 79. Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 8 Alcuinum Poëm. 3. in Actis S. Thyrti ex MS. Tolos. num. 34. in Passione SS. Hilariæ, Dignæ, &c. apud Velserum, in libro Miracul. S. Wlfianni Episc. num. 8. apud Monachum Florentinum de Expugnata Accone pag 229. &c.

Vocem à Βάρις voce Græca, quæ genus ædificii rotundi, ut est turris, sonat, accersit Salmasius in Kercoëtium. Jul. Scaliger Exercit. 51. in Cardanum, à βάρος, ab oneribus gerendis: alii à *Barca* urbe Africæ. Rodericus Toletanus lib. 1. de Rebus Hispan. cap. 5. à *Barca*, Barcinonem, celeberrimam Hispaniæ urbem nominatam auctor est. Βάρκαν dixere etiam Scriptores Græci recentiores aliquot, Βάλκαν Nicetas in Alexio lib. 1. num. 7. & Harmenopulus lib. 2. tit. 11. §. 9.

Barcella, quæ aliàs *Navicula* dicitur, vas Ecclesiæ, in qua thus reponitur ad incensum: Acerra Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1274. *Barcellam unam aneam & superauratam pro incenso immittendo, &c.*

Barketta, Minor barca, seu navicula, apud Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 36. lib. 5. Ep. 78.

Barcare, Navim inscendere, vela facere, Gall. *s'Embarquer.* Chronicon Anonymi Barensis an. 1015. *Bugiano rùm Barenses barcavit Messinum* An. 1038. *Descendit Michail Patricio, —& barcavit cum Maniaki in Sicilia.* An. 1060. *Et Robertus Dux barcavit Sicilia.*

Barcarius, *qui barcas facit, vel ducit*, Ugutioni & Joanni de Janua. *Barcarii*, in Notitia Imperii, à *Barca* dicti, ut censet Guichenonus in Historia Sabaud. pag. 8. *Præfectus classi Barcariorum Ebreduni Sabaudiæ*, id est, remigum.

Barcia. Historia Fundat. Monastcrii S. Vincentii ad Lisbonam: *Habuitque in Comitatu suo electam virorum fortium manum—in 160. navibus, quas barcias nominamus.*

BARCALA. Fragm. Petronii: *Videtis, inquit, mulieres, compedes: sic nos barcalæ despoliamur.*

BARCANDA, *Conca ærea*, in Gloss. Isid.

BARCANIARE, *Barganniare, Barguinare*, Tricari, tergiversari; Italis *Bargagnare*, nostris *Barguigner*, quod propriè est licitando cunctari, *Marchander.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 9.

Institor est, instat qui pro precio minuendo:
Mercator vendit, institor illud emit.

Capitula Caroli Calvi tit. 28. *Missus Reip. provideat, ut si non invenerit illum denarium mercum, & bene pensantem, ut cambiare illum mercanti jubeat. Si autem illum denarium bonum invenerit, consideret ætatem, & infirmitatem, & sexum hominis, quia & fœminæ barcaniare solent, & aut ictibus, prout videbit competere, aut minutis virgis —castiget.*

Barganniare. Leges Ethelredi Regis apud Wanetingum editæ cap. 26. *Mercatores qui bonam pecuniam portant ad falsarios, ab ipsis emunt, ut impurum & minus appendens, & inde mangonant, & barganniant, &c.* Leges Edw. Confess. *Nemo barganniet extra portum, —quòd si quis extra portum barganniet, Owerthinessa Regis culpa sit.*

Barguinare, eodem significatu. Charta S. Bernardi Abbatis Clarevall. an. 1145. in Tabulario Episcopat. Altisiod. *De illis qui pisces vendunt, Comes habet 4. creditarios, in quibus Episcopus nihil accipit. Si ad alios Thelonearios Episcopi primus advenerit, & primus barguinaverit, tantum accipiet, quantum Curia Episcopi necesse habebit, & Thelonearius Comitis faciet, si pariter venerint, pariter accipient quod invenient. Similiter in aliis victualibus facient.* Barguigner, nostris. Joinvilla in S. Ludovico: *Quant le Souldan entendit la bonne volonté du Roy, il dist, Par ma foy, franc & liberal est le François, qui n'a voulu barguigner sur si grant somme de deniers.* Vetus Statutum de Mercatorib. Parisiens. apud Brodeum in Cont. Paris. art 89. *Si une personne barguine denrée à l'estail, ou à l'ouvroer d'un Marchand où il veut acheter, &c.* Statutum pro Megiceriis Parisiensibus:

Nul

Nul ne puisse bergaigner peaux de boucherie au Dimenche, ne aux Festes solemnelles, &c. Occurrit rursum infrà. Libertates villæ de Perusa an. 1260. apud Thomasserium pag. 99. *Si hom est ranges bargine aver à la Paerose, &c.* *Le Roman d' Aubery MS.*

Je suis pucelle, jonette & eschavie.
Si dois bien i estre des homes bargingnie.

Balduinus de Condato MS.

N' est pas tele pane au marchié prise,
Où on bargaigne, où on prise,
Vair & gris & tout autre avoir.

Anglis *to Bargaine*, est paciscor, stipulor, contraho; *à bargain*, stipulatio, contractus: unde *Bargain & sale*, contractus vicissim compensativus apud Rastallum in Explic. vocum obscurar. Cambrobritannis apud Boxhornium, *Bargen*, est etiam conventus, contractus, sponsio. A *Bargena*, deducit Scaliger ad Festum.

Barganizator. Controversiarum barganizatores, in Statuto Bervicensi Edw. III. Reg. Angl. an. 20. qui aliis lites suscitant: *Faiseurs de complots, pour susciter des procés à autruy.* A voce Anglica *Bargaine*, paciscor, stipulor. Vide *Conspirator.* Occurrit præterea vox *Bargaine* in veteri Poëmate MS. cui titulus, *le Roman de la Prise de Hierusalem.*

Dedens Jerusalem ot un temps molt estrange,
Mult tot de vitail deliose bargainne.
On i prant un denier d' une sole chastaigne,
Morte est la povre gent, n' i a cel ne se plaigne.
Mult on fait en cest an doloirose bargainne.

Vetus Poëma vernaculum MS. dictum, *les Enseignemens Trebor de vivre saigement:*

Més quant elle est à barquennier,
Ki donques li vodra aider,
Il li saura gré de l' ouraigne,
S' il est prodom cil qui barquenne.

BARCARIUM. Vide *Bercarium.*

BARCELLA. Vide *Barca.*

BARCHANEUM Charta Ecclesiæ Deiparæ Scardonensis in Dalmatia an. 1307. apud Joan. Lucium pag. 202. *Se obligaverunt solvere pro arboragio porti, & pro transitu barchanei lib. 600. f. barcarum.*

BARCLÆ, Barbari. Gloss. Isid.

BARCUS. Vide *Bargus.*

BARCUSSIUS, Navis species, à *barca*, ut videtur, vox deducta. Thomas Archidiaconus in Histor. Salonitana cap. 36. *Invaserunt 4. barcussios Spalatensium, qui erant missi ab exercitu ad aliud insulæ caput.* Paulus de Paulo sub an. 1402. *Armigeris Regis Ladislavi in uno barcusio supervenientibus.* Joan. Villaneus lib. 6. cap. 70. *Armarono in Genova galea, usceri, batti, e barcosi.*

BARDA. Charta Ildefonsi Comitis Tolosæan. 1144. apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 324. *De Crusellis quos extranei attulerint & vendiderint, præbeant domino quatuor denarios, & de barda duos.* Academicis Cruscanis, Barda, est *armadura di cuoio cotto, o di ferro, con laquel s' armava la groppa, il collo, e' l petto cavalli, che percio si diccan bardati.* Sed vix putem idem valere quod in hac Charta. Vide clarissimi Menagii Origines Italicas.

BARDÆA, vel *Bardala*, apud Gallos, *alauda* dicitur nominata in veteri Lexico apud Turnebum lib. 13. Adv. cap. 25. lib. 20. cap. 37. Glossar. Lat. Græc. *Bardala*, κορυδαλλός, εἶδος ὀρνέου. Excerpta ex vet. Gloss. cap. de Avibus: *Bardea*, (infrà *Bardala*) κορυδαλλός.

BARDIGIOSUS, Bardus, stultus. Felix Girwensis Monachus in Vita S. Guthlaci num. 9. *Non vanas vulgi fabulas, non rusticolarum bardigiosos vagitus, non falsidica parasitorum frivola.* Gloss. Græc. Lat. ἀφυής, *Bardus, sine genio.*

BARECTATORES. Vide *Baratator.*

BARELUS. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 370. *In Claustro habeat quilibet Frater Capellanus & litteratus, certam sedem & distinctam, & barelum, vel descam.*

BAREOCIUM. Vide *Carrocium.*

BARGA, *Bargia*, idem quod *barca*, navicula, scapha oneraria, Gall. *Barque*, Ital. *Barca*, Epist. Comitis S. Pauli apud Godefridum Mon. an. 1203. *Vasa navigio apta 200. numero fuerunt, præter naviculas & bargas.* Charta anni 1080. apud Miræum in Diplom. Belg. pag. [illegible] *Navem unam magnam, quam bargam vocant, ad [illegible] transeuntium habebat Ecclesia Walciodorensis.* Epistola [illegible] Episcopi Acconensis ad Honorium III PP. *In bargis & galionibus multitudinem pugnatorum.—posuerat.* *Le Roman d' Alexandre:*

Fait apareiller & querre.
Nefs & dromons, buces, & barges.

Will. *Guiart.* an. 1395.

Se vont entre eus el port ferir,
Qui mult orent lors nés & barges

Le Songe creux:

Comme un villain on le fait charier,
Ou on le met en barge marinier

Villharduinus num. 83. *Cil qui de Constantinople lur venoient aidier en barges.* Utitur & n. 108. & 114. Vide Nicol. Trivettum in Chron. an. 1191.

Bargia, eadem notione. Henric. de Knyghton, lib. 3. de Event. Angl. cap. 2. *Angli vero per brachium maris venire fecerunt bargias, batellos, naviculas, &c.* Et mox: *Pondus eorum suppressit bargias in profundo.* Observat Spelmannus differre apud Anglos *barcam*, & *bargam*, Anglicè *à barcke*, & *à barge*: hac enim (minori) in fluviis tantùm utuntur; illa verò (navi majori) mare trajiciunt. Quo sensu vocem *Barge* usurpat Villharduinus noster num. 83. 108. 114 Vide Appendicem ad Historiam Scoticam Hectoris Boëthii an. 1466.

BARGANATICUM. Chr. Virdunense an. 755. *Carolus Magnus contulit Deo & S. Petro—ut nullus hominum Flaviniacensis Ecclesia in omni regno suo teloneum daret in civitatibus, mercatis, vicis, villis, pontibus, portibus, nec de rotatico, barganatico, pulveratico, mutatico, salutatico, &c.* Occurrit pluries in Chartis Caroli Magni apud Doublerum in Hist. Sandionys. pag. 708. 709. Incertum vocis etymon, etsi à *barcaniare*, vel *barganiare*, ortum videatur, ita ut pro tributo accipi debeat, quod pro mercibus quæ in foris ac mercatibus venduntur & emuntur, præstatur. Capitul. an. 821. cap. 1. *Volumus—ut nullus teloneum exigat nisi in mercatibus, ubi communia commercia emuntur ac venundantur.* Adde Capitulare 2. an. 805. c. 13. & lib. 3. Capitul. cap. 12. Vide *Barcaniare* & *Varcinaticum.*

BARGOMA. Inscriptio Epistolæ 5. S. Columbani ad S. Gregorium Pap. *Domino Sancto—ego Bargoma vilis columba in Christo mitto salutem.* Ubi fortè legendum *Barginna*, id est peregrinus. Vide in hac voce.

BARGUINARE, *Barganizator.* Vide *Barcaniare.*

BARGIA. Vide *Barga.*

BARGILLA. Papias: *Mantica, pera viatoria, sportella, bargilla, bisaccia, vulgo.* Alibi: *Bargella, bissacia.* Ita Cod. MS.

BARGINA, Gloss. Anglos. Ælfrici: *Bargina*, boccfel. Est autem boccfel, Anglosaxonibus *pergamenum*, vel papyrus: qua notione usus videtur hac voce Althelmus de Laude Virginum cap. 29. de sancto Hieronymo:

Nam rudis & priscæ legis patefecit abyssum,
Septuaginta duos recludens bargina biblos.

Ubi frustra restituit Canisius *pagina.*

BARGINNA, *Bargenna, Barginus, Bargines, Barigena* Ita

Ita variè hæ voces efferuntur, apud Scriptores, quarum notio non omnino obvia ac perspicua. Gloss. Lat. Gr. *Barginna*, νεκροφόρος. Βάρβαρος, πρεσφωνησις βαρβαρος. Kirkmannus lib. 2. de Funerib. Roman. cap. 8. ita hæc capienda censet, ut vox *Barginna*, & Vespillonem, & Barbarum, significaverit, prætereaq; fuerit barbarorum acclamatio, quod vix putem. Quin potiùs malim cum Cujacio ad Novell. 43. Justin. existimare *bargenas*, fuisse *barbaros funerum elatores*, vocemque *Barginna*, esse barbaram, non Latinam, quam à *Baar* videtur accersere Bignonius, & in veteri Glossario Saxonico *feretrum* dici observat; unde fortè, inquit, *Bargina*, pro *funerum elatore*. Flavius Caper lib. de Orthographia: *Bargina, non Barginna, i. homo vitiosæ gentis, quia barbarus interpretatur vitiosus, unde & barbarismus dicitur vitium*. Bargennos, Troglodytidis regionis populos memorat Plinius lib. 5. Denique in Glossis Isidori *Bargines*, sunt *fortes in bello*. His adjungenda, quæ habent Grammatici recentiores. Glossæ MSS. *Bargina, peregrina*. Alibi: *Bargina, aliena & alienigena*. Ugutio: *Barginus*, *& Barginis & hoc Bargine, i. alienigena, peregrinus, à Barus, & genus, velgenitivus, vel Baragines dicuntur fortes in bello, à Baro & genitus: Baronum namque ad modum se agunt, vel sunt fortes, quasi essent geniti à Baronibus*. Eadem ferme Joan. de Janua. Qui verò *Barginus* istis Auctoribus, *Barrigena* dicitur Papiæ. *Barrigena, peregrinus*. Gloss. Lat. MS. Reg. *Barigena, Peregrinæ*. Vide præterea Savaronem ad Sidon. lib 6. Epist. 4. Occitanis *debargina* est *Brouiller, Mettre en desordre*.

BARGUINARE. Vide *Barcaniare*.

BARGUS, *Barcus*, Ramus, truncus arboris, de quo suspenduntur facinorosi. Lex Salica tit. 69. §. 1. *Si quis hominem de bargo, vel furca, sine voluntate judicis dimiserit, &c*. Gloss. apud Pith. *De bargo, de ramo*. Tacitus de Moribus Germ. *Proditores & transfugas arboribus suspendunt*. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 31. *Hoc apud Regem obtinuerat, ut omnia humana corpora, quæ vel Regis severitate, vel judicum censura—perimebantur, sive per civitates, sive per villas, licentiam haberet; & de bargis, & ex rotis, & de laqueis sepelire*. *Barcus* in Pacto Legis Salicæ tit. 44. §. 9. *Si quis hominem ingenuum de barco abbatiderit sine voluntate, &c*. Hinc ortam Gallicam vocem *Branche* opinatur Wendelinus, quam à *brachium* deducit Salmasius. Vide eundem Salmasium ad Vopiscum p. 446.

Bargus, Senatori lib. de Orthogr. c. 5. est ἀφυὴς, *barba*. Gloss. Gr. Lat. Ἀφρων, *bargus. sine genio*.

BARIA, *Barria*. Gloss. Isid. *Barria, regula, norma, rubrica*. Jo. de Janua: *Baria, à βαρὺ Græcè, quod est grave vel forte. Dicitur hæc baria, bariæ, i. gravis linea summo sinistrè deposita in dextram: & est una de decem figuris accentuum, quæ pro verborum distinctionibus à Græcis apponuntur*.

BARIGENA. Vide *Barginus*.

BARIGILDUS. Capitula Caroli C. tit. 31. cap 32. *Et ipse (Comes) sic mallum suum teneat, ut Barigildi ejus & Advocati, qui in aliis Comitatibus rationes habent, ad suum mallum occurrere possint*. Ubi Sirmondus: *Barigildi*, apparitores. Unde nunc etiam apud Italos *Barigelli* vocantur principes apparitorum. Academici Cruscani: *Bargello, capitan de birri, Circitor*. A voce *Barus*, vel *Baro* deducit Innoc. Cironus, atque esse *Barigildum*, liberum hominem, qui nunquam fuit servilis conditionis: unde, inquit, Advocati dicuntur *Barigildi*; quòd è nobilioribus & potentioribus assumerentur, in quorum fidem & patrocinium, quasi conspiratione quadam & consensu mutuo Ecclesiæ recurrebant; à *gildo*, seu pretio, quod Advocatis præstabatur; quasi dicantur Advocati stipendiarii.

BARILION. Vide *Parilion*.

BARILE, *Barillus*, Italis *Barile*, Gallis *Baril*, ex Cambro-Britannico *Baril*, cadus, dolium, amphora. Jo. de Janua: *Cadus, vas quod vulgo dicitur Barile*. Edictum Philippi Pulcri pro Nobilibus Campaniæ, apud Pithœum cap. 30. *Item non poterunt (Baillivi) recipere vinum nisi in barillis, potis, seu botellis*. Vitæ Abbat. S. Albani: *Misit barillos lapidibus & sabulone repletos*. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 80. *Laguncula una, quæ vulgo barile dicitur*. Adde cap. 76. 81. Vita S. Andreæ Corsini n. 17. *Qui ejecit de ore ejus unum barile aquæ, & sanatus est*. Philippus *Mouskes*, ubi de Ricardo Rege Angliæ à Duce Austriæ capto:

Et puis si ont al vin tramis
Deus barius que d'Acre aportoient,
A la taverne les envoient.

Mox:

S'à li Cevaliers demandé,
Qui li baril estoient tel.

V. Meursium in Βαρέλη, & infrà in *Barridus*.

Barillarius, Officium in *Scancionaria Regia*, in Ordinat. hospitii S. Ludovici Reg. an. 1261. cui cadorum vinariorum cura incumbebat. Statutum pro Hospitio Philippi Magni an. 1317. *Il y aura devers la bouche 3. barilliers, & mangeront à court*. Aliud Statut. pro hospitio Reginæ Joannæ an. 1316. *Deux barilliers, qui merront les deux sommiers de l'Eschançonnerie*.

Barillagium, Tributum, quod pro iis vasis vinariis præstabatur. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 38. *Omnes mercatores navis oneratæ de vinis, dent pro barillagio de tota nave 12. den*. Apud Hemereum in Augusta Viromand. an. 1095. *barillagium* solvi annotatur, *par le raison du vaissel, c'est assavoir un denier de chascun acat, ou de chacune vente*.

Barillatum, Minus barile, doliolum, nostris *Barillet*. Fleta lib. 2. c. 5. §. 8. *Militi verò quotidie liberetur à Cellario Regis barillatum vini, ad minus continens unum jalonem*.

Bariola, Laguncula, *Barillet*. Magn. Chron. Belgicum an. 1487. *Quidam vir Januæ habitavit, qui licet absque manibus natus erat, & cum hoc pedibus ambobus à nativitate caruit, lagunculas tamen novas, quæ bariola vulgo vocantur, opere mechanico tam bonas fecit, ac si ambas manus haberet*. Vide an non legendum sit *batiola*. Itali veteres *Barlione*, vas vinarium minusculum vocant.

BARISA, Genus poculi, εἶδος ποτηρίου, in Gloss. Lat. Gr.

BARKETTA. Vide *Barca*.

BARIBLINUS. Historia Episcoporum Frisingensium edita à Gewoldo in Metropoli Salisburgensi: *Item brachium bariblinum, & calicem unum magnum, & tabulam summi altaris comparavit 1300. Floren. Remensib*.

BARLIA. Vetus Glossar. à Spelmanno laudatum: *Barlia, vel banlia, orbata*. Eidem Spelmanno videtur idem esse quod *Banleuca*.

BARLOTHERIUS. Statuta Veronensia lib. 2. cap. 187. *Ars barlotteriorum*. Italis, *Barilotto*, idem est quod Gallis, *Barillet*, doliolum.

BARMBRACCUS. Lex Frison. tit. 4. §. 3. *Qui occiderit canem acceptoricium, vel bracconem parvum, quem barmbraccum vocant, &c*. *Bracco*, canis dicitur, uti suo loco: ergo *barm*, inquit Lindenbrogius, *parvum* significat. At mavult Spelmannus à Saxonico Baꞅme, deductum vocabulum, quod *gremium* significat, ut *Barmbraccus*, sit *canis gremialis*, quales etiam hodiè nobiles feminæ, voluptatis gratiâ, in gremiis fovent.

BARNACES, Hibernis, aves ſunt aucis ſilveſtribus ſimiles, de lignis abietinis quaſi contra naturam productæ, quibus viri religioſi tempore jejuniorum veſcuntur, eo quod de coitu vel de carne minimè procreentur. Brompton. p. 1072. Vide Giraldum Cambrenſem.

BARNAGIUM. Charta Guillelmi de Rupibus Seneſcalli Andegav. an. 1219. apud Sammarthanos in Abbatibus Boni-Loci: *Præterea conceſſi dictis Sanctimonialibus & in perpetuum per totum nemus de Burçay chauffagium & barnagium ſuum, & dictum nemus ad uſus earum.* Ubi videtur legendum *pannagium.*

Barnagium, Barnatus. Vide *Baronagium, Baronatus.*

BARO. Cornutus ad Perſii ſat. 5. ait *Gallorum linguâ Barones, vel Varones,* dici *ſervos militum, qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervos videlicet ſtultorum.* Sed & Tullius lib. 2. de Finib. lib. 5. ad Attic. Epiſt. 11. & lib. 9. Epiſt. famil. ult. *baronem* pro ſtolido uſurpat, ubi non deſunt, qui *varonem* legendum cenſent, uti apud Lucilium, qui ita rupices & ruſticos vocat. Apud Cæſarem lib. 1. de Bello civili cap. 9. *baronis* vocem occurrere quidam putant, licèt MSS. Codices ferè omnes *berones* habeant. Nec ſcio ad feliciori conjectura alii *barones,* pro *breones,* apud Senatorem lib. 1. Epiſt. 11. reſtituant, tametſi poſterioris hujus vocabuli ſignificatus perinde incertus ſit.

Certè eadem qua apud Cornutum notione *barones* appellaſſe videtur Iſidorus lib. 9. Orig. cap. 4. præterquam quòd Cornutus quosvis lixas ac calones, ſeu *militum ſervos* nuncupatos dixit, is verò, quosvis miniſtros: *Mercenarii,* inquit, *ſunt qui ſerviunt accepta mercede, iidem & Barones Græco nomine, quòd ſint fortes in laboribus: βαρὺς enim dicitur gravis, quòd ſit fortis.* Ab Iſidoro hauſit Papias: *Barones Græcè dicti, quòd ſint fortes in laboribus, i. mercenarii.* Et Ebrardus Bethunienſis in Græciſmo cap. 8.

Eſt bares fortis, baroq; monſtrat idem.

Et cap. 9. ubi vocis *Baro* notiones omnes enucleat:

A gravitate Baro fertur, quod monſtrat imago
Ejus; nam Græcè Bares *id quod grave ſignat.*
Ac proceres verè dicas ſic à probitate,
Sunt proceres procul à carie virtute cluentes;
Ut plures firmant, vireant quod pluribus eſt vir,
Dicitur, ut credo, magis à virtute virendo.

Joannes de Garlandia in Synonymis:

Baro, baronis, gravis aut authenticus eſt vir.

Denique Gloſſæ MSS. *Baro Gr. Lat. vir fortis, unde Barones.*

Barones igitur miniſtri appellati, non modò Perſii & Iſidori ævis, ſed etiam longè poſtea: ſiquidem *Barones Regis* vocatos infrà oſtendemus regios *miniſtros,* & qui ex Regis familia erant. Unde non mirum, ſi traductam hanc vocem ad viros magnates paſſim legamus, qui principibus ipſis obſequia & miniſteria ſua præſtabant, ſeu ex officii ratione ſeu ex benificiis ac feudis, quæ ad ejusmodi obſequia impendenda iis indidem conferri ſolebant. Quinetiam jam inde ab ipſa Auguſtini tempeſtate, *Barones* dicti videntur viri nobiles Principum obſequiis & ſervitio addicti, vel certè viri militares, & qui primas tenebant in aulis Regum. Is enim Serm. 48. ad Fratres in eremo: *Ubinam eſt Cæſaris corpus præclarum, ubi apparatus deliciarum, ubi multitudo dominorum, ubi caterva Baronum, ubi acies militum?* Et Serm. 68. ad eosdem: *Dic ubi Imperatores & Reges, ubi Principes aut Barones, ubi aurum & argentum ac ornamenta eorum:* Quibus in locis *Barones* ii fortè fuerint, qui in obſequiis Principum verſabantur, ita ut numeroſum eorum ac nobilem famulatum indicare voluerit Auguſtinus. Quemadmodum autem famulos, *homines* vulgo etiam appellabant, ita Franci ac cæteri Boreales populi, poſtquam Gallicam invaſere, vel Italiam, *Barones* quosvis viros nominarunt. Ita enim in eorum Legibus.

Baro vel *Barus,* pro viro quovis, non ſemel uſurpatur. Gloſſ. Philoxeni. *Baro, ἀνήρ.* Lex Sal. tit. 33. §. 1. *Si quis baroni viam obſtaverit, aut eum impinxerit 600. den. qui faciunt ſol. 15. culpabilis judicetur.* Lex Ripuar. tit. 58. §. 12. *Si quis hominem regium tabularium, tam baronem quàm feminam, de mundeburde Eccleſiæ abſtulerit, &c.* Lex Aleman. tit. 76. *Si quis mortaudit barum vel feminam, &c.* Tit. 95. *Si barus fuerit qui feminam percuſſerit.* Ita etiam Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 3. *Si quis homicidium perpetraverit in barone, libero vel ſervo, vel ancilla. &c.* Et tit. 13. *Si quis ex baronibus noſtris ad nos venire voluerit, ſecurus veniat;* id eſt, hominibus. Vide V. C. Steph. Baluzium in Notis ad Capitul. p. 996. 1000. Sed & etiamnum Hiſpani *varones,* quovis viros ſeu homines vocant. Vetus Poëma de Alexandro, apud Bivarium:

Entendio Alexandro luego las volentades,
Dixoles: ya varones quiero, que me oyades.

Atque inde forſitan vox *Baro* pro marito apud noſtros uſurpata legitur, quem vulgo *Homme* vocant. Niſi *Baronum* appellationem viris ac maritis ſuis dederint uxores, quomodo *dominorum,* ita ut & *Barones* & *dominos,* eos appellaverint honoris causâ, tanquam rerum ſuarum atque adeo corporis ſui dominos. Sic enim uxor maritum ſuum compellat apud Marculf. lib. 2. form. 17. cùm ipſe ejus ſe ancillam profiteatur: *Itemque eo illa ancilla tua, domine & jugalis meus ille, in hoc teſtamentum promptiſſima voluntate ſcribere atque perpetua conſervatione rogavi, ut ſi tu domine & jugalis meus mihi ſuperſtes fueris, &c.* Philippus de *Beaumanoir* cap. 63. *Se feme appele qui ait Baron, li apiax eſt de nule valeur, ſans l'autorité de ſon Baron ne ſe pot metire en tel cas en cort por appeler.* Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 74. *Feme qui ait Baron, ne peut faire apeau dou murtre, que par l'ottroi de ſon Baron.* Cap. 98. *Se l'on appelle aucune choſe feme qui aura Baron, & il la veut deffendre, il la peut deffendre de ſon cors; & ſe il ne la veaut deffendre, elle s'en peut deffendre par un autre Champion, &c.* Ita apud Littletonem Sect. 14. 15. 291. & alios paſſim. In Chron. Flandriæ vernaculo c. 3. 8. 16. 28. 48. 69. 85. 113. &c. Vide Gloſſarium Saxonicum Somneri in *Beorn.*

Jam verò cùm *Barones* æquè dicerentur, & famuli & mariti, quod utrosque, ut ſuprà obſervatum, *homines* vulgo appellarent etiam majores noſtri: factum etiam inde, ut & vaſſallos, qui nullo medio ſibi obnoxii erant, *Barones* vocarent Reges ipſi ac Principes: nam & ipſi vaſſalli *homines* perinde paſſim dicuntur, uti ſuo loco docemus, utpote peculiari Principum obſequio addicti ex beneficiorum & feudorum ratione, quæ ad id ab iis conferebantur, ut ſervitia ſua impenderent, non modò in rebus militaribus, ſed etiam civilibus, verbi gratiâ, in placitis. Inde igitur

Barones dicti vaſſalli qui tenent terras ſuas immediatè de Rege per ſervitium Militare, & alia feudorum conſueta ſervitia: quo ſignificatu vocem hanc uſurpatam paſſim conſtat. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 1. §. 6. *Statutum eſt etiam quòd quilibet Baro, vel alius tenens de Rege, &c.* Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 44. *Per Comites, Barones, & eos qui à nobis tantùm feuda in capite tenent, non qui Comitibus & Baronibus aliis teneantur, &c.* Matthæus Paris an. 1110. *Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit.* Matth. Weſtmonaſt. an. 1244. p. 317. *Fecit notificari per totam Angliam, ut Baro quisque terram tenens à Rege in capite, haberet prompta regali præcepto omnia ſervitia militaria,*

quæ

quæ ei debebantur, *tam Episcopi & Abbates, quàm laici Barones*. Charta Guillelmi Ducis Aquitaniæ in Tabul. Vindocinensi Ch. 83. *Tunc Barones mei, qui me juvare debuissent, à fidelitate mea recedentes mihi graviter nocere cœperunt, &c.* Ex obsequii scilicet ratione, ac feudorum natura. Vide Beslium in Comitib. Pictav. p. 516. 561. Cum ergo nobiles qui Regum servitio ascripti sunt, cæteris nobilibus præmineant, inde

Barones, dici cœperunt proceres ac magnates. Capitularia Caroli C. tit. 15. *Ea etiam quæ in Sparnaco de Episcopalibus Capitulis cum illustribus viris & sapientibus Baronibus vestris observanda delegistis.* Hincmarus Epist. 1. c. 6. *Nam si illi boni Barones post mortem Pipini cum duobus fratribus sic sano consilio egerunt, ut pax inter fratres Reges, & inter Regni primores ac populum esset.* Ubi *Barones* & *primores* iidem sunt: quomodo *Farones Burgundiæ* appellat non uno loco Fredegarius Scholasticus regni istius proceres, siquidem iidem sunt cum Baronibus, quod censent viri eruditi. Magnates istos *Bers*, vulgo nostri appellant; eos verò qui & natalium prærogativa, prædiis ac possessionibus & vassallorum numero alios præcellebant, *Hauts Bers*, ut est apud Villharduinum n. 23. 51. id est, *altos* & majoris dignitatis *Barones*. Guillelmus Guiart. an. 1214.

Fust Prince, un Ber, ou Eschançon.

Le Roman de Garin:

Amaur n'point li gentis & li Ber.

De ejusmodi supremis Baronibus, sed iis duntaxat qui nulla Ducis aut Comitis dignitate gaudebant, ita Christina Pisana lib. *du Tresor de la cité des Dames*, 2. part. cap. 9. *Nous parlerons premierement icy ausdites Baronesses dont y a en France, en Bretaigne, & autre part, qui passeront en honneur & puissance moult de Contesses estil, quoy-que le nom de Baron ne soit si haut que de Conte. Mais moult est la puissance grande de aucuns Barons, à la cause de leurs Terres, & Seigneurie, & la Noblesse y est, dont leurs femmes tiennent moult grand estat*, Talis fuit Codiciacensis Dominus.

Barones præterea iidem qui *Pares* Curiæ. Chronicon Andrense pag. 389. & 580. *Barones omnes, qui Pares Castelli vocantur.* Vide Duchesnium in Hist. Monmorenciaca pag. 39. 40. & in voce *Pares*.

Barones, quivis vassali. Ordericus Vital. lib. 3. p. 465. *Hoc libenter confirmaverunt—& alii Barones eorum.*

Barones castellenses, apud Radulphum de Diceto an. 1040. qui castella possident, *qui ont chasteaux*.

Barones, in regno Aragoniæ, ut auctor est Vitalis Episcopus Oscensis, iidem sunt qui *Rici homines*, qui *scilicet pluralitate vassallorum decorantur*, cum quibus in exercitum pergunt, cùm à Rege evocantur. Quo sensu etiam Franci *Barones* appellant, qui vexilla in prœliis educunt, & cum vassallis suis, præeuntibus iisdem vexillis in prælis pro Rege pugnant, uti pluribus docuimus in Dissertat. 9. ad Joinvillam p. 190. 191. Extat Charta Caroli Pulcri Regis Franciæ & Navarræ, qua Alphonsum de Hispania *Baronem & Ricum hominem* Navarræ creat: & ut Baronis & Rici hominis statum manutenere possit, eidem de gratia speciali co. Milítias in regno suo Navarræ concedit, modo consueto tenendas & possidendas. *Varones Majores*, in Testamento Ranimiri Regis Aragonum æræ 1099. apud Martinezium l. 2. c. 38. *Gasse* vetus Poëta, de Theobaldo I. Comite Carnotensi:

Tribaut fut né de France un des plus hauts Barons,
Mult avoit par la terre chasteaux & fors maisons.

Alio loco:

Mult tot riches hom, grant fu la Baronie.

Barones interdum accipiuntur pro quibuslibet do-minis rerum immobilium, ut observat Skenæus ad Leges Malcolmi II Regis Scotiæ.

Barones in Alemannia sunt in duplici differentia. Alii enim dicuntur simpliciter *Barones*, alii *Semper-Barones*. *Semper-Baro*, is esse fertur, qui à nullo horum feudum habet; sed alii ab ipso; adeoque liber est, ut nulli ad fidelitatis adstringatur juramentum, ut propriè Barones de *Limpurg* esse dicuntur. Est autem Alemannis inveteratus usus, & longè observata consuetudo, non magna, quantum conjicere possum, ratione suffulta, ut Baro copulando sibi militaris & inferioris generis conjugem, prolem inde creatam degenerer atque *debaronizet*, filiique de cætero Barones minimè vocitentur. Comites verò per connubium cum simplicis Militaris generis feminis, natos filios non *decomitant*; sed si eorum filii itidem in Militarium genus nubant, extunc illorum demum proles decomitatur, Militariumque generis ordini deinceps connumeratur, quæ profectò observantia haud satis honesta esse videtur. Verba sunt Petri de Andlo lib. 2. de Imperio German. cap. 12. Vide *Princeps*.

Barones Regis, Magnates qui de domo & familia Regis sunt, vel certè majores Regis vassalli, qui de illo prædia sua nudè tenent. Henricus Huntidonensis lib. 5. Histor. pag. 352. Adelwaldum, qui in acie occubuit an. 3. Edw. Confessoris *Baronem Regis* vocat, quem *Ministrum Regis*, Florentius Wigorniensis. Liber Ramesiensis Ecclesiæ sect. 171. *Unus ex Baronibus Edwardi Tostius Regis nomine. Barones Regis Franciæ*, apud Westmonast. an. 1140 Idem an. 1264. *Fulco filius Warini Baro-Regis occisorum in numero* fuit.

Barones Parlamentarii, in Anglia & Scotia, qui vulgò *Lords of Parlement* vocantur, ii sunt ex majoribus regni Baronibus, qui à Rege nudè pendent, & ad Parlamentum, sive Consilium publicum diplomatibus Regiis evocantur: nam constat in Anglia, ut & in Francia, non omnes qui à Rege prædia sua immediatè tenebant, ad Parlamenta admissos, cùm nimius esset eorum numerus; sed illos tantùm qui proximi essent à Rege, & dignitate, & vassallorum numero cæteros anteirent: prout etiam in ipsis Baronum feudis factitatum suo loco ostendimus. Vide *Pares*.

Barones Scacarii, vel *de Scacario*, apud Anglos, appellantur Magnates, qui in Scacario judicum vice funguntur, quorum præcipuus, *Capitalis Baro Scacarii* appellatur. *Mylords* vulgò ii vocantur, id est, ad verbum, *meus Dominus*, seu, ut Galli efferunt, *Messires*, sicut hi qui sunt de majori nobilitate, quandiu scilicet hac dignitate gaudent: nam primitus ex Baronibus Curiæ deligebantur, hoc est, ex magnatibus, qui ratione feodorum à Rege nudè pendebant, & ei hominium præstabant. Ut enim apud nos Pares ipsi non dijudicabantur, nisi à Paribus suis, hoc est, Baronibus; ita apud Anglos ut auctor est Bracton, *Comites* vel *Barones non amerciabantur nisi per Pares suos, & secundùm modum delicti, & hoc per Barones de Scacario, vel coram ipso Rege*. Horum prærogativam & auctoritatem sic prædicat Niger liber Scacarii parte 1. c. 4. *Illic* (in Scacario) *residet Capitalis Domini Regis Justitia, primus post Regem in Regno ratione fori: & majores quique de Regno qui familiarius Regiis secretis assistunt: ut quod fuerit sub tantorum præsentia constitutum, vel terminatum, inviolabili iure subsistat. Verùm quidam ex officio, quidam ex sola iussione Principis resident. Ex officio principaliter residet, immo præsidet primus in Regno, Capitalis scilicet Justitia. Huic autem assident ex sola jussione Principis, momentanea scilicet & mobili auctoritate, quidam qui majores & discre-*

& discretiores videntur in Regno, sive de Clero sint, sive de Curia, assident, inquam, ad discenda jura, & dubia determinanda, quæ frequenter ex incidentibus quæstionibus oriuntur. Non enim in ratiociniis, sed in multiplicibus judiciis excellens Scacarii scientia consistit. Ex quibus conficitur *Barones Scacarii* desumptos *ex Curia*, hoc est, majori nobilitate, delectosque arbitrio Principis; uti factitatum constat in Gallia, in Parlamentis, in quibus non considebant omnes qui nudè à Rege pendebant, sed ex iis delecti, tam ex Baronib. quàm ex Clero, seu ex Prælatis qui ratione Regalium Regi nudè erant obnoxii. Qui autem primitus ad nutum Barones Scacarii erant, ii postmodum facti sunt perpetui, & ascripti eidem Curiæ, quod sub Henrico III. vel Edwardo I. factitatum putat Spelmannus. Atque ii titulum hunc honorificum non diutiùs retinent, nisi quandiu in suo officio permanent. Unde autem *Barones Scacarii* dici cœperint, ita scribit Fleta l. 2. c. 26. *Justitiarii ibidem* (in Scacario) *commorantes Barones esse dicimus, eo quòd suis locis Barones sedere solebant, dum Comes Nortfolciæ & Marescallus Angliæ locum habuit in sedili, tanquam Capitalis Justitiarius Regis Angliæ, Rege in Regno suo non existente, cujus locum occupat hodie Thesaurarius, sed officium tamen occupare non potest. In lineaq; ejus sedet Cancellarius de Scacario, juxta quem Barones, de quibus intuitu provectioris ætatis venerabilior esse videtur, propter quòd sub ejus testimonio fieri debent brevia, &c.* Scribit Matthæus Paris an. 1244. p. 433. statuisse eundem Henricum Regem, *ut duo Justitiarii eligerentur in Banco, & duo ibidem Barones in Scacario constituerentur.* Vide Matth. Westmon. p. 385. 408. 429. Nicolaum Trivettum an. 1264. Will. Thorn. p. 1957. 2006. Cowellum, &c. Capitalium verò Baronum Scacarii Catalogum contexuit Henricus Spelmannus, ex quo cuivis haurire licet.

Barones terrarii, apud Will. de Podio Laurentii c. 43. *terris* & prædiis divites, qui multa prædia possident. Vide *Terrarii*.

Barones majores aliquot in Francia recensentur, quorum jura & privilegia ferme eadem erant quæ Parium Franciæ & Comitum, quos Majores perinde vocabant, ut qui in suis Baroniis *amortizandi* & *eleemosynandi* facultatem haberent, *ita tamen quòd tenutæ non emembrentur, seu etiam deformentur*, ut est in Statuto Philippi Regis an. 1275. tom. 2. Ordinationum fol. 322. in quo qui hoc jure gaudere dicuntur, recensentur, *Pares Franciæ primùm, scilicet Comes Flandriæ, Duces Aquitaniæ, Burgundiæ, Britanniæ; Comites Nivernensis, Atrebatensis, Andegavensis, & Marchiæ; Comites alii, Blesensis, Antisiodorensis, Tornodorensis, Drocensis, Claromontensis & S. Pauli*, quibus accensentur deinde *Domini de Narbona, de Bellojoco, & de Coucy*. His tribus majoribus Baronibus duos alios *Soltacensem* & *Credonensem* addit Charta quæ describitur in Probat. Historiæ Guinensis p. 67. *Item vray est qu'en ce Royaume, ainsi que on dit communement, à 4. Baronies notables & principales du Royaume, lesquelles sont Coucy, Craon, Sully, & Beaujeu. Item qu'entre les autres la Baronnie de Coucy qui est composée de 3. Chastellenies, Coucy, la Fere, & Marle, est une des plus anciennes & des plus notables Baronnies de ce Royaume.* Montmorenciaci Dominos, *Primos Franciæ Barones* vocitatos, pluribus probat Duchesnius lib. 1. Hist. hujus Familiæ c. 5.

Baronum etiam appellatione donantur majores vasalli, qui non à Rege, sed à majoribus Baronibus nudè pendebant. Liber Ramesiensis sect. 277. *Concesserunt ante Barones Ramesiensis Ecclesiæ — quidquid fecerunt in Capitulo apud Ramsey.* Ita ibi non semel. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 22. *Post mortem Baronis, vel Militis qui à Comite vel Barone alio Baroniam aliquam vel feudum tenuerit, &c.* Gervasius Dorobernensis an. 1183. *Protestatum est etiam — quod Electus Rofensis ante consecrationem suam homagium D. Cantuariensi Archiepiscopo debeat facere statim post electionem suam super Baronia quam tenet de eo.* Charta Willelmi Talemontensis castri Domini: *Et convocans omnes Barones meos, quos de diversis regionibus adduxeram, quosque in honore meo placitaveram, &c.* Infrà: *Optimates* dicuntur.

Barones Comitatus, apud Anglos, majores vassalli in singulis Comitatibus degentes, qui terras suas nudè & liberè de Rege tenent, unde & *liberè tenentes* dicuntur, & Comitum judiciis ac comitiis intersunt, & cum iis jus dicunt. Leges Edw. Confess. c. 15. *Quòd per hundredum colligerentur, & sigillis Baronum Comitatus sigillarentur, &c.* Leges Henrici I. c. 30. *Regis judices sunt Barones Comitatus, qui liberas in eis terras habent, per quos debent causæ singulorum alterna prosecutione tractari.* Hinc *brevia* Regia ad ejusmodi Barones perinde ac ad Justitiarios & Vicecomites diriguntur.

Barones qui socham & sacham habent, in Legibus Henrici I. c. 10. id est, *qui habent Curiam de suis hominibus*, ut est in Legibus Edw. Confess. cap. 35. seu omnimodam justitiam & jurisdictionem altam, mediam & inferiorem super vassallis suis. Vide *Curia Baronum*.

Barones civitatis Londinensis, id est, *cives*, seu *homines de London*, sed præsertim primarii istius civitatis. Matthæus Westmonast. an. 1253. *Talliatur cives Londinenses, quos Barones consuevimus appellare, quasi servi ultimæ conditionis.* Matth. Paris eodem anno, de iisdem: *Quos propter civitatis dignitatem & civium antiquam libertatem Barones consuevimus appellare.* An. 1258. *Londinum destinati convenerunt totius civitatis cives, quos Barones vocant.* Charta Henrici III. de Libertatib. London. *Barones civitatis London eligant sibi singulis annis de seipsis Majorem.* Eorum istud erat privilegium ut de nulla re responderent extra civitatem, præterquam de tenutis & contractibus forinsecis, ut auctor est Bracton. lib. 5. Tr. 5. cap. 14. Atque inde fortè *Baronarum* nomen datum domibus quas Barones Londinenses incolebant, in Placito an. 14. Edw. I. apud Spelmannum: nec scio etiam an eadem de causa *Heroes* Londonienses dicantur apud Ingulphum pag. 877. Id porrò privilegium *magnarum civitatum & villarum exemptarum Burgensibus* adscribit etiam auctor Fletæ lib. 2. cap. 54. §. 8. lib. 6. cap. 37. §. 15. quarum perinde incolæ *Baronum* titulo gaudebant. Nam *Eboraci, Cestriæ, Warvici, Fevershami*, & aliarum civitatum regiis privilegiis insignium cives, eadem *Baronum* appellatione donatos observat Spelmannus. Quod etiam in aliquot Franciæ nostræ urbibus videtur obtinuisse: nam *Barones* cives Bituricenses & Aurelianenses vulgò quidam appellant. De Bituricensibus extat Charta Ludov. VII. an. 1145. in qua hæc habentur: *Quòd si infra urbem* (Bituricensem) *aliquid forifecerint, pro laude Baronum ipsius civitatis emendabunt.* Scribit præterea Henr. Lebretus in Histor. Montalbanensi p. 225. Consules, ejusdem urbis Barones se inscribere.

Barones de quinque Portubus, seu *Quinque portuum*, vulgò appellantur in Anglia, qui degunt in quinque præcipuis Angliæ portubus, vicinæ Galliæ objectis, *Hasting, Dover, Hitt, Rumney, & Sandwic*, villisque aliis ad easdem pertinentibus, *Rye* præsertim & *Winchelsey*. Hi propter antiquam nobilitatem summamque gloriam quam in regni defensione, in maritimis præliis reportarunt, non solùm (quod hodie nullis præterea in omni Anglia contingit) *Baronum* appellatione honestantur; sed amplissima illustrissimaq; privilegia à priscis Regibus obtinuere.

Quippe

Quippe in Regis coronatione quatuor ex se electos mittunt, qui umbraculum suprà ipsius caput deferunt, eademque die solennibus epulis coram ipso à dextris accumbunt. Indicto etiam Parlamento non burgenses ut burgi, non cives ut civitates, (ipsumque Lodinum) nec Milites ut singuli Comitatus, *sed duos peritos idoneos Barones è quolibet portu* per breve regium jubentur mittere, qui & in Parlamentariis submonitionibus locum proximum obtinent à Baronibus Regni. Hodie tamen cum iis non consident sed Communibus, uti vocant, immiscentur; quod fieri cœptum anno 4. Jacobi Regis, uti pluribus refert Spelmannus, à quo quædam ex præallatis sumus mutuati. Porrò præter recensita privilegia, illud erat potissimum, ut de nullo placito responderent, nisi apud *Shypwey*, ut est apud Bractonum lib. 5. Tr. 5. c. 14. & in Fleta lib. 2. c. 54. §. 8. c. 55. §. 1. lib. 6. c. 37. §. 15. Baronum Quinque portuum meminerunt præterea Matthæus Westmonast. an. 1293. p. 419. Willelmus Thorn. an. 1368. *Baronum de Sandwic*, Willelmus Thorn. an. 1227. *Baronum de libertate Dovoriæ.* idem Scriptor. an. 1364. Vide *Custodes Quinq. portuum.*

Ejusmodi privilegiorum auctorem Guillelmum Nothum facit Camdenus in Cantio: Guillelmus, inquit, Victor, ut Cantium, quæ tanquam Angliæ clavis habetur, sibi firmiùs retineret, Connestabilem Castro Doverensi, eundemque Limenarcham quinque portubus ex veteri Romanorum instituto præfecit. Hi sunt *Hastings Dover, Hith, Rumney, & Sandwich*, quibus *Winchelsey* & *Rie*, ut præcipua & alia oppidula ut membra adjunguntur: quæ quia bello maritimo operam navare tenentur, immunitatibus gaudent magnis & multis, ipseque Limenarcha, qui semper est è proceribus fidei spectatissimæ, in sua jurisdictione Admiralli auctoritatem in plurimis aliaque jura habet.

At primum Joannem Angliæ Regem hasce immunitates sub hisce conditionibus quinque Portubus Anglicanis concessisse, scribit Henricus de *Knyghton* an. 1207. *Iste quoque Joannes fuit primus Rex Angliæ, qui unquam dotavit 5. portus Angliæ de libertatibus & consuetudinibus, quas usque ad moderna tempora clamant tenere pro sequela navigii, ad quod eodem tempore se perpetuo Regi Joanni obligaverunt, & hæredes suos invenire, quando & quo tempore guerræ Rex habeat necessitatem de eis, videlicet 5. portus antedicti rationaliter præmuniti, quoties Rex mandaverit eis, octoginta naves defensabiles propriis suis expensis per 40. dies, & capient deinceps stipendia à Rege; & hæc fuit causa principalis hujus dotationis propter magnam necessitatem quam habuit de navigio ad passagium suum in Normanniam, quam illo tempore perdidit, ut antedictum est, causâ cujus dotationis adhuc clamant liberiores esse præ cæteris partibus omnibus Regni Angliæ.*

Servitia autem quæ Regi debent, ea sunt, ex Willelm. Thorn: *Hastingus debet invenire 21. naves, in qualibet navi 21. homines, cum sarcone qui dicitur, ad quem pertinent tanquam membra unus vicus in Seford, Peveneselle, Hedneye, Wincheleye, Rye, Hamme, Wekesborne, Crenethe, & Forthclype.*

Romene debet invenire 5. naves, in qualibet navi 24 homines, cum sarcone, ut suprà. Ad quem pertinent Brombelle, Lyde, Ofmarstone, Dengemares, & vicus Romenhale.

Hethe debet invenire 5 naves, in qualibet navi 21 homines, cum sarcone, ut suprà. Ad quem pertinet Westmethe.

Dovoria debet invenire 21. naves, in qualibet navi 21. homines, cum sarcone, ut suprà. Ad quem pertinet Folkstan, Feversham, Mergate.

Sandwicus debet invenire 5. naves, in qualibet navi 21. homines, cum sarcone, ut suprà. Ad quem pertinet Fordwicus, Recolver, Serre & Dale.

Summa navium 57. hominum in eisdem 1188. Summa sarconum in eisdem 57.

Servitium quod Barones quinque portuum præscriptorum recognoscunt facere ad submonitionem Regis per annum, si contigerit per 15. dies ad custum eorum proprium: ita quòd primus dies computatur à die quo vela navium erexerunt, usque partes ad quas tendere debent, vel ulteriùs, quando Rex voluerit, ad custum ejus. Vide auctorem Fletæ lib. 1. c. 22. §. 8.

Qui verò hisce portubus præficiuntur, *Custodes Portuum maris*, dicuntur apud Hovedenum in Ricardo I. p. 784. & Matth. Paris. an. 1211. p. 161. *Custodes quinque portuum*, apud eundem Parisium an. 1236. p. 288. an. 1243. p. 406. & alios. De his pluribus agit Seldenus lib. 2. de Dominio maris c. 14. Diversi porrò ab iis, quos *Capitaneos & Custodes maris* dictos annotat, qui Thalassiarcharum seu Amiraliorum munus obibant. In Chron. Alexandrino an. 8. Phocæ occurrit nescio quis φρὲξ λιμένος.

Baronettos, pro *Bannerettis*, de quibus egimus, & scribi & usurpari apud Scriptores Anglicos observat Spelmannus. Thomas de *la More* in Vita Edwardi II. sub an. 1321. *Capitur Comes Lancastriæ, Barones, & Baronetti Commilitones ejus, & Milites 95.* Walsinghamus eod. an. *Capti sunt & in custodia detenti Barones & Baronetti 22. Milites 68. &c.* Statutum Ricardi II. an. 5. *Soit-il Erchevesque, Evesque, Albé, Prior, Duc, Counte, Baron, Baronet, Chivaler de Countée, Cittizien de Citté, &c.* Ita apud Henricum Knyghton. an. 1296. At Spelmannus in Rotulis Parlamentariis MSS. iis locis, ubi *Baronettos* habent libri impressi, *Bannerettos* scribi, & ex MSS. restituendum monet. Sed vix cum illo censuerim *Baronettos*, Barones seu magnates esse qui de aliis quàm de Rege, terras suas tenent. Utut sit, constat an. 1611. Jacobum Magnæ Britanniæ Regem novum *Baronettorum* Ordinem creasse, quem inter Barones Regni & Equestres classes constituit, diplomate quod descripsit Spelmannus.

Baronissa, Uxor Baronis, vel virago, scilicet Baronis habens animum. Jo. de Janua.

Baronia, Prædium à Rege nudè pendens, vel majus prædium, aut feudum. Gervasius Dorobernensis in Henrico II. an. 1163. *Archiepiscopi & Episcopi — habent possessiones suas de domino Rege, sicut Baroniam, & inde respondent ministris & Justitiis Regis.* Constit. Siculæ lib. 1. tit. 39. §. 2. *De Comitatibus, videlicet Baroniis, civitatibus, castris & magnis feudis, quæ in quaternionibus doanæ nostræ Baronum inveniuntur inscripta.* Adde tit. 41. lib. 3. tit. 4. Baroniæ verò castro quod intra illius fines constructum est, nomen assumunt, ut est in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 14. §. 1.

Tenere in Baronia, dicitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 2. c. 36. qui jus nundinarum, castellaniam, peagium, & ligium estagium in suo feodo habet: *Qui a marchié, Chastellerie, ou paage, & lige estage, il tient en Baronie, &c.* Hominium Joannis Avennensis Comitis Hannoniensis præstitum Philippo Pulcro an. 1290. mense Sept. *Et sciendum est quòd prædictam terram tenebimus ab eodem & successoribus suis in Baronia, & eidem faciemus servitium cum quinque Militibus pro eadem, sicut alii Barones dicti Regni.* Charta ejusdem Regis pro Ludovico fratre: *Teneremur eidem fratri nostro assidere in terra cum nobilitate & Baronia 15. millia librarum parvorum Turonensium annui reditus. — quæ omnia sibi in Comitatu & Baronia assignamus & assidemus.* In alia Joannis Regis an. 1342. dicitur Comes Rociacensis tenere *à une foy & hommage & en Baronnie les terres de Blazon, de Chimelier, & de Mirebeau en Anjou.*

Tenere in Baronia & Comitatu. Charta Philippi Regis Fr. an. 1279. laudata à Duchesnio in Probat. Histor.

Histor. Ducum Burgundiæ p. 93. *Tenebunt in feodem ligium à dicto Duce & ejus hæredibus in Baronia & Comitatu ad unum feodum & unum homagium — dictos Baroniam & Comitatum Cabilonensem , — ita tamen quòd in prædictis quæ dicto Duci remanent, dicti Comes & Comitissa & eorum hæredes nihil juris & Baroniæ vel domini de cætero poterunt reclamare.* Testamentum Hugonis Ducis Burgund. an. 1272. ib. p. 78. *Civitatem Cabilonensem cum pertinentiis — Baroniam Comitatus Cabilonensis, &c.*

Baronia integra, apud Anglos dicitur constare 13. *feodis & tertia parte unius feodi Militis, quolibet feodo computato ad 20. libratas , quæ faciunt in toto* 400. *marcas*, in Modo tenendi Parliamentum, c. de Laïcis: uti *Comitatus 20. feodis unius Militis , quolibet perinde feodo computato ad 20. libratas , quæ faciunt 400. libratas in toto.* Apud Normannos videtur constitisse servitio quinque Militum. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 167. *Ricardus de Harcourt tenet honorem S. Salvatoris de domino Rege per servitium 4. Militum : sed debebat quinque , quando Baronia erat integra.* Fol. seq. *Guillelmus de Hommet Constabularius Normanniæ tenet de domino Rege honorem de Hommeto per servitium 5. Militum, & habet in eadem Baronia 22. feoda Militum ad servitium suum proprium, &c.*

Baronias præterea appellarunt nostri, quatuor principatus in quos divisum fuit regnum Hierosolymitanum , quorum primus fuit regnum Hierusalem, *quod propter sui brevitatem Principatum, seu Baroniam appellabant*; altera *Baronia* fuit Comitatus Tripolitanus ; tertia , Antiochiæ Principatus ; quarta , Comitatus Rohes. Ita Will. Tyrius lib. 16. c. 29. Jacobus de Vitriaco l. 1. c. 30. 31. &c. Gesta Lud. VII. Regis Fr. c. 17. Sanutus l. 3. part. 7. c. 1. Assisiæ Hierosol. Odoricus Rainaldus an. 1291. n. 16, 17. &c.

Baroniæ, Regalia , seu majora dominia Episcoporum ac Prælatorum , quæ à Regibus in feudum tenentur. Matth. Westmonaster. an. 1245. p. 320. de Episcopo Cicestriensi : *Baronia ad Episcopatum pertinente privari meruit multo tempore.* Idem an. 1253. p. 352. *Conventus tam de Baronia, quàm de possessionibus Ecclesiæ, &c.* P. 375. de Electo Dunelmensi : *Susceptus à Rege, homagium ei de Baronia perficiens , &c.* Adde p. 430. Matthæus Paris an. 1240. *Rex precibus amicabilibus mitigatus D. Episcopo Cestrensi Rogero , — Baroniam suam in pace benignè restituit.* Item an. 1257. *Ut Episcopi & Abbates decimam suam darent de Baroniis suis plenariè.* Articuli Episcoporum Angliæ in Addit. ad eundem Parisium p. 131. *Distringuntur Episcopi per Baronias suas , &c.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 280. *Dicunt quòd dictus Abbas & prædecessores sui nunquam tenuerunt in Baronia , sed per servitium unius Militis, & tenuerunt Abbatiam illam de domino Rege in Capite.* Adde p. 299. Ea verò Regalia non unica , sed pluribus Baroniis constabant : tot enim erant Baroniæ, quot majora prædia. Thomas Stubbs in Episcopis Eboracensibus : *Rex iratus tres Baronias Archiepiscopatui Eboracensi ex antiquo collatas , & eidem annexas — seisiri fecit.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 210. *Pro Abbate baroniam unam, & pro singulis Monachis qui cum Abbate contra dictum Regem processerant, singula feoda Militum arripuit.*

Id etiam obtinuit in Francia , ut Regalia Episcoporum & Ecclesiarum *Baroniæ* dicerentur. Joannes II. Lugdunensis Episcop. *Sedes illa Archiepiscopalis, in qua nunc Pontificalis honoris consecrationem recepistis, — plenissimam habet jurisdictionem , quam vos Baroniam vocatis tam infra terminos Imperii , quam Regni Francorum.* Regestum Parlamenti B. Continens Aresta an. 1282. S. Martini fol. 63. *Cum Episcopus Constanticus nobis conquestus fuisset, quòd cùm in villa sita de S. Laudo , quam tenet à nobis per baroniam , tempore mortis prædecessoris sui essent pilloricum , scala & pala, quæ consumptæ sunt , &c.* Et fol. 79. fit mentio *Baroniæ & jurisdictionis* Episcopi Dolensis , & *Baronia* Archiepiscopi Remensis : in 1. Regesto fol. 146. *Baronia* Episcopi Belvacensis , & in Charta Ludovici Reg. mens. Decemb. 1233. in Charta an. 1307. *Baroniæ Ecclesiæ Lugdunensis :* in Regesto Chartophylacii Regii 17. *Baroniæ & temporalitatis Episcopatus Lingonensis, &c.* Ratione igitur harum Baroniarum, *Barones* interdum Episcopi appellantur. Appendix ad Gregorii Tur. Histor. *Burgundiæ Barones, tam Episcopi, quam cæteri Leudes, &c.* Nam non modò propter Regalia, ut alii Barones , servitiis omnibus feudalibus obnoxii erant, sed etiam in Comitiis publicis seu Parlamentis sedere iis jus erat, cujus apud nostros usus infinita prostant exempla apud Tillium & alios. In Anglia verò Episcopos in Parlamentis publicis, eo nomine locum & sedem habere constat. Concilium Clarendoniæ habitum an. 1164. art. 11. apud Gervasium Dorobern. *Archiepiscopi , Episcopi , & universæ personæ regni, qui de Rege tenent in capite , habent possessiones suas de Rege, sicut Baroniam, & inde respondent Justitiariis & ministris Regis : & sequuntur & faciunt omnes rectitudines & consuetudines regias , & sicut cæteri debent interesse judiciis Curiæ Regis cum Baronibus , quousque perveniatur in judicio ad diminutionem membrorum , vel mortem.*

Barones in Aragon. qui dicantur, vide in *Richomines*.

Baronali jure possidere, id est, quemadmodum Barones, vel supremo jure ac dominio, in Bulla Paschalis II. PP. apud Ughellum to. 1. p. 996.

Barones Eleemosynarii, apud Stanfordium, & in Jure Anglicano, dicuntur iidem Archiepiscopi, Episcopi, Abbates , & Priores qui prædia sua Ecclesiæ à Rege tenent per *Baroniam*. Baronias enim suas ex *Eleemosyna* Regum perhibentur accepisse, licèt ipsa prædia aliorum sæpe munificentia consequuti fuerint. Quomodo etiam apud nos *Regalia* Ecclesiarum censentur esse ex sola regia liberalitate iis olim concessa.

Baronum jura varia recensentur , quorum aliquot descripsit Philippus Bellomanerius in Consuetud. Belvacensi MS. c. 58. qui eorum præcipuum fuisse, ait, quod castris ac fortalitiis vassallorum suorum in propriis bellis ac negotiis uti iis fas esset , de quo more uberrimam Disputationem instituimus ad Joinvillam, quæ est trigesima.

Aliud præterea Baronibus privilegium adscribit, ut vassallorum tenementa ac prædia possint sibi asserere , si ea aut domibus vel munitionibus suis, vel baroniæ suæ communi utilitati noce nt facta rationabili aliorum prædiorum compensatione: *Més voirs est qu' il ne doit pas estre contraint au vendre , s' il ne li plaist, més l' escange soffisant ne pot il refuser.*

Barones omnem justitiam habent in suis Baroniis. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 24. *Bers si a toutes justices en sa terre, ne li Rois ne puet mettre ban en la terre au Baron sans son assentement.* Et cap. seq. dicitur Baro habere justitiam murtri , raptus , & incisionis , seu mulieris gravidæ vulneratæ : *Bers si a en sa terre murtre & rat & encis.* Et c. 4. quod inscribitur, *des cas de haute justice de Baronie*, hi casus recensentur, *traison, rat, arson, murtre, encis , & tous crimes où il i a peril de perdre vie ou membre , là où l' en fesoit bataille.* Id est, proditio , raptus, incendium, murtrium, incisio, & crimina omnia in quibus mors aut membrorum mutilatio indicuntur, & quorum probatio per duellum decernitur.

Baroniæ divisionem inter hæredes non admittunt. Statuta

Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 24. *Baronnie ne part mie entre freres se leur pere ne leur a fait partie, més li ainznez doit faire avenant bienfet au puisné, & si doit les filles marier.* Charta Willelmi Comitis Forcalquerii an. 1211. *Fuitque arbitrium Curiæ* (Regis Franciæ) *ad usus & consuetudines Franciæ hactenus approbatas: tale scilicet quod non audierant neque viderant, quòd Baronia aliqua esset divisa pro hærede femina, in qua hæres masculus haberetur: sed hæres femina maritagium accipiebat a patre vel matre sua, vel fratribus suis, &c.* Petrus de Vineis lib. 6. Ep. 25. de Concessione castri: *Quod castrum ipsum à nobis & hæredibus nostris in Capitaniam teneat, & immediatè à nostra Curia recognoscat: vivens jure Francorum, in eo videlicet, quòd major natu exclusis minoribus fratribus & cohæredibus in castro ipso succedat.* His consona habent Consuetudines nostræ municipales à nobis laudatæ ad eadem Stabilimenta. Vide *Curia Baronum.*

Baroniæ, titulus quibusdam præterea majoribus prædiis attributus ex privilegio Regum speciali: sed hoc seriùs in Anglia obtinuit. Observant enim Spelmannus & Edwardus Cokus ad Littletonem sect. 1. & 9. Ricardum II. anno regni sui 8. Christi 1387. Joannem *de Beauchampe de Holt* Senescallum Hospitii Regii, *in unum Parium & Baronum Regni* præfecisse, statuisseque, ut *idem Johannes & hæredes masculi de corpore suo exeuntes statum Baronis obtineant, ac Domini de Beauchampe, & Barones de Kidesminster nuncupentur.*

Baronia, Ordo nobilium, Baronum, *Baronatus.* Epistola Ludovici VII. Reg. to. 4. Hist. Franc. p. 583, *Postulationibus Cleri, & assensu Baroniæ, toti regno pacem constituimus.* Infrà: *In pacem istam juraverunt Dux Burgundiæ, — & reliqua Baronia quæ aderat.* Henricus de *Knyghton*: *Et obsederunt Athelstanum cum Baronia sua in civitate. Vacce,* Vetus Poëta Gallicus:

Moult i ot riches hom, grant fu la Baronie.

Jo. Villaneus lib. 6. cap. 37. *Con tutta la Baronia di Francia.* Lib. 7. c. 21. *Il Re Carlo con tutta sua Baronia entro in Fiorenza.* Cap. 26. *Col fiore di sua Baronia.*

Baronagium, Baronum seu magnatum ordo, ἀρχοντικὸν Annæ Comnenæ Lib. 1. Alexiad. pag. 11. Matth. Paris an. 1239. *Illustris Rex & totum Francorum Baronagium.* Adde p. 605. 634. Matth. Vestmonaster. an. 1258. *Rex Henricus sine consilio Baronagii sui maritum Richardum de Clare, &c.* Walsinghamus in Edw. I. *Hoc anno Rex de consilio Baronagii Walliam intravit.* Apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 10. *Baronaggio*, idem sonat ac Baronis dignitas.

Barnagium, vox abbreviata ex *Baronagium*, seu potiùs conficta ex Gallica *Barnage.* Matth. Paris an. 1242. *Dominus Rex de consilio Barnagii sui, &c.* An. 1244. *Supposuit se dispositioni & censuræ Regum Francorum & Anglorum, ac Barnagii regnorum eorundem.* Adde p. 501. 445. 659. & Gul. Prinneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 618.

Le Roman de Vacces MS.

Mout fu grant le Barnage quæ Rou aut amené.

Le Roman de Garin MS.

Li jors approche, & li Barnage vint.
Haute est la feste que l'Empereur tint.

Guillelmus *Guiart* MS. an. 1179.

Fist assembler tout son barnage.

Alibi:

A grant ost & à grant Barnage.
La refu par lui le veage.
De S. Jaques si aquites,
Qu'il i prist cent & sis cités.

Et anno 1248.

Le Roi monte, & tout son Barnage,
Et se rengent és sablonieres.

Sed & sæpe vox *Barnage*, pro nobilitate generis & natalium usurpatur. *Le Roman de Garin*:

Mult fu pruz & Chevalier gentil,
De haut barnage, & de moult riche pris.

Le Lucidaire MS.

S'a grant joie, & ses grans barnages.
Verra-on tourner à hontage.

Interdum pro ipsa animi magnitudine. Vetus Poëta MS.

Que conquis ot li Ber par son barnage grant.

Ita *ber*, pro *generosus*, *Magnanimus.* *Le Roman de Garin*:

Sor le chancel monta Hunaut le ber.

Infrà:

Hé Hunaut sire, franc Chevalier & ber.

Le Roman de Florimon MS.

Florimons fu gentis & ber.

Barnatus, quasi *Baronatus*, Ordo Baronum. Capitula Caroli Calvi tit. 22. *Deus omnipotens nobis donet, ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, qua semper contra nos cum omni Barnatu demonstrastis, vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bene meruerunt, &c.* Ubi vir magnus *Barnatum* hoc loco interpretatur *fidem & observantiam, quæ Barones & Regis vassallos in primis decet.* Sed vix est ut assentiar, cùm potiùs videantur, *cum omnibus Baronibus*, hæc verba sonare: nam ità *Barné* usurparunt nostri. Philippus *Mouskes* ex Bibl. Regia:

Cilderis fut lues couronnés,
Car loet ta tout li Barnés.

Vetus Poëma MS. de Vulpe Rege coronato:

Pour son maintiens, dont li renons
Estoit ja par tout si alés.
Que meismes tout li Barnés
Prisent del tout si sa maniere.

Le Roman d'Aubery MS:

Le sert li Cuens o molt riche Barné.

Le Roman de Garin MS:

Et commanda à son riche Barné,
Communément fussent trestuit armé.

Alibi:

Nul le regarde de France li Barné:

Rursum:

Lors si irai à mon riche Barné.

BAROSELLI. Statuta Veronensia lib. 3. cap. 23. *Milites Rectorum facere debent bona fide & diligentia custodias noctis per omnes contratas in corpore civitatis, & similiter Caput Baroselorum, cum suis barchettis in Burgo S. Zenonis.* Vide *Barigildus.*

BAROSUS, Βάκηλος, σοβαρὸς, in vet. Gloss. Gloss. Lat. Græc. *Barbo*, βάκηλος.

BARRA, Fustis, vectis, nostris *Barre*, Hispanis *Barra*, Italis *Sbarra.* Glossæ MSS. *Clater, tri, barra ostii.* Honorius III. PP. ad Episcopum Egolismensem: *Quadam barra ferrea super dextra sua pollicem fortuito casu cadens ungulam avulsit ab eo.* De vocis origine quædam habet V. Cl. Ægid. Menag. in Orig. Italic.

Barræ dicuntur præsertim repagula ac septa quæ ad munimenta oppidorum & castrorum, vel ad eorum introitus ac portas ponuntur, ne inconsultis custodibus in eas aditus quibusvis pateat. Will. Brito lib. 3. Philipp.

Stabat enim firmus ut barra repagula firmans.

Infrà:

Tunc Comes exclamat: Barras gaudete Quirites,
Fregimus, in manibus sunt barræ denique nostris,
Nulla potest nobis jam barrula tollere barras.

Charta Philippi Aug. an. 1195. pro Comunia sancti Quintini apud Hemereum: *Servientes villæ & ii qui barras & portas villæ servant, nulli habeant respondere Justitiæ de catallo, nisi coram Majore & juratis.* Alia an. 1306. apud Loysellum in Hist. Bellovac. *Super eo etiam*

eo e am quod nos barras licias feceramus fieri ad portas villæ prædictæ. Chronicon S. Michaëlis Virdun. *Hic Fredericus propter frequentes Campanorum in Lotharingiam incursiones, in confinio Lotharingiæ & Campaniæ castrum extruxit, quod Barrum, quasi barram nominavit.* Adde Albertum Argentin. p. 146.

Barra, Septum Curiæ, cancelli, auditorium, ubi causæ coram judicibus ab Advocatis perorantur: nostris, *Barreau*. Henricus de *Knyghton* p. 2547. *Dominus Hugo de Spencer ductus coram Domino Willelmo Trussel Justitiario, areniatus est coram eo ad barram.* Si lego, pro *barrum*. Will. Thorn: *Coram quibus vocatus est Abbas, & coram eis stans ante barras, pœnam excessus Monachi sui recepturus, condemnatus est, &c.*

Barra, interdum etiam dicuntur Exceptiones rei, vel generatim primæ litium instructiones, quæ ad *Barras* fori simplici ac nuda formula peraguntur. Sic porro appellatæ, quòd exceptionibus contra actorem vice repagulorum utatur reus. Philippus de *Beaumanoir* MS. c. 61. *Se gage sunt por aucunes barres de querelle, non pas du principal du fet, li vainqueres ne gaigne fors que le bare, porquoi li gages furent donné. Et por ce est-il à entendre, se le barre estoit dilatoire, &c.* Et infrà: *A briément parler, toutes barres & exceptions sont dilatoires, par lesquelles besoignes de quoi on plede, ne font fors à alongier. Et celes qu' on appelle peremptoires, sont les resons qu' on met avant, par lesquelles, ou par aucune desquelles, selon le preuve, querele est gaigné.* Et c. 67. *La û il jugié soit du principal de le querelle, soit de barres.* Exinde primis Curiis, à quibus appellare licet, id nominis attributum. Charta an. 1391. 26. Jan. in Chartophylacio Regio, Scrinio *Bretagne*, num. 74. *Et quod de defectu vel denegatione juris in dicta patria Britanniæ, ac etiam de malo judicio subditi sui poterant appellare ad Regem, & suam Parlamenti Curiam, salvis tamen dicto Duci barris & gradibus suis de ressorto, sicut prædecessores sui Britanniæ Duces uti consueverant.* Charta alia an. 1394. de eodem Duce Britanniæ, ibidem: *Dit ledit Duc que par la Coustume de son pays, tous les ressorts des Cours & Sieges de ses sujets dudit Duché, & aussi des siens, viennent par contredits de degré en degré à sa Cour & Barre de Rennes, & de Rennes vont par appellation à son Parlement de Bretagne, excepté la Barre & Siege de Nantes.*

Barræ, præterea dicuntur Tributa quævis, præsertim quæ ad urbium & oppidorum *barras* & portas præstantur. Charta an. 1236. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 51. *Agros & condaminas, introitus & exitus, prata & pascua, necnon & barras, & alberetas, & ramerios, & devesios, & ademprıva, & expletivos, &c.* Charta Geraldi Episcopi Cadurcensis an. 1248. in Historia Episc. Cadurc. n. 104. *Item contra voluntatem nostram super pontem Caturcensem quemdam foccum, & quamdam barram posuerunt, in quo denarii, qui exacti erant à prætereuntibus per pontem prædictum, reponerentur.* Curia Generalis Catalaniæ in villa Montissoni ann. 1363. *Eidem barras, pedagia, vel alia nova vectigalia concessimus.*

Barragium, eadem notione, vulgò *Barrage*. Charta an. 1309. in 2. Regesto Philippi Pulcri n. 85. *Nec pedagium seu barragium in honorio castri & castellaniæ de Burdelia solvere compellentur.*

Barragium, Barræ ipsæ. Chronicon incerti Auctoris editum à Catello, an. 1226. *Trepidantes de barragio, si permitteretur per villam incedere multitudo, portas, civitatis perclaudunt.*

Barrarius, Telonarius, qui tributa *ad barras* exigit. Literæ Philippi Augusti an. 1207. pro Rothomagensibus in Normannicis Duchesnii: *Nullus civium Rothomagi debet accipere intersignia a Vicecomite ad Barrarium; sed assidet Barrario, quod consuetudinem non debet, si aliter ei crediderit, &c.* Usatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomagi: *Se aucun des Sergens de la Vicomté de l' Eaue & la garde des portes que l' en appelle Barrieres, prent aucun marchant qui s' en voit sans le commandement & le congé des Vicomtes de l' Eaue, &c.*

Barrare, Barroyer, apud Butilerium lib. 1. tit 34. Statutum Henrici VI. Regis Angl. an. 33. c. 2. apud Will. Stanford. ord. lib. 2. de Placit. Coronæ c 27. *Non essent barratæ, neque inhabilitatæ ad prosequendum quamcunque actionem, &c.*

Barreria, Barrera, idem quod *Barra*, Gallis, *Barriere*, repagulum, transversarium lignum inter duo alia arrectaria & extantia positum; Græcis βαλβίς. Chronic incerti Auctoris apud Catellum an 1217. *Aggressionibus & discursibus qui fiebant circa villam (quos & cives impediebant barreriis & fossatis) adversarios infestabat.* Adde Guill. de Podiolaurentii c. 30.

Barrera, eadem notione apud Will. Thorn. an. 1285.

BARRACANUS, Panni, seu, ut vocant. *Cameloti* species, vulgò *Barracan*, fortè quod licia *barrarum* formam efficiant. Petrus Venerab. in Statut. Cluniacens. c. 18. *Statutum est etiam ut nullus, carlatas, aut barracanos, vel pretiosos burellos, — sive picta quolibet modo stamina habeat.* S. Bernardus de Vita & morib. Relig. cap. 9. *Putasne cujuspiam ibi lectuli opertorium cattinum, aut disco or barracanus operiebat?*

BARRANCUS, vox Hispanica, *Barranco*, Locus cavus, iter tortuosum, impeditum. Occurrit in Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1132. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib 3. c. 9.

BARRATI *fratres*, dicti Carmelitæ, quod pallia ex albo & nigro alternatim distincta deferrent. Chronicon MS. Monspeliense sub an. 1297. *Feron fraires del carmes lur Capital general en Montpelier & muderon lur habits quar portavan davan mantels barrats de brun & de blanc, & preseron per habiz capas blancas.* Vide quæ in hanc rem congessit vir doctissimus Daniel Papebrochius to. - - -

BARRAGAN. Vide *Alchaz*.

BARRATA. Synodicon Nicosiense cap. 29. *de Contractibus usurariis*, ubi Notarii & alii Scriptores vetantur eos scribere, & iis interesse: *Ne in contractibus prædictis, quos, ut vulgariter loquamur, Barratas appellant, fidejussores se constituant, aut debitores pro aliis.* Vide *Barra*.

BARRIDUS, Cadus, *Barillus*. Capitulare de Villis c. 68. *Volumus ut bonos barridos ferro ligatos, quos in hostem & ad palatium mittere possint judices, singuli præparatos semper habeant, & utres ex coriis non faciant.* Vide *Barillus*.

Barridus, *Superbus, à barrus dicitur.* Joan. de Janua.

BARRIGENA. Vide *Barginus*.

BARRINI, Hæretici, Valdensium, seu Catharorum asseclæ, in Constitut. Frider. Imp. forsan, inquit Gretzecus, à *Barro* monte circa lacum Larium nomen hoc sortiti, aut à *Barrian*, in agro Cremensi.

BARRIUM, Hispanis *Barrio*, Arvernis *Barri*, quibus ita appellatur ædium ac domorum extra urbem & ad suburbana quædam congeries: unde ea domorum series intra sancti Alarici in urbe Claromontensi suburbium, *les Barri de S. Aliri* dicitur. In Provinciæ verò Comitatu *Barrium* vocant eum ædium numerum qui muris includitur. Vetus Scheda apud Sandovallium de Prælio *de Clavijo*, pag. 224. *Era 987. flamma exivit de mari, & incendit plurimas urbes & villas, & homines, & vestias, & in ipso mare*

primas

primas incendit, & in Zamora unum barrium, & in Carrione, & in castro Xeri..., & in ... argos centum casas, &c. Charta Hispanica æræ 1140. apud Anton. de Yepez, in Chron. Ord. S. Bened. tom. 6. *Et damus vobis illum barrium ante illa porta quæ respicit ad illum flumen in parte [illegible], ut possideatis illum post partem vestram: & fiat ut [illegible] ad domum S. Mariæ, & vestrum [illegible].* Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. pro [illegible] villæ Sarlatensis an. 1299. in Regesto ejusdem Regis incip. an. prædicto, ex Chartophylacio Regio, num. 6. *Omnibus habitatoribus dictæ villæ, & barriorum, & ipsius parrochiæ, & aliis extra dictam villam & parochiam commorantibus, &c.* Alia an. 1300. ibid. num. 48. *Illas 9. domos seu operatoria quæ sunt in barrio prope portam Arnaldi Bernardi, &c.* Alia an. 1309. in 2. Regesto ejusdem Regis num. 75. *Item duo casalia & dimidium in barrio ejusdem castri.* Charta Libertatum Bastidæ in Petragoricis an. 1310. *Quicunque voluerit habere furnum, poterit facere in dicta bastida & barriis ejusdem bastidæ ad decoquendum panem suum, &c.* Consuetudines Tolosæ, rubrica de Homagiis: *Intus muros, seu portas Tolosæ, seu barria.* Adde eundem Sandovallium in Episcopis Pampilon. pag. 40. Chron. Petri IV. Reg. Arag. lib. 3. cap. 26. & alibi.

Varrium, eadem notione in Charta Hispanica æræ 1010. apud Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 1. pag. 21. Appendicis: *De ipsa via qui exit de varrio [illegible].* Infrà: *Ad varrio de sancti Johannis, &c.* In alia Alphonsi VI. Regis æræ 1128. apud eundem tom. 6. *Et illo forno, qui est in varrio sancti Laurentii, &c.*

Barriani, Castri incolæ, qui in castri vel oppidi *barris* mansionem habent. Charta Isarni de S. Paulo in Regesto Carcasson. pag. 54. *Consules & universi Milites & barriani ejusdem castri.* Alia ibidem: *Nos & Milites atque Barriani de [illegible].*

BARRIZARE. Joan de Janua: *Scurrilitas, lascivitas, turpitudo, luxuriosa verba, quæ vulgariter barrizare dicuntur, & dicitur à stultis curialitas.* f. *Barrizare.*

BARRO, *id est*, *Liber*, Papiæ. Vide *Baro*.

BARRUS, Papiæ, *Rufus*, *niger*. Legendum *Burrus*. Gloss. Lat. Græc. *Burrum*, ξανθὸν, πυῤῥόν.

Barrus, *qui & elephas dicitur*, apud Petrum Damian. lib. 1. Epist. 15. Vide Festum in *Barrire*.

BARSCALCUS. Annotatio Arnonis Episcopi, apud Canis. tom. 1. Antiq. lect. pag. 486. *Tradidit memoratus Dux in pago Opingor villam nuncupatam Opinga, in qua sunt mansi 20. inter barscalcos & servos, & inter vestitos & apsos, cum campis, pratis, silvis, &c.* Ibid. p. 491. *Item de Ecclesiis parrochialibus, quas in [illegible] pertinent, & [illegible] barscalcis unà cum servis, sive de eorum territorio dotatæ sint.* Alibi: *Et in ea mansos 60. inter vestitos & apsos, & inter exercitales & barscalcos cum omnibus appenditiis.* Charta Ludovici Regis an. 892. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 130. *Cum curtibus & casis aliisque ædificiis, familiis, [illegible] mancipiis, parschalcis, fiscalinis, [illegible], &c.* Charta Ottonis Mag. an. 950 pro Eccl. [illegible] Ratisbon. apud Meibomium: *Cum — [illegible], aquis, piscationibus mansionariis, barschalkis, [illegible], &c.* Charta an. 1107. in Metropoli Salisburg. tom. 2. pag. 131. *Notificamus qualiter [illegible] — sub libera parschalcorum conditione constitutæ, prædium suum — delegaverunt, &c.* Ita promiscuè *Barchalci* & *Parschalci* dicuntur in Chartis Germanicis in eadem Metropoli. Vide tom. 2. pag. 179. *Mansi* verò *Barscalci*, videntur esse *colonorum liberorum*, diversi à *mansis servorum*, seu qui à servis coluntur. Vox deducta à *Bar*, vel *Baro*, id est, homo liber, & *Scalk*, servus: quasi *Barscalci* fuerint homines mediæ conditionis inter liberos & servos; vel Baronum servi.

BARTA, Silvæ species. Charta anni 1238. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 43. *Terras cultas & incultas, videlicet & boscos & bartas, domos & casales, ædificia & bastimenta, &c.* Occurrit ibi non semel fol. 46. 53. &c. simili verborum tenore. Charta alia anni 1300. *Habebat dictus Rex in loco vocato Ad nemus Mavis 72. Cartonatas bartæ, seu brugassæ, quæ fuit æstimata valere annui redditus, &c.*

BARTO, *Genus organi*, in Gloss. Isidori, f. *Barbiton*.

BARTON, *Prædium dominicum*, vel *terræ* quas vocant *Dominicales*, hoc est, quas in distributione manerii dominus non elocavit hæreditariè, sed alendæ familiæ suæ causâ propriis manibus reservavit: *Dominicum*, Gall. *Domaine*. Vox in Devonia, inquit Spelmannus, & plaga Angliæ Occidentali bene nota.

BARULAS, Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Infans: Barulas.*

BARULI vel *Carbunculi*, Morbus equorum, in eorum tergo, ex superfluitate sanguinis vel humoris, de quo Jordanus Risus Calaber MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum.

BARUS. Gloss. Lat. Græc. *Barus*, *burrus*, πυῤῥός. Vide *Baro*, & *Barrus*.

BASANIUM. Charta Petri Parisiorum Episcopi an. 1218. apud Sammarthanos: *Capam viridem & duo tapeta parva de Hispania, quæ sunt in capella nostra, & tres quarellos, unum de corio deauratum, & duos operatos ad basanium nostram.*

BASCAUDÆ, veteri Interpreti Juvenalis Sat. 12. v. 46. *Vasa ubi calices lavabantur, cacabus.* Papias: *Bascaudæ, conchæ æreæ, genera vasorum.* Vox vetus Gallica, quam etiamnum retinent Cambro-Britanni, qui prisca Gallorum lingua loqui creduntur: est enim iis *Basgawd* & *Basged*, sporta, cophinus, corbis, canistrum; nam vocem Britannicam esse testatur Martialis:

Barbara de pictis venit bascauda Britannis.

Mascauda, in MSS. Codd. Juvenalis legis scribit Petrus Pithœus, pro *Bascauda*. Vetus Gloss. *Maucusta*, βαύκη. Ubi rectè *Mascauda* emendat Salmasius.

BASCLI, *Basculi*, Prædones, Ruptarii, ex Vasconia, cujus incolæ *Basques*, id est, *Vascones*, appellantur, *Basculi*, apud Turpinum cap. 7. Silvester Giraldus lib. 2 de Expugnat. Hibern. c. 7. *Urbs Baonensis, quam hodie nostra continet Gasconia, Basconiæ caput est, unde Hibernenses provenerant.* Adde Topogr. Hibern. dist. 3. cap. 8. Nicolaus Trivettus an. 1239. *Terra Basclorum, cujus caput est civitas Baiona*, Rob. de Monte an. 1179. *Quidam Bascli, & Navarrenses, & Brebenzones, venerunt ad urbem Burdegalensem, & illam vastaverunt.* Chronicon S. Stephani Lemovic. an. 1204. *Joannes Episcopus Lemovicensis — obsedit Nobiliacum in quo se incluserant quamplures Bascli & ruptarii, qui populum & terram vastabant.*

Basculi, in Chronico Vosiensi cap. 69. & 73. ut & apud Stephanum Tornacensem Epist. 90. Vide Varronem lib. 2. de Re rustica cap. 10.

Basculones, apud Catellum in Hist. Comitum Tolosæ p. 246. &c.

Basclones dicuntur in Concilio Avenionensi an. 1209. cap. 7. ubi perinde ac hæretici, cum Aragonibus, Brabanzonibus, cæterisque ruptaris & raptoribus excommunicantur: quod antea etiam statuerat Alexander III. PP. in Lateranensi Concilio can. 27.

BASELEUS, *Baselum.* Papias: *Baseleus dicitur corruptè, is est enim: faselus, i. genus navis.* Gloss. MS. Eccl. Paris. habet *Baselum, &c.*

BASELLA, Parva *basis.* Palladius lib. 1. de Re rust. c. 18. de cella vinaria: *Medium spatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, basellis altioribus impositas — possumus collocare.*

BASIA *juvenum.* Charta Communiæ S. Joannis Angeriacensis an. 1204. *Concedimus etiam heredibusque eorum, ut ad libitum suum puellas & viduas suas nuptui tradere, & juvenes uxorare, & basia juvenum & puellarum semper habere sine aliqua contradictione libere liceat.* Vide *Osculum.*

BASIANI, Hæretici, de quibus Facundus Hermianensis lib. 8. c. 7. ubi videndus Sirmondus.

BASIDEM, pro *basim*, dixit Fortunatus lib. 8. Poëm. 14.

BASILEUS, Rex, ex Gr. Βασιλεύς. Gloss. Ælfrici Saxonicum *Basileus,* Kẏninȝ, i. Rex. Ingulfus: *Totius Occidui climatis orbis terræ basileus.* Fortunatus in Vita S. Medardi c. 9. *Hæret basileus eventu tantæ rei attonitus.* Hanc porro *Basilei* appellationem videntur sibi præ cæteris arrogasse veteres Angliæ Reges. Nam Edgarus, qui in Chartæ initio, quæ habetur to. 1. Monastici Anglic. p. 65. se *Magnæ Britanniæ præsidere* ait; hanc verò sic claudit: *Ego Edgar totius Albionis basileus — confirmavi.* Ita passim ipse & alii, ibidem p. 84. 93. 102. 140. 218. 236. tom. 2. p. 838 840. 841. 1054. apud Florentium Wigorn. p. 617. Ingulphum p. 884. Will. Malmesburiens. p. 58. Rogerum Hoveden. p. 426. 435. in Addit. ad Matth. Paris p. 156. 157. &c. Cummeneus Albus in Vita S. Columbæ Abb. Hyensis c. 25. *Totius Britanniæ Imperator ordinatur.*

Basilei, seu Βασιλέως titulum Imperatores Byzantini nulli alii Principi præterquam sibi competere persuasum habebant, cæteros Ῥῆγας seu Reges appellantes. Gesta Innocentii III. PP. p. 117. de Joannicio Rege Bulgaritæ: *Ipse præterea coronam regni legitimè receperat à summo Pontifice: sed ipse qui se appellabat Constantinopolitanum Basilea, coronat Imperii temere usurpaverat à seipso, &c.* Hunc tamen Bulgarorum Regi detulere, quem Βασιλέα dicebant, cujus etiam Legatos, cæterarum gentium Legatis præponebant ut est apud Luitprandum in Legatione, ubi meminit *Petri Bulgarorum Vasilei.* Vide Scylitzem p. 623. Eundem etiam titulum Carolo M. tribuêre Legati Nicephori Imperatoris an. 812. Annales Franc. *More suo Laudes ei dixerunt, Imperatorem eum & Basileum appellantes.* Quo loco Eginhardus habet Βασιλέα. Hanc postmodum appellationem invidére Caroli successoribus iidem Imperatores: qua de re lepidam instituit expostulationem Ludovicus II. Imp. adversus Basilium Macedonem, in ejus Epistola, quam descripsit Baronius an. 871. n. 57. Vide quæ in hanc sententiam adnotavimus ad Alexiadem p. 236. & ad Joinvillam p. 316.

BASILICUS. In Concilio VIII. Act. 1. ex versione Anastasii ita quidam subscribit: *Ego ille Basilicus — subscripsi.* Ubi idem Anastasius: *Basilicos Græcè dicitur Imperialis natura, aut Exspatharu Imperialis, aut alterius dignitatis. Imperiales homines fuerunt, qui rogati testimonii sui scripto & adstipulatione chirographa sigillatim roboraverunt.* Sed errat toto cælo: sunt enim Græcis Βασιλικοὶ, iidem qui *Mandatores*, qui Imperatorum mandata perferebant. Βασιλικὸς ἄνθρωπος, in VII. Synodo, Act. 1. βασιλικὸς ἄνθρωπος πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ σεπτοῦ ναοῦ ἔστηκεν, qui mox βασιλικὸς μανδάτωρ dicitur. Theodorus Studita in Catech. Μήτας βασιλικὸς ἀθρόως ἐλεύσεται. Constant. de Adm. Imp c. 7. Ἦν ὁ πέρωσιν βασιλικὸς εἰς Χερσῶνα ἕνεκα τῆς τοιαύτης διακονίας. ita c. 47. & alibi non semel. In Vita S. Nili junioris p. 91. Βασιλικὸς idem est, qui κριτὴς seu judex.

BASILISCUS. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. p. 237. *Fecit in Ecclesia Domini Salvatoris — vela serica de blattin Bisantea quatuor in circuitu altaris majoris, duo ex his aquilata, & duo de Basiliscis, ornata in circuitu de olovero.* Id est, serpentium vel potiùs Regulorum, (avium, quas Græci βασιλίσκους dicunt, figuris exornata.

BASILISSA. Gloss. MS. Ecclesiæ Paris. *Basilissa, Imperatrix.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Basilla, Regina.* *Basilissam* Angliæ Reginam vocat quidam Monachus in Epistola præfixa Glossario Ælfrici, qui Reges Angliæ *Basileos* se se vulgo inscribebant, ut suprà observatum.

BASILICA, Ædes sacra, templum, Ecclesia, Gloss. MS. Eccles. Paris. ex Isidoro: *Basilicæ priùs vocabantur Regum habitacula, unde & nomen habent. — Nunc autem ideo divina templa Basilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus & sacrificia offeruntur.* Adde Amalarium lib. 3. de Eccles. offic. c. 2. Honorium Augustod. lib. 1. c. 127. Canones Hibern. lib. 42. cap. 26. Joachimum Vadianum lib. 2. de Colleg. & Monaster. pag. 92. Stephanum Durantum de Ritibus Eccles. lib. 1. c. 1. num. 9. & seqq. Baron. ad Martyrol. Rom. 5. Augusti, Adr. Valesium lib. de Basilicis, &c. Cæterùm non assentior viris doctis, qui *basilicas* appellari ædes nondum consecratas volunt.

Basilica aurea, dicta Basilica Lateranensis, seu Salvatoris, Romæ, quæ à conditore dicta est *Constantiniana*, & propter excellentem illius structuram & ornamenta, *Aurea.* Vide Gregor. M. lib. 2. Epist. in Præfat. Anastasium in S. Silvestro, Panvinium &c.

Basiliculæ privatæ, apud Avitum Viennensem Epist. 6. Sacella & Oratoria.

Basilicæ appellatæ ædiculæ quædam, quas Franci nostri veteres magnatum tumulis imponebant, quòd formam basilicarum seu ædium sacrarum referrent, Nam aliorum inferioris conditionis hominum sepulcris aut *tumba*, aut *porticulus* tantùm superponebatur. Id colligitur potissimum ex Lege Salica tit. 58. §. 3. 4. & 5. ubi, qui *tumbam* aut *porticulum super hominem mortuum expoliaverit — solidis 15. Si quis verò basilicam super hominem mortuum expoliaverit, 30. solidis culpabilis judicatur.* Ex quibus satis patet *Basilicas* tumulos magnatum spectasse, quarum etiam mentio est in tit. 71. ubi agitur de mulcta illius qui *basilicam voluntario ordine aut fortasse per negligentiam incenderit.* Unde credunt viri docti ejusmodi basilicas ligneas fuisse, proindeque incendiis obnoxias.

BASILICANUS, *Palatinus vel etiam Ecclesiasticus,* Joanni de Janua. Ugutio: *Basilicani, propriè dicuntur qui habitant juxta basilicam, & sub alis ejus.* Gloss. Lat. Gall. *Basilicanus, Ecclesiastic.*

BASILICARIS, dicta olim una ex portis urbis Remensis; *quæ Collectitia antea vocabatur, scilicet à conferendis mercibus; nunc autem Basilicaris dicitur, eo quòd circa se basilicis dudum præ cæteris portis abundasse feratur: sive quòd euntibus ad Basilicas in vico almi Remigii consistentes pervia fuerit.* Ita Vita S. Gamberti Mart num. 3. Hodie appellatur *la Porte Bazée.*

BASILICARII, Clerici qui in *Basilica* seu æde sacra, Papæ, Episcopo, aut Sacerdoti sacra facienti ministrant. Isidorus Hispal Epistola ad Ludefredum Episcopum Cordubensem: *Basilicarios ipse* (Primicerius) *constituat, & matriculas ipse disponat.* Ceremoniale Cencii Camerarii apud Baron. an. 1191. *Statimque ipse Archidiaconus cum Priore Basilicario aptat pallium prædictum super Pontificem.* Clemens IV. PP. apud Raynaldum an. 1311. n. 13. *Consuevit autem Impe-*

Imperator larga Presbyteria omnibus exhibere —Cardinalibus, Primicerio & Cantoribus, Subdiaconis basilicariis, & regionariis, &c.

Basilicarius, vel *Basiliciarius*, μαλακὸς, ἀγοραῖος, in Gloss. Lat. Gr. vitilitigator, litigator, qui fora frequentat. Vide Casaubonum ad Theophr. Characteres p. 176.

BASILIDES, *Palatinus homo*, ἀνὴρ τῆς βασιλίδος, *i. de aula regia*, in Gloss. Isidori.

BASINDUCA. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ apud Ughellum tom. 9. p. 675. *Licentia & potestate recipere aquam libere à flumine Sleti pro faciendis molendinis basinducis, & casale corio, cum tenementis suis, &c.*

BASSA, *Ovis pinguis*. Vide *Bassus*.

BASSALLUS, pro *Vasallus*. Diploma Ludovici Imp. apud Ignorum Casinensem cap. 6. *Si Comes aut bassi nostri aliqua infirmitate remanserint, aut aliquem excusatum retinuerint, aut Abbates vel Abbatissæ, si plenissimè homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant, & eorum bassalli, & proprium & beneficium amittant. De Episcopis autem, cujuscunque basallus remanserit, & proprium & beneficium perdant.* Vide *Vassus*.

BASSATUM, *Terra hiatus*, in Gloss. Isid. Vide *Bassus*.

BASSILLARDUS, Pugio, vel sica. Catholicon: *Baselard, clunabulum*. Ita rectè reponit, pro *clinabulum*, Somnerus ex Isidoro & Turnebo lib. 19. Adv. cap. 32. Henr. Knyghton. lib. 5. *Arrepto basillardo, transfixit Jack Straw in gutture*. Et mox: *Cum alio basillardo penetravit latera ejus*. Idem p. 2731. *Les Viscomtes, — aient pouare d'arrester tous les contravenants, & les baselardes, daggers, & espées.*

BASSUARIA *jumenta*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. p. 79. ubi vetus ejus Gallicus Interpres, *Jumens à bast*, Clitellaria, sagmaria, aliis. Vide *Bastum*.

BASSUS. Gloss. Isid. *Bassus, crassus. Bassus, pinguis, obesus*. Papias; *Bassus, curtus, humilis*. Gloss. Gr. Lat. Παχὺς, *Bassus, grossus, crassus*. Παχὺς, ὑποκοσμικῶς *Bassulus* Παχύτης *Bassitias*. Gloss. Lat. Gr. *Bassus*, ἰσχνός. Joan. de Janua: *Bassa interpretatur pinguedo: unde bassus, i. non altus, quia pinguedo non finit multùm in altum crescere. Unde Bassare, deponere, & inde hæc Bassa, ovis pinguis*. Italis *Basso*, nostris, *Bas*, depressus, imus. Statuta Hospitalis S. Juliani in Additam. ad Matth. Paris p. 164. *Sotularibus bassis, pro calceamentis utantur*. Chron. Montis S. Agnetis c. 1. *Locus bassus complexioni humanæ nequaquam convenit*. Chron. Windes. lib. 2. c. 26. *Ita bassus fuit in seipso, & altus in DEO*. Regiam Majest. lib. 4. c. 36. §. 4. *omnes bassiores in parentela, sunt rustici*, id est, infimi ordinis.

Bassari, pro deprimi dixit Joannes Gersen lib. 3. de Imitatione Christi c. 46. n. 2.

Bassus, pro *Vassus*. Vide in *Vassus*.

BASTA, *Bastum*. Clitellæ, Gallis *Bast*. Italis *Basto*. Gloss. vetus: *Sagma, sella quam vulgus bastum vocat, super quo componuntur sarcinæ*. Gaufredus in Chronico Vosiensi c. 3. *Asinum stravit, &, ut rusticè loquar, superposuit bastas, in quarum una lipsanum Sancti posuit*. A Græco βαστὸς, fustis quo onera portantur: unde βαστάζειν, pro ferre & portare, deducit Salmasius. Alii vocem effictam ex βασταγὴ, de qua mox, putant.

Bastura asinorum, in Charta Guillelmi Episcopi Carnotensis an. 1166. in Histor. Perticensi p. 195. Hinc *Bastage*, βασταγὴ, in Consuetud. Aquensi tit. 12. art. 5. 6. S. Severi tit. 10. art. 5. 6. pro pensitatione quæ domino præstatur pro equo clitellato, seu clitellis instructo.

BASTAGA, Onus ipsum, vel oneris transvectio, à βαστάζειν, *ferre*. Hesychius: Βασταγὴ βάρος. Publicola Epist. 153. inter Augustinianas: *In Arzugibus, ut audivi, jurantes per dæmones suos, qui ad deducendas bastagas pacti fuerint, &c.* Propriè autem usurpatur pro onere transferendi res publicas aut privatas Principis, in l. 11. Cod Th. de Cohortalib. *Bastaga privata*, id est, onus transvehendi res privatas Principis, erat sub dispositione Comitis rerum privatarum: *Præpositi bastagarum*, sub dispositione Comitis sacrar. largit. in Notitia Imperii, & in Vita S. Parthenii Episcopi Lampsaceni n. 11.

Bastangari, qui equis aut mulis res Principis aut publicas ad destinata loca deducebant, in l. 3. & 11. C. Th. de Murilegulis. Breviloq. *Bastangarii secundùm quosdam dicuntur quasi bestiæ angariæ, eò quòd rusticos angariabant ad quintam bestiam præstandam*. Italis *Bastagio*, est bajulus. Matth. Villaneus lib. 11. c. 42. *Il corpo suo con due bastagi & un famiglio fu portato alla chiesa.*

BASTARDUS, Nothus, spurius, illegitimus. Vetus Charta in Tabular. Casauriensi: *Trado vobis Giso & Gerardo germanis meis bastardis quartam portionem de omnibus rebus proprietatis meæ*. Adam Bremensis cap. 168. *Ecce Willelmus, cui pro obliquo sanguine cognomen est Bastardus*. Quò spectant ista Eustathii in Odyss. Θ. Δῆλον ὅτι οὐδ' ἦν ἐν ὀνείδει τοῖς παλαιοῖς ἡ νοθεία. Ἐπεὶ γὰρ νενόμιστο παλλακὰς ἔχειν, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν Νόθοι μὲν ἐκαλοῦντο, ἀκαταγνώστῳ καὶ ἀνεμεσήτῳ κλήσει. Οὐδὲν δὲ ἐτιμῶντο οἱ ἐν νόθοις ἀγαθοί, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ παλλακὴ ἐφύβριστον ἦν ὄνομα. Quæ quidem aptari rectè possunt iis sæculis, quibus Guillelmus nothus vixit, de quibus egimus in V. *Concubina*. Ipse Guillelmus Anglorum Rex in Epist. ad Alanum Britanniæ Comitem: *Ego Willelmus, cognomento Bastardus*. Boxhornius à Cambro-Britannicis etymon accersit, qui vetere etiamnum, ut asserit, Gallorum & Britannorum linguâ utuntur: *Bastard* enim spurium & nothum vocant, voce composita à *Bas*, non profundus, depressus, & *Tardol*, germinare & pullulare, salire, oriri, ut fontes: quasi dicas, qui non à profunda & antiqua nobilitate ortum deducat, sed qui nuper enatus est & germinavit. Atque inde fortè bastardos nostri appellarunt *Fils de bas*, quasi ex infimæ & humilis sortis femina genitos, & ex inferiori contubernio, (vide in *Disparagare*) cujusmodi sunt ut plurimùm meretrices ac concubinæ, in Literis Philippi Ducis Burgundiæ an. 1391. Philippus *Mouskes* MS.

Fille le Roi Henris de bas,
Juliane fu apielée.

Infra:

Si ot de bas li Rois sis fius.

Historia Francica vernacula MS. ex Bibliotheca Memmiana fol. 268. *Si ala en Puille à Mainfroi son fils de bas.*

De aliis vocis hujusce originibus consulendi præterea Cujacius ad Novell. 18. Justin. Spelmannus, Bisciola to. 2. Horar. subcesiv. c. 9. Besoldus in Thesauro Practico, Cobarruvias in Thesauro linguæ Castil. Menagius in Orig. Ital. Kilianus, &c.

Bastardia, Illegitima nativitas. Aresta Pentecost. an. 1290. in Reg. Parlam. fol. 86. *Quantum illa quæ Ballivus Turon. tenebat in manu Regis, & saisiverat super dictum Hardoinetum & fratres suos, propter bastardiam sibi impositam, &c.* Matth. Paris an. 1247. *De novo præscribit Rex certam formulam Episcopis de bastardia, utrum scilicet ante matrimonium contractum, vel post nati sint*. Observat Regiam Majestatem lib. 2. cap. 50. & 51. *de bastardia*, coram judice Ecclesiastico litigari, quod tradunt etiam Bracton. lib. 4. Tract. 3. cap. 19. lib. 5. Tr. 5. cap. 19.

cap. 19. Fleta lib. 5. c. 5. §. 7. lib. 6. c. 39. & Chriſtophorus de S. Germano in Dialogo de fundamentis Legum Angliæ cap. 6. *Baſtardie*, in Conſuet. Normann. cap. 27. *Baſtardage*, in Burbonenſi art. 194. *Baſtardia*, Hiſpanis. *Le Roman de Rou MS.*

De Guillaume avoit grant envie,
Que ſur lui alioit ſeignoirie,
Reproche li ſa baſtardie.

Abaſtardare, Baſtardum, ſeu nothum, aut illegitimum pronuntiare. Fragmentum de Epiſcop. Petragoric. apud Labeum tom. 2. Bibl. pag. 739. *Quem* (Heliam Rudellum Comitem) *mater ſua Comitiſſa — coram eodem Epiſcopo in Conventum publicè abaſtardavit, dicens quòd non erat filius Heliæ comitis.*

BASTARE, Italis, *Baſtare, eſſer à baſtanza*, ſufficere, quaſi *bene ſtare*. Ugutio: *Sufficere, quod vulgo dicitur baſtare.* Vide Origines Italicas V. Cl. Ægid. Menagii.

BASTUS, Sufficiens. Charta Hiſpanica æræ 1153. apud *Ypez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 4. pag. 437. *Tunc quidem dejecto ab Epiſcopatu Didaco Priori, cumque Adulſus Abbas, ſanctus vir & bonus videret augeri ſub ſe ſervos Dei, & in illo minimo habitaculo non poſſe congregari, penitus diruit, & majus ſatiſque congruum & baſtum condere cœpit.*

BASTASSIZA, Naviculæ apud Dalmatas ſpecies. Charta Capituli Scardonenſis an. 1284. apud Joannem Lucium lib. 4. de Regno Dalmatiæ cap. 13. *Obligaverunt ſe in perpetuum facere conducere — de lignis — quatuor barchas, vulgariter dictas baſtaſſizas.*

BASTERNA, Vehiculum tectum, & feminarùm: lectica, geſtatoria ſella. Servius ad 8. Æneid. *Pilenta ſunt vehicula, ſicut nunc baſternas videmus.* Gloſſ. Iſidori: *Baſterna, tecta manualis.* Infrà: *Bortanea*, (leg. *Baſterna*) *tecta manualis.* Ubi emendant viri docti *tecta mannalis*, quæ ſcilicet à *mannis* ducitur. Pro *tecta*, Gloſſ. MS. Eccleſiæ Pariſ. literis Longobardicis exaratum, Ugutio, & Joannes de Janua *theca* habent. Certè à *duobus animalibus deportari* baſternam ſcribit idem Iſidorus l. 20. Orig. cap. 12. Unde etiam S. Auguſtinus Epiſt. 116. *baſterna vehi* dixit. Nam lectica veterum ab hominibus geſtabatur: proinde malè quidam apud Iſidorum emendarunt, *lectica manualis*, quaſi manibus deferretur. Sed quod addit idem Iſidorus, appellatam, quaſi *viæ ſternam*, nihil prorſus ſonat. Vetus Epigr. lib. 4. Epigrammatum veterum Pithœi pag. 157. baſternam à binis burdonibus deferri pariter teſtatur:

Hanc geminis portat duplici ſub robore burdo:

Omnino etiam tectam, & matronarum propriam fuiſſe ſcribit:

Aurea matronas claudit baſterna pudicas.

Et infrà:

Proviſum eſt cautè ne per loca publica pergens
Fucetur viſis caſta marita viris.

Ita Ammianus l. 14. *Matronæ complures opertis capitibus & baſternis per latera civitatis cuncta diſcurrunt.* Interiora baſternarum undique tecta *caveas* appellarunt. Acta S. Suſannæ: *Eadem hora Præpedigna aſcendit caveam baſternæ, & venit ad domum Gabinii.* Et S. Hieronymus Epiſt. 22. *Præcedit caveas baſternarum ordo ſemivirorum. Mollibus* illa inſtrata erant *ſtramentis*, ut auctor eſt idem Iſidorus, quæ *lectos* videtur appellare Matellus in Quirin. Ecl. 10.

Baſterna vectus, qua ſtratus erat ſibi lectus.

Uti rectè emendant viri docti. Capitulare de Villis cap. 64. *Ut carra noſtra quæ in hoſtem pergunt, & baſternæ bene factæ ſint, & opercula bene ſint cum coriis cooperta, &c.* Baſternæ meminerunt præterea Scholiaſtes Juvenalis, Palladius de Re ruſtica, S. Hieronymus ad c. 66. Iſaiæ. Lampridius Heliogabalo, Gregorius Turon. lib. 3. Hiſt. c. 16. 24. Althelmus de Laude virg. c. 35. 44. Vita S. Ruſticulæ Abbatiſſæ Arelat. cap. 24. Paſſio SS. Seraphiæ & Ruſticæ n. 1. Vetus Interpres Moſchionis c. 126 &c. Adde Ughellum to. 1. part. 2. p. 200. βαςέρνιον eadem notione habent Scriptores aliquot inferioris ævi, auctor Vitæ S. Auxentii Archimandritæ, Harmenopulus, Libri Baſilic. &c. Vocis originem quidam à Baſternis Sarmatiæ populis, alii à Græc. βαςάζειν, deducunt. Vide Juretum ad Symmach. lib. 6. Epiſt. 15. Salmaſium ad Lamprid. & Roſweidum ad Vitas Patrum, ubi multa de Baſternis.

BASTIA, *Baſtita, Baſtile*, Caſtrum, turris, propugnaculum, vulgò *Baſtie, Baſtide.*

Baſtia, ex Italico *Baſtia, ſteccato.* Charta Friderici II. Imp. an. 1238. *Interdicimus ne — caſtellum novum, baſtiam ſive munitionem aliquam facere præſumat.* Occurrit in Hiſtoria Cortuſiorum l. 6. cap. 2. l. 7. c. 7. 10. 12. l. 9. c. 6 l. 10. c. 11. apud Joannem Villaneum paſſim, & apud Petrum Gerardum Patavinum l. de Ezelino tyranno, &c. Academici Cruſcani: *Baſtia, longo riparo, compoſto di legnami, ſeſſi, terra, e ſimul materia per fortezza de' luoghi, e degli eſerciti, oggi trencea, ò trinciera*, Lat. vallum, ſeptum, agger.

Baſtida. Charta an. 1204. in Regeſto Carcaſſon. *Licentiam damus ut in locis idoneis quos elegeritis infra terminum prædicti pignoris, poſſitis novas baſtidas ſive munitiones ædificare.* Areſta an. 1286. in 2. Regeſto *Olim*, fol. 18. *Super juſtitia illorum qui ſunt jurati de baſtidis Dom. Regis Franciæ, levantes & cubantes ſub Rege Angliæ, ſcietur conſuetudo baſtidarum vicinarum.* Froiſſart. 1. vol. c. 111. *Et meit baſtides ſur les champs & ſur les chemins, en telle maniere que nulles pourveances, ne les vivres ne pouvoient venir dedans la ville.* Vide tom. 9. Spicilegii Acheriani pag. 248. & ſuprà in *Andamentum.*

Baſtita, Florentinis *Baſtia.* Chronicon Guill. de Podiolaurentii c. 34. *In tranſitu ceperunt baſtitam Deodati Alamanni, & munitionem quæ ibi erat.* Occurrit in Hiſt. Obſid. Jadrenſ. lib. 1. cap. 24. apud Joann. Villaneum lib. 5. c. 2. lib. 6. c. 4. Raphanum de Careſinis in Chron. Veneto p. 243. MS. Reg. &c.

Baſtile. Henr. de *Knyghton* l. 5. *Dux Britanniæ fecerat unum baſtile de meremio à parte maris ad retrahendum eis ſubſidium ex parte aquæ.* Utitur pluries p. 2677. Hinc inditum arci Pariſienſi nomen *Baſtille.*

Baſtire, Ædificare, propriè *baſtias*, ſeu *baſtitas* extruere, Gallis, *Baſtir.* Epitaph. Joan, Archiep. Viennenſ. an. 1265. apud Joannem à Boſco in Vienna: *Qui caſtrum baſtide baſtivit.*

Baſtimentum, ex Gallico *Baſtiment.* Tabularium Brivatenſe ch. 409. *Ut mittam in baſtimentum ipſius manſionis centum ſol.* Occurrit præterea in Charta an. 1181. apud Catellum in Comitib. Toloſan. p. 215.

BASTONERIUS, Ῥαβδοφόρος, Apparitor, *bedellus*, Italis *Baſtoniere*, virgifer. Petrus II. Rex Aragonum in Charta MS. confirmationis Libertatum & Conſuetudinum Catalaniæ: *Ordinamus quòd Vicarii, Procuratores, aut Officiales quicunque, Sagiones, aut Baſtonerii noſtri, non intrent amodò civitates, &c.*

BASTONICUM, Arctiſſima cuſtodia. Capitulare Engilenheimenſe cap. 1. Capitula Caroli Mag. l. 6. c. 96. & Caroli Calvi tit. 20. 27. 29. *A Comite adducatur, ut in baſtonicum retruſus, usquedum nobis placuerit, pœnas luat.* Regino l. 2. de Eccleſiaſt. diſciplinis c. 274. citans hoc caput, habet *baſtiniaco.* A Gallico *Baſton* dictum putat Spelmannus, fortè quod cuſtodes carcerum baculis inſignes eſſent, tum ad muneris indicium, tum ad coërcendos incarceratos: Sic miniſtri Fletæ antiqui apud Anglos carceris,

pictis

pictis hodie dignoscuntur baculis, à quibus & ipsimet *Bastons* nuncupati sunt.

BASIUM vide in *Basia*.

BATA, vide *Batus*.

BATALARE *arma*, *Armare*, *tractare*, Senecæ: *Arma movere*, Manilio, & in veteri Epigrammate: *Manier les armes*. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. *Dum potest — equum viriliter ascendere, arma sua velociter batalare*. Tit. 3. c. 1. §. 14. *Mancus digitus impedimentum est ad arma batalare*. Galli *Batailler*, Itali *Bataglare* dicunt, armis congredi, arma viriliter stringere, vibrare. Vide Salmasium ad Spartianum p. 58.

BATALARIA. Vetus Interpres Juvenalis in Sat. 7. *Stlataria purpura: Illecebrosa. Ennius:*

Et melior navis, quam quæ stlataria portat;

id est, multisonalis, quæ vulgo dicitur Batalaria. Est igitur *Batalaria*, navis, quæ remis suis mare tundit, etiam cum sonitu; sed an inde formata vox *Batel*, seu *batellus*, pro navicula, non ausim affirmare.

BATALIA, Pugna, prælium; Italis, *Bataglia*; Gallis, *Bataille*. Senator. lib. de Orthograph. c. 5. *Bat, in uno tantùm repperi nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id est, Battualia, quæ vulgò Batalia dicuntur, quæ B. mutam habere cognovimus. Exercitationes autem militum vel gladiatorum significant*. Additio 1. ad Legem Burgund. tit. 5. §. 2. *Si ad batalias mulier foras curte sua exierit, & vulnera acceperit, &c.* Helmodus lib. 1. Chronic. Slavor. c. 93. *Juniores de exercitu, quos præliandi stulta cupido incitabat hostem provocare, & suscitare batalias*. Vide Foros Aragon. lib. 4. tit. de Probationib.

Batalia, *Batala*, Duellum, judicium duelli, Gallis *Bataille*. Charta Ludovici Comitis Sacricæsaris an. 1219. ex Tabul. S. Satyri: *Et permitto batalias omnes, quas Grammmatici duella vocant, &c.* Libertates Regni Majoric. correctæ per Jacobum Reg. Aragon. an. 1248. *Pro aliquo crimine, vel delicto, vel demanda, non facietis nobiscum vel cum Bajulo aut Curia civitatis, nec inter vos ipsos batalam per ferrum calidum, per hominem, nec per aquam, vel aliam ullam rem*. Tabularium Levitanum apud Marcam lib. 9. Historiæ Beneharn. c. 2. *Si qua pecunia pro placitis aut batallæ de prædicto Monasterio nobis evenerit*. Charta Roberti Abbatis de *Burton*, tom. 2. Monast. Angl. p 870. *Ad Abbatem venire debent causa judicandi latronem, si sit captus, vel causa judicandi batatlle.*

BATAILLIÆ, Munimenta urbium aut castrorum, ad quæ *Batalliæ* seu prælia fieri solent, cùm portarum repagula perrumpere hostes conantur: vulgò *Bailles*. Charta Hugonis D. Burgund. an. 1184. apud Perard. & in Regesto Feodor. Burgund. 1. part. fol. 93. *Muro quoque permisi idem castrum claudi, cujus altitudo a ripa interiori sit unius lanceæ, absque batailliis, & muro antepectorali, ita quòd non liceat ulterius extendi*. Chron. Flandr. c. 43. *Et ouvrent que les Flamens avoient bataillé un Eglise*. Et c. 36. *En leur chemin trouverent une Eglise, qui estoit bien bataillée, où les ennemis s'estoient traits*.

BATALLUM, Tudicula, ropalum cymbali, campanæ, ex Gall. *Batail*, *Batane*; Italis *Bataglio*, vel *Batacchio*: sic dictum quòd æs verberet. Chronicon Valciodorense: *Absconditis omnium campanarum batallis*. Vetus Charta apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. an. 1266. n. 41. *Batallia campanarum etiam ab aliquibus Ecclesiis auferebat*. Vide *Batillus*, & Tondere.

BATATORIUM, *Baptitorium*, *Batanderium*, *Baptalerium*: voces unius ejusdem originis & notionis: Battuarium, *Batan de Pannos*, Hispanis, ubi panni tunduntur: *Moulin à draps*, nostris. Charta Hugonis Comitis Trecensis an. 1101. apud Chiffletium in S. Bernardi genere asserto: *Et quòd in finagio prædicti castri nullus unquam molendina, batatoria, vel aliausuaria faciat*.

Baptitorium. Libertates Jasseronis oppidi in Bressia apud Guichenonum: *Furnos, torcularia, molendina, baptitoria, & fullones in dicta villa nobis retinemus*.

Batitorium, in Charta Amedei Comitis Sabaudiæ an. 1360. apud Guichenonum in Episcopis Bellicens. p. 57.

Battorium. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 50. *In quibus aquis accipio de placitamento in unumquodque molendinum, quando ædificatur, 5. sol. & in battorium similiter, quando ædificatur.*

Batentorium, *Batenterium*. Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 72. *Concedunt & guerpiunt sine omni retinimento Ecclesiæ S. Mauritii quicquid juris habebant in batentoriis de Exauraur, in appendiciis circumjacentibus, scilicet aquis, clausuris, & terris.* Tabularium Prioratus de Domina Ord. Cluniac. in Delphinatu: *Et pratum juxta Isaram, & in Dominam fluvium molendinum & batenterium, &c.* Fol. 9. *De campo baptenterii*. Fol. 15. *Bantenterium*. Fol. 45. *Dedit Petro Raschat unum batenterium in tali convententia, ut annuatim redderet supradictis Monachis 6. sestarios salis, & per vindemias unum asinum per totum diem: & si noluerint suum cannavum batere, faciat sine mercede.* Fol. 120. *Petrus & socii ejus debent de batenterio 5. sestarios de sale in festivitate S. Martini* Fol. 122. *Boso Walterius dedit nobis dimidium batenterium, quem tenet Andreas Raynaldus, unde debet 1. agnum de 7. denar. in Pascha.* Ex quibus videtur hîc *batenterium* sumi pro loco in flumine ubi cannabis tunditur & maceratur. Vide *Aroagium*.

Bathedorium. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Constituo ut de Obedientia de Modiaco — nihil de placitis, nihil de mansis mutandis, vel Ministris, nihil de offerendis altaris & decimis dandis, nihil de molendinis seu bathedoriis, & thelonariis, & cæteris hujusmodi aliquis Obedientiarius in propriis usibus deinceps quicquam habere præsumat.*

Buttorium, *Buttitorium*. Charta Edw. III. Reg. Anglic. tom. 2. Monastici Anglic. p. 832. *Usque ad stagnum molendini ipsius Willelmi cum buttorio, & agardino suo ubique usque ad divisas inter Berefod. & Wasperton, cum spurte, & quolibet genere butitorii in perpetuum.* Videtur legendum *battorio* (Battoir) *& batitorii*.

Batanderium. Fundatio Abbatiæ Pinarolensis an. 1064. in Probat. Histor. Sabaud. *Cum molendinis & batanderiis.* Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1386. *Furnis, molendinis, paratoriis, batanderiis.* Adde Ughellum tom. 4. p. 1454. Charta Rogerii Siciliæ Comitis Græcè exarata; apud eundem in Episcopis Melphensibus: Ἐπὶ ἐπιδίδομεν ἄδειαν ἔχειν — κατασῆσαι μίλως (leg. μύλως) καὶ βαντιδέελα, ἵνα ἔχει τὸ νερὸν ἐλεύθερον εἰς τὸ τινὸς ὀχλήσεται ἄτελον.

Baptalerium. Charta alia pro eadem Abbat. Pinarolensi an. 1078. *Cum areis, terris, — paludibus, molendinis, baptaleriis, fullatoriis, &c.*

BATEICIUM. Charta Galcherii Comitis S. Pauli an. 1289. apud Duchesnium in Hist. Castilion. p. 36. *Concessi etiam eidem Capellano & successoribus ejus usuarium suum in bateicio de Brogny, — quandiu manserint apud Brogny.* Fortè *Pateicio*, pascuo; *Patis*, nostris.

BATELLUS. Vide *Batus*.

BATERA, *Genus pateræ, à Batus dicta.* Joan. de Janua.

BATHINODIUM. Acta S. Forannani Abbatis Walciodorensis num. 21. & Chronicon Walciodorense MS. *Constituit praeterea quatenus ex his duabus partibus & potestatibus quasi gens una & populus unus, sibi invicem familiae haererent, & sine exactione contraria, & bathinodii quaestu, Florinensis homo ex Walciodorensi potestate mulierem sumens, legitimè sicut sibi parem ducat: sicut versa vice similiter Walciodorensis de Florinensi potestate mulierem sumendo, faciet.* Ubi vir doctissimus Daniel Papebrochius existimat *Bathinodium* dictum esse quasi *Bednood*, id est, *lecti necessitas*, ita ut jus illud fuerit quod praediorum domini in ascriptitios suos *primae noctis* habent, de quo pluribus agimus in voce *Merchetum.*

BATHOICA. Vide *Bacchonica.*

BATIFOLIUM, Propugnaculi species, Italis *Batifolle*, nostris *Bastion*, seu, ut quibusdam placet, turris illa lignea, quam *Berfredum* vocabant. Albertinus Mussatus lib. 5. de Gestis Italicor. post Henricum VII. Rubr. 4. *Ad propugnaculum, quod Tusci batifolem vocant, se conferentes, &c.* Hist. Obsid. Jadrensis an. 1345. lib. 2. cap. 16. *Ipsoque die quoddam batafollum cum monos* (id est, una) *machina ultra portum, ubi primitus extitit sticatum, readificaverunt.* Utitur passim Joan. Willaneus lib. 3. cap. 1. 2. lib. 6. cap. 4. & alibi:

Bacifollum, seu *Batifollum.* Tabularium S. Flori in Arvern. *Medietatem molendinorum, bacifollorum, graneriarum, pratorum, alveorum, &c.* Ubi bacifollum fortè usurpatur pro molendino ventario, cujus aedificium in modum turris seu berfredi extructum est. Vide Octav. Ferrar. in *Bastone.*

BATILLUS, idem quo *Batallum.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 98. *Quidam verò illusores, eo veniente, omnes batillos campanarum furati sunt.* Vita B. Roberti I. Abbatis Casae-Dei lib. 2. cap. 16. *Duo majora signa pulsari caeperunt, ac batillus illorum unius dilapsus frontem equi vibrando attigit.* Charta Joannis Episcopi Ambian. an. 1345. in Tabular. Episcopat. *Post primam pulsationem incontinenti batellus grossae campanae ter vel quater tangatur, ad designandum, quod sit obitus duplex.*

Batillum, Papiae, *Thuribulum, pala, ferrum quo colliguntur carbones.* Vide *Batulus.*

BATINUS, *Rusticus*, Ugutioni. *Batinus* habent Glossae Isid. Papias, *Bacunus.*

BATIOLA, *Vatiola*, diminutivum à *Batus* vel *Bata*, aut Batta, Vasculum, poculum. Gloss. vetus: Batiola, ποτήριον. Glossae aliae Graec. Lat. Ποτήριον φιαλοειδές, *vatiola.* Plautus Colace: *Batiolam octo pondo habebat, accipere voluit.* Gregorius Mag. l. 1. Epist. 42. *Cui etiam batiolam patris sui restitui volumus.* Vide *Batus.*

BATISCHA. Annales Rerum Pisanarum an. 1156 *Circuierunt undique civitatem castellis, & turribus ligneis, batischis, pro timore Friderici Regis Romani venientis.* Ubi legendum videtur *bretischis*, vel *breteschis.* Vide in hac voce.

BATLINIA. Capitulare de Villis cap. 42. *Unaquaeque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatias, batlinias, drappos, — habeat.* Etiamnum Lemovices *Balinges* vocant, quod Franci *Couches*, seu fascias lineas quibus involvuntur infantes: proinde in hac voce, literae *ia*, consonantem efficiunt. Vide *Balinia.*

BATTERE, Verberare plagas inferre, Gallis *Battre*, ex Latino *Battuere.* Pactus Legis Salicae tit. 38. §. 4. *Si quis servum alienum battiderit.* Edit. Pithoeana habet *flagellaverit.* Lex Langob. l. 1. tit. 6. §. 1. *Si — turpiter eum tenuerit aut battiderit.* Tit. 8. §. 24. *Si battiderit, aut percusserit, pro una ferita, &c.* Occurrit praeterea §. 29. & 30. 31. tit. 9. §. 16. 26. tit. 16. §. 4. tit. 25. §. 47. l. 2. tit. 11. §. 4. Capitul. 1e Sicardi Principis Beneventani cap. 9. *Si quispiam militem vel quamlibet aliam personam simpliciter ambulantem ligare aut battere praesumpserit tempore pacis, &c.* *Linum battere*, in Capit. Carol. M. lib. 1. cap. 81. *Battere in scuria*, Gall. *Battre en grange*, in Capit. Caroli Calvi tit. 3. c. 29.

Battitura, aliàs *ferita*, Percussio, Italis etiam *Battitura*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 8. §. 31. Matth. Silvaticus: *Tubel, id est, battitura seu squamma metallorum cadens ab incude.*

Batteria, Conflictus, pugna in jurgio, ex Gallico *Baterie*, in Fleta l. 2. c. 1. §. 25. *Placita bateriae, sanguinis fusi, debiti, transgressionis, &c.* apud Will. Thorn. quae vulgò *Mesleiae* dicuntur.

BATTORIUM. Vide *Batatorium.*

BATTUERE. Papias: *Battuit, concidit, periclitatur.* Gloss. Isid. *Cancellat, concidit, batuit.* Gloss. Lat. Graec. *Battuit*, κατακόπτει. Vetus Charta apud Beslium in Regib. Aquitaniis: *Ipse Agnaldus venisset super homines in sua forcia ex villa Cavadado, & exforciasset, & eos batuisset injustè.* Marcellus de Medicam. c. 36. *Mittes in pilam ligneam, atque illic tandiu batues, donec sit subactissimum.* Apitius lib. 4. cap. 2. *Soleas battues, & curatas Compones in patinam.* Utuntur Plautus in Casina Act. 2. Naevius, Sueton. Plinius, &c.

Battuarium, Gloss. Lat. Graec. *Battuarium*, κόπανον. Gloss. Graeco-Lat. Κοπανιστήριον, *battuarium.* Κόπανον, *bacttulum.*

Battutilis, de metallo dicitur in laminas diducto, atque malleo contuso, *Metail battu.* Anastasius in S. Silvestro: *Basilicam Constantinianam, ubi posuit ista dona: fastigium argenteum battutile, quod habet in fronte Salvatorem sedentem in sella in pedibus, — pens. lib. 120.* In Leone III. *Cereostati batutiles.*

Battutus, Verberatus Gloss. Lat. Graec. *Battutum*, τυπτηθέν. *Battutum*, κοπτωτόν: sic enim legendum, pro *battatum*, κοκκωτόν. Lex Alaman. c. 98. §. 2. *Si porcarius ligatus de via ostatus, & vel battutus fuerit. Ferrum battudum*, vel *battutum*, in Formula 119. inter Lindenbrogianas. Italis *Battuto*, est pavimentum, seu solum loci operti: *Terracio, luogo mattonato, scoperto.*

Battuatores, Βατανισταί, Senatori l. de Orthograph. cap. 5. qui ab eodem fonte, quo *battualia*, deducit. Vide Salmasium ad Spartianum pag. 59.

BATSUEINS, in Domesdei, *Nautae*: sed propriè qui in scafulis & minoribus navigiis operam navant, remigantes potiùs quàm velificantes: ut sic dignoscantur à *Buscarlis*, qui grandioribus inserviunt; à *Bath*, cymba, scapha, & *Suant*, operarius. Spelmannus.

BATTUS. Vide *Butus.*

BATUDA, Species piscationis; cùm pisces scilicet in aqua exagitantur, coguntur que diverberatâ, seu *batutâ*, aquâ in unum locum confugere, quo faciliùs capiantur. Charta Occitanica an. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 130. *Quòd quicunque de catero piscabitur in aquis stagnorum Lunelli & Melgorii cum artibus piscandi, videlicet batuda, vel fichorra, vel avus, vel seze, vel retibus subtilibus, vel rezailh, possint applicare ubi voluerint cum piscibus quos cum dictis artibus ceperint, &c.* Infrà: *Et quòd de catero in aliquo praedictorum stagnorum — non piscentur cum batuda, prout prohiberi dicitur, extitit consuetum. Item ordinavit, quòd quicunque de catero piscabuntur in aquis dictorum stagnorum cum bruguia, sive cum bologio, sive cum quibusdam aliis artibus, cum quibus usque nunc piscari ex... it consuetum, exceptis artibus in proximo capitulo expressatis, teneantur solvere drechuram sive pulmentum*

tum ... ... , in cujus aquis cum dictis arti-bus ... , &c.

B... US. Ado Vienn. in Martyr. 4. Id. August. *... unt omnia genera tormentorum, plumbatæ, fustes, lamina, ungulæ, ..., vatuli.* Qua voce, *batillos*, vel *batilla*, innui censet Rosweidus, de quibus Plin. lib. 33. c. 8. lib. 34. c. 11. & Treb. Pollio in Claudio. Sunt autem *batilli*, ferrea instrumenta, palæ similitudine, quibus prunæ in fornacibus colliguntur. Vide Casaubonum ad eundem Pollionem, & suprà in *Batillus*.

BATUS, *Batta*, Mensuræ species Vetus Agrimensor: *Batus constat modiis 2. totidemque sextariis. Duo bati metretam faciunt, qui sunt sextarii* 100. Isidor. lib. 14. Orig. c. 25. *Batus vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quæ bath apud eos, vel batho nominatur, capiens* 50. *sextaria, quæ mensura una vice molæ protenitur.* Ebrardus in Græcismo:

Est mensura batus, proprium quoque dicito battus. Gloss. Ælfrici, *Batus*, Ambeꝥ, i. amphora. Gloss. Lat. Gr. *Batta*, *βάτος*. Jo. Brompton in Ricardo I. *Similiter & de batis vel amphoris, seu metretis, quas vulgo galones dicimus, legitimas statuit mensuras.* Apud Hebræos *βάτος* fuit mensura liquid. 72. sextarios Atticos continens, de qua copiosè egit Georg. Agricola l. 1. de Externis mensuris, quam æqualem amphoræ Atticæ, quæ Græcè *μετρητὴς* & *βάδος* dicitur, fuisse ait. At sequioribus sæculis, *batus* vas etiam fuit, quo avenam ad equorum pabulum dimetiri solebant. Gloss. Lat. Gal. *Batus*, *Mesur*, *Provendier, id est*, mensura præbendaria. Hinc qui avenam equis distribuebat, *Abatis* dictus. Vide suprà in hac voce.

BATUS, *Battus*, *Batellus*. Scapha, cymba, Gallis *Bateau*, fortè quòd in modum *Bati*, de quo mox, confecta esset. *A bat* Saxonico, quod scapham & cymbam significat, deducit Spelmannus. Gloss. Ælfrici, *Linter*, Bat.

Batus. Leges Ethelredi Regis c. 23. *Qui ad portem veniet cum bato, ubi piscis inest, unus obolus dabatur in telonium.* Monastic. Anglic. to. 3. p. 97. *Et ex dono patris mei unum batum in piscatura Cestriæ, ubicunque voluerint ad piscandum, &c.*

Battus. Diploma Philippi M. seu Longi, Regis Franciæ, pro Abbatia S. Wandragisili in Normannia, in Monastico Angl. to. 2. p. 1005. *Liberum quoque transitum battorum eorum, sive navium, per Sequanam ascendentium, &c.* *Batti*, apud Joan. Villaneum lib. 6. c. 70. 71.

Batellus, Italis *Batello*, Picardis *Batel*, Francis *Bateau*. Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1218. *Orta est maxima tempestas, & naves separatæ sunt ab invicem, & quædam ex iis batellos suos vi tempestatis amiserunt.* Matth. Paris an 1245. *Misimus ultra aquam per batellos 300. Wallens...* Charta Ricardi Regis Angl. to. 1. Monast. Angl. p. 47. *Cum applicatione, oneratione, & exoneratione navium, batellorum, & aliorum vasorum in eisdem aquis, &c.* To. 2. p. 1021. *Unum batellum & unum rete libera ad piscationem.* Adde Chron. Nangii an. 1296.

Batella. Leges Burgorum Scoticorum tit. 125. §. 2. *Naves, navicula, batellæ.* V. Fletam lib. 1. c. 25. §. 9. c. 44. §. 1.

BAVA, Saliva, fluor salivæ, Gallis *Bave*, Hispanis *Bava*. Academicis Criuscanis: *Bava, schiuma che da se stessa esce dalla bocca de gli animali.* *Bava in ore*, apud Michaëlem Scotum de Physionomia cap. 12.

BAUBELLA, numero multitudinis, Res pretiosæ, veluti gemmæ, uniones, & alia ejusmodi, quæ vulgo *Bibioles* appellamus, aliàs *Joyaux*. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Tres partes thesauri sui, & omnia baubella sua divisit Othoni nepoti suo Regi Alamannorum.* *Bambola*, Italis est vitrum speculi, fortassis etiam ipsum speculum. Specula verò sunt in mundo muliebri, unde fortè etiam nostri hauserunt suum *Babiole*. Vide *Baciballum*.

BAUCA, Vasis species. Gloss. Lat. Græc. *Bauca*, *εἶδος ἀγγείε*. Perperam editum *bavar*. Alibi: Mascusta, *βαύκη*. Ubi *Mascauda* legendum monet Salmasius. Gloss. Gr. Lat. *Βαυκὶς*, *hoc vimiferum*, vas scilicet vinarium, Græcis *οἰνοφόρον*. Sed & pro *hoc*, fortè legendum *vas*. Anastas. in Leone IV. p. 197. *Sed & in Ecclesiis multa dona obtulit. — Cantharam exauratam unam, baucas exauratas 3. fibulatoria 5.* Idem in Benedicto III. p. 206. *Coronam ex auro pens. libr. 4. baucas ex auro paratissimo duas pens. lib. sparam cum auro purissimo ligatam.*

Vauca, scribitur in Historia Ignoti Casinensis de Rebus Langobard. cap. 10. *Siconolfus Princeps — de B. Benedicti Cœnobio thesaurum abstulit plurimum: siquidem vice prima baziam argenteam unam, vaucas par unum in gemmis & smaragdis, spara par unum, &c.* Vide *Bauga*.

Boca. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 28. *Tulit in calicibus, & patenis, — phialis quoque & hamulis, bocis, ac fibulis auri libr.* 130. Ubi quidam Codd. habent *bocis*, alii *baucis*.

Boccola, Εἶδος ἀγγείε, in Gloss. Lat. Gr.

Boclaris, idem quod *baucalis*. Necrologium Viennensis Eccles. apud Petr. Chifflet. in Tornutio 3. *Id. Jan. obiit Boso Rex — qui dedit — casulas 12. pallia 11. & vestimenta sua aurea regalia, & boclares argenteos.*

Bocularis. Chronicon Centulense Hariulfi lib. 2. c. 10. *Hanappi argentei superaurati 13. concha argentea major, — bocularis argenteus unus, urcei argentei cum aquamanilibus suis.* Lib. 3. cap. 3. *Fanones 14. boculares 2. conchæ 2.*

Bucculare, eadem, ut videtur, origine. Marcellus Empiricus c. 8. *Deinde agitabis diu, & colabis linteo tenui, & mittes in bucculare rude, vel diligenter nitidatum, deinde lento igne decoques.* Cap. 23. *Æris florem — in bucculari decoques.*

Baucalis, idem quod *bauca*, à qua voce deducitur. Gloss. Lat. MS. Regium, & Isidori: *Gellonem, baucalem.* Gloss. MS. Eccl. Paris. *Baucalem, gellonem ubi infusio fit.* Papias: *Gelonis, baucalis, vas.* Alibi: *Baucalius, gello, ubi infusio fit, vas.* Gloss. Lat. Gr. *Gillo*, *βαυκάλιον*. Gloss. Camberonense: *Gillo, vas fictile, id est, baucalis.* Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1077. pro Ecclesia Avalonensi: *Tersoria tria, baucales tres, cortinæ lineæ sex, &c.* Ex his emendanda Charta alia apud Perardum in Burgund. p. 27. *Etdardo, baucale 1. & bracharia aurea una.* Ubi perperam *Braucale* habetur. Alexandrinorum & Ægyptiorum vox fuit, si Philostorgium audimus lib. 1. cap. 4. qui Alexandrum quendam Presbyterum *βαυκάλιν* nuncupatum ait, διὰ τὸ σαρκὸς ὑπερτραφὲς ὄγκον ὑπὸ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ σεσωρευμένον, ἄγγοις ὀστρακίνου ἐκμιμεῖσθαι σχῆμα, ἅπερ οὖν βαυκάλας ἐπιχωρίως Ἀλεξανδρεῖς εἰώθασιν ὀνομάζειν: *propter carnis videlicet quæ supercreverat in dorso ejus, molem, collectam ad modum & imitationem vasis testacei, quod Alexandrini vernacula voce baucalas appellare solent.* A Philostorgio hausit quæ in eam rem habet Nicephorus Callisti lib. 5. c. 5. Id etiam observat Cassianus lib. 4. de Cœnob. Instit. c. 16. ubi de Ægyptiis Monachis: *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu fregerit.* Quæ totidem verbis habentur in Pachomii Instit. §. 5. *βαυκαλίαν* & *βαυκάλιον* eadem notione usurpat Achmes cap. 177. ubi perperam *καυκαλίῳ* habetur, & cap. 198. *βαυκάλιον*, Joan. Moschus cap. 19. Prati spirit. Alexander Aphrod. lib. 1. Problem. 94. Vita S. Macharii Abb. Ægypt. c. c. Gregorius in

Vita S. Baſilii junioris n. 53. 54. & βαυκάλιν Nicarchus in Epigr. lib. 2. Anthol. p. 161. Edit. H. Steph.

BAUCAGIUM, Præſtationis ſpecies. Statutum Philippi Pulcri Regis Franciæ an. 1303. in 12. Regeſto Chartophylacii Regii ch. 133. *Item ordinamus quòd Pedagiarii ſeu Leudarii nova pedagia, bautagia, ſeu leudas non exigant ſeu levent in locis ubi non eſt fieri conſuetum.*

BAUCENS, vel *Bauceant*, Albo & nigro interſtinctus, vel bipartitus. Jac. de Vitriaco p. 1084 *Vexillum bipartitum ex albo & nigro, quod nominant bauceant, prævium habentes.* Hoc vocabulum præſertim uſurpant Scriptores vernaculi de equis, quorum pelles nigro & albo interſtinctæ ſunt. *Le Roman de Garin:*

Li Rois ſarra ſor bauçens le flori.

Alibi:

Et emmenerent de ſor bauçens deſtrier.

Alibi:

L'en li ameine ſon auferrand deſtrier,
Ce fu bauçens, qui tant fiſt à proiſier.

Le Roman de Ronceraux MS.

Les chevax brochent bruns, & bauçens, & ſors.

Infrà:

Ni à celi n'ait auferrant corſier,
Bauſant ou brun, por ſon cors aaiſier.

Le Roman de Gaydon:

Li bruns bauſans eſtoit ſi volentis,
N'ot plus courant en cinquante pais.

Will. Guiartus an. 1268

Et deſtriers de pris henniſſans
Blans, noirs, bruns, bais, bauçens & bailles.

BAUCIA. Conſtantinus African. lib. 7. Pantechn. cap. 16. *Eſt & cibus de quo feces egrediuntur plus quàm accipiatur, ſicut baucia ſunt & rapula.* Vide *Bauſia.*

BAUDEKINUS. Vide *Baldachinus.*

BAUDIA, *Baudator.* Vide *Bauſia.*

BAUDOSA, Inſtrumenti muſici ſpecies. Aimericus de Peyrato Abbas Moiſſiacenſis, in Vitâ Caroli M. in Cod. MS. 1343. Bibl. Regiæ:

Quidam baudoſam concordabant,
Plurimos cordas cumulantes.
Quidam triplices cornu tonabant,
Quædam foramina includentes.
Quidam choros conſonantes,
Duplicem cordam perſtridentes.
Quidam taborellis ruſticabant,
Groſſum ſonum præmittentes.
Quidam cabreta vaſconizabant,
Levis pedibus perſaltantes.
Quidam Liram & tibiam properabant,
Alios tactu præcedentes.
Quidam harpam alte pulſabant,
Prolixas virgulas ſic gerentes.
Quidam rebecam arcuabant,
Muliebrem vocem confingentes, &c.

BAUGA, *Bauca, Boga,* Papias; *Bauca, armilla.* Idem: *Armillæ propriè virorum ſunt, eædem & circuli, & brachiales, rotundæ, id eſt, bogæ, armiſpathæ.* Gloſſ. Latino-Theotiſcum, apud Lindenbrogium: *Dextralia, latæ armillæ, Bougin.* Capitul. 3. an. 803. cap. 7. & Capitula Caroli Mag. lib. 4 Add. 2. §. 1. al. 4. *Ut bauga & brunia non dentur negotiatoribus.* Lib. 6. cap. 212. *Ut armillæ & bruniæ non dentur negotiatoribus.* Epiſtola ſynodalis Concilii Duziacenſis I. *Et multis ac variis ornamentis ex auro & gemmis compoſitis, — inde umgas ad ſpatas & balteos, & calcaria atque ligaturas hoſarum — fieri juſſit.* Ubi legendum cenſuerim *baugas.* Inde dubio procul acceſſi debet etymon vocabulorum apud nos in re militari receptorum, *Bague, Bagage, Bagues ſauves, Armes & bagage.* Rob. *Gaguin* in Poëm. *le Paſſetemps d'oiſiveté:*

Ils ont perdu bagues & tentes,
Deſpendu harnois & chevaus

Vide Conſuetud. Hannonienſem cap. 109. art. 2. Sed an inde annulis apud nos id etiam nominis inditum, & ſi mihi indubium, addubitant tamen vir docti; qui à *baccis* acceſſunt, hoc eſt, monilibus & unionibus. Auſonius in Moſella, — *Concharum germina baccas.* Atque inde etiam *Bagatelles*, appellamus non tam nugas, quàm mundum muliebrem, cujuſmodi ſunt *baugæ*, monilia, dextralia, & alia ejus generis. Gold ſto *Bauga*, eſt tympanum, *bauck.* Olaus Wormius in Lexico Runico, ait veteribus Danis *Baugur* & Baugs, annulum ſonare.

BAUGARUS, Bavarus, ex Bavaria oriundus, Leon Oſt. lib. 2. cap. 65.

BAVINÆ, Aves quædam maritimæ, in Vita S. Porcarii Abb. Lerin. in Chronolog. Lerin. pag. 223.

BAULARE, Ugutioni, *Latrare, & eſt propriè Canum.* Mox hæc addit: *Sidonius in libro de Naturis rerum ponit propria verba animalium ſecundum vocem, quæ in parte ponemus. Leonum eſt Rugire: Tigridum Rechanare: Pardorum Felire: Pantherarum Caurire: Urſorum Uncare, vel Sevire: Aprorum Frendere: Lyncum Urcare: Luporum Ululare: Serpentum Sibilare: Onagrorum Mugilare: Cervorum Rugire: Boum Mugire: Equorum Hinnire: Aſinorum Rudere: Porcorum Grunnire: Verris Quirritare: Arietum Lorettare: Ovium Balare: Hircorum Miccire: Elorum Vibare: Canum Latrare, ſeu Baulare: Vulpium Gannire: Catulorum Glattire: Leporum & Parvorum Vagire: Muſtellarum Drivorare: Murium Pipitare: Soricum Diſticare: Elephantum Barrire: Ranarum Coaxare: Corvorum Crocitare: Aquilarum Glangere: Accipitrum Pipitare: Vulturum Pulpare: Milvorum Bulpare: Olorum Drenſare: Gruum Gruere: Ciconiarum Glottolare: Anſerum Sclingere: Anatum Recriſſare: Pavonum Paupulare: Gabriarum Fringulare: Noctuarum Caccubire: Cucularum Cucuſare: Mulorum Zurgiare: Turdorum Tinctlare vel Socitare: Sturnorum Paſſitare: Hirundinum Fintinire vel Minurrire: dicunt tamen quòd Minurrire eſt omnium minutiſſimarum avicularum: Gallinæ Criſpire: Paſſerum Cinciare. Apum Bombire, vel Bombilare: Cicadarum Fritinnire.* Similia habet Gloſſ. MS. S. Germani Pariſ.

BAURUS. Albertus Argentin. pag. 133. *Ipſos contra Principem animavit, quem nominavit Baurum. Interpretans nomen Baurus, id eſt, ruſticum terræ Barbam, quia tantam dixit eſſet fœditatem oris ſui, quod ipſam abjicere non valebat.* Baur Germanis, ruſticus, agreſtis: Belgis *Boer.*

BAUSIA, *Baucia, Baudia,* Felonia, proditio, crimen capitale. Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 291. *Excepto furto & bauzia.* Curia Generalis Regis Aragon. in Catalania 19. Kl. Septemb. an. 1321. MS. *Item quòd nullus reptatus de bauſia teneatur, &c. de bauſiatoribus & traditoribus qui fidem ſuam noluerunt eſcondire.* Infrà: *Si aliquis fuerit reptatus in Curia de bauſia, ſive de proditione aut traditione, vel de fractione treugarum, quod poſſit fidem ſuam eſcondire per batalliam.* Perperam *barſia*, pro *bauſia* non ſemel editum apud Belugam Editionis Aſcenſianæ. Conſuetudines Cataloniæ MSS. c. 1. *Si aqueſt cas, lo vaſſal no deu ſoffer hoit en neguna manera: car en ſo que requer fieltat, e per contradicſe ſequeys bauzia, no eſpreſa neguna defenſio.* Cap. ſeq. *En altra manera quant lo vaſſal ſeria remazut en lo terme del caſtel, no ſeria entes que aques donadi poſtat aus ſeria reptad bauzador, ſo es que auria feyta bauzia, ſegons Coſtuma de Catalunnya.*

Baucia Charta Adefonsi Regis Aragon. æræ 1172. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 5. cap. 29.

Et

Et si aliquis eorum qui modò habet istos honores, vel habebit in futuro, voluerit se erigere in superbiam, & noluerit recognoscere istis Sanctis, sicut & mihi mei homines, & mei fideles, appellant de traditione & de baucia; sicut facerent, si ego essem vivus & præsens, & adjuvent eum per fidem sine fraudem.

Baudia. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 34. *Quia maxima baudia est.* Cap. 35. *De aliis namque baudiis & malefactis, &c.* Cap. 36. *Quandiu contradixerit, baudator suus erit.* *Boidie*, vel *Boisdie*, nostris Gallis. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliæ cap. 142. *Barat ne boidie ne doit aler avant en jugement, ne autre part.* Gualterus Metensis in Mappamundi MS.

Qui semblant font de maladie,
Par fausse œuvre & par leur boidie, &c.

Le Roman de Gaydon MS.

Qui tos jours sont traïson & boidie.

Le Roman de Garin MS.

Et sembla bien traïson & boidie.

Philippus *Mouskes* MS. in Philippo I.

Ensi par guerre & par boisdie,
Ot li Rois Henry Normandie.

Idem in Philippo Aug.

Li Quens Renaus s'en fu grevez
De toutes pars, & accusez
De traïson & de boidie.

Auctor des *Instituts en Roman* MS. diabolum vocat *li pere de le felonie & de boidie.*

Occurrit passim apud Poëtas nostrates. Adde veterem Consuetud. Campaniæ art. 38.

Bausiare, *Bosiare*, In dominum insurgere, forisfacere. Ratherius Veronensis Episcopus in Qualitatis conjectura, &c. *Illum cui unam libram argenti pro trabibus emendandis commiseram anno præterito, inmaniter mihi bausiasse percepi.* Charta Fulconis Nerræ Comit. Andegav. in Tabulario Abbatiæ Vindocin. num. 63. *Illo quoque mortuo habuit eam de Goffrido Comite filio ejus, donec ille in ostagium intravit pro Comite Cenomanico contra illum. Cum verò Comes Cenomanicus bosiavit Comiti Goffrido, & forostagiavit obsides suos, perjuravit se Herbannus de ostagio, sicut alii ostagii contra Comitem Goffridum, & tenuit se in guerra cum Comite Cenomanico, similiter & duo nepotes ejus Guillelmus de Siltaco & Hubertus frater ejus in eadem guerra Cenomanorum perjuraverunt contra Gaufridum Comitem, & ei bosiaverunt, pro qua re accepit Comes fevum suum, quod ille forisfecerat, &c.* Iterum Charta 197. *Quo mortuo sine hærede legitimo, eo quòd ipse Clericus fuisset, & frater illius Roscelinus qui ei supervixit Comiti Fulconi bosians in guerra Plastulfi adversus eum fecit, unde & ab illo de tota terra sua exhæredatus & ejectus est.* Et Chart. 207. fol. 85. *Comes Goffrido Comiti bosiavit, bellumque intulit.* Ita *Boiser*, Poëtæ nostrates dicunt. *Le Roman de Garin.*

Del viel Fromond le viellart tretor,
Qui a boisié son droiturier Seignor.

Alio loco:

A li escrie, Torne à moi renoiez,
Par maintes fois as envers moi boisié.

Le Roman d'Aubery MS.

Par traison vuelent le Duc boiser.

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

Con li cuivert otil lor Seignor boisié,

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.

Pilate son Prevost, qui tant jor l'a boisé.

Le Roman de Vacces MS.

Ne li boiserai-je de petit ne de grant.

Infrà:

Més si li Rois m'aloit de queque soit boisant, &c.

Theobaldus d'*Argies*. Cant. 5.

Qui n'a talent du trichier, ne du boisier.

Guill. *Guiart*. an. 1207.

Crestiens qui mie ne boisent,
Çà & là par France se croisent.

Idem anno 1296.

En celui termine meismes,
Où faus devise li aprandres,
Se boisa si li Quens de Flandres,
Comme deceus & gabez,
Qu'à Paris tramist deus Abez,
Et manda au Roy là endroit;
Que mais rien de lui ne tendroit;
Et sans autrement suplier,
Le fist adonques deffier.

Chron. MS. Bertrandi du *Guesclin*:

Si se sont assentis à rendre au derrein jour,
A venir à mercy bellement par loy seur,
Chascun la hart au col, a loy de boiseür.

Bausiator, Felo, qui in dominum insurgit, in Chartis suprà laudatis. *Gasses Bruslez*, Cant. 20.

Et amerai cele que j'aim tant,
Et se fui tronvi cuer boiseor,
Qui soit soudains pur faus lausengeor.

Perrinus d'*Angecourt*, Cant. 5.

N'estra mes cuers boisierres ne faintis.

Le Roman du Renard MS.

Ne envers vous estre boisierre.

Bausita, Bona mobilia vel immobilia, quæ ex *bausia* ac felonia reorum in fiscum cadunt. *Escaetas* alii vocant. Charta Ottonis Episcopi Vapincensis an. 1281. apud Sammarthanos: *Omnes proventus & bausita, quæ ex prædictis jurisdictione & consolatu exiverint, pro medietate pertineant ad Regem, &c.*

Butia, idem quod *bausia*. Charta Alfonsi Imp. Leonensis seu Hispaniæ æræ 1172. apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. pag. 266. *Et non habet super illos aliam causam, nisi cum benefacto de Senyore, & habuerunt fueros & usaticos de suos honores quos habuerunt, & inantea accaptabat, quòd non perdidissent illas, nisi per tres butias comprobatas, videlicet unam pro morte de suo Senyore: aliam pro mulierem de suo Senyore adulterare: tertium, qui cum honore de suo Senyore ad alium Senyorem cum illa attenderit. Et si aliquis de illas tres butias de nulla de illis inde reptatus fuerit, &c.*

BAXIO. Vetus Notitia sub Rogerio Reg. Sicil. an. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. *Et pervenit usque Sallidam per viam, ubi est magnus baxio, &c.*

BAZAN, nostris *Basane*. Ita vitulinum vel ovinum corium appellant. Vitæ Abbatum S. Albani: *Ocreis de cute, quam vulgò Bazan, appellant.* Alibi: *Conventus calceamenta quæ de vili corio, quod vulgariter Bazan dicitur, in alutam, id est, cordewan, civiliter commutavit.*

BAZANA, *Sacculus*, in Gloss. Arabico-Lat. quia fortè ex corio, seu *bazano* confectus.

BAZIA, *Bacia*, Leo Ostiensis lib. 1. cap. 26. *Tulit* (Siconolfus) *in coronis, baziis, & hamulis, garalibus, & coclearis argenti libras simul quingentas.* Item paulò post: *In anaglysis baziam unam.* Ignotus Casinensis in Hist. Langob. c. 10. de eodem Siconolfo: *Abstulit vice prima baziam argenteam unam, vaucas par unum, &c.* Infrà *Baciam* habet: *Et post hæc Agrisis,* (anaglyphis) *baciam unam, & scaptonem unum Constantinopolitano deaurata fabrefacta vasa opere.* Videtur idem quod *bacile*, & *bacinus*. Alii idem esse *Baziam* quod *Bauca*, existimant, vas nempe, aut pateram.

BAZONAYA. Petrus I. Rex Aragon. in Constitut. edita apud Podium Cerdanum an. 1225. *Item statuimus quòd si quis monetam Barcinonensem vel Jaccensem falsaverit, vel ad fundendum alicubi portaverit, vel aliquam*

aliquam Bazonayam de Cataloniaextraxerit, *tanquam monetæ falsarius puniatur.*

BEACITA. Gloss. Saxon. Ælfrici, de Nominibus avium. *Beacita, vel sturnus*: ꝩꝺeaꝩn. Videtur avis, quam *Becace*, aut ea quam *Becacine* vocamus.

CEANUS, Novellus Studiosus, qui ad Academiam nuper accessit. Statuta Academiæ Viennensis in Austria: *Item quòd nullus præsumat supervenientes novos, quos Beanos vocant, indebitis quibuscunque exactionibus gravare, aut aliis injuriis aut contumeliis molestare.* Ubi Lambecius: *Beani* definitio latitat in ipsa nominis sui acrostichide, *Beanus Est Animal Nesciens Vitam Studiosorum.* Vox à Gallica *Bejaune*, quasi *Bec-jaune*, ut sunt aviculæ quæ nondum è nido evolarunt. *Bejane* Bicardi nostri etiamnum efferunt, itaque rudes & novellos appellitant. Sed & in Academia Parisiensi *Bejaunium* appellant, quod Scholastici de novo venientes pro jucundo adventu sodalibus solvunt. Vide Hist. Academiæ Paris. tom. 4. p. 249. 266. 274. 674. 957. Ut porro etiam apud Athenienses, sua tempestate, exciperentur, initiarentur, vel potiùs ludificarentur, qui eò literas addiscendi gratia primùm venirent, pulcrè describit Gregorius Nazianzen. orat. 20. pag. mihi 327. ejusmodi verò ludi juris Studiosis & auditoribus interdicuntur à Justiniano in secunda constitut. de Pandectis. Adde Synod. Trullan. can. 71.

BEATITUDO, Titulus honorarius quo compellantur Episcopi, apud S. Augustin. Epist. 11. 76. 139. Senatorem, lib. 3. Epist. 37. Avitum Viennens. Epist. 6. 8. 11. 37. Ludovicum Pium Imp. in Epist. ad Sicharium Arch. Burdegalens. Nicolaum I. PP. Epist. 28. & alios passim. Prætertim verò summo Pontifici delatus legitur. Anastasius in S. Hadriano PP. *In ipso exordio consecrationis ejus direxit ad ejus Beatitudinem suos missos Desiderius Longobardorum Rex.* Occurrit ibi non semel. Adde Diurnum Romanum cap. 5. tit. 3. Notum etiamnum Pontifici Romano soli hunc titulum adscribi, qui olim cæteris Episcopis communis erat. Sed & aliis quàm Episcopis, atque adeo Laïcis tribuitur non semel à S. Anselmo in Epistolis. Vide Brissonium in Formulis pag. 361.

BEBORANIA, Præstationis species. Præceptum Caroli Mag. pro Hispanis editum à V. Cl. Steph. Baluzio: *Dicunt etiam quòd aliquas villas quas ipsi laboraverunt, laboratas illis eis abstractas habeatis, & beboranias illis superponatis, & sajones qui per forcia super eos exactant.*

BEBRA, Missilis aut teli species. Vegetius lib. 1. c. 20. *Barbari autem scutati pedites his præcipuè utuntur, quas Bebras vocant, & binas etiam ac ternas in præliis portant.* Batholinus lib. 4. Austriad.

Quinquaginta bebras, centum delecta juventus,
Plagerunt humeris, &c.

BEBRINUS. Vide *Bever.*

BECCA, *Besca*, *Bessa*, *Bessus*, nostris *Beche*, aut *Besche*; fortè quod *becci* seu rostri formam præferat.

Becca, Gloss. Ælfrici: *Ligo, becca, vel palus, vel fustis.*

Besca Custumar. de *Hecham*: *In communi pastura turbas—cum una sola besca fodient, & nihil dabunt.* Vide Leges Willel. I. Regis Angl. vernaculas cap. 4.

Bescata terræ Charta Joannis Regis Angliæ tom. 2. Monastici Anglic. pag. 642: *De dono Radulfi—duas acras Flandrenses in novo marisco de Ilecham, & unam bescatam terræ inclusam, cum expensis prædictorum mariscorum in eodem marisco.* Est autem *bescata*, ni fallor, tantum terræ, quantum quis ligone uno die fodere potest.

Bessa. Letaldus de Miracul. S. Maximini Abb. Miciac. num. 34. *Operante eo, suffossorium, quod bessam dicunt, junxit.*

Bessus, Ligo. Adalardus in Statutis antiquis Corbeïensis Monasterii lib. 2. *Unusquisque habeat ad hortum excolendum, sive ad alias necessitates explendas, fussorios 6. bessos 2. dolatoriam, &c.* Arverni etiamnum *Beiss.* dicunt.

Bechare, Fodere, nostris *Becher.* Occurrit in Statutis Synodalib. Nicolai Episcopi Andegavens. an. 1274.

BECCHARIA, Macellum, laniena, Italis *Beccaria*; nostris *Boucherie*: *Beccaio, Beccaro*, lanio Italis. Charta Ogerii Iporicensis Episc. apud Guigenonum in Bibl. Sebusiana cent. 2. cap 6. *Parochialem quoque Ecclesiam,—cum decimatione omnium tabernarum, beccharıarum, mercati, & omnium mercimoniorum quæ infra civitatem fiunt.* Alia an. 1345. *Carnes quæ venduntur ad becchariam.* Vide Albertum Acharisum in Vocabulario Italico, & V. Cl. Ægid. Menagium in Orig. Ital. in *Beccaio*, & Oct. Ferrarium in *Becco.*

Beccario, carnifices, apud Andream Dandulum in Chron MS. an. 1175.

BECCO, *Beccum*, Rostrum, vox Gallica vetus, unde nostris & Belgis *Bec*, Italis *Becco.* Sueton. in Vitellio c. 18. *Cui Tolosæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei rostrum.* Quasi *Bec de coq*, ut quidam volunt. Perperam à *bucca* etymon accersit Acharisius.

Beccum, Bracton. l. 3. Tract. 2. c. 28. §. 1. *Si habuerit accipitrem, perdat beccum, & ungues pedum, & caudam.*

Abbecare, vox falconariorum, *becco*, seu rostro impetere, seu crebriùs rostrum infigere, mordicare. Fridericus II. Imp. l. 2. de Arte venandi c. 49. *Per hujusmodi scilicet mordicationes, sive, ut ita dicam, abbecationes sæpius iteratas, &c.* Occurrit ibi rursum, & cap. 53.

BECHIN, Germ. *ein bechin*, Pelvis, nostris *Bassin.* Tradit. Fuld. lib. 1. p. 472. *Tradidit---hoc est, mappa 2. manutergia 1. bechin 1. pelvis 1. hlahan 1.* Et infrà: tradit. 39. *Sed & iste breviarius ad ornamentum Ecclesiæ pertinet, id est, turibula deaurata 2. cortina 12. orciarii 4. manile 1. conchæ 4. bechin 2.*

BECIARIA, *Bizaria.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 203. *Et unum mansum, & unum caput mansum in illa beciaria, cum campos & hortos, &c.* Ch. 219. *Donamus illo manso nostro de Paillarello, ubi Rainaldus manet, cum ipsa bezaria, cum quantum ad ipso manso aspicit, &c.* Ch 237. *Cum boscos, cum trolio, cum mansione, cum vernias, cum albaretas, cum pratas, cum beciarias, cum terras cultas & incultas, &c.* Adde Ch. 266. 429.

BECIUM. Vide *Bedum.*

BECONAGIUM, Tributum quod in sustentationem Phari, vel maritimi luminis, quo Populus subitò excitetur ad repellendum hostem, confertur. Hæc Spelmannus qui à Saxonico, Beacn, i. signum, accersit, quòd in signum ejusmodi faces accendantur, seu contra hostes, seu ad dirigendas naves. Quid si à *Becco*, de qua voce suprà? Nam nostri promontoria seu terræ lingulas in mare, aut in fluvios procurrentes, *Becs*, i. rostra, appellant, ubi ut plurimùm Phari, seu turres, eriguntur. Vestigium manet in *Bec d'alier*, ubi coëunt *Elaveris* & *Ligeris*, fluvii, & in *Bec d'Ambez*, ubi confluunt *Garonna* & *Dordonia.* Potuit etiam conflari id vocabuli ex Belgico *Bake*, specula, pharus, pro nocturno navium accessu. Vide *Baccha.*

BEDALE. *Bedalis.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 40. *Et à Septentrione ad quendam bedalem.* Charta G. Vicecomitis Massiliensis apud Guesnaium an. 1016. *Ubi Gerrenus fluvius*

cadit

cad.: in bedale de supradicto molendino ad gaaium Huvelne, &c. Alia an. 1250. apud Jofridum in Nicienibus Episcopis p. 184. *Ad ædificandum in dicta terra domum.—cum conductu aquæ à bedali dicti Augerii.* Vide *Bedum.*

BEDELLI, Apparitores minores, qui ad judicia citabant, & Baillivorum & Judicum pedaneorum sententias, eaque officia, quæ minùs videbantur honesta, exequebantur. Vetus Consuetudo Normanniæ 1. part. sect. 1. c. 11. *Li bedel sont li mineur Serjant, qui doivent prendre les nans, & les offices faire, que ne sont pas si honestes, & les meneures semonces.* Edictum S. Ludovici an. 1254. ad coërcendos Baillivorum defectus: *Senescalli autem nostri & inferiores baillivi caveant sibi à multitudine bedellorum, & quanto paucioribus poterunt, sint contenti ad Curiarum exequenda præcepta, & illos nominent in assisia publica, aut verò pro bedellis minimè habeantur.* Nec injuria Ludovicus bedellorum numerum inhibuit, qui graves semper populo habiti sunt. Unde Ordericus Vitalis l. 12. p. 876. *Officiales mali prædonibus pejores sunt. Pagenses nempe, latrunculos fugiendo seu divertendo, devitare possunt: versipelles verò bedellos nullatenus sine damno declinare queunt.* Hinc bedellos Willelmus Brito in Vocab. *Angarios, compulsores injustos esse* ait. Exactorum & publicanorum præterea officium egisse bedellos colligimus ex Matthæo Paris. an. 1247. dum Fratres Minores & Prædicatores *Papæ telonarios & bedellos* factos scribit. Et alibi: *Nullus forestarius vel bedellus faciat de cætero scotallum, vel colligat garbas.* Apud Scotos etiam bedellorum officium fuit citare. Leges Burgor. Scoticor. c. 112. *Citatio facta in burgo super burgensem per servientem domini Regis, sine bedello ejusdem burgi non est valida.* Eorum præterea erat *nanna* seu pignora capere, ex laudata Normannica Consuetudine, & iisdem Legibus cap. 47. & ex Fleta lib. 1. c. 18. §. 2. Adde easdem Leges Burgor. c. 62. Iter Camerarii Scotici cap. 3. Concilium Lambethense an. 1261. cap *de apparitoric. sive bedellis*, & Baronium an. 1164. &c. Devocabuli etymo varii varia tradunt. Skeneus à *pedo* hoc est, à baculo, deducit, *propterea quòd hujusmodi servientes virga aut baculo utebantur.* Quam sententiam improbant Spelmannus, Watsius, & Somnerus, qui à Saxonica voce, bele, quæ præconem significat, deducunt. Vide Edwardum Cokum ad Litleton.

Bedelli Universitatum. Leges Alfonsi IX. Castellæ Regis 2. part. tit 31. leg. 10. *La Universidad de los Escolares deve aver su mensajero, que llamen en Latin Bidellus, &c.*

Subbedellus, Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis p. 316. 2. Edit & in Concilio Lambethensi an. 1261.

BEDEWERI, Banditi, proscripti. Matth. Paris an. 1258. *Sicque facta est pax* (inter Nobiles Romanos) *& tranquillitas liberrima, dispersis prædonibus, quos Bedeweros vocant, & Romanis maleficis.* Sed legendum *Berroëros.* Vide in hac voce.

BEDUINI, Populi qui Arabiam incoluere, Halapiam & Crachum versus, nullis certis sedibus, nec in urbibus aut pagis, sed in tabernaculis degentes, unde ita appellati. Nam auctor est Abrahamus Ecchellensis in Hist. Arabum c. p. 1. quos *Scenitas* Strabo appellat, *Badumos* à badia, deserto dictos. Sed ab harum partium Consule accessi, etiamnum Arabes *Beduinos* quosvis rusticos appellare. Horum frequens mentio occurrit apud Scriptores Rerum Hierosolymit. Auctor Historiæ Expeditionis Friderici I. Imp. apud Canisium to. 5. Antiq. lect. *Est autem consuetudo incolarum illius terræ qui silvestres Turci, sive Bedewini dicuntur, carere domibus, & omni tempore degendo in tabernaculis, de pascuis ad pascua se transferre cum gregibus & armentis.* Le Roman d'Aubert MS.

Auque paien ne Ture ne Beduin.

Ne me forfirent vaillant un Angevin.

In Epistola Episcopi Acconensis ad Honorium PP. to. 8. Spicilegii Acheriani, *Bolduini*, & *Bebduini* perperam vocantur. Agunt verò de Beduinis Albertus Aq. lib. 12. c. 31. Jacobus de Vitriaco cap. 12. Aithonus c. 35. 51. 55. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 38. lib. 3. part. 14. cap. 2. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap 10. Brocardus in Descript. Terræ sanctæ, &c. Perperam *Beduinos* cum *Assasinis* confundit Joinvilla pag. 48. uti monuimus in Notis ad hunc Scriptorem.

BEDUM, seu *Palitium* molendini, in Tabulario majore S. Sergii Andeg. Ch. 29. palorum scilicet series, quæ ad continendam aquam, quo validiùs rotam torquear, solet supra molendinum infigi. Hodie id *Bonde* vocant. At in Tabulario Conchensis Monasterii fol. 96. videtur significare ipsum rivi alveum: ibi enim Stephanus Miles *de Retuchon* assensum præbet, ut *cùm curabunt bedum projiciant in utramque ripam pratorum suorum cœnum.* Tabular. S. Dionysii de Novigento fol. 104. *Poterit utraque pars ductum aquæ suæ liberare; mundationem autem bediorum & retrobatiorum unius partis sustinebit pars altera.*

Becium aliis dicitur. Mag. Pastorale Eccl. Parisiens. l. 2. Ch. 12. 14. *Su, er curatione alvei, sive becii molendini.* Id est, *le Bec*, seu ostium alvei.

BEFAX, Vide *Bifax.*

BEFEHT. Charta Ludovici Regis Fr. an. 1124. in Tabulario S. Genovefæ Paris. *Nostram Serenitatem adierunt humiliter deprecando, quandam consuetudinem inter nostros homines trium tantùm villarum, scilicet Villæ novæ, Moncii, Caloili, & homines S. Genovefæ olim habitam quæsierunt in futurum servari, & æterna stabilitate inviolabiliter confirmari. Et talis est consuetudo Befeht appellata vulgo, quod mulieres utriuslibet præfatæ villæ nuptu viris mutuo datæ remanent in maritorum hinc & hinc servitute, à naturali ancillatione penitus destitutæ, & non solùm ipsæ, sed etiam quotquot sunt utriusque sexus infantes parituræ, quam consuetudinem præsentis cartæ præcepto firmavimus.*

BEFULCI, Wenedorum Sclavorum epitheton, quos ita vocatos à Chunis scribit Fredegarius in Chron. cap. 48. *eo quòd duplici in congressione certaminis vestita prælia facientes ante Chunos præcederent.*

BEGACIUM. Catholicon Armoricum: *Quesfelec, Gallicè Begace, ou Assée. Latinè hoc Begacium. Inde Begaciolum, & secundùm aliquos Castrimarginarius.*

BEGHARDI, *Begehardi, Beguini, Beguinæ*, Hæretici exorti primùm in Alemannia, *qui vulgariter Begehardi, quoad viros, & Beginæ quoad feminas nominantur*, inquit Conradus de Monte puellarum lib. de Erroribus Begehardorum editus à Gretzero, in quo illorum errores recensentur. Quomodo verò, & ut non semel à Pontificibus damnata fuerit eorum hæresis, pluribus agunt Odoricus Raynald. an. 1247. n. 56. 1306. n. 18. 1312. n. 17. 57. Waddingus an. 1308. n. 12. 1317. n. 28. & seqq. 1318. Bzovius, & alii. *Beghardorum* etiam meminere Pilichdorffius lib. contra Valdenses cap. 12. Henricus Rebdorff. an. 1306. Continuator Nangii an. 1330. &c. Viri doctissimi ad Vitam S. Catharinæ Senensis n. 79. dictos putant à Saxonico, Beggen, mendicare.

Begardi, etiam appellati Fratres Conversi in Ordd. Prædicatorum & Minorum. Annales Colmarienses an. 1302. *In hoc Capitulo* (FF. Prædicatorum) *fuerunt Conversi seu Begihardi, hoc est, Fratres non habentes domicilia, 80. mendicantes cibaria.* Et an. 1302. *Capitulum Fratrum Minorum fuit in Columbaria solenniter celebratum. Comparuere illic 150. Fratres, Conversi*

Conversi seu Beghardi 30. bini & terni in processione per Columbariam transeuntes eleemosynam mendicabant.

Beguini iidemqui *Beghardi*: tametsi *Begardos*, viros; *Beguinas*, mulieres potissimùm, & ut plurimùm dictas, evincat Clementina *Ad nostrum*, de Hæreticis. Quod etiam observatum suprà. Auctor Breviloqui: *Beghardus, & Beguina, & Begutta, sunt viri & mulieres tertii Ordinis.* Bernardus Guidonis in Vita Joannis XXII. PP. *Secta quædam pestifera illorum: qui Beguini vulgariter appellantur, qui se Fratres pauperes de tertio Ordine S. Francisci communiter nominabant, ex quibus plures fuerunt tanquam hæretici condemnati & combusti.* Non erant tamen revera ex tertio Ordine S. Francisci, sed falsò id asserebant, quo pravas suas opiniones recepti Ordinis auctoritate tuerentur, uti pluribus probat Waddingus. Alvarus Pelagius de Planctu Eccles. lib. 2. c. 51. *Istis ultimis temporibus hypocritalibus plurimi, maximè in Italia & Alemannia, & provincia Provinciæ, ubi tales Begardi & Beguini vocantur, nolentes jugum subire veræ obedientiæ, sed libertate noxia potiri, nec servare regulam aliquam ab Ecclesia approbatam sub manu præceptoris & ducis legitimi, vocati Fraticelli, alii de Paupere vita, alii Apostolici, aliqui Begardi, qui ortum in Alemannia habuerunt, &c.* Matth. Paris & Matthæus Westmon. an. 1243. *Eisdem temporibus, quidam in Alemannia præcipuè, se asserentes Religiosos, in utroque sexu, sed maximè in muliebri, habitum religionis, sed levem susceperunt, continentiam & vitæ simplicitatem privato voto profitentes, sub nullius tamen regula coarctati, nec adhuc ullo claustro contenti.* Et paulò ante ex Epistola Yvonis Narbonensis, meminit idem Parisius *novorum Religiosorum* in Vienna Austriæ, *qui Beguini* vocabantur. *Errores* porrò *Beguinorum & Beguinarum, quorum secta detecta fuit circa an. Dom. 1315. & multi ex eis inventi sunt & indicati qui se dicunt Fratres & Sorores de Pœnitentia de tertio Ordine S. Francisci & fuerunt combusti*, pluribus recenset Guido Carmelita in Summa de Hæresibus fol. 108.

Beguinos ut viros fictæ Religionis ac pietatis non semel perstringit M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Vidi quemdam, qui cùm erat coram magnis Beguinis, habebat magnum supertunicale rotundum cum magnis & latis manicis de camelino, & coram mundanis habebat de bruneta, scissum antè & retro, strictum sine manicis, de vario foderatum.* Infrà: *Ergo Beguini sive in sæculo, sive in religione, & libro isto conscientiæ sunt sapientiores, quia frequentiùs & pluries confitentur.*

Begginorum etiam appellatione Valdenses non semel donat Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213.

Beghinæ Mulieres ejusdem sectæ ac instituti, quo *Begardi* & *Beguini*, quæ unà cum iis pariter damnatæ sunt in Viennensi Concilio, præsertim eæ quæ in Alemannia degebant, ut patet ex lib. 3. Clementinar. tit. 11. c. 1. lib. 5. tit. 3. c. 3. ubi plura de earum hæresi. Matth. Paris an. 1251. *In Alemannia mulierum continentium, quæ se Beguinas volunt appellari, multitudo surrexit innumerabilis, adeo ut solam Coloniam mille vel plures inhabitarent.* In Alemannia, *Kuherin, id est, Pœnitentes* appellatas istas Beguinas tradit Chronicon Senoniense lib. 5. c. 1. de quibus agit etiam lib. 4. c. 18. *Fratres & Sorores de Pœnitentia* itidem Beguini & Beguinæ dicuntur in Bulla Joannis XXII. PP. data 7. Kl. Mart. an. 3.

Sed quia passim, præcipuè in Belgio, sub *Beghinarum* nomine virgines Deo verè & sanctè famulabantur, ne nocentium damnatione innocentes involverentur Joannes XXII. Extravagant. *Ratio recta*, & alia Bulla quam descripsit Aub. Miræus in Diplomat. Belg. lib. 1. c. 91. paternè providit De *Beguinarum* Belgicarum hodierno instituto, ac vivendi ratione, sic Lindanus: *Hæ medium vitæ genus agunt inter monasticum & sæculare. Certis legibus omnes vivunt: de suo victitant, à votis liberæ sunt. Si nubere visum, migrant & nubunt, non inutili vitæ instituto, cum sint in illo & in altero sexu, qui neque libertatem ferre possunt, neque arctum imperium, quibus medium hoc vitæ genus saluti esse queat.* Beguinarum vitæ genus describunt etiam Rythmi veteres de Origine & fundatione Monasterii Pratensis in Flandria:

Beginæ namque fuerunt à prima sui ætate.

Mox:

Habebant enim famulam quæ omnibus ministrabat,
Et de juvantibus vitam eis auxilium dabat.
Ibant enim illæ mane ad Albini sanctum templum,
Deum orant, nec inane desoris dabant exemplum,
Tunc non habebant in loco ubi manebant, capellam,
Nec quid sacratum in illo, sed habebant solùm cellam,
Inde casam repetebant, & accipiebant colum,
Otiosum tempus spernebant, nullum cogitantes dolum,
Sæpe veniebant probi qui eos confortabant,
Et munimen consilii illis pro Jesu donabant, &c.

Vide eundem Miræum in Donationib. Belgic. c. 112. Quasdam tamen votum emisisse testatur Summa Raimundi Fratr. Ord. Prædicat.

Si Beguina Deum sponsum prælegerit, atq;
In signum crines præsciderit, ista marito
Si nubit, nupta maneat: sed pœniteat quod
Infregit votum.

Vide Cantiprat. lib. 2. de Apib. c. 38. num. 2. c. 51. num. 12.

At in Gallia Beguinarum institutum cùm contemptui haberetur, sensim desiit, & in earum locum successêre Sorores tertii Ordinis S. Francisci, quibus indidem traditæ in urbibus Galliæ earum ædes. Nam in Beguinarum Parisiensium Monasterium translatæ Sorores Ordinis istius tertii S. Francisci, quæ de *Ave Maria* cognominantur, Diplomatibus Ludovici XI. mensis Martii an. 1471. & 6. Martii 1479. quæ habentur in tom. 2. Ordinationum ejusdem Regis fol. 326. Quod etiam in urbe Bellovacensi factitatum ab eodem Principe refert Louvetus in Historia Bellov. t. 1. p. 747. 752.

Bigrinæ, pro *Beghinæ*, perperam editum apud Matt. Westmonaster. an. 1243.

Beghina, Monetæ minutioris species, in Pacto Tongrensi an. 1403. descripto in Magno Recordo Leod. p. 45.

Beguinagium, Conventus, vel institutum Beguinarum, in Clementina 1. tit. de Religiosis domibus, & in Vita S. Gertrudis cap. 4. num. 15. &c. *Beghinæ, & habitus Beghinagii*, in Bulla Joannis XXII. an. 1320. apud Waddingum. Vide Continuatorem Nangii an. 1317. Joann. de Condato in Dominicanos MS.

Et encor reteneis de mi.
K'a beginage
Ont-il mult volentiers visnage,
Tout aussi enuis com froumage,
Cas mengeroit.

A Begga Pipini Landensis filia, S. Gertrudis Nivellensis sorore, *Beguinarum* nomen & institutum sumpsisse constans est apud Belgas opinio, nullo alio licèt nixa fundamento, quàm nominis Beggæ. Alii à velo capitis appellatas volunt, etsi vela ista ab iis, quæ *Beguinæ* ipsæ deferebant, dicta longè probabilius sit. Willelmus Heda an. 1484. *Quo tempore Ordo divæ Brigitæ instituitur ex religiosis feminis, soluta tamen vita, quas Beginas vocant, à velo capitis quo involvi consueverunt, sic dictæ.* Joachimus Hopperus à *Be-ghinnen*, i. incipere, deducit, *quòd principium sive initium quoddam rei monasticæ ponant.* Alii denique

denique à *Bego* quodam istius instituti auctore, *Beguinos* & *Beguinas* nomen hausisse volunt. Ægidius Aureæ vallis Monachus in Radulpho Episcopo Leod. c. 52. sub an. 1180. *Suscitavit Deus spiritum sancti cujusdam Sacerdotis viri religiosi, qui Lambertus le Begue, quia balbus erat, de S. Christophoro dicebatur, à cujus cognomine mulieres & puellæ quæ castè vivere proponunt, Beguines Gallicè cognominantur, quia ipse primus extitit, qui eis præmium castitatis verbo & exemplo prædicavit.* Quæ quidem hausit ex Vita S. Odiliæ, & ex Joanne Abbatulo lib. 1. cap. 4. totidem habet etiam Chronicum M. Belgicum p. 193. V. *Picardia.*

BEIANUS, *Bejanza.* Vide in *Beanus.*

BEKA. Tabularium Abbatiæ Clarimarisci: *Terminus autem maresii Walcheri est, sicut utraque beka ex una parte, & rivus aquæ ex altera parte dividunt.* Germanis *beke*, est rivus, torrens.

BEINELLUS. Tabular. Fossatense: *Emit etiam omnes beinellos qui sunt in magna foresta, quos vendiderat Joannes Abbas tempore suo cum dicta foresta.*

BELAMIA. Regula data à B. Roberto de Arbressello Monialibus Fontis-Evraldi cap. 12. *Ut non habeant vestimenta fimbriata, neque in dorso, neque in lecto, præter belamiam, sed incisa consuantur, ut tunicæ & chlamydes, & cætera omnia.* Vestis species sic dicta ex Gallico *Belle amie*, quasi *Bella amica.*

BELBUS, *Hyæna*, apud Capitolinum in Gordiano III.

BELFREDUS, *Berfredus*, *Verfredus*, *Berefridus*, *Bilfredus*, *Balfredus*, *Berfreit*, *Belfragium*. Hæc omnia unum sonant, Gall. *Beffroy*. Sic verò appellata machina bellica lignea, in modum excelsioris turris extructa, variis tabulatis, cœnaculis seu *stationibus* constans, rotisque quatuor vecta; tantæ proceritatis, ut ejus fastigium, oppidorum & castrorum obsessorum muros æquaret; cujus parietes, vel tabulis vel cratibus colligati, coriis taurinis & equinis, operti erant, ut ab ignium inextinguibilium ejaculationibus damnum non paterentur. In cœnaculis autem collocabantur milites qui in hostes continuò tela vibrabant, aut sagittas emittebant: Infrà verò viri robore præstantes magnis impulsibus muris machinam admovebant. Describitur non semel ejusmodi machina à Scriptoribus, tacito licèt *Berfredi* nomine: à Leone Imp. in Tacticis cap. 15. num. 30. Alberto Aqu. lib. 6. c. 11. lib. 7. c. 3. Guiberto de Gestis Dei lib. 6. c. 18. lib. 7. c. 7. Ægidio Monacho Aureæ vallis in Alberone II. c. 35. Tudebodo lib. 5. p. 805. Froissart. 1. vol. c. 111. præterea à Poëta vernaculo in Poëmate, cui titulus, *le Roman de Garin*:

Un engin fet, de tel parler n'oi,
Qui ot de haut cent piez tos enterins.
Prés de la porte fist venir tel engin,
A sept est ages tot droit de fust chesnin,
Arbalestriers i a mis jusqu'à vint,
Bien fu cloez, couvert de cuir bolt.

Modum verò construendorum *Berfredorum*, vel saltem ejusmodi turrium, quas ad urbium & castrorum muros admovere solebant, describit Sanutus lib. 2. part. 4. c. 22. Πυργοκάστελλοι dicuntur in Chronico Alexandr. p. 900. 906.

Berfredus Ordericus Vital. lib. 8. *Ingentem machinam, quam Berfredum vocitant, contra munitionem erexit, & copiosè bellicis apparatibus instruxit.* Et mox: *Insecutores armigerum quemdam fecerunt in Berfredum ascendere, & à boreali plaga ignem immittere.* Lib. 12. *Carpentarios Berfredum facientes docebat.*

Berfreit, & *Berefreid*. Willelmus Malmesb. lib. 4. Hist. p. 141. *Alterum* (machinamentum) *fuit pro lignorum penuria turris non magna, in modum ædificiorum facta, (Berefreid* [al. *Berfreit*] *appellant) quod fastigium murorum æquaret.* Simeon Dunelm. de Gestis Angl. an. 1123. *Videns autem Rex se non ac disposuerat proficere, ligneam turrim, quam Berfreit vocant, erexit.*

Belfragium. Will. Armoricus lib. 2. Philipp. p. 119.

Cratibus & lignis rudibus belfragia surgunt,
Turribus alta magis & mœnibus, unde valerent
Agmina missilibus, telisq; quibuslibet uti,
Devexosq; hostes facili prosternere jactu.

Bertefredus, in Charta Innocentii II. PP. apud Ughellum in Episcopis Bergomensibus.

Bilfredus, apud Rolandinum in Chron. lib. 1. c. 8. lib. 4. c. 2. lib. 6. c. 6. lib. 12. c. 6. Jacobus Hemricurtius in Speculo Hasbanico p. 180. *Fist faire à Flemale — un belfroit environneit de fosseis, & le nommat le Heu.*

Verfredus, in Epistola Friderici I. apud Willelm. Hedam an. 1190. p. 320. 1. Edit.

Baltefredus, in Charta Blanchæ de Sabaudia uxoris Galeacii Comitis Virtutum.

Balfridus, in Charta Communiæ Suession. *Belfroy*, in Consuetud. Atrebatensi antiq. art. 98. nova art. 145.

Belfredi nomen à similitudine ejusmodi machinæ bellicæ, postea inditum altioribus turribus, quæ in urbibus aut castris eriguntur, in quarum fastigio excubant vigiles, qui eminus adventantes hostes pulsata, quæ in eum finem appensa est, campana cives admonent, quo sint ad arma parati.

Nec in eum tantùm finem statutæ in berfredis campanæ, ut adventantes nuncient hostes, sed etiam ad convocandos cives, & ad alios usus, prout rei politicæ curatoribus visum fuerit. Unde *Campana bannalis* dicitur Hocsemio, quòd cùm pulsatur, quicunque intra *bannum* seu districtum urbis commorantur, ad conventus publicos ire teneantur. Statuta Gildæ Scoticæ c. 28. *Nullus regratarius emat pisces, fœnum, avenas, — ante pulsationem campanæ in berefrido, &c.* Atque inde *Berfredus* inter privilegia *Communiæ* vulgò accensetur: idque colligitur ex Aresto, seu Statuto Caroli Pulcri dato Paris. an. 1322. quo cives Laudunenses, propter nescio quod commissum in Laudunensem Ecclesiam sacrilegium, jure Communiæ privantur, nempe *jure Scabinatus, Collegii, Majoratus, Sigilli, Campanæ, Berfredi, & Jurisdictionis.* *Berfredi Brugensis* meminit Chronicon Flandr. c. 61. 63. quod *Beaufroy & Bellefroy* vocat. Sed & *Belfredi* vox, à Saxon. & German. bell. *campana*, & *freid*, pax, videtur deducta, quòd in hisce turribus appenderetur ad convocandos homines in tumultibus bellicis, vel aliis occasionibus, maximè in urbibus, quarum Communiæ *Pacis* nomine non semel donatæ leguntur. Vide *Campana.*

Denique etiamnum *berfredum* appellant nostri ligneam fabricam in campanariis, in quibus pendent campanæ. Charta an. 1282. in Magno Pastorali Eccl. Paris. lib. 20. ch. 220. ubi de campanis: *Berfredum autem tenetur fabrica Ecclesiæ facere & sustentare suis sumptibus.* Vide *Tristegum.*

BELKINUS. Vide in *Baldakinus.*

BELLAGINES, Jura municipalia Gothorum. Jornandes de Rebus Get. c. 11. de Diceneo: *Physicam tradens, naturaliter propriis legibus vivere fecit, quas usq; nunc conscriptas, Bellagines nuncupant.* Andreas Gravius Suecus accersit vocabuli etymon à Saxonico seu Danico by, habitatio, & laga, lex: ita ut Bellagines fuerint urbium & oppidorum leges. Vide *Laga* & *Bilage*, & Loccenium lib. 2. Antiquit. Suecic. c. 5.

BELLATORIUM, Pars navis, illa fortè in qua milites pugnare solent. Vide tom. 5. Histor. Francorum p. 436. 437.

 BEL-

BELLENGUM. Vide in *Berlengum*.

BELLUM, Prælium, qua notione πόλεμ@ usurpatur apud Leonem Imp. in Tacticis cap. 12. 13 14. & alibi passim. Historia Miscella: *Tyrannide verò destructa, fit Persarum atque Romanorum circa Martyropolim maximum bellum.* Ubi Theophanes pag. 220. habet πόλεμ@ μέγιστ@. Theodorus Campedonensis de Vita S. Magni cap. 6. *Ea verò hora qua apud Tolbiacum bellum istud commissum est, &c.* Sampirus Episcopus Astoricensis in Adefonso IV. Rege Hispan. *Et bello inito, occidit ibidem ex Agarenis 12. millia.* Dudo de Moribus Normann. pag. 96. *Locus autem in quo bellum memorabile fuit, dicitur usque in præsentem diem, Ad pratum belli.* Charta Fundationis Monast. de Bello in Angl. à Willelmo Notho, apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 1. pag. 1192. *Et quia in hoc loco, ubi sic constructa est Ecclesia, mihi victoriam præstitit in bello, ob victoriæ memoriam ipsum locum appellare volui.* Willelm. Brito lib. 10. Philipp.

In plano planè bello confligat aperto.

Infra:

Donec lux bello licitam se crastina præstet.

Utuntur præterea Ordericus Vitalis pag. 501. Rigordus, & alii.

Bellum publicum, quod *pugna publica*, & *publicus conflictus* dicitur Venetio lib. 2. cap. 18. lib. 3. cap. 9. 26. *Mars publicus*, lib. 5. cap. ult. *Prælium publicum* Venerico in Apologetico Henrici IV. Imp. Δημοσία μάχη, apud Leonem in Tact. c. 20. §. 42 & Mauricium in Strateg. lib. 9. c. 2. lib. 10. c. 4. δημόσι@ πόλεμ@, apud Theophanem an. 4. Leonis Chazari. Auctor incertus de Limitibus agrorum: *Quando milites occidebantur in bello publico.* Vetus Inscriptio 161. *Post victoriam Gothicam, ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis atque prostratis, &c.* Catwlphus in Epistola ad Carolum M. *Longobardorum exercitus ante faciem tuam sine publico in fugam conversus.* Charta Hugonis Archiepisc. Lugdunens. an. 1094. *Ut eum à vinculis anathematis, quo innodatus erat pro captione fratris sui Gaufredi, quem in bello publico ceperat, absolveremus.* Alia Goffredi Comitis Andegav. an. 1048. *De submonitione pro prælio publico, &c. Bellum publicè denuntiatum*, in alia ejusdem Goffredi in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. Ita apud Cumeanum de mensura pœnitent. cap. 6. Bedam de Remed. peccator. c. 3. Silvestrum Giraldum l. 1. Itiner. Cambr. cap. 9. lib. 2. cap. 2. Ericum Upsalensem lib. 2. Hist. Suecor. pag. 43. &c.

Bellum campale, Prælium publicum: Folc-ȝefeoht, in Chronico Saxonico. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 10. *Qui in bello campali, vel navali, fugerit, &c.* Et cap. 43. *Qui proditor domini sui fuerit, quicunque ab eo in obviatione hostili, vel bello campali fugerit, vel victus fuerit, vel feloniam fecerit, terram suam foris fecit.* Adde cap. 13. Eximinus Petri Salanova de Privileg. Baronum Aragon. *Non tamen tenentur Regi facere exercitum vel cavalcatam, nisi fortè Rex iret ad campale prælium. Campale certamen*, apud Aimoinum lib. 3. de Mirac. sancti Benedicti cap. 7. *Campalis congressus*, in Actis Innocentii III. PP. pag. 15. *Lis campalis*, in Charta Adelfonsi Regis Aragon. apud Hieron. Blancam pag. 640. *Bellum campestre*, apud Rogerum Hoved. an. 1187. *Disposuit acies suas ad bellum campestre.* Matth. Paris an. 1121. *Actum est campestre prælium inter Ludov. Regem Franc. & Henr. Regem Angl. Conflictus campestris*, in Gestis Innocent III. PP. pag. 86. Passim apud Scriptores, Guillel. de Podiolaurent. cap. 23. 30. Leon. Ost. lib. 2. Chron. Cas. cap. 38. Florent. Wigorn. pag 656. Galfridum Monumuth. lib. 1. cap. 5. Petr. de Vineis lib. 1. Epist. 21. 33. lib. 2. Epist. 45. lib. 3. Epist. 82. &c. Hist. Cortusior. lib. 6. cap. 8. Sed & ita usurparunt Scriptores nostri. *Le Roman de Vace MS.*

Mainte bataille fist, & maint estour champal.

Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Si envoia son fil Henri,
A moult grant gent, si qu' entre aus deus.
Dut estre bataille-campeus.

Robertus de Bourrono, in Hist. MS. Merlini & Arthuri: *Ne remanra preudome qui ne rechoive mort en une bataille campal.* Et infrà: *Li Roi Arthus & li home li Roi Rion assemblerent or endroit en bataille campal, en une plaine chi devant. Bataglia campale*, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 111. lib. 11. cap. 8. 13. *Bataille Roiale*, apud Petrum de Fontanis cap. 13. §. 11. Tabular. Burguliense ch. 97. *Curtis verò ipsa libera est ab omni hominum extraneorum consuetudine, corvata, biduanno, ab aliis hujuscemodi, ab ipsius etiam Comitis, nisi in hostem vadat, & hoc sub nomine belli.*

Casus in bello campestri recensetur inter *magna forefacta*, quorum cognitio ad superiorem dominum spectat, in Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1206. apud Perardum pag. 297. *Bellum campale*, nudè dicitur in alia anni 1220. apud eundem pag. 323.

Bellum nominatum. Vide *Hostis.*

Bellum Duellum, Monomachia, etiam legibus decreta. Guillelmus Carnotensis de Vita S. Ludovici: *Monomachiam, quæ bellum dicitur, vel Duellum, &c.* Leo III. PP. Epist. 4. *Tunc ipse Leo Imperator — petiit cum Constantino bellum committere, ne pro duobus viris tantorum Christianorum sanguis effunderetur, &c.* Tabularium Vindocin. Charta 122. *Si forte molarum aliquis in aliquo excedit, unde aut bellum faciendum sit, aut solitum candentis ferri judicium sit deportandum. Bellum vadiare*, in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 59. Scacarium S. Michaël. apud Cadomum an. 1225. *Judicatum est quòd bellum vadiati in nullum sit, ex quo nullus Miles fuit ad visionem.* Regestum 1. Sanjusti in Camera Comp. Paris. *Quæritur utrum mortuo illo qui gagiavit bellum, incipiat causa de novo, &c.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ tit. 15. §. 3. *Nulli liceat redemptionem capere de aliquo, post aquæ, vel belli de eo judicium factum. Bellum pugile*, apud Guibertum Abbat. Novigenti lib. 2. de Vita sua cap. 5. sub finem. *Bellum armatum.* Charta Fulconis Comitis Andegavorum pro fundatione Abbatiæ Belliloci juxta Lochas: *Et si in aliquo loco terræ meæ Abbas loci illius pro qualicunque re bellum fecerit, si homo suus victus fuerit, liberum eum reducat, nec aliquam forfacturam Præposito vel Vicario emendet. Bellum quod ante Abbatem vel Præpositum loci armatum fuerit, ibi præficietur, vel ubi Abbas illud ducere voluerit. Si verò cum homine meo, aut alicujus mei Militis armatum fuerit, Lucæ fiet, &c.* Ita *bellum* pro duello passim usurpatur, in Foro Morlanensi art. 8. in Legibus Willelmi Nothi cap. 68. 69. 70. 71. in Legibus Henrici I. cap. 45. 49. 59. apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 12. 94. 162. 137. &c.

Bellum, Manipulus, seu Globus militum, nostris, *Escadron.* Gesta S. Ludovici: *Tradidit ei Rex 500. balistarios equites & pedites, quatuorque bella militum exteræ nationis.* Alibi: *Rex ipse cum suo bello armatus egreditur, & mox cunctis Baronibus aciebus dispositis exemit extra castra.* Epistola Petri de Condeto tom. 2. Spicilegii Acheriani: *Die Jovis sequentis redierunt parati, & tradidit eis D. Rex quatuor bella, scilicet Carcasonense, Catalaunense, Petragoricense, & Bellicadrense, & servientes peditum. Et idem D. Rex & alii Barones, qui erant*

erant ordinati per bella, usque ad 17. bella exierunt circa exercitum contra Saracenos. Hic verò bellum Carcassonense, &c. dicitur, manipulus militum Balliviæ Carcassonensis, &c.

BELLUUS, *Morbus bestiarum*, in Glossis Isidori: perperam infi à *biluus, morbus bestiarum.*

BELOCULUS, *Gemma est albicans, & pupillam cingit nigram in medio aureo fulgore lucentem, & propter speciem asinorum Regi Belo dicata est, unde & dicitur Beloculus, quasi Beli oculus.* Isidor. lib. 16. Orig. cap. 10. Ugutio, & Joan. de Janua.

BELOTHYRUM. Vide *Velothyrum.*

BELTIS. Synodus Celichytensis an. 816. c. 10. de Episcoporum exequiis celebrandis: *Singuli servorum Dei diem jejunent, & 30. diebus canonicis horis expleto Synaxeos, & septem beltidum Pater noster pro eo cantetur, & hoc expleto tricesimo item die obitus sui, &c.* Quo loco *Beltidum*, Rosarium interpretatur Spelmannus, deducitque [illegible] Saxon. belꞇ, id est, cingulum. Verum an Rosarii usus ea tempestate extiterit, jure addubitari potest.

BELUES, *Egestas, quæ solet contingere per vastationem.* Ita Glossæ Isidori. Joan. de Janua: *Belues, egestas quæ solet contingere per vastationem belluæ, & dicitur à bellua.* Sed videtur scripsisse Isidorus nudè, *lues*, vel *hac lues.*

BELUNDINTA Leges Henrici I. Regis Angl. cap. ult. *Qui vulnus alicui faciet — in cooperto; in nudo pro singulis unciis 10. den. & remaneat de ceteris ictibus & belundintis, & Wita domini decidat, si sanguis decidat, &c.* Videtur legendum ut infrà, *blodwita.*

BEMA, Festum Manichæorum, sic appellatum: dies nempe quo Manes occisus est, quem Manichæi quinque gradibus instructo tribunali, & pretiosis linteis adornato, ac in promptu posito & objecto, adorantibus, magnis honoribus prosequebantur, ut est apud S. Augustinum contra Epistol. Manichæi c. 8. Vide eundem lib. 18. contra Faustum cap. 4. & Anselmum Episcopum Havelbergensem lib. 3. Dialog. cap. 12. Eckbertus Schonaviensis contra Catharos Serm. 1. ait idem festum à Catharis sui temporis *Malisola* appellatum.

BEMBERGA. Vide *Bamberga.*

BEMOLLIS, Una è clavibus, uti vocant, Musicæ; vulgò *Bémol*, cui opponitur *bedurum*, seu B. quadratum. Joan Brompton in Henric. II. *Hibernici in duobus musici generis instrumentis quamvis præcipitem & velocem, suavem tamen & jucundam — efficiunt Musicam. A bemolli incipiunt, & sub obtuso grossioris cordæ sonitu, latenter ludentes, in idem redeunt.* Ubi Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 3. cap. 11. *Semper tamen à molli incipiunt, & in idem redeunt, ut cuncta sub jucundæ sonoritatis dulcedine compleantur.* Idem Giraldus in Itiner. Cambriæ cap. 13. *Quot videas capita, tot audias carmina discriminaque vocum, varia in unam denique sub B. mollis dulcedine blanda consonantiam & organicam convenientia melodiam.*

BENDELLUS. Vide *Benda.*

BENDIDIOS, *Aprilis mensis*, Papiæ.

BENE, Circiter. Historia Cortusiorum lib. 7. cap. 12. *De Theutonicis — bene quadringenti evaserunt à l'exercitum Venetorum.* Lib. 11. cap. 5. *Bene centum fuerunt interfecti.* Phrasis Italica & Gallica. Vide observata à Bernardo Aldreto lib. 2. de Orig. Linguæ Castellanæ p. 194.

BENECUPIENS, unica voce, Qui alicui bene cupit. Vetus instrumentum an. 1152. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 77. *Tibi Macillo nusso Dianæ dilectæ amicæ meæ atque sponsæ, ego Ugolinus de Baldeniga amicus ac benecupiens tuus, atque donator perpetuus, dixi, &c.*

BENEDICTIO, apud Hebræos, elevatis manibus tradebatur: nam legimus Levit. cap. 9. Aaronem manum ad populum extendentem ei benedictionem impertitum esse. Qua quidem benedictione divini auxilii imprecatio significabatur, ut ex cap. 8. Exodi colligitur. Et Christus ipse ascensurus in cælum, *Elevatis manibus suis*, inquit Lucas cap. 24. *benedixit* Apostolis. Neque aliter benedictionem dedere primi Christiani, quàm elevatis manibus, seu potiùs manuum impositione. S. Ambrosius lib. 1. de Pœnitentia cap. 7. *Cum ergò manus imponitis, & benedictionis opus creditis.* Et S. Hieronymus Epist. ad Eustochium: *Extenta manu, ut benedicere eos putes, fineis, pretia accipiunt salutandi.* Usus etiam obtinuit, ut eadem, quam extendebant manu, signum Crucis deducerent, quod ex traditione Apostolorum acceptum plerique censent.

Benedictio super plebem, quæ solius erat Episcopi. Hanc autem impertiebat in Missa, post Dominicam orationem, & ante Communionem. Finita enim oratione Dominica, Diaconus, annuente Episcopo dicebat: *Humiliate vos ad benedictionem*; & populus respondebat: *Deo gratias.* Tum Episcopus hanc benedictionem dicebat: *Benedicat vos omnipotens Dominus, &c.* Inde accipiens partem Corporis Domini, dicebat: *Pax Domini sit semper vobiscum.* Vide Concil. Agath. can. 44. Regiense can. 5. Epaon. can. 35. Toletan. IV. can. 17. Micrologum cap. 21. & quæ eruditus Menardus notavit ad Librum Sacrament. Gregorii Mag. pag. 27.

Benedictio præterea alia fuit, quæ datur in fine Missæ à quovis Sacerdote sacra faciente, antequam populus à Missa discedere vetatur in can. 47. Concilii Agath. in Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 69. & lib. 1. Capit. c. 67. de qua etiam Cæsarius Arelat. Homil. 12. Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 22. Amalarius lib. 3. cap. 36. & Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 33. Vide *Oratio ad complendum.*

Benedictione privari, apud Monachos pœnæ species fuit, minor tamen excommunicatione; ii verò quibus hæc pœna indicta erat, recedere tenebantur, antequam illam Monachis ex more solito impertiret Abbas. Vide Anonymum περὶ ἐπιτιμίων, apud Basilium Mag. n. 5. 37. ubi qui hac pœna mulctabatur, ἀπευλογίας dicitur.

Benedictio Abbatum, quæ fit ab Episcopo, cùm ii Abbates constituuntur, Synodus Anglicana, apud Florentium Wigorn. p. 661. *In consecrationibus Episcoporum, & Abbatum benedictionibus — nihil exigatur.* Ordericus Vitalis lib. 11. *Benedictionem Abbatis super illum peregit* Adae p. 835. Chronic. Vindocinense: *Electus verò (Abbas) cum ab Episcopo Carnotensi pro consuetudine Benedictionem postularet, ipse autem è contra pro Benedictione ab eo professionem exigeret, &c.* Habetur in Pontificali MS. Eccl. Senonensis. *Benedictio ad Abbatem faciendum, vel Abbatissam*, quæ unica oratione concluditur.

Benedictio capillorum. Vide *Capillus.*

Benedictio Clericorum, in Concilio Aurel. III. c. 7. Aurel. V. c 4. &c. Habetur in laudato Pontificali Senon. *Oratio ad Clericum faciendum*: sed spectat Monachos qui etiam *Clerici* dicebantur.

Benedictio calicis. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 372. *Et Missam hanc ibidem cum Benedictione calicis celebrare, ac post Missam illam panem & aquam sanctificare, & inter populum Missam illam audientem dividere & spargere huc usque usitati fuissent.*

Benedictio cereorum, apud Anastasium Bibl. in S. Damaso.

Benedictiones cœmeteriorum, apud Monachum Pegaviensem an. 1091.

Bene-

Benedictio coronæ. Vide *Corona.*

Benedictio Diaconalis, aut *Diaconatus*, Ordinatio Diaconi, in Concilio Arab. Nicæno Edit. Piſani c.17. in Concilio Aurelian. II. c.17. 18. Arelat. II. c.44. Agath. c.16. Capit. Car. M. lib.7.c.27.&c. Deſcripſit V. Cl. Jacobus Petitus *Benedictionem in ordinatione Diaconi*, ex Cod. Eccleſiæ Rotomag. poſt Pœnitentiale Theodori p.284.

Benedictio Epiſcoporum, ſeu Conſecratio. Gregorius Turon. lib.8. Hiſt. c.20. *Ea conditione removetur, ut eum Berchtrannus, Oreſtesque, ſeu Palladius qui eum benedixerant, vicibus paſcerent.* Lib. 4. c.6. *Veni, conſenti nobis, & benedicentes conſecremus te ad Epiſcopum.* Adde eundem de Vitis Patrum c.6. Florentius Wigorinenſis pag.651. *Sed Gulielmus cauſa juſtitiæ illud & benedictionem Archiepiſcopi Gerardi ſprevit.* Pag. 657. *Hic Electus cùm ab ipſo Pontifice moneretur, ut — benedictionem ſuam Eccleſiaſtico more ſuſciperet, &c.* Vide Marculfum lib 1. form. 6. Hincmarum tom. 2. p. 641. &c. Benedictionem in Ordinatione Epiſcopi ex laudato Cod. Eccleſiæ Rotomagenſis deſcripſit V. Cl. Jacobus Petitus p. 283.

Benedictiones Evangelicæ, inter quas ea eſt, quæ à Sacerdote, ſacra faciente, Diacono Evangelium lecturo impertitur. Vid. Statuta antiqua Ord. Cartuſienſ. c.42.§.4.

Benedictiones judiciorum, inter obventiones Eccleſiaſticas recenſentur in Charta an. 1226. apud Roverium in Reomao p.253. quod de *judiciis divinis*, ſeu *purgationibus vulgaribus* intelligendum, in quibus, verbi gratiâ, Ferrum candens, Aquæ ferventes, &c. à Sacerdote benedicebantur, priuſquam accuſati ac rei ad ejuſmodi judicia deſcenderent. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſ. c.10. *Benedictione judiciali ſuper ignem ob Epiſcopis facta, inventor lanceæ per medium Regi flammantis ultro celeriter transmeavit.* Vide *Aquæ & ferri judicia.*

Benedictio menſæ, ſeu ciborum; in uſu fuit non modò apud Monachos & Clericos, ut patet ex Regula S. Benedicti c.43. Regula Magiſtri c.73. Regula S. Fructuoſi c.5. &c. & Capitulis Ludov. Imp. addit. 4. §. 48. ſed etiam apud omnes Chriſtianos S. Hieronym. Epiſt.85. de Diaconis: *Etiam in Eccleſia Romæ Presbyteri ſedent, & ſtant Diaconi: licet paulatim increbeſcentibus vitiis, inter Presbyteros, abſente Epiſcopo ſedere Diaconum viderim, & in domeſticis conviviis benedictiones (coram) Presbyteris dare.* Theodulfus officium Achicapellani Regii deſcribens:

Stet benedicturus Regis potumq́, cibumq́.

Leo IV. PP. in Epiſt. quæ habetur poſt Chronicon Reicherſperg. p.11. ad quæſitum, *ſi Dominica oratio in benedictione ciborum debeat uſitari*, negativè reſpondet, *quia in ſanctificatione Corporis & Sanguinis D. N. J. C. hanc ſolummodo orationem ſancti Apoſtoli decantabant, &c.* Leges Hoëli Boni Regis Walliæ c.29. *Tria ſunt ſine quibus res eſſe non poteſt, ſcilicet Sacerdos ad Miſſam celebrandam, & ad eſcas Regis & potus benedicendos, &c.* Pœnitentiale Theodori ca.2. *Diaconi poſſunt baptizare, & cibum & potum benedicere, non tamen dare.* Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de Uſu Eccleſiaſtico, ait Sacerdotem præſente Epiſcopo *benedicere* poſſe *prandium, &c.* Extat apud Alcuinum Poëm. 146. formula benedictionis menſæ, ſeu ciborum, ut & apud Bernardum Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c.37. Paganos etiam priuſquam menſæ accumberent, deos invocaſſe, teſtatur Quintilianus Decl. 301. Vide Franciſc. Turrianum lib. 3. pro Epiſt. Pontific. cap. 9. Guilielmum Stuckium lib. 2. antiquit. convivial. c.36.

Benedici dicuntur *Novitii* in Monaſteriis, cùm expleto *Novitiatus*, ut ajunt, tempore, vota emittunt, in Regula S. Fructuoſi cap. 21. apud Udalricum in Conſuetud. Cluniac. lib. 2. c. 27. in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. p.1460. in Bibl. Cluniac. apud Ægidium Aureæ vallis Monachum cap. 2. in Statutis Ordinis S. Benedicti quæ habentur tom. 6. Spicilegii Acher. c. 7. apud Chilienum in Vita S. Brigidæ num. 13. &c. Nilus Mon. lib. 2. Epiſt. 96. ad incluſum: ποίας δὲ ἀξιώσας τὴν χεῖρα τῆς εὐλογίας ἐπέθηκεν.

Benedictio nuptialis, ſeu matrimonii in Eccleſia, cujus inſtitutionem perantiquam conſtat ex Tertulliano lib 2. ad Uxorem, ex Epiſtola Soteris PP. c.5. Epiſt. Hormiſdæ PP. c.6. Concilio Valentino apud Burchard. lib. 9. c. 5. Hilario Diac. in c.4. Epiſt. 1. ad Timoth. S. Iſid. lib. 2. de Eccleſ. off. c. 19. & aliis. Adde Legem Wiſigoth. lib. 12. tit. 3. §. 8. Legem Longob. lib. 1. tit.30. §.15. Capit. Caroli M lib.7. c. 363. Capitulare 1. ejuſdem Imp. an.802. c.35. & quæ congeſſit Franciſcus Turrianus lib. 5. pro Epiſtol. Pontific. cap. 3. Cyprianus in Vita S. Cæſarii Arelat. *Statuit etiam regulariter ut habentes ob reverentiam benedictionis ante triduum conjunctionis eorum eis in baſilica benedictio daretur.* Leo IV. PP. Homil. ad Epiſcop. c. 3. *Ad nuptias niſi forte ad eas benedicendas nullus veſtrûm eat.* Anaſtaſius in S. Silveſtro. *Unius uxoris virum, uxorem à Sacerdote benedictam, &c.* Habetur in Pontificali Senonenſi MS. *Miſſa ad ſponſam benedicendam.* In Appendice Menardi ad Librum Sacramentorum pag. 286. *Benedictio nuptiarum*, ſeu *Actio nuptialis*, ubi conſulendus idem Menardus. In Officio τοῦ στεφανώματος, ſeu nuptiarum, in Euchologio Græcorum, crebræ leguntur benedictiones ſponſorum. Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranenſe III. part.9 c.1. *Vir aut mulier ad bigamiam tranſiens, non debet à Presbytero benedici: quia cùm alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari.* Ad Benedictionem nuptialem pertinere videntur, quæ habentur in Foris Alcanaçanenſibus: *Mulier quæ leixaverit maritum ſuum de benedictione, pectet 300. ſol. à. Palatio Epiſcopi. Et qui leixaverit mulieri ſuam, pectet unum denarium ad judicem.*

Benedictio olei ad infirmum. Vide *Oleum infirmorum.*

Benedictio peræ peregrinorum. Tabular. Vindocinenſe Ch. 146. *Benedictionem quoque peræ, ſi quempiam de parochianis ſuis peregre proficiſci contigerit, totam habebit.* Vide *Pera.*

Benedictio Presbyteratus. Gregor. III. PP. Epiſt 5. Concil. Arvern. c.13. Vide V. Cl. Jacob. Petitum poſt Pœnitent. Theodori p.284.

Benedictio pœnitentiæ, in Concilio Barcinonenſ. an. 599.c.4. Toletan. VI. c.8. Agath. c.44. Epaon. c.21. Aurel. III. c. 24. 25.

Benedictio ſuper populum, in lib. 3. Sacramentor. Eccleſ. Rom. p. 200. quæ *Benedictio populi* dicitur in Miſſali Gotthico p.264.

Benedictio Regis, Coronatio, *Sacre du Roy.* Epiſtola Silveſtri II. PP. ad Arnulfum Remenſem Archiepiſcopum: *Pallio in ſolennitatibus utaris, benedictionem Regum Francorum & tibi ſubjectorum Epiſcoporum obtineas, &c.* Conventus Remenſis an. 1059. *Tunc accipiens Archiepiſcopus baculum S. Remigii, diſſeruit quietè & pacificè, quomodo ad eum pertineret electio Regis & conſecratio, ex quo S. Remigius Ludovicum Regem baptizavit & conſecravit.* Fulbertus Carnot. Epiſt. 59. *Ad benedictionem Henrici, regiæ prolis, voto quidem rapior, ſed adverſa me corporis valetudo retardat.* Charta Roberti Regis Franc. ex Tabulario Monaſt. Dervenſis: *Oſtendimus eam* (reclamationem) *fidelium noſtrorum clariſſimæ congregationi, ſcilicet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Monachorum,* Cleri-

Clericorum, Comitum, cæterorumque Militum qui ad benedictionem meæ prolis Henrici futuram in die sancto Pentecosten convenerant, &c. Infrà: *Dicentes non esse voluntatis nostræ quemquam illa die maledici, qua filium meum statueramus benedici.* Vide Coronationes Regias to. 2. Operum Hincmari p. 741. & seqq. &c. apud V. Cl. Steph. Baluzium in nupera Capitular. Editione.

Benedictio sacerdotalis, in Capitul. Caroli M. l. 1. c. 71.

Benedictio virginum devotarum, in Concilio Venet. c. 4. Καθιέρωσις τῶν κορῶν, in Cod. Canon. Ecclesiæ Afric. Epistola S. Remigii Episcopi ad Chlodovæum Regem, de Alboflede Regis sorore: *Vivit vestræ fidei, & si est conspectus desiderio recepta, Christus implevit, ut benedictionem virginitatis acciperet, quæ sacrata non est lugenda, quæ fragrat in conspectu Domini flore virgineo, &c.* Pœnitentiale Theodori Cantuar. c. 5. *Græci simul benedicunt viduam & virginem, & utramque semper habent consecrare.* Vide Durandum lib. 2. Ration. c. 1. n. 39. & seqq. Habetur in Pontificali MS. Senonensi *Benedictio virginis ab Episcopo dicenda.*

Benedictio velaminis capitis Monacharum. Vide Anastas. Bibl. in S. Leone.

Describuntur complures aliæ *Benedictiones* in libris Benedictionalibus: maximè in Pontificali MS. Eccles. Senon ut

Benedictio palmarum & florum. Benedictio palmarum, florum, frondium, in Dominica Passionis apud Lanfrancum pro Ord. S. Bened. p. 260. & in lib. 1. de Miracul. S. Victoris. Et in Ordinario Præmonstrat. cap. 15. pag. 904.

Benedictio fontis cujusvis.

Benedictio Crucis.

Benedictio Calicis.

Benedictio putei novi.

Benedictio uvæ sive fabæ, de qua etiam Sacram. Greg. & ibi Menardus p. 173. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 80. Anastasius in S. Eutychiano & Card. Bona lib. 2. c. 14. n. 5.

Benedictio super fruges novas. Greg. M. sacr. p. 250. Anastasius Bibl. in S. Eutychiano: *Hic constituit ut fruges super altare tantùm, fabæ & uvæ benedicerentur.* Vide Cardin. Bona lib. 2. Rerum Liturg. c. 14. num. 5.

Benedictio panis. Sacrament. Greg. p. 250.

Benedictio domus novæ. Sacram. Greg. p. 250.

Benedictio quando ad bellum contra hostes proficiscitur.

Benedictio quando contra paganos pugnandum est.

Benedictio pro qualibet tribulatione.

Benedictiones de singulis Dominicis & festis.

Benedictio pro iter agentibus.

Benedictio in die ordinationis Episcopi.

Benedictio in expletione Synodi.

Benedictio in Sabbato, quando albas deponunt.

Benedictiones & exorcismi salis & aquæ.

Benedictiones fabæ novæ, apud Bernardum Mon. in Consuet. Cluniac. c. 80.

Benedictio lactis & mellis pro Catechumenis, de qua Card. Bona loco laudato. Alias *benedictiones* ex Codice Ecclesiæ Rotomag. descripsit V. Cl. Jacobus Petitus post Pœnitentiale Theodori Cantuariensis Archiep. scilicet *in Ordinatione Episcopi Presbyteri, Diaconi, post Confirmationem, sponsi & sponsæ, Pro defunctis, Abbatis, Monachorum, Vestium virginis, Virginis, Vestis viduæ, & Viduæ.*

Hisce omnibus addo quæ de benedictionibus quæ ab Episcopis fiunt, habet Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Benedicere autem dico Præsulem ea quæ non sunt utensilia Ecclesiæ, consecrare verò ipsa utensilia. Benedicit ergo Pontifex Reginam, & virginem cùm velatur, & quemlibet fidelem benedici postulantem, & totum populum ante pacem. Benedicit etiam suprà memorata, quæ non licet Sacerdoti in ejus præsentia.* Quæ autem benedicuntur à Sacerdote præsente Episcopo, ita paulò antè recenset: *Benedicere potest, præsente Episcopo aquam & sal in Dominicis Sacerdos, & prandium, & sponsum, & aquam judicii, vel panem, & cætera. In absentia verò Episcopi potest benedicere coronam Clerici, & velum viduæ, novos fructus, candelas in Purificatione S. Mariæ, cineres in capite jejunii, ramos in Dominica Palmarum, & peregrinaturos, & lecturum Evangelium, & populum cùm dimittitur, aquam benedictam aspergit ad benedicendas novas domos, & cætera nova.*

Benedictioni occurrentium Episcoporum, vel Sacerdotum capita submisisse Christianos, multis probat ad Theodoriti Hist. lib. 4. cap. 5. & Evagrii lib. 4. cap. 34. Henricus Valesius, quem non exscribo.

Benedictio regularis. Chronicon Abb. S. Michaëlis Virdunensis: *Sumptis itaque stipendiis tanto itineri necessariis, valedicens Fratribus, cum benedictione regulari juxta morem exeuntium novus proficiscitur peregrinus.* Sumpta scilicet ab Abbate benedictione. Capitula Monachorum S. Galli an. 817. cap. 29. edita à V. Cl. Steph Baluzio: *Ut ubicunque sibi obviaverint Fratres, junior benedictionem petens stet in imo loco inclinatus, usquedum tribuens benedictionem Prior pertranseat.* Petrus Venerabilis lib. 1. Epist. 28. ad S. Bernardum: *Ubicunque obviant Fratres, junior à Priore benedictionem petere præcipitur, nec apud vos tenetur.*

Benedictiones Lectionum Lectoribus imponere, apud Ezelonem in Vita S. Hugonis Abbatis Cluniacensis n. 11.

Benedictiones, Eulogiæ, munera, Gen. c. 33. 11. maximè ea xenia, quæ à Sacerdotibus & Clericis mitti solebant, ab iis benedictione sua sanctificata. *Eulogiarum benedictiones*, apud Desiderium Episcopum Cadurcensem to. 1. Hist. Franc. p. 875 Petrus Damiani l. 2. Ep. 14. de Presbytero: *Nunquam benedictionem muliercula, vel ex his quæ detulerat, porrigebat.* Lib. 5. Epist. 19. de vino à quodam Anachoreta consecrato: *A maximis & venerabilibus viris pro benedictione expectabatur.* l. 6. Epist. 31. *Donum pro benedictione transmitte.* Ordericus Vitalis, lib. 5. p. 580. *Pro quo eulogias benedictionis 30. marcos argenti—erogavit.* Ita & l. 5. p. 611. Utuntur præterea S. Hieronymus Epist. 132. S. Gregor. l. 2. Epist. 33. 47. l. 7. Epist. 34. 54. 128. l. 2. Dialog. c. 31. Avitus Viennens. Ep. 65. S. Fulgentius Epist. 5. Liber Epistolar. S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. Ep. 103. 146. 148. 149. &c. Marbodus in Vita S. Roberti Abbatis Casæ Dei num. 13. Lib. 1. Miraculorum S. Richarii c. 4. Gregorius Turonens. l. 8. c. 7. Diurnus Romanus cap. 5. tit. 12. Codex Carolinus Epist. 15. Leo IV. PP. Epist. ad Episcop. Britan. c. 3. Adventius Metensis Episcop. apud Baron. an. 865. num. 59. Sulpitius Sever. Dial. 2. de S. Martino, Monachus Sangal. lib. 1. cap. 13. Vide *Eulogia.*

Benedictiuncula, eadem notione apud Hincmarum tom. 2. pag. 825.

Benedictiones orationum, εὐλογίαι τῶν εὐχῶν, apud Anonymum Combefisianum in Lacapeno num. 27. Vide Gloss. med. Græcit.

Benedictio panis ac vini. Vita Ludovici Pii an. 816. *Et benedictione panis ac vini simul* (cum PP. Stephano) *participata Imperator ad civitatem redit.* Hist. Translat. S. Gregorii cap. 21. *Mox enim ut Benedictio missa est, panis videlicet, casei ac vini, confestim sumpto cibo,—in pristinum robur convaluit.* Adhelelmus Sagiensis de Mira-

Miracul. S. Opportunæ cap. 5. *Sumptoque benedictionis pane ad hospitium perrexit.* Vide Concil. Regiense an. 439. can. 4.

Benedictio in auro, Munus in pecunia numerata erogatum, *Roga*. Anastasius in Conone PP. *Hic dimisit omni Clero & Monasteriis benedictionem in auro, sicuti prædecessor ejus Benedictus PP.* Idem in Benedicto II. *Hic dimisit omni Clero, Monasteriis, Diaconiæ, & mansionariis auri libras triginta.* Eadem notione εὐλογίαι χρυσοῦ, apud Theophanem anno 40. Theodosii junioris.

Benedictiones, Pastus extraordinarii Monachis exhibiti, certis ac solennioribus diebus, quos etiam *Caritates* appellabant. Charta an. 864. pro Monasterio S. Germani Autisiod. tom. 2. Spicilegii pag. 590. *Ita & nos concedimus, ut intra annum per 40. dies certas ex collatione recenti bonorum hominum in festivitatibus Sanctorum benedictiones Fratribus à Præposito vel Decano solenniter procurentur.* Vide *Caritas*.

Benedictiones, dicuntur Canticum trium puerorum, quod incipit ab his verbis: *Benedicite omnia opera Dominum*, quod ante *Laudes* in Ecclesia decantatur, ex veteri instituto: nam & illud recitari die illucescente jubet S. Athanasius in Tract. de Virginitate. Ita porrò usurpant Regula S. Benedicti c. 12. S. Cæsarius in Reg. ad Monach. cap. 21. Aurelianus in Ordine psallendi, Regula Magistri cap. 39. 41. 45. & Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. Hoc sensu Græci εὐλογητάρια vocant certos modulos, quos decantant in exequiis mortuorum, quòd hæc verba sæpius repetant, εὐλογητὸς εἶ κύριε, ut auctor est Goarus ad Euchology.

Benedictionalis liber, Liber Ecclesiasticus in quo *Benedictiones* quæ ab Episcopis & Sacerdotibus fiunt, continentur: cujusmodi est *Benedictionalis Gregorii Mag.* quem ex Codice Cæsareo descripsit Petrus Lambecius l. 2. Commentarior. de Bibliotheca Cæsarea c. 5. Ordo Romanus: *Accipiat Benedictionalem librum, & conversus ad populum, dicat: Humilitate vos ad Benedictionem, &c.* Chronicon Moguntinum Conradi Episc. *Erant libri, qui pro ornatu super altare ponebantur, ut Evangeliorum, Epistolæ, sive Lectionarii, Benedictionales, Collectarii.* Acta Murensia: *Sunt & duo Cursionarii, & tres Benedictionales libri.*

BENEFACTUM, Pars hæredii, tertia scilicet bonorum paternorum aut maternorum, quæ secundogenitis, apud Andegavenses, obvenit, quaq; ii gaudent usufructuario jure: iis enim extinctis ad primogenitos illius proprietas redit, ut est in Consuetud. Andeg. art. 97. 222. 226. 228. 232. Gallicè, *Bienfait*. Charta Petri Comitis Vindocinensis, Gauffredi Vicecom. Castriduni & aliorum Nobilium Andegavensis & Cenomanensis Comitatuum, de usu recepto in tutelis & rachetis, an. 1246. in Tabul. Rer. Andegav. in Camera Computor. Paris. fol. 32. 48. *Ille autem qui tenet ballum, si terra debet ad ipsum devenire, non habet custodiam puerorum, sed propinquus post ipsum: & habent pueri Benefactum de terra patris & matris suæ, secundùm valorem terræ, & secundùm statum suum.*

Benefactum. Societas Monachica. *Beneficium.* Chronicon Turonense, ubi de Comite Ingelgerio: *Societatem & beneficium Ecclesiæ largiti sunt.* Tabularium Vindocinense Thuani Charta 55. *Venit itaque in Capitulum nostrum, acceptoque à nobis societatis nostræ Benefacto, &c.* Charta 56. *Datis ei pro hoc 50. solidis, & Benefacto nostro.* Charta 67. *Dedit campum unum terræ arabilis ex alodo suo, pro animæ suæ remedio, nec non & pro beneficio venerabilis loci.* Adde Ch. 70. 101. 104. &c. Charta alia in Hist. Monaster. S. Nicolai Andegav. *Ob hoc—dederunt communionem orationis, & benefactorum suorum.* Perardi Burgundica p. 116. *Canonici eos in benefactis & fraternitate sua receperunt, &c.* Vide *Beneficium*.

BENEFICIARII, Apparitores, satellites, ministri Magistratuum. Gloss. Basil. Βενεφικιάλιοι, οἱ στρατιῶται ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν μαγιστράτων τεταγμένοι. Ita emendant viri docti pro μεταρχώνων. Tertullianus de Fuga c. 13. *Nescio dolendum an erubescendum sit, cùm in matricibus Beneficiariorum & Curiosorum inter tabernarios & lanios,— Christiani quoque vectigales continentur.* Acta SS Fructuosi & sociorum: *Reposito autem Fructuoso in cubiculo suo, direxerunt Beneficiarii in domum ejus.* Infrà: *Observantibus ex officio Beneficiariis.* Vide S. Augustinum Collat. 3. cap. 13. 15. & 18. Casaubonum ad Sueton. & Spartianum, & I C.

Beneficia, Reliquiæ. Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Ep. 33. *Transmisimus autem B. Petri Apostoli benedictionem crucem parvulam, cui de Catenis ejus beneficia sunt inserta.* Ita usurpat Diurnus Romanus cap. 5. tit. 6.

BENEFICIO, Propter, causâ, χάριν, Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *O diem asperum! æstus validus turbarum beneficio.* Hoc est, propter turbas & multitudinem hominum, τοῦ ὄχλου χάριν. Infrà: *Tabescam ideo quòd illos tabescere viderem mei beneficio.* Id est, mei causâ, propter me.

BENEFICIUM, Scriptoribus mediæ ætatis, dicitur prædium fiscale, quod à Rege vel Principe, vel ab alio quolibet ad vitam viro nobili utendum conceditur. Ita autem appellatum est, quòd is ex mero dantis *beneficio* ac liberalitate illud possideat. Unde hæc loquendi formula in Testamento Hadoindi Episcopi Cenoman. *Villa—quam Lupus quondam per beneficium nostrum tenere visus fuit.* Infrà: *Quam fidelis noster per nostrum beneficium habere videtur.* Rursum: *Similiter villa—quam ex munificentia nostra ipsi fideli nostro Caddono Defensori nostro concessimus.* Supra: *Quam fidelis noster per nostrum beneficium habere videtur.* Ubi observandum de iis villis disponere ac decernere, quas *in Beneficium*, id est, ad usumfructum concesserat. In Charta Guillelmi Ducis Aquitan. apud Besliam pag. 255. *De quadam silvula, quam præfatus Bego habere videbatur de nostro beneficio, &c.* Et in Tabular. Burguliensi Ch. 31. apud eundem pag. 277. *Cum consensu & voluntate Comitis Odonis eam* (curtim) *ex nostro beneficio tenere.* *Ex munere regio*, dixit Marculfus lib. 1. form. 12.

Eodem pæne sensu Latini hanc vocem usurparunt, & prædia quæ Principes militibus, aut aliis largiebantur, *Beneficia* appellarunt, & librum in quo ea describebantur, *Librum beneficiorum*. Hygenus de Limitib. agror. *Si qua Beneficia concessa aut assignata coloniæ fuerint, in libro Beneficiorum ascribemus.* Dolobella: *Quæris si in libro Beneficiorum regionis illius beneficium alicui Augustus dedit.* Atque hic liber erat penes *Primicerium Beneficiorum*, sub dispositione Comitis Rerum privatarũ domus divinæ, de quo Notitia Imp. vel penes eum qui *à commentariis Beneficiorum* appellatur in veteri Inscriptione. At ejusmodi beneficia spectavit S. Augustinus Serm. 1. in Vigilia Pentecost. *Notum est—quòd milites sæculi beneficia temporalia à temporalibus dominis accepturi, priùs militaribus sacramentis obligantur, & dominis suis fidem se servaturos profitentur.*

Certè ea fuit apud nostros *Beneficiorum* conditio, ut qui ea impetrabant, aut quibus conferebantur, & fidem præstarent, seu, ut tunc loquebantur, *se in Vassaticos commendarent*, & servitium militare facerent iis qui ea conferebant. Hinc *Beneficiarii honores*, prædia *in beneficium*, seu *feudum* concessa. Annales Franc. Bertiniani an. 839. *Suorum quoque complures non solùm proprietatibus, verùm etiam beneficiariis donavit honoribus.* *Beneficia publica*, quæ & *Regia*, nempe quæ

quæ ex regalibus prædiis conferebantur, apud Monachum Sangallensem in Carolo Mag. lib. 1. c. 32. *Beneficia regalia*, in Capitul. 2. an. 813. c. 4. *Accipere beneficium à seniore suo*, in Concilio Compendiensi an. 757. can. 6.

Ad id autem Principes conferebant beneficia, ut fortiori vinculo fide præstita, & fidelitatis interposito sacramento, suis partibus vassallos addicerent. Annales Fr. Fuldenses an. 881. *Et ei Abbatias & Comitatus in Beneficium dedit, ut ei fidem servaret.* Prætere a conferebantur *Beneficia*, ut qui iis donati erant, servitium militare præstarent, si bella ingruerent. Unde *Beneficia Militaria* dicuntur in Charta Ragenfredi Episcopi Carnotensis an. 954. Vide Leges Longobard. lib. 3. tit. 9. §. 9. & Capitulare an. 807. c. 1. & in V. *Militia*.

Erant autem *Beneficia ad vitam*. Tabular. Angeriacense apud Beslium p. 257. *Præfatam Ecclesiam cum omni integritate, quandiu advixerit, teneat.* Unde proprietatibus passim opponuntur. Codex Carolinus Ep. 62. *Tam de propriis, quàm de beneficiis per testamentum — concessis.* Charta Conradi Burgundiæ Regis pro Monasterio Grandis vallis an. 957. *Cuidam Luitfredo nomine prædictum Monasterium concessum est in beneficium: sed non post longa tempora, non per beneficium, sed per proprietatem in posteram ejus progeniem divisum, &c.* Charta Odonis Regis in Tabular. S. Cyrici Nivernens. *Si ea quæ inter se fideles loci temporisve commoda opportunitate ex rebus propriis, aut jure beneficii sibi commissis, causa augmenti vel meliorationis juste ac legaliter agendum deliberaverint, nostris confirmamus edictis.* Ditmarus lib. 5. *Hujus vitæ cursum quam probabiliter egit, hoc etiam testificatur, quòd apud dominum suimet beneficii maximam partem acquisivit in proprietatem.* Capitul. Caroli Calvi tit. 6. §. 20. *In beneficiario jure, aut in alode adsumptum habetur.* Ita tit. 31. c. 22. in Capitul. Carlomanni tit. 2. c. 5. in Lege Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 3. 4. in Annalibus Francor. Bertinianis an. 836. 839. & in Capit. Caroli Mag. lib. 1. c. 132. lib. 3. c. 19. 20. Qui porrò hac conditione tenebant ejusmodi beneficia, dicebantur ea

Beneficiario jure possidere, id est, per usumfructum. Charta Caroli Calvi an. 865. in Tabulario Bellilocensi in Lemovic. num. 4. *Quandam nostri juris villam, quam ipse hactenus jure beneficiario per nostram largitionem obtinuisse visus est.* Alia ejusdem Caroli an. 877. ibidem: *Quidam fidelis noster Hildebertus culminis nostri adiens serenitatem, deprecatus est, ut quasdam villas, — quæ sitæ sunt in Comitatu Lemovicensi, jure usufructuario & beneficiario omnibus diebus vitæ suæ, & filio suo post eum, per hoc præceptum nostræ auctoritatis concederemus, &c.* Alia ejusdem Principis: *Ut ei quandam villam — usufructuario & jure beneficii omnibus diebus vitæ suæ concederemus.* Marculfus lib. 2. form. 5. *Nobis ad beneficium usufructuario ordine excolendum tenere permisistis. In beneficio tenere & precario more*, in Pancharta nigra Turon. c. 97. *Beneficiali more*, in Synodo Ravennensi an. 877. c. 17. Baldricus Noviomensis lib. 1. c. 85. *Villam — quam Hasbanienses more beneficiali tenebant. Jure beneficii tenere*, in Annalib. Franc. Fuld. an. 850. & apud Aimoin. l. 1. Hist. c. 14. Adde Capitula Caroli Calvi tit. 10. c. ult. tit. 43. c. 5. Aimoinum lib. 2. Mirac. S. Bened. c. 5. & Petrum Damian. lib. 4. Epist. 12.

Nec tantùm erant ad vitam, sed ea pro libitu auferebantur. Epistola Episcoporum Galliæ ad Ludovicum Regem c. 15. *Ecclesiæ siquidem nobis à Deo commissæ non talia sunt Beneficia, & hujusmodi Regis proprietas, ut pro libitu suo inconsultè illas possit dare, vel tollere.* Non temere tamen, nec sine legali judicio auferebantur. Synodus Ticinensis an. 855. *Denique quia Christi custodiente clementia neminem injustè privavimus, sed neque privari absque legali sanctione aliquem nostrorum fidelium voluimus beneficio: jubemus ne quis suum depravet ullo modo, sed instauret securiter, &c.*

Transibant etiam interdum ad posteros, sed Principis interveniente consensu. Nithardus lib. 3. de Bernardo Duce Septimaniæ: *Victoriam ut Caroli esse didicit, filium suum Willelmum ad illum direxit, & si honores quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut se illi commendaret, præcepit.* Regino an. 940. *Uto Comes obiit, qui permissu Regis quidquid beneficii aut Præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios divisit.* Atque inde origo consensus dominorum in feudis vassallorum adhibiti, cùm ea ad posteros transeunt, qui vulgò *laudimii*, interdum *consensus* & *consilii* nomine donatus legitur.

Hac porrò conditione dabantur beneficia, ut ea sarta tecta servarentur & integra, nec ea distrahi possent: quod si aliter evenisset, iis privabantur possessores, ex Lege Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 1. & Capitulis Caroli Mag. lib. 3. c. 19.

Atque primitus ad vitam dabantur beneficia, & usufructuario jure possidenda: postmodum ad filios, & ex filiis nepotes, atque adeo ad fratres ex parte patris transiere, Constitutione Conradi Imperat. quæ in Legib. Longob. lib. 3. tit. 8. §. 4. descripta legitur.

Qui verò ejusmodi beneficia Militaria à Rege consequebantur, *Vassi*, aut *Vassalli dominici* dicebantur. Annales Franc. Bertin. an. 837. *Episcopi, Abbates, Comites, & Vassalli dominici in memoratis locis Beneficia habentes.* Ita an. 869. p. 234. & in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 73. in Capit. Caroli C. p. 49. &c. Interdum *Milites*, ut in Legib. Longob. lib. 3. tit. 8. §. 4. Sed de horum vocabulorum notionibus agetur suis locis.

Cùm igitur ea *Beneficia*, seu prædia, beneficii jure Nobilibus darentur à Rege vel Principe, *Regalia* appellata sunt. Capitula Caroli M. lib. 1. c. 132. *Ut omnes Episcopi, Abbates, Abbatissæ, Optimates & Comites seu Domestici, & cuncti fideles qui Beneficia regalia, tam de rebus Ecclesiasticis, quàm quæ & de reliquis habere videntur, unusquisque suo beneficio suam familiam nutricare faciat, & de sua proprietate propriam familiam nutriat.* Ex quibus patet *Beneficia Regalia*, non modò dicta fiscalia Regum prædia quæ concedebantur, sed etiam Ecclesiastica, quæ viris militaribus, ita invalescente hacce tempestate usu, vel potiùs abusu, ab ipsis Regibus dabantur in *Beneficium*, ratione quorum militia & servitium militare Regi præstabatur. Rursùm ex his eruitur, *Beneficia Regalia* Episcopis & Abbatibus concessa fuisse: unde cùm postmodum ea in proprietatem transiissent, *Regalia* appellari cœpere quævis Ecclesiarum prædia ac dominia, utpote à Regibus primitus *in beneficium* concessa ac temporis successu proprietatis jure retenta. Id firmat Radulfus de Diceto an. 1093. ubi ait Willelmum II. Regem Angl. *præcepisse ut investiretur Anselmus omnibus ad Archiepiscopatum Cantuariensem pertinentibus, atque ut civitas Cantuariæ, quam Lanfrancus suo tempore à Rege in beneficio tenebat, & Abbatia S. Albani, quam non solùm Lanfrancus, sed & antecessores ejus habuerant, in alodium Ecclesiæ Cantuariensis pro remedio animæ suæ perpetuo jure transirent.*

Quemadmodum autem *Beneficia* morientibus possessoribus ad Regem redibant; ita Beneficia, quæ Episcopis & Abbatibus dabantur, iis perinde decedentibus, ad Regem revertebantur, qui iis gaudebat, quousque successores eorum iisdem beneficiis investirentur. Atque hæc fuit, ni fallor, *Regalium* Ecclesiasticorum origo, quibus vacante sede Episcopali Reges gaudere solent. Beneficiorum regalium occurrit

occurrit præterea mentio in iisdem Capitulis Caroli M. lib. 3. c. 19. 20. 71. 81. Beneficiorum verò quæ Episcopis & Abbatibus concedebantur, lib. 3. cap. 82.

Quod autem *Beneficium* primitus appellatum est, postmodum *feudi* nomen accepit. Charta Ottonis Comitis Viromandensis apud Hemereum in Augusta Viromand. an. 1025. *Tenebat, inquam, aquam illam ex me loco beneficii, sub nomine feodi.* Charta Balduini Hierosol. Comitis Hannoniæ an. 1078. apud Miræum in Donat. Belg. l. 2. c. 28. *Excepto quòd Abbas vel successor suus pro molendino suo unoquoque anno solvat Militibus quibus contingit Beneficium, quod vulgo dicitur feodum, 5. modios — annonæ, &c.* Hadrianus PP. apud Radevicum l. 3. c. 32. *Licèt enim hoc nomen quod est Beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur; tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus: hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur Beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum.* Ita *Beneficium* & *feudum* promiscuè usurpantur in libris feudorum.

Beneficium castrense. Vide *Feudum castrense.*

Beneficiolum. Charta Caroli III. Imp. & alia Ludovici Regis an. 892. ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopol. *Videlicet foris murum ipsius civitatis* (Lugdunensis) *Ecclesiam S. Laurentii* (cum) *beneficiolo ad illam pertinente.*

Beneficium, Precaria, Præstaria. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Itaque prædictas res sub beneficio præstariæ cum omni integritate eo tenore concedimus, ut quamdiu præfatus Artoldus & Adalaia futura ejus uxor, & nascituri ex eis hæredes vixerint, usumfructum exinde percipiant, &c.*

Beneficiare, Prædia in *beneficium* dare. Arno Salisburgensis Episcopus: *Quod fuit eis ex causa dominica beneficiatum.* Formulæ veteres c 38. *Ad tuam petitionem nostra decrevit voluntas, ut tibi res nostras vel Sancti illius in pago illo beneficiare usufructuario ordine deberemus, &c.* Concil. Rotomagense an. 1050. cap. 10. *Ut Episcopus Clericorum Ecclesiæ stipendia, aut terras laicis beneficiare minimè præsumat.* *Res beneficiatæ*, in Capitulis Caroli M. l. 5. c. 3. Tabul. Abb. Belulocensis in Lemovicibus Ch. 43. *Pro qualicunque occasione seu donandi, seu beneficiandi ipsas res.* Ch. 135. — *Quas uxori meæ quandiu vivet, ego Galfredus beneficiavi.* Wolfardus Hasenrietanus de S. Walpurga: *Cæteri omnes beneficiati sunt ex hujus Abbatiæ bonis.* Vide formulas secundùm Legem Roman. c. 38. Chronicon Laurisham. p. 89. Hincmarum to. 2. p. 603. Concil. Dusiac. I. p. 268. Burchardum de Casib. S. Galli c 3. p. 115. Chronicon S. Benigni p. 422. Sigebertum an. 1007. tom. 2. Hist Franc. p. 665. Doubletum in Hist. Sandionys. p. 712. Bibliothecam Sebusian. l. 1. c. 1. Chifflerium in Probat. Hist. Tornut. p. 285. Flodoard. l. 3. c. 4. Baldricum l. 1. Chron. Camerac. c. 8. 92. 112. 114. 115. l. 2. c. 10. l. 3. c. 2. Harigerum in Vita Landoaldi num. 14. Wolfardum de Miracul. S. Walpurgæ, Leonem III. PP. Epist. 9. &c.

Beneficiaria, Charta, qua quid in beneficium seu feudum datur. Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 35. *Facta est beneficiaria ista in mense Januar. — anno 12 quod Lodoicus Rex cœpit regnare.*

Beneficiati, Feudati, vassalli, apud Ottonem Frisingensem de Gest. Friderici I. l. 1. c. 11. 12.

Inbeneficiare, idem quod *in beneficium dare*, in Charta Ludovici Pii apud Beslium in Regibus Aquitan. p. 19 Burchardus de Casib. S. Galli c. 3. *Simoniacè Ecclesias vendidit, res Ecclesiæ inbeneficiavit, &c.* Cap. 4. *Omnia antiquitus in beneficiata exosus plurima de sua diligentia ad se retraxit.* Charta Hattonis Episc. Moguntini an. 910. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. *Deprecor — ut nunquam alicui hominum inbeneficientur, ed ad generales usus Fratrum perpetuò conserventur.* Alia Eberardi Episcopi Bambergensis in Chronico Reicherspergensi an. 1151. *Ita ut alveus ejus per terram prænotatam prædicto Marchioni inbeneficiatam transeat.* Alia ejusdem Episc. an. 1160. *Eundem locum laicis inbeneficiando.* Adde Monachum Pegaviensem an. 1104. 1112. Bertholdum Constantiensem an. 1077. Acta Murensis Monast. p. 65. Arnold. Lubecens. lib 3 c 11. Chronicon Constantiense p 624. 625. Librum de fundatione Monasterii Cozecensis p. 225. 229. Libr. de fundat. Cœnobii Bigaugiensis p. 251. &c.

Beneficia Ecclesiastica, dicebantur universim res Ecclesiæ in beneficium datæ, sive à Principibus, sive ab ipsis Ecclesiis, & earum *Prælatis* in *Beneficium* datæ essent, ut in Synodo Suessionensi sub Carolo C. c. 11. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 44. §. 2. in Capitul. Car. M. lib. 5. c. 92. *Beneficia Ecclesiarum*, lib. 1. c. 163. *Capella & Casa Dei in beneficium data*, in eadem Synodo. *Monasterium in beneficium concessum*, in Charta Conradi Regis Burgund. an. 957. tom. 7. Spicileg. Acheriani p. 187. *Res Ecclesiæ in beneficium retinere, habere*, in Capitulis Caroli M. lib. 5. c. 146. in Capit. Caroli Calvi tit. 6. c. 55. Petrus Damian. lib. 4. Epist. 12. ubi de alienationibus rerum Ecclesiæ: *Sed quid de venditione loquimur? cùm non modò ea quæ emphyteoseos sunt locata contractu, vel jure proveniunt, sive etiam quæ libellario nomine pensitantur: sed illa quoque quæ sub nudo Beneficii vocabulo sæculares accipiunt, revocari de cætero atque restitui Ecclesiis nullo modo possunt.* Quod quidem toleratum, *id exigente reipublicæ necessitate*, à Concilio Aquisgranensi II. an. 836. c. 3. can. 19. *quousque opportunitas id permit eret plenius emendari.* Horum verò beneficiorum Ecclesiasticorum possessores tenebantur *nonas & decimas* iisdem Ecclesiis quotannis persolvere, *& restaurationes earum* facere, ut ex Capitulis Caroli M. colligitur l. 5. c. 145. 146. 192. & Capitul. Caroli C. tit. 6. c. 55.

Atque hic mos res Ecclesiæ Laïcis ad beneficium dandi adeo invaluerat, ut in donationibus Ecclesiæ factis, quo eæ ab omni alienatione deinceps tutæ essent, id potissimùm caveretur, ne in *beneficium* darentur. Charta Hildegardæ Francorum Reginæ apud Meurissium: *Ideo interdicimus omnibus Abbatibus seu Custodibus ejusdem venerabilis loci, — ut jam dictas res nunquam præsumant alicui beneficio tribuere, nec per precariam, ut fieri assolet, præbere:* Tradit Fuld. lib. 1. *Ut nulli Clericorum aut Laicorum quæ traditi in beneficium præstentur, &c.* Adde Chron. S. Benigni p. 422. Chron. Mindense p. 745. Bibliothecam Sebusianam lib. 1. c. 1. p. 5. Chifflerium in Probat. Hist. Tornut. p. 285. Catellum in Hist. Tolosanorum Comitum p. 69. &c.

Neque tantùm Laïcis; sed & ipsis Clericis prædia Ecclesiastica in beneficium dabantur ab Episcopis & Prælatis. Extat Symmachi PP. ad Cæsarium Arelatensem Episcopum Epistola tom. 1. Epistolarum Summorum Pontificum, qua inprimis vetat possessiones Ecclesiæ distrahi, nisi fortè Clericis, ac Monachis, aut peregrinis concedantur reversuræ ad Ecclesiam. Meminit etiam Hincmarus Opusc. 29. *Clericorum habentium beneficia.* Quæ quidem possessiones Ecclesiarum ita ad vitam Clericis concessæ, *beneficia* dici cœperunt, inquit Baronius an. 502. n. 36. eò quòd, ut habet Symmachus in hac Epistola, benemeritis tantummodo concedi liceret: ea quippe tempestate, *in Galliæ provincia ab aliquibus personis Ecclesiastica prædia diversis titulis alienabantur*, ut ait idem Pontifex in alia Epistola: quam descripsit idem Baronius. Ex quibus patet morem in beneficiandi prædia Eccl. siastica viguisse, stante etiam prima Regum nostrorum stirpe: quod

quod præterea colligitur ex Testamento Hadoindi Episcopi Cenomanensis sub an. 652. quod describit Brissonius lib. 7. Form. Verùm etsi id caverit Symmachus, aut ab eo Cæsarius obtinuerit, ut prædia Ecclesiarum non aliis distraherentur quam Clericis ad vitam; mos tamen is invaluit, ut Laïcis perinde ac Clericis distraherentur, ex seculi labentis abusu. At cùm in beneficium Laïcis data Ecclesiarum prædia temporum successu ad easdem Ecclesias redirent, sive ex beneficii usufructuaria conditione, sive ex possessorum voluntaria restitutione, eadem postmodum Clericis ad vitam perinde concessa sub servitii Ecclesiastici onere, *Beneficii* nomen retinuere. Unde etiamnum videmus prædia quædam ex Ecclesiasticis, certis & denominatis beneficiis seu personatibus attributa, quia videlicet primitus ejusmodi beneficiariis ad vitam utenda concessa fuerant, quod postmodum in successores transiit. Charta anni 1031. apud Barthol. Fizen in Hist. Leod. p. 318. *Additis ad supradictum numerum Canonicorum, quinque Clericis, præter beneficium Præpositi, Decani, & Scholastici.* Et p. 319.—*Quibus vivérent 10. Fratres cum cæteris 20. qui ibidem ad explenda Ecclesiastica beneficia fuerunt ordinati.* Nec scio an huc pertineant.

Beneficia Presbyterata, in veteri Charta apud Sanjulianum in Matiscone p. 236. *Ad ultimum decreverunt ut has Ecclesias cum rebus & decimis, cum beneficiis Presbyteratis, & omnibus ibi adjacentibus, in usus prænominatorum Fratrum—.condonare deberent.* Vide *Feudum Presbyterale*.

Præbendæ generali *Beneficiorum* nomine continentur, c. 32. de Reg. Jur Guibertus l. 1. de Vita sua c. 7. *Contendebat denique mater mea Ecclesiasticis me beneficiis quoquo pacto inserere.* Synodus Beneventana an. 1091. c. 2. de Capellanis: *Ab officio & Beneficio interdicimus.* Alexander II. PP. apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 864. *Beneficium Ecclesiæ: quod quidam Canonicam, vel Præbendas vel etiam Ordines vocant.* Vide *Præbenda*. Cæterùm Clericatus & dignitates Ecclesiasticas tanquam *terrenæ militiæ officia*, indignis ab Episcopis olim concessas queritur S. Hieronym. adversus Jovinianum lib. 1. c. 19. *Dicam aliquid, quod forsitan cum multorum offensa dicturus sum: Sed boni mihi non irascentur, quia eos peccati conscientia non remordebit. Interdum hoc & Pontifi cum vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in Clerum allegunt, & simpliciores quosque, atque innocentes inhabiles putant, & affinibus vel cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiuntur, vivæ divitum obediunt jussioni, quodque his pejus est, illis Clericatus donant gradum, quorum sunt obsequiis delimiti.*

Beneficia manualia seu victualia, quorum distributiones quotidianæ tantùm residentibus tribuuntur, c. unic. de Præbend. in Sexto.

Beneficiare, Beneficium Ecclesiasticum conferre, apud Petrum Blesens. Epist. 70.

Beneficia, Oblationes quæ à Christianis fiunt Ecclesiis, in Concilio Autissiodor. an. 578. c. 1.

Beneficium, Merces. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 5. §. 5. *Si compulsores exercitus beneficio accepto, aliquem sine ægritudine domi stare permiserint.* In ipsa Lege *merces* exponitur.

Beneficiati Chori in Ecclesia S. Petri Romæ, Clerici diversi à Canonicis, de quibus consule Bullam Nicolai PP. III. apud Bzovium an. 1280. num. 5.

BENEFICIUM, idem quod *Benefactum*, de quo suprà. Chronicon Mauriniac. lib. 1. *In Capitulum nostrum venit, participium beneficiorum nostrorum humiliter petiit, & accepit.* *Beneficia orationum*, apud Messianum in vita S. Cæsarii Arelat. p. 258. Ordericum Vitalem lib. 3. 5. p. 461. 479. 577. 590. 596. ad quæ admittebantur in Monasteriis *eorum benefactores*. In Statutis Ordinis de *Sempinham*, est caput, *de Beneficiis pro parentibus mortuis faciendis.* Gesta Consulum Andegav. c. 13. n. 11. *Fratrem & participem beneficii rogat effici.* Tabular. Prioratus Neronisvillæ: *Unde suscepti sunt in beneficio & in orationibus nostris.* Alibi: *Monachi verò susceperunt eos in societate sua, & in beneficio totius Ecclesiæ ut orationum eorum participes esse mererentur.* Tabular. Absiense fol. 166. *Tali pacto ut ipse haberet sepulturam simul & beneficium.* Occurrit hac notione passim in Chartis editis Monasterii S. Nicolai Andegav. p. 12. 13. 23. 37. 39. 42. 60. 61. 93. to. 1. Monast. Anglic. p. 246. 308. 327. 572. in Probat. Hist. Guinensis p. 278. Hist. Monmorenciacæ p. 13. Adde Statuta antiqua Ord. Cartusiensis part. 2. cap. 8. §. 15. Chronicon Prioratus S. Launomari de Magenciaco num. 5. Stephanum Tornacensem Epist. 169. 170. 223. Willelm. Thorn. pag. 1942. &c. Hisce addere placet quod habet Chronicon Besuense pag. 623. *Pro hac quoque eleemosyna dedit D. Abbas Stephanus & viro & mulieri societatem & omne bonum quod factum fuerit in Besuensi Ecclesia usque ad finem mundi, pro remedio animarum suarum, suorumque antecessorum fidelium.*

Aliud tamen erat in *Fraternitatem*, aliud in *Beneficia orationum* recipi. Monasticum Anglic. to. 1. p. 331. *Pro qua re Abbas & Monachi S. Albani susceperunt Radulfum in Fratrem & Monachum, & uxorem suam similiter in Sororem, filium verò eorum Beneficio Ecclesiæ.* Tabularium Prioratus S. Nicasii Mellenti fol. 35. *Concessit præterea Prior, annuente Conventu, prædicto Roberto fraternitatem domus & ad vitam & ad mortem, & beneficium, quotiescunque voluerit accipere.*

Beneficium spirituale, eadem notione. Tabular. Absiense fol. 4. *Dono etiam illis nullo mihi jure vel cuiquam retento, excepto beneficio spirituali & sepultura, quidquid juris in ipsa terra habeo.* Et fol. 36. *Nec aliquid sibi vel hæredibus suis in eisdem decimis, nisi spirituale beneficium retinuerunt.* Occurrit præterea hæc formula in libro Chirographorum ejusdem Monasterii fol. 7. 46. & alibi. Rursum fol. 67. *Nihil mihi vel successoribus meis retinens, nisi beneficium animæ.* Et fol. 111. *Rogans ut spiritalium beneficiorum, orationum & eleemosynarum Monasterii me meosque participem faciat.* Tabular. Dalonensis Abbatiæ an. 1195. fol. 43. *In manu Archembaldi Prioris, qui mihi concessit participium totius spiritualis beneficii.*

BENENATI, Εὐγενεῖς, Ingenui, viri nobiles, Italis *Ben nati*. Vetus Interpres Juvenalis sat. 11. *Ingenui vultus. Modesti, benenati.* Messianus lib. 2. Vitæ S. Cæsarii Arelat. Archiep. *Si crastino panis defuerit, omnes jejunemus, dummodo hodie benenati homines seu reliqui captivi nobis euntibus & bibentibus non eant per plateas mendicare.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 2. *Iste quidem non solùm benenatorum, sed & sanctorum filius fuit parentum.* Cap. 16. *Insiliensque in hominem bene quidem natum, sed & admodum literatum, grandem ei manu alapam dedit.* Ennodius lib. 3. Epist. 16. *Et perlatorem benenatum hominem propter fugaces suos venientem commendo.* Epist. 17. *Benenatum hominem Gallias pro certis negotiis expetentem.* Clara Lusitanica æræ 1067. apud Rodericum *da Cunha* in Episcopis Portensibus 1. parte: *Et aliorum multorum filii omnium benenatorum quæ erant in Palencia, &c.* Cæsarius lib. 1. cap. 12. *Adolescens benenatus & divitum filius.* Utitur & lib. 4. cap. 4. 22. lib. 9. cap. 48. lib. 10. cap. 54. ut & Guillelmus Abb. S. Theoderici in vita S. Bernhardi lib. 1. c. 3. Justinian. Nov. 22. de Nupt. cap. 8. & Nov. 78. Auctor Vitæ S. Hadelogæ Virg. cap. 2. n. 9. Marsilius Patavinus in Defensore pacis 1. part. c. 16. p. 80. &c. *Homines boni generis* dicuntur in Capitul. Caroli M. ex Lege Salica Romana & Gombata cap. 12. *Pectora benenata*, apud Flaccum lib. 4. Od. 4. id est, generosa, ingenua: contra *malè nati*, servile genus apud eundem lib. 2. Epist.

Gratus Alexandro Regi magno fuit ille
Cherilus,incultis qui versibus & malè natis
Rettulit acceptos regale numi'ma Philippos.

BENESUASOR, Ἀγαθοσύμβολος, in Gloſſar. Græc. Lat. Apud Æſchilum in Prometheo vincto ὀρθόβουλος Θέμις dicitur pag. 104.

BENERTH. Lambardi Itinerar. pag. 212. ex vett. membranis, de tenentibus Eccleſ. Chriſti Cantuar. extra Waldum habitantibus: *De redditu 7. ſol. 6. den. de 20. ovis 1. den. de gallinis & benerth 16. den.* Ubi idem Lambardus in margine notat *Benerth* ſervitium eſſe, quod tenens præſtat curru ſuo & aratro. Reſpexit fortè vocem *Benna*, quam vide.

BENEVALETE, Formula adſcribi ſolita in Monogrammatis ſpeciem Pontificum Epiſtolis.



Papias in voce *Formata. Privilegia nummorum Epiſcoporum* (in MS. *Sacerdotum*) *ſunt cujuslibet Eccleſiæ conceſſiones Pontificum, quorum materia hæc eſt, ut dicat Pontifex erogatum cujuslibet dignæ perſonæ, vel alia qualicunque ratione Eccleſiæ illi, illa, ſeu illa Pontificali concedere & roborare dignitate. Anathema ponatur in calce Epiſtolæ. Habent autem & Privilegia prologos, ſicut & ceteræ Epiſtolæ, & Monogrammata hujuſcemodi in fine, BTE, quod eſt, Benevalete. Signum autem in Privilegii exordio vel criſmon, vel Crux Dominica, cum criſmon erit. Criſmon autem ejusmodi effigiabatur ſpecie* ☧. *Ut autem plenius in hoc Monogrammate nomen Chriſti appareat, tali mea ſententia effigiabitur ſpecie, vel ſic,* ☧. *Conſueverunt præterea in extrema margine privilegii quosdam inſignier orbiculos, Antiſtitis nomen, & paucula qualibet verba continentes in hunc modum, &c. Benevale*, in Capitul Gregorii II. pro Bavaris, in Epiſtola II. Hadriani II. PP. &c. Ita etiam interdum hæc formula concipi ſolebat, ut eſt in Ep. 104. & aliis Joannis VIII. PP. *Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere.* Vide Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 774. Plautus in Truculento:

Spectatores bene valete, plaudite atq; exurgite.

BENEVALETUDO, pro *bona valetudo*. Acta S. Cypriani Mart. *Ibidem Galerius Maximus Proconſul benevaletudinis recuperandæ gratiâ ſeceſſerat. Malam valetudinem dixit* Capitolinus in Antonino Pio.

BENEVENTANUM, Pellis ſpecies, ita appellata à *Benevento* urbe Italiæ, Gloſſ. Lat. Græc. *Beneventanum*, Βαβυλωνικοῦ δέρματος εἶδος. Gloſſæ Iſidori: *Flamineum, Babylonicum. Le Roman de Bertrand du Guesclin:*

Et getta-on ſur lui un drap de Bonnivent.

Vide Diſſertat. 1. ad Joinvillam pag. 132.

BENEVISUM, *Beneviſer*, Beneficium, Beneficiarius. Libertates conceſſæ villæ Montisbruſonis à Guigone Comite Forenſi menſe Novemb. an. 1223. *Si beneviſers obligaverit beneviſum ſuum alicui, det 1. den. de ſolido: ſed ſi beneviſum obligatum vendatur illi qui habebat obligatum, antequam redimatur, det venditiones uſitatas pro rebus venditis.* Occurrit ibi pluries.

BENNA, Genus vehiculi, lingua Gallica veteri, quod vulgò *Beneau* appellamus, ſeu *Benneau*, ut Monſtrelletus lib. 1. cap. 43. quo materiæ quævis efferuntur. Feſtus: *Benna, linguâ Gallicâ, genus vehiculi appellatur, unde vocantur Conbennones, in eadem benna ſedentes.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. cap. 19. *Hæc omnia vehiculo, quod vulgò Benna dicitur, impoſuit.* Chron. Flandriæ cap. 86. *Et Henry de Maletrait fut mene par les quarrefours de Paris en un venel ou tombereau.* Goropius Bekanus lib. 1. Gallic. pag. 14. & Kilianus in Etymol. à Sicambrico, *Benne*, deducunt, *ciſta plana, corbis planus.* Vide Rhenanum lib. 2. Rer. Germanic. pag. 97.

Benna, Vaſis ſpecies. Vita S. Remigii apud Surium 13. Januar. *Coxit panes & carnes, & accepit cerviſiam in vaſculis, prout potuit, quæ omnia in vaſe, quod vulgò Benna dicitur, collocavit.*

At unde cruci Moguntinenſi *Bennæ* appellatio indita, incertum. Conradus Epiſcop. in Chronico Moguntino: *Nec ſilendum quòd pro ſpeciali hujus auri examinatiſſimi valore, crux ipſa proprio nomine cenſebatur; vocabatur enim benna.*

Benna, Vivarium, piſcatorium. Vide *Venna*.

Benna, alia notione, in veteri formula Pœnitentialis edita à V. Cl. Jacobo Petito poſt Pœnitentiale Theodori p. 350. *Item qualiter bergarii & vinearii, & alii tales juramenta ſua fecerint, & ſi affuerint benna & pignora.* Ubi fortè legendum *nanna*. Vide in hac voce.

BENNATA, Menſura aridorum. Acta Capitularia Eccleſiæ Lugdun. an. 1347. fol. 129. *Idem duas bennatas avenæ, quas debet Guigo de Virlleu.* Niſi hoc loco idem valeat quod *corrucata*, ex *benna* vehiculum.

BEODUM. Vide *Beudum*.

BERBIX, detortum ex *Vervex*, Gallis *Berbis*, vel *Brebis*; Italis *Berbice*. Gloſſ. Berbix, *Aries*, Berbix, πρόβατον. Gloſſ. Græc. Lat. Πρόβατον, ἀρνίον *Verbella. Ovis, Berbix.* Ugutio & Joan. de Janua: *Berbex, & Berbicus, Aries caſtratus, & hæc Berbica, ovis*, Lex Salica tit. 4. §. 2. *Si quis anniculum vel bimum berbicem furaverit, &c.* Adalardus in Statutis antiq. Corbeienſis Monaſterii cap. 5. *Quintam decima de pecudibus, id eſt, in vitulis, in berbicibus, &c.* Paulus Warnefridus de Geſtis Longobard. l. 5. c. 40. *Habebantur in Palatio berbices miræ magnitudinis, quos ille ſupra dorſum eorum lanam apprehendens extenſo brachio à terra levabat.* Occurrit paſſim in Legg. antiq. Wiſigoth. l. 7. tit. 2. §. 11. l. 8. tit. 4. §. 20. Burgund. tit. 38. §. 3. tit. 70. §. 3. Aleman. c. 98. in Collat. Legis Moſaicæ tit. 11. apud Gregor. Magn. l. 8. Epiſt. 61. &c. Ita etiam apud Vopiſcum legi monet Salmaſius.

Vervices, Ulpiano in lib. 2. D. de Abigeis, & in veteri Charta apud Buzelinum in Gallo-Flandr. pag. 359.

Berbecina caro, in lege 6. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ. *Berbicinum pellicium*, apud Monachum Sangall. l. 2. c. 27.

Berbicarius, Paſtor berbicum, ovium, vulgò *Berger*, apud Adalardum lib. 1. Statutor. antiq. Corbeienſis Abb. cap. 1.

Verbecarius. Charta Abbonis pro fundatione Monaſterii Novalicenſis ex Tabulario Eccleſiæ Gratianopolit. *Ubi Morverius noſter verbecarius in ipſa colonia manet.* Infrà: *Rodis, ubi verbicarius noſter nomine Laurentius manet. Virvicarius ſervus*, apud Papianum lib. Reſponſ. tit. 3.

Bercarius, abbreviatum ex *Berbicarius. Major Bercarius*, Officium monaſticum. Statuta B. Gilberti Fundator. Ordinis de *Sempingham* cap. 8. *Procurator, Grangiarius Abbatiæ, Major Bercarius, &c.* Alibi: *Magiſter Bercariorum* dicitur, qui nempe bercariis, ſeu paſtoribus invigilat.

Bergarius, eadem notione, in veteri formula Pœnitentialis edita à V. Cl. Jacobo Petito.

Bercarius, Dominus bercariæ, ad quem prædium *Bercaria* nomine ſpectat. Charta Balduini Comitis Flandriæ, an. 1114. in Tabul. S. Bertini: *Dinoſcitur dediſſe tantum terræ eidem Sancto in Furnenſi territorio de*

berquaria

berquaria, videlicet unde Erembaldus Musolf, utpote berquarius ante id temporis censum solvit. Alia Theodorici Comitis an. 1151. ibidem: *Tradidi eidem Sancto in Furnensi territorio tantum terræ, de berquaria videlicet, unde—utpote berquarii id temporis censum solverunt.*

Berbiaria, *Bergerie*, ovile, in iisdem Statutis Corbeïensib. cap. 5. & in Capitulari de Villis cap. 23.

Bercaria, & *Berquaria*, Locus *berbicibus* alendis idoneus, alius tamen ab *ovili*; prædii species etiam cum certa agri quantitate. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 18. *Noverit universitas vestra nos concessisse ——hanc chartam nostram ducentarum ovium, scilicet medietatem de Osmundesere in terra & marisco cum una salina, &c.* Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1119. in Tabul. Monasterii S. Bertini: *Sic tamen ut ubi hospites Comitis, qui super vaccarias & berquarias ejus manent, per Kerkebode ierint, ibi quoque hospites S. Bertinibant.* Alia Theodorici Comitis an. 1159. ibidem: *Justitia itaque & juramento dictante, berquaria cum fundo & dunis sine diminutione in possessionem reddit Monachorum.* Chartæ Philippi & Balduini Comitum Flandriæ ann. 1183. & 1202. in Donat. Belg. Miræi lib. 2. cap. 60. & 78. *Bercaria, quæ erat Leonii——per Philippum Comitem de jure feodi & de omni exactione libera facta.* Et mox: *Bercaria de Hasnon, quæ censualis ac perennis possessio est, &c.* Vide Probat. Hist. Guinensis pag. 20 & Guil. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 1. p. 1103.

Berquaria, & *Bercheria*, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 308.

Vercaria, in Charta Caroli Regis Burgundiæ an 861. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 122. *In Coronæ——villa colonica una vestita, & altera absa, cum vercaria. Simili modo in Aurcliano vercaria una,—in Luciaco vercaria una absa, in Anderno vercaria una absa.* *Verubariæ*, in alio ejusdem Regis Diplomate, ibid. Alia an. 994. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 17. *Sunt autem mansiones, orti, vircariæ, vineæ, campi, &c.*

Vercheria, in Tabulario Prioratus de Paredo fol. 7. *Et mansum de Villena, cum vercheria quæ debet 2. sextarios avenæ, & 2. capones, & 1. den. & 1. mussal de canavo.* Fol. 11. *In villa Lucina, unam vercheriam cum prato.* Fol. 16. *Quidam francus homo nomine Bernardus dedit Deo & huic loco quandam vercheriam quæ sita est in villa Chalzingis, propriè ad opus eleemosynæ, ut fructus hujus terræ erogetur omnibus: terminant in circuitu terræ S. Salvatoris, quas tenent Aimo, Stcendus, &c.* Fol. 34. *Extra vercheriam ubi est domus ejus.* Fol. 43. *Dedit——unam vercheriam quæ conjacet inter 2. vias in summitate ejusdem villæ, &c.* Fol. 53. *Vercheriam unam ubi Constantius stetit, &c.* Fol. 91. *Et vercheriam ubi residet domus in curtili, &c.*

Berbiagium, Gallis *Brebiage*, Tributum ex *berbicibus*, seu ovibus. Charta Goffredi Comitis Andegavensis pro Monasterio sancti Sergii Andegavens. apud Sammarthanos: *Berbiagium etiam de toto attractu in omnia ovilia illorum dominica, per universas terras suas* Charta Philippi Regis Francorum an. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 36. *Item il a és dites Fermes brebiage de tiers an en tiers an, services de seonneeurs en Aoust, services de herce & de charuë, &c.*

Berbices, Arietes, machinæ bellicæ sat notæ. Anonymus Barensis in Chron. an. 1042. *Fecit ibi turrem excelsam ligneam, & tractareas, manculas & berbices, ut comprehenderet eam.*

BERBIGENES, Vitis species, apud Petrum de Crescentiis l. 4. c. 4.

BERCIOLUM, Cunæ, ex Gall. *Berceau.* Vita S. Pardulfi: *Et in agitario, quod vulgò berciolum vocant, pannu constrictum imposuit.* Infrà: *Berciolum, quod honesto sermone Philosophi cunabulum vocant.* Cod. Compendiensis habet *barciolum*, uti monet eruditus Mabillonius. Vide *Bersa.*

BEREBRECTUS, *Horderarius.* Ita Glossarium Saxon. sub Edw. III. exaratum: sed videtur legendum *Hordearius*, nam Saxonibus, Beꝛe, est hordeum.

BEREFELLARII. Charta Thomæ Archiepiscopi Eboracensis, in Monastico Anglic. tom. 3. part. 2. p. 5. *Scilicet Præcentoris, Cancellarii, & Sacristæ, ac 7. Personarum, qui olim Berefellarii fuerant nuncupati, &c.* Infrà: *Præsentatio autem sive collatio prædictorum ministrorum, videlicet Præcentoris, Cancellarii & Sacristæ, ac etiam Personarum dudum vocatarum Berefellarii: quos quidem Berefellarios recolendæ memoriæ D. Joan. de Thoresby, dudum Eborum Archiepiscopus* (obiit ille an. 1373.) *ad honorem dictæ Ecclesiæ Beverlaci, & majorem decentiam ministrantium in eadem provincia ordinabat, Personis in Ecclesia nostra Cathedrali & Metropolitica Eborum officiando Ecclesiæ in divinis in habitu conformari. Sed quia eorum turpe nomen Berefellariorum patens risui remanebat, dictos 7. de cætero non Berefellarios, sed Personas volumus nuncupari.* Dicti autem isti *Berefellarii*, quasi *concagati*, seu *Breneux*; ex Anglico *Berayed*, conspurcatus, permerdatus. Cur autem ita obscæna hujusmodi iis indita appellatio, dicant Angli ipsi.

BEREGAFOL, Tributum hordeaceum, ex Saxon. Beꝛe, hordum, & ᵹaꝼol, tributum, census. Sic restituit Somnerus in Legibus Inæ Regis c. 64. apud Bromptonum.

BERETUM. Vide *Birretum.*

BEREWICK, *Berewica, Berewichus, Berewita*, Manerium, vel potiùs membrum manerii à corpore dissitum, villula, hamleta manerii, manerium ad majus pertinens, quasi beꝛieꝛ—vic, Saxonicè, *manerii vicus.* Charta Edwardi Confessoris Regis Angl. tom. 1. Monastici pag. 237. *Kingeston, cum Raffleia & Byri, berewicis suis.* Charta Alani Comitis Britan. fol. 572. *Donavit etiam totas decimas suas de omnibus rebus in Swavezey, & in Berewichis ad eam pertinentibus, scilicet Bercham, &c.* Vide tom. 2. pag. 910.

BEREFREDUS. Vide *Belfredus.*

BERGKEESE. Vetus Charta apud Browerum in Antiq. Fuldens. lib. 3. c. 11. *Singulis annis caseos grandes Bergkeese vocatos Fuldensibus Fratribus in oblationem transmittebat.*

BERGRECHT. Charta Henrici Imp. an. 1189. in Metropoli Salisburg. part. 3. pag. 359. *Cum piscaturis & molendinis, alpibus, & venis ferri, quod vulgò Bergrecht Bercreth dicitur, &c.*

BERIA, Locus planus, campestris. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 28. *In quo habitant Arabes, qui Beduini vocantur, in beria continuè habitantes, seu in locis campestribus, sub tentoriis mansiones suas omni tempore facientes,* Joinvilla in S. Ludovico: *Et disoient qu'ils estoient venus, nez, & concreez d' une grant berrie de sablon; la où il ne croissoit nul bien.*

Bieria, eadem notione, apud Willelm. Britonem lib. 11. Philipp.

Ac velut in saltus scopulosa bieria saltu
Præcipiti mittit ingenti corpore cervum.

Beriam cum *burgo* confundere videtur Spelmannus, ita ut urbium Anglicarum nomina, quæ in *Bery* desinunt, inde accersat. Cui sententiæ nescio an faveat vetus Charta apud Beslium, pag. 391. *Et captum habebat burgum & berrium, & habebat omnia incensa.* Quo loco forte legendum *barrium*, de qua voce supra egimus. Utcunque sit, malim ita ejusmodi appellata oppida, quòd in locis campestribus & planis ædificata sint: & *beriam S. Edmundi* apud Matth. Paris an. 1174. non pro burgo, sed pro *campania*, ut vocant

vocant quæ ad Edmundanum Monasterium pertinebat, sumendam.

BERILLUS, Conspicilium, Gallis *Besicle*, Belgis *Brill*, Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi:

Protinus admisso micuit syntagma berillo.

Tabularium Monast. Longipontis in diœcesi Paris. *Præscripti beneficii donum Deo & S. Mariæ, ejusque Ecclesiæ, cum quodam frusto berilli concessit, atq; illud prior Henricus ex ejus manu accepit.* Joan. Buschius in Chronic. Windesem. lib. 2. cap. 42. *Non per unum solùm, sed per duos simul, aut per berillum duplicem in communi legere consueverat.* In Onomastico rustico Paracelsi: *Berillus; speculum cristallinum consecratum. Berillistica, est ars ipsa visiones in berillis & cristallis videndi.* Vide *Ignis lapideus* in Additionibus.

BERLENGHUM. In veteri Regesto Parlamenti an. 1300. est *Inquesta inter Ballivum & Episcodum Ambianensem super bonis intestatorum: item super berlengho & castitiis item super aparturis & fornellis.* In alio aresto an. 1289. in Tabul. Eccles. Ambian. fol. 80. *Bellengum* scribitur: *Gentes nostræ in præjudicium juris sui & Ecclesiæ suæ justiciando ceperunt in dicto campo quoddam bellengum, de quo petebat Dom. Episcopus resaisiri.* Hodie *Berlengs* dicimus alearum ludos, quæ vox occurrit apud Guillelmum *Guiart* an. 1304.

Ribaus qui portent les berlens,
Ne resont pas de jouer lens.

Infrà:

L'un met sus le berlens son gage,
Et l'autre met argent encontre,
L'un dit de set, l'autre rencontre,
Cil qui gaaingnent, à eus traient,
Et li perdant crient & braient.

BERLIA, Modus agri. Charta Ludov. *de Laval* Gubernat. Delphinatium, apud V. Cl. Dion. Salvaingum: *Plus vel minus exigatur pro dicto transitu habita consideratione ad dictos 8. grossos pro singula berlia, sive matata, & pro qualibet leuca, salvo quod ubi per dicta loca sive territoria transirent plures matatæ, sive berliæ, &c.* Ubi consulendus idem vir doctissimus lib. de usu Feudorum cap. 34. pag. 145.

BERLINA, ex Ital. *Ferro rotondo nel quale si mette il collo de malfattor.* Jus Vicentin. lib. 3. *Fustigetur, vel ad berlinam ponatur.*

BERNA, Vox Bohemica, Tributum, collatio publica. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 27. *Generalem steuram, quæ Berna dicitur, ab omnibus accepit.* Æneas Silv. in Hist. Bohem. cap. 58. *Nisi populares in sumptus regios pecuniam conferant, quam vocant Bernam, aut rapere unde vivat Regem oportet.*

BERNABOS. Thwroczius in Ludovico Rege Hungar. in Præfat. *Fata in Reges altos dominosque mundi sic fulminant, & habenas Principum Bernabos ille omnipotens sic temperat.* Ita haberi in MS. monet Editor.

BERNACÆ, Aves aucis palustribus similes, sed minores, ex abiete in aquas demisso enascentes. Vide Silvestrum Girald. in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 11. *Bernacula*, hodie, Stanihursto teste, ubi malè *ancis* legit, pro *aucis*: *Bernecelæ*, dicuntur Friderico II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 6. *Bernicl*æ & *Bernichæ* cap. 19. 21.

BERNAGIUM. Vide *Brenaticum*.

BERNARII. Vide *Berroerii*.

BERNET. Incendium. à Saxonico *Byrnan*, incendium facere, comburrere. Leges Canuti Regis c. 90. ap. Bromptonum: *Bernet, quod est domûs incendium.* Ponitur etiam inter criminalia & capitalia in Legibus Henrici I. cap. 12. 47.

BERNISCRIST. Charta Deodari Clerici an. 799. apud Malbrancum lib. 5. de Morinis cap. 38. *Ad emendos drappos, & kamisias ultramarinas, quæ vulgò Berniscrist vocitantur.* Cujacius in Tract. 8. ad Africanum observat *Berne*, Gallorum antiqua lingua, esse sagum, atque inde vocem *Berner* à nostris usurpari, pro ea lascivia, qua delectatum Othonem narrat Suetonius cap. 2. qua scilicet distento sago impositus in sublime jactatur: cujus etiam meminit Martialis lib. 1. Epigr. 4.

Ibis ab excusso missus in astra sago.

ut & Ulpianus tit. 1. Collat. Legis Mosaicæ, ubi Pithœus primus advertit hanc lasciviam *sagationem* appellari, & παλμὸν reddi in Gloss. Lat. Græc. quo proinde loco *saltationem* legi debere frustra contendit Josias Mercerus ad Aristænetum. Casaubonus verò ad Suetonium vocem *Berner*, à βάρνεσθαι accersit: ita enim Dores pro πάλλειν dixisse ex Hesychio vult. *Bernia*, ut ait Covarruvias in Thes. linguæ Castellanæ, *es una capa larga a modo de manto, grossera come manta fraçada.* Nicotius: *Bernie est une sorte de drap velu, grossier & rude, dont les Irlandois s'emmantelent.* Atque inde vocis originem accersunt, ab *Ibernia* scilicet. Sed cur *Berniscrist* dicantur eæ camisiæ, non planè video: neque enim quòd instar Christi tunicæ fuerint, quam *Capam Christi* vocat Radulphus de Diceto an. 1156. appellatas ausim affirmare.

BERODERIUS, in Jure Vicentino, passim: idem qui aliis *Beroarius*. Vide in hac voce

BEROLASIS. De hac voce sic Ughellus in Episcopis Capuanis: Extat, inquit, Epistola Joan VIII. PP. * 170. scripta quidem anno 881. cum hujusmodi præfixo titulo: *Omnibus Episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolasim, & Amalfim, Beneventum, & Salernum incolentibus.* Est Berolasis locus in Capua veteri ad sanctum Stephanum, vulgari nuncupatione dictus etiam hodie, *li Vorlasii*, Anonymo Casinensi *Berelais*, Heremperto *Berelasis*, Latinè loquentibus *Amphitheatrum*. Neque mirum, si Episcopus in veteri Capua constitutus *Suricorum*, vel *Berelasis* nuncupabatur, cùm illis in vicis insigniores essent Ecclesiæ. Vide eundem Joannem VIII. PP. Epist. 265. nam indicata ab Ughello non succurrit, falso notata numero.

BERQUARIUS. Vide *Bercarius*.

BERRA Charta Ricardi Regis Angliæ apud Sammarthanos in Archiepisc. Turonens. *Et totum nemus cum alio nemore displante* (deplantato) *& berra, & pratis, &c.* Alia apud Spelmannum in voce *Foresta*: *Et quòd Rex in foresta sua prædicta potest villas suas ædificare, Ecclesias instituere, berras assartare, & Ecclesias illas cum decimis — ... cunque conferre.*

BERROERII, Italis *Berrovieri*, quæ vox interdum sicarios, sceleratos, & ruptarios sonat, interdum Apparitores. Vide Joan. Villan. lib. 7. cap. 79. *Birri* vulgò dicuntur, seu *Sbirri*. Occurrit non semel hæc vox apud Rollandinum lib. 8. cap. 1. 2. 3. lib. 10. cap. 6. *Berroarii sive Zaffones quidam*, lib. 11. cap. 5. Aliud Chron. post Rollandin. ann. 1325. *In suo regimine mortuus fuit gladio capitaneus suorum beroeriorum* (Potestatis Patavii.)

Berverii, apud Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 41. *Berverios quosdam, & ad eorum persecutionem gentem nostram adverterent, callide prætransierunt.* Ex quo emendandus Joannes Presbyter in Hugone de Cabilone Episcopo Leod. *Habebat Episcopus suis stipendiis bernarios & bidarios duo tela portantes.* Legendum enim putem *Bervarios*, ut in vita B. Andreæ de Galeranno num. 10. *Potestatem non latuit, quæ statim ad ejus comprehensionem Bervarios misit.* Ubi perperam Editum *Bertarios*, *Berovarii*, apud Petrum de Crescentiis lib. 1. de Agricult. cap. 6. & Ughellum tom. 4.

pag.

pag. 804. De vocis origine, consule quæ habent VV. Cl. Ægidius Menagius & Octav. Ferrarius in Origin. Italic.

BERSA, *Bersare*, *Birsare*, *Bersarii*. *Bersæ*, Crates vimineæ, seu sepes ex palis vel ramis grandioribus contextæ, quibus silvæ, vel parci undique incinguntur, ut nullus cervis, cæterisque feris ad egressum pateat aditus. Charta laudata à Spelmanno: *Intra bersas forestæ*. Alia Henrici III. Regis Angl. in Monast. Angl. to. 2. p. 210. *Pasturam 40. vaccarum,— per totam bersam in foresta nostra*. Ejusmodi *Bersas* silvarum sic describit Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 25. *Exclamansque juvenis, Etsi, inquit, nihil aliud possum facere, saltem cervos istos de claustris eripiam, & liberos reddam. Dixit, statimque cum militibus currens, gladiis evaginatis, fortissimam sepem illam, quæ de stipitibus facta cervos reclusos tenebat, abscidit, cervosque per agros dispersit*. Ab ejusmodi cratibus mansit infantium cunis nomen, quas *Bers* & *Berceaux* vocamus, quòd ex viminibus invicem contextis confectæ sint. Neque vocis origo à Græco repetenda, uti vult Casaubonus ad lib. 1. Strabon. p. mihi 32. Vide *Berciolum*, & *Brolium*.

Bersare, *Birsare*, Venari, intra *bersas* forestæ venationem exercere. Charta Henrici II. Reg. Angl. in Monastico Angl. to. 1. p. 768. qua confirmat donationem factam à Rogero *de Quincy* Comite Wintoniæ Monachis Gerondonensis Abbatiæ, *de tota sauvagina, & omnibus bestiis silvestribus, quas habent in clauso de Kitt, ad bersandum, venandum, capiendum, &c.* Inquisitio de forisfacturis super forestis Regis in Addit. ad Matth. Paris: *Inquiratur de illis qui suspecti habiti sunt, vel soliti, ad intrandum boscos, parcos, vel forestas, causâ bersandi, vel alia damna faciendi*. Adde Fletam lib. 2. c. 41. §. 21. *Berser*, nostris idem sonat. *Le Roman de Vacces MS.*

En bois sout cointement & berser & vener.

Alibi:

Ars & saëtes fist porter,
Et chien a saut, s'ala berser,
As veneors & as vallez
Fist mener chiens & brachez.

Rursum:

Por soi deduire & par besoignes
Ala sejourner à Valoignes,
Ne sai quant jours i a esté,
Par les bois cachié & bersé.

Le Roman de Garin MS.

Et en riviere ô les faucons aler,
Et en forest por chacier & berser.

Alibi:

Chascun convint en son pays r'aler,
Li empereres en vet el bors berser.
Droit à Senlis, où il seut demorer.

Alius Poëta:

Or sont mis quatre fil en la forés perser.

Alius rursum:

N'afiert pas à danzel, n'a joine poigneour.
Qu'il laisse le besoing où sont li ameour,
Pour aler berseiller, & estre veneour.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

En la forest où li Rois dut berser.

Infrà:

Par la sajete dont li Rois dut berser.

Occurrit non semel.

Bersarii, Venatores, vel parcorum & silvarum custodes. Recensentur ii ab Hincmaro de Ordine Palatii c. 17. inter Palatii ministeriales. Gesta Consulum Andegav. cap. 1. *Ex copia silvestri & venatico victitans: hujusmodi homines, ut aliqui dicunt, Britones Brigrios vocant, nos autem Franci Birsarios, sive Pedicarios dicimus*.

Putat Wattius vocem *bersare* à Germanico *birsen* deducendam, quod est telo configere, quòd venatores in silvis damas & cervos telis configant & perimant. Cui sententiæ favere videtur Radevicus, qui *Birsare* vocabulo utitur duobus locis, in quibus præterea telo aut sagitta usos, qui bersabant, innuit, lib. 3 de Gestis Frider. cap. 26. *Si quis birsando feram balista vel arcu occiderit, ejus erit*. Et lib. 4. cap. ult. *In birsando ipsemet arcum tendit, spicula capit, implet, expellit: eligis quod feriat, quod elegeris ferit*. Spelmannus mavult à Beꞃꞅ Saxonico, quod *lupum* significat, originem vocabuli desumendam, ut *bersare*, sit lupos insequi. Sed videtur *bersare* esse propriè venatorum, qui in silvis clausis seu parcis cervos & damas sectantur. Quæ quidem venationis species dicitur *venatio infra metas forestæ* in Charta Henr. III. Reg. Angl. apud Edw. *Cocke* in Littlet. sect. 1.

Neque aliunde, ni fallor, accersenda vocis Italicæ, *Bersaglio*, origo, quæ *album*, seu *scopum*, ad quem sagittatores sagittas suas dirigunt, significat, apud Dantem in Parad. Cant. 26. & Matthæum Villaneum lib. 6. cap. 72 metaphorâ nempe ductâ à venatoribus, qui *bersando* spicula sua in feras contorquent ac dirigunt. Inde postmodum *mettere à bersaglio* Itali iidem dixerunt, pro *periculo exponere*, uti voces has usurpat idem Villaneus lib. 8. c. 3. lib. 9. c. 54. in fine, quod feræ, quæ in *bersis*, ac parcis inclusæ sunt, venatorum spicula ac proinde mortem vitare vix queant. Sed & in libro MS. cui titulus *le Voyage d'Outremer du Comte de Pontieu*, hanc loquendi formulam reperio, *Mettre au bersel*, pro, *vitæ discrimini vel supplicio aliquem exponere*: *Aprés vint un jour que li Soudans fist une grant feste du jor de sa naisence: li cours fu grande. Aprés le mengier, Arcier & Turcoples vinrent au Soudant de Aumarie, & disent, Sire, nos requerrons no droit. Il demanda, Coi; & il disent, Sire un cetif pro mettre au bersel. Il leur dist, Alez à le cartre, si prendez celi ki mains puet vivre, &c.* Et infrà: *Livrez fu à son martire*. Instructio pro carcere seu *geola* Castelleti Parisiensis an. 1372. ex libro rubeo ejusdem Castelleti. *Et s'il est mis au pius & la gourdaine ou berseul, ou en oubliete, il doit autant que s'il estoit en la fosse*. In Catholico Armorico, *Bresel*, *hæc guerra*, exponitur. Vide Cl. V. Ægidii Menagii Origines Italicas p. 152. & Oct. Ferrarium in *Bersaglio*.

Bersura, Jus *bersandi* in forestis domini. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 47. *Habet quoque in longo alneto bersuram omnibus diebus, cum uno Milite, & suis Accinctoribus*.

BERTARIUS. Vide *Beroërius*.

BERTOLATA. Albertin. Mussatus lib. 6. de Gestis Henrici VII. Rubr. 13. *In exercitu Paduano fuisse constat ex conscriptis civibus Paduanis equites 1200.— scutiferos 600. equas ruralium (al. ruralium hastatorum) quas Bertolatas Longobardi vocant, circiter mille, mercenarios milites 300. al. Bertooltas*.

BERTONIA, *Berthona*, *Berton*, Villa vel prædium frumentarium, à Beꞃe Saxonico, hordeum, & Ꞇon, villa, prædium, Proinde ejusdem originis & notationis qua *Berewic*. Monasticum Anglic. to. 2. p. 887. *Et in bertonia mea de Cadeham unum locum ad construendam aliam grangiam*. Occurrit non semel apud Will. Thorn. an. 1287. & 1313. & apud Guill. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. p. 108.

BERUA, pro *bellua*. Althelmus de Laude virgin. ubi de Daniele:

Denique non trepidat fretus cælestibus armis
Sævos beruarum rictus, morsusq, leonum.

BERUERIUS. Vide *Beroërius*.

BERWITA. Vide *Berewic*.

BESANA. Charta Mariæ Comitissæ Trecensis an. 1196. in Adversariis Duchesnianis: *Si homo de Fay in dictis*

...emeri bus ... vas apium invenerit, Ecclesiæ B. Mariæ erunt, id est *vasa apium.*

BESCA. Vide *Becca.*

BESCAZARIA. Statutum Communis Bononiensis an. 1238. apud Ghirardaccum lib. 9. Hist. Bonon. p. 279. *Quòd lusores azardi & bescazariæ & inusores casei in ipsis scalis—morari non possint, &c.*

BESENAGIUM. Charta Willelmi Comitis. Cabilonensis an. 1180. in Bibliotheca Clun. p. 1441. & apud Gallandum de Franco alodio, & Chiffletium in Beatrice Cabil. p. 40. *Quòd in villa Paredi, & in universa terra ejus, non habeo talliam, vel porcellagium, vel besenagium, vel messionagium, seu annonagium, vel carredum.*

BESILIUM. S. Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii c. 37. *Cùm corpus ejus delatum esset ad sepulturam, remansit fortuitis in loco quo jacuerat, rachina caprina ex Episcopio valde optima, quæ nimirum in besilio fuerat pridie supposita feretro, &c.* Quo loco *besilium*, scamnum significat, scilicet duplex, cui feretrum impositum erat. Vide *Bisellium.*

Quæ porro fuerit vocis obsoletæ, *Besil*, apud nostros, notio, non omnino planum est assequi. Nisi idem sit quod *Bersil*, de qua voce diximus in *Bersa.* Occurrit illa, ut & *Besiller*, non semel apud Guill. Guiartum in Hist. Francor. MS.

Que païs fut si outrement,
Qu'il n'i ot besil ni maçacre.

Infrà:

Mainte bonne ville besillent,
En allant la contrée essillent.

An. 1274.

Grant duel en maine la Reine,
A peu qu'elle ne s'en besille.

An. 1284.

Car huis & portes en refraignent,
Besilent tous ceus qu'il attaignent.

BESOGIUM. Vide *Bisacuta.*

BESCA *lingua.* Itinerarium Jerosolymitan. Antonini Monachi: *Monasterium, in quo tres sunt Abbates scientes linguas Siram, Græcam, Ægyptiacam, & Besam.*

BESSA, *Bissus.* Vide *Becca.*

BESTIA, Equus vel jumentum quo quis vehitur: quomodo *Beste* etiamnum usurpamus, *Equitatura.* Hugo Flaviniac. in Chron. p. 245. *Quid enim referam—fulmen ante conspectus nostros cecidisse, ita ut bestia cui sedebam igne ipso ustulata, &c.* Utitur ibi semel ac iterum.

Venari ad magnam bestiam, nempe cervos, damas, apros, &c. Vetus Inquisitio de foresta, in Regesto Philippi Aug. f. 114. *Viderat dictum Robertum venari in eadem foresta ad magnam bestiam.*

Bestia mortua. Charta Will. de Calviniaco 1212. in Regesto Philippi Aug. f. 74. *Præterea eidem Domino Regi & hæredibus ejus quito in perpetuum omnem chaceiam ejusdem forestæ, & bestiam mortuam.*

BESTIALE, *Bestialia*, Gall. *Bestail*, Pecudes, apud Michaëlem Madium de Barbezanis in Hist. cap. 20. 21.

BESTIARE, Pecus Fori Oscæ an. 1247. fol. 31. *Si verò bestiare extraneum, sive oves, transitum fecerit per terminos alicujus Infantionis, &c.*

BESTIARIUM, *Liber de bestiis compositus, vel locus ubi bestiæ morantur.* Ugutioni & Joanni de Janua.

Bestiarium, Pecus, *Bestial.* Libertates Regni Majoricar. an. 1248. *Non donetis carnaticum de vestro bestiario omni tempore, &c.* Vide *Adularius.*

BESTIONES, *Tiranes.* Ita Glossæ Isidori. Italis *Bestione*, est bestia grandior.

BESTIUS, *Instar bestiæ*, Joann. de Janua. Commodianus instr. 34.

Non requiris eam, sed sic quasi bestius errans. Utitur etiam Persius Sat. 6. Vide *Lellus.*

BETA, Pellis lanata. Gloss. S. Bened. cap. de Vestimentis: *Pellis lanata*, Βαίτη. Glossæ Regiæ MSS. Βαίτα, Pellicea. Gloss. Græc. Lat. Ἀρνακὶς, τὸ προβάτειον δέρμα, *Pellis lanata.* Zacharias Callergus in Schol ad Theocr. Id. 5. Βαίταν, λέγουσι τὰ ἐκ κωδίων συνερραμμένα περιβόλαια. Ubi βαίταν, τὴν διφθέραν, τὴν σισύραν interpretatur. Tabularium S. Martini de Campis: *Agnina pellicia, & nocturnales, qui vulgò Betæ dicuntur.* Hodie etiamnum *Betas* vocant Bellovacenses. cuculliones nigri coloris, quibus caput in mortuorum obsequiis viri operiunt; de quo more agit Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Similiter & viri obtecto capite, ut in exequiis uxorum mos est.* Vide *Nocturnales.*

BETAGII, apud Hibernos, dicuntur Laici ascripti glebæ Ecclesiasticæ. Charta pro Prioratu S. Andreæ in Hybernia, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1019. *Terras & tenementa nostra in Ultonia, cum dominiis, dominicis servitiis, redditibus, tam liberorum, tenentium, firmarum, quam nativorum, & Betagiorum, cum Nativis, Betagiis, cum eorum sectis, &c.* Liber Niger Eccles. Lismorens. apud Jacob. Waræum in Antiquit. Hibernis c. 30. *Memorandum, quod qualibet caruca de Betagiis, quolibet anno debet arare Domino* (Episcopo) *unam acram ad seminam avenarum, &c. Item Betagii debent trahere blada Domini.* In Charta Edw. II. Regis an. 1316. distinguuntur à Tenentibus. Unde verò sic dicti, videtur ignorasse idem Waræus, contentus annotasse vocem esse labii Hibernici.

BETALIS. Fragmentum Petronii: *Curabo longè tibi sit comula ista betalis, & dominus dupondiarius.*

BETHLEEMITÆ, Monachorum secta de qua sic Matth. Paris an. 1257. *Concessa est mansio Fratribus Bethleemitis id Cantabrigia,—quorum habitus similis est habitui Prædicatorum. Signatur autem capa eorum in pectore quadam stella rubra, 5. radiis crinita, in cujus medio quadam rotunditas est aërei coloris, propter stellam, quæ apparuit in Bethleem nato Domino.*

BETIU, *Petiu*, sic enim variè scriptum reperitur in Traditionibus Fuldensibus, ubi inter vestes Ecclesiasticas, vel certè ministeria sacra recensetur, lib. 1. pag. 459. *Duæ capsæ,—patena 1. & 6. velamina, casula cum alba, 3. petiu cum tribus capitalibus, 2. vasa ad ministrandum, &c.* Pag. 472. *Betiu 3. pulvilli 5. sedalare 3. mappæ 2. manutergia 1. bechin. 1. pelvis 1. &c.*

BETOLA. Contract. datior. Bergom. l. 4. c. 41. *Quod betolæ & tabernæ possint tenere ubique in locis consuetis.*

BEVARIA *pellis.* Vide *Bever.*

BEUDUM, *Beodum*, Mensa. Vetus Glossarium apud Pithœum: *Mensa, Beod. Refectorium, Beodden.* Anglo-Saxonibus, beoᵹ ... est mensa: Flandris *Bodem*, mensa rotunda instar fundi doliaris, quod apud tenuiores & in castris plerumque mensæ vicem fungitur, inquit Wendelinus. Lex Salica tit. 48. *Ille in cujus laisum festucam jactavit, ibidem mansisset, & hospites tres vel amplius collegisset, & pavisset, & ei ibidem gratias egisset, & in beudo suo pultes manducassent.* Alii Cod. habent *beodo.* Nescio an ab hac voce Hispani suum *Beodo* hauserint, pro ebrio, à dolio scilicet vinario. Vide Sebast. Cobarruviam. Cambro-Britannis *Beudy* est Bostar, bubila, stabulum boum.

BEVER, *Beuvrum*, Fiber, Castor; Anglis & Germanis Bever, Gallis *Bièvre*: *Bibrus*, Plinio lib. 32. cap. 3. *Bebrus*, veteri Interpreti Juvenalis ad Sat 12. *Castorem bebrum dicit.* Claudian. in Epig.

Nominis

Nominis umbra manet veteris, nam dicere Bebrum,
Si castor niteat, Castoreum nequeo.

Papias: *Fiber, qui & Bever, Ponticus canis & Castor.* Alibi: *Bever, beveri, mascul. est quoddam animal.* Gloss. Ælfrici: *Fiber, Castor, Ponticus*, Beƿeꞃ. Joan. de Garlandia in Synonymis:

Fiber idem Castorque, Bever, castoria cujus
Fiunt testiculi, castratus dicimus inde.

Bernardus Silvester, egregius versificator, inquit Gervasius Tilleberiensis decis. 3. de Otiis Imp. cap. 46.

Cisimus obrepsit, & vestitura potentes
Marturis, & spolio non leviore bever.

Silvester Giraldus in Itiner. Cambriæ lib. 2. cap. 3. *In Germania, Arctoisque regionibus, ubi abundant Bever, &c.* Vide Petrum Damiani lib. 1. Epist. 16. lib. 2. Ep. 18. Durandus lib. 6. Rational. cap. 7. num. 22. *Biverus in jejuniis potest comedi ex parte qua piscis videtur.* *Bevero*, Itali dicunt. Dantes in Inferno cant. 17.

Lo Bevoro s' asseta à far sua guerra.

Le Roman de Garin MS.

Mantel ot riche de bievre Sarazine.

Bevarum. Galerus de Bevaro, in Ceremon. Rom. l. 2. sect. 1. nostris, *Chapeau de biévre.*

Beuvrum. Chronic. Fontanellense cap. 16. *Alteram (cappam) ex cane Pontico, quem vulgus beuvrum nuncupat.*

Bober. Ditmarus l. 6. p. 65. *Fixerunt tentoria juxta amnem, qui Bober dicitur Sclavonicè, Castor Latinè.*

Beverarii, Quibus Castorum cura & custodia incumbit, recensentur cum *Bersariis* & *Veltrariis*, inter Ministeriales, seu Palatii Officiales, ab Hincmaro de Ord. Palatii c. 17. Vide Nicol. Uptonum p. 158. & infrà in *Porci suales.*

Beverina pellis, Gall. *Peau de bievre ou de castor.* Chronicon Reichersperg. p. 268. *Et misit ei—duos scyphos aureos; & duas vestes imperiales, & trecentas beverinas pelles.* Ricardus Prior Hugustald. de Gestis Stephani Regis Angl. *Prohibemus etiam Apostolica auctoritate sanctimoniales variis, seu grisiis, sabellinis, marterinis, heremiinis, beverianis, pellibus uti.*

Bebrinum vestimentum, in Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 7. *Vestimenta lucida, vel nigra, vel cum purpura, vel bebrina nunquam in usu habeant.* Gloss. Isid. *Castorium, vebrinum, bebrinum.*

Bevariæ pelles, pro *beverariæ*, in Charta an. 1117. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 868. Perperam *Bivaria materia*, editum in Concilio Budensi cap. 3. apud Rainaldum an. 1279. pro *beveraria*, vel *bevraria.*

BEURAGIUM. Vide *Biberagium.*

BEURAGIUM *coriorum*, in Charta G. Comitis Mellenti in Tabulario Leprosariæ S. Egidii Pontis Audomari. Usatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomagi: *La coustume des cuirs frés & tannés, beurages, & les tourteaulx de toutes les portes de Rouen, &c.*

BEURATORIUM, Gall. *Abbrevoir*, ubi adaquantur animalia; in Statut. Veronensib. lib. 5. cap. 23.

BEZARIA. Vide *Bisaria.*

BIAFORA Bannum seu clamor publicus, quo edito, Communiæ, burgenses, aliique vicorum aut urbium incolæ cum armis, *domo egredi*, & Principem, aut ejus Vicarium sequi tenebantur, quæ est vis vocabuli Vasconici. Regestum Constabulariæ Burdegalensis f. 92. *Et tenentur venire ad Mandatum Præpositi in primo adventu suo cum arma, & jurare pacem, & tenentur venire ad clamorem* BIAFORA, *cum armis, & sequi Præpositum vel Locumtenentem suum, & hoc quotiescunque mandatum receperint, vel ad eorum notitiam pervenerit.* Occurrit iterum fol. 96. & in Foris Beneharn. Rubr. *de Probations d' instruments*, art. 9. Petro Goudelino, Occitanis, *Biaforo est, crida à mort*: Biaforo, *Crier aux alarmes, au meurtre.* Consuetudo Aquensis tit. 16. art. 6. *Est défendu d' user doresenavant d' aucuns seels; ou bia horras; mais chacun viendra par action. Via fora*, & *via fors*, apud Raimundum Montanerium in Chronico Regum Arag. c. 122. 165. 206. 207. 222. & Petrum Regem Aragon. in Chron. lib. 4. c. 3. cùm *ad arma* conclamatur. Vide Marcam in Hist. Beneharn. lib. 5. cap. 16.

BIANNUM. Vide *Biennum.*

BIARCHUS, Annonæ, seu militum commeatus, præfectus: *βίος* enim Græcis *annona* seu *victus* dicitur. Erant autem ex Schola Agentium in rebus, leg. 3. C. de Agent. in reb. & leg. ult. C. de Offic. Præt. Afric. Sanctus Hieronymus Epistola 61. ad Pammachium: *Sed antè Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tyro.* Gloss. Lat. Græc. *Apparitores*, ἀποδιωκταὶ, εἰσὶν οἱ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσιν προσεδρεύσαντες, ἐκβιβασαί. *Apparitor*, ἐκβιβαστής.

Biarchia, eorum munus, leg. 1. C. de Offic. Magistr. offic.

BIARCIUM. Charta fundationis Abbatiæ Vabrensis in Occitania, apud Catellum l. 1. Hist. Comitum Tolosæ pag. 69. *Cedimus—villam cujus vocabulum est Vaber, cum omni integritate & vedotio, similiter biarcio, similiter nogareda, similiter & intarnesca in villa quæ dicitur Betianus.*

BIASTI. Bracton. lib. 5. Tract. 5. c. 12. §. 3. *Incipit tale tenementum esse laïcum feodum—& hæc vera sunt secundum Biastos.*

BIBARHUNT. Vide *Canis.*

BIBERAGIUM, Gallis *Vin du marché. Breuvage*, Ital. *Beveraggio*, quod præter pretium corollarii vice in emptionibus conceditur. Tabular. Majoris Monaster. seu Vindocinense Thuani Ch. 15. *Pretio constante solidis 12. & de Biberagio totidem denariis.* Tabular. S. Albini Andegav. *De qua emptione habuit filius suus pro auctorizamento sex denarios, & duos calcearios, & bibragium.*

Beveragium, eadem notione. Chronicon Senoniense l. 3. c. 5. *Bibamus ergo læti Beveragium (attulerant enim vinum secum) ad hoc mercatum confirmandum.* Et infrà: *Et quòd vineam cum eo emit, & quòd beveragium ibi bibitum fuit.* Perperam Edit. *boveragium*, ut & in Statutis Gildæ Berwicensis cap. 38. *Berevagium.* & *Bervagium*, pro *Beveragium*, nisi expressum sit nostrum *Breuvage*, pro potione. Idem sumitur pro quavis bibitione seu compotatione, in Regesto censuum Carnotensis civitatis ex Camera Computor. Parisiens. fol. 20. *Le mestre des Pelletiers doit chascun an le Roy des Dimenches un bevrage à toutes les personnes nommées par devant, qui sunt de ladite mestrise: & commencent à boivre déslors que Bourgois ont mangié duques au cop de Nonne chiés ledit mestre: lequel bevrage couste bien cent sols, ou plus ou moins segont le marchié de vin, & segont les personnes qui i viennent. Et se ledit bevrage n' est souffisant ausdits mestres, il peuvent porter le pot tout plein de vin devant la justice, pour le faire amender.* Pactum Tongrense an. 1403. in Magno Recordo Leodiensi pag. 32. *Sans prendre ne avoir ausdits Brasseurs, ne autre part, aucun bien, beuverage, ne autres bienfaits, ne autres droitures quelconques.* Adde p. 61. 65.

BIBERE, Compotationi vacare, quomodo *Aller boire* vulgari vocabulo dicunt nostri, pro *in popinas pergere.* Capitula Caroli Mag. lib. 3. cap. 7. *Ut in hoste nemo parem suum, vel quemlibet alterum hominem bibere roget: & quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit, excommunicetur, &c.*

Bibitio, Compotatio S. Audoënus in Vita S. Eligii Episc. Noviom. l. 2. c. 15. *Nequestrenas aut bibitiones superfluas exerceat.* Gloss. Isid. *Bibitor, potator.* De ejusmodi compotationibus vide Savaronem ad Sidon. lib. 5. Epist. 7.

Bibere in honorem vel in sanitatem alicujus. Paulus Warne-

Warnefridus lib. 5. de Gestis Langobard. c. 2. *Cumque ii qui diversis generis potiones ei à Rege deferebant, de verbo Regis eum rogarent, ut totam fialam biberent, ille in honorem Regis se totam bibere promittens, parum aquæ libabat de argenteo calice.* Priscus Rhetor: Ἕκαστος τὴν ἐπιδιδομένην αὐτῷ οἴνου πλήρη ἐξέπιε κύλικα, τὸν Ἀττήλαν σῶον εἶναι ἐπευξάμενος. Cinnamus lib. 6. n. 7. Θάρσους ὑποπλησθεὶς, σὺν εἰρωνείᾳ πολλῇ, ἀκρατίζεσθαι Οὔννους ἐκέλευεν, εἰς ὑγίειαν τὴν Ῥωμαίων προϊεμένους τὸ ἔκπωμα. Scholiastes Theocriti ad Idyll. 2. Εἰώθασι οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπημένων πλείονες κυάθους ἐπιπλεῖσθαι. Et ad Idyll. 14. Οὕτω γὰρ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἄκρατον λαμβάνειν, καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένους ἢ φίλους, ἐπιχεῖν τῇ γῇ, καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ὀνόματα. Vide Martialem lib. 1. Epigr. 72. lib. 8. Epigr. 51. &c. Huc etiam fortè referenda verba Fortunati in Epistola præfixa ad lib. 1. Poëmat. *Quo residentes auditores inter acernea pocula salute bibentes insana, baccho judice debaccharent.*

Bibere in amore Sanctorum, vel animæ defuncti, vetitum in Concilio Nannetensi, apud Hincmarum Remensem in Capitulis ad Presbyteros c. 14. Reginonem in iisdem Capit. c. 39. & Riculfum Suessionensem in Constit. an. 889. Luitprandus in Legatione: *Non proderit tibi balneum, quo te assiduè potas in amore B. Joannis Baptistæ.* Vetus Scriptor laudatus ab erudito Mabillonio in Præfar. ad Sæcul. 9. Benedictinum: *Quondam in terra Bulgarorum quidam nobilis potensque Paganus bibere me suppliciter petivit, ut in illius Dei amore, qui de vino sanguinem suum facit.* Anonymus de Miraculis S. Georgii Mart. in Captivo n. 30. Πίνοντες οὖν εἰς τὴν τοῦ ἁγίου πρέσβειαν, &c. Ducas Histor. c. 36. de Constantinopolitanis: Κρατοῦντες ἐν χερσὶ τὰς φιάλας πλήρεις ἀκράτου, ἀνεθεμάτιζον τοὺς ἑνωτικοὺς, πίνοντες εἰς πρέσβειαν τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ παρακαλοῦντες αὐτὴν τοῦ γενέσθαι προστάτην καὶ ἀρρωγὸν τῆς πόλεως. Tradit Janus Delmerus ad Jus Aulicum Norvegicum vetus p. 534. Danos olim & Norvegos bibere solitos in Christi Natalitio in memoria S. Olai, qui religionem Christianam in regnum induxerat: eumque morem inductum postquam Christianam religionem amplexi sunt, ut paganas superstitiones abolerent, cùm solerent antea bibere in honorem vel memoriam Odini, Thori, Niordi, & Trejæ deorum paganorum. Sed & addit etiamnum apud Islandos in more esse non solùm in Christi Natalitiis, sed etiam in nuptiis & conviviis in memoriam Dei Patris & J. C. bibere, ideoque multa illorum cornua reperiri argento deaurato decora, in quibus illi bibunt. Scribit denique Luitprandus lib 6. c. 17. objectum Joanni summo Pontifici in Concilio Romano, quòd *Diaboli in amorem vinum bibisset.* Formula porro ejusmodi Bibitionis habetur apud Christianum de Scala in Vita S. Wenceslai p. 56. *Rursum locum convivii petens, calice accepto, pocula coram omnibus portans, alta præfatur voce, in nomine Beati Archangeli Michaëlis bibamus hunc calicem, orantes & deprecantes, quo animas nostras introducere nunc dignetur in pacem exultationis perpetuæ. Cui cum quique fideles respondissent, Amen: hausto potu, universos exosculans, hospitium repetit.*

Bibituria, idem quod *biber* vel *biberis*. Regula S. Aureliani sub finem: *Ordinem convivii huic regulæ inservimus. Fercula quotidie ad refectionem tria, ad prandium duo, ad cœnam duæ bibituriæ.*

Biberis, vel *Biber*, Potio, liquoris haustus, sive sorbitio, Gallis *Breuvage*, vel *Boisson.* Gloss. Keronis: *Biberis, Trinchan.* Concilium Nannetense cap. 15. & Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyteros cap. 15. & 16. *Panem tantùm frangentes, singulos accipient biberes.* Id est, semel singuli bibent. Ordo officii in domo S. Benedicti ante Pascha: *Ita intrantes in refectorio accipiant singulas biberes & panem, & quicquid eis appositum fuerit.* Ita usurpant Regula S. Benedicti c. 35. Regula S. Cæsarii c. 22. Regula S. Aureliani c. 53. sub finem, Liber Usuum Cisterciensium c. 80. 81. 88. 90. 108. 112. 114. 118. Nomasticon Cisterciense p. 240. 265. 278. 313. Vita S. Popponis c. 13. n. 51. &c.

Quod verò *Biber*, vel *Biberis* dicitur, *Potio* appellatur in Regula S. Fructuosi c. 5. & in Regula Magistri c. 27. 53. ut & apud Ardonem Monachum in Vita S. Benedicti Abbatis Anianensis num. 30. *Vascula — in quibus modicum erat vini, ex quo vel Missas cantarent, vel dominicis diebus singulas potiones perciperent.* Tradit Possidius in Vita S. Augustini c. 25. *Ecclesiæ Clericos una domo & mensa, sumptibusque communibus nutritos & vestitos, numerumque iis poculorum fuisse præfixum.* Sed & non omnino id vocabuli insolens videri debet: nam & *Biber* dixerunt veteres. Fannius lib. 8. Annal. *Domina ejus ubi villam venerat, jubebat biber dari.* Cato in Or g. & Titinnius in Prælia: *Date illi biber, iracunda est.* Ubi tamen viri docti censent *Biber* accipi pro *Bibere*, ultimâ literâ elisâ: quod firmat Sosipater lib. 1. Instit. Gramm. qui *Biber*, τὸ πιεῖν vertit. Utut sit, satis constat errasse Cardinalem Turrecrematum & Bernardum Abbatem Casinensem, qui *Biberes* in Regula S. Benedicti, *scyphos* nudè intelligi debere censuerunt; tametsi ita habeatur in Gloss. MSS. *Biberes Calices.*

Biberes Nonales, Pocula quæ Monachis post *Nonas* exactas & decantatas propinantur in æstate, qua *æstus provocat sitim*, ut est in Regula Magistri c. 13. & 27. Eckehardus junior de Casibus S. Galli c. 11. *Sonatur ad Nonam, qua peracta invitat tandem Abbas omnes* (Episcopos) *pariter ad Nonales Fratrum, quibus conscripti essent, Biberes.* Statuta Ordinis de Sempinghan pag. 763. *Quæ verò Collectam tenet, non ministrabit ad Biberes post Nonam. Junior serviat per Præpositos ad Biberes ante Cœnam: post Biberes semel licèt bibere, acceptâ licentiâ.* Adde p. 773. Eckehardus cap 9. *Hebdomadam septem quotidie victualium statuit cum pane abunde, & quinque mensuris de cervisia, quarum quintam Nonalem quidem vino comparari voluit.* *Refectio Nonæ* dicitur in Regula S. Benedicti c. 29. ubi duplicem statuit refectionem quotidianam, *Sextæ*, & *Nonæ.* Capitula Monachorum S. Galli an. 817. c. 27. *Ut in æstivo tempore post Nonam bibant fratres, & postea ad Capitulum pergant.* Statuta Cluniacensia Petri Venerab. c. 27. *Statutum est ut non vasis illis vineariis, quæ justitiæ vocantur, — sed proprius scyphus unusquisque bibat eo tempore, quo post Nonam ad potum Fratres pergere solent.* Consuetudines Evershamensis Cœnobii in Anglia: *Et quandocunque est potus post Nonam, percipiet Refectorarius duas justas de cellario, & ad mixtum unam.* In libro Usuum Cisterciensium caput 83. inscribitur, *de Bibere post Nonam.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo c. 15.

Tertia prandere postulat, ut solitum est,
Vestitur ac Nona merenda messor in horâ.

Catholicon parvum: *Merenda, le Menger de l'heure de None.*

BIBERUS, *Bisacutus*, in Glossis Arabico-Lat. *Bibera, Bisacuta*, apud Papiam.

BIBIONARE, *Sanguine inquinari. Bibinarium autem est sanguis menstruus mulierum. Bibinum menstruum, id est, fluor sanguinis.* Papias.

BIBIX, *Pugna.* Papias.

BIBLEUS. Ugutio: *Bibli & biblii dicuntur instabiles, & qui reparant libros.* Vide *Billeus.*

BIBLIA,

BIBLIA, Machina bellica jaculatoria. Albericus in Chron. MS. an. 1238. *Adducens secum Bibliam, Petrariam, & cætera bellica instrumenta.* Chron. Leodiense laudatum ab Isaaco Pontano lib. 1. Orig. Francic. an. 1313. *Episcopus misit Leodium Mangonalia, seu fructibula,* (fundibula) *sive Tribuceta, vel Arietes, aut Sues, Vineas, Biblias, Petrarias, sive Cattos versatiles.* Vide Catellum in Hist. Occitan. p. 599. Origines Constantinopol. MSS part. 2. Ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε τὰ μάγγανα, ὅπου ἐναπέκειντο αἱ τε βίβλοι, καὶ τὰ πολεμικὰ ὄργανα. Sed an *bibliæ* istæ intelligantur non ausim affirmare. Certè libros cum machinis bellicis eodem in loco depositos vix quis credat.

Biblieta, diminut. à *Biblia*. Hist. MS. Excidii Acconis an. 1191. *Secum ducens machinarum multitudinem fundibularium, sicut sunt Petrariæ, Bibliete, Perdicetæ, & Mangonelli.*

BIBLIATOR, *Bibliopola*, Ugutioni, & Joanni de Janua.

BIBLIOTHECA, Bibliorum liber, seu utrumque Testamentum, Vetus & Novum. Beletus c. 60. & ex eo Durandus lib. 6. Rational. c. 1. n. 27. *Bibliotheca à Græco nomen accepit, & est nomen æquivocum, scilicet locus in quo libri reponuntur, & volumen ex omnibus libris Veteris & Novi Testamenti à Hieronymo compositum.* Ipse Hieronymus Epist. 6. *Et quoniam, largiente domino, multis Sacræ Bibliothecæ codicibus abundantes, &c.* Versus in fronte Bibliorum Metensis Ecclesiæ:

> *Rex benedicte, tibi hæc placeat Bibliotheca, Carle,*
> *Testamenta duo quæ relegenda gerit.*

Necrologium Victorinum 10. Kl. Octob. *Qui Bibliothecam, quam sibi magna diligentia paraverat, libros scilicet Veteris & Novi Testamenti nobis reliquit.* Charta an. 843. ex Tabulario S. Mauri ad Ligerim: *Donum autem confirmat Bibliotheca Veteris ac Novi Testamenti.* Chronicon Mauriniacense lib. 1. p. 360. *Totam Bibliothecam hanc à Genesi usque ad ultimam Pauli Epistolam — emendavit.* Atque ita Avitus Viennensis & alii è vetustioribus vocem hanc usurparunt. Is enim Epist. 2. *Poscunt igitur alii destructores de utriusque Testamenti corpore exemplorum similitudinem, quibus proposita tueantur, negotio nunc annisus, Bibliothecæ utriusque constat, ut si confirmare quod loquimur testimonio astipulante velimus, cuncta videantur in unum corpus canonicorum voluminum oracula congerenda.* Etherius & Beatus lib. 2. contra Elinandum Toletanum: *Quilibet carnalis potest omnem Bibliothecam legere & recitare.* Paulus Emeritensis lib. de Gestis Episcopor. Emeritensium, in S. Paulo c. 3. *Infra paucorum curricula annorum omne officium Ecclesiasticum, omnemque Bibliothecam scripturarum divinarum perfectissime docuit.* Vide eundem in Vita S. Fidelis. Ado Viennensis in Chron. *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ in scripturis divinis studiosissimus, ac Bibliothecæ divinæ cum Pamphilo Martyre diligentissimus pervestigator.* Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi c. 16. *Bibliothecam librorum eorum* (leg forte *sacrorum*) *de auro purissimo compaginare inclusores gemmarium præcepit.* Utuntur passim Scriptores, Althelmus Abbas Malmesburiensis in Epist. ad Ehfridum, S. Rambertus Archiep. Bremensis in Vita S. Anscharii n. 22. Joannes Abbas S. Arnulfi in Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis n. 18. Eldefonsus Episcopus de Pane Eucharistico, Alcuinus apud Baron. an. 778. n. 27. Petrus Damiani lib. 7. Epist. 13. Sugerius de Administr. sua c. 20. Chronicon Fontanellense c. 16. Chronicon Mauriniacense l. 3. p. 360. Auctor Vitæ S. Gertrudis n. 4. 5. Winwaloei Abbat. n. 3. Radulfus in Vita S. Richardi Cicestrensis Episc. n. 18. Vita MS S. Montanæ, Chartæ veteres apud Browerum in Annalib. Trevir. pag. 504. 1. Edit. Hondium in Metrop. Salisb. tom. 2. p. 573. tom. 3 p. 392. Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 359. Duchesnium in Hist. Diocensi p. 245. Sammarthanos in Episcopis Parisiensib. n. 70. &c.

Bibliotheca Sanctorum, pro thecis reliquariis sumi videntur in Vita S. Wenceslai, apud Bohuslaum Balbinum in Histor. Bohemiæ p. 55.

BIBLIOTHECARIUS. Dignitas in Palatio Regum Franciæ, quam sub Carolo M. obtinuisse Gervardum auctor est Einhardus Abbas lib. de Translatione SS. Martyrum Marcellini & Petri, ubi eum fuisse ait *Palatii Bibliothecarium, & Palatinorum operum ac structurarum Præfectum.* Carolus C. in Epistola ad Nicolaum PP. de causa Ebonis Archiepiscopi Remensis, ait eundem Ebonem à Ludovico Pio parente, dum adhuc Aquitanicum regnum Carolo M. superstite regeret, *Bibliothecarium* fuisse constitutum. In Synodo Ticinensi an. 876. subscribit *Hilduinus Abbas* (S. Dionysii) *& Bibliothecarius*, scilicet Caroli Calvi *Bibliotheca* verò regia ista, *Armarium Palatii* dicitur in Epistola Ludovici Pii ad Magnum Archiepiscopum Senonensem edita cum Concilio Aquisgranensi.

Bibliothecarius Ecclesiæ Romanæ, cui Bibliothecæ Pontificiæ cura incumbit, quæ forsan illa fuit quæ *Bibliotheca cubiculi*, dicitur in Sacramentario Gregorii M. quod ex ea descriptum dicitur. Anastasius in Biblioth. in Gregorio II. PP. *Hic à parva ætate in Patriarchio nutritus sub S. M. Sergio PP. Subdiaconus atque Sacellarius factus, Bibliothecæ illi est cura commissa.* Annales Francorum Bertin. an. 868. de eodem Anastasio, quem *Bibliothecarium Romanæ Ecclesiæ in exordio ordinationis suæ Adrianus constituerat.* Extat Bulla Bonifacii IX. an. 1033. apud Ughellum tom. 1. p. 125. in qua hæc habentur in Episcoporum Silvæ candidæ favorem: *Bibliothecarios sedis nostræ esse perpetuò Apostolica auctoritate censemus, & merito, qui in Apostolica Ecclesia desudatis, & in Apostolicis scriptis fideles testes semper existitis.*

Observat Onuphrius Panvinius libro de Rebus Lateranensibus Vicecancellarium Ecclesiæ Romanæ, ejusdem semper fuisse Bibliothecarium, & postremum qui functus est utroque officio sub Bonifacio VIII. Benedicto II. & Clemente V. fuisse Papinianum Episcopum Parmensem. Additque post hunc nullum Vicecancellarium præfuisse Ecclesiæ Lateranensi, sed Romana Curia trans Alpes in Gallias â Clemente traducta, novaque Bibliotheca Pontificia Avenione constituta, Vicecancellarii munus â Bibliothecario distinctum esse, factumque esse novum Vicecancellarium, qui Vicecancellarius non esset. Demum Sixtus IV. PP. nova in Vaticano Bibliotheca constructa, officium Bibliothecarii à Sacristæ munere, cui adjunctum fuerat, distinxit. Vide eundem Panvinium.

Bibliothecarii in Ecclesiis Cathedralibus, dicti quibus librorum Ecclesiasticorum cura commissa erat. Atque ii Litteras & Diplomata Episcopi describebant, quod postmodum, Bibliothecarii abolita appellatione, *Cancellariorum* munus fuit. Vide Michaëlem Monachum in Sanctuario Capuano p. 579.

BIBUSCUS, *Morsus bestiarum*, in Glossis Isidori.

BICAMERATUS, Duplici camera constans. Annales Francorum Fuld. an. 858. *Terræ motus magnus factus est, — ut murus de fastigio cadens, Oratorium S. Michaëlis ad Occidentem Basilicæ bicameratum, cum tecto & laquearibus ruina sua confringens terræ coæquaret.* Leo Ostiensis lib. 3. c. 28. *Juxta cujus absidam, bicameratam domum ad thesaurum Ecclesiastici minister i recondendum extruxit.* Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. Decis. 1. *Arca bicamerata Ecclesia indissolubili fidei constantia glutinata est. Qui bicamerata est & tricamerata, quasi per cœnacula & tristega, &c.* Sic in MS.

 BICA-

BICARIUM, Vas, calix, cyathus, vel mensura potoria : *Bicchier*, Boccacio Novella 28. 83. 92. & alibi non semel. Etymon vocabuli à *Bacchar*, & *Baccharium*, non insulsè omnino deducit Albertus Acharisius. Alii à βίκ☉, voce Græca, quæ Hesychio ἀγγεῖον, seu *vas* exponitur. Liber Chimicus Orphei & Cleopatræ MS. Τρίψας καλῶς, θὲς ὁμοῦ ἐν βικίῳ ὑαλίνῳ. Rursum : Καὶ τρίβων αὐτὴν ποτίζη ὕ ἐν τῷ βικίῳ κατ' ὀλίγον. Arnoldus Lubec. lib. 4. c. 14. *Quem dum Sacerdos ex more visitaret, dans ei viaticum, ablutionem digitorum fecit in bicario mundo, ipsam aquam ad bibendum ei tradens.* Infrà : *Interea ipsum bicarium cum vivifico Corpore & Sanguine opertum corporali super altari ponitur, & videntibus cunctis qui aderant, columba venit super labium bicarii, & sedit, &c.*

Bicareum. Ditmarus lib. 7. p. 109. *Collectariumque cum impensis propriis & etiam nostris decoratum, cum duobus thuribulis, ac argenteo bicareo larga manu Cæsar nostræ dedit Ecclesiæ.* Vide *Bacchar*, præterea Ægid. Menagium & Oct. Ferrarium in Origin. Ital. in *Bicchiere*.

Peccarium, idem quod *Bicarium*. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 22. *Dicens, malle sibi peccarium plenum cervisiæ, quàm illud cælestis epulum mensæ.*

Picarium, Picarius, eadem notione. Reinerus libro contra Valdens. c. 5. *Idem conficiunt* (sacramentum) *in picario, pro calice.* Illyricus interpretatur poculum domesticum. Charta an. 1124. apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. c. 43. *Octo panes, cum totidem cerevisiæ picariis.* Charta Theoderici Episcopi Metensis an. 1059. apud Meurissium : *Et de singulis cerevisiis quæ brascicarentur in oppido nostro, sex picarios ad opus Fratrum suscipere : &c.* Usatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomagi : *Des escuelles, pichiers, poissiaulx, & seilles.* Mox : *Pour une 12. de pichiers cloés 8. den.* Infrà : *Et si doit le dimenche aprés la S. Oüen à chascun barrier un pichier de vin, &c.* Charta Philippi II. Imp. pro Leodiensibus in Magno Recordo descripta p. 10. *Aussi ne doit-on vendre cervoise plus chiere que quatre bichiers pour un denier.* Charta Nogelli Vice-Comitis pro fundatione Abbat. S. Salvatoris in Normannia, sub Guillelmo Notho, ex Regesto an. 1382. Caroli VI. Reg. in Tabul. Reg. ch. 88. *Et in molendino S. Salvatoris, ut molant monachi annonam suam sine loco, & sine moltura, & de omnibus picheriis meis dedi eis decimas, &c.*

Picherium. Charta Jacobi Regis Majoricarum an. 1349. *Quædam res, bona, & vasa argentea in pignore posita, videlicet unum picherium auri, & unum gobellum auri & unam copam auri, &c.* Petrus Rex Aragon. in Chron. lib. 2. c. 11. de solenni convivii Regii apparatu : *Perico de Moncada quens servis de pitxer ; Gombau de Tramacet quens servis del bacins.*

Picius, idem quod *Piciarium*, Vas potorium. Fleta lib. 2. c. 14. §. 2. *Clericum eorundem officiorum, qui de expensis dietæ, videlicet panis, vini, & cervisiæ, piciorum, cyphorum, salis, — & hujusmodi respondebit.*

BICELLUM, *quod & Biclinium dicitur, est domus sub se habens duas cellas, sicut domus mercatoris in urbe, & dicitur à Bis, & Cella.* Ugutio & Jo. de Janua. Vox hibrida, ex *bis*, & κλίνη, lectus. Papias MS. *Biclinium, quasi bicellum, duæ cellæ.* Perperam Editus habet *Blichinium.* Gloss. Lat. MS. Regium : *Biclinium, quasi Bicellium.* Ex his emendandæ Notæ Tyronis p. 164. ubi de sellis, *Bidinium* & *Tridinium* : legendum enim *Biclinium*, & *Triclinium*. Proclive mendum, cùm c & l coalitæ literæ, d conficiant. Occurrit apud Quintilianum lib. 1. c. 9.

BICELLUS, Hastula amentata, Sambuco : pugio, Bonfinio. *Bickel*, Cambro-Britannis, *Piccell*, jaculum, telum, pilum. Decreta Sigismundi Regis Hungar. an. 1435. *Arcus, pharetras, & bicellos habentes.* Thwrocz. in Carolo Rege Hungar. c. 96. *In ipsum — irruit, & cum bicello inter collam & scapulam fortiter feriendo transfixit.* c. 97. *Uno biccello valente 200. marcas argenti.* Vide *Bisseni*.

BICHERIA. Chartæ Philippi Augusti Regis Franc. an. 1185. & 1186. in Tabulario Compendiensi : *Concedimus Communiæ præposituram nostram Compendii, teloneum, concambium, furnum, bicheriam, duas areas molendinarias, &c.* Ubi aliàs *bichria* semel ac iterum scribitur. Eadem charta descripta manu Andr. Duchesnii *biberiam* præfert. Quidam hanc vocem pro *Camba* usurpari volunt.

BICHETUS, Mensura granorum apud Burgundos, *Bichot* & *Bichet*, in Consuetud. Divionensi, quorum duo *eminam* conficiunt ; *Bichetus* autem constat 2. quartallis, *Quartauts*. Regestum Feodor. Campaniæ f. 110. *Fecit homagium de 50. bichetis avenæ.* Occurrit præterea in Libertatib. villæ *de Villereys*, & alibi.

Bichenagium, Tributum, seu quantitas speciei frumentariæ, quæ præstatur in singulos bichetos, apud Sanjulian. in Antiquit. Tornutii p. 533. *Bichonagium* habet Chiffletius in Tornutio p. 455. *Un denombrement fait au Roy en l'an 1522. de la terre de Bussy en Bourgogne : Le droit de Bichenage de tous grains & de toutes autres choses qui se vendent au boisseau au marché dudit lieu, & non à autre jour, est tel ; c'est à savoir que d'un boisseau l'on ne doit rien. De deux boisseaux l'on doit pour le bichenage une escuelle, de 3. boisseaux l'on ne paie qu'une escuelle, de quatre boisseaux 2. escuelles, de 5. boisseaux l'on ne paye que 2. escuelles, de 6. boisseaux l'on ne paie que trois escuelles, & ainsi de plus le plus, & du moins le moins, sans rien paier du non pair. Et est assavoir que les 20. escuelles font le boisseau, qui contient trois couppons : & les 2. boisseaux font la quarte, & les 2. quartes font le bichot, qui est la plus grande mesure de Bussy. Item est asavoir que ledit bichenage se prend & leve audit marché, des noix, des oignons, & de toute autre chose qui se mesure audit boisseau, en la forme & maniere que dessus. Item, & est encore assavoir que ceux qui paient ledit bichenage, ne doivent rien de vente ny de peage, à cause de ce dont ils auront paié le bichenage.*

Bicherata terra, non semel occurrit in Actis capitularibus Ecclesiæ Lugdun. an. 1337. ex Camera Computor. Paris.

Bichotus, in Charta Philippi Aug. an. 1221. in Hist. S. Aniani Aurelianensis p. 111.

BICHINI, Fraticellorum, seu Minoritarum secta, de qua infrà in *Bizochi*. Videntur autem ita appellati, quòd vestes coloris *bigii*, seu *grisei*, deferrent, quod faciunt etiamnum Minoritæ omnes. Nam *Bigio*, uti vult Albertus Acharisius, *e spetie di panno grosso*. Dantes in Purgat. c. 20. *Fuor ch' uno renduto in panni bigi.* Petrarcha : *E i neri fraticelli, e i bigi, e i bianchi.* Id est, qui vestiebantur panno griseo, ut Minoritæ. Ex *bigii* autem *Bighini*, & *Bichini* voces formatæ videntur, dictique Fraticelli isti panno *bighino* induti. Nec scio an nostrum *Bis*, pro subfusco, vel griseo inde ortum habeat. Fieri denique potest, ut *Bichini* iidem sint qui *Beghini*, & ita per contemptum appellati fuerint Fraticelli isti hæreseos perinde insimulati.

BICHONAGIUM. Vide *Bichetus*.

BICHRIA. Vide *Bicheria*.

BICINIUM, Cantus duorum in Ecclesia, ut *Monodia*, unius, scilicet cùm duo alternatim, aut simul canunt. Ita Isidorus lib. 6. Orig. c. 19. Glossæ Arabicæ, & Durandus lib. 1. Ration. c. 1. n. 18. Gloss. Ælfrici Saxonicum : *Bicinium*, Ꞇƿeᵹa ꞅanᵹ. Ex Ꞇƿa, duo, & ꞅanᵹ, cantus. Vide *Latersicinium*.

BICIRRES. Vide *Bigerra*.

BICLINIUM. Vide *Bicellum*.

BICOCA. Gloss. Anglos. Ælfrici : *Bicoca*, Hæꝼeꞃbleꞇa, vel Pun. Ubi Somnerus, *fortè, capri balatus.* Hæꝼeꞃ, Saxonibus est *Caper*.

BICO-

BICOCARIA. Charta an. 1306. pro Vicecomitatu Lautricensi in Regesto Philippi Pulcri Regis Francor. an. 1306. ex Chartophylacio Regio n. 165. *Omnesque & singul s albergas, corregia, oblyas, census, & usatica, bladatas, bicocarias, & marchieus, leudas & pedagia, quæcunque sint, & ubicunque sint in Baronia & Vicecomitatu prædictis, molendina, herbergia, pascua, devesa, adempriva, aquas, furnos, nemora, herbas, hermecates, caschas, & alias portiones, servitia, & pensiones, & omnes & singulos redditus, &c.* Infrà: *Redditus, proventus, & obventiones, oblyas, census, & usatica, albergia, corregia, manaeubs,* (sic) *cascas, porciones, leudas, & pedagia, &c.*

BICORS, Qui duplici corde est, vafer. Commodianus Instr. 11.

Officio vervecis potuit scire bicordem.

BICULA, *Biche*, Cerva. In Concilio Autisiodorensi, *biculam vel cervum facere*, restituit Salmasius pro *vetulam*. Vide *Vitula*.

BIDALDI, Militum & peditum species, extremis sæculis in Gallia nota. Continuator Nangii an. 1326. *Post aliqualem [illegible] fa tam cum Bidaldis prope Cassellum, &c.* Ægidius de Roya an. 1328. *Commissum est prælium, incipientibus Bidaldis — & Balistariis Regis, &c.* Bidaldorum frequens habetur mentio apud Guill. *Guiart*, potissimum ann. 1298. 1302. & 1304. ubi *dardis*, seu spiculis dimicare solitos scribit:

Bidaus retraient, & dars ruent.

Infrà, ubi eorum originem ab Hispania videtur accersere:

De Navarre & devers Espagne,
Reviennent Bidaus à grans routes,
Desquex les Compaignies toutes
En guerre par accoustumance
Portent deus dars, & une lance,
Et un coutel à la ceinture,
D'autres armeures n'ont cure.

Rursum:

Bidaus menacier & huer,
Et dars menuement ruer,
Qu'il font entre les Flamens bruire.

Horum etiam meminit non semel Froissartes 1. vol. c. 51. 55. 61. 72. 103. 104. 121. 130. &c. *Bidali*, dicuntur Joanni Villaneo lib. 8. c. 78. & lib. 12. c. 95.

BIDANNUM. Vide *Biennium*.

BIDARIUS, Satelles, minister. Joan. Presbyter in Hugone Episc. Leod. *Habebat Episcopus suis stipendiis Bernarios & Bidarios duo tela portantes.* Sed videtur legendum *bervarios & Bidaldos*: nam, ut suprà observavimus, tela ac spicula, arma erant Bidaldis propria.

BIDDA. Vida *Blida*.

BIDELLIUM, *Aqua ex vesicis de ulmo confecta, & proficit ad vulnera in corpore medenda.* Ita Glossæ Isidori; idem est quod Græcis βδέλλιον, Latinis *Bdellium*. Vide Gorræum.

BIDENTAL. Fulmen bifidum. Miracula S. Walarici Abbatis n. 7. *E cœpit firmamentum mugire, tonitrua resonare, — subito bidental juxta eum cecidit, adeo ut froccum ejus lingens minime evusserit. &c.*

BIDINIUM. Vide *Bicellium*.

BIDENS, *Anchora*. Gloss. Isid.

BIDRIPA. Vetus Charta an. 7. Ricardi, laudata à Spelmanno: *Dabant 2. sol. annuatim Abbatissæ & Conventui, — pro tribus aratu[illegible] & una bidripa, quæ vocatur hinghidripe, quæ ab eo exig[illegible]batur, salvis 2. bidripis quibus idem Willelmus faciet ad [illegible] Abbatissæ, prima vice cum omnibus hominibus de h[illegible] suo, & terræ suæ operantibus, secunda cum uno solo ho[illegible].*

BIDUANA, Biennii jejunium, ut *Triduana*, tridui. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 150. *Et Biduanas omnes faciant tam Episcopi, Monachi, & Monachæ, quam Canonici, &c.* Decretale precum Episcopor. an. 779. *Et faciant Biduanas, atque eorum homines in eorum casatis, &c.* Rabanus Maurus lib. 2. de Instit. Cleric. c. 26. *de origine Biduanæ, sive Triduanæ: Biduanum morem jejunii inde sumptum, quòd Apostoli jejunaverunt illo biduo, quo Dominus passus & sepultus est.* Vide Cumeanum de mensura pœnitentiarum cap. 11. Bedam de Remedio peccat. c. 15. Novatum Catholicum in Homil. ad Fratres, Capitula Theodori Cantuariensis c. 10. Edit. V. Cl. Jacobi Petiti, Grimlaicum in Regula Solitar. cap. 54. Cassian. Collat. 2. c. 24. S. Augustin. lib 1. de Moribus Eccl. c. 33. Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. disciplin. c. 442. 446. Ratbodum Noviom. in Vita S. Godebertæ n. 5. Vitam S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 1. c. 10. lib. 2. c. 12. Vitam S. Winwaloci Abb. n. 20. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 673. Petrum Damian. in Vita S. Romualdi cap. 3. lib. 6. Epist. 27. Matth. Westmonast. pag. 135. Florentium Wigorn. pag. 631. Ratherium Veronensem serm. 1. de Quadragesima cap. 8.

Biduana, in Missali Gothico pag. 329. *Incipiunt orationes in Biduana.* pag 324. *Item orationes in Bid. in die Sabbati ad Sæ.* & in Missali Gallicano pag. 461. *Item orationes in Cœna Domini, sive in Biduana.* Mox. *Item orationes in Biduana.*

BIDUBIUM. Vita S. Leufredi cap. 21. *Illud autem ferramentum vocant rustici Bidubium, quòd à quibusdam Falcastrum vocatur, quòd in falcis similitudine curvum sit.* Vide *Falcastrum*.

BIENNUM, *Biannum, Biennium, Bidannum.*

Bienna definiuntur in Consuetudine Pictavensi art. 99. *Corvées tant d'hommes que de bestes. Biains*, in Consuetud. Andegav. art. 499. Santonensi art. 131. 132. Engolismensi art. 22. *Bians* in Pictavensi art. 102. 190. Angeriacensi art. 131. 132. & Castelletensi art. 4. 5. *Le bien*, in Charta Mauritii de Bellavilla Dom. Ganaschiæ ann. 1265. *Habent etiam le bien ad vindemias faciendas quamdiu duraverint.* Infrà: *Biennium ad ligna adportandum in Natali Domini, & hoc semel.* Charta Archembaldi D. Soliaci ann. 1150. *Pacem inter se ea lege fecerunt, quòd Milites facient ei per homines suos octo dies de bienno in anno, 4. in Februario in aiis* (hayes) *faciendis, & 4. in Majo in fossetis. Etsi in his duobus terminis de bieno requisitio facta non fuerit, usque ad alterum annum non respondebunt ei.* Charta Theobaldi Blesensis Comitis & Franciæ Senescalli ann. 1181. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 47. *Mille libras mihi dederunt cum tali conditione, quòd si deinceps quoquo modo murum cadere aut dirui, vel fossatos impleri contigerit, non teneantur ampliùs vel in muris vel in fossatis aliquid mittere, sed ab omni bienno quod in eis habebam, ipsi & omnis terra Capituli quiti in perpetuum remaneant & absoluti.*

Biannum. Charta Hugonis Comitis Marchiæ ann. 1270. in Tabul. S. Hilarii Pictav. *Exigat* (Comes) *biannum ab hominibus mansionariis prædictorum locorum, nisi ter in anno in terminis infrà scriptis, &c. Et tunc habebunt nec exigent ad faciendum biannum, nisi de singulis bordariis unum bovem vel aliud animal arans, &c.* In Tabulario Burguliensi Ch. 60. *Biannum ad reficiendum fossata castri de Maravento.* Liber Chirographorum Absiæ fol. 21. *Adjutoriam boum & quadrigarum suarum, quod Biannum vocatur, sicut alii homines nostri faciunt.*

Bias. Tabular. S. Eparchii inculism. fol. 37. 38. *Similiter facient eis quinque bias, unum ad frumentum faciendum, alium ad avenam, tertium à proffendra, quartum in nemore, quintum in vindemiis, & hoc faciant, sive habeant bovem, sive non habeant.* Infrà: *Omnia autem servitia de bias, de avena, de gallinis, &c.*

Biennium.

Biennium. Tabularium S. H... M. Pictavens. *Ad castrum Rosiacum claudendum, biennium, si vocati fuerint, tenentur homines nostri, non impediti necessitate panem suum coquendi, vel ad furnum, vel ad molendinum eundi, vel vocationis bianni B. Hilario ante facta.* Vide Probat. Hist. Castilionensis pag 53. Thomasserium in Consuet. Bituric. lib. 1. c. 61. 65. 68. &c.

Bidannum, in Literis fundationis Abb. Om. SS. Andegav. ann. 1048. *Istas consuetudines perdonat Goffridus Comes in perpetuum Deo & S. Mauritio, &c. In curte spinacii totum vinagium & totum carragium boum & asinorum, & bidannum villanorum ad 15. dies in anno.* Alia ejusdem Comitis pro Abbat. SS. Sergii & Bacchi: *Similiter de tota terra Thortniaci vicariam totam, bidannum & universas consuetudines, excepto avenagio & fodrio.*

Biennarii, Qui biennium præstant. Charta laudata an. 1265. *Sed à Castellania de Machecolis vavasseru dabunt comedere omnibus biennariis suis, exceptis illis qui fœnabunt fœnum, &c.* Hujusmodi sunt quos describit Froissartes 2. vol. c. 74.

Biennabiles, Bienniis obnoxii, *Biennables*, in Consuetud. locali Castelli novi in Biturigib. art. 4.

Has porro voces omnes effictas esse constat à *Bannum*, quòd qui tenerentur ad ejusmodi *corvatas* & *manoperas*, proclamatione & *banno* solenni ad eas præstandas evocarentur.

BIERBANNUM, Bannum cerevisiæ, *Ban de biere*, tributum quod pro cerevisiæ venditione præstatur: vel pro taberna *potaria*, quam *Bierbanck* vocant Germani & Belgæ. Confirmatio Consuetudinum S. Audemari in Attrebatibus, in Hist. Guinensi pag. 195 *Dabuntque singulæ mansiones denarios 12. in festo S Michaëlis, & de Broethan den. 12. & de Bierban 12. denarios; vacuæ autem nihil dabunt.* De vocis *Biere* etymis variis consule Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 17. Vossium, & V. Cl. Ægidii Menagii Origines Gallicas & Italicas, &c.

BIERES, *Biremes*, apud Anastasium in Hist. Eccl. pag. 111. ubi Theophanes δρόμωνας habet.

BIERIA. Vide *Beria*.

BIFANG, Ambitus, septum. Traditiones Fuld. lib. 1. p. 455. *Præter unam arialem, & 1. huobam, & unum ambitum, quem nos bifang appellamus.* Et lib. 2. trad. 43. *Extra illum captum, id est, bifang.*

BIFAX, *Befax, Bifarius, Befarius.*

Bifax. Glossæ Isidori: *Bifax, duos habens obtutus.* Gloss. Lat. Gr. *Bifax*, δίπρομ⊙, διπρόσωπ⊙, διπλές. Cumianus Hibernus de Controversia Paschali: *Sed si quid forte impolitum vel vitiosum per immunda labia dixi, bicipiti labii vestri forcipe per igniferum Esaianum altaris Dei carbonem tangite, & præputium inculti logii bifacis ter quaternis cultris Ben-Nun quinis denis digitulis humatis cum plebis præcidite prioris præputiis.*

Befax, Befarius, Bifacius. Papias: *Befax, mendax. Befarius, bilinguis.* Idem: *Bilinguis, fallax, Bifarius, vel duas linguas habens.* Commodianus Instruct. 24.

Quid in synagoga decurris ad bifarios.

Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 772. *Arabas sine effectu ad propugnacula Maurorum mittens, navibus præstolabiliter adventatis, maria transnatat: si quos ex eis contradictores vel bifarios, seu malè machinatores aut hæreticos, quos illi augures vocant, reperit, gladio jugulat.* Ex eo Rodericus Toletanus in Hist. Arabum c. 15. *Contradictores, bifarios, & rebelles interfecit.* Hinc fortè *beffa*, Italis pro ludificatione, & *beffare* iisdem, nostris *Beffer*, illudere, verbis fallere, ludificare. Perperam enim à βδελύττειν, etymon harum vocum accersit Acharisius. Vide Ægid. Menagium in Orig. Italic. in *Beffa*, & Ferrarium in *Buffa*.

BIFERA, Papiæ, *Secunda conjux.* Rectiùs in Gloss. Isid. *bivira.* Idem Papias: *Biviria, secunda conjux. Biviram* vocat Hieronymus, quæ bis nupsit, vel multinub.m.

BIFESTUS. Utitur Prudentius.

BIFINIUM, *Lacus vel divisio inter duas fines*, Joannis de Janua.

BIFURCATI *Canonici.* Ita Canonicos appellabat Wiclefius hæreticus in Trialogo art. 10. ex eorum pileis, quos *Bonnets carrez* dicimus, de quorum origine agimus alibi.

BIFURCUM. Fragm. Petronii: *Pæne animam ebullivi; sudor mihi per bifurcum volabat: oculi mortui, &c.* Frons.

BIGA. Charta an. 1242. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbonensia. *Item 80 p... tas quas habuerunt homines de Villanova de mandato ejusdem. Item 9. bigas grossas, quas habuerunt homines Petri de Villanova,—item 378. inter filas & bigas, quas habuit D. Amalricus, &c.*

BIGA, Vehiculum duabus constans rotis: nostris, *Charette.* Beda lib. de Orthogr. *Bigæ & trigæ & quadrigæ pluraliter efferuntur. Sed in nostrorum literis scriptorum bigam invenimus & quadrigam.* Stephanus Tornacensis Epist. 228. *Bigam autem seu birotum mittere nolumus, quia fortassis oneri non sufficeret.* Conradus Marburg. de S. Elizabeth: *Et statim biga supposita est, & dum in itinere esset, biga confracta est.* Charta Henrici III. Reg. Angl. to. 2. Monastici Angl. p. 281. *Etiam bigam cum unico equo semel in die in bosco suo errantem ad fo al—portandum.* Occurrit in Chronico Andre... p. 540. apud Vincent. Belvac. lib 31. c 150. in Hist. Drocensi p. 235. 237. &c.

Bigata vini, in Charta ann. 1210. apud Hemereum in Augusta Virom. p. 196. vulgò *Charetée de vin.*

BIGA. Fori Oscæ an. 1247. *Si per homines serviti, sive signi Regis, in murum villæ tigna sint immissa, quæ tigna Bigæ apud Aragones appellantur, &c. Alibi villana debet habere per suas dotes unam domum coopertam, in qua sint 12 bigæ.*

BIGAMI, Digami: ii in jure Canonico ad sacros ordines promoveri non possunt, &, ut est in Concilio Lugdunensi, *omni privilegio Clericali privati, & coërtioni fori sæcularis addicti sunt. Sed & ipsis sub anathemate prohibitum est deferre tonsuram, vel habitum Clericalem.* Qui autem propriè dicantur *Bigami*, & ex eo irregularitatem contrahant, pluribus expediunt Gratianus & Gregorius IX. PP. in Decreto & Decretalibus, Concilium Londoniense an. 1321. c. 15. Willelmus Stanfordius lib. 2. Placitor. Coronæ cap. 46. Joannes de Janua in verbo *Bigamus*, &c.

Bigami, qui eodem tempore plures habent uxores, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 11. §. 6. ubi recensentur inter infames, & eos qui ad accusationem vel testimonium non admittuntur.

BIGARUS. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 173. *Dominus Rex potest ponere in foresta bigaros suos, cùm voluerit, & quot voluerit. Et cùm D. Rex ponet suos bigaros, Abbas Liræ ponet tres, & Heremita deserti unum, &c.* Suprà *Bigres* dicuntur, ut & in Regesto Normanniæ sign. P. in Camera Comput. Paris. *Sanctus Laurentius de Lyons furcam (habet) ad hospitandum, & brancas ad ardendum, & festum ad hospitandum; & ideo servare debet porcos Regis, vel r... ... 4. solidos, & quærere les bigres.* In Gestis Consulum Andegavensium cap. 1. legimus Britones nostros Armoricos *Bigrios* appellasse, quos Franci *Birfarios*, seu Venatores.

BIGEMMEUS *annulus*, in Epistola Valeriani, apud Trebellium in Claudio, duabus gemmis insignis.

BIGENS, Papiæ, *duabus gentibus natus.* Addit Ugutio, *sicut ex patre Tusco & matre Franca. Bigenera animalia* dixit Varro.

BIGERA, *Bigerriga, Bigerrica, Biberrica.* Papias MS.

MS. *Bigera, vestis rufa, id est valua, quæ & bilis dicitur.* Alius MS. *Bigera vestis suffa, id est, valua, &c.* Editus, *vestis suffa, id est, valua, &c.* Alibi: *Bicerna, vestis fulva.* Glossæ Isidori: *Bigera vestis, gusa, villata.* Vetus Gloss. S. Benigni: *Bigera, vestigia rufa, id est, villata.* Deniq; Ugutio: *Bigera, est vestis villosa.* *Bilis* autem apud Papiam, dicitur pro *Vilis*. Gloss. Lat. Gr. *Bilis* εὐτελής. Bigericam enim vilioris pretii fuisse innuit Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini:

Tum vestem octava fondi vix parte coemptam
Nodosis textam fœtoso vellere filis
Ante pedes Sancti stomachatus projicit ille.

Valua apud eundem Papiam idem sonat quod *vilosa*, ex Gallico *Velue*. Pro *gusa* & *suffa*, legendum indubiè *rufa*. Ex quibus conficitur *Bigeram* fuisse vestem rufam, villosam & vilem. At Salmasius ad Capitolinum, *Bigeram* hisce locis perperam appellari putat, pro *bicerram*. Sunt autem *bicirres*, vestes quæ ab utraque parte cirros habent, δίμαλλοι, δίκροσσοι, uti habent Glossæ veteres. Eædem Glossæ: Μαλλὸς, *cirra, villus*. Sulpitius Severus de Vita S. Martini lib. 3. Dial. 2. *Bigerrigam* appellat, quæ Papiæ *Bigera* nuncupatur: *Artatus demum Clericus necessitate compulsus, jamque felle commoto, è proximis tabernis bigerrigam vestem brevem, atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit, atque ante Martini pedes iratus exponit.* Fortunatus lib. 3. cap. 1. de eodem S. Martino:

Induitur Sancti hirsuta Bigerrica palla.

Quod verò apud Sulpitium & Fortunatum *Bigerrica* dicitur, *Roccus* vocatur à Monacho Sangallensi in Carolo Mag. lib. 2. cap. 27. palliolum scilicet brevius, quo humeri conteguntur. Vide in *Roccus*.

Isaacus Pontanus *Biberricam* legi in MSS. Codd. Sulpitii, contendit, aut fingit, ut à Germanis vocabuli etymon accersat, apud quos *berich*, & *beharich*, hispidum, pilosumque significat. Verùm alii probabilius, à *Bigerris*, seu *Bigerronibus*, Galliæ ad Pyreneos celeberrimis populis, quorum non semel Cæsar & Plinius meminere, *Bigerricas* vestes dictas censent; cùm & ii etiamnum ejusmodi *capas breves*, villosas & hispidas, ex crassiori lana confectas, adversus aëris intemperiem deferant. Indigenæ *Marlotas*, quasi *Melotas*, interdum *Capas Beharnenses*, appellant. Sed & Paulinus Carm. 12. ad Auson. *Bigerros* pellibus, seu villosis vestibus amiciri consuevisse annotat:

Dignaque pellitis habitas deserta Bigerris,

Nec desunt qui *pallia Aquitanica* dici apud Gregorium Magnum censent lib. 6. Epist. 6. Quidam denique ab hac voce deducunt nostrum *Haire*, cilicium, quasi ex *Biberre*, atque in iis idem Pontanus, & V. Cl. Ægidius Menagius.

BIGLOSUS, *Biglossus* Δίγλωσσος, qui duas linguas callet. Lotsaldus in Vita S. Odilonis Abbatis Cluniacensis cap. 16. *Qui potens in literis ac biglossus Græce noverat & Latinè.* Hinc emendandus Petrus Damiani in Vita ejusdem S. Odilonis cap. 32. ubi *biglosus* habet.

BIGONCIUM, Mensuræ liquidorum species, apud Italos, *bigoncio*, vel *Bigonzio*: *Bigoncia* dixit Dantes in Parad. Cant. 9. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Datur etiam stipendiorum cuilibet, omni die, mensura una vini, quæ est quarta pars unius libræ, quæ libra multiplicata in septuagenarium numerum, perficit mensuram qua vulgariter Bigoncium appellatur.* Occurrit ibi non semel. Vide Acharisium, Academicos Cruscanos, Pergaminum. Ægid. Menagium & Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

BIGOTHI. Vetus Chronicon tom. 3. Hist. Franc. de Rollone primo Normannorum Duce: *Hic non est dignatus pedem Caroli osculari, nisi ad os suum levaret. Cumque sui Comites illum ammonerent, ut pedem Regis in acceptione tanti muneris* (Neustriæ provinciæ) *oscularetur, lingua Anglica respondit, Ne se bigot, quod interpretatur, Ne per Deum. Rex verò & sui illum deridentes, & sermonem ejus corrupte referentes, illum vocaverunt Bigoth, unde Normanni adhuc Bigothi vocantur. Le Roman de Vacces, ou de Rou MS.*

Moult ont Franchois Normans laidis
Et de meffais & de mesdis:
Souvent lor dient reproviers,
Et claiment Bigos & Draschiers,
Souvent les ont meslez au Roi,
Souvent dient, Sire, pourquoi.
Ne tollez la terre as Bigos, &c.

Vide Steph. Paschasium lib. 8. Disquisit. Francic. c. 2. Vide Octav. Ferrar. in *Becca*.

BIGRADUM, Δίβαθμον, in Gloss. Græc. Lat.

BIGRINÆ, pro *Beghinæ*, apud Matth. Westmonaster. an. 1248. in utraque Editione. Vide *Beghinæ*.

BIGRII. Vide *Bigarus*.

BILAMNA. Vitalis Gromaticus: *Constituimus in bilamnis & olivastellum, in ipsis bilamnis fossatum fecimus, in aliis locis congeries lapidum fecimus.* Vide *Lamna*.

BILAGE. Will. Thorn. in Chron. an. 1303. *Ad sextum articulum petitur, quid intelligitur per hanc dictionem Bilage. Dicunt quòd quidam usus vel consuetudo, qui Bilage in partibus Kantiæ vulgariter appellatur, sic se habere consuevit: quod cùm contentio vel controversia aliqua suborta fuerit inter aliquos de finibus, seu limitibus, debent Senescalli seu Baillivi partium, vel aliæ personæ fide dignæ, ad hoc per partes specialiter deputatæ, in loco, de quo est contentio, convenire, remq; oculis subjicere, informationeque per viros fide dignos habita, absq; strepitu judiciali, & figura judicii, mox totam dirimere quæstionem.* Meminit præterea hujus Legis ad ann. 1283. Etymon accersunt ex Saxonico, Laʒa, lex, & Bẏ, *habitatio, villa*; quasi lex villæ: sunt enim *bylages*, leges quas villarum incolæ sibi constituerunt observandas: hodie *Bilawes* Angli vocant. Joannes Stiernhookus lib. de jure Sueonum vetusto lib. 1. cap. 1. ait pariter *Bilagines* ita appellari, quasi *oppidanas leges*, *Bylag*, vel *appendices seu additamenta ad leges*. Vide *Bellagines*.

BILE. Gesta Regum Francor. cap. 41. *Cumque discoopertus, à galea apparuisset caput Regis, cognovit Berthoaldus esse Regem, & ait, Tune hic eras bile jumentis?* Codd. alii habent *blare jumentum*, & *bale jumenti*. Sed legendum videtur *vile*, seu *vile jumentum*. Ita *bilitas* pro *vilitas* scribitur in Glossis Lat. Græc. Ibidem: *Bilis*, εὐτελής. Vide infrà *Billa*.

BILFREDUS. Vide *Berfredus*.

Bilinguis, *Fallax*. Pœnitentiale S. Columbani cap. 11. *Si fuerit aliquis bilinguis, & conturbet corda fratrum, &c.*

BILINGUITAS, Fallacia. Regula Sanctimonialium canonicè viventium, in Concil. Aquisgran. cap. 14. *Murmurationem, scurrilitates, bilinguitates, dissensiones, &c.* Occurrit rursum cap. 18.

BILITAS. Papias: *Bilis, humor fellis, tristitia, virus, iracundia. Bilitas amaritudo.*

BILIVIC, *Adumbratio vocis aquæ scaturientis.* Papias.

BILLA, Scedula, libellus, syngraphum: Anglis *Bill*, vel *Bille*, ut apud Knyghtonum p. 2721. Nos vulgò *Billet* dicimus. Willelm. Thorn. c. 41. *Habito consilio cum dominis prædictis, porrectæ fuerunt billæ & petitiones Domino Regi.* H. Knyghtonus an. 1272. *Decanus Lincolniensis proposuit unam billam excusatoriam, quòd terra Angliæ in tantùm fuerat depauperata, &c.* Spelmannus à Saxonico Bille, deducit: Somnerus ex *Libellus*, corruptum putat: alii à Græco Βιβλίον, epistola. Hesychius: Βιβλία, ἐπιστολαί. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Βιβλίον, ἡ ἐπιστολή.

Billeta, diminutivum à *billa*: *Billete* in Consf. Tur. art. 82. Audegavens. art. 52. Cenoman. art. 67. Juliodun. c. 7. art. 2. *Billet*, in Trecensi art. 126. &c. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 654. *Secundùm quod continetur in quadam billeta inter sigillum & scriptum ante consignationem affixa.*

BILLA. *Jumentum, asinus*, in Gloss. Isid. Vide Bile.

BILLUS. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 34. *Fortuitu unda sanguinis ex naribus jacentis prosluens cæpit ubertim genas Sancti rigare, quod conspicientes—suppositis hinc inde billeis linteis summa cum diligentia sanguinem collegerunt.* Legendum indubiè *biblis*, aut Biblus linteis. Glossæ Isidori: *Biblis, duplicibus linteis.* Joannes Laudensis Episc. in Vita S. Petri Damiani Card. n. 40. *Nec prætereundum, quòd—super bibleam cratem nudam somni quietem caperet.* Est autem *byblium linteum*, cannabinum, vel potiùs ex gossipio, seu, ut tunc vocabant, *bombace* confectum. Auctor est enim Theophrastus ex byblo vela, tegetes, vestes, storeas, & funes confici solere: καὶ ἐκ τῆς βύβλου ἱστία τε πλέκουσι, καὶ ψιάθους, καὶ ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία, καὶ ἕτερα πλείω. Horum operum artifices, *Bibli* dicebantur. Papias: *Bibli, artifices qui faciunt tapetas.* Vide *Bombax*, & Salmasium de Modo usurarum pag. 401. 402.

BILLIA, ex Gallico, *Bille*, Ramus crassior, vel truncus. Libertates Jasseronis in Bressia an. 1283. apud Guichenonum: *Concedentes hominibus antedictis indictis nemoribus,—pro calefaciendo, de quolibet nemore mortuo, exceptis billiis competentibus—ad circulos faciendos.* Vide *Billus*.

BILLICUS. Anastasius Biblioth. in Benedicto III. PP. pag. 205. *In Ecclesia B. Petri—ad cooperiendum billicum Confessionis fecit cooperculum ex auro purissimo, pens. lib. 3.* Ubi Bulengerus legendum putat *umbilicum*, ut fuerit illius thecæ, in qua S. Petri corpus reconditum erat umbilicus. Certè *billico*, etiamnum Itali medium, seu centrum vocant, voce formata ex *umbilicus*. Ita Joan. Villaneus lib. 5. cap. 7. & lib. 7. cap. 36. Proinde *billicus* idem erit quod *centrum Ciborii*, quemadmodum appellatur *centrum cameræ*, à Nicolao I. PP. Epist. 2. Conchæ altaris pars superior; uti observavimus ad Paulum Silentiarium pag. 573.

BILLIO, Gall. *Billon*, Hispanis *Vellon*, Nummus æreus, vel ex ære & argento conflatus: interdum massa monetaria. Statut. Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1305. in Reg. 36. Tabul. Regii: *Ne quis aurum, argentum, vel billionem extra regnum nostrum deferre præsumat.* Molinæo in Tract. de Contract. quæst. 100. num. 783. & Covarruviæ de Vet. numismat. collat. cap. 1. num. 1. moneta *de Vellon*, seu *de Billon*, dicitur non tantùm ea quæ ex ære percuditur admista parte aliqua argenti; sed & illa quæ cuditur ex argento, cui mista sit tertia vel quarta aut sanè quinta pars æris. Neubrissensis vocem *Vellon*, & *Billon* à *vilis* deducit, ita ut vilior moneta intelligatur. Malim sic dictum aurum vel argentum in massam seu *billam*, i. baculum, conflatum, necdum purgatum. V. *Billus*.

BILLUS, Baculus, Anglis, *Billet*, nostris *Billot*, clava oblonga. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 70. *Si liber servum occidat, reddat parentibus 42. muslas, & unum billum mutilatum domino servi pro manbota.* Et cap. 78. quod est *de liberatione servi*: *Si quis in servum transeat, —in signum verò transitionis hujus billum, vel strublum, vel deinceps ad hunc modum servitutis arma suscipiat, in manum Domini mittat & caput.* Nam baculi arma sunt servorum Vide Billia, *Campio*.

BILOCHIUS. *Bilochii regales*, in Decretis Andreæ Regis Hungariæ an. 1222. §. 5.

BIMANIS. Ermenricus in Vita S. Soli cap. 4. *Flumen—piscibus copiosum, & maximè bimanes cancros ebulliens, navalique mercimonio aptum.* Malim *bimares*, Escrevisses.

BIMARITUS, qui bis conjugium iniit, apud S. Hieronymum lib. 1. in Ruffinum sub finem.

BIMYXUM. Vide *Myxum*.

BINA, *Binorum & ternorum illatio*, Tributi species, apud Senatorem lib. 3. Epist. 8. lib. 7. Epist. 20. 21. 22. de qua plenè in voce *Tertia*.

BINÆ, *Ternæ*, nempe denuntiationes, admonitiones: voces crebræ in donationibus ad *complantum*, seu *ad medium plantum*. Charta an. 1003. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 49. *Tali conditione præfatas res quæ hic memorantur, Domnus Pontifex* (Burchardus Archiepisc.) *fratresque præfati Bertranni & uxori ejus concedunt, ut si ipsi vendere voluerint, prædictos rectores S. Mauricii per binas & ternas ammoneant. Quòd si ipsi tunc emere noluerint, faciant de ipsas res quicquid facere voluerint.* Alia ex Tabul. S. Andreæ Viennensis: —*Alteram verò medietatem* (vineæ ad medium plantum datæ) *teneant & possideant. Si autem eis necessitas evenerit, ut partem suam aliquo modo vendere aut impignorare voluerint, per binas & ternas habitatores supradictæ Ecclesiæ ammoneant. Quòd si tunc illi redimere noluerint, tunc faciant deinceps ex ea quidquid facere voluerint.* Alia ibidem: *Aliam verò medietatem taliter vobis dono, ut si eam vendere, vel pignorare volueritis, mihi vel hæredibus meis tres vices amoneatis, &c.*

BINALIA. Cùm terra rursum proscinditur, aratur. Tabular. Fossatense: *Habet corvejas 8. diebus per annum: videlicet de quolibet animali trahenti, cujuscunque sit generis, in jacheriis duobus diebus, in binalibus totidem, & in seminalibus totidem, in marteschiis uno die, & in vindemiis uno die.* Polypticus Fossatensis: *Facit ad hibernaticum corbadas 3. ad vinalia 3. ad tramissum 3.*

BINCINA. Vide *Burina*.

BINDÆ, Gall. *Bendes*, Institæ, limbi, fasciæ. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Lunula*, Benð. Saxonibus, binðan, est *ligare*. S. Franciscus in Regula Tertiarior. c. 3. de Sororibus: *Bindis & ligaturis sericis non utantur.* Regula Ordinis S. Marci de Mantua apud Alexandrum IV. PP. in Regesto anni 7. Epist. 24. ex Bibl. Regia: *Sufficiat etiam cuilibet Sororum una clamis, duæ bindæ, tunica una superior cum capucio, &c.* Urbanus IV. PP. in Regula Militiæ S. Mariæ Bononiens. apud Ghirardaccum tom. 1. *Pellibus utantur agninis, & habeant bindas aut ligaturas simplices, &c.* Vide *Osobindæ*.

Bendellus, Fascia, ex Gallico, *Bendeau*. Synodus Bajocensis anni 1300. c. 5. *Adulti autem qui debent confiteri, & qui confirmandi fuerint,—deferant secum bendellos latos, mundos & satis longos*, quibus scilicet frontem, ubi chrismate linita est, cingant.

BINEARIUM. Charta Roberti Regis Franc. an. 1028. in Hist. Castrovillan. pag. 5. *In suburbio etiam Novigenti 7. areæ hospitum cum suis arpennis, & decem arpenni, & dimidium binearii.* Fortè *bunnarii*, vel *vinearii*.

BINIO, Nummus duplex, *Dinummium*, nummus duplicis formæ ac æstimationis. Gloss. Lat. Græc. *Binio*, δίνȣμμα. *Biniones*, δηνάρια. Occurrit apud Hegesippum l. 3. Ita *formas binarias & ternarias*, dixit Lampridius in Alexandro, nummos binis & trinis aureis valentes.

BINNA, Præsepe, ex Saxonico Binne; quæ quidem vox Anglis, ut *Benne* Germanis, mactram & arcam panariam sonat. At aliud videtur in Monastico Angl. tom. 2. p. 158. *Illud quod sursum inventum fuerit in binna, in molendinis meis.* Will. Thorn. an. 1263. *Ad granarium dicti manerii dictum bladum portabunt, & extra binnam, super eorum tenentium proprium, pannum mensurabunt, & totidem mensuras—persolvent.* Vide *Venna*.

BINOMIUS, *Cui geminum est nomen*, Festo. Vide Goclenium in Lexico Philosophico pag. 272. Herigerus Lobiensis de Vita S. Ursmari Abbatis: *Fertur enim quia post baptisma binomius esset.* Adde Silvestrum Girald. in Topogr. Hibern. dist. 3. c. 38. Lambertus Ardensis: *Robertum videlicet, qui ut tunc temporis erat consuetudo, & adhuc plerumque tenetur, binomius erat, sed suppressa vocationis proprietate, inolescente usus assuetudine, dictus est Manasses, postea Ghisnensis Comes.* Ubi Duchesnius rectè conjectat, *Manassem* à parentibus post nativitatem, *Robertum* verò à Roberto Flandriæ Comite in baptismate appellatum. Mos quippe olim invaluit, ut nascentibus à parentibus nomina imponerentur, alia

alia verò interdum adderentur in baptismate. Gregorius Turon. lib. 8. Hist. cap. 22. *Accersito Waldone Diacono, qui & ipse in baptismo Bertheramnus vocitatus est*, Florentius Tricastinus Presbyter de Vita S. Rusticulæ, ad Cellam : *Quam genitrix ad sacri baptismatis undam Christo obtulit sanciendam, eamque in regenerationis fonte ex suo genere Rusticulam vocitavit : ab omni vero domus familia Martia nuncupabatur.* Ægidius Aureæ vallis cap. 97. *Quorum mater dicta fuit Clementia, seu Agatha, fuit enim binomia, &c.* Hinc factum ut alterum horum nominum cognominis vice haberetur. Idem Gregorius Turon. lib. 4. cap. 26. *Austrigildem cognomento Bobilam*: lib 7. cap. 3. *Vedastem, cognomento Avonem*: lib. 8. cap. 22. *Gundegisilum cognomento Dodonem*, memorat. Charta Henrici Comitis Blesensis & Carnotensis in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 67. *Ego Henricus Comes, cognomine Stephanus, & Adela uxor mea, &c.*

Sed & mos iste ab antiquo tenuit, ut in baptismo de novo nomen imponeretur : quod ex Theophane & aliis colligitur, qui Athenaidem, Theodosii junioris conjugem in baptismate *Eudociæ* nomen accepisse ab Attico Patriarcha narrant. Qua in re Hebræos imitati videntur Christiani, qui, ut è Genesi constat c. 21. statim post circumcisionem peractam nomen infantibus imponebant, quanquam & peculiaris quædam ratio Christianis fuit, cur id observarent ; nempe ut significarent non avitos modò patriosque ritus, per baptismum exuere se se, verùm & ipsius pristini nominis oblivisci, nova indita nuncupatione, quæ singularis collatæ gratiæ indicium esset, ut Abrahamo, Saræ, Jacobo, in vetere Testamento, S. Petro, nonnullisque Apostolis, in Evangelica lege, contigit. Patrini autem sua nomina baptizatis imponebant, quòd iis à diabolica servitute in libertatem assertis, patronos se se quodammodo præstarent. Unde Tertullianus lib. de Resurr. carn. ubi de servo manumisso : *Et vestu albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, & tribu, mensaque honoratur.*

Neque mirum tamen Christianos, adultos præsertim, binomios fuisse ; cùm ante baptismum, siquidem à paganismo ad Christianismum transirent, gentilitiis nominibus appellarentur. Unde baptizandorum, etiam infantium, nomina in matriculam relata, suo loco observamus, pluribusque docuit Menardus ad librum Sacramentor. Gregorii. At quando Christianis nova nomina imponerentur, in ipsone baptismo, an verò octavo post baptismum die, ut apud Græcos, quod ex eorum Euchologio patet, haud omnino constat. Veteres Francos infantibus nono die nomina imposuisse, colligitur ex Lege Salica tit. 26. §. 5. Romanos nono ab ipso natali die maribus, octavo feminis nomina dedisse, scribunt Macrobius lib. 1. Saturn. c. 16. & Festus verbo *Lustrici dies*: Græcos decimo die, Hesychius & aliquot alii. Glaber Rodulphus in Vita S. Guillelmi Abbat. Divion. num. 4. videtur indicare ante baptismum inditum nomen baptizato : in ipso baptismo, Vita S. Genovefæ num. 31. & Historia Abbendonensis Monasterii tom. 1. Monastici Angl. p. 98. Vide *Paganus.*

BIORDARE Vide *Behordicum.*

BIOTHANATI, Græc. βιοθάνατοι, vulgò dicuntur qui mortem sibi ipsis consciscunt, aut qui violenta morte pereunt, ut apud Firmicum passim, Lampridium in Heliogabalo, Tertullianum lib. de Anima, Lucianum in Philopseud. Theophanem pag. 353. Ordericum Vitalem l. 18. p. 911. &c.

Præsertim verò ab ethnicis Christiani ita appellati, quòd ultro & sponte se morti exponerent, & violenta morte è vita excederent, dùm martyrium ambiebant : quod docent Acta Getulii & socior. Martyrum, Acta S. Babylæ Mart. num 2. Acta S. Nestoris Episc. Martyr. cap. 2. Acta SS. Martyrum Tharaci & socior. apud Baron. an. 290. num. 11. Paulus Diaconus Emeritensis in S. Masona Episcopo Emerit. cap. 9. Martyrologium Bedæ ubi de S. Getulio, &c.

Biothanatos etiam appellarunt recentiores damnatos ac furciferos, & qui violenta morte perire merebantur. Charta Silonis Regis Oveti & Praviæ an. Chr. 777. apud Sandovallium : *Dolet me quòd hîc sic miserabiliter vitam transeatis, & habeo magnam de vos compassionem, quod tanta mala suffератis inter istos biothanatos Saracenos, &c.* Belascus, vetus Scriptor, apud Suritam in Indice Rer. Aragon. æra 964 de Sancio Abarca Rege Navarræ : *Dehinc expulsis omnibus biotenatis vicesimo regni sui anno migravit à seculo.* Ubi Surita hac voce *hostes* intelligi putat, *Mauros* nempe, cum quibus bellum gesserat, qui spreta vita ad violentam mortem præliando ultro currebant. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 822. *Ad hoc ipsum maxima necessitas compulit, & supplicatio religiosorum, qui miserabiliter à Biothanatis conculcabantur.* Et lib. 10. p. 782. ait Guillelmum Rufum Angliæ Regem inter venandum à Galterio Tirello venabulo confossum, Anglicanæ Ecclesiæ Præsules, *sordidam ejus vitam & tetrum finem considerantes, Ecclesiastica, veluti biothanatum, absolutione indignum* censuisse.

De *Biothanatis* hîc addendum videtur quod habet Concilium Budense an. 1279. can. 46. in quo narratur inolevisse in Hungaria *consuetudinem, secundùm quam Archidiaconi pro occisis gladio sive fuste, vel alio armorum genere, seu veneno aut quocunque alio damnabili aut reprobato modo, consueverant recipere unam marcham argenti, antequam sic occisi traderentur Ecclesiasticæ sepulturæ : quæ quidem consuetudo ad eos qui fulmine percussi, fluminibus suffocati, exusti incendio, arboribus oppressi, aut de equo cadentes, vel aliis similibus seu fortuitis casibus diem clauserunt extremum, seu interiisse noscuntur, extendi vetatur : sed sic defuncti, dummodo pœnitentes decesserint, vel in morte pœnitentiæ signa apparuerint manifesta, sicut alii Christiani Ecclesiasticæ sepulturæ tradi jubentur.*

BIPEDILE, Machinæ jaculatoriæ species duobus pedibus innixa. Hist. MS. de Excidio Acconis : *Et ipsis sic dispersis cum Bipedilibus & communibus Baleis quarellorum multitudinem emittentes.*

BIPERTHOCUS. Vide *Jocus partitus.*

BIPLEX. Gloss. Græc. Lat. Διπλοῦς, *Biplex, duplex.* Glossæ Isidori : *Biplex, duplex. Biplicitas, Alterplicitas.* Gloss. MS. Regium : *Bilices, duplices.* At aliud est *bilex* in Glossis Lat. Græc. ubi exponitur δίμιτος. Infrà : *Bilices*, δίπλυχοι. *Bilex* δίπλυκτον. Vide *Trilices.*

BIRLAW. Vide *Bilages & Burlawa.*

BIRMANDUS, Monetæ minutioris species apud Leodienses. Vide Magnum Recordum Leodiense p. 38. 126.

BIROTUM, Vehiculum duabus rotis constans. *Birotum Carpentum*, in Miracul. S. Waldeberti Abbat. Luxoviensis num. 20. Chronicon Mauriniacense lib. 1. *Cùm nimio tibiarum dolore laboraret — eo vehiculo quod vulgò birotum dicitur circumferri — non erubuit.* Stephanus Tornacensis Epist. 228. *Bigam autem seu birotum mittere noluimus, quia fortassis aut oneri non sufficeret, aut in paludibus clivosis declinando in alteram partem se se cum sarcina inversaret.* Guibertus lib. 2. Hist. Hierosol. capite sexto : *Videres mirum quiddam & plane joco aptissimum, pauperes videlicet quosdam bobus biroto applicitis, eudemque in modum equorum ferratis substantiolas cum parvulis in carruca convehere.* Occurrit præterea apud Adon. & Usuard. 11. Matt. & in Cod. Theod. leg. 2. & 5. de Curiosis, leg. 8. & 9. de Cursu publ. *Brouëte*, nostris. Philippus *Mouskes*, in Philippo Augusto :

Karaites ont quises, & cars.
Bouroüattes, ribaus, sommiers,
Roncu, & jument, & coliers, &c.

Poëma MS. cui titulus, *le Honeste fortune :*

 Car pour

Car pour repos, j'ay ensollure,
Pour le beautemps, j'ay engreslure,
Pour provision, des pouëtes
Pour chariots branslans, brouëtes.

Will. *Guiart.* an. 1304.

Viandes mettre sur brouëttes,
Et il oïst bruire charettes.

Vide Chron. Flandr. c. 79.

BIRRETUM, Capitium, capitis tegmen, lineum, tenue, strictum forma ipsius capitis, Pontificum proprium fuit. Bulla Bonifacii VIII. PP. *Illudque* (Beneficium Ecclesiast.) *eidem Thomæ contulimus, ac non de ipso per nostrum birretum præsentaliter investimus.* Eadem verba habentur in Diplomate Roberti Cantuariensis Archiepiscopi apud Will. Thorn p. 1969. Tradunt Chron. S. Martialis an. 1317. & Appendix ad Bernardum Guidonem, degradatum fuisse à Joanne XXII. PP. Hugonem Cadurcensem Episcopum, ablatis Pontificalibus insignibus, *videlicet annulo atque mitra, &c. cappa, cum Romana camisia & birreto.* Vita S. Henrici Episc. Upsaliensis, num. 5. *Tollens de capite S. Pontificis birretum, quod gestare consueverat, imposuit capiti suo.* Adde Geminianum in Vita B. Finæ Virg. n. 15.

Birretum fuit etiam Doctorum. Nicolaus de Clemengis lib. de Studio Theologico: *Non cappa quippe doctorem facit, non birreti magistralis impositio, non cathedra sublimior, aut locus superior.* At Italis commune fuit omnibus capitis tegmen. Academicis Cruscanis *Berreta* sic definitur: *Copertura del capo, diversa dal capello, che si fa in varie foggie, e di diversi drappi.* A *birrus*, deducenda vox videtur: nam ut *birrus* vel *birrum* vestem qua corpus tegitur; ita *birretum*, eam vestis partem quæ caput tegit, significat: est enim diminutivum à *birrus*. Vide Jo. Villaneum lib. 6. c. 71.

Beretum. Michas Madius c. 25. *Ordinavit — quòd Canonici cum beretis in capitibus vadant ad divina.*

BIRRIA. Archithrenius lib. 3. c. 4.

Nudus in annoso tunicæ squalore ministrat
Geta dapes, dum vile meri libamen in urbe
Birria venatur, pretio vestitus eodem
Muricis ejusdem, &c.

Idem lib. 4. c. 14.

——— Nunquam
Birria sufficeret, ubi defecisset Homerus.

BIRRUS. Hujus vocis variæ & prorsus diversæ recensentur notiones. Olim verò & priscis Latinis *Birrus*, seu *Burrus*, color fuit rufus. Festus: *Burrum antiqui, quod nunc dicimus Rufum.* Glossæ veteres: Βυῤῥόν, ξανθόν, καὶ πυῤῥόν. Scholiastes Juvenal. sat. 1. *Quod Græci coccum, Latini veteres Birrum appellant.* Glossæ Isidori: *Birrus rufus. Lacerna burra*, in Actis S. Cypriani Mart.

Birrus præterea sumitur pro quavis veste, tunica, chlamyde. Papias: *Birrus, à Græco fit, vestis, Amphiballus villosus.* Martianus Capella lib. 4. *Univocum est, quando duarum aut plurium rerum unum nomen est, & definitio, & vestis. Nam & birrus & tunica nomen vestis habent.* S. Augustinus de Verbis Apost. serm. 18. c. 10. de femina: *Si illi dixerit* (amatori) *nolo te habere tale birrum, non habet: si per hiemem illi dicat, in lacerna te amo, eligit tremere, quam displicere.* S. Fulgentius lib. 3. ad Monimum, initio: *Accepto cujusdam birro & manibus retento. Birrus albus*, quo induebantur recens baptizati, apud Greg. M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. Fulcherius Carnotensis lib. 1. c. 1. *Cruces quas in chlamydibus suis, aut birris, sive tunicis peregrini consuebant.* Guibertus de Gestis Dei lib. 2. c. 5. *Crucis figuram ex cujuslibet materia panni tunicis, birris, & palliis iturorum assui mandavit.* Liber de Disciplina Scholarium c. 4. *Latenter sub byrro amphoram quandam detulit.* Artemidorus lib. 2. c. 3. Χλαμὺς ἢ, ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βηρίον καλοῦσι. Glossæ MSS. Ἐφεστρίδας, Ῥωμαϊκὰ ἱμάτια. λέγεται ἢ καὶ ὁ μανδύας, καὶ βίῤῥον.

Neque verò *Birrus* generatim tantùm pro quavis veste, sed interdum pro lauta ac sumptuosa; quandoque pro vili etiam & crassiori usurpatur: ac pro sumptuosa quidem, quomodo *planeticarum atque birrorum* pretia simul ambitionemque declinasse veteres Monachos Ægyptios scribit Cassianus lib. 1. de Institut. Cœnob. c. 7. Et in Concilio Gangrensi can. 12. jubentur ii qui religiosam vitam sectantur, τοὺς βήρους φοροῦντας Monachos à se abjicere: ubi Zonaras βήρους, τὰ σηρικὰ ὑφάσματα interpretatur: *birros* scilicet illos, quos *rigentes* & *fluentes* vocat Sulpitius Severus Dial. 3. c. 14. *pretiosos* D. Augustinus Serm. 50. de Diversis, quibus *Atrebaticos* & *Canusinos* accenset Vopiscus in Carino. Regula S. Isidori c. 13. *Linteo non oportet Monachum indui, orarium, birros, planetas, non est fas uti.* Statuta Joannis Archiep. Cantuar. an. 1279. *Inhibemus ne* (Moniales Ord. S. Benedicti) *de bruneto in posterum unquam induantur, nec rugatas habeant tunicas, nec etiam birrorum immoderantia vestes sibi faciant latitudine fluctuantes.*

Birrum fuisse antiquum Episcoporum habitum, censet Baronius an. 261. ut primò vesti communi superinduerent lineam, sive lineum indumentum, quod vulgò *Rochetum* vocant, deinde verò solutam tunicam manicatam vel Dalmaticam, ac denique palliolum breve, seu *birrum*, humeros tantùm & brachia tegentem. Id certè vix credam, cùm *birrus* nihil aliud fuisse videatur quàm vestis, qua cæteri æquè ac Episcopi utebantur, ex Scriptoribus qui *Birros* Episcopis tribuunt: in quibus sunt S. Augustinus Serm. 2. de Vita Cleric. & Serm. 50. de Diversis. Palladius in Hist. Lauf. c. 135. Vita S. Pelagiæ c. 12. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. c. 1. Messianus Presbyter de Vita S. Cæsarii Arelat. p. 251. ipseque Cæsarius in Testamento suo, ubi *amicularis birri sui* meminit, Turpinus in Carolo M. c. 13. &c. Sed & Anonymus de Miraculis S. Thomæ Cantuariensis, editus à Stapletono, *Rochetum* & *Birrum* unum idemque esse vestimentum, indicat non uno loco.

Cùm igitur *birrus* vestis quævis fuerit, in viris majoris dignitatis, pro sumptuosa; in viris verò inferioris conditionis, pro vili & crassiori habitus est. Joannes de Janua: *Birrum, grossum vestimentum.* Gloss. Saxonic. Ælfrici: *Birrus*, Unᵹme ðe hƿæᵹel, i. vestis aspera. Atque ita accipi debet in Epigram. *de Birro & Castore*:

Nominis umbra manet veteris, nam dicere birrum,
Si Castor niteat, Castoreum nequeo.
Sex emptus solidis, quid sit jam scire potestis:
Si mihi nulla fides, credite jam pretio.

Ejusmodi igitur erant pretio viles *Birri*, quos servis adscribit lex 1. Cod. Th. de Habitu quo uti oport. *Birri & Communes vestes*, apud Attonem Episcop. in Capitulis c. 82. & *Birri* qui Monachis tribuuntur apud Joannem Monachum lib. 2. Vitæ S. Odonis Abbat. Cluniac. p. 33. & apud Guibertum lib. 2. de Vita sua c. 5. & in Gestis Dei lib. 2. c. 8. Glossæ MSS. Reg. Βηρίον, ἔνδυμα μοναχικόν Atque inde ortum, ut nostri viles & grossiores pannos *Bures* etiamnum dicant. Catholicon parvum: *Birrum, gros drap comme Bureau. Birratus, vestu de Bureau.* Quam quidem Gallicam vocem hac notione videtur usurpasse Eucheria, apud Pithœum lib. 1. Epigrammat. veter.

Nobilis horribili jungatur purpura burræ,
Nectatur plumbo fulgida gemma gravi.

Ubi Editio viri doctissimi Jo. Mabillonii to. 1. Analector. habet *byræ*. Sed de *Birris* vide quæ congessere Salmasius ad Tertulliani Pallium, Menardus ad Concordiam Regularum, Henschenius ad Vitam S. Martiniani Anachoretæ c. 5. 13. Febr. Jacobus Gothofredus ad Cod. Theod. Octav. Ferrarius lib. de Arestib. &c.

Burellus, Panni spissioris ac vilioris species, nostris, *Bureau*. Catholicon Armoricum: *Burell, Gallicè Bureau, gros drap. Lat. Burum, unde buriatus, vestu en Bureau.* Petrus Venerabil. in Statut. Cluniac. c. 18.

Statu-

Statutum est ut nullus scarlatas, aut barracanos, vel pretiosos burellos, qui Ratisponi — fiunt, habeat. Regula Templariorum c. 20. *Vestimenta unius coloris semper esse jubemus, v.g. alba, nigra, vel etiam burella.* Cap. 21. *Habeant igitur nigra, — aut quod vilius unius coloris comparari potest, videlicet burella.* Vide Hist. S. Martini de Campis p. 33. *Le Roman de Garin:*

Je n'ay que fere ne de ver, ne de gris,
Trop a buriaux li miens pere Heruïs.

In Chronico W. Thorn. p. 1915. leg. *burau*, pro *burrau*. Et apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. pag. 416. *Panni burelli*, pro *borelli*.

Birratus, Birro indutus, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gal. *Birratus, vestu de Bureau.* Vide Matth. Villaneum lib. 9. c. 30.

Birratus. Provinciale Cantuariensis Eccles. lib. 3. tit. 1. *Ut quilibet Clericus constitutus in sacris ordinibus vestem exteriorem gerat dissimilem militari vel laicali, utpote anterius vel posterius non birratam, vel saltem ex forma sua militari vel laicali congrua honestate dissimilem.* Ubi Lindwodus *vestes birratas scissas sive divisas aut complicatas*, interpretatur. Hinc fortè nostri dicunt *Birbaré*, pro *variegatus*.

Birrati, dicti Monachi Carmelitæ, vulgo *les Freres Barrez*. Tractatus de Ordinib. relig. in to. 1. Monastici Anglic. *Albertus Patriarcha fecit regulam Fratribus qui Stragulati, Radiati, & Birrati vocabantur.* Walsinghamus p. 49. & Henr. Knyghton. lib. 3. c. 1. *Honorius IV. PP. 4. Papatus sui anno mutavit capas Fratrum de Carmelo in purum album, quæ priùs erant stragulatæ, radiatæ, & birratæ.* Ordericus Vitalis lib. 8. p. 711. de similibus suæ ætatis Monachis: *Insitata quoque pannorum sectione suorum ab aliis discrepare appetunt.* Carmelitarum *birrata*, vel *barata*, seu radiata pallia habes apud virum doctissimum Danielem Papebrochium ad 8. April. p. 799. Vide *Radiati*.

BIRSA. Vide *Byrsa*.

BIRSARE. Vide *Bersare*.

BISACCIA, *Bisacia*, Mantica duas peras, seu duos saccos habens, Italis *Bisaccia*, Gallis *Besace*. *Saccia* quippe pro *Saccus*, interdum etiam usurpatur. Gloss. Græco-Lat. Σάκκος, *saccia, saccus*. Gloss. MS. Regium, & Papias: *Bisaccia, sarcina, mantica.* Regula Magistri c. 1. *Mox & ipse reconsignare bisacias cogitur.* Cap. 58. *De componendis sarcinis animalium, vel de constrictione oneris bisaciarum suarum reddantur solliciti.* Adde c. 79. *Bisacium* dixit etiam Petronius, ut δισάκιον Nicetas Choniates.

BISACUTA, Securis duplicem habens aciem, vel telum, quod utrinque acutum erat. Glossarium Cambronense: *Bisacuta, ferramentum quoddam utrinque incidens.* Willelmus Brito lib. 2. Philippid. p. 115.

Ascia dum dextra, bisacuta, securis, & ensis
Fulminat.

Et infrà:

— Nunc clava caput, nunc verò bipennis
Excerebrat. sed nec bisacuta, sudisve vel hasta
Otia vel gladius ducit.

Bracton lib. 4. *Arma moluta plagam faciunt, sicut gladius, bisacuta, & alia hujusmodi.* Fleta lib. 1. c. 33. § 7. *Fecit eidem unam plagam mortalem — de quadam bisacuta.* *Securis Scotica*, quæ & *securis bisacuta*, apud Valsinghamum p. 105. Πέλεκυς δίστομος, in Gloss. Gr. Lat. Τζικούριον δίστομον, apud Leonem Imp. in Tacticis c. 6. § 11. Δίστομος ἀξίνη, aliis, quòd ex utraque parte habeat aciem. Ῥομφαία δίστομος, in Apocal. c. 1. exponitur *gladius bis acutus* à S. Hieron. Ep. 1. *Gladius bifrons sermo Dei*, in Actis S Saturnini & socior. num. 3. Tradit Joannes Villaneus lib. 5. c. 36. *Comiti Guidoni*, à quo *Conti Guidi* Italici originem ducunt, *Bisacuti* cognomen inditum, propter crebra maleficia ab ipso & suis perpetrata: *Fu sopronominato besanguë per so maleficio è de suoi.* *Le Roman de Rou MS.*

Li Carpentiers qui emprés vindrent,
Grans coignes en leur couls tindrent,
Dolouëres & besaguës,
Orent à lour costez penduës.

Vetus Poëta Gallicus qui vivebat an. 1376.

Trop bien fesoit la besaguë,
Qui est par les deux becs arguë.

Alter:

A la grant besaguë que le vieillart porta,
Le conneut maintenant, cele part aprocha.

Bizachius, eadem notione. Hormannus Cæsaresburg. tit. de Bellicis: *Bizachius est atrox telum apud Turcas.* Nescio an illud, quod βυζομάχαιρον vocat Nicetas Choniates in Notis Wolphianis pag. 377. 2. Edit.

Besogium. Consuetudines Monasterii de Regula, seu *de la Reole*, in Aquitania, tom. 2. Bibl. Labei: *Nemo cultellum, ensem, lanceam, spiculum, securim, besogium, neque gladium in contentione trahat.* Ubi legendum *besagium*, ut sit quod nos dicimus *Besagu*.

Bisacutus, Sarculi species. Vita S. Antonii num. 67. *Rogavit unum de advenientibus, ut sarculum sibi cum bisacuto & frumento deferret.* Ubi Græc. δίκελλαν, καὶ πέλεκυν, καὶ σῖτον ὀλίγον. Vita S. Frontonis Abb. num. 2. *Deferentesque ad eremum secum parva olerum semina, & bisacutos parvulosque sarculos, unde humum defoderent, profecti sunt, &c.*

BISAMUM. Vita S. Eulogii: *Unxi pretiosum corpus nardipistico pretioso, ac diverso thymiamatum genere, amomo, balsamo, bisamoque commiscens.* Incertum quid sit hoc loco *bisamum*. Codex alter habet *visamo*. In Gloss. Græc. Lat. lego ὀποβάλσαμον, *asamo opopalsamum*. Ita etiam præfert MS. Codex, nisi quod *opupalsamum* habet.

BISANTIUS. Vide *Byzantius*.

BISAVUS, Proavus, Italis *Bisavo*, nostris *Bisayeul*. Occurrit in Charta Ludovici II. Imp. in Chronico Farfensi p. 665. in Charta Garsiæ Regis Navarræ æræ 1083. apud Anton. *Yepez* in Chronico Ordinis S Benedicti tom. 3. & in alia Longobardica apud Ughellum tom. 3. Italiæ sacræ p. 29. Vide Ambrosium Moralem lib. 13. c. 46. & Oyhenartum in Notitia Vasconiæ p. 293. & seqq.

BISCAMBIUM, idem quod *Cambium*, Permutatio *Biscambiare*, Permutare, in Consuetud. Tolosæ 4. part. tit. de Feudis, art. 27.

BISCHATIA. Statuta Veron. l. 4. c. 12. *Quæcunque dicta sunt de ludo taxillorum, eadem intelligantur de ludo bischatiæ, & quocunque ludo alio fortunæ.*

BISCIALIS *vermis*. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 12. *Navigium in aqua dulci melius conservatur quàm in salsa: nec à vermibus biscialibus suscipit læsionem.* Italis, *biscia*, est coluber, anguis, serpens, sic dictus à sibilo, quem emittit, cùm celeriùs repit, ac excedit, inquit Landinus. Aliter censet Cl. Menagius in Orig. Italicis, quem consule. Proinde *biscialis vermis*, est vermiculus, qui naves perforat.

BISCOCTUS. Vide *Panis*.

BISCOTA. Statuta Veronensia lib. 4. c. 33. *Nec aliquod vas calcinatorium, seu moltirorum, nec biscotarum ponere, &c.*

BISELLIUM, Sella amplior quæ duabus sellis constat, ut apud Varronem lib. 4. de Lingua Lat. vel quæ tam ampla est, ut duos sessores capere possit. In Gloss. Lat. Græc. διέδελον, seu δίεδρον, dicitur; δίεδρον verò in Gloss. S. Benedicti *Subsellium* exponitur. Notæ Tyronis p. 164. *Sellisternium, Bisellium, Subsellium.* Eustathius ad Iliad. λ. δίφρον & δίεχην apud Pausa-

Paulinum dici, auctor est, ἀπὸ τοῦ δύο φέρειν, & ἀπὸ τοῦ δύο ἔχειν. Postea pro quacumque sella hæ voces usurpari cœptæ : nam apud Hesychium διέδρα exponitur καθέδρα : apud Suidam δίεδρα, καθέδρον, ubi Anonymi locum hunc profert : Αὐτὸν διεδρίῳ κατὰ τοὺς οἴκους τῶν λεγομένων φίλων εἰσεκόμιζον. Nuper reperta est in Italia vetus Inscriptio, qua innuitur Q. Largennium Reip. Pisanæ certam pecuniæ summam contulisse, *ob honorem bisellii*. Similem aliam, quæ Suessæ extat, descripsit Ughellius tom. 6. Ital. sacr. p. 670. ubi *honor bisellii* quibusdam videtur idem esse qui olim *sellæ curulis* apud Romanos. Alii existimant *honorem bisellii* referri debere ad facultatem sedendi in theatris & spectaculis in ampliori sella. Nam, ut est in leg. un. Cod. Theod. de Usu sellarum, exceptis aliquot vilioribus personis, *usus sellarum, & sedendi ac conveniendi in publicum facultas*, omnibus data erat. Quarum quidem sellarum in theatris meminerunt Martialis lib. 5. Epigram. 14. Tertullian. de Spectac. & alii. Inde verò qui hoc honore donabantur, *Bisellarii* dicti videntur in veteri Inscript. apud Gruther. p. 1099. 2. CN. PLÆTORIO VI. VIRO. AUGUSTALI. BISSELLIARIO. HONORATO. ORNAMENTIS. DECURIONAL. Extat alia p. 1003. 6. ubi alterius *Bisellarii* æquè mentio occurrit.

BISENE. Charta Eustachii Comitis Bononiæ an. 1122. *Necnon ab omni prorsus exactione liberam fecimus, præter decimam & fossatum, sic tamen ut de eodem fossato demonstratio illa quæ bisene vocatur, nullatenus exigatur.*

BISEXTIALIS *olla*, apud Marcellum Empiricum c. 15. p. 108. *Manipulum tenerum corticæ unipetiæ in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes, &c.* Vas fortè 12. unciarum capax, vel duos sextarios continens.

BISLONGUS, *Oblongus, qui in medio dilatatur*, Ugutioni, Gall. *Berlong*.

BISMALVA, Herbæ species. Capitulare de Villis c. 70. *Bismalvas, id est, alteas.*

BISMO. Chronicon Fontanellense c. 15. *Hic dedit in Ecclesia B. Petri cruciculam auream 1. inaures 6. fibulam 1. annulum aureum 1. bismonem 1.— calices argenteos 3.* Fortè *bacinonem*, seu *bacinum*.

BISNEPTIS, Abneptis, in Charta Hispanica æræ 1111. apud *Tepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti to 6. p. 450.

BISOMUM, Sepulcrum quod duo corpora, σώματα, capiebat : antiquis enim etsi plura simul eodem tumulo corpora inferendi mos esset, ita tamen ponere consueverant, ut alterum alteri non substerneretur, sed sibi invicem ordine succederent, responderentque, loco tamen discreta essent, ut observat auctor Romæ subterraneæ lib. 1. c. 26. Quod scilicet mortuorum quietem interturbari minimè debere, existimarent. Ammonius de sanctis Monachis Sinaitis p. 129. Ὅντινα πάλιν βασάζοντες ἔθαψαν, οὐ μετὰ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ χωρὶς εἰς ἕνα τόπον πλησίον αὐτῶν, ἵνα μὴ πάλιν ἀνοίξωμεν τὸν τάφον αὐτῶν, Καὶ ὄχλησιν ποιήσωμεν τοῖς ἁγίοις καὶ μάρτυσιν τοῦ χριστοῦ. Concilium Antisiod. can. 15. *Non licet mortuum super mortuum poni.* Id etiam vetatur in Concilio Matiscon. II. can. 17. in Statutis S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. c. 19. & in Capitul. Caroli Mag. lib. 6. c. 195. &c. Vetus Inscriptio Beneventi : PP. ÆLIUS VENERIANUS. HOC VAS DISOMUM SIBI ET FELICITATI SUÆ POSUIT ET TRIBUNAL EX PERMISSU PONTIF. PERF. Epitaph. in Cœmeterio Callisti Romæ : BONIFACIUS QUI VIXIT ANNIS XXIII. ETII.... ES. POSITUS. In BISOMUM IN PACE. SIBI. ET. PATR. SUO. Laudatur Epitaphium aliud, quod Romæ extat ad S. Laurentium extra muros, à V. C. Jacobo Sponio in Itinerario to. 3. p. 13. hisce verbis conceptum : THEODORA VIXIT ANNOS XXI. M. VII. D. XXIV. IN PACE EST BISOMV. &c. Ejusmodi sepulchrorum meminit Gregorius M. lib. 3. Dialog. c. 23. Vide *Trisomum*, & *Quadrisomum*, & Salmasium ad Solin. p. 1207. *Duplex tumulus*, in veteri Inscriptione Lugduni videtur appellari, quod alii Bisomum vocant : *Et memoriæ æternæ Latinæ Galatiæ N. Græc. femin. sanctissimæ, quæ vixit annis 30. sine ulla animi læsione Q. Julius Hylas conjugi piissimæ, quem tumulum duplicem posuit, & sibi vivus posterisque suis & sub ascia dedicavit.* Σῶμα verò pro reliquiis corporis, & cineribus, usurpari colligitur ex titulo Chyndonactis : Μίθρης ἐν ὀργάδι τὸ σῶμα καλύπτει Χυνδώνακτος ἱερέων ἀρχηγοῦ. Nam in eo sepulcro ossa tantùm & cineres in olla vitrea reperta. Vide *Soma*.

BISPATENTIA, *Duas valvas apertas habentia*. Papias : Gloss. Lat. Græc. *Bipatens*, διχάνοικτος. Ita emendant viri docti.

BISSA, ex Gallico, *Biche*, vel *Bisse*, Cerva major. Inquisitiones de statu forestarum Edw. III. *Ceperunt unam bissam in foresta.* Mox : *Et duos vitulos bissarum.* Aliæ Inquisitiones an. 1170 apud Gervasium Dorobernensem : *Et de his qui in forestis suis forisfecerunt de cervis & bissis, & aliis bestiis salvagiis.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 592. *Omnes decimas de piscariis meis, & de cervis, bissis, & porcis, quos canes mei capient de motu meo*, Philippus *Mouskes*, in Hist. Francor. MS. de Guillelmo Rufo Rege Angliæ :

Et quant vint al cief de sept ans,
Si fu le bos crus & grans
Cers i mit, & bisses, & dains,
Puis connins, lievres, & serains, &c.

BISSA, *Corrigia*, in Gloss. Arabico-Lat. Flagellum. Cyrillus in Lexico : Φραγέλλιον, βίτζα. Scholiast. Oppiani : Μάστιγος, βίτζας. Vide Meursii Gloss.

BISSELLUS. Vide *Bussellus*.

BISSENI. Innocentius III. PP. lib. 15. Epist. 7. *Cogent insuper Regis* (Hungariæ) *sagittarios & Bissenos ad decimas integrè persolvendas.* Ubi vir doctus Bissenos à *bicellis*, id est, hastulis amentatis deducit. At malim hoc loco intelligi *Bissenos*, populos ita dictos, Istri accolas, Ungaricæ gentis hostes olim acerrimos, ut auctor est Bonfinius dec. 2. lib. 1. quorum præcipua arma fuere arcus & sagittæ toxicatæ, teste Thwroczio lib. 1. c. 43.

BISSEXTUS, Infortunium, malum superveniens, vulgò etiam nostris hac notione. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 882. *Tunc Bissextilis erat annus, a sicut vulgò audivimus, super proditores revera corruit bissextus.* Lib. 13. p. 905. *Hic tumultuosus annus vere Bissextilis fuit, & tunc ultimus in ordine concurrentium Bissextus cucurrit, at ut vulgò dicitur, Bissextus super Regem & populum ejus in Normannia & Anglia cecidit.* Vulgaris etiamnum loquendi formula, *le Bissexte est tompé sur une telle affaire.*

Bissextus. Joan. Molinetus in Calendario fol. 101.

Pource que Bissextre eschiet,
L'an en sera tout desbauchiet, &c.

Bissextus, Exactio nescio quæ ab Episcopis fieri solita. Synodus Pictavens an. 1280. c. 11. *Monemus in generali quod de Bissexto & aliis juribus Episcopalibus reddant nobis, vel mandato nostro, item de Synodo, parata, & aliis juribus Archidiaconorum, Capicerii, & aliorum Prioratuum Ecclesiæ nostræ sibi* (sic) *ab his qui ad ea tenentur satisfactum, antequam recedant* (è Synodo.) Notum autem ex Macrobio lib. 1. Saturn. c. 13. Infaustum bissextum sæpius Romanæ Reip. fuisse. Ammianus lib. 26. Vel videri *die secundo, nec prodire in medium voluit, bissextum vitans Februarii mensis tunc illucescens, quod aliquoties rei Romanæ fuisse cognorat infaustum.*

BISSUMARE, *Bis transire, à bis, & sumo.* Ita Ugutio MS.

BISTARDA, Avis quæ degit in aqua, Latinis, avis tarda. Ita Matthæus Silvaticus. Vide Fridericum II. Imp. lib. 1. de Arte venandi c. 2. 9. 17. 23. &c.

BISSUS. Monastic. Anglic. tom. 2. p. 430. *Supertunica vel toga ampla sit & rotunda, undique clausa, cum*

cum cruce de nigro signata, sine byssis, & decenti longitudine. Vide *Byssus.*

BISTERIUM. Contract. Datior. Bergom. lib. 6. cap. 48. *Desigillaverint aliquem cochonum, vel aliquam spinam, vel moverint aliquam bisteriam, existentem super vegetibus, &c.*

BISTORNIA. Contract. Datior. Bergom. lib. 2. c. 8. *de bistorniis burgi, & de aliis bistorniis, &c.* Vide *Bisturris.*

BISTURRIS, Propugnaculi species Charta Libertatum villæ S. Germani in Forelio an. 1249. Item communitas vel aliquis hominum villæ non debet facere turrim vel fortalitiam infra villam, nisi de licentia & voluntate nostra, muros tamen & portalia poterunt facere, munitiones & bisturres in illis ad villam defendendam, prout eis ad hoc videbitur expedire. Charta *Pariagii* Villæ Sarlatensis ann. 1299. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. incipiente anno prædicto num. 6. ex Chartophylacio Regio: *Item poterunt dicti Consules muros, portas, & antemuralia, & foussata, & portalia, & bisturres dictæ villæ reparare, reficere, & prædicta facere altiora, & dicta foussata emendare, reficere, & profundare, & muros, portas, portalia, & bisturres, & alias munitiones facere ad defensionem dictæ villæ &c.*

BISUS, *Bisius,* Cinericius, ex Gallico, *Bis,* ut *bisium panem* dicimus. Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ dist. 1. cap. 18. *Aucæ minores albæ — in has terrarum fines varius adveniunt. Majores autem, quæ vulgari vocabulo Bysiæ vel etiam Grisiæ vocantur, cum bruma — advectantur.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. c. 46. *Ut cinni (cygni) qui primo anno sunt bisi, seu cinericii, &c.* Infrà: *Quibus tempore coitus florescunt suæ plumæ & pennæ quodam flore pulveroso & biso. Le Roman de Vacce, ou de Rou MS.*

Maint escu bis & rouges, maint healme luisant.

Le Roman de Garin MS.

Gerbert se sist sor le cheval de pris,
L'escu au col qui fut fet à Paris,
El milieu ot un grand lioncel bis,
Tel escu ot li Loherans Garin.

Vide *Bizocus, Panis bisius.* & Origines Linguæ Italicæ VV. CC. Ægid. Menagii & Octav. Ferrarii in *Bigio.*

BITELLUS. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londoniensis ann. 1295. in Monastico Anglic. pag. 309. *Morsus Galfridi de Lucy argenteus, — cum imaginibus Salvatoris coronantis matrem suam, & Petri & Pauli lateralibus, & datoris morsus inferius, cum duobus bitellis, & continet in circuitu circulum de albis perlis.*

BITERLOGH. Sueno Aggo in Historia Danica p. 144. *Hinc potentissimi Daniæ Reges, ut improborum refrænarent audaciam, ab ultima memoria legem promulgandam sanciverunt, quam suo idiomate Biterlogh nuncuparunt, nobis verò Latino sermone, licet vocabulo minùs proprio, Legem castrensem sive militarem, vel Legem Curiæ appellare licebit.* Inter Leges verò Danicas, binæ potissimùm extant, altera sub nomine *Hird-straa,* id est, lex aulica, ex *Hird,* aula, & *straa,* lex, edita & Latinè versa, notisque illustrata à Jano Dolmero: altera, sub titulo *Bitherlags Raett,* quæ est Canuti II. cognomento Magni, Daniæ, Norvegiæ & Angliæ Regis, condita circa annum Chr. 1035. edita à Petro Joanne Resenio Hafniæ an. 1673. De vocis etymo variæ sunt sententiæ, quas expendit idem Resenius ad caput 1. qui in eam videtur sententiam ire, ut *Bitherlags* sit, *Lex noxarum vel mulctarum* seu *witarum,* ex *Bithe,* noxa, mulcta, & *Lagh,* Lex.

BITHALASSIUM, *Bithalassus.* Ugutio MS. *Bithalassium, vestigium in luto impressum, vel concursus duorum marium.* Græcis διθάλασσος, est qui mari utrinque alluitur, quo sensu bimarem Corinthum appellavit Horatius. Acta Apostolor. cap. 27. *Et cùm incidissemus in locum bithalassum, impegerunt in navem.* Aliæ Edit. habent *dithalassum.* Epistola Clementis I. PP. ad Jacobum fratrem Domini: *Bithalassa verò loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente & de repromissionum veritate nutantibus conferantur.* Ubi Græca Edit. §. 14. διθάλασσοι ἢ χαὶ θηριώδεις τόποι, &c. Autor Historiæ, de Imagine Antiphonetes p. 685. Ηλθεν ἐπί τινα τόπον διθάλασσον, καὶ βιαίων ἀνέμων ἀνάγκαις περιπεσών, &c. Fulbertus Epist. 27. *Noli ergo tutè ipse tibi bithalassum dubietatis in corde tuo miscere.*

BITIDUS, *Biformis, vel quantum ad corpus, vel quantum ad animam, & componitur à bis, & idea, quod est forma.* Joan. de Janua.

BITION. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. *Capas duas, una purpurea, & alia bition, toalias olicias duas, &c.* Videtur legendum *blattion,* vel *blattea,* vel ex *blattio.*

BITORIUS. Gloss. Ælfrici: *Bitorius, vel Pintorus,* Ƿƿeuna. Saxonibus Ƿ Ƿenna, est Regulus avis. Fortè *ardea,* quàm nostri *Butor* vocant.

BITULIGO, *Vimen minutum, quod in bitumine crescit.* Joan. de Janua.

BIVANGIUM, Spatium, intervallum, ex Theutonico *Bevangk.* Charta Ottonis Imp. an. 983. apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 108. *Ea videlicet ratione, ut nulla majorum minorumque persona in bivangio prædicti forasti, nisi cum licentia præfati Episcopi — venari liceat.*

BIVARIUM. Modus agri. Charta anni 1283. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 106. *Quatuor bivarios terræ in territorio de Folies.* In alia Gallica an. 1263. ibid. *Ils acaterent quatre beviers à Monseigneur Regnier de Cais.* Occurrit ibi pluries. Vide *Bunnarium.*

BIVARIUS. Vide *Bever.*

BIVIUS. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Quoties aliqua infirmitas supervenerit, non quærantur præcantatores, non divini, non sortilegi, nec per fontes, aut arbores, vel bivios diabolica philacteria exerceantur;* id est, in *biviis,* nisi legendum sit *lucos.*

BIUMERES, Ἀμφίσκιοι. Gloss. Isidori: *Amfiscii, Biumbres.*

BIUNDA. Tabularium Laureshamense apud Freherum in Orig. Palatin. — *Bubo ex duobus mansis & prato quod dicitur Rutbrechtesbruel, & de una biunda 30. denar. & de molendino in Furden 5. uncias solvere debet.*

BIZACHIUS. Vide *Bisacuta.*

BIZOCHI, qui & *Fratricelli,* Secta religiosorum Minoritarum damnata à Bonifacio VIII. Joannes XXII. an. 6. Epistolar. Communium 1189. *Nonnulli viri pestiferi, qui vulgariter Fratricelli, seu Fratres de Paupere vita, aut Bizochi sive Bichini, vel aliis fucatis nominibus nuncupantur.* De his multa habent Odoricus Raynaldus an. 1297. n. 55. 1321. n. 18. 1331. n. 4. & Waddingus in Annal. Minor. an. 1297. 1317. n. 24. & seq. 1318. 1322. n. 66. *Bizocos* & *Pinzochero* vel *Pinzocaros* vocat Bocacius Novella 24. & 27. *Essendo tutto dato à lo spirito, si fece pinzocaro di quelli di sancto Francesco.* Ubi vetus Codex habet *Bizoco,* uti monet Acharisius.

Bizochos porro dictos quidam putant à *bisacco,* Gallis *bezace,* quod ostiatim panem & victum emendicantes, *bisaccum* humeris deferrent. Ego verò eadem ratione *Bizocchos,* qua *Bicchinos* dictos censuerim, à vestibus scilicet *bigii,* seu grisei coloris. Nam à *bigio* Italorum, nostrum *Bis,* pro griseo, aut cinericio colore, ortum suprà observatum in *Biccini,* ita ut ejusmodi Fratricellos nostri appellarint, *les petits Freres Bis,*

Bis, vel *Bisets*. *Bizouchos* etiamnum habet Burgum S. Sepulcri in Italia.

BIZUMA, Sepimentum: vox Germanica. Tradit. Fuldens. lib. 1. p. 468. *Unam aream — cum omni ædificio, & unam bizumam, cujus longitudo est, &c.*

BLACHA. Charta Ademari Comitis Valentini apud Petrum Chiffletium: *Et, via molendinaria quæ venit desuper Condominam Guidonis de Montemayrana, quæ ferit ad nemus Vvillelmi Liautaud, & vadit ad blacham Petri de Ayra, &c.*

BLACTULA. Historia mortis S. Leonis IX. PP. n. 15. *Quidam vir — audita fama B. viri, — à dæmonio vexatus, venit ad tumulum ejus, & duas blactulas cum multo sanguine evomuit, cum quibus & dæmonium abscessit.* Ubi *blactulas*, quasi *blattulas* pro vermibus accipi censet vir doctissimus.

BLADUM, Gall. *Blé*: sic autem appellabant quodvis triticum, etsi differret à frumento, quod *Blefroment* vulgò dicimus, puriori scilicet, nec aliis granis mixto tritico. Dantes in Convivio amor. *Si non pane di biado, e non di formento.* *Frumentum* tamen & *Bladum* pro eodem ponuntur apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 91. Interdum pro farre omnis generis, quando est in herba ante messem. Matth. Paris p. 376. *Blados & vineas vastare non cessavit.* Utuntur utraque notione idem Matthæus Paris, Vita S. Kentigerni Episc. Glascuens. n. 23. Marsilius Patavin. in Defensore Pacis 1. part. c. 5. Chr. Windeshem. lib. 1. cap. 32. lib. 2. c. 7. 60. Chr. Montis S. Agnet. c. 27. & Chartæ veteres, &c.

Bladum meditaneum, in Charta anni 1246. in Tabulario Foisniacensi; *Bled Mesteil*, in Consuet. Bituric. tit. 6. art. 22.

Bladum durum. Vide *Mina*.

Blajum, ex Gallico *blat*, aut *blé*, non semel occurrit in Tabul. Absiensi.

Blatum, pro *Bladum*, in Tabulario Angeriacensi apud Beslium p. 367.

Vocabuli etymon hauriunt Spelmannus & Somnerus à Saxonico blæd, seu blæda, quod omnem fructum significat, etiam arborum & vitis. Quo sensu *biade*, Hetruscis dicuntur quævis legumina, segetes, frugesque omnes, tritico excepto, ut auctor est Nicol. Villanus Pistoriensis, qui à Græco βλαδὰ, quod Hesychio ἀωρὰ, μωρὰ, ὠμά, i. *cruda* sonat, deducit: unde colligit *blada* esse fruges immaturas, neque adhuc demessas; postea per abusum ad maturas, demessasque traductum vocabulum. Academici Cruscani: *Biada, nome generito di la semente, come grano, orzo, vena, spelta, e simili. Ma propriamente per frutto de tutte le biade, fuor che del grano, e spetialmente per quella sorte di biade, che si da e cavalli, e altrà bestie di somma.* V. Oct. Ferrarium.

Bladagia, *Blada* demessa, eaque potissimùm quæ ex campipartibus (*Champarts*,) & agrariis colligebantur. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii an. 1206. pro Manuascensibus: *Nec teneantur solvere — Bladagium, sive albergam, nec contalagium, sive civatam, nec cossias, sive medias cossias, de eorum bladis & rebus quæ ad mensuram sestarii venduntur & mensurantur.* Hist. Episcop. Petragor. tom. 2. Biblioth. Labei: *Cujus tempore domus Bladagii S. Frontonis, quæ erat in claustro, ab Helta Rudello Comite & à burgensibus confracta est.*

BLADARIUS, Bladi venditor. Monasticum Angl to. 2. p. 542. *Alanus Gyll Civis & Bladarius Londinensis plura bona dedit Hospitali.* Vide *Wadarius*. *Blatiers*, *Regratiers de grains*, *Venderres de bled*, in Statutis MSS. Panificum Paris. *Blatiers* Picardis, bladi venditores.

Bladare, Agrum segete conserere, instruere. Charta Petri Episcopi Meldensis in Tab. Eccl. Meld. p. 25. *Si verò terra bladata excadat, in prædictis villis & ter itoriis, blada ad propinquiorem heredem devenient.* Stabilimenta S. Ludovici: *Quiconques demande saisine d'iretage, il doit dire en tele maniere: Mes peres, ma mere, mes freres ou mes parens prochains a cui je sui hoirs, morut saisis & vestus tenans & prenans, blaans & desblaans, & les biens despoullans & tenans de Seigneur qu'il ala de vie à mort.* Nescio an huc spectet præstatio quædam, *Deablage* dicta, in Regesto censuum Carnoti fol. 1. & 2.

Bladada, Præstatio ex blado, *Bladado*, Occitanis. Charta ann. 12 2. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 28. *Habeatis singulis annis in messibus quarterium unum frumenti & alteram civatæ pro alberga & bladada.* Alia an. 1231. ibidem: *Conquerebatur etiam de eodem Comite, quòd recipiebat albergam, bladadam, & quasdam alias exactiones illicitas in villa de Montilio.* Charta an. 1 12. de Pariagio Castri de Venescio in Occitania, in 48. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabulario Regio, n. 29. *Scilicet quòd homines dictorum locorum possent situare bladatam & civadagium in aliquibus redditibus æquipollentibus, &c.*

Imbladare, idem quod *Bladare*. *Imbiadare*, Italis. Charta de forestis apud Rogerum Hovedenum p. 785. *Et videnda sunt in reguardo nova essarta, & vetera imbladata post ultimum reguardum, & quo blado vel legumine imbladata sint.* Charta an. 1331. in Tabul. Ecclesiæ Autisiodor. fol. 434. *Volentes quòd res prædictas saisire possint, & ad manum suam tenere & ponere, — ac etiam dictas res obligatas imbladare, & debladiare, fructusque suos facere.* Alia an. 1327. fol. 459. *Res prædictas tenendas & possidendas, imbladiandas debladiandas ab ipsis, &c.* Consuetudo municipalis Altisiod. art. 117. dixit *emblaver ou deblaver heritages*. *Emblaver*, eadem notione in Consuetudine Senonensi art. 193. de *Vallençay* in Biturigibus art. 2. & de *Vastan*, art. 4. 6. *Terres emblavées*, *Emblaveures*, *Emblures*, in Senonensi art. 193. Altisiod. art. 64. Meldensi art. 70. Vide Bractonum lib. 4. Tract. 1 c. 14. & Fletam lib. 2. c. 41. §. 1. Hinc *Embleer* nostris olim usurpatum, pro *impedire*, sic ut quis dicatur *Embleé*, qui re aliqua difficili ita occupatur, ac distinetur, ut aliis animum adjicere non liceat; ut sunt *terræ imbladatæ*, quæ semen aliud non admittunt, ut quippe jam occupatæ. *Le Voyage d'Outremer du Comte de Pontieu MS. Sire, n'en doutez mie que dou meneur Esquier que vous avez, serés vous plus emblaez, que de moi.* Charta ann. 1282. in Hist. S. Mariæ Suession. p. 466. *Et se ces maisons estoient emblaées d'autres gens, &c.*

Debladare & *Debladiare*, in Chartis suprà laudatis, *blada metere, secare*, *Deblaver*, in Consuet. Altisiodorensi art. 117. Consuetudo Dunensis art. 53. *En saison que les fruits & desblées sont enterre, &c.* Adde Consuet. Aurelian art. 74. 141. 156. 445. & *de Menethou sur Cher* art. 4. *Desbleure*, in Altisiodorensi art. 22. & Nivernensi c. 3. art. 3. Charta an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri an. 1300. Tabularii Regii n. 54. *Derechef que li bourgeois puissent bleer & desbleer leurs heritages toutes fois qu'il leur plaira, &c.* Gesta Episcoporum Cenoman. p. 298. Et *diablagium* quod inde accipiebat — *dimisit*.

Bladataria. Ædes in qua reponuntur *Blada*, seu segetes demessæ. Charta Radulfi Abbatis Fiscanensis in Tabular. Fiscan. fol. 33. *Bladatariam nostram de Argent cum masura quæ fuit Hugonis — dedit Ecclesiæ Fiscanensi.* *Domus bladagii*, in Charta suprà laudata. In Monastico Angl. to 3. p. 14 hæc habentur: *Salva Capella S. Nicolai de Abbendon, seu bladataria, sive investitura 4. acrarum, duarum videlicet de frumento, & duarum de avena, quas eadem Capella S. Nicolai de Abbendon nomine decimationis de dicto dominio annuatim percipere consuevit.*

Bladata. Vide *Bicocaria*.

BLAE & *Bludie*. Leges Burgorum Scoticorum c. 87. *Si quis verberando aliquem fecerit blae & bludie, ipse* qui

qui fuerit blae & bludie, priùs debet exaudiri, si prius venerit ad querimoniam suam faciendam, &c.

BLAERIA, Gallis, *Droit de Blairie*, jus pascendi pascua in *Bladariis*, seu agris, in quibus *Bladum* vel triticum demessum est, quod soli feudi domino, qui *Seigneur Blayer* dicitur, intra suam jurisdictionem, & illius vassalis & subditis competit, ita ut vicinis alterius jurisdictionis ea facultas interdicta sit. Vide Consuetud. Nivernensem cap. 3. art. 1. & seq. & ibi Coquillium quæst. 263. Legi prætereain Adversariis MSS. Augusti Gallandi Patroni Parisiensis celeberrimi & doctissimi, vocem *Blairie*, in Episcopatu Matisconensi interdum sumi pro præstatione aliquot *garbarum bladi* tempore messis, à tenentibus, verbi gratiâ sex *garbarum sicalæ*, & in agris pinguioribus sex *garbarum frumenti*: & de familiis, quæ non tenent *boves aratorios*, 3 *garbarum*, & de singulis familiis sex ovorū in festo Paschatis. Cujus quidem præstationis gratiâ dominus tenetur nominare in media Quadragesima duos *Messarios* qui messes & vineas rectè custodiant, & in forefacto deprehensos in loci carceres adducant. Charta an. 1248. in Bibliotheca Cluniacensi p. 1515. *Inventum est nos in tota terra dicta Cluniacensis Ecclesiæ, infra terminos antedictos, nullam justitiam altam vel bassam, Blaeriam, aut Praeriam, aut usagium — aut aliquod jus habere.* Alia an. 1278. ibid. p. 1533. *In quibus (terris) ego & heredes mei nullam habebimus Blaeriam, seu jurisdictionem.* Aresta an. 1266. in 1. Regesto Parlamenti fol. 45. *Dicebat quòd — esset in saisina justitiæ & Blaeriæ totius terræ suæ, &c.* Est autem propriè *Blaeria*, ager cum ipsa messe. Consuet. *de Resai* in Biturigib. art. 12. apud Thomasserium: *Bleds en bleerie, & vignes en vignobles sont gardables & defensables, &c.*

BLAKMALE, Tributum quod Angli vel Scoti invicem limitanei potenti alicui limitaneo, pendebant, ut à prædonibus ultro citroque incurrentibus tuti essent. Ita verò appellatur, quod juxta pendentium tenuitatem ære vel obsoniis plerumque præstaretur, non argento; vel quod tenue esset, ac æreum nomisma, quod etiam nostri *Blanque*, seu *Blanche maille* dicunt. Saxonibus & Angl. quippe Blac & Black, est niger, maille, minutior moneta ita appellata. Hinc frequens Picardis nostris loquendi formula, de eo qui ne unum quidem denarium habet aut possidet: *Il n'a pas une blanque maille.*

BLANCA. Vide *Blancus*.

BLANCHARDUS, Color equi. *Le Roman de Gaydon MS.*

Tint un espié, si ot brochié blanchart.

BLANCHIATURA. Patent. Edwardi II. Regis Angliæ memb. 12. part. 2. *Thomas Comes Lancastr. — concessit 10. sol. 4. denar. reditus exeuntes, de quibusdam jumentis in villa de C. &c. & cum blanchiatura redditus prædicti, recipiendum per pondus, sicut dictus Comes eum recipere solebat.*

BLANCUS, Monetæ minutioris argenteæ, vel ære & argento mixtæ species, vulgo *Blanc*. *Solidi blanci*, in Charta Joannis Regis Angl. in tom. 1. Monastici Angl. p. 352.

Blanca, eadem notione, in Domesdei tit. Norfolc. *Totum valebat tunc 7. & dimid. blancas, cum consuetudine 30. solidor.* Vide *Albus*. De vocis *Blancus*, pro *Albus* Etymo, vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital.

BLANDA. Fleta lib. 2. c. 41. §. 2. *In bosco, — in blandis, brueriis, mariscis, turbariis.* Sed legendum videtur *landis*. Vide *Landa*. Aliàs in Comitatu Forensi, *Blande*, pro *foagio* accipitur: unde proverbium, *Feu mort, blande cesse.* Vetus Charta: *Pour blande, avoine deux ras, deux gelines rendables avec lots & ventes, &c.* Rursum: *Pour blande, taille baptizée, avoine, &c.*

BLANDIMENTUM, Consensus. Vetus Notitia exarata sub Lothario Imp. ann. 840. apud Sammarthanos in Episcopis Massiliensibus n. 17. *Et dixerunt per illud sacramentum, quod ipsi juratum habebant, quòd diebus vitæ eorum, & temporibus Lethulfi Comitis qualiter in ipsis præceptis continebatur, taliter ad ipsam casam Dei præfatam de ipso teloneo semper viderant, qualiter Vicedominus, vel ejus ministerialis S. Victoris cùm suos participes in omnibus ordinassent absque blandimento de Comitibus vel Vicariis Arelatensibus.*

Blanditia, Consensus, laudamentum. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 48. *Qui debet apprehendere de prædicta roveria quidquid necessarium illi fuerit, tamen cum licentia vel blanditia de ipsis Dominis qui ipsam roveriam possident atque defendunt.* Vide Raguellum in vòce *Reblandir*.

BLANDITIUM, Κολάκευμα, in Gloss. Gr. Lat. Blanditiæ Gallis *Blandices*.

BLANDIOSUS. Gloss. Lat. MS. Regiæ Bibl. *Affabilis, magni favoris, Blandiosus.* Infrà: *Blandiosus, Affabilis.*

BLANDUM. Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium §. 29. *Item, si certum possit esse & probari, quod maritus pecuniam quam mutuò recipit, vel blandum, vel aliam rem expendit in necessariis domus, in comedendo vel bibendo &c.*

BLANHORNUM. Leges Adelstani de Hundredis cap. 8. *Pecoris ticimium, & canis oppa, & blanhornum, horum trium singulum est, unum solidum valens, & unumquodq; reputatur melda, id est manifestatio.* Saxonibus blan est *cessatio*, hoꝛne, *cornu* quod inflatur. Pro voce *ticimium*, Somnerus reponendum putat *tintinnum*, i. tintinnabulum.

BLANPUM, Papiæ, *Genus navis*. Sic duo MSS. Editus habet *Blandum*.

BLANX, *Scabellum*. Glossæ MSS.

BLASERIUS, incendiarius, vox Saxonica, à Blaſe, vel Blæſe, fax, tæda, torris, unde Anglis *blasser*, ustulare. Leges Athelstani Regis Angl. apud Bromptonum: *Dictum est de blasseriis & murdritoribus, ut augeatur hujus abnegationis tripliciter, & majoretur judiciale ferrum, ut appendat 6 c. sol.* Hinç fortè nostris *blesser*.

BLASMA, Reprehensio, Galli *Blasme*. Constitutiones Cataloniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 51. *Si Miles qui emit castrum, est ita honoratus homo, ex quo Castlanus possit esse suus homo sine verecundia & reprehensione seu blasma, &c.* Vide *Blasphemia*.

BLASPHEMARE, Vituperare, damnare, culpare, infamare, nostris *Blasmer*, Italis *Biasimare*. S. Cyprianus Epist. ad Pompejum: *Quem Marcion secutus, additis ad crimen augmentis, impudentius cæteris & abruptius in Deum Patrem Creatorem blasphemare instituit.* Anonymi Epist. 7. tom. 9. Operum S. Hieronymi: *Quod nobis etiam ut non in Dei Martyres accidat, præcavendum est, si eos quos prior ætas insecuta est, nostra blasphemet.* Gregorius Turon. lib. 5. Hist. c. 46. *Sacerdotes Domini assiduè blasphemabat.* Adalardus in Statutis Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 1. *Ne propter aliquam turpitudinem illarum religio Monasterii blasphemetur.* Constantinus Africanus lib. 5. Comm. locor. medic. cap. 15. *Quicunque ergo comesturus est azymos panes, vel alios superiùs blasphematos, comedat eum cum calidis atque diureticis.* Matthæus Vindocin. in Thobia:

Nubat honos oneri, nec onus blasphemet honoris
Præsidium, nec honor diffiteatur onus.

Utuntur passim Scriptores, Fredegarius cap. 42. 80. Gesta Dagoberti Regis c. 46. S. Columbanus in Pœnitent. sub. fin. Et lib. de Mensura Pœnitentiar. cap. 11. Dugalus adversus Claudium Taurinensem p. 8.

Aimonius de Vita S. Abbonis cap. 9. lib. 4. Hist. cap. 35. Dudo lib 1. & 2. de Gestis Normann. p. 77. 8 . Capitula Legis Salicæ c. 3. §. 6. Leges Langob. lib. 2. tit. 52. §. 23. Chainenus in Vita S. Brigidæ cap. 7. Ordericus Vital. p. 471. 806. Leo III. PP. Epist. 1. &c. Vide Henric. Valesium ad Histor. Eccles. Eusebii lib. 4. cap. 11.

Blasphemare judicium, idem quod *falsare sententiam*, hanc scilicet tanquam falsam impugnare, & ab ea appellare: formula etiam recepta apud practicos nostros. *Blasmer une sentence.* Olim autem qui ante judices litigaverat, dato judicio stare, aut ab eo statim appellare tenebatur, & interim dum alterum è duobus elegisset, custodiæ mandabatur: qui si appellasset, ad palatium cum *apostolis* in libera custodia deducebatur, donec ejus causa discuteretur. Capitulare 2. & 4. ann. 805. c. 8. & lib. 3. Capit. c. 7. *De clamatoribus vel causidicis, qui nec judicium scabinorum acquiescere, nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est, ut in custodia recludantur, donec unum è duobus faciant, &c.*

Blasphemia, Criminatio, insimulatio, Gall. *Blasme.* S. Augustinus lib. 2. de Moribus Manichæor. cap. 11. *Est blasphemia, cùm aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque jam vulgò blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere, de hominibus namque dubitari potest.* Appendix ad Gregor. Turon. cap. 51. *Liberare poteras de blasphemia hanc causam.* Capitulare 1. an. 810. cap. 10. & ex iis Capitula Caroli C. tit. 39. *De latronibus qui magnam habent blasphemiam*, id est, infamiam. Adde Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 15. 35.

Blasphemium, Italis *Blasimo*, eadem notione: occurrit apud Commodianum instr. 31. Gregorium Turon lib. 8. cap. 30. 41. lib. 9. cap. 40. lib. 10. cap. 9. Fredegarium cap. 51. Germanum Episc. in Epistola quæ habetur to. 1. Hist. Franc. pag. 856. Leonem III. PP. Epist. 1. &c.

Blasphemus, Infamis, in Capitul. Caroli Cal. tit. 39. §. 2. pag. 393.

BLASTO. Papias: *Blasto, cubicularius.* Isid. in Gloss. *Blato, cubicularius, hospitalis.* Eadem occurrunt apud Joan. de Janua, & in Breviloquo, in *Blasto.* Ugutio habet, *Blaso, cubicularius, hospitarius.* Vide *Blato.*

BLATEA, *Id quod de calceamentorum soleis eraditur, seu lutum ex itinere in calceamentis collectum.* Ugutio.

BLANDICELLUS. Ugutio: *Blandulus, aliquantulum blandus: unde blandicellus dicitur, unde Blandicella dicuntur verba diminutiva.*

BLATO, onis, *Cubicularius, Hospitalarius.* Ugutio, qui vocem deducit à *Blatero, as.* Vide *Blasto.*

BLATTA, Vermiculus, qui è *Chermes*, ut Arabes vocant, & è cocco sanguinei coloris erumpit. Paulus Diacon. in Gloss. *Blatta, genus purpureum vermis. Blattam, bestiolam* esse etiam ait Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. *Glis sive Blatta*, apud eundem cap. 9. p. 82. Postea pro ipsa purpura, seu purpureo colore usurpata vox. Lex 1. Cod. Quæ res venund. non poss. *Purpuræ, quæ Blattæ, vel oxyblatta, atque janthina dicitur.* Lampridius *Funes Blatta, & serico, & cocco intortos* dixit. Sed hæc jam nota ex his quæ pridem adnotarunt Turnebus lib. 18. Adversar. c. 17. Cujacius, Casaubonus, Salmasius, Savaro, Jacobus Gothofredus, & alii passim. Nos etiam quædam observavimus ad Alexiadem pag. 275.

Blattam Tyriam quam *Tyrium vellus* vocat Solinus cap. 29. commendant Sidonius Carm. 5. Senator lib. 1. Epist. 1. Anastasius, & alii. *Bizanteam*, idem Anastasius pag. 150. 151. 152. 153. *Neapolitanam*, idem in Leone III. Serapion libr. Aggregat. *Blattæ Byzantiæ sunt ex ungulis Ostracorum, & sunt cooperculæ quibus teguntur in foramine suo, & meliores sunt quæ vergunt ad albedinem, & sunt odoriferæ, quorum odor trahit aliquantulum ad odorem Castorei.* Actuario, βλάττιον βυζάντιον, ἔστιν τὸ ῥινὸς τῆς πορφύρας, os nempe anterius purpuræ, cujus appellationis rationem exponit Leonhardus Fuchsius lib. 1. de Composit. medicamentor. Adde eundem ad Myrepsum sect. 1. cap. 1. 21. & 451. Ruellium lib. 1. de Natura Stirpium cap. 7.

Interdum & sæpe *Blatta*, pro ipso serico *blatta* tincto usurpant Scriptores, quam *sericoblattam* vocat Lex 10. Cod. de Murileg. quo sensu βλάττιον usurpavit Anna Comnena p. 93. Fortunatus lib. 2. de Vita sancti Martini:

Insita Blatta toris, aurumque intermicat ostro.

Blattum dixit Anastasius in Gregor. III. *Vela serica ornata blatto.*

Blattin, idem non semel usurpat, pag. 143. *Vela de blattin, cortina de blattin*, & alibi passim.

Blatteus, Purpureus, apud Senatorem lib. 5. Epist. 34. Anastas. in Vit. PP. pag. 34. Vopiscum in Aurelian. & alios.

Blattea, pro *blatta.* Fortunatus lib. 2. Poëm. 3.

Serica cui niveis agnata est blattea telis.

BLAVA, *Blavium*, Italis *Biava*, idem quod *Bladum*, etsi Pergaminus observet scribi *Biada*, non *Biava.* Charta Papiensis ann. 1179. MS. *Utrum commune & homines Portinaghi — ducere tenerentur blavam eis impositam in Papiam, vel non, — quam non duxerunt & præsentaverunt in Papia blavam eis primo anno impositam.* Alia an. 1345. *Potestas teneatur facere jurare omnes molendinarios — & custodire granam & blavam, quod & quæ ad manus pervenerint, & accipere suam rationem tantùm, & non ultrà.* Ibidem: *Si collegerit herbam in alienis blavis vel leguminibus, solvat, &c.* Bulla Innocentii IV. pro Ecclesia Ferrariensi: *Vel ipsarum decimarum, tam in frumento, hordeo, faba, melica, & alia blava & leguminibus, quàm in vino, &c.* Vide Hist. Eccles. Placentin. in lib. 15. pag. 77. & Statuta Veronensia lib. 8. c. 78.

Blavium, eadem notione in Tabulario Absiensis Monasterii: *Dederunt — quarteria 7. blavii, quæ habebant de arbanno in terris de Peloella, &c.* A *Blava*, & *Blavium*, dictus *Blavier* in Statutis Leodiens. art. 21. *Sergeant Blavier*, in Consuetud. Altisiodor. art. 270. *Messarius*, qui messium, seu frugum custodiæ invigilat.

BLAVUS, *Blaveus, Blavius, Blovus*, Color ceruleus, ex Germanico *Blaw*: nostri *Bleu* dicunt. Salmasius ad Tertulliani Pallium, vocis etymon à Latino accersit, censetque *blutum*, seu *bleu*, dictum quasi *ablutum* & *dilutum*: quomodo *butum* pro *imbutum* habetur in Glossis Isidori. Joannes Ruellius lib. 1. de Natura stirpium cap. 7. *Quod hactenus Galli nomen blavei pro blatteo retinuerunt, coloris genus satis dilutæ purpureæ, nec quovis modo saturatæ, ad cæruleum aliquatenus accedentis, &c.* Cap. 134. *Trivialis, ut creditur, flos est, in frumentario nasciens agro, & hortis quoque rusticorum & puellarum corollis, calyce rosarum, sed squaroso atque tristi, plurimis stipantibus cæruleis barbulis, unde partim à summa cærulei coloris gratia Blaveolos linguæ nostra blaveum appellante cæruleum.* Matthæus Silvaticus: *Isatis — est herba qua tingitur blavetum, & dicitur blavum.* Alibi: *Sandarax, est herba de qua tingitur blavus color.*

Blavus. Joannes Monachus in Vita S. Odonis lib. 3. *Non induebantur similia* (vestimenta,) *sed colorata, quæ nos vulgò vocamus blava.*

Blaveus. Albertus Argentin. pag. 121. *Ipsemet autem Ludovicus duodecimus in armis blaveis cum albis*

crucibus,

crucibus, *ne cognosceretur*, *absque signis regiis apparebat.* M. Chronic. Belg. pag. 319. *Clypeum blavei coloris cui literæ aureæ per obliquum declinantes inerant. Blaveæ purpuræ*, apud Vincentium Belvac. lib. 32. c. 30. *Clypeis blavei coloris*, apud Gobelinum Personam ætate 6. cap. 73. Vide *Bloius*.

Blavius. Chronicon Sclawicum editum ab Erpoldo Lindenbrog c. 30. *Sub parvo blavio lapide—ossa ejus quiescunt.* Occurrit etiam in Chron. Windesh. l. 1. c. 31. l. 2. c. 44.

BLAVOTINI, *Bloetini*, Militaris factio in castris Flandriæ Comitis, Philippo Augusto regnante. Rigordus ann. 1213. *Bloetinos* vocat, ut & Willelmus Armoricus l. b. 2. & 9. Philippidos, qui videtur innuere gentem fuisse hac appellatione, eam Flandriæ partem, quæ Furnas spectat, incolentem, ubi & *Ysangrinos* collocat:

Inde movens iterum, classis legit æquoris undas,
Quod Bloetinorum candentia littora lambit,
Quaque marescosos extendit Flandria campos,
Et qua bellipotens media inter prælia terram
Sulcat Ysangrinus, gladio munitus & hastâ,
Qua sola Furnus arat finibus vicina marinis.

Et lib. 9.

Jam sua per speculas Bloëtinus signa levavit.
Omnis Ysangrinus, Furnites, Berga sub uno
Cœtu, Ferrando Comiti se consociarunt.

Versus Furnas illos pariter statuit Lambertus Ardensis p. 258. dum enarrat bellum à Mathilde Lusitana Philippi Comitis Flandriæ vidua Furnensibus illatum: *Eo maximè quod Blavotinos nunquam domare vel subjugare potuit.* Alio loco, bellicâ virtute, & animi magnitudine præstitisse Blavotinos scripsit: *aliiq; parentes ejus amici, utpote viri fortes, ausim dicere Blavotinorum patres & auctores.* Vide Chronicon Andrense an. 1281. Mejerus an. 1206. & Malbrancus lib. 11. de Morinis cap. 7. à *Blavotorum* familia appellatos volunt. Certè in Charta Philippi Alsatii Flandriæ Comitis ann. 1181. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. c. 44. *Riquardus* Blavet *de Furnis* subscribit.

BLENECTA, Species quædam anserum parvarum, apud Fridericum lib. 1. de Arte venandi cap. 6.

BLENONES, Papiæ, *Impudici*, *hircones.* Ugutio: *Blennus, stultus, hircosus, impudicus, & hæc blenenia, stultitia.*

BLESSACHA. Charta Henrici Regis Angl. pro Abbatia de Corneliis in Normannia, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 963. 964. *& ad prædictum manerium unam Blessagham, & carbonem in nemus suum*, (aliàs *in nemore suo*) *ad blessagham sustinendam.*

BLIAUDUS, *Bliaus*, *Blialdus*, Vestis species. Tabular. Abbatiæ S. Amantii Inculism. *Dedit pro placito isto 20. sol. & unum bliaudum canabinum.* Tabular. Divion. apud Perardum: *Dederunt Cappam & Bliaudum. Bliaudus fustaneus*, in Tabulario S. Albini Andegavens. Gaufredus Vosiensis part. 1. cap. 72. *Mulier, cui brachia manusq; natura negavit, pedibus camisias & bliaus, ac quaslibet vestes forcipibus inscindebat.* Le Roman de Garin:

Onques la maille del blanc haubert treillis,
Ne li valut an bliaut de samis.

Alibi:

Ens en lor Chambres s' en entrent por vestir,
Vestent bliaus & beliçons ermins,
Et afublerent les mantiax sabelins.

Idem de Pipino Rege:

En une garderobe li Rois en vint,
Vest un bliaut, gentement li avint,
Et affubla un mantel sabelin.

Le Roman de Thibaud de Mailly MS.

Bourgeois n' i auront pas
Robe vaire ne bure,
Dames n' i auront pas
Bliaus à forreure.

Le Roman d' Alixandre MS.

Et est li bliaus & la chemise
Dont la pucelle estoit veste, &c.

Le Roman d' Aubery MS.

Ist de la tente par mal grand aatie,
Tous desfublés en bliaut de Sulie.

Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Frere, qui vos asi vos blaut desirrer.

Infrà:

De mult riche bliaut fut la Dame parée.

Cambro-Britannis, *Bliand* est sindon.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Puis vestit drap de lin, & bliant teint en graine.

Blialdus. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 32. *Dedit ipsi Widoni 20. sol. & uxori ejus caligas, & filio ejus unum blialdum de fustanio.* Fol. 75. *Et unusquisque de filiis suis habuit unam tunicam de fustanea.* Quibus extremis verbis subscriptum legitur ex minio unum *blidalem.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 59. *Accipi autem pro ista gurpitione—unam mulam, & 136. solidos, & unum blialdum de fustanio.*

Blisaudus, in Statutis Massiliensibus MSS. lib. 2. *De Blizaudo sendati cum frezio, &c. de blisaudo dominæ consuto cum serico.*

BLIDA, Machina bellica. Rolandinus in Chronico lib. 5. c. 15. *Dum autem Eccelinus cum blidis & aliis instrumentis impugnaret Anoale fortissime.* Cambro-Britannis *Blif*, est catapulta: *Blie*, Danis, ut est apud Pontanum in Chorographia Daniæ pag. 799. Loccenius pariter lib. 3. Antiq. Suecic. cap. 2. observat in veteri Glossario Teutonico-Latino *Blide* verti machinas ac tormenta. Certè *Blida*, pro *Bidde*, legendum videtur in Chronico Richardi de S. Germano an. 1239. *Ingenia quæ Biddæ, Dominæ, & Mangonelli fiunt, Imperatore mandante.* Vide V. Cl. Andream Felibianum lib. 1. de Architectura pag. 103. Christophor. Hartknocum ad Chronic. Prussiæ Petri de Dusburg. part. 3. c. 114. &c.

BLIDALIS. Vide *Bliaudus*.

BLISAUDUS Vide *Bliaudus*.

BLISSARE, Balbutire, inarticulatè loqui, quod faciunt *Blæsi.* Anonymus de Mirac. S. Bertini cap. 4. *Ipsa eadem verba quia aliud loqui nescivit, blissando respondere tentabat.*

BLITEA, *Stultitia.* Papias.

BLITTEN. Papias: *Gluten,—confectio quædam, qua glutinatur aliquid*, *vulgò Blitten.* Ita MS. Editus verò habet Blittens.

BLOCUS. Aresta ann. 1294. in Regest. Parlam. B. pag. 110. *Quintus articulus talis est, videlicet de bloco, qui erat apud Atrebatum apud Pontem S. Vedasti, in quadam platea, in qua lavantur tentoria: qui blocus ibi fuit à tempore à quo non extat memoria, &c.* Vide *Imblocare.*

BLODSTODIA, Cruentatio, sanguinis emissio. Ex Anglico, *Blord-shotten*, cruentatus, & Blo Saxonico, *sanguis.* Vide Leges Henrici I. cap. 78.

BLODWITA, Pœna, mulcta effusi sanguinis. Ex Saxon. blod, sanguis, & Ƿiꞇe, seu wita, mulcta, emendatio. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 39. *Qui blodwytam, id est, forisfacturam sanguinis fecit, reus est.* Occurrit etiam cap. 23. 37. 70. 81.

Blodwyta, Fletæ lib. 1. cap. 47. §. 15 *est quietantia misericordiæ pro sanguinis effusione.* Ita etiam Rastallus: *Blodwit, est quietum esse de amerciamentis de sanguine fuso,—quia Wit en Anglois, est misericordia en Latin.* Charta Ranulfi Comitis Cestriæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 767. *Concedo etiam dictis Monachis—quòd habeant liberam curiam, & tholneum, & assisam panis & cervisiæ, & uthesium, & blodwit, & catalla felonum.*

BLOETINI. Vide *Plavotini*.

BLOIRE, de avibus rapacibus dicitur, cùm earum oculi conteguntur, ex Gallico *Eblouïr*, oculis caliginem affundere: quòd quibus oculorum acies perstringitur, omnia *bloja*, seu cærulea videantur. Fridericus lib. 2. de Arte venandi c. 37. de Falconibus: *Postquam verò capti sunt, — sunt oculi eorum contegendi & claudendi, ne hominem videant: & hujusmodi actus appellatur ciliare, seu bloire.* Vide Guillelmum Tardivum Podiensem in libro Gallico de Aucupio c. 11. & infrà in *Ciliare*.

BLOIUS, idem fortè quod *Blavius*, color cæruleus, vel certè quivis color, ut *blaveus*, apud Joan. Monachum in Vita S. Odon. ex Saxonico Bleo, & Bleoh, color quivis Somnero, etsi Bleo eidem sit etiam cæruleus; aneꞅ-bleoꞅ, unicolor. Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictis: *Monachi non incedant sine cuculla & flocco: licèt sine cuculla & capa regulari, non bloia & sumptuosa.* Statuta Hugonis Abbatis Cluniac. *Honeste se habeant, nec sine cuculla & frocco, vel sine cuculla & cappa, quam præcipimus esse regularem, non sumptuosam, non bloyam, vel sine postella, &c.* Vide *Bloire*. Apud Vaceum Canonicum Cadomensem in Historia Ducum Normanniæ scripta an. 1160 de Richardo I. *Bloie*, videtur esse *Blondus*, seu flavus.

Chevelure ont bloie, mais à rousset troubla.

Infrà:

Chevelure bloie auques rechercelee.

Ita *le Roman de la Viollette MS.*

Vairs ot les ieux, & les crins blois.

Li Chastellains de Coussi:

Tout tans m' est li cuers en joie,
Quant ja su biauté devis,
Sa cheveliure bloie
Ses blans dois lons & traitis,
Sont gent cors, & son clair vis, &c.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Puis s' assient ensemble desor & paile bloi.

Blodus, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 170. & infrà non semel.

BLOYHORN. Vide *Cinnitum*.

BLUDIE. Vide *Blae*.

BLUET. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 831. *Vestimenta autem dabunt mihi de grifeng, vel halberget, & pellibus agninis: uxori autem meæ, ad carius bluet, & (ex) pellibus similiter agninis.* Tom. 3. p. 90. *Supertunicas clausas de nigro brunetto vel bluetto, cum mantello de nigro panno, &c.*

BLUNDUS, *Blondus*, Color capillorum flavus, qui nostris *Blond*, Græcis ξανθὸς, luteus dilutior: à Saxonico Blonꝺe, mixtus, Blonꝺen, tinctus, intinctus, imbutus, fucatus. Nam rutilus color fiebat arte quadam, specierum mixtione, verbi gratiâ lixivio & sapone, ut pluribus probat Cluverius lib. 1. Germ. Antiq. c. 16. Ugutio & Joannes de Janua: *Flavus, est qui vulgò dicitur Blundus.* Hist. Rerum Laudensium Ottonis Morenæ p. 125. *Erat spissus corpore, mediocris staturæ, capillis, blondis, &c.* *Capilli blundi*, apud Michaëlem Scotum de Physion. c. 44. 47. 59. De vocis etymo, vide Octav. Ferrarium in *Biondo*.

Blondus, in veteri Charta à Spelmanno laudata: *Sicut Rogerus de Garneto pater suus, tenuit tempore Regis Willelmi blundi avunculi sui.* Loquitur de Willelmo Rufo Rege Angliæ. Rufus quippe est rutilus color, quem *Blondum* dicimus. De vocis etymo vide conjecturam Octavii Ferrarii in Orig. Ling. Ital. V. *Biondo*.

BLUTARE. Lex Langob. lib. 1. tit. 18 §. 1. *Si casam cujuscunque blutaverint, aut res eorum tulerint.* Ubi Gloss. *Blutaverit, evacuaverit.* Item: *Blutare, expoliare, Bloten.* Editio Heroldi habet, *Bluttaverint*. Nostris, *Blutter*, est *farinam incernere*.

BLUTHURA, Leve vulnus, quod Galli *Blessure* dicunt, à quibus fortè orta vox, nisi hanc à Germanis ii acceperint. Burchardus Episcopus Wormaciensis in Lege Familiæ: *Si autem cum pugno, aut aliquo levi flagello, quod bluthuram vocant, aliquem percusserit, &c.*

BOA. S. Hieronym. in S. Hilarione: *Draco miræ magnitudinis quem gentili sermone Boas vocant,* (Dalmatæ) *ab eo, quòd tam grandes sint, ut boves glutire soleant.*

BOACHIERS, Machinæ bellicæ species. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 21. *Et postea fecit approximare orificio fossarum boachiers multos, multumque sibi vicinos, à turri S. Nicolai, usque ad Sbaralium Dom. Odoardi: & post le boauchiers, fecit erigi plures carabagas projicientes magnos lapides.*

BOALAGE. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris apud Exeam an. 1265. & Observantiæ Regni Aragon. l. 6. tit. de Privilegiis Militum: §. 13. *Richi homines, Milites, nec non etiam Infantiones Aragonum teneantur dare sibi vel successoribus suis boalage, nec herbage.* Vide *Bovagium*.

BOALARE, in Foris Aragonensibus, *idem est quod Vetatum, & non potest fieri sine licentia domini Regis per homines alicujus villæ vel loci, nisi quantum continet una balistata: quia alias per indirectum defraudarentur homines locorum convicinorum in suis pascuis foralibus, quia non possent pascere ibi de sole ad solem, & de area ad aream. In boalari suo si quis invenit oves pascentes, potest de die occidere unam ovem. Si verò de nocte, potest occidere duas oves, &c.* Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. Vide *Defensum*, & *Vetatum*. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de General. privileg. §. 35. *Possunt alteri in altero termino de area ad aream pascere bestias ad alios greges suos, excepto loco, qui dicitur Boalar, in quo non possunt pascere, quando illi de villa, cujus est, pascuntur.* Et lib. 7. tit. de Pascuis §. 1. *Nota quod Boalar non potest fieri sine licentia Regis: tamen benè possunt homines loci facere aliquod vetatum, seu boalare modicum, quantum unam balistatam, vel quasi, in quo non possint depascere animalia vicinarum, &c.* Vide Foros Arragon. lib. 3. tit. de Pascuis.

BOANOSA. Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. an. 798. *Adefonsus Rex Galliæ & Asturiæ prædata Olisippona, ultima Hispaniæ civitate, insignia victoriæ suæ boanosas, mulos, captivosque Mauros Domno Regi Carolo per Legatos suos Frojam & Basiliscum hiemis tempore misit.* Ubi loci incertus auctor Vitæ ejusdem Caroli & Annales Francor. habent, *insignia victoriæ suæ, loricas, mulos, &c.* Eginhardus verò in Annalib. *Mauros videlicet septem, cum totidem mulis atque loricis, quæ licèt pro dono mitterentur, magis tamen insignia victoriæ videbantur.* Ex quibus conficit Meursius σωσχνίας, vel σεσανίας, pro βοανόσας, legendum apud Monachum Egolismensem. Moschopulo lib. περὶ σχεδῶν Σεσανίον, Latinis idem sonat quod Græcis φολιδωτὸν ὅπλον, seu *lorica*: σωσάνιον habetur apud Joannem Diaconum ad Scutum Hesiodi. Σοῦσον, pro vestis specie, occurrit apud Jo. Tzetzem Chil. 1. c. 29.

Τοιοῦτον τὸ ἱμάτιον ὑπῆρχεν Ἀντιοθένους,
Ἦν σοῦσον ἀλουργὲς πεντικαιδεκαπηχυαῖον,
Ἔχον μὲν ζῶδα, καὶ θεοὺς, καὶ Περσικὰ, καὶ σοῦσα, &c.

Sic autem fortean dicta ejusmodi vestis à Susis, Persidis Metropoli.

BOARIUS, Pastor boum. Jus Vicentin. l. 1. *Non teneatur emendare aliquid boariis, bestiariis, vel tenentibus agnos & boves in domo, &c.*

BOBLA. Gloss. Ælfrici: *Bobla*, Floꝺ. Ubi Somnerus. *forte biblus, vel byblus, papyrus bibula*, Belgis, *Vloed papier*.

BOBELLUM, Bovile, Bubile. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Bobellum*: Palꝺ, i. stabulum.

BOBONES. Vide *Bubones*.

BOCA. Vide *Bauca*.

BOÇALIS, *pullus*, in Foris Aragon. l. 8. tit. *Ut emissarii, sive guaranyones, vel pulli boçales, occasione aliquarum executionum nequeant pignorari.* Hispanis *boçal novitium* sonat.

BOCARIA, ex Gallico *Bouchrie*, Macellum, in

Charta an. 1246. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensib. p. 177. *Bocaria casa*, in Chronico Beneventan. S. Sophiæ p. 584.

BOCETUM, *Bubile*. Vita S. Comgalli Abbat. *ad bocetum, ut lac inde asportaret missus est.*

BOCCARAN, idem quod Biogrannum. Statuta antiq. Cartusiens. part. 2. c. 32. §. 2. Casulas de Boccaran & de serico albo sustinemus. Adde Statuta an. 1368. ejusdem Ord. 2. part. 1. §. 8.

BOCHALUS, Vas vinarium, in Statut. Veron. l. 4. c. 116. *Bochale.* in Contract. datior. Bergom. lib. 8. c. 32. Vide *Bauca*.

BOCHARIUS. Ælfricus in Glossar. Anglo-Saxon. cap. de Piscibus: *Delphin, vel Bocharius, vel Simones*, mereswin. Ubi Somnerus, f. *Boca*, vel *Phoca*.

BOCHELLUM, Ostium fluvii. Charta S. Bernardi Abbat. Clareval. anni 1145. in Tabulario Episcopatus Autisiod. *Ad molendinos Episcopi de Regio amne tale debet esse bochellum, quod navibus ascendentibus & descendentibus pervium sit.*

BOCHETA. Tabularium Monast. Reigniacensis Ordinis Cisteriens. an. 1208. *Ded.—5. bochetas juxta ripam clausuræ domus Cellarii de Vallibus, usque ad duas tessatas in latitudinem aquæ capiendas.* In alia Charta: *In aqua nostra de Antissiodoro 60. bochetas in ripa, scilicet juxta Cellarium de Vallibus ad duas tesas ripæ ex parte Cellarii faciendas.*

BOCHIUM. Idem videtur, quod *Bochellum*, de quo supra Tabularium S. Victoris, Parisiensis ch. 13. *In perpetuum dedimus Ecclesiæ S. Victoris Salmonem, qui in bochio de Copepie primo capitur.*

BOCIA. In Vicent. lib. 1. *Pro una bocia à molendino denarios sex.*

BOCLAND. Vide *Liber*.

BOCLERIUS. Vide *Buccula*.

BOCONES, Papiæ, *Stulti, rustici.*

BOCLARIS, *Bocularis*. Vide *Baucalis*.

BODA, *Bodium*, Habitatio, mansio, ex Theutonico & Cambro-Britannico *Bod*. Flandris verò & Theutonibus *Boden* est fundus, latifundium. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Isaacum Pontanum lib. 7. Hist. Dan. p. 443. *Omnia quæ sub pondere vendi solent, possunt* (nautæ & aurigæ) *in ipsorum bodis, sive vicis, vendere & alienare, & cum statera Coloniensi & pondere debito trutinare.* Infrà: *Nullus ipsos super eorundem vicis in ipsis bodis, sine eorum voluntate destruendo, aut ab ipsis aliquid abstrahendo, ab iis impediat aliqualiter, vel molestet.*

Bodium, idem quod *Boda*. Charta Eustachii Comit. Bononiæ an. 107 . pro Lensensi Eccl. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 1. c. 38. *Ecclesiæ quoque de Betay, & de Durgis, & bodii ejus partem dimidiam concedi & corroborari impetravimus à D. Lietberto, necnon bodium de Werchin.* Et infrà: *Niaule* (habet) *dimidium bodium, & unum curtile cum terra arabili.* Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1066. apud Buzelin. lib. 2 Gallo-Fl. c. 13. *Dedit præterea bodium Eccl siæ de Doulesinons Thesaurario, ut ex eo unoquoque anno Canonici 12. solidos recipiant in die solenni Apost. Petri & Pauli. &c.*

BODIA. Vide *Boja*.

BODINA, *Bodone*, *Bodula*. Vide *Bonna*.

BODIUM. Vide *Boda*.

BOEL. Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 4. Legum Scaniæ c. 1. *Cujus dimensione tota villa in æquales redigitur portiones, quas materna lingua vulgariter* boel *appellant, & nos in Latino sermone mansos possumus appellare, earum fundis inter se, prædiisque inter se fundis ipsis adjacentibus adæquandis.*

BOERIUM. Charta Isl: Præpositi Ecclesiæ Tolosanæ apud Catellum in Hist. Occitan. p. 855. & Sammarthanos. *Et in hoc fevo dedit illis totam siglicem, & totum milium, & bolagium, & decimum de sextaratis, boërium, & retrodecimum, &c.* Vide *Boarium*.

BOFORDUM & BOFFORDUM. Vide *Bohordicum*.

BOGA, *Bogia*, Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 18. *Et secundùm forum non tenetur ibi aliquid pediare, aut per bogas sive sitas aliquid demonstrare, quia non sunt talia loca quæ aliter possent dividi.* *Bogæ terminorum*, in Observantiar. lib. 8. tit. de Pascuis §. 30. Vide *Bauca*, *Boja*.

BOGIS, Simus. Guillelm. Armoricus in Phil. Aug. an. 1202. *Petrus Bogis, quem à brevitate nasi, lusoriè tali nomine vocabamus.*

BOGRISIA. Vide *Bulgari*.

BOHORDICUM, nostris *Bohourt* vel *Behourt*, Hastiludii species, vel certè quodvis hastiludii genus, in quo nobiles adolescentes vires suas experiebantur. Lambertus Ardensis: *In robur adolescere cœpit virile, ut illic bohordica frequentaret & torniamenta.* Hinc *Bordiare*, & *Burdare* in Mandato Regis Angl. super juratis ad arma: *Ad turniandum & burdiandum.* Concilium Albiense c. 15. to. 2. Spicilegii Acheriani: *Trepidare quoque, quod vulgariter Biordare dicitur, cum scuto & lancea aliquis Clericus publicè non attentet. Trepidare*, porro propriè de equo dicitur, seu de eo qui equo *trepidanti* vehitur, vel *trepedario*, uti appellatur à Vegetio l. 1. de Re veterin. c. 56. *qui va le trot*, Behourder. Bohorder, & Border, Scriptoribus Gallicis passim *Le Roman d'Aubery MS.*

Emmi le pré ot quintaine le vée,
Li jouvencel behordent par la prée,

Le Roman de Garin MS.

Aprés mengier se sont as chevax pris,
Por bohorder issent hors de Paris.

Le Roman d'Alexandre MS

Seignor, fait-il, tallant m'est pris,
Que de la lance & de l'escu
A aille a çoux faire une acointance
Qui davant vous boorder vint,
Bien voy que par malvais stienoent,
Et pour vos presens ce me jus,
Quant boorder devant vous viennent.

Behordeis, & *Bohordeis*, ipsum hastiludium. Historia MS. Belli sacri: *Et nommerent le jour de lor mouvoir au premier behordeis, ú diex les amenroit.* In Tabulario Pinconiensi, *le jour du bouhordeis*, redditur *dies hastiludii*. Ubi *bouhordeis*, idem est quod *Bohordicum*, apud Lambertum Ardensem. Sic autem in eo Tabulario appellantur ludicra certamina paganorum & *burgensium*, quæ illi cum baculis & fustibus in campo obire solebant certis ac statis diebus, atque adeo 1. & 2. dominica Quadragesimæ, quæ inde *Bouhordis* appellantur in quibusdam Galliæ provinciis, ut habet Monetus in Inventario utriusque linguæ.

Eodem ferè sensu Florentini *Bagordare* dicunt, nempe pro *Giostrare*, ut *Bagordo, l'atto del far festa*. Ita etiam arma ipsa offensiva vocant, quibus in hastiludiis propriè sic dictis utuntur: quæ quidem videntur fuisse baculi ac virgulæ innocuæ, uti probavimus in Dissertat. 7. ad Joinvillam p. 182. ubi plura de hocce ludicro certamine, intexuimus. Letaldus Monachus lib. de Miraculis S. Maximini Abbatis Miciacensis n. 23. *Hinc pastiones canum, hinc cum scuto & virgula ludebant juvenes.* Unde fortè à voce *bohordo*, vel *bofordo*, uti vocem hanc effert Michaël *del Molino* in v. *Ludus*, quæ Hispanis & Vasconibus, genus quoddam junci majoris, bulla ac capitello instructi, significat, hastiludii istius species nomen sumpsit, quòd primitus iis juncis, virgularum vice, decertaretur, aut quòd eædem virgulæ juncorum istorum formam referrent. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 16. ubi de hastiludiis. *Ille qui jactaverit ad tavulatum, quodcunque damnum fortuitò fecerint, non teneatur respondere: ita tamen quod non ponat in bofordo ferrum azconæ, dardi, vel lanceæ, nec acutum, nec truncatum, &c.* Charta Edw. I. apud Prynneum in Libertat. Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 1152. *Torneamenta, justas, burdeicias sive alia hastiludia, &c.* Vel à *Borda*, quæ in Glossis Isidori *clava* exponitur, quòd ejusmodi baculi clavarum instar essent. Vel denique à *burdis*, i. jocis ludicris, ut *bohodare*, fuerit ludere, ludicrum exercere. Vide *Burda*, & prædictam

 Disser-

Dissertationem, in qua etiam *biborda*, pro imaginariis castrorum oppugnationibus interdum sumpta ostendimus.

Busurdium, eadem notione, vel certè pro velitatione militari in Chronico Gotthorum, seu potiùs Lusitanico, era 1178. apud Brandaonum tom. 3. Monarch. Lusitan. *Sed Rex de Portugal Dom. Alfonsus occurrit ei cum exercitu suo, & obsedit iter, per quod ille venire volebat, fixitque tentoria sua, isti ex hac parte, & illi ex altera parte: cumque veniret aliquis ex parte Imperatoris ad ludendum, quod populares busurdium dicunt, statim egrediebantur ex parte Regis Portugalis occurrentes eis & ludentes cum eis, qui in exercitu comprehenderunt Ferrandum Furtado fratrem Imperatoris, &c.*

BOIA, Compes, aut torques vinctorum. Festus: *Bojæ, genus vinculorum, tam ferreæ quam ligneæ dicuntur.* Gloss. Lat. Gr. Κλοιὸς, *Boja*, *Eculeum*, Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Nervi, Boja*, ꝥ oꞇcopſa, *vel* ſꝥeoꝛſcacul, id est, compes, vel numella. Plautus in Asinaria: *Carceres, numellas, pedicas, bojas, tortoresque acerrimos.* S. Hieron. lib. 5. in Hierem. c. 27. in hæc verba, *Fac tibi vincula & catenas*, addit, *sive* κλοιοὺς, *qui Hebraïcè appellantur mototh, & sermone vulgari bojas vocant.* Occurrit passim hac notione, apud Scriptores recentioris ævi, Isidor. lib. 5. Orig. c. 27. Prudentium, Metellum in Quirinalib. p. 105. 107. Orderic. lib. 6. p. 630. in Actis S. Quirini Mart. n. 7. 8. S. Babylæ Mart. n. 10. 12. in Actis ejusdem Sancti posteriorib. n. 6. in Vita S. Eparchii Abb. Inculism. c. 15. in Passion. S. Lupercii Mart. apud Bosquetum p. 164. in Hist. Translat. S. Honorinæ n. 5. in lib. Miracul. S. Wlfranni n. 24. in Chronico Senoniensi lib. 2. c. 23. in Chron. Casinensi lib. 4. c. 58. in Gestis Guillelmi Ducis Norman. p. 182. apud Arnoldum Lubec. lib. 2. c. 26. Sugerium lib. de Administr. sua p. 348. to. 2. Monastici Anglic. p. 890. in Martyrol. Notkeri & Usuardi 3. Kl. April. Anastasium in S. Theodoro, &c. Vide præterea Fullerum lib. 5. Miscellan. sacr. c. 8. Salmasium de Modo usurarum p. 812. & seqq. & quæ observavimus in Dissertat. 9. ad Joinvillam, ubi *Bojas*, nostris *Buies* dictas ostendimus, easque descripsimus. De iis etiam *le Roman de Rou MS.*

Fu trouvé mort en la gaole
Grimont, si en fit grant parole,
Si come il est enchaanez,
O les buies fut enterrez.

Alibi:

Au derrain le prist Rou, & en buies le mist.

Rursum:

En aneaus & en buies les fist enchaainer.

Le Roman d'Aubery MS.

Lambert les fait en buies enserrer.

Le Roman de la Prise de Hierusalem par Titus MS.

Dedens un puis parfont, hoscur & non vojant,
Firent un sege faire destros par dedevant,
Pilate i avalerent, qui forment vout plorant,
Au deus pertuis li botent les dous piez maintenant,
Unes buis li ferment, & el col un chargant,
Tost adés li seront tot contreval pendant,
Desus firent un huis merveillos & tenans,
A bonne sereüre, & è verroil courant.

Infrà:

Pu Pilate deux ans dedans le puis parfent,
Li maus & li gemiers le destraint & consont,
Droit à chief de deux ans l'en ont trait contremont
Trestrot avoit perdu le visaige & le front,
Des piez est si baillis des buis où il sont,
Qu'il n'estent desore por tot l'avoir del mont.

Ad bojas etiam referenda quæ habet Gotselinus de Miracul. S. Augustini Cantuar. c. 16. *In Arctissimum cippum omni compede duriùs constrinxere. Addunt ferreas manicas manibus, & collaria ferrea in cervicibus, ita ut per medium maceriæ lapidei cubiculi transducta vincula obdurantur.* Et mox: *Juvenem — atrocioribus tormentis aggrediuntur. Stringuntur suræ, & ossa arctiori ligno tanquam sudibus coacto, &c.* Quæ quidem illustrant quæ de *Boniculis* dixit Joinvilla. *Bove* dicuntur Jo. Villaneo lib. 6. c. 37. *Buovo*, Matt. Villaneo lib. 9 c. 97. Vide Wenceslaum Bohemiæ Regem in Carcere depictum apud Petrum Lambecium lib. 2. Comment. de Bibl. Cæsar. p. 752.

Boga, eadem notione. Passio S. Thyemonis Archiepiscopi Juvanensis: *Capitur, trahitur, nec repugnavit, sed ambiguos pedes ferrea boga religatus subigitur.* Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. c. 3. de Correctione Fratrum: *Et cum fuerit comprehensus, faciunt quod visum fuerit, mittentes eum in carcerem, vel bogas. Carcer est talis in quem cum scala descenditur, nec ostenditur ostium, nec fenestram habet. De bogis quoque sunt quædam leviores, quædam graviores, ita ut inclusus nec in dormitorium ascendere possit, & tunc alias in custodia dormit.* Editor monet *botias* etiam legi. *Bogia* habet Papias. Mamotrectus 2. Reg. c. 3. *Catena, boga qua pedes tenentur ligati.*

Baga, Ugonis Magistri Glossæ: *Boja & Bagaunum sunt. Bacæ, plural. sunt catenæ.* Alibi: *Baga ferrum dicitur, quo captiva sæpe mancipia strictius collis & manibus aguntur.*

Bodia. Anonymus de Miraculis S. Fidis c. 14. *Dimissis cæteris illum unum jubet compedibus constringi, quos rustica lingua bodias vocat, quorum clavi, martello duriter obtusi, ut inextricabilis illa fieret connexio, ultro franguntur, ipsis etiam frustratim compedibus conquassatis.*

Imbojare, Κλοῖον περιτίθεσθαι, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum habet, Κλοιὸν περιτίθημι, *Imboja*, sed legendum *Imbojo*. *Imbojatus*, apud Anastasium in Theodoro PP. p. 48.

Porro videntur inde Itali vocem *boja* pro carnifice, seu tortore, accepisse, quasi is fuerit qui in *bojas* reos mittit ac conjicit. Scio aliter viris doctis videri de hujus vocis origine.

BOISSONUS, ex Gallico *Buisson*, Minor boscus. Aresta Candelosæ an. 1266. p. 47. *Asserebat quòd ipsa vendere poterat suum poissonum, qui est retro domum suam de Bellocampo, sine grueria & sine licentia Regis, &c.*

BOISTELLUS. Charta Anselli Episcopi Belvacensis an. 1099. *Donamus quoque Ecclesiæ B. Petri omnem omnino justitiam de molendinis quos Canonici habent in Belvaco & extra, infra duo milliaria, de faciendo boistello, de banno, de latrocinio, & de cæteris omnibus forisfacturis,* Fortè jus mensuræ faciendæ: est enim Picardis *Boistes*, mensura frumentaria, aliis *Boisseau*. Vide *Bussellus*.

BOLA, *Palma manus. Bolita, bonor manus.* Ita Papias. Ubi Codex MS. habet, *Bolida, honor magnus.*

BOLENDEGARII, *Bolengarii*, Pistores, nostris *Boulengers*. Charta Hugonis de Castellonovo an. 1212. ex Tabul. S. Vincentii de Nemore: *Ammonitione bolendegariorum de Castellonovo, qui in præfato molendino de jure tenentur molere. Panifices seu Bolengarii, Panetaria seu Bulengoria*, in aliquot Chartis quæ habentur in Statutis MSS. *Bolengariorum & talemelariorum* Parisiensium. Vide Probat. Histor. Monmorenc. p. 75. *Bulengarii*, in Charta an. 1120. apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis secretæ. *Boulens* dicuntur in Charta Peagiorum urbis Ambianensis, quæ est Philippi Comitis Flandriæ: *Quiconques fache pain à rendre avent en la chitté, il doit 2. sols l'an, ou 28. denrées de pain, ou cascune semaine une ob. pour le loi de Boulens, de la Coustume de Boulens, &c.* Occurrit ibi non semel. Videntur pistores ita appellati, quòd panes in formam globorum, quos *Boules* dicimus, conficiant. At Ruellius lib. 2. de Natur. Stirp. c. 20. sic dictos putat, quasi *Polentarios*.

BOLHAGIUM. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monastici Angl. p. 281. *Et Alnetum inter duo inferiora molendina sua, & inter bolhagium & aquaductum.* An *bolda-*

boldagium? Bolde, Saxonibus est villa, Bold, domicilium.

BOLIDUS. Vide *Lemiga.*

BOLLA, vox Saxonica, Cyathus, vel hemina, seu mensura continens tres partes *Pintæ*, inquit Somnerus: à *Bole*, Anglis. Assisa de Ponderibus & mensuris, in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. *Bolla debet continere sextarium, videlicet 12. lagenas, & debet esse in profunditate 9. pollicum, cum spissitudine ligni utriusque partis. Et in rotunditate superiore continebit 72. pollices, in medio ligni superioris. In rotunditate inferiore 71. pollices.* Eadem habentur in Assisa Regis Davidis de Pond. & mensur. c. 2. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 104. *Quem cifum antiqui Bollam Athelwoldi vocabant.*

BOLLICIA, Tumultus, seditio, Hispanis *Bollicio.* Vide Michaëlem *del Molino*, in Repertorio Foror. Aragon. pag. 167.

BOLLIS. Monastic. Anglic. to. 2. pag. 666. *Unum baculum processionale cum uno bolle argenteo, pro magna cruce imponendo.* Ubi *bollis* videtur esse nostrum *Boule*, sphæra, pila, globus.

BOLONÆ. Gloss. Isid. *Bolonæ, ipsi cetarii, qui diversa genera piscium emunt.* Gloss. Lat. Gr. *Bolonæ* μεταπράκται, παλιγκάπηλοι. Papias: *Bolona, redemptor cetariorum tabernarum, in quibus salsamenta conduntur, quas tabernas vulgò cetarias vocant.* Arnobius lib. 2. *Quod ligarios, saginatores, bolonas, unguentarios.* Occurrit etiam apud Terent. in Eunuch.

BOLOGIUM. Vide *Batuda.*

BOLUNDUM. Gloss. Gr. Lat. MS. ὄλυνθος, *Bolundum, hoc Grossum.* Edit. *Bolunda.* Ficus silvestris.

BOLUS. Vide *Panis Natalitius.*

BOMBARDA Petrariæ, seu λιθοβόλου species, quatiendis urbium aut castrorum mœnibus, à fremitu & sono quem edit, qui Græcis βόμβος, Latinis *Bombus*, dicta. Ita enim describuntur Bombardæ à Gerb ando à Leydis lib. 31. c. 24. & 25. & Froissarte 2. vol. c. 103. his verbis: *Ils firent ouvrer une Bombarde merveilleusement grande, laquelle avoit cinquante pieds de long, & jettoit pierres grandes, grosses, & pesans merveilleusement: & quand celle Bombarde decliquoit, on l'oioit bien de cinq lieues loing par jour, & de dix par nuit, & menoit si grand noise au decliquer, qu'il sembloit que tous les diables d'enfer fussent au chemin.* Ex quibus certè videtur colligi bombardam istam nimiæ extitisse longitudinis, ut ænea fuerit, nec vi pulveris tormentarii, sed nervis ac certis machinis lapides vibrasse. Idem cap. 115. meminit bombardarum, quas *portativas* vocat, seu quæ manu geri possent, quibus emittebantur *quadrelli* crassiores pennati ac ferrei, cujusmodi sunt fortè *Arcobusæ* nostræ. Sed quidquid fuerit de bombarda Froissartis, constat invento pulvere tormentario, eum perinde adhibitum tormentis bellicis: quæ bombardas appellarunt. Bombardis verò emittebantur lapides ingentis molis, ut ex Froissarte & aliis constat. Rafanus de Caresinis in Chron. MS. an. 1379. *Terribilissimi bombardarum lapides copiosè & sine intermissione exibant.* Sed & bombardis istis ferreos globulos in nostros emisisse Anglos in prælio Creciacensi auctor est sub an. 1346. Joan. Villaneus lib. 12. c. 65. *Con bonbarde che saettavano pallottole di ferro con fuoco per impaurire, è disertare i cavalli de' Francesi, &c.* Præterea legimus in Chronico Slavico ab Erpoldo Lindenbrogio edito, sub an. 1360. *Consistorium urbis Lubecensis in toto combustum per negligentiam eorum qui pulveres pro bombardis parabant.* Sed & Ducas cap. 35. sub an. 1452. celeberrimum tormentorum æneorum artificem memorat natione Hungarum, cui *Urban* nomen tribuit Laonicus lib. 8. qui à Græcis ad Mahumetem factus transfuga, ingens tormentum æneum fudit, cujuslibet magnitudinis lapidis capax, quo muros Constantinopolitanos evertit Sultanus. Idem Scriptor c. 30. sclopetos æneos & pulverem bombardarium pluribus describit. Bombardarum meminere Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 6 c. 4. extremo, Froissart. 1. vol. c. 144. 145. Monstrellet. 1. vol. c. 29. 3. vol. p. 56. Hist. Bucicaldi p. 125. Chronicum Bertrandi Guesclini MS. Diarium obsidionis Aurelian. p. 2. 7. 34. &c. βομβαρδαν etiam dixit Joan. Cananus p. 189.

Pulveris verò tormentarii, quem βοτάνην Græcis recentioribus appellari auctor est Joannes Ducas c. 30. p. 255. auctorem ferunt Chymistam quendam nomine Bertholdum *Schwarths*, seu Nigrum, Monachum; dum enim is in mortario pulverem sulphureum, Medicinæ aut Chymiæ, ut ferunt, causâ, texisset lapide, scintilla ex silice excussa fortè intro delapsa lapidem cum fragore ac vi in altum tulit, quod quidem experimentum Monacho ansam præbuit inveniendi pulveris tormentarii. Illius ab an. 1338. in Gallia usum fuisse docet Computum Bartholomæi *du Drach* Thesaurarii guerrarum istius anni: *A Henri de Faumechon pour avoir poudres & autres choses necessaires aux canons, qui estoient devant Puy Guillaume.* Hoc etiam usos an. 1354. in mari Balthico Regis Danorum classiarios tradit Münsterus. Hujus pulveris tormentarii meminere præterea aliquot ex nostris, Thomas Walsingham. p. 323. Froissartes 2. vol. cap. 87. Monstrelletus 1. vol. cap. 13. 2. vol. c. 5. p. 2. cap. 11. pag. 9. 3. vol. pag. 32. Berrius in Carolo VII. pag. 211. Chronic. Flandr. cap. 112. &c. His adde quæ habet Ducas pag. 118. 138. 140. 145. 150. 154. 265. Vide in voce *Canones.*

Sed de bombardæ & pulveris tormentarii inventione plura habent Gobelinus lib. 4. Comment. Pii II. PP. p. 105. Irenicus lib. 4. German. Exeges. c. 9. Aventinus lib. 7 Hist. Bojor. Polydorus Virg. lib. 2. de Invent. rer. c. 10. Pancirolus in Novis repertis lib. 2. tit. 18. & ibi Henricus Salmutus, Forcatulus lib. 4. de Gallor. Imp. Christoph. Bæleolduct. in tract. de Bombardis, Philipp. Pigafetta in Not. ad Leonis Tactica pag. 68. Pontanus lib. 8. Rer. Danicarum, Petrus Matthæus in Constitut. PP. p. 462. Miræus in Chron. Belg. an. 1380. Petrus Divæus lib. 15. Rer. Brabantic. p. 170. Cleiracus de Legib. maris p. 495. & alii.

Bombardella, Minor bombarda. Octavianus de *S. Gelais* in Viridario honoris: *La puissance des faucons, bombardes, canons, serpentines, & bombardelles y firent si horrible deluge, &c.*

Rafanus de Caresinis an. 1379. *Comparentibus 39. galeis cum aliquibus galedellis & nobiscum bombardantibus, &c.* Nostri hodie dicunt *Canoner.*

BOMBAX, & *Bombix*, Gossipium, lana vel lanugo xyli, id est, gossipii fruticis, de quo Plinius lib. 19. c. 1. ἐριόξυλον Ulpiano, in leg. Si cui lana legetur, D. de Legat. 3. ubi *ligneam lanam* reddit. Itali *Bombace* appellant, quod nos *Cotton* dicimus: unde *Bombazin* vocamus, telas bombacinas, aut lintea ex *bombace* confecta. *Bombycem* dixit Plinius loco laudato: *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec ulla sunt eis in candore, mollitiave præferenda. Vestes inde Sacerdotibus Ægypti gratissimæ.* Sed de gossapinis arboribus, lanigerisque, plura idem Plinius lib. 12. c. 10. & 11. Theophrast. lib. 9. de Plantis c. 4. Pollux lib. 7. c. 17. Dioscorid. lib. 3. Williomarus seu Josephus Scaliger in Animadvers. in Rob. Titium p. 48. & Salmasius ad Solinum Hist. Translat. S. Severini Noricor. Episc. n 6. *O Episcope, quia caput tuum multo salito bombyce abundat, &c.* Virum alloquitur duræ, ut ajunt, cervicis, alluditque ad nostros *Gambezones*, ex bombyce aceto & sale condito confectos, quo duriores ac spissiores

tiores essent. Will. Tyrius lib. 8. cap. 13. *Culcitas refectas bombyce* dixit.

Bombax. Jacob. de Vitriaco lib. 1. cap. 84. *Sunt ibi præterea arbusta quædam, ex quibus colligunt Bombacem, quæ Francigenæ Cotonem, seu Coton appellant: est quasi medium inter lanam & linum, ex quo subtilia vestimenta contexuntur.* Necrolog. Ambian. Ecclesiæ: *Insuper una est casula de bombace.* Petrus Damian. lib. 7. Epist. 17. *Saccum, qui bombacis involucro plenus erat, arripuit.* Philippus Mazerius Cancellar. Cypri in Statutis Novæ Militiæ J C. pro recuperatione Terræ Sanctæ MSS. quæ extant in Bibl. Cælestin. Parisiens. *Portabunt juponem apertum ante cum pilulis, compositum de tela linea, sa gia, bombace, bograno, aut panno laneo. Bombacyna papyrus,* in lib. 3. Constitut. Neapolit. tit. 36. §. 1. Ellychnion, Gall. *Meche*. Vide Petr. de Vineis lib. 3. Epist. 66.

Bambax, eadem notione Βαμπάκιον Nicolao Myrepso, sect. 1. c. 425. βαμβάκιον, Suidæ: sic enim ille, βάμβαξ, ἢ Πάμβαξ, καὶ Παμβακὶς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Et alibi: Πάμβαξ, καὶ Παμβακὶς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Corona pretiosa, Βαμπατζι, bombyx, βάμβυξ. Vita S. Eudociæ Martyr. c. 8. βῆλα διὰ βάμβακος λιθρῶν ὁ. Ex his emendandæ Glossæ Arabicæ: *Bambax, bombyx, gossipium.* Perperam enim editum *Mambax*. Chronicon Casin. lib. 3. c. 57. *Albas de matassa bambacii octo.* Adde Chronicon Richardi de S. Germano an. 1232. Academici Cruscani: *Bambagia è Bambagio, lanugine bianca che esse dal frutto de una pianta cosi chiamata, Lat. lana, gossipium.*

Bambacinum, Tela gossypina, facta ex bambace, Italis *bambagino*. Constantinus Afric. lib. de Chirurgia c. 11. *Bambacinum butyro infusum.* Joan. Villaneus lib. 10. c. 168. *Palio di bucherane bambagino.* Βαβάκινον, eadem notione semel ac iterum in Synaxariis & Menæis Græcor. 11. Augusti.

Bambucinum. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 17. *Lectos etiam in domo hospitali — præparatos habere debet, videlicet cum bambucinis, id est, panellis laneis suppositis.* Cap. 18. *Lectualia sunt hæc, Culcitra bambucina, id est, panellum.*

Pambicium, eadem notione in Ordine Inclusorum: *Pambicium habeat & minimum pulvinar.* Legendum videtur *Bambicinum*.

Bambasium. Raimundus de *Agiles* pag. 178. *Erant autem culcitræ de Gambasio.* Ubi legendum reor de *bambasio*, nisi *gambasium* idem fuerit cum coactili. Vide *Gambiso*.

Bambacarius, qui *bambacem* vendit. Charta an. 1208. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. p. 278. *Et alia domo in platea Bambacariorum Amalphiæ.*

BOMBINARE, *Conviciari*. Papias. Vide *Bobinare*.

BOMBUS, *Bombulus*, Crepitus. Joan. de Janua: *Bombus, sonus, — invenitur etiam pro sonoculi.* Alibi: *Trulla, Bombus vel sibilus ani.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Bombus, sonus*, Gloss. Lat. Græc. *Bombus*, βόμβος. Ita scrib. pro *Bomutis*. Vetus Charta hominii, apud Camdenum in Britannia, & Spelmannum, de quodam Baldino, qui tenuit terras in Hemingston in Comitatu Suffolciensi per serjanciam, pro qua *debuit facere die Natali Domini singulis annis coram domino Rege unum saltum, unum suffletum, & unum bombulum.* Id est, ut idem Camdenus interpretatur, *ut saltaret, buccas inflaret, & ventris crepitum ederet.* Spelmannus habet, *saltum, sufflum, & pettum.* Atque inde eidem Baldino cognomen inditum *le Pettour*. Charta 27. Sept. an 1398. pro loco *de Breuil* in Burbonesio ex Camera Comput. Paris. *Item in & super qualibet uxore maritum suum reverberante unum tripodem. Item insuper qualibet filia communis sexus videlicet viriles quoscunque cognoscente de novo in villa Montis Lucii eveniente 4. denarios semel, aut unum bombum, sive vulgariter Pet, super pontem de Castro Montis Lucii solvendum.*

Bombicus, Superbus, inflatus, apud Fortunatum lib. 4. de Vita S. Martini:

Intolerabilium per inania bombica jactans.

Bombosa vox, apud Aldhelmum de Virginitate capite 10.

Bombizare, apud Papiam.

Bombulum. Epistola incerti 28. de diversis generibus Musicorum, tom. 9. opertum S. Hieronymi, de fistula: *Et per singula latera 12. bombula ærea 12. fistulis in medio positis in catena fixis dependent: ita tria bombula in uno latere per circuitum utique figuntur, & concitato primo bombulo, & concitatis 12. bombulorum fistulis in medio positis, clamorem magnum, fragoremque nimium supra modum simul proferunt.*

BOMBYCINARE, in Glossis Isidori, *Purpuram facere. Bombycinatores, purpuram facientes.* Ita Joan. de Janua. De *Bombyce*, multa habet Salmasius ad Tertull. de Pallio.

BONA-GRATIA, In Gloss. Basilic, βόνα γράτζια, χάριτι καλῇ, ἄνευ μέμψεως, καὶ αἰτίας εὐλόγου. Formula usitata in divortiis quæ ex *mutuo consensu* inter conjuges invicem dissidentes interveniebant, fierique dicebantur *bona gratia*, (nos diceremus, *de bone-grace*) nullo facto *repudio*: quæ quidem verba ut formalia Latinis verbis, non semel leguntur in Novellis Græc. Justiniani 22. & Justini 2. Adde Julianum Antecess. cap. 132. & Constitutionem Justiniani ad Julianum P. V. *Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium.* Huc pertinent Capitula ad Legem Alamannor. cap. 29. *Si voluntaria se partire volunt, tollant quod eam per legem obtinget.*

Bonæ indolis. Vide *Indoles*.

Bona persona. Capitularia Caroli Mag. lib. 5. c. 10. *De Ecclesiasticis verò qui supradicta facinora commiserint, si bona persona fuerit, perdat honorem suum; minores verò, &c.* id est, in dignitate constituti.

BONAGIUM. Vide *Bonna*.

BONAS, Bona fortuna, thesaurus, seu potiùs thesauri inventio. Usatici Barcinonenses MSS. c. 106. *De Rustico si invenerit Bonas. Rusticus verò si invenerit aurum vel argentum, quod vulgo dicitur Bonas, aut equum aut mulum, — statim denuntiet domino suo, &c.*

BONATUS, Bonus, commodus, idoneus, Gallis *Bonasse*. Fragm. Petronii: *Dum bonatus ego, & volo videri lenis.*

BONDA, vox Saxonica, Paterfamilias, maritus; quibusdam, habitator. Leges Kanuti Regis c. 98. Editionis Bromptoni: *Ubi bonda & paterfamilias manserit sine compellatione & calumnia, sint uxor & pueri in eodem sine querela.* Totidem habentur in Legibus Henrici I. c. 14. Occurrit etiam apud Olaum Wormium in Monument. Danic. lib. 3. p. 233.

Bondo, Bondones, eadem notione, viri probi, honorati, apud Andream Suenonis lib. 1. Legum Scanicarum c. 5. 8. lib. 4. c. 4. 12. 17.

BONDUS, Servus, obnoxiæ conditionis, qui aliàs *nativus* ex Saxon. Bond, ligatus, obligatus. Thom. Walsinghamus in Ricardo II. p. 247. *Rustici namque, quos Nativos, vel Bondos, vocamus.* Quoniam Attachiamenta c. 56. §. 7. *Reddit seipsum illi domino suum nativum, sive bondum.* *Nativi & bondi*, in Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 34. *Servitia bondorum*, in Monast. Angl. to. 1. p. 556. *Bondi Regis* in Legib. Forestarum Scoticarum c. 4 Danis, *Bonde*, est rusticus, colonus, un re *frilbander*, liberi coloni, ut auctor est Isaac. Pontanus in Chorogr. Daniæ. *Bundones*, in Charta anni 1387. apud eundem lib. 9. Hist. Dan. pag. 514. *Milites, Militares, Bundones, villani, &c.* Ericus Upsalensis lib. 3. Histor. Suecor. ann. 1188. *Eodem anno erat guerra in Gothlandia inter cives de Visby & bondones*

bondo in terra. Vide Janum Dolmerum ad Juris Aulici Norvegici veteris capita 9. & 34.

Bondagium, Conditio ipsa servilis, vel colonica. Leges Baronum Scotic. tit. 56. §. 3. *Si autem nativi domino suo negent nativitatem suam, sive bondagium, tunc attachientur per Ministros Domini Regis.* Iisdem autem modis *bondi* fiunt, quibus servi alii. Eædem Leges §. 5. *Diversus est modus nativitatis, sive bondagii, nam alii sunt nativi de avo & proavo, &c.* §. 6. *Alius modus bondagii est ubi aliquis extraneus aliquam terram servilem de aliquo domino accipit faciendo pro eadem terra servile servitium, &c.* §. 7. *Est & tertius modus nativitatis & bondagii, cum aliquis liber homo, pro domino habendo vel manutenentia, alicujus magnatis reddit seipsum illi domino suum nativum, sive bondum, in curia sua, per crines anteriores capitis sui, &c.* Charta Ricardi II. Regis Angl. apud Thom. Walsingh. pag. 254. *Sciatis quòd de gratia nostra speciali manumisimus universos ligeos & singulos subditos nostros, & alios Comitatus Herefordiæ, & ipsos, & eorum quemlibet ab omni bondagio eximimus, & quietos facimus.* Idem Walsingh. p. 628 *Rustici quidem fuistis & estis, & in bondagio permanebitis.* Vetus Inquesta apud W. Dugdalum in Antiquit. Warwici pag. 665. *Et etiam si aliqui de hujusmodi, Custumariis exierint de dominio, & noluerint plus trahere in oram ibidem, solebant venire in Curiam, & sursum reddere in manum domini tenuram suam bondagii cum omnibus equis suis masculis, & pullis masculis, & carrectam ferro ligatam, porcis masculis, panna sua integra lanea non formata, & meliorem suam ollam aneam, & exire, trahere moram ubicunque voluerit, sine calumnia domini, & ipse cum omni sequela esse liber in perpetuum.* Vide Edw. Bisseum in Notis ad Uptonum p. 86.

Tenere in bondagio, idem valet quod *tenere in villenagium*. Charta Walteri de *Clifford* in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 864. *Illam videlicet acram terræ quam Robertus—nuper de nobis tenuit in bondagio jacentem inter terram nostram, &c.* Thom. Walsinghamus in Ricardo II. p. 270. *Quòd nulla acra terræ quæ in bondagio vel servitio tenens, altius quàm ad 4. denarios haberetur.*

BONETA, Capitis tegumentum, Gallis *Bonet*, Italis *Birreto*. Chronicon Vosiense parte 1. c. 74. de vestibus virorum sui temporis: *Mitras gestabant juvenes utriusque sexus, quas vocabant Bonetas, post, capellos de lino, vel coffias, &c.* Vide *Bonnuarium*.

BONI *homines*, dicuntur sæpe qui in placitis publicis cum Comitibus & judicibus judicia exercebant, quibus justitiæ tradendæ cura erat, *in qua*, ut ait Cicero l. 1. de Offic. *virtutis est splendor maximus, ex qua viri boni nominantur.* Ita passim in Noticiis judiciorum, quorum formula ejusmodi erat: *Ibique residebat in placito N. Comes, & ibi sedebant de judicibus N. N. Ibique residebant cum eis de bonis hominibus N. N.* Pronuntiationis autem formula fuit: *Et nos qui superiùs N. Comes, cum memoratis judicibus & bonis hominibus—judicavimus.*

Probi homines (*preud-hommes*, nostris) in Usaticis Regni Majoricar. MSS. Ex quibus sequentia de promptimus: *Nos Jacobus Rex Majoricar. statuimus & etiam ordinamus, quòd judices curiarum nostrarum, seu ipsi Curia Bajuli & Vicarii, vel etiam locum nostrum tenente—ad ferendas sententias sic procedant. Videlicet quòd vocent, vel vocari faciant, quilibet prout eis incumbet, octo probos viros idoneos, & sufficientes, & omni suspicione carentes civitatis Majoric. inter quos 2. sint jurisperiti, si commodè possint haberi, à quibus recipiant juramentum, quòd bonum, legale, & justum consilium dabunt dicta curiæ sive judici secundùm bonam suam conscientiam, servatis consuetudinibus & libertatibus civitatis & insulæ—& illis consuetudinibus & usaticis deficientibus, secundùm jus commune: & quòd teneant secretum super iis quæ eis in prædicto consilio revelabuntur: & quòd per se nec per alium dictis, seu factis, aut signis non faciant aliquid propter quod impediatur justitia in prædictos. Quibus per actis partibus, ubi partes fuerint, vel eorum procuratoribus præsentibus procedere voluerint cum suis advocatis, vel sine, prout partibus placuerit, negotium super quo ferenda erit sententia, seriatim & plenariè dictis probis hominibus exponatur, rationes etiam & allegationes vel aliter exponantur. Et consequenter partibus exclusis, dicti judices seu curia conferant cum prædictis octo probis viris, & consilium eorum requirant, & diligenter audiant & intelligant quod sibi duxerint consulendum. Ipsi verò judices conferendo eis suam intentionem, exprimant priùs ante datum sibi consilium ab eisdem, & quid secundùm jus & rationem sibi visum fuerit faciendum. Et si omnes concordaverint, ad definitionem negotii procedere non morentur, sententiam suam in personam judicum seu curiarum proferendo. Si verò octo probi viri in unam sententiam concordarent, & judices seu curia in aliam, & sic in suis opinionibus & consiliis essent penitus discordantes, volumus & statuimus, quòd dicti judices seu curia iterato cum aliis octo probis hominibus, ante sententiæ prolationem, eodem modo & forma consilium habeant & tractatum: quo secundo consilio habito, non differant dicti judices seu curia sententiam promulgare secundùm consuetudines & privilegia civitatis, &c.* De *Bonis* verò *hominibus*, vide Marculfum lib. 2. form. 9. Formulas Regales apud Bignonium c. 8. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 140. Sammarthanos in Archiep. Narbon. n. 15. Testamentum Hadoindi Episcopi Cenoman. apud Brisson. lib. 7. Formul. &c.

Boni homines de Communia, Viri probi. Gesta Innocentii III. PP. p. 148. *Eligantur quatuor boni viri super discordia & divisione quæ vertitur inter ipsos, & illos qui se nominant Bonos homines de Communia, & Richardum, &c.*

Boni Homines, Albigenses hæretici, qui ita se se appellitabant, ut auctor est Monachus Vallis Sarnensis in Hist. Albig. cap. 4. sub fin. Concilium Lumbariense an. 1176. *Quam* (fidem Catholicam) *expugnare nitebantur quidam qui faciebant se appellari Boni homines, &c.* Concilium Narbonense an. 1235. c. 29. *De credentibus* Valdensium: *Si reverentiam fecerint hæreticis, ubi Credentes, orationes ipsorum implorantes, & Bonos homines profitentes, quasi adorant illos.* Acta Concilii Tarraconensis an. 1242. *Suspectus de hæresi potest dici,—qui credit ipsos Inzabatos esse Bonos homines, &c.* Fridericus II. Imp. de Albigensib. *Hi serpentes qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus evomere.* Rogerus Hovedenus in Henrico II. *Erant in Provincia Tolosana quidam hæretici, qui se appellari faciebant Bonos homines.* Reinerus contra Vald. cap. 6. ait illos qui *Consolati* (Albigensium sectarii) vocantur in Lombardia, *Bonos homines* in Theutonia appellari. Huc etiam spectat responsum Hæretici illius Albigensis, apud Guill. de Podio Laurentii c. 3. qui rogatus ab Episcopo ubi vellet sepeliri, respondit, *se velle ad Bononios, sive Bonosios, hoc est, hæreticos deportari.* Quo vocabulo fortè Gallicum: *Bonnes gens*, expressit ille.

Boni homines præterea dicti Fratres Ordinis Grandimontensis. Stephanus Tornacensis Episcopus Epist. 1. de iis: *Hominibus placent, & servi Christi sunt, Boni homines appellantur. Nam bonitatis illorum testis est & exclusa cupiditas, & inclusa paupertas.* Et Mox: *Si ab eis quæsieris, cujus ordinis sunt, respondent: Peccatores sumus. Sic ab aliis, Bonos homines esse dicunt. Nam & in provincia illa, unde originem habent, ubi est caput & sedes eorum, cellulæ ipsorum Bono homine appellantur.* Jo. Brompton. ann. 1170. *Boni homines Grandimontis.* De Grandimontensium Ordine consulendi omnino Joannes Sarisber.

Sarisber. lib. 7. Policr. c. 23. Jacob. de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 19. & Jo. Bolandus ad 8. Febr.

Boni generis homines, Εὐγενεῖς, in Capitulari 2. an. 813. c. 12. Vide *Benenatus*.

BONIFATUS, Εὔμοιρος, in Gloss. Gr. Lat.

BONIFACIES, Εὐπρόσωπος, in Gloss. Gr. Lat. Occitanis, *Bounifaci*, est *un bon enfant, un benet*, ut auctor est Petrus Goudelinus.

BONINFANTI, quasi *boni pueri*, nostris, *Bons enfans*, dicti in Bohemia nescio qui religiosi. Historia MS. Rosensis, laudata à Bohuslao Balbino in Histor. Bohem. p. 273. *Eodem anno* (1259.) *Berhardus Canonicus Pragensis Institutor Boninfantorum in Ecclesia Pragensi obiit nonis Augusti. De eorum institut. ita idem Balbinus: Numero 12. fuere, iisque alendis attributa villa, nemo annis 10. junior admittebatur, ætatis anno 18. è contubernio dimittebatur.*

BONITAS, Exactio sub specioso *Bonitatis* nomine, tanquam gratuitò à subditis dominis præstaretur. Leges Comitis de Monteforti an. 1212. pro Albiensibus: *Nullus Baro, Miles, aut quilibet alius dominus, cui Comes dederit terram in partibus istis, poterit exigere ultra mensuram talliæ statutam, & confirmatam, literis eorundem dominorum, & Comitis, sive nomine talliæ, aut Quæstæ sive Bonitatis, vel cujuscunque alterius causa.* Chartul. Abbat. Majoris Monasterii, seu Vindocinense Thuani, n. 11. *Cœpit dicere quòd ille Odo habuerat ei conventionem, ut omni anno faceret ei aliquam Bonitatem. Quam cùm nollemus ei facere, quia falsum erat quod dicebat, saisivit decimas, quas olim nobis ipse auctorisaverat.* Charta Bertæ Comitissæ Blesensis anni 1001. in Tabulario Abbatiæ Burguliensis fol. 101. *Ut simul Bonitatis & eleemosynæ efficeremur participes.* Vide Consuetud. localem *de Soesmes* art. 2.

Bonitas. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 108. §. 1. *Quidam homo diabolo instigante dixisset ad servum alienum: Veni, & occide dominum tuum, & ego tibi facere habeo bonitatem quam volueris.*

Bonitas, Felicitas, beatitudo, apud Alypium Antiochenum in Descript. orbis cap. 2. Vide *Malitia*.

BONNA, *Bunda*, *Bodina*, *Bodula*, Terminus, limes.

Bonna Glaber Rodulfus lib. 2. cap. 10. *Multi ibi limites quos alii bonnas vocant, suorum recognoverunt agrorum.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 69. *Fecerunt donum & finem ac pacem de terra de Vivent Deo & hujus loci Fratribus, sicut post ostensa & limitibus sive indiciis est manifestata, quas vulgus Bònnas appellat.* Charta Radulfi Comit. Suession. an. 1209. in Chron. Abbatiæ Longipontis, pag. 124. *Sicut bonnis & intersignis disterminatum est (nemus) Bonne,* Gallis nostris. Lat. Gall. *Meta, termes, boonne.* Guill. *Guiart:*

Et refait mettre hors des bonnes,
Bien plus de douze cens personnes.

Hinc *Bonneer*, pro *Borner*, limitem figere. Gloss. Lat. Gall. *Metari, Boonner.* Assisiæ Hieros. cap. 257. *Ils le doivent suivre & pourchasser la devise, & bonneer là.* *Terres abonnées* dicimus vulgò possessiones definita ac determinata pensione annua, ab cæteris præstationibus immunes.

Bonagium, Jus quod Majoribus villarum maximè competit in defigendis metis in terris vassallorum. *Bornage*, in Consuetudine Peronensi, ubi dicitur jus istud spectare ad Majorem & Scabinos ejusdem oppidi. Terrarium insulæ Adami: *Le fief de Hardivillers a droit de voirie, forage, roüage, Bornage, 12. paires de gand de chevrotin, un estuef, un chapeau de roses, &c.* Tabularium S. Dionysii an. 1208. & 1235. de Majore *de Sorbais: Habebit Bonagia, investituras, homagia, &c.* Alia ann. 1240. *Et habere debet præter Bonagia & saisinas, &c.* Alia ejusdem anni: Manasserus de Gornaco vendit *quicquid habet in Majoria de Balliolo, exceptis Bonagiis, saisinis, & foragio.* Alia an. 1237. ibid. *Bonnagia S. Dionysii spectant ad Majorem ad usus & consuetudines de Ulliaco.* Charta an. 1263. in Tab. S. Mauri Fossatensis: *Notum — quòd nos dedimus Joanni dicto Juveni de Nongento ad vitam ipsius — Majoriam nostram de Nongento cum duobus arpentis prati, necnon rotagium, foragium, & Bonagium, investituras, districta, & alia omnia ad nostram Majoriam de Nongento pertinentia.* Charta Matthæi Comitis Bellimontis an. 1184. *Ubicunque verò prædicti hospites terras juxta vias appendentes habuerint, Majorem meum requirent, ut terris suis metas imponat, &c.* In eodem Tabulario sæpe *Bonagia* & *metæ* confunduntur. Hinc

Fixio metarum, pro *Bonagio.* Charta an. 1220. ex eodem Tabulario S. Dionysii, de Majore de Corneliis: *Saisinas recipit, figit metas, cùm figendæ sunt, de singulis saisinis seu investituris habet 2. sextarios vini mediocris, & de fixione metarum habet unum sextarium vini, scilicet mediocris.* Alia an. 1214. ibid. *Habebit Prior Rulliaci pro metis figendis 4. denarios, &c.*

Abonagium, idem quod *Bonagium.* Charta Ludov. Regis Fr. an. 1225. in Tabulario S. Dionysii, de Majore de grandi puteo: *Habet — omnimodam justitiam in hominibus & hospitibus S. Dionysii, citationes, arraminas, districta, Abonagia, denarios, &c.* In alia an. 1244. Girardi de Dilugio: *Foragia, Abonagia, Botagia, &c.*

Esbonagium, eadem notione. Tabularium S. Dionysii, an 1216. *Saisinæ & Esbonagia cum advenerint.* Charta an. 1250. in Tabulario Capituli Paris. lib. 2. Ch. 35. *Et de omnibus pertinentibus ad Majoriam antedictam* (de Civiliaco) *videlicet messariam, investituras, Esbonagia, cossatum, & pissatum grangiæ de Civiliaco.* Regestum Parlamenti sign. B. fol. 119. inter Aresta an. 1298. *Item quòd quoddam Esbonagium à terra ipsorum Abbatis & Conventus S. Vedasti* (Atrebatensis,) *à terra & vivario Abbatis & Conventus de Monte S. Eligii faciendi idem Comes* (Atrebat.) *nitebatur multis rationibus per se fieri debere, &c.*

Esbonare, Mensurare, *Esbonner.* Tabular. Fossatense fol. 136. *Centum & decem arpenta nemorum — mensurata seu esbonata fideliter, &c.*

Debonatio. Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 481. *Et hæc omnia intra ista debonatione, cum cæteris terris, pratis, silvis, &c.*

Bunda, pro *Bonna*, Anglis Bound. *Metes & bounds*, in Littletone sect. 36. 44. &c. Inquisit. de forisfacturis forestarum Regis Angl. c. 16. *Inquiratur per quas metas & bundas singuli forestarii de fœdo teneant — forestas suas.* Monasticum Angl. tom. 1. p. 2 *De bundis 12. hidarum.* Pag. 3. *Hæc omnia infra bundas 12. hidarum contenta.* Charta Bartholomei Episcopi Laudunensis ann. 1147. *Sicut divisum est fossatis & bundis*, in Hist. Guinensi. Adde Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 8. §. 2. & Fletam lib. 2. c. 41. §. 30. lib. 4. c. 2. §. 17. &c. præterea Guilielm. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 3. pag. 358.

Bundare, Metas figere, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 236.

Bodina, idem quod *Bonda*, Meta, limes. Charta vetus sub Roberto Rege Fr. in Tabulario Monasterii Nobiliacensis in Pictonibus: *Alodus sic est circumcinctus & divisus per bodinas fixas & loca designata.* Occurrunt eadem verba in Diplomate Caroli Calvi in Tabulario S. Hilarii Pictavensis, & in alia Charta Monasterii S. Maxentii Ch. 132. apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 177. & 222. & in Tabular. Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 24. in Tabul. Brivatensi Ch. 18. 35. &c.

BODENA, Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 120. *Et in ipsa riparia, prato dominicario per bodenas fictas totum & ab integrum vobis cedo, &c.* Charta S. Willelmi Gellonensis edita à V. Cl. Joan. Mabillonio

lonio tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 89. *Ab Occidente infrontat in ipso Aviso* (rivo) *qui discurrit per convava montium in bodena antiqua, quæ est in supercilio montis, &c.*

Bodinare; *Bodinatus*, *Debodinare*. Tabularium Bellilocii n. 54. *Sunt ipsi mansi terminati vel bodinati*. N. 168. *Cum sint determinatæ vel debodinatæ*. Tabularium Conchense Ch. 221. *Et habet fines ipsa vinea de tres partes ab ipso venditore, & de quarto vero latus terram Roberti, quantumcunque infrà istas fines mea juxta est possessio, aut postea debodinata erit, &c.*

Bodula, eadem notione habetur in eodem Tabulario Bellilocensi n. 33. *Quæ bodulæ faciunt divisionem, &c.*

Butina, idem quod *Bodina*. Lex Ripuar. tit. 60. de traditionibus vel testibus adhibendis, §. 4. *Si autem ibidem infra terminationem aliqua indicia sua arte, vel butina vel mutuli facta extiterint, &c.*

Existimat Rigaltius voces *Bonna*, & *Bunda*, ab Agrimensoribus & Gromaticis nostros mutuatos esse, effictasque ex iis quas passim usurpant, *botones*, *botontini*, & *botontones*, quæ tumores, sive monticellos & colliculos, qui aliquando terminorum vicem funguntur, significant. *Aggeres terræ* dicuntur in Lege Bajoariorum tit. 11. § 3. *Terrarum tumores*, Julio Frontino de Coloniis, βουνοὶ, Græcis.

Botontinorum verò figuram repræsentat Hygenus de Limitib. constit. p. 222. Vocis mentio occurrit apud Innocentium, Vitalem & alios Gromaticos p. 230. 267. 272. 312. *Botontones finales* p. 243. 274. *Bottones* p. 288. Denique *Bodones* legit Cujacius ex MS. apud Paulum lib. 5. Sentent. *Qui arbores terminales evertunt vel qui convellunt bodones*. Vide Velserum l. 5 Rerum August. Somnerus in Gloss. Anglo-Sax. aliter censet de harum origine, putatque effictas ex Saxonico Binðan, ligare, nodare, vincire, & Binðela, vinculis constrictio: unde Angli *bundle* pro fasciculo dicunt. Hinc etiam, inquit ille, agrorum fines, termini, limites, metæ, Latinobarbaris *bundæ*, Anglis *bounds* dicta: quòd domino fundi sint in vinculum, ne eadem transgrediendo proximo injuriam inferret. Sed potior mihi est Rigaltii sententia.

BONNARIUM, *Bonarii*, *Bonnarium*, *Bonnuarium*, *Bonneta*, *&c.* Modus agri certis limitibus seu bonnis definitus. *Bonnier de terre*, apud Jacobum Hemricurtium in Speculo Hasbanico p. 6. Certè *bonarios* ipsos limites dictos, docet Charta Theodorici Episcopi Virdunensis ex Tabulario S. Vitoni: *Fines & metæ quos vulgò bonarios vocant*. Proinde vocem perperam Columb à *bobus* deducit. Formulæ veteres Pithœi cap. 25 *Hoc est, ad illa villa bunnaria tanta, manso cum superposito de vinea arpennos tantos, &c.* Adde c. 35. 67. Charta Ludovici Imp. apud Chapeavillum in Walcando Episcopo Leodiensi c. 34. *De terra arabili 2. partes de bonnario*. Charta Agii Episcopi Aurelian an. 854. *de terra arabili bunn. 13.* Vide Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 52. Buzelin. in Gallo-Fl. pag. 396. &c.

Bonuarium, perperam ni fallor, pro *Bonnarium*, habetur in Statutis antiquis Corbeïensis Monasterii lib. 1. cap. 7. *Ut unicuique Molinario mansus, & 6. bonuaria de terra dentur*. Mox: *de illa terra, quæ ad illum mansum pertinet, id est, bonuaria 4.* Ita etiam legendum pro *Bunuarium*, apud Hariulfum lib. 3 Chronici Centul. c. 16. in Chronico Afflighem. c. 13. in Lege Langob. lib. 3. tit. 1. §. 46. & in aliquot formulis. *Bunnuarium* etiam legitur apud Hincmarum in Capitulis Synodal. c. 2. *Si habeat mansum habentem bunnuaria 12.* Perperam verò *bovarium* & *bouvarium*, pro *bonnarium*, apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 35. 228. & in Regesto pag. 33. & 36. scriptum legitur, ut & in Scheda veteri Luxoviensi edita in operibus S. Columbani p. 335. in Chronico S. Trudonis lib. 9. p. 458. & in Chronico Valciodorensi p. 564. Dicitur &

Bunnarius. Papias MS. ex Isidoro: *Bunarii, mensura quædam terræ, sicut jugera*. Charta an. 1167. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. c. 54. *Quatuor bunarii terræ, & dimidius silvæ*. *Bonnerius terræ*, in Hist. S. Martini de Campis pag. 342. *Bonarium*. in Vita Caroli Abbatis Villar. cap. 3. num. 17. *Bonarius*, apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 96.

Bonneta, pro modo agri, ejusdem videtur originis, qua *Bonnarium*, in Charta an. 1284. in Duchesnii Hist. Drocensi p. 320.

Bonnarii, *Bunatarii*. Constitutio Caroli Crassi de feudis, apud Freherum & Goldastum: *Mansionarius 5. solidos, Absarius 30. denarios, Bunatarius 15. quorumlibet larium possessores 6. suppleant*. Quo loco legendum censent Lindenbrogius *Bunnariarius*, id est, qui *Bunnarium* agri possidet. Huic emendationi favent quæ habentur in Legib. Normannicis vernaculis Willelmi Nothi à Seldeno editis capite 18. *Le Seignur pur 4. den. que il donrad, si erunt quites ses bordiers & ses borner, & ses serjans*. Id est, *pro 4. denariis quos donaverit dominus, quieti erunt Bordarii ejus, & ejus Bonnarii, & ejus servientes*. Quo loco *Boner* seu *Bonnarii*, sunt qui *Bonnaria* possident, ut *Bordarii*, qui *bordas*.

BONONES. Historia Balduini Lutzenburg. Archiep. Trevirens. lib. 2. c. 10. de seditione mota Mediolani contra Henricum Imp. à Guidone de Turre: *Aurum & argentum, omnisque cultus pretiosus à Bononibus distrahitur*. Infrà: *Tot ibi sunt Bonones rapinâ ditati repatriantes, quod ultra mensem plusquam Bonorum duo millia in exercitu* (Imperatoris) *deficere videbantur*.

BONONII, *Bonosii*. Vide *Boni homines*.

BONUM, id quod Latini *Bona* vocant, Facultates, nostris vulgò *Bien*. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 72. *Et ipse bonum suum recipere debebat*. Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 10. pag. 465. *Bonum de Provin ad id modicum defluxerat, ut vix solveret 7. marcas*. Vulgaris loquendi modus, *le Bien d'un tel lieu*. Charta Hilderici Comitis ex Tabulario S. Vitoni Virdunensis: *Hoc timore perterritus, trado tibi, sancte Vitone, bonum meum quod est temporale, sed indeficiens in perpetuum, &c.* Alia ibid. *Bonum nostrum quod habebamus ad Luniacum, &c.*

Bonuscula, diminutivum à *bona*, Facultates, apud Sidon. lib. 9. Epist. 6. & in leg. 29. C. Th. de Petit. & ultr. dat.

Bonum S. Mariæ, Superstitionis & paganiæ species, in Capitul. Karlomanni an. 743. cap. 19. *De petendo quod boni vocant S. Mariæ*.

Bonum, Morbi species. Vita S. Anselmi Episc. Lucensis n. 39. *Fuit Presbyter—cui malum id, quod per antiphrasim homines bonum appellant, unius oculi lumen abstulerat*.

BOOGDIE. Arestum an. 1411. in Hist. Betuniensi p. 116. *Unà cum servis seu gentibus suis servilis conditionis, es. lavis, advenis, & boogdie ad dictam terram de Kalkene* (in Flandria) *pertinentibus, &c.*

BOOLETUM. Vide in *Apratare*.

BOOTHEMATA, *Adjutoria*, Ugutioni: ex Græc Βοηθήματα.

BOQUERANNUS, *Bucaranum*, *Buchiranum*, Telæ subtilis species, Gall. *Bougran*. Gloss. Lat. Gall. *Byssus*, *Bouquerant*. Vincentius Belvac. lib. 30. Spec. Hist. cap. 85. *Aliæ mulieres boquueranno stricto sub cingulo multis plicis sumptuosis operato & insuto—vestiuntur*. Idem lib. 32. cap. 4. *Tunicas miro modo formatas portant de bucarano*. Et cap 7. *Bucaranum* hab. r. Paulus

Paulus Venetus lib. 3. c. 45. *Buchiranum.* Joan. Villaneus lib. 10. c. 168. *Palio di bucher ame bambagino.* Bocacius: *Una coltre dibucher ame Cypriana bianchissima.* Vide Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegavens. c. 22. *Le Roman de Jordain. MS.*

Tyres & pailes, bouquerans & cendez.

Le Roman d'Aubery MS.

Et le hauberc vait aprés desmaillant,

Ausis le cope come fit un bouguerant.

BOQUETALLUM. Extat Charta Gaufridi de Liziniano D. de *Vouvent & de Mervent*, data Spoleti an. 1232. qua Abbati Malleacensi dimittit *Expeditionem & exercitum, Bannum, Boquetallum,* quæ quidem ab hominibus Abbatis sibi deberi contendebat.

BORAN. Vide *Ran.*

BORBORIANI, Hæretici, qui, inquit Philastrius, *vitiis implicati sæculi & malis concupiscentiis servientes, non sperant judicium futurum, sed potiùs carnalem sæculi concupiscentiam laudant. Hi itaque in cœnum euntes, & inde obliti de cœno facies & membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrant.* Ex Græco Βόρβορος, *Cœnum.*

BORD. Concilium Budense an. 1279. c. 11. *Districtè præcipimus, ne Sacerdotes vel Clerici, in quovis ordine constituti, gladium vel cultellum, quod vulgariter dicitur bord, portent.*

BORDA, *Ora*, margo, Gallis, *Bord. Borda navis*, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 22. §. 3. cap. 44. *Ora navis.*

BORDA, *Clava*, in Gloss. Isid. Vide *Bohordum.*

BORDA, *Bordaria, Bordagium, Bordellum, Bordarius, &c.*

Borda, Domus, ædes, tugurium, ex Saxon. Borð, domus, hospitium. Charta Eadgari Regis Anglic. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 37. *Quinque videlicet mansas cum 15. carucis terræ, cum 18. servis, & 16. villanis, & 10. bordis, cum 60. acris prati, &c.* Charta Pontii de Montelauro an. 1219. in Regesto Carcassonensi pag. 59. *Et ibidem scilicet instrata fiet borda communis ad levandum pedagium.* Charta an. 1257. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 64. *Asseruit se habere — apud Villanolum duas masuras & unam bordam contiguas, sitas ad locum ubi dicitur ad Crucem, &c.* Fori Morlanenses art 36. *Si quis burgensis alicui vicino suo —vel domos suas, vel bordas, vel molendinos combusserit, &c.* Regestum Philippi August. fol. 166. *Et bordas cum 2. hostisiis, &c. Le Roman d'Aubery MS.*

Ni trouvissiez ne borde ne maison.

Le Roman de Garin le Loherans MS.

Ni a meson ne borde ne mesnil.

Bordaria, idem quod *Borda*, seu potiùs prædium rusticum, Occitanis *Bordo*, nostris *Metairie, Ferme. Borderie*, in Consuetud. Pictavensi art. 173. 174. 175. Charta Narbonensis an. 1066. *Queritur Guiffredus Archiepiscopus, quòd aufert ei ipsas bordarias quæ sunt ultra pontem in Parochia S. Pauli.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu: *In villa Fordgas bordariam unam, &c.*

Borderia terræ, in Tabulario Absiensis Abbat. p. 31. Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 8. *Dedi etiam unam bordariam terræ in foresta, & minutam decimam duarum parochiarum, &c.*

Borderiata. Idem Tabular. *Dono talleam & quidquid* habebam, scilicet in tribus *forderiatis Botecheuterie, quæ sunt de feodo Montrola.* Liber Chirographorum ejus Monasterii fol. 39. *Deditque pariter fratribus Absiæ unam borderiatam terræ, quæ vocatur Posseja.* Et fol. 111. *Medietatem trium borderiarum terræ.*

Bordagium, Tenetura species, ratione cujus *Bordarius*, seu qui in *Bordam* tenet, vilioribus servitiis domino obnoxius est, ita ut nec *Bordam* vendere aut alienare ei liceat inconsulto & invito domino; cujus quidem Bordagii nullum præstatur hominium. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 15. *Tenure par bordage, si est comme aucune borde est baillie à aucun pour faire les vils services son Seignor: ne poët lomme cel fiement ne vendre, ne engagier, ne donner, & de ç'en n'est pas hommage fet.* Tabularium Abb. Vindocin. Ch. 302. *De duobus autem bordagiis, quæ super nos clamabant, infra terram meam in respectu remansit, donec opportune idem placitaremus.* Tabul. Fiscanense fol. 39. *Reliquit etiam & abjuravit quoddam bordagium, quod erat dominicum Ecclesiæ Fiscanensis.* Charta alia in Hist. S. Nicolai Andegavens. pag. 20. *Donavi quoque tria bordagia terræ in Bigotaria.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 24. V. *Et in nemore S. Martini bordagium terræ, quod tenet Helie Brullou:* Alia Charta ex Tabular. S. Vincentii de Laboratorio: *Notum sit, — quod Dom. Avesgaudus S. Vincentii Abbas emit de Sucherio unum bordagium terræ de beneficio Helmanni, annuente Dom. Gervasio Archipræsule, &c. Bourdelage*, in Consuetud. Burbonensi art. 498. & seq. ubi dicitur *Bordelagium* ejusdem esse conditionis & qualitatis, qua tallia, nec posse distrahi aut alienari invito domino. Adde art. 257. 498. Consuetud. Nivern. c. 4. art. 28. c. 6. quod inscribitur *des Bourdelages*, ubi natura & genus istius Bordelagii pluribus exponuntur.

Bordarius, & *Bordellarius*, qui *Bordam* aut domum sub *Bordagii* vel *Bordelagii* onere possidet. Domesdei in Censu Hanton. provinc. *Terra est 4. carucatarum. In dominio sunt 2. carucatæ, & 20. Bordarii, & 4. servi cum 1. carucata, & 80. acræ prati.* Alibi: *Terra est dimidium carucatæ, & ibi est cum uno villano & 2. bordariis, & 10. acris prati.* Ibi passim, & in Chartis Anglicis. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. p. 181. ubi plura ex eodem libro censuali. Adde præterea tom. 1. ejusdem Monastici p. 111. 265. tom. 2. p. 951. Leges Guill. I. Reg. Angl. vernac. c. 18. & Ingulphum p. 908. 909. 911. Ubi Bordarii à villanis & servis distinguuntur, cùm alia species fuerit servitutis *Bordariorum* servitus, seu, uti vocabant, *bordagium.*

Bordi, etiam appellantur in Domesdei in Monastico Anglic. tom. 3. p. 306. *Semper una caruba, & 2. bordi.* Infrà: *Et modò in ista terra 12. homines, modò 3. bordi, semper 4. carucæ.* Ibid. *Semper duo bordarii, tunc una caruca.*

BORDIA. Tabular. Absiense fol. 10. *medietatem bordiæ terræ, quæ vocatur Berauderia, concesserunt.* Idem videtur quod *borderia.*

Bordelarius. Charta Ludovici D. Bellijoci pro libertatibus villæ Bellijoc. an. 1274. *Quicunque habet domum in villa Bellijoc. & facit usagia villæ, immunis est à leydis villæ & pedagiis in terra Bellijoc. & etiam bordelarius ab istis leydis & pedagiis immunis villæ usagia faciendo. Vassal Bordelier*, in Consuetud. Nivernensi c. 2. art. 6. *Detempteur Bourdelier.* c. 6. art. 4. 11. 15. &c. *Bourdelagier*, in Burbonensi art. 501.

Bordimanni, Bordmanni, iidem qui *Bordarii*, & *Bordellarii*, apud Anglos, ex *Bord*, domus, & *Man*, homo. Rentale de *Hawering*, apud Spelmannum: *Ibidem vocantur bordimanni, qui omnes tunc fuerunt bassæ tenuræ.* Domesdei: *In dominio est una carucata, & 25. villani & 33. bordmanni, cum 4. carucatis.*

Bordellum, Ædicula, tuguriolum, diminutivum à *Borda.* Willelmus Gemetic. lib. 7. c. 14. *Domunculam circundedit cum familia: Sorengus verò expergefactus de bordello exiit, & fugiens in vivarium exire voluit.* Monasticum Anglic. tom. 2. p. 206. *Et ortum ante portam atrii cum bordello. Le Roman de Vacces MS.*

A pié

A pié est & sans armes en un bordel entrez,
Ou un felon manoit, dedans s'est resconsez.

Alibi :

Ne laissent en Chartrain ne en Dive bordel,
Ne maison en estant qui soit fors du chastel.

Le Roman de Garin :

N'tot bordel que tant par fu petis,
Mien escient Chevalier ni gesit.

Charta an. 1277. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis f. 80. *Et la voie, puis la maison Biauvez jusques au bordel le Chanu.* Hinc nostros vocem *Bordel* usurpasse pro lupanari, docuimus ad Joinvillam, p. 63. quòd meretrices ut plurimum in domunculis, ac nullius momenti ædibus habitent. Monasticum Anglic. to. 1. p. 380. *Inquiratur qualiter dicti Canonici Capellam sive Eremitorium de Bordelbi primitus obtinuerint, & utrum ante conquestum dictum* Bordelbi *pro lupanari habebatur.* *Femme bordeliere*, pro meretrice, in Consilio Petri *de Fontaines* c. 4. §. 2. *Le Roman d'Amile & d'Amy MS.*

Quant j'estoie poacre & non puissant,
Un bordelet me feistes errant.

Vide Menagium & Octavium Ferrarium in Origin. Ital.

Bordelaria, idem quod *Bordaria*. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 48. *Duas bordelarias, quas olchias vocant, quæ debent 7. panes & 1. caponem, &c.* Fol. 7. *Præter mansum Aviti, & Bordelariam Escacherii, &c.* Fol. 31. *Duas bordelerias cum omnibus ad se pertinentibus & debitis servitiis.*

BORDERA. Annales Francor. veteres an. 784. *Eodem anno — obsedit Dom. Rex Karolus Herisburgo, & Franci sederunt in gyrum per borderes*, id est, in locis limitaneis : Galli enim *bords* & *bordieres*, Angli *borders*, limites vocant.

BORDHALPENY, Nummus qui in foro & nundinis solvitur pro erectione mensarum & tabularum ad exponendas merces. Ex Saxon. borð, & breð, tabula, & halenẏ, obolus. Idem videtur quod *Bordhalpani*, in Monastico Anglic. to. 2. p. 14. *Borghalpani*, p. 16. *Burghalpenni*, p. 827. *Borthalpeny*, to. 1. p. 976.

BORDIMANNUS. Vide *Borda*.

BORDLANDES, Anglis dicitur *Dominicum quod quis habet ad mensam suam & propriè*, ut est apud Bractonum lib. 4. Tract. 3. c. 9. §. 5. lib. 5. Tract. 1. c. 13. §. 5. ex voce *bord* mensa, & *land*, terra.

BORDLODE Servitium à quibusdam usufructuariis obitum, qui lege prædiorum asseres, vel tabulas sectiles de silva in domum vel curtem domini deferre tenerentur : à Saxon. borde, tabella, asser, & lode, onus, sarcina. Occurrit non semel in Chron. Vill. Thorn. an. 1364.

BORDONARII. Vide *Bardonarii*.

BORDUS, Ora, Gall. *Bord*, Necrolog. Ecclesiæ Parisiensis 18. Kl. Maji : *Eodem die obiit Agnes Castellana Belvacensis, quæ dedit nobis 2. cortinas, & 2. bordos cum cortinis.* Charta Philippi Episcopi Belvacensis an. 1217. in Probat. Hist. Drocensis p. 244. *Et duo paria chirothecarum demelioribus, & bordos ad parandum chorum, &c.* Vide *Bordera*.

Bordi, pro *Bordarii*. Vide in hac voce.

BORGELLA. Conspiratio, seditio. Hist. Obsidionis Jadrensis an. 1345. lib. 2. c. 14. *Generosi cives contra quos erat facta borgella, &c.* Fortè *Brigella*. Vide *Briga*.

BORGELOTE. Vide *Burghbote*.

BORGERASA. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 77. *Ipso die habemus ad refectionem & panem solito meliorem & calidum, & generale piscium, si quoquo modo inveniri possit, & potum dulcissimum, qui vulgo dicitur Borgerasa, quam per omnes quintas ferias Quadragesimæ & Dominicas habemus, exceptis tribus, id est, prima Dominica, & media, & illa de Ramis Palm. in quibus habemus Pigmentum : ad cujus tamen Borgerasæ propinationem in diebus privatis non pulsatur scilla.*

BORGHA, & *Burgha*, Anglis dicitur ea Comitatus sive provinciæ portio, quam olim *Decaniam*, *Decennam*, *Decuriam*, *Decimam*, & *Friburgam* vocabant, inhabitata à Decemviris, qui in solidum fidejussores erant erga Regem de iis quæ in *decenna* perpetrarentur. Quippe Aluredus Rex, qui vixit an. 880. Angliam totam in Comitatus, Comitatus in Centurias, atque has in Decennas seu Decurias divisit. Decuria, ut infrà docemus, constabat decem familiis, seu viris, quorum singuli fidejussores erant erga Regem de se bene gerendo, ita scilicet ut delinquentem quemlibet ceteri novem in judicio sisterent, fugientemque intra 31. dies redderent, vel ipsimet lege tenerentur. Atque vox, *Borgha*, occurrit non semel hac notione apud W. Thorn. p. 2021. 2053. *Burgha* verò p. 2033.

Borghealdir, dictus primarius istius sodalitii septemviralis, apud eundem W. Thorn. p. 2021. ex borh, fidejussor, & ealdor, senior, princeps, capitalis, quasi primarius fidejussor, & *capitalis plegius.*

Burghessaldus, & *Borgesaldrus* appellatur eidem p. 2033. 2034. 2053. *Bosholder*, *Bursholder*, & *Borowholder* dicitur præterea Spelmanno.

BORGUM, *Borghum*, Vadimonium, ex Saxonico Borgh, quod idem sonat, in Legibus Edwardi Senioris apud Bromptonum, c. 3.

Borgi fractura, Plegii fractio, in Legibus Inæ Regis Westsaxiæ c. 49. apud eundem Bromptonum, ubi Editio Saxonica Lambardi c. 46. Burhbryce habet, quod & aliàs Borhbryce, & Borgbryce, scribitur in Legibus Aluredi Saxonicis c. 3. à Borgh scilicet, *fidejussio, plegium*, & bryce, fractio. Angli omnes, ait Spelmannus, decemvirali olim fidejussione pacem regiam stipulati sunt. Quod autem in hanc commissum est, *Borgbrech* dicitur in Legibus Henrici I. c. 10. Monet idem Spelmannus *Borghbrech* & *Burghbrech* promiscuè scribi, quod improbat Somnerus, scribens *Borghbrech* esse vadimonii fractionem ; *Burghbrech*, burgi seu castri effractionem. Certè quidquid dicat Somnerus, *Burhbryce* habent Leges Inæ Saxonicæ, ut & Ranulfus Cestrensis, apud Spelmannum : *Burghbrich*, i. *læsio libertatis aut septi* : *Gallicè, blesmeure de courte ou de close.* Sed & Germanis *Burg*, vas dicitur, sponsor ; *ver Burgen*, vadari ; *burgschafft*, vadimonium.

BORIA, Prædium rusticum, *Borderia*, vox Occitanica ; Arvernis, *Boire*. Guill. de Podiolaurentii c. 6. *Cum — guerras gerendo cum Raimundoforti de Bellopodio vassallo suo inutiliter ferè triennio consumpsisset, & borias suas & fortias creditoribus obligasset, &c.* Charta Guillelmi de Gordonio pro Monasterio Obasinensi an. 1241. apud Sammarthanos : *Ego dedi & concessi — & boriam de las Prevairias, & terram de Gros Cayro, &c.* Alia Geraldi Episcopi Tolosani apud Catellum in Hist. Occitanæ p. 886. *Non possim vendere — aut alienare prætaxatos honores, scilicet boriam quæ fuit Geraldi de Lembers cum omnibus suis pertinentiis quam ab eodem Geraldo acquisivi, &c.*

BORIN. Charta vetus apud Ægid. Gelenium in Colonia pag. 69. *Colorem, qui vocatur borin, jure dare debent omnes servientes illic habitantes.*

BORMIS. Albertus Argentinensis in Chronico pag. 102. *Henricus quoque — habens equum indomitum pressuram bormis seu aciei exercitus Regis sufferre non valens, tacto equo cum calcaribus, primus Bohemos invasit.* Ubi videtur legendum *Stormis*. Vide *Stormus*.

BORNEWING, *Borthnenligh*, Tributi aut servitii species apud Anglos. Monasticum Anglic. tom 2. p.812. *Sint quieti — de scutagiis & assisis, & summonitionibus, & tallagiis, & franco plegio, & bornewing, & de omnibus occasionibus & consuetudinibus.* At p.807. aliter scribitur hæc vox : *Summonitionibus & tallagiis, franciplegiis & de borthnenligh.*

BOROWGH. Vide *Burgus.*

BOROWHEAD. Vide *Headborow.*

BOROW *English.* Vide *Burgh english.*

BOROUHOLDER, *Borsholder,* Vide *Borga.*

BORRA. Tomentum, *Bourre.* Charta Guillelmi Episc. Carnotensis an. 1166. in Hist. Perticensi p.195. *Ad basturas asinorum & equorum— in domibus fullonum S. Sepulcri — borram capient.*

Borratium, Vestis ex *borra* seu tomento confecta, coactilis, Gambeso. Hist. Episcopor. & Comitum Engolismensium c. 19. Arnaldus (Comes Petracoricensis,) cognomento Borratio, pro eo, quia cum ipsa veste lupum diabolicum homines devorantem appetiit, & manibus gestans militibus occidendum, præbuit.

BORT, vel *Borde*, ut Hispani efferunt, pro filio notho : unde Sebastianus Cobarruvias Francicam vocem *Bordel* accersit, pro lupanari. Priorem verò à *Burdo*, mulus, quòd ex equo & asina nascatur. *Le Bort de Rabestens*, pro notho ejusce cognominis, in Charta laudata in Notis nostris ad Joinvillam p.63. *En Jaume de Aragon fill bort del Rey En Jaume*, in Chronico Petri IV. Regis Arag. c.25. Adde lib.4. c 5. lib.5. c.1. Raimundum Montanerium in Chron. Regum Aragon. c.250. 261. &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscensib. an. 1247. fol.16. *Siquis furatus fuerit arborem plantatam in vinea, aut horto alicujus, quæ sit fructifera, est ibi calonia 60. solid. — & si fuerit filius bort, aut ramus abscissus, qui exeat de illa arbore, de die habet caloniam 5. solid. & de nocte 60. sol. &c.* Ubi *filius bort* appellari videtur ramus in arbore non legitimus, id est, qui à radice vel trunco exeat.

BORTHALPENY. Vide *Bordhalpeny.*

BORTHNENLIG. Vide *Bornewing.*

BORTMAGAD. Lex Frisionum tit.13. *Qui cum ancilla alterius, quæ nec mulgere, nec molere solet, quam Bortmagam vocant, mœchatus fuerit, &c.* Germani, *Magt*, & *Maget*, ancillam dicunt ; *bord* veteri lingua Saxonica est *domus.* Est igitur *Bortmagad*, ancilla ex honoratioribus, quæ vilibus officiis non inserviunt, quales sunt eæ quas *Abras* vocant. Sicama *Hertmagad* legendum censet, ut sit, quæ in interiori domo pro domino & familia focum & stratum procurabat.

BORTREN, Annonæ species. Capitulare Caroli M. an.797. apud Holstenium in Collect. Rom. §.11. *De annona verò bortrinus pro sol. 1. scapilos 40. donant, & de sigale 20.* Infrà : *Mel verò pro solido bortrensi siglæ 1. & medio donant.*

BOS. *Boves aratores, aratris dediti*, in l. 1. Cod. Th. de Cursu publ. βόες ἀροτῆρας, apud Hesiod. in Oper. & dieb. βόες ἐργάται, apud Artemidor. lib.2. Onirocritic. c.12. γεωργοὶ βόες, apud Harmenop. lib.5. c.10. §.11. *Animalia aratoria*, in Constitutionibus Catalaniæ MSS. ubi dicuntur esse in securitate publica : *Boves verò aratores & cætera animalia aratoria cum instrumentis aratoriis & suis bubulcis, & cum eis qui eos custodierint, postquam exierint à domo causa arandi, vel seminandi, sive custodiendi, donec ipsi homines redierint in domos, sub eadem mittimus defensione & pace, & boves aratores, & cætera animalia aratoria sub eadem ponimus pace.* Lucianus Presb. de Invent. corporis S. Stephani : *Oportet me colligere de possessione illa bovem illum maximum aratorem, qui & carro & aratro aptus est.* *Boves aratorii*, in Aresto an.1267. in 1. Regesto Parlamenti f.51. *Bœufs aratoires*, in Consuet. Bayonensi tit.13. art. 2. Labourtensi tit. 3. art. 18. tit. 14. art. 3. S. Severi tit. 3. art. 4. *Lo bœu tirador*, in Consuet. Solensi tit. 15. art. 7. tit. 16. art.7. *Bœuf d'arée*, in Consuetud. Santonensi art.16. De Bobus aratoribus vide Fletam lib.2. c.73. §. 2. 3. l.7. Cod. Quæ res pignori obligari possunt, & Cujac. lib.4. Obser. c.20.

Bos aquensis. Tabularium S. Remigii Remensis ; *Exeunt inde fœtas 16. cum agnis, & anniculi 15. — Scindula 650. pro bove aquensi denarii 16.* Alibi : *Ad macerias monasterii, seu alterius loci, faciunt manopera, pro bove aquensi annis singulis dant den. 1.* Ibidem : *Excutit annonam dominicam, facit & servitium aquense, dans pro ipso aquensi bove den.1.* Occurrit ibi pluries. Vide *Hostelicia.*

Bos domitus, in Lege Bajuvar. tit.8. §.6. Gregor. M. lib.10. Epist.12. *Boves domitos parium unum, vaccas duas, &c.* Adde Chronicon Benevent. S. Sophiæ p. 607. 611.

Bos medianus, in Lege Aleman. tit.78. *un bœuf de moienne grandeur*, vel medii pretii, inter *bovem optimum, & minorem*, ibid.

Boves junctorii, in Lege Longob. Edit. Herold. tit. 100. §. 13. tit. 101. §. 50. ubi perperam Editum *bove vinitorio*, pro junctorio.

Bovem & Leonem foris in fronte Ecclesiæ olim depingi solitos, ait Durandus lib. 1. Ration. cap.3. num. 5.

BOSCIDA, *Qui cedit boves, macellarius*, Ugutioni: *Boviscida*, Joanni de Janua. *Bucædas* habet Plautus in Mostellaria.

BOSCUS, Silvæ, foresta : Franco-Belgis, *Bos*, aliis *Bois.* Italis, *Bosco.* Testamentum Ramnulfi, qui vixit sub Lothario Rege, in Tabulario S. Mariæ de Fontibus apud Cadurcos : *Et illas terras de monte Nebutiano, quas Rigaldus tenet in feuo, & boscum de Arla, quantum ad meam partem pertinet, &c.* Vide Leges Eduardi Confess. c.8. §.2. Occurrit passim. Qui iam à βοσκὴ, *pastio* animalium, quòd in silvis pascantur, vocem deducunt. Extat in Basilicis titulus περὶ νομῶν, ἤτοι βοσκῶν. Alii à Germanico accersunt. Porrò *boscus* pars est etiam forestæ. Vide Aresta Parlamenti S. Martini an.1289. in Reg B. Capitula Placitorum Coronæ Regis apud Hovedenum pag. 784. *Item præcipit quòd nullus adgistet boscos suos intra metas forestæ suæ, antequam bosci eorum adgistentur.* *Dominici bosci Regis*, ibidem.

Bosihero, Lignator, in Charta an. 1270. in Probat. Hist. Drocensis p.280.

Bosquerare. Pactum inter Thomam Comitem Sabaudiæ & Abbatem Pinarolensem an.1246. *Hoc etiam addito, quòd Abbas & Conventus ad opus dicti Monasterii in perpetuum possint bosquerare, & pascuis uti, quantum eis necesse fuerit, per totam terram dicti Comitis.* Italis *boscheggiare*, est in silvas crebrò ire. At hîc *bosquerare*, idem valet, quod pecora in silvas immittere.

Buscus, idem quod *Boscus*, in Charta Lotharii III. Imp. an. 1125. in Bullario Casinensi tom.2. p. 149. Auctor Mamotrecti in 3. Reg.14. *Lucos, i. buscos.*

Buscus mortuus, vivus. Practici nostri *Boscum vivum*, seu *Bois vif* appellant, arbores & virgulta, nemorum infructifera, ob idque mortuum boscum. *Mort bois* dicunt, quòd fructus non ferant : Boscum verò mortuum, seu *Bois mort* appellant, qui revera mortuus, id est, siccus est. Hoc discrimen observare est in Consuetudinibus Municipalibus, ac præsertim in Nivernensi c.17. art. 12. *Mort bois est tenu & reputé bois non portant fruit ; & Bois mort est bois cheu, abatu, ou sec debout, qui ne peut servir qu'à brusler.* Vivi igitur bosci usus est ad ædificandum, mortui verò

vero ad ardendum. Ita passim Chartæ veteres. Charta Mauricii Episc. Parisiensis an. 1189. in Tabular. S. Maglorii: *Convenit etiam ut domus S. Juliani boscum habeat etiam in foresta absque omni consuetudine, tam vivum, quàm mortuum, tam ad ardendum, quàm ad ædificandum.* Infrà: *Vivum nemus ad ædificandum, mortuum ad comburendum.* Regestum Philippi Aug. fol. 172. *Heremitæ deserti habent herbergamentum ad vivum nemus per liureiam, & mortuum nemus ad ardendum sine liureia.* Charta an. 1225. in Notis ad Vitam S. Bernardi Tironensis Abbatis: *Videlicet nemus vivum ad herbagium, & nemus mortuum ad calefaciendum.* Tabularium Campaniæ: *Habent usuarium in prædicto boscho, vivum ad hospitandum, & mortuum ad ardendum.* Vetus Charta in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. *Omnem boscum meum vivum ad domos ipsorum, & ad omnes necessitudines domorum faciendas, & mortuum ad omni tempore calefaciendum.* Vetus Notitia apud Louvetum in Bellovaco p. 531. 1. Edit. *Et concessit quòd in prædicta silva B. Petri & hospites sui habebunt vivum ad ædificandum, & mortuum ad comburendum, &c. Nemora mortua*, in Charta Ludovici Hutini an. 1315. pro Normannis.

Buscale, idem quod *Boscus, Bois*, seu potiùs *Broussailles*, dumeta. Tabularium S. Remigii Remensis: *Habet ibi buscalia map.* 1. Charta Conradi Imp. an. 1038. in Bibl. Sebus. p. 208. *Piscationes, foresta, silvas, pascua, buscalia, &c. concedimus.* Charta Guillelmi Episcopi Mantuani an. 981. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 54. *Cum silva & buscaliis, &c.* Pag. 56. *De terra arabile juges 4. silvis & buscalibus juges 96.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 54. *Et ea quæ habent in Marselina, cultum & heremum, prata & boscalia.*

Buscagium, Præstatio pro buscis, seu lignis quæ in urbem inferuntur. Liber censuum & feodor. Comitatus Carnotensis fol 1. *Les Coustumes des portes de Chartres appartienent à la Prevosté, quant elle est venduë; c' est à savoir le deaublage, le tonli, & le buscage.* Et fol. 18. *La Coustume du buchaige & du laignage,* (lignagium) — *Marchant qui ameine à Chartres merrien esquarré,* — *qui ameine en charettes charnier, tan, peles, fourches, & . doit &c.*

Buscaria, Boscus, vel dumetum. Vetus Charta apud Ughellum tom. 3. p. 455. *Cum — silvis, buscarus, stirpetis, pratis, &c.*

Buscivi terra, in qua *Busci* seu *Bosci* sunt vel silvæ, apud Rollandinum in Summa Notariæ. Vide *Busca*.

Nescio an quis probet eorum conjecturam, qui *Boscum* à *Pascuum* effictum volunt, illud verò à Gr. βοσκεῖν, quòd in silvis pecora pascantur. Vide Octav. Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ in V. *Bosco*.

BOSIA, *Bosiare*. Vide *Bausia*.

BOSSA, Tumor, tuber: Gall. *Bosse*: propriè de ulcere pestifero quod Itali *Bozzam* vocant. Vita Clementis VI. PP. p. 87. *Tantus timor omnes invaserat, quòd statim dum ulcus, seu bossa, qui vel quæ ut in pluribus in inguine, aut sub axella apparebat cujusque, dimitteretur ab assistentibus.* Vita Innocentii VI. PP. p. 136. *Mortuæque sunt personæ quam plurimæ de bossis, antracis, & carbunculis, & similibus ulcerationibus.* Occurrit etiam apud Continuatorem Nangii.

BOSSANAYA, Monetæ Barcinonensis species. Chronicon Barcinonense: *Anno 1209. fuit aspersa moneta dicta Bassanaya, quæ duravit tribus annis, scilicet usque in anno 1212.*

BOSSELLAGIUM, Præstationis species. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1145. pro fundatione Abbatiæ Perseniacensis, apud Ægidium Bry in Hist. Perticensi lib. 2. p. 117. *Sint quieti & liberi de teloneo, passagio, pontagio, pedagio, costumis, talleis, hallagio, havagio, bossellagio, reparatione viarum, pontium, &c.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 31. *Item, ubi steterit in villa de honore Archiepiscopi Gervasii ad vendentum bladium suum, cum bossellagio suo reddente liberabitur servo per totum honorem Archiepiscopi Gervasii.*

BOSSONAGIUM. Charta Philippi II. Reg. Fr. an. 1170. apud Perardum p. 244. *Et in universa terra ejus non habet talliam, vel porrelagium, (f. porcellagium) vel Bossonagium, seu annonagium.* Forte ex Gall. *Boisseau*.

BOSSIDA. Vide *Buxis*.

BOSTAR, Stabulum boum, Bovile. Papias: *Bostar, locus ubi comburebantur corpora boum, vel statio boum.* Gloss. Lat. Græc. *Bustra*, βυστάσιον, leg. *Bostar*. Gloss. Sax. Ælfrici: *Bostar*, vel *Bovtale*, Ꝩcipen. Ingulphus: *Fecit tum horrea, bostaria, ovilia, & coquinas.* Kilienus Mon. in Vita S. Brigidæ n. 18.

Nam mihi nulla modò servatur bostare vacca.

Abbo lib. 2. de Bello Paris.

Efficitur bostar Germani Antistitis aula.

Occurrit præterea apud Matth. Paris. an. 1234. Bromptonum, & alios Scriptores. Vide Joan. de Janua.

BOT, *Bota*, inquit Spelmannus, Anglo-Saxonibus est *Emendatio, refectio, restauratio, compensatio.* Sententia lata per Henricum Romanorum Regem in solenni Curia, apud Aquigranum an. 1222. mense Majo, pro Henrico Duce Brabantiæ, in vet. MS. *Si citatus non comparet ad primam citationem, emendam solvere tenetur, quæ Bota vocatur.* Charta Roberti Comitis Flandr. in Tabulario S. Bertini: *Et nisi perrexerint,* (in expeditionem) *Comes super Abbatem placitando emendationem vel bot accipiet ab ipso Abbate, quòd remanserunt.* Occurrit crebrò hæc vox in Legibus Anglicis antiquis, sed plerumque cum aliis verbis conjuncta, ut in *Circbota, Burgbota, Brugbota, &c.* i. Ecclesiæ, burgi, pontis restauratio.

BOTA, *Botta*, Ocrea, Gall. *Botte*, ex Cambro-Britannico, *Bottas*, sotular. Vincentius Belvac. lib. 29. c. 28. *Botis nunquam usus est, nec etiam pedulibus nisi simplicibus.* Statuta pro Ecclesia S. Vulfranni Abbavillensi in Tabul. Episcop. Ambian. fol. 134. *Et initio hiemis botas — percipiant.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Additamentis ad Matth. Paris p. 62. *Æstivalibus largis seu botis pro calceamentis utuntur.* P. 164. *Sacerdotes botis, seu æstivalibus, aut caligis nigri coloris vel bruni, cum sotularibus bassis, pro calceamentis utantur.* Institutiones Capituli General. Cisterciensis distinct. 14. c. 21. *Conversi in grangiis botas non habeant.* Radulphus in Vita S. Richardi Episc. Cicestrensis n. 86. *Botas quasdam quibus uti solebat, transmisit eidem, quibus infirmus calceatus, &c.* Statuta Ord. Præmonstrat dist. 1. c. 9. *Omni tempore lectionis in nocturnalibus botis esse possunt.* Constitut. Ord. Prædicat. distinct. 1. cap. 10. *Ocreas non habebimus, nec Chirothecas. Bottæ extra septa Monasterii non portentur.* Adde Chartam Manassis Episcopi Aurelian. an. 1210. in Probat. Histor. Blesensis p. 11.

Botarum præstationes. Charta Ranulfi de Capricuria, in Monastico Anglic. tom. 1. p. 659. *Dederunt Monachi eidem sorori meæ 10. marcas argenti, & mihi tres, & annuatim pelliceam Monachorum, & botas.* Alia ibidem: *Et annuatim dabunt pelliceam mihi, & botas Monahi, & unum Monachum pro me fecerunt, & me Monachum facient, quando voluero.* Et tom. 2. p. 850. *Jus & clamium quod dicebamus nobis competere in una pellicia, & uno pari botarum nomine servitii.* Tabular. S. Dionysii: *Exigebat — semel in anno sibi & 10. Militibus apud S. Dionysium hospitationem, & botas, ut vulgo dicitur, atque pelliciam.* Tabularium S. Bertini an. 1226. *Viginti sol. qui dati fuerant prædecessoribus meis pro stramine & botis.* Et anno 1210. *Et quòd pellicium & botæ annuatim, & 3. procurationes apud S. Bertinum nobis deberentur.* Denique an. 1229. *Et insuper ab Abbate pellicium*

cium & botas in festo S. Martini accipiet, qualia dari Militibus est consuetum.

Botta. Concilium Andegavense an. 1365. can. 19. *Et quòd bottis vel sotularibus corrigiatis utantur.* Regula Canonicorum Ordinis S. Marci de Mantua, apud Alexandrum IV. PP. in Regesto anni 7. ex Bibl. Regia: *Cottam tamen & bottas non habeant, nisi pro aliqua rationabili causa bottæ concedantur alicui à Priore.*

Botus, in Vita B. Walteri de Birbeke c. 5. n. 6. ubi paulò antè *sotularis* dicitur.

BOTA, *Botagium*, *Botatus*. Vide *Buttis*.

BOTATORIUM. In Regesto 31. Chartophylacii Regii habetur Charta anni 1263. qua Renaldus de *Chigy* & ejus uxot vendunt Regi *tres partes quas se habere dicebant in quodam* Botatorio *sito apud Villam novam Regis, ante Tiratoria ejusdem villæ, quæ sunt juxta viam, per quam itur de Villa nova Regis apud Senonis, in quo* Botatorio *dictus Rex habebat quartam partem, ut dicebat, & plateam tenentem dicto* Botatorio.

BOTELLA. Vide *Botellus*.

BOTELLAGIUM, Præstationis species, quam *Bouteillage* vocant, præstatio scilicet unius vini lagenæ, quam *Bouteille* dicimus, pro singulis doliis vinariis quæ certo anni tempore distrahuntur. Charta Vitriacensis an. 1157. *Concessit burgum S. Martini cum cœmeterio, & omnes redditus eorum præter botellagium & furnum.*

BOTELLUS, *Botulus*, Tertulliano, intestinum, interaneum, Italis, *Budello*. Lex Angliorum tit. 5. §. 14. *Si intestina, vel botelli perforati claudi non potuerunt.* Lex Frision. tit. 22. §. 51. 52. *Si ventrem vulneravit, 12. sol. componat: si botellum vulneraverit, 12. sol. si perforaverit 24. sol. componat.* Addit. 3. ad easd. Leg. tit. 3. §. 31. *Si stomachus, vel botellus perforatus fuerit, ita ut stercus per vulnus exierit.* Galli dicimus *Boyau*, olim *Boël*, & Bouële, vocabulo magis ad *botellus* accedente. Gloss. Lat. Gall. *Exta*, Bouelle. *Le Roman de Garin:*

Parmi les portes entrerent li navré,
Dont meint boël fu fors des cors jetté.

Idem:

Tant cop donner, tant Chevalier chaïr,
Tante boële entre chevax gesir.

Alibi:

Et maint destrier mort & esboëlé.

Guill. *Guiart* an. 1264.

Destriers trinant leurs bouëles,
S'en vont fuiant vuide les seles.

Et an. 1304.

Trois ou quatre en percent tout outre,
Qu'aux mortiex colées sentir,
Ne peuvent armes garantir,
D'aucuns voit-on bien les bouëles.

Budellus in Consuetud. Ecclesiæ de Regula apud Labeum to. 2. Bibliothec. *Si extraneus portaverit sturjonem, denarium habebit claviger, & si ibidem fractus fuerit sturjo, nerbilium & budellum habebit.* Budel, Occitanis.

Botellus, Lucanica, *Botulus*, Festo, Gallis, Boudin, Gloss. Lat. Græc. *Botulus*, φίσκος; sed legendum φύσκη, monet Salmasius. Suidas: φύσκη, τὸ παχὺ ἔντερον, εἰς ὃ ἐμβάλλεται ἄλευρα καὶ κρέα, καὶ μάτιυσιν, ἐξ οὗ γίνεται ὁ ἀλλᾶς. Apitius lib. de Re culinaria c. 5. *Vulvulæ, botelli, & bulbuli hysiciata sic fiunt.* Infrà: *Botellum sic facies ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, &c.* Guarinus Ord. Fratr. Prædicat. in Vita B. Margaretæ Hungaricæ num. 20. *Pro quadam infirma desiderante boudellos, seu intestina porci, &c.* Perperam editum *bondellos*

BOTGLARIA, Armorum species. Libertates Bergeraci in Vasconia. *Item armaturæ, utpote enses, lanceæ, scuta, botglaria, loricæ, plata, pilleus ferreus, &c.*

BOTHA, Officina, ἀποθήκη, Italis *Potheca*, Gallis *Boutique*. Lex Burgorum Scoticorum c. 40. *Mercator qui habet stallum coopertum in die fori (nundinarum) vel botham in die fori, dabit obolum pro consuetudine & custuma sua*, Cap. 71. *Nullus carnifex occidat animalia de nocte, nec emat, sed clara diei luce, & in propria botha sua.* Iter Camerarii Scotici cap. 1. *Nomina fratrum Gildæ, & tenentium bothas mercimonii.* Charta Ricardi I. Regis Angl. in to. 2. Monastici Angl. pag. 132. *Et duas mansuras liberas ad bothas suas faciendas.*

BOTHENA, *Bothyn*, Baronia, aut territorium vel districtus domini, apud Scotos: nam, ut auctor est Buchananus, primi Reges Scotiæ, regno in Baronias diviso, cunctas opes agrosque Regios, meritorum habita ratione, magnatibus suis diviserant, quos *Barones* inde appellavere. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 9. §. 6 *Si aliquis emat bladum in aliqua Bothena, & transeat ad aliam Bothenam, & ibi moram faciat ad tabernam.* Et §. 7. *Si aliquis capiat terram ad firmam in aliqua Bothena.* Statuta Davidis II. Regis cap. 5. *Si quis manens in una Bothyn, id est, Baronia, capiens namum in alia Bothyn seu Baronia absque licentia domini, &c.*

BOTICA. Vide *Apotheca*.

BOTIS. Jus Vicentin. lib. 1. *Faciant, quòd pontes, degoræ ac botes in civitate constituantur, &c.*

BOTOLOS. Ricardus Hagustaldensis c. 14. *Hujus tam flagitiosi sacrilegii emendatio sub nullo judicio erit, sub nullo pecuniæ numero claudetur, sed apud Anglos Botolos, id est, sine emendatione vocatur.* Ubi Somnerus censet legendum *botleas*, ut in Legibus Kanuti politicis c. 61. ubi eodem sensu occurrit: à Saxonico boꞇ, mulcta, compensatio, & leaꝩ terminatione, quæ vim privationis habet.

BOTONES, Gallis *Boutons*, Fibulæ, globuli Concilium Albiense cap. 15. *Clericus botones vel firmallos aureos — deferre in aliquibus vestibus non præsumat.* Occurrit etiam in Concilio Budensi cap. 4. in Andegavensi an. 1365. c. 12. &c. *Le Roman de Garin:*

Trois cens boutons i avoit fet d'or mier.

Botones vocat vetus Auctor de Limitibus agror. pag. 288. quos alii *Botontinos*, tumores scilicet aggestâ terrâ excitatos ad agrorum fines; unde nostrum *Bout*, pro fine & extremitate videtur deductum, & *Bouton*, pro globulo seu fibula sphærica ad constringendas vestes: seu quòd ad modum *Botontinorum* globi speciem referant, seu quòd extrema vestis constringant. Vide *Bonna*.

Botonatus, Fibulatus, vel fibulis instructus, *Boutonne*. Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia: *Tunica verò habeat manicas protensas ad pugnum, non consutitias, vel aliqualiter botonatas.* Occurrit etiam in Constitut. Benedicti XI. PP. pro Benedictinis cap. 19. in Concilio Andegavensi an. 1366. can. 12. 13. 20. &c.

BOTTA, Rubeta, bufo, Italis *Bota* Vita S Angelæ de Fulginio c. 4. *Remaneo tota contenta, tota Angelica, quòd diligo bottas, & bufones, & etiam dæmones.* Vide *Bota*.

BOTUS. Vide *Bota*.

BOVA, sic appellata filia Regis Sigeberti, in Vita ejusdem S. Bovæ n. 4. *Quasi multorum adjutrix*, voce nimirum Francica vetere.

Bova, νόσος βοῶν, Morbus boum, in Gloss. Lat. Gr. Vide Turneb. lib. 17. Advers. cap. 24. & Octav. Ferrar. in Orig. Ital. v. *Bua*.

Bova, Venetis, Euripus, canalis, aquæductus, à fovea. Stat. Patav. *Ut hoc facientes possint servare bovas in molendinis.* Ex Octavio Ferrario in Orig. linguæ Italicæ. Jus Vicentin. lib. 4. *Habere & tenere bovas aptas & ordinatas levandi vel adjuvandi navigii causa, &c.*

BOVA-

BOVAGIUM, *Boagium, Bovaticum*, Tributum quod ratione boum pendebatur, seu pro pari boum aratorum vel pro aratro: *Bobatico*, Hispanis. Charta privilegiorum seu franchisiarum concessarum Aquarum Sextiarum incolis à Beatrice Comitissa Provinciæ an. 1245. mense Septemb. *Salvis justitiis & condemnationibus per curiam, & leudis, & cossis, & pedagiis, & boagiis consuetis, & farinariis, &c.* Fit mentio non semel tributi de *Bovatge* in aliquot Edictis & Chartis Regum Aragon. quod erat 12. denar. pro unoquoque pari boum, apud Suritam 1. part. lib. 3. c. 15. lib. 2. c. 69. Andream Bosch. de Titulis honoris Cataloniæ lib. 1. c. 13. 26. lib. 2. c. 23. lib. 4. c. 5. &c. & Blancam de Rebus Aragon. pag. 732. ubi *Boalage* scribitur, Michaël Carbonellus in Chron. Hispan. fol. 97. *Et specialment los enfranquim,—non encara la bovatge, rebovatge, & herbage, &c.* Charta Jacobi Regis Majoricæ in Usaticis Regni Majoricæ MSS. *Potestatem retinuimus—faciendi seu levandi boagium,—nolentes aliquo modo habitatores civitatis & totius insulæ Majoric. præsentes nec futuros obligatos esse ad præstationem leudæ, pedagii, nec bovatici.* In quibus porrò occasionibus exigeretur *Boagium*, docet Charta Sancii Regis Majoric. Comitis Rossilionis prid. Non. August. an. 1311. *Quandam servitutem & exactionem vocatam vulgariter Bovaticum, quod advenente Rege seu domino in Comitatibus & terris prædictis levari & exigi & recipi consuevit.* Hanc sustulit Jacobus Rex Majoric. Sancii pater, ut in hac Charta continetur, cujus loco gabella salis imposita est. Extat illa in Codice Thuano signato 93. fol. 89. data Barcinone pridie Id. Febr. an. 1299. qua pro exsolvendis debitis quæ contraxerat pro variis bellis, Nobilibus Catalanis & civibus Barcinonensibus vendit, seu potius remittit pro pretio ducentorum millium librarum bonæ monetæ Barcinonensis, *Bovagium, Terragium & Herbagium, quæ asserebat se & successores suos habere debere in Catalonia, quotiescunque novus Rex, Dominus seu hæres in Catalonia noviter succedebat, licèt assereretur per nobiles, Milites, & cives & homines villarum & aliorum hominum Cataloniæ eum vel successores ejus non debere habere dictum Bovagium, Terragium, & Herbagium, nisi tantùm de bobus & cæteris animalibus & pecudibus minutis, &c.*

Bohada verò aliud est in Charta an. 1247. apud Justellum in Comitibus Arvern. pag. 95. *Tallias, manobras bohadas, servitutes, &c.* *La Bohade*, in Consuetud. Arvernensi cap. 25. art. 21. & Marchiensi art. 139. cùm scilicet subditus aut tenens unum par boum domino præstare tenetur ad illius vinum conducendum.

Vota, perperam, ni fallor, pro *boata*, vel *boada*, habet Innocentius III. PP. lib. 2. Epist. pag. 466. Edit. Venetæ, in Epist. ad Petrum Compostellanum Archiep. *Illum etiam censum, qui Vota dicitur, quem Hispanorum Catholici Reges ex singulis boum paribus—annuatim persolvendum pro salute totius terræ liberaliter statuerunt, eidem Ecclesiæ confirmamus.*

BOVARESIUS, idem quod *Bucca*, apertura fluvii, per quam derivantur aquæ. In Statutis Massiliensibus part. 2. cap. 329.

Bovaterius. Charta MS. Petri II. Regis Aragonum an. 1283. pro Libertatibus Cataloniæ: *Item concedimus quod inquiramus contra vicarios, Bovaterios, & alios Officiales nostros, qui tempore nostro aliqua officia exercuerunt.* Ubi *Bovaterii* videntur esse ministri ii qui *Bovaticum* exigebant â subditis Regis.

BOVARIA, Prædium rusticum, *Ferme, Metairie.* Concilium Tolos. an. 1228. can. 41. *Statuimus quòd castra non ædificentur de novo occasione Bovariæ, vel contra eam alia ratione, nec munitiones dirutæ reædificentur.* Consuetud. Tolosæ part. 1. *Eadem consuetudo est in castris, villis, forciis & bovariis, quæ sunt infra Dex Tolosæ.*

Boveria, idem quod *Bovaria*, apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 19. num. 2. lib. 5. cap. 25. num. 8. ubi *boveriam*, medietariam, seu *Metairie*, vertit. Est etiam stabulum boum, in Charta Henrici III. Regis Angl, tom. 2. Monastici Angl. pag. 210. *Et quendam locum qui vocatur — infra terminos ejusdem forestæ, ad faciendum boverias suas, & alias domos usibus suis necessarias.*

Boaria, eadem notione, in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 99. *Occupat quandem boariam, quæ fuit Joannis, &c.*

Boarium, & *Bovarium*, *dicitur locus ubi venduntur boves*, apud Joan. de Janua, & Ugutionem.

BOVARIUS, cui boum cura commissa est, in Fleta lib. 2. cap. 85. &c. nostris *Bouvier.*

BOVATA *terræ, Bove de terre*, in Charta Gallica tom. 2. Monastici Angl. pag. 645. Modus agri, sic dictus quòd tantum terræ contineat, quantum bos unus (vel *par boum*) arare potest. Ex Skenei sententia, *Bovata* continet 13. acras. At in Monastico Angl. tom. 1. p. 657. lego *datas in eleemosynam duas bovatas terræ 20. acrarum.* In veteri Statuto ad compositionem mensurarum apud Spelmannum, *Bovata* continet 18. *acras. Octo bovatæ terræ faciunt carucatam terræ. 8. carucatæ terræ faciunt unum feodum Militis. 18. acræ faciunt bovatam terræ.* Angli *Oxgang*, & *Oxgate*, mensuram 4. jugerum vocant, voce signante *bovis iter*. Ingulphus pag. 857. *Quatuor bovatas terræ de juland, & 10. bovatas in servitio, & 24. acras prati, &c.* Et infrà pag. 860. *Quatuor carucatas terræ arabilis, & 6. bovatas, & 18. acras prati.* Passim occurrit in Chartis Anglicis. Vid. Guil. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 3. p. 447. Charta an. 1206. ex Tabul. Ecclesiæ Carnotensis num. 49. *Ita quòd in eadem Majoria duas bovatas terræ & herbergamentum suum tenebit quinque solidos censuales.* Alia an. 1179. num. 101. *Pro unaquaque bovata integra ad perticam B. Mariæ mensuratæ, &c.* Infrà: *Additum est præterea quòd si bovatas & non agripennos vendi, vel forisfacti in ipsis bovatis fieri contingeret, &c.* Mox: *Si verò versa vice non bovata, sed agripennis venderetur, &c.* Vide Fletam lib. 2. cap. 73. §. 2. 3. *Boihedie*, in Charta Arnulfi Comitis Guinensis an. 1264. in Hist. Guinensi pag. 290. *A vendu — 16. mesures de bois, peu plus, ou peu moins, appellez boihedie, &c.* quasi *bovada*.

Bovariata, idem quod *Bovada*. Charta Gerardi Episc. Noviom. ann. 1223. in Tabulario Lehunensi n. 22. *Dedit in excambium 5. bovariatas terræ sitas in coutura sua, quas tenet de feodo D. Regis.*

BOVELLUM, idem quod *Bovile*, in Canonibus Hibern. lib. 51. c. 5.

BOUCELLUS. Vide *Buza.*

BOVERA. In brevi Indice Regum Francorum, qui præfixus est Usaticis Barcinonensibus, in Codice MS. Thuano, signato 93. hoc ordine recensentur Reges secundæ stirpis: *Carolus Magnus, Ludovicus filius ejus, Lotharius, Karolus frater ejus, Ludovicus ejus* (Lotharii) *filius, Karolus Magnus, Karolus de* Bovera, qui dicitur regnasse *annis* 4. *Otho Karolus, &c.* Is autem est qui vulgò *Crassus* cognominatur, ita ut etiam *Bovera*, seu ut nostri efferunt, *le Bouvier*, dictus fuerit, quòd pinguedine ac ventris mole bovis instar esset. Abbo lib. 1. de Bellis Parisiac.

Urbs mandata fuit Karolo nobis basileo,
Imperio cujus regitur totus pæne cosmus.

Ubi Glossa ipsius Abbonis: *Karolus de Baguerra, sive de Bovera, qui & Crassus, Rex Franciæ.* Verùm alii de *Bovera* dictum volunt, pro *de Bavaria*, quod priusquam Imperator fuisset dictus, Rex esset Bavariæ.

BOVETTA, Bucula, juvenca, Gall. *Bouveau, Bouvart.* Occurrit apud Will. Thorn. in Chron.

BOVIALE, Bovile, Græcis βούστασις, Apollonio lib. 3. Argon. βόαυλα. Gloss. Ælfrici: *Bostar, sive Boviale.*

BOVOLCARITIA, pro *bubulcaritia.* Domus bubulci, vel prædium bobus nutriendis idoneum. Charta Desiderii Regis Longobard. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 12. *Curtes massaricias & bovolcaritias, & aldiaritias, &c.*

BOURATIUM, Vestis species. Chronicon Ademari Cabanensis pag. 167. *Pro eo principati sunt Bernardus Comes Petragoricensis, deinde filii ejus Arnaldus, cognomento Bouratio, pro eo quòd cum ipsa veste, lupum diabolicum homines devorantem appetiit in campo, loricatus, & galeatus.* Prostant Ambiani artifices lanei, quos *Bourrachers* vocant.

BOUTUS, *Boutarius.* Vide *Buta.*

BOXIA. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 42. *Est de ipso feudo mansus de Follis, qui debet 4 fogacias, & 7. capones, & 1. agnum, & 22. ss.* (sextarios) *de nucibus, & boxia, & opera, &c.* Fol. 52. *Chabanaria Petri de Vineis—quæ reddit 12. den. & 8. sextarios de vino, & 4. sextarios civatæ, & 1. sext. nucis, & 1. boxia, & 1. cap. & 1. pull.* Occurrit ibi pluries, ubi interdum *buxia,* scribitur. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu pag. 107. *De Manso in villa Navisia servitium per Kalendas 4. membra de carne, & 4. panes, & 4. denar. intrante Quadragesima unum caponem, & unam boxiam: in Pascha tres agnos, &c.* Infrà: *Et unum fassum de teda, & medietatem boxiæ, & 1. cap. &c.* Occurrit pluries.

BOXTA. Vide *Buxis.*

BOZANARIUS. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 5. *Adjumenta nectentes, Episcopo bozanarium suum expectanti deferunt; & integra omnia & sana ostendunt.* Ubi Goldastus *bovem sagmarium*, aut legendum aut intelligendum putat, aut *bozagmarium,* i. aurigam, bubulcum.

BOZIGA. Tabularium Ecclesiæ Ucetiensis fol. 7. *Notandum tamen quòd Ecclesiæ S. Nicolai, & Canonici, & hominibus & familiæ eorum retineo, ut ibi bozigas & culta faciant quot & quæ voluerint, & ligna colligant, & venentur, & pascant, &c.*

BOZOLA, Terminus, meta, *bonda.* Charta an. 1246. in Regesto Tolosæ Comitum: *In prædictis honoribus, de quibus erat quæstio, à prædictis terminis, seu bozolis superiùs designatis, &c.* Occurrit ibi semel ac iterum.

BOZOLA, Mensura Liquidorum, in Jure Vicentino lib. 3. Vide *Buttis.*

BRABANCIONES, *Brebantiones*, Prædones Brabantini, ex Brabantia. Will. Neubrigensis lib. 2. cap. 27. *Stipendiarias Brebantionum copias, quas Rutas vocant, accersivit.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 7. *Brabantios, viros sanguinum, incendiarios, Rutarios, & raptores.* Vita Lud. VII. Reg. Fr. *Infinitos prædones, vulgò dictos Brabantiones, qui nec Deum diligunt, nec viam veritatis cognoscere volunt, colligens.* Epist. 279. inter eas quæ extant tom. 4. Hist. Franc. *Ad hæc mala Teutonicorum, quos Brabantiones vocant, immanissima pestis accessit, qui rabidarum more ferarum sanguinem sitientes, loca omnia pervagantur, à quibus quisquam vix tutus esse potest.* Vide Columbum in Episcopis Vasionensibus lib. 2. n. 24. 38.

Brebantini, apud Radulfum de Diceto pag. 572. 576.

Brebantiones, in Epistola 323. tom. 4. Hist. Fr. in Epistola 45. Alexandri III. PP. apud Sirmondum, in Concilio Lateranensi III. an. 1178. cap. 27. apud Innoc. III. PP. lib. 13. Ep. 93. & Petr. Blesens. Epist. 47. Monachus Altisiod. an. 1181. *Gentem nefariam, quos Brebantiones vocant, in suum auxilium accersivit.*

Brebiciones, apud Romualdum Salernitanum Archiepisc. in Chronico MS. an. 1167. *Collecta magna multitudine Brebicionum, & aliorum conductitiorum militum, Italiam potenter intravit.*

Brebenzones, apud Robertum de Monte an. 1173. 1174. 1179. 1182.

Brabanceni, *Braibanceni*, apud Rogerum Hovedenum p. 5. 4. 535. 550. 619. 770.

Brabantini, Monetæ Ducum Brabantiæ, in aliquot Tabulis apud Freder. Sandium in Consuet. feudal. p. 35. 37. 48.

BRACÆ, *Braccæ.* Femoralia, vestis species, qua crura teguntur, ut ait S. Hieron. in cap. 3. Daniel: Glossæ Biblicæ MS. *Perizomata, Bracas.* Papias ex Isid. lib. 19. cap. 22. *Bracæ, femoralia dicta, quòd sint breves, & verecunda corporis iis velantur.* Alibi: *Feminalia vel femoralia appellata, quòd femora tegant; & brachæ, quòd breves sint.* Vocem Gallicam plerique censent, contra quàm Salmasius, qui Græcam vult. Diodorus Siculus lib. 5. Bibl. Gallos uti ait ἀναξυρίσιν, ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. Hesychius: Βράκεις, Ἀναξυρίδες. Alibi: Ἀναξυρίδες, Φημινάλια, βρακία βαρβαρικά. Quidam ab Hebræo *Berec*, i. genu, deducunt, quòd *Braccæ* genua tegant, & ad crura usque descendant. Agathias lib. 2. de Francis: Ἀναξυρίδας οἱ μὲν λινᾶς, οἱ δὲ σκυτίνας διαζωννύμενοι τοῖς σκέλεσι περιαμπίσχονται. Usum *Braccarum* propter inclementiam aëris inductum videtur innuere Hyginus lib. 1. Poëtic. Astronom. & Ovidius de Getis & Sarmatis Pontum accolentibus:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.

Idem de Bessis:

Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis.

Braccas Persicas memorat idem Poëta lib. 5. Trist. Sed præcipuè apud Gallos *Braccas* in usu fuisse, argumento est, quòd pars quædam Galliæ *Braccata* dicta fuerit. Alcuinus lib. de Offic. divin. ubi de femoralibus: *Hujusmodi habitus ita notus est in nostris regionibus, ut ex eo Gallia Braccata nominata sit. Braccæ Gallicæ,* apud Vopiscum in Aureliano. Warnerius MS. in Caprum Poëtam, de Scotis:

Non braccas portant, quia ventri semper adhærent.

Occurrit apud Martialem, Propertium, Lamprid. Orderic. Vital. lib. 8. p. 712 lib. 10. p. 786. Aimoinum lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 26. Ditmarum lib. 5. p. 53. lib. 7. pag. 91. Guibertum de Vita sua lib. 3. cap. 17. Matth. Paris. pag. 117. 216. 236. &c. Vide Brissonium in Formul. pag. 647.

Bracare, braccas inducere; Debracare, bracas extrahere, Ugutioni.

Braccarii, Braccarum confectores, apud Lamprid. in Alexandro Severo.

Bracale, & *Bracarium, Lumbare, à braccis.* Joan. de Janua, Gloss. Lat. Gall. *Bracale, Brayer.*

Braga. Charta an. 721. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ p. 13. *Ut acceptet ipse Ursus pro ista donatione à Theoperto Cellerario S. Ambrosii camixiam unam, & bragarum par unum, valentia solido uno, xemplare unum valens tremessibus duobus.* Ubi Editor ad vocem *xemplare*: Quid hoc sit, penitus ignoro. *Brages*, nostris etiam. Ceremoniæ observatæ in Creatione Militum de Balneo, apud Edw. Bisseum: *Le plus gentil Chevalier donnera à l' Escuier sa chemise, un autre luy baillera ses brages, un tiers luy donnera un pourpoint.* Libellus MS. Catalanicus de Batallia facienda: *Tot nuu & descals en bragues. Brais* eadem notione dixit Berttandus Clericus in Poëmate MS. de Girardo Viennensi:

Chemises & brais & robes à lor gré,
A ces donzels por amité donez.

BRACALÆ. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 53. *Super has verò duodecim pennas caudæ, sunt & aliæ multæ minores eis, desubtus verò similiter aliæ suballi...*

subalbidæ molliores & longiores illis quæ supraſtant ipſis duodecim,& hæ inferiores à quibusdam dicuntur bracalæ. Lib. 2. cap. 19. *Plumæ quæ ſunt ſub majoribus pennis caudæ, quæ vocantur bracalæ,ſunt lenſæ,&c.* Adde cap. 24.

BRACALE. Charta ſcripta an. 10. Edw. I. apud Guilielm. Prynneum tom. 3. Libertat. Eccleſ. Anglic. pag. 1244. *Mittimus ad vos quandam cedulam,—cujus transſcriptum—inventum fuit in bracali L. quondam Principis Walliæ,&c.*

BRACCO, Canis ſagax, indagator, vulgò *Brac*, Gallis. Vetus Gloſſar. *Luciſca, Bracco.* Lex Friſion. cap. 4. §. 3. *Bracconem parvum, quem Barmbraccum vocant.* Marculfus MS. laudatus à Lindembrogio: *Latrat Bracco, ſed non ut canis.* Infrà: *Non movet Bracco talem baronem, non latrat bracco contra inſontem,&c.* Vide Form. 14. ex Baluzianis. *Le Roman d' Aubery MS.*

Maigre ot la teſte entor & environ,
Petite oreille com un gentil bracon.

Dantes in Convivio amor. *Si come nel Bracco ben' odorare,e nel veltro ben correre.* Arvernis, *Brachio*, urſi catulum ſonabat, ut auctor eſt Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 12. Vide Origines Francicas & Italicas V. Cl. Ægidii Menagii.

Bracetus, *Brachetus*, vulgò *Brachet.* Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monaſtici Angl. p. 283. *Concedo eis 2. leporarios & 4. bracetos ad leporem capiendum.* Alibi p. 184. *Quatuor brachetos ad capiendum leporem & vulpem.* Jo. Villaneus lib. 12. c. 8. *Bracchetti,ſparvieri,&c aſtori.* *Le Roman d' Amile & d' Amy MS.*

Là le menjevent brachet & levrier.

Le Roman d' Aubery MS.

Et li brachet ont demené grant hu.

Le Roman d' Alexandre MS.

Aun matin priſt brachez & levriers.

Inde *Braconarii*, quibus Bracconum cura erat, in Charta laudata in v. *Putura. Brachers*, in Ordinatione Hoſpitii Regis an. 1285. *Braconiers*, in Poëmate, cui titulus *le Roman de Garin*:

Braconier meſtre en fiſt li Rois Pepin,
Les chiens li baille, cil volentiers les priſt.

Le Roman d' Aubery:

La chaſſin avoit un Braconnier,
Et les eſpiés porr panre le ſanglier.

Le Roman du Renard MS.

A tant eſtes vous Venors,
Et Braconiers; & Cornecors,&c.

Jacobus Hemricurtius in Speculo Hasbanico p. 7. *Et avoit Brakeniers,ſakentars,chiens & oiſiaz à planteit.* Vide Monſtrelletum 3. vol. pag. 97. & Conſuetudin. Hanoniæ cap. 99. & 100.

BRACE, Grani ſpecies, ex quo cerevisia conficitur. Gloſſæ MS. *Braces, unde fit cerviſia.* Eginhardus Epiſt. 23. *Volumus ut homines aliquos mittas,—& ea quæ nobis ibi neceſſaria ſunt ad habendum,id eſt,farinam, bracem., vinum,formatem,—venire facias.* Epiſt. 37. *De illa annona, ſive ad farinam, ſive ad bracem faciendam —nihil iniſiſti.* Vita S. Columbani cap. 24. *Centum eſſe vini modios,frumenti ducentos,bracis quoque centum.* Statuta Antiqua Corbeienſis Monaſterii lib. 1. cap. 7. *Meſſis vel prata colligendo,braces faciendo* Et mox: *Solvant—cenſum, ſive de annona, ſive de brace.* Bracis meminit præterea Plinius lib. 18. cap. 7. *Galliæ quoque ſuum genus farris dedere, quod illic Brace vocant, nos ſandalam,nitidiſſimi grani: & alia differentia eſt, quòd ſere quaternis libris plus reddit panis, quàm far aliud.* Sic enim legi in MSS. Codicibus, non *brance*, ut Editi præferunt, monet Turnebus lib. 30. Adv. c. 18.

At cujus generis grani fuerit *Brace*, non omnino conſtat. Dalechampius ſiliginis, quam Galliæ Ruſtici *blancé* hodie vocant, Allobroges *Blancheen*; Pinetus *ſpeltæ*, ſive olyræ ſpeciem eſſe putant

Certè probabile eſt, ex *brace* confectam à Gallis veteribus *cerviſiam*, cùm ii, ut auctor eſt Plinius loco citato, *frumento in potum reſoluto* uterentur: quod & infert lib. 22. cap. 25. extremo: atque hinc *Bracium*, *Braſina*, & aliarum hujusmodi vocum, quæ labentibus ſæculis crebriùs reperiuntur, ut cæterarum ab ea derivatarum, origo petenda.

Bracium, idem quod *Brace*. Papias: *Bracium, unde cerviſia fit.* *Triticeum bracium*, in Bulla Cæleſtini PP. an. 1191. inter Privilegia Eccleſiæ Hamburg. p. 194. Occurrit etiam in tom. 1. Monaſtici Anglic. p. 823. & in Charta Ludovici Pii apud Doubletum p. 740. & alia an. 892. p. 793. ubi hæc habentur: *Pro 360. modiis bracii ad ſiceram compenendam.* Vide aliam Caroli C. apud Mabillonium tom. 4. Vitar. SS. Ord, S. Benedicti p. 119.

Bracilum. Formula Vetus Andegav. 53. *Veſtimento tanto, in turtis de ſoledus tantus, bracilo de ſoledus tantus, &c.*

Bracius. Capitulare de Villis c. 34. *Butirum, bracios, cerviſias, medum,&c.* Adde c. 61.

Braciacum. Tabular. Priorat. Dominæ in Delphinatu fol. 119. *Et per meſſiones 4. focacias magnas & optimas,& 6. capones,& de braciaco 8. gerbas, & taſcham, & quartam partem vini, &c.* Alibi: *Et debet unum multonem veſtitum per meſſionem, de braciaco unum ſextarium frumenti,& taſcham.*

Braſium, eadem notione. *Sextarius braſii*, in Monaſtico Anglic. tom. 1. 2. pag. 136. *Tres menſuræ de braſio*, ibid. pag. 665. Adde tom. 2. pag. 42. Hariulfus lib. 4. Chronici Centulenſis cap. 36.

Ruſticus hordea dat, multorum cætus avenam,
Plures dant braſium, vinum pleríque dederunt.

Braſeum. Braſeum molere, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 470. apud Matth. Paris. p. 647. in Vitis Abbatum S. Albani p. 63. *De hordeis braſeum facere*, in Fleta lib. 2. c. 73. §. 19. *Ciſta braſeorum*, in Wichbild Magdeburgenſi art. 26. §. 19. Quomodo autem *braſium* curari & moli debeat à Polentariis, antequam ex eo conficiatur cerevisia, pluribus docet Iter Camerarii Scotici cap. 26.

Braciare, *Braſiare*, &c. Cerevisiam conficere, Gall. *Bracer.*

Braſiare, in Legibus Burgorum Scoticor. cap. 39. & 69. & apud Matth. Paris an. 1258.

Braxare, apud Cæſarium Eyſterbach. lib. 8. c. 62. & lib. 10. c. 31.

Praxare, in Charta Friderici II. Imp. an. 1230. pro privilegiis urbis Ratisponenſis in Metropoli Salisburgenſi tom. 1. p. 240.

Braſſicare in Charta Adalberonis Epiſcop. Metenſis an. 1059. apud Meuriſſium p. 364. Vide *Scrutum.*

Braciator, Cerevisiæ confector, *Braceur*, apud Thomam Walſingham. p. 386. & in tom. 2. Monaſtici Anglic p. 275. *Magiſtri qui cerviſiam bonam facere debent*, in Capitulari de Villis c. 61.

Braſiator, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 6. in Legibus Burgor. Scotior. cap. 72. 130. & in Itinere Camerarii Scotici cap. 10.

Braxionarius, apud Joannem à Leydis lib. 21. Chron. Belg. cap. 11. & 12.

Braſiatrix, Confectrix cerevisiæ, in Legibus Burgorum Scoticor. cap. 39. & 69. quæ

Braxatrix, apud Cæſarium Eyſterbach. lib. 8. cap. 62. Ex quibus obſervare eſt in Scotia & Germania *Braciatoriam* artem mulierum proprie fuiſſe: *Une Braſſereſſe de miel*, in Chronico Flandriæ cap. 72. Ita etiam Bratton. in Legib. Angl. p. 76. 77. qui mulierum duntaxat *braſſandi*, ſeu cerevisiam conficiendi ars fuerit.

Bracenses negotiatores, apud Bercarium in Hist. Episcopor. Virdunensium n. 15.

Bracina, Locus seu ædes, ubi cerevisia conficitur. Statuta Fratrum Hospitalariorum in tom. 2. Monastici Anglic. p. 371. & 378. *Ne quis Fratrum pristinum vel bracinam aliquo ingredi modo præsumat, nisi Frater cui cura committitur, qui cùm ingressus fuerit, pani & cerevisiæ non appropinquet.*

Bracena, in Chron. S. Trudonis l. 9. p. 459. & 473.

Bracinum, apud Will. Thorn an. 1267. & in tom. 1. Monast. Angl. p. 815. *Domus brasinii seu Pandoxatricis*, in lib. *Justice of peace* p. 161.

Brachinum, Ingulfo p. 888. *Fecit etiam novum brachinum, & novum pistrinum.* Occurrit præterea p. 898.

Bracinium. Charta Thomæ Regis Manniæ an. 1055. *Cum piscariis, bracinii, consuetudinibus, & vertenariis.*

Brasina, in tom. 2. Monastici Anglic p. 1042.

Braxatorium, in Chronico Affligheniensi pag. 612.

Braxina apud Joannem Hocsemium in Hugone de Cabilone Episcopo Leodiensi cap. 23.

Braciatorium, apud Magistrum in Regula cap. 12. §. 5.

Braciarium, in Libello supplici Monachorum potrecto Carolo M. §. 16. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld p. 214.

Braciniarium, in Gloss. Ælfrici, Mealhus, i. domus brasii.

Brasseria, nostris vulgò *Brasserie*, apud Matth. Paris an. 1258. & in Vitis Abbatum S. Albani.

BRACELLUS. Veteres Consuetudines Floriacensis Cœnobii cap. 2. *Ad prandium debemus habere tria fercula, 1. ova farsa, 2. pisces, 3. septas & porrettam ab hortulano, & pistrinario bracellos.* Vide *Brachiolum.*

BRACETUS. Vide *Bracco.*

BRACEUM, *Vadum, & dicitur à Brachys, quod est breve* Jo. de Janua. Græci Βραχέα vocant, quæ Latini *Brevia.* Virgilius : *In brevia & syrtes.*

BRACHARIUM. Charta Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum in Burgundicis : *Et dardo baucale 1. & bracharia aurea una, cum sella meliora, & fugios 4.* Ubi fortè legendum *baccharia.* Vide *Bracale*, & *Braca.*

BRACHERIOLUM, Cingulum seu fascia inguinalis : vox deducta a *Brak*, ruptura, voce Longobardica, unde *Brakea*, rupturæ vinculum, inquit Henschenius. Sed malim à *Brachis* seu *Braccis* etymon accersere, quòd intra *Braccas* apponatur, vel eo loci ubi *Bracca* constringuntur ; nos vulgò *Braiers* appellamus ejusmodi fascias. Vita B. Justinæ de Aretio n. 6. *Sic tumore magno in testiculis gravabatur, quod sine bracheriolo manere non poterat.*

BRACHIALE, propugnaculum, vulgò *Braye*, unde *Fausse-braye* : βραχιόλιον, Theodosio Monacho in Epist. de Excidio Syracusarum, apud Rocchum Pirrum in Episcopis Syracusanis, & aliis Byzantinis Scriptoribus uti pluribus diximus ad Alexiadem. Paulus Diac. lib. 19. Hist. Misc. *A brachialio Aureæ portæ, usque ad Cyclobium.* Ubi Theophanes pag. 294. ἀπὸ βραχιολίου τῆς χρυσῆς πόρτης, &c. quo loco *Aureæ portæ armillam* perperam vertit Interpres.

BRACHIALE, Manica, pars illa vestis seu tunicæ, quæ ab humero usque ad manum brachia operit : vulgò, *Manche.* Eckeardus junior de Casib. S. Galli c. 14. *Capitium capiti imponens, bracchialeque rocci super caput revolvens.*

Brachiale, Brachialis, idem quod *Dextrale*, seu *armilla*, ornamentum scilicet brachiorum, largioris segmenti instar, auro gemmisque distinctum. Papias : *Dextralia, Brachialia*, *genus ornamenti commune viris & feminis : ante manicas portantur, & junguntur cum clavo.* Joannes de Janua : *Brachiale, torques in brachio, sive brachii quoddam ornamentum, quod & dextrocherium.* Lexicon Græc. MS. Regium Cod. 2062. βραχιάλια ἅπερ καὶ χλιδῶνες καλοῦνται. Gloss. Latino-Græc χλανιον, ἤτοι βραχιάλιον γυναικὸς, *hæc Veriola.* Glossæ Græc. MSS Regiæ Cod. 1673. Χλιδῶνα, κόσμον περὶ τὸν τράχηλον, ἢ βραχιῶσα, ὃ καλεῖται βραχιόλη. Sunt autem propriè brachialia, *circuli ex auro quibus brachia artantur*, ut ait Tertullianus lib. de Muliebri habitu. Vopiscus in Aureliano de Militib. *Torquem, brachialem, annulum apponat.* Trebellius Pollio in Claudio : *Brachialem unum unciarum septem.* Epistola Concilii Aquileiensis ad Valentinianum & Theod. Impp. de Gothis : *Qui etiam torquem, ut asseritur, & brachialem impietate Gothica profanatus, more indutus gentilium, ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani.* Vigilius Tapsensis lib. 2. contra Palladium : *Qui etiam torque, ut asseritur, & brachiali impietati Gothica prophanatus, more indutus gentilium, ausus sit in prospectum exercitus prodire Roman.* Arcultus de Locis SS. *Brachialia, dextrocería, murenæ, monilia, &c.* Quod verò *brachialia* Arcultus, *superbrachia* vocat Antoninus Monachus in Itinerario Hieros. *Pendent superbrachia, dextrochiria, monilia, & annuli, &c.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 6. *Turrim quoque auream.— super altare posuit S. Mariæ, & patenas 3. ac brachiale aureum.* De Brachialibus & armillis consule quæ annotavimus ad Alexiadem, quibus addendum quod habet Pachymeres lib. 8. cap. 12. ubi inter vestes Imperatorias, seu Imperii symbola, recenset χειρίδας ἐμμαργάροις κοκκίνας. Vide præterea Olaum Borrichium lib. de Variis linguæ Lat. ætatib. pag. 52.

BRACHIATA, *Branchiata*, Mensuræ agrariæ species, ex Gallico *Brassée.* Charta Philippi Regis Francor. ann. 1309. in ejusdem 2. Regesto num. 75. ex Tabulario Regio : *Item sexdecim brachiatas vallati seu fossati dicti castri, in quo sunt tres domus ædificatæ.* Alia ejusdem Regis in Regesto 9. Ch. 11. *Quoddam iter situatum inter duas vineas,—quod iter continet in longitudine quater viginti & decem branchiatas vel circa, & in latitudine 6. pedes, &c.* In alia ejusdem anni ibid. Ch. 31. habetur *brachiata.* Vide *Brachium.*

Brachiatus, *Magna habens brachia.* Ugutioni.

BRACHILE, idem quod *Brachiale.* Lex Sal ca tit. 29. §. 37. *Si quis mulieri brachile furaverit.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib 1. cap. 10. *Quotiens brachile aureum, pungam quoque auro gemmisque comptam sibi subripuit, tantùm ut miseris succurreret.*

BRACHIOLINEUM, Bracca linea, nobis *Caleçon.* Udalricus l. 3. Consuet. Clun. c. 11. ubi de vestibus Monachicis, recenset *Brachiolineum, quo femoralia succinguntur.*

BRACHINUM. Vide *Brace.*

BRACHIOLÆ, Italis *Braccioli.* Rollandinus in Chronico lib. 9. cap. 2. *Et vidit filius Carrocium Paduæ putridum & deforme, diruptum, & despectum, & inutile, & confractum; & ait : Pater ecce nunc, Pater & Domine, quale hic ædificium video? Si hos radios inspicio, sive rotas, si noto brachiolas, si considero artemonem, plaustri videtur habere speciem, &c.*

BRACHIOLUM. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 13. pag. 510. *Quatuor diebus Nativitatis Domini, Pascha, & Pentecostes* habebant Fratres *ad prandium duas portiones piscis,—& ad cœnam prima die placentam cum brachiolo, minorem tamen quàm in diebus Rogationum.* Vide *Bracellus.*

Brachiolum in equis, apud Vegetium lib. 4. Art. veterin. cap. 1. & 2.

BRACHIONARIUM, ψέλιον ἀνδρὸς, in Gloss. Græc. Lat. Vide *Brachile.*

BRACHIUM, Mensuræ species, cubitus. Charta Henrici Imp. an. 1081. apud Ughellum tom. 3. p. 420

Ac

Nec domum in prædictis terminis usque ad 36. brachia interdici permittemus. *Unum brachium candelæ*, in Epiſt. Honorii III. PP. apud eundem Ughellum to. 4. p. 1301. Bulla Nicolai IV. PP. an. 3. de cenſibus Eccleſiarum in Regno, & Compania, & maritima: *In Epiſcopatu Anagnienſi Epiſcopus ipſe in unoquoque feſto coronationis D. Papæ debet 60. brachia panni, & 200. ſcutellas, &c. 20. ſol.* Occurrit ibi pluries.

Brachium S. Georgii, Boſporus, ſeu Fretum Helleſpontiacum, ſic dictum à Templo S. Georgii extra urbem Conſtantinopolitanam, quod ad littus iſtius freti extructum erat. Vide Tyrium lib. 2. c. 8. lib. 20. c. 24. Interdum pro ipſa Propontide uſurpatur, ut apud Villharduinum num. 65. & 162. ubi Abydenum caſtrum Brachio S. Georgii adjacuiſſe dicitur. Monachus S. Mariani Altiſiod. *Veneti per medios fluctus ſtrictioris maris, quod Boſporus, vel Brachium S. Georgii dicitur, intrepide navigant.* Conradus Uſperg. *Usque ad paludem ſive ſinum maris, qui Brachium S. Georgii dicitur, devaſtantes.* Jacobus de Vitriaco: *Helleſpontus, qui hodie Brachium S. Georgii dicitur.* Vide Leunclavium in Pand. Turc. n. 128.

Brachium fluviale, apud Aimoinum lib. 3. Hiſt. Francor. cap. 62. *Un bras d'eau*: *Per ripam brachii fluvialis, quo civitas cingitur, ambulavit.* *Brachium marinum*, apud Matth. Paris pag. 460.

Brachium in collum ponere, in ſignum ſuſceptæ ſervitutis. Chartæ Parenſales form. 26. *Sed dum ipſos ſolidos minimè habui unde tranſſolvere debeam, ſic mihi aptificavit, ut brachium in collum poſui, & per comam capitis mei coram præſentibus hominibus tradere feci, in ea ratione, ut interim quòd ipſos ſolidos veſtros reddere potuero, & ſervitium veſtrum & operam, qualemcunque vos vel juniores veſtri injunxeritis, facere & adimplere debeam, &c.*

Ad brachia, Ad brachia, clamabatur in prælio: quia cùm Milites ſeu equites cataphracti armis undique corpus rectum ac munitum haberent, telis, haſtis, ac enſibus impervii erant, niſi qua caput humeris connectebatur, aut per *ocularia* caſſidum, aut etiam cùm brachia erigerent ad vibrandos ictus, & ſurſum enſes attollerent: tum enim captata hujuſmodi occaſione, brevioribus enſibus ac verutis latera perfodiebantur: vel denique in id potiſſimùm artem impendebant ſuam, ut captatis brachiis hoſtes de equis dejicerent: cum lapſi rurſum ſe ſe erigere ob grave armorum pondus non valerent. Ob duplicem igitur hanc cauſam in prælio vulgò inclamabatur, *Ad brachia*. Guillelmus de Nangiaco in Geſtis S. Ludovici Regis Francor. p. 381. *Et quia tantis armorum utenſilibus armari non conſueverant, idcirco minùs agiles & ruinæ promptiores concuſſi cum impetu extiterunt: quod ut Francis animadverſum eſt, communiter acclamantes, Ad brachia, Ad brachia, per humeros eos cùm manibus rapientes, ab equis ad terram præcipites impellebant.* Idem Scriptor pag. 377. *Et cùm denſitas armorum, quibus hoſtes erant munitiſſimi, ictus Francorum vibratos in aëre repelleret, Franci mucronibus gracilibus & acutis ſub humeris ipſorum, ubi inermis patebat aditus, dum levarent brachia transforantes, per latebras viſcerum gladios ſcapulo tenus immergebant.* Deſcriptio victoriæ obtentæ per Carolum Regem Siciliæ: *Sed noſtri Gallici velut ſe agiliter infigentes, — ex brevibus ſpathis ſuis eorum latera perfodiebant, ut vitam demerent corde tacto.* Hinc ipſe Carolus, dum milites ſuos hortaretur, clamabat: *Punctim infigite, milites Chriſti, punctim transfigite.* Will. Brito lib. 11. Philippid.

—— Cultris ſubularibus alter
Scrutatur thoracæ vias.

Infrà:

—— Nunc corpora forti
Prenſa manu, quando ſpatium non invenit ictus,
Hunniſonis depellit equis, nunc juxta peremptis
Viva coacervans aliena tabe volutat.
Nunc multos lapſis, & ferri pondere preſſis,
Inque ipſo lapſu fracto quandoque cerebro,
Aut collo, aut coſtis, vita ſine vulnere privat.

Brachium Regis invocare, noſtris, *Invoquer le bras ſeculier.* Vitalis Oſcenſis Epiſcopus apud Blancam p. 728. *In villis Infanconum vel Eccleſiæ, ſi propter debilitatem Curiæ, brachium domini Regis vel Major domus ejus, vel cujuscunque Officialis, ad exigendas pœnas hujuſmodi invocetur: ipſe cujus eſt brachium invocatum, tenetur compulſionem & auxilium impartiri.* Veteres Chartæ apud Seldenum ad Eadmerum p. 168. & in Monaſtico Anglic. tom. 3. pag. 259. 308. *Et ſi Epiſcopi judicio ſtare noluerit, ſi opus fuerit, ad vindicandum fortitudo & juſtitia Regis vel Vicecomes adhibeatur.* Huc pertinent Leges Edwardi Confeſſ. cap. 5. *Quòd ſi aliquis ei forisfecerit, Epiſcopus inde juſtitiam faciat. Verumtamen ſi quis arrogans pro Epiſcopi juſtitia emendare noluerit, Epiſcopus Regi notum faciat: Rex autem conſtringat malefactorem ut emendet cui forisfecit, ſcilicet primùm Epiſcopo, deinde ſibi; & ſic erunt duo gladii, & gladius gladium juvabit.* Vide Gregorium Mag. lib. 7. Indict. 1. Epiſt. 20.

Brachia Ordines regni, quos vulgò *Status* dicimus. Leges Aragonum, apud Blancam p. 771. *Quod per nos & ſucceſſores noſtros eligantur 4 perſonæ idoneæ, una videlicet de quolibet brachio, &c.*

BRACIATUS. Bernardus Monachus in Conſuetudinibus Cluniacenſibus MSS. cap. 8. de Granatario: *In omnibus præcipuis feſtis facit fieri braciatos, & quisque habet unum cum pane ſuo.* Placentulæ fortè, vel panes in prunis excocti, ſeu *en la braiſe*.

BRACILE, Caſſiano lib. 1. de veſte Monach. c 6. quem exſcripſit Iſidorus lib. 19. Orig. c. 33. *eſt redimiculum ſive ſuccinctorium, quod dividens per cervicem & à lateribus colli diviſum (demiſſum) utrarumque alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſuccingit, ut conſtringens latitudinem veſtiat corpus, atque conjungendo componat. Hoc vulgo bracile, quaſi braciale vocant, quamvis nunc non brachiorum, ſed renum ſit cingulum.* In Regula S. Benedicti c. 22. & 55. *Bracile* recenſetur in ſupellectili, & inter veſtes Monachorum: ſed quæ illa ſit, non conſentiunt Benedictini. Menardus zonam eſſe putat: cui aſſentitur Babolenus in Vita S. Germani Abbat. & Mart. n. 15. *Cingulum, quod vulgò bracile vocatur, invenit.* Potior tamen eorum videtur ſententia, qui non tam zonam, quàm renum cingulũ ac *ſuccinctorium* eſſe volunt, proindeque *Bracile*, non à brachiis, ſed à *braccis* nuncupatum, ita ut braccarum in vicem fuerit, dictumque *Bracile*, quaſi *braca*, aut *bracca*, brevior & levior, quomodo Monachi ſub tunica deferunt. Joan. de Janua: *Bracile, à braccæ, arum, lumbare. Bracile etiam dicitur cingulum renum.* Atque ita S. Hildegardis *Brachile*, ſive, ut legit, *Brachiale*, manifeſtè diſtinguit à zona, *qua*, inquit, *ſuper tunicam cingebantur Monachi, ut illa deflueret; cùm Bracile ad cutem eſſet, à quo caligæ dependebant.* Quod etiam firmatur ex Hiſtoria Albigenſium Monachi Vallis Sarn. c. 72. etſi de Monachis ſermo non ſit: *Sed cùm flecteret genua ante altare, brachile ejus à quo dependebant caligæ ferreæ, ruptum eſt medium.* A Brachili igitur dependebant caligæ, uti habet S. Hildegardis. Neque huic ſententiæ adverſatur Magiſter in Regula c. 11. qui Monachum *Bracili* uti in nocte vetat, *ne dum ſe regirat per ſomnum oppreſſus exiens per thecam mucro cultelli, carni ejus figatur*, quam ſcilicet in pera defert, cùm Bracili indutus eſt: *in die* verò Bracili cingi ſtatuit, *dicente* de S. Joanne Scriptura, *Et circa lumbos erat cinctus zona pellicea*: quo quidem loco zona pellicea intelligitur ſuccinctorium largius, quo inferiora corporis regebantur. Fibula porrò annectebatur bracile. Vetus Charta plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano exarata apud Briſſon. lib. 6. Formul. p 647.

Hoc est. coclearei num.7. scutella una, fibula de bracile, &c. Nescio an huc pertineat quod legitur in Kerone: *Bracile, prualhac.*

Bracile. Fredegarius Scholasticus in Epit. c. 59. *Tunc Chrodini consilio nutritum suum — Gogonem Majorem domus eligunt. In castrino primus ad ejus mansionem perrexit Chrodinus, ad ministerium bracile Gogoni in collo tenens.* An idem quod *Brachiale*? vel an zona, seu cingulum, magistratus symbolum?

BRACINA, *Bracinum.* Vide *Brace.*

BRACIOLUM *aquæ*, Gallis *Bras d'Eau.* Charta Caroli Mag. apud Perardum: *A termino bracioli aquæ, vocabulo Orba.* Vide *Brachium.*

BRACIS, *Inferior pars circuli*, Joanni de Janua.

BRACONAGIUM. Vide Brodæum in Consuetud. Paris. tom. 1. p. 198.

BRACTAMENTUM, Humor, ex Græc. *βρέχειν.* Fulgentius de Virgiliana continentia: *Nam ecce ad me etiam ipse Asiræi fontis bractamento saturior advenit.* Vide Salmasium ad Vopiscum.

BRACTEATOR, *Bratteator, Bractearius*, Bractearum confector, apud Jul. Firmic. lib. 4. c. 15. lib. 8. c. 16. 19. qui *Bractearius*, in veteri Gloss. dicitur, & *πεταλοποιός.* Sic enim legendum p. 27?. pro *Brachiarius.* Gloss. Lat. Græc. *Brattea, πέταλον.* Gloss. Gr. Lat. *Πέταλον, bratteum, lamina*: sic in Cod. MS. pro *blatteum.* Mox: *Πεταλουργὸς, blattearius*, ubi perinde legendum *brattearius.* Nam *bratteum* & *bracteum* dicebant, ut observatum à Salmasio, quem consule ad Hist. Aug. *Bractearii*, id est, *μεταλλουργοὶ*, in leg. 1. Cod. de Excus. artif. lib. 10. Fortunatus lib. 8. Poëm. 4.

Bracte gemmatam cycladem fila catenent.

BRACUS, Vallis. Chronicon Fontanellense c. 6. *Et per loca designata, hoc est, de uno latere bracus, sive vallis, quæ dicitur Dirginis.* Infrà: *Ad Castellum luporum, qui super illum bracum Dirginis, &c.* De variis apud Theutones *Brak* vocis notionibus multa congerit Bolandus ad 21. Febr. p. 251.

BRADIFONUS, *βραδύφωνος*, Moyses dicitur apud Ethelwerdum lib. 4. c. 9.

Bradifonus Domino Moyses sacrarat amore.

BRADIUM. Vide *Braida.*

BRADO. Tabularium Priorat. de Domina in Delphinatu fol. 110. *Et 4. pulzinos, & 2. focacias, & 2. membra, & 1. bradonem, & 3. panes, &c.* Forte pro *fladonem.* Vide in hac voce.

BRAGA. Vide *Bracca.*

BRAGALIS. Charta Lusitanica æræ 1168. in Historia Episcoporum Portensium 2. part. pag. 20. *Scilicet ut Episcopus accipiat pro illo jantare omnem illam terram quam habebat Ecclesia S. Mariæ — tam in regalenga, quàm in garancia, & insuper sex bragales per unum quemque annum.* Versio Lusitanica: *Assi em reguengo como em ganancia, & alem disso seis bragues em cadahun anno.*

BRAGANTES. Vide *Briganti.*

BRAGATOR. Iter Camerarii Scotici c. 39. §. 50. *De omnibus bragatoribus in Curia.*

BRAGUS, fortè idem quod *Bracus*, Vallis. Charta Gosfredi Comitis Andegavensis apud Sammarth. in Episcopis Andegavens. num. 45. *Exarta quæ dicuntur ad ... bragum.* Vide *Bracus.*

BRAIARE. Gall. *Braire*, Vagire, clamare, prout infantes solent. Gloss. Græco-Lat. *Κλαυθμὸς παιδὸς, vagitus infantis.* Hesychius: *Βραυκανᾶσθαι, ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὡς μίμημα φωνῆς.* Hac voce utitur Philostorgius lib. 11. c. 6. Regiam Majest. lib. 2. c. 58. §. 1. *Si ex eadem hæredem habuerit auditum, vel braiantem inter quatuor parietes.* Hoc est, si ex quo ex matris alvo prodiit, vitæ signa aliquam prodidit. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 33. *Idque mulier cum quatuor viris qui eum plorantem audierunt, & cum duabus mulieribus, quæ ei in partu ministraverunt, poterit comprobare.* Bracton l. 4. tr. 1. c. 34. § 4. & lib. 5. tr. 5. c. 30. §. 7. *Puer qui auditus fuit clamare inter 4. parietes.* Statuta S. Ludovici lib. 1. c. 11. *Gentilhom tient sa vie tout ce que l'en li donne à porte de mostier en mariage aprés la mort sa feme, tout n'ait-il hoir, pour qu'il en ait eu hoir qui ait crié & bret, se ainsi est que sa feme li ait esté donnée pucelle.* Quæ totidem habentur Latinis verbis loco suprà citato ex Regiam Majestatem. Vide Leges Wisigoth. lib. 4. tit. 2. §. 18. Leges Alemann. tit 92. §. 1. Jus Feudale Saxonum c. 15. §. 1. Fletam lib. 6. c. 55. §. 4. Leges Burgor. Scotic. c. 44. §. 4. & Miræum in Diplomat. Belg p. 352. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Deus Dames voi en cel palais listé,
Que par nous ont forment brait & crié,
Et Olivier forment ont regreté.

BRAIDA, Campus, vel ager suburbanus, in Gallia Cisalpina, ubi *breda* vulgò appellatur. Monachus Paduan. lib. 1. Chronici c. 1. *Factum est prælium equestre maximum in brayda Veronensi.* Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. p. 9. *Similiter omnes braidas meas ad ipsam curtem pertinentes, cum pratis, silvis, vineis, &c.* Alia Desiderii Regis ibid. *Terram juges 40. de braida curtis Ducalis, &c.* Statuta Patavina rubr. 70. *Si quis habuerit plus quinque campos terræ, & aliqua puncta sit alicujus bradii.* Infrà: *Quicunque habet braidam terræ, &c.* *Bradio* etiam habet Jo. Villaneus lib. 9. Rufinus Monachus de Ædificat. Monasterii S. Sabini: *Unum campum in castello de Arda, ... desuper S. Thomæ, &c.* Infrà: *In Plauvek braidam unam*, apud Ughellum tom. 2. p. 256. Charta an. 813. apud eundem in Episcopis Veronensibus: *Insuper concedimus Canonicis decimas braidarum Episcopalium ... est, vinum, granum, legumina, &c.* Adde vetus Monumentum ex Bibl. Vaticana, ibid. p. 742. & tom. 4. p. 492. 625. Bullarium Casinense to. 1. p. 18. &c. Vide Origin. linguæ Italicæ Octav. Ferrarii in *Breda.*

BRAIUM, Limus terræ Gallis *Bray.* Hariulfus lib. 4. Chronici Centulensis c. 24. *Ubi habentur 37. hospites, qui persolvunt annualiter unusquisque in Nativitate Domini 2. equos oneratos de brais.* Tabular. Vicedominii Pinconiensis, an 1268. *Sur ce que nous disions ken us pooions & devions faire fauquer l'erbe, & holdragier & ... traire le bray de l'yau de Somme.* Frater Renatus Macæus Vindocin. in Poëm. de bono Principe:

L'Empereur vient par la Coustelerie,
Jusqu'au carfour nommé la Vannerie,
Où fut jadis la planche de Mibray,
Tel nom portoit pour la vague & le bray
Getté de Seine en une creu è tranche.

Hinc datum nomen pago Pellovacis & Normannis contermino, *le pays de Brai*, à loci situ pascuis opportunissimo, à quo *Braiberi* dicti ejus incolæ non semel à Willelmo Britone in Philippide, & ab Orderico Vitali lib. 12. p. 844.

BRAMBARICARII. Vide *Barbaricum.*

BRAMOSUS. Vide *Bramosus.*

BRANA, Sterilis equa, sterile jumentum, Gallis *Jument brehaigne.* Catholicon Armoricum: *Brahaing. Gallice brahaigne non portant enfant, Lat sterilis.* Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriacensi: *Dono ad locum B. M. omnia pecora mea, hoc est, vaccas, equos, branas.* Charta Ferdinandi Imp. Hispan. æræ 1191. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 7. *Addo etiam his universis centum vacas branas, exceptis fœtibus præteriti & præsentis anni, boves domitos 10. & in hæreditatibus vacas majores 30. &c.* Vide V. C. Ægid. Menagii Origines Italicas in *Bretto.*

BRANCA, Pars extrema sive crurum sive brachiorum in veris & avibus rapacibus, si modò pars illa, manus vel pes propriè dici debet, inquit Octav. Ferrarius. Latinus Togatus, Gromaticus: *Terminus, sive petra*

petra naturalis si brancam lupi habuerit factam, arborem peregrinam significat. Mox: *Si brancam ursi habuerit, lucum significat.* Quibus locis effinguntur lapides quadrati, quibus insistunt pedes lupi & ursi, avulsi à tibiis. Italis, *Branca* idem sonat, quod nostris *Griffe*, ungula. *Branche di leone*, apud Joan. Villaneum lib. 6. c. 71. Hinc appellatio tributa Acantho, herbæ, quæ vulgò Italis *Branca ursina*, quod, ut ait Philander, referat pedes ursi anteriores. Hujus meminit Constantinus Afric. lib. de Chirurgia cap. 13. & Myrepsus sect. 1. cap. 27. Sunt etiam herbæ aliæ *Branca leonis*, & *Branca caulis* dictæ. Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 23. *Tibiæ, pedes digiti, dorsum, lumbi, branchiæ, cauda, peruncium, & alia hujusmodi.* Salmasius vocem hanc è *brachio* deducit, ita ut *branca ursi*, sit brachium ursi: sic nos Galli arborum brachia, *Branches* vocamus. Addit porro Romanensi Gallorum lingua *Branc*, pro brachio usurpari passim. Certè id mihi, qui ejusmodi quisquilias quamplures evolvi, nullibi mihi lectum, quod sciam. Sed *Branc* pro *spatha, gladius*, non semel occurrit; cujus quidem vocabuli origo videtur eadem quæ vocis *Branca*; quòd *spatha*, vel gladius, *Brancæ*, seu ungulæ vicem præstet militi, uti spathæ, *Branca* leoni, aut urso.

L'Ordene de Chevalerie MS.

> *Aprés li a chainte l'espée:*
> *Salehadins a demandée*
> *La senefianche de un branc.*
> *Sire, fait-il, chou est garant*
> *Contre l'assaut de l'ennemi, &c.*

Le Reclus de Moliens MS.

> *N'est pas de l'ordre saint Martin,*
> *Qui en yver par la brune*
> *Parti de son branc acherin*
> *Son mantel au povre vech.min.*

Le Roman de Guillaume au Court nez:

> *Li brans trestorne, & la hache jus glace.*

Infrà:

> *Li Turs trestorne, & l'espée jus glace,*
> *Li brans descend contreval les espaules.*

Philippus *Mouskes* in Ludovico VI.

> *A tant saka le bran divers,*
> *Si le feru en travers.*

In S. Ludovico:

> *En aus refiert, & crie Valence,*
> *Del branc lor carge grief penence.*

Le Roman de Garin le Loheranz:

> *Mais ils n'avoient palefroy, ne roncin,*
> *Ne armeures, fors le brans acerin.*

Alibi:

> *Pis coupe & teste ô le branc de Pavie.*

Idem:

> *Il li bailla, puis trest le branc lettré.*

Le Roman de Merlin: Et te monsterrai au branc d'achier que je sui au mien espoir aussi bon Chevalier come tu i es. Vide Origines Italicas Cl. V. Ægid. Menagii & Octavii Ferrarii.

Brancare dicuntur aves rapaces, quæ *branca* seu ungulis ramum cui insident, complectuntur. Fridericus II Imp. l. 1. de Venat. c. 34. *Replicatio autem digitorum in suis juncturis ad partem superiorem non fuit necessaria, ad subteriorem vero partem fuit, quatenus brancarent convenientiùs ramos, ad quos confugiunt sæpe ut illic dormiant.* Infrà: *Hic autem digitus habuit officium concludendi brancationem ex altera parte, & in formam quasi sphæricam reducendi.* Dicuntur etiam *brancare*, cùm aves ungulis suis impetunt. Idem c. 55. *Percutiendo, dilaniando, branchando, &c.* Infrà: *Aves rapaces brancant & vulnerant compedibus, &c.*

BRANCA, seu *Branchia*, Jus excidendi ramos arborum, quos *Branches* dicimus, in forestis pro foco seu igne suo. Aresta an. 1257. in 1. Regesto Parlamenti fol. 5. *Inquesta facta, utrum Philippus de Horrico habeat costumam ad brancham pro igne suo in foresta de Mercio, &c.* Ibid. f. 10. sub an. 1258. *Matthæus Danebus petit habere in foresta D. Regis de Andelliaco pro 12. den. annui reditus brancas ad ardendum, quadraturam suæ domus, fulcos ad herbergagium, pasnagium suis porcis liberum, & quetum, &c.* Aresta an. 1271. ibid. f. 187. verso: *In saisina habendi usagium suum subscriptum, videlicet percipiendi brueriam, fulgeriam, & folium quod cecidit de arboribus, pasnagium ad 3. denarios pro porco, pasturam ad animalia sua in vallibus, secandi herbam à festo S. Joannis usque ad Assumptionem B. Mariæ Virginis in defensis etiam forestæ, —percipiendi etiam branchas siccas cum crocco ligneo, sine ferro, &c.* Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 69. *Habent in foresta Andelaci mortuum nemus & branchias tam in alto quantum potest attingere, de quadriga.* Fol. 156 *Capiebat in foresta prædicta extra defensum & landas branchias & mortuum boscum ad ardendum.*

BRAND, Incendium: vox Germanica. Lex Frisionum tit. 7. *de Brand: Si quis domum alterius incenderit.*

Branda, Titio, fax ardens. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Titio vel Torris*, Brand. Durandus lib. 7. Ration c. 14. *Ferunt etiam brandas, sive faces, & cum illis circumeunt arva.* Infrà: *Feruntur quoque brandæ, seu faces ardentes. Feu esbrandi*, in Consuetud. Britann. art. 645.

Branda, videtur aliud sonare in Charta Fundationis Monasterii Orbisterii, apud Beslium pag. 353. *Habeant per totam forestam prædictam ad sua ædificia facienda —& calefagium plenarium de feodo forestarii, & de branda.* Ubi *branda* idem valet quod ramus. *Brando*, Italis, ensem sonat, de qua voce consulendus Octavius Ferrarius in Origin. Italic. Regestum castri Lidi in Andibus 47. *Brandam verò supradictæ forestæ ad necessaria suorum hominum quietè possidet.*

BRANDER, Andena, sustentaculum ferreum, fulcrum focarium: vox Saxonica, in Legibus Burgorum Scoticor. c. 125.

BRANDEUM, Velum, palla serica, vel lintea, qua Divorum reliquiæ vel corpora involvi à Christianis solebant. Hincmarus in Vita S. Remigii: *Ipsum corpus sanctissimum, sicut in anteriori translatione, ab Episcopis Remorum diœceseos integrum inventum est, & brandeo rubro involutum.* Idem lib. 1. Hist. Rem. c. 20. de eodem S. Remigio: *Corpus ejusdem rubeo constat brandeo involutum.* Cap. 21. *Integrumq; illud cum brandeo, quo priùs repertum fuerat involutum, in argenteo locello transposuit.* Ex ejusmodi brandeis decerpebantur particulæ, quæ eodem quo reliquiæ ipsæ honore affectæ, sanctuarii loco habebantur. Idem de secunda Translat. S. Remigii: *Cùm de ipso sepulcro in locello argenteo est transpositum, pars de ipso brandeo cum sudario, quod fuerat super caput ejus, assumpta in scriniolo eburneo, secus altare S. Mariæ in civitate, debito honore veneratur.* In Catalogo Abbatum S. Bertini in Probat. Hist. Guinensis p. 15. *Brandeum sacrorum pignorum susceptivum contradit sancto Bertino.*

Sic præterea appellabantur panni particulæ, aut sericæ, quæ venerandis Divorum lipsanis applicatæ, ex ipso contactu, tanquam divorum ipsorum reliquiæ Christianis dispertiebantur: cum olim summis digitis eas attrectari, nedum quidpiam ex iis detrahi, aut abradi nefas putaretur. Gregorius M. lib. 3. Epist. 30. ad Constantiam Augustam: *Cognoscat autem tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora ponitur: quod levatum in Ecclesia quæ est dedicanda, debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit ut beatæ recordationis*

dationis Leonis Papæ temporibus, sicut à majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forcipibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. Leonis Historiam narrat Sigebertus ann. 441. cui similem de ipso Gregorio refert Joannes Diaconus in ejus Vita, lib. 2. cap. 42. Adde Theotfridum lib. 3. c. 4. *Palliola* vocat Diurnus Romanus cap. 5. tit. 12. quod Gregorius *Brandea*. Atque brandea illa, sive velamina, sudaria, pallæ, & alia hujusmodi sacrosanctis Divorum pignoribus intra aras vel thecas occlusis, per fenestellas, quæ aris aut thecis aderant, admovebantur. De hisce fenestellis agunt Gregorius Turon. lib. 2. de Glor. Confess. cap. 37. Beda lib. 1. Hist. Angl. c. 3. Evodius lib. 3. de Mirac. S. Stephani c. 12. &c.

Brandeum, Species panni serici, aut alterius materiæ vestiariæ Jo. Diacon. lib. 4. Vitæ S. Gregorii M PP. c. 83. *Ferens in capite matronalem mitram candentis brandei raritate niblatam.* Harialfus in Chron lib. 3. c. 3. *Fanones auro parati ad offerendum 14. ex brandeo 3. ex pallio 15.*

Brandeum, seu *Brandea* accipitur etiam pro zona, fascia, cingulo, fortè quia brandea illa quæ Divorum reliquiis admovebantur, in particulas dissecta, zonæ vel tæniæ speciem referebant. Monachus Sangall. lib. 2. cap. 7. *Cumque tenuissimas illas pelliculas, vel teniores brandeas extrahere cœpissent.* Apud Isidorum in Glossis, *Prandeum genus zonarum* fuisse dicitur, ubi quidam *Brandeum* reponunt. Nil tamen temere mutandum, cùm *Prandeum* habet etiam Petrus Damian. lib. 4. Epist. 14. *Quid porrò de conscissis ac putrescentibus sacrorum altarium prandeis, &c.* Occurrit præterea apud auctorem Vitæ S. Petri Episcopi Policastrensis, apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ p 766. & apud Hugonem Rotomagensem Archiepisc. de Hæretic. lib. 2. cap. 4 Πράνδιον eadem pariter notione dixerunt Græci. Theophanes an. Justiniani 31. de Avaribus pag. 202. *Εἶχον γὰρ τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πανὺ δεδεμένας πρανδίοις, καὶ πεπλεγμένας.* Πράνδια eodem significatu habet Constantinus de Adm Imp. c. 6.

BRANDO, Fax, tæda, funale, à *Brand* voce Germanica, de qua suprà. Gloss. Lat. Gall. *Fax, Brandon.* Alibi: *Tædon, Brandon.* Statuta Massiliensia MSS. anni 1274. lib. 2. *Præterea decernimus amodo inviolabiliter observandum, quòd nullus Massiliæ, sive sit masculus, sive femina, de cætero audeat vel possit portare, vel facere portari aliquos brandones cereos ad vigilas sponsarum: hoc excepto, quòd liceat patri vel matri sponsæ, vel illi in cujus potestate esset sponsa, vel etiam vice ipsius sponsæ, habere in domo sua luminaria, sicut decet, & brandonibus & aliis luminaribus uti.* Bertramus in Vita S. Franciæ Abbatissæ n. 62. *Offerens altari illi cereum unum, quod & brandonum vocatur.*

Brandones, appellabant nostri primam quadragesimalis jejunii hebdomadam, quod hujus prima die sub vesperum pueri *brandonibus*, seu facibus accensis februare solerent. Dominica brandonum, quæ Quadragesimam præcedit, *lo Dimane qui est apelet Dimane brandonner*, in Libertatib. villæ de Perusa an. 1260. apud Thomasserium p. 101. In manuali Placitatorum in Parlamento S. Martini 1375. *Hoc instanti anno 1376. erat bissextus. Dies Brandonum, 2. die Martii. Dies Paschæ 13. die Aprilis.* Ubi *dies brandonum est prima Dominica quadragesimæ.* Ita hæc vox passim usurpatur in Chartis, in Probat. Hist. Drocensis p. 272. 288. apud Buzelinum p. 395. &c.

Brando, Velum, seu *brandeum*, quod prædiis obsignatis apponitur. Charta venditionis Castri Meliandi in Biturig. an. 1310. *Et quotiescunque brandonem seu brandones aut impedimentum* (in re vendita) *à quibuscunque personis apponi contigerit, amovere, & facere penitus amoveri suis propriis sumptibus promiserunt.* Charta Fulconis junioris Comitis Andegav. *Quam præpositi ipsius Comitis Abbati supradicto ac Monachis calumniabant, atque in ea brandonem posuerant. — Sed jussu ipsius Comitis, brandone sublato, nunc in dominio Abbatis — remansit.* Vide Brodeum ad Cons. Par. art. 74. n. 43. & seqq.

Brandonare, Brandones apponere. Aresta O. SS. 1291. in Regesto Parlamenti B. fol. 90. *Non licebit ei sigillare ostia Clericorum, vel terras eorum brandonare, &c. Brandonner & empescher*, in Consuet. Carnot. art. 32.

Debrandonare, Brandonem seu impedimentum tollere. Aresta an. 1277. in eodem Regesto fol. 45. *Decanus Nivernensis condemnatus fuit ad emendandum dicto Comiti, quòd debrandonavit domum suam injustitia Comitis sitam, quam Comes brandonaverat.*

BRASCINA, *Brasium*, Vide *Brace*.

BRASSIUM. Charta Philippi Aug. ann. 1204. in ejus Regesto fol. 83. *In pratis & in mari, in censu in molendinis, in redditu in frumento & ordeo, in campipartem, in brassio, & in dominico, &c.*

BRAUSIA. Charta Monasterii Miniacensis apud V. Cl. Hubertum in Hist S. Aniani Aurelian. p. 141. *Sunt verò præfati mansi in pago Aurelianensi in Vicaria Pettuarensi, in villa quæ vocatur Ulmetivilla; habet in ipsis prædictis 20. mansis vineas, brausias, casuales,* (f. casales) *puteos, terras arabiles, cultas & incultas, &c.* Ubi *brausia*, videtur esse nostrum *Brossailles*, vepres, dumeta.

BRAVUS Fori Aragon. lib. 8. pag. 146. v. *Qui pignorat boves bravos, equas, vaccas, vel oves &c.* Fortè *branas*, sterile jumentum. Vide in hac voce.

BRAZEAGIUM, nostris, *Droit de Brassages*, jus nempe quod Monetario competit pro salario cusæ monetæ: de qua voce consulendus V. Cl. Buterous in libro de Monetis Francicis pag. 150. Charta Henrici Imp. ann. 1311. pro Monetariis Cumarum in Italia: *Pro monetis nostris de novo ordinatis fabricandis & cudendis in Italia ordinavimus cum operariis & monetariis nostri Imperii de Italia, tam super brazeagio & labore suo, quàm super libertatibus & franchisiis, &c.*

BRAZZADELLUS, in Charta an. 1303. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 3. part. Histor. Eccles. Placentinæ pag. 273.

BRAXINA, *Braxionarius.* Vide *Brace*.

BREBANCENI, *Brebantiones, Brebiciones.* Vide *Brabantiones.*

BREBITARIUS. Capitulare 1. Caroli Mag. an. 802. editum à V. Cl. Steph. Baluzio cap. 1. *Et si tale aliquid esset, quòd ipsi* (Episcopi) *per se cum Comitibus provincialibus emendare & ad justitiam reducere nequivissent, hoc absque ulla ambiguitate cum brebitariis suis ad suum referrent judicium, &c.* An *Breviariis*, seu brevibus, indiculis, scriptis?

BRECES. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 113. *Dedit Ecclesiæ sancti Petri duos breces in feodo suo, cum grava & pratellis eidem terræ adjacentibus.*

BRECTAMENTUM. Fulgentius Placiades de Virgiliana continentia: *Nam ecce ad me ipse Ascræi fontis brectamento saturior advenit.* Vox formata à Gr. βρέχειν. Vide *Embrocare.*

BREDE, vox Saxonica, Dolus, fraus. Habetur in Legibus Kanuti Regis cap. 44.

BREIARE, Pinsere, Gall. *Broier le pain*, vel, ut alii efferunt, *Breier.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacens. MSS. *Qui verò nesciunt tornare, postquam bene apparaverunt pastam, dant eam famulis ad tornandum. Similiter illi qui breiant, non apponunt os ad psalmodiam, ne fortè de saliva quid saliat in massam.*

BREISNA,

BREISNA. Charta Hamelini Comitis Warennæ in Monastico Anglic.tom.1. pag. 406. *Concedo Deo & Monachis — 30. breisnas singulis annis habendas ad 3. terminos, — & quòd custos de Santoft debet mittere prædictas breisnas ad Conventum ad prædictos terminos.* Alia Charta ibidem: *3. lupos in Brademars, & 12. breisnas.* An piscis qui *Brenna* dicitur Gervasio Dorobernensi pag. 1393. vel ovis sterilis & castrata, quæ *Brebeigne* nostris dicitur.

BREMTERIC. Vetus Codex continens Leges Hoëli Boni: *Tres solùm sunt homines, Rex, Optimas, Villanus, & eorum membra. Membra Regiæ sunt ad Regiam dignitatem pertinentes, ea tamen carentes: quorum unus dignior est, scilicet qui in discumbendo collocatur in loco, ex quo Regia dignitas exspectatur. Hic vocatur Edlingo Verùm ex quo terram accepit illorum, Bremteric, juxta dignitatem terræ quam acceperit, dictus est.*

BREN, *Brennium*, Furfur: vox, ut videtur, formata ex *cantabrum*, quod idem sonat. Papias: *Cantabrum, far caninum, quo canes pascuntur, purgamentum tritici.* Ugutio: *Furfur, Brennum.* Ex Cambro-Britannico *Brann*, furfur. Catholicon Armoricum: *Bren*, Gall. *bren*, *son*, Lat. *hoc cantabrum, furfur.* Ordericus Vitalis l. 3. p. 499. *Idem vir Robertus vocabatur & Meslebren, id est, miscens furfurem.* Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 675. *Si aliquis autem bladum emerit, & de eo panem fecerit, tenetur lucrari in salva mina teruncium & bren.* Statutum Joannis Regis Angl. apud Matth. Parisium pag. 145. *Ita quod pistores poterunt vendere, & in quolibet quartario lucrari tres denarios, exceptis brennio & duobus panibus ad furnarium.* Guiotus Pruvinensis in Biblia MS.

> *Il parolent & bien & bel,*
> *Il resemblent le buretel*
> *Selonc l'Escriture devine,*
> *Qui giete la blanche farine*
> *Fors de lui, & retient le bren.*

Manger du bren de quelqu'un, in veteribus Statutis MSS. pro Talemellariis Parisiens. *Li Tamellier qui sont Haubanier, sont quites du tonlieu des pors, & de ceux qui revendent, pourtant quis aient une fois mengié de leur bren.* Vide V. Cl. Menagium, in Orig. Francic.

Brennagium, Tributum quod pro *Brennio* præstatur, vel *Brennium* ipsum, quod tenentes dare tenentur dominis suis pro canum venaticorum pastu. Gesta Dominorum Ambasiensium cap. 2. n. 9. *Consuetudinem quandam quæ Brennagium dicitur, &c.* In Regesto Philippi Aug. fol. 69. *Fenagium, Brenagium, Remagium.* Charta ann. 1313. in Regesto 49. Chartophylacii Regii Ch. 191. *Comme nostre Sire le Roy nous eust mandé par ses Lettres, que nous ensoi missions de la valüe des terres gaagnables, des champars, du brenage, & des autres menües rentes que il avoit en la ville de Gisors.* Et infrà: *Item le brenaige vaut 15. muids d'avaine par an.* Alia Roberti Comitis Drocensis an. 1184. *Ut scilicet Canonici singulis annis nomine brenagii prædictis vavassoribus nostris 20. sextarios avenæ — persolvant.* Tabulæ Gaufredi de Lisiniano D. de Vouvent & de Mervent an. 1232. *Procurationes, quas mihi deberi dicebam, & meis præpositis, Falconariis, Venatoribus, servientibus ac cuilibet de familia mea, quandocunque diverteremus ad Monasterium memoratum,* (Malleacense) *simili modo concedo, remitto, & quitto necessaria quæ dicebam equis, mulis, canibus, & avibus meis, ac eorum custodibus, in eodem Monasterio seu membris ipsius perendinantibus ex consuetudine ministrari.* Vide tom. 1. Monastici Anglic. pag. 98. Eò etiam spectant quæ habet Hincmarus ex Adalardo de Ordine Palatii cap. 24. ubi de Venatoribus & Falconariis regiis: *Admonere studebant quando tanti, vel quando toti more solito foris nutriendi usque ad tempus mitterentur, aut tempore congruo per denominata loca venandi causa pariter & nutriendi dispenserentur.*

Brennarii, Qui *brennatico* cogendo præfecti sunt, vel penes quos canum pascendorum erat cura. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1255. *Quia cùm Brennarii & Venatores mei gistum cum canibus suis capere consueverint in terra & villis S. Benigni Divionensis, &c.* Tabularium Vindocinense Ch. 440. *De comestationibus pane quotidianis per omnes obedientias quas ipse & Brenarii ejus faciunt.* Atque ii canes venaticos ad venationem ducebant. *Le Roman de Garin:*

> *Sire en ce gaut a trouvé un Bernier,*
> *Le plus bel home qui onques fust sous ciel,*
> *S'a un sengler retenu à trois chiens.*

Et infrà:

> *Pardevant vos a occis un Bernier.*

istiusmodi exactiones pro canibus venaticis, atque adeo ipsis venatoribus *Tenentium* impensis, pascendis, sæpe observare est. Charta Renardi II. Comitis Senonensis, in Tabul. S. Germani de Pratis: *Villam de Villers ab omni judiciali potestate liberam esse decernimus, ita ut nullus Judex publicus vel Venator, seu ministerialis noster ad freda, aut tributa exigenda, vel homines in ea commanentes, vel paratas faciendas, vel teloneos tollendos, aut rotaticum, vel pedaticum, seu stratum vel pastum venatorum & canum accipiendum — in eam ingredi audeat.* Alia Roberti Ducis Burgund. ann. 1042. in eodem Tabul. *Has omnes consuetudines guerpivi, scilicet mei hospitalitatem & canum pabulum, nec non caballorum meorum custodiamque, eorum receptum, atque vini captionem.* Literæ Regis Roberti in Tabulario Abbatiæ S. Dionysii: *Venatorum hospitationes, Falconariorum diversiones.* In alia S. Ludovici ann. 1269. apud Doubletum p. 911. *Pastus sive procuratio canum nostrorum.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis 9. Kl. Octob. *Bajochas a Regia exactione, quæ brennagium dicitur, non sine maximo sumptu liberavit.* In Arestis Candel. 1261. 1. Reg. Parl. f. 121. *Judicatum, fuit quòd Brenagium levaretur per fo os.* Aresti O. SS. an. 1262. in eod. Reg. f. 37. *Inquesta facta — ad sciendum, utrum consuetum sit in Aurelianesio & territorio de Cuny, quod quando Capitula, Religiosi, aut Nobiles excolunt terras suas ad proprias carucas, & proprias expensas suas, utrum inde reddant aliquod Brenagium Dom. Regi, — Milites, Capitula, Religiosi non tenentur solvere Brenagium de propriis terris suis quæ redeunt ad manus ipsorum.* Adde fol. 44.

Bernagium. Aresta an. 1257. in eod. Reg. f. 6. *Marescallus habet ibi bernagium suum per manum D. Regis.* Aresta Candelosæ an. 1274. fol. 75. *Probatum fuit per confessionem Procuratoris Decani & Capituli sancti Aniani Aurelian. per inquestam super hoc factam, quòd — est in possessione percipiendi & levandi bernagium seu tensamentum ab hominibus manentibus in terra dicti Capituli apud, &c.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 960. *Ego Willelmus Normanorum Comes concedo eam* (Ecclesiam) *liberam ab omnibus consuetudinibus granariorum & bernagiorum.*

Brenaticum & *Brennaticum*, in Diplomate Ludovici Reg. an. 1134. in Probat. Hist. Drocensis pag. 224. & in alio Regis Henrici I. an. 1033. in Hist. Meledun. pag. 285. & 310. ubi fallitur Seb. Rouillardus, dum ait esse tributum quod pro venaticorum canum stramine præstabatur. *Furfuragium* dicitur in Chronico Maurimacensi p. 560. *Quidam viri impii videntes ita locum proficere, cœperunt lacessere & calumnias quasdam inferre facere: quorum alii minaciter expetebant Furfuragium, alii Gallinagium, alii Tutamentum.*

Brenneria, in Testamento Petri Comitis Sabaudiæ an. 1278. & in Charta Odonis Ducis Burgund. an. 11 2. apud Perardum pag. 205.

BRENA, Frutetum, Fruticetum. Hispanis *Brenna.* Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781.

an. 781. apud Sandovallium: *Montes, fontes, molinarios, brevis totum ab integro damus, &c.*

BRENEXELLUS. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. *Item* (aves) *capiuntur aliis quibusdam modis: uno modo ad brenexellum cum gimecta*, (leg. *guvetta*) *quo parvæ capiuntur aviculæ.* Infrà: *Item non solùm cum brenexello, qui ex duabus virgulis constat, verùm etiam, &c.* Ubi vetus Interpres Gallicus: *On peut aussi prendre oiseaux par autres manieres, comme est au brail à une guvette, à quoi l'on prend les petits oiseaux.*

BRENNA. Vide *Breisna.*

BRENTA, Vasis vinarii species. Statut. Veron. lib 4. cap. 113. 117.

BRENTA, *Brenta*, Italis, maximè vino deferendo idonea. *Brentator*, qui *Brenta* vinum defert. Vide Statuta Mediolan. 2. part. cap. 493. ubi ejusmodi *brentæ* ad extinguendum ignem, si incendium in urbe accidat, adhibentur.

BREPHOTROPHIUM, Græc. βρεφοτροφεῖον, Ædes in qua infantes, recentesque partus expositi, aut egentibus parentibus nati alebantur, in leg. 16. & 18. Cod. de Sacros. Eccl. Vita MS. S. Magnebodi Episcopi Andegavensis cap. 5. *Xenodochia ac brephotrophia, diversaque mansionum habitacula ædificare procuravit.* Vide Capitula Caroli M. lib. 2. c. 29.

BRESMIA, Piscis, qui vulgò nostris *Bresme*, quibusdam *Cyprinus latus*. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 20. *Vivaria, stagna, lacus, servoria, & hujusmodi piscarias suas quisque discretus bresmiis & perchiis faciat instaurari, &c.*

BRETACHIÆ, Castella lignea, quibus castra & oppida muniebantur, Gallis *Bretesques*, *Breteques*, *Breteches*. Ita in Consuetud. Artesiensi, art. 37. Insulana art. 155. 160. 169. 185. Valentianensi, Tornacensi, &c. in Chron. Flandr. cap. 79. 113. *Bertesca*, apud Joan. Villaneum lib. 9. c. 46. lib. 10. c. 10. Guill. Armoricus de Gestis Philippi Aug. an. 1202. *Fabricavit brestagias duplices per 7. loca, castella videlicet lignea munitissima, à se proportionaliter distantia, circumdata fossis duplicibus quadrangulis, pontibus versatilibus interjectis, implevitque hominibus armatis non solùm castella illa, immo interiorem omnem superficiem fossarum, & ita circumsepsit obsessos.* Baldreschas. Ita in Statutis Mediolan. 2. part. cap. 348. *Le Roman de Garin*:

La vile fit mult richement garnir,
Les fossés fere, & les murs enforcir,
Les breteſches drecier, & esbaudir.

Philippus *Mouskes*:

Prisent galies & esnekes,
Bien bataillies à bretreskes.

Le Roman de Vacce:

As breteches monterent, & au mur quernelé.

Infrà:

Les breteches garnir, & les pertus garder.

Rursum:

Entour ont bretesches levées,
Bien planchiées & quernelées.

Guillelmus *Guiart* ad ann. 1284.

Des haus crenaus, & des breteches,
Retraient quarriaus, cours & lons.

Idem an. 1304.

En l'estage ot une espringale,
Là où la bretesche est haucie,
Si joint au pont une chaucie.

Joannes Abb. Laudun. in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 55. *Et avoient par devant eux mis breteches qui avoient grans broches de fer, & estoient couvertes de toiles, afin que on ne les peut appercevoir.*

Brutesche. Matth. Paris an. 1224. *Cùm à Regis bellatoribus duæ testudines, quas Gallicè Brutesches appellant, non sine multorum læsione subacta essent, invaserunt castellum undique consequenter.*

Britischia. Regestum Philippi Aug. fol. 10. *Et bretescham quam Galtherus de Thereta tenet de eodem Rege.*

Britechia. Charta Roberti Comitis fratris Regis Franciæ in Tabulario Campan. *De domo quadam— partem cujus firmaveram cum fossato duorum jactuum: hujus verò rei compositio tali pacto terminata est, ita videlicet quatenus illud quod jam firmatum fuerat cum fossato duorum jactuum remaneret; reliquum verò cum uno jactu fossati tantùm, & sepe sine briteschia firmetur.*

Baltrescha, eadem notione, ex Italico *Baltresche* Chartæ Papiensis an. 1179. *Videlicet ad fossidandum, & aspaldandum & faciendum baldreschas.*

BRETHUN *sepaldes*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 89. *Et qui* brethun sepaldes, betan sepaldes, *& in quibus homo non potest legitimè jurare, quòd per eum non fuerit aliquis vitæ remotior, morti propinquior dignè componat, sicut factum sit ex quibus sunt.* Alii Codd. habent: *Brechun yaldes bet Ange yealdes.*

BREUDATUS. Vide *Brusdatus.*

BREVIS, *Breve.* Inventarium, rotulus, chartula continens indicem, seu summariam rei cujuspiam descriptionem. Papias: *Schedæ, exemplaria, brevia, &c.* Gloss. Lat. Græc. Πιττάκιον, *Pittacium, Brevis.* Vetus Interpres Juvenal. Sat. 7. *Comites in fasce libelli: Breves significat.* Lampridius in Alexandro Severo: *Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militum.* Annales Franc. Bertiniani an. 869. *Ut Episcopi, Abbates, & Abbatissæ, breves de honoribus suis, quanta mansa quisque haberet,—deferre curarent.* Acta Murensis Monasterii: *Continentur in supradictis capsulis reliquiæ aliorum quorundam Sanctorum, cum quibus breves non inveniuntur.* Synodus Romana sub Bonifacio II. PP. *Factus est autem brevis de sacris vasis atque rebus Ecclesiasticis.* Utuntur passim hac notione Scriptores. Vegetius lib. 2. c. 19. Codex Theod. leg. 24. de Erog. milit. ann. leg. 18. de Cursu publ. leg. 7. de Falsa moneta, leg. 2. de Bonis vacant. leg. 2. de Incorp. leg. 3. de Fisci debit. leg. 13. de Annon. & trib. leg. 1. de Exact. & alibi sæpe, Senator lib 1. Epist. 6. lib. 2. Epist. 39. lib. 4. Epist. 21. Vopiscus in Aurel. & in Bonoso, S. Augustin. lib. 3. contra Crescon. c. 29. S. Hieronym. Epist. 5. S. Benedict. in Reg. c. 32. 41. Regula Magistri c. 93. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 41. Uldaric. lib. 1. Consuet. Cluniac. c. 52. Lup. Ferrar. Epist. 80. Capit. Caroli Mag. lib. 3. c. 82. Capit. Caroli Calvi tit. 9. c. 6. tit. 31. cap. 19. Epist. Synodal. in Concilio Constantinop. I. Concil. Toletan. IX. can. 9. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 5. §. 3. &c. Sic βρέβιον, & βρεβεῖον, non semel usurpant Græci recentiores. Glossæ Juris: Βρεβεῖον, ἡ καταγραφή. Palladius in Vita Chrysostomi pag. 27. Edit. V. Cl. Emerici Bigoti & Anna Comn. lib. 6. pag. 156.

Breves, feminino genere. Capitul. an. 793. cap. 14. *De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt, volumus ut fiant descriptæ breves, & ipsæ breves ad nos fiant adductæ.*

Breves, Acta Notariorum. Lampridius in Alexand. Severo: *Eum notarium qui falsum causæ brevem in Consilio Imperatorio retulisset—deportavit.* Capitulare Adelchisi Principis Beneventani, apud Camillum Peregrinum, cap. 8. *Inconveniens usque modò consuetudo extitit, ut jam quisquis voluisset, si nosset scribere, brevem undecunque opportunitas exegisset: amodo autem decernimus, ut soli Notarii brevem scribant, sicut cætera munimina: & quicunque deinceps Brevis fuerit absque Notarii subscriptione ostensus, nullam retineat firmitatem.*

Brevia mortuorum, quæ à Monachis in ea Monasteria, cum quibus societatem, seu, ut ajunt, *fraternitatem* inierant, mittebantur, quibus Monachorum suorum mortem & obitum nunciabant, quo pro iis statas & ordinarias preces & Missas exsolverent.

Littera

Litteræ currentes dicuntur in Concilio apud Saponarias ann. 859. cap. 13. quarum formula ita concipitur in libro Usuum Ordinis Cisterciensis c. 98. extremo: *Prima Augusti obiit in Monasterio N. Nonnus N. de N. Sacerdos & Sacrista ejusdem Monasterii: pro cujus anima vestras precamur orationes ex charitate, & orabimus pro vestris.* Alias formulas collegit Haeftenus l. 8. Disquisit. Monast. tr. 1. disq. 4. §. 3. Liber Ord. S. Victoris Paris. MS. c. 14. *Ad ejus* (Eleemosynarii) *officium pertinet breves de defunctis foris ad deferendum dare, & allatos suscipere, & in loco constituto ponere.* Hugo Abbas Cluniac. in Statutis Cluniac. cap. *de Brevibus mortuorum: Statuimus, ut — ubicumque Frater decesserit, major deferendis brevibus habeatur diligentia, & omnimode defunctis debita persolvantur.* Vide Cæsarium Heisterbach. lib. 1. Mirac. cap. 40. & librum Epistolarum S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini Epist. 108. & alibi passim. Statuta Ordinis de *Sempingham* pag. 780. 781. Vitam S. Hildegundis num. 34. Histor. Monast. S. Barbaræ Lugdun. cap. 19. num. 4. 6. cap. 20. n. 4. c. 25. n. 5. &c.

Brevis tabulæ, quæ in Capitulo recitatur de quolibet Officio, sive ad Matutinas, sive ad Missam, sive ad Capitulum, sive ad mensam, sive ad collationem, cujus faciendi cura *Armario* incumbit: ita Liber MS. Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 19. Vide *Tabula Officialis.*

Breve Rememoratorium, *Breve Memorabile*, *Memorialis descriptio*, passim in Tabulario Cadurcensis Ecclesiæ, pro ea charta quam *Notitiam* vulgò vocant.

Breve Recordationis, ea dem notione, apud Ughellum tom. 3. p. 35. to. 4. pag. 211. 908. Vide *Notitia.*

Brevis Divisionalis, Testamentum, ultima dispositio Charta Hugonis Episcopi Tolosani apud Catellum pag. 858. *Ideo brevem divisionalem facio de omnibus rebus meis, &c.* Vide *Divisa.*

Breve Sacramenti, Instrumentum confectum de sacramento præstito, & testium subscriptionibus firmatum, in Formulis solenn. cap. 128. Gregorius Turon. lib 4. Hist. c. 41. *Factoque ex hoc sacramento, breve Sacramentorum Regi illi protulit discedenti.*

Breve apud Provinciales, dicitur Regio, seu potius dominium, *Seigneurie*, districtus in quo *Breve* donatur. Charta Gaufredi Aptensis an. 1246. *Breve Episcopale de Bocaria civitatis Aptensis, & breve quod quondam fuit dominorum de Viens.* Occurrit ibi non semel. Joannes de Reallero Archidiac. Vasionensis in Antiquitat. MSS. Vasion. *Adjudicavit castrum Vasionense Comiti, divisa jurisdictione inter Comitem & Episcopum, distincta civitate per partes, quarum una vocatur Breve Comitis, altera Breve Episcopi, & hoc quoad jus directi dominii.* Charta an. 1279. *Vocari fecit coram ipsos dominos, & homines medietatis dicti castri, de Brevi dominæ Jordanæ.* Adde Columbum lib. 3. de Reb. gestis Vasionensium Episcoporum num. 5. 6.

Breve, Annuus reditus qui ex prædiis aut rebus aliis provenit, qui in *brevibus* describi solet. Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ pro Marquetano Monasterio, apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 30. §. 26. *Ad opus quoque unius Hospitalis, quod infra ambitum ejusdem Monasterii inchoavimus, 200. librarum reditus in eleemosynam contulimus, — sumendos annuatim de paratioribus proventibus, ad brevia nostra Insulensia pertinentibus, &c.* Infrà: *40. libr. reditus assignavimus solvendos ad nostra brevia de Gandavo.* Alia Margaretæ Comitissæ apud eundem: *Sexaginta solidos singulis annis de brevibus, quæ Majus officium appellantur, Brugis in sancto Christophoro recipiendos.* Adde Marchantium lib. 1. Flandriæ.

Breves, alia notione, in veteri Charta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 369. 370.

Brevia, Characteres magici in *brevibus* descripti, quos secum deferre solent, qui iis utuntur. Gloss. Græc. Lat. φυλακτήριον, *Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Brevia:* perperam *prævia* in Edit. Capitula Herardi Archiepisc. Turon. cap. 3. *De maleficis, incantatoribus, & brevibus pro frigoribus, &c.* Id est, pro curandis febribus, cujusmodi passim describit Marcellus Empiricus & Myrepsus sect. 37. cap. 66. 67. 97. Usatica MSS. urbis Ambian. de Monomachia decertantibus: *Il doivent jurer k'il n'ont herbes, ne brief, ne caraudes seur aus, ne fait sor, ne sorcherie, ne art, ne caraude.* Libellus Catalanicus MS. *de Batallia facienda: Ne ser metzanes, ne conjurations, ne posar breus, ne altres coses, per que neguns des bataylers fos embergat de son dret à menar o defendre.* Infrà: *Ne y metre armes que pien vertut, ne nomina, ne pera preciosa, ni portare fuere cardi, &c.* Vide *Character, Ligatura, & Phylacterium.*

Brevium conscriptio, Divinationis species. Vide *Sortes Sanctorum.*

Brevis, Epistola, mandatum. Balbus in Cathol. *Breve, pro litteris, quod & brevis invenitur.* Hesychius: βαιόν, ὀλίγον, μικρὸν γράμμα. Leges Henrici I. Regis Angl. c. p. 13. *Hæc mittunt hominem in misericordia Regis, infractio pacis, quam per manum suam dabat alicui, contemptus brevium suorum, &c.* Vide c. 41. 68. & 79. Quod verò hîc *contemptus brevium* dicitur, *despectus litterarum* Regiarum appellatur in Capitul. 5. an. 819. c. 12. & lib. 4. Capitular. cap. 55. Charta Galeranni Comitis Mellenti, in Tabulario Prioratus S. Nicasii fol. 20. *Sed & secundam decimam post primam decimationem de domestica carruca mea de Vallis, sive in manu mea sit, sive ad firmam vel censum eandem aliquis de manu mea receperit: videlicet pro brevibus meis quæ Monachi B. Nicasii debent facere, ubi à Præposito meo vel ab aliis servientibus meis rogati fuerint, &c.* Forte quia soli ferè Monachi scribere tunc noverant. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 12. *Dictante legationis suæ brevem. Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.*

> *Cil de Jerusalem ont fait lor assamblée,*
> *Par briet & par saiaux orent lor gent mandée.*

Le Roman de Garin:

> *Là sont les tables au Chapelein Yvon,*
> *Qui fet les briez au pruez Comte Fromont,*
> *Que il envoie par mer & par Gascons,*
> *Parmi la terre as Chevaliers Barons.*

Alibi:

> *Més festes moi briez & chartres escrire.*

Le Roman d'Aubert MS.

> *Ses chartres fait & ses briez saieller.*

Joan. de Condato MS.

> *Messager le Roi fu li Martres.*
> *Cil portoit ses briés & ses chartres.*

Breve testatum, apud Obertum lib. 1. Feud. tit. 4. est publicum instrumentum, uti interpretatur Eguinarius Baro lib. 4. de Feudis cap. 7.

Breve, Cowello dicitur Citatio, vel decretum causam breviter continens, ob quam quis in jus vocatur, aut aliquid aliud facere jubetur. Ita autem appellatur, ut est in Fleta lib. 2. c. 13. §. 2. *quia est formatum ad similitudinem regulæ juris, quod breviter & paucis verbis intentionem proferentis exponit & explanat, sicut regula juris rem quæ est, breviter enarrat.* Eadem habet Bracton lib. 3. tract. 1. c. 12. §. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 17. §. 2. Concilium Rotomagense an. 1299. cap. 5. *Quominus de ipsis* (casibus) *cognoscere, valeant* (judices Ecclesiastici) *impediunt atque perturbant: eisque cedulas inhibitorias dirigentes, quæ Brevia nuncupantur, in casibus in quibus de sui natura brevia nulla cadunt, &c.* Totidem porro sunt species *Brevium*, quot ferè *Actionum*, quas hîc leviter attinge-

attingemus secundùm ordinem literarum, postquam aliquid de generalibus *Brevibus* quædam dixerimus, indicatis duntaxat Scriptorum locis, à quibus Lector plura haurire liberum erit, cùm hisce immorari pluribus Glossarii ratio non sinat.

Breve patens & apertum, de quo Bracton lib. 5. tr. 5. c. 17. §. 1. & 2. Fleta lib. 5. c. 24. §. 7.

Breve clausum, de quo Bracton lib. 5. tr. 5. c. 17. §. 2. Fleta lib. 5. c. 24. §. 7.

Breve originale, quo quis primò citatur ad judicium. Cowell.

Brevia judicialia, sunt ea quæ sæpius variantur secundùm varietatem placitorum proponentis & respondentis, petentis & excipientis, secundùm varietatem responsionum. Fiunt autem *Brevia judicialia* in Cancellaria ex recognitionibus & contractibus habitis, & in rotulis Cancellariæ rotulatis. Bracton lib. 5. tr. 5. c. 17. §. 2. Fleta lib. 2. c. 13. §. 7.

Brevia Magistralia, ea dicuntur quæ sæpius variantur secundùm diversitatem casuum, factorum, & querelarum: eorum quædam sunt personalia, quædam realia, & quædam mixta, secundùm quod sunt actiones diversæ, vel variæ; quia tot sunt formulæ Brevium, quot sunt genera actionum. Bracton. lib. 5. tr. 5. c. 7. §. 2. Fleta lib. 2. c. 13. §. 4.

Brevia remedialia. Fleta lib. 4. c. 31. §. 5.

Breve placitabile, quod requirit formam ordinariam processus. Quoniam Attach. cap. 25. 49. §. 1. prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 25.

Breve cadere dicitur, cùm non convenit actioni, nec in suo casu impetratum est. Cadit etiam in pluribus aliis casibus, de quibus Bracton lib. 5. tr. 5. c. 17. Fleta lib. 2 c. 54. Adde Concilium Rotomagense an. 1299. can. 5.

Brevia cursoria, currentia, seu *de cursu*, Fletæ lib. 2. c. 12. §. 2 & 15. dicuntur, quæ concilio totius regni sunt approbata, quæ quidem mutari non possunt absque eorumdem contraria voluntate. Ejusmodi sunt quæ recensentur in Legibus Baronum Scoticorum, seu Quon. Attach. c. 49. & seqq. apud Bracton. Fletam, Rastallum, Cowellum & alios IC. Anglicos, à quibus Brevia sequentia excerpsimus, ut si Lector in ea inciderit, horum vim ab Auctoribus laudatis petere possit.

Breve de altiori natura. Fleta lib. 4. c. 3. §. 19. c. 10. §. 1.

Breve de admensuratione dotis. Fleta lib. 5. c. 23. §. 13.

Breve assisæ mortis antecessoris. Bracton. lib. 4. tract. 3. §. 2.

Breve de avo & proavo. Fleta l. 5. c. 5. §. 1.

Breve de assisa novæ disseisinæ. Bracton l. 4. c. 47.

Breve accedas ad Curiam. Rastallus.

Breve ad quod damnum. Rastallus.

Breve de ætate probanda. Rastallus.

Breve annua pensione. Rastallus.

Breve apostata capiendo. Rastallus.

Breve amoveas manus. Rastallus.

Breve assumpsit. Rastall.

Breve magnum cape. Rastallus, &c. Matth. Paris p. 72. Radulf. de *Hengham* in Magna c. 8.

Breve parvum cape. Rastallus, Radulf. de *Hengham*.

Breve cui ante divortium. Rastallus.

Breve contributione facienda. Rastallus.

Breve contra formam collationis. Rastallus.

Breve contra formam feoffamenti. Rastallus.

Breve certiorari. Rastallus.

Breve de consanguinitate. Bracton. l. 4. tract. 4. c. 1. Fleta lib. 5. c. 2. §. 1. 3.

Breve de conventione. Leg. Baron. Scotic. c. 50. Fleta l. 4. c. 31. §. 1.

Breve de consuetudine. Fleta l. 2. c. 62. §. 16.

Breve de Curia claudenda. Cowellus.

Breve cui in vita. Rastallus verb. *Acceptance*, & in hoc verbo.

Breve capias. Rastallus.

Breve cessavit. Rastallus.

Breve cessavit de Cantaria. Rastallus.

Breve diem clausit extremum. Rastallus.

Breve de dote. Fleta l. 5. c. 25. §. 2. 3. 5.

Breve de districtione pro debito. Leges Baron. Scotic. cap. 49.

Breve de disseisina, aut novæ disseisinæ. Lege Baron. Scotic. c. 53. Fleta lib. 4. c. 5. §. 11. 12. 14. c. 17. §. 17.

Breve decies tantum. Rastallus.

Breve dedimus potestatem. Rastallus.

Breve devastaverunt bona testatoris. Rastallus.

Breve de dote. Rastallus.

Breve dum non fuit compos mentis. Rastallus.

Breve elegit. Cowellus in Indice dictionum, & Rastallus.

Breve dum fuit infra ætatem. Rastallus.

Breve de feodo & eleemosyna. Regest. Parlam. Paris. B. f. 51. Vetus Consuet. Normann. c. 115.

Breve de feodo & vadio. Vetus Consuetudo Normann. c. 111.

Breve de feodo & firma. Ibid. c. 112.

Breve de judicio. Fleta lib. 5. c. 4. §. 1.

Breve de ingressu. Statut. 2. Westmon. c. 53. Bracton lib. 4. c. 47. tract. 7. c. 1. Fleta l. 4. c. 2. §. 21. c. 5. §. 14. c. 12. §. 2. c. 20. §. 11. l. 5. c. 5. § 43. c. 35. 36. 37.

Breve de intrusione. Fleta lib. 4. cap. 1. §. 4 cap. 30. §. 15.

Breve indicavit. Statutum de conjunctim feoffatis c. 2. Rastallus, &c.

Breve inquisitionis. Statuta Roberti III. Reg. Scot. c. 2. & ibi Skenæus.

Breve de liberando hominem à plegiatione sua. Leges Baron. Scotic. c. 51.

Breve de morte antecessoris. Leg. Baron. Scotic. c. 52. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 19. Vet. Consuet. Normann. c. 81. 88. 89.

Breve de medio. Bracton. lib. 2. c. 7. §. 3. Fleta l. 2. c. 50. § 3.

Breve monstraverunt. Rastallus.

Breve moderata misericordia. Rastallus.

Breve de maritagio incombrato. Vetus Consuet. Normanniæ c. 100.

Breve de nativis. Fleta l. 2. c. 51. §. 1. l. 4. c. 5. §. 14. Leg. Baron. Scotic. c. 56.

Breve ne vexes Fleta l. 4. c. 2. § 9. l. 5. c. 40. Radulf. de *Hengham* in Parva c. 8.

Breve nuper obiit. Fleta l. 5. c. 7. §. 1. 3. c. 8. §. 1.

Breve ne admittas. Rastallus.

Breve non omittas propter libertatem. Rastallus.

Breve nihil dicit. Rastallus.

Breve nisi prius. Rastallus.

Breve nuper obiit. Rastallus.

Breve de nova disseisina. Statuta David. II. Reg. Scot. c. 19. Vetus Consuet. Normanniæ c. 81. 83.

Breve de protectione Regis infracta. Leg. Baron. Scot. c. 54.

Breve de pace Radulf. de *Hengham* in Summa magna c. 4.

Breve perambulationis. Leg. Baronum Scotic. c. 78. §. 2. Fleta l. 4. c. 15. §. 1. Cowellus & Rastallus.

Breve de purparte. Fleta l. 5. c. 5. §. 40. c. 6. §. 57. c. 9. §. 31. Bracton l. 4. tract. 3. c. 13. §. 2. c. 15.

Breve perquisitis. Rastallus.

Breve Pone. Rad. de *Hengham* in Magna c. 4.

Breve præmunire. Rastallus.

Breve præcipe in capite. Rastallus.

Breve procedendo. Rastallus.

Breve

Breve protectionis. Raſtallus.

Breve quo minus. Raſtallus.

Breve quod permittat. Raſtallus.

Breve quo jure. Bracton l.4.c.40. Fleta l.4.c.24. §.1.16.l.6.c.15. Raſtallus.

Breve quod ei deforciat. Raſtallus.

Breve quo Warento, Bracton.l.4.tract.4.c.6.Fleta l.6. c.15. Raſtallus,Monaſt.Angl.tom.1. p.72. tom.2.p.2.

Breve quod ei deforciat. Raſtallus.

Breve quare impedit. Bracton.l.4.tract.2.c.6.§.2.3. Fleta l.5.c.16. Raſtallus.

Breve quare ejecit. Raſtallus.

Breve quare incumbravit. Raſtallus.

Breve quare intruſit. Raſtallus.

Breve quare non admiſit. Raſtallus.

Breve de recto Regiam Majeſt. l. 2. c.16. §.20.21. Fleta l.5.c.8.§.9. Bracton. l.5.c.1.2.&c.l.5.tract.3. c.5.§.3. Littleton ſect. 170. Radulfus de *Hengham* in Summa magna c.1. &c.

Breve de rationabili parte de dote. Fleta l.5.c.25.§.4.

Breve retraxit. Raſtallus.

Breve de ſummovendo Warentum. Fleta l.6. c.24.

Breve ſcire facias. Raſtallus.

Breve de ſtabilia & recognitione. Vetus Conſuetudo Normanniæ c.113.

Breve de ſuper demandis. Ibid. c.114.

Breve ad videndum infirmum. Rad. de *Hengham* in Magna c.4.

Breve utrum. Raſtallus.

Breve de Warento. Leg. Baron. Scotic. c.55. Fleta l.4.c.5.§.11.&alii paſſim.

Breviare. In *breves* redigere, deſcribere. Gloſſ. Gr. Lat. Βραχύνω, *Brevio.* Wippo de Vita Conradi Salici p.409. *Hæc de Regina interim breviavi.* Eckehardus Jun. de Caſib. S. Galli c.16. *Has in cartis breviatas à me clementer audi.* Utuntur etiam Latini Scriptores.

Inbreviare, eadem notione. Concilium Meldenſe an. 845. c. 42. *Inveſtigent ac diligenter inbrevient res Eccleſiaſticas, &c.* Hincmarus in Præfat. opuſculi 55. Capitul. *Habebas imbreviatos, quot infantes ſine baptiſmate, & quot homines ſine communione obierint.* Hiſtoriâ Ignoti Caſin c.6. in Diplom. Ludovic. II. Imp. *Ut cùm nos hoc proſpexerimus, & inbreviare fecerimus, non negligentes appareant.* Annal. Fr. Bertiniani an. 869. *Comites vaſſallorum beneficia imbreviarent.* Rogerus Hoved. in Ricardo I. *Imbreviabuntur & numerus carucatarum terræ, & valentia terrarum.* Occurrit præterea apud Nithardum lib.4. p.379. in Capit. Caroli M. lib.4. Append. 2. §.28. in Capit. Caroli C. tit 6. c.11. tit.9. c.1. p.86. tit. 27 c.5.7. tit. 31.c.19.22. in Capitulari ejuſdem Caroli Compendienſi an.868. c.1. in Concilio Duſiacenſi I.part.2.c.29. in Concilio apud Sanctam Macram an.881.c.4. apud Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. c.1. ſect.3. Udalricum lib. 3. Conſuet. Clun. c.10. 18. Matth. Paris p. 162 179. &c.

Inbreviatura, in Statutis Venet. an.1242. lib.1.c.36. *Regiſtre ou embreveure originelle,* in Conſuetudine Cameracenſi tit.3. art.8 Charta an.1181. apud Ughell. in Archiep. Mediolan. *Illæ terræ quæ erant inbreviatæ in quadam inbreviatura.* Libertates urbis Sacri Cæſaris in Biturigibus an.1327. *Nullus eorum, qui quondam ſervientes erant, de proprietate ſua, quam vendet, aliquam dabit conſuetudinem, vel imbreviaturas.*

Breviatores, Qui brevia conficiebant, in Nov. Juſt. 105. *Inbreviator ſive deſcriptor ſtipendiorum regalium,* mox: *Deſcriptor & relator ſtipendiorum regalium,* apud Hincmarum Remenſem.

Abbreviator, officium in Curia Romana. Carmen de Curia Romana v. 259.

Aut malè narrabis narranda, vel Abbreviator
Apponet factis pluſve minuſve tuis.

Breviarium, Inſtrumentum Notariorum. Paſſim in Statutis Venetorum an.1242.

Breviarium, Joanni de Janua, Locus *ubi reponuntur vel reportantur Brevia, vel ubi aliquid continetur abbreviatum: unde quidam liber in quo eſt totum Officium diurnum & nocturnum, dicitur Breviarius,* liber Eccleſiaſticum Officium compendio complectens. Charta Ludovici Pii in vita Aldrici Epiſcop. Cenom. n.11. *Sicut in plenariis & breviariis ejuſdem Eccleſiæ continentur.* Acta Murenſis Monaſt. p.32. *Sunt & 2. curſinarii, & 3. benedictionales libri: ex his unus habet obſequium mortuorum, & unus breviarius.* Epiſtola Hugonis Lugdunenſis Archiep. ad Robertum Lingonenſem Epiſcop. in Hiſt. de Exordio Ciſtercienſis Ordin. c.7. *Præter breviarium quoddam quod usque ad feſtivitatem S. Joan. Baptiſtæ retinebunt, ut tranſcribant, &c.* Hocce titulo donatur Breviarium Chori ad uſum Monaſterii Caſinenſis, ſcriptum Alexio Comneno imperante, hoc eſt, circa an.1100. *Incipit Breviarium ſive Ordo officiorum per totam anni decurſionem.* Quod quidem breviarium totius Eccleſiaſtici Officii rubricas, ritus etiam & ceremonias continet tam Officii recitandi, quàm Miſſæ celebrandæ, necnon peculiares præcipuarum ſolennitatum obſervantias. Ubi vir doctiſſimus Paſchaſius Queſnellus hinc colligi poſſe cenſet, primitus breviarii nomine ſolas rubricas, ſeu ordinem Officiorum olim innotuiſſe, quod poſtmodum toti officio quod ſequebatur, adſcriptum eſt.

Breviarius, idem quod *Brevis.* Tradit. Fuld. lib.1. c.39. *Sed & iſte breviarius ad ornamentum Eccleſiæ pertinet, id eſt, turibula deaurata 2. cortinæ 12. &c.*

Brevigerulus, bajulus & portator brevium, apud Joan. de Janua.

Breviculus, Indiculus, compendium, breviarium: diminutivum à *Breve.* Occurrit in Concilio Bracarenſi II. c.9. apud S. Auguſtinum, Agobardum de Baptiſmo Judæor. & in Epiſt. ad Proceres Palatii, Flodoard. lib. 3. Hiſt. Rem. c. 22. in Definitione Synodi Duſiacenſis II. an. 874. &c. Chronicon Flandr. c. 113. *Lors commencerent ceux d'Ypre à murmurer, & feirent brieveletes, & les jetterent ſecretement par toute la ville pour les gens diſcorder.*

Brevetum. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentreum lib.5. Hiſt. Armor. c.34. *Exceptis & retentis dicto Duci — peceio ſeu naufragio marino, forefacturis, emolumento ex fractura navium, & ratione peceii & naufragii ob defectum brevetorum.*

Brevialis, Brevis. Ruffinus Aquileienſis in Symbolo: *Sed videamus quid jam brevialis hic ſermo proponat.*

Brevicellum. Teſtamentum Bertichranni Epiſcop. Cenoman. *quos ſolidos per ſacellos ſeparatim cum brevicellis ſigillatis ad unumquemque locum — commendavi.*

BREVISOCREA, Cognominatus Robertus Comes Normanniæ, Nothi filius, Gallicè *Courte-heuſe,* quòd eſſet corpore pingui, breviqúe ſtatura, ut ait Ordericus Vitalis lib.4 & 8. p.545.664.

BRIA, *Menſura,* Joanni de Janua. Gloſſ. Lat. Græc. *Bria,* εἶδος ἀγγείου. Ita ſcribendum. Ebrardus Betun. in Græciſmo c.12.

Hæc Bria ſi dicas, modus eſt, vas Romipetarum:
Hic Bria, quo vinum ſibi diſtribuunt quaſi libra.

Radulphus in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n.31. *Quippe ſobrius dicitur, quaſi ſub bria conſtitutus, id eſt, ſub menſura.* Occurrit etiam apud Arnobium lib.7. Inde quidam noſtrum *buire* accerſunt.

BRIBETHUS. Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſis lib.1.c.26. *Vidit — vetulam anum ſuis veſtimentis bribetham chryſulatamque, venalem in manu tenentem, ac ſilvas veloci curſu volucritantem.* Quid ſi legatur *Birrhatam*?

BRICHEMINUS, idem quod *Cheminus,* Via, iter.

Charta Henrici II. Regis Angl. pro Abbatia Saviniacensi : *In piscariis & mariscis, in brichemini & semitis, & omnibus aliis locis.*

BRICA, *Brico.* Vide *Briga.*

BRICIA *panis*, Mica, frustum, apud Bertramum in Vita S. Francæ Abbatissæ num. 16. ex Italico *Bricia*, *Briciola.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ.

BRICOLA, Machinæ λιθοβόλου species, Gallis *Bricoll*, in jure municipali Florentinorum lib 3. vetantur cives privatim in turribus *Briccolas* habere. Chronicon Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. c. 26. *E los de la vila tiraven à la torre que hagueren en perduda ab un geny gran, e ab una brigola, &c.* Adde lib. 6. cap. 4. Froissart. 4. vol. c. 18. *Pour ce jour ils ne monstrerent autre deffense que de Bricolles, qui gestoient gros carreaux.* Blondus lib. 3. Romæ triumphant. *Balistam majores dixere prisci trabem validam, ita libratam, ut cùm pars densior ponderibus attracta descenderet, elevata proceritas sua funiculis, quos haberet alligatos, funda saxum maximi ponderis longè emitteret. Eique maximè nunc machinæ Bricholla est appellatio.* Hieronymus Magius lib. 1. Miscell. c. 1. *Trabuchi, machinæ lithobolæ, (ejusdem ferè generis sunt & bricolæ vocatæ, quibus avorum nostrorum memoria vasti molares in hostes jaculabantur.* Helias Capreolus lib. 7. Hist. Brixiensis : *Sed conjicientibus in ipsa castra saxa è machinis, quas Bricolas appellant, civibus, &c.* *Bricolarum* meminit præterea Monstrelletus 1. vol. c. 29. 93. 121. 125 Vide Octav. Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ in *Briccole.*

BRIDGUMUM, *Bridguma*, Saxonib. *Sponsus*, uti hæc vox redditur in Legibus Edmundi de sponsalib. c. 3. ubi perperam, ut & c. 2. *Brigdunia* scribitur. Caput 1. habet *brigdumum.* Ex Saxon. bryde, sponsa, & ȝuma, curare, ita ut sponsus sponsæ suæ dicatur curator, ut Gallis *Mari & Bail.*

BRIGA, Jurgium, rixa, pugna, Italis *Briga.* Catholicon Armoricum : *Brigus, Gall. Noiseux, Lat. Bricosus. Item Bricose, Gall. Tensement. Item hæc Briga, ga, Brigue, Tenczon.* A *trica* Lat. deducit Acharisius. Continuator Nangii an. 1348. *Et per lites, brigas, & rixas atque placita, &c.* Tho. Walsinghamus in Edw. III. p. 190. *Ferunt quidam quòd per istam brigam Rex per illos dominos in Parliamento constitutos noluit ulteriùs gubernari.* Vide Urbani V. PP. *Ne fierent brigæ, dissensiones, aut insultus.* Petrus de Cugneriis Advocatus Regius : *Si quis in briga, ubi sanguinis effusio facta fuerit, captus fuerit, &c.* Occurrit non semel apud Albertum Argentinensem p. 99. 102. 125. 128. 130. 164. Joannem Villaneum lib. 2. c. 16. lib. 6. c. 26. 87. lib. 7. c. 56. Vide *Brica.*

Briga, Lis. Charta an. 1279. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. p. 342. *Promiserunt, scilicet quòd ad interesse brigarum & evictionis spontaneè teneantur.*

Brigosus, Intricatus, fastidiosus, Italis *Brigoso.* Chron. Aulæ Regiæ c. 25. *Multa brigosa negotia sagaciter & efficaciter expedivit.* Statuta Academiæ Viennensis in Austria, apud Lambecium : *Scholares brigosi, luxuriosi, ebriosi, &c.*

Brica, pro *Briga*, Rixa, injuria. Gloss. Gall. Lat. *Brica, Brigue, Tençon.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio §. 26. *Quodsi fuerint in una brica & unus illorum ibi aliquem interfecerit &c.* Hinc fortè nostris *Bricon*, & Italis *Briccone*, pro *impudente*, & qui facilè rixatur. Chr. MS. Bertrandi *du Guesclin* :

Coment, ce dit li Princes, estes-vous si bricon.

Joan. Villaneus lib. 7. c 60. *Non vi dissi io che Pierro d' Aragona era uno fellone briccone.*

Imbrigare, Lite involvere : *Mettere in briga & in peritolo*, apud Joan. Villaneum lib. 6. c. 26. *Imbrigare*, Matthæo Villan lib. 2. c. 38 45. Albertus Argentin. an. 1264. *Franciscus se nolens imbrigare cum illo, à gravaminibus cessavit.* Chronicon Aulæ Regiæ c. 11. *Joannes Rex hereditates ad eam spectantes plurimas abstulit, ipsas quoque nobilibus suis contulit, aut obligationibus imbrigavit.* In Archivis Regii Tribun. sub Edw. III. *In brigam ponere terras & tenementa.* Charta Rogerii Massæ Episcopi an. 1257. *Promittimus vobis — prædictam dationem & traditionem — non imbrigare vel molestare, &c.*

Disbrigare, vox Italica, *Cavar di briga*, Molestia vel lite liberare. Charta an. 1275. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. p. 340. *Briga seu quæstio mota fuerit, — & pro his per manum nostram sibi omnia quæ in Ruempting possidet, ut disbrigare prædia sibi vendita debeat, liberè obligavit, nunquam prædictam obligationem repetiturus, quandiu per aliquem in possessione pacifica perturbatur.* Charta Theodori March. Montisferrati an. 1324. *Sed omnia & singula suprà scripta prædictis & cuilibet ipsorum ab omni persona, communi, & collegio — legitimè auctorizare & disbrigare.* Vox frequens in Contractibus Italicis, ut colligitur ex Rollandino in Summa Notariæ ab eo scripta an. 1265. Vide Octavium Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ in *Briga*

BRIGANCII *Brigantini*, vulgò Scriptoribus nostris *Brigans.* Gloss. Lat. Gall. *Veles : Brigant, c'est une maniere degens d'armes courant & apert, à pié.* Albertus Argentin in Chron. an. 1351. *Cum 4. millibus peditum armatorum, duobus millibus brigantum, & ducentis equitibus armatis, &c.* Ubi perperam editum *bragantum.* Joan. Thwroczius in Ludov. Hung. Rege c. 2c. *Oppidum Sumpniam vocatum munitum, in quo multi erant Brigancii pedites, expugnavit.* Et c. 37. *Brigancus & Balestrarius Anglicis custodiam castri munuendo reservavit.* Ex peditum genere fuisse docent præterea non uno loco Froissartes 1. vol. c. 128. 148. 160. & c. 4. vol. c. 25. Joannes Villaneus lib. 10. c. 173. & Monstrelletus 1. vol. c. 195. 224 2. vol p. 64. In Computo Barthol. *du Drach* Thesaurarii Guerrarum an. 1350. *Pour Guill Colet Archer à cheval, . . autres Archers à cheval, & 4. brigans à pié.* Vide Nostradamum in Hist. Provinc. p. 404. 405.

Postmodum *prædatores* ita appellati nostris, ut in Consuetud. Andegav. art. 44. & Castellinovi in Biturigib. tit. 2. art. 20. quorum nomenclaturam à *Brigantibus* Britanniæ populis, vel à *Bagaudis*, vel denique à nescio quo *Brigando*, vel *Burgando*, de quo Canon, *de vi*, 14. q frustra accersit Ludovicus *d'Orleans* ad 2. Annal. Taciti, & ex eo Innocent. Cironus in Paratit. ad Decret. lib. 5. Chronicon Flandr. cap. 45. *Un Chevalier qui fut Chevetaine des Bruyers de France, & qu'on appelloit Burgant.* Ubi fortè leg. *Brigant.* Certè malim à *briga*, *Brigandos* dictos, quòd ejusmodi prædatores sibi invicem confœderati vias obsiderent, & quosvis transeuntium deprædarentur, rixandoque impeterent, postea in justorum militum numerum accensiti Italis *Briganti*, sunt viri industrii, cujusmodi erant latrunculi isti, quorum cohors *Brigata* dicebatur, unde nostris *Brigade*, eadem notione, &c. Hos semivestitos, & cum brevibus sagittis pugnasse innuit Tho. Walsinghamus in Henrico V. p. 388. *Reductus est ergo, coramque Consilio demonstratus, non indumentis religiositatis redimitus, sed Brigantinorum more semivestitus, gestans sagittas breves, qualiter utuntur equites illarum partium, qui Malandrini dicuntur.* Neque dubium est, quin ab ejusmodi *Brigandis*, illa armorum species, quam *Brigandinam* appellabant, nomen duxerit. Catholicon Armoricum: *Brigandinou, Gall. Brigandine, Lat. hæc Squamma. Inde squammatus, Orné de Brigandine.* Ita etiam appellatur in Consuetud. Baionensi tit. 6. art. 1. Hinc *Brigandiniers* dicti milites qui *Brigandinas* deferebant, apud Froissartem 4. vol. c. 2. & Monstrelletum lib. 2. p. 41. Octavianus de *S. Gelais* in Viridario honoris:

Ouvriers

Ouvriers par faits de forger brigandines.

Infrà :

Avanturiers, & outrageus soubdars,
Tant la qu'ailleurs, pour estre brigans dignes
Fournis d'arnois, & riches brigandines.

Alibi :

Beaux gorgerins, dorées brigandines.

Vide Steph. Paschasium in Disquisitionibus Francicis lib. 8. c. 43.

BRIGENTINUS, Naviculæ species, in *galeæ* speciem, vulgò *Brigantin*, Italis *Brigantino*. Occurrit apud Paulum de Paulo in Memor. an. 1391. Froissart. 4. vol. c. 18. *Une maniere de vaisseaux courans, lesquels on nomme Brigandins* Ita fortè dicta, quòd propria *Brigandorum*, seu prædatorum esset.

BRIGHBOT, *Brugbota*. Pontis restauratio vel refectio. Vox Saxonica bƿich, & bƿ.C, Anglis *bridge*, pons, & boꞇa, reparatio, restauratio, emendatio. Leges Kanuti Regis cap. 31. apud Brompton. & cap. 19. *Si quis burgbotam, vel brigbotam, id est, burgi vel pontis refectionem — supersederit, emendet.* Eadem habentur in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 66. *Briggebote* in Fleta lib. 1. cap. 47. §. 22. Sumitur ut plurimum hæc vox in Chartis pro *quietum esse de auxilio dando ad reficiendos pontes.* Ita Rastallus. *Brigam*, & *Brivam* pro ponte veteres Gallos usurpasse, pluribus docent Buchananus lib. 2. Hist. Scotor. & Cluverius in Germ. antiq. lib. 1. c. 7. Vide *Briva*.

BRIGOSUS. Vide *Briga*.

BRINUM, Navis species. Epistola Anselmi Archiepisc. Neapolitani, in Gestis Innoc. III. PP. pag. 15. *Noverit itaque Sanctitas vestra meeum: tribus galeis, & uno brino Apulcorum — feliciter applicuisse Panormum.* Vide *Linum*, vel *Lignum*.

BRISCA. Will. Brito in Vocabul. MS. *Brisca, æ, favus unde mel elicitur, à Brisin quod est exprimere vel elicere.* Joan. de Janua: *Favus, mel est in cera, scilicet Brisca.* Gloss. Lat. MS. Reg. *Favus, mel cum brisca.* Catholicon Armoricum: *Brusquenn mel, Gall. Bresche de miel, Lat. Favus, favillus.* Gloss. Lat. Gall. *Favus, Miel en cire. Id est, Brisca, Bresche.* Occitanis *Bresco de mel*, nostris *Rayon de miel*.

BRISIA. Vita S. Brigidæ Virg. lib. 2. n. 50. *Viderunt rivulos supra undam illis oleribus plenos, id est, brisia, & sampsia, & cæteris oleribus abundantes.* Ubi Colganus Editor *brisiam* Nasturtium aquaticum, *sampsiam* verò aut Amaracum, vel sampsycum, vel potiùs herbam quam Latini *acetosam*, Hiberni *Sambadh* vocant, interpretatur.

BRISTEGA. Vide *Tristega*.

BRITH. *Pactum interpretatur.* Papias. Vox fortè Longobardica.

BRIVA, Gallorum veterum linguâ, *pontem* sonat. Hinc *Samarobriva*, Ambianorum urbs dicta, quòd ad *Samaræ*, seu Somonæ pontes inædificata sit: *Briva Isaræ*, vulgò *Pontoise*, urbs ad Isaram, seu Esiam extructa: *Briva Curretia*, in Lemovicibus, apud Gregor. Turonens. lib. 7. Hist cap. 10. & Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 61. sic dicta, quod sit ad *Curretiam*, qui vulgò *la Correze*, vocitatur, & *Brivate* in Arvernis. Vide Cluver. lib. 1. Germ. antiq. cap. 7. & suprà in *Brighbot*.

BRIULUM. Vide *Brolium*.

BROCARIUS, Proxeneta, interpres & consiliatius contractuum: Anglis *Broker*. Statuta Gildæ Berwic. cap. 27. *Statuimus quod Brocarii sint electi per Communiam villæ, qui dabunt singulis annis unum dolium vini.*

BROCCUS, *Qui labia superiora habet*, Ugutioni.

BROCCÆ, *Brochæ, Brochiæ*, Sudes acutæ, pali, Gallis *Broches*, Armoricis *Brochenn*. Ugutio: *Broccæ, acus lignea quibus mortuus in cilicio suitur, unde inbroccare, broccis consuere.* Idem alibi: *Subula, broca ferrea qua suuntur sotulares.* Chronicon Clarevallense an. 1183. *Quam postea sanctus Petrus Tarantasiensis à Judibus, id est, brochis ligneis de brachio ejus exeuntibus perfectè sanavit.* Robertus *Bourron* in Hist. MS. Merlini & Arthuri: *Il le porroit trouver dedans la forest à l'entrée en une praërie qui est enclose de broke. Vinum venditum ad brocam*, in Institut. Capituli General. Cisterciensis an. 1134. cap. 50. & in Institut. an. 1256. dist. 12. cap. 6. In Libertatibus MSS. Villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Vin vendu à broche.* Catholicon Armoricum: *Broc an barill, Gall. Bouche d'un barill. Item hæc sura.* Vide *Tappa*.

BROCEUS, *Obstinatus.* Gloss. Arabico-Lat.

BROCHA, ex Gall. *Proche*, Veru, Anglis *Stick*. Liber Ramesiensis sect. 300. *Sciatis nos dedisse & concessisse — pro — solidis, & 10. brochis anguillarum.* Vide *Broca*, & *Stica*.

BROCHELERIUM, inter arma vetita, in Jure Vicentino lib. 3. *Scuto, brochelerio, vel alio insigni armorum defensibilium, &c.* Ital. *Brochiere*, est parma. Vide *Brochia*.

BROCHETA, in Jure Vicentino lib. 1. inter mensuras & pondera enumeratur.

BROCHIA. Bracton lib. 2. c. 16. §. 6. de Serjantiis agens: *Si quis teneat per servitium inveniendi domino Regi, certis locis & certis temporibus, 1. hominem, & 1. equum, & saccum cum brochia pro aliqua necessitate, vel utilitate exercitum suum contingente.* Ita etiam Fleta lib. 1. cap. 11. §. 1. Spelmannus existimat *brochiam*, hoc loco, esse nostrum *Broc*, lagenam majorem, Ital. *Brocca*, de qua voce vide Octavium Ferrarium in Origin. Linguæ Italicæ. Vide *Veru*.

BROCIA. Vide *Brusita*.

BRODATUS. Vide *Brusdus*.

BRODHALPENAY. Vide *Bordhalpenny*.

BRODIATORES, Antiquarii, qui in libris describendis, litteras ac elementa non accuratè, sed more acupictorum & *brodiatorum* leviter effingunt, adeo ut visum pæne effugiant. Nicol. de Clemangis Epist. 109. p. 306. *Si quid igitur in iis libellis te delectaverit, tibique placuerit, cujus apud te velis exemplum remanere, oro ne per cursorios istos, ut ita dicam, brodiatores id describi facias, sed per aliquem doctum, si quem talem doctum inveneris antiquarium, qui litteram soleat formatam tractim & studiosa attentione cum notis ac signis scribere.* Vide *Cursor*.

BRODIUM, Carnium elixarum jus, vulgò nostris *Broët*, Italis, *Broda*, *Brodo*. Catholicon Armoricum: *Brouet*, *Brodium, jus.* Will. Brito in Vocab. *Jus profanum dicitur Brodium, vel aqua in qua coquuntur carnes porcinæ, quæ profanæ sunt Judæis.* Isaiæ 65. Gaudentius Brixiensis Episc. tract. 2. ad Neophytos: *Primum ut immaculatus Dei agnus hostiam mundam mundato populo traderet celebrandam, sine ustione, sine sanguine, sine brodio, id est, jure carnium, & quæ omnibus ad offerendum prompta esset ac facilis.* Vincentius Bellov. lib. 32. cap. 32. *Infra tentorium etiam dederunt carnes, ac brodium, cum sale, pro salsa.* Vita S. Margaretæ Hungariæ n. 22. *Frequenter brodia infirmorum, quibus ministrabat, faciebat.* Matth. Silvaticus: *Almusofat, id est, Brodium bibabile, quod Latinè vocatur Amorusia.* Adde Michaëlem Scotum de Physion. cap. 13. 52. lib. 1. Mensæ Philosophicæ c. 20. Vitam B. Mauritii Ordinis Prædicat. num. 6. præterea Octavium Ferrarium in Originib. linguæ Italicæ in *Brodo*, & Salmasium ad Hist. Aug. pag. 411. Hesychio βρῶτος, est ἐξ κρεῶν πόμα.

BROETBAN, Bannum *de Broët*, quod est potionis genus. Vide *Bierban*.

BROGA, Gallis *ager*, unde *Allobroges* dicti, voce composita ex *Broga*, ager, & *allo*, quod est *aliud*, quia

quia ex alio loco translati, ut ait Scholiastes Juvenal. Sat. 8. Hodie etiam apud Britannos Armoricos, quibus communis fuit lingua cum Gallis, *Bro*, regionem, vel agrum sonat. Catholicon Armoricum: *Bro, patria, pays.*

BROGALIA. Charta an. 859. In Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 20. *In monte Petra concagata, terris, & brogaliis; à cartanias, & ad strada cum bosco & omni acquisito, &c.* Videtur esse nostrum *Broussaille*.

BROIHERA. Vide *Bruera*.

BROLIUM, *Broilum, Briulum, Brogilum, &c.* Nemus, silva, aut saltus, in quo ferarum venatio exercetur: maximè verò silva muris aut sepibus cincta, unde nominis etymon, quod à Græco περιβόλιον effictum innuit Luithprandus in Legat. *Nicephorus in eadem cœna me interrogavit, si vos Perivolia, id est, Brolia, vel si in Perivoliis onagros vel cætera animalia haberetis. Cui cùm vos Briolia, & in Brioliis animalia, exceptis onagris habere affirmarem, Ducam te, inquit, in nostrum Perivolium, &c.* Moscopulus περὶ χεδῶν: Κῆπος λαχάνων καὶ δένδρων, τὸ κοινῶς Περιβόλιον. Gloss. Gr. Lat. *Conseptum*, Περίβολος. S. Hieronymus in c. 3. Ezech. περίβολον, *quod nos vivarium, vel conclusum locum dicere possumus.* Vide Salmasium ad Inscript. Herodis Attici: Vocem hauserant Græci à Persis, qui ita *parcos* suos appellabant. Zozimus lib. 3. de Persis pag. 724. Παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον, ὃν βασιλέως θήραν ἐκάλουν· ἦν δέ τι τειχίον, χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς. ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκεκλεισμένα γένη τροφῆς τε οὐκ ἠπόρουν, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι, καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τῶ θηρῶν, ὁπηνίκα ἂν βουληθείη, ῥαστώνην. Athenienses hodiernos, hortos suos, *Perivolis* etiamnum appellare auctor est Guilleterius in Athenis hodiernis pag. 131.

Brolium. Idem Luithprandus lib. 3. Rerum in Europa gestar. cap. 4. *Sed & inter cætera — concessit cervum, quem is in suo Brolio venaretur.* Tabularium Brivatense Ch. 270. *Exceptis illis apsis & Brolio indominicato.* Vetus Charta in Appendice ad Flodoardum Colvenerii: *Cum silva & dimidio Brolio ad ipsum aspiciente.* Occurrit præterea apud Ottonem Morenam in Hist. Rer. Laudensium pag. 17. & alibi, Rolandinum in Chronico lib. 5. cap. 5. in variis Chartis apud Perardum in Burgundicis pag. 29. Ughellum tom. 4. pag. 612. to. 5. p. 612. in Bibliotheca Cluniacensi pag. 542. in Historia Pergamensi to. 3. pag. 191. 325. &c. *Brolo* dixit Dantes in Purgat. cant. 29.

Brolius. Capitul. an. 821. c. 4. *Nolumus ut liber homo ad nostros brolios operari cogatur.*

Broilus, Ferrariensibus *Broilo*. Annales Francor. Bertiniani an. 864. *In quodam Broilo cervum venans, de caballo cadit. Broilum ad Attiniacum palatium*, in Capitulari Caroli Magni an. 8[?]8. c. 10. *Broilum Compendii*, in Capitulari 1. Karlomanni Regis. Avesgaudus Episcopus in literis pro Monasterio S. Vincentii: *Cum silva, quæ vocatur Broilus.* Hist. Cortusiorum lib. 11. c. 9. *Eo cœnante in quodam eius Broilo.* Vide Malbrancum lib. 4. de Morinis c. 10. & Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 367.

Brogilus. Capitulare de Villis cap. 46. *Ut lucos nostros, quos vulgus Brogilos vocat, ad tempus emendent.* Vetus Charta in Tabulario Heduensi: *Cum omni sua integritate, & adjacentiis universis, excepto Brogilo vallato, & prato ibidem adhærente.* Alia Ragenfredi Episcopi Carnotensis: *In Gondrivilla mansos 8. cùm Brogilo & pratis.* Occurrit præterea in Actis Episcoporum Cenoman. ap. Mabillon. to. 3. Analect. p. 146.

Brojalum, in Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 7. & alibi.

Briulum. Charta Balduini Hierosol. Comitis Flandr. ann. 1081. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. c. 32 *Briulum, hoc est, pratum eidem loco ab Occidente contiguum — liberum et desinimus.*

Broulum. Chron. Besuense: *Dederunt etiam 4. falces prati in suo broulo S. Sequani.*

Brollum quatuor secaturarum, apud Perardum in Burgundicis pag 116. id est, *un bois de quatre couppes.*

BRONDUS, Vide in *Bruntus*.

Bruillus. Charta Henrici III. Regis Angl. in Monastico Angl. to. 3. pag. 125. *Bruillos nostros Cestriæ, videlicet bruillum, qui vocatur Bruillus Regis, &c.*

Brullium. Charta Henrici II. Reg. Angl. tom. 2. Monast. Angl. p. 952. *Sciatis nos dedisse licentiam — quatenus totam terram suam — quæ est sita infra metas forestæ de Roteland, & quantum ibi habent brulli, possint excolere, & convertere ad terram arabilem.*

Breil, Breuil, & *Breuille* nostri dicunt. Consuetudo Andegavens. art. 36. *Est reputé Breil de forest, un grand bois marmentan, ou taillis.* Cenomanensis art. 40. *Breuil de forest, qui est à entendre Buisson, tel que convenablement les grosses bestes s'y puissent retirer. Le Roman de Garin:*

Se sont logés lés le ferré chemin,
Et pardeça lés le bruel de sapin.

Alibi:

Sire, en ce brueil arrier l'avons laissié.

Theobaldus Rex Navarræ:

Qu'il il face amours, & serve bel acueil,
Et chant souvent, comme oiselet en brueil.

Castellanus Codiciacensis:

Que ne chanter par brueille
Oisiax n'au main, n'au soir.

Breuillet, Broliolum. *Le Roman de Garin:*

En un breuillet les a fet embuschier.

Alibi:

Li aguet saut, qui del bruillet s'en ist.

Le Roman de Gaydon MS.

En un broillet, là se sont arresté.

Vide Octavium Ferrarium in Originib linguæ Italicæ in *Brolio*.

BROKUM, Rivulus, fluviolus, torrens, à Saxonico Broc, Anglis *Brooke*. Occurrit apud Willelmum Thorn.

BROMA. Vide *Bruma*.

BROMOSUS, *Brumosus*. Glossæ Isidori: *Bromosa, immunda. Brumosus, annosus, resinosus.* Ubi *resinosus* pro *reses* dicitur, quia aquæ resides, & quæ non fluunt, fœtidæ sunt. Eædem Glossæ: *Brumalia, Resinosa pluvia.* Ruffinus lib. 3. de Vitis Patrum n. 39. *Et cùm [?]et brumosa aqua odore, non permittebat, ut aliam aquam mutarent.* Cælius Aurelianus Siccensis lib. 3. Tardarum passion. c. 2. *Corruptio acceptorum cum acore vel in bromosam vel fumosam transeuntium qualitatem, &c.* ubi *cœnosam, putidam*, rectè vir doctus interpretatur. Gariopontus lib. 1. c. 12. *Unde eructant frequenter calidum, brumosum, fumosum, ut est odor piscium crudorum.* Ex his emendandus S. Zeno Veronensis in Exodum Serm. 8. *Quis non intelligit, Fratres, Pascha non esse, sed bramosum latronis cruenti convivium?* Idem Serm. in Psal. 49. *Sacrificium — quod non bramosis pecudibus, sed suavissimis moribus comparatur.* Legendum enim *brumosum*, vel *bromosum convivium*. Vocis originem docent veteres Glossæ laudatæ à Turnebo lib. 28. Advers. c. 5. *Bramosa, immunda, quod Græcæ linguæ est*, ubi pariter legendum *bromosa*, à voce scilicet, βρῶμος, graveolentia, fœtor, βρωμώδης, *fætidus*. Vocem Græcam βρῶμος, expressit vetus Interpres Palladii in Lausiacis in Appendice: *Fœtorem & brumum sufferre non poteram.* Ex quibus patet perperam Filesacum lib. 1. Select. pag. 241. dixisse *bramosum convivium* illud esse *quod avium seu agnorum carnibus constat.* Fortè quòd βρώμη apud Hesychium βρῶσιν sonet, seu cibum.

BRONIA, Vide *Bruma*.

BROSA-

BROSASTA, Fœni manipulus. Petrus Goudelinus in Lexico Tolosano: *Brosat, Brassie, de quo que ce soit, Botte de foin.* Vetus Charta apud Sammarthanos in Abbatib. S. Stephani de Vallibus: *Duas brosastas fœni annuatim ad domum suam deportandas, dum vixerit, quoniam de inopia fœni conquerebatur, libenter permisit.*

BROSCUS, Lagenæ majoris species, vulgò nostris *Brosc, Brosci, & Broschi vini,* in Tabulario sancti Dionysii an. 1240.

BROSDUM. Vide *Brusdum.*

BROSCIA. Vide *Bruscia.*

BROXÆ. Martinus de *Arles,* Canonicus Ecclesiæ Pampilonensis, lib. de Superstitionibus: *Et primò de falsa opinione credentium illas maleficas & sortilegas mulierculas, quæ ut plurimùm vigent in regione Basconica, ad Septemtrionalem partem montium Pyrenæorum, quæ vulgariter Broxæ nuncupantur, posse transferri de loco in locum per realem mutationem, &c.*

BROZIUM, Mensura carbonum, in Contract. Datior. Bergom. lib. 5. cap. 4.

BRUARIUM, *Bruera,* Ericetum, ager sterilis, vepribus & dumetis horridus: *Bruiere,* in Consuet. Perticensi art. 39. & apud Froissart. 2. vol. c. 126. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ c. 11. *Non fiat combustio morum, sive bruarii, nisi in mense Martii.* Ubi Skenæus: *Erica in suo ericeto incenditur, quæ brevi reviviscens, teneris agris pascendis maturè inservit.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 681. *Duas virgas de terra, & acras de bruario.* Alibi: *Viis inviis, segetibus, silvis, brueriis.* Vide pag. 412. *Le Roman de Rou MS.*

A une part s'estut au chef d'un brueroi.

Bruera, Matth. Paris: *Erit torneamentum in bruera de Stane.* Vitæ Abbatum S. Albani: *In montanis vel brueris. Jus falcandi herbam vel brueram,* apud Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 38. §. 2. cap. 41. §. 1.

Brueria, in Charta Matthæi D. Montismorenciaci an. 1264. apud Duchesnium pag. 114. & in Actis Capitularibus Ecclesiæ Lugdun. an. 1547. fol. 126. v.

Broiaria. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Campo cum silva, cum broiaria, quæ est sita in pago Viennense.*

Brothera, idem videtur quod *Bruera,* in Monastico Angl. tom. 2. p. 205. *In reditu brotheræ de Mordono.*

BRUDATUS. Vide *Brodatus.*

BRUERA, *Brueria.* Vide *Bruarium.*

BRUGASSA. Vide in *Barta.*

BRUGINA. Tabularium Narbonense an. 1250. *Fecit piscari bruginam in stagno in præjudicium nostrum, cum exeat in plagiam nostram.* Alibi: *De piscatione bruginæ, &c.* Vide *Batuda.*

BRUILLUM. Vide *Brolium.*

BRULLATUS, *Brulatatus.* Vide *Brusdus.*

BRUMA, *Broma, Brumalia,* Festus dies Romanorum octavo Kalend. Decemb. celebrari solitus, ut constat ex Kalendariis Romanis Hervatiano & Bucheriano, in quibus hocce die, scriptum *Bruma.* Hujus porrò festi originem tradunt auctor Chronici Alexandrini, Suidas & Tzetzes ad Hesiodi lib. 2. ἔργ. & ex iis Cælius Rhodiginus lib. 28. Antiq. Lect. c. 25. qui in honorem Bacchi, quem veteres *Bromium* appellabant, à Romulo institutum scribunt. Habet etiam Joëles in Chron. p. 151. quædam de illius origine, non tamen omninò consona iis, quæ ab aliis traduntur. Alii probabiliùs à *bruma,* seu hieme, qua tempestate ejusmodi festum celebrabatur. Veteres enim Græci, inquit Scaliger. lib. 2. de Emend. temporum, à *Bruma,* ut cognoscimus ex Octaëteridibus Cleostrati & Harpali, tempora sua ordiebantur; & eos secuti Romani, quòd faciliùs ex decrementis umbræ horas observarent, *brumæ* confecto die, quàm ab incrementis, solstitio. Vide præterea Janum Rutgersium lib. 4. Var. Lect. cap. 8. Gloss. Gr. Lat. τροπὴ χειμερινὴ, *Bruma, Brumalis.* Concilium Rom. sub Zach. PP. an. 743. can. 9. & Capitula Attonis Episc. c. 78. *Ut nullus Kalendas Januarias, & Broma, colere præsumpserit.* Tertullianus libro de Idololatria c. 14. *Saturnalia, & Januaria, & Bruma, & Matronales frequentantur, &c. Brumalia* vocat hocce festum Synodus Trullana can. 62. à qua etiam proscribitur, interdiciturque Christianis, quòd paganorum esset: τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια περιαιρεθῆναι βουλόμεθα. Quam vocem, alia licèt notione, habet etiam Epigramma Petri Patricii ad Leonem Philosophum, descriptum à Lambecio lib. 4. Comment. de Biblioth. Cæsarea. p. 180.

Εἰς μῆκος πλάτους εὐτυχέστατον χρόνων,
Νίκας ἀνιστῶν εἰς ἀεὶ τρόπαιά τε,
Συγκλητικοῖς ἅπασι τοῖς βρουμαλίοις
Πανηγυρίζειν ἐνδιδοὺς ἐτησίως.

Neque alii sunt *Brumatici,* de quibus Capitulare Pipini Regis Italiæ, editum à V. Cl. Steph. Baluzio c. 32. *De pravis illis hominibus, qui Brumaticos colunt, & de hominibus suis subtus maida cerias incendunt, & votos vovent, &c.* Ubi perperam editum *brunaticos.* Nam eadem sunt, quæ in Trullana Synodo interdicuntur.

Ab his porrò *brumalibus* nata fortè vox Belgis & Picardis frequens, qua, qui se mero & cerevisia ingurgitant, *bromardiers* vocant, quòd hisce festis agitare solerent crebra convivia, in quibus Baccho indulgebant.

BRUMALIA, *Brumus, Brumosus.* Vide *Broma,* & *Bromosus.*

BRUMARII. *Qui habet fastidium ciborum,* Ugutioni.

BRUMATICI. Vide *Bruma.*

BRUNA, Moneta, quam alii *Nigram* vocant, seu æream. Chronicon Barcinonense: *Anno 1200. currebat moneta, quæ dicebatur Bruna, & duravit usque in anno 1209.* Vide *Moneta.*

BRUMATICUS. Vide *Bruma.*

BRUNDA, *solida.* Ita Gloss. Isid. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Brunda:* heorꞅeꞅ heaꝼoð, i. cervinum caput. Ugutio: *Brunda, caput vel cornu cervi.* Addit. Joann. de Janua ex Papia: *Unde Brundusium, à situ loci dictum; videntur enim cornua cervi, & caput, & figura in dispositione ejusdem loci.* Vide Stephanum de Urbibus, & Isidor. lib. 15. Orig. c. 1.

BRUNEA, *Brunia, Bronia.* Lorica. Gloss. Lat. Theotisc. *Thorax, militare ornamentum, Lorica, Brunia.* Capitulare 4. an. 804. c. 7. *Et insuper omnis homo duodecim mansis bruniam habeat, &c.* Capitula ejusdem Caroli M. lib. 6. c. 212. *Ut armillæ & bruniæ non dentur negotiatoribus.* Occurrit ibidem lib. 1. cap. 14. & alibi. Capitula ejusdem Imp. data ad Saltz. c. 8. *Ut nullus ex Clericali ordine, — neque laicus bruneas, aut arma infra monasteria puellarum commendare præsumant.* Præceptum Caroli M. ex Tabulario Narbonensi: *Obtulit equum optimum & brunia optima, & spatam Indiam cum techa de argento parata.* Testamentum S. Everardi Ducis Forojul. *bruniam unam, helmum unum, &c.* Occurrit passim in Legib. antiq. in Salicæ Capitulo 3. c. 4. 12. in Lege Ripuar. tit. 36. §. 11. in Capit. 2. an. 805. c. 6. 9. in Capitul. 2. an. 811. c. 10. in Lege Longob. lib. 3. tit. 6. §. 1. tit. 7. in Capitul. Caroli Calvi tit. 31. c. 25. in Charta Caroli III. Imp. de Expedit. Romana an. 881. in alia Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum pag. 27. in Testamento Ranimiri Regis Aragonum æræ 1099. &c. Vide *Brunus.*

Bronia. Tabul. Casauriense: *Cum cæteris meis debitalibus & caballis, & bronia, & cætera arma, quæ ego habui.*

Byrne & Byrnan, eadem notione, in Legibus Athelstani Regis Anglo-Saxonicis cap. 26. & Kanuti c. 69.

Gallicis mediæ ætatis Scriptoribus, *Broigne* vulgò appellatur. *Le Roman de Guillaume au Court-nez:*

Li Cuens le tient, qui sa force i amasse,
La riche broigne, li derront deslace.

Le Roman de Garin:

Et mainte broingne percier & estroer,
Et maint vassal trebuchier & verser.

Idem:

L'escu li perce, s'a la broigne faussée.

Alio loco:

En son dos vest une broigne treslice.

Le Roman de Gaydon MS.

L'escu li perce, & la broingne treslit.

Ubi illud Virgilii videntur expressisse:

Loricam consertam hamis, auroque trilicem.

Le Roman de Rou MS.

Des haubers & des broingnes, mainte male faussée.

Le Roman de Romevaux:

Là veist-on tante broingne saffrée.

Vide Loccenium lib. 3. Antiq. Suecic. c. 2.

Brunearii. Charta Ottonis M. Imp. an. 950. pro Ecclesia Ratispon. apud Meibomium, & in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 227. *Cum — piscationibus, mansionariis, Barschalkis, Aureariis, Bruneariis, Cidelariis, molendinis, &c.* Ubi *Aurearii* iidem, qui *Aurarii*; *Brunearii* verò *Bruniarum* confectores videntur.

BRUNETA, *Brunetum*, Pannus non ex nativi coloris lana confectus; sed quavis tinctura imbutus. Sebast. Cobarruvias: *Brunete, cierto panno basto de color negra non fina, de bruno, que en lengua Italiana vale obscuro.* Statuta Raimundi Comitis Tolosæ apud Catellum in Hist. Comit. Tolosæ p. 350. *Caligis de aliqua bruneta etiam nigra — non utantur.* Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis Monachis: *Nec quisquam in quovis loco tunicis vel coopertoriis de bruneto, aut pellibus silvaticis — uti præsumat.* Concil. Monspeliense an. 1214. c. 17. *Non utantur cappis, tunicis, vel palliis de aliqua bruneta clara, vel nigra, &c.* Adde Concil. apud Campinacum ann. 1238. c. 25. Concil. Biterrense ann. 1246. c. 23. Statuta Joannis Archiep. Cantuar. an. 1279. & Will. de Nangiaco in Vita S. Ludovici, de quo Will. *Guiart* anno 1248.

Ne vesti il vert, ne brunete,
Ne drap, ce nous conte l'Histoire,
Qui ne traisist à couleur noire.

Burneta, apud Parisium: *Monachi camisiis lineis, vel burnetis non utantur.* Vitæ Abbat. S. Albani; *Nullus utatur tunica de burneto.* Provinciale Eccles. Cantuar. lib. 3. tit. 19. ex Concilio Oxoniensi an. 1222. cap. 38. *Monachi nec Canonici regulares — burneto vel alio panno irregulari de cætero utantur.* Ubi Lindwodus: *Potest esse differentia inter brunum colorem & burnetum: brunus enim color potest fieri ex lana ipsa absque tinctura, quale apud nos est russetum & nigrum: Burnetum verò requirit tincturam & artificium hominis quoad colorem.* Vide *Supertunicale*, & *Brunus*.

Buretum, eadem notione. Gesta Consulum Andegavensium c. 6. n. 8. *Indutus tunica illius panni, quem Franci Grisetum vocant, nos Andegavi Buretum.* Fortè *Burnetum*.

BRUNICUS. Isidorus lib. 12. Orig. c. 1. *Mannus verò equus brevior est, quem vulgò Brunitum, vel Brunitium vocant.* Rectiùs in Glossis antiquis MSS. *Brunicum.* Nescio, an huc pertineat? quod habet Bonitus Subdiac. in Actis S. Theodori Ducis Mart. n. 5. *Equum optimum — sibi sternere jussit, quem Græco eloquio Dardanum, quòd Latinè Brunum dicitur, nuncupabat.* Vide *Buricus*.

BRUNTUS. Gloss. Ælfrici cap. de Coloribus: *Bruntus*, Pann: fortè *Brunus*, seu potiùs *brunitus*. Saxonibus Pan, & Pann, est lividus, pallidus. Palladius de Architectura: *Compositio brundi: sume æramin. partes duas, plumbi unam, stanni unam.*

BRUNUS, Fuscus color, subniger, nigricans, Gall. *Brun*, Italis *bruno*, Germ. *braun*: sic fortè dictus à *prunorum* colore, ut censet Octavius Ferrarius, vel quod *Brunia*, seu loricæ, colorem referat: unde nostri *Bronze*, pro ære, ex quo *Bruneæ* & statuæ conficiuntur, a cujus colore subfusco, *Bronzer* dicimus, Itali *Abbronzare*, fusco colore illinere, depingere. *Le Roman d'Aubery MS.*

Et si avoit des elmes burneïs.

Προύντζινες, æneus. *Bronze*, apud Anonymum de Locis Hierosol. c. 8. ἔχει καὶ δύο πόρτας προύντζινας. Vetus esse verbum Gallicum, aut Germanicum, evincit *Brunechildis* Reginæ nomen, quod à Germanico accersunt quidam, dictamque volunt *Bruyne hilt*, quasi *fuscam heroida*. Rabanus Maurus Poëm. 12. ad Brunuwardum Chorepiscopum:

Ultima quem clarum, hunc caussat prima nigellum
Syllaba.

Leges Ethelredi Regis c. 23. *Grisengos pannos & unum brunum.* Raimundus de *Agiles*: *Vidi illicò ingredientem — quendam magnum & spissum, bruno colore & subcalvo.* Guill. de *Baldenzeel* in Hodœporico, de Arabibus: *Bruni homines sunt, fortes & veloces.* Utuntur præterea Turpinus in Carolo M. Constantinus Afrcan. lib. 1. Commun. locor. medic. c. 24. Michaël Scotus de Physionom. c. 13. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 851. Gaufridus Vosiensis 1. part. c. 67. Regula Trinitariorum cap. 2. Thwroczius, & alii.

Brunedo, Fuscus color. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 21. *Habentes marginem, tendentem ad brunedinem.* Infrà: *Hujusmodi fuscos seu brunos tendentes ad rubedinem vocamus illos, qui habent colorem brunum, permixtum rubedini.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. linguæ Ital. in *Bruno*.

Brunitus. Palladius de Architectura: *Crocus quoque Hispanicus cum lucidissimo glutine distemperatus, & stanno lucidissimo, id est, bene brunito & claro superpositus.*

BRUSCARE, Incendere, amburere, Italis, *Brusciare*, & *brucciare*. Utitur Sanutus Italus lib. 2. part. 4. cap. 12. Vide Octav. Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ in *Brucciare*.

BRUSCIA, *Brozia*, Dumetum, Gallis *Broussaile* vel *Brosses*, aut *Broce*: *Brocelle*, in Consuetudine Carnotensi art. 12. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monastici Angl. *Charta nostra confirmavimus centum acras tàm de terra, quàm de bruscia, de manerio de Riveria.* Idem Monasticum tom. 1. p. 773. 4. *toftas cum croftis & totam brusuam, quæ ad Newold pertinet.* Leg. fortè *brusciam*. *Terra bruscosa*, in Charta alia ejusdem Henrici III. eod. tom. 1. p. 805. *Terras, quas dederunt eis in campis de Cotintuna, tàm de terra bruscosa, quàm de terra arabili.* Habetur ibi pluries.

Brocia. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 9. *Et nemus Petri de Aresnes, quod vocatur Brocia.*

Brozia, eadem notione, in veteri Charta, ex Tabulario Persiacensi in Burg. apud Perard. *Cirensis villæ medietatem cum medietate broziarum & agrorum, &c.*

Brucia. Tabular. Dalonensis Abbat. fol. 39. *Donamus — in perpetuam possessionem bruciam de Julac, & quicquid in ea habebamus, &c.* Et fol. 54. *Quartam partem Combæ planæ & quartam partem bruciæ Comitalis.*

BRUSCUS. Papias: *Rubeta, ranæ genus, bruscus dicitur vulgò.*

BRUSDUS, *Brustus*, *Brudatus*, *Brodatus*, voces unius ejusdemque notionis & originis, pro opere Phrygio, acupicto, plumario; nostris *Broderie*. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis, ex Tabulario Prioratus Persiaci in Burgundia apud Perardum pag. 26. *Uno fanono viridi, cum brusdo uno de gliso, uno cæsuno cum sirico amnistrare, turibulum minore, &c.* Infrà. *Bursa cum brusdano, & simiama drape plumato super latrino.*

Brosdus.

Brosdus. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis: *Et alios palleos corporales 4. palleos 4. brosdo unum, Dalmaticas tres, &c.*

Brustus. Leo Ost. lib. 2. c. 43. *Stolam unam optimam auro brustam cum manipulo*. Lib. 3. c. 32. *Albam quoque — simulque & amictum brusto.*

Brudatus. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 210. *Casulam unam per totum brudatam, & alias tres optimas de paulco, seu pallio.* Will. Thorn. *Fecit duas capas pulcherrimas brudatas.*

Brodatus, Brudatus. Vitæ Abbatum S. Albani: *Albas duas cum paraturis brodatis.*

Brodatura. Gall. *Brodure*. Vincentius Belvac. lib. 32. c. 94. *Fecit fieri --- quosdam pannellos, habentes levem atque subtilem brodaturam, &c.*

Breudatus, eadem notione, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 312. Et alibi non semel.

Brullatus, Bruslatus, perperam pro *Brusdatus*, apud Will. Thorn. 3. *albas brullatas, 7. capas brullatas, &c.* Et in Monastico Anglic. tom. 1. p. 300. *Reddidit conspicue capas bruslatas qualibet ad valentiam 60. marcarum.* p. 301. *Quinque capas sericas auro bruslatas, & unam casulam bruslatam devote contulit.* Leg. *brusdatam.*

Aurobrustus, Gall. *Brodé d'or.* Charta Benedicti VIII. PP. an. 1023. in Bullario Casinensi tom. 1. p. 7. *Planetam optimam Veneti coloris, listis nihilominus decenter ornatam: stolam optimam aurobrustam cum manipulo suo.* Utitur etiam Leo Ostiensis lib. 2. c. 43.

BRUSTUM, Pabulo, cibatus, esca, pastio animalium ex bruscis, seu dumetis, *le Broust*. Hinc *Brouster*, pascere, depascere. Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3. *Capreæ quoque ad sotularia Monachorum facienda brustum habeant per totum boscum.*

BRUSURA, *Frusura*, Livor, qui ex percussione in carne enascitur, ex Gallico *Brisure*, ut videtur. Anglis *to Bruise*, est confringere, collidere, à *Bruising*, collisio, confractio. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 5. §. 7. *Si inveniantur plagæ apertæ, vel brussuræ per ictus orbos.* cap. 23. §. 2. *Arma verò moluta plagam faciunt, sicut gladius, bisacuta, & hujusmodi; ligna vero & lapides faciunt brusuras, orbes, & ictus, qui judicari non possunt ad plagam.* Adde cap. 24. §. 2.

BRUT. Glossæ Isonis Magistri: *Pactam, conjunctam, sponsam, Brut.* Hinc nostris *Brû*, pro nuru.

BRUTESCHIA. Vide *Bretefchia*.

BRUVINUS, in Glossario veteri Saxonico exponitur ƿyꞇel---ꝑicʒa.

BRYCAN, vel *Bryccan*. Teges, palliastrum, instratum, lodix, lectisternium, Boxhornio in Lexico Cambrico. Occurrit hac notione in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ c. 15.

BRYONIA. Reinerus in Catalogo hæreticorum p. 92. *Aliqui de Bryonia, quæ dicitur Stuewrk, imaginem sculpunt, quam mandragoram esse fingunt.*

BRYTII, in Legibus Sveonum dicuntur servi glebæ, vel prædiis adscripti. Vid. Joan. Stiernhookum de jure Sueonum vetusto pag. 208.

BUACA. Charta Caroli Simplicis pro Monasterio S. Aniani in diœcesi Narbon. an. 898. tom. 13. Spicilegii Acheriani p. 265. *Et in civitate Narbonensi casales absos cum buaca, qua sunt ante Ecclesiam S. Marcelli, &c.*

BUBALUS, *Bufalus*, *Bufalus*, Gall. *Buffle*. Ebrardus in Græcismo c. 9.

Bos est camporum, Bubalus est nemorum.
Bubalus est magnus, Bubulus est minimus.

Bubalus, in Lege Alaman. tit. 99. §. 1. Bojor. tit. 29. §. 7. apud Gregor. Tur. lib. 10. c. 10. &c. Ordericus Vital. lib. 4. *Bubalina cornua fulvo metallo circa extremitates utrasque decorata laude attollebat.*

Bufalus. Fortunatus lib. 7. Poëm. 4.

Seu validi Bufali ferit inter cornua campum.

Bustus, apud Albertum Aquensem lib. 2. c. 43. lib. 6. c. 42. Vide Julium Scaligerum Exerc. 206. num. 3. 5. Lindenbrogium ad Ammiani lib. 22. & alios passim.

BUBII, *Bubones*, *Bobones*, Lixæ, calones, nebulones, furciferi, Germ. *Buben*. Chronicon Colmariense 2. part. an. 1300. *Rex autem habebat nimios, ita ut antiqui patres dicerent, nunquam vidisse eos talem & tantam militiam congregatos: servorum autem pauperum, qui dicuntur bubii, tanta fuit multitudo, &c.* Idem Chron. an. 1287. *Ordinatum enim sic fuerat, ut Regi dicebatur, quòd pecuniæ quatuor bobonibus datæ fuissent, ut tentoria, sive exercitus, in quatuor partibus incendissent.* Et an. 1296. *Veneruntque nudi bubones, & agros benè seminatos everterunt, &c.* Et an. 1298. *Hospitium Advocati Imperii bubones incenderunt.*

BUBILUM. Anastasius in Leone III. *Fecit velum rubeum cum bubilo.*

BUBULCARIA, Domus Bubulci. Gesta Abbatum Gemblacensium pag. 534. *Horum ad olera facienda, bubulcariam, curtem cum cortilio bubulco delegavit, hæc omnia sub cura Cellerarii statuens.*

BUBULTERIUM. Charta Abbatis S. Stephani Divionensis apud Perardum p. 32. *Prior et piastrum cum horto eidem contiguo dare tenetur, si in villa vacuum inventum fuerit, salvo tamen jure suo, & bubulterio excepto, & salvis reditibus suis, &c.* An legendum *bubulcerio*, ex *bubulcus*?

BUBUM, *Semum*, *languor*. Papias. S. Columbanus Epist. 5. *Dixit hoc olim & Victor Episcopus; sed nemo Orientalium suum recepit commentum; sed hoc soporans spinæ Dagonis, hoc imbibit bubum erroris.*

BUCCA, Os. Concilium Lateranense an. 1077. ubi Gregorius VII. de Exemptione Cluniacensis Monasterii: *Nec etiam aliquis Legatus meus supra illum locum & Monasterium unquam buccam suam aperiat, aliquamve exerceat potestatem.* Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. *Et si non fuerit per buccam justitiæ factum, &c.* Occurrit alibi, & in Bullario Cluniacensi pag. 22. 23.

BUCCA, *Bucea*, *Bucia*. Vide *Busa*.

BUCCALIS, Lagena vitrea, vel alterius materiæ, Gallis *Bocail*, in Ceremoniali Episcop. cap. 12.

BUCCARANUM. Vide *Boquerannum*.

BUCCEA, pro *buccella*, Gall. *Bouchée*. Belethus de Offic. Eccles. cap. 119. *Detur statim unicuique panis buxea, priusquam recedant.*

Buccea, Ostium fluminis. Charta an. 1243. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 59. *Et liceat dicto Bernardo --- facere vel tenere semper in dicto piscario duas bucceas, vel an plius, --- per quas aqua Garonnæ possit intrare in piscarium & exire.* Buccea *Meduanæ*, in Charta Gofridi Comitis Andegavens. apud Sammarthanos in Episc. Andegav. pag. 133. Vide Pergaminum in *Bocca*.

Bucceavia, Fretum Abydenum, ex Gallico *Poche d'Avie*, uti vocatur à Villharduino n. 65. & in Hist. Bucicaldi Marescalli Franciæ part. 2. c. 4. Ita autem appellatur in Epistola Comitis S. Pauli de prima expugnat. Constantinop. apud Godefridum Monachum, voce conflata ex *Bucca*, seu os, & *Avie*, seu *Avidus*, vel *Abydus*, quasi *Os Abydi*. *Bucca Abydi*, in Charta ann. 1321. in Tabulis ad Historiam nostram Gallo-Byzant. pag. 81. Vide Notas ad Villhard. pag. 281. 282. Cambro-Britannis *Bach* est mala, bucca, mandibula, *Bochan*, fauces. *Boucaut*, in Consuetudine Bayonens. tit. 4. art. 17. videtur esse ostium fluvii.

BUCCELLA. Gloss. vet. *Buccella*, *Jouée*. Joan. de Janua: *Buccella, morsella panis.* Regula Magistri cap. 27. *In quibus omnibus mersis in suos meros quivoue frater de suo pane ternas, non amplius, buccellas intingant.* *Buccellæ mundæ*, in l. 5. Cod. Th. de Annonis civicis, &c. *Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis ---*

50. *uncias comparabat, triginta & ſex uncias in buccellis ſex mundis ſine pretio conſequatur.* Ubi *buccellæ* dicuntur panes parvuli rotundi, ſeu κοινολλορίδη ψωμία, uti βυκίλλας interpretatur Conſtantinus Porphyr. lib. 1. περὶ Θεμάτων.

Buccella, Hoſtia conſecranda, vel conſecrata. Capitula Caroli Mag. lib. 6. c. 191. *Ut Sacerdotes admoneant viros & mulieres, ut ad baſilicas luminaria, & incenſum, & buccellas, & primitias offerant.* Eadem habent Capit. Herardi Archiepiſc. Turon. c. 114. Vide Synod. Matiſc. can. 50. Bernoldus Presbyter Conſtantienſis in Expoſit. Ordinis Romani, conqueritur in quibusdam Eccleſiis *oblatas* panis, quæ priſca Eccleſiæ conſuetudine ad uſum ſacrificii à populo fideli ad menſam Domini offerebantur, ad imaginem nummorum, & ad tenuiſſimam quandam & leviſſimam formam, à veri panis ſpecie alienam, fuiſſe redactas. Honorius Auguſtod. lib. 1. *Et quia populo non communicante, non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum eſt in modum denarii formari.* Guibert. l. 1. Hiſt. Hieroſ. cap. 2. *Sicut buccellæ intinctio non ſacramenti peragendi, ſed Judæ proditionis fuit oſtenſio.* Tertullianus lib. de Monogamia, *buccellas* vocat panes, quos miniſtri Eccleſiæ mulieribus domum perferendos dabant. Græci verò Conſtantinopolitani βουκέλλας appellabant *Buccellam vino intinctam*, ſeu ſacram Euchariſtiam, vel panem Euchariſticum intinctum, ut eſt apud auctorem libri Miraculorum SS. Coſmi & Damiani cap. 10. quæ quidem vox apud Dorotheum doctr. 18. pro cibo profano videtur accipienda. Vide *Corſned*, *Oblata*.

Buccellæ Fabriciæ. Vide *Nebulæ*.

BUCCELLARE, vox Chymicorum, *Cibare*, Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis. Idem lib. de Mineralibus c. 5. *Unum condimentum eſt ſalis atramenti exaltatio, & etiam ſalis Armoniaci, & etiam cum corporibus buccellatio, id eſt, cibatio, & cum olfactu ſtanni, & cum olfactu ſulfuris.* Perperam editum *abatio*. Infrà pag. 111. *Eſt etiam buccellatio cum corporibus.* Mox: *Ferrum non recipit buccellationem.*

BUCCELLARIUS, Cliens, Verna, qui patroni panem edit, buccio, paraſitus. Papias: *Aſſecla, Cliens, Buccellarius.* Alibi: *Paraſituli, Buccellarii.* Qua notione uſurpatur in Lege Wiſigoth. lib. 5. tit. 3. §. 1. *Quicunque in patrocinio conſtitutus ſub patrono aliquid acquirit, medietas ex omnibus in patroni, vel filiorum ipſius poteſtate conſiſtit, aliam verò medietatem idem Buccellarius, qui acquiſivit.* Anaſtaſius in S. Zacharia PP. pag. 80. *Hic beatiſſimus Papa inſtituit, ut crebris diebus alimentorum ſumptus, qui & Eleemoſyna usque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio, à buccellariis, pauperibus, & peregrinis, qui ad S. Petrum morantur, deportari, eisque erogari.* Sic enim MSS. præferunt, non *Paracellarii*, ut habent libri editi: ubi *Buccellarii* videntur fuiſſe Pontificis domeſtici.

Cùm igitur Clientes in patroni familia eſſent, & eorum ſumptibus enutrirentur, *paraſiti* interdum vocati. Gloſſ. Iſidori: *Scurra, Paraſitus, Buccellarius.* Idem Papias: *Paraſitus, Buccellarius, Adulator.* Alibi: *Paraſituli, Buccellarii.* Ugutio: *Buccellarius, Gluto.* Gloſſ. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Aſſecla, Buccellarius.* Alibi: *Paraſitus, Buccellarius, adulator, vel blanditor.* Althelmus de Laud. Virginit. *Hæc tanta prodigia cernens Claudius Tribunus obſtupuit, & corde compunctus, cum 70. militibus, & omni familia & vernacula clientela, unà cum paraſitis & ſodalibus credidit in Dei Filium.* Ibid. *A propriis paraſitis & domeſticis clientibus.* Vide *Paraſitus*.

Buccellarii præterea dicuntur ſtationarii milites, qui panem alicujus edunt, ut apud eum morentur, ex voce *buccella*, quæ panem ſignificat. Liber 60. Baſilicων tit. 18. Βουκελλάριοι λέγονται οἱ πρoσμένοντες στρατιῶται, ἐκ δὲ τῆς βούκκα, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν Βουκελλάριοι, οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ᾽ ἄρτῳ τούτῳ τῷ προσμένειν αὐτῷ. Hinc Gloſſæ laudatæ: *Adſecla, Buccellarius.* Buccellarii igitur ſunt cuſtodes corporis, ſtipatores, armigeri, domeſtici procerum, cujusmodi fuit *Occylla Buccellarius Aëtii*, à quo occiſus eſt Valentinianus III. Aug. apud Gregorium Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 8. quem cæſum ab *Armigeris* ejusdem Aëtii tradit Proſper in Chronico. Ob hanc fortè cauſam *Spatharios & Buccellarios*, ambulante exercitu, Imperatorem immediatè ſubſequi jubet Mauricius lib. 2. Strateg. cap. 9. Ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ εὐθὺς τοὺς Σπαθαρίους, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς, τοὺς Βουκελλαρίους.

Buccellarii denique, ſi Conſtantinum Porphyrogenitum audimus lib. περὶ Θεμάτων c. 6. dicuntur, qui militibus panes miniſtrabant: ſic dicti, inquit, διὰ τὸ ἐπ᾽ ἀκολουθεῖν τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰς τροφὰς αὐτοῖς ἐπιφέρειν. Βουκελλάριος γὰρ κατὰ Ῥωμαίων διάλεκτον, ὁ φύλαξ τοῦ ἄρτου καλεῖται. Quod firmatur ab Olympiodoro apud Photium p. 179. qui non modo ait, *Buccellariorum* nomen ſub Honorio Aug. primùm auditum; ſed & *Buccellarios*, à *Buccellato* appellatos. Quid autem ſonet *buccellatum*, dicemus infrà. Cæterùm non placet Jacobi Gothofredi ſententia, qui Buccellarios à *bucculis*, id eſt, uti cenſet, caſſidibus, appellatos ſcribit ad lib. 1. Cod. Th. de Fabric.

Buccellarii denique dicti Galatæ & Maryandini ſub extrema Græcia, quòd huic miniſterio potiſſimùm addicti eſſent, ſeu, ut alii probabiliùs volunt, quòd milites Buccellarii olim in ea regione tuenda excubarent in præſidiis locati. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2072. Γαλογραικία, ἡ τῶν Βουκελλαρίων χώρα, οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνογαλάται γράφονται, ἢ ὀνομάζονται. Eorum verò Provincia Βουκελλάριον, Cedreno p. 466. & *Thema Buccellariorum* cæteris Scriptoribus Byzantinis paſſim dicitur, quod ex Suida, & Conſtantino, loco citato, aliisque docent Rigaltius & Meurſius, quos non exſcribo.

BUCCELLATUM, *Panis ad uſus diuturnitatem excoctus*, inquit Marcellinus lib. 17. quo milites in caſtris paſci ſolent. Spartianus in Peſcennio: *Piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites & omnes contentos eſſe.* Paulinus Epiſt. 36. *De buccellato Chriſtianæ expeditionis, in cujus procinctu quotidiè ad frugalitatis annonam militamus, panes 5. tibi miſimus.* Vita S. Joannis Theriſtæ, num. 9. *O Enophorum, mero plenum, ac panis buccellatum ſibi cepit.* Palladius in Hiſtoria Lauſiaca cap. 20. Κλάσας τὸ βουκελλάτον, ὃ εἶχεν, κατήγαγεν εἰς κεράμια. Plinius lib. 1. Medic. cap. 6. *Poſt hæc ſupermittis panicellos de buccellatis, quos conficis ita: buccellati optimi bene conditi, tunſi, & cribrati farinæ lib. 4. &c.*

Putant quidam *Buccellatum* dici, quòd milites, cùm ciborum, aut panis penuria laborarent, confractum, & in minutiores diſſectum partes, in lagenam aqua plenam, quam *buccellam* appellabant, mitterent, quò madefieret, & faciliùs manducaretur. Heraclides c. 6. *Confractum, atque in partes redactum modicas, Buccellatum in lagenas miſit.* Sed à *Buccella* deductum vocabulum magis arridet. *Buccellatum* tenuem fuiſſe panem docet Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Βουκελλάτον, ἄρτος ἐλαττὸν, ὃς λέγεται κολλίκιον. Atque ita uſurpatum ab Italis docet Ammiratus in Familiis Neapolitanis tom. 1. pag. 55. *Nella patria mia, & ne luoghi vicini a lei, chiamaſi hoggi Puccellato quella ſorte di pane, che in Napoli chiamano Tortano di ſancto Antimo, dall' eſſer in modo d'una ruota attorto, & aperto nel mezzo, che aſſomiglia à un cercino.* Vide l. 1. Cod. de Erog. milit. ann. Mauricium, & alios à Rigaltio, Meurſio, Cerda, Henr. Valeſio, Roſweido, Jacobo Gothofredo, &c. laudatos Scriptores.

BUCCELLUM, Inſitionis ſpecies, de qua Petrus Creſcentius lib. 2. de Agricult. c. 22. *Modus igitur,* (inſitionis)

sitionis) *qui vulgariter dicitur, ad buccellum, — fiat hoc modo: buccellum parvum grossitudine pollicis longum, cum gemma in medio de novo surculo elevetur, in novo surculo ejusdem grassitudinis, suo cortice in tres vel quatuor partes scisso & denudato ponatur, &c.* Fortè à voce Italica *buceia*, à *buccia*, quæ propriè florum cortex dicitur, vel theca sive siliqua leguminum, &c. unde ad pellem humanam transiit.

BUCCELLUS. Vide *Butta*.

BUCCHA, apertura fluvii, ex qua derivantur aquæ. Vide Statuta Mediolan. part. 2. cap. 329.

BUCCINA, Spatium, intra quod *Buccinæ* clangor audiri potest. Cosmas Pragensis in Chron. Bohem. *Plures insimul conglobati, non longiùs quam unius buccinæ in altera rupe inter arbusta urbem ædificant.* Leonis Tactica cap. 9. §. 66. ex versione Joannis Checi: *Iccirbus etiam præcipies, ut longiùs ab acie quàm buccina exaudiri potest, ne discedant.* Absunt à Gr. Meursii. *Buccina porcilis*, in Lege Bojor. tit. 3. cap. 10. Cornu, quo utuntur subulci. Editio Heroldi tit. 39. habet *Bucina*, quomodo recentiores Græci Βύκινον dicunt. Gloss. Lat. Gr. *Bucinum, tuba, σαλπιγξ.* *Bucinum* etiam neutro genere dixit Plinius.

Buccinus, Bucinus, Clamor buccinæ, Ugutioni. Beda lib. de Orthograph. *Buccina est, qua signum dat Bucinator. Bucinus, ipse canor ex hac editus.*

Buccina auris, Pars auris, qua sonus immittitur: *le Tambour*, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. capite 25.

BUCCERIUS, Macellarius, nostris *Boucher*, in Statuto apud Richardum de S. Germano an. 1022. *Bucceria*, Macellarium, in vet. Charta apud Ughellum tom. 3. pag. 487.

BUCCULA, pro pusilla bucca, osculo, labellis, usurpatæ Suetonium & Apulejum pridem observatum: & in Architectura apud Vitruvium, quid eadem vox sonet, docuere pariter Bernardinus Baldus, Philander, & alii. At *Buccula*, seu *Bucula*, qualis fuerit armorum species apud cæteros Scriptores? non omnino planum ac exploratum, tametsi plerique in eam iere sententiam, post Turnebum lib. 9. Adversar. cap. 16. ut existimarent esse cassidis partem, quæ demissa *Buccam* tegit. Sed procul à vero, nisi ipse fallar, aberrant: nihil enim aliud est *Buccula*, quàm *umbo* clypei, seu scuti pars eminentior, & media Glossæ Isidori: *Angia, ferrum Buculæ scuti.* Eædem: *Ancile, scuti Bucula.* Gloss. Lat. Græc. *Buccula, περαγναθίς, ὀμφαλίς.* Glossæ Græc. Lat. Ὀμφαλὸς ἀσπίδος, *Ummo*, seu *Umbo*. Ugutio: *Buccula, umbo scuti.* Porrò ut Latinis Scriptoribus *Umbo*, pro ipso clypeo usurpatur, ut apud Statium,

Jam clypeus clypeo, umbone repellitur umbo;

ita & *Buccula*, apud Livium: *Galeas Bucculasque tegere.* Sed præ cæteris id firmat Juvenalis Sat. 10. v. 133. ubi trophæi apparatum describit:

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæque triremis
Aplustre, & summo tristis captivus in arcu,

Nam inter *spolia, quæ tropæis solent affigi, bello erepta*, ut est apud Scholiastem, clypeus recenseri debuit, uti passim vetera monumenta & numismata satis convincunt, in quibus tropæa efficta conspiciuntur, ubi & scuta ac clypei à cassidibus dependent, vel certè iis subesse solent. Non igitur mirum, *Bucculas* à cassidibus non semel distingui, ut diversas, in leg. 1. Cod. Th. de Fabricens. *Octo apud Antiochiam cassides, totidemque bucculas, &c.* Frustra enim *totidem* adjiceretur, si *Buccula* pars fuisset cassidis. Neque aliter usurpat Capitolinus in Maximino juniore: *Fecit & spathas argenteas, fecit & aureas, fecit & galeas gemmatas, fecit & Bucculas*, id est, clypeos. Proinde *Bucularum structores*, apud Paternum in leg. ult. D. de Jure immun. sunt clypeorum confectores.

Sed & *Bucculam*, pro ipso umbone clypei usurpavere Scriptores inferioris ævi, atque in iis Aimoinus lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 11. *Buculam clypei, quo suus tegebatur adversarius, fortiter perculit, quæ claviculis, quibus affixa tenebatur, avulsis, longiùs resiluit, moxque manus adversarii nuda apparuit: quippe foramen in clypeo fuerat, quod bucula protegebat, deintus semipedali affixa ligno: quo manu retento, gravem ille Roberti adversarius verteret clypeum.* Quin etiam nostri eam scuti partem *Boucle* vocabant. *Le Roman de Garin MS.*

De soil escu qui est peint à azur bis,
Desoz la boucle li a fret & maumis.

Alibi:

Rois Amadas vet ferir un Gascons,
Desos la bocle li perça le blaçons.

Hic enim *blaçon* & *blazon* idem valet quod scutum, vox Fecialibus nostris hac notione familiaris. *Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.*

Froissent ces hiaumes, depieçent li blason,

Infrà:

Y vait, feri Guintran devant sor le blason.

Chronicon Bertr. Guesclini MS.

Les lances en leur poins, & au col le blazon.

Cùm verò hac parte aversa clypeus brachio militis innecteretur, inde quibusvis lib. lis, *Boucle* nomen mansit. Sed & etiam ab hac clypei parte, totu clypeo, *Boucher* apud nos appellatio indita. Aresta Pentecost. an. 1288. in Reg. B. fol. 78. *Ordinatum fuit in præsenti Parlamento, quòd nullus portaret Parisius cultellum ad cuspidem, nec boclerium, nec ensem, &c.* *Buccula* porrò, umbo clypei appellatur, quia in umbone effingebatur ut plurimùm vultus, aut facies vel viri, vel animantis, cujus *Bucula*, seu os, medium obtinebat, uti passim vetera monumenta repræsentant.

BUCCUS, Hircus, Gallis *Bouc*. Lex Salica tit. 5. §. 3. *Si quis buccum furaverit. 600. den. culp. jud.* Gregorius Turonensis lib. 9. Hist. c. 23. *Ferebant hunc esse superbum, & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur.* Ubi quidam *olidus* legunt, quod magis placet, cùm malè oleant hirci. *Pelles buccinæ*, apud Chrodogangum Episcopum Metensem in Regul. Canon. c. 41.

BUCECARLUS. Vide *Buscarla*.

BUCHARIUS, Lignator. Lambertus Ardensis pag. 117. *Fossarii, ligonistæ, & oneratores, & bucharii, aliique firmitatis operatores & magistri.* Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 379. *Provideat, ne — qui mercatorum maximè buchariorum se subtrahant, &c.* Ubi videntur esse carnifices, *Bouchers*.

Bucheria, apud Innocent. III. PP. lib. 2. Epist. 55. sic appellatur in Monasteriis *Palia*, seu *Præpositura*, quæ circa lignationem ad Monachorum usus versatur: Gall. *Bucherie*.

BUCHIRANUS. Vide *Bouqueranus*.

BUCIDA, *Qui boves mactat*, in Gloss. Sax. Ælfrici.

BUCLEAMEN, Saxonicè heorτ-hama, in Gloss. Ælfrici: id est, cordis tegmen, vel cutis, clypeus fortè seu *Buccula*, de qua egimus, qua pectus tegitur.

BUCSTAL, Servitii vel tributi species, apud Anglos, de qua in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 827.

BUCTUS, Finis, extremitas, ex Gallico *Bout*. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 40. *Juncturam autem illam alarum, à qua incipiunt decem pennæ majores forinsecæ, quam quidam vocant humerum, & alii buctum alæ dicunt, &c.* Gallis *le bout de l'aile*.

BUDA, *Storea*. Gloss. Camberonense, *Buda, stramentum lecti de bil lo, id est papyro.* Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. & Papias: *Buda, storia*, ubi legendum *storea*. Servius ad 2. Æneid. *Ulvam dicunt rem, quam vulgus Budam vocat.* Pelagius libello 10. num. 76. *Videas autem Ægyptius vestitum mollibus rebus, & budam de papyro, & pellem stratam sub ipso.* Perperam igitur inde nostrum *Boue*, id est, lutum, accersit vir doctus.

BUDELLUS, Calamus, vulgò *Boudelle*, quasi *bout d'aile*, alæ pars inferior. Joannes de Garlandia de Mineralibus pag. 155. *Accipe de sale alkali, & eum in aliquo budello solve, &c.* Vide *Botellus*.

BUDINGUM. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. pro Monast. S. Maximini Trevir. apud Nicol. Zyllesium: *Si cujus bona vel prædia propter aliquam culpam vel querimoniam in placitis Abbatis, id est, budingum, dominicata, vel publicata fuerint, omnia Abbatis erunt, nisi bonis eisdem, postquam villici Abbatis ea in custodiam susceperint, se quilibet temere intromiserit.*

BUDLAFLA, in priscis Sueonum Legibus, dicebatur citatio in jus in causis ordinariis per baculum, quem *Baculum notitiæ*, vel *Nuntiatorium* vocabant. Hunc judex nota utrimque mantulata emittebat singulum angulis territorii quadrantibus, ut per manus vicinorum extraditus, & facti notitiam simul & comparendi mandatum circumferret: quomodo non judicia tantùm; sed & promiscuè omnes conventus publici indicebantur, ubi de causa aliquo extra ordinem deliberandum erat ... dicendum. Erat autem hic baculus nunc ... effectus ad modum rei, de qua in Conventu ... fuit, ut, si res sacra, crux lignea: si homicidium, ligneum telum, aut securis emitteretur. Ita Johann. Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 6.

BUFALUS, *Bufalus*. Vide *Bubalus*.

BUFETAGIUM, *Bufetaria*, Vectigal, quod præstatur pro *vini bibitione* in tabernis, dictum quasi *Buvetage*, *Buveterie*, unde nostri *Bufet* vocant *Abacum*, in quo pocula vinaria, & alia ad mensam, reponuntur. Aresta Pentecost ann. 1265. in 1. Regesto Parlam. fol. 143. *Cùm Fratres Domus Dei Pontisarensis peterent quandam costumam, quæ dicitur, Bufetagium sibi solvi ab Abbatissa & Monialibus B. Mariæ Regalis juxta Pontisaram de vino ipsorum, quod vendunt in taberna apud Pontisaram, ratione Butefariæ sibi datæ à D. Rege apud Pontisaram, &c.* Tabularium S. Maglorii Parisiens. fol. 107. *Erant in possessione habendi & percipiendi coustumam, quæ vocatur Buffeteriæ, in domo sua sita Parisius in vico S. Martini extra muros.*

BUFORDIUM. Vide in *Bohordicum*.

BUFFA, Alapa, Occitanis *Bufa*. Gloss. Lat. Gall. *Alapa, Buffe*. Catholicon Armoricum: *Avinac, Gall. Buffe, Lat. hæc cervica.* Item: *Buffeter, Alapizo.* Charta Philippi Reg. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. an. 1273. *Item super verbis contumeliosis, alapis, sive bufis, melleis sine sanguine, &c.* Berrius in Hist. Caroli VII. *Bonnicant avoit donné une buffe audit Gravile par jalousie d'une Damoiselle.* Le Roman de Renard MS.

Del point li donne tel buffet,
Del cul li fit faillir un pet,

Et Italico *buffa*, quæ est ea pars cassidis, per quam mittitur spiritus, vox, ut videtur, formata. Qui enim alapam alicui infligit, dicitur ironicè caput vel genas illius galea operire ac tegere, *Courrir la joüe*; quæ est vulgaris apud nos loquendi formula. *Bofetada* dicitur trina illa colli percussio in Militaribus inaugurationibus, de qua in v. *Alapa*, in Chronico Roderici Campiatoris c. 1. *E mando lo llamat Ruy Diaz, & ciñole el espada, y le dio paz en la boca, e non le dio bofetada, como era costumbre.*

BUFFETUS *panis*, in Statut. Veronens. lib. 4. cap. 109. Panis siligineus, Ital. *Pane buffetto*.

BUFFONES, Scurræ, Gallis *Bouffons*. Breviloq. Goliardi, *Buffones, Joculatores*. Synodus Saltzburg. an. 1310. c. 3. *Clerici — qui se joculatores, seu goliardos faciunt, aut buffones, &c.* Vide *Goliardus*. Jo. Villaneus lib. 7. cap. 88. *Onde di Lombardia, e di tutta Italia vi trahavano buffoni, e bigherai, & huomini di corte.* Salmasius ad Tertullianum de Pallio: *Scurras, mimarios, & scenicos, placentariosque Buffones hodie vocamus. Atque ita veteribus vocabantur, quòd buccas inflarent in mimo, alapis accipiendis, ut validiùs sonarent.* Adamantius Martyrius: *Buso, ...*, &c. Malim à *Buffa*, quòd mimi ac scurræ invicem sibi alapas ac *buffas* infligentes, risum spectantibus moveant. Vide Octavium Ferrarium in Originibus linguæ Italicæ in *Buffone*.

BUGARI. Vide *Bulgari*.

BUGATA Contract. Datior Bergom. lib. 2. cap. 6. *de omnibus vasis lapideis, de bugatis, ac bronzio* &c.

BUGENS, *Spado*, Papiæ. Vide *Bugens*.

BUGIA, Ædicula, Gallis *Bouge*. Libertates oppidi Jasferonis, apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 106. *Pro domibus, grangiis, bugiis, &c.*

Bugia, Italis est mendacium: de qua voce vide Octavium Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ.

BUHORS. In Tabulario Sandionysiano. Charta ann. 1230. Kal. Maj: *Guido dictus Caprosiæ vendit justitiam & Advocatiam Conude, & troffas fœni, & redditus, qui vocantur Hayes, & tensamenta sita in avena & denarius, & quosdam redditus, qui vocantur Buhors, & corveias de rachiis & fossatis.* Ubi *Buhors* sumitur, ni fallor, pro præstatione, quæ fit pro facultate *bohordandi*, seu hastiludio decertandi. Vide *Bohordum*. In Computo Domanii Comitatus Pontivian. 1405. hæc leguntur: *Des revenus des Buhos du Gard lés Rue, neant cest an, pour ce qu'il n'y en a aucuns durant le temps de ce compte.*

BUIBLOTA, in Legibus Alfredi.

BULENGARIUS. Vide *Bolengarius*.

BULETARE, Farinam incernere, cribro secernere, Gall. *Bluter*. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Bened. c. 6. *Vas & locum, quo farina buletari debet.*

Buletellum, Cribrum farinarium, nostris *Bluteau*, apud Matth. Paris an. 1202. p. 145.

BULGA. Papiæ: *Saccus torcus*. Sed legendum *scorteus*. Festus: *Bulgas Galli sacculos scorteos vocant.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Bulga*, Hẏdiʒ-fæt, i. vas ex corio confectum. Galli *Bouge* vocant. Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi c. 27. apud Surium: *Bulga & manticæ reserata sunt.* Vocem retinent etiamnum Cambro-Britanni, quibus *Bolgan*, est *Bulga*. De vocis etymo consulendus præterea Goropius Bekanus lib. 1. Gallic. pag. 15. Adde præterea Steph. Paschalium in Disquisit. Francicis lib. 8. c. 2.

Bulgia, idem quod *Bulga*. Willelmus Malmesb. lib. 1. de Gestis Pontific. *Bulgias & manticas eorum efferri & expilari jussit.* Alibi *bulgas* habet, lib. 4. Hist. pag. 128. *Manticis omnibus & bulgis in medium prolatis.*

Bulgetarius, Bulgarum venditor. Gloss. Gr. Lat. *Bulgetarius*, σαγιοπώλης. β. σαγιοῦν Græci recentiores dicunt, *Bulgetta*, nostris *Bougette*. Nicetas in Man. lib. 6. n. 5. Vide Meurs.

BULGARI, *Bugari*, *Bugeri*, Hæretici, qui vulgò *Albigenses* in Francia, alibi *Paterini*, *Cathari*, &c. Manichæorum asseclæ. Matth. Paris ann. 1238. de quodam Roberto Dominicano scribens, qui in Flandriam missus est cum officio Inquisitoris: *Ipsos autem nomine vulgari Bugaros appellavit, sive essent Paterini, sive*

... *vinant, vel Albigenses, vel aliis hæresibus maculati.* Philippus *Mouskes*, de eodem Roberto:

> *Si estoient bougre nommé,*
> *De fausse loy pris & prouvé, &c.*

Vide Matth. Westmonast. an. 1236. Monachus Altisiod. ann. 1201. *Ervaudus Miles, hæresis illius, quam Bulgarorum vocant, coram Legato arguitur.* Idem an. 1206. *Hæreticos, quos Bulgaros vocant, vehementer studuit insectari, ejusque instantia actum est, ut plerique rebus suis exinanirentur, exterminarentur alii, alii cremarentur.* Anno denique 1207. satis docet idem Scriptor, eosdem fuisse *Bulgaros* cum Albigensibus: *Per idem tempus Bulgarorum hæresis execranda, errorum omnium fæx extrema, multis serpebat in locis, tanto nocentiùs, quanto latentiùs; sed invaluerat maximè in terra Comitis Tolosani, & Principum vicinorum.* Adde Nangium in Chron. eod. ann. 1207. Hist. Francorum MS. quæ extat in Bibl. Memmiana, an. 1223. de Philippo Aug. *Envoia son fils en Albigeois pour destruire l'heresie des bougres du pays.* Alia, quæ desinit in an. 1322. ad an. 1225. *En cest an fist ardoir les Bougres freres Jeans, qui estoit de l'Ordre des Freres Prescheurs.*

Bulgarorum hæresim à detestando Manichæo originem sumpsisse, auctor est Albericus in Chronico MS. an. 1239. ubi ejusmodi hæreticos in Campania ignis supplicio damnatos refert: sic enim obtinuit S. Ludovico imperante. Stabilimenta ejusdem S. Ludovici lib. 1. cap. 83. *Se aucuns est soupeçonné de bougerie, la Justice le doit prendre, & l'envoier à l'Evesque; & se il en estoit prouvez, l'on le doit ardoir.*

Bulgaros verò Albigenses hæreticos appellarunt nostri, quòd Bulgari eorum hæresi maximè infecti essent, qui eam ab Orientalibus & Græcis Manichæis hauserant, Basilio Macedone imperante, uti fusius narrat Petrus Siculus in Hist. Manichæorum statim initio: deinde quòd eorum summus Pontifex, cui cæteri ejusdem sectæ ministri obnoxii erant, in Bulgaria sedem fixisset. Episcopus Portuensis in Epistola apud Matth. Parisium an. 1223. *Ille homo perditus, qui extollitur supra omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, jam habet perfidiæ suæ præambulum hæresiarcham, quem hæretici Albigenses Papam suum appellant, habitantem in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiæ, juxta Hungarorum nationem. Ad eum confluunt heretici Albigenses, ut ad eorum consulta respondeat.* Reinerus lib. contra Valdenses c. 6. recensens Ecclesias, uti vocabant, Catharorum, qui iidem sunt cum Valdensibus & Bulgaris, *Ecclesiam Bulgarorum* nominat, à qua cæteras profluxisse ait p. 71. & cui præfuisse subdit *Episcopum & Filium majorem Ecclesiæ Bulgariæ appellatum*, p. 78. Vide Marcam lib. 8. Hist. Beneharn. n. 2. & seqq.

Interdum Bulgari, seu *Bougres*, dicti κτηνοβάται. Regestum Arestorum Parlamenti: *Bougrerie, si est habiter avec les bestes.* Vetus Franciæ Consuetudinarium: *Le haut Justicier à la punition de Bougerie, & là doit la Justice temporelle faire ardoir.*

Denique *Bulgaros* vocabant nostri usurarios omnes, quia ejusmodi hominum genus usurariis mercimoniis operam dabant. Matthæus Paris ann. 1255. *Ipsi usurarii, quos Franci Bugeros vulgariter appellant.* Vetus Rotulus an. 1233. *Pro rebus saisiendis Caorsini capti propter Brogrisiam 7. libr. &c.*

BULLA. Hujus vocis varias notiones complexus est Ebrardus Bethuniensis in Græcismo:

> *Bulla tumor laticis, Nola, Sidus, Gemma, Sigillum,*
> *Bull: notat Gemmam, Stellam, Vestem puerorum,*
> *Ornamenta sil ... bullas, & balthea signat.*

Quid Latinis *Bulla* istîc non disquiro: observo tantùm, Scriptoribus inferioris ævi ita appellari ornamenta quædam orbicularia, à quibus vox, *Boule*, apud nostros originem sumpsit. Jo. de Janua: *Ut generaliter dicatur, omnia ornamenta aurea vel argentea, quæ fiunt quasi in [illegible]ata, bullæ dicuntur.* Gloss. Isid. *Bullæ, ornamenta regalia, vel camelorum.* Mox: *Bullæ, stramenta regalium camelorum*; leg. *ornamenta*, quomodo apud Papiam: *Bullæ, Ornamenta regalium puerorum, vel equorum, dictæ, quod sint similes bullis, quæ in aqua inflantur.* Vetus Interpres Juvenalis sat. 5. *Antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant: pauperum de locis, signum libertatis.* Hac igitur notione bullas accipiendas puto apud Apulejum lib. 6. *Bullisque te multis inoculatum, veluti stellis relucentem, — saginabo.* Anastasius in Sergio II. *Gabathas interrasiles deauratas cum bullis duabus.* In Leone IV. *Cum gemmis ac bullis aureis 33.* Leo Ost. lib. 3. c. 31. (al. 33.) *Alteram quoque iconam rotundam argento vestitam, argenteis etiam bullis extrinsecus in gyro circumdatam, transmisit.* Ubi, ut & apud Anastasium, *Bullæ* dicuntur, quas alii *Lunulas* vocant. S. Hieronym. in cap. 3. Isaiæ: *Habent mulieres in Lunæ similitudinem bullulas dependentes, quas nos ad Ecclesiæ ornamenta transferimus, quæ illuminantur Sole justitiæ.* Dudo lib. 3. de Morib. Normann.: *Ensem ex auri sex libris in capulo, bratteolisque atque bullis artificialiter sculptum.* Chron. Casauriense: *Unde receperunt ipsi venditores ab eadem clementissima Regina bullas de auro duas, equum optimum cum argentea sella, in pretium mille ducentorum solidorum.* Charta verò, cujus hic mentio sic concipitur: *Unde recepimus nos suprascripti venditores pretium à te Hermengarda bullas duas, & caballum unum cum una sella argentea, &c.* Gunther. Lib. 9. Ligur.

> *Quigentilis Arabs, tanquam munuscula Regi,*
> *Adveheret frenos, calcaria, cingula, bullas &c.*

Adde Luithprand. lib. 6. c. 3.

Bulla, Sigillum, seu typus sigillarius, quo bullæ ipsæ imprimuntur. Glossæ MSS. *Bulla, Emblema, [illegible]rietas pavimenti, vel sigillum.* Gloss. Ælfrici [illegible]cum: *Sigillum, vel bulla*, Mẏeʒel. Jo. de Janua: *[illegible]la sigillum, quod cera imprimitur.* Hucbaldus in Vita S. Rictrudis c. 15. *Et ut clara editus prosapia, [illegible] quoque præclarus fulsit in aula regia honoratus [illegible]pote prudens Notarius regalium præceptorum [illegible]bens edicta.* Hariulfus lib. 1. Chron. Centul. c. 6. de Mauronto: *In aula ejusdem Regis militavit, & [illegible]bilis regiæ bullæ vel sigilli bajulus.* Nicetas Choniates in Codice Barbaro-Græco ejusmodi typum sigilli [illegible]um Imperatoris CP. χρυσόβουλλον appellat, & μετὰ [illegible]θων λαμπρῶν fuisse ait, hoc est, lapillis adornatum. Nicetas Paphlagoni in Vita S. Ignatii Patr. CP. sub finem. Harmenopulo lib. 6. c. 14. & in Menæis Græcor. 11. Nov. in S. Mena, βουλλωτήριον dicitur.

Bulla, sumitur crebriùs pro ipso sigillo, quod Chartis appenditur. Synodus Romana sub Eugenio II PP. ann. 826. cap. 18. apud Holstenium, de dimissoriis Epistolis: *Metropolitani Bulla eas muniri oportet.* Versus de Vicelino Episcopo Bremensi:

> *Chartas conscriptas, & res in scripta redactas*
> *Bullis firmavit, bannoque suo stabilivit.*

Infrà:

> *Scriptis firmavit hæc, & Bulla solidavit.*

Bolla, sigillum appellatur in Consuetudinibus MSS. Montispessulani art. 104.

Bulla, ipsum Diploma *Bulla* munitum, quemadmodum *sigillum* pro ipsomet diplomate: quomodò appellamus hodie Diplomata ac Rescripta Pontificum Romanorum. Wildebrandus ab Oldenborg. in Itiner. T.S. *Ita ut hospes, si terram intraverit, absque Regia Bulla exire non possit.* Brompton: *Et super hoc ostendit bullas & alia munimenta, quæ inde præ manibus habuit.*

Bulla, Schedula, syngraphum, chirographum ad rei cujuspiam indicium, nostris vulgò *Bulete, Buletin*, Italis *bolletta*, vel *buletta*, & *bulletino*. Anastasius

in

in Nicolao I. PP. p. 217. *Hic Christi amicus omnium nomina claudorum, cæcorum atque ex toto debilium in urbe Roma consistentium scripta apud se retinens, quotidianum illis victum ministrare studebat. Nam reliquis pauperibus gressum aut vires habentibus hujuscemodi, ut vicissim eos pasceret, sapienter reperit modum, scilicet Bullas suo nomine titulatas fieri jussit, & has eis dari præcepit. Ut quanti prima feria, quanti 2. quanti 3. & cæteris obliquis* (reliquis) *feriis prandere debuissent, per signum bullarum facilius nosceretur. Et in iis quidem bullis, quæ eis datæ sunt, qui 1. feria reficı debebant, fecit per singulas 2. nodos, & sic per omnes usque in sabbatum, ut quot feriæ essent, tot essent nodi per singulas bullas, includens in eis nuces, ubi nodi fiebant, quatenus nullus pauper haberetur in urbe, qui vel uno die per hebdomadam de suis eleemosynis non esset refectus.*

Bullas aureas qui Imperatorum Byzantinorum proprias fuisse putant, longè errant, cùm & cæteri Principes iis sint usi. Sed & non planè hactenus constat, à Francisne nostris ii, an verò Franci à Byzantinis istiusmodi sigillorum usum acceperint? cum eadem ferme tempestate iis cœpisse uti legantur. Nam sub Theophilo, Michaëlis filio, Imperatore CP. harum primùm meminit Cedrenus, sub quo Ludovicum Pium Imp. Francicum iis usum auctor est Agobardus Lugdunensis lib. de Insolentia Judæorum, ad eundem Imperatorem scribens: *Ostendunt præcepta ex nomine vestro aureis sigillis signata.* Neque tamen ii semper sigilla pendentia suis apposuere diplomatibus; sed ut plurimùm sigilla cerea, annulo signatorio impressa, Chartis ipsis affigebant, cujusmodi nonnulla videre licuit in Archivo Sandionysiano, & quale exhibetur Caroli M. in Monumentis Paderbonensibus, & ejusdem Ludovici apud Chiffletium in Historia Tornutiensi p. 262. in quo προτομὴ Imperatoris lusca & laureata conspicitur, cum hac inscriptione in circulo: XPE PROTEGE KAROLUM (HLUDOVICUM) IMPERATOREM. Cujusmodi etiam fuit sigillum, litteris Justini Junioris Imperatoris ad Aretham, Ægyptiorum Regem, appositum: Arethas quippe, ut ait Theophanes p. 270. *δεξάμενος τὴν τοῦ βασιλέως σάκραν, κατεφίλησε τὴν σφραγῖδα τὴν ἔχουσαν τὸ στηθάριον τοῦ βασιλέως: Tum verò tradita sibi Imperatoris sacra, seu Epistolæ, sigillum ejusdem facie cum pectore insculptum exosculatus est.* Neque tamen hæc verba de bulla accipienda censuerim; sed de cereo sigillo, litteris impresso. Certè bullas aureas Imperatores Francicos & Germanicos non appendisse constat, nisi iis tabulis, quæ & majoris essent momenti, & Privilegia Ecclesiarum continerent, cùm cætera aut plumbeis, vel cereis munita conspiciantur. Ita Carolus Calvus, Ludovici filius: *Chartas auro bullatas* Monasterio Sandionysiano indulsit, ut habet Sugerius Abbas apud Doubletum p. 873. *Cum appenditiis sigillis aureis*, ut ait lib. de Administratione sua. Profert Sanjulianus in Tornutio pag. 510. aliud Diploma ejusdem Caroli, nondum Imperatoris, quod ita clauditur: *Manu nostra propria eam firmavimus, & bullis nostris subinsigniri jussimus.* Cui quidem Diplomati, ait idem Scriptor, appensum erat sigillum aureum, (*Byzantium* appellant veteres Tabulæ ejusdem Monasterii) in cujus antica Regis protome, in altera ejusdem Caroli monogramma conspiciuntur. Extitit bulla alia aurea ejusdem Caroli Imperatoris, appensa diplomati pro fundatione Monasterii S. Cornelii Compendiensis, quod descriptum legitur tom. 10. Spicilegii Acheriani p. 157. sicque clauditur: *Manu propria subterfirmavimus, & bullarum nostrarum impressionibus insigniri jussimus, &c.* Hanc verò Bullam ajunt fuisse 8. vel 10. Ducatorum, nam ab aliquot annis furto sublata est. Sed ejusdem Monasterii monumenta docent, in antica illius parte protomen Imperatoris fuisse descriptam, cum hisce characteribus, KAROLUS IMPERATOR FRA. TOP. (fortè ROMANORUM) in postica, RENOVATIO IMPERII ROMÆ ET FRA. Hujus quidem Bullæ mentio est in 1. Regesto Parlamenti Parisiensis fol. 185. inter Aresta Pentecost. ann. 1271. *Quoddam privilegium Monasterii Compendiensis bulla aurea Caroli Calvi Franciæ Regis signatum arestatum fuerat, tanquam de falsitate suspectum per Curiam, eo quòd filo, cui bulla ipsa appendebatur, poni poterat bulla, & de eo removeri. Postmodum considerato, quod hoc plus proveniebat ex antiquitate privilegii ipsius, quàm ex aliqua falsitate, præcepit dominus Rex privilegium ipsum reddi Abbati & Conventui dicti loci.* Hanc bullam se vidisse testatur Carolus Molinæus in Consuetud. Paris. tit. de Feud. §. 39. Quin cæteri Francorum Reges bullis perinde aureis usi sint, etsi vix dubitem, cùm harum usus omnibus ferme Principibus familiaris fuerit, uti mox ostendam; vix tamen earum mentionem fieri comperio. In primo Regesto Parlamenti Parisiensis extat Arestum Oct. Candelosæ an. 1262. fol. 127. ubi Canonici Ecclesiæ Bituricensis *dicebant, quòd ad eos pertinebat justitia de homine per Chartam Regis Ludovici, quam super hoc prætendebant, in qua pendebant duo annuli aurei, per quam concessa erat eisdem justitia suorum hominum.* Certè in ejusdem Parlamenti Regesto, quod *Ordinationes Barbinas* vocant fol. 37. descriptum legitur Diploma Caroli VII. Regis Franciæ 7. Octob. an. 1437. quo Diploma aliud Ludovici VII. pro *pareagio* Ecclesiæ Mimatensis confirmat, quod *bulla aurea* munitum esse dicitur. Præterea in Chartophylacio Regis Christianissimi asservatur Epistola Leolini Nortwalliæ Principis ad Regem Philippum VI. scripta, qua recepisse se agnoscit illius litteras, aureo sigillo sigillatas, in quibus inita inter Franciæ Regnum & Walliæ Principatum fœdera continebantur. Denique Spelmannus scribit à se visam Bullam auream Francisci I. Regis Franciæ, appensam fœderi, quod cum Henrico VIII. Anglorum Rege pepigit, in cujus anticæ circulo versus hic describitur: PLURIMA SERVANTUR FOEDERE CUNCTA FIDE. Id ipsum de Bulla aurea Henrici istius pariter fœderis Diplomati appensa testatur Peirescius in Adversariis MSS. quam se vidisse testatur in Archivo Regio, & majoris esse formæ, ac pondo 10. aureorum Hispanicorum, in qua efficta sunt Regni Angliæ insignia, cum corona regia epanoclista, & periscelide.

Verùm apud Imperatores Germanicos longè frequentior fuit aurearum bullarum usus: quippe Arnulphi Imperatoris bullæ aureæ recensentur apud anonymum Hasenrietanum in Episcopis Eystetensibus: Henrici I. in Chronico Casinensi lib. 2. c. 31. Henrici III. cap. 81. eodem lib. & cap. 49. lib. 3. Conradi apud Buchelium in Notis ad Will. Hedam pag. 166. Guichenonum in Bibl. Sebusiana lib. 1. cap. 17. & Joan. à Bosco in Vienna: Henrici junioris, apud Ottonem Frising. lib. 1. de Gestis Frideric. c. 55. ejusdem Friderici I. apud Godefridum Monachum in Chron. an. 1167. & alios: Henrici VI. apud eundem Buchelium pag. 178. Frederici II. apud Joannem Villaneum lib. 6. cap. 25. Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 289. 305. in Notis nostris ad Joinvillam pag. 57. apud Buchelium pag. 202. ubi bullam ipsam exhibuit, Freherum in Appendice ad tom. 1. Scriptorum Germaniæ pag. 2. Caroli IV. apud Goldastum pag. 347. &c.

Neque Imperatoribus duntaxat propriæ fuere bullæ aureæ: nam & cæteros Reges ac Principes iis usos passim legere est, *Reges Angliæ*, apud Matth. Paris pag. 172. Willelmum Thorn. lib. 2. cap. 15. & tom. 5. Spicilegii Acheriani: *Reges Siciliæ*, apud Romualdum Salernitanum in Chronico MS. an. 1166. Bromptonum p. 1114. ubi earum ectypon descripsit, Nicolaum Tri-

Trivettum in Chron. an. 1178. Falconem Beneventanum an. 1137. Baronium an. 1156. Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicil. pag. 123. 125. 404. &c. *Reges Italiæ*, apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 282. *Reges Hispaniæ*, apud Matth. Paris pag. 584. 598. Florentium Wigorniensem pag. 357. & Marcam lib. 7. Hist. Beneharn. cap. 8. *Reges Hungariæ*, in Decretis Andreæ Regis cap. 25. & apud Hieron. Rubeum lib. 6. Hist. Ravennat. pag. 405. *Reges Bulgariæ* in Actis Innocentii IV. PP. pag. 54. 55. & apud Leonem Grammaticum pag. 503. *Sultanos Iconienses* apud Duchesnium in Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 136. denique *Duces Apuliæ*, in Chronico Casinensi lib. 3. cap. 57. lib. 4. cap. 10.

Sed & *Romani Pontifices* aurea Bulla interdum literas suas obsignarunt; quod tamen ait Dominicus Rainaldus, nunquam observatur, nisi in confirmatione Romani Imperatoris. At Spelmannus refert, Clementis VII. diplomati, quo *Defensoris Fidei* titulum Henrico VIII. Regi Angliæ contulit, appensam esse bullam auream.

Byzantini porrò Scriptores χρυσόβουλλον pro Diplomate, cui appensa est Bulla aurea, usurpant passim, quod *literas cum aurea bulla* vocant Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 30. & Jacobus de Vitriaco lib. 3. extremo: *Præceptum aurea bulla bullatum.* Leo Ostiensis lib. 3. cap. 37. *Præceptum aureo sigillo signatum*, Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. cap. 109. *Chartam sigillo aureo præmunitam*, vetus Diploma apud Marcam in Hist. Beneharn. pag. 601. *Privilegium cum sigillo auri*, Godefridus Monachus S. Pantaleon. an. 1167. σφραγίδα χρυσῆν, Synaxaria ad 13. Maji in S. Sergio, & Zonaras in Constantino Leonis filio pag. 105. *Auro signatas literas* dixit idem Tyrius lib. 18. cap. 32. Bullas denique *Literas aureas* videtur appellasse Wippo de Vita Conradi Salici pag. 438. *Legationis tamen causam postea Imperator Græcorum aureis literis Imperatori Conrado scripsit.* Et Anonymus Hasenrietanus apud Gretzerum in Episcopis Eystetensibus, de Arnulpho Imp. *Regali donatione tradidit, & chirographo aureis literis inscripto stabilivit.* Albertus Stadensis ann. 1179. *Hanc Epistolam* (Manuelis Imp.) *Imperator suscepit scriptam aureis literis.* Neque enim his locis χρυσογραφίαν intelligendam putem, ita ut ejusmodi Epistolæ & Chartæ characteribus aureis scriptæ fuerint: quod satis indicant verba Luithprandi in Legat. *His dictis atque completis, χρυσοβούλλιον, id est, Epistolam auro scriptam & signatam mihi dederunt vobis deferendam.* Ita apud Joannem Euchaïtarum Metropolitanum, carmine εἰς χρυσόβουλλον τῆς Λαύρας:

Χρυσοῖς γραφῆναι γραμμάτων ἔδει τύποις
Τὸν ἐν λόγοις κάλλιστον ὡς χρυσοῦν ὅλον.

Et infrà:

Ὅθεν φυλάξει τὴν χάριν κεχρυσωμένην
Χρυσοῦς φύλαξ, κάτωθεν ἐμβεβλημένος.

Hisce de Bullis aureis observationibus, non possum quin subjiciam, quod habet Chronicon Petri Regis Aragon. editum à Mich. Corbonello, lib. 7. cap. 13. ubi idem Rex ait, indultum Regibus Aragonum ejusmodi privilegium: *Lo qual nostre senyor Deu per la sua gran misericordia havia fet, e atorgat à la casa de Arago, lo qual era bullat ab bulla de or; e era cler e net, e non corrumput; ne viciat en res, çò es que la bandera de la casa real de Arago null temps fo vençuda ne arracanda del camp, semblant que fo ver, que sen perde una per sa folia: è volch ho dir per lo Rey En Pere Rey d'Arago; & Senyor de Montpeller, qui per sa follia fon mort à Morell.* Sic nugantur interdum Scriptores.

Bulla argentea, meminit Luithprandus in Legat. *Tulerunt & alias literas argento signatas.* Meminit pariter Phranzes lib. 2. cap. 10. Servatur etiam in Gazophylacio Sangenovefano Parisiensi bulla argentea spissior Ludovici Pii, in cujus parte altera visitur ejus protome, cum Inscriptione solita, XPE PROTEGE HLUDOVICUM IMPERATOREM: in altera nihil effictum est.

Bulla plumbea usos interdum Reges nostros, atque adeo Carolum Mag. Imperatorem, testatur ejus Charta, pro renovatione Chartæ fundationis Monasterii Novalicensis, lib. 1. c. 17. quæ quidem Charta describta legitur in Tabulario Ecclesiæ Grationopolitanæ fol. 39. ubi sic clauditur: *Non enim ex consuetudine anteriorum Regum hoc facere decrevimus; sed solummodo propter necessitatem & mercedis augmentum transscribere præcepimus hoc modo, & super plumbum sigillari jussimus.* Extat alia Ludovici II. Imp. ann. 875. pro Monasterio S. Clementis insulæ Piscariæ, quæ *bullæ plumbeæ impressione sigillata* dicitur apud Ughellum tom. 6. pag. 1310. quas quidem tabulas, licèt ab omni falsi suspicione immunes præstare nolim: certum tamen omnino priores secundæ stirpis Principes usos bullis plumbeis, cùm Gazophylacium Regium alteram servet Caroli Magni, vel Calvi, quam descripsit V. Cl. Steph. Baluzius in Notis ad Capitularia Regum nostrorum pag. 1284. alteram Gazophylacium Canonicorum Regularium S. Genovefæ Parisiensis, in cujus parte antica efficta Principis imberbis & laureati lusca protome, cum hac Inscriptione, KAROLUS MP. AGS. in postica in medio circulo hi leguntur characteres, RENO—VATIO—REGNI—FRANCOR.

Bullas plumbeas jam olim in usu fuisse apud Constantinopolitanos Imperatores docet in primis bulla plumbea, quæ Gallæ Placidiæ; & effigiem & Inscriptionem; & in aversa parte Victoriolam cum cruce præfert, ejusdem magnitudinis, qua sunt ejus nummi. Hanc servat Gazophylacium Canonicorum S. Genovefæ Parisiensis. Id etiam astruit Amphilochius in Vita S. Basilii Cæsariensis cap. 10. & ex eo Ursus Diaconus: *Novissimè verò scripsit magnum, quod fecerat, pessimumque peccatum, & plumbo bullavit chartam illam.* Codinus de Offic. cap. 5. n. 27. ait, Imperatorem Constantinop. cùm ad matrem & uxorem, aut filium Imperatorem, scribebat, cerea; cùm ad Despotas, Patriarchas, & reliquos honoratiores Principes, plumbea bulla uti solitum. Paulò aliter Codex Regiæ Bibl. 2023. Μολιβδόβουλλα δὲ κεῖνται εἰς τὰ βασιλικὰ πιττάκια, καὶ τὰ δέσποιν κα, καὶ τὰ πρὸς Δεσπότας καὶ Σεβαστοκράτορας καὶ Καίσαρας, ὁποῖοί εἰσι, καὶ πρὸς Ρῆγας πάντας, καὶ πρὸς τοὺς Πατριάρχας καὶ τοὺς καθολικοὺς ἀρχιεπισκόπους εἰς δὲ τοὺς ἄλλους πάντας Μητροπολίτας καὶ ἄρχοντας, κηρόβουλλα, εἰς μόνον δὲ τῆς Ρωσίας πέμπουσι μολιβδόβουλλον. Meminit Petrus Diaconus lib. 4. Chr. Casin. cap. 109. præceptorum Imperatorum Constantinop. *plumbo* signatorum. Ad ejusmodi sigilla plumbea referenda sunt etiam, quæ habet Leontius Episcop. Neapolit in Apologia pro Christianis & SS. Imaginibus, Act. 4. VII. Synodi: Ὥσπερ ὁ κέλευσιν βασιλέως δεξάμενος, καὶ ἀσπασάμενος τὴν σφραγῖδα, οὐ τὸν πηλὸν ἐτίμησεν, ἢ τὴν χάρτην, ἢ τὸν μόλιβδον· ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸ σέβας ἀπένειμεν, &c.

Neque soli duntaxat Imperatores Constantinopolitani; sed & alii proceres Palatii bulla plumbea utebantur. Extat, inquit Angelus à Nuce, in Regesto Petri Diaconi Casinensis n. 136. Præceptum Symbatii Protospatharii & στρατηγοῦ Macedoniæ, Thraciæ, &c. bullatum cum bulla plumbea, mense Junio, Indict. 10. hoc est; an. 892. Reges etiam Siciliæ bullis plumbeis usos advertere est apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 129. 316. 414. 475. tom. 2. p. 20. 279. 280. 283. ut Reges Hispaniæ, apud Ant. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti sub finem tom. 7. Tradit præterea Sabellicus ex privilegio Alexandri PP. Duces Venetos uti sigillis

sigillis plumbeis: sed longè ante Alexandrum usos probat Sansovinus in Venetia lib. 11.

Bullis præterea *plumbeis* usos constat Episcopos, atque adeo summos Pontifices: ac Episcopos quidem, ex Concilio Cabilonenti II ann. 813. can. 41. *Literas etiam habebit, in quibus sint nomina Episcopi & civitatis plumbo impressa.* Et ex Anastasio Bibl. in Præfat. ad octavam Synodum, de eadem Synodo *Et omnia hæc in quinque Codicibus scripta sive compacta, & omnium subscriptionibus roborata; sed & ipsos Codices plumbea bulla munitos, atque sigillatim loci servatoribus traditos, patriarchalibus sedibus deferendos, &c.* Scribit Bromptonus p. 1458. *non solere cisalpinos Præsules vel Primates scriptis suis autenticis bullas plumbeas apponere; sed cereas.* De transalp nis certè id observare est ex Rocco Pirro tom. 1. pag. 320. &c. tom. 2. pag. 281. &c.

De summorum Pontificum bullis plumbeis hæc habet Luithprandus lib. 6. cap. 6. *Hæc domnum Papam nullis narrantibus fecisse crederemus, nisi literæ fidem admitterent, quæ plumbo signatæ ejus nominis characteres monstrant.* Carmen de Curia Romana v. 985.

Non auro, non argento sacra bulla refulget,
Insignit chartas plumbea forma sacras.

Et v. 1009.

Ponitur incudi pars quædam parvula plumbi,
Et redit argenti tempore forma brevi
Malleus impositæ vix dat tria verbera massæ,
Et subitò plumbum se novat ære novo.

Notum verò in plumbeis bullis Paparum describi eorum nomina in altera harum facie, quod etiam factitatum in bullis Episcoporum: hinc Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 17. de Actardo Episcopo: *Epistolam suo nomine ad Nicolaum PP. dictari —fecit, quam & bulla sui nominis sigillavit.* Polydorus Virgilius ait, Agathonem PP. in cera annulo impressisse sigilla: verùm postea cùm summus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuisse Stephano III. & Adriano I. tabulas apostolicas plumbo obsignari, nec antiquius sigillum publicum reperiri opinatur. Sed vetustiora diplomata summorum Pontificum, inquit Dominicus Raynaldus Bibliothecæ Vaticanæ custos, non vidit Polydorus: nam tempore Silvestri, quo Ecclesia Romana ab immanissimo tyranno diu oppressa respirare cœpit, literæ apostolicæ plumbo obsignatæ fuerunt: quæ quidem bulla plumbea Silvestri reperitur in Archivo Aretino. Asservantur præterea, eodem teste, in archivo Castri S. Angeli vetustissima in papyro, ex frutice confecta diplomata, plumbo obsignata summorum Pontificum Leonis I, Gregorii Magni ac Sergii. His consentanea habet Bromptonus pag. 1718. ubi ait à *tempore Gregorii Magni bullas fuisse, & adhuc in Romana Ecclesia aliqua ipsius privilegia bullata servari.* Ita etiam W. Thorn. in Chron. c. 1. §. 10.

Porrò idem Raynaldus observat in plumbo diplomatum vetustissimorum Pontificum non impressas fuisse imagines Petri & Pauli; sed tantùm illius Pontificis nomen, cujus literæ obsignabantur: quod hodie observatur, à modernioribus Pontificibus introductum & in usu positum esse. Vetustiorem quippe usque adhuc bullam cum imaginibus Petri & Pauli non se reperisse ait, quàm sub Adriano IV. qui anno 1153. vixit: & sub Benedicto VII. Apostolorum plumbo non imprimi imagines. Verùm sub Paschali II. hunc morem cœpisse, docet Doubletus pag. 475. At cur in bullis summorum Pontificum sancti Pauli imago dextram, S. Petri sinistram partem occupent? quædam Matth. Paris an 1237. pluribus verò disserit Leo Allatius lib. 1. de Consens. utriusque Eccles. cap. 6. ut & Nicol. Alemannus lib. de læva & dextra. Vide Ughellum tom. 6. pag. 459. Ad Bullas etiam plumbeas PP. spectat querela ista Stephani Episcopi Tornacensis Epist. 163. 165. *Plumbo Anglico teguntur Ecclesiæ, nudantur Romano.* Sed & ne quid intactum relinquatur, primus Clemens VI. domus insignia bullis suis impressit. Albertus Argentin. an. 1342. *Hic Papa cùm arma progeniei suæ haberent quinque rosas, contra morem antecessorum, totidem rosas poni fecit in bullis.* Porrò in Bullis Summorum Pontificum electorum, & nec dum consecratorum, eorum nomen non inscriptum docet Gregorius X. in Bulla an. 1272. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 1. Hist. Eccles. Placentinæ num. 118. hisce verbis: *Nec mireris,* quòd bulla non exprimens nomen nostrum est appensa præsentibus, quæ ante consecrationis & benedictionis nostræ solennia transmittuntur: quia ii, qui fuerunt hactenus in Romanos electi Pontifices, consueverunt in bullandis literis ante suæ consecrationis munus modum hujusmodi observare.

Bullarum plumbearum usus alios etiam spectavit: nam plures Dominorum Montispessulani in Camera Computorum Paris. asservantur. Vide ectypon bullæ alterius plumbeæ in Adversariis Peirescianis, cum hac Inscriptione: *Bulla Girardi Amici,* & in altera parte, *Domini de Cavus montibus.* In Libertatibus concessis villæ Montisbrusonis à Guigone Comite Forensi mens. Nov. an. 1223. hæc habentur: *Si aliquis voluerit sigillum plumbeum Dom. Comitis super aliquo contractu vel negotio roborando, fiat inde petenti copia, & det 3. sol. & nil ampliùs ab eo inde exigatur. Si verò voluerit cereum sigillum, det 12. den. tantùm.*

Bulla ceræ, quam κηρὸς λλον σφραγῖδα vocat Novella Alexii Comneni, usus cœpit apud nostros, ex quo sigillis pendentibus uti cœpere, qui quidem mos ad Anglos seriùs transiit, postquàm scilicet Normanni insula potiti sunt. Ingulphus: *Chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea usque ad Edvvardi Regis tempora fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis aliisque sacris signaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes, chirographa chartas vocabant, & chartarum firmitatem per uniuscujusque speciale sigillum, sub installatione trium vel quatuor astantium conficere constituebant.* Vide *Sigillum.*

Bullare, Στιγματίζειν, Ferro candenti reos inurere, Italis, *Bollare.* Habetur in Statutis Venetis lib. 6. c. 78. 79. & in Libro promissionis maleficii ibidem c. 7. 9. &c.

Bullare, apud Cornelium Celsum, est *bullas facere*, id est, tumores: *Sicurina bullat. Bullantes aquas* dixit Plinius, quasi bullis tumentes & scaturientes. *Fontem affluentem bullis*, Apulejus lib. 4.

Bullare, Bullam, seu sigillum literis, epistolæ aut diplomati apponere. Joan. de Janua: *Bullare, sigillare.* Ratbodus Episcopus Trevirensis: *Hanc ergo epistolam annulo Ecclesiæ nostræ bullare censuimus.* Anastasius Bibl. in Vita S. Joannis Eleemosyn. num. 94. *Non potes scribere & bullare? mox abiens scripsit propria manu peccatum, & bullans portavit beato.* Ursus Subdiaconus in Vita S. Cæsariensis cap. 10. *Et plumbo bullavit chartam illam.* Ubi Amphilochius, ἐβούλλωσεν. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 28.

Bullatas offert signato cortice chartas.

Chr. Casin lib. 3. cap. 7. *Præceptum aurea bulla bullatum.* Cap. 57. *Charta aurea bulla bullata. Sigillo bullatum*, in Charta Philippi Comitis Flandr. ann. 1163. Occurrit passim. βουλλοῦν, dixit Nicetas in Man. lib. 7. βουλλεῖν, VI. Synodus Act. 3. τὰ αὐθεντικὰ συνοδικὰ βεβουλλωμένα. Adde Acta S. Anastasii Persæ cap. 4. num. 26 & formul. 42. ex Baluzianis.

Inbullare, apud Will. Thorn. p. 1991. idem quod *Bullare.*

Ebullare. Epistola Nicolai I. PP. apud Crantz. lib. 1. Saxon. cap. 38. *Cujus delegationis & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis est destinata, juxta morem S. Romanæ Ecclesiæ ebullata.*

Disbul-

Disbullare, Sigillum avellere, *dissigillare*. Vetus Interpres Sextæ Synodi Act. 15. *Et disbullata est hujusmodi charta.* Græca habent: Ὁ προσεπιχθεὶς χάρτης ἀπὸ πολυχρονίου — ἀποβουλλωθήτω. καὶ ἀποβουλλωθέντος τοῦ χάρτου, &c. Papias: *Dibullatio, dissignatio.*

Bullarii Curiæ Romanæ, *Bullarum* seu diplomatum confectores. Gesta Innocentii III. PP. p. 28. *Fecit edictum, ut nullus Officialis Curiæ suæ quidquam exigeret, præterquam solos Scriptores & Bullarios*, quibus certum modum præfixit, &c.

Bullatura, Charta, vel facultas bulla & sigillo concessa, ratione cujus certum quid exsolvitur. Charta Joannis Marchionis Montisferrati an. 1360. *Et quod vinum suum possint in dicto loco Rochæ emere, vendere, sine bullatura, dacito, vel aliquo onere.*

BULLIGO. Saxo Grammaticus lib. 8. Hist. Daniæ.

Nempe inter vernas ollæ vicinus obunctæ,
Crustula spumantis patinæ bulligine tingis,
Crassi adipis macrum perfundens unguine panem.

Gallis, *Tremper son pain au boüillon du pot.*

BULLIO, Joanni de Janua: *Tumor aquæ bullientis, Bulliculus, parvus bullio.* Gallis *Bouillon.*

Bullio, Mensura salinaria. Charta Galcheri Do. Salinensis an. 1218. in Biblioth. Sebusiana cent. 1. c. 2. *Hoc tantùm excepto, quòd 3. bulliones ad usum Domus Abundantiæ singulis annis percipiendos — in manso Nicolai Vernel sibi retinuit.*

Bullo, eadem notione, in Monastico Anglicano tom. 2. p. 256. *De 4. summis salis continentibus 40. bullones pro dimidia salina sua.*

Bulio, in Burgundicis Perardi p. 97. eodem significatu.

BULLITIO. Vide *Caldaria.*

BULLICARE, *Bullutare.* Ugutio: *Bubinare, menstruo sanguine inquinare, sicut Bullicare, est puerili sanguine inquinare, & ponuntur quandoque absolutè & passive, ut hic Bubinat & Bullutat, i. tali sanguine inquinatur.* Sic in MS.

BULLIRE vetus orbis descriptio cap. 17. §. 7. *Ascalon & Gaza civitates eminentes, & in negotio bullientes.* Vide *Ebullire.*

BULLUGA, Pomi species. Jonas in Vita S. Columbani cap. 19. *Velpomorum parvulorum, quæ eremus illa ferebat, quæ vulgo Bullugas appellant.* Hinc fortè vox apud vulgum *Breluque*, quasi *Buluque*, pro reminutiori.

BULTELLUS, Cribrum, quo excernitur farina, Gallis *Bluteau*, Gallo-Belgis, *Bultel.* Fleta lib. 2. c. 9. §. 1. *Panis de coket de eodem blado, & eodem bultello, ponderabit, &c.* Cap. 10. perperam *Buccellus* editum, pro *bultellus.* Statuta Hospitalis S. Juliani, in Addit. Matth. Paris p. 163. *In die Martis in carnisprivio farinam bultellatam ponderis unius albi panis eorum,* De vocis origine, vide conjecturam Octavii Ferrarii in Orig. linguæ Italicæ in *Biotto.*

BUNDA, *Sonus tympani*, Ugutioni.

BUNDA, *Bundo.* Vide *Bonna.*

BUNDBURDUM. Vide *Mundeburdum.*

BUNGELLUS. Will. Thorn. in Chr. *Explorabant diligenter de loco, ubi Petrus inveniretur? Tandem invenerunt eum in bungello canapis medio cautulosè involutum.* Ubi *bundello* legendum censet Somnerus: est enim Anglis *Bundle*, fasciculus.

BUNNARIUM. Vide *Bonnarium.*

BULSUS, *Equus*, Ital. Bulso, nostris Poussif. In Statutis Mediolanentib. 2. part. cap. 487

BURA, *Buria.* Adalardus in Statutis Monasterii Corbeiensl. l. 1. c. 1. *Carra verò accipiant Hortolani de buria omni anno, secundùm consuetudinem.* Eodem cap. de laicis, qui serviunt extra Monasterium: *Ad piscariam sex, ad stabulum 2. ad hortos 8. ad buriam 7.* Quo loco, *buriam*, locum, ubi lintea eluuntur, vulgò *Buerie*, interpretantur viri docti: an *curiam?* idem enim error irrepsit apud Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 80.

BURATELLUM, Cribrum farinarium. *Buretel*, Guioto Pruvinensi: locum vide in *Bren.* Gerardus Maurisius ad calcem Historiæ Eccelini:

Hic Buratus nomine verè nuncupatur
Nam per ipsum cholera sæpius purgatur,
Ut farinæ furfures buratellum cernit,
Sic per istum quilibet cuncta mala spernit.

BURANEXA, Species vitis, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

BURBALIA, *Intestina majora*, Papiæ: *Burbulia*, Ugutioni. Gloss. Isid. *Burbalia, intestina.* Nostris *Broüailles*, & *Breuille. Le Roman de Garin:*

Puis fet le cors del chevalier ouvrir;
La breuille a fet richement enfoir
Devant l'autel el Mostier S. Bertin.
Le cors laverent & d'éve & de vin,
Si l'enbasma Fromondin le posteif, &c.

Infrà utitur vocabulo *Entraille.*

De mon cher frere Buc, qui fu trai,
Et de l'entraille que il fit enfoir, &c.

Vide V. Cl. Ægidium Menagium in Orig. Gall. v. *Broüaille.*

BURBAN, BURGHBAN, *Banleuca*, quasi *Burgi bannum.* Charta Friderici II. Imp. an. 1242. pro Coloniensibus: *Infrà coloniam & terminos ipsius civitatis, qui dicuntur Burban*, apud Maximilianum Henricum in Apolog. part. 2. p. 10. 16. *Charta Caroli IV. Imp. an. 1356. apud eundem p. 95. Et nihilominus eisdem civibus & civitati Coloniensi illam consuetudinem, qua quandam libertatem, quæ dicitur Burchban* (infrà *Burgban*) *& Banville habuisse & habere, ut dicitur, confirmaverimus, &c.*

BURCA, *Burga.* Gloss. Lat. MS. Regium & Papias: *Burca, Clavaca.* Leg. *Cloaca.* Isid. Gloss. *Burga, Cloaca.* Hinc fortè βέρκανος, Græcis sequioribus. Joan. Damascen. in Epist. ad Theophil. Imp. de imaginib. pag. 119. ἄλλον τινὰ βυρκανὸν τῆς ἀσεβείας καὶ τῆς αἱρέσεως, i. *aliam quandam impietatis & hæreseos voraginem ac cloacam.*

BURCIA. Vide *Bussa.*

BURCLA, Rafanus de Caresinis in Chron. an. 1379. *Cum barchis & burclis per viam molendinorum, &c.*

BURCUS. Vide *Burgus.*

BURDA, Amictus junceus: vox Africana. S. Augustinus Epist. 68. *Presbyterum etiam quendam — burdà vestitum, &c.* Epist. 166. *Raptus est de domo sua, cæsus, in aqua volutatus, burdà vestitus, & nescio quot dies in captivitate retentus est.* Idem lib. 3. contra Crescon. c. 48. de eodem Presbytero, cujus mentio est in iis Epistolis: *Ad furentium arbitrium fustibus cæsus, in lacuna lutulenta volutatus, amictu junceo dehonestatus.* Ex quibus jure addubitari potest, an hæc vox ab Arabico *Bord, Borda*, etymon habeat, quæ definitur à Giggejo, *vestis variis lineis contexta, & variegata: nigra vistes flavo colore intexta, quam induunt Arabes.* Nam Burdæ Augustinianæ, juncis, non lanâ, intertextæ fuerunt. Sed & scribit Salmasius lib. de Modo usur. p. 401. *Burdi*, apud Arabes, papyrum sive juncum ægyptium significare.

BURDARE, Jocari, ludere, nugari, quemadmodum facere solent, qui ludendo mendacia confingunt. Gloss. Lat. Gall. *Garrire: Jaugler, Bourder. Gerra: Bourde, Trufle.* Henricus Knygthon: *In tantum enim orat affabilis domino Regi, quòd burdando petebat à Rege nundinas sibi concedi pro leporariis & canibus — emendis.* A *burris* vocem effictam volunt, de quibus Ausonius:

At nos illepidum rudem libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasque
Credemus gremio cui fovendum.

Ubi Jos. Scaliger: *Usus est vocabulo Aquitanico, nam hodie major pars Aquitanicarum nationum, quisquilias vocat Burras.* Vide *Bohordicum.*

BURDATIO, Pensio nummaria, quæ à rusticis pensitabatur, prædii nomine, quod *Burdam*, seu *Bordam* vocamus, inquit Altaserra. Gregorius M. lib. 1. Ep. 42. *Cognovimus, quod prima illatio Burdationis rusticanos nostros vehementer angustat: ita ut priusquam labores suos vænundare valeant, compellantur tributa solvere.* Infrà: *Cognovimus etiam rusticos Burdationem, quam jam ab eis exactam Theodosius minimè persolverat, iterum dedisse: ita ut in duplo exacti sint.* Rodericus *da Cunha* refert in Hist. Episcopor. Portentium in Lusitania 1. parte cap. 12. Galliciæ & Legionis Reges, Maurorum in Hispania Regibus, tributi vice, quotannis mittere solitos centum puellas, 50. nobili, & 50. plebejo genere natas, idque tributum *Burdel* appellatum. Vide *Burda.*

BURDECANUS *Coloniensis*, in charta an. 1258. apud Maximilianum Henricum in Apolog. part. 2. p. 30.

BURDUBASTA. Fragm. Petronii: *Occidit de lucerna equites: putares eos gallos gallinaceos: alter burdubasta, alter loripes, &c.*

BURDO, Attacus, fucus, Gallis, *Bourdon*. Gloss. Ælfrici: *Atticus* (leg. *Attacus*) *vel Burdo*, Dopa.

Burdo, Milvus, apud Matth. Silvaticum in Pandecte

Burdones, Calami seu aulææ neæ, quæ ferè tubas referunt & earum sonum, ait Watsius: quin potiùs, calami majores organorum, qui graviorem sonum edunt, vel ipsa *organa*, A Burdonum, seu fucorum bombo ac sonitu, nostris *Bourdonnement*, vox efficta. Vitæ Abbatum S. Albani *Et præsentetur Deo & S. Martyri Albano, pulsato classico, sonantibus calamis, quos Burdones appellamus, cum horologio.* In musico concentu sonum graviorem *Burdonem* vocat Dantes in Purgat. Cant. 28

Che tenean burdone a le sue rime.

BURDONES, Asini, seu, ut alii censent, qui ex equo & asina nati, muli, è quibus genitos mares, hinnulos antiqui vocabant. Glossæ Gr. Lat. Ἡμίονος, ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου, *Mulus, burdo.* Glossæ Biblicæ MSS. *Burdo, brevis equus, asinâ & emissario conceptus.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo:

Burdonem producit equus conjunctus asellæ,
Procreat & mulum junctus asellus equæ.

Vetus Epigramma:

Burdonem sonipes generat commixtus asellæ.

Utitur hac voce Ulpianus JC. de Legat. 3. in L. *Idem legato*, & lib. 4. Reg. c. 5. Sextus Platonic. lib. 1. de Medicina animal. lib. 1. c. 15. &c. Vide Cujac. lib. 11. Obs. c. 16. Victor Uticensis lib. 2. *Super burdonem vinctum quasi quemdam ligni truncum toto itinere portabamus.* Baldricus Dolensis lib. 2. Hist. Hierosol. *Eorum burdones, quos multimodis onustos victualibus — adducebant, ad propria reduxerunt castra.* Et lib. 4. *Et acceptis ab eo muneribus, auro & burdonibus, &c.* Itinerarium Jerosol. Antonini Monachi: *Et in ipsis montibus, leo & pardus, & capreæ & burdones simul pascunt.* Βουρδώνιον, in Vita S. Nili Junior. p. 146. 120. Hist. seditionis Victoriatorum apud Alamann. in Notis ad Procopii Hist. Arcanam: Μίαν εἰς τὴν πόλιν προσάγονται, ὅταν εἰς βουρδώνων καθέζομαι. Hinc, ni fallor, apud Alexium Rharturum doctr. 14. βουρδονίζειν: *Flagellare instar asini.* Vide Avitum Ep. 74. Florent. Wigorniens. p. 114. Ordericum Vital. lib 9. p. 732. & 736. &c.

Burdinus, apud Hermannum Monach. lib. 3. de Mirac. S. Mar. Laudun. cap. 5.

Burdo, Baculus. A *Burdonibus*, seu asinis, aut semimulis, quos inequitabant & insidebant, qui peregrè proficiscebantur, nomen mansit longiusculis baculis, quos gestare solebant peregrini nostri Hierosolymitani pedites, quibus equitaturæ loco quodammodo erant. Papias: *Verubus, virgis ferreis, burdonibus.* Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Aragon. c. 159. *E al llevar del Almirall, vaerets colps de darts, e de llances, & dels Francesos colps de bordons.* Hubertus Sipuntinus apud Vincentium Belvacensem l. 26. c. 27. *Burdonim habebat pro lancea, & sacculum pro parma, &c.* Le *Roman d' Aubery MS.*

Le chapel prent, l' escharpe & le doublier,
Et le bordon qui ni volt pas laissier.

Balduinus de Condato MS.

—— Pris ai bourdon,
Eschierpe, si come chil autre
Pelerin soi chaptel de fautre.

Chr. Bertrand Guesclini MS.

A loi de pelerin de cors & de façon,
L' escharpe avoit au col, en la main le bourdon.

Vetus Poëta Hispanus apud Bivarium ad Pseudo-Chron. Maximi p. 337. ait, seu fingit, Alexandrum M. post subjugatam Ægyptum, Jovis Ammonis templum, pietatis ergò adiisse, & sportellam sumpsisse & burdonem:

Priso su esportiella, è priso su bordon.

Alias de vocis origine conjecturas vide apud Octavium Ferrarium in Originib. linguæ Italicæ. Adde quæ ad Joinvillam adnotavimus Dissertat. 15.

Burdonarii, à burdonibus seu baculis peregrinatoriis, per contemptum appellati Peregrini nostri olim ab Albigensibus, ut auctor est Monachus Vallis Sarnai c. 62. *Burdonarios autem vocabant Peregrinos, eò quod baculos deferre solerent, quos lingua communi Burdones vocamus.*

Burdonarii, vel *Bordonarii*, Asinorum curatores, agasones, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 38. §. 1.

BURDUS. Gloss. Ælfrici: *Burdus*, Seamere, i. sutor vestiarius.

BURELLUS. Vide *Birrus.*

BURETUS, *Burnetus.* Vide *Brunetus.*

BURETA, Amphora, ex Gall. *Burete*, quasi *Beuvrete*, qua bibitur. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis prid. Id. Nov. *Duas buretas aureas ad ministrandum vinum & aquam in Missa.*

BURGAGIUM, Certum & annuum vectigal, quod Burgensis, aut burgi incola, pro domiciliis suis seu tenementis, quæ in Burgo possidet, Burgi domino præstat: Littleton sect. 162. *Tenure en Burgage est lou attiennement Burgh est, de que le Roy est Seignior, & ceux que ont tenements deins le Bourg, teignont del Roy lour tenements doit paier al Roy un certain rent par an. Et mesme le manner est lou un autre Seigniour espiritual ou temporall est Seignior de tel Burgh, & les tenants de tenements en tiel Burgh, teignont de lour Seignior à paier chacun de eux un annual rent.* Leges Burgorum Scoticorum cap 1. *Quilibet Burgensis debet Domino Regi de Burgagio, quod defendit, pro particata terræ 5. denarios annuatim.* Vide tom. 2. Monastici Anglic. p. 332.

Ejusmodi verò *tenetura*, ut vocant, *tenure en socage*, dicitur etiam eidem Littletoni. In Scacario S. Michaël. an. 1219. in Regesto Joannis de S. Justo Cameræ Computor. Parisiens. hæc habentur. *Accordatum est per Episcopos & Barones, quòd si aliquis coronam habens vel habitum Clericalem, duxerit uxorem de feodo laico, quem tenet, faciat domino Regi & dominis aliis, quem feodum debet, & de Burgagio hoc quod alii Burgenses faciunt, & in Burgagio fiet justitia, & in feodo laico pro omni eo, quod debent super omnia catalla, quæ ibi invenientur. Si verò postquam uxorem duxerit, coronam acceperit, & habitum Clerici, de burgagio & & feodo faciet tanquam laicus homo, & ad modum tractabitur.* Varias de Burgagiis leges proponunt Leges Burgorum Scotic. cap. 13. 17. 44. Charta Libertat. Angl. (cui concinit Regiam Majestatem lib.

lib.2. cap.44. §.4.) Consuetudines Municipales Normanniæ art. 103. 138. Vinemacens. art. 1. Insulensis art.58. Seclinensis, & Guilielm. Prynneum in Libertatib. Angl. tom.3. p.437. &c. Consule, si lubet, quæ de burgagiis prolixiori commentario diximus ad Cinnamum pag.487. & seqq. Addo tantùm, ut bonorum Curialium possessores & hæredes, vel donatarios, non ideò ad Curiam vocatos, ex l. 107. Cod. Th. de Decurion. ita burgagiorum possessores ac hæredes, qui nobiles essent, non ideò in ignobilium sortem descendisse.

Burgagium liberum dicitur, quod soluto vectigali annuo solito, ab omni alia liberum est servitute. Monasticum Anglic. tom.2. pag.361. *Possessiones, quæcunque cujuscunque generis fuerint, vel naturæ, sive de nobis, seu de aliis in capite, sive in liberum burgagium, semper aliud quodcunque servitium, qualitercunque teneantur.* Tom.3. pag.91. *Concedimus etiam eisdem — liberum burgagium, & omnibus hominibus eorum, &c.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap.28. *Par bourgaige sont tenus les fiefs, comme sont les masures, qui sont és bourgs, & gardent les coustumes des bourgs.* Adde cap.31.

Burgesia, idem quod *Burgagium*, seu quod à Burgensibus domino pensitatur. Charta Joannis de Castilione Comitis Blesensis ann. 1277. *Ay donné en perpetuel aumosne à l'Abbaye des Nonains de Nostre-Dame de Soissons à prendre — sur mes bourgesies de Guyse, par la mainde celv, qui pour tens recepvra les dites bourgesies.*

BURGARIA, *Burglaria*, Violenta in domum vel privatam, vel sacram, ut Ecclesiam, vel etiam in tentorium nocturna irruptio, cum intentione interficiendi & furandi. Ita Cowellus lib.4. Instit. cap.18. §.22. & Rastallus verbo *Burglarie*. W. Thorn. in Chron. *Captus fuit infrà civitatem pro burgaria, granario hospitalis S. Laurentii Cant. & bladis suis indè furatis & asportatis — & suspensus fuit.*

Burgator, *Burglator*, Fur nocturnus. Officium Coronatoris infra virgam Regis, c. *de Burgatoribus domorum: Omnes burgatores domorum, vel fractores Ecclesiarum, vel murorum, vel portarum civitatis Regis, vel burgorum, intrantes malitiosè, & felonice, condemnentur morti.* Fleta lib.1. c.16. §.6. Similia habet Joannes Britto cap.10. cui *Burgessours* dicuntur: *Tempus discernit prædonem à fure & à burgatore, furemque diurnum à nocturno.* Adde lib. 1. cap. 20. §.3. l.2. cap.52. §.9. *Burglatores* habet Bracton non semel lib.3. tract. de Corona cap.1. §.1.3. Spelmannus dictos censet *Burgatores*, quòd dum alii per campos latrocinantur eminùs, hi burgos pertinaciùs effringunt, & deprædantur.

BURGARIUS, Burgensis, vulgò *Hospes*. Vide in hac voce. Charta fundat. Monasterii S. Stephani de Fonteneto in Normannia sub Willelmo Notho, in Regesto 106. Tabul. Reg. Ch. 370. *Do & decimam omnium redditionum mearum, — & unum burgarium cum omnibus consuetudinibus suis: & si aliquis in domo ipsius burgarii quodcumque mercatum fecerit, unde aliqua exeat consuetudo, concedo; ut totum habeant Monachi prædicti.*

BURGASATICUM. Vide *Burgensatica*.

BURGEMOTUS, *Burgimotus*, *Burgmotus*, vox Saxonica, Buꞃᵹemoꞇe, Curia Burgensis, Conventus Burgi, vel civitatis, i. civium: Buꞃᵹh enim oppidum, Burgus, moꞇe, & ᵹemoꞇe, Conventus, mallum publicum. Leges Eadgari Regis c. 10. apud Bromptonum: *Ut habeatur in anno burgmotus ter, & scyremotus bis, & intersit Præsul Comitatus, & Aldermannus utrique doceant Dei rectum & sæculi.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 7. *Debet autem scyresmote & Burgimotus, Hundreda, vel Wappentachia, duodecies in anno congregari.* Cap. 57. *In Curia Domini, in Hundredo, in Comitatu, in burgimoto, vel halimoto.*

BURGENSATICA, Gall. *Rotures*, Prædia, quæ à *Burgensibus* possideri poterant; unde Feudalibus, quæ Nobilium erant, opponuntur in Charta Roberti Regis Neapolit. ann. 1319. apud Wadding. in Regesto tom. 3. *Annuum redditum unciarum auri 400. emendum — in burgensaticis bonis, & non feudalibus.* Vide p.99.100. & 307. & Constit. Neapol. lib.1. tit.66. §.2.

Burgatica dicuntur Matth. Parisio non semel, & in Constitut. Imperial. Goldasti p. 179.

BURGENSES, Municipes, burgorum, seu villarum clausarum incolæ, vel qui tenementa in iis possident, & ratione eorum *Burgagium* domino burgi pensitant. Tidericus Langenius in Saxonia:

Urbes muratæ per Saxoniam nominatæ,
In queis burgenses famosi suntque potentes.

Atque ii diversi videntur ab Hospitibus, quos vulgò *Hostes* dicimus. Michaël *del Molino* in Repertor. Foror. Aragon. in v. *Diffidamentum: Verbum, Burgenses, ibi positum, significat, cives: unde in Francia cives appellantur burgenses.* Ordericus Vitalis lib.6. p.605. *Baldricus filius Nicolai ad Deppam dedit unum Burgensem, & Radulfus Anseredi filius unum Hospitem.* Diversi etiam à Rusticis. Idem Ordericus lib.12. p.872. *Milites autem & comprovinciales, tàm rustici, quàm burgenses.* Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 9. *Si Comes fuerit, 5. uncias, si Baro 4. si Miles simplex 3. si Burgensis 2. si Rusticus fuerit, unam unciam fisco nostro componat.* Erant igitur in commercio perindè ac hospites. Vetus Charta apud eundem Ordericum lib. 5. *Unum Burgensem in Britollio do, &c.* Adde lib.6. pag.605. Guillelmus Benedicti in cap. Rainut. in Verb. & uxor. nom. Adelas. dec.2. num.299. *Burgenses* dictos ait, *à bonis burgensibus, id est, franchis & liberis, quæ habent, & de quibus vivunt, & statum suum conservant.* Unde ex illius sententia, *soli illi propriè dicuntur Burgenses, quorum bona sunt allodialia nemini subjecta.* Alii verò censent *Burgenses* efficere armatorum genus quoddam, Militibus inferius, ut videre est in Constit. Sicul. loco laudato: unde in veteribus Chartis *Milites* & *Burgenses* semper conjunguntur. Quomodo verò apud nostros Burgenses fierent, vide apud Thomasserium in Consuetudin. Bituricensibus pag. 249. 274.

Burgensis Regis, qui licèt in alterius domini jurisdictione maneat, ab illa tamen eximitur, & jurisdictioni Regiæ tantùm subest, nisi dominus juribus regiis gaudeat, ut est in Consuet. Trecensi art.2. & Senonensi art.141.142.143. Leges Burgor. Scot. cap.2. *Quicunque factus fuerit de novo Burgensis Do. Regis, primò jurare debet fidelitatem Do. Regi, & Baillivis suis, & communitati illius Burgi, in quo factus novus Burgensis.* Cap.53. *Nullus potest esse Burgensis D. Regis de aliqua terra, nisi facit servitium Do. Regi, quantum pertinet ad unam particatam terræ.* Vide & perlege has Scoticorum Burgorum Leges, in quibus, quidquid ad Burgenses pertinet, describitur. *Bourgeois fieffez du Roy*, in Consuetud. Meledun. Quomodo verò apud nostros Burgesia regia acquireretur, docat præter Consuetudines municipales, Statutum Philippi Pulcri pro ordinatione Regni ann. 1302. cap. 52. 53. & seqq. apud Pithœum in Consuetud. Trecensem pag. 483. Adde Stephanum Paschasium in Disquisition. Francicis lib. 4. c. 7.

Burgenses de Jurata. Charta Caroli VI. Regis Fr. ann. 1388. ex Archivo Regio: *Cui (militiæ Clericali) ascribi non potest nostra super hoc licentia non obtenta, cum noster Burgensis existat de jurata, oriundus de dicto loco Castri Theoderici & ibidem moram trahens, propter quam tamen juratum nobis in aliquo non tenetur, &c.*

Burgenses franci & abonnati, in Consuet. Castellensi in Biturigib. art. 26. 28. & in aliis Consuetud. *Francs bourgeois, grands bourgeois, & petits bourgeois*, in Consuet. locali *de Nançay* in Biturigib. art. 2. 3. 4. apud Thomasserium.

Burgensis, Moneta argentea minutior, in Gallia Philippo Pulcro regnante primùm cusa. Vetus Regestum Cameræ Comput. Paris. *Ad Candel.* 1310. *incœperunt Burgenses, & fuerunt ad Natale S. Mariæ.* Nangius in Chron. ann. 1313. *Philippus Rex Franciæ circa festum B. Virginis monetam Burgensium, quam fieri fecerat, & per biennium Parisiis cursum suum habuerat, quod alias in regno Franciæ fuerat inauditum, præsertim cùm justi pretii & ponderis æquitate cæteris paribus æquipolleret, &c.* Cusos etiam *Burgenses* Leodii docet Radulphus de Rivo in Vita Engilberti à Marka Episc. Leod. c.2. *Nam denarios, vulgò Burgenses dictos, valoris 2. solidorum mox cudit, qui non multis post annis 6. solidorum valorem superarunt.* Vide in V. *Moneta.*

BURGEREICHT, Laudum, sive sententia lata an. 1258. apud Maximilianum Henricum in Apolog. Archiep. Colon. p. 29. *Et judicant secundùm ejus formam, quod Burgereicht vulgariter appellatur.* Id est, *jus seu rectum burgi.*

BURGFRIDA, ex Germ. *Frid*, Pax burgi. Charta ann. 1391. apud Hieron. Vignerium in Hist. Alsatiensi p. 172. *Et doions nous Evesque de Mets, & Charles Duc de Loherenne dessusdits jureir une bourgfride ensemble en ladite fortereſſe* (d'Alberstoft) *& doions donner l'un l'autre bonnes lettres de ladite bourgfride.*

BURGRAVIUS, *Burgi Comes*, ex Germanico *Burg*, burgum, castrum, & *Grave*, Comes. Ita autem appellantur apud Germanos perpetui Castellani, Præfecti, sive Judices alicujus præsidii atque arcis; cujusmodi sunt Burgraviatus Norimbergensis, qui pertinet ad Electores & March. Brandeburgenses: Magdeburgensis, qui est Saxoniæ Electoris: item Burgraviatus, qui est in urbe Imperiali *Fridberg und Seisenhaussen*, certis nobilium familiis constitutus, & alii, quorum meminit Goldastus tom. 1. Constitut. Imperial. p. 27. Præfat. & in Recessibus Imperii. Speculum Saxonic. lib. 3. art. 52. §. 5. *Burggravius, id est, perpetuus Castellanus, Judex est Marchionis.* Wichbild. Magdeb. art. 45. §. 4. *Si vero Castellanus seu Burggravius præsens esse non poterit*, art. 46. §. 2. Hos inter, *Principum* dignitatem obtinent Norinbergensis, Magdeburgensis, Zorbeckensis, & Misnensis. Vide eund. Goldastum tom. 1. p. 371.

Burggraviatus, Præfectura, castellania, apud Willh. Hedam pag. 283. 1. Edit.

BURGHBOTE, Urbis, burgi, vel arcis restauratio, vox Saxonica composita ex Buꝛg, Burgum, & Boꞇa, emendatio, reparatio, restauratio. Præsertim verò Auxilium dicitur, quod ex Consuetudine debetur ad restaurationem urbium, burgorum, castrorum, à cujus pensitatione nemo ferè immunis erat, ut est in Charta Ethelbaldi Regis Angl. apud Will. Malmesburiensem lib. 1. de Gest. Regum Angliæ. *Burgbota*, hac notione habetur in Legibus Kanuti Regis cap. 31. & 91. apud Bromptonum, & in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 66. Interdum hæc vox, & sæpe in Chartis, accipitur pro ipsa immunitate, seu *quietania reparationis murorum civitatis vel burgi*, ut habet Fleta l. 1. c. 47. §. 21. Rastallus: *Burgbote, hoc est, quietum esse de auxilio dando ad faciendum burgum, castrum, civitatem, vel muros prostrata.* Apud Leonem in Tacticis c. 20. §. 71. si castellum aliquod, aut porta, aut pons conficiendus sit, vel via aliqua sternenda, aut aliud quid publicum est extruendum, neque publicis ærarii expensis absolvi potest, unusquisque tum ex æquo huic operi inservire debet, nemoque hac re excusatur, neque amicitia, neque donis, &c.

BURGHBRECH, Burgi, domus, septi, vel alterius cujuspiam loci effractio: Buꝛg enim, buꝛgh, & buꝛh, linguâ Saxonicâ, oppidum, portam, domum, septum, prætereà fidejussionem significant. Titulus Capitis 36. Legum Alvredi Saxonicarum, est de Buꝛhbꝛyce, agitque Lex ipsa contra violatores pacis in urbe, in villa, in domo, &c. *Burghbreche*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 10. 12. *Borhbreche*, cap. 35. *Effractura*, apud JC. & *Infractio urbis* dicitur in Charta Communiæ Suessionensis an. 1181. *Omnia forisfacta, exceptis infractione urbis & veteri odio, 5. solidis emendabuntur castelli vel burgi infractura.* Libertates villæ de Graciaco in Biturigib. an. 1246. *Si verò aliquis eorum erga alium inimicitiam incurreret, absque castelli vel burgi fractura & clamore Præposito non facto concordaverit, &c.* Charta Communiæ Meldensis ann. 1179. *Infractio urbis 60. solidis emendabitur.* Charta Communiæ Belnensis an. 1203. apud Perardum: *Infractio castri 65. solidis emendabitur.* Charta Hugonis, Decani Parisiensi. ann. 1214. in Tabular. Campan. *Super infractione villæ nostræ, & domus nostræ, & mercati de Roseto, &c.* Ita in Consuet. Lorriacensi apud Morinum in Hist. Vastinensi p. 172. & Gallandum lib. de Franco alodio p. 376. Interdum in Chartis, *Burgbrech, est quietum esse de transgressionibus, factis in civitate, vel burgo, contra pacem.* Ita Rastallus.

BURGHENGLISH, seu *Borughenglish*, Rastallo vetus est Consuetudo in Burgo veteri, in quo, si pater relictis pluribus filiis decedat, secundogenitus ei solummodò succedit in terris & tenementis, quibus familitus erat in burgo, cùm decessit, vi istius Consuetudinis; quam etiam locum habuisse in familia Hocstratana, auctor est Ludovicus Guicciardinus in Descr. Belgii. Ea autem Lex obtinet in Comitatu & urbe Nottinghamensi, ut habet Christophorus de S. Germano in Dialogo de Legibus Angliæ cap. 6.

BURGHERISTH. Domesdei tit. *Somerset.* Episcopus *Wentone. Tantone. Istæ consuetudines pertinent ad Tantone. Burgheristh, latrones, pacis infractio, &c.* Charta Edmundi Regis ann. 944. apud Willelmum Malmesb. lib. 2. de Gestis Regum Angl. *Concedo Ecclesiæ S. Mariæ — jura, consuetudines, & forefacturas omnium terrarum suarum, id est, burhgeritha, & hundred setena, athas, & ordelas, &c.* Somnerus emendandum censet, reponendumque *burgbrich*, nec abhorret Spelmannus à vocis significatione.

BURGHWARE, Civis, burgensis, in Charta Willelmi Nothi apud Spelmannum, quasi *Burgi vir*: Waꝛe enim Saxonibus est *vir.*

BURGHALPANI, *Borghalpenny*. Vide *Bordhalpeni.*

BURGHARD, *Burghyard.* Vetus Charta apud Somnerum in Tract. de *Gavelkind* pag. 22. *In borga de Wadeherst sunt 15. virgatæ, dimid. & 1. ferling terræ nativæ, quarum qualibet debet claudere unam perticatam sepis circa curiam de Malling, & debet pro pollis* (f. pallis) *& clausura, quam facere solebat ad Natalem B. Joannis Bapt. annuatim reddere 1. ob. quod dicitur Gavelrod & Burghard, &c.* Alia ibidem pag. 187. *Relaxaverunt tenentibus suis — cariagium, impletionem, & sparsionem fimorum, facturam cratis, & Burghyard.* Alia pag. 189. *Item pro clausura circa curiam, quæ dicitur Burghyard, 22. denar. & obulum, & quadr.* Vide Octav. Ferrarium in *Baloardo.*

BURGIMAGISTER, Ædilis, Consul, qui burgo præest; German. *Burger meister.* Henricus Aquilonipolensis de Primordiis Lubecanæ Urbis lib. 1. cap. 5.

Schultetum hunc habuere usque hic, vel Burgimagistrum,
Jam cum Consulibus Burgimagister erat.
Seu Protoconsul, seu dicendus Burgimagister.

Occurrit apud Cornelium *Zantfliet* in Hist. Leod. an. 1343. & alios passim.

BURGIMOTUS, Vide *Burgemotus.*

BURGLARIA. Vide *Burgaria.*

BURGONES, Papiæ, *Castra, vel caula.*

BURGUITAS. Charta Caroli Calvi Imp. apud Sammarthanos in Episcopis Vivariensibus num. 34. *Concedimus & confirmamus Abbatiam, quæ vocatur Dozera, — cum*

— *cum cellulis & pertinentiis suis, districtum quoque ex burguitate, & portum ex utraque parte, &c.*

BURGUS, *Burgum*, ita appellabant *crebra habitacula constituta*, ut est apud Orosium lib.7. cap.22. & Isidorum lib.9. cap.11. seu *domorum congregationem, quæ muro non clauditur*, ut est apud Luithprandum lib.3. cap.12. atque inde *Burgundiones* appellatos iidem scribunt, populos scilicet, qui ripas Rheni insederunt, & postmodum in interiora Galliarum penetrarunt: de quibus præter cæteros Scriptores, qui horum meminere, sic scripsit auctor Vitæ S. Faronis Episc. Meld. cap. 8. *Olim à Romanis devicta est Germania, quæ post Scythiam inferiorem à Danubio inter Rhenum fluvium Oceanumque conclusa cingitur: in qua fuit constitutum quoddam genus per limites castrorum à Tiberio Cæsare pro officio militari. Ubicunque enim castra Romanorum custodiam militarem expectabant, hoc genus circa se per limites ordinabant, audebantque illi animas atque corpora sua credere, curasque securitatis cum die nocteque partiri, atque in gentem coaluit magnam, & ex locis nomen sumpsit, quia pro limitibus crebra habitacula constituta, Burgos vulgò vocant: unde sunt Burgundiones vulgò dicti, facto nomine à nomine burgi. Hi præterea rebelles Romanis effecti, plus quàm octoginta millia armatorum ripa Rheni fluminis insederunt, & nomen gentis obtinuerunt.*

At Vegetio lib.4. c.10. *Burgus*, est *Castellum parvulum*. Et in Glossis πύργος est *Turris, Burgus*. Unde Casaubonus ad Strabonem, cui concinit Sirmondus ad Sidonium, existimat, vocis istius originem petendam à Græcis, imò à Macedonibus & Thracibus, qui βύργον, pro πύργον dixerunt. Hanc tamen sententiam improbat Cluverius, contenditque, vocem esse puram putam Gallorum ac Theutonum, penes quos *Burgus* semper fuit domorum complurium congregatio, etsi apud Latinos pro turre, vel turrito propugnaculo in limitibus constituto, *burgos* dici præterea constet ex leg.11. Cod. de Offic. Præf. Præt. Afr. Sed hæc ita concilianda existimo, ut *Burgos* Latini, vel etiam Galli ac Germani primitùs appellarint domorum congregationes, cujusmodi majores *villas*, & vicos hodiè appellamus; atque adeò non tam Græcorum, quàm Gallorum & Theutonum vocem esse: postmodum verò extructis ad *Burgos* militum Germanorum, qui per limites Rheni & Imperii Romani, dispositi fuerant, ad illorum custodiam turribus & præsidiis, iis etiam *Burgorum* appellationem inditam. Id omninò firmant oppidorum plurium terminationes in *Burg*; quod quidem nominis attributum, non ipsis domorum congregationibus; sed castris & castellis, quæ in burgis extructa sunt. Exemplum præbet Freherus in Orig. Palat. cap.7. in *Lobodo*, seu *Loboduna*, civitate, quæ postmodum *Lobdenburg* dicta est, quasi burgum & præsidium ipsius pagi. Sic *Batenburg*, Batavorum castrum, & ita de cæteris, quæ hanc terminationem habent. Cùm verò *Burgus*, vel *Burgum*, nudè ponitur, tunc non ipsum castrum ac prædium; sed villam, quæ castro subjacet, appellarunt nostri. Conradus de Fabaria de Casibus S. Galli c.14. p.142. *Quo levius castrum potuisset obtinere cum burgo Wille.* Hovedenus: *Erant quidem infra Vernolium tres burgi præter castellum, &c.*

Burgum, inquit Cowellus, *est oppidum omni civitate inferius, quod per Chartam Regis fit corpus politicum, & jurisdictionem talem infra suos limites exercet.*

Burcus, pro *burgus*. Willelmus Britto lib.2. Phil. de Corbeja:

Opposuit medium flumen natura fluentum,
Qui burcum vallo disterminat exteriori.
Hic obstat Comiti, ne vires transferat ultra,
Tam bona ne pereat sub eodem villa furore, &c.

Infrà:

Ut magnum turmis cingentibus undique Burcum
Impiger obsideat.

Idem lib. 7.

Tam clarum Burcum, tam clara mœnia vidit.

Burgarii, qui *Custodes Burgorum* dicuntur in l.2. de his, qui condit. propr. quorum certa corpora erant, ejusmodi Burgorum custodiæ addicta. Vide hanc legem, & tit. *de Burgariis* in Cod. Th.

Burgarius, villicus. Vita MS. S. Gaugerici Episcop. Camerac. lib.2. c.10. *Hunc siquidem locum* — *à suo burgario, qui eum possederat, numerata pecunia comparavit.*

Burgum, Pars navis. Vide *Platus*.

BURGWARDUS, *Burgwardium*, quibusdam, Castellania, Burgi territorium, ager, dicitur: ex Teutonico *Burg*, Burgum, & *Ward*, custodia. Sed ex locis, quos hìc describimus, *villa* dicitur & *munitio*, scilicet quæ *Burgis* adjacet, & quæ inde nostris *Boulvard*, pro *Bourgward* vocatur, unde & ipsi oppido, & agro circumjacenti nomen posteà attributum. Nam quod Salmasius vocem à βῶλος, *cespes*, deducit, nihili est. Charta Ottonis M. Imp. an.965. pro Ecclesia Magdeburg. apud Meibomium: *Munitionem etiam, vel Burgwardium urbis Spuitineburg in pago Nudhice sita, cum omnibus pertinentiis, taleque prædium, quale Huodo in beneficio habet in pago, &c.* Historia erectionis Archiepiscopatus Magdeburgensis per Joannem PP. in Concilio Ravennat. *Cum omnibus pertinentiis & villis, quas Burgwart vocant.* Ditmarus lib.6. p.59. *Merseburgense Burgwardum.* Lib.6. p.72. *Insuper Zurbizi Burgwardum, quem antecessores sui in beneficium possederunt, sibi vendicavit.* Lib.7. p.79. *Ut parochiam in Orientali parte Mildæ fluminis jacentem, id est, in Burgwardis Bichni & Wtein Eilbardo concederem.* Infrà: *Ekkiardus — in Burgwardo suimet Rochelizi dicto 2. munitiones ad capiendas ibidem feras — parat.*

BURHMANNUS, idem quod *Burgensis*, Civis: vox ex Saxon. Buꞃg, urbs, oppidum, & man, homo efficta: in Legibus Ethelredi Regis §.23.

BURIA. Vide *Bura*.

BURICA, Lex Alaman. tit.97. *Si quis buricas in silvis, tàm porcorum, quàm pecorum, incenderit, 12. sol. componat.* Stabulum fortè, inquit Spelmannus, vel casula ex ramis confecta, quod Angli *Boure* dicunt, à Saxonico Buꞃe, & Buꞃ, i. cubiculum, conclave.

BURICUS, *Burricus*, Gall. *Bourique*. Gloss. Lat. Gr. *Mannus*, Βουρίχος. Isid. Gloss. *Mannus, Buricus.* Glossæ antiquæ MSS. *Mannus*; *equus brevior, quem vulgò brunicum vocant.* Papias MS. *Burides, Animalia, Manni.* Editus habet *Burrides*, fortè leg. *Burici*. Porphyrion. in libr. Epod. Horatii: *Mannos equos, vulgò Burrichos appellant.* Paulinus Epistola 10. p.128. *Macro & viliore asellis burico sedentem.* Hieron. in Eccles. cap. 10. *Dignitate perflati vias publicas manibus* (i. mannis) *terant, quos vulgò Buricos appellant.* Et Epist. 26. cap.3. *Ubi* (videris) *ferventes buricos, mannos, comatulos pueros, pretiosas vestes, &c.* Petrus Damiani lib.7. Epist. 5. *Is, cui insidebas, non dicam equus; sed potius burdo, vel buricus, &c.* Vide Vegetium lib. 4. Art. veterin. c.2. & Cujacium lib.11. Observ. cap.16. Salmasius ad Vopiscum à πυῤῥίχος, deducit, quæ vox Græcis idem est, quod πυῤῥὸς, *rufus*: sic enim omnes equos breviores à colore appellasse Latinos ævi inferioris ait, etsi alterius coloris essent, idque abusivè. Adde Octavium Ferrarium in Originib. linguæ Italicæ v. *Borra*.

Burichale, Βουριχάλιον, in Chron. Alex. p.718. V. Meursii Gloss.

BURINA, Seditio, propriè *Meleja*. Charta Henrici Imp. ann.932. apud Miræum in Cod. Don. piar. c.30. & Barthol. Fizenium in Gist. Leodiensi pag.213. *Et in his*

his locis — concedimus & confirmamus eis bannum & justitiam, impetum & burinam, illum & sanguinem, &c. Alia apud eundem Miræum cap. 85. *In his locis possidet Ecclesia bannum & justitiam, impetum & burinam.* Charta Samsonis Archiepiscopi Remensis pro Cisoniensibus: *Si forte latro captus fuerit, sive aliqua burina facta fuerit, aliquid justitiæ exercebit; sed tamen latro dimitti non debet, — nisi Advocatus vel familia ejus rescierit.* Charta Henrici Imp. an. 1107. apud Chapeavillam tom. 2. p. 55. *In seditionibus, quas vulgò Stuer & Burinne dicimus, judicandis.* Ex his emendanda Charta seu Epistola Fulcari Abbatis Lobiensis, in Chr. Lobiensi p. 602. *In placitis, præter Burinam & testeiam, non debet habere Advocatus, nisi 3. denarios.* Perperam enim editum *bincinam.*

BURINDIS, *Sustentaculum*, in Glossis MSS.

BURINGI. Charta Caroli Crassi Imp. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. pag. 208. *Præcipimus, ut singuli Buringi 10. cum 12. funibus de canapo solidos dominis suis impendant, & insuper somarium cum capistro concedant.* In quam Constitutionem Freherus, *Buringos* esse putat colonos, qui justa prædia & villas, curtes integras & instructas exercent, non possessiones, quas Justinianus *fœneas* vocat, quos à colendo & ædificando *Bauren* Germani dicunt. Vide *Burs.*

BURIRE. Formulæ solennes c. 125. *Quòd hominem suum — in via malo ordine adsalisset, & ipsum ibidem interfecisset, vel occidisset, vel rauba sua, caballos, aurum & argentum, & drapalia exindè tulisset, vel deportasset, vel leodem contra legem ibi burisset.* Ubi Spelmannus *leodem burire*, vassallum sepelire, à Saxonico, buꞃian, sepelire, interpretatur. At Wendelinus in Gloss. V. *Leode, burisset*, vertit *abstulisset. Leodem* verò pro bonis universis intelligit, seu potiùs pro compositione homicidii. Apud Papiam lego: *Burrit, vox belluæ.*

BURJURATUS. Tabularium S. Dionysii in Francia ex Bibl. Thuana: *Ebroinus & uxor sua Agnes, de cujus hæreditate feudus Buticulariæ erat, dederunt in eleemosynam B. Dionysio, vinum, panem, porros, pisa, lardum, claratum, burjuratum, telonum, festa principalia, & mediocria festa. Testes Milites Odo de Malboisson, &c.*

BURLARE. Vetus Charta apud Columbum in Manuasca lib. 1. n. 43. *Prohibetur burlare, nisi in Burlaria antiqua, videlicet à portali superiore ad portale clausum.* Hispanis *Burlar*, est jocari, ludere, Vasconibus *Burlaze*, Occitanis *Bourlos*, ludus, jocus, illusio. Est igitur *Burlaria* locus in urbe vel extra urbem, in quo ludere solent incolæ. In Pacto Tongrensi an. 1403. in Magno Recordo Leodiensi p. 38. *Burlatores*, (*Bourleurs*) ganeonibus accensentur: *Sodoiers, manecheurs, ou bourleurs.* Adde p. 225. Vide *Bohordare, Campus Martius*, & Octavium Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ in hac voce.

BURLAWA, Lex rusticorum, seu de re rustica, à Buꞃꞅ, rusticus, & Laꝥ, lex. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 39. §. 8. *Cætera omnia & singula, quæ currunt in Curiis dominorum, secundùm auxilium & favorem terminantur: exceptis legibus de Burlawis, quæ per consensum vicinorum erunt.* Ubi Skenæus: *Apud Germanos Baur rusticum significat, Lauch, vel Law, Lex: hinc Burlaw rusticorum Leges, de re rustica latæ. Nos hodie Bir law Courtis, & Bir lawmen dicimus.*

BURRA, Tomentum, Gall. *Bourre*, Glossæ Biblicæ MSS. *Stipula, stypa, i. escaro. Stupa lini, burra lanæ purgamentum est.* Vide *Burda*, & Octavium Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ in *Borra.*

BURRENE. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis ex Tabul. Persiacensi in Burgundia: *Cum spondale & tapete 1. & burrene meliore 1. cum fasciunculo, &c.*

BURS, iidem qui *Buringi*, Coloni. Agardus: *Burs, i. colonus.* Ita fortè dicti à *Buris, i.* Aratrum, vel *Curvatura aratri*, ut est apud Papiam. Idem mox: *Buris, dicta quasi Bos paris in similitudine caudæ bovis, i. ea pars aratri, quæ inflexa stivæ stimoni adjungitur.* Gloss. Lat. Gr. *Buris*, γύης, ἀρότρου. *Baur*, & *Bauren*, Germanis, est colonus, rusticus: cui scilicet *Buridis* cura est, quem *burstam* vocat Olla patella: *Mango, viticola, Burista, subulcus, agaso.* Domesdei: *Sunt 4. hidæ, quæ pertinent huic manerio, ubi tempore Regis Edwardi erant 8. burs, id est, Coliberti cum 4. carucis.*

Buri, in eodem Domesdei; in Monastico Anglic. tom. 3. p. 183. *In Uptune sunt 7. hidæ geldabiles. In dominio sunt duæ carucatæ, 18. villani, & 11. Bordarii, & 2. Buri, & Presbyter.* Infrà: *In dominio sunt 3. carucatæ, & 23. Villani, & 3. Bordarii, & 6. Buri, cum 28. carucatis.* Vide *Buringi.*

BURSA, Crumena, Gall. *Bourse*, Ital. *Borsa*, ex Græco Βύρσα, *corium*, quòd ex corio confecta sit. Jo. de Janua: *Bursa, Marsupium, dicitur à Bursa, quod est corium bovis, quia de corio fiat.* Hinc *Bursella, parva Bursa. Bursare, Bursas facere, vel in Bursam reponere, Imbursare.* Jo. de Carlandia in Synonymis:

Marsupium, Bursa, forulus, loculusque, crumena.

S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 12. *Habebat quoque zonas ex auro comptas, nec non & bursas eleganter gemmatas.* Ordericus Vitalis lib. 9. *Rogerius Cognomento Bursa, id est, Crumena.* Guill. de Podio Laurentii cap. 21. *Quo dicto reposuit litteras in bursa diligenter.* Christianus Archiep. Moguntin. in Chr. *Dispersi sunt lapides sanctuarii, non quidem in capita platearum, sed in bursas furantium.* Alanus de Insulis lib. 7. Anticlaudiani c. 7.

Nec bursam satiat nummis, &c.

Utuntur præterea Petrus Blesensis Epist. 17. 74. Ebrardus Bethun. lib. contra Valdenses cap. 20. Thwroczius, &c.

Bursa Papalis. Cencius Camerarius de inauguratione Celestini III. PP. *Cingitur ab eodem Priore* (Basilicæ S. Laurentii) *zonâ rubeâ de serico, in qua dependet Bursa purpurea, in qua sunt duodecim sigilla pretiosorum lapidum, & muscus.* Mox: *In zona notatur continentia castitatis, in Bursa gazophylacium, quo pauperes Christi nutriantur & viduæ: in duodecim sigillis, duodecim Apostolorum potestas designatur: muscus includitur ad percipiendum odorem, ut ait Apostolus: Christi bonus odor sumus Deo.*

Bursa, Arca, ταμιεῖον, Gazophylacium; sed propriè ad certos usus. Compotus Baillivorum Franciæ anno 1285. *Expensa: Pro Bursis Scholarum Regis, qui fuerunt de Curia, — pro Bursis baptizatorum, — pro Bursis Beghinarum.* In his namque *Bursis*, seu Arcis, reponebantur, quæ ad Scholasticorum, verbi gratia, seu Baptizatorum, &c. alimoniam spectabant, & quæ in eum usum à viris piis erant legata.

Bursarii dicti, quibus ex ejusmodi *Bursis* stipendia præstantur: quæ vox etiamnum obtinet in Academiarum publicarum Scholasticis, quibus ob rei domesticæ penuriam certa quædam stipendia exsolvuntur ex arca ad id destinata, ad peragendos studiorum cursus. Vide Nomasticon Cisterciense p. 645.

Revocationem per bursam, vocant Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 118. jus, quod proximiori consanguineo competit, tenementum seu feodum à consanguineo, extraneo, venditum, pretio convento numerato, intra annum à venditione, sibi revocare & asserere. Practicis nostris *Clameur de bourse.*

Bursarius, Officium Monasticum, penes quem est *Bursa*, seu pecunia Monasterii. Monast. Anglic. to. 1. p. 184. *John Tortoun quintus Bursarius officiatus.*

BURTHUM, *Rufum & nigrum*, Papiæ. Sed legendum *Burrum.*

BURUM

BURUM. Charta Eustachii *de Fiennes*, in Chron. Andrensi p. 396. sic clauditur: *Actum an.* 1117. *super notam n. cam. in buro meo.*

BURUS. Vide *Burs.*

BUSCA, Ligni seu arboris stipes, caudex focarius, Gall. *Busche*, vox efficta ex *boscus*. Inquisitiones de forisfactura forestar. c. 26. *Inquiratur de extractoribus vel venditoribus buscæ, mæremii, & carbonis de foresta*, Charta Regis Ricardi I. in Monastico Angl. tom. I. p. 527. *C n. edimus — 2. carretas errantes singulis diebus in bosco de Scotorum, ad deferendum buscam ad opus eorum.* Adde Fletam lib. 2. cap. 10. 16. c. 41. §. 9. 19. *Le Roman de Florimond MS.*

Maintefois petite coignie
Abat de busche grant carchie.

Jus buscæ, nostris *droit de busche*, quod certis regiæ domus Officialibus seu commensalibus competit. Statutum an. 1317. Lorriaci datum pro Hospitio Regis Ludovici Magni: *Item le Roy aura trois Chambellans, c'est assavoir Mons. Adam Heron, Mons. Robert de Bonnes mares, & le Borgne de Ceris, — & auront livroison de busche, & un moulle pour tout.* In Regesto Cameræ Comput. Paris. signato B. fol. 1. legitur, quòd anno 1347. *present Mess. Guillaume Flote Chancelier de France, fut disputé des droits de busche, accordez par le Roy aux Officiers; & fut dit, que ce n'estoient droits d'Office, mais donnez à volonté.* Vide *Boscus*, & Octavium Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ in *Buscare*.

BUSCARLA, *Butsecarla*. Domesdei tit. Wiltsh. Wilton. *Quando Rex ibat in expeditionem, vel terrâ vel mari, habebat de hoc manerio aut* 20. *sol. ad pascendos suos Buzecarl, aut unum hominem ducebat secum pro honore* 5. *hidarum.* Annales Waverleienses: *Edwinus Consul venit cum exercitu per terram, & fugavit eum, & Bucelarci eum refutarunt. Ipse verò iniit Scotiam cum* 12. *puppibus.* Radulfus de Diceto an. 1051. *Allectis sibi in auxilium Butsecarlis, qui portus nauticos custodire debebant.* Roger. Hoved. ann. 1052. p. 442. *Omnes Buthsecarlas de Hastinga, & ubique circa ripas maris, aliosque nonnullos in auxilium sui allexit.* Mox: *Et Buthsecarlas omnes, quos obvios invenerant sibi in adjutorium legentes.* An. 1064. *Danicos Huscarlas, &c.* An. 1066. p. 448. *Tostius, de Butsecarlis quosdam volentes, & quosd im nolentes secum assumens recessit.* Idem p. 449. *Alderdus Episcopus — & iidem Comites cum civibus Londoniensibus & Buthsecarlis Clitonem Edgarum — in Regem levare voluere.* Ann. 1071. p. 454. *Rex cum Buthsecarlis in Orientali plaga insulæ omnem illis exitum obstruxit.* An. 1101. p. 468. *Robertus Comes Norman. — naves coadunavit: quibus Rex Henricus cognitis, Buzsecarlis præcepit mare custodire.* Infrà: *Quosdam de Regis Buzsecarlis adeò rerum diversarum promissionibus fregit, ut fidelitate, quam Regi debebant, postposita, ad se confugerent, & sibi ad Angliam duces existerent.* Bromptonus hanc historiam enarrans p. 998. *Præcepit Marinariis portuum mare curâ diligentissimâ custodire.* His porrò similia habent Simeon Dunelmensis pag. 186. 193. 226. & Florentius Wigorniensis p. 628. 633. 634.

Ex prædictis colligimus, *Buscarlas*, & *Buthsecarlas*, videri dictos *Marinarios*; vox planè composita, cujus pars posterior Carla, aut carl, à ceorl venit, id est, mas, masculus, vir, seu, ut vult Spelmannus, minister; prior à buta, navigii specie, de qua infrà; ita ut *Butsecarlæ* dicti fuerint, quasi navium ministri. Ita Spelmannus & Somnerus augurantur.

BUSCIA. Vide *Bussa*.

BUSCHERO, *Puscus*. Vide *Boscus*.

BUSHELES. Vide *Butta*.

BUSIO, Percnopterus, Aquilæ species timidior, vel ineptior, nostris *Buse*, quo nomine lentioris, vel nullius mentis homines vulgò appellamus. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 201. *Beraldus, quem cognominabant Busionem, & quem revera Busionem esse constaret.*

BUSIUS, Color, Saxonicè dictus Fealu, in Gloss. Ælfrici, i. helvus, gilvus. Indè fortè dicti *Busi*, populi, de quibus Adam Bremensis cap. 228. ubi de insulis Balthici maris: *Ibi sunt homines pallidi, virides & macrobii, id est, longi, quos Busos appellant*, à vultus nempe colore. Papiæ, *Busi*, appellantur *Pingues, obesi*.

BUSNACHIA. Andreas Monachus Fontebraldensis de morte B. Roberti Arbrisselli pag. 39. de eodem Roberto, qui in Fonte-Evraldi sepeliri cupiebat: *Cui cùm Andreas fidelis collega ejus diceret, Pulcher magister, quid est, quod dicis? si sentis hîc finem esse, saltem fac, quod tuum est; impera corpus tuum post obitum ad Fontem Evraldi portari. Ille respondit: Et quare meum cadaver hinc portaretur? nam per omnes busnachias (ut verbis illius utar,) ablatum esset à vobis.*

BUSONES. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 1. num. 1. *Justitiarii, vocatis ad se* 4. *vel* 6. *vel pluribus de majoribus Comitatus, qui dicuntur Busones Comitatus, & ad quorum nutum dependent vota aliorum, &c.* Ubi Spelmannus monet desiderari in suo MS. hæc verba, *qui Busones Comitatus dicuntur.* Quid si *Barones* legatur?

BUSSA, *Buza, Bucca, Bucia, Burcia*, Navigii genus grandioris, à similitudine pyxidis, quæ Anglis *Busse* dicitur, appellatum, inquit Spelmannus: pandum alvo, & obtusum prora; seu potiùs, quod dolii vinarii formam referret: quod Græci recentiores βοῦτζον & Βούτζιον vocant, ut alibi docemus. Variè autem ejusmodi navigii nomen scriptum occurrit apud Scriptores: nam promiscuè *Bussa, Buza, Bucca, Bucia, Buccia, Bucea, Buscia & Burcia* dicitur. Et primùm

Bussa, quæ propria navigii ejusmodi videtur appellatio. Vetus Scriptor apud Spelmannum: 13. *naves pergrandes, quas vocant Bussas, triplici velorum expansione velificantes.* Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto:

Al vent kil n'orent pas estroit,
Fit singler à la mue droit,
Galies & Barges & nés,
Esneques & Dromons fiers,
Roges, & Busses, & Vissiers,
Avoec quanque il fit mestiers.

Le Roman d'Alexandre MS.

Nefs & Dromons, Buses & Barges.

Buza. Albertus Aquensis lib. 9. cap. 9. *Rex ab Assur exiens, navem, quæ dicitur Buza, ascendit.* Occurrit etiam apud Nicolaum Trivettum in Chron. an. 1191.

Bucca. Radulfus de Diceto: *Ricardus Rex Anglorum, habens in comitatu suo* 13. *magnas naves, quas Buccas vocant, triplici velorum expansione, dum æquora sulcarent, notabiles, habens centum alias naves onerarias — se vento commisit.* Joann. Brompton. an. 1189. *Ad urbem Messanam — cum Buccis multis, & aliis magnis navibus & galeis — venit.* Utitur præterea Matth. Paris pag. 112. 107.

Bucia. Brompton. pag. 1179. *Tres autem Buciæ de navigio suo — ad insulam de Cypro venientes — perierunt.* Infrà: *Quandam magnam Buciam multis paganis onustam — conspexit.*

Buccia, apud eundem pag. 1174.

Bucea. Radulfus de Diceto: *Ascendit Rex Ricardus navim cum exercitu suo, cum* 156. *navibus, & Buceis* 24. *& galeis* 29.

Buscia. Brompton. in Ricardo I. *Anno eodem applicuerunt ibi naves & Busciæ, plus quàm quingentæ.*

Butz, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 78.

Burcia. Rogerus Hoved. in Ricardo I. pag. 661. *Applicuerunt ibi naves & Burciæ plus quàm quingentæ,*

exceptis galeis & cursoriis,&c. Infrà pag.667. *Conduxit 10. Burcias magnas, & 20. galeas bene armatas.* Idem pag.627. *Venit Messanam in Siciliacum Burcius magnis.* Italis *Burchio*, dicitur navis onerariæ minoris species, vehendis lignis & id genus mercibus, qua vox utitur Dantes in Infer. 17. Vide *Butta, Buttis.*

BUSSELLUS. Vide *Butta.*

BUSTA. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 473. *Ex dono Alexandri --- unam carectatam Bustæ singulis septimanis in bosco de Cowon.* Fleta lib. 2. c. 7. §. 1. *Parata sibi debent esse, quæcunque pro corpore suo fuerint necessaria, videlicet cibus, potus, busta, & candela.* Idem videtur, quod *Busca*, caudex, stipes focarius. Vide in hac voce.

BUSTARE, Humo condere. Versus antiqui apud Bruschium:

Annis decursis octingentis octogintaque tribus,
Busto in hoc bustarii felicem bustarunt Hildegardim,
Quæ variis claret signis, &c.

BUSTIA, *Bustula.* Vide *Buxis.*

BUSTUM. Charta Stephaniæ uxoris Garciæ Regis Aragon. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 6. *Dono illum unum bustum de meas vacas ad sanctam Columbam, & illo alio busto alias medias ad illa Eleemosynaria de Najara pro pauperibus, &c.*

BUSUS, *Pinguis, obesus.* Papias. Vide *Busius.*

BUTA, *Butina, Buticula, Buticularius, &c.* Vide in *Butta.*

BUTANEUM, *Quidam liber Fysicæ, qui & Herbarium dicitur, quia ibi herbæ notentur.* Ugutio, qui Græcè Βοτανικὸν expressit.

BUTAR. Ugutio: *Buranitum, dicitur genus vasis, quod Butar dicitur.* Vide *Butta.*

BUTARE, Ital. *Buttare*, Aliquem ad terram projicere. Charta an. 1345. *Si aliquis assaltum --- fecerit sine armis, vel ipsum butaverit, solvat pœnæ nomine, &c.* Galli etiam *Bouter* dicunt, pro pulsare: *Bouter à terre*, ad terram dejicere. *Bouter*, Picardi pro ponere usurpant. Fallitur porrò Meursius, qui βυτίζειν Græcos recentiores pro *Butare*, seu ad terram dejicere, usurpasse dixit. Nam βυτίζειν, *immergere* sonat, ut docet Simon Portius, id est, εἰς βοῦτιν, seu in dolium injicere. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Buttare.*

BUTEO, *Juvenis*, Ugutioni. Alibi: *Lecator, Ardelio, Gulo, Elluo, Epulo, Ambro, Lurco, Buteo, Ganeo, &c.*

BUTHSECARLA. Vide *Buscarla.*

BUTICA. Vide *Bausia.*

BUTICA. Vide *Butta.*

BUTICUM. Hariulfus lib. 2. Chronici Centulens. cap. 7. *Cùm ergo columnæ in butico erigerentur, &c.* Infrà, ubi de Ecclesia: *Turris ergo Orientalis cum cancello & butico sancto Richario dicata est, & turris Occidentalis in honore S. Salvatoris specialiter est dicata.* Ubi *Buticum* ædis sacræ pars videtur: at quæ? incertum.

BUTINA. Lex Ripuariorum tit. 60. §. 4. *Si ibidem infra terminationem aliqua indicia sua arte, vel butinæ aut mutili facta extiterint, ad sacramentum non admittatur; sed in præsente cum legis beneficio cogatur restituere.* Codices alii habent, *bucinas, bucinæ*, & *bucine.* Vide *Bonna*, & *Buttis.*

BUTIROSITAS *lactis*, apud Jacobum de Dondis in Aggregationibus virtutum medicinarum, &c.

BUTOR, *Butorius*, Ardea stellaris, nostris *Butor*, Anglis *Buteor*, Will. Thorn. pag. 2010. *De Perdicibus, Mallardis, Butoris, Alaudis, &c.* *Butorius*, Alberto Magno lib. 23. de Animalib. cap. 10. Thuanus: *Inter Accipitres, qui* Τριόρχης & κράτιστος τῶν ἱεράκων *Aristoteli est, is Plinio Buteo dicitur: unde palam est injuriam maximam fieri maximo & nobilissimo Accipitri ab iis, qui Buteonem interpretantur Buzart.* Vide Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 183.

BUTRISTA, *Butro.* Vide *Butta.*

BUTTA. Guillelmus de *Baldenzeel* in Hodœporico: *Hoc brachium vulgariter Butta Constantinopolitana dicitur, eò quòd super ipsum in littore Europæ egregia civitas Constantinopolis situata sit.* Sed ibi videtur legendum *Bucca*, seu fretum Hellespontiacum, & Bosphorus, quem etiamnum Turci *Bogasin* appellant, voce, ut videtur, à *Bucca* efformata: etsi *butta Constantinop.* appellari potuerit, quo sensu *buttam* appellamus, quod prominet: nam Constantinopolis in collibus exstructa in mare procurrit. Vide in *Buccaavia.*

BUTTA *terræ.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 453. *De quater viginti selionibus, & 12. buttis terræ, & de grano unius acræ.* Tom. 3. pag. 49. *Quasdam buttas terræ, quas Hunyth vidua de Hope aliquando tenuit.* Vide *Butus.*

BUTTA, *Buttis, Butta, Buza, &c.* Cupa, dolium, vas vinarium, lagena major, nostris *Bous.*

Butta, in veteri Instrumento apud Cujacium lib. 9. Observ. cap. 26. ubi inter cætera mobilia recensentur *Buttæ*, & *Butticellæ granariæ.* Danis, auctore Pontano, *butte*, est *Cupa.* Vide Ceremon. Roman. lib. 1. sect. 2.

Buttis. Gloss. Lat. Græc. *Vagna, seu cuppa*, βοῦτις μεγάλη, ἐν ᾗ τινες γαῦλοι κωλῦσιν. Gloss. Græc. Lat. Βοῦτις, *cupa.* Βουτίον, *cupella.* Βυτζοί, apud Pachymerem lib. 11. cap. 14. Βυτζίον, apud Nicetam in Alexio Ang. lib. 3. num. 1. & Joannem Cananum de Bello Constantinop. pag. 196. Βυτλίον, in Chronico Alexandr. pag. 642. & apud Leonem in Tactic. cap. 15. §. 75. 76. Simon Portius: βυτζι, πίθος, πύξις. *Botte*, Italis; *Bote*, Hispanis. Chartula plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Ferro fracto libras 12. butte de cito valente semisse uno, butte minore valente siliquas duas, &c.* Marculfus in formula Parabolæ: *Lege, & perlecta in pectore repone: sin autem non vis, in butte reconde.* Id est, in pyxide. Joannes Episcop. Laudensis in Vita S. Petri Damiani Card. num. 22. *Aliquando vir Dei Buttem vini repositum apud quandam suam capellam habuerat.* Petrus de Crescentiis lib. 4. de Agricult. cap. 35. *Ne aliqua transmutatio fiat circa fecem, gignentes cenopes, vel sanguem album, quem facit subtus butem.* Historia Belli sacri MS. *Et si portoient tiere en paniers & en bous.* Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Aragon. cap. 227. *E ordonne per tots los carres mijes botes de vi be temprat ab vernigats, &c.* Adde cap. 238. Fallitur porrò Cobarruvias, qui *Botecarios*, seu *apothecarios*, à *Bote*, denominatos putat, quòd in *Buttis* seu vasis unguenta sua asservent.

Buta, vel *Butus.* Computum Thesauri an. 1312. *Scancionarius pro butis, boutellis, cadis, flasconibus, &c.* Gloss. Lat. Græc. *Antelabra*, χείλη σκευῶν, ὡς καὶ βυτίων.

Butica, idem quod *Buta.* Papias: *Obba, vasis genus, Butica.* Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de buticis & cofinis, id est, scriniis, &c.*

Butticus. Papias: *Cantharus, vas quoddam cum ansis*, (leg. *ausis*, ut in MS.) *Græcum est, ut quidam dicunt: vulgò butticus dicitur.* Ita in MS. pro *butribus.*

Buticella. Charta plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Buticella granaria una valente siliqua una aspriomis, &c.*

Buticula, diminut. à *Buta, Butta*, nostris *Bouteille*, Lagena. Capitulare de Villis cap. 3. *Non vervecem, non porcellum, non agnellum, nec aliam causam, nisi buticulas & ortum, poma, pullos, & ova.* Chronicon Fontanell. cap. 14. *Calices argenteos 3. Offertoria 2. Thuribulum argenteum 1. Buticulam argenteam 1. Fialas argenteas 2.* Hincmarus Remensis tom. 1. pag. 715. *Si plus de vino voluerit in butticula, vel canna, &c.* Anastasius in Greg. IV. PP. pag. 165. *Item murenam trifilem auream, quæ habet gemmas diversas albas numero 73. & buticulas 33.* Vetus Precaria: *Ad opus Canonicorum buticulas duas plenas de optimo vino.* Acta Episcoporum Cenomanensium p. 163. *Et ad opus Canonicorum*

eorum ibi degentium buticulas duas paratas plenas de vino optimo, &c. Adde pag. 85. 105. 235. edit. Mabillonii.

Abuticularum forma nomen sumpsisse videntur ejusmodi navigia majora, qua *Buticles* appellant Statuta *des Coustumes & du peage de Paris*, in veteri Regesto Cameræ Computor. Paris. *Poissons d'eau douce: La Buticle, qui vendra de Chaalons*, 10. *s. Item de Chasteau Thiery en aval*, 5. *s. Item la nacelle de poisson d'estang*, 3. *s. La grant Buticle de Picardie & de Compigne en amont, & Nacelles à viviers, chacune payera* 8. *s. Item les Buticles de Rouën*, 10. *s. &c.*

Buticularius, penes quem *Buticularum*, vel *Potus* cura demandata erat, ut ait Hincmarus de Ordine Palatii cap. 23. idem, qui Pincerna. Capitulare de Villis cap. 16. *Ministeriales nostri Sinescalcus & Buticularius.* Adde cap. 47. Hariulfus lib. 4. Chronici Centul. cap. 22. *Galterus Miles filius Hugonis Regis Buticularii.* Mox: *Quidam Miles, nomine Galterius, filius Hugonis Pincerna Regis.* Ita porrò Buticularius Regius invenitur apud Alcuinum Poëmat. 221.

Et Nemias Græco infundit sua pocula Baccho,
Qui secum tunnam semper portare suescit.

Buttelarius, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 6. §. 5.

Botilhées, in Foris Beneharn. rubrica, *deus Botilhées.*

Butelgir, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 54. 56. 70.

Butiglarius, in Constitut. Henrici VII. Imp. apud Goldastum tom. 1. Const. Imper. pag. 518.

Buticularius Franciæ, unus è quatuor majoribus Palatii officialibus, qui literas & diplomata Regia subscribebant, vel certè eorum expeditioni intererant: de qua dignitate legendi Joannes Tillius, Vincentius Lupanus, Andreas Fauynus, & alii, qui de Officiis Palatinis nostratibus scripserunt. Huic verò annexa dignitati jura ita recensentur in Regesto Joannis de sancto Justo, in Camera Computorum Parisiensium. *C'est ce, que l'en trouve pour le Bouteiller de France és tables Maistre Jean de Saint Just.*

Premierement, la Justice entour les hostieux là, où il seroit.

2. Item toute fois, que li Rois feroit feste sollempnel, il doit avoir la coupe & le hanap.

3. Item au Sacre de Reims il doit avoir les vins, qui seront dessous la barre, & doit avoir certain nombre de pain, de vin, de chars, de poulles, de cire, de poisson, & de fruit: & si est maistre des cervoisiers par tout le Royaume de France, & Souverains de la Chambre des Comptes, & doit avoir un nombre de jettoirs, de quoy nos Seigneurs des Comptes jettent chascun an; & doit avoir moult belle chose en Champaigne.

Le droit des hostieux de la Bouteillerie. Premierement au bois la Conciergerie. Item à S. Germain en Laye, l'ostel de l'Archiere. Item l'ostel au gouge. Item l'ostel à la layolle, & tousjours chambre par devers le Roy en tous lieus. Item à Poissy l'ostel aux Gaullars. Item l'ostel Hervy le Sergent, l'ostel Jean de Nanterre, & toute la Rue, ainsi que elle s'estend jusques au coin du Quarefour, & l'ostel Jean Fromage, ou cas, qui li Comtes d'Artois n'y seroit, & sa chambre doit estre dessus la porte de l'Abbaye. Item à Fontaineblian l'ostel Madame Marguerite Tassiere & les ostieux environ. Item à Senlis l'ostel à l'Eschiquier. Item à Pont S. Maxence l'ostel Philippe le Sergent. Item à Creel l'Eschiquier.

Ce sont les droits, que le Bouteiller de France doit avoir en la ville de Paris en plusieurs celliers là, où l'en vent à brosche. Premieremert il doit avoir la moitié de lies en la maniere, qui ensuit, &c.

Aliud Regestum: *Hi sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & Abbatissæ Regni Franciæ, qui solvunt domino Joanni d'Acre, Buticulario Franciæ quilibet* 100. *sol. Par, quotiescunque creati erant, ratione Buticulariæ Franciæ: unde arrestantur in receptu Compoti Buticulari * uncũm astẽn CCCXVIII. quod Episcopus Laudunensis & cæteri Pares Franc. quotiescunque sunt creati, debent Regi* 110. *lib. Buticul. Franc.* 10. *l. & Cambellano* 100. *s. &c.* In 1. Regesto Parlam. fol. 147. inter Aresta omnium SS. 1265. dictum fuit, quòd Archiepiscopus Bituricensis, Episcopus Tornacensis, & Abbas S. Sulpitii Bituric. *buticulariam* solvere tenebantur Buticulario Franciæ, videlicet à quolibet centum solidos Paris. sicut alii Prælati & Abbates regales. Idem pronuntiatum fuit contra Abbatem S. Dionysii in Francia, fol. 158. Vide *Monasteria Regalia.*

Buticularios præterea vocant Normanni, qui mercatorum vina degustant, an proba sint? Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Les 2. bouteillers en la Viconté de l'Eaue establis & jurés à boire des vins aux Marchans venans de Rouen, desquels moeson est deue au Roy, &c.*

Butina, idem quod *butica*. Lagena. Hesych. Λυ-στράγγῳ, βυτίνῳ, τρυβλίῳ. Joan. Damascen. de Condimentis: *Reponantur in butinam, sic ut mel citria plurimùm excedat.*

Butro, seu potiùs *Butto*. Ita enim interdum legi in quibusdam MSS. Anastasii Biblioth. monet Editor. In Leone III. PP. *In venerabili Monasterio S. Sabæ fecit Butronem argent. cum canistro suo pens. libr.* 12. Idem in Leone IV. pag. 187. *In Ecclesia B. Petri — fecit Butronem ex argento purissimo, qui pendet in Presbyterio ante altare, pensantem libr.* 149. Idem pag. 1?7. *Obtulit Butronem de argento purissimo, cum gabatis argenteis pendentibus in catenulis septem.*

Butrista, eadem notione & origine, apud Alcuinum Poëm. 165.

Bis septena tibi direxi carmina vasco,
Tu quia misisti butristas ut quoque binas,
Bis puto septena caliges jam fortè tenentes.

Ubi legendum *septenos calices*, & fortè *buttistas.*

Boutus, idem quod *Buta. Quadrigarii boutorum*, in Ordin. Hospitii S. Ludovici an. 1261.

Botus. Tabularium Carrofense: *Nec illud silentio tegimus, quòd prædictus Domnus Carolus in præfato retinuit loco: istud scilicet, quòd quando in Pictavensem urbem veniet, ipsi Monachi præfati Cœnobii afferant illi gantos unos, & duos cereos, cum duobus botis nectare plenis, nec amplius ab eo, vel ab alio aliquo ab illis exigendum est.*

Boutarius, seu *Butarius*, qui *Butarum* curam habet, Officium in *Scancionaria*, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Regis Franc. an. 1261. *Boutier*, in alia anno 1285. Βυτιστὴς, Officium in Ecclesia Constantinopolitana, cujus munus sic describitur in Catalogo offic. M. Ecclesiæ Medoniano: ὁ Βυτιστὴς, ὅταν εἴπῃ ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τῆς βαπτίσεως, λαμβάνει ὁ βυτιστὴς τὸ παιδίον, καὶ βαπτίζει αὐτό.

Buttarius, qui *Buttas*, seu ejusmodi vasa onerat, implet. Lambertus Ardensis pag. 258. *Oneratores etiam & buttarii cum hoccis, & cespitarii cum cespitibus oblongis & mantellatis ad placitum magistrorum in pratis quibuscunque concisis & convulsis — operantur.*

Butella, Boutella, Botella, Lagena, nostris, *Bouteille*, suprà in *Buta*, & in Edicto Philippi Pulcri an. 1302. apud Pithœum in Conf. Trec. V. *Barillus.*

Buxa, idem quod *Butta*, vox formata ex Gallico *Bouts*, vel *Bouz*. Willelmus Tyrius lib. 12. cap. 25. *Modios & Buzas ad vinum, oleum, vel mel mensurandum:* quæ Hugo *de Plagon* in versione Gallica Tyrii MS. hisce reddidit: *Mines à mensurer bled, bous à mesurer vin.* Perperam igitur Ludov. de Cerda *Buzam*, sacculum apud Tyrium interpretatur. Sunt autem *Bous*, seu *Bouts*, ut est apud Falcetum, propriè utres ex pellibus confecti, pice oblitis, in quibus vinum, aliusve liquor asservatur, deferturque, maximè per loca

loca invia & montuosa, ubi curribus aditus non patet. In vetere Statuto pro Scancionaria Regis an. 1261. *le Barillier, & le Chartier des Bouts*, recensentur inter alios ejusdem Scancionariæ Officiales. In alia membrana hæc habentur: *L'on n'achetera ne bouts, ne bouciaus, ne barils, sans le congé du Maistre d'Hostel.* Est igitur *Bouceau* diminutivum à *Bous*. *Boucellus* dicitur in Charta Episcopi Ambian. an. 1301. *Communitas Tannatorum debet dare D. Episcopo, quando debet ire in exercitum Regis, duo paria boucellorum de corio, quorum una pars teneat unum modium vini, reliqua verò 24. sestiers.* Ibidem Gallicè redditur, *deux paires de bouchiaus de cuir.* Vetus Poëta Gallicus MS.

Et emplent souvent leurs bouciaus
De vin, de pain, de gras morciaux.

Le Roman d'Aubery MS.

Va, si m'apporte dou vin dou grant tonnel,
A mon Seignor en donrai plein boucel.

Hinc *Busar*, in Consuetudine Lodunensi cap. 5. art. 5. *Et seront faits les vaisseaux à vin, comme pipes, busars, & quarts, de bon bois, &c.* Neque aliud sonat, ni fallor, *Buccellus*, in Legibus Adelstani Regis Angl. apud Bromptonum cap. 8. *A buzis & buccellis* dicti *Bouciers* Officiales Scancionariæ, quibus *Buzarum* cura erat demandata. Statutum pro Hospitio Philippi Magni an. 1317. *Devers le Commun aura 2. Bouciers, & mangeront à court.*

Botagium, Præstatio pro vino, quod in *Botis*, seu vasis vinariis distrahitur. Charta Communiæ Bituricensis an. 1281. & Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1293. apud Chenutum in Hist. Bituricensi: *Ab omni tolta, tallia, & botagio, & culcitrarum exactione liberi erunt.* Charta Ricardi Regis Angl. an. 1. regni, in Tabulario oppidi Dieppensis: *Habeant libertatem & quietantiam de consuetudine & exactione halecum, — de Melagio, de Botagio, & galinagio, &c.* Charta Libertatum oppidi Caroffensis in Biturigib. an. 1191. *Præpositus Caroffii non mittet nec aliquis serviens ad aliquem, qui vendet vinum mercatum suum, ut ei de vino tribuat botagium.* Adde Chartam libertatum villæ de Graciaco an. 1246. apud Thomasserium pag. 87. 155. Judicatum Parlamenti Candelosæ an. 1276. *Visa quadam Charta Regia — deliberata fuit per judicium Abbati & Conventui S. Dionysii saisina Botagii in terra S. Mederici Parisiensis.* Charta anni 1330. in Hist. Turenensi apud Justellum pag. 103. *Percipiendi & exigendi pontonagia, pedagia, botagia, dralhas, guidagia, &c.* Alia Guillelmi Episc. Carnot. an. 1166. apud Ægid. *Bry* in Hist. Comit. Perticens. *Botagium & Cornesagium Vicecomitis est.* Occurrit non semel apud Doubletum in Histor. Sandionysiana pag. 431. 432. 905. 907. Cujusmodi verò fuerit botagium? pluribus docet Charta an. 1553. pro prædio de *Linieres* in Biturigibus: *Item ledit Seigneur a un autre droit, qui se nomme droit de boutage, qui est dit general & universel sur tous les hommes & femmes, bourgeois & bourgeoises de ladite terre & Baronnie, lesquels bourgeois & bourgeoises doivent audit Seigneur por ledit droit de Boutage, quand ils ou l'un d'eux vendent en gros ou en détail un tonneau ou poinsson de vin, ou quand ils l'achetent pour le revendre, & en faire leur profit, pour chascun d'iceux tonneaux, tant grands que demy, cinq pintes de vin mesure de Linieres, ou la somme pour chascune pinte au prix, qu'il vaut en l'année en ladite ville de Linieres.* Adde Consuetud. localem Castelli Novi in Biturigib. art. 4. Accipitur etiam *Botagium* pro quavis præstatione, in Regesto temporalitatum, ex Camera Comput. Paris. fol. 48. 49.

Botarum consuetudo, in Charta Philippi Aug. an. 1185. pro oppido Ferrariensi, apud Morinum: *Consuetudinem botarum reddent, qui eam reddere debent.* Tabular. Fiscanense fol. 85. *Querela vertebatur inter Joannem de Brilleio, & Hugonem Eleemosynarium Fiscanensem super quibusdam botis, & aliis rebus, quas ab ipso Eleemosynario feodaliter exigebat.* Fol. 89. *In natali Domini pro bacone 5. sol. in vindemiis pro botis 5. sol. In Pascha pro sotularibus & caligis 4. sol.*

Botatum vinum, Gallis, *qui sent le fust*, seu quod vas vinarium redolet. Charta Libertatum villæ *des Ais*, in Biturigibus ann. 1301. *Bannum autem meum habebo singulis annis per totum mensem Maji ad vina mea vendenda, — ita tamen, quòd non potero vendere vinum fœtidum vel botatum.*

Bussellus, Bustellus, Bissellus, Modius, *Boisseau*, mensura frumentaria: diminutivum ex *buz, buza*. Lambertus Ardensis pag. 153. *Hic unum polkinum, vel bussellum frumenti, hic duos vel plures — habebat.* Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. *Pondus 8. librarum frumenti faciunt Bussellum, de quibus 8. consistit commune quarterium.* Observat Spelmannus apud Anglos *Bussellum quatuor galones vini conficere.* Vide Probat. Hist. Drocensis pag. 258. & Will. Thorn. p. 2105. Charta Gallica in Monastico Angl. tom. 1. p. 904. *Un Bussel de farine d'aveine, & un Bussel de sel.* Apud Littletonem sect. 128. & 129. *Bushel* scribitur, ut & apud Matth. Paris: *Et mensuras tritici, quas Busheles dicimus.* Quo vocabulo hac notione etiamnum utuntur Angli.

Bustellus. Chron. Andrense an. 1214. *Terram 3. Bustellos frumenti reddentem, &c.* Occurrit ibi pluries. In quibusdam Galliæ provinciis, *Boisteau*, pro *Boisseau*, dicitur. Vox efficta pariter à *Buttis*, dolium.

Bissellus. Notitia vetus in Probat. Hist. Sabaud. pag. 26. *Novem bissellos fabarum censuales.*

Buschellus, in Charta Anglica laudata in voce *Corngavel.*

Bussellata terra, in libro Chirographorum Absiæ, fol. 167. 225. 288.

Imbotare, vox Italica, Vinum in *buttim*, seu lagenam, vel dolium immittere, Gall. *Entonner.* Charta an. 1338. *Ita quòd liceat cuilibet habitanti & utenti, seu qui utentur ad ipsas Cassinas, ibi imbotare, & gubernare, emere, vendere panem, vinum, & alia victualia ad minitulum.* Alia an. 1360. *In libro pactorum, incantuum, introituum Communis Vercellarum, & specialiter imbotaturæ vini civitatis, — secundùm quæ vendi solet imbotatura prædicta, reperitur, &c.* Infrà: *Non compelli possunt ad solutionem dictæ imbotaturæ vini de eorum vino.*

Butagium, idem quod *Botagium*, in Inscriptione Blesensi: *Comes Stephanus & Adela Comitissa, suique hæredes perdonaverunt hominibus istius patriæ butagium in perpetuum.*

BUTUM, ex Gall. *Bout*, Finis, limes, terminus, in Charta an. 1146. apud Duchesn. in Probat. Hist. Castil. pag. 25. *Habouts*, in Consuet. Salæ Insulensis cap. des purges, art. 1. Vox videtur formata à *boton, botontinus, &c.* quæ quidem vocabula Agrimensoribus limitem sonant. Vide in *Bonna, Butta.*

Abbutare, Abotare, Terminare, Gall. *Aboutir, & Abouter*: vox Agrimensoribus nostris familiaris, cùm agri limites designant. *Abbutare* enim dicunt, prædiorum fines, quâ scilicet parte angustiores sunt, prædio alteri: latera verò nunquam ajunt *abbutare*; sed agro proximè adjacere. Charta Henrici I. Regis Angliæ, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 96. *Aliud messuagium jacet in eadem villa, — & abbutat super communem ripam.* Historia Fundat. Abbatiæ Norwicensis: *Quæ quidem venella abbutabat super communem viam.* Vide tom. 2. pag. 275.

Abotare, eadem notione, in Charta anni 1263. in Tabul. Prioratus Belliloci in diœcesi Rotomagensi pag. 25. *Et abotat ad keminum domini Regis.*

Buttare, pro *abbutare.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 389.

pag. 389. *Unum croftum, — quod buttat super virgultum meum.* Vide Origines linguæ Italicæ Octavii Ferrarii in hac voce.

BUTTORIUM, *Buttitorium.* Vide *Batatorium.*

BUTUS. Papias & Glossæ Isidori: *Butus, imbutus, ab imbuendo.*

BUXERIA, Buxetum fortè, seu silva buxis consita, nostris *Boissiere.* Charta Henrici II. Regis Anglic. tom. 2. Monast. Angl. p. 1010. *Et feodum, quod Fulco — tenet in prædicto manerio, excepta buxeria.* Infrà: *Et precarias de ipsa buxeria.* Tabular. Nantoliense in Pictonibus ann. 1327. *Buxeria, garenna, vindemia, &c.*

BUXIS, *Buxida, Bossida, Bustula, &c.* Pyxis, arcula, Gallis, *Boiste:* nam à *pyxis*, voces *Buxis*, & *Buxida*, videntur formatæ.

Buxis. Paulus Diaconus in Vita S. Gregorii Magni PP. cap. 19. *Eosdem pannos consecratos — singulis singillatim buxis imposuit.* Petrus Damiani lib. 6. Epist. 21. *Dum Eucharistia reservata fuisset in buxide.*

Buxida. Ratherius Veronensis Episcopus in Synodica ad Presbyt. *Super altare nihil ponatur, nisi Capsæ & Reliquiæ, aut fortè quatuor Evangelia, & buxida cum corpore Domini ad viaticum infirmis.*

Bossida. Charta Joannis Archiepisc. Capuani ann. 1301. in Sanctuario Capuano: *Vas unum, quod dicitur Tabernaculum de argento, cum cascia sua. Item bossidam unam de ebure.*

Buxula. Fulbertus Epist. 116. *Et in buxula tua mentis hoc antidotum diligenter recondes.* Adde libr. Miracul. S. Valburg. lib. 3. c. 1. Hinc nostris *Bouxole*, vel *Boussole*, pro pyxide magnetica, cujus usus creber in navigatione.

Buxta. Synodus Atrebatensis an. 1125. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 19. *Particulatim pannos, super quibus sancta celebravit, divisit, & singulis singulatim buxtis imposuit, &c.* Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiacensi apud Perardum: *Una buxta eburnea, quæ non est sculpta.* Infrà: *Odonvico donate ille buxte imparato.*

Boxta, apud eundem Perardum pag. 111.

Busta, in Historia Monasterii sancti Nicolai Andegavens. pag. 53.

Bosta. Glossæ MSS. *Pixis, Bosta.*

Bustia. Petrus Damiani lib. 4. Epist. ult. *Sacras mundissimæ bustiæ reliquias intulit.* Infrà: *Sentit, quòd intra bustiam aliquid agitatur.* Charta Petri II. Regis Aragon. *Mittantur nuncii, — qui portant bustiam cum signo Vicarii.*

Bustula. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1077. pro Ecclesia Avalonensi tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Tabula eburnea una, bustulæ eburneæ 2. phylacteria aurea 22. &c.* Et mox: *Bustulæ eburneæ 9. &c.* Glaber Rodulfus lib. 5. cap. 1. *Dum bustulam vel pyxidem, in qua servabatur,* (sacra Eucharistia) *ut mos est, adtractare vellet.*

Buxtula. Odo Cluniacensis de Translat. S. Mauri cap. 4. *Quæ* (reliquiæ) *— in buxtula lignea reconditæ fuerunt.* Quidam Codd. habent *buxula*, unde Brulius pyxidem conficit. Synodus Atrebatensis ann. 1125. *Fractis sigillis, & apertis buxtulis, nihil aliud nisi pannos contemplantur.* Vide Octavium Ferrarium in Origin. linguæ Italicæ in v. *Bosso.*

BUXUS, *Diptychum.* Regula S. Pachomii ex versione S. Hieronymi cap. 37. *Numerabuntque funiculos, quos per singulas hebdomadas torserunt, & eorum summam describent in buxis.* Vide *Uxus.*

BUXULA. Vide *Buxis.*

BUZA. Vide *Butta.*

BUZERIUS, ex Gall. *Boucher*, Carnifex, lanio, in Constitut. Neapolitanis lib. 3. tit. 36.

BUZI, *interpretatur despectus vel contemptus.* Papias. Idem fortè quod *butia, &c.* de qua voce in *Bausia.*

BYNGHEYS. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 38. §. 1. *Qualia sunt blada, prata, ligna, byngheys, sicut ad boves.*

BYRGUS, pro *Burgus*, ex πύργος, ut quidam volunt. Charta Caroli Magni apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 185. *Nec homines eorum per mallos, byrgos publicos, nec per audientias mallus deberet admallere.*

BYRSA, Corium, βύρσα. Rabanus Maurus Poëm. 29.

Cinxit eos velamine Byrsæ,
Et decentissimè, &c.

Althelmus de Laude virg. c. 25.

Exin tortores buculam deglubere byrsa
Mandant. iubo-

Bursum. Miracula S. Adelardi Abbatis Corbejensis cap. 5. *Denique ipsum* (corpus S. Adelardi — *in mundo pallio, posteà in byrso cervino involverunt.*

BYRSAGIUM, Hungaris *Birsag*, mulcta judicialis, compositio publica, quæ fisco infertur. Decretum Sigismundi Regis Hungariæ an. 1435. *De Byrsagiis autem Comitum parochialium ad portionem judiciariam pertinentibus, Comites Parochiales & judices, aquam inter se divisionem facere tenentur.* Infrà: *Partes tamen litigantes, quandocunque voluerint, absque requisitione Judicis, & onere solutionis Byrsagiorum, liberam concordandi habeant facultatem.* Occurrit ibi non semel. Vetus Constitutio de officio Comitis Palatini cap. 9. apud Goldastum tom. 3. Constitut. Imper. pag. 403. *Cæterùm, si qui jure coram Comite Palatino in Byrsagiis, aut aliorum judiciorum oneribus convincantur, &c.* *A Bursa* videtur manare, quòd in Bursam publicam, seu in fiscum ejusmodi mulcta inferatur: unde Adagium:

Bursa oculos claudit, dicite Byrzagium.

BYRTHINSAK. In Regiam Majestat. lib 3. cap. 16. inscribitur, *de lege Byrthinsak*, aliàs *Burdingsak.* Ubi Skenæus vocem effictam putat ex *Burding*, onus, & *sak*, saccus, q. d. *onus cibi in sacco.* Agitur ibi *de furto vituli vel arietis, vel quantum quis supra dorsum suum poterit portare de cibo:* de quo quidem furto curiam non tenendam esse statuitur. *Burringsek* hanc legem vocat etiam idem Skenæus.

BYSSINÆ *lucernæ.* Anastasius in S. Silvestro pag. 17. *Ante corpus B. Laurentii Martyris argento clusam ipsius passionem, sigillis ornatam, cum lucernis byssinis argenteis pensant, &c.* f. *bimixis.*

BYZANTIUS, Nummus aureus ab Impp. Constantinopolitanis cusus Constantinopoli, quæ olim *Byzantium*, unde monetæ nomen. Joan. de Garlandia in Synonymis:

Dragma Bisantius est, vel Aureus, atque Talentum.

Ugutio: *Bizantium olim dicta est Constantinopolis, unde Bizanticus & Bizantius, & hinc adhuc moneta illius loci dicitur Bizanteus & Bizantius.* Joannes VIII. PP. Epist. 133. primus videtur hanc vocem usurpasse: *Et nostram iram habebit, & mille Byzanteos palatio nostro componet.* Baldricus Dolensis lib. 1. Hist. Hierosl. *Direxerunt itaque legationem Constantinopolim, quæ vocabulo antiquiori Byzantium dicta fuit, unde & adhuc monetæ civitatis illius denarios, Byzanteos vocamus.* Willelm. Malmesbur. lib. 4. de Gestis Regum Angl. *Constantinopolis primùm Byzantium dicta: formam antiqui vocabuli præferunt Imperatoris nummi, Byzantini vocati.* Guntherus in Hist. Constantinopol. cap. 15. de Constantinopoli: *Græco nomine Byzantion vocabatur: unde & apud modernos nummi aurei, qui in illa formari consueverant, à nomine ipsius urbis Byzantii appellantur.* Perperam igitur Miræus, qui à *Vesuntione Sequanorum metropoli*, vulgò *Bezançon*, Byzantios dictos scripsit. Charta Henrici Imp. an. 1075.

pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium: *Ut unus aureus, quem Byzantium dicimus, singulis annis — persolvatur.* Charta Henrici Imp. an. 1107. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 310. *Unus aureus, quem Byzantium dicimus.* Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Fu sa raençons aramie,
Et de Besans & d'Estrelins,
Et de Mansois & d'Angevins.

Vide V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 680.

Byzantei, Byzanti, apud Petrum Damian. lib. 5. Epist. 13. Tudebodum lib. 4. pag. 790. 793. & Ordericum Vitalem p. 736. 740. 751. 760. 829. 830. *Bisanti aurei,* in Capitulari Radelchisi Princip. Beneventani Le R.. & 27. & apud alios passim. *Auri optimi Bezantii,* Charta an. 915. apud Ughellum tom. 1. 853. 960.

Byzantii albi, seu argentei. Constitutionis Odonis Legati Apost. in Cypro an. 1248. cap. 4. *Quibus etiam volumus, in Nicosiensi Ecclesia 40. & in aliis 25. byzantios albos, — exhiberi.* In Charta an. 1399. in insula Cypro descripta, observo datos Conventui & Monasterio FF. Prædicatorum Nicosiæ, ubi humatus erat Hugo Princeps Galileæ, *Byzancios albos de Cypro mille,* pro anniversarii dicti Principis fundatione. Occurrunt etiam in Bulla Gregorii IX. apud Ughellum tom. 7. pag. 60. in Constitut. Joannis Archiepisc. Nicosiensis an. 1321. cap. 8. &c.

Byzantius de plata, seu argenteus. Charta Bermundi de S. Martino nobilis Majoricensis an. 1232. *quâ Nunoni Sancii vendit aliquot alquerias pro mille & quingentos bisancios bonæ platæ veteris Mirtalmomemni, quos omnes habuit & recepit.* Vide *Plata.*

Byzantii Massamutini, in veteri Charta apud Ughellum tom. 3. pag. 486. Vide *Marabotinus.*

Byzantii Saracenati, Saracenici, Nummi aurei Sultanorum Iconiensium, apud Innocent III. PP. lib. 16. Ep. 173. Gauter Cancell. pag. 463. Will. Tyr. lib. 12. cap. 25. Vincent. Bellovacens. lib. 32. c. 56. 201. Nangium in Vita S. Lud. pag. 356. Joinvillam, &c. *Saracenati,* nudè apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. pag. 1126. *Saraceni,* pag. 1125. Vide Dissertat. 20. ad Joinvillam.



C.



LITTERA numeralis, quæ centum denotat unde versus:

Non plus quàm centum C. littera fertur habere.

Qui apud Ugutionem sic legitur:

Non plus quàm centum C. constat havere conexum.

Fidem literæ si recta linea superaddatur, centum millia significat.

C in superscriptione cantilenæ, ut citò vel celeriter dicatur, certificat. Notkerus Balbulus de Notis musicis.

CAANUS. Vide *Caganus.*

CABA. Vide *Cava.*

CABALE, Capitale, Capitalis summa, *Cabal,* Tolosanis, ut est apud Goudelinum: *Cabal,* vel *Cabau,* in Consuetudine Burdegalensi art. 49. 50. 56. & Baionensi tit. 3. art. 21. 22. 23. Statutum Comitis Tolosani an. 1197. in debitores, apud Catellum in Hist. Tolosana p. 227. *Constitutio talis fuit: si aliquis respondeat suo creditori, se non habere aliquid, quod ei possit solvere, quòd Vicarius si clamorem inde habuerit, eum in castello 8. diebus teneat, & si ad octavam diem creditor potest probare, quòd debitor aliquid ei possit persolvere, quòd debitor ei persolvat. Si verò creditor hoc probare non potuit, vel noluerit, si debitor ei non satisfecerit, vel cum eo non convenit: quòd debitor tradatur creditori, ut & teneat eum in sua potestate, & quòd teneat eum in ferris, absque ullo alio malo, quod ei non faciat, scilicet pro cabale, & non admittat eum ire extra suam domum, & non teneatur ei dare ad comedendum nisi panem & aquam, nisi voluerit, &c.* Ubi *Cabale,* non semel infrà occurrit. Vide *Capitale.*

CABALLACUM, *Cavallaticum,* Præstatio avenæ pro *caballis.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu: *Ad Natale Domini alterum receptum de quatuor membris de carne, & de tribus denariis pro vino, & de tribus panibus, & sextarium ordei pro cavallatico, & oblias de duobus membris, &c.* Ibidem fol. 107. *Et proporco duos solidos & dimidium, & 4. sextarios avenæ de caballaco, & unum cartallum de fabis, & duas focacias, &c.* ita fol. 108. 109. 110. 113. 114. &c. & 129. *Willelmus Boscar 10. den. & 1. Cartal de civa de cavalazzo, & taschtam.* Suprà: *Ista cabannaria debet 4. sestarios de avena de cavalazo.*

CABALLARIA, Prædium *servitio Militari* obnoxium, apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. c. 24. §. 10. *Cavareria* Vasconibus; *Cavalhairion,* Carcassonensibus: aliis, *Chevalerie*: Latinis inferioris ævi *Militia*: κλῆρος ἱππικός, in veteri Inscriptione apud Seldenum ad Marmora Arundeliana p. 156. & in libro de Titulis honorariis p. 839. Sabellicus lib. 9. Hist. Venet. decad. 1. p. 248. de Creta insula *Prædia quædam in insula esse constat, quæ equestris Militiæ nomine emeritis traduntur: insulani Caballarias vocant.* Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 167. ubi de hærede agitur, qui anno ætatis decimo quinto feudum tenere potest: *Et se il n'est chevalier, quant il fait la preuve de son âge, se il fait que sages, il dira au Seignor, quant il aura son âge prové, Sire, donez-moy un respit reinable de moi faire chevalier pour faire vous le servise, que je vous dois de monfié; & le Seignor li doit doner le respit de 40. jours.* Cap. 145. *Par l'Assise ou usage de cestui Royaume, fié qui ne doit servir que d'une chevalerie, ne se part mie entre serors.* Et cap. 147. *Quant fié eschet à plusiours seurs, qui doivent service de plusiours Chevaliers, le fié par l'Assise, ou l'usage de cestui Roiaume de Hierusalem doit estre parte entre elles, en tel maniere, que si elles sont deus, & il y a deux Chevaliers, chascune doit avoir l'une des Chevaliers, & la maint née des seurs qui ont part fait la partison, & les aisnées choisissent, &c.*

Cavalleria. Apud Aragones Ricis hominibus jus antiquum erat in omnibus civitatibus atque oppidis maxima vectigalia pro Militibus alendis assignari, quæ stipendiariæ portiones vocabantur *Honores* & *Cavalleria.* *Portio unius Militis,* apud Lucam Tudensem in Chronico æra 880. Usatici Barcinonenses MSS. editi à Raimundo Berengarii & Adelmodi Comit. Barcin. cap. 4. *Miles verò si Cavallariam dimittit, dum eam tenere possit, nullo modo judicetur, nec emendetur sicut Miles. Cavallariam satis dimittit, qui cavallum & arma non habet, nec fevum de Milite tenet, & in hostes & cavalcadas non vadit, nec ad placitos, & curias sicut Miles, nisi senectus eum detinuerit.* Iidem Usatici cap. 18. *Omnes homines debent firmare directum senioribus suis, ubicunque seniores eorum eis mandaverint in suo: ad Potestatem quoque Vicecomites & Comites sui per unumquodque castrum cum honore suo per 100. uncias auri valentiæ: Miles verò per 10. per unamquamque Cavalleriam terræ, per castrum cum ademprامento ejus per alias 10. per fevos minores secundùm eorum valorem: per hominaticum namque, per mediam Cavalleriam terræ de hoc quod ad fidem* per-

pertinebit. Vitalis Episcopus Oscensis apud Hieron. Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 730. *Ille Ricus homo, qui habet 40. Cavallerias, potest sibi retinere 4. &c.* Infrà: *Casus autem amissionis Honorum & Cavalleriarum sunt hi, &c.*

In foris Aragonensib. *Cavallerias tenentes à Dom. Rege tenentur servire domino Regi ubique, salvo in mari, &c.*

Quadruplex autem olim fuit Cavalleriarum species: quasdam enim *Cavallerias de honor* vocabant, alias *Cavalerias acostumbradas dar como de honor* nonnullas; postremas verò, *Cavallerias acostumbradas dar como de mesnada.* Eadem namque officia, diversa adjuncta ratione, disparibus ordinibus tribuebantur.

Cavalerias de honor, stipendia illa nominabant, quibus Rici homines Milites suos, vel Militum filios, *Infanciones* vocatos, afficiebant: eis enim dari poterant, vel debebant, dabanturque vel in pecunia, vel in fructibus, aut vacuis possessionibus, ut cuique Rico homini liberum erat; ab eo autem quod vectigalia Ricorum hominum *Honores* sunt vocata, & ipsa etiam alimentaria Militum ac Infancionum stipendia, quia in iisdem illis honoribus decernebantur, *Cavallerias de Honor* vocari consueverunt. *Qui autem tenent Cavallerias honoris, tenentur servire Dom. Regi tempore guerræ per tres menses in anno, in eundo, stando, & redeundo*, in Observ. Foror. Aragon.

Cavalleriæ de Mesnada, prioribus erant dignitate inferiores. Ita autem appellabant singulas eas stipendiarias portiones, quas Reges de regalis patrimonii & Sdiis, domesticis suis ac palatinis hominibus impertibant. Sed de Menasderiis agitur suo loco.

Cavalleriæ acostumbradas dar como de Honor, & como de Mesnada, ita dictæ, quòd interdum quæ unius generis erant, ad alteram traducerentur: verbi gratiâ cum *Cavaleria de Honor* fiebat *Cavaleria de Mesnada*, vel è diverso, id est, mutabilis, aut immutabilis. Nam *Cavalleriæ de honor* perpetuæ erant, aliæ ad libitum à Rege, à quo nudè pendebant, conferebantur. Vide Foros Aragon. lib. 7. tit. *de Cavalleriis.*

Cavallaria occurrit etiam in Charta Caroli C. Imp. an. 37. pro Monasterio S. Bertini, quæ est prima Chartularii ejusdem Monasterii: *His rebus adjecimus ad victum Fratrum villam nomine Hegebort cum omni Integritate sua, ut olim fuit, exceptis cavallariis tribus.* Vide *Militia*, & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. in v. *Cavalleria.*

CABALLATRIUM, nudè in Gloss. Arabico-Lat. videtur esse *atrium*, in quo exercentur *caballi*, seu equi, nisi legendum sit *Caballarium*, equile, quomodo καβαλλάριον usurpat Codinus de Offic.

CABALLI, *Aves nocturnæ, hæ ululæ dicuntur.* Papias. Vide *Cavanna.*

CABALLINUM, Stercus caballi, seu *fimus caballinus*, uti nuncupatur à Marcello Empir. cap. 8. & 10. p. 65. 85. 86. vel quodvis stercus, κόπρος unde *Caballini* cognomen inditum Constantino Copronymo, quòd equini stercoris odore & tactu delectaretur. Anastasius ad Synodum VIII. CP. *Stercoralis nominis præsulatim ideo appellat hos, quos nominavit, quia cùm essent Constantini Imperatoris, qui dicebatur Caballinus, tempore, CPoleos Præsules hæresi ejus favorem pessime commodabant:* Idem Anastasius in Hist. Eccl. *Magicis maleficiis & luxuriis — & caballinis stercoribus atque lotio delectatus.* Theophanes, καβαλλίας κόπρος, Theosterictus in S. Nicetа Hegumeno n. 29. de eodem Copronymo: Τοῦτον δὲ χαίρειν τῇ δυσωδίᾳ τῆς ἀκαθαρσίας ὁ δυσωδέστατος, ὡς καὶ τὰ ἀλισγήματα τῶν ἀλόγων χελῶνθαι, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν παρακελεύεσθαι, ὅς ἐθισθεῖεν, κἂν τούτῳ φιλοφρονούμενος, τῇ δυσωδίαις ἀεὶ χαίροντας. Alii sic dictum censent, quia, dum baptizaretur, lavacrum stercore inquinaverat, quod Græci ejus ævi καβαλλῖνα vocabant. Vide Gloss. Meursii.

CABALLUS. Isidorus, & ex eo Papias, & Ugutio: *Caballus, dictus, quòd ungula terram cavet.* Ebrardus in Græcismo c. 9.

Quod pede tellurem soles ipse cavare, Caballus.

Gloss. Lat. MS. Regium, & Isidori: *Caballus, Cabo, equus. Cabo, Caballus, sonipes, equus.* Vox nota Juvenali Sat. 11. & aliis Scriptoribus. Sunt tamen qui non quosvis equos sic appellasse Latinos volunt; sed viliores, cujusmodi sunt qui pistrinis, agriculturæ, & vecturis mercium inserviunt. Jo. de Janua, *Caballus, vilis equus.* Hesychius: κάβαλλος, ἐργάτης ἵππος. S. Hieron. Epist. ad Heliodor. *Statimque certamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.* Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 11. *Ipsumque super miserabilem imponentes caballum, &c.* Vide Casaubonum in Persium p. 7. Promiscuè tamen Latini Scriptores recentioris ætatis pro quovis equo usurpant. Vide Gregor. M. lib. 8. Epist. 46. lib. 9. Epist. 38. lib. 10. Epist. 30.

Caballus domitus, in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. §. 6. 7. 25. & in Charta Romualdi Ducis Beneventani in Chr. S. Sophiæ p. 607.

Caballus medianus, in Tradit. Fuld. lib. 1. c. 149. & in Lege Alaman. c. 80. §. 2. medii pretii.

Caballus spadatus, in Lege Salica tit. 40. §. 3. castratus.

Caballus agrestis. Vide *Equifer.*

Caballada, eâdem notione, scilicet pro *opera caballi.* Tabular. Celsiniacense: *Unum sextar. de civada, & 2. sext. vini, & 6. den. pro carne, & caballadam, & corregium.*

Cavallus, apud Nicolaum I. PP. in Resp. ad Consulta Bulgarorum c. 40. Agobardum in lib. de Dispens. c. 28. & lib. Contra judicium Dei cap. 2. &c.

Caballorum pastus, saginationes. Vide *Pastus.*

Caballarii. Equites, Gloss. Lat. Gr. *Caballarius* κάβαλλης, ἱππεύς. Gloss. Basil. Καβαλλάριος, ἔφιππος, ὁ ἐν ἵππῳ καθήμενος. κάβαλλος γὰρ ὁ ἵππος. Monachus Egolismensis in Carolo M. c. 18. *Erantque in ipso 12. Caballarii, qui per 12. fenestras completis horis exibant.* Hincmarus Opusc. 5. *Per villas, in quibus non solùm homines Caballarii, sed etiam ipsi Coccione rapinas faciunt.* Vide Otton. Frising. lib. 1. de Gest. Frider. c. 24. Concilium Narbonense an. 1054. c. 20. & V. Cl. Jac. Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 389. Καβαλλάριοι Theophani in Heraclio Theophylacto Simocattæ lib. 5. c. 13. auctori Vitæ S. Nili p. 56. &c. Præsertim verò ita dicti Græcis nuperis *Milites*, seu equestri dignitate donati, quos *Chevaliers* appellamus. Ita Anna Comnena in Alexiade p. 411. Pachymer. lib. 1. c. 30. 31. lib. 4. c. 31. lib. 12. c. 11. & Cantacuzenus lib. 1. c. 42. lib. 3. c. 27.

Caballarii interdum, *qui Caballos habent* ut est in Capitul. Caroli. C. tit. 31. §. 26. *& cum Comitibus suis in hostem pergere, & debitos paraveredos præstare tenebantur.* Adde Capitul. an. 807. c. 6.

Caballarius, qui equos curat, Agaso. Gloss. vetus. *Caballarius*, ἱπποκόμος.

Cavallerius, Miles, *Cavallero*, Hispanis. Occurrit apud Diago lib. 2. de Comitib. Barcin. c. 162.

Caballator, Eques, in Glossis Arabico-Lat. *Cavalcatore*, Italis.

Caballicare, Cavallicare, Caballo vehi, equitare, Italis, *Cavalcare.* Lex Salica tit. 25. *Si quis caballum sine permissu domini sui ascenderit, & eum caballicaverit.* Edit. Heroldi habet *caballaverit.* Monachus Sangall. lib. 1. c. 22. *Per campum istum caballicavis.* Usurpant Edictum Rotharis tit. 105. §. 17. Lex Langob. lib. 1. tit. 23. §. 1. Lex Aleman tit. 71. Anastas. in Canone PP. Haimo in Homil. Luithprand. lib. 3. Hist. c. 4. Vita S. Vulmari Abbat. cap. 13. &c. Græci recentiores καβαλλικεύειν dicunt. Vide Gloss. Meursii & Fabroti ad Cedrenum.

Cabal-

Caballicata, Incursio, *Cavalcata*, Italis. Luithprandus lib.4. c.14. *Cumque eodem pervenisset, & caballicatu, ut vulgo ajunt, circumcirca dirigeret.*

Interdum pro equitatione, seu, ut ajunt, Exercitu sumitur, id est, obligatione, qua vassallus in exercitum cum domino superiore pergere tenetur. Charta Joannis Regis Angl. in Monastico Anglicano to.2. p. 1006. *Aut questum, aut procurationem, aut cabalcatam, aut exercitum — exigere præsumat.*

Caballicatio, eadem notione. Tabula fundationis S. Severi in Vasconia: *Nec in hostem, nec in caballicationem esse ducturos.* Decretum Synodale de Trevia Dei post Concilium Islebonense an.1080. *Cæterum in hac pace nullus, nisi Rex aut Comes hujus patriæ caballicationes aut hostilitatem faciat: & quicunque in caballicatione aut hostilitate Regis fuerit, &c.*

Caballeritia. Tabularium S. Remigii Remensis: *Hrobertus ingenuus tenet mansum ingenuilem* 1. *qui habet censum similiter, facit pro ea caballeritia.* Id est, pro eo tenetur ire in exercitum, seu in aciem domini. Vide *Hostis, Cavalcata.*

Caballatio, Munus alendi equos publicos, vel pecunia, quæ ad id præstabatur, idem fortè, quod *fodrum* sequioribus sæculis dictum, in leg.14. Cod. de Erogat. mil. annon. Vide Cujac. & Jacobum Gothofred. ad hanc legem.

CABANA, *Cabanesius*. Vide *Capanna.*

CABANNARIA, Ager, in quo cannabis seritur, Gall. *Chenneviere*. Vetus Precaria apud V. Cl. Dion. Salvaingum: *Deprecatus est Monachos unam cabannariam.* Hoc est, in precariam sibi dari postulavit. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol.17.18. *Dedit pro anima sua unam cabannariam super castrum Auriacense, quam tenet Petrus Cabannellus. Dedit etiam totum alodum suum, quem habebat in Savoia, præter unam cabannariam, &c.* Infrà: *Videlicet cabannariam unam, sitam in loco, qui dicitur, &c.* Rursum: *Ministraliam autem hujus cabannariæ dedit quidam villicus, &c.* Occurrit ibi non semel.

CABANNARIA. Ædes rustica, capanna, vel cabanna, vel prædium rusticum. Vetus precaria &c. Videtur deducta vox, ut initio innui, à Cannabi: ut fuerit ager, in quo cannabis seritur: Indeque prædiis ac ædibus rusticis nomen manserit. Tabular. S. Mauri ad Ligerim: *Pour eux amaiser, pour maisonner, pour faire curtils & chenevieres, & autres cultivemens.*

Chabanaria. Charta Hugonis Episcopi Gratianopolitani anni 1094. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol.19. *Vendidit mihi unam chabanariam, quæ est Misereu, pro* 170. *solidis, &c.* Fol. 24. *Et accepimus de omnibus vineis decimam, quæ sunt subtus viam in omnibus locis, excepto de condaminis Episcopi, vel de chabanaria, quæ fuit Petri Aldiard, scilicet de terris ac vineis, in quibus nec in condaminis, nec in chabanaria prædicta non accipimus, &c.* Fol. 20. *Decima verò de aquis, de pullis, de aliis omnibus, carnibus, de chanavis, de omnibus annonis, sive de omnibus rebus, quæ decimari debentur, medietas est Episcopi, medietas est Canonicorum, scilicet de Ecclesia S. Imerii, de Ecclesia de Buieu, de Ecclesia S. Martini, sive de parrochiis illarum prædictarum Ecclesiarum, excepto de condaminis Episcopi, sive chabanaria, quæ fuit Petri Aldiard, scilicet de terris ac vineis, &c.* Fol.31. *Excepto de condaminis, quas tunc habebam, & de vinea, quæ fuit de chabanaria Petri Aldiard.* Fol. 41. *Nantelmus de Jerra habuit* 3. *chabanarias pro Episcopo Hugone Gratianopolitano, qui reddit unaquaque* 13. *sextarios de civata, &* 12. *denarios &* 1. *gallinam, &* 1. *pulzinum, & opera, & maneopera.* Fol. 49. *Ante me confessus est ipsam chabanariam esse antiquum feudum Cellariæ, &c.* Fol. 53. *Et omnes chabanariæ prædictæ debent opera & manuum operam, & corvatam, sicut alia terra Episcopi vel Comitis.* Fol.60. *Medietatem decimæ milii & panitii, sive leguminis & chanavi, gurpisco & dono, &c.* Fol.75. *Excepto chabanariam, in qua est domus mea, quam pater meus dedit B. Laurentio, decimam de prædicta chanabaria.* Fol.76. *Excepto unam chabanariam, sive tenuram, quæ est S. Laurentii Monasterii.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Dono sanctæ Viennensi Eleemosynæ de alodo meo unum campum rotundum, & duas sextariatas terræ juxta eundem campum, & duas cavenarias, & alterum campum, &c.* Alibi: *Unam chanavariam vendimus & donamus, quæ est sita in villa, qua vocatur Plans.*

CABARE, Cavare, fodere. Tabular. Casauriense, anno Ottonis Imp. 16. *Concedisti mihi Majoni — unum sedium de molino, qui est superlacum, — ut habeamus ego Majo licentiam ipsum sedium cabare, & formas facere, & omnem firmamentum ad ipsum molinum faciendum.* In veteri Inscriptione apud Gruterum p.622. 1. *Cabatores*, pro *Cavatores*, dici quidam opinantur.

Scabare, pro *Cavare*, non semel occurrit in Vita S. Eligii: lib.2. c. 6. *Mox, ut terram sarculo scabare cœpit.* Rursum: *Cùm paululùm ima fossæ declinans in latus cavernæ scabare humum cœpisset.*

CABATGIUM. Vide *Capitalagium.*

CABECALARII, Executores testamentorum. Fori Oscenses Jacobi I. Reg. Aragon. an.1247.fol.13. *De spondalariis, vel cabeçalariis, aut testibus, qui eos fecit aut constituit, qualicunque loco facit eos, ibi habet se juvare de iis, &c.* Infrà: *Et si cabeçalarii volunt partire, possint partire, &c.* Et fol.14. *In quibus testamentis spondalarii debent conscribi, qui Cabeçalarii seu Manumissores ab aliquibus nuncupantur.* In Observantiis Regni Aragon. lib. 5. habetur titulus, *de Tutoribus, manumissoribus, & cabeçalariis.*

CABELGENSES, ita appellati quidam factiosi in Hollandia sub annum 1350. *Cabillaux.* Joan. Molineto pag. 46.57. 117. Joan. à Leydis lib.29. cap.16. *Anno D.* 1350. *ortæ sunt, proh dolor! in Hollandia duæ factiones seu partialitates, — homines verò unius factionis assumpserunt nomen à quodam pisce marino, qui dicitur Asellus, i.* Cabbelyau, *ad denotandum, quòd sicut piscis ille in mari est devorator aliorum piscium, sic & isti essent domitores suorum adversariorum: & isti dicuntur Cabelgenses.* Alterius verò factionis *homines nominati sunt è contra Hoeckenses, trahentes vocabulum ab hamo, quasi dicerent: Hamus piscem prendere sæpe solet, &c.* Kilianus: *Kabeliau, Kablean, i. Bollick, Asellus piscis.*

CABELLUM, Organi musici species. S. Augustinus lib.3. de Musica cap.1. *Velut cum à Symphoniacis cabella & cymbala pedibus feriuntur.*

CABELLOTI. Vide *Gablum.*

Cabentia, Facultates, bona: ex Gallico *chevance.* Charta ann. 1375. data Avenione: *Et teneatur dare & assignare tantum in dotem & nomine dotis, quantum fuit datum & assignatum matri ipsius Joannis: Et aliis verò filiabus dare liceat cabenciam juxta sui voluntatem.*

CABESCHOLIA. Vide *Caputschole.*

CABIACES, *Nudi*, apud Papiam MS. Editus habet *Cabiedes.*

CABIDARIUS, Lapidarius. Gloss. Gr. Lat. καβιδάριος, *Cabidarius*, pro *Cavidarius*, qui gemmas excavat: *Cavatores* dicti cælatores, qui planam tabulæ superficiem stylo exarant, non ductus extantes & eminentes exprimunt: *Graveurs de pierres precieuses:* λιθουργοί, Palladio in Hist. Lausiaca cap. 5. λιθουργόν, ὃν λέγουσι καβιδάριον. Monet Cujacius in l. 1. C. de Excusat.

Excusat. artinc. lib.10. pro *Clavicarii*, legit in Codd. MSS. *Cabularii*, vocemque καβιδάριος haberi etiam in libro 56. Βασιλικῶν ad l. 12. de Cohort. Vide *Cabare*.

CABILLINUS, Vasis genus. Leges Ethelredi Regis Angl. c.23. apud Bromptonum: *Et in sancto Natali Domini duos grisengos pannos, & unum brunum, & 10. libras piperis, & chirotecas 5. hominum, & duos cabillinos colennos aceto plenos, & totidem in Pascha.*

CABIMENTUM, ut habetur in Statutis Ordinis Hospital. S. Joan. Hierosf. tit. 19. de verbor. signif. §.22. *vocabulum est Gallicum, à cabire, quod significat aliquid assumere, de quo qui se putat rationem probe reddere posse: sic vocatur Commenda, quæ Fratri suo ordine conceditur.* Vide tit. 14. §.55.

CABLICIA, Rami arborum, vi ventorum, aut tempestate, vel alio casu disjecti: *Bois chablis*, Gallis. Inquisitio de forisfacturis forestarum in Addit. ad Matth. Paris. *Inquiratur qui acceperint profectum de cabliciis.* Vide *Arbor jacentiva*, & infrà in *Cabulus*.

CABO. Papias: *Cabo, equus castratus.* Glossæ Isidori: *Cabo, caballus, sonipes, equus.* Hinc efficta vox, *Caballus.* Vide Meursium in κάβων.

CABOS, Rhombus, piscis, vulgò, *Chabot*, in Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1181. apud Catellum p. 216.

CABRARIUS, pro *Caprarius*, Caprarum pastor, in Lege Longob. Heroldi tit. 48. §. 3.

CABRETA. Vide *Baudosa*.

CABSARICIUS. Vetus Interpres Juven. Sat. 8. v. 167. *Inscriptaque lintea (hoc est, pictis velis) popinæ succedit, aut linteis cabsariciis tergit, vel ubi esculenta publice venduntur.* An *cannabeeis*?

CABULUS, Petrariæ seu ballistæ majoris species. Willelmus Brito lib. 7. Philipp. p. 182.

— Sex mox ingentia saxa
Emittit cabulus.

Vetus Interpres Gallicus Will. Tyrii lib. 6. cap. 15. *Una inter cæteras machina, &c.* sic vertit, *une grande perriere, que l'on claime chaable, si grosse, &c.* *Caables* nostri vocant silvarum arbores, ventorum vi ad terram dejectas. Regestum Philippi Aug. fol. 124. *Milites debent habere firmarium suum in nemore ad mortuum nemus, & ad arbores versas, sive chaable, & ad branchias volatiles, &c.* Sed hodie *Chables* vocamus funes majores & crassiores: quam vocem quidam ab Hebræo *Chabel*, quod est funis, deducunt. Arabibus *Habel* idem sonat, unde *habala*, vincire, nectere. Gesta DD. Ambasiæ cap. 5. n. 1. *Cabulis impositis ad summa ascenderunt.* Aliud sonat *Chable*, in Regesto censuum & feodor. Carnotens. fol. 1. in Camera Comput. Paris. ubi de mulctis, *seu emendis: Item d'un sang feit, 15. sols torn. Item d'un chaable, 60. s. L'en dit que c'est chaable, quand il appert trois coups orbes.*

Chadabula, idem quod *Cabulus*, Guillelmo Armorico de Gestis Philippi Aug. an. 1202. *Tribus lapidibus magna petraria, quæ Chadabula vocabatur, emissis.*

CABUS. *Cabistercus.* Papias: *Cabistercus, vacuum & inane, vel illud intestinum, quod stercus capit.* Joan. de Janua: *Cabus, nomen est mensuræ, de qua Regum lib. 4. c. 6. quarta pars cabi, sc. stercoris columbarum, & ut dicit Josephus, hoc condiebant cibos pro sale. Item in Historiis dicitur. Tradunt quidam nomine stercoris dici vesiculam columbæ, in qua recipiebantur grana deforis allata.* κάβος, εἶδος μέτρου, Phavorino. Vetus Charta Lusitanica apud Anton. Brandaon. lib. 9. cap. 30. *Proinde quod vos fecistis honorem & cabum super me, & fecistis mihi servitium bonum & fidele.* Ubi Editor, *com respeito & bon acolhimento.*

CABUTA. Vide *Cambuta*.

CACABATUS, Denigratus, cacabo fumoso illitus, *Chaudronné*. Paulinus Nolanus Epist. 12. *Cùm ædificia, quæ immaculata adhuc operis tui gratia splendent, obscurata neniis insipientiæ meæ, & ut digno versibus meis utar verbo, cacabata ridentibus multis — aspicies.* Pelagius: *Appenderunt in collum meum cacabatas ollas, & ansas vasorum.* Fortunatus lib. 6. Poëm. 10. de Coco regio:

Corde niger, fumo pastus, fuligine tinctus,
Et cujus facies cacabus alter adest.

Ibidem:

Cui sua sordentem pinxerunt arma colorem,
Frixuræ, cucumæ, scafa, patella, tripes.

Althelmus de Laude virg. c. 43.

Sed præstante Deo cæcatur corde malignus,
Basia cacabis dum stultus tradidit atris,
Sic ollis niger, & furva sartagine teter, &c.

Apophthegmata Patrum edita nuper à V. Cl. Jo. Bapt. Cotelerio c. 4. ubi de dæmone, quem Moyses Monachus expulerat: ὁ δὲ ἐξελθὼν ἔλεγεν ἑαυτῷ καλῶς σοι ἐποίησαν, σποδόδερμε μέλαν. Quæ verba postrema sic vertit Palladius in MS. Corbeiensi: *Cinerate & cacabate*, uti monet idem vir doctissimus. Vide Rosveidum ad Paulinum, & Filesacum lib. 1. Select. p. 244.

CACABOLUM. Vide *Catabulum*.

CACABULUM, Minor cacabus. Occurrit apud Apitium lib. 4. c. 12. &c.

CACABUS, Judicium aquæ ferventis. Vide *Aqua fervens. Cacabacius panis.* Vide *Panis cacabacius.*

CACAFERRI. Matth. Silvaticus: *Scoria ferri, i. squamma ferri, quam fabri ferrarii de fornacibus ejiciunt globatim, Lat. ærugo ferri dicitur etiam cacaferri.* Vide Angelum Paleam in Antidotar. Mesuæ cap. 41. extremo.

CACANUS. Vide *Caganus*.

CACARE *ad judicium.* Ugutio: *Vador, aris, in vadem ponere, i. vadem dare, & ego vador illum, do tibi illum in vadem: vel vadari, i. cacare ad judicium, ad placitum fide jubere, vel polliceri, &c.*

CACCULA. Ugutio: *Monedula, avis, quæ vulgò dicitur Caccula.* Graculus, Gall. *Chucas.*

CACEPOLLUS, *Cachepolus, Chacepollus*, Lictor, satelles, Anglis, à *Catchpoll*, quæ vox occurrit apud Willelmum Thorn. p. 2153. & 2154. Cambro-Britannis, *Ceisppvl*, est lictor. Gloss. Ælfrici: *Exactor*, hæcePol. Sed nescio an hæc huc spectent? Alii volunt vocem compositam ex *to catch*, apprehendere, & *pole* vel *polle*, caput. Leges Ethelredi, apud Bromptonum, cap. 24. *Si cacepollum advocet, quod ei telonium dedit, & ille neget, perneget ad Dei judicium, & in nulla alia lada.* Lambertus Ardensis in Hist. Comitum Guin. *Servientes etiam & Cachepoli cum virgis, & asperis virgis, operatores invicem provocantes, &c.*

Chacipollus, in Bibl. Sebusiana cent 1. c. 56. Occurrit non semel in Charta Ludovici Dom. Bellijoci, pro Libertatibus villæ Bellijocensis an. 1274. Feodum *de Chassipolerie de Dompmartin*, in Probat. Hist. Bressensis p. 52. species sergenteriæ.

CACAVELLUS, pro *cacabellus*, Minor cacabus. Charta plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brissonium lib. 6. Formul. p. 647. *Cacurrella cum manica ferrea vetere pensante libra una semis, cacavello rupto pensante libra una, &c.*

CACETUM. Turpinus cap. 29. *Beatum autem Rothlandum super duas mulas caceto aureo subvectum palleis tectum usque Blavium Karolus deferri fecit.* Ita MS. Codex, ubi editus, *tapeto aureo subvectum, palliis tectum, &c.* præfert.

CACHERELLUS, Judex pedaneus, Baillivus inferioris ordinis, apud Anglos. Willelmus Thorn: *Senescallus & Custodes nostri diligenter inquirant de injuriis per Baillivos & Cacherellos Vicecomitis, nobis vel tenentibus nostris factis.* Idem: *Pauperes tenentes nostri defendantur contra Cacherellos, quantum de jure possunt.*

ſunt. Vetus Charta apud Spelmannum, *Paulus de Stanes fuit tunc Cacherellus de Hundredo de Acſtane.*

CACHUS. Vetus Scheda de Translatione S. Auſtremonii tom. 2. Bibl. Labbei pag. 505. *Ubi pro reverentia B. Martyris plurima reliquit inſignia ſcilicet cachos cryſtallinos, & lapides pretioſos, &c.* Sed legendum *ſcacos.* Vide in hac voce, & in *Caucus.*

CACIA, Capſa, *Chace,* vel *Chaſſe,* arca. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 33. *Accipiunt ova gallinarum, & rumpunt ea, & in cacia vel capice lignea aut ferrea, quæ tamen ſit ſtagnata, ponunt ea, &c.* Occurrit ibi pluries.

CACIARE, *Chaciare,* Venari, Italis *Cacciare,* Gallis *Chaſſer,* vel *Chaçer.* Capitula Caroli C. tit. 43. cap. 32. *In Odrela villa porcos non accipiat, & non ibi caciet niſi in tranſeundo.* Cap. 33. *Ut Adelelmus de foreſtibus diligenter ſciat, quot porci & feramina in unaquaque à filio noſtro caciata fuerint.* Liber donationum Eccleſiæ Ratisponenſis in Metropoli Salisburgenſi to. 1. p. 246. *De venatione ita ſe coadunaverunt, ut utrisque liceret in iſta parte commovere, & ſic in antea caciando perſequi.*

Chacea, Chacia, Chaſea, Venatio, Gallis & Anglis *Chace:* unde *Chaceare,* venari, *Chacer.* Charta Edw. II. in to. 2. Monaſtici Angl. p. 102. & 103. *Ac conceſſionem, quam eadem Alicia fecit eisdem Eccleſiæ & Canonicis de libera chacea in omnibus terris & boſcis ſuis in feudo ipſius Aliciæ, ad omnimodas feras chaciandas & capiendas.* Alia ibidem p. 107. *Cum placitum aliquando motum eſſet — de Chacia habenda in boſcis & moris de Hamelak.* Alia anni 1226. in Probat. Hiſt. Monmorenciacæ p. 401. *Chaciam, quam habebam ad magnam beſtiam in foreſta Cruyæ, videlicet ad cervum, bicham, porcum, capreolum, & damam.*

Caça. Fori Oſcæ an. 1247. Sub Jacobo I. Rege Aragon. *De cane de caça, ſi alicujus canis occiderit ipſum, quantamcumque caçam dominus canis mortui poterit probare, quòd una die occiderit canis ejus, tantam caçam debet emendare dominus canis unaquaque die domino canis mortui, aut quod reddat canem homicidam, quia talis eſt ſua calonia.*

Chacea interdum ſumitur pro ipſo ſaltu, & ipſa ſtatione, in quâ venationis gratiâ aluntur feræ, nullo, inquit Spelmannus, cincta ſepimento; ſed privilegio tuta, vel à Principe conceſſo, vel præſcriptione adepto. Differt autem *Chacea* à *Parco,* quòd hic anguſtior eſt, & palis aut muro circumcluſus; & à foreſta, quòd hæc multò eſt extenſior, & ampliſſimis legibus inſignita. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 722. *Paſturam omnium animalium ſuorum ubique in chacia noſtra de Tudiham, — & de ſubboſco in dicta chacia ad terram dictorum Monachorum meliorandam, &c.* To. 2. p. 103. *In dominicis boſcis ſuis & chaceis.* Willelm. Thorn: *Habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris, --- dum tamen terræ illæ non ſint infra chacias aut Warennas noſtras.* Fleta lib. 1. cap. 20. §. 55. *Qui appropriaverint ſibi liberas chacias vel Warennas ſine Waranto.* Statutum Edw. III. an. 21. *Ut malefactores in foreſtis, chaceis, parcis & Warennis, &c.* Adde Statutum 2. Weſtmonaſter. cap. 29.

Fractio chaceæ regalis, in Legibus Canuti Regis de foreſtis c. 21. 28. 29. Ubi *rei* dicuntur *fractionis foreſtæ Regis,* qui venationem regiam quovis delicto in foreſta interturbant: Galli dicunt *ruiner les plaiſirs du Roy, Entreprendre ſur les plaiſirs du Roy.*

Caſſa, idem quod *Cacia,* in veteri Inqueſta apud Columbum in Epiſcopis Vaſionenſibus lib. 2. n. 26. 29. *Caſſa ſalvaſina,* ibidem: *Chaſſe ſauvagine.* Vocabuli etymon cenſet V. Cl. Ægid. Menagius à *Captare* accerſendam, in Orig. Gall. & Ital. Certè ἄγραν, *Captionem* & *Venationem,* vertit Gloſſ. Gr. Lat. Silvius à *Caſſibus,* deducit: quippe venatores feras in caſſes propellunt, & clathratas feneſtras, *Chaſſis* dicimus, quòd caſſium, ſeu retium, formam referant. Octavius Ferrarius ab *agere,* vel *agitare.* Alii denique à *Capſum,* vel *Caſſum,* de quibus vocibus infrà agimus, quod quidpiam clauſum denotat: nam *Caceas* parci ſpeciem fuiſſe docuimus, in quo venatio ferarum peragebatur. Vide *Chacea.*

Chaçare ad omnes beſtias, in Regeſto Philippi Aug. f. 28.

Caçor, & *Chaçor,* Equus venatorius, *un Chaçeur,* in Legibus Normann. Willelmi Nothi cap. 22. 23. quam vocem non intellexit Seldenus. Hiſtoria fundat. Kingeswodenſis Abbatiæ in agro Gloceſtrenſi in Angl. *Dederunt mihi --- & filio meo, qui adhuc ſupereſt, unum chacorem, aut unam marcam argenti.* In alia Charta legitur, *unum cacorem. Le Roman du Renard MS.*

Et li veneres vet devant,
Sor un grand chaceour liart, &c.

Le Roman de Garin MS.

Hues és chauciées & eſperons d'or fin,
Si eſt montés el chaceor de pris,
Que li dona l'Empereres Pepin.

CACODEUS, vox hybrida, Malus ſeu falſus deus. Chronicon Novalicenſe c. 7. *In quo olim templum ad honorem cujusdam cacodei, ſcilicet Jovis, &c.*

CACULATOR. Vide *Cauculator.*

CACUMINARE. Vide *Incrocare.*

CACHUS. Vide *Scachus.*

CADA, *Arvina: Oleum de cada, Oleum oxycedri,* in Gloſſ. Arabico-Lat. Vide Meurſium in Κάδος.

Cadala, in eodem Gloſſ. Arabico-Lat. *Inſtitura, negotiatio pinguedinis, unguinaria, axungiaria.*

CADABOLUM. Vide *Cabulum.*

CADABUNDUS, *Crebrò cadens,* Ugutioni: Caducus.

CADARFREDA, in Lege Longobard. lib. 2. tit. 14. §. 25. & tit. 23. Ubi Boherius, *per cadarfredam judicare,* eſſe ait *ex conſuetudine,* & uſu apud omnes recepto, non verò ex ſcripta lege: quod velle videntur Leges ipſæ, ac præſertim Luitprandi Regis tit. 54. *Quia etſi adſictum in Edicto propriè non fuit, tamen omnes Judices & fideles noſtri ſic dixerunt, quòd catarfreda* (ſic) *antiqua uſque nunc fuit,* id eſt, conſuetudo. Unde emendandus Papias: *Caderfida, id eſt, verſus:* ubi legendum *uſus.* Idem Luitprandus in Præfat. ad tit. 60. *Alii volebant per uſum, alii per arbitrium judicare.* Ugutio: *Guadarfida, conſuetudo antiqua.* In Legibus Luitprandi Regis tit. 104. §. 4. ſcribitur *Wadarfida.*

CADESA. Joan. de Janua: *Cadeſa, ſcortum. Gen.* 38. *de Jacob dicitur: Quam cùm vidiſſet, ſuſpicatus eſt cadeſam, id eſt, ſcortum.* Vulgata habet meretricem, Gr. πόρνην.

CADEX, *Caudex, truncus.* Joan. de Janua.

CADI, Sigilla, *Seaux,* in veteri Charta apud Bruſchium de Monaſt. Germ. p. 41.

CADIUS, Judex, præfectus, apud Saracenos & Turcos. Will. Tyrius lib. 10. cap. 16. *Juridicus, qui juri dicendo præerat, qui etiam lingua eorum Cadius appellatur.* Matth. Paris: *Adducti ſunt Procurator civitatis, qui lingua eorum Emir dicebatur, & Juridicus, qui Cadius appellabatur.* Ducas Hiſt. cap. 13. ἕνα τῶν αὐτοῦ κριτῶν καὶ νομιμαρίων, ὃν αὐτοὶ καλοῦσι κάδιν. Adde Vincent. Bellovac. lib. 31. cap. 141. & vide Meurſium in κάδης. Vide Gloſſ. med. Græcit. in κάδις & καῖτος.

Cadinus. Epiſtola Paſchalis Fratr. Ord. Minor. apud Wadding. in Annal. Minor. an. 1342. num. 10. *Ad quam Meſquitam --- ſunt congregati Cadini, id eſt, Epiſcopi eorum, & Taliſmani, i. Sacerdotes.* Verùm legendum, *Cadii,* ni fallor.

CADIVUS, Qui per se cadit, unde *Cadiva poma* apud Plinium: præsertim *Caducus*, qui eo morbo laborat, qui hominem cadere facit. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum: *In quodam loco cœperunt fieri quædam percussiones, ita ut caderent quidam modo Epilepticorum, &c.* Gloss. Lat. Græc. *Caducus*, ἐπιληπτικός. Sic enim ibi emendandum. Gloss. Lat. MS. Regium: *Caducus à cadendo dictus est, Vecors, Dæmoniaticus, Lunaticus.* Gariopontus lib. 1. cap. 7. de Epilepsia: *Alii caducum ex eo, quod cadunt, appellavere.* Marcellus Empiric. cap. 20. — *Etiam caducis datum prodest: nam si vel duos cyathos cadivus inde sorbeat, &c.* Marculfus lib. 2. form. 22. *Vendidi servum juris mei, aut ancillam ... illam, non furem, non fugitivum, neque cadivum, sed & mente & omni corpore sanum.* Quæ totidem ferè verbis habentur in Formulis veter. apud Bignonium pag. 377. & 380. ubi rectè Spelmannus & Lindenbrogius *Cadivum*, Epilepticum interpretantur, quem *Caducum* vocat Firmicus lib. 3. cap. 6. lib. 4. cap. 1. 2. 7. &c. & Lex Bajvar. tit. 15. §. 9. ubi ait mancipii aut caballi venditionem irritam fieri non debere, *nisi fortè vitium invenerit emptor, quod illi venditor celaverit, hoc est, in mancipio, aut caballo, aut in qualicunque peculio, id est, aut cœcum, aut herniosum, aut caducum, aut leprosum.* *Juris enim erat apud veteres*, ait Acron ad Horatii Sat. 3. lib. 2. *cùm servum distraheret quis, ejus omnia vitia vel animi, vel corporis publicaret, nisi fortè amaret litem, quia licebat emptori agere contra venditorem, si inveniebatur postea servus vitiosus.* Ita *Caduci* in Vita MS. Caroli Magni jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. cap. 23. Vide *Lunaticus.*

Cadiva insania, pro Epilepsia, in Vita S. Præjecti cap. 2. num. 6. *Cadiva gutta*, in Glossis Biblicis MSS. *Cadax passio*, apud Alexandrum Jatrosophistam lib. 1. Passionum, cap. *de Cadiis freneticorum.* Isidoro in Gloss. *Cadax est claudus, qui sæpe cadit.*

CADONNA. Ugutio: *A cado, hæc Cadonna, id est, acus, qua mulier caput scalpit, eò quòd cadere faciat immunda.*

CADUCARII iidem, qui *Caduci* & *Cadivi*. S. Augustin. l. de Beata vita: *Isti homines Caducarii sunt, quo nomine vulgo apud nos vocantur, quos comitialis morbus subvertit.* Infra: *Qui sermone vulgari quidem & malè Latino; sed aptissimo sanè, ut mihi videtur, Caducarius nominatus est.*

Caducarii, Papiæ & Ugutioni dicuntur, cui caducæ hæreditates contingunt. *Caducarius*, in Gloss. Isid. *Ad quem pertinent, quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est qui succedat.* Vide leg. ult. D. de Jure immunitatis, & mox *Caducum.*

CADUCTOR. Glossæ Græc. Lat. κηρύκιον, ὃ βαςάζουσιν οἱ πρέσβεις, *hic Caduceus.* κηρυκιοφόρος, *Caducifer.* κῆρυξ, ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος, ἢ τὸ κηρύκιον φέρων, *Caductor.* Sed legendum *caduceator.*

CADUCUM, Hæreditas, *escaeta*, quæ in legitimum hæredem cadit. Tabularium Prioratus S. Nicasii de Mellento an. 1283. fol. 45. *Jure communi, vel speciali, hæreditagii, vel caduci, seu aliquo alio jure quocunque, &c.* Charta an. 1291. *Petebant pro partagio, nec non & dimidiam caduci, eschaetam defuncti Joannis de Sobliaco Militis.* Alia Hugonis Candavenæ D. de Beauval an. 1206. *Vendiderunt D. Ingerranno Vicedomino Pinconii quidquid de caduci, vel hæreditate devolutum erat ad prædictam Ametem.* Alia an. 1214. apud Rovetum in Reomao pag. 240. *Cum omni ... quod de caduco meo erat.* Alia porrò notione vox hæc usurpatur apud Jurisconsultos.

Caducum, Manus mortua. Tabularium S. Genovefæ Paris. in Charta ... Episcopi Silvanectensis: *Recognoverunt se esse homines de corpore Ecclesiæ S. Genovefæ, & quòd ipsi manum mortuam, quæ vocatur Caducum, debent, &c.* Occurrit in eodem Tabulario crebriùs. Vide *Manus mortua.*

CADUCUS, apud Erchempertum in Hist. Longobard. cap. 8. vox est convitii: *Reddite nobis, ô caduci viri & proditores, quos nequiter interfecistis.* Vide *Cadivus.*

CADULA, *orum, Guttæ, quæ cadunt ex pingui carne, cùm assatur.* Joan. de Janua.

CÆCIA, κωνώπια, in Gloss. Græc. Lat. MS. Editum *Cecia*, habet.

CÆCILINGIUS. *Qui nec loquitur, nec audit.* Gloss. MSS.

CÆCITUDO, Cæcitas, ἀβλεψία, in Gloss. Græc. Lat.

CÆCORA, Capitulare de Villis c. 44. *Herbulas siccas, vel virides radices, nepos insuper & cæcoram.* Fortè *ceporam, cepas.*

CÆLATURA, inter ministeria sacra recensetur in Synodo Exoniensi an. 1287. can. 12. *Cereus Paschalis, duo cerei processionales, celatura super altare, campanella deferenda ad infirmos, &c.* Infrà: *Onerationi omnium ornamentorum prædictorum — supportabunt, libris matutinalibus, unico scilicet psalterio, fenestris vitreis in cancello, & celatura super majus altare duntaxat exceptis, quæ Rectores vel Vicarii supportabunt.* Fortè id, quod *tabernaculum* vulgò dicimus: incertum tamen an eadem notione vocem hunc usurpet Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdun. pag. 345. *Tigna, laquearia, tecta, & celaturam Ecclesiæ, cum turri, — restauravit.* Infrà: *Tectum Ecclesiæ, cælaturam, clausuram quoque curiæ reparavit.*

CÆLESTINUS *Color*, Hyacinthinus, qui est inter albedinem & nigredinem, quasi color subalbidus, Matthæo Silvatico: οὐρανοειδὲς χρῶμα, Nicetæ Paphlagoni in Vita S. Hyacinthi Amastriani pag. 3.

CÆLIO, *Cilio*, Papias: *Cælatum, insculptum, à Cælio, quod est ferramenti genus, quod vulgo Cælionem vocant.* Alibi: *Cælium, ferramenti genus, unde cælare, id est, sculpere dicitur.* Rursum: *Cilium, unde argentarii vel sculptores operantur, à quo cælata vasa dicimus, qui vulgò Cilio dicitur.*

CÆLOCLARUS, Divis adscriptus, qui in cælum receptus est sanctus. Charta Ludovici Comitis Ferretensis an. 1187. in Anuquit. Vosagensib. lib. 5. cap. 9. *Inde est quòd ego Ludovicus Comes Ferretensis ac filii mei, cæloclarorum Principum exemplis provocati, &c.*

CÆPTUS. Traditiones Fuldenses lib. 2. Ch. 3. *Sicut ad nos jus proprietatis pertinet extra illum captum (Idest, bifang) qui est in Giusungon, captum illum foràs dimitto.* Et Ch. 7. *Et in Buahahu talem captum, qualem ibi habuimus.*

CÆSARIANI, Officiales Procuratoris Cæsaris, qui & *Catholiciani* dicuntur in l. penult. §. ult. Cod. de Bonis proscript. Ii rationes fiscales tractabant, & bona ad Principem devoluta veluti vacantia occupabant. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestr. pag. 364. & in voce tit. 10. *de Cæsarianis* Cod. Theod. lib. 7. & Arrianum lib. 3. in Epictet. cap 24. Ab hac Cæsarianorum appellatione, deductam vocem Gallicam *Sergent*, & Germanicam *Scharianthen*, opinatur Cujacius ad l. 7. Cod. de Jure fisci. Vide *Serviens.*

Cæsariani. Sanctus Cyprianus Epist. 82. *Senatores & viri egregii, & Equites Romani, — si ademptis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur. — Cæsariani quicunque vel prius confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur.*

CAFFA. Charta Caroli Calvi pro Ecclesia Parisiensi ex Pastorali minori ejusd. Eccles. num. 17. descripta etiam à Sammarthanis: *Tam pro immunitatis anterioris quondam Regibus, quàm & pro reliqua instrumenta species*

ſpecies caſſarum (vel *caſarum*) *ipſius dictæ Eccleſiæ Pariſiaci, &c.*

CAFICIUM, Menſuræ Hiſpanicæ ſpecies. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Cataloniæ MSS. *In locis Cataloniæ, ubi currit moneta Jaccenſis, vendatur caficium Ilerdæ frumenti ad pretium 25. ſolid. & in aliis locis ubi ſunt diverſæ menſuræ, vendatur menſura in illa ſecundùm quantitatem caficii Ilerdæ.* Chronicon Petri VI. Regis Aragon. lib. 3. cap. 23. *Nos donaren mil caſſicos de forment.* Raimundus Montaner. in Chron. Aragon. cap. 236. *E en Rocafort trames me en bon cavall, e una mula, e 100. cafiſos de civada.* Vide Foros Aragon. lib. 4. de Depoſito.

CAFSUS, ex Græc. καῦσις, calor, καῦμα, apud Petr. Chryſol. Serm. 124.

CAGA, Gall. *Cage*, Pyxis. Chron. Foſſæ novæ an. 1196. *Duodecim cruces argenteæ, & quatuor cagæ cum reliquiis.*

Capia, eadem notione. Papias: *Cavea — ponitur pro aliquorum animalium clauſura, quæ vulgò Capia dicitur, quaſi cava.* Ita MSS. & Editus, præterquam quòd habet *quaſi cavea.*

CAGANUS, *Cacanus*. Sic Avares, ſeu Hunni, Reges ſuos vocabant. Corippus lib. 3. de Avaribus:

Ergo ſigna meis Cagan contraria ſignis
Ferre parat.

Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 28. *Sed & Rex Chunorum, vocabatur autem Caganus: omnes enim Reges gentis illius hoc appellantur nomine.* Poëta Saxonicus lib. 2. de Geſt. Caroli Magni an. 782.

— Pariterque Caganus ad ipſum
Hunnorum miſere duces pro pace tenenda.

Sigebertus an. 520. *Abhinc regnum Hunnorum annotare ceſſabo, qui omnis gentis illius Reges Caganos vocatos lego.* Occurrit paſſim apud Paulum Diac. Theophanem, Zonaram, Cedrenum, & alios Scriptores Byzantinos. Vide Gloſſar. med. Græcit. in Κάνης, & Κνέζης.

Cacanus Paulus Warnefridus lib. 4. de Geſt. Langobard. cap. 39. *Rex Avarorum, quem ſua lingua Cacanum appellant.* Sed & Ruſſorum ſeu Moſcovitarum Principes hac dignitate donatos teſtantur Annales Francorum Bertiniani an. 839. *Miſit etiam cum eis quosdam, qui ſe, id eſt, gentem ſuam Rhos vocari dicebant: quos Rex illorum Chacanus vocabulo, ad ſe amicitiæ, ſicut aſſerebant, causâ direxerat.* Neque alterius eſt originis ac notionis vox

Cham, vel *Can*, qua Tartari Principes ſuos indigitant, quæ Imperatorem ac Regem ſonat, ut auctor eſt Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 10. *Quem etiam Can, id eſt, Imperatorem appellabant.* Et cap. 32. *Qui & Gog Cham, id eſt, Imperator, vel Rex dicitur, ſublimatus eſt in Regno Tartarorum, Caanus*, in Epiſtola Quoblexi Tartarorum Imperatoris, apud Odoricum Rainaldum in Annalib. Eccleſiaſt. an. 1278. num. 20. *Chanis*, vel *Hanis*, inquit Leunclavius in Pand. Turcico num. 3. aſpiratione forti, appellatio perquam uſitata Perſis & Tartaris eſt; apud quos Reges & Principes etiam minorum gentium *Chanes* dicuntur. Atque inde filii Principum *Chanogiani* vocantur. Reperitur in Hiſtoriis Græcis & Latinis nomen *Chagani* Avarum, quod idem eſt cum hoc *Chan*, vel *Chaan.* Nam Avarum, ſive Chazarorum patria Cherſoneſus eſt Taurica, quæ hodieque ſuos habet *Chaanes.* Maximus vero Tartarorum omnium *Chan*, cui ſubjecti ſunt *Chanes* cæteri, quique *Chitainus* adpellari ſolet. Turcici quoque Sultani poſt Oſmanem Gatim ſe *Chanes* dici voluerunt, idque retinent in hodiernum uſque diem. Porrò qui paſſim *Cham* vel *Can* interdum aliquot Scriptoribus.

Canis appellatur. Chronicon Nangii an. 1299. de Uſuncaſſano Tartarorum Rege: *Qui & Magnus Canis dicitur.* Ita Græcis ſeu Byzantinis Κάνης & Κάνις Tartarorum Princeps dicitur, atque in primis Pachymeri lib. 3. cap. 25. lib. 5. cap. 4. lib. 10. cap. 25. lib. 11. cap. 16. quam vocem dicto libro 5. c. 4 *Imperatorem* ſonare ait: τζίγγις γὰρ τὸ ὄνομα, ὃ Κάνις, Βασιλεύς, ut lib. 9. cap. 26. cæteros Toparchas *Canes* etiam vocatos ſatis declarat: οἱ γὰρ κατ' ἀνατολὴν τὸν Καζάνην εἶχον, ὡς αὐτοὶ φαῖεν ἂν κάνιν. Ita Principes Tartaricæ gentis Κανίδες eidem dicuntur lib. 5. cap. 4. quos *Caneſios* nuncupat Magiſter Rogerius de Deſtruct. Hungariæ cap. 33. *Alteri verò ipſorum Caneſio, id eſt, majori, volenti proſtrato ſuccurrere, &c.* Cap. 35. *Conſtituerunt Caneſios, id eſt, Ballivos, qui juſtitiam facerent.* Infrà: *Procurator meus de iſtis dominis erat unus, & pæne mille villas regebat, & erant Caneſii ferè centum.*

Ab hac igitur origine, aliquot ex Scaligerorum gente, quæ Veronenſem Principatum diu poſſedit, *Canes* appellatos cenſuit Paulus Jovius, quam vocem nomini proprio interdum præponebant: v. gr. *Can Franciſcus, Can Grandis, Can Signorius.* Neque Veronenſes Principes duntaxat id ſibi arrogavere prænomen, cùm in familia Dandula apud Venetos uſurpatum doceat Sanſovinus in Venetia lib. 13. ſub an. 1328. qui, ut verbis utar Joſephi Scaligeri in Epiſtola de Vita Julii Patris pag. 19. non ab illo latranti animali dicti ſunt; ſed quòd lingua Winidorum, ſeu Sclavorum, *Caban* idem ſit, quòd *Rex* aut *Princeps.* Quam quidem ſententiam non minimè firmat ipſa olim Serviæ Principis appellatio ac nomenclatura:

Knes enim appellabatur, ſeu μέγας κνέζης, vel κνέζης πάσης Σερβίας, ut eſt in Codice Regio MS. 2023. ex quo deſcripſit Goarus, quæ habet poſt Codinum de Officiis aulæ Conſtantinop. p. 414. 415. Idem autem valet ac *Dominus*: nam ea fuit vocis *Knes*, notio apud Sclavos. Ditmarus lib. 7. pag. 106. *Uxor autem ejus Beleknegini, id eſt, pulcra domina vocabatur.* Apud Cantacuzenum lib. 2. cap. 5. occurrit ταμηρχάνης Phrygiæ Princeps.

CAGELUS. Gloſſæ MSS. *Scelides, cageli.* Sunt autem Græcis σκελίδες, Pernæ, femora porci.

CAHSLITE, Mulctæ ſpecies apud Anglos. Vox Saxonica. Concilium Wintonienſe an. 1076. *Si autem poſt excommunicationem & ſatisfactionem venerint, foris facturam ſuam, quæ Anglicè vocatur Dſerhyrneſſe, ſeu Cahslite, pro unaquaque vocatione, Epiſcopo reddant.*

CAHUA, Vinum album & debile. Matthæus Silvaticus.

CAIA, *Caiagium.* Vide *Caya.*

CAILLER. Areſtum Pariſ. 9. Maji 1321. *Item 3. cyphos de caillier pretii 30. ſolid.* Vide *Mazer.*

CAIRELLUS. Vide *Quadrellus.*

CALABRA. S. Columbanus Epiſt. 4. *Vigilate, quia mare procelloſum eſt, & flagris exaſperatur feralibus, quia non à ſola minax unda, quæ etiam permota pontum ſemper cautis ſpumoſis cancavæ verticibus, hyperbolicè licet de longè turgeſcens extollitur, & ante ſe calabra ſulcatis octo millibus trudit, &c.* Apud Feſtum de verbis veteribus *Calabra* dicitur *Curia, ubi tantùm ratio ſacrorum gerebatur.*

CALAFATARE, Reſarcire, propriè de navibus, *Calfater.* Legatio Ambaſſiatorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardiniæ an. 1378. *Licet duo Carpentarii & nonnulli alii de dicta galea inceſſanter fiſſuras & diſſituras ante dictas toto eorum poſſe clauderent & calafatarent.* Gaufredus Malaterra lib. 3. c. 14.

Obducunt imas alii lanugine rimas,
Atque picem liquidam properant ſuperaddere quidā.

Calafatus, Ital. *Calafate*, Navium ſtipator, qui navium rimas & commiſſuras ſolidat & componit, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 15. & 20. καλαφάτης Heroni: unde Michaëli Imp. cognomen inditum apud Zonaram

aram pag. 193. De vocis etymo vide Gorop. Bekanum lib. 4. Hermath. pag. 74.

CALAMARE, *Calamos post messores colligere.* Ugutio.

CALAMARIUM, Vas, in quo asservantur encausta, vel atramenta, atque adeò ipsi, quibus scribimus, calami, unde nomen. W. Britto in Vocab. *Atramentarium Græcè Calamarium, quia in eo calami reponuntur.* Joan. de Janua: *Calamarium, cornu, ubi tenetur encaustum.* S. Hieronym. in cap. 10. Ezechiel. Καλαμάριον, *ab eo, quòd illo calami recondantur. Nos Atramentarium ex eo, quòd atramentum habeat, dicimus. Multi significantiùs Thecas vocant, ab eo, quòd thecæ sunt scribentium calamorum.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 13. *Calamarium aureum margaritis & pretiosissimis gemmis insignitum.* Nicetas in Manuele l. 3. num. 4. δοχεῖο· ἐρυθρὸν χνs διάλιθον χρύσεον. Concilium Calchedonense act. 1. ἀπήλειψαν αὐτῶν τὰς βίβλους, --- θέλοντες λαβεῖν καὶ τὰ καλαμάρια.

CALAMAUCUM. Vide *Camelaucum.*

CALAMULÆ, *Fistulæ organorum,* Ugutioni.

CALAMELLA, vel *Calamellus,* Fistulatorius calamus, quo in bellis etiamnum utuntur Helvetii. Papias: *Calamaula, Canna, de qua cantatur.* *Calamaulis,* in Notis Tyronis p. 173. Eustathio, καλαμαύλης, qui calamo in tibiam formato canit. *Calamella,* apud Ugutionem, *Canna, cum qua quis canit, unde Calamellarius, qui ea cantat.* Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. & Oliver. Schol. *Volebant enim sibi facere nomen, cum tubis, calamellis, & signis multis progressi.* A calamis efficta vox *Calamellus,* fistula, nostris *Chalumeau,* hodie: *Chalemelle,* olim. Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin:*

Trompes & challemelles, & cors Sarazinois.

Alibi:

N'y ot trompe sonnée, ne autre cor baudi,
Ne nulle challemie, ne bombarde ossi.

Cannamella dixit Dantes in Infern. Cant. 22. Neque aliæ sunt *Calamellæ,* à *flageolis,* seu, uti appellamus, *Flageolets.* Guill. *Guiart* an. 1270.

Lors r'oissiez trompes sonner,
Cors, tabours, flageus, & chevretes.

Idem an. 1304.

Tabours sonnent, & flagiex pipent.

Un Roman MS.

Les tropes, li flajol, licor, & li tabour.

CALAMI. Papiæ: *Hastæ candelabrorum, in modum calamorum factæ.* Vide Exod. cap. 25. 30. 37.

CALAMIZARE, *Læta cantare, à calamus.* Joan. de Janua, & Gloss. Lat. MS. ex Græco καλαμίζειν.

CALAMUS, Fistula, qua sanguis Dominicus hauritur. Tabular. Monasterii S. Theofredi Velavensis: *Calices argenteos auroque decoratos sex, cum uno calamo argenteo.*

CALANDRA. Jacobus de Vitriaco lib. 4. an. 1218. *Majores congregati sunt ad calandram templi, quid facerent, deliberaturi.* Aliàs *Calandra,* Italis, est alaudæ species, quam à *Galerita,* de qua suo loco, dictam putat Octav. Ferrarius. Eadem, quæ

CALANDRUS. Gryllus, cicada, curculio, vulgò *Calandre,* Italis, *Calandra,* apud Fridericum lib. 1. de Venat. cap. 35. Conradus de Monte Puellarum in Vita S. Erardi Episcopi cap. 1. *Et tanquam Calandrus dulcisonans in myrica, & sicut philomela in viridaria [illegible] corans.* Ubi Bolandus: *Curculio vulgo Calandra dicitur, Teutonibus Kalanaer.* Vide V. Cl. Ægid. Menagium in Origin. ling. Franc. & Ital.

CALANUS. Vide *Chelandium.*

CALARE. Papiæ: *Ponere, vocare.* Gloss. Græc. Lat. MS. [illegible], *Kalo, cio, voco.* [illegible] *Calcio,* quæ vox ad Græcam refertur. Vide [illegible] *res.*

Calare, Demittere, laxare, descendere. [illegible] *Calare.* Gloss. Græc. Lat. χαλῶ [illegible], laxo, demitto. Hist.

Cortusiorum lib. 6. cap. 5. *Calata portæ levatura, seu Saracenesca.* Ibidem: *Captis custodibus, aperuerunt portam S. Joannis, & pontem calaverunt,* i. pontem demiserunt, *ils ont baissé le pont-levis.*

CALARIA, Joanni de Janua: *Navis, quæ ligna portat. Calo, ille, qui ligna portat.*

CALASNEO, Conterminus, qui agrum collimitaneum possidet. Lex Bajwar. tit. 21. §. 1. *Nullus de alterius silva, quamvis priùs inveniat, aves tollere præsumat, nisi ejus commarchanus fuerit, quem Calasneo dicimus.*

CALATICUM. Papias: *Distychum, genus ordei dictum, quod duos ordines habeat, id est, Calaticum.* Vide eundem in *Calaticum.*

CALATORES, Festo, *Servi,* ἀπὸ τοῦ καλεῖν, *quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.* Gloss. Lat. Gr. *Calatores,* δοῦλοι δημόσιοι, περίπολοι. *Calator,* κλήτωρ. *Calatores,* ἐκβιβασταὶ ἱερέων. Gloss. Isidori: *Calator, Minister sacrorum.* Sed aliud sonat apud Leonem Ost. lib. 3. Chr. Casin. c. 58. *Gualterius —reddidit B. Benedicto fluvium Lauricum tota piscaria sua, & ipsam focem S. Benedicti, cum tota piscaria, & calatoribus suis, tam intus, quam foris, cum introitu & exitu suo.* Ubi fortè *Calatores,* remiges sunt: nam Italis *calar remi,* est navigare.

CALATURA. Vide *Theclatura.*

CALBARES. Chronicon Fontanell. cap. 9. *Unde milites Christi alimoniam consequebantur, inde nunc pastus exhibetur canibus, --- inde armillæ, balthei, & calbares fabricantur.* Ubi fortè legendum *Calbei.* Nam Festus *Calbeos* ait esse *armillas, quibus triumphantes utebantur:* unde postmodum quævis ornamenta ita dicta, etiam equorum. Gloss. Lat. Gr. *Calbæ,* κόσμια ἵππων, ubi Rigaltius ad Onosandrum *Calbei* restituendum censet, vel *Calbea,* ut Salmasius ad Hist. Aug. p. 227. Papias: *Calbæ, armillæ, quæ militibus ob virtutem dantur.*

CALBASIUS. Hist. Miscella l. 18. p. 160. *Sericum copiosum, ac piper, & calbasias camisias multas.* Sed reponendum *carbasias* suadet Theophanes, qui καρβάσια καμίσια habet.

CALBINO, *Memor.* Papias.

CALCACREPA. W. Brito in Vocab. MS. *Saljunca, est quædam herba spinosa, à salio, quòd salire faciat calcantes, & propter hoc vulgariter Calcacrepa dicitur, quod calcantes facit crepare.* Glossæ Biblicæ MSS. *Palliolus, Calcacrepa.* At Ruellius lib. 2. de Natura stirpium cap. 117. & lib. 3. c. 84. *Calcacrepam,* Gallicè *Chaucetrape* vocari ait. Hunc consule, si lubet.

CALCAGIUM. Vide *Calceia.*

CALCALENTERIS. S. Columbanus Epist. 4. de Paschate: *Quid ergò dicis de Pascha 21. aut 22. lunæ, quod jam (tua tamen pace dictum sit,) non esse Pascha, nimirùm tenebrosum, à multis comprobatur Calcalenteris.* Ubi fortè legendum *calculatoribus:* nisi *chalcenteris* legatur, id est, viris doctis. Nam χαλκέντερον cognominatum Origenem notum.

CALCAR, Boiæ seu Collarii ferrei species, vel collistrigium, in Miraculis S. Catharinæ Suecicæ n. 12.

Calcarium redditus. Charta Odonis Archiepisc. Rotomag. mens. Jul. an. 1266. *Redditus in frumento, avena, blado communi, nucibus, denariis, caponibus, gallinis, anseribus, ovis, panibus, garbis, calcaribus, mutonagiis, &c.*

Calcaria aurea, Militum propria erant: cùm enim armis accingebantur, ipsorum pedibus aptabantur. Joannes Monachus Majoris Monast. de Gaufridi Ducis Normanniæ Militia agens: *Calcaribus aureis pedes ejus astricti sunt.* Hist. Caroli VI. de Ludovici II. Regis Siciliæ & Caroli fratris Militia: *Eos accingit baltheo militari, & per Dominum de Chauvigniaco calcaribus deauratis jussit Rex Carolus insigniri.* *Cavaliere à sproni d'oro,* apud Joan. Villaneum lib. 8. cap. 13. lib. 10. c. 1. *Eques auratus,* Scriptoribus recentioribus. Raimundus

dus Montanerius in Hiſt. Aragon. c. 240. *Lo Compte bataylla arengada ab 200. cavallers Franceſos, tots ab eſperons d'or, e molt d altres del pays, ab les gens de peu vench vers la companya.* Huc pertinet, quod olim obtinuit, proverbium, apud Boncompagnum in Arte dictaminis MS. *Plus fulgent calcaria, quàm altaria.* Ita fuiſſe veterum Francorum calcaria, auctor eſt Joannes Puricellus in Monumentis Ambroſianæ Mediolanenſis Baſilicæ p.71. quo loco tumulum detectum & apertum Bernardi Regis Italiæ, Pipini filii, deſcribit: *Sed & Bernardi pedibus ita calceatis aurata induerunt calcaria, ex ære, quod nos vulgò* Rame *nominamus. Figuræ tamen illa erant parum admodum ab hodiernis & noſtratibus diverſa: in exterioris cornu extremitate parvum erat & rotundum foramen, è quo ſupernè fibula, infernè autem anſula eodem ex ære pendebant. Anſulæ conſuta claviculo erat corrigia è corio, rubri pariter coloris, quæ de ſub pede per alterum inferioris cornu foramen modicè longam deducta, & illi fibulæ inſerta, calcar pedi aſtringebat. Rotula verò & calcaris dorſo modicè prominens ſenis & perbrevibus circum radiis acuminata vergit deorſum.* Vide Notas noſtras ad Stabilim. S. Ludovici lib.1.c.118.

Calcaria argentea Scutiferorum erant. Regeſtum Homagiorum Nobilium Aquitaniæ an. 1273. ex Camera Comput. Pariſ. *Et ſi aliquis eorum non eſſet Miles, debet ſervire Domino Regi cum caligis albis de ſcarleto, & calcaribus argentatis.* Chron. Franc. ex Bibl. Memmiana: *Nous avons trouvé la bataille contre le plus vaillant eſcuier, qui onques en ſon temps chauſſa eſperons blancs.*

Calcaria amputari ſolebant Militibus, cùm degradabantur. Thomas Walſingham. de Andrea *de Harcley*, Comite Carlilenſi, exauctorato, & propter læſæ Majeſtatis crimen ſuſpenſo: *Nempe primò degradatus eſt, amputatis ſecuri ad talos ſuos calcaribus, & ſic viciſſim diſcinctus eſt baltheo Militari. Le Roman de Garin MS.*

Li eſperons li ſoit copé parmi
Pres del taion au branc acier forbi.

Statuta pro Militibus Balneaticis: *Si vous faites choſe contre l'ordre de chevalerie, (que Dieu ne veuille,) je couperay vos eſperons de deſſus vos talons.* In Stabilimentis S. Ludovici lib.1.c.128. dicitur de ignobili, qui Militari cingulo donari ſe paſſus eſſet, quòd *le porroit prendre li Rois, ou li Bers, en qui chaſtellerie ce ſeroit, & trencher ſes eſperons ſeur un fumier.*

Calcar, Prora *galeæ*, quæ lignum præfixum habet, quo rates hoſtium transfiguntur percuſſæ. Vulgò illud *Calcar* dicitur, ait Anonymus auctor Hiſt. Hieroſol. pag.1167. noſtris *Eſperon.*

Calcaratus, Calcaribus pedes indutus, apud Matth. Pariſ. an.1247. p.484.

CALCARE *lectum alterius*, in Lege Bajwar. tit.7. c.1. §.3. Conjugium alterius violare: *Lectulum herilem aſcendere*, in l.3. C. Theod. de Lib. cauſa. Speculum Saxon. l.3. art.45. §.6. *Uxor, cùm mariti lectum aſcenderit, &c.* Vide *Culcare.*

Calcare equam, equus dicitur, ſeu admiſſarius, quando eam init: noſtris *Couvrir.* In Curia Generali Catalaniæ, acta Cervariæ ſub Petro III. Rege Arag. an.1359. MS. ſtatuitur: *Equam, quam ille, cujus fuerit, calcari fecerit per equum aut ronſſinum, non poſſe pro debito, vel ilia cauſa, pignorari, ſeu recipi.*

CALCARIA. Vide *Calx.*

CALCATA, *Atramentum citrinum*, Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis.

CALCATORIUM, *Torcular.* Ita Gloſſ. Lat. MS. Reg. Addit Ugutio: *Quia uvæ vel oleum calcentur, vel extorta exprimantur.* Vide *Calcea.*

CALCEA, *Calceia, Calceata, Calceatum*, Via ſtrata, noſtris *Chaucée. Itinerarius agger*, Marcellino lib.19. *Agger* nudè, Sidonio Carm. 24. & lib.1. Epiſt. 5.

Calceia, in veteri Areſto mox laudando & in veteribus Chartis apud Doubletum in Hiſt. Sandion. p.107. in Probat. Hiſt. Monmorenciac. p.409. in Hiſt. S. Mariæ Sueſſion. p.443. &c.

Calceata, in Epiſt. S. Ludov. de liberatione ſua: *Quia fluvius Thaneos non erat vadabilis, propter profunditatem aquarum & riparum altitudinem, fecimus ſuper eum calceatam, ut per eum pateret tranſitus exercitui Chriſtiano.* Adde Vincentium Belvac. lib.32.c.99. *Via calciata, littus calciatum*, in Charta Ottonis Comitis Viromanduor. an.1045. apud Hemereum.

Calcetum. Ingulfus: *De lignis & ſabulo calcetum ſolidum viatoribus fieri fecit.* Occurrit præterea apud Will. Thorn. an.1285.

Calceta, in Monaſtico Angl. tom.1. p.924. tom.2. p.980. to.3. p.263.265. & in Fleta lib.1. cap.20.§.41.

Calceda, in Chronico Andrenſi p.408.

Vocis etymon variè affertur. Spelmannus à *calceando* dictas *Calceas* putat, quòd quaſi *calceo* muniantur contra injuriam plauſtrorum & itinerantium. Somnerus à *calce* deducit, quia ejuſmodi viæ calce, quam Galli *Chaux*, dicunt, lapidibus muniuntur. Bergerus lib.3. de Viis Rom. c.54. dictas cenſet a calcibus, ſeu pedum plantis, quibus teruntur; ut *calles*, à callo pecudum vocati, ut ait Iſidorus. Quò ſpectant illa Dudonis de Actis Norman. lib.3. p.144. *Pervia, viæque, & ſemitæ ignorantur, quia à nemine calcibus atteruntur.* Stephanus Paſchaſius in Disquiſit. Francicis lib. 8. c.62. corruptè *Chauſſee*, pro *Hauſſée* dictam putat, id eſt aggere. Alii eodem modo *calceas* appellatas volunt, quo *calcatoria* vocat Palladius lib.1. de Re ruſt. c. 18. Ita enim in cellis vinariis ſemitas quasdam vocat editiores inter duos lacus: in *baſilicis* enim illis *vinariis ut calcatoria altiore loco conſtructa ſint*, præcipit: *ad quæ inter lacus, quæ ad excipienda vina hinc inde depreſſi ſunt, gradibus tribus aut quatuor aſcendatur.* Mox addit: *Quod ſi cupis, locum ſuum deputabimus. Is lacus ad calcatoria ſimilitudinem podiis brevibus & teſtaceo pavimento ſolidetur.* Ubi non deſunt, qui *calcatoria* hoc loco appellari cenſent à *calcando*, id eſt, eundo, vel ab opere calcato, ſeu loricato, quo conficiebantur. Quo referri poſſunt iſta Sidonii lib.1. Epiſt.5. *Ad uſque aggerem calcabili ſilice cruſtatum.* Ita *calcabilem ſilicem* dixit auctor libri de Conſtructione Ambaſiæ n. 2. Vide Turneb. lib.11. Adverſ. cap.5.

Calcagium, Tributum, quod pro calcetis reficiendis à prætereuntibus exigitur: *Droit de chaucée*, noſtris: *Cauciage*, in Conſuet Hannonienſi c.106. *Calceia*, in Charta Petri Epiſcopi Atrebatenſis ann. 1194. apud Sammarthanos: *Sibi tamen retinuit — altam juſtitiam, portam, & calceiam in porta, &c.* Id eſt, tributum, quod ad urbis portam pro *calceia* exigitur. Regeſtum Peagiorum Pariſienſ. *Chauſſée eſt une couſtume, aſſiſe & eſtablie anciennement ſur chars, ſur charettes, ſur ſommes chargées, auquel li chauſſeurs prennent leurs chauſſées, à l'un plus, à l'autre moins, leſquelles chauſſées prinſes & demandées — par la raiſon de faire appareiller les chauſſées, les pons, & les paſſages dedans la Banlieue de Paris.* Charta Radulfi D. Codiciaci an.1187. *Dedi medietatem Calcagii mei de Crecy, tali conditione, quòd de karro ferrato unum denarium accipiet talis monetæ, qualis per Guionagia non accipietur.* Areſtum Curiæ Pariſ. an.1308. apud Loiſellum in Bellovaco: *Dicentes, ſe eſſe in ſaiſina capiendi & levandi pecuniam, quæ levari conſuevit apud Belvacum pro calceiis faciendis, ac convertendi eandem — in calceis dictæ villæ reparandis.*

Calceata, eadem notione. Charta Stephani Epiſc. Noviom. ann.1129. in Tabul. Lehunenſi: *Ab omni conſuetudine, quæ à tranſeuntibus per eundem pontem exigitur, præter calceatam abſolvit.* Charta an.117. in Tabu-

Tabular. S. Bertini an. 1327. *Disoient, que il avoient & devoient avoir & queillir cauchiage en leur ville & Seigneurie d'Arques.*

CALCEAMENTA *deferre, præbere.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 16. *Qui dum esset juvenili ætate florens, à parentibus sponsali vinculo obligatur, cumque, ut ætati huic convenit, amori se puellari præstaret affabilem, & cum poculis frequentibus etiam calciamenta deferret, contigit, ut &c.* Idem c. 20. *Denique dato sponsæ annulo porrigit osculum, præbet calciamentum, celebrat sponsalium diem festum.* Alludit fortè ad id, quod legitur in libro Ruth cap. 4. v. 8. *Hic autem erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo calceamentum suum & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium Cessionis in Israel; sed & nescio, &c.* Nescio, an huc spectent, quæ habet Chronicon Regum Manniæ, de Olao Magno Rege Norwagiæ; *Murecardo Regi Hiberniæ misit calciamenta sua, præcipiens ei, ut ea super humeros suos in die Natalis Domini per medium domus suæ portaret, in conspectu nuntiorum ejus, ut inde intelligeret, se subjectum esse Magno Regi.* Ita fortè apud Gregorium Turonensem sponsus sponsæ calceamenta deferebat & præbebat, in obsequii symbolum.

Calceamenta secundùm Romanum usum habere jubentur Presbyteri in Capitulari 3. an. 789. c. 8. Eginhardus in Vita Caroli M. de eodem Principe: *Longa tunica & chlamyde accinctus, calceis quoque Romano more formatis induebatur.* Vide *Armiger, Compagus.*

CALCETENUS. Lambertus in Vita S. Heriberti Arch. Colon. num. 22. *Fugit tanquam calcetenus prosequatur.* Galli dicerent, *comme si on le talonnoit.*

CALCHERA, Fornax, in qua uritur calx, in Contract. Datior. Bergom. lib. 2. cap. 27. 29.

CALCIA, Tibiale, crurum tegmen, ita dictum, quòd interdum calceis conjungeretur, & unà calcearetur & indueretur: nostris *Chauce*, vel *Chausse*; *Calza* Italis. Scio aliter videri viris doctis de vocis etymo. Theodulphus lib. 6. Carm. 18.

Follicat ampla, quibus turgenti calcia panno,
Velocique pedi vilis inest caliga.

Vetus Scheda Thuana: *Calcias filtrinas paria* 1. *calcias venelanas paria* 1. *&c.* De caligis follicantibus Monachorum, agunt S. Ferreolus in Regula c. 3. & S. Hieron. in Epist. ad Eustoch. de Virginit.

CALCIARE, *Calceus.* Epistola Theodosii Patriarchæ Hierosol. in VIII. Synodo CP. act. 1. ex versione Anastasii Biblioth. *Poderem & superhumerale cum mitra, Pontificalem stolam S. Jacobi Apostoli, — & sanctum calciare — transmisi, &c.*

CALCIARIUM, Certa pecuniæ pensio, quæ in calceos emendos erogabatur. Gregorius M. lib. 4. Epist. 37. *Volo autem, ut — offeras ad calciarium puerorum solidos* 40. *& tritici modios* 400. Id est, ut quidam interpretantur, pro calceis. Sanè ita vocem hanc usurpant Sueton. in Vespas. c. 8. & IC. in l. 8. D. de Transact. l. 21. de Alim. leg. vetus Interpres Juvenal. Sat. 9. v. 67. Regula Magistri cap. 16. &c. Sed nescio, an generatim hoc loco Gregorii, *Calciarium* non sumatur pro quovis munere, seu quavis pensione, ut apud Leonem III. PP. Epist. 9. *Interrogate quidem fideles vestros, & omnia vobis nota erunt, eò quòd illi, qui vobis eum collaudant, hoc per munera & calciaria faciunt.* Charta Athanasii III. Episc. Neapolitani: *Et nullum impedimentum nos aut posteri nostri eis facere præsumamus, aut aliquod calciarium, aut præmium quærere per nullum modum, &c.* Hinc depravata vox *Calzarium*, & *Calgarium*, in Diplomate Caroli II. Regis Siciliæ an. 1303. apud Ughellum in Episcopis Casert. *Præterquam de forsfacturis caserta, & calzariis, & transituris, &c.* Mox: *De forsfacturis in Limatula, & calgariis terrarum, &c.* Ibidem: *De calgariis terrarum.* Charta an. 1105. apud eundem Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 1072. *Concedimus etiam, ut — cum rebus & bestiis eorum, & suis, liberè & quietè utatur terris, herbis, aquis, lignis, petris, — sine calzao & affidatura, & omni jure tributario.* Legendum *calzario.*

Calcearium, Ministerium aliorum calceos purgandi in Monasteriis. Vita S. Marinæ: *Et hoc tibi jubeo, ut omnes munditias Monasterii tu solus quotidie facias, & aquam ad necessaria purganda portes, & calcearium omnibus per singulos dies tu perficias.* Ubi *necessaria*, sunt latrinæ.

CALCIARIUS, *Calcearius*, Sutor. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 4. *Calciarii, cùm festinant, & ansas caligarum prætereunt nonnullas.*

Calciarium, Calcearius, Calceus ipse. Joannes Monach. lib. 2. de Vita S. Odonis Abbatis Clun. *Quid ergo sentiendum est de calciariis, quæ sunt suo pretio cara, & pavimento Ecclesiæ adhærenda?* Statuta Corbeiensis Monast. lib. 1. c. 3. *Soccos filtrinos duos, calcearios quatuor cum solis novis.* Petrus Venerab. in Statutis Cluniac. cap. 28. *Pluviis & lutosis diebus Monachi calciarios suos — luto plerumque infectos ad Claustrum revertentes lavabant.* Occurrit præterea in Regulis Monasticis S. Fructuosi c. 4. & Magistri c. 19. & 83. & in Vita S. Vulmari Abbatis Silviacensis cap. 3.

CALCIATICUM, Præbitio calceamentorum. Chrodegangus in Regula Canonicor. Metensium c. 29. Edit. Labbei: *Ut illas capas, & illos facciles, (al. camsiles) & illa calceamenta de illos telloneos superiùs nominatos, quod exinde superat, & de illo calciatico, quod ille Episcopus annis singulis ad illum Clerum reddere consuevit, & de eorum eleemosyna, quòd ad ipsum Clerum specialiter Deus dederit, sint comparata.*

CALCIFURNIUM. Vide *Calx.*

CALCIO, Femorale lineum interius, nostris *Calçon.* Hariulfus lib. 3. Chr. Centul. c. 3. *Conchæ* 2. *sandalia cum caltionibus* 6. Sed legendum *calcionibus.*

CALCIOCALIGA, Calceus in caligæ formam factus. Occurrit in Notis Tyronis.

CALCULATOR. Vide *Abecedarius*, & *Compotista.*

CALCULATIO, in Jure Hungarico, Testium inquisitionis examen: Hungaris *Azfeleletnec forgatasa.*

CALCULOSUM, pro *dubium*, apud Ermanricum in Vita S. Soli cap. 7.

CALCUM, *Calcatio frumenti, dum mensuratur.* Tabular. Abbatiæ Dalonensis in Lemovicibus fol. 17. an. 1240. *Dedit — conventui Dalonis unum sextarium avenæ cumulatum cum uno calco renduales, &c.* Ita fol. 46. 125. 126. 127. 128. Rursum fol. 81. *Retento nobis uno modio siliginis, & dimidio avenæ censualibus ad mensuram de Pompedors, siligine semel percussa & rasa, & avena semel unâ manu calcata; sed cumulata.* Eod. fol. *Retentis tantùm sex sextariis siliginis rasis & semel concussis.* Fol. 82. *Retentis ibidem* 12. *denariis de acaptamento, & pleno dominio, & uno sextario siliginis calcato & raso.* Denique fol. 91. *Frumenti unam eminam rasam cum una succussione.*

CALDACIA, *Calda aqua*, συζεσασὸν, in Gloss. Gr. Lat. Codex MS. S. Germ. Paris. habet *Caldativa.* V. *Caldus.*

CALDACINIS, Θερμοσποδιά, in Gloss. Gr. Lat.

CALDARARIUS, ex Ital. *Caldaraio*; nostris, *Chaudronier*, Ærarius faber. Anonymus de Rebus gestis Friderici II. Imp. p. 687. de Manfredo: *Et dum vix credere posset narrationem rumoris ejusmodi, qui ex continua sollicitudine mentis, vel caldararii malleus, qui ictum ad cudendum socii non expectat, denuo statim perstrepebat auditum, &c.*

CALDARIA, *Caldarium*, Aënum, vas majus ex ære *caldario* seu fusili confectum, in quo aqua igni admovetur; nostris *Chaudiere*, Italis *Caldaia.* Anastasius in S. Hadriano PP. p. 111. *Et caldaria plena de pulmento erogentur omni die per manus unius fidelissimi Paracellarii eisdem pauperibus, &c.* Robertus Monach.

nach. lib. 9. Hist. Hierosl. *Lebetes, & caldariæ, cacabi, &c. Caldaria lignea*, apud Greg. Turon. de Glor. Confess. c. 98. *Ferrum caldariarum*, apud Innocent. III. lib. 13. Epist. 61.

Calderiæ ad coquendum salem, *quæ alio nomine Bagernæ vocantur*, in Charta an. 1037. apud Duchesnium in Probat. Hist. Vergiac. p. 77. in Testamento Bernonis Abbatis in Bibl. Clun. p. 10. in Chron. Hugonis Flaviniac. p. 270. &c.

Caldariis decoquere, Supplicii genus. Lucas Tudensis in Chr. p. 110. *Latrones suspendebat, alios igne cremabat, alios caldariis decoquebat, alios vivos comburebat.* Heremannus lib. de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 22. de quodam Milite, qui vaccam pauperculæ feminæ abstulerat: *Protinùs verò* (Comes Flandriæ) *vas æneum maximum, quod vulgus lebetem seu caldariam vocat, publicè in foro, videntibus cunctis in sublime appendi, & aqua impleri præcepit, igneque magno supposito, dum nimis ferveret aqua, Militem illum cum omnibus indumentis suis, etiam gladio accinctum, in caldariam projici fecit, sicque eum in aqua fervente necavit.* Joannes à Leidis lib. 31. Chr. Belg. c. 43. de quodam falso Episcopo: *Qui judicans, ipsum esse reum mortis, condemnavit mediante sententia scabinorum, bulliendum esse in ferventi aqua.*

Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Ja ne iert si aus hom, si je l'ai en baillie,
Qu'il ne soit ars au feu, ou en chaudeire bolie.

Philippus *Mouskes* de Caroli Comitis Flandriæ interfectoribus:

Mais puis furent cil enroet,
Boulit, pendut, & trainet.

Hæc porrò pœnæ ac supplicii species potissimùm decreta in falsarios & monetarum adulteratores. Chronicon Colmariense 1. part. an. 1279. *Falsarius monetæ coctus in Caldario Columbariæ.* Et ann. seq. *In Sultz propè Rubeacum decoctus fuit monetarius, &c.* Joannes Butilerius lib. 1. cap. 39. *Ceulx, qui s'enhardissent de faire fausse monnoie, & contrefaire la monnoie du Prince, ou ses quins, sans son auctorité, & que de ce ils n'aient lettres, sachez, qu'ils encourent en peine capitale, si comme d'estre bouilli, &c.* Adde veterem Consuetud. Turon. tit. ult. art. 1.

Caldaria judiciaria. Vide *Aqua fervens.*

Caldarium. Matth. Silvaticus: *Calda, i. Calida. Inde Caldarium, quando simpliciter ponitur, pro calida aqua intelligitur.*

Calderaria, vel *Caldararia*, Locus, ubi conficiuntur vel asservantur caldariæ, Officina æraria, Hispan. *Caldereria lugar.* Occurrit apud Innoc. 3. lib. 13. Ep. 55.

Caldear, idem quod *Caldaria.* Specul. Saxon. lib. 1. art. 24. *Caldear, seu patellam pro coquenda cerevisia.*

CALDICER. Fragm. Petronii: *Titus noster magnum animum habet, & est Caldicer ebrius.* Vide *Caldus.*

CALDICUM, *Forisdeambulatorium, quod & Peribulum dicitur.* Gloss. Isid. Ugutio & Papias.

CALDUS, Genus vasis, aut poculi. Regula Magistri cap. 25. *Antequam ultimum feræ caldum bibant.* Ibidem: *Sic ultimum caldum accipientes surgant.* Cap. 27. *Post primos meros æstivo tempore ad refectionem tàm Sextæ, quàm Nonæ, caldi omnibus quaterni sufficiant.* Habetur item cap. 30. & 53. Efficta ne vox à *Cadus*, incertum: est enim *Cadus*, Latinis, vasis genus, apud Columellam, Martialem, &c. An verò à *Calda*, vel *Calidus*, quòd in eo potus calidus hauriretur. Gloss. Lat. Gr. *Calda?* θερμόν. Sed &, ut auctor est Varro lib. 4. de lingua Lat. *Calix, à caldo* dictus, *quòd in eo calida puls apponeretur, aut calidum eo biberent.* Calda verò in conviviis veteres usos testantur passim Scriptores, etsi id in dubium revocet Hieron. Mercurialis lib. 1. Var. lect. cap. 8. Atque in his Plautus in Milite Glorioso, Suetonius in Tiberio c. 42. Victor in eod. Tiberio, Martialis lib. 1. Epigr. 12. lib. 8. Epigr. 67. lib. 12. Epigr. 61. lib. 14. Ep. 105. Aristænetus lib. 1. Epist. 3. pag. 18. Eunapius in Proæresio pag. 157. & alii, quos laudant Lipsius lib. 1. Elect. c. 4. Gretzerus lib. de Vino myrrato c. 18. &c. Locum verò, ubi calda vendebatur, *Thermopolium* vocat idem Plautus in Pseudolo, & in Rudente: quò spectat illud Dionis, scribentis, Claudium vetuisse carnes ac θερμὸν ὕδωρ vendi in foro. Vide Vincentium Brutium lib. *de Calido, frigido, ac temperato antiquorum potu, & quomodo calido in deliciis uterentur*, editum Romæ anno 1653. & Guilielm. Stuckium lib. 3. Antiquitat. convival. cap. 6.

Caldellus, diminutivum à *Caldus*. Regula sancti Cæsarii: *Biberes ad refectionem, id est, in æstate, merum, & tres caldellos, ad prandium tres tantùm.* Ejusdem Regula ad Virgines cap. 16. *Ad prandium in æstate binos caldellos, ad refectionem ternos caldellos accipient.* Regula S. Aureliani ad virg. cap. 40. *Ad refectionem in æstate mense Julio & Augusto caldellos tres.*

CALEBRA. Gloss. Lat. Græc. *Calebra*, βυλὴ βασιλικὴ.

CALEFACTORIUM, inter ministeria sacra in Inventario Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 173. *Item unum calefactorium argenti deauratum, cum nodis curiosis insculptis, ponderis unius unciæ. Item unum califactorium de cupro deaurato cum nodis insculptis, ponderans 10. uncias.*

Calefactorium, Locus, ubi Monachi calefiunt: Gall. *Chauffoir, Poisle*, de quo liber Usuum Ord. Cisterciensis cap. 4. 15. 55. 73. Tabularium Vindocinense Ch. 268. an. 1078. *Qui, cùm corpus epulis refecisset, jussit lectum parari sibi, ut paululùm secretè quiesceret: cui mox in calefactorio parari jussimus.* Chronicon Trudonense lib. 10. *Duæ domus pauperum, altera æstivalis ad habitandum, altera hiemale calefactorium ad reficiendum.*

Calefactum, Eadem notione in Chronico S. Launomari de Magenciaco num. 14. *In silva sua amplissima, quæ vocatur Borno, unde semper habeatur calefactum.*

CALEFAGIUM, Jus annuæ lignationis, quod quis habet in silva, ad familiæ suæ usum, Gallis, *Chauffage.* Charta Ricardi Regis Angliæ: *Confirmamus pasnagium suum, & herbagium, & calefagium in foresta nostra de Goffet.* Vide Sammarthan. in Abbat. Fontenell. pag. 441. & Probat. Histor. Blesensis p. 7.

CALEFATARE. Vide *Calafatare.*

CALEFICARE, pro *Calefacere*, apud Eckeardum juniorem de Casib. S. Galli cap. 10. pag. 81.

CALENDARE. Chronicon Andrense: *Terram, quam calendaverat, dimisit.* Sed legendum *calengaverat*, id est vindicarat, calumniaverat, ex Gallico *Calenger.*

CALERARE, *Properare, vel ligna portare, à calon lignum*, Joanni de Janua.

Calerarius, Minister ferens ligna, eidem.

CALFURNIUM. Vide *Calx*, & *Calcifurnium.*

CALIA, Coturnix. Glossar. Gr. Lat. Reg. Cod. 85. ὄρτυξ, *coturnix, calia.* ὀρτυγομήτρα, *rectè coturnicum & caliarum.* Vide *Qualia.*

CALIBA, Chalybs, catena ferrea, ferrum. Historia de exilio S. Martini PP. apud Anastasium Bibl. pag. 95. *Posuerunt in scamno indutum calibis & catenis.* Ubi Baron. an. 651. num. 16. pro *Calibis*, habet *ferro.* Althelmus de Laude virg. cap. 25.

Ecce repentino pios nodatos arbiter artus
Eripit è chalybis, mox stricta ligamina rupit.

CALIBURNE, Gladius celeberrimi Arthuri Regis Britan. sic dictus, ut ille Caroli Magni apud Turpinum *Durendal*, pag. 688. Hovedenus & Bromptonus in Ricardo I. *Contra Rex Angliæ* (Ric.) *dedit Regi Tancredo gladium illum optimum, quem Caliburne vocant.* Vide

Vide Galfridum Monemuthensem lib. 7. cap. 7. & Florilegum an. 520.

CALICLARE, *Caliclarium*, Abacus, Delphica, mensa, in qua calices reponuntur. Gloss. Lat. Græc. *Caliclare*, τραπεζόφορον. Gloss. Græc. Lat. *Caliclarium*, ποτηροθήκη. κυλικεῖον Luciano in Lexiphane: *Poculorum mensa*. Servio. Suidas: Κυλικεῖον, ἡ θήκη τῶν ποτηρίων.

CALIENDRUM, Operimentum capitis, κόσμιον, κεφαλῆς, in Gloss. Lat. Græc. *Birretum: Mitra, vel generaliter, quidquid caput involvit, ut majorem calorem contrahat, & dicitur à Caleo, les.* Ita Joan. de Janua: Papias: *Caliendrum, Capillatura, suppositus crinis pro naturali ornatu capitis, vel quo ad ornandos crines capitis utuntur.* Vita B. Torelli Puppiensis num. 23. *Pro tegmine capitis habebat Caliendrum, quod hujusmodi fratres gerunt.* Acroni ad Horat. 1. serm. *Caliendrum* est ornamentum capitis muliebris, vel coma ascititia. Vide *Capillatura*.

CALIFA, Vide *Chalifa*.

CALIGA, Militare olim calceamentum, στρατιωτικὸν ὑπόδημα, Dioni, sic appellatum, quòd pluribus ligulis annecteretur, uti pluribus docent Benedictus Balduinus in Calceo antiquo cap. 13. Casaubon. ad Sueton. & cæteri Criticorum filii.

Caliga, Monachorum etiam propria fuit, ut patet ex Regula S. Benedicti cap. 62. Cassiano lib. 1. cap. 10. Gregorio M. lib. 1. Dial. cap. 2. 4. Regula S. Pachomii, &c. Vide Menard. ad Concord. Regul. p. 890. & Haeftenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 5. disq. 3. & 4. Erant porrò caligæ Monachorum elevatæ, ut testantur idem Gregorius Magn. lib. 1. Dial. cap. 4. & Regula Magistri, quemadmodum olim militum, ut Plinius lib. 9. cap. 18. Juvenalis Sat. 3. & 16. Josephus lib. 7. de Bello Judaico, & Egesippus lib. 5. de Excidio Hierosf. cap. 30. ubi de cæde Juliani Hecantontarchi, Eædem erant & *follicantes*, id est, laxæ, neque nimis adstrictæ. S. Ferreolus in Regula cap. 32. *Et hoc curandum est, ne pes ita sit ligamentis temperatiùs vinculatus, ut non jactantiæ signum multos adstrictus habeat; sed sanctiùs vinculo laxiori follescat.* Vide suprà *in Calcia*, & in *Subtalaris*.

Caliga præterea propria est Episcoporum: nam priusquam *sandalia* induant, caligis ad genua usque protensis crura revinciunt. Vide Durandum in Ration. lib. 3. cap. 8.

Caligæ Brugenses. Will. Britto lib. 2. Philipp.

Brugia, quæ caligis obnubat crura potentum.

Caligas circinare, Fasciolas caligis aptare. Fortunatus in Vita sancti Germani Parisiensis Episcopi cap. 35. *Cùm die Dominico, ut loquimur ex consuetudine, caligas circinasset, debilitatem manuum vel pedum incurrit.* Vide *Armiger*, *Fasciola*.

Caligæ alatæ, quibus aves capiuntur. Pseudo-Ovidius lib. 1.

Nunc volucrum turmis mihi mos erat insidiari,
Ventilabro moto passim sabulone ligato,
Fila supertracturus eis, si forsitan illic
Oblectarentur; per equum deducere quasdam
Donec in alatas caligas & pyramidales
Intrassent, minimè reditura.

Infrà:

Nunc & erat mihi mos pisces captare marinos,
Retibus his, illos hamis, illosque sagena,
Alatis quosdam caligis in pyramidalem
Corum protensis.

Caligula, Caliga levior, qua in æstate utebantur. Vita S. Fulgentii Episc. Ruspensis num. 38. *Sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, ut nec ipsa calceamenta suscipiens Clericorum, aut caligis in tempore hiemis, aut caligulis in tempore æstatis simpliciter uteretur.* S. Bernardus Epist. 41. *Jumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis.*

Glossar. Pars I.

Caligarius, Sutor, *Caligarum* confector. Gloss. Græc. Lat. ὑποδηματάριος, *Calciamentarius, caligarius.* Papias: *Caligarius, Artifex, Caligaris verò, clavus.* Mox: *Caligarios, à calo, id est, ligno vocant, unde fiunt: sine iis calciamenta fieri non possunt.* Vetus Inscriptio: *C. Attilius C. F. Justus sutor caligarius sibi & Corneliæ, &c.* Julius Firmicus Math. lib. 3. cap. 12. *Coriorum confectores seu caligarii.* Lib. 4. cap. 7. *Faciet pellarios, corsarios, caligarios.* Tabular. Ecclesiæ Autissiodor. fol. 80. *Vinea Joannis, dicti Notarii, caligarii.* Adde Lamprid. in Alex. Severo. καλιγάριοι, Græcis Scriptoribus ævi medii, unde *Porta Caligariorum* Constantinopoli, apud Phranzem lib. 3. cap. 11. & Leunclavium in Pandecte Turcico n. 200.

Caligarius, Ugutioni dicitur *Minister ferens ligna: caligare, ligna portare, à calon, lignum: unde calo, qui fert ligna.*

CALIGO, Alveus, Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 9. *Quia Saraceni de tertio ramo* (Nili,) *qui Rasth dicitur, per caliginem unum, id est, alveum, quo terram rigant, galeas ad ramum Damiatæ induxerunt.*

CALIGOSUS, pro *Caliginosus*, apud Milonem Mon. Elnonensem in Serm. de Translat. corporis sancti Amandi.

CALIS, pro *Callis*, Via. Gloss. Lat. Græc. *Calles*, τρίβοι, ἀτραποί. *Calle*, Danti & Petrarchæ. Gloss. Isid. *Callis, via trita pecorum vestigiis.* Statuta Venetor. an. 1242. lib. 3. cap. 61. *Si unus voluerit meliorare calem vel viam, &c.* Occurrit ibi pluries.

CALIX, *Calices ansati*, majores scilicet. Chronicon Moguntinum pag. 384. *Calix major, quot marcas habuerit, nescio. Certum autem est, quòd spissitudo ejus erat digiti, habebat autem idem calix duas ansas, quæ poterant manus repplere levantis, sicut solent habere mortarii, in quibus piperata & salsa præparantur.* Ejusmodi fuit calix, quo usus Christus in Cœna, si qua fides Adamnano de Locis SS. lib. 1. cap. 8. *Inter illam quoque Golgathanam Basilicam & Martyrium, quædam inest exedra, in qua est calix Domini, quem à se benedictum propria manu in Cœna pridie, quàm pateretur, ipse conviva Apostolis tradidit convivantibus: qui argenteus calix sextarii Gallici mensuram habens, duasque ansulas in se ex utraque parte altrinsecus continens composita.* Vide Chronicon. Fontanell. cap. 18. p. 236. & Anastasium in Vitis PP. pag. 126.

Calices aurei & argentei in sacris Liturgiis, quando in usu esse cœperint, docet Honorius Augustod lib. 1. cap. 89. *Apostoli & eorum successores in quotidianis vestibus & ligneis calicibus Missas celebrabant. — Zephyrinus autem Papa & Martyr aureis vel argenteis calicibus & pannis offerri instituit.* Horum etiam usus fuit tempore persecutionis, ut docent Acta Concilii Cirtensis apud Augustinum contra Crescent. lib. 3. cap. 29. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 24. *Ponifacius Martyr & Episcopus interrogatus, si liceret in vasis ligneis sacramenta conficere? respondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc è contra lignei Sacerdotes aureis utuntur calicibus.*

Calices Baptismi, in quibus recens baptizatis, post perceptam sanctam Eucharistiam, Dominicus sanguis hauriendus dabatur. Liber Damasi in Innocentio I. PP. *Calices argenteos 5. pensantes libras 3. calices argenteos baptismi numero tres pensantes libras 2.*

Calices lignei primitùs fuere ii, quibus usi Apostoli in sacris Liturgiis, uti suprà observatum. Vetantur in Epistola Leonis IV. PP. de Cura pastorali, & Canon. Saxon. Edgari cap. 41. Vide Vitam S. Benedicti Abbat. Anian. num. 12.

Calices Ministeriales, Majores vino pleni, in quos refundebat Archidiaconus guttulam Sanguinis Christi de calice sancto, quo populus *confirmaretur*, id est, communicaretur de Sanguine Dominico, seu *comple-*

mentum acciperet communionis, ut loquitur Micrologus cap. 19. Ordo Romanus: *Ipse Pontifex confirmatur ab Archidiacono in Calice sancto, de quo parum refundit Archidiaconus in majorem calicem, sive in scyphum, quem tenet Acolythus, ut ex eodem sacro vase confirmetur populus: quia vinum etiam non consecratum; sed Sanguine Domini commixtum, sanctificatur per omnem modum.* Quem quidem morem effundendi parum Sanguinis in calicem majorem vino repletum, attigisse videtur S. Remigius Remensis, Episcopus apud Hincmarum in illius Vita, in istis versibus, quos circa ejusmodi calicem ministerialem inscribi jussit:

Hauriat hinc populus vitam de Sanguine sacro
Injecto, æternus, quem fudit vulnere Christus,
Remigius reddit Domino sua vota Sacerdos.

Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 7. de Diaconis: *Sicut in Sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio Sacramenti est. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat.* Ado in Vita S. Donati Episcopi: *Cum quadam die Missam celebrasset populo, & de Corpore Christi ac de Sanguine ipsius populus venerabiliter recrearetur, Diaconus quidem nomine Anthimus tradebat, sacrum Sanguinem Christi, qui subito paganorum impulsu cecidit, & sacrum Calicem comminuit.* Vide Concil. Neocæsar. cap. 13. & S. Ambrosium lib. 1. de Offic. cap. 41. Anastasius in S. Silvestro pag. 12. *Calices ministeriales 5. pens. singuli libras binas.* Infrà pag. 13. *Calices minores ministeriales 50. pens. singuli libras binas.* Idem in S. Hilaro PP. pag. 29. *Obtulit calices argenteos ministeriales 12. pensantes sing. libr. 2.* Vide *Scyphus.*

Calices Offertorii, videntur fuisse, in quos refundebantur amulæ, quæ à fidelibus offerebantur. Amalricus in Eclogis de Officio Missæ: *Post lectum Evangelium venit Subdiaconus, ferens in brachio sinistro calicem, in quo recipiuntur amulæ populorum, & super calicem corporale, quod accipiens Diaconus ponit super altare, similiter calicem post receptas amulas.* S. Cyprianus de Lapsis: *Ubi verò solennibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit, &c.* Ita S. Clemens lib. 2. Constitut. Apost. cap. 61. Diaconorum alios oblationi Eucharistiæ intentos esse debere ait, Iidem, qui *Ministeriales*, uti vult Durandus de Ritib. Eccles. lib. 1. cap. 7. Antiq. Fuldenses lib. 2. trad. 38. *Trado, —id est, patinas argenteas, & calices offertorios, & thuribula, &c.*

Calices stannei interdicuntur à Leone IV. PP. de Cura pastorali, & in Provinciali Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 23. Vide Vitam S. Benedicti Abbat. Anian. num. 13.

Calices vitrei. S. Honoratus Massiliensis in Vita S. Hilarii Arelatensis: *Qui eo credidit omnia distrahenda, quousque ad patenas vel calices vitreos veniretur.* Vide Miracula S. Stephani Episcopi Calarini in Sanctuario Capuano p. 184. Ardonem in Vita S. Benedicti Abb. Anian. num. 13. Vitam S. Winoci Abbat. cap. 12. &c. Interdicuntur pariter ab eodem Leone IV. de Cura pastorali.

Calices ex lapide pretioso. Hist. Abb. Condom. p. 13. Spicil. Acher. p. 509. *Item unum vas argenteum cum lampadibus, in quo est positus calix lapidis pretiosi, cum quo B. Petrus Apostolus celebravit primam Missam in Antiochia.* Ejusmodi fuit calix Onychinus, auro & gemmis ornatus, quem Laudunensi Ecclesiæ Francorum Rex donaverat, ut est in Synodo Duziacensi à Cellotio edita parte 5. cap. 5.

Calicellus, Parvulus calix. Vita S. Lupicini Abbatis Jurensis num. 12. *Calicello, quo cyathum aquæ accepturus erat, &c.*

Caliculus. A caliculis, cui calicum seu vasorum potoriorum cura est. Passio S. Bercharii, apud Camusatum: *Traditur siquidem per id tempus hunc in eo loco factum aliquando ministrum à caliculis, in curam promptuarii, rectoris nutu, vicibus successisse.*

CALIX. Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1126. de filii Sapphadini: *Quatuor habent redditus de calice, qui omni anno in mense Augusto irrigat totam terram Ægypti.*

CALLENGIA, Calumnia, actio, quâ quis rem repetit. *Callenge*, in Consuet. Hannon. cap. 49. 69. & ult. Valentian. art. 6. 12. Hesdin. art. 8. alias *Challenge*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 603. *Remisit nobis callangiam, quam habuit in vasta terra post parcum.* Vide *Calumnia.*

CALLINCINATUS. Epitaphium Willelmi Abbatis Metensis in Analectis eruditi Jo. Mabillonii to. 1. pag. 430.

Hoc quoque perlecto verborum callicinato,
Vestrorum fratrum Christi sub lege piorum
Plangere didicimus vos lamentabile funus.

Vox usurpata pro *brevi mortuorum*; sed incertæ originis. Vide conjecturam viri doctissimi to. 1. Monumentor. Eccles. Græcæ p. 816.

CALLICULA. Vide *Gallicula.*

CALLIOMARCUS, Herba sic dicta Gallis veteribus, quæ Latinis *Equi ungula*. Marcell. Empiric. c. 16.

CALLIS, pro via Regia, apud Latinos vix usurpatur; secus apud Scriptores inferioris ætatis. Schedæ antiquæ apud Camdenum in Britannia: *Diebus Honorii & Arcadii facti sunt in Britannia calles ad mare.* Vetus Charta apud Seldenum ad Eadmerum: *Concordatum est de rectis callibus, quæ habuerint per civitatem introitum & exitum, quicunque de illis forisfecerit, Regi emendabit. Similiter de callibus rectis extra civitatem usque ad unam leugam & 3. perticas, & 3. pedes. Si quis ergò infra has publicas vias intus civitatem vel extra foderit, vel palum fixerit, sequitur illum Præpositus Regis, ubicunque abierit, & emendam accipiet ad opus Regis.* Ubi *Callis* idem valet, quod apud nos *Chaucée*. Henricus Huntindon lib. 1. *Tantæ autem gratiæ inhabitantibus fuit Britannia, quòd quatuor in ea calles à fine in finem construerent regia sublimatos auctoritate, ne aliquis in eis inimicum invadere auderet.* Warmannus in Vita S. Pirminii cap. 21. *Et sic ad Horbacense Cœnobium reversus est per suam semitam, quæ ob piæ privilegium memoriæ ad impræsentiarum vocatur sancti Callis Pyrminii.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis an. 1138. Ch. 74. *Videlicet à Novo vico, & à Calciato calle Blesensi, qui transit ante Merlaium, &c.* Mox: *Quacunque semita irent vel redirent Carnotum, nisi inciderent in prædictum calciatum callem ante Vallem brachiorum.* Vide *Triticalium*. Statuta Veneta lib. 3. cap. 61. & Probat. Histor. Blesensis p. 5.

CALLULARE. Jonas in Vita S. Eustasii Abbatis Luxoviensis n. 12. *Comperendinanti, microloga & fistivola callulanti, Eustasius respondit.* Ubi viri docti *Callulare*, verbum esse effictum à Longobardico vel Teutonico *Kallen, i.* effutire, garrire, censent; vel à *Kakelen*, quod idem sonat: sed legendum *cavillanti* probabilius videtur.

CALLUS, *Fabrorum foramina.* Papias MS.

CALMA. Charta Chlotarii Reg. an. 627. ex Tabulario S. Benigni apud Perardum p. 6. *Et silvas de ipso agro devastassent, & terram exinde aut prata per loca plurima invasissent, vel vineas deplantassent, aut calmas rupissent, &c.* Alia Caroli M. an. 790. p. 13. ibidem: *Sicut ab ipsa jam dicta Orba, partibus Occidentalibus venitur in calmibus, Merrenses vocabulo, usquequo perveniatur in planitiem parochiæ Segonciacensis.* Notitia vetus apud eundem p. 18. *Albericus dedit de ratione S. Benigni partibus Fulcrici calmam unam, quæ est in centena Oscarense, — habet ipse campus vel calma, de uno latere, &c.* Alia p. 93. *Verberatorum canabi, quod habetur in calma juxta molendinum.* Denique alia an. 1147. p. 116. *In fine verò forestæ de Lumini, est pratum ipsorum Militum, quod est inter calmas de Ance*

Ance & Blaseio, & prædictam forestam. Quibus in locis *Calma* videntur appellati agri aratorii, in quibus messes esse solent, quæ *Calamis* frumentariis constant, quos inde nostri *Chaumes* vocant. Vide Octav. Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ in *Calma*.

CALME. Vide Jonam in S. Columbano c. 15. & 17.

CALMERIUM. Statuta Veron. lib. 4. cap. 74. *Ultra quantitatem ordinatam vel ordinandam in calmerio faciendo quolibet anno, — pro ipsis pretiis in dicto calmerio contentus, &c.* Fuit itaque indiculus pretiotiorum, rebus vendendis statutorum. Contract. Datioi. Bergom. lib. 7. cap. 18. vocant *Calmedrium*.

CALMEDINA. Vide *Zalmedina*.

CALNABIS. Vide *Galnabis*.

CALOGERI, Monachi, præsertim senio & ætate venerandi. Tabularium Monasterii S. Savini Levitanensis: *Congregatis sub Normam Benedicti Patris non mediocriter Calogeris.* Perperam *Cologeris* edit. apud Marcam in Hist. Beneharn. p. 805. Philippus Mazerius in Vita S. Petri Thomasii Patriarchæ Constantinopolitani n. 130. *Et alii divisi ab Ecclesia, maximè Græci, & Calogeri eorum.* Vita S. Severi Abbatis Agath. c. 16. *Adolescentiores Calogeri tàm quotidiani operis, quàm labore jejunii victi.* Hist. Cortusiorum lib. 9. cap. 16. *Ubi est Monasterium, in quo sunt Monachi 1500. Calogeri nominati.* Καλογήρων apud Græcos mentio passim occurrit, Palladium in Hist. Lausiaca c. 20. Joann. Moschum cap. 27. in Vita S. Nili junioris pag. 16. in Vita S. Basilii junioris n. 20. apud Nicetam in Alexio lib. 3. n. 2. Anonymum de Locis Hierosol. c. 14. Joannem Cananum pag. 191. in Historia Græco-Barb. Apollonii Tyrii p. 19. & apud alios Scriptores, laudatos à Meursio. Καλογήρου Epitheton Episcopo Thessalonicensi tribuit Palladius in Vita Chrysostomi p. 26. Vide Steph. Paschalium in Disquisition. Francicis lib. 8. cap. 50. Ita Καλογραίας Moniales vocabant. Corona pretiosa: Καλογρία, *Monialis*, μονάστρια. Joann. Cananus de Bello Constantinopolit. οἱ δὲ Τουρκοκαλογήροι τὰς καλογραίας ἡμῶν κέρδος καὶ κούρσεις ἐυεργεσίαν νὰ ἔχουν. Constantinus in Hist. Apollonii Tyrii:

Καὶ κον.μα τὴν καλογρία, καὶ κόψη τὰ μαλλιά της.

Τουρκοκαλογήροις Monachos Turcicos, qui vulgò *Dervisii*, vocat etiam Ducas c. 21. Τουρκοκαλογήροις ἅπαντας πικρῷ θανάτῳ παρέδωκε. Cap. 42. Εἰσῆλθον --- ἐν τῇ τῶν Μαγγάνων μονῇ Τουρκοκαλόγηροι. Idem Cananus: Ἦλθεν ὁ Μυρσαΐτης καὶ Πατριάρχης τῶν Τούρκων μετὰ πεντακοσίους Τουρκοκαλογήροις ἐπὶ ἡμισυ καθήμενος, &c. Adde pag. 193.

CALONIA. Tide *Calumnia*.

CALONICA. Vide *Colonica*.

CALOPARE, Citato cursu equitare, Gallis *Galoper*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 6. Vocis etymon à Græco καλπᾶν, vel καλπάζειν, *Currere*, accersit Salmasius ad Capitolin. p. 245.

CALORTA. Tabularium Casauriense an. 14. Lud. Imp. Lotharii filii: *Cum silvis, pascuis, stalariis, cetinis, calortis, rivis, rundinis, &c.*

CALSOLARIUS, Calceorum artifex, sutor, Italis *Calzolaio*, qui nostris *Cordonier*. Bulla Honorii III. PP. an. 3. apud Ughellum to. 1. Italiæ sacr. p. 823. *Quicunque est vel erit calsolarius, dabit annuatim Episcopo unum sutellarium ad sensum Episcopi.* Vide *Calciarius*.

Calsolaria, Sutrina, sive officina calcearia, Italis *Calzoleria*. Occurrit in Processu de Vita S. Thomæ.

CALTA, *Caltes*, *Caltades*. Glossæ Biblicæ MSS. *Calta dicuntur, qui divinam legem intelligunt & perficiunt. Caltes est, qui per actum bonum divinis respondet verbis. Caltades verò, qui non solùm operibus bonis divinis verbis respondet; sed & in ipsorum verborum mysticos sensus alios introducit.* Vide *Albania*.

CALVARIA, Detonsio, decalvationis pœna. Ursinus in Vita S. Leodegarii cap. 14. *Condemnatus ab ipsa Synodo, calvariam accepit in capite, & expulsus segregatur à sancta Congregatione.* Vide *Decalvare*.

CALVARIOLA. Vetus Interpres Juvenal. ad Sat. 5. *Ut solent in urbe calices fractos, sive calvariolas componere.*

CALVARIES, *Sinciput*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam.

CALVANUS. Vide *Cavanna*.

CALVETUM, in veteri Glossario Saxonico, Meꝛꞅc, exponitur, quæ vox *mariscum*, seu paludem etiam sonat.

CALUMNIA, Actio in jure, quâ quis rem quampiam sibi per solennes juris formulas asserere conatur, aut pro qua litem intendit: *Calenge*, in Chron. Flandr. cap. 80. & apud nostros passim. Lex Burgund. tit. 89. *Liber abscedat, neque calumniam pro eo, quòd ligatus aut captus est, movere præsumat.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 27. *Non possumus in una causa duas imponere calumnias.* Marculfus lib. 1. form. 22. *Nec hæredes eorum exinde quamlibet calumniam aut repetitionem ullam penitùs habere non debeant.* Formula vetus secundùm Legem Roman. cap. 5. *Qualibet persona, quæ contra hanc venditionem aliquam calumniam, vel repetitionem generare præsumpserit, illud, quod repetit, non vindicet.* Simeon Dunelmens. an. 1116. *Spondens Regi & Archiepiscopo, se, dum viveret, illum non reclamaturum, nec aliquam calumniam inde moturum. Calumniam inferre, dimittere,* passim in vett. Tabul. apud Beslium pag. 448. 457. 473.

In calumnia poni, esse. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 75. *Notum est Ecclesiæ Gratianopolitanæ filiis, quòd diu est, quòd decimæ in præfato Episcopatu in calumniam positæ sunt, & illi, qui sunt laici, qui extra jus Ecclesiasticum decimas tenent, in interdictum positi sunt.* Infrà: *Antè autem, quàm ipse sepulturæ traderetur, fratres ejus — decimam, videlicet totam tertiam partem, pro qua frater eorum Pontius in calumnia erat, reddiderunt & donaverunt Episcopo Hugoni & Ecclesiæ Gratianopolitanæ.*

Calumniare, & *Calumniari*, Actionem intendere, movere, in jus vocare, nostris *Calenger*. Chron. Flandr. cap. 61. *Et calengea la Comté de Flandres comme sienne.* Flodoardus lib. 4. Hist. Rem. cap. 10. *Hucboldus quidam — munus ejusdem Abbatis calumniabatur, & ab Ecclesia Dei genitricis conabatur auferre.* Charta an. 1060. apud Beslium: *Calumniavit Abbas Odo, qui in Abbatiam successit, & in tantum calumniando prosequutus est, quod &c.* Alia apud eundem: *Willelmus Vicecomes, — querimoniam inde faciendo calumniabatur hoc donum, contestans & affirmans, nullatenus debere esse ratum.* Occurrit passim.

Calumniator, Actor. Charta an. 1080. apud eundem Beslium: *Calumniator querelam deponit.*

Calumnia, *Calonia*, Pœna pecuniaria, *Calumnia* mulcta, quâ damnatur, qui calumniandi animo litem intendit, pro injustè instituta actione, vel objecta exceptione, leg. 2. C. de Jurejur. propter calum. dand. Hispanis *Caloña* & *Caluña*. Concilium Legionense ann. 1012. cap. 4. *Si autem extra cœmeterium abstulerit rem Ecclesiæ, reddat eam & calumniam cultoribus ipsius Ecclesiæ, more terræ.* Cap. 5. *Dividant per mediam calumniam homicidii.* Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781. apud Sandoval. *Et quanta calumnia fuerint, pectent & emendent, &c.* Concil. Coyacense an. 1050. c. 7. *Quale est constitutum in Decretis Adefonsi Regis pro homicidio, pro rauso, pro Sayone, aut pro omnibus calumniis suis.* Charta Ferdinandi Regis æræ 1081. *Si — aut plagaverit vel occiderit, nullam calumniam proinde persolvat.* Alia Sanctii Regis Aragon. æræ 1090. in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 9. *Id est,* de

de lezda, de censu, de homicidiis, de judiciis, de calomnis, & de omnibus omninò rebus, &c. Charta Urracæ Reginæ Hispaniæ an. 1116. apud eundem Sandovallium: *Quòd si perseveraverit, & intra terminos hos violenta manu intraverit, quod rapuerit, duplat, & calumnia Abbati & senioribus exsolvat cum sex millia solidos.* Vitalis Episcopus Oscensis: *Et respondeant eis de calomniis, hoc est, de pœnis pecuniariis usque ad mediam mortificaturam.* Alibi: *Si quis acceperit Militem de equi habenis, solvet de calonia quingentos solidos.* Idem: *Habent Infanciones medietatem caloniæ homicidii.* Occurrit passim in Chartis Hispanicis. Perperam *cholonea*, pro *calonia*, in veteri Diplomate Oldegarii Episcop. Barcinon. scriptum rectè observant viri docti ad Vitam ejusdem Oldegarii. Vide Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 4. §. 8. & Observant. Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionat. §. 23.

CALX, seu *Calcis præstatio*, & *Calcis excoctio*, inter munera publica recensentur, quibus certa prædia obnoxia erant, quæ *Cespites calcarii* dicuntur in Novella Valentiniani de Pantapolis, quorum possessores calcem subministrare tenebantur, ut Terracinenses in Campania, leg. 3. Cod. Th. de Calcis coctor. de quibus etiam Symmach. lib. 10. Epist. 52. & Tusci, d. leg. 3. alii eam excoquere, alii vehere, de quibus in l. 2. 3. Vide Cod. Theod. d. tit. de Calcis coctorib. urbis Romæ & Constantinop. & ibi Jacob. Gothofredum, ut & Michaëlem Attaliatam in Synopsi Juris tit. 78.

Calcaria, apud Ammianum lib. 27. est Calcaria fornax, uti appellatur à Plinio lib. 17. cap. 9. in qua calx excoquitur; vel calx ipsa. Anastasius in Gregorio II. PP. *Hic exordio Pontificatus sui calcarias decoqui jussit, & — hujus civitatis muros restaurare decreverat.* Romualdus Salernitanus in Chronico MS. an. 11 9. *Tunc mandantibus justitiariis, equi indomiti pedibus alligatus, usque ad calcariam, quæ ante palatium erat, est violenter attractus.* Hinc quidam putant Forcalcariense oppidum in Provincia nuncupari, quasi *Furnum calcarium*, itaque appellari in Tabulario S. Victoris Massiliensis ajunt.

Calcaria interdum pro ipsa pensitatione, quæ præstabatur pro calcis coctione. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. §. 14. *Ut nulla nova* (consuetudo) *eis à parte Reipublicæ imponatur, excepta antiqua consuetudine, hoc est, responsaticum, & angarias, & calcarias.*

Calcarienses, in leg. 36. Cod. Th. de Decur. qui calcis excoquendæ obsequio obstricti erant.

Calcifurnium, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 5. *Calcefurnium* in Edit. Heroldi. Furnus, in quo calx coquitur, Gallis, *Chaufour.*

Calfurnium, Calcis coquendæ onus, *Chaufour*, recensetur inter onera & servitia, in Tabulario S. Vitoni Virdunensis: *In vinea fimorare debeant, de tertio in tertium annum calfurnium facient.* Alibi: *Pro banno den. ad festum S. Joannis, calfurnium de tertio in tertium.*

CALUSUM, pro *clausum*, Gallis, *Clos, Clos de vigne.* Tabularium Monasterii sancti Andreæ Viennensis: *Hanc donationem facimus, & adicimus particulam vineæ Orientem versus in nostro caluso.*

CALZARIUM. Vide *Calcearium.*

CAMA. Papias: *Cama, lectus brevis.* Ugutio: *Cama, genus lecti brevis, & circa terram, quod & Cama, atis, invenitur in Ambrosio de Officiis.* Isidorus lib. 19. cap. 22. *Camisias vocamus, quòd in his dormimus in camis, id est, in nostris stratis.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Cama:* ꝩceoꝩꞇ beð ꝩið eoꝛꝩan. Ebrardus in Græcismo:

Dormit inops camâ, combussit Pergama cauma.

Hispanis *Cama* est lectus.

CAMAEUS, Sardonyx, Gallis *Camayeu.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Nobilibus lapidibus insculptis, quas Camaeos vulgariter appellamus.* Infrà: *Allati sunt quidam ampli lapides, quos sardios onycheos* (sic leg. pro *onicleos*) *appellamus, & vulgariter Camaeos nuncupamus.* Ubi perperam scriptum *cadeneos.*

Camahutus, non semel in Visitatione Thesaurariæ S. Pauli Londin. an. 1295. in tom. 3. Monastici Anglic.

Camahelus. Arestum Paris. 9. Maji 1321. *Item lorenos garnitos de serico seminatos de bouto ns. & camahelis pretii 20. sol.* De vocis etymo consule Nicolaum Guibertum lib. de vasis murrhinis cap. 10. Salmasium ad Solinum pag. 562. Gaffarellum in Curiositatibus inauditis cap. 5. §. 1. 2. & Octav. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Camaglio.*

CAMARA, ex Græc. καμάρα, Fornix, camera. Vetus Scholiastes Juvenalis Sat. 14. in hæc verba: *Arida cum tota* (*Mundentur parietes vel camaræ.*) Fragmentum Petronii: *Sophos universi clamamus, & sublatis manibus ad camaram, juramus Hipparchum Aratumque comparandos illi homines non fuisse.* Adamnanus in Itinerario Terræ sanctæ lib. 1. cap. 23. *Ecclesia interior domus sine tecto, & sine camara, ad cælum sub aere nudo patet.*

Camara, Cubiculum, Camara, Hispan. *Camara.* Formulæ vett. apud Bignon. c. 13. *Dum diceret, eò quòd cellaria, vel camara & granica, quicquid in eis habuit repositum, hoc est, aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, annonam, vel vitalia sua, &c.*

Camara, Aquæductus, canalis fornicatus. Gloss. Græco-Lat. *Camara*, ὑπονόμος.

CAMARADUM. Epistola Adriani PP. ad Carolum Magnum in Codice Carolino Epist. 61. *De camarado autem, quod est hypocartosa, ad renovandum in Basilica B. Petri Apostoli nutritoris vestri, prius nobis unum dirigite Magistrum, qui considerare debeat ipsum lignamen, quod ibidem necesse fuerit, ut sicut antiquitus fuit, ita valeat renovari.* Infrà: *De ipso lignamine, quod in prædicto hypocartosin, hoc est, camarado necesse fuerit.* Est autem *hypocartosis*, tectorium, sive crusta, quâ parietes & cameræ inducuntur. Glossar. Græco-Lat. ὑποχάρτωσις, *Tectoria.* De hujus vocis notione ac etymo nonnulla habet Salmasius ad Vopiscum p. 293. De Tectorio opere egit Vitruvius lib. 2. cap. 4. 8. lib. 5. cap. 10. lib. 7. cap. 3. Accipitur porrò hoc loco *Hypocartosis*, pro ipso ligneo fornice & ipsa concameratione, inducta, aut inducenda: cujusmodi ejus fabrica describitur à Vitruvio dicto cap. 3. Est igitur *camaradum*, pro *camaratum.* Ab eodem fonte καμάρδαν vocarunt Græci recentiores tentorium, quòd in modum cameræ, seu fornicis, arcuatum sit: qua voce utuntur Leo in Tacticis cap. 10. §. 12. cap. 20. §. 194. & Mauricius lib. 5. cap. 3. Unde nostri *Camarades*, Hispani *Camarada*, vulgò vocant milites, qui sub eodem tecto, aut tentorio, & in eadem camara degunt.

CAMARIUM. Charta Alfonsi III. Reg. Portugalliæ an. 1279. apud Brandaonum to. 4. Monarch. Lusitan. p. 279. v. *Quicumque acceperit camarium, pectet Do. Regi 2. Morabit. & illi, cujus fuerit, medium Morabit.*

CAMERLENGUS, *Camerlengus.* Italis *Camerlengo*, Camerarius, ærarii quæstor. *Bertoldus Camarlengus Imperatoris*, in Charta Lotharii Imp. an. 1137. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus. Ita usurpant Joannes Villaneus lib. 4. cap. 2. lib. 7. cap. 17. Matth. Villan. lib. 3. cap. 78. & Scriptores Itali passim.

CAMASUS, Vestis species. Gloss. Isidori: *Camasus, amfimallus.* Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. κάμασος, ἢ κάμασον, τὸ πικὸν ζύλον. Vide Meursium in κάμασος.

CAMBA, *Inflexa, tortuosa*, Papiæ.

Camba. Charta an. 1231. apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 901. *Duo bacini — & quædam camba ventilabri, & 2. candelabra deaurata, &c.*

CAMBA, Brassiatorum officina, seu locus, ubi cerevisia coquitur & conficitur, quem vulgò *Brasseriam*, vel *Braxatoriam* nuncupamus. Charta Ludovici Ultramarini Franc. Regis apud Vassorium in Annalib. Noviomensis Ecclesiæ lib. 3. cap. 48. *Et cum omni integritate largitus est, excepto sectico uno, cum camba, &c.* Alia Leonis PP. in lib. 1. Hist. Bellovacens. cap. 18. *Circa prædictum castrum hospites quindecim, cambas tres.* Ubi loci perperam Louvetus *cambam* cum *cambio* confundit. Passim occurrit, apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 52. 66. in Statutis antiquis Corbeiensib. lib. 1. cap. 9. ubi *cambia*, pro *camba*, apud Loisellum in Bellovaco pag. 246. 253. in Historia Ecclesiastica Abbavillensi cap. 26. in Notit. Eccles. Belg. pag. 80. 99. 113. &c. in Donat. Belg. p. 397. in Hist. San-Dionysian. Doubleti pag. 724. apud Vassorium in Noviomo pag. 924. in Chronico Andrensi pag. 47. in Gestis Abbat. Gemblacens. pag. 533. &c. Chartular. Corbeiense: *Nus ne puet faire cambe ne brasser chervoise, ne goudale sans son congié.* Id juris *Cambage* appellatur in Consuetudine Bononiensi art. 46. & Herliacensi art. 3, ubi perperam *Gambage* scribitur. Tabularium S. Michaëlis Ulterioris portus an. 1141. *Monachi totidem Deo servientes & cambagio panem & cervisiam facient ad suum usum.* Vocis originem à Germanico *Cam* & *Cammer*, accersit Kilianus. *Cam* etiam hodie Flandris idem sonat, ut auctor est Buzelinus lib. 3. Gallo-Fland. cap. 20. At Germani hausisse videntur à Latinis, quibus *camum* potio est, quæ fit ex hordeo & aliis frugibus, estque cerevisiæ species. Simeon Januensis apud Cujacium lib. 24. Observat. cap. 39. *Cervesia, camum, foca.* Alibi: *Camum, sicera, potus factus ex hordeo & aliis rebus calidis, ut zinziber & similia, quæ ponuntur in testaceis parvis bene obturatis, & cùm aperiuntur, salit in altum, & vocatur cerevisia.* *Cami* verò soli ferè meminere Ulpianus leg. 8. de Tritico, vino vel oleo legat. & Cælius Aurelianus lib. 3. qui *camum* eam potionem esse ait, quæ *lora* Romanis dicitur: sed de camo, consulendus idem Cujac. lib. 5. Var. cap. 1. Hanc conjecturam nostram firmat, quod

Camma, etiam scribitur, seu ex *camo* Ulpiani, seu ex Germanico *Kam* & *Kammer*, ut est apud Kilianum. Tabularium S. Remigii Remensis in capite Censuum de Marsna: *De camma 130. mal lros de questu cervisia, & quisquis illic cervisiam fecerit, dabit 4. den.* Occurrit ibi pluries.

Cambam aperire, Apertam habere dominicam villam, in qua vicatim ac tributim panis ac potus ex hordeo coquebatur, lucro domini. Hæc Browerus lib. 8. Annal. Trevir. ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Glossis MSS. p. 473. 1. Edit.

Cambarius, Brasiator, potifex, seu cerevisiæ confector. Lambert. Ardensis: *Quidam cervisiæ brasiator, vel cambarius.* Charta Balduini Flandriæ Comitis an. 1038. apud Buzelinum pag. 527. *Cocus Ecclesiæ, magister pistorum, cambarius.* Vetus Charta de Teloneis urbis Ambianensis: *Chascune cambre à œchine des Cambiers de la chité d'Amiens, si ele n'est en franc lieu, doit cascune semaine 3. septiers de chervoise de cambage.*

CAMBALE. Vetus Charta, scripta circa ann. 1320. de Infante Majoricar. ex Camera Comput. Paris. *Et duo frena argenti, & 2. aressoni argenti cum strepis & cambalibus, & picralibus, &c.* fortè *pectoralibus.*

CAMBELLANUS, nostris idem qui Romanis *Cubicularius*, vel *Præpositus sacri cubiculi*, diversus à *Camerario*: penes quem cura erat *Cameræ*, seu Thesauri Regii: Cambellano autem fuit cura cubiculi. *Le Roman de Rou MS.*

Toustains qui fu son Chamlellains,
De sa chambre n'estre gardains.

Le Roman de Renaut MS.

Chambellain de ma chambre toujours més en serez.

Le Roman de Garin MS.

Les Seneschaux, & tuit li Chambellan
Environ lui chascun son ostel prent.

Cambellani præcipuum munus fuit in vassallorum hominiis admittendis ac recipiendis: domino enim aderant, cùm ii ea præstabant, ac ejus vice vasallum rogabant, eidemque respondebant. Præterea hujusce dignitatis jure pallium vasalli eorum erat, uti observat Gallandus lib. de Franco alodio pag. 62. 63. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniæ, sub finem: *Sicut enim spolia Militum, quando dominis exhibent hominium, transeunt in jus Camerariorum, simili conditione Ducis vestimentum cedit his hostiariis juxta jus consuetudinarium.* Sed id postea in summam pecuniariam ratam ac definitam pro modo feodorum deinceps commutatum fuit, quod *Cambellagium* vocant Consuet. municipales, locis à Raguello indicatis. Regestum S. Justi fol. 13. ex Camera Computor. Paris. *En l'an de l'Incarnation de N. S. 1272. le Mercredi aprés la Decollation de S. Jean Baptiste à Nogent le Rembert fu ordenné par devant le Roy, presens M. l'Abbé de S. Denys, Mons. Jean d'Acre Bouteiller de France, Mons. Erart Chamberier de France Mons. Maheu de Mailly Chambellan de France, & plusieurs autres, que quiconques fesoit ou avoit fait homage au Roy Philippes qui ores est, dont il ne fu pas donné en homage au Roy Loys son Pere, que li plus poures homs payeroit 20. sols de Par. au Maistre Chambellan, Chevalier, & à tous les autres Chambellans, & li autres de 100. ll. de terre de quiconque il les tiegne, paieroit 50. s. de Parisis, & cil de 500. ll. de terre de quiconque il les tiengnent, paieront 100. s. de Par. & li Baron & li Evesque paieront 10. ll. de Par ausdits Chambellans.*

Cambellano præterea Annuli Regii privati, quem *sigillum secreti* vocabant, custodia incubuit, qui inde apud Byzantinos παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης appellatus fuit, ut distingueretur ab alio Officiali aulæ Palatinæ, qui παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος dicebatur, uti docuimus ad Villharduinum. Guill. *de Lannoy* Dominus *de Villerval*, in Itinerario suo MS. ad annum 1420. *Lors par le trespas de Mess. Athies de Brimeu premier Chambellan (de Ph. Duc de Bourg.) le Seau de secret de mon tres redoubté Seigneur me fu baillié, sans ce que il y eut autre premier Chambellan, conchay devant luy l'espace de trois mois, & porté sa banniere deux fois, la cotte d'armes vestue en bataille avec luy.*

Hæc & cætera Cambellanorum munia ac jura attigere etiam, qui de hac dignitate ex professo scripserunt, Joannes Tillius de Regibus Franciæ, & Bardinus in eo opusculo, quod de Cambellani dignitate conscripsit, quæ potissimùm complectitur sequens Diploma, quod ex Joannis Beslii Adversariis olim eruimus: *François de Montberon Vicomte d'Aunay & Chambellan de Poitou, &c. Premierement toutefois que je Vicomte seray audit pays de Poitou devers ledit Monseigneur, il me doit faire delivrer pour moy mes gens de chevaux que j'auray, & selon ce qu'il appartiendra. Item quant ledit Mons. sera audit pays de Poitou, je dois porter, ou faire porter son seel de secret, duquel seel doivent estre seellées toutes les Lettres des hommages, & d'avoir les profits & emoluments des Lettres, qui en doivent estre seellées, & tout ce, qui de luy sera à cause dudit Chambellage. Item quand mondit Seigneur viendra premierement à Poitiers, que je dois de mon*

mon droit avoir son lit garni de tous les paremens, qui seront, esquels il couchera la premiere nuit. Item quand Madame la Comtesse viendra premierement à Poitiers, je la dois mener par le frein, de la porte par où elle entrera à Poitiers, jusques à la salle, & la dois descendre, & le mantel ou chappe qu'elle aura vestu, & le cheval sur lequel elle sera venuë, soit destrier, coursier, palefroy, ou autre monture quelconque, en l'estat, & aussi garni comme sera, doit estre & sera mien. Et si ladite Madame venoit en litiere ou en chaire, je la dois semblablement mener jusques à ladite salle, & descendre, & la litiere ou chaire garnie comme elle seroit, & les chevaux demouront & seront miens de mon droit. Item je dois servir ladite Dame de vin la premiere fois, qu'elle sera à table, & le hanap ou couppe, ou autre vaissel, à quoy elle boyvra, sera mien, & de mon droit. Item le lit & les paremens de la chambre de la dite Dame, en laquelle elle couchera la premiere nuit, ainsi garni comme il seroit, seront mien, & de mon droit. Et est le devoir à la maniere de l'hommage tieux: car je dois faire mon hommage, ledit Monseigneur estant à la Messe, quand il voit à l'offrande, & luy bailler un denier d'or pour tout mon devoir, lequel denier il doit offrir à la Messe, &c. Le 3. Juilles 1410.

Cambellanus Mappæ, seu de la Nappa, &c.

Cambellanus Scutiferiæ, seu della Scuteria reale, dignitates in Regno Neapolitano, de quibus Scipio Ammiratus in Familiis Neapolit., to.1. p.55.

Camberlanus. Gesta Consulum Andegav. cap.3. n.2. *Habebat autem tunc temporis Rex Paranymphum, sive Camberlanum, nomine Ingelgerium.*

CAMBERIA. Charta Theodosii Episcopi Firmani an.887. apud Ughell. to.2. p.747. *Cum — eorum libertatibus, servitiis, camberiis, vineis, arboribus, &c.* Fortè *cannaberiis.*

CAMBIARE, Rem re permutare, Italis *Cambiare*, Latinis, *Cambire.* Siculus Flacc. de Condit. agror. *Emendo vendendoque, aut cambiando, mutandoque similia finitionum genera inveniri possunt.* Occurrit apud Columellam lib.2. c.2. in Lege Salica tit.39. §.1. tit.49. in Lege Bajwar. tit.15. §.8. in Capitul. Caroli C. tit.28. in Lege Athelstani cap.15. apud Bromptonum, in Chronico Andrensi p.459. &c. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in *Cambiare.*

Præcambiare. Vetus Charta in Bibl. Sebusiana p.5. *Non distrahat, non minuat, non præcambiat, non beneficiet alicui, &c.*

Cambiator, Campsor, nummularius, in Charta Ludov. Regis an.1137. in Hist. S. Martini de Campis p.28. in Epist. 120. ex Sugerianis, &c.

Scambiator, apud Matth. Paris p.586.

Cambire. Priscianus lib.10. *Cambio*, ἀμείβομαι, *ponit Charisius, & ejus Præteritum Campsi: quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, κάμψω, Græco esse videtur. Unde & Campso, Campsas, solebant vetustissimi dicere.* Ugutio: *Cambio facit Campsi, Campsu Supinum. u. in o. fit Campso, are, id est, frequenter Cambire, & inde Campsor.* Gloss. Gr. Lat. ἀνταλλάσσω, *Summuto, Cambio.* Alibi: Ἐναλλάσσω, *Immuto, Muto, Commuto, Cambio, Campsi.* Leges Athelredi: *Ut nemo cambiat aliquid sine testimonio Præpositi.* Petrus Blesensis de Eucharistia c.9.

Qui nova vasa creans ea cambit & aptiùs ornat.

Utuntur præter veteres Scriptores, Anonymus de Miraculis S. Ludgeri Episc. n.39. Chronicon Andrense p.348.364. Cæsarius Heisterbach lib.4. c.6. &c. Vide Casaubon. in Notis ad Apuleji Apolog. p.137.

Cambitio, Permutatio. Leges Athelstani Regis Angl. apud Brompton. c.15. *Manum mittat dominus ad eam cambitionem.* Albertus Aquensis lib.3. c.57. *In auri vel argenti cambitione.*

Cambtio, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1180. apud Steph. Stephanium in Prolegomenis ad Saxonem Grammaticum p.16.

Cambitor, Permutator. Guillelmus Andernensis in Chronico: *Et pro eo, quòd bonorum datores, sive cambitores, tunc temporis sigilla non habebant, &c.* Vide *Campitor.*

Cambitus. Gloss. Græco Lat. Ἀντικαταλλαγὴ, *Cambitas, permutatio.* Leg. *Cambitus.* Gallis *Change*, vel nummulariorum officina. Charta Gaufredi Comitis Andegavensis an. 1047. pro Ecclesia N.D. Santonensis, apud Sammarthanos: *Adjunximus autem donis nostris monetam & monetagium per cambitum totius Episcopatus Xantonensis, &c.* Alia Ludovici VII. Reg. Fr. an.1140. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Concedimus tibi & Ecclesiæ B. Mariæ, cui auctore Deo præsides, cambitus, fractionemque Monetæ veteris, si novam fieri jusserimus, perpetualiter habere, sicut Autbertus monetarius, & Willelmus Autberti filius ejus longis temporibus ab Ecclesia B. Mariæ feudali possessione tenuerunt, hac videlicet ratione, ut nullus homo vivens in toto Episcopatu Xantonico absque tua licentia cambire audeat.* In eodem Tabulario fit mentio in Charta an. 1141. *tabularium cambitus Santonicæ civitatis.*

Cambium, Permutatio, Italis *Cambio*, nostris *Eschange.* Leges Partitæ part.5. tit.6. §.1. *Cambio, es dare o togar una cosa sennalada por otra: y en est a sinificacion Cambiar, vale tam solamente trocar, y permutar una cosa por otra.* Lex Longob. lib.3. tit.8. §.4. *Ut nullus Militum cambium aut precariam aut libellum sine eorum consensu facere præsumat.* Lib.1. Feud. tit.22. *Si quis fecerit investituram, vel cambium de beneficio sui Militis, &c.* Adde lib.4. tit.1.

Cambia, eadem notione. Lex Bajwar. cap.20. tit.8. Edit. Heroldi. *Commutatio, hoc est quod cambias vocant, &c.* Vetus Charta apud Henschenium 26. Mart. p.634. *Accepi hovam illam à Luidgero in cambia contra terram aratoriam rochi supradicti.*

Cambium publicum, Tabula nummularia. Extat in Regesto 36. Chartophylacii Regii n.199. Diploma Philippi Pulcri Regis Fr. qua *Cambium Parisiense* in Magno Ponte teneri statuit: *Quòd Cambium Parisiis erit & tenebitur super nostrum magnum Pontem solummodò à parte Graviæ, inter Ecclesiam S. Leufredi & majorem arcam, sive defectum ipsius Pontis, prout hactenus ante corruptionem pontis ejusdem quondam lapidei extitit consuetum. Item quòd nulli omnino liceat alibi quàm in loco illo cambiare, seu cambium tenere Parisiis, &c. Act. Paris. mens. Febr. an.* 1304. In eodem Regesto Charta 232.233.234. *Cambium, sive tabula nummularia* dicitur. Extat etiam ibidem Statutum ejusdem Philippi an.1305. quo ejusmodi tabulas nummularias in quatuordecim Regni locis haberi præcipit.

Camium, idem quod *Cambium.* Permutatio. Charta Sanctii Regis Arag. apud Hieron. Blancam: *Qualiacunque sanctus Johannes — dono, vel comparatione vel camio acquisivit.* Hinc *Camiare*, in eadem Charta. Vide Historiam Pinnatensem p.269. & Sandovallium in Episcopis Pampilon. p.40.41.

Scamium, in Tabulario Prioratus de Paredo fol.91. *Hoc scamium laudavit nobis domnus Pontius.*

Escambium, Permutatio, Gallis *Eschange.* Charta Ricardi I. Regis Angl. apud Radulfum de Diceto: *In escambium autem prædicti manerii de Andeli — concessimus — omnia molendina, &c.* Passim. Vide *Cambium.*

Escambiator, Trapezita, argentarius, apud Radulfum de Diceto, & Matth. Paris an.1190.

Scambiaria charta, quâ aliquid commutatur, in Tabulario Conchensi in Ruthenis n.98.298.

Scampsaria charta, in eodem Tabulario Ch.135.

Con-

Concambire, Permutare. Tabularium Monasterii Brivatensis apud Justellum, an. 864. *Quam exalodes --- inter se communicare & concambire debuissent, quod ita & fecerunt.*

Concambiare, in Lege Salica tit. 39. apud Marculfum lib. 2. form. 23. Eckeardum Jun. de Casib. S. Galli c. 1. Baldricum lib. 3. Chr. Camerac. c. 49. &c. Glossæ Philoxeni: *Cacumbeat*, ὁ ἀλλάσσει; ubi legendum *Concambiat*.

Concamiare, apud Perardum in Burgundicis p. 163.

Concambium argenti, in Capit. Car. C. tit. 31. c. 13. Odo de Diogilo lib. 4. de Profect. Ludov. in Orient. *In ten.oriis habebamus congruum, si duraret, concambium.* Alibi: *Et ipsi forum idoneum, concambium competens, & alia, quæ nostris utilia visa sunt pro suo Imperatore sacramento simili firmaverunt.* Rursum: *In hac* (terra) *pro voto nobis fuerunt & forum & concambium.* Occurrit apud Marculfum lib. 1. for. 30. lib. 2. for. 25. in Lege Aleman. tit. 20. in Vita S. Erminoldi Abb. & Mart. c. 3. n. 11. Petr. Damian. in Vita S. Romualdi c. 8. n. 39. in Chr. Casin. lib. 3. c. 40. al. 42. lib. 4. c. 14. 15. apud Jacob. de Vitriaco in Hist. Orient. cap. 73. &c.

Concamium, & *Concamiatura*, Commutatio. Formulæ veteres apud Bignonium: *Concamiatura inter duos Abbates.* In ipsa formula: *In commutatione vel in concamio.*

Concambio, Commutatio. Vetus Notitia an. 834. apud Beslium in Regib. Aquitan. *Data concambio in mense Majo, &c.*

Concamberia, eadem notione, in Tabulario Brivatensi Ch. 210.

Charta concambaria, in Tabulario Abbat. Conchensis in Ruthenis n. 304.

Contracambium, Gall. *Contreschange*, apud Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 71.

Procamium, idem quod *Cambium*, Permutatio. Charta an. 828. apud Perardum in Burgundicis pag. 16. 17. *Et hoc procamium inter ipsos factum --- stabile permaneat.* Alia ibid. *Emptionem vel procamia.*

Procamiare, Permutare. Charta Willelmi Comitis Arvernorum pro fundatione Abbatiæ Cluniacensis: *Non distrahat, non minuat, non procamiet, non beneficiet, &c.* Vetus Charta apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 20. *Ut aliquid de terris inter se commutare vel procamiare deberent.* Occurrit apud eundem præterea p. 22. 143. 144. 145. 151.

Concamius, *Concammiare*. Vetus Notitia apud Beslium in Comitib. Pictavensib. p. 149. *Prout Gratiano ipsum locellum concammiaverat. --- Postque ipse concammius fuit factus Gratiano.*

Cambio, idem quod *Cambium*, Hispanis *Cambio*. Tabularium Vindocinense Thuani fol. 1. *Dicens, quòd non dederit ei memoratus Episcopus suam cambionem pro altaris parte, sicut promiserat.* Et infrà: *Ut etiam si non daret ei Episcopus cambionem, non tamen reverteretur ad altare.*

Cambii, Mensæ *Cambiatorum*. Miracula S. Aigulfi Abbatis Lerinensis, cap. 10. *Ante fores Ecclesiæ B. Martyris subter mensas, quas cambios vocant, hospitatus est.*

Campsor, Ugutio: *Nummularius, monetarius, mensarius, Campsor.* Nostris *Changeur*; qui Græcis recentioribus καταλλάκτης, apud Nicetam in Alexio Ang. Thomam Magistr. p. 5. Edit. Rom. Joan. Cananum p. 191. &c. Ebrardus in Græcismo c. 12.

Alealudentis; ludentis mensa: tabella
Cleri: campsoris trapezetum liquet esse.

Cobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 76. *Campsores etiam pecunias per platearum theatra sparserunt.*

1 *Le Roman de Garin:*
Li changeor i vindrent de Paris.

Exquamiare, *Excamiare*, Commutare, *Eschanger*. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 62. *Ragenardus Vicedominus exquammiavit --- campum unum.* Infrà: *Signum Ragenardi, qui hoc procamium fieri & firmari rogavit.* Alia apud eundem p. 145. *excamiare, vel commutare* habet. Vide *Camium*.

CAMBIPARTITA, IC. Anglis, *Champertie*, est defensio alterius in judicio à *quota* litis præstita.

Cambipartores, *Champertors*, Rastall o dicuntur, qui alienas controversias suis expensis *quotam* pacti rei evictæ prosequuntur. Hæc Cowellus lib. 4. Instit. c. 18. §. 52. vox, inquit, composita à *cambio* & *pars*, vel à Gallico *Champart*. Vide *Campipars*.

CAMBO, Modus agri, *Campus*. Tabularium Brivatense Ch. 239. *Dederunt — de cultura de villa cambones duos, qui habent fines de uno latere, &c.* Supra, *campi duo* dicuntur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 59. *Dedit Domino in hoc loco in villa Angleduris terram arabilem, quam rustici cambonem vocant, respicitque ipsa terra juxta fluvium Ligeris, &c.* Fol. 61. *Et in alio loco cambonem unum dedit, qui terminatur de una parte terra S. Vincentii, de alia Liger fluvius, &c.* Fol. 63. *Et medietatem de cambone, qui respicit non longe à fluvio, qui vocatur Burbentius, terminatur de tribus partibus S. Salvatoris, de quarta, viâ publicâ.* Fol. 25. *Terram, quam vocant cambonem, cum terra subjacente, &c.* Fol. 26. *Item in alio loco 1. curtillum, in quo Jothaldus manebat. Et in alio loco cambonem unum juxta fluvium Borbontiæ, &c.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 64. *Et ultra hos fines cambonem de Pontvilares, &c.*

Cambonium, eadem notione occurrit passim in Tabular. Abbatiæ Dalonensis in Lemovicibus fol. 2. S. 19. &c. Interdum *Chambo* scribitur.

CAMBOCA. Vide *Cambuta*.

CAMBORTA, Frutex incurvatus, repandus, *Cambrec*, Germanis, unde *Kammerladen*, per quem vites curvantur & repanduntur. Ita Goldastus. Certè *Cambus* in veteri Glossario, καμπὸς redditur. *Cant-boort*, Flandris, est *extrema ora margo*. Glossarium laudatum à viris doctis: *Cambortæ, quæ sepem desuper firmant.* Hoc est, tres illæ virgæ plexiles, reliquis ramalibus crassiores, quæ supernè sepem connexant. Lex Salica tit. 36. *Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, vel retortas, quibus sepes continetur, capulaverit, vel cambortas excervicaverit, &c.* Lex Ripuar. tit. 43. *Si quis tres virgas, unde sepis ligatur, vel retortas, unde sepis continetur, capulaverit, aut tres cambortas involaverit, &c.* Editio Heroldi: *Aut in cambortas involaverit.*

CAMBRA, Camera, cubiculum, Gallis *Chambre*. Asserus de Reb. gestis Ælfredi: *Cùm quodam die ambo in regia cambra resideremus, undecunque, sicut solitò, colloquia habentes.* Et infrà: *De aulis & cambris regalibus, lapideis & ligneis suo jussu mirabiliter constructis.* *Cambra Abbatis*, in Monastico Anglic. tom. 1. p. 146.

CAMBUTA, *Cambutta*, *Cambuca*, *Gambutta*. Baculus incurvatus, virga pastoralis Episcoporum. Adrevaldus de Miracul. S. Benedicti lib. 1. c. 22. *Baculo, quod gestabat, incurvo, more ceterum Antistitum.* Ita enim Pastorum pedum effictum fuit. Scholiastes Theocriti ad Idyll. 4. v. 49. ait, ῥάβδον ἐὰν ἐρῶ, πεχῆσθαι γινέσθαι· ἀμπύλως, μὴ ὄγκον ἐὰν βλάψῃ τὴν βοῦν.

Cambuta. Papias: *Cambuta, sustentamen, vel baculus, flexus, pedum, crocia.* Vetus Glossar. Corbeiense: *Cambuta, baculus Episcoporum.* Testamentum S. Remigii apud Flodoardum: *Argenteam cambutam figuratam.* Perperam *cabutam* in MSS. Editio Labl ei *tabulam* habet pro *cabutam*; Bullonius *cambutam*. Ordericus Vitalis lib. 3. *Per cambutam Ivonis Episcopi Sagiensis exteriorem Abbatiæ potestatem tradidit.* Infrà;

Infrà: *Eique per cambutam Maurilii Archiepiscopi curam Uticensis Abbatiæ commendavit.* Adde pag. 604. 622. 694. 776. 877. Occurrit non semel apud Scriptores, in Sacrament. Gregorii M. in Ordine Romano, in Vita S. Emeranni apud Canisium to. 1. in Historia Episcoporum Autissiodor. cap. 63. in Chronico Mauriniacensi lib. 3. in Vita S. Urbani Lingonensis Episcopi cap. 2. apud Wolfardum Presbyter. in Miraculis S. Valburgis lib. 3. Mirac. 5. in Miraculis S. Ursmari n. 5. &c.

Cambutta, in Ordine Romano. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 74. *Ejusdem claudi cambuttas ante fores Ecclesiæ suspenderunt.* Ubi quidam Codd. præferunt *gambuttas*, ut habet Vita S. Constabilis Abb. Cavensis n. 25. Theodorus Campedonensis de S. Magno, c. 12. *Baculum ipsius, quem vulgò cambuttam vocant, per manum Diaconi transmiserunt.* Habetur & cap. 7. & 18.

Cambotta, in Historia Translat. S. Germani Episc. Parisiensis cap. 15. *Gabuta*, apud Landulfum de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 11.

Camputa, apud Crodegangum Metens. Episcop. in Regula Canonic. c. 26.

Cambucca. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis c. 19. *Dum baculus B. viri, qui à Gallis Cambucca vocatur, ad caput sepulcri illius sedulè dependeret.* Perperam *Cambucia*, in Edit. Sammarthanorum. Adamus Brem. c. 102. *Cambuccam pastoralem à Conrado Cæsare meruit.*

CAMBUCCA, apud Andream lib. 2. Vitæ S. Ottonis, Episcopi Bamberg. cap. 17.

Cabuca, in Actis Visitationis Simonis Archiepisc. Bituric. p. 208. lib. 4. Miscellan. Baluzii.

Cambuca, apud Hugonem à S. Victore in Speculo lib. 1. c. 2. in Vita S. Winoci Abbat. cap. 13. &c. Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli Londinensis an. 1295. *Baculus Ricardi Episcopi tertius, cujus cambuca de argento deaurato, &c. — baculus ejusdem, cum cambuca cornea, continens interiùs vineam circumplectentem leonem de cupro deaurata.* Occurrit ibi pluries in Monastico Anglic. to. 3. p. 314. Vide *Sabuta*.

Camboca. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 3. *Aram S. Galli adiens, cambocam suam — rapuit.* Occurrit etiam in libro Miraculorum S. Quintini cap. 13.

Sambuca, apud Durandum lib. 1. Ration. c. 6. n. 24. lib. 3. c. 15. n. 2. Willelm. Thorn. an. 1179. p. 1825. & Will. Hedam in Theodorico Episcopo Trajectensi 31.

Cambucarius, Qui cambucam aut crucem defert. Gloss. vetus Anglic. laudatum à Spelmanno: *Croser, Pedarius, Cambucarius, Crucifer.*

CAMELARIUS, Qui camelorum curam gerit. B. Dorotheus Doctr. 11. Ἤρχοντο οὖν οἱ ξένοι, καὶ ἐσπέριζον μετ' αὐτῶν, καὶ πάλιν καμηλάριοι, καὶ ἐποίουν τὴν χρείαν αὐτῶν. Palladius in Hist. Laus. c. 39. Χαλκεῖς ἑπτά, τέκτονας τέσσαρας, καμηλαρίους δώδεκα, κναφεῖς δεκαπέντε.

CAMELASIA, à camelis dicta, Munus quoddam personale, ad quod quivis tenebatur, ut nempe camelarius esset, καμηληλάτης, vel camelos exhibere teneretur, ut docet l. 1. D. de Muneribus. Sed vocem hanc à P. Castello insertam in Ammiano Marcellino lib. 17. contendit Valesius, & abesse ab omnibus MSS. Vide Cujac. lib. 9. Observ. c. 9. & eundem Valesium ad Eusebii librum de Martyribus Palæstinæ cap. 12.

CAMELAUCUM, *Calamaucus*, *Calamaucum*, Græcis recentioribus καμελαύκιον Capitis integumentum, & pilei genus ex camelorum pilis confectum, unde nomen, ut auctor est Cedrenus: Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κατασκευὴ στυρίδος, ἀντὶ πίλου τῇ κεφαλῇ τιθεμένη, καλεῖται δὲ παρ' Ἰταλοῖς κάμελα, ἐξ οὗ καὶ καμελαύκια. In eadem etiam sunt sententia, quoad vocis etymon, Leo Allatius & Goarus. Papias: *Camelaucus, vestimentum Papæ.* Anastasius in Constantino PP. *Apostolicus Pontifex cum camelaucio, ut solitus est Romæ procedere, à palatio egressus, &c.* Idem in Hist. Eccl. *Occidit Totilam, & vestimenta ejus cruentata, cum camilaucio lapidibus pretiosis ornato misit Constantinopolim.* Theophanes de eodem Totila: Καμηλαύκιον διάλιθον. Gloss. Gr. MS. Regium Cod. 1673. Κίδαρις, κράνος, περίθεμα κεφαλῆς, κιδάρις δὲ εἶδος καμιλαυκίου, ὃ καὶ τιάρα νοεῖται. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Καυμεσιά, καμηλαύκιον. Infrà: Καυμιλαύκιον, Ῥωμαϊκὴ ἡ λέξις, ῥηθεῖη δ' ἂν καὶ ἑλληνιστὶ ἀπὸ καῦμα ἐλαύνειν καυμηλαύκιον. in V. videεις, ἐκ τριχῶν καμελαύκιον. Vide Glossas Basilic. Acta SS. Abrahami & Mariæ n. 31. Ἐνδυσάμενος δὲ τὸ στρατιωτικὸν σχῆμα, καὶ καμαλαύκιον βαθὺ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

At plerique è Latinis Scriptoribus pro *camelaucium* mutatis literis, *calamaucum* dixerunt, sicque scribendum contendit Salmasius. Glossæ antiquæ MSS. *Galeros, calamaucos pelliceos.* Glossæ Isidori: *Galeros, calamaucos.* Eadem: *Pileum, calamaucum.* Papias: *Pileum, calamaucum ex bysso rotundum, quasi spara, caput tegens sacerdotale, in occipitio vitta constrictum. Hoc Græci & nostri Tiaram vocant.* Ælfricus: *Calamauca*, hæc, i. galerus. Ugutio: *A caleo, hic calamacus, i. quoddam genus mitræ strictæ, & dicitur Calamacus, quasi calorem machinans, eò quod strictasit, & capiti impressa.* Anastasius in Hist. Eccl. *Præcepit Abdelas radi barbas eorum, & fieri calamaucos cubiti unius & semis.* Beda de Tabernac. lib. 3. c. 8. & Rufinus hæc verba Josephi lib 3. c. 8. Περὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖ πῖλον ακωνον, sic vertunt: *Super caput autem gestat pileum in modum parvuli calamauci, sive cassidis.* Perperam *Calamati* editum apud Jo. de Janua. Odo Fossat. in Vita Burchardi Comitis Corboliensis: *Dum alicubi voluntas pergendi adesset, depositis monachalibus indumentis, pretiosarum pellium tegmentis exornabatur, calamaucumque optimum pro capitio humili, capiti imponebatur.*

Auctor est Allatius lib. 3. de Utriusque Ecclesiæ consensione lib. 3. cap. 8. n. 12. apud Orientales, Sacerdotes Monachos camelaucis etiamnum uti. Sic autem ab illo describuntur: *Caput operiunt camelaucio, quod capitis tegmen est ex lana nigricante, ut natura illam dedit, textum, rotundum, altitudine semipalmare, in formam conchæ finiens, qua caput ingreditur, non undequaque rotundatur; sed ubi aures sunt, plagulæ unguntur, quibus aurium incommodis medentur. Nomen habent, ut ipse existimo, quidquid alii dicant, quòd ex pilis camelorum ut plurimùm texatur.* Camelaucio caput operire Episcopos Armenios, cùm sacra peragunt, auctor est Isaacus invectiva secunda in Armenios pag. 414.

Non desunt denique, qui à *camelaucio*, à nostris dictum putant *Camail*, Italis *Camaglio*, eam vestis partem, quæ olim caput & humeros tegebat, quos inter sunt Theophilus Raynaudus lib. de Pileis, & Cl. Menagius. Atcùm *camelaucum* vix legatur humeros texisse; sed solùm caput, præterea quod nostri *Camail* vocant, accenseatur vulgò armaturæ: probabilius videtur, hanc vocem effictam ex *Cap. de maille*, ut fuerit *Capitium ex maculis* confectum. Nam *camallum* fuit capitii species hamulis & maculis contexta, quæ totum caput, excepta facie, & humerorum superiorem partem operiebat, cujusmodi passim videre est in veterum Militum nostrorum imaginibus, quæ in sigillis & alibi describuntur, ut apud Edw. Bisseum in Notis ad Uptonum p. 33. 62. 77. Capitio isti, si quidem integrum esset, levior galea aptabatur. At si *helmus*, vel cassis spissior caput tegeret, tum *camallum* ita cassidi anne-

annectebatur, ut collum & humeros tegeret, & ab adversariorum ictibus tutaretur. Computum *Stephani de la Fontaine* Argentarii Regii 1. Jan. an. 1349. *Pour six onces de soie de diverses couleurs a faire les las a mettre les camaux ausdits bacinets, &c.* Chronicon MS, Bertrandi Guesclini:

Et voit ses Chevaliers bien armez de camail.

Alio loco:

Bertrand tenoit l'espée, qui le fer ot trenchant.
Ou camail si bouta fierement en poussant.

Proinde *camallum*, nihil aliud fuit quàm ea armaturæ species, quam hodie *Haussecol* dicimus, quæ collum tegit, præterquam quòd *camallum* ex hamulis confectum esset; *haussecollum* verò ex solido ferro sit compactum.

Neque aliter *camallum* effictum conspicitur in torqui Ordinis equestris *Camalli*, seu *Histricis* dicti, à Carolo Aurelianensi & Vadensi Duce instituti, in cujus ima parte pendet *histrix*, surrectis echinis horrida, virenti humo insistens, cujus collum *camallo* tegitur: histrici verò impendet Corona Ducalis, uti in Casulis & Dalmaticis, olim ab eodem Duce Cælestinis Parisiensibus donatis videre est. Ordinis verò istius meminere Monstrelletus 1. vol. p. 60. & cap. 25. 2. vol. p. 176. Joannes à S. Gelasio in Hist. Ludovici XII pag. 25. Petrus Sanjulianus in Miscellaneis Hist. p. 428. Andreas Fauynus in Theatro Honoris p. 734. &c. Denique ab ejusmodi *camallis* militaribus nomen mansit epomidi isti, quam deferunt Episcopi, quæ non modò humeros, ut hodie; sed etiam olim caput tegebat: ex quo etiamnum capitium eidem annectitur. Vide *Camilla*.

CAMELLUM. Gaufridus Vosiensis in Chronico part. 1. cap. 37. de Monachis sui temporis: *Pro gandengis froccos capellatos absque cuculla, capellos camello & alios circumdatos pelle ad instar scapularis, pannos irregulares in lectis esus carnium indiscrete & enormiter insectamur.* Videtur esse nostrum *Camail.* Vide *Camelaucus*, & *Camilla*.

CAMELOTUM, Pannus ex camelorum pilis confectus, cujusmodi fuit ille, de quo Ælianus lib. 17. de Anim. c. 34. & Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini.

— *Modò subit aspera tela,*
Hispida cameli rigido quasi vellere texta.

Statuta Raimundi Comitis Tolosani & Legati PP. contra hæreticos apud Catellum: *Caligis de aliqua bruneta etiam vel nigra, vel etiam stamio forti, vel camelato, vel aliquo alio colorato panno — non utantur.*

Camelinum. M. Robert. de Sorbona in serm. de Conscientia: *Supertunicale rotundum cum magnis & latis tunicis de camelino.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 13. *Ita quòd ipsæ cappæ griseæ non sint cameline. Fin camelin*, apud Joinvillam in S. Ludovico pag. 8. *Camelin d'Amiens*, in Computo Steph. *de la Fontaine* an. 1351. *Camelin de Cambray*, in Poëm. MS. de Vulpe coronato:

De vert de Gand, ne de Doüay,
Ne de camelin de Cambray.

Vide Scalig. contra Cardanum exercit. 189. n. 14. & V. Cl. Menagium in Orig. linguæ Francicæ & Italicæ, & Oct. Ferrarium in *Ciambelotto*. Cambro-Britannis *Camlad*, & *Camlod*, est pannus undulatus, cymatilis, qui è pilis camelinis fieri solet.

Olim Monachi vestes è camelorum pilis confectas deferebant. Sulpitius de Vita S. Martini c. 7. in descriptione Ordinis Monastici à S. Martino instituti: *Plerique camelorum setis vestiebuntur, mollior ibi habitus pro crimine erat.* Paulinus lib. 2. Vitæ ejusdem S. Martini:

Multis vestis erat setis contexta cameli,
Quæ levibus stimulis vigiles contegeret artus.
Excludens tenuem compuncta carne soporem,
Mollia ne fluxum nutrirent mollia corpus,
Lasciva & tenui vestis fluctaret amictu.

Adde eundem Paulinum in Epist. ad Severum.

CAMELUS, in Gloss. Arabic. *Funiculus. Camellus*, Papiæ *funis nauticus.* Vulgò *Chable.*

CAMERA, Modus agri. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 68. *Ego Silvio de Vireu & filii mei Siebodus, Hugo, atque Guitfredus, reddimus Hugoni Episcopo Gratianopolitano — tres cameras de vinea, quæ sunt de fevo Præpositali, in loco ultra pontem, &c.* Occurrit rursum fol. 70. *Camera de vinea.* Et fol. 72. *Ego Benedicta uxor Chatberti Vergigarii vendo unam chameram terræ, cum vinea, quæ in prædicta terra est plantata, &c.* Ibidem: *Est autem prædicta vinea in clauso Episcopali, juxta cameram Riperti de Valriaz, quæ camera fuit de prædicta terra data S. Donato, & est versus meridiem conjuncta cum vinea Episcopi.* Tabularium S. Andreæ Viennensis: *Hoc est, cameras 3. de vinea in villa de Arboriano, &c.* Passim ibi.

CAMERA, Domus, cubiculum, cœnaculum, conclavis. Gall. *Chambre.* Papias: *Camera à curvitate dicta, est enim volumen introrsum respiciens.* Item: *Camera, quia Camura, i. curva, dicitur lapidea domus.* Iso Magister in Glossis: *Camiron, Græcè Curvum, inde Camerata domus, cujus testudo curva est: inde Camelum animal tortuosum.*

Camera, Conclavis, ubi thesaurus reponitur & servatur. Ockam cap. *Quid sit scacarium: Camera est locus, in quem thesaurus recolligitur, vel conclave, in quo pecunia reservatur.* Gesta Dagoberti Regis cap. 33. *Aras quasdam — cum omnibus teloneis, quemadmodum ad cameram suam deserviri videbatur, ad eorum basilicam tradidit.* Capitularia Caroli C. tit. 21. c. 4. *Pensam argenti, quam ex camera nostra accepit.* Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 10. *Camerarius suus illum crebrò incusabat secretiùs, quasi camera sua dispersiones ejus ferre non posset.* Utuntur passim hac notione Scriptores, Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 29. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis Comitissæ cap. 4. Petrus de Vineis lib. 1. Epist. 10. lib. 2. Epist. 31. 32. Historia Episcoporum Bremensium p. 169. Matthæus Paris pag. 255. 857. Monasticum Anglic. to. 1. p. 148. &c. Ita Græci vocem, κοιτὼν usurpant, uti docuimus ad Alexiadem.

Camera, præsertim præterea sumitur pro fisco Imperatoris, vel Regis. Fridericus I. Imp. apud Helmodum lib. 1, cap. 80. & in Hist. Archiepisc. Bremensium an. 1155. *Magna requiritis, ô viri Romani, exinanita camera nostra.* Testamentum Caroli M. apud Eginhardum: *Quidquid in camera atque vestiario ejus eo die fuisset inventum.* Camera *Regia*, in Diplomate Hugonis & Lotharii Regum Italiæ apud Joannem à Bosco in Vienna. Hac notione non semel occurrit, in Vita Ludovici Pii an. 840. in Capitul. Caroli C. tit. 31. c. 14. apud Ingulfum p. 897. Helmodum lib. 1, cap. 32. Anonymum de Gestis Friderici II. Imp. p. 765. 794. Thomam Walsinghamum p. 226. Matthæum Villaneum lib. 9 c. 46. &c. Hinc in Chartis Imperatorum, & Regum crebrò hæc formula exarata legitur: *Libras auri 100. mulctetur, medietatem prædicto Monasterio, alteram Cameræ nostræ, &c.* apud Beslium in Historia Comitum Pictav. p. 251. 260. Guichenonum in Bibliotheca Sebusiana p. 196. Perardum in Burgundicis p. 171. 189. 190. &c.

Camera Denariorum, in Francia, Fiscus seu Thesaurus regius. Extat de hac Camera Statutum sequens Philippi Magni pro Hospitio regio, exaratum in urbe Lorriacensi an. 1317. *En la Chambre aux Deniers Maistre Guillaume de Peronne fera les payemens par demy an: & Maistre Brice par autre demy an, & commen-*

mencere ledit Maistre, & ne vendra point à court l'un tant comme l'autre sera l'office. S'il y vient, il n'y prendra riens, & celuy, qui fera l'office, mangera à court, & aura 2. provendes d'avoine, fer & clou, & aura pour ses varlez, qui ne mangeront pas à court, 16. den. de gages par jour, avecques ce 12. den. pour foing & autres choses. Maistre Brice ne se mouvera, & aidera à Maistre Guillaume, & auront unes bouges, où il y aura 2. clefs, ou l'en mettra l'argent, & tout l'argent, qui en la dite Chambre sera receus, ils sont tenus le dire à Maistre Arnoul de Soissons Clerc pour le Roy en la dite Chambre, & ainsi ne pourront-ils faire nuls payemens, que ledit Ernoul n'y soit appellez, &c. Item il plaist au Roy, que ledit Ernoul monstre par escrit toutes les semaines la recepte faite en la Chambre toute la dépense de son hostel & toutes autres mises comptées par la dite Chambre, &c. Il y aura 2. sommeliers pour ladite Chambre, qui seront en l'escuierie, & portera un des sommiers les bouges à l'argent par chemin, & ira & vendra pour querre argent. Et l'autre sommier portera les escrits du Clerc de la Chambre en un coffre, & en l'autre coffre les registres & escrits du Contrerolleur, & les 2. sommeliers, qui merront les 2. sommiers, auront bouche à court, &c.

Cameræ, Provinciæ etiam, aut urbes, quæ immediatè Principi suberant, & fisci proprii erant, dictæ. Leges Edwardi Confessoris: *Impetravit temporibus illis Rex à D. Papa, & à Curia Romana, quòd confirmata sit Norveia in perpetuum Coronæ Britanniæ, in augmentum regni hujus, vocavitque illam dictus Arthurus Cameram Britanniæ.* Charta Stephani Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 415. *Cùm Ecclesia Gorziensis prima camera sit Metensis Episcopi, & principale membrum Ecclesiæ Metensis.* Matth. Paris. an. 1242. de urbe Santonensi: *Quia ab antiquo jure specialis proprietas Regis Angliæ esse dinoscitur, & Camera.* Vita S. Benedicti XII. PP. apud Bosquetum pag. 52. *Cameracensem civitatem, quæ est Camera Imperii, voluit intrare.* Chronic. Casauriense lib. 4. de Lothario Imp. *Cùm cognovisset, quòd ipsa Abbatia* (Casauriensis) *ab antiquo fuisset Imperialis Camera, promisit se eum D. Augusta venire ad Monasterium, & ei restituere omnia jura sua.* Alio loco de Willelmo Rege Siciliæ: *Mandavit, ut dimitteret quietam Abbatiam S. Clementis, cameram suam propriam, beneficio cumulatam sui genitoris.* Ita Rigordus an. 1185. Monasterium S. Dionysii *propriam Cameram* Regis Franciæ vocat, ut Aquas Sextias, Petrus Alectensis Episcopus Senogalliensis in Itinerario Gregorii XI. PP. initiò. Tabularium Ausciense, apud Marcam lib. 4. Hist. Bearn. cap. 7. num. 5. *Quia suprascriptus locus, — quamvis in alodio & dominatu dicti Comitis foret, tamen Camera Auscienfis Archiepisc. Ecclesiastico jure semper erat.* *Le Roman de Garin:*

Langres est Chambre l'Empereres Pepin.

Le Roman de Girard Vienne MS. sub finem:

Et vous, beaus Sire, Dans Hernaus de Bellande,
Vos Comant, je la terre de Provence,
La tor d'Ansois, la cité de Plaisance,
Et Lombardie, que l'on claime ma Chambre.

Sic passim apud Albertum Stadensem an. 1205. Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 82. lib. 6. Epist. 9. Goldastum tom. 1. Constit. Imper. pag. 265. Petrum Diacon. lib. 4. Chronic. Casin. cap. 104. 107. 108. 111. 112. 118. Joan. Villaneum lib. 1. cap. 41. 57. Joan. Columbum in Episcopis Vivariensibus lib. 3. num. 6. Rodericum *da Cunna* in Hist. Episcoporum Portensium 2. parte pag. 31. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 154. 178. 250.

Camera, pro Curia Imp. aut Regis. Vita sancti Adalberti Pragensis tom. 5. Ant. lection. *Ad hunc modum plurima servitia egit in Camera.*

Camera, pro officio *Camerarii* in Monasteriis. Vide Monasticum Anglic. tom. 1. p. 148.

Camera, Officina monetaria Principis. Charta Gullelmi Ducis Aquitaniæ apud Beslium p. 539. *Dederunt ac cesserunt tertiam partem cameræ seu monetæ, sive etiam omnium Teloneorum, &c.* Totidem occurrunt in Chartis Sancii & Berengarii Ducum Vasconiæ in Adversariis MSS. ejusdem Beslii: *Tertiam partem nostræ cameræ seu monetæ.* Vide *Florenus*.

Camera, Dotalitium uxoris: vulgò etiam *la Chambre de la femme* appellamus supellectilem, quæ post excessum conjugis eidem addici solet. Pactum nuptiale inter Ludovicum II. Regem Siciliæ & Yolandam filiam Joan. Regis Aragonum an. 1399. *Nec non redditus annuos & quascunque villas, loca, & castra pro statu cameræ, seu dotalitio ipsius Yolandæ, &c.*

Camera calceamentorum, in Monasteriis, apud Sugerium de Administrat. sua cap. 15. Vide infrà *Camerarius, Offic. Monast.*

Camera Clericorum, in Francia dicebatur, quæ in Anglia *Garderoba*. Vide Fletam lib. 2. cap. 14. §. 1.

CAMERAGIUM, *Stallagium*, Jus exponendi merces in *camera*, seu *apotheca*. Regestum Constabulariæ Burdegalensis fol. 37. *Item de quolibet mercatore extraneo veniente, qui emerit & vendiderit ibidem ultra valorem 35. sol. infra annum & unam diem, 16. den. Tur. pro cameragio. Præterea dicti Archiepiscopus & dominus Montisleonis percipiunt de quolibet mercatore extraneo pro cameragio 8. den. &c.*

CAMERALIS, Puella amanuensis, *Abra, Femme de chambre, Chambriere.* Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 13. *Cùm ei urinam muliercula cujusdam cameralis pro sua suspiciendam mitteret.* Matth. Paris an. 1252. *Instinctu & suasu Reginæ uxoris suæ Cameralis.* Breviloquus: *Camerarius, id est, Cubicularius, Pedissequus, & Cameraria, Pedissequa.*

CAMERARIA idem quod *Camera*, seu cubiculum in Charta Beatricis Comitissæ Provinciæ an. 1248. quæ sic clauditur: *Actum fuit hoc in camerariis dictæ Comitissæ apud Sistarcium.* Vide *Camerarius.*

Cameraria, Pedissequa, in Breviloquio. Apud Papiam, *Iris* dicitur fuisse *Cameraria Junonis.* Vide *Cameralis.*

CAMERARIUS, Dignitas in palatiis Regum, cui Cameræ Regiæ, id est, Thesauri seu Cimeliorum Regis cura incumbebat. Hujus apud Reges nostros munus sic describit Hincmarus Remensis, de Ordine Palatii cap. 22. *De honestate verò Palatii, seu specialiter ornamento regali, nec non & de donis annuis militum, absque cibo & potu, vel equis, ad Reginam præcipuè, & sub ipsa ad Camerarium pertinebat: & secundùm cujusque rei qualitatem, ipsorum sollicitudo erat, ut tempore congruo semper futura prospicerent, ne quid, dum opus esset, ullatenùs opportuno tempore defuisset. De donis vero diversarum legationum, ad Camerarium respiciebat, nisi fortè jubente Rege tale aliquid esset, quod Reginæ ad tractandum cum ipso congrueret.* Ockam cap. *Quid sit Scacarium: Officium Camerariorum in recepta consistit in tribus, scilicet claves arcarum, &c. bajulant, pecuniam numeratam ponderant, & per centenas libras in forulis mittunt.* Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 26. *Dirigens quosdam de Camerariis suis, qui exactis à Leontio Episcopo mille aureis, reliquos juxta possibilitatem condemnarent Episcopos.* Idem lib. 6. cap. 45. *Cæteri autem Judices & Camerarii, qui cum eo properaverant, de Pictavo regressi sunt.* Unde patet apud nostros non unicum fuisse in palatio *Camerarium*, nisi ii fuerint *camerarii Provinciarum*, quos nostri *Nuntios Cameræ* appellabant, uti mox docebimus.

Camerarii verò Regum Franciæ 1. & 2. stirpis aliquot

aliquot recensentur à Scriptoribus: *Talto*, sub Dagoberto Rege, à Ratperto de Casib. S.Gall. cap.1. *Vandalmarus* sub Guntranno Rege, à Fredegario cap.4. *Reginardus Præpositus Cameræ regalis* sub Ludovico Pio, in Vita ejusdem Ludov. an. 817. & in Annalib. Bertinianis, &c. *Tanculfus*, sub eodem Ludov. ab Ardone in Vita S. Benedicti Anianensis Abbatis: *Bernardus* Comes Barcinonensis & Dux Septimaniæ, in ead. Vita Ludovici Pii, & ab Eginhardo, Nithardo, & aliis an. 829. 830. *Ingelrannus* Comes sub Carolo Calvo, ab Aimoini Continuat. lib.5. cap.32. & in Annalib. Franc. Bertinianis an. 875. *Theodoricus* sub Ludovico II. in iisdem Annalib. an. 878. 879.

Alios deinde sub 3. Regum stirpe hac dignitate donatos recensent passim veteres Chartæ, & Scriptores, quorum seriem contexuere aliquot ex nostris Scriptores, quæ quidem dignitas tandem suppressa est à Francisco I. Rege post mortem Caroli Ducis Aurelianensis, filii, qui eâ donatus fuerat post obitum Caroli Ducis Burbonensis. Vide Tillium.

Camerarii provinciarum, in Regno Siculo & Neapolitano, dicebantur, ut opinor, qui fiscalium redituum curam habebant, qui in *Cameram* seu fiscum inferebantur. Hinc legere est apud Hugonem Falcandum, *Camerarios, Calabriæ, Apuliæ, &c.* Apud Christianum Archiepiscop. Mogunt. in Chronic. Mogunt. *Camerarius urbis.* Romualdus Salernitanus Archiep. in Chron. MS. an. 1143. *Rex autem Rogerius in regno suo perfecta pacis tranquillitate potitus, pro conservanda pace Camerarios & Justitiarios per totam terram instituit.* Gesta Innocentii III. PP. pag.18. *Instituebat Justitiarios, & Camerarios, Secretarios, & Stratigatos.* Idem Falcandus: *Inde redemptionis onus importabile, quæ totam Apuliam Terramque Laboris ultima jam desperatione concusserat, omnino censuit amovendum: scripsitque Magistris Camerariis, ut à nemine deinceps quicquam nomine redemptionis exigerent.* Petrus Diacon. lib.4. cap.104. meminit *Canzolini Capuani Principatus Camerarii.* Vide præterea Constit. Sicul. lib.1. tit.17. 36. 41. 57. 60. 71. 84. 89. 92. & Hist. Longobard. Camilli Peregrini pag.254. ubi plura de officio Camerarii, seu Magistri Camerarii.

Camerarii porrò ejusmodi, iidem videntur, qui sub secunda Regum nostrorum stirpe *Nuntii Cameræ* appellabantur, quibus provinciarum & urbium, quæ ad fiscum regium, *Cameram* dictum, propriè spectabant, cura demandabatur, erantque veluti procuratores fisci in iis provinciis & urbibus, eorumque cum Ducibus æquata habebatur potestas: sic appellati, quòd à Camera Regia, seu Camerario Regio in provincias mitterentur, essentque quasi *Missi Cameræ*. Eckehardus junior de Casibus S. Galli cap.1. *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta; sed fisco Regio peculiariter parebat, sicut hodie & Francia. Procurabant ambas Cameræ, quos sic vocabant, Nuncii.* Ibidem: *Huic, sicut diximus, cum aliqua Potamum Cameræ Nunciorum juris oppidum pertinentia à Regibus darentur, &c.*

Milites Camerarii dicuntur, qui pro Camerario ministrant, apud Edw. Cokum ad Littletonem.

Camerarius, Officium monasticum, quod describitur in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap.10. *Ad officium Camerarii pertinent omnes census & reditus Monasterii, sive de villis, sive de terris, sive de molendinis, sive de aliis rebus quibuslibet, ut ipse eos tempore statuto & perquirat, & recipiat. Horrea etiam & aratra, & terræ arabiles, & cæteræ culturæ Monasterii, nec non & pecora, & omnes nutrituræ communes ad ejus curam spectant, ut ipse provideat, quæ in his omnibus instaurandis & exercendis sive conservandis necessaria sint, &c.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti. *Camerarii est, procurare omnia vestimenta & calceamenta, & lectos, & stramenta lectorum — rasoria & forfices, tersoria ad radendum — dat ferra, quibus ferrantur equi Abbatis & Prioris omnium hospitum, &c.* Hugo Abb. in Statutis Cluniac. *Statuimus, ut unaquæque provincia unum aut duos habeat Provisores, quos Camerarios appellamus.* Adde pag.1473. & 1479. Petrus Venerab. lib.2. de Mirac. cap.2. *Camerarii, hoc est, fratrum procuratorio officio functus.* Vide Statuta antiqua Abbatiæ Corbeiensis lib.2. cap.1. Udalricum de Consuetud. Clun. Monast. lib.3. cap.11. Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli. cap.5. Innocentium III. PP. lib.1. Epist. pag.30. Edit. Venetæ, Browerum in Annalib. Fuld. lib.1. cap.11. Monasticum Angl. tom.1. pag.148. Tabular. Fossatense fol. 111. 112. &c.

Camerarii dignitas in Ecclesiis Cathedralibus. Vide Statuta Ecclesiæ Londinensis in Monastico Anglic. tom.3. pag.340.

Camerarius Apostolicus, Qui pecuniarum & thesauri Ecclesiæ Romanæ curam gerit. Id officii institutum tempore Gregorii VII. PP. Archidiaconi exstincto nomine, tradit Onuphrius Panvinius.

Subcamerarius, Dignitas in Monasteriis, cui incumbit Camerarii vices fungere absente, ut & custodia cellarii, granarii, & horrei & stabuli, & ei subservire, ut est in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap.10.

Cameraria, Officium Camerarii, apud Willelm. Thorn. an. 1146. & 1206. *Le Reclus de Moliens le Vidame* in *Miserere*, MS.

Qui sen Signer sert sans boisaie,
Ch'est chil qui a nom Esperanche,
A qui append la chamberie,
Au nom samble sans tricherie.

Camerarius, in Regno Anglico, idem, qui in Francico *Cambellanus*, seu *Cubicularius*. Fleta lib.2. cap.6. §.2. *Debet Camerarius decenter disponere pro lecto Regis, & ut cameræ banqueriis ornentur, & quòd ignes sufficienter fiant in caminis, &c.*

Camerarii dignitas in Regno Scotiæ, eadem ferè est, quæ Justitiarii itinerantis in Regno Angliæ: is enim certis anni tempestatibus totam Scotiam peragrat, & in forefacta burgensium & forinsecorum inquirit, præsertim artificum, ut brasiatorum, pistorum, carnificum, appretiatorum carnium, gustatorum cervisiæ, tabernatorum vini, custumariorum tam parvæ quàm magnæ custumæ, custumariorum tronæ, custodum gaugeriæ, piscatorum, molendinariorum, &c. de stateris, ulnis & ponderibus cognoscit, mulctas imponit, &c. Quæ quidem regni peragratio, *Iter Cameraræ*, vel *Camerarii* nuncupatur in Legibus Scoticis à Skenæo editis, in quo ejus cognitio & jurisdictio pluribus describitur. Camerarii Scotici mentio est præterea in Legibus Malcolmi II. cap.5. & Davidis II. cap.38.

CAMEUNIÆ, apud Papiam, *Stonæ lecti*, rectiùs in MS. *Storia lecti*. Rursum: *Cameuniæ, vigiliæ in hyeme*, ex Græc. καμευνίαι.

CAMFWIG, Duellum, dimicatio, Germanis *Kampff*. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. c.2. §.6. *Qui supra-dicta pugna, quod Camfwic dicimus, peracto judicio, &c.* Cambro-Britan. *Cammawm* est prælium, pugna, conflictus.

CAMIARE, *Camium*. Vide *Cambiare*.

CAMICE. Vide *Camisia*.

CAMILLA. Theodulfus lib.6. carm.18. de Vestibus Episcoporum:

Pallia Apostolica data tunc de sede vigebant,
Jusque potestatis vestis & ordo fuit.
Fluxa camilla caput; mentem tegit atra voluntas,
Asper a lana artus, vestis ovina lupum.

Sed legendum puto *capella*, minor capa, quâ caput tege-

tegebant: nisi si sit quod *Camail* dicimus, de qua Episcopali veste actum suprà in *Camelaucus*, & *Camellum*.

CAMINA, Charta Lotharii Regis Franc. an. 977. apud Locrium in Chronico Belgico: *Simili modo mansa duo in prædicta villa, & sedes 2. in terra arabili & bonaria 24. ad opus fratrum ipsius loci, medietatem etiam caminæ datam ab Andremaro Præposito ipsius loci, &c.* Fortè *Cammæ*, seu *Cambæ*.

CAMINA. Jura Ecclesiæ Bambergensis pro Advocatis in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 49. *Lex est famulorum curiæ, qui nec habent beneficium quod deserviant, nec sunt redempti de Camina Episcopi.*

CAMINATA, *Caminatum*, Camera, conclave, cœnaculum, quodvis, in quo caminus extat; Italis *Caminata*. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Caminatum*, ẏƳ-huƳ, id est, ignis domus. Anastas. Bibliothec. in Valentino II. PP. pag. 167. *Et alia nova (ædificia) adjecit, in quibus tres caminatas fieri jussit.* Monachus Sangall. lib. 1. c. 33. *Expletis hymnis matutinalibus, ad caminatam reversus imperialibus vestimentis pro tempore ornabatur*, Cap. 5. *Finitis laudibus matutinis, cum Rex ad palatium vel caminatam dormitoriam calefaciendi se, & ornandi gratia rediret.* Charta Geraldi Episcopi Cadurcens. an. 1248. *Invaserunt demum sive caminatam Ecclesiæ B. Mariæ de Sobiros.* Utuntur etiam Helmodus lib. 1. cap. 13. Ditmarus lib. 2. 4. 5. 6. pag. 22. 41. 53. 76. 90. Eckehardus jun. de Casib. S. Galli cap. 1. 11. 12. 16. Gerhohus Reichersperg. cap. 10. Gaufred. Vosiens. lib. 1. cap. 4. Burchard. Notar. de Excidio Mediolan. p. 238. Hincmarus tom. 1. pag. 731. tom. 2. pag. 292. Anastas. Bibliothec. in Nicol. I. pag. 217. Chronic. Abbat. S. Trudonis lib. 6. pag. 410. Hermannus *de Lerbeke* in Chron. Comit. Schawenburg. p. 41. Vita S. Wnebaldi cap. 27. Petrus de Crescentiis lib. 8. de Agric. cap. 3. Bullar. Casinense pag. 54. &c.

Caminata, ubi Monachi in commune convivantur. seu, ut censet Haëftenus, calefiunt: unde nostri *Cheminée*. Chronicon Fontanell. c. 15. *Caminatam fratrum à fundamentis ædificavit.* Cap. 16. *Fecit domum egregiam construi, — ubi cameram & caminatam ædificari mandavit.*

Caminada, eadem fortè notione apud Crodegangum in Regula Canonic. cap. 36. *Postquam de Refectorio exierint, in caminada bibant duabus vicibus, aut tribus, &c.* Landinus ad Dantem ait, *caminatas* dici in Lombardia *sale de palagi*, palatiorum œcos.

CAMINUS, Via, iter; Italis & Hispanis *Camino*. Gallis *Chemin*. Notitia Episcopatuum Hispan. à Wamba Rege confecta: *Oxoma teneat de Furca usque ad Aylanzen, quomodo currit in camino S. Petri, qui vadit ad S. Jacobum.* Usatici Barcinonenses cap. 55. *Camini & stratæ per terram & per mare sint de Potestate, & per illius defensionem debent esse in pace & treuga per omnes dies & noctes, &c.* Occurrit pluries in Chartis Hispanicis apud Hieron. Blancam, pag. 607. 627. tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 369. in Epist. 57. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. in Charta Guntranni Regis apud Sanjulianum in Cabilone pag. 382. in Concilio Avenionensi an. 1279. can. 1. &c. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Caminare*.

CAMISCIA. Vide *Camisia*.

CAMISA, *Camisia*. Papias ex Scholiaste Lucani: *Interula, interior tunica, hoc est, supparum, quod vulgò dicitur camisia.* Isidorus: *Camisias vocamus, quòd in his dormimus in camis, id est, in stratis nostris.* Paulus Diac. in Epit. Festi: *Supparus, vestimentum puellarum, quod & subucula, id est, camisia dicitur.* Joan. de Garlandia in Synonymis;

Camisiam vel Interulam rem dicimus unam;
Additur his alias subitura Subucula vestes.

In camisia discinctus, in L. Salica tit. 60. Liber Ord. S. Victoris Paris. c. 18. *Duæ interulæ, id est, camisiæ.* Victor Vitensis de Persecut. Vandal. lib. 1. *De palliis altaris, proh nefas, camisias sibi & femoralia faciebant.* Guibertus lib. 3. Hist. Hieros. c. 13. *Intra lineam interulam, quam nos camisiam vocamus.* Lib. 7. c. 41. *Concisa camisia, quam subuculam dicunt, hastæ pro vexillo apposuit.* Adde Vitam S. Agricii Episc. Trevir. n. 2. Fortunat. in Vita S. Radegundis c. 13. Eginhardum in Carolo Magno, Vineam Benedict. cap. 22. &c. Καμίσιον dicunt Græci. Glossæ Basil. καμίσιον, ὅ ἐστι καμάτων χιτών. Ubi loci κάμα pro lecto interpretor. Utitur & Cedrenus pag. 418. Καμίσιν dixit Chronicon Alexandr. pag. 902.

Camisia, Vestis sacerdotalis eadem, quæ *Alba* dicitur. Alcuinus de Divinis Offic. *Tunica, linea vestis erat interior, quam camisiam dicimus, vel supparum*, Glossæ Biblicæ MSS. *Poderis, est sacerdotalis linea corpori astricta, & usque ad pedes descendens, unde & nuncupata, quam vulgò camisiam vocant.* Papias: *Alba, vestis sacerdotalis usque ad talos, unde & talaris dicitur: dicitur verò à similitudine camisiæ quotidianæ, quia de ligno (l. lino) fit, stringens superiora & inferiora.* Gregorius Magn. lib. 6. Epist. 27. *Duas autem camisias, & 4. oraria vobis transmisi, quæ prædictis viris ex benedictione S. Petri peto humiliter offerri.* S. Hieronym. de veste Sacerdotali: ubi de talari tunica: *Volo pro legentis facilitate abuti sermone vulgato. Solent militantes habere lineas, quas Camisias vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, ut expediti sint vel ad cursum, vel ad prælia, dirigere clypeum, ensem librare, & quocumque necessitas traxerit.* Petrus Blesensis serm. 41. *Indutus camisia linea, quæ communi nomine dicitur Alba.*

Vestem hanc *Lectorum* propriam fuisse ait Simeon Thessalonicensis lib. de Sacrament. Ὁ ἀναγνώστης κέκτηται ἔνδυμα τὸ καλούμενον καμίσιον, ὅπερ κατὰ τύπον φαιλωνίου ἐστὶ μικροῦ, ἢ στιχαρίου. ἐκ λίνου, τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἱερωσύνης δηλοῦν, &c. *Lector veste ornatur, quam camisium dicunt, quæ ad parvæ casulæ, vel certè tunicæ modum è lino conficitur, primamque Sacerdotii delibationem demonstrat.* Ejusmodi *camisia*, vel *camisias* Lectoribus adscribit etiam Codinus de Offic. cap. 6. num. 3. apud quem Gretzerus vestes eas esse opinatur, quas supra vestes, ἐπάνω τῶν ἱματίων, Clerici vulgò deferunt, & *superpellicia*, appellamus. Unde *Camisati* dicti istius ordinis Clerici apud Græcos, quorum officium erat, ferre ad altare carbones, & sacris lebetibus calefaciendis occupari, ut illic more solito aqua fervens sacris calicibus tempestivè infunderetur, ut est apud Citrium in Responsis, & in Catalogo Official. Ecclesiæ Constantinop. de quo more plura Gretzerus ad Codin. & Goarus ad Eucholog.

Camisiæ librorum. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. *Et wantos paria 1. camisas ad Textum & Missalem 4. unum cum auro purpureum.* Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. c. 41. §. 36. de Sacrista: *Librorum camisias, universaque tersoria similiter lavat.* *Manutergia*, quibus libri involvuntur, vocat Theodemarus in epist. ad Carolum M. Vide *Armiger* p. 334.

Camisia Romana. Vide *Dalmatica*.

Camisiæ ultramarinæ. Vide *Bernichrist*.

Camisus, *Alba*. Leo Ostiens. lib. 3. cap. 73. *Camisi magni deaurati cum amictis 12.* Charta an. 1197. apud Ughell. tom. 7. p. 1275. *Unum amictum cum friso magno, unum camisum cum gramatis & grisis, &c.*

Cami-

Camisialis vestis, Tunica longior, hodiè *Sotane*. Concilium Coloniense an. 1260. can. 7. *Sacerdotes autem ipsi, quotiescunque celebraturi sunt Missam, veste camisiali sub Albis non careant, ne Albam, quæ consecrata est vestis, ipsorum tunicæ valeant immediatè contingere, nec ipsæ tunicæ apparere.* Cap. 8. *Campanarii, — nunquam absque veste camisiali compareant.*

Camisia, Saga militaria, quæ armati milites superinduunt. S. Hieronymus Epist. ad Fabiolam: *Solent militantes habere lineas, quas camisias vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, ut expediti sint vel ad cursum, vel ad prælium, &c.* Vide *Sagum*,

Camisiæ ferreæ, Loricæ, in Chronico Colmariensi an. 1298. Vide *Armati*.

Camiscia, idem quod *Camisa*; Italis *Camiscia*. Concilium Budense can. 3. *Statuimus, quòd Prælati de cætero, cùm equitant, vel etiam in publico pedestres incedunt, habeant & deferant cappas rotundas, sub quibus habeant & deferant camiscias albas sive rosetas, quas semper sub cappis sive mantellis, ante pectus vel post collum hinc inde connexis, cùm in publico, hoc est, extra secreta habitationis eorum ipsos contigerit ire vel stare.*

Camice, Alba; Italis *Camice*, vel *Camicio*, à Camisia, quam Itali etiam *Camicia* vocant. Testamentum Guallæ Bicherii Cardinalis Vercellensis an. 1227. apud Augustinum *de la Chieza*, in Hist. Ecclesiæ Pedemont. c. 36. & Ughellum tom. 4. *Do — unum apparatum de meis, scilicet planetam, Dalmaticam, tunicam de zameto rubea, cum camice, amictu, stola, & manipulo.* Et infrà: *Relinquo apparatum Capellani communem, videlicet calicem, planetam, camicem cum amictu & stola & manipulo.* Histor. Translat. S. Antonini: *Tunica & scapulari, cum manicis ex filaticio similiter albo, & amictu & camice ex byssino, &c.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Camice*.

CAMISILE, *Camisilis*, *Campsile*, Vestis species, eadem, quæ *Alba*, seu camisia, vel certè tela quævis linea aut cannabina, quomodo *camisiam* videtur usurpare Cæsarius lib. 8. cap. 32. Catholicon Armoricum: *Camps*, Gall. *Aube de Prestre*, *Alba*. Monachus Sangall. de Reb. Caroli Magni lib. 2. cap. 29. *Cumque tot lineæ vestes non essent in promptu, jussit incidi camisilia, & in modum sepium consui, vel in modum vitium pastinari.* Capitulare 2. ann. 813. cap. 19. *Et ut feminæ nostræ — habeant ex partibus nostris lanam & linum, & faciant sarcillos & camisilos, &c.* Charta Ludovici Pii pro Abbatia S. Amandi: *De feno, de formatico, de porcis, de poledris, de camsilis, de pastis, de vino, & de ovis.* Charta Abbatis Laurishamensis apud Freherum in Originibus Palatin. p. 39. *Hubæ singulæ solventes nummos 30. in festo S. Michaelis, in Pascha 10. ova & pullum, insuper 11. camisilia, quorum unum Villico assignatur.* Historia de Fratribus conscriptis tom. 2. Rerum Alam. Goldasti p. 181. 182. *Quibusdam purpuras Tyriacas, quibusdam autem palliola viridia, cum camisilibus, seu glizis donavit.* Et mox: *Quarta autem die cuncti* (Monachi) *per ordinem iterata ab eo munera perceperunt, scilicet aut sagum laneum album, aut camisile subtile ac grande, seu cozzonem, sive lanam opere plumario contextam.* Chronicon Mosomense: *Unum camisilem, quem optimum habuit de domo sua, sumpsit.* Infrà: *Camisilem, quem secum detulerat, --- super corpus Sancti posuit.* Charta Theoderici Abbatis S. Maximini Trevirensis apud Nicol. Zyllesium: *Tali modo placitare eum permisi, scilicet ut ex prædicto bono 12. mansos mihi Ecclesiæque redderet, & deinceps singulis annis 12. porcos saginatos & totidem camisilia Fratribus pro investitura persolveret, &c.*

Camsilis. Chronicon Fontanell. c. 16. *Lintea ad manus tergendas — camsiles 3. ad mappulas faciendas longitudinis ulnarum 13.* Vetus Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo. Fl. c. 25. & to. 12. Spicilegii Acheriani: *De vino libræ 2. & omni anno in vestimento solidi 5. & camsil. 1.* Ex iis emandendus locus luxatus in Traditionibus Fuld. lib. 2. trad. 38. *Lectaria, sive villosi, sive manutergia, sive camselli, sive cujuscunque sint vestimenta, linea, vel lanea.* Perperam Edit. *Camselli*.

Campsilis. Chrodegangus Episcopus Metens. in Regula Canon. c. 41. *Unusquisque Cleri senioris annis singulis tres campsiles accipiunt.* Quo loco Editio Labbei cap. 29. habet *sarciles*, infrà verò *camisiles*: *Camisiles autem accipiant illi Presbyteri & Diaconi annis singulis binos.* *Cheinse*, & *Cheinsil*, nostratibus. Vetus Poëta MS.

> *Trayés-vous arrier,*
> *N'atouchiés pas à mon chainse,*
> *Sire Chevalier.*

Alius:

> *Et Rogier s'amie apele,*
> *Si l'a par la chainse pris.*

Le Roman de Garin:

> *Qui plus est blanche que nul pans de cheinsil.*

Rursum:

> *Dras de cheinsil li ont fet endosser,*
> *Chemises, & bries, chauçes de paille cler.*

Alio loco:

> *De fil de soie le restreint & cousi,*
> *Si l'envelope el pendant d'un cheinsil.*

Le Roman de la Violette MS.

> *Enfin vint chantant la pucele,*
> *Qui mult iert avenant, & bele,*
> *Mais n'ot vestu c'un chaisel blanc.*

Infrà:

> *Et tert ses iols & sa veuë,*
> *Que il avoit tot plain de sane,*
> *La pucelle son chainse blanc.*

Cheincerie. Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Chincherie une fois par an 2. den.*

CAMIUM. Vide *Cambium*.

CAMIX. Vide *Camisia*.

CAMMA. Vide *Camba*.

CAMLWRW, Mulctatio, forisfactum, Wallis & Boxhornio. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ c. 24.

CAMOCA, *Camucum*, Panni serici vel pretiosioris species. Monasticum Anglic. to. 3. part. 2. p. 81. *Unum vestimentum pro ferialibus diebus: album de camoca, cum casula.* Pag. 86. *Unum mantellum — de camoca duplici cum alba taffatin.* Paulus Venetus lib. 2. de Regionib. Oriental. c. 14. *Quibus singulis Rex donat aureas zonas magni valoris, & calciamenta de camuco parata, filo consuta argenteo, &c.* Lege *camuca*. Malaxus in Hist. Patriarch. Ἐχάριζε κατάσιον ἐνδύμιν μι τ.ν καμουχᾶν, καὶ μανδῆ μὲ τοὺς ποταμούς. Computum Stephani de Fontana Argentarii Regii an. 1351. *Pour 62. aunes de camocas blanc & vermeil pour faire cotes blanches, surcos & manteaux, &c. Camocas d'Outremer*, apud eundem. *Velvel camocas*, in Regesto Peagiorum Bapalmæ MS. Froissart. 2. vol. c. 74. *Il sont vestus de veloux & de camocas fourrez de vair & de gris.* Vide Oct. Ferrarium in *Camoccia*.

CAMOCCIA, Rupicaper, Gall. *Chamois*. Declarationes Congregat. S. Justinæ Casinensis ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti: *Prohibemus autem usum pellium caprarum aut camocciorum, aliarumve hujus generis quarumcunque, &c.*

CAMPAGUS, Genus calceamenti, quod Regibus & Imperatoribus adscribunt Trebellius in Gallienis, & Capitolinus in Maximino juniore: Prætoribus & Palatinis Scholiastes Juliani Antecessoris in Constit. 17. cap. 63. qui *Campacos* vocat: denique quibusvis aliis, atque adeò ipsis militibus, Chronicon Alexandrinum pag. 666.

Postmodum summorum Pontificum proprium fuit. Hypomnesticum de Anastasio Apocrisiario: *Et uno ex campagis ejus, id est, caligis, quos nullus alius inter homines portat, nisi sanctus Papa Romanus.* Hinc legimus apud Anastasium in Stephano IV. de degradatione Constantini, Apostolicæ sedis invasoris, agentem: *Maurianum Subdiaconum orarium de ejus collo abstulisse, & ante pedes ejus projecisse, & compages* (leg. *compagos*) *ipsius abscidisse.* Idem mendum occurrit in Glossis MSS. *Compages, sandalium.* Hist. de Exilio S. Martini PP. & Martyris: *Cùm ergò incidisset psachnion beati viri Excubitor, & corrigiam campagiorum ejus, statim tradidit eum Sacellarius Præfecto urbis, &c.* Georgius Methochita Orat. I. historica ait, Michaëlem Cerularium Patr. Constantinopol. sibi arrogâsse calceos phœniceos, ἐρυθροβαφεῖς, qui soli Summo Pontifici competebant. Id ipsum tradit auctor Dialogi de Processl. Spiritus S. editus sub nomine Maximi Margunii, scribens, Michaëlem ab Ecclesia Romana secessisse, *διὰ τὸ ἱμείρεσθαι αὐτὸν ἐκβαλεῖν τὰ κοκκοβαφῆ πέδιλα, καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τοῦ πάπα τῆς Ῥώμης, ὡς αὐτοῦ μόνου ἔχοντος ἐξουσίαν ἐγκαλλωπίζεσθαι τούτοις, καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις τῶν πατριαρχῶν ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν.* Denique Balsamon in Meditat. de Patriarch. privileg. pag. 451. de Patriarch. Constantinopol. *οὔτε γὰρ τῷ τῆς βασιλείας λόγῳ κατὰ τὸ τοῦ ἀξιώματος αὐτῶν νομιζόμενον θέσπισμα κατασέφεται, οὐδὲ κοκκοβαφέσι πεδίλοις κατὰ τὸ τυπωθὲν θεατρίζεται, &c.*

Utebantur præterea *campagis* Diaconi Romani, Cardinales nempe Diaconatûs ordine donati, vel quibus id juris à summo Pontifice indultum erat. Papias: *Campagæ,* (leg. *Campagi*) *genus calciamenti, quo utebantur Diacones Romani, vel quibus à Pontifice licentia daretur, cæteri non.* Concilium Tolet. IV. *Campagis verò calceari absque Apostolica licentia non permittitur Diaconis, sicut & mappulis uti, absque ejus auctoritate, quibuslibet Clericis conceditur.* Gregor. M. lib. 7. Indict. 1. Epist. 28. *Pervenit ad nos, quòd Diaconus Ecclesiæ Catinensis calceatus compagis procedere præsumpsisset.*

Omnium deinde fuit Episcoporum. Theodulfus lib. 5. Carm. Episcoporum ornatum describens:

Linea crusque pedesque tegant talaria, ut aptè,
Qui superaddatur, campagus ipse decens.

Ordo Romanus in Ordinatione Episcopi secundùm Gallorum institutiones: *Et induant ipsum Electum campagos, sandalia, manicas, Dalmaticam, planetam.* Ubi editi libri *cambagos* habent.

Interdum etiam Abbatum, quibus Episcoporum ornatus à summo Pontifice concedebatur. Bulla Urbani II. PP. ad Hugonem Abbat. Clun. p. 517. *Dalmaticæ, campagorum, chirothecarum, & mitræ usum -- tibi concedimus.* Adde Chronicon Benevent. S. Sophiæ p. 683. Vide Salmasium ad Inscript. Herodis Attici p. 102. ex Joanne Gazensi.

Gambagus scribitur, pro *Campagus*, in Ordine ad consecrandum Episcopum, in Cod. Thuano n. 773. quasi vox deducatur à *Gamba*, quòd crura tegat. Vide *Gamba*, & *Gamacha*.

Compagus, perperam pro *Campagus*, non semel occurrit in Bullario Casinensi to. 1. p. 15. 29. to. 2. p. 246. &c. Vocis porrò *Campagus* etymon, à Gr. καμπή, i. *Crus*, deducunt quidam, quòd crura tegeret. Vide *Gamba*.

CAMPALE *bellum*. Vide *Bellum*.

CAMPANA, Papias: *Campana, ponderatio, hæc tamen 2. lances non habet; sed est virga signata libris & unciis. Unicuique autem ponderi certus est modus propriis nominibus designatus, dicta, quia priùs in Campania reperta est.* Eadem fermè Isidorus lib. 16. cap. 24. Anastasius Biblioth. in Versione Vitæ S. Joannis Eleemosynarii, scriptæ à Leontio Episcopo, cap. 1. n. 6. *Non permisit mensuram qualemcunque, vel pondus parvum vel magnum in tota civitate: sed omnia in una campana statera, modio & artabe, vendere & emere contestabatur.* V. Gloss. Meursii in καμπανός.

CAMPANA, *Campanum*, Tintinnabulum æreum, quo Occidentales Latini utuntur ad populum in Ecclesiam convocandum. Tintinnabulis verò usos veteres ad danda rerum aliquarum signa, vel ad homines convocandos, pluribus docent Hadrianus Junius lib. 3. Animadversion. cap. 11. Casaubonus in Suetonii August. c. 91. Rhodiginus lib. 19. c. 11. Polydor. Virg. de Invent. rer. lib. 3. c. 18. Baronius an. 58. n. 104. Haëftenus lib. 7. Disquisit. Monast. tract. 3. disq. 3. §. 3. Cardinal. Bona lib. 1. Rer. Liturgic. cap. 22. num. 4. & alii.

Campana. Anastasius Bibl. in Steph. III. *Idem beatissimus Papa fecit super Basilicam B. Petri Apost. turrem, quam ex parte inauravit, & ex parte argento vestivit, in qua tres posuit campanas, quæ Clerum & populum ad officium Dei convocarent.* In Leone IV. *Fecit ibi ipsum campanile, & posuit campanam cum malleo æreo.* Albertus Aquensis lib. 6. cap. 40. *Sic divino accenter obsequio restaurato à Duce Catholico, Christianique Principibus, campanas ex ære cæterisque metallis fieri jusserunt, quarum signum Fratres dum caperent, mox ad Ecclesiam, laudes Psalmorum Missarumque vota celebraturi festinarent, & populus hæc auditurus una properaret: non enim hujuscemodi soni aut signa visa vel audita sunt ante hos dies in Jerusalem.* Occurrit apud Bedam lib. 4. Hist. Eccl. c. 23. in Vita S. Lupi Trecensis, &c.

Campanum, neutro genere. Papias: *Campanum, genus æris, à Campania.* Abbo de Bellis Paris. lib. 2. *Templorum campana boant.* Monachus Sangallensis de Carolo M. lib. 1. cap. 31. *Erat autem alius opifex in omni opere æris & vitri cunctis excellentior. Cumque Tancho Monachus S. Galli campanum optimum conflaret, & ejus sonitum Imperator non mediocriter miraretur, dixit ille præstantissimus in ære Magister: Domine Imperator! jube mihi cuprum multum adferri, & excoquam illud ad purum, & in vicem stanni mihi opus est de argento dari, saltem centum libras, & fundo tibi tale campanum, ut istud in ejus comparatione sit mutum, &c.* Walafridus Strabus lib. 2. de Miracul. S. Galli cap. 4. *Ecclesiæ campanum insonuit.* Adde cap. 11. Hist. de Fratrib. conscriptis to. 2. Alaman. Goldasti: *Campanum quoque miræ magnitudinis & eximiæ sonoritatis loco contradidit.* Utuntur etiam Acta Murensis Monasterii pag. 9. Auctor Vitæ S. Pirminii n. 28. &c. Occitani *Campano* dicunt.

Campana autem propriè est illa, quæ in turribus appensa est, ut observat Beletus c. 86. & ex eo Durandus.

Tradunt Campanas à Paulino, Nolano in Campania Italica Episcopo, primùm inventas, indeque non semel Scriptoribus *Nolas* appellatas: vel sanè Paulinum earum usum in Ecclesiam invexisse, cùm priscis Latinis Græcisque longè anteà esset notus, uti suprà indicatum. Alii, ut Panvinius & Polydorus Virgilius, harum inventionem Sabiniano PP. adscribunt, nullo uterque fundamento certo fulti. Honorius Augustod. lib. 1. c. 142. *Signa, quæ nunc per campanas dantur, olim per tubas dabantur. Hæc vasa primùm in Nola Campaniæ sunt reperta, unde sic dicta. Majora quippe vasa dicuntur campanæ, à Campania regione: minora Nolæ, à civitate Nola Campaniæ.* Eadem habet Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 5. Flodoardus de Pontificib. Roman. in Stephano II.

Ære tubas fuso attollit, quibus agmina plebis
Admoneat laudes & vota referre Tonanti.

Campanas baptizari, dicimus, huic dicatas usui, quas benedicere & ungere, eisque nomen imponere solet Ecclesia Romana: quam benedictionem *Baptismi* nomine indigitare solent Scriptores, non quòd revera bapti-

baptizentur campanæ eo baptismo, quo remissio peccatorum confertur; sed quia præcipuæ, quæ in puerorum baptismo observantur, ceremoniæ, in iis benedicendis peragantur: unde non tàm baptismus, quàm baptismi signum, seu symbolum, iis confertur, quemadmodum etiam Ecclesiis, quæ baptizari dicuntur ab Ivone Carnotensi Episcopo de Sacrament. dedicat. cùm primùm dedicantur. Helgaudus in Roberto Rege: *Signa quinque: unum ex his mirabile, in quo duo millenaria metalli & sexcentæ libræ fuerunt, cui imprimi jussit signum baptismi de oleo & chrismate facti, sicut Ordo deposcit Ecclesiasticus, & ut vocaretur Robertus, attribueret Spiritus sanctus.*] Vide Chronicon Abbat. S. Trudonis lib.9. p.460.

Extat formula baptizandi campanas in Ordine Romano, cujus auctorem antiquissimum esse constat, ex quo, inquit Alcuinus, *novum videri non debet campanas benedici & ungi, eisque nomen imponi.* Quòd verò in Capitulari Caroli M. an.787. c.18. campanæ, quæ *Clocæ*, ibi dicuntur, baptizari vetantur, rectè ait Amerbachius prohiberi superstitionem, non verò legitimam & Ecclesiasticam benedictionem. Sed & virorum aut mulierum nomina indi solere campanis, notum ex Helgaudo. Ingulfus: *Fecit ipse fieri duas magnas campanas, quas Bartholomæum & Bettelinum cognominavit, — & duas minores, quas Pegam & Begam appellavit.* Chronicon Montis-Sereni an.1206. *Campanam de 50. centenariis fudit, quam Hellembertus Havelbergensis Episcopus consecravit, Petronellam nominans.* Vide Institut. Capituli Cisterciens. distinct.2. c.8. & Delrium lib.6. Disquisit. magic. c.2. sub fin. Est & hoc notandum, quòd de Ecclesiæ campanis habet Letaldus Mon. lib. de Miracul. S. Maximini Abb. Miciacens. n.3. *Signum usibus Ecclesiæ præparari jusserat, quòd secundùm quorundam morem per tectum Ecclesiæ elevatum est.*

Campanarum usus in Ecclesia Orientali prorsus ignotus fuit, in qua populus percussis malleo tabulis ligneis ad preces & officia divina convocari solebat. Jacobus de Vitriaco lib.1. c.77. *Unde cùm omnes alii Orientales Prælati, exceptis duntaxat Latinis, annulis & mitris Pontificalibus non utantur, nec baculos Pastorales gestent in manibus, nec usum habeant campanarum; sed percussis baculo vel malleo tabulis populum ad Ecclesiam soliti sunt congregare, hi Maronitæ, in signum obedientiæ, consuetudines & ritus observant Latinorum.* Liber Miraculorum S. Anastasii Martyris: Τότε ἱερὰ ξύλα σημάναντες, συνηθροίσθησαν ἅπαντες ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ. Synaxaria ad undecimum diem Septemb. in S. Euphrosyno: Ὡς τὸ ξύλον ἔκρουσε τῆς ἑωθινῆς ὑμνῳδίας, &c. Id multis prætereà adstruit Leo Allatius in Dissert. de recentiorum Græcorum templis p.104. & seq. etsi fateatur, probetque id ex Michaële Psello & Pachymere lib.7. c.5. lib.9. cap.5. 10. qui οἱ τῆς ἐκκλησίας συνακτήριοι κώδωνες dicuntur, postremis saltem temporibus, campanas in usu fuisse apud Græcos, quem accepisse à Venetis sub an.874. auctor est Andreas Dandulus in Chron. MS. & ex eo Sabellicus Ennead.9. lib.1. Vide Gabrielem Sionitam & Joann. Hesronitam in tractatu de nonnullis Orientalium urbibus post Geogr. Nubiens. cap.6.

Campanarum succinctio, cùm feria 4. majoris hebdomadæ campanarum funes in altum tolluntur, ut earum cesset pulsatio. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ n.84. *Tertio Kl. April. feria 4. in succinctione campanarum.* Leges Ostrogothorum de Jure Ecclesiastico cap.22. *Nunc ingredietur pax Paschalis die Mercurii, muta Hebdomada, quando campanæ astringuntur.* Vide Ughellum tom.1. Ital. sacr. p.876.

Campanarum sonitum intermissum in luctu colligitur ex Matth. Paris an.1172. p.88.

Campanarum pulsationem Presbyteros spectasse ex Capitulari Episcopor. c.8. & ex Capit. Carol. M. lib.6. c.168. colligitur, ubi statuitur, *ut Sacerdotes signa Ecclesiarum sonent, vel tangant horis canonicis, & competentibus:* sed & Amalarius lib.3. c.1. hoc officium à Presbytero non esse subterfugiendum ait. Certè in Ecclesiis Cathedralibus illud Presbyteros quosdam spectat, quos inde *Clokemannos* vocant, ut in Ecclesia Ambianensi. Vide mox *Campanarius.*

Campanarum pulsatio, in adventu Episcoporum & Abbatum in Ecclesias, quæ iis subditæ sunt, in Charta Compositionis inter Archiepiscopum Cantuariensem & Abbat. S. Aug. Cantuar. apud Willelm. Thorn. p.1882.1883. Vide V. Compilat. Decretor. tit.6. c.1. Monasticum Anglic. tom.3. p.164.334. & Matth. Paris an.1245. p.463. Idem Parisius an.1240. ait, Ricardum Regem Angliæ Accone *in campanarum classico & cantu Ecclesiastico receptum fuisse. Le Roman de Garin MS.*

Li Loherans à nostre Dame vint,
Et la Roine moult grant joie li fist,
Li soint sonnerent tost contreval Paris.
Nes Dex tonant n'i post-on oir.

Vide Gregorium Turon. lib.6. cap.11. Rigordum p.65. Henricum Huntindon. lib.7. p.381. Matth. Westmonast. p.311.312.316. Willelmum Neubrig. lib.3. cap.19. Concilium Ravennense an.1314. c.6. Joannem Monachum lib.1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. pag.21. Alexandrum Abbatem Celesinum lib.3. de Vita Rogerii Regis Siciliæ cap.9. Levoldum Northovium in Chronico Markano pag.29. Chronicon Hannoniense vetus 3. vol. cap.25. Pachymeres lib.7. cap.5. Sguropolus in Histor. Concilii Florent. sect.4. cap.12. Froissart. 1. vol. cap.104. Monstrelletum 1. vol. cap.107.202. August. Thuanum lib.3. Hist. pag.387. ult. Edit. &c.

Tradit Continuator Nangii an.1378. Carolum IV. Imperatorem, cùm in Galliam venit, nullo campanarum sonitu exceptum in urbibus, quòd id sit signum dominii: *Et est assavoir, que en la dite ville, & semblablement par toutes les autres villes, où il a esté, tant en venans à Paris, comme en son retour, il n'a esté receu en quelque Eglise à procession, ne cloches sonnées à son venir, ne fait aucun signe de quelque domination ne seigneurie, comme à nul autre, que au Roy, ou à ceux, qui ont la cause de lui, n'appartienne à estre fait au Royaume de France.*

Campanetta, eadem notione. Vide in *Casciavellus.*

Campanas pulsare in detestationem violatorum Pacis, in Concilio Monspeliensi an.1214. c.41. tanquam scilicet ab Ecclesia excommunicatorum. Ita ad felicia nuntia campanas pulsatas scribit idem Willelmus Neubrigensis lib.2. cap.33.34.

Campana bannalis, apud Hocsemium in Hugone Episc. Leod. c.23. & 27. dicitur illa, quæ in turribus urbicis, quas *Berfreda* vocant, pendet, quæ recensetur inter jura Communiæ; sic appellata, quòd cùm pulsatur, quicunque intra *Bannum*, seu districtum urbis commorantur, ad conventus publicos ire teneantur: *Campana, quæ populum solet ad conveniendum urgere*, inquit Radulphus de Diceto an.1191. Charta Communiæ Tornacensis an.1187. *Præterea eisdem hominibus concessimus, ut campanam habeant in civitate in loco idoneo ad pulsandum ad voluntatem eorum pro negotiis villæ.* Libertates concessæ urbi Riomensi in Arvernis à Philippo Rege Franc. an.1345. *Concedimus, quòd possint — habere ibidem quandam campanam pro facto & congregatione dicti Consulatus.* Charta Caroli Comitis Vadensis pro manumissione servorum ejusdem Comitatus 9. April. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii n.118. *Et voulons, que les Bourgeois de la dite ville puissent tous malfetours en la dite ville commune ou banlieue*

banliene bannir au son de la campane, si li cas de bannir s'y offre. Le Roman d'Aubery MS.

La bancloche retenti & sonna,
Et la quemungne toute s'appareilla.

Bancloque, in veteri Charta apud Haræum in Castellanis Islensibus p.141. Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Histor. MS. scripto an. 1388. lib. 12. cap. 26. *Et fist sonner la bancloche, & le peuple assembler pour aller combattre. Cloche du ban*, in Chronico Flandr. c.95. *Cloche du belefroy*, cap. 112. & in Consuet. locali Ambian. cap. 19. Motbel, Saxonibus, qua solebat conventus, qui *Folcmote* dicitur, indici, à voce mot, conventus, & bell, campana, in Legib. Edwardi Confess. c. 35. *Campana Communitatis*, apud Continuat. Nangii an. 1358. *Campana Communiæ*, in Chronico Andrensi an. 1179. ubi describit, ut Hesdiniensibus ob rebellionem *reipublicæ* seu Communiæ *dignitas* ablata fuerit à Philippo Augusto, qui præcipuam illius notam *campanam Communiæ apud Ariam transmisit*. Ita ob seditionem quandam Laudunenses privati fuerunt jure Communiæ, *Campana, sigillo, ac arca publica*, Aresto an. 1295. quod habetur in Regesto Parlam. B. fol. 108. Sic etiam Yprensibus olim à Rege Philippo Valesio adempto jure Communiæ an. 1328. campana à *Belfredo* ablata legitur in Chron. Flandr. cap. 67. *Commanderent, que tous ceux de la ville leur apportassent leurs armeures, & ils le feirent: puis abatirent leur cloche, qui pendoit au belefroy.* Ad ejusmodi *campanas bannales* spectant, quæ habet Ditmarus lib. 6. p. 63. *Audiens in urbe proxima — campanas cives ad bellum sonitu hortantes*; nam cùm hostes ingruunt, aut conspiciuntur, pulsantur campanæ istæ. Adde Will. Neubrigensem lib. 2. cap. 35.

Campana dupla. Vide *Nola*.

Campana fugitiva. Vide Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 33.

Campanæ bajulæ, quæ præ manibus haberi & deferri possunt. Silvestr. Girald. in Topogr. Hibern. eodem c. 33. *Hoc etiam non prætereundum puto, quòd campanas bajulas, baculosque Sanctorum in superiore parte recurvos, auro & argento vel ære contectos, in magna reverentia tàm Hiberniæ & Scotiæ, quàm Gwalliæ populus & Clerus habere solent: ita ut sacramenta super hæc longè magis, quàm super Evangelia & præstare vereantur, & pejerare.* Adde eundem in Itinerar. Cambriæ lib. 1. cap. 1. & 2.

Campanæ manuales pro mortuis, in Concilio Mertonensi ann. 1300. c. 4. & in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 333.

Campanellum, Campanula, tintinnabulum, in Hist. Cortusiorum lib. 10. c. 2. *Est verò Antonius, cujus nomine porci portant campanella.*

Campanarium, Turris Ecclesiæ, in qua *campanæ* pendent. *Campanaria turris*, Willelmo Armorico in Philippo Augusto an. 1219. Leo Ost. lib. 3. c. 28. *In ejus quoque fronte propè valvas majoris Ecclesiæ de quadratis & maximis saxis mirificam arcem, quæ vulgò campanarium nuncupatur, erexit.* Utuntur Monachus Sangall. lib. 1. c. 31. Vita Hugon. Abbatis Cluniac. p. 426. Honorius August. lib. 3. c. 44. & alii passim. Anonymus de Locis SS. p. 8. ἔχει καὶ καμπανάριον ὡραιότατον κεκολλημένον καὶ τὸν ἀγιωνιαῖν.

In summitate crucis, quæ campanario vulgò imponitur, galli gallinacei effingi solet figura, quæ Ecclesiarum rectores vigilantiæ admoneat. Quippe, ut ait Honorius August. lib. 1. c. 144. *per gallum admonetur Presbyter Gallus Dei, ut per campanam dormientes ad Matutinas excitet.* Raynerus contra Valdenses c. 5. *Mysticum sensum in divinis Scripturis refutant, præcipuè in dictis & actis ab Ecclesia traditis: ut quòd gallus super campanile significat Doctorem.* Eckehardus Jun. de Casib. S. Galli c. 5. *Duo ex illis ascendunt campanarium, cujus cacuminis gallum aureum putantes, &c.* Guibertus lib. 1. de Vita sua c. 22. *Ictu ruente grandi sono fulminis hoc modo penetratur Ecclesia, gallum, qui super turri erat, crucem columque, aut dispergit, aut cremat.* Adde Will. Armoricum in Philippo Aug. an. 1219. Ughellum to. 4. Italiæ Sacræ p. 735. & Durandum lib. 1. Ration. c. 1. n. 22. Vide *Ventilogium*.

Campanile, idem quod *Campanarium*. Jo. de Janua: *Campanile, turris, in qua pendent campanæ.* Anastasius in Leone IV. PP. *Fecit ibi ipsum campanile, & posuit campanam cum malleo æreo, & cruce exaurata.* Occurrit apud Thwroczium, & alios.

Campanarius, Custos campanarii, qui campanas pulsare solet: *Campanaio*, Joanni Villaneo lib. 11. c. 92. & Matthæo Villaneo lib. 10. c. 64. Occurrit apud Cæsarium lib. 2. c. 12. lib. 5. c. 56. lib. 7. c. 21. lib. 8. c. 25. lib. 9. c. 51. 60. 65. in Synodo Sodorensi to. 1. Monast. Angl. p. 716. in Charta Jacobi Archiepiscopi Upsaliensis an. 1280. apud Jo. Schefferum ad Chronicon Upsaliense apud Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ c. 38. &c. Aliàs, Joanni de Janua *campanarius* est is, *qui facit campanas.*

Campanarii isti vulgò, in Ecclesiis maximè Cathedralibus, ex Ordine Cleri sunt, ut in nostra Ecclesia Ambianensi, ubi *Clocmans*, voce Germanicæ originis appellantur. Concilium Coloniense an. 1260. can. 8. *Ut campanarii Ecclesiarum, quorum servitus sive onus circa altare versatur, nunquam absque veste camisiali compareant, firmissimè prohibemus.* Vide Excerpta Egberti Archiepisc. Eborac. c. 2. & Leges Presbyterorum Northumbrensium cap. 36. Synodus Coloniensis an. 1300. can. 7. *Prohibemus item, ne deinceps campanarii in villis & Ecclesiis parochialibus ibidem assumantur, nisi litterati, qui in defectu respondentis ad altare cum camisiis lineis assistant in Missis deservientes Presbytero, ne ministrator careat socio sibi respondente.* Ita etiam Concilium aliud Coloniense anno 1310. can. 16.

CAMPANIA, Campestris locus, planus, Italis *Campagna*, Gall. *Campagne*. Gloss. Lat. Græc. *Campania*, πεδιάς. Innocentius Gromaticus de Casis literar. *Nigriores terras invenies, si in campaniis fuerit. Campanea loca*, apud eundem. *Campanea Placentina*, apud Ruffinum Monachum Cœnobii S. Sabini. Gregor. Turon. lib. 7. Hist. cap. 35. *Omnisque phalanga in suburbana urbis campania castrametata est.* Idem de Vitis Patrum cap. 7. *In campania illa, quæ à parte Aquilonis habetur haud procul à castro.* Visio sancti Baronti num. 18. *Descendimus in amœnam campaniam.* Otto Frising. lib. 1. de Gest. Friderici cap. 31. *Maximam venationem copiam habente; sed vomere ac rastro penè experte campania.* Charta an. 846. in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. num. 49. *Cedimus quoque similiter in illa campania campum unum, & habet fines de uno latere, &c.*

Campaniæ nomen Romani olim isti Italiæ Regioni, quæ Neapolim & Capuam habet, attribuere, quòd plana sit & campestris, uti scribunt Eustathius ad Dionys. Strabo lib. 5. vetus Interpres Horatii, Festus, & alii. Sic in Gallia, isti Belgicæ parti, quæ Remos & Catalaunum continet, *Campaniæ* appellationem inditam constat post Francorum adventum, eadem de causa, ut & aliis aliquot regionibus planis. Hinc

Campania Remensis, appellatur apud eundem Gregorium Turonens. lib. 4. Hist. cap. 17. lib. 5. cap. 19. Aimoinum lib. 3. cap. 12. 15. 82. in Vita S. Silvini Episcop. num. 12. & in alia Charta Alcuini apud Mabillonium tom. 5. pag. 177. in Vita S. Basoli c. 2. &c. Vide Marlotum in Remensi Metropoli lib. 2. cap. 34. *Campus Magnus Remensis*, apud Theganum cap. 16.

Campania Tullensis, apud Fredegar. Schol. cap. 38. Aimoin. lib. 3. cap. 98.

Campa-

Campania Catalaunensis, apud eundem Aimoinum lib. 4. cap. 1.

Campania Vocladensis, in Collect. Hist. apud Canisium tom. 2. Antiq. lect.

Campania Arciacensis, apud Fredeg. c. 19.

Campania Maciacensis, apud Aimoinum lib. 3. c. 87.

Campania Cordubensis, apud Eulogium lib. 2. Memorial. SS. c. 9.

Campanea pro *Campania*, occurrit non semel in Historia Cortusiorum.

CAMPARCIUM, *Campartagium*. Vide *Campipars*.

CAMPARIUS, qui *campos*, seu agros servat, & ne vastentur, aut furtis pateant, invigilat: Antonio Nebrissensi, *Campero*. *Camparia*, quod præstatur *camparius* pro mercede. Charta an. 1345. *Item quòd Potestas teneatur omni anno facere colligi & colligere campariam usque per totum mensem Augusti, & solvere camparios medietatem in medio Augusti, & aliam medietatem in fine officii campariæ, & qui solvere noluerint ad terminum sibi datum, solvant pro pœna pro qualibet die post terminum solidum unum.* Infrà: *Item quòd omnes camparii de Rocha postquam fuerint electi, teneantur bona fide sine fraude salvare & custodire res & bona dictorum dominorum,—& quòd non vendent buschum, vel ligna alicui extraneo secreto, &c.* De ejusmodi Camparus vide Statuta Mediolan. part. 2. cap. 309. 310. 305. 397. & seqq. In Consuetud. Menetovii ad Carum amnem art. 25. & Altæ rupis cap. 2. *Champaser*, est, cùm licentia datur pascendi pecora in *campis*, seu arvis. Vide Jus Vicentin. lib. 1. & Contract. Datior. Bergom. lib. 18. c. 7.

CAMPATGIUM. Charta Occitanica an. 1305. in Regesto Philippi Regis Franc. an. 1301. ex Tabulario Regio num. 75. *Cum vendis, subvendis, mutatgiis, cardis, obleis, & campatgiis, & cum omnibus aliis juribus, &c.* Apud Oct. Ferrarium in Orig. Ital. *Campatico* dicitur vectigal agro impositum, sive *campis*: agrarium, campipars.

CAMPE, Gr. κάμπη, Vermis, qui herbas & arborum frondes infestat, *Chenille*. Fragm. Historiæ Longobardor. editum à Camillo Peregrino: *Demum sequuta est plaga camparum, quæ cunctas teneras fruges, etiam & frondes arborum in quibusdam locis funditus absumpserant.* *Hirsuta campe*, apud Columellam lib. 10.

CAMPELLUS, *Campicellus*, Campulus, Gall. *Champeau*. Concil. Aurelian. IV. can. 18. *In campellis, vel invineolis.* Charta Hugonis D. *de Oysi*, Castellani Cameracensis, in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini: *Campellos quoque quosdam, antequam censura ista facta fuerat, emerat sibi præfata Ecclesia in territorio de Hargival —in his campellis à quocunque culti sint.* Vita sancti Amati Abb. cap. 7. *Abscisso nemore, campellum fecit.* Hinc locus ita dictus Parisiis, ubi commune cœmeterium fuit. Will. Brito lib. 1. Philipp.

Parisiis locus est, Campellos nomine dicunt,
In quo communi tumulantur corpora jure,
Quotquot defungi vita contingit in urbe.

Vide Rigordum an. 1180. 1183. *Prez champeaux*, in Consuetud. Santon. art. 15. Vide Probat. Hist. Bressensis p. 231.

Campicellus, apud Innocentium Gromaticum de Catis literar. *Sub se autem campicellum habens.*

CAMPENSES, qui in campis & agris degunt. Acta Proconsularia sub Zenophilo de Traditoribus, apud Baron. an. 303. num. 17. *Nundinarius Diaconus dixit: Campenses & harenarii fecerunt illum Episcopum.* Ita etiam dicti Donatistæ hæretici, S. Hieronymo Ep. 57. quos *Campitas* vocat sub finem libri Adversus Luciferianos. Vide *Compitæ*.

CAMPESTRATUS Campestribus succinctus. Sunt autem *campestria* succinctoria, quibus ii, qui in campo contendunt, genitalia tantùm operiunt: hæc & περιζώματα dicuntur. S. Augustinus lib. 14. de Civit. Dei c. 17. *Campestria Latinum quidem verbum est; sed ex eo dictum, quòd juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde, qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat.* Luithprandus lib. 6. cap. 4. *Adducti sunt duo pueri nudi; sed campestrati, id est, succinctoria habentes.* Joannes Sarisberiensis lib. 8. Policrat. cap. 12. *Ille nunc utitur penula, nunc campestri, &c.* Vide lib. 4. Miscellaneorum Baluzii pag. 418.

CAMPHIO, *Camphius*, Campio, ex Germanico *Kampff*, certamen: occurrit in Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. §. 11. & 24.

CAMPIATOR, Hispanis *Campeador*, Vir generosus, militiâ præclarus: ita cognominatus apud Hispanos Rodericus Didaci, vulgò *Cid* etiam dictus. Rodericus Tolet. lib. 6. de Reb. Hispan. cap. 16. *Erat autem cum Rege Sancio Miles strenuus, dictus Rodericus Didaci Campiator.* Adde cap. 19. 29. & in Hist. Arab. c. ult. Charta Alfonsi VI. Imperatoris Hispan. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ordinis S. Benedicti tom. 3. pag. 403. *Vobis Roderico Diaz Campeatori, &c.* Alia Eximenæ ejusdem uxoris, æræ 1129. tom. 6. pag. 494. *Per remedium animæ domini & viri mei Ruderici Campidatoris.* Vetus Poëta apud Sandovallium:

Don Nunno Rasura ome de gran valor,
Vino de su linage el Conde batallador,
El otro dom Layno el buen guerreador,
Vino de aqueste el Cid Campeador.

CAMPIDOCTORES, qui scientiam armorum, & omnes armaturæ numeros militibus tradunt. Gloss. Græco-Lat. *Campidoctor*, ὁπλοδιδάκτης. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 5. *Discit ab hirsuta, à sene magistro. Capella, Campidoctore.* Eucherius Lugd. Episc. in Actis SS. Agaunensium: *Qui cum Exuperio (ut in exercitu appellant) Campidoctore, &c.* Petrus Diac. lib. 4. Chronici Casini cap. 118. *Adveniente autem Brunone Campidoctore Imperatoris cum exercitu ingressus est Monasterium.* Adde cap. 124. *Campidoctorum* meminerunt Vegetius lib. 1. c. 3. & Ammianus lib. 15. ubi consulendi præterea Lindenbrogius & Valesius ad eundem Ammian. Casaubonus ad Theophrasti Characteres pag. 17. Scaliger ad lib. 4. Manilii, & Salmasius ad Lampridium pag. 232. & seqq.

CAMPIDUCTOR. Breviloq. *Campiductor, id est, pugil, sive ductor, vel Capitaneus.* Vita S. Erminoldi Abb. lib. 1. cap. 9. *Unus talium* (pravorum hominum) *campiductor infelix, &c.* Historia Episcopor. Frisingentium sub ann. 1381. in Metropoli Salisburgensi: *Cùm enim armata manu versus Frisingam properaret, suis quatuor campiductoribus videbatur, quod eorum hastæ arderent.* Palladius in Vita Chrysostomi: Ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων, οἳ ἐκ ἠσχύνοντο καμπιδούκτορας ἀντὶ τῶν διακόνων περιάγοντες, p. 9. Edit. V. Cl. ac doctissimi Emerici Bigotii. Vide Salmasium ad Lamprid.

CAMPIO, pro *Cambio*, permutatio. *Cambionis liber, sive estimii*, in Jure Vicentino lib. 1. *Debeat benè & rectissimè dictos & æstimandos, & in libro Campionis sive estimii civitatis Vicentiæ conscribi facere, &c.*

CAMPIONES, qui in campum, arenamve descendunt, & duello seu monomachia, vel, ut tunc loquebantur, *campo* decertant: Pugiles, athletæ. Gloss. Isidori: *Campiones, gladiatores, pugnatores.* Joan. de Janua: *Campio, gladiator, vel in campo duellum exercens.* Constantinus Afric. lib. 5. Pantechn. cap. 12. *Venatorum & Campionum exercitia refrigerant corpora.* Guill. de Podio-Laurent. cap. 14. *Dicens, quòd defectu unius campionis nequaquam Dei negotium remaneret.*

Campiones præsertim ita dicti, qui pro aliis, qui duellum inire ex lege jubebantur, & quapiam ex iis, quas jus admittit, causis excusabantur, certamen & duellum susci-

ſuſcipiebant, cùm reus, vel actor, qui accuſabatur, vel accuſabat, ad id teneretur. Leges Willelmi I. Angl. Regis cap. 62. *Si Francigena appellaverit Anglum de perjurio, aut murdro, &c. ſe defendat, per quod melius voluerit, aut judicio ferri aut duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inveniat alium, qui pro eo faciat.* Ita olim gladiatores ad ludos ſe vendebant, & *auctorabant:* unde *Auctoratus* in Gloſſ. Lat. Græc. exponitur Μονόμαχος. Ulpianus in Collat. Legis Moſaicæ: *Qui depugnandi cauſa auctoratus erit.* Manilius:

Nunc caput in mortem vendunt & funus arenæ.

Vide Legem Bajwar. tit. 8. cap. 2. §. 3. tit. 9. cap. 4. §. 4. tit. 11. c. 5. tit. 12. cap. 9. § 2. tit. 15. cap. 11. §. 2. tit. 17. cap. 2. Leg. Longobard. lib. 1. tit. 1. §. 7. tit. 3. §. 6. Leg. Anglior. tit. 14. Burchardum in Lege familiæ ſub finem, Chronic. Uſperg. pag. 233. Edit. 1540. Aimoinum lib. 4. de Mirac. S. Bened. cap. 11. Ejusmodi verò pugiles, ut homicidæ damnantur, cap. 2. de Cleric. pugnant.

Campiones verò dare poterant, quos *juvenilis aut decrepita ætas, ſeu infirmitas pugnare prohibebat*, ut eſt in Lege Longobard. lib. 2. tit. 56. §. 38. 39. & lib. 1. tit. 10. §. 4. quod pluribus habetur apud Philippum Bellomanerium cap. 61. hisce vernaculis: *Se cil qui appelle, ou eſt appelles, veut avoir Avoué, qui ſe combate por li, il doit monſtrer ſon eſſoine, quant le bataille ſera jugié. Et pluſor eſſoine ſont, par lesquiex, ou par l'un desquiex on peut avoir Avoé. Li premier des enſoines, ſi eſt, ſe cil, qui veut avoir Avoé, montre, qu'il li faille aucun de ſes membres, par lequel il eſt apperte coſe, que li cors en ſoit plus foibles. Li ſecons, ſi eſt, s'on a paſſé l'aage de LX. ans. Li Tiers enſoines, ſi eſt, s'il eſt accouſtumés de maladie, qui vient ſoudainement, come de goute, arterique ou* dentin. Li Quars, ſi eſt, s'on eſt malades de quintaine, de tierchaine, ou d'autre maladie apertement, ſens fraude. Li Quins enſoines, ſi eſt, ſe fame apele, ou eſt apelée, car fame ne ſe combat pas.* Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ cap. 39. *Se ſont les gens, qui ſe peuvent deffendre par champion: feme home mahaigné, home, qui a paſſé aage de 60. ans, &c.* Adde Capit. Lud. Pii ad Legem Salic. §. 1. & Leges Guillelmi Nothi cap. 62. Conſtitut Sicul. lib. 2. cap. 37. De Campionibus mulierum agunt præterea Lex Longobard. lib. 1. tit. 3. §. 6. tit. 16. §. 2. & Honoratus Bonnor 4. part. cap. 15. Exempla verò habentur apud Fredegarium cap. 51. in Vita Ludovici Pii an. 831. apud Aimoinum lib. 4. cap. 10. Ademarum in Chron. pag. 183. tom. 2. Auctorem M. Chronici Belgici pag. 108. &c.

Campiones præterea dare poterant Milites, ſeu Magnates, cùm aliquem de furto, aut raptu, aut alio maleficio, per quod duellum poſſet oriri, impetebant, ut eſt in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 28. Vide Nicolaum Uptonum lib. 2. de Offic. milit. cap. 7.

Campiones dabant etiam Monachi, Canonici, Clerici, &c. neque tamen inconſulto Epiſcopo, ut eſt in Concilio Islebonenſi cap. 19. Vide Attonem Vercellenſ. lib. de Preſſuris Eccleſiaſt. tom. 8. Spicilegii Acher. pag. 51. & 55. Ducheſnium in Notis ad Bibl. Cluniac. p. 160. Probat. Hiſt. Luxemburg. pag. 8. Perardum in Burgundic. pag. 76. &c.

Campiones præterea dare poterant, qui hocce privilegio gaudebant ex indulto Principis: verbi gratiâ Dux Auſtriæ, ut eſt in Charta Friderici I. Imp. an. 1156. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 52.

Campionem denique generatim dare quivis poterat, ſi caſus, de quo ageretur, vitæ amisſionem aut membri mutilationem non inferret, ut eſt in Conſilio Petri de de *Fontaines*, cap. 22. num. 6.

At Campiones dare non poterant parricidæ, & alii attrocioris criminis accuſati, *niſi decrepita ætas aut juvenilis, aut infirmitas pugnare prohiberet*, in Lege Longobardor. lib. 1. tit. 9. §. 38. tit. 10. §. 4. Prædones ac latrones, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 48. apud Honorat. Bonnor 4. parte c. 116. Homines infimæ conditionis, præſertim, ſi de ſtatu ac libertate controverſia eſſet, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 28. §. 3. Præterea ii, qui à Lege non eximebantur, ut eſt in Wichbild. Magdeburg. art. 82. §. 3. ubi, *ſi ille, contra quem duellum tranſit, oſtendere & juſtificare, ut juris eſt, poterit, quòd duellator pugil, vel pro pecunia decertans eſt, duellum per ſententiam juridicam recuſare poterit.*

Erant enim *Campiones* ut plurimùm mercede conducti. *Pugil conductitius*, in Charta an. 1150. mox laudanda. Lex Friſionum tit. 14. §. 4. *In hac tamen contentione, licet unicuique pro ſe Campionem mercede conducere.* Speculum Saxon. lib. 1. art. 48. §. 2. *Vel pugilem, quem ſaltem ſuis poterit ad hoc nummis comparare, habeat.* Wichbild. Magdeburg. art. 35. §. 4. art. 82. *Duellator, pugil pro pecunia decertans.* Vide Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 18. §. 4. cap. 32. § 7. Fletam lib. 1. cap 38. §. 8. Edw. Biſſeum ad Uptonum pag. 36 & Foros Bigorrenſes art. 20. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 9. cap. 6. Si verò campio conductus occideretur, tum qui eum conduxerat, præter mulctam, quæ ad Regem ſpectabat, *leudem occiſi hominis exſolvere* tenebatur, ex eadem Lege Friſion. loco citato.

Cum igitur emptitii ac conductitii eſſent *campiones*, ideò inter perſonas infames habebantur. Wichbild. Magdeburg. art. 129. *Percutiat ſi quis hominem infamem, hoc eſt, luſorem, vel pugilem, aut mulierem publicam absque vulnere, &c.* Adde Specul. Saxon. lib. 1. art. 38. §. 1. Atque inde ſtatuit Lex Friſionum tit. 5. cap. 1. *Campionem & eum, qui in prælio fuerit occiſus, & adulterum & furem, &c.* à quibusvis poſſe occidi *ſine compoſitione*, aut mulcta: tametſi hoc loco *occiſus*, pro *victus* ſumi debere videtur.

Ea etiam lege campiones interdum dominis ſuis ſeſe addicebant, ut ſi pugilum opera indigerent pro rebus ſuis tutandis ac aſſerendis, hoc munere fungerentur, & *bellum vadiare* pro iis tenerentur, accepta ab eisdem dominis certa, de qua convenerat, pecuniæ quantitate, in duelli caſibus perſolvenda, ratione cujus campiones homagium faciebant. Exemplum ejusmodi campionum homagii ex veteri Charta profert Edw. Biſſeus in Notis ad Nicol. Uptonum pag. 36.

Neque tamen ſemper per ſemet pugnare tenebantur; ſed pugiles dare poterant, qui hocce munere fungerentur. Charta Caroli Comitis Flandr. an. 1121. pro Abbatia S. Winoci Bergenſis apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 35. *Prætereà noverit unusquisque, ſi opus fuerit, jam dictæ Eccleſiæ, Iſaac de Formeſellis, vel hæres illius, cum ſumptu proprio pro ea pugnabit, vel pugiles providebit, quos de ſuo nihilominùs faciet pugnare. & hoc debet de feodo, quem Joannes de Schotetha de eadem tenuit Eccleſia.* Adde cap. 59. Ejusmodi feodum *feodis ſerjantiæ* accenſetur à Bractono lib. 2. tract. 1. cap. 35. §. 6. ubi ait, *admitti quandoque, quòd campiones faciunt homagium domino ſuo; ſed hoc eſſe non debere, niſi tantùm pro dominio ſuo: nec valere homagium, ſi redditus ſit annuus & de Camera, niſi conſtituatur & proveniat ex certo tenemento.* Et Fleta lib. 3. cap. 16. §. 19. *Campiones autem & ſervientes quandoque homagium faciunt, hoc tamen ratione nudi dominii reputatur.*

Priusquam in arenam deſcenderent *Campiones, corporalia ſubibant ſacramenta, quod juxta probabilem credulitatem eorum credebant dominos, pro quibus pugnam intrabant, veritatem fovere, & non per calumniam, ſeu per aſtum, ad accuſationem propoſitam, vel defenſionem adhibitam proceſſiſſe, & quòd cum omni virtute & potentia, ſtudio & vigore partes, pro quibus pugnaverint, adjuvabunt*, ut eſt in Conſtit. Sicul. lib. 2. tit. 37. §. 2. Et in Statutis MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap. 135. Sacramento præterea ſe purgabant, nullis ſe herbis aut maleficiis uſuros in ipſa pugna, in Lege Longobar-

gobardor. lib.2. tit.55. §.11. in veteri Consuetudine Normanniæ cap.68. &c.

Sed &, priusquam in campum descenderent, capite tondebantur. Statutum Ricardi I. Regis Angl. apud Rogerum Hoved. p.666. & Bromptonum p.1173. *Latro de furto convictus, tondeatur ad modum campionis, & pix bulliens super caput ejus effundatur.* Charta Anglicana a Bysseo descripta in Notis ad Uptonum p.36. quâ quidem Henricus de Fernbureg se in *campionem Ecclesiæ Glastoniensis* offert, pro 30. marcis esterlingorum: *De quibus 30. marcis dictus dominus Abbas —— mihi solverit in vadiatione dicti duelli 10. marcas, in tonsione mea 5. marcas, & residuum supradictarum 30. marcarum, die armationis meæ, &c.* Assisiæ Hierosf. MSS. cap.101. *Toutes manieres de gens, autres que Chevaliers, pour quelque quarelle que ce soit, se doivent combattre à pié en bleaut, ou en cotes rouges, & chauces à estrier, & braies, & braier, tel com est usé, que champion à pié les ont, & estre rongnés à la reonde, & avoir chanevas, & bastons de champions, & qui avoir ne les peut, si ait autres bastons, qui soient d'un lon.* Quòd verò hîc statuitur de campionibus, ut supra aures, capillos rotundè adæquatos, & in coronæ figuram attonsos deferant, habetur præterea in veteri Normanniæ Jure municipali cap.68. *Et chascun doit avoir les cheveux rongnez par dessus les oreilles.* Quin etiam Miles homicidii, vel furti accusatus, duello pedestri purgare se tenebatur, & *tonsus pariter ad instar campionis* in arenam descendebat. Eædem Assisiæ: *Les Chevalier, qui se combate por murtre, ou por homicide, se doive combatre à pié, & sans coiffe, & estre roignés à la reonde.*

Campiones pedites pugnabant, nunquam equites. Philippus *de Beaumanoir* cap.61. *Se li homme de poesté appelle le Gentilhomme, il se combat à pié à guise de campion.* Et cap.63. *Quant homme de poesté appellent l'un l'autre, il se doivent presenter au jor, qui lor est assigné aprés les gages receus, à pié & en armes de campion.*

Quò verò expeditiores essent *campiones*, cuncti in arenam descendebant. Lex Bajwar. tit.12. §.8. *Et si negare voluerit, cum 12. sacramentalibus juret, aut cum campione cincto defendat se, hoc est, pugna duorum.*

Campionum arma, erant fustis seu baculus, & clypeus. Capitula Ludovici Imp. ad Legem Salicam: *Eligantur duo ex ipsis, id est, ex utraque parte unus, qui scutis & fustibus in campo decertent.* Lex Longobard. lib.2. tit.51. §.10. *Et illi duo discernant cum scutis & fustibus.* Adde lib.1. tit.25. §.76. tit.55. §.29. Capit. Caroli M. lib.4. c.29. Constitut. Siculæ lib.2. tit.37. §.1. *Statuimus præterea, ut amodo campiones habeant clavas æquales, non spinosas, nec cum aguzonibus, nec habentes cornua, nec ex parte fustis ad modum unguis.* Adde Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap.120. Saxo Grammaticus lib.5. Hist. Dan. *Sin autem quavis de re pugilem popularis impeteret, ipsum armatus exciperet, cubitali duntaxat stipite pugnaturum.* Charta ann. 1244. ex Tabulario S. Albini Andegav. de Duello per campionem: *Et vidit Guillelmum —— armatum corio uncto de oleo, & habentem clypeum & baculum, prout moris est.* Tabularium S. Sergii Andegavens. *Cùm nec Episcopus, nec proceres, qui aderant, concordiam invenire potuissent, duos pugiles post Sacramenti fidem, scutis & baculis decertantes magna parte diei, licet inviti conspexerunt.* Tabular. Vindocinense Thuani Ch. 87. *Fulbertus de Lavarzino, qui censum illum motatici, dum esset in sæculo, annis multis reddiderat, & nunc noster Monachus factus erat, defendi fecit contra illum per quendam nostrum hominem scuto & baculo cum campione ipsius Constantii decertantem, pro palo illo censum nec se unquam reddidisse, —— & omnem in perpetuum reclamationem illius palatici superato in ipsa decertatione suo campione guerpivit.* Tabular. S. Stephani Lemovicens. *Et convenientia inter Iterium Episcopum, & Aymericum fuit, ut ambo venissent in burgo S. Juniani causa amicitiæ inter ipsos, & per auctoritatem antiquorum hominum de ipsa villa, vel de parochia perquisissent, & si ipsos credere noluissent, bellum inter duos homines cum scuto & baculo firmassent sine ira, & sine deceptione: & ipsa lege in Lemovica civitate, aut in burgo S. Juniani, vel in castro Niolio, ubicunque Episcopo de istis tribus locis placitum fuisset, sine ira, & sine ulla contraria, vel sine deceptione bellum peractum fuisset. Et de ipsis causis, si missus Aimerici victus fuerit, pro ipsis conventis amissionem tenuisset Aimericus contra Episcopum, vel contra Ecclesiam sancti Juniani, omnibus diebus vitæ suæ per fidem, &c.* Britto de Jure Anglicano fol.41. *Puis voisent combatre armés sans fer, & sans longue arme, à testes descouvertes & à mains nuës, & piés, ovesque deux bastons cornus d'un longueur; & chascun de eux d'un escu de quatre corners, sauns autre arme, dont nul ne puisse autre grever.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap.68. *Au jour, qui est assis à faire la bataille, se doivent les Champions offrir à la Justice, ains que midy soit passée, tous appareillez en leurs cuiries, ou en leurs cotes, avec leurs escus & leurs bastons cornus, armez si comme mestier sera de drap, de cuir, de laine & d'estoupes. Es escus ne és batons, ne és armeures des jambes ne doit avoir fors fust ou cuir, ou ce, qui est pardevant dit: ne il ne peuvent avoir autre instrument à grever l'un l'autre, fers l'escu & le baston.* Præallatis addenda Charta Philippi Regis Franciæ ex Libro Principum: *Philippus D. G. Francor. Rex, dilectæ & f. deli suæ B. Comitissæ Trecensi salutem & dilectionem. Noveritis, quod nos consilio bonorum virorum, & pro communi omnium utilitate statuimus, quòd Campiones non pugnent de cætero cum baculis, qui excedant longitudinem trium pedum ad pedem manus; sed cum baculis trium pedum, ... vel minoris longitudinis, liceat eis pugnare, si voluerint. Proinde vobis mandamus per fidem, quam nobis debetis, à vobis requirimus, quatinùs per totam terram vestram id publicè publicari faciatis, & firmiter observari. Act. Parisius an. D. 1215. mense Augusto.* Adde lib.2. Miracul. S. Bertini cap.15. Adrevaldum de Mirac. S. Benedicti cap.25. Rodulfum Tortarium in Miraculis ejusdem S. Benedicti num.24. eundem ... num.11. Hist. Pontificum & Comitum Engolismensium c.25. Capitula Caroli Magni lib.4. c.29. Cæsarium lib.3. c.18. Nicol. Uptonum de Offic. milit. lib.2. c.8. Sirmondum ad Gaufridum Vindocinens. p.65. præterea veteres Notitias apud Charlonium in Notis ad Hist. Inculismensem Corlhæi p.41.43. Angelum Portenarium in Felicitate Patavina l.2. c.8. &c.

Campionis duello succumbentis pœna, varia fuit. In Capitulo Ludov. Pii ad Legem Salicam decernitur, ut *Campioni, qui victus fuerit, propter perjurium, quod ante pugnam commisit, dextra manus amputetur.* Eandem pœnam statuunt Lex Longobard. lib.2. tit.51. §.10. & Constitut. Siculæ lib.2. tit.37. §.2. Philippus Bellomanerius MS. c.61. *Cascuns par le Coustume de Clermont en gages de meuble ou de catix, pot avoir Avée, s'il le requiert, soit qu'il ait ensoine, ou qu'il n'en ait point: & li Campions vaincus à le poing copé: car ce n'estoit pour le mehaing, qu'il emporte ausques le barat, se porroit faindre por loier, & se clameroit vaincus, parquoi ses maistres emporteroit la damage & le vilonnie, & cil emporteroit l'argent, & pour ce est bons li jugemens du mehaing.* Adde cap.67. At in crimine capitali longè gravior fuit pœna campionis, capitis scilicet, ut est in Constitut. Sicul. lib.2. tit.37. §.3. in Wichbild. Magdeb. art.82. §.1. &c. Assisiæ Hierosol. cap.37. *Si la bataille est de chose, qu'on a mort deservie, & le garant est vaincu, il & celui, pour qui il fait la bataille,*

seront pendus: & se le garent est tel, que il puisse mettre champion pour soi, & son champion est vaincus, il seront tous trois pendus. Et se feme fais l'apeau, & son garent & son champion est vaincu, elle sera arse, & le garent se combat, & est vaincu, sera pendus; & se il met champion pour soi, & il est vaincu, il seront tous deux pendus, & la feme arse. Et se la bataille est pour la quarele tel, que l'on ne doit mort recevoir, qui en sera attaint, celuy ou celle, pour qui il combat, de qui le champion est vaincu, pert la quarelle, & vois & respons en Court, & le champion doit estre pendus. Et in cap. 98. statuitur, ut muliere per campionem de quacunque querela decertante, & campione devicto, illa in ignem mittatur, & campio furcæ addicatur. Præterea sepultura Ecclesiastica carebat. Summula Raimundi Ord. Prædic.

Pro mercede pugil iniens cum fure duellum,
Si cadit in pugna pugil, extra nos tumuletur.

Id etiam observatur in eadem Summula de iis, qui in torneamentis læsi interibant.

Campio semel devictus ad monomachiam ampliùs non admittebatur, nisi ipse ab alio impetitus fuisset, ex Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 37. §. 1.

Sed & is, cujus campio victus fuerat, si de capitali crimine non ageretur, re, pro qua pugnatum fuerat, non modò excidebat; sed & manus abscissione mulctabatur. Ita Philipp. Bellomanerius c. 67. *Cil, qui combat ou met campion por li, por autre cas, que por cas de criéme, si comme de faus jugement sans ajouster vilain cas en l'appel, ou por debouter tesmoins de lor tesmoignage, ou por son heritage, s'il est vaincus, il ne pert fors que le querelle, & son ceval, & les armes, que li sires a, & l'amende es homes, se li apiax fu de fausser jugement: més se le bataille fu de campion, il pert le poing.* At in Assisiis Hierosol. c. 62. infamis habebatur, & iis accensebatur, *qui ne peuvoient porter garentie en la haute Court, & qui n'ont vois ne respons en Court*, uti Perjuri, Fidementiti, Proditores, Nothi, & Adulteri. Id etiam habet idem Bellomanerius c. 13. *Li Sires, qui ses campions est recreans, pert respons en Cour.* Vide Wichbild. Magd. art. 82. §. 1.

Sed & omnes campiones conductitii infames quodammodo habebantur: unde inter Privilegia indulta Rotomagensibus ab Henrico II. Duce Normanniæ an. 1150. in nova Conciliorum Ecclesiæ Rotomag. Collectione p. 148. illud est, *quòd nullus eorum duellum faciat contra aliquem, qui testificatus sit pugil conductitius per sacramentum decem legalium civium Rotom. 5. intra civitatem, & 5. de burgo: illi verò decem cives sint in electione Justitiæ.*

Interim dum *Campiones* in arena decertabant, ii, pro quibus dimicabatur, in carcere detinebantur, si quidem de crimine capitali ageretur, ut est apud eundem Bellomanerium: vel certè, ut est in Assisiis Hieros. cap. 94. *Il doit estre en une part dou champ tout desconvert, & se il y a homme ou femme, qui ait fait l'apeau par champion, il doit estre delés le cors en tel maniere, que il ne nuise ne aide à nul des 2. parties, ne en dit, ne en fait, ne en contenance, fors de Dieu proier, en tele maniere, que les champions ne le puissent oir.* Vide Legem Bajwar. tit. 2. c. 12. §. 1. & Gregor. Turon. 10. Hist. c. 10.

In Regesto Joannis de S. Justo, Cameræ Comput. Paris. hæc leguntur, in Scacario Pasch. 1218. *Judicatum est, quòd campio cruce signatus vadians duellum de catallo, non potest illud facere, petens catallum amittit.* In Scacario Paschæ 1221. *Præceptum est, quòd pugiles de duello de cætero veniant infra meridiem ad dies sibi positas, alioquin sint in defectu.*

Campionum oblationes, in Charta Manassis Episcopi Lingonensis an. 1185. quas ii, priusquam in arenam descenderent, Ecclesiis offerebant, quò in duellis Deum sibi propitium conciliarent. Vide Gesta Consulum Andegav. cap. 3. n. 5. & Notas ad Alexiadem p. 363.

Atque hæc obiter de Campionibus perstrinximus. Sed cùm universam hanc materiam accuratè omninò exequantur vetera urbis Ambianens. Usatica MSS. ex iis sequentia decerpere operæ pretium visum est, etsi fortè prolixiora, ut mores nostros veteres & jam obsoletos inde Lectori addiscere liceat. *Derekief quiconques ait jour de loi de bataille à venir, si comme il doit venir â son jour dedens miedi, où il perd sa querelle, si n'a contremandé; & se doit presenter à son avoüé & son tesmoing pour tant, come il doit à chelui jour contre son aversaire, & contre son avoüé, se chil a avoüé, & se doit le tesmoing à son avoüé & à son aversaire noumer par nom & par seurnom, & chil, qui a le tesmoings levé, se doit ainssy presenter, & li, s'en avoüé, s'il a avoüé pourtant, car il doit à chu jour contre son aversaire & encontre son tesmoing & son avoüé, se cil a avoüé, & doit autresi son adversaire & son tesmoings & son avoüé par non & par seurnon nommer, & puent les parties retenir au presenter amendement d'avoué & d'armes, & d'aparelleurs, & de tous aaissemens, & de toutes coses, kil convient a jours de plait, & à loi de bataille, & ainssy tous aaissemens & tous amendemens porroit avoir jusques à che, qu'il aront les grans sairemens jurés, & carchié leur avouerie & leur avoüé, & puis ne porroient avoir amendement ne d'avoir ne d'armes ne d'autres coses à cel jour, se jours n'est par droit de Justiche alongiez & avant continués, & se chu jours estoit alongiés & avant continués, il porroient avoir tous amendemens plainement de toutes coses, ki convient à jour de plait, & a loi de bataille, puis kil requissent au presenter & au carchier leur avoüerie. Et se jours estoit alongiés, il aroient amendement de cankil convient plainement à jour de plait & à loi de bataille, sil l'avoient au presenter retenu, & sil ainssi retenu ne l'avoient, il ne porroient mie avoir au jour, qui seroit alongiés ou continués à avoir nul amendement: & se retenu au presenter n'avoient ces coses, il n'aroient amendement, fors ainssi come il se seroient presenté, ou avoir ne porroient, ains leur converoit ainsi, come il se seroient presenté à tendre loi, & parsuir loi & camp de bataille. Derckief se les parties, qui sunt en loi & en camp de bataille, se sont par devant Justiche endroit presentées contre les autres, & veulent aler avant en le querelle, & soient li gage jugié à bataille de chele querele, leur parties doivent jurer expresseement ensi come il iert aprés dit. Les deus parties & li tesmoing & li avoüé à genous vienront. li tesmoins tout avant doit jurer, kil aporte bons tesmoignage & loial, & sil a contremandé, kil a fais bons contremans & loiaus, & doit prendre chil qui claime, son avoüé par puing, & dire, que par chelui, qui est ses avoüés, le monstrera & son droit, & s'avouerie à son avoüé baillera, & en foi le baisera, & li avoüés l'avoüerie de chelui retenra, & puis expressement juera, que ses maistres a bon droit en le querelle, & que s'il a contremandé, kil a fais bons contremans & loiaus, & que ses tesmoings a tesmoignié pour son maistre bien & loiaument, & bien en vers chelui & envers son avoüé le monstrera, & par sen cors, & par ses armes en eure do jor mort ou recreant le rendera, se par jour ou par pais faisant ne demeure, & cil seur, qui on claime, juera, que chil n'a droit en le querelle, & que il & ses tesmoins a tesmoingné faus, & porté mauvais tesmoingnage & sairement mauvais & desloial, & que sil meimes a fait contremans, kil ne sont ne bon ne loial, & prendera, dont chil sen avoüé par le poing, & dira que par chelui le monstera & son droit, & son avoüerie à son avoüé baillera, & son avoüé en foi baisera, & li avoüés adont juera, que ses maistres a droit en le querelle, & que il a fait bon sairement & loial, & que chil, qui claime seur son maistre, n'a droit en le querelle, & qu'il & ses tesmoings & sen avoüé a jure faus, & fait mauvais sairement & desloial, & en prendra l'avoüé par le poing destre, & len levera come par-*

me parjures de desloiaus & par ſon corps & par ſes armes, qui chi ſunt en preſent, telle fera ou mort ou recreant en une eure de jour le rendra, ſe par reſpit de jour ou de juſtice, ou par pais faiſant ne remaint. Adonc ſe trairont les parties ariere, & demouëront li auoëé ſans leur conſeil, & feront li bavoüé aillié & delivré à la Iuſtiche pour faire che ki doivent, & ne porront li avoüé avoir conſeil ne aide ne amendement d'armes, ne d'autres coſes, ſe chu jours n'eſt par droit de Iuſtiche alongiez & continués, & ſon vait avant en le querelle le Iuſtiche fera jurer ad avoüés expreſſéement, & leur eſclaiera qui n'ont brokes ne coutiaus ſeur aus ne autre armeure, fors les baſtons & les eſcus, qui chi ſunt en preſent, & qui par droit & par loi doivent avoir, & kil n'ont yve ne autre herbe beuë ne mangié, ne n'ont herbes ne brief ne caraudes ſur aus, ne fait ſor ne ſorcherie, ne art ne caraudes, por coi il puiſſent eſtre aidés en aucune maniere, ne ſen averſaire nuire. Aprés leur doit le Iuſtiche quemander ki facent che qui doivent, adont, feront le bataille. Derekief tant come eſpouſailles durent & con puet eſpouſer, puet en faire bataille d'iretage & de quelconques poſſeſſions que che ſoit, & de toutes autres coſes, qui ne ſunt de laide euvre, de murdre, d'omechide, de rat, d'arſon, de traiſon, de toutes males euvres puet-on faire bataille fors és haus jors principaus.

Præallatis addere lubet, quæ in hanc rem habet alia vetus ac manuſcripta ejuſdem urbis Conſuetudo : *Selonc l'anchienne couſtume d'Amiens s'aucuns demande catel pardevant le Prevoſt, & chil à qui le dete eſt demandée, le fornoie, & die qu'il n'orra nul teſmoing fors par loi de bataille, il convient, que chil qui le dete demande, l'aramiſſe à prouver, & qu'il porche ſen wage en le main du Prevoſt, & ke che ſoit fais en le preſenche de 2. Eſquevins, & li Prévos aſſigner a jour au demandeur d'amener ſes prueves à le quinzaine, ſe plus bref jour li demanderres ne veut avoir : mais ſi bref jour qu'il vaurra avoir, il ara, & au kief de le quinzaine, il venra & amenra, ſen teſmoing, & le tenra li avocas par le pan du ſercot, & li avocas auſſi ; & ſe taira tous cois chil qui le dete demande, & li teſmoins auſſi, & li avocas parlera, & dira tous les propres mos du claim & de le demande mot à mot, & dira que ches propres mos li teſmoins quel pan il tenra le teſmoigne, & l'offre li teſmoins à prouver par ſen ſairement que cheſt verités, & devera li teſmoins tendre ſa main as Sains pour jurer. Et ſi toſt come li teſmoins ſera agenouilliés pour jurer, & ara ſe main ſeur les Sains, chil à qui on demande le dete, ou ſes avocas, devera aler avant, & prendre le teſmoing par la main quil ara miſe ſeur les Sains, & lever, & dire, qu'il eſt faus teſmoins, & qu'il ne fu onques veus ne ois en lieu ne en eſtre à che faire qu'il teſmoigne, & quil veut jurer contre lui, & l'en puet lever comme faux teſmoing, & en doit porter ſen wage en le main du Prevoſt, & offrir à monſtrer ſes parolles contre le teſmoing par li & par home, & retenir avoüé & amendement d'armes, & de dire & de faire, & de quanques il apartient à loy de bataille pour cors d'oume warder, ſauver & deffendre. Et li demanderres ches parolles oies & faites, doit ploier ſen wage, & porter en le main du Prevoſt, & dira qu'il ſera ſen teſmoing boen & loial par li & par home, & doit retenir avoüé & amendement & retenanches d'armes, & quanques il apartient à loi de bataille pour cors d'oume ſauver, vvarder & deffendre. Et li Prevoſt doit les vvages rechevoir, & prendre ſeurté des parties à porſievier droit & loi : & doit li Prevos faire noumer à caſcune partie une maiſon dedans les murs de le vile où il feront leur oſtel, là où puiſt faire les contremans. Et ches choſes faites, li Prevos leur doit aſſigner jour à quinzaine à ches parties. Et pueent les parties contremander le jour devant le jour ſolel luiſant, & venir lendemain à leur jour dedens midi. Et ſe chil qui contremanderoit, eſtoit veus hors de ſa maiſon, puis le contremant fait deſques à lendemain que le Cours fut departie, il perdroit ſe querele : ſe chil s'en aidoit contre cui il aroit contremandé, mais qu'il s'en aidaſt à le premiere journée aprés enſievant. Et ſe adonc ne s'en adoit, jamais ni recouvenroit. Et quant les parties aroient fais tous leurs contremans, ou tant qui leur plairoit, il venroient en court orné d'armes de cuir & d'eſtoupes & de feutre & de toile, & les gambes aſtelées & vvarnies de cauches de balaine ou de fuſt, & leur eſcu de cuir & de fuſt & de ners, & ſen baſton auſſi : mais point de fer ne d'achier, ne broques, ne de fuſt, ne d'os, ne de nule autre deſpoiſe ne puet ſeur li avoir, ſe n'eſt le blouque de ſen braieul, & cele blouque come on à acouſtumé à avoir à braies, ſi come autre gent les portent : & s'autre coſe avoir ſeur li, il perdroit ſe querelle. Et convient que chil qui apelle ſe preſente avant par devant le Iuſtiche, & tenra li avocas l'apeleur par le pan du ſercot, & le campion par l'eſcu, & dira li avocas, Sire, à cui ſapoion chaiens de Iuſtiche ; & li Prevos doit reſpondre, ou il ou chil qui le Iuſtiche cenra, Ie tieng le Iuſtiche de par le Roy. Et luec il atendra tant que li deffenderes ſoit venus ou camp, & tenra li avocas le deffendeur par le pan du ſercot, & li deffenderres tenra ſen teſmoing par le pan du ſercot & tenra li deffenderres ſe main à l'eſcu du campion. Et quant avocas à l'apeleur verra que le partie iert devant le Iuſtiche, il nomera ſen maiſtre & dira, que maiſtres avoit jour à le journée contre ſen averſaire & contre ſon teſmoing, & les nomera par non & par ſeurnon, à prouver par li & par houme, que le demande que ſes adverſaires fait, n'eſt boene ne loiaus, ne li teſmoignages, & recordera les paroles du claim, & le maniere de l'appel & du lever qu'il a fait, ſicome il eſt par deſſeure dit, & requerra au campion qu'il rechoive l'avouërie du camp & de le bataille, quant ele iert jugie à faire, & li appelleres donra l'avouërie au campion, & li campions le rechevera. Et puis ſi ſe preſentera li Maiſtres & li Campions à faire ſe bataille par l'Avocat. Et aprés li deffenderres ſe preſentera, & li, & ſen teſmoing, & ſen campion, & recordera les propres mos de ſen claim, & le teſmoignaige de ſen teſmoing, & offerra par li ou par ſen avoüé ſen teſmoing à faire boen, & requerra au campion qu'il prenge l'avouërie de faire le bataille, pour li & pour ſen teſmoing, & li campions le rechevera, & puis ſe preſenteront à faire le bataille, s'ele eſt jugie, & tout che ſera fait par avocat. Et adonc demandera le Iuſtiche as parties s'il voelent oir droit, & il reſponderont, Ouail : & adonc les parties ſe trairont d'une part par le congié de le Iuſtiche en ſon camp, & li Prevos conjuerra as jugeurs, ſoient Eſquevin ou home de Fief, ſeur leur ſerment, qu'il jugent le bataille. Et la doivent li jugeur faire jugement de le bataille s'ele eſt, ou s'ele n'eſt mie. Et ſe li jugeur ne voelent faire leur jugement, il puent prendre leur reſpit à quinzaine, & ainſi puent-il avoir trois quinzaines de reſpit, & une quarantaine, & 7. jours, & aprés trois jours, & à le deerraine journée des trois jours il convient qu'il jugent, ou qu'il demeurent en court. Et quant il prendent leur reſpit, il doivent apeler les parties, & metre jour à quinzaine, & ainſi à tous les reſpis que li jugeur prenderont, ſi come il eſt par deſſeure dit. Et toutes les fois que les parties ſe partiront de court, il puent 3. fois contremander, ſi come il eſt par deſſeure dit. Et ſe li jugeur jugent le bataille, on doit apeler les parties devant aus, & devant le Prevoſt, & doivent deſploir leur jugement, ſe li jugemens eſt tels par les parolles du deffendeur qu'il ara propose à deffaire les vvages, qu'il n'i ait nul vvage. Se cheſt de catel, chil qui a deffendu les vvages, & qui a demandé le demande, ara ſe demande : & ſe cheſt d'autre coſe, ſi aura-il ſe demande de quel choſe que che ſoit, & ſera abſols des vvages, & ſera contrains chil qui les vvages*

aporte

aporte, à le demande con a fait seur li, & si demourra en 60. s. d'amende envers le Roy de Franche. Et si le jugemens est, que le bataille soit, & qu'il y ait wages, li Prevos comandera as parties quil se traient arriere, & fera li Prevos aporter les Sains, & seront mis par devant li, ou il les tenra en se main s'il veut, & fera apeler les parties, & fera jurer à cheli qui demande, seur Sains, qu'il a loial cause en che qu'il demande, ne que à sen tesmoin on n'a doné ne promis pour porter en le querele autre tesmoignage que boen, & puis li fera les Sains baisier, & puis fera jurer au tesmoing qu'il a porté loial tesmoignage, & qu'il n'a eu don ne promesse pour porter le, & li fera les Sains baisier. Et aprés il fera jurer le campion, que il loiaument à sen pooir fera le bataille pour sen maistre & pour le tesmoing, & loiaument a rechut l'avouërie, & li fera les Sains baisier. Et venra li campions luec endroit as Sains sans escu & sans baston, & les lairra en lieu dedens le camp, & tout chist sairemens seront fais à genous, & se chest de cas de crieme, il n'ia point de tesmoing. Aprés li Prevos appellera l'appelleur, & li fera jurer qu'il a loial cause en sen apel, & baisera les Sains, & puis aprés s'apelera le Campion, & li fera jurer seur Sains, qu'il fera le bataille à s'en pooir pour son maistre, & que loiaument il au recheut l'avouërie. Et fera li campions sans escu & sans baston, aussi come li autres, & & puis les fera li Prevos traire arriere. Et aprés li Prevos fera crier par Serjant de par le Roy de Franche, & nommera-on le nom du Roy, & dira li crierres, Oiés, oiés de par le Roy de Franche le ban le Roy, que cascuns & cascune se traie arriere, desques adont que li Prevos ait fait che qu'il apartient à li de s'ofiche de la bataille qui est jugie de ches parties, si les nommera par non & par surnon, le demandeur, le tesmoing, se tesmoingia, & l'avoüé, & l'apeleur & l'avoüé. Et chu cri fait, li Prevos rapelera les parties, & leur fera derekief les parties jurer seur Sains, qu'il ont droit cascuns en se cause, & qu'il atendront le droit par bataille, si come il escarra; & puis les doit faire aler arriere, & aprés li Prevos doit aler avec plusieurs des Iugeurs à chelui qui les wages a donnés, & doit reswarder les armes à sen campion qu'il n'i ait nient de fer ne d'achier, & doit reswarder que li bastons ne li escus ne soient ne quassé ne depichié, ne que li demanderres ne ame de se part n'ait armes nules qu'il puist baillier au campion; & aussi doit-on faire à l'autre partie. Et aprés che fait, li Prevos doit faire crier de par le Roy, le camp le Roy & le bataille, & qui ne soit nus des lignages as parties qui ait nule arme, & doit prendre li Prevos boene seurte des parties qu'il atendront le droit de la Court. Et che fait li Prevos doit rapeler les parties, & mettre les deux campions l'un de costé l'autre, & se doivent entretenir par les mains & agenouillier ensanle devant les Sains, & jurer seur Sains, premierement li campions del apeleur, car il ne set armes ne seur li cose qui soient ne de fer, ne d'acier, & qu'il n'a armes fors de cuir & de fust, & qu'il n'a seur li nule broke, & qu'il ne set ne carandes ne sorcherie qui doie sen compagnon nuire, fors le forche de sen cors & ses armes. Et ainsi le jura li apeleres, & au tel serment fait li campions du deffendeur, & li deffenderres & li tesmoins, s'il i est, & li Prevos les fait aler ariere, & aprés li Prevos doit faire le parc & faire asseir gens entour le parc, & doit prendre vvarde qu'il n'i ait arme des lignaiges as parties. Et se le bataille est de murdre ou des cas de crieme, li Prevos doit envoier les parties en prison, & li campion doivent demourer, & doivent les parties laissier gent pour aus personnes à cui on puise parler de pais & de concordanche, & doivent recognoistre par devant les Ingeurs qu'il aront ferme & estaule che qu'il en feront. Et che fait li Prevos doit prendre les campions vvarnis de toutes leurs armes, & les doit mettre ou parc l'un contre l'autre, cascuns aurés du parc, & doit cascuns avoir partie du parc & du solel, si que li uns n'ait nient plus davantage que li autres.

Et che fait li Prevos doit faire crier, & doit dire li Serjans par 3. foïs, Oiés, tout de route, de par le Roy de Franche, & nommera le nom du Roy, qui ne soit si hardis home, ne feme, ne du lignage de l'une partie ne de l'autre, qui ne demeure au parc, ne entour, qui ait armes deffendaules, se ne sont les vvardes qui sont esvvardé à che faire, & qui ne soit si hardis ne si hardie, ne hom de le Court, ne Ingerres, ne vvarde, ne Serjans qui entre dedans le parc, ne qui die mot, ne fache signes por cose qu'il voie, ne qu'il oie se n'est li Prevos qui tient le Iustiche, & li Iugeur qui seront esvvardé peur le parc vvarder. Et se nus entreprenoit en ches coses, ou en aucunes d'ichelles, il seroit en le merchi le Roy de cors & de catel & d'iretage. Et che fait li Prevos doit esvvarder par le conseil des Iugeurs qui demourra avoec li ou parc pour vvarder le, & doivent estre nommé, ne ni en doit nient mains avoir de quatre. Et doit li Prevos, ou chil qui tient le Iustiche, & li esvvardeur aler au campion del apelleur, & demander s'il a quanques mestiers li est, d'armes, d'ointures, & de roigneure; car il ne se fera mie oindre, ne reoigner s'il ne veut. Et se li campions dist, Oie je sui bien, & ai quanques mestier m'est, où s'il dist: Ie me veuille alaskier, ou estraindre, ou oindre, ou reoigner, li Prevos doit souffrir tant qu'il ait fait. Mais se li campions & ses appellerres sons sage, toutes ches choses sont faites, ains que le Iustiche ne li esvvardeur i viengnent. Et che fait li Prevos doit comander à l'aparelleur, qu'il voist hors du parc, & ne le doit mie seir au parc. Mais si ensus outre les gens, qu'il ne puist faire signes, ne cose nule dont li campions se puist aidier d'armes, car li aparcillierres en set plus c'autre gent: & ainsi doit-on faire au campion & à l'appareilleur du deffendeur. Et che fait li Prevos doit venir enmi moilon des 2. campions, & doit nommer cascun par nom, & doit dire si haut, que les vvardes du parc l'oient, faites cascuns che que vous devés, & se doivent li Prevos & les vvardes traire ariere, & li champion doivent aler ensanle, & faire cascuns sen devoir. Et quant il sont alé ensanle, combien que che soit un estour on pluiseurs, li Prevos & les vvardes en l'estat qu'ils les voient, les pueent prendre sans mouvoir, & commander qu'ils ne se muevent: mais ils ne doivent nient plus laskier l'un come l'autre, ne faire avantage, & puet-on & doit-on qui veut parler de les pais; & se pais est, on doit les campions traire l'un ensus de l'autre, & doit li Prevos de par le Roy les cans le Roy, & doit li Prevos oster as campions leurs gros bastons, & leur doit bailler cascun une vergue, qui ait de lonc cascune 3. piés & demy, & tout d'une grosseur & d'une largeur, & d'un bos, & aussi ounie, l'une come l'autre, si con les pourroit onniement estimer. Et doit li Prevos comander as campions & deffendre le broke & le dent, & comander qu'il fachent leur devoir. Et chil qui kiet des campions, est à 60. sols envers le Roy pour le camp, & ses escus & ses gros bastons demeure au Roy, convient que li uns kieche & envers: & s'il voient seur coste, ou à deus, toudis les feroit-on raler ensanle: & s'il getoient jus leus escus par cautele, li Prevos leur feroit reprendre. Mais si uns le perdoit anchois que li autres, on ne li rendroit mie, ne se vergue aussi. Et se pais estoit faite, ains k'ele fust jugie, on geteroit les cans le Roy, si come il est par desseure dit, & en aroit li Rois de droiture, si come ist est par desseure expressé. Et se pais n'est, les vvardes qui tienent les campions en l'estat, l'il est eure de jour con puist veir, se doivent traire arriere, & laissier les campions convenir; & s'il est nuis, con ne voie goute, on doit les campions en l'estat con les trueve, mener en prison, & cascun mettre à par li sans desarmer, & sans boire & sans menger, ne sans plaie qu'il aie tenter, ne miere baillier. Mais se le plaie est si crueus qu'il i ait peril de mort, ou qu'il se peust essaner, on li puet bender, & si lon puet-on bien donner à couvrir pour che qu'il ne refroident, & les doit-on laissier coukier & dormir s'il voëlent, & lendemain

cemain on les doit ramener ou parc, & doit li pars fais, & li deerains cris criés, si come il est par desseure dit, & doivent aler ensanle. Et s' il est si grant jours quant le pais ne puet estre con puist veir, on les doit pas mener en prison, ne faire les coses dessusdites, ains les doit-on-laissier aler ensanle, & reswarder che, qu' il feront l' un à l' autre; & quant il sont ensanle, chil qui est recreans, doit estre justichiés. Mais il est recreans par deux manieres, l' une par dire, Ie me rench recreans & coupaules & atains du fait, ai tort, je & mes maistres en le querelle. Et l' autre maniere de recreans estre, s' est de mort, que chil soit qui recreans est: & chil cui le camp awaigné doit apeler le Iustiche, & les eswardeurs du Camp, & doivent oir le reconnissance desseure dite, ou veir le mort du recreant, & doit chil, qui a vencu, prendre à sen baston, ou à se forche, le mort recreant, & trainer jusques seur leur du parc, & le doit metre hors du parc; mais il ne doit mie issir hors du parc. Mais il est vis recreans, il le doit mener par le poing desques seur leur du parc, & mettre hors du parc, & le doit delivrer à le Iustiche, soit mort ou vis, & puis doit demander à le Iustiche s' il a bien fait che qu' il dût, & le Iustiche & li Iugeur doivent dire, Oüail, & li campions doit demander congié d' aler sent, & d' avoir sen escu & sen baston, & con li renge sen maistre & ses pleges quites & delivrés, & sen tesmoing, s' il i est, & la Iustiche le doit rendre quites & delivrés, & sen puëent aler là ou il voelent sans meffaire. Et le bataille outrée, li Prevos ne doit riens avoir du camp, fors les armes du recreant, se chest de murdre, ou d' omechide, ou de traison, ou de rat, ou de cose où il apartiegne mort. Et se chest de ches coses ou d' aucunes, li Prevos doit justichier cheli, cui les campions est recreans, & le campion, de pendre & de trainer ensale. Et se ch' estoit de larrechin, il ne seroit point trainé, mais il seroient pendu. Et se chest de catel ou d' iretage, li Prevos doit constraindre la personne dont li campions est recreans, à che qu' il delivre à sen aversaire toute se demande; & doit li Prevos avoir 60. sols de cheli, cui le campions est recreans, & s' il n' a dont paier, il le doit tenir és Aniaux tant qu' il ait aempli la demande, & paié l' amende, & le doit delivrer à cheli, qui fait le demande, & li doit li Prevos ballier les Aniaus, & chil, qui a fait le demande, doit paier au Prevos 60. sols, ou faire seur, qu' il li rendera avant qu' il li escape s' il veut. Et s' il ne veut rendre les 60. sols, li Prevos le wardera s' il veut pour ses 60. sols, ou le laira aler sans rien rendre au demandeur de se demande, ne sans li meffaire; & doit li Prevos le campion, qui est recreans, s' il li plaist & as Iugeurs, faire desarmer & mener pendre, & s' il ne plaist à le Iustice ne as Iugeurs, qu' il ne soit pendus, & il resvvardont le cause de le petite querelle ou de le grande, il le puent punir par tolir membre puel qu' il leur plaist, & à banir de la chité & de le banlieuë seur le hart, pour che que li jugemens en appartient au Majeur & as Esquevins, pour che que chest de catel ou d' yretage, mais que li yretages soit par dedens le banlieuë; & se li yretages estoit dehors le banlieuë, le Iustiche & li home le Roy, le pourroient banir du Royaumn seur le hart, ou tolir membre, ou pendre, s' il leur plaisoit. Et en cheste maniere doit faire li Rois ou ses Comans le Iustiche, en le presenche des Iugeurs: & tele est la coustume anchiene des vvages de bataille, qui i veut & puet venir & pour chou que memore d' oume ne puet mie pien retenir tout, & que cheste Lois n' est mie souvent usée, la-on chi notée & mise en escrit. Præallatis adjungenda omnino quæ habet vetus Consuetudo Normanniæ cap. 68.

Campio Regis. Charta Henrici I. Regis Anglor. in Monast. Angl. tom. 2. pag. 973. subscribitur à *Roberto de Bajocis Campione Regis*. Ita autem appellatur in Anglia *Miles*, qui coronato Rege, dum ille mensæ cum Proceribus accumbit, ad monomachiam provocat, quotquot Regem illum esse negant: quam quidem ceremoniam ita describit Thomas Walsinghamus, ubi agit de coronatione Ricardi II. pag. 192. *Interea præparavit se quidam Miles Dominus Joannes cognomento Dimmeck, qui clamabat se habere jus ad defendendum jura Regis illo die, & etiamsi opus esset duello confligendum, si aliquis præsumeret affirmare Regem non habere jus in regno Angliæ.* Froissartes 4. vol. cap. 114. ubi de inauguratione & coronatione Henrici Lancastrensis: *En la moitiè de ce disner vint un Chevalier, qui se nommoit Diureth, tout armé, monté sur un cheval tout couvert de mailles de vermeil, Chevalier & cheval, & estoit armé pour gage de bataille, & avoit un Chevalier devant lui, qui portoit sa lance, & avoit le dit Chevalier à son costé l' espée toute nue, & sa dague à l' autre costé; & bailla ledit Chevalier un libelle au Roy, qui fut leu: lequel libelle contenoit, que s' il estoit Chevalier, Escuier, ou Gentilhomme, qui voulist dire ne maintenir, que le Roy Henry ne fust vray Roy, il estoit tout prest de le combattre present le Roy, quand il plairoit au Roy assigner journée: & là fit le Roy crier par un heraud d' armes par six lieux en ladite ville, & aussi en la sale.* Thomas *Milles* lib. de Nobil. Polit. vel Civili pag. 1 9. describens ceremoniam coronationis Edvardi VI. Regis Angliæ: *Post secundum ferculorum apparatum, Regius Agonista (Dimmocus cognomine) Eques auratus undique armatus, equo insidens bellico, pannis aureis phalerato, paludato feciali comitatus ingressus est, qui primo gressu glomerante superbo ad Regem se contulit, ipsumque summa observantia adoratus est. Deinde equum concitando ovantem quater per aulam clangente tuba ad duellum provocavit, si quis nimirum Edvvardum ejus nominis VI. Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ verum, indubitatum, legitimumque Regem negaret: totiesque chirothecam militarem arrham projecit humi, quam quum nemo attolleret, fecialis ipsi reddidit.* Videtur autem Miles ille *patriam* repræsentare, *quia*, inquit Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 21. §. 11. *Rex non pugnat, nec alium habet campionem, quàm patriam.* Id porro muneris *Marmionorum* familiæ competiit, à qua per filiam in Dimocorum gentem in agro Lincolniensi transiisse scribit Camdenus in Descript. Staffordensis Comitatus.

Campio S. Ecclesiæ Romanæ, id est, defensor & advocatus. Joan. Villaneus lib. 6. cap. 90. *Propose che Carlo Conte di Angio e di Provenza fosse campione di santta Chieza.* Adde lib. 7. cap. 23.

CAMPIPARS, Fructuum fundi, quam colonus partiarius solvit domino, pars & portio: *Agrarium*, vectigal agro impositum. Sugerius de Administrat. sua cap. 2. *In introitu villæ novam curiam, cum granchia nova erigi fecimus, ut in ea campipars universalis — & decimæ terrarum reponerentur.* Cap. 10. *Totius terræ campipartem — nobis retinuimus.* Vetus Franciæ Consuetudo: *Par les usages & coustumes des terres tenuës à champart, le Seigneur à qui est deu le champart, ne doit avoir los ne ventes des terres, qui lui doivent champart, quand elles sont venduës, se celui Seigneur n' est chief Seigneur, c' est à dire, Seigneur foncier; mais les aura le chief Seigneur Foncier. Et ou cas, qui n' y auroit autre chief Seigneur, c' est à dire, Seigneur foncier, celui à qui le champart est deu, aroit lots & ventes.*

Camparcium. Charta Bartholomæi Episcopi Bellovacens. apud Loisellum: *Absque ulla retentione domini, sive cujuslibet exactionis.*

Campartagium, in Charta Hugonis de Gornaio to. 2. Monast. Angl. pag. 979. Alia an. 1253. in Historia Durdanensi pag. 55. *Saisines, amende, champart, & champartages, mesurages, & bourages, & les courses, qui appartiennent au dit champart, &c.*

Campartus. Ordericus Vitalis lib. 5. *Reservato tan-*

tantummodo ſibi camparto. Campartum Craſſi piſcis, in veteri Charta Normannica apud Columbum in Blancalanda, pag. 550.

Campipartiri, Campipartis jure frui. Tabular. Monaſterii S. Victoris Pariſ. Charta 20. *Campipartiri verò, aut metas figere, vel aliam juriſdictionem exercere, pars una ſine conſenſu alterius non poterit.* *Champarter*, in Conſuetudine Stampenſi & Aurelian. *Champartir*, in Nivernenſi tit. 11. art. 2. Montiſargi cap. 3. art. 3. *Terra campipartibilis*, Campiparti obnoxia, in Charta Iſembardi Abbatis S. Mauri Foſſat. an. 1274.

Campipartitor. Vide Numerator.

CAMPIPARTICEPS, vel *Cambiparticeps*, & *ad Campipartem capere* dicitur per metaphoram, in re forenſi, Judex ſordidus corruptus, qui quotam partem litis à litigatore, ſive actore, ſive reo, accipit, vel qui lites alienas ſuis ſumptibus promovet, ut pactam rei, ceu campi evicti, quotam lucretur, quaſi campum cum alio partiatur. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 22. §. 2. *Nec terram ſeu aliquam rem aliam capiat, ad champarte, ad defendendum, differendum, ſeu prolongandum jus alterius extra formam juris.* Statutum de Conſpirationibus an. 33. Edward. III. *Cambiparticeps ſunt, qui per ſe, vel per alios, placita movent, vel moveri faciunt, & ea ſuis ſumptibus proſequuntur, ad campipartem, vel pro parte lucri habendam.* Ubi Spelmannus obſervat in veteri Codice legi *Campiparticipes*; ſed aliam lectionem paſſim recipi. Vide Statutum primum Weſtmonaſterienſe cap. 25. Statut. 2. Weſtmon. cap. 49. & Articulos ſuper Chartas editos an. 28. Edw. I. cap. 11.

CAMPIRE. Vide *Campus*.

CAMPITOR *equus*, Curſor, ſtadiodromus equus, *Cheval de manege, de courſe.* Gloſſæ MSS. *Campo, verto: hinc campitor, equus vertibilis.* Dudo de Morib. & actis Norman. lib. 3. pag. 94. *Concedam vobis — armillas & balteos, loricas, & galeas, atque campitores equos, ſecures enſesque, &c.* Perperam editum *cambitores*. Rectiùs pag. 124. *His dictis torquens campitorem equum, & irruens ſuper Regem Ludovicum, per habenas freni cepit eum.* Vide Diſſert. 8. ad Joinvillam pag. 185.

CAMPITUM, Papiæ. *Fundus, qui in campo eſt.*

CAMPITÆ, dicti Donatiſtæ hæretici, quòd in *campis* ſuos colligerent, qui poſtmodum quòd in montibus conventus agerent ac rupibus, *Montenſes*, & *Rupitani* appellati ſunt. Vide Hieron. adverſ. Luciferian. in fine.

CAMPOLUS, pro *campulus*. Hiſt. Epiſc. Autiſiod. cap. 20. *Item ſcutellam anaglyptam penſantem lib. 2. habet in medio homunciomem, & campolum cum arbore.* Gregor Magn. lib. 10. Epiſt. 12. *Id eſt, fundos, campulos, cum conduma una, &c.*

CAMPSA, *Campſarius*, Gloſſ. Græc. Lat. Κάμπτρα, *Campſa*. καμπτροποιὸς, *Campſarius*. In MS. eſt κάμπτρα, καμπτροποιὸς. Gloſſ. Lat. Græc. *Arca & Arcella*, κιβωτὸς, σωρὸς, κάμπτρα, λάρναξ. Heſychius: κάμψα, θήκη, γλωσσόκομον. Alibi: Λάγνα, κάμπτρα, κιβωτός. Καμψάκη, in Menæis ad 23. Januar. in S. Mayſima. Gloſſar. S. Benedicti, cap. de Supellectile: *Capſa*, Κάμπτρα. Ubi legendum κάμπτρα, ut in Gloſſ. Græco-Lat. Eſt igitur *Campſa*, idem quod *capſa*. Atque ex iis locis conjicere eſt, quid vox κάμπτρα, ſeu κάμπστρα, uti interdum ſcribitur, neſcio an mendosè, ſonet, in Vita S. Eudociæ Martyr. cap. 8. n. 24. ubi κάμπτραι ἐσθῆτος σηρικῆς, ἐσθῆτος χρυσοκλάβου, μέγα σύρανος Ἰνδικοῦ, &c. nihil aliud ſunt quàm arcæ & capſæ hiſce mercimoniis refertæ: nos *Caiſſes* vulgò dicimus. Apud Heſychium κάμψα, eſt γλωσσοκομεῖον. Vide leg. 3. in fine D. de Offic. Præf. Vigil.

CAMPSARE. *Flectere*, Joanni de Janua, ex Græc. κάμπτειν, flectere, deflectere. Gloſſ. Ind. *Camſat*, *flectit*. Regula Magiſtri cap. 56. *Cùm fratres ſpirituales ſine laico ambulant juncti ad ſe, campſantes modicè de via, flectant genua.* Vide ibi Menardum. Hinc *campſare*, *procedere*, locum *dare*, flectere, deflectere, apud Dantem Infer. c. 12. in Purgat. can. 15. & Matth. Villaneum lib. 1. cap. 1.

CAMPSILIS. Vide *Camiſilis*.

CAMPULUS. Navis fluviatilis ſpecies. Ebrardus in Græciſmo cap. 10.

Campulus, & lembus, ſeu linter, cimba, carabus.

Sed legendum *Caupulus*. Gloſſæ Iſidori: *Caupulus, navicula brevis. Caupulus, navis.* Vide *Campolus*.

CAMPUS. Bellum, prælium. Joannes Biclarienſis in Chronico: *Cunicmundus Rex campo occubuit.* Gregorius Turonenſ. lib. 5. Hiſtor. cap. 18. *Quod ſi differret, campum præpararet ad bellum.* Fortunatus lib. 9. Poëm. 1.

Omnibus his datus eſt timor illo judice campo.

Campum obtinere, noſtris, *Eſtre maitre du champ de bataille.* Valerius Flaccus:

Dux campi Martiſque potens, &c.

Sidonius Carm. 5.

Cum ſpoliis campum retinent, & Marte fruuntur.

Item paulo ante:

Hoſtibus expulſis, campum qui maximus extat,
Jam luſtrare vacat.

Campum tenere, noſtris, *Tenir la Campagne.* Will. Brito lib. 8. Philipp.

Qui cùm majorem jam partem exiſſe vadoſis
Iliorum vidiſſet aquis, campumque tenere, &c.

Campus, Duellum ipſum, quod in campo ſeu arena initur. Charta Roberti Regis Franciæ in Tabulario Monaſterii S. Dionyſii: *Hoc eſt bannum hominis vulnerati vel interfecti, & infracturam intra vel extra caſtellum ipſius Cœnobii, duellum & legem duelli, quod vulgò dicitur Campus, &c.* Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 10. *Adſingulare certamen, quòd ruſticè dicimus Campum, provocaverunt.* Regino lib. 2. de Eccl. diſcipl. 77. *De pugna duorum, quod noſtri campum vocant.* Charta Willelmi Comitis Lutzemburg. an. 1122. *Si pugna campi, id eſt, duelli, adjudicata fuerit, &c.* Gregorius Turon. lib. 10. Hiſt. cap. 10. *Cumque uterque in præſentia Regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à ſe hac præſumpta, quæ objiciebantur, Rex campum dijudicat.* Et mox: *In campo uterque ſteterunt.* Adde lib. 2. cap. 27. Charta Caroli Magni pro diviſione Imperii cap. 9. *Tunc volumus, ut ad declarationem rei dubiæ, judicio Crucis Dei voluntas, & rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali cauſa, cujuſlibet generis pugna, vel campus ad examinationem judicetur.* Chronicon S. Benigni: *Ad hoc denique ventum eſt, ut reſpectum caperent utraque pars ſuper ipſam ſilvam, indeque campum fieri decreverunt.* Charta Alfonſi Imperatoris Hiſpaniæ an. 1086. apud Antonium de Yepez tom. 6. *Homicidium de nocte factum, qui negaverit, ſi accuſatus fuerit, litiget cum illo, qui dixerit: Quia ego vidi: & ſi ceciderit, petet centum ſolidos, & quod ultra expendit in armis & operariis, & 60. ſolidos de campo.* Tabularium Brivatenſe Ch. 19. *Sanè ſi quis mutare voluntates noſtras elaboraverit, ſeu hæres, ſeu qualibet alia perſona, auri libras 10. perſolvat, & affirmatio campi permaneat.* Occurrit paſſim hac notione, in Capit. Ludov. Imp. ad Legem Salicam §. 1. in Lege Bajwar. tit. 2. §. 2. in Lege Anglior. tit. 7. §. 4. tit. 14. 15. in Lege Saxon. tit. 15. in Lege Longobard. lib. 2. tit 2. §. 28. tit. 55. §. 23. tit. 46. in Capitul. Caroli Magni lib. 3. cap. 46. lib. 4. cap. 27. Append. cap. 33. apud Baldricum in Chron. lib. 3. cap. 57. in Charta Bald. Comit. Flandr. ann. 1038. apud Buzelinum lib. 3. Gallo-Flandr. cap. 20. in Charta Roberti Regis

gis Franc. apud Doubletum in Hist. Sandion. pag. 826. &c.

Duellum autem *Campus* dicitur, quòd in area ampliori & undique clausa, quam *Campum* vocabant, iniretur. Hinc *in campo decertare*, in Capitul. 1. an. 819. cap. 10. & lib. 4. Capitul. c. 23. Assisiæ Hierosolym. MSS. c. 96. *Et ains que la quarantaine soit, le Seignor doit avoir fait faire le champ de 40. cannes de careure, & bien ygale, & clos de fossé & de palis, qui sont entour passé & lassé de cordes, si que aucun des chevaus ne porte son Seignor hors du champ, ou qu'il n'en soit getté, tant que pais en soit faite.*

Campire, Duellum inire, in campo & arena monomachiâ decertare. Chronicon Besuense: *Fidelium suorum factus est conventus, insuper etiam campiendi est dies statutus.*

Campus, Ager, modus agri, nostris *Champ*, Italis *Campo*. Origenes in Cantica Cantic. Homil. 3. *Campus planities terræ dicitur, cui cultura adhibetur, & quæ excolitur ab agricolis.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Sunt ibi campi 17. ubi seminantur frumenti modii sigili 30.* Alibi: *Sunt ibi aspicientes inter majores & minores campi 46. continentes mapp. centum, ubi possunt seminari de frumento modii 24. de sigilo modii 30. & semis, de spelta modii 85.* Occurrit ibi pluries. Charta an. 1153. apud Ughellum in Episcopis Patavinis: *Offero illud feudum vestrum antiquum camporum triginta sex.* Infrà: *Secunda pecia camporum undecim.* Adde eundem tom. 5. p. 742. Occurrit passim in Chartis. Vide *Cambo*.

Campus, Mercatus, nundinæ; quia in *campo*, & loco publico fiebant. Charta Ecclesiæ Narbonensis an. 1250. *Idem Amalricus in diminutionem jurisdictionis nostræ fecit bis teneri campum de Saracenis venalibus, & aliis quibusdam rebus, de quo campo habuit 15. millia solidorum, & amplius: qui campus debet esse communis.*

Campus arvus. Vide *Possingar*.

Campus, Circulus, *Haga*. Vide *Hringus*.

Campus, Locus juxta urbem, in quo rei ultimo supplicio multabantur. S. Augustinus lib. 1. contra Epist. Parmeniani cap. 8. *Quinetiam audet conqueri Parmenianus, quòd vos Constantinus ad campum; id est, ad supplicium duci jussit.* Vide *Campus Martius*.

CAMPUS *Martii*, & *Madii*, *vel Magi*, Comitia publica, seu generales Conventus, quos solebant primi Francorum Reges quotannis circa anni principium & Martio mense indicere, qui in patenti campo, & sub dio peragebantur, ex quo *Campi Martii* vulgò appellantur à Scriptoribus. Gregorius Turonens. lib. 2. Hist. Franc. cap. 27. & ex eo Flodoard. lib. 1. Hist. Rem. cap. 13. Aimoin. lib. 1. cap. 12. Auctor Vitæ S. Remigii, & Gesta Francor. cap. 10. de Clodoveo Rege: *Transacto verò anno jussit omnem cum armorum apparatu advenire phalangam, ostensuram in Campo Martio suorum armorum nitorem.* A Marte, quem Pagani Deum belli credebant, dictos ejusmodi Conventus scripsit Flodoardus loco laudato, & auctor Vitæ S. Remigii Episcopi. Sed potior videtur eorum sententia, qui à Martio mense, quo peragebantur, dictum volunt. Chron. Fredeg. jussu Nibelungi scriptum, de Pipino: *Evoluto anno præfatus Rex à Kal. Mart. omnes Francos, sicut mos Francorum est, Bernaco villa ad se venire præcepit.* Charta Dagoberti Regis in Chron. Fontanell. c. 1. *Die Calendarum Martiarum, in Compendio Palatio.* Nec scio, an ab hoc die annos suos auspicarentur Franci, quod certè testari videtur Decretum Tassilonis Bajvvar. Ducis cap. 2. §. 12. *Nec in publico mallo transactis tribus Kal. Martiis post hæc ancilla permaneat.* Vide Decretionem Childeberti Regis cap. 8.

Quod verò *publicum mallum* dicitur, *Placitum* appellatur à Fredegario an. 766. *Conventus* ab Aimoino lib. 4. de Gestis Franc. cap. 67. *Bituricam veniens, Conventum, more Francico, in campo egit.* *Conventus generalis*, ab eod. c. 68. 70. 71. 85. *Conventus maximus*, in Chron. Moissiac. ann. 777. *Curia Gallorum*, in Diplom. Caroli Crassi.

Sed id obtinuit prima stante Regum stirpe: postmodum enim, qui Kl. Martiis indicebatur Conventus, ad diem Kl. Maiarum relatus est à Pipino. Fredegar. an. 766. *Ibi placitum suum Campo Madio, quod ipse primus pro Campo Martio pro utilitate Francorum instituit tenens, multis muneribus à Francis & Proceribus suis ditatus est.* Annum, quo hæc primùm facta mutatio, notant Annales Francor. veteres tom. 2. Duchesnii p. 7. Apud Labbeum tom. 2. Biblioth. pag. 734. *Anno 755. venit Tassilo ad Martis campum, & mutaverunt Martis campum in mense Maio.* Unde postmodum passim appellatur *Magii Campus*, in Chron. Moissiac. ann. 777. 790. in Chron. Monast. S. Galli ann. 775. 776. 777. 781. & *Campus Madii* apud Fredegar. an. 761. 766. Mutationis verò causam affert auctor Vitæ S. Remigii Episc. quòd videlicet hac anni tempestate potissimùm bellorum expeditiones fierent: *Quem Conventum posteriores Franci Maii Campum, quando Reges ad bella solent procedere, vocari instituerunt.* In his enim publicis Conventibus Reges milites suos recensebant. Gregorius Turon. laud. loco citato: *Jussit omnem cum armorum apparatu advenire phalangam, ostensuram in Campo Martio suorum armorum nitorem.* Fredegar. an. 766. de Pipino: *Usque ad Nievernum urbem cum omni exercitu veniens, ibique cum Francis & Proceribus suis placitum suum Campo Madio tenens.* Recensebant, inquam, Reges milites suos, quos non nisi provecta tempestate in expeditiones educebant, cùm ut plurimùm *à Julio mense sumerent Gallicani procinctus exordia*, ut est apud Ammianum lib. 17. In iis etiam tractabatur de rebus publicis, & quæ ad Regum & regni statum spectabant. Fredegar. an. 761. *Omnes Optimates Francorum ad Dura in pago Riguerinse ad Campo Madio pro salute patriæ & utilitate Francorum tractanda placito instituto, ad se venire præcepit.* Reges ipsi à Proceribus & subditis dona & xenia accipiebant. Marianus Scot. an. 750. *Reges quippe (Merovingi) dicebantur; sed potestas Regni tota apud Majorem domus habebatur, excepto quòd chartæ & privilegia Regis nomine scribebantur, & ad Martis Campum, qui Rex dicebatur, plaustrum bubus trahentibus vectus, atque in loco eminenti sedens, semel in anno à populis visus, publica dona solenniter sibi oblata suscipiebat, stante coràm Majore domus, & quæ deinceps eo anno agenda essent, populis annunciante.* Chron. Hildesheimense eod. an. *In die autem Martis Campo secundùm antiquam consuetudinem dona illis Regibus à populo offerebantur, &c.* Eadem habent Annal. Fuld. sed errant Theophanes p. 337. Andreas Sylvius an. 662. & auctor Chron. Turonens. an. 670. qui dum id ipsum narrant, *Campum Maii*, pro *Campo Martii* habent.

Transierunt postmodum ejusmodi Conventus à Francis ad Anglos. Leges Edvvardi Confess. cap. 35. *Statutum est, quòd ibi debent populi omnes & gentes universæ singulis annis, semel in anno scilicet convenire, scilicet in capite Kal. Maii, & se fide & sacramento non fracto ibi in unum, & simul confœderare & consolidare, sicut conjurati fratres, ad defendendum regnum contra alienigenas, & contra inimicos, unà cum domino suo Rege, & terras, & honores illius omni fidelitate cum eo servare, & quòd illi ut domino suo Regi intra & extra regnum universum Britanniæ fideles esse volunt.* Cui quidem Conventui, etsi Kl. Martiis iniretur, mansit tamen *Campi Martii* appellatio. Simeon Dunelm. de Gestis Angl. ann. 1094. *Denuò in campo Marcii convenere, ubi illi, qui sacramentis inter illos pacem confirmavere, Regi omnem culpam imposuere.* Eadem habet Bromptonus.

CAMPUS *Martius*, ita dicta amplior planities juxta majora oppida, in qua incolæ armorum exercitationi operam dabant, instar Camporum Martiorum juxta Romam.

Romam, (nam octo habuisse auctor est P. Victor) quod pluribus probant Marlianus lib. 6. Topog. Rom. Rosinus lib. 6. Antiq. Rom. cap. 11. & alii. Vetus Inscriptio: *Qua in arcem citur, campum ubi ludunt, &c. Trevirensis campi Martii* meminere Golscherus Monachus lib. 1. de Gestis Trevirorum cap. 4. *Campus autem longitudine & latitudine spatiosus Martis vocabatur, ubi tyrones instruebantur.* De eo etiam agunt Nizo Abbas in Vita S. Basini Archiepiscopi Trevir. num. 5. & Joannes Even in Medulla Gestor. Trevir. fol. 51. *Veronensis*, Hieronymus *d' alla Corte*, in Hist. Veron. lib. 7. pag. 415. & Polycarpus Palermus lib. 1. de Patria Plinii cap. 5. *Tornacensis*, Vita S. Eleutherii Episcopi Tornacens. cap. 2. §. 5. *Nicienfis* in Provincia, Joffredus in ejusdem urbis Notitia cap. 4.

Neque porrò aliud fuit vasta illa & patens planities juxta Constantinop. versus Hebdomum, in qua erectum olim sublime Tribunal, ubi inaugurabantur & coronabantur Imperatores, quam κάμπον nudè vocant Theodorus Lector Eclog. 1. pag. 181. Zonaras & Cedrenus, ubi de Basilisco, idem Cedrenus pag. 366. & 385. Chronicon Alexandr. pag. 738. Paulus Diac. lib. 14. & 16. & aliquot alii: quippe Constantinus Mag. novam Romam condens, non modò eadem, quæ Roma vetus habuit, ædificia in ea extruxit; sed & campum addidit. Vide Velserum lib. 5. Rerum Vindelic. & Dissertationem nostram de Hebdomo Constantinopol. num. 7.

Campus, pro *Castris* militaribus. Vide *Hringus*.

CAMSILE. Vide *Camisile*.

CAMUCUM. Vide *Camoca*.

CAN. Vide Leonardum Fuchsium lib. 1. Paradox. medicin. cap. 35. præterea *Caganus*.

CANA. Vide *Canna*.

CANABULA, vox Agrimensorum, quæ apud Frontinum non semel occurrit: *Finitur arcarum, riparum, canabularum, sive novercarum, muris, maceriis, &c.*

CANALATUS, Striatus, canalium ductibus instructus, Gall. *Canelé*. Vita S. Isidori Hispalensis Episcopi num. 4. *In ore putei erat quoddam lignum continuis cordarum sectionibus in aquis hauriendis canalatum.* Infrà: *Ut mihi digneris differere, rogo, quis, vel ad quid --- istius ligni canales facti fuerunt.* Mox: *Lignum frequenti cordarum ductu in aquis hauriendis canalatum.*

CANALIS, Via publica, δημόσιος ἀγωγὸς, in Gloss. Lat. Græcit. Lex 15. Cod. Theod. de Cursu publ. *Neque tamen sit cujusquam tam insignis audacia, qui parangarias, aut paraveredos in civitatibus ad canalem audeat commovere, quo minus marmora privatorum vehiculis provincialium transferantur.* Id est, nemo audeat paraveredos, qui ad transversas vias destinati sunt, ad vias publicas *commovere*, seu, ut vulgò loquimur, *faire marcher*, (ita enim hæc vox rursum hac notione usurpatur in leg. 14. cod.) quo minus privati marmoribus convehendis ædium suarum cultui consulere non possint. Is enim sensus est legis istius, si non fallor: neque aliter accipiendi *Canales publici*, in leg. 2. eod. Cod. de Curiosis, quidquid reclamet vir doctissimus his locis *Canales* intelligi παρόδους, seu vias transversarias, quæ in regias seu basilicas influunt. Ita pariter accipienda hæc vox in Concilio Sardic. can. 20. Εὰν ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἐν τοῖς παρόδοις, ἤτοι καναλίῳ, καθεστώτων ἐπισκόπων θεασάμενος ἐπίσκοπον, ἐπιζητοίη τὴν αἰτίαν τῆς παρόδου, &c. Id est, ut Episcopi, qui in viis publicis, (ἐν παρόδοις, *dans les passages*) & quà ceteri Episcopi, qui ad Comitatum veniunt, transire solent, eos, si fortè per suas diœceses transire contingat, de itineris causa interrogent. Nos diceremus, *les Evesques, qui sont sur le chemin de la Cour.* Quo sensu Athanasius Apol. 2. quosdam Episcopos, qui ad Sardicensem Synodum convenerant, ait fuisse ἐν τῷ καναλίῳ τῆς Ἰταλίας, id est, ex parte Italiæ, seu qui ex Italicis viis huc pervenerant. Vocem hanc in Concilio Sardicensi à veteribus haud intellectam arguunt interrogationes aliquot in veteri Codice Canonum Bibl. Regiæ, qui fuit S. Petri Pictavensis: *Illud etiam omnino dinoscere desidero ------ qualiter illud intelligendum sit, quod in Sardicensi Concilio cap. XI. legitur, ut qui in Canali sunt Episcopi.* Scribit Constantinus Porphyrogen. lib. de Admin. cap. 34. Regionem in Dalmatia, *Canalem* appellatam, sic dictam Sclavorum lingua, ἁμαξιαί, seu viam plaustralem, διὰ τὸ εἶναι τὸν τόπον ἐπίπεδον, πάσας αὐλῶν τὰς δουλείας ἐκτελοῦσιν. Sed Latinæ vocis vim haud percepit eruditus Princeps. Nec scio, an *Canalis* vox capi debeat pro via publica in Charta an. 1000. apud Ughellum in Episcopis Bergomensibus: *Quicquid decimum exinde annuè dominus dederit, exceptis illis, quæ in canale ad Præpositatum & ad alias Capellas pertinent.* Vide Cujacium lib. 19. Observ. c. 19. & infra in *Via vicinalis*.

Canales, ubi Monachi pedes lavant. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 77. *Ad signum majoris Missæ in Claustro nos discalceamus prope Canales, ut lavaturis sint in promptu.*

CANAMELLÆ, Scriptoribus Arundines, unde elicitur *zacharum*, seu *zuccarum*, vel, uti à plerisque nuncupatur, *mel silvestre*; unde à *canna* & *melle* dictam *canamellam* putant Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 21. auctor. Hist. Hierosf. 2. part. p. 595. Jacobus de Vitriaco lib. 1. c. 53. & 84. Brokardus in Descript. Terræ Sanctæ, &c. *Canna mellis* dicitur Constantino Africano lib. 5. Commun. locorum medic. cap. 18. Μέλι τὸ καλαμινον τὸ λεγόμενον σάκχαρι, apud Arrianum in Periplo maris Erythræi. Est autem *Canna*, quod Græcis σύριγξ dicitur, undè nostri *Canelle* effinxerunt, *casiam Indicam* ita vocantes, quòd ex cannis eruatur, Græcis Scriptoribus, μάννα καλάμου Ἰνδικοῦ dicta.

Cannamella, verò est caudex nodosus, spongiosa plenus materia, cortice tenui, dulci succo, qui sic exprimitur. Caudex totus frustatim minutimque conciditur, deinde torculari appressus succum reddit, qui in cacabum mundissimum dimissus, igni supposito concoquitur & expurgatur. Purgatus verò in figulinis vasis reconditur, ubi, cùm refrixerit, in saccharum laudatissimum coalescit. Albertus Aquensis lib. 5. cap. 37. *Calamellos ibidem mellitos per camporum planitiem abundanter repertos, quos vocant Zucra, suxit populus, illorum succo & vix ad saturitatem præ dulcedine expleri hoc gustato volebant. Hoc enim genus herbæ summo labore agricolarum per singulos excolitur annos: deinde tempore messis maturum mortariolis indigenæ contundunt, succum colatum in vasis suis reponentes, quousque coagulatus indurescat sub specie nivis vel salis albi, &c.* Occurrit præterea vox hæc *Zucra* lib. 10. cap. 35. Willelmus Tyrius lib. 13. cap. 3. *Canamellas, unde pretiosissima usibus, & saluti mortalium necessaria maxime conficitur zachara.* Observat Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 2. ejusmodi *canamellas* & *zuccara* nasci in terris Sultano subjectis, de quibus *ipse magna percipiebat pedagia*, præterea in Cypro, Rhodo, Morea, & Sicilia. De *cannamellis*, quæ in agro Panormitano in Sicilia nascuntur, sic Hugo Falcandus in Præfat. ad Hist. de Calamit. Sicil. *Occurret tibi mirandarum seges arundinum, quæ Cannæ mellis ab incolis nuncupantur, nomen hoc ab interioris succi dulcedine sortientes. Harum succus diligenter & moderatè decoctus, in speciem mellis traducitur; si verò perfectius excoctus fuerit, in saccari substantiam condensatur.* Molendina porrò ad ejusmodi cannas confringendas Siculi voce Saracenica *Massara* vocabant. Charta Guillelmi Regis Sicil. an. 1176. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Montis-Regalis: *Molendinum unum ad molendas cannas mellis, quod Saracenicè dicitur Massara.*

Qui

Qui saccharum hodie nominari audit, inquit Salmasius lib. de Sacchαro, hanc eandem appellationem in antiquorum scriptis legit, non exquisito, an res antiqua eadem sit cum nova? Saccharum veterum illud est, quod hodie vocatur apud Indos *Sacar manbu*, quod in arundine Indica arboreæ ac vastæ proceritatis sponte concrescit. Quod sacchαro hodierno prorsus disconvenit, quod esse factitium constat succo expresso ex arundine parva & molita, qui succus postea coquitur ac cogitur in eam, quam videmus, duritiem. Neque aliud est saccharum ab eo, quod Achmes c. 243. vocat σαχαρελκηνικὸν, τὸ λεγόμενον πακοῦδιν, quòd in paludibus ejusmodi arundines nascantur. Vide eundem Salmasium ad Solinum pag. 1312. & in libro de Manna & saccharo.

Canneta, seu *Cannetum*, in laudata Charta an. 1176. & aliis Siculis, locus est, ubi crescunt ejusmodi *Canamellæ*.

CANARDUS, Majoris navigii species. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 703. *Quatuor naves magnæ, quas Canardos vocant, de Nortvvegia in Angliam appulsæ sunt.*

CANARIA. Jus, quod domini in vassallorum prædiis habebant, ratione cujus iidem vassalli & subditi canes dominorum excipere & alere tenebantur. Charta Rainaldi Comitis Burgundiæ ann. 1050. in tom. 9. Spicilegii Acheriani: *Dimitto --- consuetudinem, quam pater meus & ego accipiebamus ritu temerario in quadam potestate eorum, quæ dicitur Cussiacus, ad equos nostros, sive ad canes, quam vulgò Marescalciam & Canariam appellant. Mansio canum* dicitur in Charta Amalrici Comitis Ebroïcensis, in Tabul. S. Maglorii Paris. *De cervorum insuper & cervarum omnium venatione, dextros armos, si præcedenti nocte fuerit mansio canum in Monteforti, vel in S. Leodegario, &c.* In Consuetudine Hannoniensi cap. 99. §. 1. ubi *Chienesse* dicitur canum agmen, quod nos *Meute de Chiens* appellamus, ejusmodi *Canariæ* interdicuntur. Vide *Brennaticum*. Plinio lib. 25. cap. 8. *Canaria*, herbæ species est.

CANASTER, Μιξοπόλιος, in Gloss. Græc. Lat.

CANATIGLIA, vox Italica, Gall. *Cannetille*, filum aureum vel argenteum levius. Histor. Translat. S. Antonini: *Planeta ex Ermisino rubeo similiter confecta, & peniculamentis aureis cum ricamis canatigliæ aureis & argenteis intertexta.*

CANAVA, *Cannava*, Cella penaria, vel vinaria, Gall. *Cave*, Ital. *Canava*, vel *Canova*, ut habet Joan. Villaneus lib. 10. cap. 22. Isidor. in Gloss. *Canava, camera*, (vel *cavea*) *post cœnaculum*, S. Augustin. serm. 61. de Tempore: *Multa sunt quæ de horreo, canava, vel cellario aliquoties proferre non possumus.* Ennodius Epigr. 43. de Inscriptione, *Ante Canavam*:

Sobria cella cadis vinum quod servat onustis
Corpora confirmat pressibus acta suis.

Regula S. Cæsarii Arelat. ad Virgines cap. 30. *Quæ cellario, sive canavæ, sive vestibus præponuntur.* Adde Regulam S. Aureliani ad Monachos cap. 21. ad Virgines c. 17. Notas Tyronis pag. 149. &c. Apud Victorem Uticens. lib. 2. de Persecut. Vandal. p. 18. *Cannava* sumitur pro ergastulo, seu cavea: *Artabatur multitudo ad currendum, vel ubi cannava erat præparata, laboriosam caperet mansionem.*

Canavaria, quæ *canavæ* curam habet, apud eund. Cæsarium Arelat. in Regula ad Virgines, cap. 28.

Caneva. Vetus Charta Dalmatica ann. 1069. apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalm. c. 16. *Quibus in primis ad auxilium & solatium, inferiorem pavimentum cum caneva turris S. Petri, omnibus ejusdem Ecclesiæ creditariis consentientibus, concessimus.* Vide *Feudum de caneva*.

Canevarius, Custos canevæ. Acta an. 1333. *Briminius de Subtus ripa — Canevarius & Camps communis Cumarum surgens in parlatorio consuluit, quòd propter labores & expensas, &c.* Sic in MS. *Caneparius* dicitur in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 103. estque custos arcæ publicæ. *Canevarius, seu thesaurarius*, in 1. part. cap. 343. 350.

Canepa, idem quod *Canava*. Statuta urbis Mediolan. part. 2. cap. 7. *Potestas Mediolan. possit tenere canepam, & vendi facere vinum ad minatum. Canevaros* hodieque Itali vocant Pincernas, vel *Canavatæ* præpositos.

CANAVA, pro *Canabi*, seu tela canabina, nostris *Canevas*, Ital. *Canapa*. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de lana, lino, & canava, &c. Canaba*, in l. 1. D. de Exercit. act.

Canapina, eadem notione, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughell. tom. 1. Ital. Sacr. pag. 821.

Canevaria, nostris, *une Chenneviere*, Ager, ubi canabis crescit, in Charta an. 1029. apud Perardum p. 177. Ita enim lego, pro *cavenaria*.

Canevasium, apud Will. Thorn. Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 823. *Quicunque erit textor vel textrix canapatii* (l. canavacii) *in civitate solvat &c.* Sub appellatione verò Canevaceriæ (*de la Chanevacerie*) comprehenditur universa lintearia supellex, in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii anni 1351.

CANCALUS. Anastasius Bibl. in S. Hadriano PP. pag. 110. *Absidam ipsius Ecclesiæ cernens idem beatus Pontifex jam ruinæ vicinam existentem, cancalis ferreis eandem absidam confirmari fecit.* Fortè *cancellis*, nisi expresserit Græcum καγκέλοις.

CANCELLARE, Joanni de Janua. *Brachia extendere.* Unde Ebrardus Bethuniensis:

Est cancellare, quæ sunt damnà notificare
Nomina per medium quæ signat linea ducta.
In cruce cancellat pro nobis brachia Christus.
Qui mala scripta linit, hic cancellarius exit.

CANCELLARES. Charta Jacobi Regis Aragonum an. 1230. apud Guesnaium in Annalib. Massilientib. *Hoc totum vobis damus ratione trecentarum triginta sex Cancellarium, quas in nostro exercitu nobiscum honorificè cum vestro navigio habuistis, & quia extitistis in captione civitatis Majoricarum.*

CANCELLARIUS. Joan. de Janua: *Cancellus dicitur interstitium muralium. Et fuit hoc tractum a Palæstina regione, ubi tecta desuper cacuminata non erant; sed jacebant in planum prostrata. Elevantur verò parietes circumquaque ad modum muralium, illa verò interstitia, quæ sunt inter propugnacula, dicuntur propriè Cancelli. Qui verò Epistolas missas recitare volebant populo in regione Palæstina antiquitus, ascendebant super tectum, & de cancellis recitabant, & inde inolevit usus, ut qui litteras Principibus missas habent exponere, Cancellarii, usitato nomine, dicantur.*

Cancellarii dicti potissimùm, qui ad *Cancellos forenses*, seu judicum, stabant. Papias: *Cancellarius, qui in Cancellis primus est.* Tertullianus: *Januarum Cancellorumque potestates.* Hinc apud Senatorem lib. 12. Epist. 1. *Cancellorum decus*, lib. 12. Epist. 1. *Cancellorum pompa*, dignitas Cancellarii indigitatur, ut *Cancellos agere*, Cancellarii munus obire, dixit, eadem Epist. 1. Ita *Minister à cancellis*, est Cancellarius Herrico lib. 6. de Vita S. Germani. Ii supplicantes introducebant ad judicem. Idem Senator: *Per se præsentandus accedat, per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat.* Jussa eorundem explebant. Idem. *Jussa nostra sine studio venalitatis expedias, --- qui talem unusquisque ad responsa sua videtur eligere, qualem se cunctis decrevit æstimari. Respice, quo nomine nuncuperis, latere non potes, quòd inter Cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, claustra patentia, fenestratas januas; & quamvis studiosè claudas, necesse est, ut te cunctis aperias. Nam si foris steteris, meis emendaris obtutibus; si intus egrediaris, observantium non potes declinare conspectus.* Ex quibus

quibus patet, Cancellarios dictos, quòd ad *Cancellos* judicum starent, eorumque jussa ac mandata exequerentur, proindeque eosdem fuisse quodammodo ostiarios. Qua certè notione Cancellarius accipi videtur in Inscript. apud Grut. 647. 6. *Commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, Officium, Cancellarius & Scriba de pecuariis capere consueverunt.* Ubi *Tribunus*, judicis vice est, *Officium*, Apparitoris, *Cancellarius*, Ostiarii, & *Scriba*, Notarii. De ejusmodi Cancellariis copiosè egit Jacobus Gothofredus ad leg. 3. Cod. Theod. de Assessor. Atque hæc quidem ita in Italia obtinuere, secus verò apud nostros. Nam

Cancellarii Notariorum munus obiere. Unde in Lege Ripuar. tit. 59. §. 2. 3. 4. 5. 6. & tit. 88. sunt ii, qui testamenta & acta publica conscribunt. Ita etiam accipiuntur in Lege Longob. lib. 2. tit. 34. §. 12. tit. 41. §. 1. 6. in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 43. in Capitulari 3. ann. 803. Capitul. 1. an. 812. c. 8. in Capitul. Ludovici Pii an. 824. c. 11. apud Holstenium, in Concil. Cabilonensi II. an. 813. c. 44. &c.

Cancellarii in Regum nostrorum Palatiis idem munus obiere, & eorum Chartas ac præcepta descripsere. Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. an. 769. *Quod præceptum* Cancellarius *ejus scripsit.* Concilium Duziacense I. c. 33. *Ego autem jussi Odonem ire ad Cancellarium Regis, & accipere ab illo pergamenum & atramentum, ut scriberet illum citò, &c.* Joseph Sacerdos, qui scripsit Historiam Translationis SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 18. ita de se loquitur: *Ego Joseph peccator Sacerdos omniumque servorum Christi ultimus, quondam autem Aquitanorum Regis Cancellarius, nunc inclyti gis Hludovici* (Balbi) *liberalium literarum etsi immeritus præceptor, atque ejusdem sacri Palatii Cancellariorum ministerio functus, &c.* *Cancellariorum Regiorum*, seu *Palatii*, uti vocantur in Capitul. an. 823. cap. 24. & ab Hincmaro in Quatern. p. 381. Edit. Cellotii, mentio est in Capitulis Caroli M. lib. 2. tit. 23. in Capitul. Caroli C. tit. 12. c. 11. & tit. 28. & in veteribus Tabulis passim. Vide *Archicancellarius.*

De *vadiis* Cancellariorum sub tertia Regum stirpe, hæc habentur in 1. Regesto Memorial. Cameræ Comput. Paris. fol. 151. *Nous avons trouvé une cedule, qui estoit escrite de la main feu Maistre Saince de la Charmoye, par laquelle il pria feu Maistre P. de Condé à son vivant puis qu'il fu entré en religion, que il li rescrisist, ou signifiast, quiex gages avoit accoustumé à prendre celuy, qui porte le grant Seau du Roy. Et ledit Frere li recrisist de sa main propre en ladite cedule, que du temps Mons. S. Loys Maistre Philippes d'Antongny portoit son grant Seau, & prenoit pour soy & ses chevaux & vallez à cheval 7. s. Par. par jour, pour avaine & pour toutes autres choses, & excepté son clerc & son vallet, qui le servoit en sa chambre, qui menjoient à court, & estoient doublez leurs gages és 4. Festes Annuex en l'an, & quant li Roys prenoit gistes. Item il avoit ses mantiax, si comme les autres Clercs du Roy, & livrée de Chandoille tant, comme il en convenoit pour sa Chambre & pour les Notaires à escrire; & quant li Rois voloit, il li donnoit palefroy pour soy, & cheval pour son clerc, & sommier pour le Registre. Et dit que depuis le temps Mons. S. Loys ceus qui ont porté le Seau du Roy se sont en ce cas portez en moult de manieres, si comme il ont volu, & l'en leur a souffert. Item il dit en ladite Cedule, que des lettres qui devoient 60. sols de Seau, le saeleur prenoit dix sols pour soy, & sa porcion de la commune Chancellerie, si comme les autres clercs du Roy. Et quant il estoit en Abbeyes, ou en lieu où is ne dependoit riens pour chevaus, ce lui estoit rabatu des ses gages.* His addere lubet quæ habentur in Reg. *Noster* fol. 416. *Li Chanceliers souloit prendre à Court 7. s. 6. den. par jour, & livroison de Court, & a Paris en Parlement 20. s. par jour, avec les droiz de la Chancellerie; & il prent orendroit pour tout 2000. ll. Par. de gages par an, & un des Notaires souloit rendre les Lettres à l'Audience sens autres gages: & cil qui orendroit les rens, prend 200. ll. Par de gages par an, sens cinq sols Tour, de gages par jour, qu'il prent pour la Cartalerie de Montolif en Carcassonnois, qu'il fait deservir par autruy. Et soit memoire de savoir, qui reçoit l'émolument du Registre des Lettres de la Chancellerie, qui doit valoir au Roy grant chose.*

Cancellariorum munus etiam Ecclesiasticum fuit, ut ex Anastasio colligitur in Vita S. Joannis Eleemosynar. cap. 1. num. 6. cap. 2. num. 7. cap. 8. num. 46. In VI. Synodo Act. 8. & 9. fit mentio Stephani & Dionysii Diaconorum & Cancellariorum.

Cancellarii Ecclesiæ Romanæ quanta fuerit in Romana Curia auctoritas, docet S. Bernardus Epist. 313. *Siquidem cùm nullum ferme fiat in orbe bonum, quod per manus quodammodo Romani Cancellarii transire non habeat, ut vix vel bonum judicetur, quod ejus prius non fuerit examinatum judicio, moderatum consilio, studio roboratum, & confirmatum adjutorio, &c.*

Vicecancellarius Ecclesiæ Romanæ. Vide *Bibliothecarius*, & Waddingum an. 1303. num. 6. 7.

Cancellarius, in Ecclesiis Cathedralibus, dignitas, cujus munus sic describitur in Statutis Leichefeldensis Ecclesiæ in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 24. *Officium Cancellarii est, sive residens, sive non extiterit, lectiones legendas in Ecclesia per se, vel per suum Vicarium auscultare, malè legentes emendare, Scholas conferre, sigilla ad causas & negotia conferre, literas Capituli facere & consignare, libros servare, quotiescunque voluerit prædicationes in Ecclesia vel extra Ecclesiam prædicare, & cui voluerit prædicationis officium assignare, &c.* Adde Statuta Ecclesiæ Londinensis, ibidem pag. 339.

Cancellarii Academiarum dicti, qui iis quodammodo præsunt, penes quos totius rei literariæ regimen, ac moderatio est, qui, si res postulat, in societatem professionis suæ idoneos Magistros advocant, castigant, si quid in doctore collega sit dignum pœna aut reprehensione, & meliores subrogant, cathedrisque præficiunt, Baccalaureos ad Doctoralem apicem promovent, novas leges condunt, veteres abrogant, scholarum disciplinam reformant, &c. Quæ quidem dignitas semper alicui illustri personæ à Pontificibus demandata est, interdum ipsis Episcopis. Vide Gretzerum lib. 1. Observat. ad Philippum Eystetensem cap. 21. Hemeræum de Academ. Parisiensi cap. 7. & seqq. Cruceum in Episcopis Cadurcens. num. 227. 228. 229. &c. Stephanum Paschasium in Disquisit. Francicis lib. 9. cap. 21. &c.

Cancellarius Communiæ, cui suberat *Scriptor* in Charta Communiæ Meldensis ann. 1179. idem qui hodie *le Greffier de la Ville.*

Subcancellarius, in Subscriptione Chartæ Lotharii Imp. apud Ughell. tom. 2. pag. 251. *Dra.. ius Subcancellarius atque Notarius ad vicem Egilmani recognovi & subscripsi.*

Cancellaria, apud Anglos dicitur summum Angliæ tribunal, si universalem illum Conventum excipias, quem *Parlamentum* dicunt: in quo *Cancellarius* singulis, qui rigore juris communis se læsos queruntur, ex regula æquitatis subvenit. Ita Covvellus.

Nos verò *Cancellariam* appellamus locum in Palatio, in quo Regia ac publica instrumenta olim asservabantur, (nam hodie vix ejusce appellationis hac notione superest vestigium) de qua quidem intelligendum est Edictum in Carisiaco ann. 861. *Propterea necessarium duximus, ut commendationem nostram ex hoc scribere rogaremus, quæ ex more in nostro Palatio apud Cancellarium retineatur, &c.*

CANCELLATIO, vox agrimensorum, Limitatio, centuriatio, typus, forma. Siculus Flaccus: *Et quamvis una res sit, forma; alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii* cancel-

cancellationem. Frontinus : *Ager sestertianus assignatus in cancellatione limitibus maritimis.*

CANCELLUS. Papias : *Cancelli, ligna subtilia in traversum facta, vel de ferro in modum retis, nunc vero & de lapidibus fiunt.* Auctor Mamotrecti ad 4. Reg. cap. 1. *Cancellus, fenestra reticulata, ad palatii, & parvum foramen parieti: interstitium inter propugnacula : dicitur etiam paries, qui claudit chorum.* Adde Ugutionem. κιγκλίδες ἔμπροσθεν τῶν θυρῶν ἱσαμέναι, apud Scholiastem Aristophanis. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. κιγκίλα, ἥτις ἐςὶ καγκελόθυρίς. Aliud: δικλωτή, καγκελωτή, πολύπλοκος. Vide Euseb. lib. 10. Histor. Eccl. cap. 4. Papias : *Cancellus, Cantorum excellens locus, inde Cancellarius.*

Cancelli forenses, in Collat. Carthag. 1. cap. 70. qui *Cancelli fori,* Tullio in Orat. pro Sextio, & 3. in Verrem lib. 1. de Orat. unde *Cancellarii,* qui hos servabant, uti suprà indicatum. *Intra Cancellorum septa,* de foro dixit Ammianus lib. 30. Ita κιγκλίδα, & κάγκελον τοῦ δικαστηρίου, Scholiastes Aristoph. & Pollux lib. 8. usurpant. Atque etiam inde nostri *Barreau,* forum litigantium vocant, quòd *Cancellis* pariter muniantur. Vide Jacob Gothofredum ad l. 1. Cod. Th. de Offic. Rector. provinc.

Cancelli sepulcrorum, quibus hominum vitæ innocentiâ & sanctitate illustrium monumenta & tumuli muniebantur. De iis passim Scriptores, S. August. Serm. de Diversis 31. Cyrillus Abb. in Vita S. Euthymii Magni Abb. cap. ult. Paulinus Natali 7. pag. 578. Gregor. Turonens. lib. 1. de Mirac. cap. 69. lib. 2. cap. 20. 46. 47. de Glor. Conf. cap. 22. 30. 45. lib. 1. Mirac. S. Martini cap. 35. Fortunatus lib. 2. Vitæ S. Hilarii cap. 7. Vita S. Boniti num. 36. &c. Sed & omnium promiscuè sepulcra cancellis vallari solita docet idem Gregorius Turonens. lib. 6. Histor. cap. 10. Vide *Cataracta.*

Cancelli altaris, quibus altaris septum vel locus munitur; quibus *Bema à Choro disparatur.* Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Hoc autem sanctum opus ita prosecutus est, ut etiam ab illis, quæ ad divini ministerii dispensationem pertinent, non abstineret, thuribulis, calicibus, pateris pro eorum redemptione datis, excussisque à Cancellorum columnis ornamentis argenteis.* Capitulare Heitonis Episcopi Basileensis cap. 16. *Quòd si pallæ altaris lavandæ sunt, à Clericis abstrahantur, & ad Cancellos feminis tradantur, & ibidem repetantur.* Paulus Warnefridus de Episcopis Metensib. in Chrodegango : *Hic fabricare jussit—sedem S. Stephani Protomartyris, & altare ipsius, atque Cancellos, presbyterium, arcusque per gyrum.* Observat porrò Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 35. *in primitiva Ecclesia peribolum, seu parietem, qui circuit chorum, non elevatum fuisse nisi usque ad appodiationem, idque sua ætate adhuc in quibusdam Ecclesiis observatum; quod ideo fiebat, ut populus videns Clerum psallentem, inde sumeret bonum exemplum. Verumtamen* (subditille) *hoc tempore quasi communiter suspenditur, sive interponitur velum, aut murus inter Clerum & populum, ne mutuò se conspicere possint, &c.* Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ num. 71. 72.

Cancellus, Locus altaris cancellis septus. Βῆμα Græcis, vel ἄδυτον, *Presbyterium* Latinis, nostris *le Chancel.* Synodus Romana an. 853. can. 33. *Sæculares----nec inter sacros cancellos ordinibus debitos, nisi permittente Episcopo, adtentent accedere.* Concilium Nannetense an. 895. can. 3. *Ut nulla femina ad altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut infra Cancellos stare.* Adde Capitula Herardi Turonens. cap. 82. Quod igitur est *inter* & *infra Cancellos, Cancellus* postmodum nudè dictum est. Acta Episcoporum Cenomanensium in Arnaldo cap. 33. *Denuo ipsam Ecclesiam---construere cœpit, & parti superiori, quæ vulgò Cancellum nominatur, etiam tectum imposuit : membrorum quoque, quæ Cruces vocantur, atque turrium solidissima fundamenta antequam moreretur instituens.* In Hoello cap. 34. *Sed & cancellum, quod ejus antecessor construxerat, pavimento decoravit.* Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 832. *Cancellum veteris Ecclesiæ dejecit, & eximiæ pulcritudinis opere in meliùs renovavit, atque in longitudine & latitudine decenter augmentavit.* Et lib. 12. *Cancellum Ecclesiæ cum domibus monasticis renovavit.* Statuta Ordinis Hospitalariorum S. Joannis Hierosol. tit. 3. §. 7. *Ne Fratres nostri, cùm divina celebrantur, Cancellum, seu Chorum intrent, nec altari adhæreant.* Joannes de Garlandia in Synonymis :

Cancellus, templi pars intima dicitur esse.

Poëta MS. ævi infimi :

Infra Cancellum Laïcos compelle morari,
Ne videant vinum cum sacro Pane sacrari.

Ita usurpant Hariulfus lib. 2. cap. 7. Chronicon Senoniense lib. 4. cap. 36. Chronicon S. Trudonis lib. 8. p. 447. Statuta Willelmi Episc. Dunelmensis & Ægidii Episcopi Sarisber. an. 1255. Synodi Wigorniensis ann. 1240. can. 2. Exoniensis an. 1287. can. 9. 12. 21. Cicestrensis an. 1292. can. 5. Mertonensis an. 1300. can. 4. Rotomagensis an. 1335. cap. 8. Londinensis an. 1342. can. 11. Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 1. tit. 9. lib. 3. tit. 27. &c. Ex nostris verò Hugo Plagon interpres Gallicus Willelmi Tyrii : *Le Patriarche prit le Califre, & l'emmena el cuer & le chanciel, pour bien voir apertement la Sacrement. Le Chœur ou chancel,* in Consuet. Norman. art. 212.

Cancellus, pro Cancellatione. Senator : *Intra Tusciæ Cancellos.* Est autem *Cancellatio,* Agrimensoribus, limes : unde *ager cancellatus,* limitatus.

CANCER, Arcus, fornix, quòd cancri forcipem referat. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. cap. 16. *Hæc* (Ecclesia) *quatuor lapideis suffulta cancris, stat super aquas inhabitabilis.*——Mox : *Inferiùs verò, ut dictum est, cancris & arcubus sustentata* Et cap. 26. *Una* (Ecclesia) *in medio civitatis loco super duos fundata cancros, &c.*

Cancri, Papiæ, *Cancelli.*

Cancer. Machina bellica. Chronicon Colmariense an. 1300. *Expugnavit Rex hanc civitatem per duo vasa* (instrumenta) *concava, quæ faciebant artifices sapientes. Unum vas* Cattus *vocabatur, aliud* Cancer. *Erant hæc vasa longa, quadrata, ex omni parte laterum clausa: versus terram nullum munimen habebant; sed versus cælum de tabulis fortibus ac spissis tectum, machinarum lapides minimè metuebat, &c.* Infrà : *Fuit Cancer instrumentum magnum, forte pariter & ponderosum. In eo erat trabs magna, pariter longa, in una parte grossa, in altera parva. In grossiori parte, sive in capite, fuit ferro forti circumdata, & in fronte ipsius Cancri fortissimè colligata. Trabs hæc super quædam instrumenta jacuit, quòd faciliter moveretur. Hic Cancer cum ad murum pervenisset, & octo in circulos, qui in trabe erant, funes immisissent, ex paucis ictibus pro magna parte cadere coegerunt.* Mox : *Ex parte terræ fuerunt obsessi per Cattum atque Cancrum : quia solus Cancer, quingentos homines occupabat.* In Consuetudine Baionensi, *Escreviffe* pro specie armorum usurpatur. Ita nostri cancros vocant, &c.

CANCERARE, In cancri naturam transire. Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 36. *Ad vulnera, etiam si canceraverint.*

Canceratus, Cancere depastus. Passio S. Perpetuæ & Felicitatis : *Facie cancerata malè obiit, ita ut mors ejus odio fuerit.*

Cancerosi sermones, apud Julianum Toletanum lib. 1. contra Judæos, initio, qui nempe ut cancer serpunt, inquit D. Paulus.

Cancerauma, pro *Canceroma,* Καρκίνωμα, Cancer. Papias : *Canceromata, apostemata, retrogradientia*

 no

ut cancer. Adrevaldus lib. 1. d Mirac. S. Benedicti c. 28. *Quidam membrorum quorundam incendium malè perpessi, quod genus morbi incurabile medici derivato nomine à cancere, canceranma vocitant, &c.* Vide Celsum lib. 5. cap. 28. lib. 6. c. 15. Apuleium lib. de Virtut. herbar. cap. 31. &c.

CANCRA, *Domus cancri*, Papiæ.

CANCRARIUM, *quasi putrescat, ipsum est Cancer.* Papias.

CANCRENUM vulnus, Cancer, Celso & Latinis *Gangrena.* In Miracul. S. Cunigundis edit. à Gretzero.

CANDELA, Lucerna olearia. Gloss. Græc-Lat. Καν δήλα, *Cicendela.* Acta Proconsularia sub Munatio Felice, apud Baronium ann. 303. n. 12. *Lucernæ argenteæ septem, cerofala duo, candelæ breves æneæ cum lucernis suis septem; item lucernæ æneæ undecim cum catenis suis.* Historia Translat. S. Januarii, apud Caracciolum: *Cœpit candela sine admixtione olei redundare.* Anastasius in S. Silvestro PP. *Ubi Candelæ ardent ex oleo Nardino Pistico.* Leo Ostiensis lib. 3. cap. 30. *Ex oleo de candela S. Sepulcri, quæ videlicet per singulos annos modo valde mirabili---accenditur.* *Candela olei*; in Bulla Benedicti IX. PP. apud Ughellum tom. 1. p. 124. Sed & Zacharias PP. in Dialogis S. Gregorii. *Lampades* κανδήλας vertit, lib. 1. cap. 5. 7. Hac pariter notione vocem *Candela* usurpat idem Gregorius in Epist. 12. ad Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum, ut & Braulio in Vita S. Æmiliani cap. 29. apud Bivarium: unde conficitur in Regula S. Benedicti cap. 29. *candelam noctu in dormitorio ardentem,* nihil aliud esse quàm *cicindilem.* Neque aliter ferè vocem κανδήλα usurparunt Græci recentiores. Vita S. Nili Junioris pag. 100. Ἀλεῖψαί τε αὐτὸν ἐλαίῳ τῆς κανδήλας καὶ ἀπολῦσαι. Sophronius Patr. Hierosol. Τοῦ τῆς κανδήλας ἐλαίου ἄνω τῆς τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος ἁπτομένης λαβών. Et infrà: Τῆς κανδήλας λαμβάνει τὸ ἔλαιον. Miraculum S. Georg. Mart. de ejus imagine n. 55. Πρώτας δὲ γενομένης ἐν τῷ ἐλαίῳ ὑφαφθείσης τῆς κανδήλης---ἀλειψάμενος τὴν σὴν χεῖρα, εὗ ἤσεις τὴν ἴασιν. De ejusmodi candelis videtur perinde intelligendus Anonymus de Locis SS. Ἄνωθεν τοῦ ἁγίου τάφου κρεμοῦνται κανδήλαι λς'. Infrà: Κρεμοῦνται κανδήλια δ'. Apud Codinum in Origin. Κανδήλαι ὑαλιναί, pag. 100. Aliter tamen κανδήλαν usurpat Chronicon Alexandrinum p. 686. Vide *Papyrus.*

Candelæ projectæ & extinctæ in excommunicationibus, cujus ritus meminerunt Regino lib. 2. de Eccles. discipl. cap. 409. Burchard. lib. 11. cap. 3. Concil. Lemovicense an. 1031. Sess. 1. sub finem, Romualdus Salernitanus in Chronico MS. an. 1167. Guillelmus Abbas S. Theodor. lib. 2. Vitæ S. Bernardi cap. 6. n. 35. Hesso Scholasticus p. 358. Epistola 3. earum, quas Tengnagelius edidit post Chronicon Reichersp. Bertholdus Constant. an. 1085. 1095. Matthæus Westmonast. an. 1253. p. 353. Pachymer. lib. 1. Histor. cap. 31. Perardus in Tabulis Burgundicis p. 130. Acta Alexandri III. PP. apud Baron. an. 1177. Matth. Paris p. 442. 454. 576. Ægidius Aureæ vallis Mon. cap. 103. Thvvroczius ann. 1303. cap. 86. Ægid. Gelenius in S. Engelberto pag. 37. &c.

Candelas accensas sub conjugatorum pedibus ponere, superstitionis species, damnata ab Odone Legato Apostolico in Syria an. 1254. in Constitutione contra Simoniacos: *Item & à quibusdam inolevit quoddam abominabile & horribile: videlicet quòd celebratis solemnitatibus nuptiarum, statim quidam Clericus Ecclesiæ, in qua solemnizatum est matrimonium, portans aquam benedictam, cùm pervenerit ad portam domus, in quam bent se recipere nubentes, tenens quandoque candelas accensas in manibus, ponit eas sub conjugatorum pedibus, & accepit pro hujusmodi tam improbo officio 12. denarios, vel aliud pretium: quod sortilegii vitio carere non dubitatur, &c.*

Candelæ de Madio mense, inter præstationes Ecclesiasticas, in veteri Charta an. 1030. apud Ughellum in Episcopis Novariensibus.

CANDELARIA, Festum Purificationis B. Mariæ, Durando lib. 7. cap. 7. n. 17. nostris olim *la Candeliere*, hodie *la Chandeleur*: *Candelora* Italis, *Sancta Maria Candelaia,* Joanni Villaneo lib. 6. c. 34. lib. 10. c. 7. *Festum Candelosæ*, in Charta an. 1286. in Probat. Hist. Castilion. p. 71. & alibi passim. *Festum Candelarum,* apud Ulug Begh c. 7. *Festum S. Mariæ Candelarum,* in Charta Sicardi Episcopi Cremonensis an. 1207. apud Ughellum to. 4. p. 1297. Sic dictum à candelis ardentibus, quas hac die deferri à fidelibus præcepit Gelasius PP. abrogatis Lupercalibus, quæ mense Februario agi solita testatur Varro. Litanias publicas & processiones huic solemnitati addidit postmodum Sergius PP. nec enim ille candelarum usum in hoc festo introduxit, uti observat Baronius, licèt nonnulli id scripserint. Beda de Ratione temp. c. 10. de Lustrationibus veterum, quæ fiebant mense Februario: *Sed hanc lustrandi consuetudinem bene mutavit Christiana religio, cùm in mense eodem, die S. Mariæ plebs universa cum Sacerdotibus ac Ministris, hymnis modulatæ vocis per Ecclesias, perque congrua urbis loca procedit, datosque à Pontifice cuncti cereos in manibus gestant ardentes, & augescente bona consuetudine idipsum cæteris quoque ejusdem B. Matris & perpetuæ virginis agere didicit, non utique in lustrationem tetrestris Imperii quinquennem; sed in perennem regni cælestis memoriam: quando juxta parabolam Virginum prudentium, omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus, obviam sponso, ac regi suo venientes, mox cum eo ad nuptias civitatis intrabunt.* Alcuinus serm. in Hypapant. *Maximè autem eo loco, quo primatum Ecclesia Catholica in primo Pastore sortita est, in tanta reverentia habetur, ut ea die cuncta civitatis turba, in unum collecta, immensis cereorum luminibus coruscans, Missarum solemnia devotissimè celebrent, nullusque aditum publicæ stationis intret, si lumen manu non tenuerit, tanquam scilicet dominum in templo oblaturi, imò etiam suscepturi fidei lumen, quo interius fulget, exterius oblationis suæ religione demonstrent.* Tradit Olaus Wormius in Fastis Danicis antiquis, quos edidit, ad diem Purificationis, quæ ibi *Kendelmess* dicitur, manum facem ostentantem esse depictam. Germanis verò *Liecht mess*, id est, *Missa luminum* appellatur, ut est apud Gretserum in Muricibus Christianis pag. 177. Vide S. Eligium Homil. 2. Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 33. Rupert. lib. 3. de Divin. Offic. cap. 25. Honor. Augustod. lib. 3. cap. 24. Durand. lib. 7. c. 7. n. 16. Baronium ad Martyrol. &c.

CANDELARII, Qui candelas in Ecclesia deferunt, in Charta an. 1270. apud Ughellum. to. 7. p. 20. Adde Cyrillum Schythopolitanum in Vita S. Euthymii apud Allat. de Hebdomadis Græcor. p. 147.

Candelarii fabri, in Constit. Siculis lib. 3. tit. 36. §. 1. qui candelabra conficiunt.

CANDELARIUM, Oblationes candelarum in Ecclesiis. Tabularium Monast. Longipontis in diœcesi Paris. *Concessit illis* (Monachis) *quandam partem ipsius doni, scilicet unum arpennum terræ, medietatem candelarii & sepulturæ, tertiam partem medietatis turtellorum, atque offerendæ, & omnis decimæ, &c.*

CANDES, *Vasa fictilia*, in Gloss. Isid. & apud Papiam.

CANDETUM, ut ait Columella lib. 5. cap. 1. & ex eo Auctor vetus de Limit. Isidorus lib. 15. Orig. cap. 15. & Papias, *Galli in areis urbanis spatium vocant centum pedum, quasi centetum, in agrestibus autem 150.* Camdenus hic accersit Britannorum *Cantroed.* Vide *Cantredus.*

CANDIBALUS, *Candiculus*. Jo. de Janua: *Candibalus, parum candidus: invenitur etiam candicolus, candidus, vel candiculus*. Unde Marbodus in lib. de lapid.

Tertia candiculus tribus est inscripta lituris.

CANDIDA, Vestis candida, alba. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas*. S. Hieronym. Epist. 9. *Quæ pullam tunicam nigrosque calceolos candidæ vestis & aurati socci depositione sumpsisti*. Idem Epist. 34. *Et dedicatio ossium Martyris candida tibi vestimenta reddiderit*. Adde Spartianum in Severo: *Prætor designatus à Marco est, non in candida; sed in competitorum grege*. Id est, non inter candidatos Principis. Nam magistratuum quidam designabantur à Principe, seu commendabantur sine repulsa & ambitu designandi, ut loquitur Tacitus lib. 1. Annal. Vide Henric. Valesium ad 20. Ammiani pag. 184. Dicitur etiam

Candida, Editio ludorum, quæ fiebat à Magistratibus, Prætoribus scilicet & Quæstoribus candidatis proprio sumptu. S. Ambrosius Serm. 81. *Præparemus nova & præclarissima munera, edamus primam Candidam in vestitu nudorum, secundam verò non minùs nobilem, &c.* Acta Bonifacii Martyr. de Aglaë illius matre: *Hæc ergo ter Candidam egerat apud urbem Romam ex Præfectura*. Vetus Kalendar. Hervvarti M. Decemb. 13. Kal. Jan. *Munus Kandida*. Quæ verba alii de munere, seu officio candidatorum, nescio an bene? interpretantur. Passio SS. Seraphiæ & Sabinæ: *Filia Herodis Metallarii cujusdam, qui sub Vespasiano Augusto ter in urbe Roma candidam confessionem dedit Romanis*. Ubi fortè leg. *editionem*.

CANDIDARIUS, Ugutioni & Joanni de Janua, *Pelliparius, qui coria facit alba. Item qui lavat pannos.* Idem Ugutio: *Fullo, qui parat pannos, & excandidat, & eos fulgere facit*. Mamotrectus ad 3. Regum cap. 18. *Fullo, qui candidat pannos*. Gloss. Lat. Gr. *Candidus*, καθαρός. Cornelius Fronto: *Album natura, candidum cura fit*.

Candidatrix, nostris *Blanchisseuse, quæ lavat pannos*, Joanni de Janua. Petrus Blesensis Epist. 14. *Barbatores, balatrones, hoc genus omne, & candidatrices.*

CANDIDATUS, λευχείμων, in Gloss. Lat. Gr. Dignitas Palatina, æquè ac militaris, instituta primùm à Gordiano seniore, qui selectos ex Scholarium classe quosdam ex valentioribus, quique animo ac corporis robore cæteris præstabant, in peculiarem Scholam, seu cohortem conjecit, eosque Candidatos vocavit, quòd fortassis quidpiam candidi in vestibus, vel armaturis deferrent. S. Hieronymus, ubi de Nepotiano: *Quid in Palatii militia sub chlamyde, & candenti lineo, corpus ejus cilicio tritum sit.* Ausonius:

--- Cùm jam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito succinctior ires,
Atque inter niveas altè veherere cohortes.

Ita Claudianus in 4. Consul. Honorii, *niveas cohortes militum* dixit. Duplex autem fuit Candidatorum cohors: prior *Seniorum* dicta, quia à Gordiano Seniore, altera *Juniorum*, quia à Gordiano Juniore inventa, uti discere est ex Chronico Alexandr. p. 628. & 630. & Cedreno p. 257.

Militabant verò *Candidati* in ipso Palatio, atque adeo ad Imperatoris Custodiam adhibiti, perinde ac *Scholares*, è quorum classe censebantur: id enim colligi datur ex l. 5. C. Qui militare poss. lib. 12. adeo ut *Candidatus*, adhuc esset *Scholaris*, & in eorum numero, *qui binas militias simul compositas, & sociali nexas consortio* retinere poterant. Unde disertè auctor Chronici Alexandr. ait Candidatos obtinuisse sextam scholam. Procopius lib. 3. de Bello Goth. Ἦν δέ οὗτος ἀνὴρ βασιλέως μὲν Ἰουστινιανοῦ δορύφορος, ἐπεὶ ἐς τοὺς καλουμένους Κανδιδάτους τελῶν ἔτυχε. Corippus lib. 3. de Laudib. Justini:

Ornata est Augusta domus, jussuque regentis
Acciti proceres omnes, Scholaque Palati est
Jussa suis astare locis: jamque ordine certo
Turba Decanorum, Cursorum, in Rebus agentum,
Cumque Palatinis stans Candida turba Tribunis,
Et Protectorum numerus mandante Magistro, &c.

Luithprandus lib. 3. Rerum in Europa gestarum cap. 5. *Turba post hos immensa vocatur, Protospathariorum, Spathariorum, Candidatorum*. Candidatos Constantii S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis, ut Juliani & Valentis Imperatorum asseclas & custodes non semel habet Ammianus lib. 25. & 31. Vide Alcuinum Epist. 111. &c.

Candidatorum verò cohors summæ fuit & præcipuæ in Palatio dignitatis, & prærogativæ: nec in eam admissi, nisi qui genere, opibus, & animo cæteris præcellerent. Hinc passim legimus in ea militasse viros primarios. Victor Tunnensis in Chron. tradit, Justinianum Justini Imp. nepotem *Candidati militia functum*. Nicephorus CP. in Brev. pag. 20. 1. Edit. Vitulinum quemdam refert, hominem dignitate & opibus illustrem, Candidati pariter munere insignem fuisse. Leo Ost. lib. 2. Chr. Cas. c. 68. auctor est, Arduinum nobilem Mediolanensem, *auro oblato non modico*, à Docæano Præfecto Italiæ, seu potiùs ab Imperatore CPol. *Candidati honore donatum, & quibusdam Apuliæ oppidis præfectum esse*. Ex eorum classe delectos copiarum & exercituum duces docent Synaxaria ad 31. Julii in Vita S. Eudocimi, ut & Legatos ad Principes, Annales veteres Francorum ann. 804. Joan. VIII. PP. Epist. 169. & Guillelm. Biblioth. in Hadriano II. p. 228. 229. Adde Senatorem lib. 1. Epist. 4. Ammianum lib. 15. Passionem S. Caloceri Mart. n. 11. &c.

Sed dubitari potest, an Gordianus senior Candidatorum nomen primus invenerit, vel certè cohortem aut scholam; cùm pro certo constet, *Candidatos* in Palatio longè antè militasse, & à Vegetio *Candidatos simplares & duplares recenseri*, & in Antiquis Inscriptionibus apud Gruterum: *Candidati Augustorum, Cæsarum, Imperatorum* occurrant. Sanè non desunt, qui ita universim tunc dictos milites censent apud Romanos, quòd in prælium ituri, aut pugnaturi album paludamentum aut purpureum induere solerent: quod testatur Valerius Maximus lib. 1. ubi de Crasso. Tradit præterea Suetonius in Domitiano cap. 12. indignè tulisse eundem Domitianum, generum fratris habuisse albatos ministros.

Candidatus, Petitor, rogator, metaphorâ ductâ à magistratuum Candidatis. *Candidatus Dei*, apud Tertullianum, qui baptismum petit. Commodianus instr. 65.

Donasti de lacrimis, candidatus ille ingratis
Oppressus usuris deplorat factus egenus.

CANDIFICARE, *Clarescere*, λαμπρύνεσθαι, in Gl. Gr. Lat.

CANDIUS, *Vestis regia*, Papiæ.

CANDOMINA, nudè occurrit in Glossis Isid. Vide *Condomina*.

CANDOSOCCUS, Gallis veteribus, Palmes vitis terrâ obrutus ut propagetur, Latinis mergus. Ita Columella lib. 5. cap. 5.

CANESIUS. Vide *Caganus*.

CANETUM, *Inter nigrum, nitidumque colorem*, Papiæ. Codex MS. Navarræi Collegii Paris. habet *Caneum, intermistum, viridemque colorem*.

CANEVA. Vide *Canava*, & *Feudum de Caneva*.

CANEVASIUM. Vide *Canava*.

CANEVERILLA. Tabularium S. Remigii Remensis: *Uno quoque anno solvunt sal ad minorem modium quartam partem, & donant decimam de omni conlaboratu, præter caneverill, & prat.* Vox, ut videtur, ex *Cannabina*, seu Gallico *Chaneviere*, formata.

CANFARA. Leges Athelstani Regis Angl. cap. 19. apud Bromptonum: *Si inculpatio sit, & se purgare velit,* eat

eat ad ferrum calidum, & adlegiet manum ad canfaram, quod non falsum fecit. Ubi *canfaram*, pro *candens* interpretatur Somnerus.

CANGIUM, Pannus fortè unius quidem coloris; sed alio minùs intensiore intermixtus, ita ut pro diverso aspectu subinde mutetur, quomodo *Taffetas changeant* diximus. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 17. Kl. Julii: *Dedit —— duas cappas de cangio viridi.*

CANICLINUS, Dignitas Palatina in Aula CP. quâ qui insignitus erat, ὁ ἐπὶ κανικλείου dicitur Scriptoribus Byzantinis. Sic autem appellatus, uti censet Alemannus, quia penes eum esset vas, in quo asservabatur sacrum Encaustum, quo Imperatores diplomata vel epistolas subscribebant, *Caniculus* appellatum, quòd caniculi formam, effigiemque præ se ferret. At Salmasius ad Solinum *Caniculum* à κανοῦν deducit, voce, quæ in Glossis τρύβλιον & μαγὶς vertitur, unde *Canistrum* dictum. Ab Alemanni sententia non omnino abludit Anastasius in Notis ad VIII. Synodum, dum ait, illius curæ demandatum fuisse atramentum, seu potiùs rubramentum, ex quo Imperatores literas phœniceas exararent subscribendo. Erat autem δοχεῖον [illegible] διάλιθον χρύσεον, uti describitur à Niceta in Man. lib. 3. num. 4. id est, *calamarium aureum margaritis & pretiosissimis gemmis insignitum*, ut verbis utar Petri Diaconi lib. 4. Chr. Casin. cap. 13. Χρυσοῦν σκεῦος εἰς τὰς βασιλικὰς ὑπογραφάς, Annæ Comnenæ lib. 2. Alexiad. Κανικλείων dicitur Gregentio p. 201. *Caniclinus* Tyrio lib. 22. cap. 6. & Gunthero lib. 8. Ligurini. Sed errat Guntherus, qui *Camerarium* interpretatur:

—— Tempore servus eodem
Argolici Regis (Græci cognominis usu
Hic Caniclinus erat, nobis Camerarius idem
Esse potest) domino secretâ fraude parabat
Sanguinis insidias,

Neque enim diversus fuit ὁ ἐπὶ κανικλείου à Logotheta, uti pluribus docuimus ad Alexiadem pag. 378. ubi aliquam-multa de hac dignitate congessimus. Vide Pachymer. lib. 8. c. 32. lib. 9. c. 24.

CANICTÆ, *Furfures*, Papiæ. Codex MS. habet *Canietæ*.

CANICULARES, *dies sunt 64. in quibus molestæ sunt purgationes à tertio Idus Julii, usque in Idus Septembris.* Papias. Vide Delrium ad Senecæ Medeam pag. 84.

CANICULARIUS, Cui canum venaticorum cura incumbebat. Florentius Wigorn. an. 871. *Omnem venandi artem agere -- Falconarios, Accipitrarios, Canicularios quoque docere -- non desinebat.* Quibusdam *Braconier*. Vide *Bracco*.

CANIFELLUS. Tradit. Fuldenses lib. 2. cap. 38. *Lectaria, sive villosi, sive manutergia, sive canifelli, sive cujuscunque sint vestimenta, linea vel lanea.* Puto legendum *Camsiles*. Vide in hac voce.

CANIFERI, Qui canibus venaticis præsunt. Decretum Andreæ Regis Hungariæ cap. 16. *Agazones, caniferi, & falconarii non præsumant descendere in villis servientium.* Idem Decretum apud Odoricum Raynaldum an. 1232. n. 13. habet *cariferi*: perperam, ni fallor, pro *caniferi*.

CANINI, Hæretici exorti in Alemanniæ finibus, & deleti sub an. 1234. apud Matth. Westmonasteriensem.

CANIPA, Jus Vicentin. lib. 4. *Exonerare & collocare plaustra vini in canipa &c.* Contract. Datior. Bergom. lib. 6. cap. 2. *Canepam* vocant, ex Ital. *Caneva*. Vide in hac voce.

CANIPULUS, Ensis brevior, vel Cultellus, Gallis *Canif*. Thomas Cantiprat. lib. 1. de Myst. Apib. c. 16. §. 4. *Prædicantem salutis viam extractis ensibus crudeliter occiderunt.* Ubi Colvenerius monet, in MSS. Cod. pro *ensibus* legi *canipulis*, ut & lib. 2. c. 29.

Knipulum dixit Radulfus de Diceto an. 1275. *Ne quis viator cnipulum deferret, vel arcum.* Ubi Matth. Paris an. 1276. *Prohibuit ne quis gladium ferret viator, vel arcum.* Veteribus Belgis (inquit Kilianus) *Knife* est culter vel gladius, acutus scilicet. *Knivus*, in Charta an. 1231. pro villa Arkensi, in Tabulario S. Bertini: *Si de Chora, cultellum cum cuspide, qui vulgò Knivus dicitur, super se portaverit, 3. libras emendabit.*

CANIS, Variæ canum species.

Canis acceptoricius, qui cum accipitre venatur, cujusmodi sunt, quos *Spanicos* vocamus. Ita in Lege Frision. tit. 4. §. 3. qui in Lege Bajvvar. tit. 19. §. 6. *hapichunt* appellatur: *hapich* enim, seu *habich*, Germanis est accipiter: *hund*, canis. Editio Heroldi cap. 27. §. 6. *Habughunt* præfert.

Canis Argutaritus. Lex Salica tit. 6. §. 2. *Si quis veltrem leporarium, qui & Argutaritus dicitur —— furatus fuerit, &c.* Pactus Legis Salicæ habet *Argutarito*: quidam Codd. MSS. *Argutarid*. Est autem *Argutarius canis*, qui arguto suo clamore feras insequitur. Quo sensu Servius ad 7. Æneid. *argutum*, garrulum, stridulum, sonantem, interpretatur. Gloss. Græc. Lat. λάλος, *Loquax, Argutus, Verbosus*. Gloss. Lat. MSS. ex Bibl. Reg. Cod. 1197. *Nictit, cùm Argutocanis gannit.* Seneca in Hippolyto:

—— En Diva fave,
Signum arguti misere canes,
Vocor in silvas.

Quo loco *Arguti* sunt, qui φιλόφθογγοι vocantur in Epigrammate apud Pollucem. Alii eosdem esse censent cum inquisitoribus, qui prædam odoratu inquirunt & arguunt. Gratius:

—— Occultos & signis arguat hosteis.

De quibus Valerianus Cemelensis homil. 10. *Hic in conflictu æmulis cursibus aurito lepori imminet, ille argutis naribus cervi vestigia latentis inquirit.* His opponuntur, quos *tacitos* vocat idem Seneca:

—— At vos laxas
Canibus tacitis mittite habenas.

Salmasius ad Capitolinum *Argutarios* pro *acutarios* dictos vult in Lege Salica: ita ut *acutarii* fuerint ὀξύποδες veteribus Latinis *acupedes*; est enim, inquit, ὀξυποδεῖν, minuto citatoque gradu ire, & quasi pedibus argutari. At in veteribus Glossis MSS. *argutus*, *velox* dicitur.

Canes Albaniæ terræ, ingentes sunt, & tantæ feritatis, ut tauros premant, & leones perimant. Papias. Vide infrà. *Canes Scotici.*

Canis Bibarhunt, seu *Bibar-hundt*; qui cum *Viverra* venatur, & cuniculos, cùm hos è subterraneis suis cubilibus ille propulit, statim capit. Lex Bajvvar. tit. 19. §. 4. *De eo cane, quem Bibarhunt vocant, qui sub terra venatur, qui occiderit, &c.*

Canis Braco. Vide *Braco*.

Canis cursalis. Lex Aleman. tit. 82. *Si quis canem seusium primùm cursalem, qui primus currit, involaverit, &c.*

Canis custos curtis, vel domus. Κύων ἀρασὴς, in Legibus Georgic. tit. 6. §. 9. Artemidorus lib. 2. Onirocrit. cap. 11. de canib. οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων, οὓς οἰκουροὺς καὶ δεσμίους λέγομεν. Idem lib. 3. τῶν κυνῶν μὲν οἱ μὲν ἐπὶ θύρας τρέφονται. De canibus *catenariis* egit Seneca lib. 3. de Ira. Lex Salica tit. 6. §. 3. *Si quis canem custodem domus, sive curtis, qui in die ligari solet, ne damnum faciat.* Edit. Heroldi habet, *canem, qui ligamen noverit.* Lex Alemann. tit. 82. §. 6. & Lex Bajvvar. tit. 19. §. 9. *Si autem canem, qui curtem domini sui defendit, quem houavvarth dicunt, occiderit, &c.* Speculum Saxonic. lib. 3. art. 51. §. 2. *Canis custodiens curiam, seu canis fundi, sicut & is, qui ovile sequitur.* Fragmentum Petronii: *Ad sinistram intrantibus non longè ab ostiarii cella, canis ingens catenâ vinctus in pariete erat pictus, superque quadratâ literâ scriptum: Cave canem.* Infrà.

frà, *Canis catenarius*. Petrus Damian. lib. 2. Epist. 10. *Velut egregius canis aulæ regiæ custos, nocturnos fures claris baubatibus impetis. Canis villaticus*, Columellæ lib. 7. cap. 12. Vide Foros Aragon. tit. de Lege Aquilia fol. 15.

Canis custos pecoris, in Lege Frision. tit. 4. §. 6. & apud Varronem lib. 2. de Re rustica cap. 9. qui *custos ovilis*, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 2. *Custos ovium*, in Foris Aragon. *Pastoralis*, in Lege Salica tit. 6. §. 4. Κύων ποιμαίνων, in Legib. Georgicis cap. 6. §. 10. κύων ποίμνης, §. 11. κύνες οἱ τῶν προβάτων ἐπιφυλακες, apud Longum lib. II Ποιμενικῶν. *Canes pecuarii*, apud Columellam lib. 7. de Re rustica cap. 12. Vide Joannem Caium in libello de Canibus Britannicis p. 6.

Canis in dextro armo tonsus. Capitulare 3. an. 803. cap. 18. & lib. 6. Capitul. cap. 226. *De canibus, qui in dextro armo tonsi sunt, ut homo, qui eum habuerit, cum ipso cane in præsentiam Regis veniat.*

Canis doctus, in Lege Aleman. tit. 79. §. 1. qui *Magister*, in Lege Salica tit. 6. §. 5. *un chien dressé.*

Canis domesticus, Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 15. *Si aliquis injustè, & contra legem, alterius canem interfecerit, vigilabit & custodiet ejus fimarium per annum & diem, &c.*

Canis ductor. Lex Alamannorum tit. 82. §. 2. *Qui illum ductorem, qui hominem sequentem ducit, quem Laitihunt dicunt, furaverit*. Idem videtur qui Inductor, in Glossis antiquis: *Canis inductor*, κύων ἐμβιβαστής, id est, qui per vestigia ducit, vel inducit inquisitorem: qui nempe, ut ait Gratius:

——— *lustrat per nota ferarum*
Pascua, per fontes, per quas trivere latebras,
Primæ lucis opus, tum signa vapore ferino
Intemerata legens, si qua est qua fallitur ejus
Turba loci, majora secat spatia extera gyro.

Canes franci, Venatici, Gallis *Chiens francs*. Jura & Consuetudines Ducatus Normanniæ cap. 17. de Verisco: *Et adhuc Dux Normanniæ sibi retinet decurios, francos canes, & francas aves, ebur, rohanlum, lapides pretiosos*. Ubi Gallica Editio: *Et les destriers & les francs chiens & oiseaux, l'ivire, & le rochal, & les pierres precieuses.*

Canis fugax, Venatorius, qui *fugat*, id est, venatur, vel feras persequendo fugat: *Chien de chasse*. Regiam Majest. lib. 4. cap. 33. *Si quis cum cane fugace, vel vestigabili vestigium latronis, aut animalis furati prosequatur, non liceat ei intrare terram alicujus domini sine illius domini licentia*. Vide *Fugare*.

Canis fundi. Vide *Canis custos curtis*.

Canes Germanici agilitate & ferocia singulares, quibus leones & tigrides propelluntur, apud Monachum Sangall. lib. 2. de Carolo Magno cap. 14.

Canis, qui Anglis *Greihund* dicitur, in Legibus Forestarum Canuti Regis cap. 31. Canis veltris, leporararius.

Canis Hapichhunt. Vide *Canis Acceptoricius*.

Canis Houa-vvart, idem qui *custos curtis*, de quo suprà, ubi vide: *houa* enim Germanis est curtis, & *vvard*, custodia; ut Saxon. hoƿ, *ædes, aula*: & ƿaꞃꝺ, ƿaꞃꝺe, *custos*.

Canis index, qui odorisequa nare spelæa ferarum & diverticula deprehendit, ut ait Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Angl. cap. 6. Gloss. Vetus: *Canis index*, κύων μηνυτής.

Canis inductor, in eodem Glossario. ἐμβιβαστής. Vide suprà.

Canis jugum transpassans. Lex Aleman. tit. 82. §. 7. *Si canem, qui curtem defendit, aliquis occiderit, —— donet alium catellum, qui jugum transpassare possit*. Id est, qui jugum pati possit, & alligari.

Canis, quem Angli seu Anglo-Saxones *Langeran* appellant, vel potiùs lanȝ-leȝeƿean, Canis veltris, seu leporarius, in Legibus Forestarum Canuti Regis c. 32.

Canis latrabilis, Qui bene latrare scit, in Fleta lib. 2. c. 79. §. 2. cujusmodi sunt, quos Angli *Hovvndes* vocant ab ululatu: habent enim ii canes bellicosos, oculis lippis & detortis, labris & malis adeo sordidis & dependentibus, ut advenis mera monstra videantur. At quantò deformiores, eò meliores æstimandi: nam etsi & labra plurimùm propendeant, eò certiùs odorem quasi sorbent, & clariorem ululatum faventis vestigationis testem edunt: unde & ab ululatu illo nomen adepti sunt.

Canis Leitihunt & Laitihunt, Lex Bajvvar. tit. 19. §. 1. *Si quis canem seucem, quem Leitihunt vocant, furaverit, &c.* Ubi Editio Heroldi cap. 27. §. 1. *Leisthund* præfert. *Canem ductorem*, vulgò interpretantur, à Germ. *Leite*, duco, & *hund*, vel *hunt*, canis. Lex Alamann. tit. 82. *Qui illum ductorem, qui hominem sequentem ducit, quem Laitihunt dicunt, furaverit, &c.* Vide *Canis ductor*, & *Segusius*.

Canis leporarius, leporalis: *Ex illo canum genere, qui lepores assequuntur velocitate pedum*, ut est apud Rodulphum Tortarium lib. 5. Miraculorum S. Benedicti n. 2. Lex Salica tit. 6. §. 2. *Veltrem leporarium, qui & Argutarius dicitur*. Radevicus lib. 3. cap. 26. *Si quis per canes leporarios feram fugaverit, &c.* Lex Alaman. tit. 82. §. 4. *Si veltrem leporalem probatum aliquis occiderit, &c.* Lex Bajvvar. tit. 19. §. 5. *De canibus veltricibus, qui unum occiderit, qui leporem non persequitur; sed sua velocitate comprehendit, &c. Leporarius*, nudè; quomodo nos *Levrier* dicimus. Matth. Westmonaster. p. 162. *Nutrierat autem —— leporarium quendam, &c.* Bromptonus: *Leporariis, brachetis, & accipitribus eodem die à Rege Angliæ Saladino missis. Leporaria*, canis femina ejusdem speciei, in Vitis Abbatum S. Albani. Adde Fletam lib. 2. cap. 41. §. 21. Silvestr. Girald. in Itiner. Cambriæ lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 10. &c.

Canis, qui nondum cepit leporem, vel aliam bestiam, Saxonicè ȝaȝ hunꝺ. Ita Gloss. Saxon. exaratum sub Edvv. III. junior canis.

Canis pastoralis, qui pastorem pecoris (opilionem) *comitatur* adversus lupos & fures. Glossæ: *Pasturalis canis*, ποιμενικὸς κύων. Κύων ποιμαίνων, in Legibus Georgic. tit. 6. §. 10. Lex Alaman. tit. 82. §. 5. *Si quis canem pastoralem, qui lupum mordet, & pecus ex ore ejus tollit, & ad clamorem ad aliam vel ad tertiam villam currit, occiderit, &c.* Lex. Bajvvar. tit. 19. §. 8. *Qui verò pastoralem (canem) qui lupum mordet, occidit, &c.* Lex Aleman. tit. 82. §. 5. *Qui lacerare lupum solet & non occidere. Canis pastoricius*, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 2. Hispanis, *Mastino de ganado*. Varro lib. 2. de Re rust. c. 9. *Canis ita custos pecoris, ut ejus, quod eo comite indiget ad se defendendum. In quo genere sunt maximè oves, deinde capræ: has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores*. Vide suprà, *Canis custos pecoris.*

Canis Petrunculus, qui *Petronius*, Gratio in Cynegeticis:

——— *Ac te leve si quà*
Tangit opus, pavidosque juvat compellere dorcas,
Aut versuta sequi leporis vestigia parvi,
Petronios (sic fama) canes, volucresque Sicambros,
Et pictam macula Vertraham delige falsa.

Lex Burgundion. addit. 1. tit. 10. *Si quis canem veltraum, aut segutium, aut petrunculum præsumpserit involare, jubemus ut convictus coram omni populo posteriora ipsius osculetur*. Dicti autem *Petrunculi & Petronii*, quia ita solidas calces habent, ut *petras* & rupes illæsim percurrant, atque adeo ex iis sint, quos εὔποδας vocat Xenophon de Venat. cap. 7. Sic Festus *Petrones, rusticos à petrarum asperitate & duritie dictos* auctor est. Porrò canes *Petronii* ii sunt, quos vulgò *Chiens courans*, appellamus: Gratius enim reprehendit in *Petroniis*, quòd taciti accedere feras nolint; sed clangore nondum conspe-

conspectas citare soleant. Nam & istis convenit, qui simul ac in vestigia incidunt, unanimi & continuo clangore ea decurrunt.

Canis porcarius, porcaritius, qui porcos, seu apros venatur. Lex Alaman. tit. 82. §. 3. *Bonum canem porcaritium, ursaritium, vel qui vaccam & taurum prendit, si occiderit, &c. Veltris porcarius*, in Lege Salica tit. 6. §. 2.

Canis, qui *Rambunt* vocatur. Leges Kanuti Regis de forestis §. 30. *Item de canibus, quos Rambunt vocamus.*

Canis sagarius. Vide Meursium in ζαγάρειον.

Canes Scotici, apud Symmachum lib. 2. Epist. 77. & Prudentium lib. contra Unionitas. *Britannicos* vocat Strabo lib. 4.

Canis segusius, seusius, seugius, seucis. Lex Burgund. addit. 1. cap. 10. *Si quis canem veltraum, aut segutium vel petrunculum præsumpserit involare, &c.* Lex Salica tit. 6. §. 1. *Si quis canem seusium furaverit aut occiderit, qui magister sit, &c. Si quis verò seusium reliquum, aut veltrem porcarium, &c.* Lex Alamannorum tit. 82. §. 1. *Si quis canem seusium primum cursalem, qui primus currit, involaverit, &c.* Lex Bajvvar. tit. 19. §. 1. *Si quis canem seucem, quem Leitihunt vocant, furaverit, &c.* §. 2. *Si autem seucem doctum, quem Triphunt vocant, furaverint, &c.* §. 3. *Si autem seucem, qui in ligamine vestigium tenet, quem Spurihunt dicunt, &c.* Charta Heccardi Comitis Augustodunensis ex Tabulario Prioratus Persiensis, apud Perardum pag. 26. 27. *Ricardo filio meo donate spada spangisil, & sigusios 2. Terico filio--- ---spada Indica, & sigusios 2.——— Ademaro fratre suo, speudo uno & cano, & seugio duos. Heccardo——tabulas corneas, & pacto saleco, & sigulos duos, & sparvario uno.——— Otgario, caballo uno, cum sellâ meliora, & sugios 4.——— seniore nostro donate falcones 2. & seugios 2.*

Canes *Segutios*, ἐγουσίας dictos, à Gallica gente denominatos auctor est Xenophon junior, seu Arrianus Atheniensis, lib. de Venat. cap. 3. Certè gentem hac appellatione in Gallia nullam hoc nomine agnoscunt Geographi; at *Segusium* in Alpibus urbem sat notam constat extitisse: sed vix est ut credam, inde dictos canes istos. Alii *segusios*, quasi *secutios*, appellatos volunt, & postea, voce truncata, *seucios* & *seugios*: idque eruunt ex variis appellationibus vernaculis *Laitihunt* & *Spurihunt*, quæ in citatis Legibus iis tribuuntur: est enim *Laitihunt* sive *Leithihunt*, idem quod Flandris *Leyhont*, canis ductor; *Spurihunt* verò, qui feras investigat: *spoor* quippe iisdem est vestigium, & *speuren*, investigare: sic *speurhont* erit canis inquisitor, quomodo Græci ejusmodi canes ἐπαυτῆρας dicunt. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricultura cap. 29. eosdem esse cum brachetis innuit: *Canes, qui segusi vel brachi vocantur.* Hermannus Nuenarius lib. de Orig. Francor. *segusios* canes, porcarios interpretatur, vel doctos ad investigandos apros. Nec dissentit Wendelinus, qui seusium canem ait esse, *qui aprorum venationi bonus est*; à voce *Seughen*, quæ Hasbanis & Taxandris *sues* notat. Ita *Seusius Magister* illi est, quem Galli *Mastin* vocant.

Canis trassans, vestigium prosequens: *tracer* enim, est perquirere vestigiis insistendo: *trace*, seu *trasse*, vestigium. Regiam Majest. lib. 4. c. 32. *Nullus perturbet aut impediat canem trassantem, aut homines trassantes cum ipso ad sequendum latrones, aut ad capiendum malefactores.* Scotis *ane sleuthound.* Vide *Trassare.*

Canis veltris, veltrahus, vertragus, &c. Germanis *vvelter*, canis sagax, vel odorisequus, leporarius; *Veltro* Italis, *Viautre* Gallis. *Veltris leporarius, qui & argutarius*, in Lege Salica tit. 6. §. 2. *Veltris leporalis probatus*, in Lege Alem. tit. 82. §. 4. *Canes veltrices, qui lepores sua velocitate comprehendunt*, in Lege Bajvvar. tit. 19. Monachus Sangal. lib. 1. cap. 22. *Assumpsit duas caniculas in manu sua, quas Gallica lingua Veltres nuncupant, agilitate sua vulpes & cæteras minores bestiolas facillimè capientes, &c. Veltrahus*, in Lege Burgund. add. 1. tit. 10. appellatur: *Veltraga*, in Notis Tyronis *Vertraha*, vel *Veltraha*, apud Gratianum in Cynegetic.

Et pictam macula vertraham delige falsa.

Vertragus, apud Martialem lib. 14. Epigr. 200.

Non sibi; sed domino venatur vertragus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente ferit.

Ita in MSS. legi observant viri docti. *Vertagus*, apud Julium Firmicum lib. 5. Math. cap. 8. *Fortes erunt, industrii, sagaces, equorum nutritores,——— similiter & canum, & molossorum, vertagorum, & qui sunt ad venationes accommodati.* Denique *Viautres*, Gallis. *Le Roman du Renard MS.*

Qui deux viautres enchaainez
Avoit avec soi amenez.

Joann. de Bondato MS.

Mastins & goucos & grans viautres.

Jam verò de harum vocum etymo variæ sunt sententiæ. Tradit Arrianus, seu Xenophon junior lib. de Venat. cap. 3. *Vertragos* Gallis dici à velocitate: Αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ, καλοῦνται μὲν Οὐέρτραγοι κύνες, φωνῇ τῇ Κελτικῇ,---ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Turnebus lib. 18. Adv. cap. 1. à *feram trahendo* dictos *vertrahos* censuit: Cajus à *vertendo*: Farnabius ab *agiliter vertendo*. Certè veltres Gallis proprios fuisse constat: unde *canes Gallici*, Ovidio & Martiali dicuntur. Proinde quidam *veltres* appellatos putant à *velt*, campus, Theutonibus, quia canes isti per campestria & plana vagantur, ut qui in montanis & silvestribus locis lepores solo visu, non odoratu venentur: vel ex *velt-jaghere, veltragos*, appellatos, quasi *campestres venatores*, ex *velt*, campus & *jaghere*, venator.

Canis vestigator, vestigabilis. Gloss. vet. *Canis vestigator*, κύων ἰχνευτής. Alibi: ἰχνευτὴς, *Vestigator, sagax.* Ita apud Artemidorum lib. 2. Onirocrit. cap. 11. *Canis vestigabilis*, in Regiam Majest. lib. 4. cap. 33.

Canis qui vigilat foris in pluvia, Saxonibus Ꞃenhunꝺ. Ita Gloss. Saxon. sub. Edvv. III. exaratum, ex Ꞃen, pluvia, & hunꝺ, canis. Horum canum mentio est in Legibus Forestarum Canuti Regis cap. 32. ubi *Rambund* vocantur.

Canis ursaritius, qui ursos prosequitur. Lex Alamannor. tit. 82. §. 3. *Bonum canem porcaritium, ursaritium, vel qui vaccam & taurum prendit, si occiderit.* Lex Bajvvar. tit. 19. §. 7. *De his canibus, qui ursos, vel bubalos, id est, majores feras, quod Svvartzvvild dicimus persequuntur, si de his occiderit, &c.*

Canis VVarset. Leges Forestarum Scotic. cap. 1. *Custode præsente, ignem, cornu, vel canem habente, qui VVarset appellatur.*

Canes in dextro armo tonsi, Regii, seu notâ regiâ signati. Capitula Caroli Magni lib. 6. cap 216. *De canibus, qui in dextro armo tonsi sunt, ut homo, qui eum habuerit, cum ipso cane in præsentiam Regis veniat.*

Canum expeditatio. Vide *Expeditare.*

Canem ferre, Vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inoleverat, ut si quis nobilis, ministerialis, vel colonus, coram suo judice quorundam criminum, verbi gratiâ deprædationis aut incendii, reus inventus fuisset, antequam mortis sententiâ puniretur, ad confusionis suæ ignominiam, nobilis canem, ministerialis sellam de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogerentur. Hæc Otto Frising. lib. 2. de Gest. Frid. c. 28. à quo hausit Guntherus quæ habet in eandem sententiam lib. 5. Ligurini, qui addunt Fridericum Imper. Hermannum Palatinum Comitem in causam vocatum, quòd Germaniam prædâ & incendio perturbasset, cum decem Comitibus, complicibus suis, canes per Teutonicum milliare portare coëgisse. Pœnam hanc *militarem* vocat Arnoldus Lubecensis lib. 7. cap. 2. quia *Militibus*, seu Nobilioribus infligi solita erat: *Quæ præsumptio hoc modo*

multa-

multata est, ut mille marcas argenti injuriato persolveret, & de feudo suo ad centum marcas argenti Ecclesiæ majori resignaret, & cum multis nobilibus hominium ei faceret, & cum quingentis Militibus Militarem ei pœnam persolveret, id est, ut singuli Milites de loco perpetrati sceleris, usque ad fores majoris Ecclesiæ caniculum deferrent. Extat insigne aliud ejusmodi pœnæ Militaris exemplum apud Witikindum lib. 2. & ex eo Conradum Usperg. ann. 937. *Pro qua præsumptione condemnavit eum centum talentis, omnesque Principes, qui ad hoc eum juvabant, dedecore canum, quos portabant usque ad urbem regiam, quæ dicitur Magdeburg.* Item apud Dodechinum ann. 1155. *Henricus Comes de Didissen & alii ex parte prædicti Hermanni canes portaverunt, & sic dominus Arnoldus Episcopus ab excommunicatione eos absolvit.* Arnulfus Mediolanensis in Chron. sub an. 1008. *Hæc autem fuit pacis conditio, quod veniente Mediolanum, tertio ab urbe milliario, nudis incedendo vestigiis, Episcopus Codicem, Marchio canem bajulans, ante fores Ecclesiæ S. Ambrosii reatus proprios devotissimè sunt confessi.* Consulendi in hanc rem præterea Martinus Crusius lib. 10. Hist. Suevicæ part. 2. cap. 14. & Brovverus lib. 14. Annal. Trevir. pag. 789. 1. Edit.

At cur canis nobilibus, sella ministerialibus attribuantur? nemo, quod sciam, planè est assecutus: vix enim est, ut Andreæ Favini lib. 12. Hist. Navarr. p. 732. conjecturam probem, qui censet canes Nobilibus dari ad nobilitatis notam, cùm canes & venatio solos spectent nobiles; ministerialibus verò cathedram, ut hocce discrimine reorum natales quibusvis statim innotescerent. Ubi perperam sellam *cathedram* esse existimavit. Sed & quod subdit eo perinde casu rusticos & colonos gestasse aratri rotam, probo indiget vade. Vide *Harmiscara, Sella.*

Inter canem & lupum, sub crepusculum, vel vesperum, cùm lupus à cane discerni vix potest: λευκοφῶς, & ut ait Philippus Brito lib. 1. Philipp.

Tempore quo neque nox, neque lux; sed utrumque
videtur.

Idem lib. 3.

Postea vix summos aurora rubescere montes
Fecerat, & valles nondum primordia lucis
Attigerant, interque canem distare lupumque
Nullus adhuc poterat aliquo discernere visu.

Vetus Charta apud Spelman. *Infra horam vespertinarum, inter canem & lupum, venerunt & interfecerunt dictum Joannem.*

Per canem jurare. Litteræ Juvanensis Archiep. editæ à Gevvoldo post Chron. Reichersberg: *Quòd nos Præfati Schlavi criminabantur cum Ungaris fidem Catholicam violasse, & per canem, seu lapum,* (f. *lupum*, licèt ita rursum ediderit idem Gevvoldus in Metrop. Salisburg.) *aliasque nefandissimas & ethnicas res sacramenta & pacem egisse.* Hæc lucem accipiunt ab Joinvillâ in Hist. S. Ludovici, dum fœdera inter Imp. Joannem Vatatzem & Comanorum Principem inita recenset, eaque firmata ebibito alterius invicem sanguine, hacque adhibita ceremonia, quam sic enarrat: *Et encore firent-ils autre chose. Car ils firent passer un chien entre nos gens & eux, & decouperent tout le chien à leurs espées, disans que ainsy fussent-ils decouppez, s'ils failloient l'un à l'autre.* Id ipsum de Bulgaris refert Continuator Theophanis lib. 1. num. 20. Huc fortè spectant, quæ habet Conradus Abbas Uspergensis sub an. 920. ubi de Avaribus, seu Ungaris: *Legati Ungarorum pro solitis muneribus Regem adierunt; sed ab eo spreti, in terram suam vacui reversi sunt. Cùm enim haberet militem equestri jam prælio probatum, contra hostes antiquos præsumpsit inire certamen. Hæc audientes Avares, nil morati, cum hostili gravique manu Saxoniam festinant intrare, & iter agentes per Dalmatiam, opem quasi ab antiquis petunt amicis. Illi verò scientes eos ad Saxoniam festinare, Saxonesque paratos cum eis pugnare, pinguissimum pro munere eis projiciunt canem. Et cùm non esset injuriam vindicandi locus, ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione longiùs prosequuntur amicos.* Nimirum in ludibrium canem Ungaris Dalmatæ objiciebant, quòd per canem fœdera sua sancirent, quasi fœderi cum iis jam olim inito prorsus nuntium mitterent. Atque hæc fortè Hunnorum etiam sacramenta intellexit Theophanes ann. 2. Justini Thracis, scribens, eos fœdera sua firmasse μεθ' ὅρκων πατρίων.

CANIS, Dignitas, de qua plura in voce *Caganus.*

CANISTRELLUS, Panis species, in modum *canistri* confectus. Charta Roberti Abbatis Majoris Monasterii ann. 1176. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 29. *In festo S. Martini æstivali panum similiter* (præparabant,) *& quosdam artificiales panes, quos Canistrellos vocant.*

CANISTRUM, Vas Ecclesiasticum, in quo distribuebantur *eulogiæ*, seu panes benedicti. Epiphanius Presbyter in Indiculo ad Hormisdam PP. *Si heretici non sunt, quomodo tanta sacramenta confecerunt, ut canistra plena omnibus erogarent, ne imminente, ut dicebant, persecutione, communicare non possent?*

Ita etiam appellant Scriptores Ecclesiastici discos, qui lampadibus substrati sunt. Anastasius Bibl. in Hadriano I. pag. 118. *Ante jannas vero argenteas, fecit canistros argenteos 12. pens. lib. 36.* In Leone III. pag. 121. *Canistra 2. pensant. lib. 3.* Pag. 136. 145. *Canistrum ex argento purissimo inibi fecit cum catenulis suis pens. lib. 15.* Ibidem: *Fecit —— Pharum majorem in modum retis cum canistris 20. pendentem sub trabem majorem, &c.* In Greg. IV. pag. 163. *Obtulit etiam—— canistra Ennafodia 2. pens. lib. 15.* Εννεαφώτια, duodecim luminibus ac lucernis instructa.

CANNA, Mensura, quâ pannos metimur, Italis, *Canna*, Occitanis *Cano*, *Aulne & demie mesure de huit empans à mesurer le drap.* Constit. Siculæ lib. 3. tit. 36. §. 4. *Mercatores corruptas merces & vetitas, seu ad falsas mensuras, cannas & pondera distrahentes, &c.* Occurrit ibi pluries. Consuetud. Eccl. de Regula: *De cannis, quibus panni venduntur.* Vide Jo. Columbum lib. 1. de Episcop. Valentin. num. 54. Fori Benehar. *Les draps se deben mesura à canas, mieyas canas, à paums, & no à aunas.* Hinc *Cannare*, ulnâ metiri, in Statutis Massiliensibus MSS. ann. 1174. lib. 1. *De duobus probis viris constituendis ad pannos videndos & cannandos.*

Cannæ, Mensura agri. Charta ann. 1250. apud Joffredum in Episcopis Niciensibus pag. 184. *Tradidit quantitatem infra scriptam terræ suæ—— taliter terminatam, videlicet à mari cannas 35. à Septentrione cannas 46. &c.* Charta ann. 1271. in 30. Regesto Chartophylacii Regii Chron. 221. *Dabit transitum sive viam decem cannarum in latitudine, &c.* Bulla Clementis VI. PP. ann. 1349. apud Wadding. tom. 3. *Asserentes eundem locum vestrum à loco ipsorum nonnisi per 135. cannas distare.* Adde Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 822.

Canna, *Kanna*, Cantharus, poculum, vas strictius, & oblongius, Germanis & Belgis *Kan*, & *Kanne*; Gallis *Canne.* Gloss. Basilic. Κάννια, οἱ κάνναλοι τῶν καλάμων, καὶ οἱ σωλῆνες, καὶ τούτῳ πάντα σωληνοειδῆ ἀγγεῖα. Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 19. *Qua sibi renunciante parata mensa, missorium, cochleares, cultellos, cannas, potum, & calices, sola subsequente, intromittebatur furtim, quo se nemo perciperet.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. num. 28. *Comes argenteam kannam emerat marcis 21. quæ miro opere fabricata, suis spectato-*

spectatoribus potum, quem in se continebat, furabatur. Et n. 101. *Canna, argenteum vas vinarium,* dicitur.

Canna argentea inter vasa Ecclesiastica recensetur apud Hariulfum lib. 2. Chron. Centul. cap. 10. & lib. 3. cap. 3.

Caneta, seu Canneta, Minor Canna, minus vasculum sacræ Liturgiæ idoneum, quod vulgò *Burete* vocamus. Charta an. 1344. apud Sammarthanos in Abbatib. Lesatens. n. 27. *Calicem argenteum cum patena deauratum & etiam amentatum, & duas canetas argenteas deauratas, &c.* Alia an. 1231. apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 901. *Turibulum argenteum, & 2. bacini argentei, & 2. canetæ argenteæ, &c.*

CANNAMELLA. Vide *Canamella.*

CANNAVA. Vide *Canava.*

CANNAVACIUS *color,* Cannabinus. Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 20. *Plumagium girofalconum sic se habet: alii enim sunt grisei coloris, alii albi coloris aut subalbidi, maximè in pectore, alii sunt medii inter album & griseum, ab aliquibus dicuntur cannavacii.* Adde cap. 21.

CANNETA. Vide *Canna.*

CANNETUM, *Arundinetum.* Papias.

CANNEVASIUM. Vide *Canava.*

CANNICANNA. Acta S. Ægidii Minoritæ n. 9. *Faciebat domunculas & cophinos, & cannicannas, strenuè laborans, &c.*

CANNICIA & *Cannucia,* Juncina, locus paluſtris, apud Innocentium Gromaticum.

CANOLA. Acta S. Chrysolii: *Eum summus Pontifex --- in tantum honoravit, ut ei canolam S. Petri Apostolorum Principis, in signum amoris perpetui, tribuere dignaretur.* Ubi Bolandus capsulam interpretatur reliquiis adornatam. Apud Bzovium an. 1280. n. 5. recensetur inter alia Nicolai IV. PP. donaria, *canolum argenteum ad observandum corpus Christi.*

Canola, Pars colli, nostris *Canole & Canule,* fistula spiritus accipiendi ac reddendi. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 9. *In simulacro pugnæ dum Militem quendam equo vectus ludendo impeteret, ab eodem equite conto percussus, subjectam collo illud, quod vocant canolam, fregit; & disquirentes nodum cicatricis inveniunt.* Utitur præterea cap. 13.

CANON, Pensitatio. Tria pensitationum genera recenset Asconius in 3. Verrinam, canonem, oblationem, & indictionem. Ac *Canon* quidem, seu canonici tituli, sunt solennes & antiquæ præstationes: *Indictio,* quidquid præter canonem indicitur: *Oblatio* denique, aurum & argentum, quod Largitionibus inferebatur. De ejusmodi pensitationibus multa habent Cujacius, Jacobus Gothofredus, Henricus Valesius, & alii. Charta Philippi Regis Franc. an. 1271. in 30. Regesto Chartophylacii Regii ch. 122. *Sic quod possit subfeudare, & in acapitum dare, retento dicto Templo laudimio, canone, sive servitio.*

Canonicum, idem quod *Canon,* Pensio annua. Agobardus lib. de Grandine cap. 15. *His habent statutum quantum de frugibus suis donent, & appellant hoc Canonicum.* *Canonica inlatio,* in l. 40. C. Th. de Episcop. Κανονικὸν, in Nov. Isaacii Comn. *Canonica & Consueta dependere,* in l. 2. eod. Cod. de Extraord. sive sord.

Canonicarii, Qui canones exigunt. Senator lib. 6. Ep. 8. *Canonicarios dirigis, possessores admones, &c.* Adde lib. 11. & 12. & Novell. 30. & 128.

Canon Missæ, oratio, quæ in Missa ante consecrationem, & in ipsa consecratione divinæ hostiæ recitatur à Sacerdote, quæ ideo *Canon* vocatur, *quia in ea est legitima & regularis sacramentorum confectio,* inquit Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 22. ubi de canone hæc subdit: *Præfatio Actionis, quâ populi affectus ad gratiarum actiones incitatur, ac deinde humanæ vocis supplicatio cælestium virtutum laudibus admitti deposcitur, vel ipsam actionem, qua conficitur sacrosanctum corporis & sanguinis dominici mysterium (quam quoque Romani Canonem, ut in Pontificalibus sæpius invenitur, appellant) quis primus ordinaverit, nobis ignotum est. Auctam tamen fuisse non semel; sed sæpius, ex partibus additis intelligimus, &c.* Quæ autem Canoni subinde à Pontificibus inserta sint, describunt Berno Augiensis lib. de Missa cap. 1. Micrologus c. 12. Durandus l. 4. c. 35. 36. Belethus c. 46. &c. Qui quidem canon in quatuor partes dividitur, scilicet in *Secretam, Præfationem, Canonem,* & *Orationem dominicam,* de quibus singulis agitur suo loco. De Canonis verò auctore & partibus, ex professo fusè & doctè disserunt Durandus lib. 2. de Ritib. Eccl. cap. 32. & seq. Menardus in Sacram. S. Gregorii PP. & novissimè Cardinalis Bona in libris Rerum Liturgic. ad quos lectorem remittimus.

Canon, Officium Ecclesiasticum. Hariulfus lib. 4. Chr. Centul. c. 26. *Præter orationum munia, & Psalmorum dulcissimam modulationem, hæc attentissimè observabat, ut de S. Trinitate, tum de Spiritu S. -- postque de S. Petro, vel omnibus Apostolis, sive omnibus Sanctis nocturnalem & diurnalem Canonem, excepto claustrali Canone, cui nunquam pene deerat, quotidie Domino persolveret.* Infrà: *Nunquam certè cura loci, aut necessaria sollicitudo, aut itineris occasio, aut corporis nisi maxima ægritudo, Psalmorum ac Laudum, seu supradictorum canonum, obtinere apud illum quiverunt diminutionem.* Cap. 33. *Non tamen omittebat -- genuflexionum continuationem sacrarum, ædium circuitionem, sacrorumque canonum de S. Trinitate, de Spiritu S. deque S. Maria & de omnibus Sanctis expensionem.* Atque inde dictæ *Horæ canonicæ.*

Canon, Liber Regulæ Canonicorum, vel Monachorum. Egbertus Eboracensis Archiep. *Canones dicimus regulas, quas sancti Patres constituerunt, qui quibus scriptum est, quomodo Canonici, id est, Regulares Clerici, vivere debent.* Charta Henrici *de Lasci* Comitis Lincolniæ an. 1285. in Monastico Angl. to. 2. p. 307. *Et quod una Missa singulis annis in festo Paschæ ibidem celebretur, & quòd nomen nostrum, & nomen Margaretæ uxoris nostræ in Martyrologio & in Canone conscribantur in memoriam æternam.* Charta Rainaldi Comitis Burgundiæ an. 1050. *Tali tenore ut nomina nostra sint scripta in Canone.* Vide *Regula.*

Canones Apostolorum, quos quidam è veteribus S. Clementi adscribunt, alii apocryphos censent. De iis consulendus Bernaldus Presbyter Constantiensis lib. de Reconciliat. lapsorum pag. 257. & alii, quos laudat vir doctissimus Jonnes Baptista Cotelerius in Notis ad eosdem Canones.

Canones Conciliorum dicti, quòd instar regulæ sint Christianis, & iis rectè vivendi normam præbeant. Isidor. 6. Orig. c. 16. Leo IV. PP. in Epist. ad Episcopos Britanniæ cap. 6. *Quam ob causam luculentius & magna voce pronuntiare non timeo, quia qui illa quæ diximus sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos Canones prætitulantur, sive sit Episcopus, sive Clericus, sive Laicus, non indifferenter receperit, ipse se convincit, nec catholicam & apostolicam fidem, nec sancta vera Christi Evangelia quatuor utiliter & efficaciter, & ad effectum suum retinere vel credere.* Anselmus Havelbergensis Episcopus lib. 1. Dial. cap. 9. *Radicata itaque fide Catholica ad informandam Ecclesiæ disciplinam accesserunt diversæ regulæ, quas quia sancti Patres sanxerunt, dignè Canones appellatæ sunt, in quibus reperitur, quid sint praeceptiones, prohibitiones, dispensationes, rigor, necessitas, indulgentia, remissio, terror, admonitio, & cætera, per quæ omnia ita in hoc statu Ecclesia crevit mirabili contra hæreticos sapientia, sicut in priori statu in persecutione Martyrum, victoriosa crevit patientia.* Vide Baronium an. 865. n. 6. & seqq.

Sub

Sub Ecclesiastico Canone constituti, id est, sub Ecclesiastica regula, Clerici, in Concilio Forojuliensi an. 791. can. 6.

Canones Evangeliorum, per quos quis scire & inveniri potest, qui reliquorum Evangelistarum, similia, aut propria dixerint. Horum auctor Eusebius Cæsariensis. Vide S. Hieronymum de Script. Eccles. & in Præfat. ad Evangel. & Isidorum lib. 6. Orig. cap. 15.

Canonem, vetus Testamentum appellat S. Hieronymus Epist. 28. *Canonem Hebraicæ veritatis, excepto Heptateucho, quem nunc in manibus habeo, pueris tuis & Notariis dedi scribendum.* Lib. 1. in Jovinianum. *Sed nunc nobis de Canone omne certamen est.* Ita in Prologo Libror. Regum.

Canon Pœnitentialis, idem qui *Liber Pœnitentialis*. Vide *Pœnitentiale*, & *Regula*.

In Canonem incidere, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 53. §. 4. dicitur, non qui contra Canones Ecclesiasticos peccavit, eoque ipso judicis Ecclesiastici censuræ & judicio subditus est; sed qui in *Canonem Pœnitentialem*, de quo paulò antè, inciderat, hoc est, qui legibus pœnitentiæ, ab Ecclesia indictis obnoxius erat. Qua loquendi formula utitur Chronicon Montis-Sereni an. 1208. *Hoc facto permotus Archiepiscopus contra Præpositum, tanquam pro violenta manus injectione in Clericum in Canonem incidisset, denuntiationis gladium eduxit, &c.* Et anno 1219. pag. 126. *Volens intelligi eos in Canonem incidisse.*

CANONES, Machinæ bellicæ, nostris *Canons*, sic dictæ, ut quidam volunt, quod *Cannarum* formam referant, ita enim *Canones* siphones vocant Itali. Thom. Walsingham. in Henr. V. p. 398. *Et illic figere gunnas suas, quas Galli canones vocant, quibus validiùs villam infestare posset.* Continuator Nangii an. 1356. *Munientes turres balistis, garrotis, canonibus & machinis, &c.* Chronic. MS. Bertrandi *du Guesclin:*

Pour la ville assaillir ordonnerent canons.

Georgius Castellanus in Hist. Jacobi Lalanii cap. 81. *Et battirent de leurs bombardes, canons, & veuglaires la dite ville.* In Computo auxiliorum coactorum pro liberatione Joannis Regis Franc. ann. 1368. in Camera Computor. Paris. *Guillaume l'Escuier Maistre des Canons du Roy, que icelui Seigneur lui a ordonné estre baillé pour querir cent livres d'estoffe à faire poudre pour quatre grans Canons, qu'il doit faire pour mettre en la garnison de Harefleu.* *Canonum* mentio est non semel apud Scriptores nostros paulo vetustiores, Froissart. 1. vol. cap. 158. 191. 261. 268. 311. 2. vol. cap. 21. 97. 3. vol. cap. 52. 4. vol. cap. 18. in Chron. Flandr. cap. 112. 113. apud Monstrelletum 1. vol. pag. 119. 121. 141. 293. 2. vol. pag. 130. 3. vol. pag. 32. in Historia Bucicaldi p. 213. in Diario obsidionis Aurelianensis p. 2. &c. 14. 23. Guicciardin. lib. 1. Hist. Vide *Gunna*.

Canons serpentins, apud Monstrellet. 2. vol. pag. 64. b. 3. vol. pag. 32. Berrium pag. 211. in Chronico Scandal. pag. 40. in Collatione Ludovici XII. pag. 18.

CANONICÆ *Literæ, Epistolæ:* Κανονικὰ γράμματα, Græcis dictæ, juxta Zonaram ad Canon. 42. Synodi Laodicenæ, quòd juxta certos ac determinatos Canones, & regulas quasdam solennes exararentur, ὡς κατὰ κανόνα γενόμενα γράμματα: vel certè quòd iis, qui ex Canone Ecclesiastico erant, seu Canonicis peregrè & in alienam diœcesim proficiscentibus darentur. Nam easdem cum *Formatis* fuisse testatur Atticus Episcop. Constantinop. sub finem Concilii Calchedonensis: *In faciendis Epistolis Canonicis, quas mos Latinus Formatas appellat.* Et vetus Interpres Synodi Laodic. can. 42. *Non oportet ministrum altaris, vel etiam Clericum sine Canonicis litteris, id est, formata, aliquò proficisci.* Ubi Græcus textus habet, ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων. Incertum porrò, an de his *Canonicis Epistolis* intelligendus Senator lib. 11. Ep. 23. ubi de eo agit, qui provehitur à Principe ad *curam Epistolarum Canonicarum*, cui proindè, ut idem ait, *fides publica* committitur. Vide Concil. Suessionense an. 853. art. 3. Ravennense an. 997. can. 3. Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 51. Flodoard. lib. 2. Hist. Rem. cap. 2. 11. & Ferrarium de Literis Canonicis. Literarum Canonicarum formulæ aliquot habentur apud Sirmondum ad calcem tom. 2. Concilior. Gall. p. 658. & 663.

Regulares Epistolæ dicuntur Joanni VIII. PP. Epist. 48. *Sancti magnique Nicani Concilii præcepta seculi, quæ jubent, regularem Epistolam per unamquamque provinciam obtineri, ne hi, qui abjiciuntur, ab aliis recipiantur, &c.* Lupus Ferrariensis Epist. 122. *Reverendissimis autem viris Remigio memoratæ urbis Metropolitano, & H. Gratianopolitano instanter postulantibus, & conversationem memorati fratris laudantibus, quamquam olim meam verbis habuisset licentiam, etiam regulares literas accepisse, quæ prolata, quid de eo sentiam, fideli relatione fatebuntur.*

CANONICUS, *Canonica, Canonia, Canonicare, Canonizare, &c.*

Canonicus. Dudo lib. 3. de Actis Norman. *Christianæ Religionis summa trimodo constat ordine distincta, munifico Laicorum, Canonicorumque, atque Monachorum labore exercita: & quanquam tres ordines sint ad excolendum cultum veræ fidei, bicallis via est ambivii itineris, certa spe veræ credulitatis: quarum una πρακτικῆς nomine laxiùs vehit, & Canonica dici meruit, sub cujus ditione Laicalis ordo moratur & vivit: altera verò nomine θεωρητικῆς, limitibus hinc inde coactis artata, non vehit per plana; sed secessu confixa, secretoque perenni læta, molitur semper ad ardua.* Certè primitus triplex tantùm fuit in Ecclesia fidelium ordo, Laicorum nempe, Clericorum, quos & *Canonicos* vocabant, & Monachorum, ut hic indicatur.

Clerici postmodum, qui Ecclesiis deserviebant, *Canonici* appellati sunt, quòd essent ἐν τῷ κανόνι & ἐκ τοῦ κανόνος, ut loquuntur Concilia, Antioch. can. 2. 6. 11. Calchedonense can. 2. & Synodus Trullana can. 6. vel quòd *sub Canone Ecclesiastico jacerent*, ut Concilium Toletanum III. can. 5. vel essent *sub Canone constituti*, ut Concilium Forojuliense an. 791. can. 1. *Sub Canone Ecclesiastico constituti*, idem Concil. can. 6. *Canonis* enim nomine Clerum intelligebant. Neque aliter hanc vocem usurpavit S. Athanasius in Vita S. Antonii pag. 89. Edit. Hoeschelii: τοιοῦτος γὰρ ὢν τόντε κανόνα τῆς ἐκκλησίας ὑπερφυῶς ἐτίμα, καὶ πάντα κληρικὸν τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι ἤθελεν ἑαυτοῦ. Cujus quidem vocis vim non intellexit idem Hoeschelius. Hinc non semel *Clerici* simul & *Canonici* dicuntur conjunctim. Capitula Caroli Magni lib. 5. cap. 5. *Ut Canonici Clerici Canonicè vivant.* Et lib. 1. cap. 73. *Qui ad Clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam.* Innocentius III. lib. 1. Epistol. p. 298. *Nec etiam aliquis Canonicorum seu Clericorum Secularium, &c.* Adde Concil. Aurelian. III. can. 11. & Turonens. II. can. 19.

Canonicorum autem appellationem sua ætate notam fuisse satis innuit Gregorius Turon. lib. 10. sub finem, ubi ait, Baudinum Episcopum Turonensem instituisse *mensam Canonicorum* in eadem Ecclesia Turonensi. Jam verò cur Clerus *Canon Ecclesiæ*, & Clerici, *Canonici* dicantur? non omnino promptum est assequi. Scio, Hugonem Rotomag. Archiepisc. lib. 3. de Hæret. c. 2. Ivonem Carnotensem Epist. 69. & alios censuisse, Canonicos appellatos, quòd canonicas regulas arctiùs observare tenerentur. Papias: *Canon, Græcè regula, consuetudo comprobata; inde Canonicus, id est regularis.* Id sanè videtur indicare Capitulare 1. Caroli Magni incerti anni c. 32. *Ut Abbates Canonici Canones intelligant, & Canones observent, &*

Clerici

Clerici Canonici ſecundùm Canones vivant. Et cap. ſeq. *Ut Abbates Regulares & Monachi regulam intelligant, & ſecundùm regulam vivant.* Adde cap. 34. 35. Joannes Bordenavius Henr. Valeſius ad Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. cap. 19. & Marca in Hiſt. Benearn. lib. 5. cap. 10. n. 1. ſic nuncupatos volunt, quod in *Canonem*, ſeu matriculam Eccleſiæ relati ſunt. Alii, quibus ſubſcribo, dictos volunt à canone frumentario, ſeu ſportulis Eccleſiaſticis & ſtipendiis annuis vel menſtruis, quæ ex Eccleſiaſticis reditibus accipiebant: unde *Sportulantes fratres*, Clericos appellat S. Cyprianus Epiſt. 66. *Nec moleſtiis & negotiis ſecularibus alligentur; ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non recedant.* Idem Epiſt. 33. *Cæterùm Presbyteri honorem deſignaſſe nos illis jam ſciatis, ut & ſportulis iiſdem cum Presbyteris honorentur, & diviſiones menſuratas æquatis quantitatibus partiantur.* Eæ autem ſportulæ dicuntur *conſueta Clericorum ſtipendia*, in Concilio Valentino Hiſp. cap. 2. Agathenſi cap. 36. & Narbonenſi an. 589. can. 10. 12. Nam univerſa Eccleſiarum ſubſtantia in 4. partes dividebatur, *quarum unam Epiſcopus ſibi retinebat, alteram Clerici pro officiorum ſuorum ſedulitate obtinebant, tertia fabricis & peregrinis erogabatur*, ut eſt in Epiſtola Gelaſii PP. ad Epiſcopos Lucaniæ, in Canonibus Silveſtri PP. in Reſp. S. Gregorii PP. ad Auguſtinum Anglor. Epiſcop. in Epiſt. 3. Simplicii PP. ad Florentinum, apud Gregor. II. PP. Epiſt. 5. & in Capitulari cap. 5. in Concil. Aurelianenſi I. can. 5. 14. Carpentorat. c. un. Aurelianenſi III. can. 5. Moguntino I. can. 10. Wormatienſi can. 7. & alibi paſſim. Vide *Tertia.*

Canonici Regulares, qui *ſecundùm regulam vivunt*, ut eſt in Lege Longobard. lib. 3. tit 1. §. 8. id eſt, ſecundùm regulam iis propriam ac præſcriptam, cùm *Sæculares* dicantur vivere *ſecundum Canones*, ſeu regulas Clericis omnibus indictas. Eæ autem Regulæ erant, quas S. Auguſtini vulgò appellant. Jacobus à Vitriaco in Hiſt. Occident. cap. 21. *Illi autem, qui Canonici Regulares dicuntur, B. Auguſtini Regulam pro fundamento Religionis habentes, media & regia via incedentes, ſecundùm primas Regularium inſtitutionum obſervantias, camiſiis & femoralibus, ſuperpellitiis & pellibus, culcitis & linteaminibus utuntur. Camiſias & femoralia de nocte non deponunt: poſt Matutinas ad cubicula revertentes, causâ recreationis dormiunt. Novem lectionum numerum in Nocturno officio non excedunt: tribus diebus in hebdomada carnes edunt: piſces, ova, caſeum in Refectorio diebus aliis manducant. --- ſub unius Abbatis vel Prioris obedientia continenter vivunt. Proprium autem eis habere non licet: animarum curas licitum eſt eis ſuſcipere, & Eccleſias parochiales regere, &c.* Idem capitibus ſeqq. agit de Canonicis Regularibus Præmonſtratenſis Ordinis, de Canonicis Aroaſiæ, S. Victoris Pariſ. &c. Meminit etiam Canonicorum Regularium Bononienſium, & de Spatha, quorum origines apud hunc Scriptorem & alios quiſque legere poterit. Vide Cellotium lib. 5. de Eccleſiaſt. Hierarchia c. 3.

Canonici ſæculares iidem Eccleſiarum Clerici poſtmodum dicti, ad diſcrimen cæterorum Canonicorum, qui regulæ ſtrictiùs inhærentes, *Regulares* vocantur, ut ait Trithemius in Chron. Hirſaugienſi. Ugutio: *Incongruè dicitur Canonicus ſæcularis, id eſt enim Regularis ſæcularis, quod eſt, ac ſi diceretur album nigrum: non enim eſt Canonicus, ſi non ſit Regularis: uſus tamen quorundam ſic habet, qui magis noverunt eſſe in Canonica ſæculares, quàm regulares in ſæculo.* Crantzius in Metrop. lib. 4. cap. 1. *Si Canon eſt regula, Canonici ſunt regulares. Quid ergo fiet de Canonico ſæculari, niſi ut regularis ſit irregularis, aut, ſi id malumus, regularis ſine regula, &c.* Adde lib. 3. cap. 15. Wolcuinus Abbas in Homilia de Zizania: *Rara avis in terris Canonicus a Canone vitæ. Unde ergo? Audi unde: eſt namque Canon vitæ, ut dictum eſt: & eſt Canon pecuniæ, videlicet alicujus penſionis certæ, unde ſolet dici: Solve mihi Canonem meum. Eja ergo, ô Canonice, inveniamus Canonem tuum, a quo derivaris, a Canone pecuniæ, non à Canone vitæ, id eſt, à Canone regionis, non a Canone religionis.* Arnulphus Lexovienſis Epiſt. ad Alexandr. PP. *Ipſam* (Eccleſiam) *theſauris ornatam, inſtructam ædificiis, poſſeſſionibus redditis ampliatam; adeo quod pro 13. Canonicis, quos ſæculares appellant, ipſiſque pauperibus, ibidem 36. Canonicos Regulares cum omni ædificiorum ſufficientia, & redditumm copia dereliquit.* Hugo Rotomagenſis Archiepiſcop. lib. 3. contra Hæretic. cap. 2. *Ex his* (Clericis) *aliqui proprietate rejecta, ſua ſimul habent communia in unitate canonica, tam Regulares Clerici, quàm Cœnobitæ Monachi. Aliqui verò ſæculares* (perperam Edit. *ſingulares*) *nuncupati, ſervitio Eccleſiæ deputantur, & quia canonicas ſimul in Eccleſiis, horis ſtatutis, laudes perſolvunt, etiam Canonici nominantur: præbendas tamen ſuas dividendo partiuntur, &c.* Hinc

Canonicè vivere, id eſt, more Canonicorum, non verò Monachorum, vel Canonicorum Regularium, qui *regulariter vivere* dicuntur, in Capitulis Caroli Magni l. 1. cap. 73. lib. 5. cap. 79. & 115. *Canonico ordine vivere*, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 18. *Secundùm canonicam regulam*, in Capitulis Caroli Calvi tit. 41. §. 8. *Canonica conſtitutio, inſtitutio, regulari* opponitur in Capitul. 1. Caroli Magni an. 805. cap. 8. 9. Eadem Lex Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 8. *Volumus --- ut Canonici ſecundùm canones, & Regulares ſecundùm regulam vivant.* Capit. Caroli Mag. lib. 5. cap. 137. *Ut nullus in canonica aut regulari profeſſione conſtitutus, &c.* Vide Concil. Moguntiac. can. 9. Turon. III. can. 25. Ludovicum Pium in Epiſt. ad Sicharium Archiepiſcop. Burdegal. &c. Porrò

Canonici ſæculares, perinde ac *regulares*, in eodem clauſtro manebant, in eodem dormitorio dormiebant, in eodem refectorio reficiebantur, *& Epiſcopus eorum regebat vitam, ſicut Abba Monachorum*, ut eſt in Capitulis Caroli Magni lib. 1. cap. 73. quod de Clericis ſuæ ætatis teſtatur Auguſtinus Serm. 1. de Communi vita Clericor. & in Pſal. 99. Unde *Monaſteria Canonicorum* appellantur illorum ædes ac habitationes. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Occident. cap. 30. *Cathedralium Eccleſiarum Miniſtri, quos nunc Canonicos ſæculares appellamus, ſub eadem regula* (S. Auguſtini) *communiter à prima eorum inſtitutione Domino ſervierunt in humilitate, paupertate, divinis officiis, lectionibus, & orationibus vacando, in caſtris Domini militantes, ſimul in refectorio ſobrium cibum ſumentes, in eodem etiam dormitorio caſtis cubilibus nocte quieſcentes. Sede autem Pontificali vacante, --- unum, quem digniorem credebant, caput ſibi præficiebant, &c.* Id etiam ſeriùs obtinuiſſe, & ſua ætate in Eccleſia Remenſi deſiiſſe, dolet Stephanus Epiſcopus Tornacenſis Epiſt. 160. quâ Remenſem Decanum, ad quem ſcripta eſt, urget, ne patiatur hanc Eccleſiaſticam, ac diu ſervatam, diſciplinam aboleri, neque tam facilè *juventuti ſingulariter, ne dicam*, inquit ille, *ſæculariter vivere volenti obediat.* Sic autem idem Epiſcopus de Eccleſia Remenſi: *Singulari quodam privilegio ſedes Remenſis inter alias Eccleſias eminebat, perſeverans cum Apoſtolis in communione panis & oratione, & in ſociali communione ſacramentalem præferens, majoribus erat ſpectaculum, minoribus documentum. Ex reliquiis regularium inſtitutionum duo ſibi loca detinuerant, Cœnaculum refectionis, & domum ſomni: in altero caſtigatam ſequentes abſtinentiam, in altero candidatam continentiam obſervantes, procedentibus unanimiter de Miſſa ad Miſſam, de ſpirituali refectione ad corporalem, præmiſſa invocatione Dominica, & ſigno benedictionis ſuper cibum extenſo, reficiebant convivæ Domini mi-*

nùs

nus ventrem quàm mentem, sonante eis per ministerium Lectoris divino eloquio, nunc admonendo præceptis, nunc prohibitionibus cohercendo, interdum adigendo minis & terroribus, nonnunquam blandiendo consolationibus & promissis. O felices epulæ, quæ non crapulam provocant, sed sobrietati deserviunt, & postquam sumptæ fuerint, gratiarum actione clauduntur, derelinquentes alimoniam corporalem, & convivis suis spiritualem fructum servantes. In his & aliis observantiis regularibus incedebat Remensis Ecclesia, terribilis ut castrorum acies ordinata, amabilis suis, admirabilis alienis. Sed & id etiam tum obtinuisse in Ecclesia sua Tornacensi innuit Epist. 193. Hanc porrò Canonicorum Sæcularium vitam communem passim observare est in Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 115. in Capit. Caroli Calvi tit. 2. cap. 5. tit. 6. cap. 14. tit. 23. cap. 8. tit. 32. cap. 9. apud Innocent. III. PP. lib. 1. Epist. pag. 298. &c. Unde non desunt, qui putavere, *Canonicos* appellatos quasi κοινωνικὸς, quòd *communem vitam* agerent. Vide Patriarchium Bituricense cap. 66. & Cognatum in Histor. Tornacens. lib. 1. cap. 69. Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Placentinæ Ch. 12. 60. De Canonicis Regularibus *sæcularizatis*, agit Chopinus lib. 1. de Sacra politia tit. 3. num. 7.

Canonicos Cardinales Romæ memorat Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 516. *Canonicos Cardinales* septem in Ecclesia S. Stephani Bisontina instituit an. 1051. S. Leo IX. PP. *qui cum dalmatica, mitra, sandaliis, chirothecis ad altare illud ordinati, Missas ibi facerent: quorum unus loci illius Decanus, annulo etiam ad Missarum solennia uteretur.* Bullam descripsit Chiffletius in Tornutio, p. 357. & 361. Alexander III. PP. Epist. 52. ad Philippum Coloniensem Archiepiscopum: *Concedimus etiam & apostolica auctoritate statuimus, ut majus altare Ecclesiæ tuæ uni & vero Deo in memoriam B. Mariæ virginis, & alterum in memoriam B. Petri Apostolorum Principis dedicatum, reverenter ministrando procurent septem Canonici Cardinales Presbyteri, induti dalmaticis, & mitris ornati, &c.* Tradit Scriptor Historiæ fundationis Archiepiscopatus Magdeburgensis, editæ ab Henr. Meibomio, id juris attributum Archiepiscopo ejusdem Ecclesiæ, *ut inter Cardinales Episcopos Romanæ sedis consortium haberet: præterea 12. Presbyteros, 7. Diaconos, 24. Subdiaconos Cardinales ad morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinare posset: qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejunio, dalmaticis, festis vero sandaliis uterentur, &c.* Charta Bernardi Episcopi Compostellani æræ 1190. *Damus eidem Ecclesiæ in Ecclesia B. Jacobi Canonicatum & portionem, & hebdomadam, & cardinariam, & præstimonium, sicut unicuique Cardinalium Ecclesiæ nostræ Canonicæ collatum est, &c.* Id etiam nominis & privilegii habere Canonicos Ecclesiæ Salernitanæ auctor est Ughellus tom. 7. pag. 550. 569. 570. 572. In Sanctuario Capuano pag. 575. *Cardinales Presbyteri sanctæ Capuanæ Ecclesiæ* aliquot Chartam Gerberti Episcopi Capuani subscribunt, quos Canonicos fuisse par est credere. Id etiam obtinuisse in Beneventana, Aquileiensi, Ravennensi, Mediolanensi, Pisana, Neapolitana, Compostellana, & aliis, &c. observant Antonius Caracciolus lib. 1. de Sacris Eccl. Neapolit. monumentis sect. 11. & Ughellus tom. 4. pag. 29. tom. 6. pag. 148. 151. de aliis Mariana lib. 10. de Reb. Hisp. cap. 6. Beroldus lib. de Ritib. Germanorum lib. 3. de Sacr. immunit. cap. 6. &c. In Ecclesia Ravennensi abrogatum Cardinalium nomen à Paulo III. PP. an. 1543. scribit Paulus *Sarpi* in Tractat. de Materia beneficiali pag. 52. Sed primitus videtur ea attributa Canonicis istis nomenclatio, quòd ad hasce Ecclesias incardinati essent Canonici, ut Presbyteri ad Ecclesias Parochiales. Nudè interdum *Cardinales* dicuntur. Charta Franconis Episcopi Nivernensis in Tabular. Eccles. S. Cyrici Nivernens. *Per consilium nostrorum fidelium Canonicorum scilicet, Cardinalium, & Archipresbyterorum, atque forensium Sacerdotum, amicorum etiam & fidelium Laïcorum, &c.*

Canonici nobiles, qui ut ad Canonicatum perveniant, genere nobiles esse debent. Vide cap. 37. Extra de Præbendis, Innocentium Cironum in quinta Compilat. Decretal. p. 40. & Molanum lib. 2. de Canonicis cap. 29.

Canonici domicillares, Juniores Canonici, qui necdum gradus Ecclesiasticos adepti, jus Capituli non habent. Juniores autem Magnatum filios *Domicellos* appellabant. Synod. Moguntina sub Paulo III. can. 86. *Hactenus in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, saltem in ea parte, quâ majores nostri, non sine magna ratione, juniores Canonicos, quos domicillares vocant, non statim, ut beneficia acceperint, ad Capitula admitti; sed ad tempus sub jugo Prælatorum detineri voluerunt, satis negligenter advigilatum esse, non sine Ecclesiarum pernicie sentimus, &c.*

Canonici mitrati. Observat Ughellus tom. 1. Italiæ sacræ Canonicis Ecclesiæ Lucensis jus mitræ deferendæ à summis Pontificibus indultum, firmatumque à Gregorio IX. an. 1237. bullâ, quam describit. Vide *Canonici Cardinales.*

Canonici forenses, qui Canoniam suam, seu Ecclesiam, non deserviunt, quibus opponuntur *Mansionarii*, seu residentes, in Charta Simonis Noviomensis Episcopi, apud Vassorium pag. 878. *Foranei* dicuntur in Charta Gaufridi Ambian. Episcopi an. 1233. to. 13. Spicilegii Acheriani p. 340. *Stationarios* & *non stationarios Canonicos* utrosque vocat Lambertus Ardensis pag. 153. 155. In Monastico Anglic. tom. 2. p. 463. Magister *Thomas de Segrave*, dicitur *Canonicus stadiarius Ecclesiæ S. Pauli*: id est, *stationarius*. *Stadium* enim pro *stagium* usurpatum à recentioribus.

Canonici expectantes, qui in Ecclesiis Cathedralibus Canonici dignitatem *sub expectatione Præbendæ* habebant, & *in Capitulo vocem, & stallum in choro*: quod obtinuisse in insula Cypro colligitur ex Constitutione Heliæ Archiepiscopi Nicosiensis sub an. 1252. quâ eos omnino tollit, & ex Concilio Nimociensi an. 1340. cap. 6. quo perinde aboliti, repugnante tamen Odone Paphensi Episcopo pro Ecclesia sua.

Canonici minores, in Ecclesia Londinensi dicti, *qui loco majorum Canonicorum vicissim & sunt successivè ad magnum altare, Missas celebrant, quod debent facere, &c. Hi amictu ex calebro utuntur, &c.* Vide Statuta ejusdem Ecclesiæ in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 344. Alii *Canonicos vicarios* vocant.

Canonici tertiarii in Ecclesia Messanensi, qui fructuum præbendæ tertia parte tantùm fruuntur. Vide Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicil. p. 386.

Canonici Paupertatis, Gall. *Chanoines de la Pauvreté*, de quibus Odo Gessejus in Hist. Aniciensi lib. 1. cap. 24.

Canonici 15. marcarum, seu librarum, non semel in Ordinario Ecclesiæ Rotomagensis MS. fortè quorum præbendæ reditus annui tot marcarum argenti sunt.

Canonicus ad succurrendum. Vide *Monachus ad succurrendum.*

Canonici honorarii, seu laïci, qui ex quodam privilegio, hac dignitate in Ecclesiis canonicalibus gaudebant. Id enim juris interdum sibi reservarunt Principes in iis Ecclesiis, quas aut à fundamentis erexerant, aut amplis dotaverant reditibus aut prædiis, ut in tesseram & notam quandam patronatus, Canonicorum catalogis adscriberentur, &, cùm isthuc proficiscerentur, sæcularibus depositis insignibus, lineum supparum seu superpellicium induti, cum aliis Collegis fungerentur Ecclesiastico munere. Interdum etiam ab ipsis Ecclesiis donabantur ejusmodi præbendis, ut essent, qui earum bona ac prædia tutarentur.

Scribit

Scribit auctor Ceremonialis Romani lib. 1. sect. 5. Imperatorem sumptâ Romæ corona ad Lateranum cum suis progredi, ibique *recipi in Canonicum & in fratrem Ecclesiæ Lateranensis.* Idem tradit Petrus de Andlo lib. 2. cap. 6. additque Marquardus Freherus, eandem dignitatem obtinere in Ecclesiis Aquisgranensi, Coloniensi & Bambergensi. Descripsit Joannes Noppius in Chronico Aquisgran. lib. 1. cap. 12. pag. 70. Juramentum, quod Imperator tanquam Canonicus ejusdem Ecclesiæ facere solet.

Hoc jure Comites Andegavenses in Ecclesia S. Martini Turonensis olim gaudebant. Chronicon Turonense: *Quia tempore Ingelgerii Comitis, Ecclesia S. Martini carebat Thesaurario & Æditui, Consulem Ingelgerium inthronizaverunt, & Thesaurarium constituerunt, & Defensorem Ecclesiæ fecerunt, & tutorem omnium possessionum ejus, ubicunque esset, delegaverunt, qui sedem Thesaurarii & domos cum redditibus, quandiu advixit, obtinuit.* Joann. Monachus lib. 1. Hist. Gaufr. Ducis Norm. & Comitis Andeg. Gaufredum sic loquentem inducit: *Ego autem & Canonicus sum S. Martini, & Monachus Majoris-Monasterii.* Radulfus de Diceto ann. 960. *Fulco Bonus tertius Comes Andegavensium in Ecclesia S. Martini in Castello novo Canonicus ascriptus fuit. In festo Sancti ejusdem in Choro inter psallentes Clericos cum veste clericali, & sub disciplina eorum astabat, &c.* Chronicon Turon. an. 1200. *In Paschali Arturus puer Turonis veniens, more debito, in Ecclesia B. Martini in Canonicum est electus, & in stallum Decani in vestibus Chori, sicut Canonicus installatus.* Adde Gesta Consulum Andeg. c. 5. n. 5. 6. 8. Atque id quidem jus ad Regem Franciæ postmodum transiit tanquam Comitem Andegav. Statuta Eccles. S. Martini Turon. cap. *de Potestate Abbatis Regis Franciæ: Abbas B. Martini, scilicet Rex Franciæ, est Canonicus de consuetudine, & habet parvam præbendam, quam habet S. Venantius, & debet sedere in sede Thesaurarii.* Anno 1614. 25. Julii Rex Ludovicus XIII. eandem ingressus Ecclesiam, *in Canonicum Honorarium, tanquam Abbas sæcularis & Protector ejusdem Ecclesiæ receptus est, ratione suæ coronæ, & juramentum, quod Reges Franciæ in ejusmodi prima receptione facere consueverunt, præstitit.*

In eadem S. Martini Turonensis Ecclesia, *Dominus de Prulliaco est propugnator & Canonicus de consuetudine, & habet præbendam in blado, vino, & nummis, & ipse debet portare vexillum B. Martini cum Comite Andegavensi in bellis, & facere per se, vel per alium bella Capituli B. Martini,* ut est in lib. Statutorum ejusdem Ecclesiæ.

Scribit Coquillius in Historia Nivernensi pag. 158. Herveum Comitem Nivernensem in Canonicum ejusdem Ecclesiæ S. Martini Turonensis admissum ann. 1216. idemque juris concessum posteris Comitibus Nivernensibus, & firmatum deinceps literis an. 1270. & 1300. & Ludovicum Gonzagam Ducem Nivernensem in eadem Ecclesia ut Canonicum sedisse ann. 1588.

Sed & Canonici S. Martini Turonensis eandem Canonici in sua Ecclesia dignitatem Comiti Dunensi & posteris ultro concesserunt. Veteres Schedæ apud Majorem in Antiquitatib. Aurelian. 2. part. pag. 71. die Martis 11. Sept. an. 1464. *Dom. Comitem Dunensem, & successores suos in Canonicos ejusdem Ecclesiæ, more aliorum dominorum Principum Regalis prosapiæ Canonicorum ejusdem, de qua traxit originem, assumpsimus, ita quod dictus Comes Dunensis, quàm citiùs poterit, suique successores Comites Dunenses, quisque suo tempore, in suis receptionibus in hac Ecclesia fiendis, præstare corporaliter tenentur juramentum per alios Principes, Duces, & Comites, ejusdem Ecclesiæ Canonicos fieri solitum.*

Legitur in quodam Regesto Cameræ Comput. Paris. Carolum VII. Regem Francorum urbem Andegavensem ingressum 19. Octob. an. 1424. à Canonicis exceptum superpellicio & cappa auro texta indutum tanquam Canonicum: *Et fut receu en l'Eglise comme Chanoine d'icelle en surplis & en chappe de drap d'or.*

Hemeræus in Augusta Viromand. ann. 1214. auctor est, Regi Franciæ venienti in Ecclesiam S. Quintini, & in Custodis loco sedenti, Decanum almuciam offerre, stante pro aulæ consuetudine in subselliis Eleemosynario. Ita

Joannes Ferraldus de Jurib. & Privileg. Regni Franc. cap. 7. refert, Regem Franciæ esse Canonicum Ecclesiæ S. Hilarii Pictavensis: in Ecclesia Cenomanensi habere præbendam, cujus reditus remittit servientibus, seu bajulis, ut & in Ecclesiis Andegavensi & S. Martini Turonensi, & cùm præsens est, distributiones percipere. Quò spectant, quæ habet Gaufredus Vosiensis in 1. parte Chronici cap. 67. *Tempore illo Rex Henricus senior filio Richardo ex voluntate matris Aquitanorum tradidit Ducatum. Post hæc, apud S. Hilarium Pictavis Dominica post Pentecosten, juxta consuetudinem, in Abbatis sedem elevatur; sed à Bertranno Burdegalensi & Joanne Pictavensi Præsulibus, lancea ei cum vexillo præbetur, &c.*

Id præterea juris obtinet Franciæ Rex in Ecclesia Cabillonensi, ut auctor est Sanjulianus in Antiq. Cabillon. ubi refert, Carolum VIII. Cabillonum ingredientem, ab Episcopo in ipsa urbis porta superpellicio & almuciâ exornatum, eo habitu in Ecclesiam venisse.

Eo perinde modo Carolus V. Imp. diadema suscepturus Aquisgrani, Trajectum adiit & in majori S. Servatii Ecclesia superpellicio & almucia indutus cum cæteris Canonicis Ecclesiastica obiit officia, tanquam Brabantiæ Dux, ut auctor est Joann. Placentinus in Catal. Episc. Trajectensium.

Tradit præterea Jacobus Severtius in Chronol. Archiep. Lugdun. Ducem Bituricensem obtinuisse à Canonicis Lugdunensis Ecclesiæ, *ut ad modum Philippi fratris Ducis Burgundiæ, ac fundatoris ejusdem Ecclesiæ,* impetratis ad id litteris Apostolicis, in album Canonicorum referretur, venisseque in Ecclesiam *cum frochia & aumucia* an. 1388. Ita an. 1511. eodem teste Severtio, Carolum Ducem Sabaudiæ iidem Canonici Lugdunenses, *in Canonicum Ecclesiæ receperunt, habitumque sibi contulerunt, ipsum induendo superpellicio & cappa,* ut produnt Acta, quæ vocant, Capitularia.

Id etiam privilegii habere Dominum Turnonensem in Ecclesia S. Justi Lugdunensis prodit vetus Scheda apud Paradinum in Hist. Lugdun. lib. 2. cap. 102. *Vir illustris & potens Dom. Guillermus Dominus de Turnone Miles, trahens originem de genere eximii Confessoris & Pontificis S. Justi Lugduni venerati reverentissimè, & Ecclesiæ Lugdunensis Præsulis, sicque in ejus honore & nomine Ecclesia fundata & nominata. Et exinde dictæ Ecclesiæ S. Justi perpetuus Canonicus præbendatus & hæreditarius, prout refert venerabilium & discretorum virorum Dominorum Obedientiarii & Capituli dictæ Ecclesiæ concors confessio, & antiquorum relatio.* Extat denique in Tabulario Eccles. Autisidor. Charta Decani & Capituli ejusdem Ecclesiæ an. 1423. qua Claudio *de Beauvoir* Militi, Domino *de Chastelux, tanquam Ecclesiasticæ rei indefesso protectori & augmentatori industrio concedit, quòd amodò & deinceps perpetuis temporibus, & sui successores hæredes masculi domini temporales dicti loci de Chastelux successive habeant, & percipiant fructus & reditus unius præbendæ ejusdem Ecclesiæ, sicut & cæteri Canonici ejusdem Ecclesiæ, dum & quoties idem Dominus Claudius, & sui post ipsum*

ipsum, ut præfertur, successores ad ipsam Ecclesiam personaliter accesserint, & in eadem Ecclesia interfuerint altera horarum dictæ Ecclesiæ decantando: quam intrare licebit eisdem cum superpellicio, vel absque superpellicio, aut statu quo maluerint pro suæ libito voluntatis.

Tradit denique Leurius in Hist. Viennensis Ecclesiæ cap. 52. Humbertum Delphinum Viennensem in Majori Ecclesia donatum Canonicatu 29. Aug. an. 1338. cujus possessionem iniit superpellicio indutus & almucia, quam aliàs Militi deferendam brachioque aptandam, cùm templum ingrederetur, dare poterat. Adde Ægid. Gelenium in Colon. Aggripina p. 245.

Canonicæ, primis Ecclesiæ sæculis, videntur appellatæ Diaconissæ, quòd perinde ac Clerici, *sub Canone Ecclesiastico constitutæ essent.* Nam Diaconissæ quemdam in Ecclesia ordinem confecere, & in ædibus sacris certæ ac peculiares stationes iis assignatæ, ὡς ἐκκλησιαζούσαις, ut est in Novella 3. Justiniani, & alia Heraclii Imp. Proinde jure distinguuntur *Canonicæ* à Sanctimonialibus in Ordine Romano: *Inter virginem & feminam, inter Canonicam & Sanctimonialem, &c.* Κανονικὰς etiam habet S. Antiochus homil 18. ut & S. Chrysost. qui homiliam scripsit περὶ τοῦ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσι. Et Menæa 20. Martii in S. Niceta, & 27. Sept. in S. Ignatio Hegumeno. quæ non aliæ videntur à Diaconissis. At

Sanctimoniales, quæ se *Canonicas* vocant, ut est in Concilio Cabilonensi II. ann. 813. cap. 53. videntur eæ quæ regulam S. Augustini profitebantur. Decreta Eugenii PP. II. cap. 3. & Concilium Remense an. 1148. c 4. *Statuimus, ut Sanctimoniales & mulieres quæ Canonicæ nominantur, & irregulariter vivunt, juxta beatorum Benedicti & Augustini regulam vitam suam in melius corrigant.* *Canonicarum* verò ejusmodi mentio est in Addit. 2. Capitul. Caroli M. c. 16. in Concilio Paris. VI. cap. 46. ubi *Monasteriorum* ejusmodi Canonicarum pariter mentio fit, & in Concilio Remensi an. 1148. c. 4. apud Bedam de Remed. peccator. c. 8. In Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 44. &c. Vide doctissimum Mabillonium in Præfat. ad tom. 2. Actor SS. Ordinis S. Benedicti n. 32.

Sed de Sanctimonialibus, quæ hodie *Canonicæ* appellantur, audiendus omnino Jacobus de Vitriaco in Hist. Occident. cap. 31. *Ad imitationem & exemplum prædictorum Canonicorum*, (sæcularium) *in partibus Hanoniæ & Brabantiæ, & in quibusdam Theutonicorum & Alemannorum provinciis sunt mulieres, quas Canonicas sæculares, seu Domicellas appellant, Non enim Moniales nominari volunt, sicut Canonici sæculares Monachi non dicuntur. Hæ siquidem adeo personas accipiunt, quòd non nisi filias Militum & nobilium in suo Collegio volunt recipere, religioni & morum nobilitati, sæculi nobilitatem præferentes. Purpura autem, &* bysso, *& pellibus griseis, & aliis jocunditatis suæ vestibus induuntur, circumdatæ varietatibus, cum tortis crinibus, & ornatu pretioso circumamillæ, --- pellibus autem agninis quamtumcunque subtilibus & delicitatis utuntur. --- Clericorum autem & puellarum & juvenum servorum etiam sibi ministrantium cinctæ obsequio, in domibus propriis honorificè & splendidè epulantur, nec desunt mensis eorum consanguinei, in primo gradu sibi propinqui, quos cognatos suos appellant. In dormitorio autem juxta Ecclesiam suam de nocte quiescunt. --- Sunt autem in eisdem Ecclesiis pariter Canonici sæculares in diebus festis & solennibus ex altera parte Chori cum prædictis domicellis canentes, & earum modulationibus æqui pollenter respondere studentes. --- Similiter & in processionibus compositæ & ornatæ, Canonici ex una parte, & Dominæ ex alia parte concinentes procedunt. Quædam autem & ipsis, postquam diebus plurimis de Christi patrimonio vixerunt, relictis præbendis & Ecclesiis, carioribus sibi personis matrimonio copulantur, &c.* Vetus Epitaphium apud Brovverum lib. 11. Annal. Trevir. num. 64.

Mansit sub sacro speciosa Canonica velo,
Sed tamen in vita vera fuit Monacha.

Vide Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. cap. 52. & 90. Molanum in Martyrol. 17. Mart. & Gasp. Bruschium de Monasteriis Germaniæ p. 17. 18. 45. 132.

Canonia, Canonicatus, præbenda Canonici, apud Petrum Cellensem lib. 8. Epist. Innocentium III. lib. 14. Epist. 82. in Jure Canonico, & apud alios non semel.

Canonia Præbenda, vel reditus Canonici. Greg. VII. PP. lib. 3. Epist. 17. *Benedictus quoque Canoniam suam sub eadem pacis tranquilitate interim habeat.* Magnum Chronicum Belgicum: *Posuit eum in Ecclesia sine Canonia, hoc est, sine præbenda.* Vide Cantipratanum lib. 2. cap. 39. num. 2.

Canonia, Collegium Canicorum. Chronicon. Mosomense: *Est enim ibi Canonia 12. Clericorum Remensis parochiæ, &c.* Gervasius Dorobernensis in Henrico II. Rege Angl. & ex eo Bromptonus: *Dicens sibi peroptimum esse propositum, ut extra civitatem Cantuariæ, sæcularium Clericorum Canoniam faceret, & in nomine S. Thomæ Martyris novam Ecclesiam fabricaret.* Occurrit eadem notione infrà, apud Gregorium VII PP. l. 9. Ep. 29. Cantipratanum l. 1. c. 17. extremo, Joannem Signensem Episc. in Vita S. Beraldi Episcopi Marsorum, &c.

Canonica, Canonici dignitas. Hincmarus Laudunensis Episcopus: *Igitur pro vestra interventione suæ canonicæ locum, ac sibi priùs à me concessam permitto mansionem.* Joan. Sarisber. lib. 2. de Nugis curial cap. 28. *Qui speculariorum videntes plagam, effugerunt, alter ad sinum Canonicæ, alter ad portum Cellulæ Cluniacensis, sacris vestibus insigniti.* Hildebertus Episcopus Cenomanensis Epist. 55. *Audivimus —— in vestra matre Ecclesia hæreditario jure Canonicas obtineri.* Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 7. *Canonica, quam præbendam vocant.* Charta an. 1061. ex Tabulario Ecclesiæ Abrincatensis: *Canonici omnes sub Episcopi Priore sunt: & Canonicas, id est, præbendas, cùm vacuæ fuerint, distribuere debet, &c.* Utuntur Gregorius VII. lib. 5. Epist. 1. Joannes Monach. lib. 1. Vitæ S. Odonis Abbatis Cluniacens. Petrus Venerab. lib. 4. Epist. 8. Vita S. Willelmi Abbat. Roschildensis num. 3. Gervasius Dorobern. in Imaginat. p. 1308. Adelbertus Abbas Heidenhemensis pag. 368. Concilium Claromontanum an. 1095. can. 9. Chronic. Abbat. S. Trudonis lib. 5. p. 393. vetus Notitia an. 1103. in Probat. Hist. Castilion. p. 17. &c.

Canonica, Canonicorum Collegium, seu potiùs Ecclesia Collegiata, ut vocant. Jo. de Janua: *Canonica, Ecclesia ubi regulares morantur.* Charta Ludov. Pii in Tabulario Lemovicensi: *Ex Canonica prædictæ urbis quæ est constructa in honore S. Stephani.* Tabularium S. Salvatoris Redonensis: *Ebnius autem Comes direxit eos ad Ecclesiam B. Virg. Mariæ in Canonica B. Petri, ubi merita coluntur in nomine Christi & beatorum Innocentium.* Arnulfus Episcopus Lexoviensis in Epistol. pag. 83. *Provinciam nostram frequentibus Monasteriis, ipsisque nobilibus, certum est abundare, Canonicas Regulares paucas habet, &c.* Gervasius Dorobernensis: *In diminutionem nostram & omnium suorum præjudicium successorum de Ecclesiis suis simul & nostris præbendas fecit, vel Canonicas.* Guillelmus Abbas S. Theodorici in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 1. *Usque ad B. Mariæ Canicam Dom. Papa cum Comitatu suo gloriose deductus est.* Vide Petrum Damian. lib. 3. Epist. 8. lib. 4. Epist. 3. Joann. Sarisberiensem Epist. 76. Stephanum Tornacens. Epist. 1. Chronicon Reichersperg. 228. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 45. Blancam in Comment. Rer. Aragon. p. 579. Cruceum in Episcopis Cadurcensibus p. 65. 67. Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. p. 100. Guichenonum in Probat. Histor. Sabaud. pag. 34. &c. *Chanoinie*, eadem notione, in Charta ann. 1277. apud eundem Guichenonum pap. 84.

Canonicare, Canonicum facere. Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 13. *Qui eum canonicare postulaverat.* Vita S. Martini Presbyteri Sauriensis num. 9. *Et in numero Canonicorum puerulum —— Mauritius canonicavit.* Thierricus Vallis-coloris in Urbano IV. PP.

—— Post illum canonicavit.
Urbs Treca, natalis qua sibi terra fuit.

Charta Manassis Episcop. Aurelian. an. 1210. *Nullus canonicetur aut recipiatur infra 21. annum.*

Excanonicare dixit Hildebertus Turon. Epist. 36. ubi meminit cujusdam Canonici Andegavensis, qui se *excanonicari* petebat ab Episcopo suo, præbendamque suam dari ex fratre nepoti, quod abnuit Episcopus: unde conjiciunt viri docti, nondum hocce sæculo inductum morem recurrendi ad Ecclesiam Romanam.

CANONIZARE, In album & catalogum Sanctorum referre, Canoni Missæ adscribere: quippe longè antè quàm conderentur Martyrologia, in Canone Missæ primitus facta est commemoratio Sanctorum, non quò pro iis oraretur; sed potiùs ut ii pro populo orarent, ut ait S. Augustinus Tract. in Joannem. Quem morem vetustissimum esse asserit, probatque variis Sanctorum Patrum locis Stephanus Durandus de Ritibus Eccl. lib. 2. c. 35. Burchardus de Casibus sancti Galli cap. 6. *Obtinuit etiam amminiculante Henrico Imperatore & conjuge ejus Agnete apud Dom. Apostolicum Clementem II. recitata Vita B. VViboradæ, ejusque miraculis, & de tam diu neglecta re ab ipso Papa redargutus, quatenus ipsam præsente Theodorico Constantiensi Episcopo canonizaret, & pro sancta haberi præciperet; & anniversarium ipsius diei solennizandum institueret.* Passio SS. Wlfadi & Rufini tom. 2. Monastici Angl. pag. 125. *Studebant plures religiosa devotione patriæ suæ sanctos exaltare, pia sollicitudine vitas illorum investigare, summique Pontificis auctoritate illos canonizare.* Alexander III. PP. Epist. 3. Canonizationes *nonnisi in solennibus Conciliis de more* fieri solitas scribit. Vide Capitulare Francofordiense an. 794. c. 40. Capitul. ann. 789. cap. 41. Concilium Romanum an. 993. Epistolam Joannis de Burnino Archiepiscopi Vinnensis & suffraganeorum ad Gregor. IX. PP. de canonizatione Stephani Episcopi Diensis, apud Joan. Columbum, &c. Ex allatis locis plus satis patet, non jure Vadianum hæreticum scripsisse, *Canonizationes* solos Episcopos (in Germania præsertim) spectasse, & facultatem in canonem SS. referendi, pro more veteri Francorum in Ecclesiis sibi subjectis iis competiisse, quod Pontifex Romanus postea soli sibi asseruerit, etsi id videatur quodammodo indicare Baldricus lib. 1. Chron. Cameracens. cap. 35. Constat quippe infinitis propemodum exemplis, aut summos Pontifices hanc sibi provinciam sumpsisse, aut Episcopis demandasse, proindeque ejusmodi canonizationes Apostolicæ sedis auctoritate semper peractas. Formam autem canonizationis exhibent Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 6. Brovverus lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 9. & Bivarius in S. Joanne Eremita vindicato n. 2. 3. 5. & ad Pseudochronicon Maximi. Vide *Diptycha*, & Baron. ad Martyrolog. 2. Aprilis.

Canonizare, Approbare. Anonymus de Berengarii damnatione: *Quorum* (Conciliorum) *nullum Roma in Pontifices per se; sed per Legatos suos canonizaverunt* Decreta S. Stanislai Regis Hungariæ lib. 1. cap. 37. *In hac sancta Synodo à venerabili Rege Ladislao statutum est, & universis Episcopis collaudatum & canonizatum, ut Vigiliæ celebrentur B. Stephani Regis, &c.* Eckeardus Minimus de Vita Notkeri Balbuli cap. 16. *Ea, quæ socii & fratres ejus in eodem Monasterio S. Galli composuerant, omnia canonizavit, videlicet hymnos, sequentias, tropos, &c. & totum autenticavit.* Vita S. Gerlaci Eremitæ cap. 8. *Grandia edidit volumina, quæ ab Eugenio Papa —— canonizata, & inter sacras Scripturas sunt commemorata.* Ita Beletus de Divin. Offic. c. 123. & Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. n. 2. hanc vocem usurpant. Quod inde ortum videtur, quòd sacri libri, vel certè sacræ Synodi, in Canonem, seu Ecclesiastica diptycha referrentur. Nam in V. Synodo legimus quatuor Synodos œcumenicas in sacra Ecclesiæ diptycha, quæ inter Missæ sacrificia legebantur, relatas, vel certè eorum appellationes, quo universis innotesceret Ecclesiam illas amplexari. Sic τὰ κανονιζόμενα βιβλία, dixit Athanasius: τῇ Χριστοῦ τὸ εὐαγγέλιον ἀκριβείᾳ κανονίζειν τὴν πολιτείαν. Basilius Magnus: Scholiast. ad lib. 6. Synops. Basil. Τὰ παρὰ τῶν παλαιῶν κανονισθέντα καὶ οἰκονομηθέντα τῶν πατριαρχῶν δεῖ διακρίνειν.

Canonizare, Canonicum facere. Charta 19. Tabularii Ecclesiæ Carnotensis: *Duximus statuendum, ut qui in Ecclesia vestra de cætero canonizanai fuerint, & ibidem mansionarii non extiterint, 40. solidos tantùm de præbenda sua singulis annis percipiant.* Vide *Canon.*

CANOPEUM, pro *Conopeum*. Necrologium Ecclesiæ Paris. 2. Non. Sept. *Eodem die obiit Philippus frater Regis Concanonicus noster & Archidiaconus, qui dedit nobis pallium unum, & cappam unam, & 2. tunicas, & canopeum, quod suspenditur super altare, & 20. libras ad stationem 4. ferculorum.*

CANOPUS, *Medianus cortex sambuci*, in Glossis MSS. ad Alexandr. Jatrosophist. ex Gr. κάνωπον, apud Æginetam & alios.

Item species uvæ rubeæ, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

CANSIL. Vide *Camisile*.

CANTABRIES, *Tenuissimæ aquæ*, Papiæ, tanquam per cantabrum decurrentes.

CANTABRUM, Vexilli species apud Imperatores Romanos, cujus mentio est apud Minutium Felicem in Octavio, & Tertullianum in Apol. cap. 16. & lib. ad Nation. cap. 12. quod quidem nominis unde hauserint Romani, addubitant viri docti. Turnebus lib. 15. Adv. c. 16. legendum censet *contabrum*, à conto: Baronius an. 312. n. 33. à Cantabris Hispaniæ populis, à quibus debellatis id genus vexilli habuerint: Jacobus Gothofredus aliter, nescio an verè, hariolatur.

Cantabrarii, inter vexilliferos recensentur in leg. 2. Cod. Th. de Collegiat.

CANTABRUM, Furfur. Papias: *Cantabrum, furfur caninum, quo canes pascuntur, purgamenta tritici.* Scholiastes Juvenal. ad illud Sat. 5. *Farris mordere canini. Cantabri. Panis sordidus canum est.* Cælius Aurelianus Siccens. lib. 3. Tardar. passion. cap. 2. *Sive lacte, aut decoctione cantabri, aut succo ptisanæ, &c.* Lib. 4. cap. 3. *Apponenda rursum sessioni vaporatio stymmatum, aut cantabri conligati, vel in aceto decocti.* Acta S. Eutychetis: *Jussitque eos terram fodere per totam diem, ad vesperum verò cantabrum manducare.* Acta SS. Nerei & Achillei n. 19. *jussitque eos in terram fodere per totum diem, ad vesperam verò cantabrum manducare.*

Cantabrus panis, vel *Cantabricus*. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani n. 40. *Quotidie præter dies festos jejunando, cantabro pane cum hesterna aqua vescendo.* Idem Petrus Opusc. 15. cap. 14. ait, quendam *cantabricii panis quadra vixisse de die.* Et in Vita S. Rodulphi Episc. Eugubini, ait, hunc edere solere *panem, qui vel puro hordeo fieret, vel ex cantabro potiùs, quod projiciendum canibus de puerorum manibus remansisset.*

CANTABULUM, *Stabulum*, in Gloss. Isidori. Sed legendum *Catabulum*. Vide in hoc verbo.

CANTAMISSÆ, Obventiones ex *cantatione Missæ*. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Bovinensibus: *Qui quidem Canonici habere debent totam decimam, totum mortuarium, omnes oblationes festorum dierum & aliorum, omnes cantamissas, pœnitentias, & patronantias.* Vide *Missacantania*.

CANTARE

CANTARE *in Ecclesia*, dicitur Presbyter, cui Ecclesia alteri majori subdita, regenda commissa, uti est *Capellania*, seu cui *Cantaria* demandata est. Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labbeanis: *Ipse Ottericus, dum ipsam Ecclesiam teneret, cantavit in Noviante, & in Landricurte, & in Boeris: titulus autem ipsius, in quo & residuus erat, fuit in Follanabrajo.* Infrà: *Interea ante ordinationem tuam cantavit ibidem Haimeradus Presbyter in Codiciaco, ordinatus à Simeone Episcopo, & reclamante ipso Haimerado apud me, & ante te, quia ipsa Ecclesia subjecta esse deberet Ecclesiæ de Codiciaco, &c.* Rursum: *Inde, sicut ipsi homines dicunt, per tuum consensum Bertfridus Presbyter in eadem Ecclesia, & in Ecclesia tua apud Broeras per quinque annos cantavit.* Infrà, pro *cantavit*, habetur *ministravit*: *In ipsa Ecclesia, ut prædixi, idem Bertfridus per annos quinque per tuam licentiam ministravit.* Denique: *Grimo Presbyter tua parochiæ in ipsa Ecclesia cantavit: deinde ipsorum consensione Heimericus Presbyter tua parochia per duos & dimidium annos ibidem officium sacerdotale exhibuit, &c.* *Tenementum datum pro cantare, vel cantatione*, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 1. §. 7. 8.

CANTAREDUS. Vide *Cantredus.*

CANTARIA, *Cantuaria*, Beneficium Ecclesiasticum, Missis decantandis addictum, & quod deserviunt, qui aliàs Capellani dicuntur. Will. Thorn. c. 20. §. 5. *Concessum est etiam --- uxori suæ habere cantariam in Capella manerii sui.* Idem c. 24. §. 3. *Ordinavit cantariam pro anima parentum suorum.* Charta Edvvardi III. Regis Angl. tom. 1. Monast. Angl. *In villa de Ashe unam perpetuam cantariam 5. Capellanorum fundaverit.* Alia tom. 2. pag. 104. *Si prior & Conventus perfecerint, & manutenuerint quandam cantariam 6. Capellanorum in Ecclesia de Haresvvode.* Charta Joannis Eboracensis Archiepiscopi in Monast. Angl. tom. 3. p. 164. *Ut de bonis suis eorum administrationi commissis cantarias perpetuas pro Missis celebrandis, prout meliùs ordinare poterunt, fieri procurarint.* Henr. Knyghton. an. 1326. *Iste Rogerus fundavit cantariam sæcularium Sacerdotum --- quam post multos annos uxor ejusdem in usus Canonicorum Regularium instituit.* Adde p. 2738. Charta ann. 1264. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. *Volo, ordino & dispono, quòd in Ecclesia, in qua corpus meum contigerit sepeliri, cantaria fiat, & constituatur ad celebrandum singulis diebus pro salute animæ meæ, parentum, &c. & omnium fidelium defunctorum.* *Capellani Cantariarum*, in Statutis Ecclesiæ Leichefelcensis in Monastico Anglic. tom. 3. p. 248. 251. & Londinensis ib. p. 344. Vide tom. 1. Monast. Angl. pag. 47. 48. Littletonem sect. 530. Statutum 2. Westmonaster. cap. 45. &c.

Cantariæ liberæ. Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. p. 1038. *Cùm ex privilegio Regibus Angliæ prædecessoribus nostris & nobis in ipsis à prima institutione Christianæ religionis concesso, liberæ semper cantariæ in singulis domibus nostris & nostræ fundationis, & maximè in propriis dominicis nostris hactenus habitæ sint ac obtentæ, &c.* Vide *Capella.*

Apud Legulejos Anglos, est *Breve*, quod *Cessavit de Cantaria* vocant, conceditur que ei, qui prædia, res ve alias Ædi religiosæ concessit, sub conditione divini alicujus servitii annui, aut lampadas accendendi, aut pauperes pascendi. Tunc enim si ejusmodi conditiones non adimpleat Domus religiosa, breve istud donator impetrat. Vide Statutum Westmonast. 2. cap. 41.

Cantuarium. Charta an. 1205. in Tabulario S. Bertini: *Ex mandato D. Papæ apud Peterse & Calais personatum à Cantuario divisimus.*

CANTARINUM, *Genus ordei, i. exacticum.* Papias MS. & Edit.

CANTARIUM, *Cantaro*, Italis & Neapolitanis, apud quos ita appellatur pondus 25. librarum, quod apud Genuenses est 150. Occurrit apud Richardum de S. Germano in Chron. pag. 1019. Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 10. & alibi passim. Charta Friderici III. Regis Sicil. an. 1305. pro Mercatoribus Majoricens. *De ponderatura verò mercium, quæ venduntur ad Cantarium, solvere debent usque ad erana duo & medium, & non plus.* Vide Probat. Histor. nostræ Gallo-Byzantinæ p. 12.

CANTARULUS. Vide *Cantharus.*

CANTARUM, *Camera domorum.* Papias.

CANTATA, Cantus Ecclesiasticus. Charta Svvecica an. 1314. apud Schefferum ad Chronicon Archiepiscoporum Upsaliensium p. 252. *Ut Vicarius perpetuus --- præsentibus 4. Vicariis, & 4. parvulis choralibus, annis singulis cantatas dicere teneatur, videlicet primam de B. Virgine in crastino Nativitatis ejusdem, secundam de omnibus Sanctis, &c.*

CANTATORES, Incantatores, magi. Victorinus contra Manichæos pag. 170. *Hic enim jam delectat Babylonis magos ac Ctesiphonticos Cantatores secretorum suorum notare mysteria, quorum posse est carmine nunc suscitare spiritus, nunc vocare.*

CANTATORIUM Romanis, ut auctor est Amalarius in Præfatione libri de Ordine Antiphonarii, est liber Ecclesiasticus, quem Franci *Graduale* vocant, quia in Gradibus vel Analogio reponitur Ordo. Roman. *Subdiaconus verò, qui lecturus est* (Apostolum) *--- ascendit in ambonem, & legit. --- Postquam legerit, Cantor cum Cantatorio ascendit, & dicit responsorium gradalem.* Alibi: *Postquam legerit, Cantor cum Cantatorio --- solus inchoat responsorium.* Ait denique, cùm Pontifex, aut Sacerdos, ad altare procedit, à Bajulis *Cantatorium, cætera vasa Ecclesiæ*, quæ à primo Mansionario sumunt, deferri. Nec scio, an non etiam legendum sit *Cantatorium* apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 4. *Erat Romæ instrumentum quoddam & theca ad Antiphonarii authentici publicam omnibus inspectionem repositorii, quod à cantu nominabat, Cantarium.*

CANTATRICES, quæ *Præficæ* Festo & aliis, *Mulieres ad lamentandum mortuum conductæ*, αἱ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτόμεναι, ut est in vett. Glossis: Θρηνῳδοὶ γυναῖκες, S. Chrysostomo Homil. 13. in Epist. Pauli, de quibus etiam S. Hieronym. in cap. 9. Hierem. *Hic mos usque hodie permanet in Judæa, ut mulieres sparsis crinibus nudatisque pectoribus, voce modulata, omnes ad fletum concitent.* Θρηνήτριαι γυναῖκες, Theodoro Prodromo carm. in Amicos. Synodicon Nicosiense cap. 20. *Quia morbus quidam pestifer & infidelitati vicinus valuit in his partibus, ut videlicet in exequiis mortuorum, in domibus, Ecclesiis, & cœmeteriis, Tubicines, quæ lugubre canunt, quas Cantatrices vocant, advocentur, quæ non solùm turbant divina; verùm etiam provocant seu excitant alios verbis vanis ac cantibus, & paganorum ac Judæorum ritui consonis, ad plorandum, verberandum, & lacerandum se ipsas: hoc ne fiat de cætero, districtissimè & sub excommunicationis vinculo prohibemus, &c.* Excommunicantur eæ in Concilio Nemosiensi an. 1298. cap. 4. *Et Cantatrices in funeribus defunctorum, sive in Ecclesia, sive in cœmeteriis, seu alibi.* *Lamentatrices* appellantur in Concilio Marciacensi an. 1326. cap. 23. ubi & interdicuntur. Quòd verò *Tubicines*, vel potiùs *Tibicines* dicantur, respectum fortè ad *Præficas* veterum, quæ cantus ejusmodi lugubres *ad tibiam* cantabant, ut est apud Nonium & Ciceronem lib. 2. de Legibus. Sed & tubas olim adhibitas in funeribus, docuere pridem Persii Interpretes ad Sat. 3. quas verò cantatrices alii, *computatrices* vocat Boncompagnus Bononiensis, qui vixit an. 1213. in Arte Dictaminis MS. lib. 1. sub finem: quòd mortuorum facta & nobilitatem narrarent: nam *computare*, pro *narrare*, dixerunt, ut supra annotatum, nos diceremus *Des contenses*. Ita porrò ille: *Ducuntur Romæ quadam fœminæ pretio nummario ad plan-*

plangendum super corpora defunctorum, quæ computatrices vocantur, ex eo quod sub specie rythmica nobilitates, divitias, formas, fortunas, & omnes laudabiles mortuorum actus computant seriatim. Sedet namque computatrix aut interdum recta, vel interdum proclivis stat super genua crinibus dissolutis, & incipit præconia laudum voce variabili juxta corpus defuncti narrare, & semper in fine clausulæ, ho, vel hi promit voce plangentis. Et tunc homines astantes cum ipsa flebiles voces emittunt Sed computatrix producit lacrymas pretii, non doloris. Id potissimum vetatur in Statutis Mediolanensibus 2. parte c. 470. Vide Ammianum lib. 19. pag. 134. Ejusmodi porrò cantatrices seu computatrices in ipsis tumulis juxta mortuorum figuras, vel in ipsa sepulchrorum basi depictas videre est in tumulo Annæ Burgundæ, mortuæ anno 1232. Ducissæ Bedfordiensis in Æde Sacra Celestinorum Parisiensium juxta sacrum altare. Apud Græcos hodiernos ut testatur Bellonus lib. 1. Observat. cap. 4. & lib. 2. de operum antiq. præstantia cap. 14. 15. De ejusmodi præficis multa congessit Kirchmannus lib. 2. de Funeribus Romanorum cap. 6. num. 50. Sed & necdum omnino extincta hæc superstitio in quibusdam Provinciis Gallicis.

CANTELLATOR, Præstigiator, Magus. Raymundus *de Agiles* in Hist. Hierosol. *Cantellatores etiam eorum, & augures, ut fertur, dixerant, ut non moverent castella sua usque ad 7. feriam.* Italis *Cantellare* est submissiori voce cantare, aut quidpiam labiis mussitare, quod faciunt Magi & Præstigiatores, qui *immurmurare* & susurris magicis carminare solent. Vide *Carminare.* Verùm Codex MS. qui est D. Boucheti, hoc loco *Constellatores* præfert. Ammian. lib. 29. *Cum objectaretur illi, quamobrem constellationem Principis collegisset.* Aldhelmus lib. de virginitate: *Fato & genesi gubernantur futura, juxta Mathematicorum constellationem.* Vide Firmic. lib. 1. Mathes. cap. 3.

CANTELLUM, velut *quantillum*, id, quod supra mensuram additum est. Statuta de Pistoribus apud Spelmannum: *Nullum genus bladi vendatur per cumulum, seu cantellum, præter avenam, brasium, & farinam.*

Cantellus, Gall. *Chanteau*, Quadra. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 418. *Fratribus leprosis de Hospitali M. Mariæ Magdal. dantur singulis diebus singuli cantelli plenum dimidium panem habentes, &c.*

CANTERIUS, pro *Cantherius*. Acta S. Thyrsi num. 48. *Quibus decollatis, jussit Thyrsum claudi locello ligneo, & ipsum in canterio levari.* Acta alia habent *plaustro*, pro *canterio*.

CANTERIUM. Charta Leonardi Episc. Cæsenatis an. 1175. *Unum canterium terræ, quod vobis Marota dedit.* Occurrit semel ibi ac iterum.

CANTERMA, Maleficii species, aut incantationis unde fortè nomen, *susurrus magicus*. Gregorius Magn. lib. 12. Ind. 7. Ep. 13. *Maleficio, quod vulgò Canterma dicitur, quosdam didicit maculatos.* Ita MSS. præferunt. Vide, an non legendum sit *Canterina?* nam etiamnum Italis *Canterini*, Senensibus *Cantarini* dicuntur, qui crebrò ac ultro *cantant*, vel incantant. Ita nostri olim *Chanterres* dicebant. Hugo de Villanova vetus Poëta Francicus:

Quant uns chanterres vient entre gent henorée.

Gloss. Lat. Græc. *Cantavit*, ψιθυρίζει. Alii putant, scribendum *cantamina*: nam ita Magorum incantationes vocat Apulejus in Apol. *vi cantaminum.* Alibi: *Profluentem sanguinem sisti cantamine. Magica cantamina*, leg. 6. Cod. Th. de Malef. Ita enim quidam legendum censent, pro *contamina*, id est, consultationes: *Si quis magus, vel magicis contaminibus adsuetus, qui Maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, ut haruspex, aut hariolus, &c.* Ubi indubiè legendum *cantaminibus*, quidquid dicant viri docti, quod & voluit Tribonianus, qui in Cod. Just. *carminibus* reposuit: nam in hac lege agitur de Magis, non de iis, qui eos *contabantur*, aut *consulebant*, vel quos *indago curiosior*, seu *divinandi curiositas* tenebat, ut loquuntur lex 13. Cod. Th. de Hæret. & lex 4. de Malefic. Martianus Capella lib. 1. *Jampridem quippe offensus contamine movendorum, dedignatur Augur Pythius nuncupari.* Vide Lindenbrogium ad Ammiani lib. 16. p. 52.

CANTHARUM, *Canthara*, *Cantharus*. Horum vocabulorum notiones omnes prodit Papias: *Cantara, corbes, cuna, vel cerostata, vasa Ecclesiastica. Cantarus, vas quoddam cum ansis. Græcum est, ut quidam dicunt: Butritus* (Edit. *Butribus*) *dicitur tamen àcantando. Cantara, vas vinarium, vel animal. Cantara, Camera domorum.* Brit. in Vocab. *Cantarus, vas quoddam est, ad aquam vel ad vinum portandum.*

Cantharus, vel *Canthara*, vel *Cantharum*, Vas vinarium. Hesychius: Κάνθαρ@, ποτηρίυ εἶδ@. Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Vas vinarium ex argento factum, quod Cantara dicitur, à suo quodam Clerico fuerat furatum.* Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 46. *In cantaro quodam, quo Salomon utebatur, gemmato gravissimi ponderis aureo. Canthari* & *Canthara* non semel inter vasa Ecclesiastica reponuntur ab Anastasio in S. Hilaro PP. in S. Simplicio, in S. Symmacho, in S. Hormisda, in Sergio, &c. pag. 29. 33. 34. 60. 135. &c.

Canthara cerostrata, *cerostata*, Canthari seu dicti cereis instructi, in quibus illi infixi, candelabrorum vice. Anastasius in S. Silvestro PP. *Canthara cerostrata ...area pens. singula libras tricenas.* Infrà: *Canthara cyrostrata in gremio basilicæ argentea 50. pens. singula libras 20.* Idem in Leone III. *Fecit super ciborium de altari majori B. Petro Apostolo canthara majora 4. ex argento purissimo habentia in medio cereos ex argento deauratos, &c.* Occurrit passim apud hunc Scriptorem p. 21. 23. 25. &c. Vide *Pharacanthara.*

Canthari, Aquarum receptacula, unde aquæ erumpunt, Ulpiano: nostris *Bacins*, qui in mediis Ecclesiarum atriis, seu propylæis exstrui solebant. Anastasius in S. Hilaro PP. *Cantharum B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornavit.* Infrà: *Item sub gradus in atrio alium cantharum foris in vulgo campi posuit, & ad usum necessitatis humanæ fecit.* Paulin. Nat. 10.

Cujus in exposito prælucens cantharus exit.

Gesta Innocentii III. PP. pag. 144. *Et pateres* (f. crateres) *eos, quos de canthara ante basilicam dicebantur extulisse vel confregisse, &c.* Vide Descriptionem nostram sanctæ Sophiæ num. 22.

Cantharulus, Parvus cantharus. Ordericus lib. 9. *Aquarum cantarulos plenos à pleno collo suspenderant.*

CANTHAREDA, Cantharis, animal venenosum. *Cantaride.* Gregorius Turonens. lib. 6. cap. 15. *Cantharedarum cataplasmam nimiùm validam ponens, &c.*

CANTHELIUM, Vasis genus, κανθήλιον. Joan. Moschus Limonarii cap. 107. *Portabat canthelium capientem amphoras 5. ferebatque aquam in Monasterium.* Vide Cyrillum in Vita S. Euthymii.

CANTICINIUM, Cantus Ecclesiasticus, Officium Ecclesiasticum, Metellus in Quirinalibus:

Præsentat imminente Canticinio,
In veste palmea latens,
Corpus sacrum, suo supersignaculo
Præmuniens sacrosagum.

CANTICUM, *est vox cantantis in lætitiam*, inquit Isidorus lib. 6. Orig. cap. 19. Ruffinus Aquileiensis in Psalmum 75. *Psalmus est cùm cessante voce pulsus tantùm organi canentis auditur. Canticum est, cùm cantantium*

tantium chorus libertate sua utens, neque in consonum organi astrictus obsequium, hymno canoræ vocis tantum exultat.

Canticum Canticorum, propter excellentiam dicitur: ita enim Τελετὴν τῶν τελετῶν Eucharistiam vocat Dionysius Areop. Ἑορτὴν ἑορτῶν festum Resurrectionis, Gregorius Nazianzenus. Papias: *Canticum Canticorum, Hebraïcè Sirasiti dictum, quòd omnibus Canticis præferatur.* Vide Isidor. lib. 6. Orig. cap. 1. & 2.

Cantica Graduum dicuntur 15. Psalmi, scilicet 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. *quia*, inquit Eucherius, *quindecim quondam gradibus ascendebatur in templum, atque ideo hi Psalmi 15. Cantici graduum inscriptione signantur, quòd nos per quosdam profectus ad sublimia spiritalium rerum provectione perducant.* Vide S. Hilarium in Præfat. Comment. in Canticum Graduum.

Canticum Psalmi, est id, quòd cum organum modulatur, vox postea cantantis eloquitur. Ita Isidor. lib. Orig. cap. 19. Ruffinus in Psalm. *Canticum Psalmi, est cùm choro ante constante humanæ cantationis hymno, ars organi consonantis aptatur, vocisque modulis præcinentis pari psalterio suavitate modulatur.* Vide S. Hilarium in Prologo ad Psalm.

CANTILENA *Rollandi*, Clamor militaris, *permistus exhortatione*, inquit Sallustius, in procinctu pugnæ pronuntiari solitus, cujusmodi fuit veterum Gallorum *barditus* apud Tacitum de Morib. German. Erant enim in exercitu *Cantatores*, qui milites ad strenuè se gerendum in præliis excitabant, & rerum præclarè à summis ducibus gestarum exempla, præliaturis ob oculos ponebant, eaque decantabant. Leo in Tactic. Παρακλήτορας, οἱ διὰ λόγων διεγείροντες τὸς στρατὸν πρὸς τὰς ἀγῶνας, οὓς οἱ πρὸ ἡμῶν νεώτεροι, καὶ τῶν ἄλλων τακτικοὶ Ῥωμαϊστὶ Καντάτορας ἐκάλουν. De ejusmodi Cantatoribus agit præterea idem Leo cap. 12. §. 71. 72. 120. Willelmus Malmesbur. de Gestis Regum Anglor. lib. 3. & ex eo Albericus, Matth. Paris, Matth. Westmon. & alii ann. 1066. de Willelmo Notho, ad prælium contra Haraldum sese apparante: *Tunc Cantilena Rollandi inchoata, ut Martium viri exemplum pugnaturos accenderet, inclamatoque Dei auxilio, prælium consertum, bellatumque acriter. Vacces au Roman de Rou MS.* in Willelmo Notho, ubi de prælio Hastingensi:

Taillefer qui moult bien chantoit,
Sus un cheval qui tost alloit,
Devant eus alloit chantant,
De l'Allemaingne, & de Rollant,
Et d'Olivier, & de Vassaux,
Qui morurent en Rainschevaux.

De fabuloso Rolando, vide Turpinum, Willelm. Briton. lib. 3. Philipp. pag. 128. Ordericum Vital. lib. 7. pag. 646. Busbequium Epist. 3. Turcic. pag. 86. Edit. 1589. Galeotum Marium de Dictis & factis Matthiæ Regis Hungariæ cap. 12. & Dissertat. nostram 11. ad Joinvillam pag. 205. Nec omittendum videtur, quod scribit Hector Boëthius lib. 15. Hist. Scotor. Joanni Francorum Regi conquerenti, *nullos modò se Rolandos aut Gavinos reperire*, unum ex majoribus natu, cujus aliquando virtus in juventa claruisset, respondisse, *non defuturos Rolandos, si adsint Caroli.*

CANTILENOSUS, à *Cantilena*, occurrit apud Sidonium lib. 4. Epist. 1.

CANTINARIUS, Cellerarius, vox Italica, à *Cantina*, cella vinaria, apud Bertramum in Vita S. Franciscæ Abbatissæ n. 18.

CANTORES, in Ecclesia iidem, qui Psalmistæ. Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 5. *Septem gradus sunt ordinatorum, octavus Cantorum, nonus & decimus Auditorum utriusque sexus.* Vide *Psalmista*.

Primitus autem & nascente Ecclesia, in singulis ædibus sacris non erant psalmodiæ, quia reditus adhuc assignati non erant, quibus possent ali singula canentium collegia. Ideo Romæ *Schola Cantorum* instituta fuit, quæ urbi communis erat, & ad stationes, processiones, singulasque diebus earundem festis Ecclesias urbis conveniebat, ibique sacra officia & Missarum solennia, Pontifice vel Presbytero celebrante, decantabat. Hæc Schola communibus sumptibus victitabat, habebatque magnæ in urbe dignitatis & existimationis Præfectum, qui *Primicerius*, interdum *Prior Scholæ Cantorum* vocabatur, cujus operâ selecti juvenes in cantu, lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instituebantur. Hujus Scholæ initium Hilario PP. adscribere videtur Anastasius, his verbis: *Hic constituit in urbe Ministrales* (id est, Clericos) *qui circumirent constitutas stationes.* At Joannes Diaconus à S. Gregorio M. eam primùm institutam disertè scribit in ejus Vita lib. 2. c. 6. *Deinde in domum Domini, more sapientissimi Salomonis propter musicæ conjunctionem dulcedinis, antiphonarium centonem, cantorum studiosissimus, nimis utiliter compilavit: Scholam quoque Cantorum, quæ hactenus eisdem institutionibus in S. Romana Ecclesia modulatur, constituit, eique cum nonnullis prædiis duo habitacula------fabricavit.* Abrogavit quippe usum, qui tum invaluerat, quo ipsi divini altaris ministri & Diaconi Cantorum vices explebant, undo fiebat plerumque, ut in iis, quorum vita probari deberet, modulatio vocis tantùm spectaretur. Vide Concil. Roman. ann. 595. Scholam verò Cantorum ex orphanotrophiis fuisse suppletam docemur ex Diurno Romano cap. 7. tit. 19. Vide Gloss. med. Græcit. in ὀρφανός.

Exhinc in alias Ecclesias derivatæ Scholæ Cantorum. Ledradus Archiepisc. Lugdun. in Epist. ad Carolum M. *Per quam, Deo juvante, & mercede vestra annuente, in Lugdunensi Ecclesia est ordo psallendi instauratus, ut juxta vires nostras* (*secundùm ritum sacri Palatii*) *omni ex parte agi videatur, quidquid ad divinum persolvendum officium ordo exposcit. Nam habeo Scholas Cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut alios etiam erudire possint.* De ejusmodi Cantorum Scholis, ita Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis c. 2.

Post hæc excelsum studuit sibi fingere templum,
Divinasque Scholas, canerent quæ dulciter Horas
Nocte die Christo.

Vide Regulam Canonicorum in Concilio Aquisgranensi cap. 137.

Cantor, qui Scholæ Cantorum præest in Ecclesia, &, ut ajunt, aliis Cantoribus *Cantum imponit*: *Qui chorum regit*, ut est in Charta an. 1254. apud Meurissium, in Episcopis Metensib. p. 460. Leges Alfonsinæ part. 1. tit. 6. l. 5 *Chantre, tanto quiere dezir como cantor: y pertenece, à su officio de començar los responsos, y los hymnos, y los otros cantos, que se oujere de cantar: tam bien en las processiones, que se hizieren en el coro, como en las processiones, que se se fieren fuera del coro: y el deve mandar aquien lea, o cante, las cosas que fueren de leer, o cantar; e la el deven obedeçer los Acolitos, y los Lectores, y los Psalmistas.* Honorius Augustod. lib. 1. cap. 6. *Cantores, qui choros regunt, sunt Apostoli, qui Ecclesias laudes Dei instruxerunt.* Idem cap. 74. Cantores ait capita pileolis operuisse, & præ manibus baculos gestasse: *Cantor, qui Cantum inchoat, est tubicina, qui signum ad pugnam dat.*—— *Cantores capita pileolis tegunt, baculos vel tabulas manibus gerunt, quia præliantes caput galeis tegunt, armis bellicis se protegunt.* De aliis Cantorum vestibus agit Amalarius l. 3. de Eccl. Offic. cap. 4. Continuator Aimoini l. 5. cap. 54. *Matthæus Præcentor Senonensis, & Albert. Cantor Parisiensis chorum tenuerunt, Cantum in processione imposue-*

imposuerunt. Eckehard. Minimus de Vita Notkeri Balbuli cap. 16. de Chunrado Imp. *Apud Maguntiam civitatem S. Galli Monacho scholas inibi regente, & procurante etiam Cantoris officium, ut solitum est, in medio choro imponens crebrò coronatus & infulatus, adornatusque pretiosissimis indumentis*. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. p. 339.

Observandum porrò Romæ ædem fuisse, quæ *Schola Cantorum* appellabatur. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. *Et in Schola Cantorum, quæ pridem Orphanotrophium vocabatur, Heptateuchum unum obtulit*. Vide Jo. Diacon. in Vita Gregor. M. lib. 2. cap. 6.

Cantor, Officium monasticum, de quo Lanfrancus in Decret. pro Ordine S. Benedicti cap. 5. *Quicunque lecturus aut cantaturus est aliquid in Monasterio, si necesse habet, ab eo, priusquam incipiat, debet auscultare, &c.* Adde librum Usuum Ord. Cisterciensis cap. 115.

Cantor Scholarum, in Tabulario Conchensis Abbat. Ch. 516.

Cantoratus, Dignitas Cantoris in Ecclesia, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua c. 7.

Cantorissa, apud Nic. Trivettum ann. 1237. eadem, quæ *Cantrix*, de qua voce infrà.

Cantrix, Quæ cantum imponit, & cantatricibus præest in Monasteriis Sanctimonialium. Petrus Abelardus pag. 155. *Cantrix toti choro providebit & divina disponet officia, & de doctrina cantandi vel legendi magisterium habebit, & de eis, quæ ad scribendum pertinent vel dictandum, &c.* Vide Vitam B. Margaretæ Hungaricæ cap. 64. & Revelat. S. Gertrudis lib. 1. cap. 4. lib. 5. cap. 6.

Cantores, Ministelli, joculatores, quos Provinciales nostri *Cantadours* vulgò vocant. Galfridus Monemuthensis lib. 1. c. 22. *Hic omnes Cantores, quos præcedens ætas habuerat, & in modulis, & in omnibus musicis instrumentis excedebat, ita ut deus joculatorum videretur*. Vide *Cantilena, Ministellus, Joculator*.

CANTORIUM. Liber, cui titulus: *Expositio Missæ: Postquam legerit, Cantor in cantorio sine aliqua necessitate ascendit, non superiùs; sed stat in eodem loco, ubi & Lector, & solus inchoat responsorium, & cuncti in choro respondent*. Sed legendum *Cantatorio*, evincit Ordo Romanus. Vide *Cantatorium*.

CANTREDUS. *Candredus, Cantaredus*, Ruris portio, continens centum villas, aliàs *Hundredus* dicta: vox Britannica, composita ex *Cant*, i. centum, & *tre*, i. urbs, villa. Joann. Brompton. pag. 957. *Hundredus Latinè dicitur, VVallicè & Hibernicè Cantredus, & continet centum villas*. Silvester Giraldus in Itiner. Cambriæ lib. 2. c. 7. *Habet autem hæc insula Monæ trecentas quadraginta villas, & pro tribus Cantredis reputatur. Dicitur autem Cantredus composito vocabulo, tam Britannica quàm Hibernica lingua, tanta terræ portio, quanta centum villas continere solet*. Et in Descript. Cambriæ c. 4. *Cantredus autem, id est, Cantref, à Cant, quod centum, & tref, villa, composito vocabulo tam Britannica quàm Hibernica lingua dicitur tanta terræ portio, quanta centum villas continere solet*. Vide eundem in Topogr. Hibern. dist. 3. cap. 5. 10. in Hibern. expug. lib. 1. c. 2. 3. 28. lib. 2. c. 4. 15. 18. & Gratianum Lucium in Cambrensi Everso p. 307.

Cantredus, apud Rogerum Hoved. p. 567. & Silvestrum Giraldum lib. 1. Itiner. Cambr. cap. 2. Bromptonum p. 1074. &c.

Cantredum, in Monast. Angl. tom. 2. p. 188. 1034.

Cantaredus, apud Matth. Paris pag. 676. & Silvest. Girald. de Hibern. expug. lib. 1. c. 3. lib. 2. c. 5.

Candredus, in Monast. Angl. tom 2. p. 1048. Vide *Hundredus*.

CANTUARIUM. Vide *Cantarium*.

CANTULARE. Liber Ecclesiasticus ad *cantandum*. W. Thorn. p. 1935. *Psalterium, ympnare, cantulare, Regula Monachorum, &c.*

CANTULUS, diminutivum ex *Cantus*. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 12. *Ex invento cantuli & organi, facient magistros, &c.*

CANTULLA. Guillelmus Biblioth. in Steph. VI. PP. pap. 237. *Contulit in Monasterio S. Silvestri thymiaterium de argento unum, Cantullam argenteam unam*. Fortè *Cannulam*.

CANTUS Ecclesiasticus, *Ambrosianus, Gregorianus, Romanus, Metiscus, Gallicanus*. Psalmodia, & Cantus Ecclesiasticus à primis nascentis Christianismi incunabulis obtinuit, quidquid garriat Calvinus, Wiclefi assecla, lib. 3. Instit. cap. 20. §. 32. quem sequuntur Centuriatores Magdeburgenses: idque veterum Canonum auctoritate & SS. Patrum, qui primis Ecclesiæ sæculis vixerunt, locis non paucis firmarunt Stephanus Durandus lib. 3. de Ritibus Eccl. cap. 21. Jacobus Sevvertius in Chronol. Hist. Chopinus lib. 1. de Sacra Polit. tit. 3. §. 5. Cardin. Bona lib. de Psalmodia, & alii. Verùm, ut tradunt Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 5. & Rabanus lib. 2. de Inst. Clericor. cap. 48. *primitiva Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret psallentem resonare, ita ut pronuntianti vicinior esset, quàm canenti*.

Cantus Ambrosianus, in Ecclesia à S. Ambrosio institutus. Radulphus Tungrensis lib. 10. de Canonum observantia. Propos. 12. *Officium Ambrosianum ad Nocturnos & Matutinos atque Vesperas, Laudes, nec non ad Missam, habet solennem & fortem cantum, omnino alium à Romano, quem hodierna die sonora & forti voce sonant Clerici civitatis & Diœcesis Mediolanensis: & exinde apud Romanos B. Gregorius & Vitalianus PP. Cantum Romanum receperunt, qui per eos, seu per alios sub tenore & tono, qui hodie cantatur, ubique extitit magis planè dulcoratus & ordinatus*. Leo Ost. lib. 2. cap. 97. de Victore II. PP. *Tunc etiam & Ambrosianum cantum in Ecclesia illa* (Casinensi) *cantari penitus interdixit*.

Primus autem S. Gregorius cogn. Magnus PP. cantum Ecclesiasticum correxit, reduxitque ad certum musicæ concentum, quem in universo orbe Christiano observari voluit, & Scholas Cantorum, qui in his canendi institutis haud leviter essent eruditi, in ipsa Romana Ecclesia constituit, ut auctor est Joannes Diaconus lib. 2. Vitæ S. Greg. cap. 6. Atque inde *Cantus* Ecclesiasticus, à Gregorio renovatus, & in meliorem redactus ordinem, passim *Gregorianus* appellatus est. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 22. *Traditur denique, B. Gregorium, sicut ordinationem Missarum & consecrationum, ita etiam cantilenæ disciplinam maxima ex parte in eam, quæ hactenus quasi decentissima observatur, dispositionem perduxisse*. Symeon Dunelm. de Gest. Angl. ann. 790. *Cujus corpus fratres cum Gregorianis cantibus ad Ecclesiam portantes, &c.* Et ann. 1083. *Hic inter cætera stultitiæ suæ opera Gregorianum cantum aspernatus, &c.* Adde Florent. Wigorn. pag. 640. Honorium August. lib. 2. cap. 14. lib. 4. cap. 1. Ordericum Vital. p. 523. &c.

Cantus Romanus inde etiam dictus est, quia in Romana Ecclesia usurpari primùm solitus à Schola Cantorum, quam S. Gregorius instituit. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 80. *Monachi ut Cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale, vel gradale officium peragant*. Et lib. 6. c. 225. *Ut secundùm ordinem & morem Romanæ Ecclesiæ fiat Cantatus*. Ratpertus Monach. de Casibus S. Galli cap. 4. *Maximè autem authenticum antiphonarium docere, & melodias Romano more tenere sollicitus*. Henricus Huntindonensis lib. 4. Hist. *Ibi ergo Joannes cantare docuit Romano more*. Inde postmodum Cantus Romanus in cæteras orbis Christia-

Christiani Ecclesias transiit. Quippe illas Româ cantuum libros, missis ad hoc nuntiis, à summis Pontificibus impetrasse passim legimus. Chilienus lib. 3. Vitæ S. Brigidæ cap. 9. n. 61.

Libros compositos, tantumque & munera multa
Misit Apostolicus Brigidæ, concessit habenda,
Tradidit illa suis, discendi vertit in usum.

Præ cæteris autem Gregoriani & Romani Cantus dulcedinem amplexati sunt deinceps Germani, seu Galli. Verùm quia de proprio quidpiam admiscuerant, à vera legitimaque Romanorum modulatione desciverunt: *Alpina siquidem corpora*, inquit Joannes Diac. lib. 2. cap. 7. *vocum suarum tonitruis altisonè perstrepentia susceptæ modulationis dulcedinem proprie non resultant, quia bibuli gutturis barbara feritas (al. grossitas) dum inflexionibus & repercussionibus mitem nititur edere cantilenam, naturali quodam fragore, quasi plaustra per gradus confuse sonantia, rigidas voces jactat, sicque audientium animos, quos mulcere debuerat, exasperando magis ac obstrependo conturbat.*

Verùm identidem missi à summis Pontificibus Cantores ex Schola Romana, qui in provinciis sedi Apostolicæ obnoxiis Ecclesiarum dissonos cantus ad legitimum Romanæ dulcedinis tramitem revocarent. Quippe Pipinus Francorum Rex in eo potissimum operam posuit, ut Gallicanum cantum, quòd à Romano nimiùm discreparet, omnino tolleret, & in hoc perinde, ut in cæteris, Romanæ Ecclesiæ consentiret. Carolus M. in Constitut. de Emendatione librorum & Offic. Ecclesiast. *Accensi præterea memoria venerandæ Pippini genitoris nostri exemplis, qui totas Galliarum Ecclesias Romanæ traditionis suo studio cantibus decoravit, &c.* Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 78. & lib. 1. Capit. c. 74. *Monachi, ut cantum Romanum——peragant, secundùm quod beatæ memoriæ genitor noster Pipinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit, ob unanimitatem Apostolicæ sedis & sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.* Idem Carolus M. lib. 1. contra Synod. pro adorandis imag. cap. 6. *Quæ* (Ecclesia Gallicana) *dum a primis fidei temporibus cum ea* (Romana) *perstaret in sacræ religionis unione, & ab ea paulò distaret, quod tamen contra fidem non est, in Officiorum celebratione venerandæ memoriæ genitoris nostri illustrissimi atque excellentissimi viri, Pipini Regis cura & industria, sive adventu in Gallias reverentissimi & sanctissimi viri Stephani Romanæ urbis Antistitis, est ei etiam in psallendi ordine copulata: ut non esset dispar ordo psallendi, quibus erat compar ardor credendi, &c.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. c. 25. *Cantilenæ verò perfectiorem scientiam, quam pene jam Francia tota diligit, Stephanus PP. cùm ad Pipinum patrem Caroli M. pro justitia S. Petri à Longobardis expetenda venisset, per suos Clericos, petente eodem Pipino, invexit, indeque usus ejus longè latèque convaluit.* Carolus M. in Epistola præfixa Homiliari Pauli Diaconi: *Accensi præterea venerandæ memoriæ Pipini genitoris nostri exemplis, qui totas Ecclesiarum Ecclesias suo studio Romanæ traditionis cantibus decoravit.*

Sed & ante Stephani II. PP. in Gallias adventum, qui incidit in an. C. 753. curaverat Pipinus, Remedii fratris rogatu, ut Româ accerserentur, qui Gallicanos Cantores in Psalmodiæ modulatione erudirent. Paulus I. PP. Epist. ad eundem Pipinum tom. 3. Hist. Franc. quæ est 43. *In eis siquidem comperimus exaratum, quòd præsentes Deo amabilis Remedii germani vestri Monachos Simeoni Scholæ Cantorum Priori contradere deberemus, ad instruendum eos in Psalmodiæ modulatione, quem ab eo adprehendere, tempore, quo illic in vestris regiminibus extitit, nequiverant, &c.* Porrò Paulus Stephanum proximè præcessit.

Extincto post hæc Pipino, Carolus M. filius & successor, ab eodem Stephano II. Pontifice 12. Clericos *Carminum divinorum*, seu Romanæ modulationis *peritissimos* obtinuit, qui in Galliam advecti, & à Carolo perhonorificè excepti, in diversas regni Ecclesias dispersi sunt. At hi invidia & odio Francici nominis, pacto invicem inito, singuli in locis singulis, diversissimè & quàm corruptissimè poterant excogitare, & ipsi canere, *& sic alios docere laborarunt.* Quod cùm Carolo innotuisset, summo Pontifici Adriano, non Leoni, ut habet Sangallensis, rem detulit, qui Romam evocatos vel exilio vel perpetuo carcere damnavit, & ne in posterum quid simile accideret, Carolo persuasit, *ut duos suorum industrios Clericos* Romæ apud se relinqueret, quò Romanam modulationem addiscerent, & instructi alios in Gallia Clericos erudirent: quod ita factum est. Iis in Galliam reversis alterum secum retinuit, alterum ad Drogonem filium Metensem Episcopum, qui id à parente efflagitarat impensius, misit; *cujus industriâ*, inquit Sangallensis lib. 1. cap. 11. *non solùm in eodem loco pollere; sed & per Franciam in tantùm cœpit propagari, ut nunc apud eos, qui in his regionibus Latino sermone utuntur, Ecclesiastica Cantilena, dicatur Metensis, apud nos verò qui Teutonicâ, seu Teutiscâ linguâ loquuntur, Mete, vel secundùm Græcam derivationem usitato vocabulo Metisca nominetur.* Paulus Wanefridus in Chron. Episcoporum Metens. in Chrodegango: *Clerum abundanter lege divina, Romanaque imbutum cantilenâ, morem atque ordinem Romanæ Ecclesiæ servare præcepit.* Sangallensi consentit Joannes Diac. lib. 2. c. 9. *Mox itaque duos suorum industrios Clericos Adriano tunc Episcopo dereliquit, quibus tandem satis eleganter instructis, Metensem metropolim ad suavitatem modulationis pristinæ revocavit, & per illam totam Galliam correxit.* Subdit deinde capite proximè sequenti: *Sed cùm multa post tempora defunctis his, qui Romæ fuerant educati, cantum Gallicanum Ecclesiarum à Metensi discrepare prudentissimus Regum vidisset, ac unumquemque ab alterutro vitiatum cantum jactantem adverteret: Iterum, inquit, redeamus ad fontem. Tunc Regis precibus sicut hodie quidam veridice astipulantur, Adrianus PP. permotus duos in Galliam Cantores* (Theodorum & Benedictum) *misit, quorum judicio Rex omnes quidem corrupisse dulcedinem Romani cantus levitate quadam cognovit: Metenses verò sola naturali feritate paululum quid dissonare pervidit. Denique usque hodie quantum Romano cantui Metensis cedit, tantùm Metensi cedere Gallicanarum Ecclesiarum, Germanarumque cantus, qui puram veritatem diligunt, comprobant.* His addenda, quæ habet Monachus Egolismensis in Carolo M. an. 787. qui hæc etiam de Metensi cantu subdit: *Magis autem Magisterium cantandi in Metis civitate remansit, quantumque magisterium Romanum superat Metense in arte cantilenæ, tantò superat Metensis cantilenæ cæteras Scholas Gallorum.* His addo Vitam Alcuini n. 11. *Romamque Ecclesiasticum ordinem discendum ab eo ductus fuerat, nec non Mettas civitatem causa cantus directus.* Jam verò qui apud Carolum remansit Cantor Romanus, Palatinos Clericos in eadem Romana modulatione erudivit. Ledradus Archiepiscopus Lugdunensis in Epistola ad Carolum: *Et ideo officio vestræ pietatis placuit, ut ad petitionem meam mihi concederetis redditus, qui ab antiquo fuerant de Lugdunensi Ecclesia, per quam Deo juvante, & mercede vestra annuente, in Lugdunensi Ecclesia est ordo psallendi instauratus, ut juxta vires nostras, secundùm ritum sacri Palatii, omni ex parte agi videatur, quidquid ad divinum persolvendum officium ordo exposcit. Nam habeo Scholas Cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut alios etiam erudire possint.* Denique Carolus ipse lib. 1. contra Synod. de Imag. cap. 6. profitetur, se se *reverentissimi PP. Adriani salutaribus exhortationibus parentem, effecisse ut plures illius partis Ecclesiæ, quæ quondam Apostolicæ sedis traditionem in psallendo suscipere recusabant, eam cum omni diligen-*

diligentia amplecterentur, & cui adhæserant fidei munere, adhererent quoque psallendi ordine, &c. Chronicon Moissiacense, de eodem Carolo, an. 802. *Mandavit etiam ut unusquisque Episcopus in omni regno, id est, Imperio suo, ipsi cum Presbyteris suis officium sicut psallit Romana Ecclesia, facerent: nam & Scholas Cantorum in loca congrua constitui præcepit.* Adde Capitulare 1. an. 805. c. 2. & Amalarium lib. de Ord. Antiphon. cap. 68. Cantum porrò Gallicanum intelligi existimo in veteri Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag 1153. *Sed ab annis 16. infrà audivi primò dicere Canonicos Melodias Francigenas ante Evangelium in Natale & Epiphania, & Pascha resurrectionis.* Vide *Nota musica*, & Cardinal. Bona lib. de Psalmodia.

CANTUS, Italis *Canto*, Latus, angulus. Vetus Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 393. *Et de latitudine de cantu in cantum, quantum ipsa pecia continet.* Infrà: *De cantu in cantum.* Nos dicere nus. *de coin en coin.* Adde pag 414. Rythmus de Verona, apud Mabillonium tom. 1 Analector. *Foro lato speciosa, sternuto lapidibus, ubi in quatuor cantus magnus instat forniceps, &c.*

In cantu sedere, recensentur inter superstitiones paganorum apud S. Audoënum in Vita S. Eligii Noviom. Episc. lib. 2. cap. 15. *Nullus Christianus in paras (al. pyras), credat, neque in cantu sedeat, quia opera diabolica sunt.* Nostris *Estre assis de cant*, est *Estre assis de costé.*

CANUA. Vita S. Eligii ab Audoëno scripta lib. 2. cap. 12. *Unus ex famulis ejus canuam cum qua camelum onerarium secum ducere consueverat, subitò perdidit.* Et cap. 57. de homine rabioso: *Egestiones etiam ruderum, nec non & canuam, si comprehendisset, avidissimè edebat.* Aliud videtur vox Χανδα, quæ habetur in VII. Synodo Act. 6. καὶ ἐξάλειψαν χαὶ ... τῇ ... οὐρανίδι τῶν Ἑβραίων ... πεποιήκασιν. Ubi Interpres *laganam* reddidit.

CANUS *equus, qui ex candido & nigro est*, Papiæ.

CANUSINÆ *pelles*, rufæ, vel subrufæ. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 715. *Locupletes heras sericis vestibus, & Canusinis pellibus delicatè indutas trepidare cogebat.* Vide Martialem lib. 14. Epigr. 127. 129. & Interpretes.

CANUSUM, in Charta anno 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Unum amictum cum frijo magno, unum canusum cum gramatis & frisis.* Sed legendum videtur *camisum*, seu camisia.

CANUTUS, pro *Canus*, cui canent capilli præ senectute. Gloss. Gr. Lat. Πολιὸς, *Canus, Canutus*, Nostris *Chenu*, Italis *Canuto*. Alcuinus Poëm. 189.

Est vir jam totus canuto vertice sanus.

Poëm. 221.

Quid faciet tardus canuto vertice Drauces?

Adde Poëm. 264. Utuntur præterea Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli c. 16. & Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib 1. c. 26.

CANZIR vel *Kanzir*. Historia de Reliquiis S. Marci Venetias translatis:

Marcum furantur, Kanzir ii vociferantur.

Alibi *Canzir* habetur.

CAOETUS. Vide *Cavanna.*

CAORCINI, *Caturcini, Caursini, Cavvarsini, Corsini*, Mercatores Italici propter fœnerationem usurariam famosi, maximè in Gallia, unde non semel à Principibus nostris proscripti sunt, Legibus & Statutis contra fœneratores editis. Extat in aliis Edictum sancti Ludovici, mens. Jan. an. 1268. quo Caorsinos usurarios proscripsit, facta tamen mercatoribus Lombardis, Caorcinis, & aliis extraneis mercaturam in Gallia exercendi facultate, dummodo nullum usurarium fœnus facerent. Prostat etiam aliud Philippi Audacis datum Parisiis die Martis ante festum SS. Simonis & Judæ, hoc verborum contextu: *Extirpare volentes de finibus Regni nostri usurariam pravitatem, quam quosdam Lombardos & Caorsinos, aliosque complures alienigenas in eodem Regno publicè intelleximus exercere, mutuantes pecuniam obligatam sibi pignoribus ad usuram, & habentes ad hoc domos specialiter deputatas, in quarum extorsionibus usurarum valde prædictum depauperant regnum, &c.* Quo Edicto à Regno proscribuntur duobus mensibus post ejus proclamationem. Mox additur: *Non inhibemus tamen quin mercatores Lombardi, Caorsini, & alii undequaque pro suis negotiis & mercaturis legitimè exercendis in regno nostro morentur, pacificè veniant & recedant, &c.*

Horum etiam pestis abominanda adeo invaluit in Anglia, inquit Matthæus Paris an. 1235 *ut vix esset aliquis, qui retibus illorum jam non illaquearetur. Circumveniebant enim in necessitatibus indigentes, usuram sub specie negotiationis palliantes, &c.* Mox subdit formulam quâ debitores sibi obligabant. Adde Matth. Westmon. an 1232. sub. fin. Hos demum proscripsit ab Anglia Henricus III an. 1240. ut auctor est idem Matth. Paris p. 355. à quo postmodum, Papæ, ut ait, interventu, revocati sunt an. 1250. sed mox ob immensas & detestabiles usuras iterum proscripti & carceri mandati sunt anno 1251 Henricus III. Brabantiæ Dux testamento suo an. 1260. quod extat apud Miræum lib. 1. Diplom. Belg. c. 84 cavit, ut Judæi & *Cavvarsini* de terra Brabantiæ expellerentur. Statutum Caroli II Regis Siciliæ contra Judæos, datum Andegavis 8. Decemb. an. 1289. *Præcipimus ut expulsio prædicta extendatur ad omnes Lombardos, Caturcinos, aliasque personas alienigenas, usuras publicè exercentes, &c* Ubi notandum *Caturcinos* appellari, qui aliis *Caorcini*, Matthæo Parisio *Caursini* dicuntur. A cadurco, scilicet, Gallicè *Cahors*, Occitaniæ urbe celebri, in qua ii commercia sua exercebant; unde postmodum Monpessulanum, ac deinde Nemausum translati, ut infra in *Langobardus* docemus: cujus quidem nomenclaturæ etymon firmat Dantes in Inferno cant. 11. amplectiturque; Cleyracus ad Leges maris pag. 226.

At sunt nonnulli qui istud nominis à familia *Caorsina*, aut *Corsina*, Florentina deducendum, censeant: quæ cum aliis ejusdem urbis, & provinciarum vicinarum familiis, in universa propemodum Europa, mercaturæ operam dederit Nam licèt *Lombardorum* appellatione omnes mercatores Italici, in Regnis Italiæ finitimis, & longinquis, fœnus exercentes, agnoscerentur; erant tamen ii distincti in Societates, ex inito invicem pacto & fœdere, quæ vulgò familiæ nobilioris, penes quam summa mercaturæ erat, nomine donabantur. Unde crebrò legere est Societates *Amanatorum, Acciaiuolorum, Bardorum, Corsinorum, &c.* apud Joann. Villaneum, præsertim lib. 11. cap. 137. ubi Societatem *Corsinorum* memorat. Familiæ Corsinæ Florentinæ meminit etiam Ugolinus Verinus lib. 3. Illustratæ Florentinæ:

Clara Sophocleo stirps est memoranda cothurno
Corsinæ sobolis, nulli virtute secunda.

De hac etiam multis Montecatinus.

Jam verò ex eo quòd *Caorsini* usurarii passim exagitarentur, proscriberentur, & in carceres compingerentur nata videtur familiaris nostris loquendi formula: *Enlever quelqu'un comme un Corsin*, cùm aliquem in carcerem per vim abductum dicimus: quanquam non desunt qui eam referant ad *corpora Sanctorum*, seu Divorum reliquias, quæ ad majorem venerationem humeris Sacerdotum & Magnatum deferri in sublime solent, quomodo apud Plautum in Milite glorioso:

Ducite istum: si non sequitur, rapite sublimem foras.

CAPA, *Cappa*, Vestis species, quâ viri laïci, mulieres laïcæ, Monachi, & Clerici induebantur, quæ olim caracalla. Wlphinus Boetius in Vita S. Juniani *Vestis cilicina de caprarum pilis, quæ in modum caracalla,*

callæ, quam nunc Capam vocamus, perseverat usque in hodie, apud nos est.

Capam viris laïcis tribuit Gaufredus Malaterra lib. 2. c. 44. *Ipse cum tredecim viris, gladiis cum capis accinctis —— ad portam castelli accedens, &c.* Rogerus Hoved. in Henrico II. *Percussus est cum gladio per cappam & tunicam, & camisiam, non sine sanguinis effusione.* In Ricardo I. *Et fracta est cappa Regis Anglorum, ex percussione VVillelmi des Barres.* Adde Matth. Paris pag. 15. At laïci *cottos vel mantellos cum capis* deferre, contrà Monachi *cottos*, vel *mantellos sine capa portare* vetantur, in Concilio Metensi an. 888. c. 6.

Capam sequiori sexui adscribunt etiam scriptores. Idem Malaterra lib. 2. c. 29. *Vestium etiam tanta penuria illis erat, ut inter Comitem & Comitissam non nisi unam capam habentes, alternatim, prout unicuique major necessitas incumbebat, eâ utebantur.* Matthæus Paris an. 1192. *Vestem Sacerdotis in meretricis habitum convertit, tunica viridi feminea indutus, capam habens ejusdem coloris, peplum in capite muliebre portans, &c.* Computum Stephani *de la Fontaine* Regii Argentarii ann. 1351. *Pour fourrer une robe de 4. garnemens que Madame la Royne ot de livrée le jour de Myaoust, pour les 2. surcos, & cors de la chape, 3. fourrures de menu ver.* Tradit Gaufredus Vosiensis 1. part. cap. 55. extremo Regem Ludovicum VII. prohibuisse *mulieres publicas chlamyde seu cappa uti Parisius, ut tali nota à legitime nuptis discernerentur.*

Capa autem tunicæ laxioris & talaris species fuit, quæ cæteris vestibus superaddebatur, pallii instar: unde rectè Isidorus lib. 19. Orig. cap. 31. *Capam dictam* scripsit, *quia quasi totum capiat hominem.* Anonymus in Vita S. Vodali Benedicti num. 10. *Tollens pallium suum quòd vulgò capa vocatur. Le Roman de Garin:*

Cil del chastel s'adoubent à droiture,
Vestent hauberc, ceignent espées nuës,
Et par desuere ont les chapes vestuës.

Le Roman de Rou & des Ducs de Normandie:

N'agueres meillor terre sous la chape dou ciel,

Cùm verò capæ totum hominem quodammodo ambirent & tegerent, iis utebantur potissimùm, cùm foràs, aut peregrè ibant. Goffridus Vindocinensis lib. 5. Ep. 3. *Si persona qualibet ad eum transiens invenitur, non ei aufertur capa; sed de vita statim & membris agitur.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Ad Synodum venient, —— & inter alios sedebunt, habitu tamen itineris non mutato, nisi velint, videlicet in cappis & calcaribus.* Atque inde negotiatoribus præsertim tribuitur, quod ii negotiationis & commercii causâ perpetuò ferè terras & provincias obeant. Lupus Ferrariensis Epist. 125. *Negotiatorum capas se petiturum jactabant. Le Roman. de Florimond:*

Tos à guise de marcheans,
Fuzent vestus de chapes grans.

Hinc *Capa pluvialis*, cujus in pluvia usus erat. Chron. Andrense: *Volens ab Eleemosynario nostro capam pluvialem & sumptuosam annis singulis extorquere —— siquidem in nostro hospitali de filo grosso capa solebat singulis texti, & domino de Fielnes trantmitti.* Vincentius Belvac. lib. 29. cap. 118. *Ecce Natalis Clericus meus ante me astitit, capa indutus pluviali, sicut mihi videbatur, pulcherrima, &c.* Wibertus Archidiac. in Vita S. Leonis IX. PP. cap. 8. *Super pluviali veste, quæ capa vocitatur. Le Roman de Vacce MS.*

Une chape à pluie afeubla.

Lacernas pluviales vocat Interpres Juvenalis Sat. 9. v. 28. quas ille *pingues, quæ muniant à pluvia, non quæ ornent.*

Sed & *capam* capitis tegmentum esse dixit Isidorus loco citato: *Capa dicta, quòd capitis est ornamentum.* Certè capam os & vultum texisse docet *le Roman de Garin MS.*

Affublé fu s'ot le chaperon mis,
Ostez la chape, li Cuens Fromond à dit,
Mult vos voi ore enbronchiés & pansif.

Infrà:

Osta la chape, si lor montra son vis.

Le Roman de Rou MS.

Par les chans sont à lui esperon venu,
Esmuchies de lor chapes, rien à nul cognu.

Idem Poëta.

En la chape s'est embuschiés,
Qu'il ne fu pris, ne encerchiés.

Atque hinc percipimus cur Guillelmus de Podio Laurentii cap. 49. dicat Maffredum quendam fuisse *Capam & refugium infidelium & malignantium*, quod ii videlicet apud Maffredum delitescerent, & absconderentur.

Instructæ porrò erant capæ manicis laxioribus, unde *manicatæ* dicuntur Matthæo Parisio an 1258. *Cujus familia collateralis octo capis, videlicet quinque clausis, & quinque manicatis de optimo moreto superbivit redimita.* Computum Stephani Fontani: *Manches de chape, & le chaperon de chape,* 300. *ll.* Innocentius III. PP. in Concilio Lateran. can. 16. & lib. 1. Epist. pag. 298. vetuit ne Canonici & Clerici *cappas manicatas* intra Ecclesiam ad divinum Officium deferrent. Idem prohibuere Galo Cardinalis in Constit an. 1208. c. 3. 4. Odo Paris. in Statutis Synodalibus, Concilium Eboracense an. 1195. can. 6. Monspeliense an. 1214. can. 3. Avenion. an. 1209. can. 12. Sarisberiense an. 1217. can. 10. Statuta Synodalia Nicolai Episcopi Andegavensis an. 1264. & 1269. Constitutiones Nicosienses can. 8. Synodus Cicestrensis ann. 1289. can. 9. Synodus Bajocensis ann. 1300. can. 33. &c.

Capæ alatæ, interdictæ pariter Clericis in iisdem Statutis Odonis Episcopi Parisiensis.

Capis præterea assuta erant & cohærebant *caputia*, & ita induebantur, ut cùm maximè clausæ essent capæ, caput per collare, seu foramen collaris inferretur V. in *Capitium* & *Capero*.

Capa, Monachorum præsertim fuit. Theodemarus in Epist. ad Carolum Magnum de Monachis Casinensibus: *Illud autem indumentum quòd à Gallis Monachis cuculla dicitur, nos capam vocamus.* Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Ingreditur penetralia claustri vacuis fur noctibus nudipes, cappa quidem, uti Fratrum unus putaretur, indutus.* Vita S. Vodoali reclusi n. 11. *Qui tollens pallium suum, qui vulgò capa vocatur, super eum projecit.* Vide Regulam Solitariorum cap. 49. Concil. Metense an. 888. can. 6. Vitam Alcuini n. 25. eundem Alcuinum Epist. 60. &c.

Capa Clericorum Regularium, in libro Ordinis sancti Victoris Parisiensis cap. 18. *Brevior superpellicio vel tunica uno plena palmo, undique rotunda* esse debet, *& ante non nimis altè fissa.* Vide Concil. Trosleianum can. 6. Ordericum Vital. lib. 8. pag. 711. Vitam Alcuini n. 25. &c.

Denique capa inter vestes Ecclesiasticas passim recensetur. Wibertus Archidiac. in Vita S. Leonis IX. PP. cap. 8. *Nam videbatur sibi quòd stans in edito, familiares suos ad se de periculo confugientes, reciperet, eisque super pluviali veste, quæ cappa vocitatur, inclusis, sanguine eorum sibi vestes infici conspiceret.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 5. *Reliquiasque ejus, ut mos nobis est, cappa illa aquilifera indutus vespere diei Sancti ipse domum reportabat.*

Capæ chorales, quibus Clerici vel Sacerdotes in choro amiciuntur, apud Matth. Paris an. 1237. 1246. pag. 302. 473. in Synodo Coloniensi an. 1280. in Præfat. in Charta Henrici Ratisbonensis an. 1278. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 264. &c. Rupertus lib. 2. de Divin. offic. c. 14. *Capas quoque in majoribus festis superindui-*

induimus,——— *quæ capa bene ab interiori parte patula sunt, & omnino præter necessariam fibulam inconsuta,—— fimbriis quoque subterornatæ sunt.* Honorius Augustodunensis lib. 1. cap. 227. *Capa propria vestis est Cantorum.*

Capa cum tintinnabulis. Anonymus de Miracul. S. Hugonis Abbatis Cluniac. *Tunc misit Rex domno Abbati & sacro Conventui capam pæne auream totam, in qua vix nisi aurum apparet, vel electrum, vel margaritarum textus, & gemmarum series: inferiùs autem undique tintinnabula resonantia, ipsaque aurea pendent.* Notum in veteri Lege summi Sacerdotis vestimentorum oras tintinnabulis insignes fuisse, *ut nota esset eorum conversatio*, ut ait S. Augustinus lib. 2. Quæst. in Exod. c. 119. Vide *Tintinnabulum.*

Capæ rotundæ clausæ, quas portare & habere jubentur Clerici & in sacris Ordinibus constituti, in Concilio Arelatensi an. 1260. can. 8. in Synodo Bajocensi an. 1300. can. 33. apud Ottonem & Ottobonum in Legatinis p. 18. 51. in Provinciali Eccles. Cantuar. pag. 117. Statutis Synodalibus. Nicolai Episcopi Andegav. anno 1269.

Capæ foratæ interdicuntur Decanis, Archidiaconis & Archipresbyteris, in Constituit. Galonis Cardinalis.

Capa rubea Summorum Pontificum propria fuit. Petrus Damian. lib. 1. Epist. 20. de Cadaloo Antipapa: *Habes nunc forsitan mitram, habes morem Romani Pontificis rubeam cappam, &c.*

De capa Ordinarii litigare, nostris proverbium notissimum, *Disputer de la chape à l'Evesque.* Id est, de re, quæ nec actori, nec reo; sed tertio competit. Chronicon Andrense pag. 629. *Dicente, quòd utraque pars pro capa Ordinarii conflictum haberet, quia neutra pars jus patronatus in prædicta Ecclesia habere deberet.*

Debitum pro capa Episcopi, in veteri Charta.

Capa, Alba Vestis candida, quam induebent recens baptizati. Conradus Usperg. *Infantes suos in sabbato sancto Paschæ & Pentecostes cum candelis & capa, quæ dicitur vestis candida, & Patrinis comitantibus, ad baptismum deferant, eosque veste innocentiæ indutos per singulos dies usque in octavum diem ejusdem sabbati ad Ecclesiam deferant, &c.* Vide *Capulla* & *Chrismale.*

Capa S. Martini, quâ scilicet S. Martinus corpus & caput tegebat, olim apud Francorum Reges tanto in pretio habita, ut inter præcipuas Sanctorum reliquias asservaretur, & in bellis præferretur. Monachus Sangall. lib. 1. de Vita Caroli Magni. *De pauperibus supradictis quendam optimum dictatorem & scriptorem in Capellam suam assumpsit, quo nomine Francorum Reges propter capam S. Martini, quam secum ob sui tuitionem & hostium oppressionem jugiter ad bella portabant, Sancta sua appellare solebant.* Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 31. *Dicti sunt primitus Capellani à capa B. Martini, quam Reges Francorum ob adjutorium victoriæ, in præliis solebant secum habere.* Honorius in sermone de S. Martino: *Hujus capa Francorum Regibus ad bella euntibus pro signo anteferebatur, & per eam, hostibus victis, victoria potiebantur: unde & custodes illius capæ usque hodie Capellani appellantur.* Idem in Gemma animæ cap. 128. *Capellani, à capa S. Martini appellati, quam Reges Francorum in præliis semper habebant, & eam deferentes Capellanos dicebant.* Non solùm igitur *capam S. Martini* in Palatio; sed & in oratoriis castrensibus, quæ μεταφορηταὶ ἐκκλησίαι, *Ecclesiæ portatiles* dicuntur Nicephoro Callist. lib. 7. cap. 46. asservabant, atque adeo in præliis deferebant Capellani. Ubi Sozomenus lib. 1. cap. 8. de Constantino M. καὶ σκηνὴν εἰς ἐκκλησίαν εἰκασμένην περιέφερεν, ἡνίκα τοῖς πολεμίοις ἐπεστράτευσεν. Ex his etiam perspicuum, fit Græcos ævi recentioris Capæ nomine appellasse sacras reliquias, quas in expeditionibus bellicis & in ipsis præliis, deferre solebant. Mauricius lib. 7. Strateg. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ, ἵσταται ὁ ἄρχων, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ βανδοφόρος, ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ὁ τὴν κάπαν βαστάζων, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ τὴν τοῦβαν. Constantinopolitanos Imperatores Sanctorum reliquias in præliis extulisse, auctor est etiam Theophylactus Simocatta lib. 4. cap. 16. Vide infrà *Capella*, & *Vexillum S. Martini.*

Capa robert cum, vel sine penna, & capucio, vel almussa, in Statutis Massiliensibus MSS. an. 1276.

Capa Romana. Ademarus Cabanensis de Episcopo Lemovicensi pag. 176. *Per 7. dies indutus processit stola sanctificata & indumentis, cum quibus benedictus fuerat, & cum capa Romana, absque colobio tamen & casula.* Tabularium S. Eparchii Inculism. *Cortinas quoque & dosallos sive banchallos, & ex obtimis palleis 20. cappas Romanas, & multa plurima, quæ numerare longum est.*

In Regum nostrorum aula erat Officialis, seu Minister, qui *Portechape*, appellabatur, hodie *Porte-manteau du Roy.* In Computo Thesauri incip. à. 1. Jan. 1312. *Quinque portantes capam, tres Barillarii, & quatuor Butarii pro tunicis Pasch. & Pentecost. quilibet* 10. *sol.* Statutum Hospitii Regis Philippi Magni an. 1317. *Il i aura 3. Portechappes qui mangeront à Court, & auront 4. deniers d'argent par jour pour tous ses chevaux, & seront prisiez.*

Capella. Minor capa. Vide suo loco.

Capparius, qui facit & reficit Ecclesiæ ornamenta, in Tabular. Brivatensi fol. 197.

Capula. Balbus in Catholico: *Capula, parva capa, capa, ornamentum capitis.* Nestor Novariensis in Lexico: *Capula, genus vestis.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli. cap. 5. *Per nescio quam sub capula incuriam sibimetipsi manum transfixit.*

Incappare, Cappâ aliquem induere, operire. Chronicon Andrense: *Vidimus eum aliquando incappatum, & calcaribus circa pedes redimitum*, Italis *incappare*, incidero sonat.

CAPABILIS. *Incapabilis.* Beda lib. de Orthogr. *Capax, qui facilè capit. Capabilis, qui facilè capitur.* Est igitur *capabilis*, qui capi & comprehendi potest: è contra, *incapabilis*, incomprehensibilis. Gloss. Græc. Lat. ἀχώρητος, *incapabilis.* Voces sunt Arianis familiares. Sanctus Augustinus libro tertio contra Maximin. *Aisti de filio: Vidit ergo patrem; sed incapabilem: nec attendis, quia etsi vidit incapabilem, quem, sicut putas, capere non potuit; non tamen invisibilem, quem videre potuit. Tu autem nobiscum non de capabili & incapabili—— disputabas.* Idem Serm. 6. de Sanctis: *Ligavimus incapabilem filum virginitatis.* Facundus Hermianensis lib. 1. cap. 4. *Qui ergo concedunt, quia Deum virgo genuit, quod incapabile est, &c.* Ita vocem *capabilis* ea notione usurpavit Goldscherus Monachus in Vita S. Valerii Episcopi Trevirensis num. 7. *Ut ——— ad agnoscendam Dei veritatem capabilem aperiret sensum.* Eadem verba habentur in Vita S. Eucherii Episcopi Trevir. apud Bosquetum. Paulinus Aquileiensis in Epist. ad Carolum Mag. præfixa lib. 1. contra Felicem Urgelitanum: *Hujus nimirum rejecta pestis fellivomæ amaritudinis crapula, capabilia mei stomachi refrigerasse receptacula modo mirabili contemplatæ faciei suffusus venustatis rubor declarat.* Rupertus lib. 10. de Divin. Offic. cap. 10. *Constat igitur, quòd Spiritus sanctus humanæ animæ capabilis sit, ejusque penetret interiora, ut pote quam illa bibit, id est, in interiora suæ substantiæ recipit.* Ibid. c. 20. *Capabilis enim, ut superiùs jam dictum est, humano vel angelico spiritu, Spiritus sanctus est.* Atque inde Galli nostri vocem *Capable* hauserunt, cùm de viro docto verba faciunt, ut qui facilè scientias capiat ac comprehendat.

CAPALE,

CAPALE, pro *Capitale*, in Teſtamento Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hiſtor. Pinnatenſi lib. 2. cap. 38.

CAPANNA, Tugurium, caſula. Iſidorus lib. 14. Origin. cap. 12. & ex eo Papias : *Tugurium, parva caſula eſt, quam faciunt ſibi cuſtodes vinearum, ad tegimen ſui, quaſi tegurium. Hoc ruſtici capannam vocant, quòd unum tantum capiat.* Joan. de Janua : *Capanna, vilis caſa, vel domus palea cooperta.* A Græco καπάνη, ut quidam volunt. Itali vocem retinent *Capanna*, unde Cambrobritanni *Caban*, noſtri *Cabane*, Hiſpani *Cabanna*, effinxerunt. Statuta Raymundi Comitis Toloſæ contra Hæreticos : *Omnes cabanæ ſuſpectæ à communi habitatione caſtrorum remotæ, & ſpeluncæ infortiatæ, & cluſella in locis ſuſpectis & infamatis deſtruantur.* Conſilium Archiepiſcopi Narbonenſ. cap. 34. in Concilio Biterrenſi an. 1246. *Inveſtigent hæreticos in villis, & extra domos ſingulorum, & cameras ſubterraneas, cabannas, & clauſellas, & alia latibula perquirendo.* Occurrit paſſim in Tabulario Eccleſiæ Uzetienſis. Vide Foros Aragon. lib. 3. tit de Paſcuis.

Cabaneſius, eadem, ni fallor, notione, in Charta ann. 1100. apud Gariellum in Epiſcop. Maſſilienſib. pag. 91. *Dedit Canonicis Magalonenſibus quosdam cabaneſios, & quasdam terras & vineas &c.*

CAPAPELLIS, *quaſi pellis cum capa.* Joan. de Janua.

CAPARCUS, *Piſtor*, in Gloſſ. Iſidori.

CAPARO, *Capero, Capiro* : ex Gall. *Chaperon*, Occitanis *Capayrou* : Tegmen capitis, cuculla, ita dicta, tanquam *brevior capa*, quæ majori capæ ſuperſternitur. Quod quidem etymon longè probabilius, quàm illud quod à *capronis*, hoc eſt, capillis muliebribus demiſſis in frontem, de qua voce Feſtus, accerſit vir doctus ad 3. Annal. Taciti, quòd, inquit, in vultum ſe demittat à capite. Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 22. *Cucullum, quem caperonem vulgò vocant.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 66. *Nec cucullas, id eſt, caparones, nec pileos, id eſt, almutias in capitibus habere debent.* Matth. Paris. an. 1227. *Concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine capucio, & cingulum, & braccas, & caparonem usque ad cingulum.* Occurrit præterea in Regula S. Franciſci c. 2. in eodem libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 40. in Fragmento hiſtorico de Concilio Aquisgran. &c. Caparoni manum admovebant ſalutantes. Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Au palais à trouvé le riche Roy Fagon,
De Dieu le ſalua, & fit affliction :
Le Rey ſe va lever, & miſt main au chaperon.

Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 2. c. 25. *Caſcun levant ſo lo capell, ——— e nos aximateix levant noſtre capero, &c. Un chaperon fourré d'ermines pour le Roy à la feſte de l'Eſtoille*, in Computo Stephani *de la Fontaine* ann. 1351. *Chaperon en forme.* Idem Comput. *Pour Madame la Ducheſſe de Lembourc, fille de Monſ. le Duc de Normandie, 2. chaperons, l'un pendant: l'autre à enfourmer, tout fourré de menu vair.* Alibi : *Chaperon de chape.* Caparonis verò forma deſcribitur in Statutis MSS. Ordinis Militaris Coronæ Spineæ ſub Carolo VI. exaratis. *La forme de cetuy chaperon ſera moienne entre grant & petit, c'eſt à ſavoir que le chaperon en fourme il deſcendra largement juſques entour les eſpaules, & ſera ſi juſte entour le col & de bon bras, que legierement on y pourra entrer ſans eſtre fendu, ne boutonné deſſous le menton. Et la cornette doublée de luy-meſme de 3. doits de large, ſera longue d'un pied & demy, & non plus, ſans nulle detranchure, ne haſchure, en toutes ſes parties, ne és autres garnemens, habis, ou paremens dudit Ordre.*

Capiro ferreus, apud Rolandinum in Chron. lib. 3. cap. 16. Vide in *Panceria*.

CAPAX, Vas majoris capacitatis. Gloſſ. Græc. Lat. Δοχὴ, *Exceptio.* Δοχεῖον, *Capacitas, Receptaculum.* Acta ſancti Thyrſi Mart. poſteriora cap. 5. num. 22. *Sylvanus dixit : Capacem groſſum afferte & aquâ eum implete, Thyrſum autem à capite deorſum in eodem arctate.* Alia Acta habent *tinam, vas*, aut *lebetem*.

CAPDELARE, Conducere. Charta an. 1236. apud Catellum in Hiſt. Toloſana pag. 36. *Scilicet quòd quando D. Rex, vel alius nomine ipſius vult congregare cavalcatas per Bajulos parochiarum, ego debeo mandare dictas calvacatas per totam dictam vicariam per dictos Bajulos, & cogere homines ſecundum mandatum domini, ut eant in guerram, & debeo dictos homines conducere & capdelare per me vel per alium, cum expenſis tamen domini prædicti.* Adde Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 4. cap. 2. num. 5. Petrus IV. Rex Arag. lib. 3. Chron. cap. 20. *Joan. Ferrandes de Luna capdellava los paons, &c.* id eſt, conducebat pedites. Hinc *Chadeler* dixerunt noſtri. *Le Roman de Garin MS.*

François chaſdele com Chevalier gentis.

Alibi :

Li Dus Girbert les conduit & chadele.

Rurſum :

Vers l'oſt des Turs la ſuée gent chaſdele.

Guill. *Guiart MS.*

Jouhan qui les Anglois chadele,
S'ot bien toſt de Lille nouvelle
Que François orent aſſegiée.

Maeſtro Fray Conçalo di Berceo, vetus Poëta Caſtellanus, apud Sandovallium :

Sennor ſanto Domingo el natural Cannas,
E neſcio en buen punto pleno de bonas mannas,
Y venie cabdellando eſſas bonas campannas,
Faziendo captenencias que non abrien calanas.

Vide Raimundum Montanerium in Chronico Regum Aragon. cap. 122. 139.

CAPDETS. Ita ſecundo-genitos appellant Occitani, unde nos *Cadets* dicimus. Legi in quadam Hiſtoria MS. Carolum *d'Albert*, qui reus majeſtatis damnatus eſt, quòd Joannis Armeniaci partes ſectatus eſſet, *le Capdet* vulgò agnominatum. Vocis etymon à *cap*, quod eſt caput, deducendum videtur, ita ut dicti ſint quaſi minora capita, reſpectu primogenitorum, qui *Capmas*, vocabantur, id eſt, *Capita domus*, nos diceremus, *les Chefs de maiſon* : tametſi Dominos quosvis ſic appellaſſe videantur Bigorritani, ex Charta, quam laudat Marca lib. 9. Hiſt. Beneharn. cap. 7. num. 2. ut & Gonçalus de Berceo vetus Poëta Hiſpanus :

Era del Monaſterio Cabdillo y Sennor.

Utcunque ſit de vocis notione & etymo, nemo, opinor, probabit Dominici conjecturam, qui in lib. de Prærogat. alodior. cap. 21. §. 4. *Cadets* dictos vult, *quaſi à majori natu cadant, & ſint veluti quidam catheti, ſeu normales lineæ, ab ipſo dependentes.*

CAPDOLIUM, Domus feudi præcipua, caſtrum, ſic appellatum apud Aquitanos, quaſi *Capitolium*, inquit Dominicus lib. de Prærogat. alodior. cap. 2. num. 2. *La maiſon principale appellée vulgairement Capdeulh*, in Conſuetud. S. Severi tit. 12. art. 26. Aquenſi tit. 2. art. 8. 9. & Beneharnenſi tit. 10. art. 6. tit. 38. art. 7. tit. 44. art. 11. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegalenſ. fol. 102. *Fecit pariagium in tota terra ſua cum domino de Salis, in hunc modum, quòd dictus Guillelmus retentis ſibi capdolio, decima, vineis, &c. dabat D. Regi medium pro indiviſo totius terræ ſuæ.* Charta Comitis Rutenenſis pro Dom. Severaci : *Salvo tamen & ſibi retento homagio ac recognitione fortalitii, capdulii, ſive donjon dicti caſtri antiqua, qud nobis, &c.*

CAPE, apud Anglicos Jurisconſult. *Breve*, ſic appellatum, quo Rex præcipit miniſtris ſuis, ut terras, tenementa, &c. *capiant* in manum Regiam. Duplex autem eſt, *Magnum* & *Parvum*. Vide Fletam lib. 6. cap. 14. §. 21.

22. 23. 24. 25. 26. 27. ubi talium Brevium forma describitur, ut & c. 25. & Bractonum lib. 4. tract. cap. 7.

CAPEDO, pro *intercapedo*. Spatium. D. Eulogius: *Intercidente terrarum prolixa capedine*. Apud Latinos pro vase sumitur.

Capedines, *Animalia dicta*, *quòd manu capiantur*. Papias. Gloss. antiq. MS. *Capedines, quòd manu capiantur*.

CAPEDULUM, *Vestimentum capitis*, in Glossis Arabico-Latinis. Joan. de Janua: *Capululum, à caput dicitur, & Capedulum, & hæc Caleptra in eodem sensu scilicet mitra tegens caput, quæ & alio nomine dicitur pileus, galerus, calamacus, &c.*

CAPELLA, Brevior capa. Adalardus in Statutis antiq. Corbeiensis Monasterii lib. 1. c. 3. *Cæterum capellæ, broccus, sive cuculla de sago, unde broccus fieri possit, ad arbitrium Prioris erit*. Chron. Amalfitanum an. 1266. *Fieri fecit mitram auream, & plures capellas sericas*. Vita S. Petri Abbatis Cavensis num. 15. *Capellæ mantica*.

Capella S. Martini, brevior fuit capa ejusdem Sancti, quam in Palatio asservatam diximus, & ad quam sacramenta præstabantur. Placitum Theoderici Reg. Fr. apud Mabillonium de Re Diplomat. p. 470. *Ut de novo denominatus aput se sua manu septima dies duos ante istas Calendas Julias in oratorio nostro super Capella Domni Martini, ubi reliqua sacramenta percurribant, hæc debiret conjurare, &c.* Placitum aliud Childeberti apud eundem V. C. p. 483. *Sic ad ipso Viro Grimoaldo fuit judecatum, ut sex homenis de Verno, & sex de Latiniaco bone fideus in oratorio suo, seu capella sancti Martini immemorate homenis hoc debirent conjurare*. Marculfus lib. 1. form. 38. *Sed dum inter se intenderent, sic eisdem à Proceribus nostris, in quantum inlustris vir ille Comes Palatii nostri testimoniavit, fuit judicatum, & de quinque denominatis idem ille apud tres & alios tres sua manu septima tunc in Palatio nostro super capellam domini Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeant conjurare*. Quo loco quidam *Capellam* dictam perperam putant pro capsella, in qua Sanctorum reliquiæ conduntur: est enim brevior S. Martini capa, quam *Roccum* S. Martini vocat Sangallensis lib. 2. cap. 27. *Carolus habebat pellicium berbicinum, non multùm amplioris pretii, quam erat roccus ille S. Martini, quo pectus ambitus, nudis brachiis Deo sacrificium obtulisse astipulatione divina comprobatur*. Ubi tangit miraculum, quod à Severo Dial. 2. & à Fortunato l. 3. de Vita S. Martini, & lib. 1. Poëmate 5. refertur: cùm scilicet Sanctus ille, sacra in Ecclesia facturus, exutâ tunicâ pauperem vestivit, & *bigerrica veste brevi atque hispida* humeros contectus, cætera nudus, in templum perrexit. Unde in facti & miraculi, quod inter Missarum solennia accidit, memoriam, asservatam illam bigerricam vestem censuerim inter cæteras Divi reliquias, quam pallii, seu *mantelli*, appellatione vulgò donant nostri: nam pallii vice fuerunt olim *bigerricæ*, non manicatæ, uti extiterunt capæ. In veteri Regesto Cameræ Comput. cui titulus: *Denombrement des Balliages d' Amiens & Doullens*, hæc legimus: *Les Estobiers d' Amiens doivent à l' Evesque à la S. Martin d' hiver, une penne grant d' aigneaux, appellé le mantel S. Martin.*

Capella, postmodum appellata ædes ipsa, in qua asservata est *Capa*, seu *Capella S. Martini*, intra Palatii ambitum inædificata: in quam etiam præcipua Sanctorum aliorum λείψανα illata, unde ob ejusmodi Reliquiarum reverentiam ædiculæ istæ, *Sanctæ Capellæ* vulgò appellantur. Charta Caroli Simplicis ex Tabulario Monasterii Compendiensis: *Notum igitur constat per omne nostri regni imperium, & quocunque venerabile nomen beatæ virginis VValburgis celebratur, quoniam de sanctis sui corporis reliquiis impetravimus, pro ejus veneratione ac munimine suarum precum, & eas deferri fecimus ad Attiniacum palatium, & capella constructa, seu dicata sub ejusdem Virginis memoria, in qua duodecim Ecclesiastici ordinis viros statuimus, qui diu noctuque divina horis competentibus frequentent officia, &c.* Ordericus Vitalis lib. 12. p. 893. *Rex sanctas sibi de capella sua reliquias deferri præcepit, &c.* De his Palatinis capellis intelligendus videtur Hariulfus lib. 2. c. 9. ubi de reliquiis Monast. Centulensis: *De Italia, Germania---nobis directas, seu etiam de sacro Palatio, quæ per tempora ab anterioribus Regibus, & postea à jam dicto Domino nostro* (Carolo Magno) *maximè sunt congregatæ, &c.*

Capellæ Palatinæ dicuntur in Concilio Parisiensi VI. *Sacella Regis*, in Capitular. Caroli Mag. lib. 5. c. 9. Eusebius lib. 4. de Vita Constantini c. 17. tradit, Constantinum Basilicas aliquot & ædes sacras intra Palatii sui septa condidisse. Harum aliquot attigimus in Notis ad Willhard. n. 136. & de his pluribus agimus in nostra Constantinopoli. Eædem & *sanctæ* appellatæ, cujusmodi supersunt etiamnum in Galliis complures, quas recenset Chopinus lib. 1. de Sacra Polit. tit. 1. §. 18. quarum quædam non Regum duntaxat; sed Ducum etiam, aut aliorum inferioris dignitatis Procerum fuere.

Inter præcipuas verò Regum Francicorum Palatinas Capellas, extitit insignis illa Aquisgranensis, *ex toto Romanorum orbe famosissima*, ut ait Gaufredus de Vita S. Bernardi lib. 2. c. 6. de qua Eginhardus an. 829. *Ipsam sanctæ Dei Genitricis basilicam, quam Capellam vocant, tegulis plumbeis tectam, &c.* Annales Francor. Fuldenses an. 881. *Aquense palatium, ubi in capella Regis equus suis stabulum fecerunt*. Ademarus Cabanensis an. 829. *Aquis terræmotus----Basilicam magnam, quam vocant Caroli, totam denudavit de plumbeis tabulis, de quibus cooperta erat*. Agunt præterea de hac capella idem Eginhardus in Vita Caroli Magni p. 102. 103. Sigebertus an. 795. Miræus in Cod. Donat. Piar. lib. 1. c. 11. Spicilegium Acherianum tom. 10. pag. 137. lib. 1. Miscellan. Baluzii pag. 492. Barthol. Fizen in Hist. Leod. p. 267. 268. &c. Capellæ Ludov. Pii Imp. in Theodonis-villa instar Aquens. inchoatæ meminit Continuator Reginonis an. 939.

At cùm in Francico regno palatia complura, & ferè in qualibet provincia haberent Reges, adeo ut, si iter agerent, ferme semper in Dominicis, uti vocabant, villis & Palatiis habitarent, quod alibi docemus; habuere etiam in iisdem Palatiis sacras ædes, quæ propria appellatione *Capellæ* dicebantur, in quibus sacra divorum lipsana, quæ secum deferri à Capellanis curabant, reconderent & asservarent. S. Odo de Vita S. Geraldi Comitis Auriliacensis, lib. 1. cap. 12. *Cùm deinceps latifundia ipsius sibi succederent, ut usque ad montem magnum Greonem posset in eundo & redeundo, semper in propriis mansitare capellis: tamen non indigebat, ut aliquam villam cuilibet potenti ad custodiendum commendasset, nisi unum solum prædiolum, &c.* Adde Chartam conventus S. Mauricii Agaunensis an. 1261. apud Sammarthanos in Abbatib. Agaunens. n. 49.

De capellis istis Palatinis extat Statutum lib. 5. Capit. Caroli Magni cap. 182. *Ne capellæ in nostro Palatio, vel alubi, sine permissu Episcopi, in cujus est parochia, fiant*. Hinc querela Episcoporum Galliæ in Concilio Parisiensi an. 829. lib. 3. cap. 14. *De Presbyteris & Capellis Palatinis contra canonicam auctoritatem & Ecclesiasticam honestatem inconsultè habitis, vestram monemus solertiam, ut a vestra potestate inhibeantur: quoniam propter hoc & honor Ecclesiasticus vilior efficitur, & vestri Proceres & palatini ministri in diebus solennibus, sicut decet, vobis cum ad Missarum celebrationes non procedunt. Nam & obnixè deprecamur, ut in observatione diei Dominici, sicuti jam dudum vos deprecati sumus, debitam adhibeatis*

curam,

curam, quatenus, nisi magna compellente necessitate, in ipsa die a curis & sollicitudinibus mundanis vos exuatis & quod tantæ diei venerationi competit, & vos faciatis, & vestros sacro vestro exemplo & doceatis, & agere compellatis. Adde eadem Capitul. Caroli Magni lib. 7. cap. 182.

His porrò locis capellæ istæ Palatinæ, *Regales*, *Regiæ*, & *Dominicæ* appellantur, vel quòd in Palatiis Regiis, vel saltem quòd à Regibus in dominicis & propriis prædiis essent extructæ, & annuis reditibus locupletatæ: *Dominicis* scilicet *decimis*, ut est in Concilio Meldensi an. 845. *& quia ministris ipsarum Rex ipse de proprio facit necessaria ministrari*, ut habet Innocentius III. lib. 15. Epist. 225. Eo sensu Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 23. *Antiquam Regiam Capellam* dixit. Sic *Regalem Capellam S. Salvatoris* observo in Rescripto Childerici Regis apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 685. *Capellam Regiam de Castro novo supra Ligerim*, & *Capellanos Regalium Capellarum*, apud Innocentium III PP. in dict. Epist. 225. *Capellam, quæ palatio inhærebat*, in Hist. Translat. S. Sebastiani: *Capellam Palatio contiguam*, apud Hericum Monachum de Miraculis S. Germani Antisiodor. cap. 45. *Capellam Palatii*, in Charta Archiepiscooi Narbonensis apud Catellum in Comitib. Tolosanis pag. 31. *Dominicas Capellas* habet etiam Capitulare 3. Ludov. Pii an. 828. cap. 1. id est, proprias. Neque porrò Palatia construebant Principes, nisi adjunctis capellis. Helgaudus in Vita Roberti Regis Franc. *Stampis castro Regina Constantia palatium construxerat nobile simul cum oratorio.* Charta Ludovici VII. ann. 1159. in Tabulario S. Maglorii Paris. ex Biblioth. Petaviana Cod. 276. num. 13. *Est enim prior Ecclesia SS. Bartholomæi atque Maglorii ante nostrum Palatium sita, antiquitus Regum capella, & quia Abbas S. Maglorii antiquitus Capellanus Regum constitutus est, &c.* Charta Wenceslai Regis Bohemiæ in Bohemia sacra pag. 82. *Ecclesia VVisegradensis, quæ nostra est capella specialis.* Charta S. Ludovici pro fundatione Prioratus S. Martini Silvanect. an. 1260. Sammarthanos in Episc. Silvan. num. 53. *Capellam illam nostram propriam & hæredum nostrorum Regum Franciæ, &c.* Edvvardus I. Rex Angl. in Charta ann. 14. apud Prynneum tom. 3. pag. 1279. de Abbatia Westmonasteriensi: *Quæ omnium Capellarum nostrarum est domina & magistra.*

Ea verò erat Capellarum Palatinarum prærogativa, ut ferme semper ab Episcoporum jurisdictione & exactionibus eximerentur, soli Sedi Apostolicæ nullo medio subditæ. Chron. S. Petri Vivi an. 1110. *Rex indignatus misit litteras suas eidem Episcopo, mandans, se molestè ferre, quòd locum Mauriaci, qui Fiscus Regalis, & Capella Regum Francorum est, inquietabat, &c.* In Charta Fundationis Monasterii S. Martini *de Hastings*, in Anglia Willelmus Nothus ejus fundator, illud ab Episcopi Cicestrensis, in cujus diœcesi erat, jurisdictione eximit, subdiditque: *sed neque super illam dominationem aliquam, aut vim, vel potestatem exerceat; sed sicut mea Dominica Capella, libera sit ab omni ejus exactione.* Extat illa apud Seldenum in Notis ad Eadmerum pag. 165. Quo loco adjungendum videtur, quod habet Nangius in Chron. an. 1285. ubi ait, Giloni Archiepiscopo Senonensi, ægrè ferenti, quòd Maria Philippi Regis uxor Parisiis à Petro Remensi Archiepiscopo in Reginam uncta fuisset, dicenti *ad Archiepiscopum sedis Belgicæ, quæ est Remis, non pertinere extra suam provinciam Regum inunctionem; allegatum fuisse ex parte Regis, quòd non factum fuerat, unde conqueri posset Senonensis Archiepiscopus, cùm Capella domus Regis exempta foret Parisius, & ideo ratione loci ad ipsum inunctio non spectaret.* Vide cap. Cùm capella, Extr. de Privileg. Hinc Capellæ istæ Regales *liberæ* appellari solent. Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 14. *Cùm hæc Ecclesia de VValtham à primitiva sua fundatione semper Regalis fuisset Capella, nulli Archiepiscopo, vel Episcopo; sed tantùm Ecclesiæ Romanæ, & Regiæ dispositioni subjecta, &c.* In eodem Monastico p. 28. ubi de Prioratu S. Osvvaldi: *Tunc libera capella fuit Regis, postea facta, est juris Archiepiscopi Eboracensis.* Et pag. 84. *Ecclesiæ S. Mariæ de Hastingiis, quæ est libera capella nostra.* Lambertus Ardensis p. 18. *In eleemosynam eis contulit liberam capellam B. Mariæ virginis, quam propriam & liberam habebat in castro suo apud Ghisnas, &c.* Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. p. 62. *Cùm super Decanatu Ecclesiæ S. Martini London. quæ Dominica capella nostra esse noscitur, ea gaudemus dignitate à temporibus prædecessorum nostrorum diu obtenta, ita quòd Decanus cùm debuerit institui, a sola manu Regia stallum recipit in choro & locum in Capitulo, &c.* Vide eundem Prynneum pag. 424. 1027. 1075. 1076. 1181. 1236. 1279. 1288. tom. 2. pag. 496. 557. 727. 728. 734. 835. 982. 996. Acta Synodi Cicestrensis an. 1157. *Mandans ac præcipiens, quatenus Ecclesiam S. Martini de Bello, sicut Dominicam Regis capellam, & Regiam Coronam, ab omni exactione & oppressione liberam & quietam Christo Domino pacificè sineret deservire.* Infrà: *Rege quidem pronuntiante se Ecclesiæ de Bello, sicut Dominicæ suæ Capellæ & Coronæ Regiæ in omnibus justa defensione protectorem fore.* Ibidem: *Quòd Ecclesia de Bello libera sit & omnino ab omni subjectione Episcoporum.* Habetur in Charta feodi p. 177. formula *præsentationis per Armigerum de libera Capella.*

Cùm igitur essent exemptæ ab Ordinariorum jurisdictione, interdictum ab Episcopis in eas promulgari non poterat, ut est apud Innocentium III. lib. 15. Epist. 225.

Capella, Ministeria ac vasa sacra, quæ Sacerdoti ad sacra peragenda necessaria sunt. Cùm enim asservarentur præter reliquias SS. in Capellis istis Palatinis, vasa, instrumenta, ornamenta, ac cimelia Ecclesiastica majoris momenti, quæ *Ministeria* vulgò appellabant, ea nomine collectivo, *Capellæ* nomine postmodum donata sunt. Eginhardus in Vita Caroli M. *Capella, id est, Ecclesiasticum ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quàm quod ad eum ex paterna hæreditate pervenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vasa, aut libri, aut alia ornamenta, quæ liquidò constaret eidem capellæ ab eo collata non fuisse, hæc qui habere vellet, dato justæ æstimationis pretio, emeret & haberet.* Adrevaldus de Mirac. S. Bened. c. 41. *Inter cætera, quæ huic loco contulit, munifica, affluenti sua largitate, sacerdotale indumentum, quod ex capella fratris sui Lotharii abstulerat, dum ex bello reverteretur Fontanetico, devotissime præbendo concessit. Nec non duo vasa aurea, &c.* Leo Ost. lib. 2. Chr. Cas. c. 101. *Capella ejus, quam hinc tulerat, fidelibus viris commendata, quia Romano itinere regredi timebant, &c.* Helgaudus in Vita Roberti Regis Fr. *Capella autem hujus piissimi — Regis Roberti talis fuit: cappæ 18. bonæ optimæ, & bene paratæ, libri Evangeliorum aurei 2. — phylacteria aurea 12. &c.* Matth. Paris an. 1242. *Rex Angliæ capellam suam, id est, omnia ornamenta Sacerdotalia pretiosissima, & multa alia — præter reliquias,* Et an. 1249. *Transmisit ei capellam suam pretiosissimam cum reliquiis charissimis.* Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli c. 1. *Disposuit adhuc vivens ad titulum S. Petri — capellam, quâ itinerans utebatur, cum reliquiis, & libris, & omnibus utensilibus sacris.* Guibertus Abbas Gemblac. de Combustione ejusdem Monasterii anno 1137. *Capella, id est, apparatus Missæ.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 14.

Capellam totam quam præbuerat pretiosam:
Huic Domno digno Comitissa Mathildis, in ipso
Templo confestim rapuit, plebs pessima fregit.

Infra:

Et Dominæ cunctam capellam reddidit, ultra
Non aliquid retinens.

Cauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis pag. 454. tradit, Saracenos post fusum Rogerium Antiochiæ Principem, *Capellæ tentoria, auri & argenti, ornamentorumque principalium cupidine captos irrupisse.* Necrologium S. Victoris Parisiensis de Ludov. VIII. Rege Fr. Kl. Augusti: *Ad honorem Ecclesiæ nostræ capellam suam multas & pretiosas reliquias continentem in ipsa reposuit.* Adde Alexandrum III. PP. Epist. 56. Stephanum Tornacensem Epist. 188. Bertholdum Constant. an. 1086. Historiam Abbatiæ Condomensis tomo 13. Spicilegii Acheriani pag. 506. 507. &c. Vid. Probat. Histor. Blesensis p. 10.

Vel hinc liquet in mundo capellæ, reliquias Sanctorum annumerari. Sed & ipsis, quæ reliquias continere solent, phylacteriis, & capsulis *capellarum* nomen inditum. Evodius lib. 1. de Mirac. S. Stephani: *Capella argentea, in qua erat reliquiarum portio.* Inscriptio capsæ reliquiarum, quam Carolus Rex per Salomonem Monachum ad S. Gallum misit:

En crucis atque piæ cum sanctis capsa Mariæ,
Hanc Karolus summam delegit habere capellam.

Extat illa apud Eckeardum Jun. cap. 1. qui putat *capsam illam solidè auream, gemmis regaliter inclytam, reliquiis summis refertam,* ita appellatam, quòd *in formam capellæ creata* esset.

Capella etiam sæpe pro ipso integro caparum Ecclesiasticarum apparatu sumitur, id est, capa, tunica, dalmatica, &c. Charta an. 1231. apud Catellum in Hist. Occit. pag. 901. *Est ibi quædam capella panni violati, in qua habet tunicam, & infulam, atque capam. — Item est ibi alia capella deaurata, in qua habet tunicam, & dalmaticam, & infulam, atque capam.* Ita ibi non semel.

Capella, Cancellaria: ita verò dicta, quòd in Capella Principis, seu Oratorio, archivum, diplomata & regni monumenta olim, ut & hodie, asservarentur. In Francia enim *Chartarum Regiarum,* ut vocant, *Thesaurus* in sacra Capella Parisiensi etiamnum asservatur. Concil. Francoford. an. 794. cap. 3. *Unde tres breves ex hoc capitulo uno tenore conscriptos fieri præcepit, unum in palatio retinendum, alterum, &c. Tertium verò in sacri palatii capella recondendum fieri jussit.* Id de Anglia perinde observat Spelmannus, ubi Archivum æquè Regium in Capella, à munere *Capella Rotulorum* appellata, custoditur. Ita Skenæus in Legibus Baron. Scoticor. c. 53. §. 6. *Capellam,* Cancellariam Regiam interpretatur. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 41. *Literæ, quæ emanarunt de Capella Regis.* Hinc qui describendis regiis publicisve instrumentis addicebantur, *Capellani* vulgò jam olim audiebant, uti mox observabimus. Vide Prynneum in Libert. Angl. tom. 1. pag. 1248.

Capella præterea appellata ædicula, in qua cimelia asservabantur. Testamentum Haimonis Dom. Burbonensis an. 9. Ludovici Reg. Ind. *Donate Ebboni castrum Cantilla cum appenditiis, & de nostra capella spadam & duos sigillos de amatixo.*

Capellæ postmodum dictæ quævis ædiculæ sacræ, oratoria, quæ *proprios Sacerdotes* non habebant: seu ædes sacræ, quæ non erant *baptismales.* Joann. de Janua: *Capella, parva Ecclesia, quæ nec habet baptismum, nec cimiterium.* Lex Longob. lib. 3. tit. 3. §. 2. *Ecclesiæ & Capellæ, quæ in vestra parochia sunt.* Concilium Parisiense VI. an. 829. lib. 3. cap. 6. *Admonemus, ut posthabitis ædiculis, quas usus inolitus Capellas appellat, basilicæ Deo dicatæ ad Missarum celebrationem audiendam, & corporis & sanguinis Dominici perceptionem sumendam, assiduè devotèque adeantur.* Concilium Meldense an. 845. can. 74. *Provideant viri potentes — ut suos Presbyteros, qui cum eis in capellam vadunt, hujusmodi virtutem habere faciant, quatenus omnia vitia in domibus suis resecent, — quia parochiani Presbyteri & Episcoporum ministri de minoribus & vilioribus personis hoc providere studebunt.* Capitulare Caroli C. Compendiense an. 868. c. 3. *Ut Missi nostri — inquirant de Capellis & Abbatiolis, ex casis Dei in beneficium datis.* Frotharius Episcop. Tull. Epist. 30. *Propter Teuderici à vobis dedicatas novas Capellas.* Charta Ludovici Regis German. apud Guilliman. lib. 3. de Reb. Helvet. p. 321. *Concessimus — Capellam unam, sitam in villa Zurich, quæ est constructa in honore S. Petri, & alteras duas Capellas in valle Uraniæ.* Alia ejusdem Regis apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 272. *Præcepto nostræ auctoritatis constituimus capellam ex villa Rumiliaca in honore S. Martini, &c.* Occurrit passim. Vide Honorium Augustod. lib. 1. cap. 128.

Capella Campestris, ubi non est atrium, id est, cœmeterium, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 79.

Capellula, Parvula capella, apud Fortunatum de Vita S. Medardi cap. 22.

Capella ad succurrendum, quomodo *Ecclesia succursalis* apud nos dicitur, quæ ad parochiæ auxilium & succursum ædificatur, cujusmodi erant castellorum. Lambertus Ardensis: *Unde licèt capellam haberet in castello suo quasi ad succurrendum factam: eam tamen nullus, nisi in voluntate Canonicorum Ardensis Ecclesiæ, deservire vel ministrare poterat aut debebat Capellanus.*

Capellas etiam vulgò appellamus sacella, seu majorum templorum appendices, vel ædiculas, ædi sacræ majori adjunctas, quas *Cubicula,* vocant veteres. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Capella.*

Capella, Cœtus Clericorum, quos vulgò *Capellanos* vocant, qui Episcopis inserviunt, eorumque adsunt ministerio. Adam Bremensis c. 207. *A Papa hoc dignitatis meruit privilegium, — ut invitis etiam Regibus Episcopatus constitueret, ordinaretque Episcopos ex Capella sua, quos vellet electos.*

Capellas, Bononiæ in Italia, urbis regiones appellari, observatum ab Antonio Paulo Masino, qua nomenclatura *Parochias* indigitari ait. Vide doctissimum Henschenium in Miraculis B. Simonis Tudertini 20. April. p. 819. 820.

CAPELLANI, Primitus dicti, qui capam, seu Capellam S. Martini, vel in Regum Palatiis asservabant, vel in præliis, cum cæteris SS. reliquiis, deferebant, uti suprà observatum ex Walafrido Strabone, & Honorio August. quibus consentanea scribit Durandus in Rationali l. 2. cap. 10. Quæ quidem asservandarum sacrarum reliquiarum cura, Capellanos inferioris ordinis, & eos, qui Episcopis adsunt, longè etiam postea spectavit, uti docemur ex Eadmero lib. 4. Hist. Novor. p. 88. ubi de crinibus aliquot Deiparæ Virginis Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo ab Ilgyro quodam concessis verba facit: *Mihique, utpote qui capellæ illius custos eram, atque dispositor, custodiendos commendavit.* Ubi per *Custodem capellæ,* Capellani officium & dignitatem intelligit, ad quem sacri ministerii, seu rerum ad rem sacram peragendam necessariarum, quas inter extitisse sacra phylacteria notatum suprà, cura spectavit.

Atque ab ejusmodi reliquiarum fortè custodia *Custodes,* simpliciter dicti videntur Capellani. Anastasius Bibl. in S. Leone I. PP. *Hic constituit super sepulcra Apostolorum custodes, qui dicuntur Capellani ex Clero Romano,* id est, qui sacratissima Apostolorum corpora, quæ in variis seorsim sacellis in majori Ecclesia Romæ asservabantur, ex officio sibi injuncto custodirent. Unde *Martyrarii,* & *custodes Martyrum* etiam dicti. Scio, hocce loco, quasdam Anastasii Editiones, *Cubicularii,* præferre; sed Capellanorum & Cubiculariorum idem fuisse munus docemus in V. *Cubicularii.* Conjecturam nostram firmat præterea Hincmarus de Ordine Palatii cap. 16. ubi ait,

ait, Apocrisiarium, qui & Capellanus dicitur, etiam *Palatii Custodem* appellatum, non quòd revera Palatii custodia penes eum fuerit; id enim officii spectavit laïcos & militares viros; sed quòd esset Custos Palatinæ Capellæ, in qua erant varia Sanctorum Lipsana, quæ Capellani custodiebant, vel in præliis, si necessitas incumberet, deferebant. Synodus Liptinensis an. 742. à S. Bonifacio Moguntinensi Archiep. habita cap. 2. & ex eo Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 2. & Capitula ejusdem ann. 769. edita à V. Cl. Steph. Baluzio: *Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus: nisi illis tantummodo, qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est, unum, vel duos Presbyteros, cum Capellanis Presbyteris.* Adde Capit. Caroli M. lib. 7. c. 104. Lib. 1. Miraculor. S. Dionysii cap. 21. de Carolo M. proficiscente contra Saxones: *Hic pignora beatorum Martyrum secum ferri fecerat, & Custodes Clericos, qui secum proficiscebantur delegaverat, uti eis vicissim sibi succedentibus debita exhiberetur, religio.* Vita S. Betharii Carnot. Episc. to. 1. Hist. Franc. p. 560. de Chlotario II. Rege: *Qui audiens famam beatissimi viri, suum constituit Archicapellanum, & pignora multa Sanctorum, quæ secum deferebat, ut mos est Regum, ditioni illius constituit.* Denique ad Capellanum, etiam sub tertia Regum nostrorum stirpe, reliquiarum Palatinarum curam spectasse docet sequens Diploma, quod ex Camera Computor. Paris. eruimus: *Sçachent tous que je Denys le Grant, premier Chappelain du Roy nostre Sire, cognois avoir eu & resceu de honor, sages & pourveus les Tresoriers du Roy nostredit Seigneur à Paris 28. livres Par. pour venir de Bourbel sur Saine à Paris pour querir les saintes Reliques de la sainte Chapelle du Palais à Paris, pour les conduire & mener à l'Abbaye du Lys, où le Roy nostre dit Seigneur sera à ceste sainte prochaine feste de Pasques, pour les ramener & conduire ariez du Lys à Paris, pour moy retourner au lieu, où le Roy nostre dit Seigneur sera, pour paier les 18. Escoliers, qui y ont acoustumé à venir, & pour faire toutes les autres choses, qui y ont esté acoustumées à faire. En tesmoin de laquele chose je ay sellée ceste presente cedule de mon propre seel le Mardy 7. jour d'Avril l'an.* 1348.

Atque id primum ac præcipuum Capellanorum Palatinorum munus fuit, quos deinceps in Palatiorum sacellis sacris peragendis officiis operam dedisse constat, *Clerumque* effecisse, quem *Palatinum* vocat Hincmarus, cui qui præerat, *Capellanus* κατ' ἐξοχὴν, postea *Archicapellanus* dictus est. Sic enim Hincmarus de Ordine Palatii c. 16. *Apocrisiarius autem, quem nostrates Capellanum, vel Palatii Custodem appellant, omnem Clerum Palatii sub cura & dispositione sua regebat.* In Palatinos istos Capellanos acriùs olim invectus est Wala Abbas Corbeiensis, ut docet Paschasius Rathpertus in ejus Epitaph. l. 2. cap. 5. cujus hæc sunt: *Præsertim & militiam Clericorum in Palatio, quos Capellanos vulgò vocant, quia nullus ordo Ecclesiasticus, denotabat plurimum: qui non ob aliud serviunt nisi ob honores Ecclesiarum, & quæstus sæculi ac lucri gratiam, sine probatione magisterii, atque ambitionis mundi. Quorum itaque vita neque sub regula est Monachorum, neque sub Episcopo militat canonicè; præsertim cùm nulla alia sint tirocinia Ecclesiarum, quàm sub his duobus ordinibus. Ajebat namque idem quòd aut Canonicus quisque esse deberet, aut laïcus, aut Monachus: quod si neutrum, jam sub nullo monstratur ordine, quia videntur esse sine capite, &c. De Clericis verò, qui in Capella Regis serviebant,* agunt præterea Concilium Francofordiense can. 38. al. 36. Libellus proclamationis Caroli Regis adversus Wenilonem Archiepisc. Senonensem cap. 1. Capitulare de Villis cap. 6. Alcuinus Epist. 4. & Poëm. 221. Lupus Abbas Ferrar. Epist. 25. &c.

Ministrabant verò in Regum Capellis viri dignitate illustres, ut Episcopi & Abbates. Charta Caroli Calvi pro Monasterio Dervensi apud Camuzatum pag. 84. *Abba quoque vel rector Monasterii ejusdem in Capella nostra Episcopis & Abbatibus nostris adhæreat, & nobis familiariter serviat.* Ex Capella etiam crebrò electi à Regibus ad dignitates Ecclesiasticas, quod suprà innuimus ex Paschasio Rathperto. Libellus proclamationis Caroli C. adversus Wenilonem Archiep. Senonens. cap. 1. *Weniloni tunc Clerico meo in Capella mea mihi servienti, qui more liberi Clerici se mihi commendaverat — ad* (Senonensem Ecclesiam) *gubernandum commisi.* Ita Agius *Presbyter Palatii*, id est, Capellæ Palatinæ, ad Aurelianensem Episcopatum est promotus, ut est in Aurelianensem Episcopatum est promotus, ut est in Concilio in Verno II. cap. 10.

Primitus verò summi isti Capellani, qui Palatinis Oratoriis & Sacellis præfecti erant, *Abbates* dicebantur. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcens. cap. 1. de Rustico illius fratre, & Episcopo perinde Cadurcensi: *Rusticus è primis pubertatis annis Clericus factus, Archidiaconatus officium in urbe Ruthena, & Abbatiæ sub Lothario Rege administravit.* Et cap. 2. *Rusticus, (ut præfati sumus) Abbatiam Palatini Oratorii, quod regalis frequentat ambitio, & Archidiaconatus officium gessit.* Vita S. Sulpitii Pii Episcopi Bituricensis n. 10. de Chlotario Rege: *Illico Episcopum poscit, ut pro salute sua ac exercitus sui licentia daretur, ut vir beatus in suis castris Abbatis officio potiretur.* Id est, ut Capellæ Regiæ præesset. Ex quibus patet, à Regni Gallici primordiis habuisse Reges Oratoria & Sacella in Palatiis. Eandem *Abbatis* dignitatem Angilberto Archicapellano sub Carolo M. tribuit Adrianus PP. *Directus nobis est à vestra præcelsa Regali potentia fidelis familiaris vester Angilbertus Abbas & minister Capellæ.* Is *Primicerius Palatii* dicitur Alcuino Epist. 42. ut Angilrannus Archiepiscopus, *Sanctæ Capellæ Primicerius*, eidem Epist. 79. Hilduinus apud Agobardum in Epist. ad Proceres Palatii, *sacri Palatii Antistes*: qui *Abbas sacri Palatii, & Clericorum summus* dicitur apud Hincmarum in Epist. ad Carolum C. de Vita S. Dionysii.

Archicapellani & summi Cancellarii, in aula Palatina, dignitates muneris & officii affinitate conjunctissimæ fuerunt, ita ut Archicapellano, auctore Hincmaro loco citato, *sociaretur summus Cancellarius, qui à Secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent.* Qui quidem prudentiâ & rerum experientiâ probati viri, *Capellani* vulgò audiebant, quòd in Capella Palatina, ubi asservabantur Regia Archiva, operam suam locarent, describendisque publicis tabulis insudarent, uti mox docemus.

Quin & par est cedere non olim duntaxat, & prima stante Regum nostrorum stirpe; sed etiam sub tertia, Capellanos, seu Archicapellanos, & Cancellarios eodem functos munere, ita ut qui Regum Diplomata subscribebant, promiscuè Archicapellanos & Cancellarios crebrò se se inscriberent. Dado quippe, qui & Audoënus, Dagoberti Regis Referendarius, Fredegario & aliis, Cancellarius, in variis Tabulis appellatus, in Charta Dagoberti *Archicapellanus* indigitatur apud Labbeum in Miscell. Hist. to. 2. p. 45. Verùm hæc Charta, quæ continet fundationem Ecclesiæ S. Audoëni in Foresta Cuisiensi, legiturque in regesto Caroli VI. an. 1382. & 1383. num. 216. in Tabul. regio, dubiæ est omnino fidei. Ita Itherius, qui passim Caroli M. Diplomata subscripsit, tanquam Cancellarius, *Capellanus & Notarius* ejusdem Caroli dicitur Anastasio Bibl. in Adriano PP. pag. 108. Extat apud Gallandum in Tractatu de Franco Alodio. p. 83. Charta Caroli Calvi an. 6. regni, in qua Gozlinus Abbas

Abbas Monasterii S. Germani de Pratis, postmodum Parisiensis Præsul, qui passim in veteribus Tabulis, atque adeo in ipsius Caroli Capitulis pag. 442. 1. Edit. *Cancellarius* dicitur, *Archicapellanus* vocitatur. Apud Baldricum Noviom. lib. 1. c. 76. Charta Ottonis Imp. ann. 940. sic clauditur: *Bruno Cancellarius ad vicem Rotberti Archicapellani recognovi.* Præsertim verò id astruit aliud Diploma Balduini, Regis Henrici Cancellarii, an. 1047. quod ab Hemereo in Augusta Viromanduorum refertur, cujus principium hisce concipitur verbis: *Ego Balduinus in Palatio Henrici Regis Francorum Cancellarius, notum facio,* sic verò clauditur: *S. Balduini Archicapellani, qui hoc scriptum fieri jussit.*

Capellanos verò dictos scribas, secretarios, & amanuenses Regios constat. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 4. *De pauperibus prædictis quendam optimum dictatorem & scriptorem in Capellam suam assumpsit.* Angilbertus, qui ab Adriano PP. *minister Capellæ* dicitur, *Primas Capellanorum*, in ejus Vita, *manualis*, id est, amanuensis vocatur ab Alcuino Epist. 84. *Auricularius* sive Secretarius, Epist. 83. Epist. Stephani Comitis Blesensis to. 2. Spicil. Acheriani: *Dum verò Cappellanus meus Alexander cum summa festinatione has litteras scriberet, &c.* Vide Eckehardum Juniorem de Casibus S. Galli cap. 11. Leges Ecclesiasticas Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 6. Probat. Hist. *des Chasteigners* pag. 38. &c. Ita etiam Capellanos pro secretariis & amanuensibus passim usurpant Poëtæ nostrates. *Le Roman de Garin MS.*

Un Chappelein appelle, si li dist,
Fés unes lestres orendroit, biaus amis,
Si les envoie Fromondin le posteis, &c.

Alibi:

Tenés ces lestres, que il voie vers Pepin,
Et cil les prant, son Chapelein a dit,
Gardés qu'il a és lestres, biaus amis, &c.

Idem de Fromondino:

Les lestres tent son Chappelein Baudri,
Et cil les prant, de chief en chief les list.

Alio loco de Pipino:

Veez cy les lestres qu'il envoie par mi,
Li Rois les baille son Chapelin Hervi.

Rursus:

Là sont les tables au Chappelein Yvon,
Qui fet les briez au preu Comte Fromont.

Vide *Brevis*. Sed & penes Capellanum erat sigillum domini. Vetus Notitia an. 1106. in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. p. 51. *Et Capellano suo nomine Stephano, ut in quibusque eorum cartis vellent, sigillum sua, id est, Regiæ auctoritatis, imprimeret, jussit.*

Ægrè tamen subinde passi sunt Ecclesiæ Gallicanæ Patres Clericos & Presbyteros *Cancellariorum* munus obire. Concilium Cabilonense II. an. 813. c. 44. *Scripsimus Presbyteros villicos esse non debere, & nunc eos in tabernis bibere, Cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare.* Et apud Burchardum lib. 1. de Ecclesiastica disciplina cap. 50. *Presbyteri & Clerici Chartas dominorum suorum scribere* vetantur. Id enim adeo invaluerat, ut Capellani Procerum, eorum essent amanuenses, Epistolas & Diplomata conscriberent: quod testantur veteres passim Chartæ, quæ à *Capellanis* scriptæ esse dicuntur.

Cùm igitur ab ipsis Regni Francici initiis *Capellani* non modò reliquias servarent, atque adeo Cimelia & Archiva Regia, sed & Cancellariorum & Notariorum munus obirent, qui iis præerant *Archicapellani*, Archicancellariorum etiam fungebantur officio, uti suprà innuimus. Imò & Clericorum causis præfecti erant, uti testatur Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. ult. *Quemadmodum sunt in Palatiis Præceptores vel Comites Palatii, qui sæcularium causas ventilant; ita sunt & illi quos summos Capellanos Franci appellant, Clericorum causis prælati.* Atque inde passim legimus *Archicapellanorum* & *Archicancellariorum* officia obiisse Episcopos vel Abbates, ipsosque adeo viros Ecclesiastici ordinis, qui & in Capellis Regiis sacra peragerent, & Principum Chartas describerent aut subsignarent.

Ad Archicapellanum spectabat etiam inter cætera munia Regiæ mensæ benedictio. Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm. de Hildeboldo Archicapellano, p. 185.

Adsit Præsul ovans animo vultuque benignus,
Ora beata ferens, & pia corda gerens.
Quem sincera fides, quem tantus culminis ordo,
Pectus & innocuum Rex tibi, Christe, dicat.
Stet benedicturus Regis potumque cibumque,
Sumere quin etiam Rex velit, ille volet.

Vide *Benedictio mensæ*.

Sed præstat hoc loco Archicapellanorum Palatii Francici seriem exhibere ex Scriptoribus & veteribus Tabulis à nobis olim descriptam. Horum primus occurrit.

Rusticus, postea Episcopus Cadurcensis, Abbas Palatini Oratorii, sub Chlotario I. in Vita S. Desider. & apud Cruceum in Episc. Cadurc. n. 38.

Berthárius, postea Carnotensium Episcopus sub Chlotario II. in Vita ejusdem.

Ricolfus, aliàs *Rucolnus* sub Dagoberto Archicapellani dignitate insignis nominatur in Diplomate ejusdem Regis dato Moguntiæ prid. Non. April. anno regni 12. quod sic clauditur, *Henricus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapellani recognovit*, apud Nicolaum Zyllesium part. 3. Defensionis Abbatiæ S. Maximini pag. 9. & Miræum in Dipl. Belg. lib. 1.

Launus Abbas S. Eparchii, postmodum Episcopus Egolismensis, Capellanus Pipini Regis Franc. in Vita Caroli Magni per Monach. Egol. an. 769.

Fulradus Caroli Martelli ex Hieronymo filio nepos, Abbas S. Dionysii, Capellanus Pipini Regis an. 749. & 755. in Annal. Franc. *Summus Capellanus* ejusdem Regis dictus in Capitulis Caroli Calvi tit. 23. cap. 7. *Archipresbyter Franciæ* Adriano PP. in Epist. apud Flodoardum, de quo Alcuinus carm. 123.

Inclytus ille sacræ fuerat pastorque Capellæ,

Illius meminit Theodulfus, ut & Hincmarus de Ord. Palat. cap. 15. Vide Hemereum in Augusta Viromand. an 780. & virum doctissimum Mabillonium tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 334. ubi Fulradi Elogium perstinxit.

Andreas Episcopus & Capellanus D. Imperatoris (Caroli Magni) in Chronico Novalic. cap. 18.

Liudebertus Archicapellanus Diploma Caroli Magni subscribit, apud Bruschium de Monast. Germ p. 176.

Ingelrannus, seu *Engelramnus*, Episcopus Metensis sub Carolo Magno, Alcuino Epist. 79. *Sanctæ Capellæ Primicerius*, in Chron. Metensi *Palatii Archicapellanus*, in Epist. Caroli Calvi ad Nicolaum PP. Obiit an. 791. Illius meminit Hincmarus loco citato. Et auctor Gestorum Episcoporum Cenomanensium pag. 247. V. Petavium in Syntagm. de Nithardo pag. 352.

Hildibaldus Archiepiscopus Coloniensis, promiscuè *Capellanus*, *Apocrisiarius*, & *Archicapellanus sacri Palatii* dicitur in Præcepto Caroli Magni de Institutione Episcopatuum per Saxoniam, & apud Anastasium in Leone III. & IV. quam dignitatem obtinuit Carolo Magno & Ludovico Pio imperantibus. De illo Hincmarus loco laudato, Vita Ludov. Pii an. 816. & Synodus Francoford. can. 56. *Sacri Palatii Archiepiscopus*, nuncupatur in Præfat. Concilii Moguntiac. an. 813. Ex his Filesaci lib. de Sacra Episcoporum auctoritate pag. 285. conjectura evanescit.

S. Angilbertus, qui antequam sæculo nuntium misisset, Bertam Caroli Magni filiam uxorem duxerat, post modum Abbas Centulensis, *Minister Capellæ* dicitur Adriano PP. in Epist. ad Carolum Magn. de Imaginib. &c. *Primas Capellanorum* in illius Vita, *Primicerius Palatii*

Palatii Pipini Regis (Italiæ) Alcuino Epist. 42. Vide Petavium in Syntag. pap. 351. & Sirmondum ad Theodulfum pag. 293.

Hilduinus Abbas Monasterii S. Germani Parisiensis, *Archicapellanus* Ludovico Pio imperante, apud Hincmarum, in Charta Lud. in Probat. Hist. Vergiac. pag. 7. in Hist. Translat. S. Sebastiani c. 1. num. 1. in Vita S. Medardi cap. 12. ex Cod. Resbacensi, in Hist. Translat S. Pusinnæ virg. num. 4. *Sacri Palatii Clericorum summus*, eidem Hincmaro in Epist. ad Carolum Regem de S. Dionysio, &c. *Sacri Palatii Antistes*, apud Agobardum in Epist. ad Proceres Palatii.

Fulco Presbyter, Archicapellanus sub eodem Ludovico apud Hincmarum.

Drogo, Caroli Magni nothus filius, Metensis Episcop. *Archicapellanus sacri Palatii* Ludovico regnante in ejus Vita & apud Nithardum lib. 1. In veteri Charta Ludovici & in Vita S. Anscharii n. 19. *Drogo Metensis & summæ sacræ Palatinæ dignitatis Præsul*: in alia *sacri Palatii primus Capellanus*: *Archipalatinus Præsul*, in Apologetico Ebonis Remensis Archiepiscopi tom. 7. Spicilegii Acheriani: *Senior Capellanus*, in veteri placito sub Ludovico Pio in Vita Aldrici Episcop. Cenoman. pag. 136. *Palatii Capellanus*, in Charta Lotharii Imp. tom. 12. pag. 109. *Sacri Palatii moderator*, in Chron. Episc. Metens. & in ejus Epitaphio:

Aulæ Regalis moderator, pastor ovilis,
Metis & Ecclesiæ jure pater patriæ.

Vide Annal. Franc. Metenses an 859. Privilegia Ecclesiæ Hamburg. pag. 144. Sirmondum ad Capit. Caroli Calvi, Chifflet. in Vindic. Hisp. Meurissium in Hist. Episc. Metens. &c.

Guntharius Archiepiscopus Coloniensis, Archicapellanus sub Lothario Imp. in Concilio Aquisgran. III. apud Adventium Episc. Metens. in Epist. ad Nicolaum PP. cap. 2. in Annal. Franc. Metens. apud Reginon. an. 864. & Molanum in SS. Belg. 8. Decemb.

Ebroinus Episcopus Pictaviensis, & Abbas S. Germani de Pratis, *Archicapellanus sacri Palatii* Carolo Calvo imperante, in variis Tabulis apud Beslium in Aquitaniæ Ducib. cap. 3. & pag. 175. & in Episcop. Pictav. pag. 22. 23. 24. 27. 31. & apud Sirmond. ad Capit. Carol. Calv. Tabulario S. Germani de Pratis, &c.

Gozlinus Abbas S. Germani de Pratis, *Cancellarius* & *Archicapellanus* appellatur in Charta Caroli Calvi an. 6. apud Gallandum de Franco alodio, uti suprà à nobis observatum.

Joseph Episcopus Eporediensis, *Archicapellanus* sub Ludovico Lotharii filio, in Synodo Rom. sub Leone IV. PP. an. 850. & Ticinensi an. 855.

Fridebastus, aliis *Fridebertus*, Episc. Pictavensis, *Archicapellanus Pipini Regis Aquitaniæ*, apud Beslium in Regib. Aquit. pag. 24.

Remigius Archiepisc. Lugdunensis Caroli Regis Burgundiæ Lotharii Imp. filii *Palatii Capellanus summus*, in Chartis ejusdem Caroli apud Paradinum lib. 2. Hist. Lugdun. cap. 23. & tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 122. 123.

Grimaldus Abbas S. Galli, *Archicapellanus* Ludovico III. imperante, apud Herman. Contractum an. 841. & Eckehardum jun. de Casib. S. Galli cap. 1.

Grimoldus appellatur apud Ermenricum Monach. Augiensem lib. de Grammatica in to. 4. Analectorum Mabillonii p. 329.

Liuthvvardus, sub Carolo Crasso, tom. 4. Analectorum Mabillonii p. 340.

Adventius Episcopus Metensis Archicapellanus Lotharii Regis Lotharingiæ an. 868. apud Zyllerum in S. Maximino pag. 15.

Cozbaldus sacri Palatii summus Capellanus, sub Ludov. Rege Bajoariæ, in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 13.

Granoldus Archicapellanus, sub eodem Ludovico, ibid. pag. 15.

Deotmarus Archicapellanus, sub Arnulpho Rege an. 888. id Metrop. Salisburg. tom. 2. pag. 587.

Theotmarus Archicapellanus Arnulfi Lotharingiæ Ducis an. 889. in Notit. Eccl. Belg. cap. 44. apud Goldastum tom. 2. Alemannic. Antiq. p. 5. Meuriss. in Præfat. ad Hist. Episc. Metens. pag. 23.

Hermannus Archicapellanus sub Rege Zuentibaldo, apud Miræum in Notit. Eccl. Belg. cap. 46.

Rutgerus Archiepiscopus, Archicapellanus sub eodem Zuentibaldo, apud eundem Miræum.

Balduinus Henrici Regis Franciæ *Cancellarius* & *Archicapellanus* promiscuè dicitur in Charta anni 1047. apud Hemereum in Aug. Virom. pag. 121. & in Tabulario S. Petri in valle Carnot.

Ratbodus Archiepiscopus Trevirensis Archicapellanus sub Carolo Simplice an. 917. apud Brovverum lib. 9. Annal. Trevir. num. 62.

Desiit denique post hæc apud Francos Archicapellanorum appellatio, quorum munus & dignitas in *Capellanorum*, deinde in *Primorum* & *Magistrorum Capellanorum Regis* titulum transiit, de quibus crebra passim occurrit mentio in veteribus Tabulis, Regum præcipuè, quas cum illustrioribus Palatii & aulæ Regiæ ministris subscripsisse constat ex aliquot Philippi Regis Chartis, quæ extant in Historia Monasterii S. Martini de Campis pag. 14. 15. 17. 19. in quibus Eustachius dicitur *Capellanus Regis*, & Gaufridus, *Subcapellanus*. Will. Brito lib. 10. Philipp. de Capellano Regis:

Hoc in conflictu doluit cecidisse Capellæ
Qui Regis præerat ad Sacramenta Sacerdos.

In Charta ann. 1343. Hugo *de Neaufle* dicitur primus Capellanus Regis, ut apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. pag. 365. 2. Edit. Gaufridus *le Bouteiller* Cancellarius & Canonicus Carnotens. & S. Capellæ Parisiensis, obiit ille 12. Julii an. 1377. De Capellanorum Regiorum, quos hodie *Magistros Oratorii Regis* vocant, dignitate, & honorario gradu, ac munere, consulendi Tillius tom. 1. pag. 439. & Miramontius in Tract de Præposito Hospitii pag. 50. Et Guillelm. Peyratius lib. 1. de Capella Regis cap. 73. Adde Leges Alfonsinas part. 2. tit. 9. lege 3. Histor. Episcop. & Comitum Engolismensium cap. 37. *Cùm autem Ludovicus* (VII.) *Rex ad Aquitanicas partes veniret, Lambertus Episcopus* (Engolismensis) *ut accepimus, dixit Regi, quòd Engolismenses Episcopi Capellani Regum Franciæ fuerunt, ex quo Ligerim ad partes Aquitanicas transirent: quod Ludovicus non contradixit.*

Archipellani Flandriæ titulo gaudet Brugensis Ecclesiæ Præpositus, ut est in Chronico Flandriæ vernaculo cap. 5.

Capellanus Romani Imperii, qua dignitate functus Petrus Diaconus Casinensis, ut ipsemet testatur lib. 4. Chr. Casin. cap. 58. Idem cap. 116. de quodam Rainaldo: *Cum fratribus inter Imperii Capellanos constitutus est.*

Archicapellani Romanorum Imperatricis dignitatem jam olim habuisse Abbates S. Maximini Trevirensis, auctor est Nicolaus Zyllesius in Defensione ejusdem Monasterii parte 1. sect. 2. §. 4.

Gervoldus Archicapellanus subscribit Chartam Adalberonis Episcopi Metensis ann. 1056. inter Canonicos Ecclesiæ S. Stephani, apud Meurissium pag. 363.

Capellani Principum, seu Laïcorum, qui in domibus suis *Capellas* Episcoporum concessu habebant: de quibus Concilium Claromontanum an. 1095. can. 18. *Ut nullus Presbyter Capellanus alicujus Laïci esse possit, sine concessione sui Episcopi.*

Capellani Regales, Episcopales, &c. de quibus Concilium Coloniense ann. 1260. cap. 10. *Cum in aliquibus Ecclesiis Capellani Regales, Episcopales, ac etiam Capellani Præpositorum existant, qualiter hi se habere debeant, --- Capellani hujusmodi residentiam in suis Ecclesiis tanquam alii fratres facient, nisi illo tantum tempore, quando agunt suorum negotia dominorum, atque etiam si negotia Ecclesiæ hoc exposcant. Et nobis in Ecclesia majori, vel alia nostra nostræ civitatis, vel Diœcesis Ecclesiæ, si sunt ea vice præsentes, celebrantibus, ibi debent adesse in divini celebratione Officii, & adstare. Et debent hujusmodi Capellani in sacris Ordinibus esse constituti. Super ejusmodi Capellanos Episcopales, erit noster Capellarius, quasi loco juditis & magistri.* Alcuinus Ep. 24. ex Mabillonianis ad Archiepiscopum scripta : *Vestros verò discipulos & capellanos meo precor officio saluta, admonens eos honestè vivere coram hominibus, ut vestra ex eorum conversatione laudetur dignitas.* Charta Franconis Episcopi Nivernensis, ex Tabulario S. Cyrici Nivern. num. 7. *Venit Atto Ecclesiæ nostræ Archidiaconus, & domus nostræ Protocapellanus.* In Charta seq. dicitur *S. Cyrici Archidiaconus atque Thesaurarius.*

Capellani Abbatum, quos ut vitæ suæ testes, & *Syncellorum* instar, habebant. Provinciale Eccl. Cantuariens. lib. 3. tit. 19. *Ut secundum canonicas sanctiones Abbatibus, à quibus minores vivendi normam debent assumere, super honesta conversatione testium copiositas suffragetur. Decernimus ut ipsi Capellanos suos, vel aliquem illorum singulis mutent annis. Qui autem habent unum tantum, illum mutent similiter, nisi necessaria causa subfuerit, quatenus si de vita eorum, quod absit, scandalum oriatur, tantò plures innocentiæ suæ habeant testes, quantò eorum vita pluribus innotescit.* Vide *Syncellus.*

Capellani, Rectores Ecclesiarum, in Synodo Santonensi an. 1282. cap. 5. *Statuendo ut omnes Capellani, Subcapellani, infra duos menses, ex quo Parochianus eorum mortuus fuerit, nobis afferant vel mittant testamentum defuncti, &c.* Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliæ cap. 149. *Et la dite Eglise ait especial nombre de Chapeleins. Ci endroit sont appellez toute maniere de Clers Chapeleins.*

Subcapellani, & Presbyteri, quos Rectores Ecclesiarum parochialium, vel religiosi, sibi associant ad regimen animarum, & quibus potestatem concedunt absolvendi & administrandi sacramenta Ecclesiastica, & ea quæ ad curam pertinent animarum, committunt : quod fieri vetatur in posterum absque Episcopi licentia, in Synodo Pictaviensi an. 1280. can. 3. Ii porro videntur, quos Rectores Ecclesiarum etiamnum hodie ad subsidium functionum suarum sibi adsciscunt. Vide Synodum Beneventanam an. 1091. can. 2.

Capellani denique sequioribus sæculis vocati, qui capellis, sacellis, seu ædiculis sacris, præfecti sunt.

Capellania, Munus & beneficium Capellani. Hist. Episc. Autissiod. cap. 63. *Capellanias sacerdotales & perpetuas instituit*, id est, quæ à Sacerdotibus deserviri debebant.

Capellaria, idem quod *Capella*, & *Capellania*, Munus & beneficium Capellani, apud Thom. Stubbs in Actis Pontif. Eboracens. pag. 705.

CAPELLARE. Vide *Capulare.*

CAPELLINA, Sertum precatoriorum globulorum, quibus Deiparam salutamus, vulgò Rosarium, Italis *Capellina*, Gallis *Chapellet*. Occurrit in Vita B. Justinæ de Aretio num. 5. *Rosarii* verò, uti vocant, seu recitationis Dominicæ orationis, & Salutationis Angelicæ ad status calculorum seu globulorum numeros origo, non alia est, quàm ex pœnitentiis monasticis, vel etiam regularum monasticarum præceptionibus, in quibus, vel expiandis delictis, vel etiam pietatis ac devotionis gratiâ, certi earundem orationum à Monachis dicendarum numeri imponebantur, quos ut ii faciliùs numerarent, munusque sibi injunctum exequerentur, per calculos ac globulos recensebant, ad quos jam olim exactas preces docet inprimis Palladius in Hist. Lausiaca cap. 23. ubi de Paulo Monacho : Ἔργον δὲ αὐτῷ τῆς ἀσκήσεως γέγονεν, τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. οὗτος τετυπωμένας εἶχεν τὰς εὐχὰς τριακοσίας, τοσαύτας ψήφους συνάγων, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ κατέχων καὶ ῥίπτων καθ' ἑκάστην εὐχὴν ἐκ τοῦ κόλπου ψῆφον μίαν.

CAPELLUM, Capulum. Knyghton pag. 2321. *Hic ensis fuit de nobilissimo auro Arabico, in cujus capello reconditus fuit clavus unus Dominicæ Crucis.*

CAPELLUS, Galerus, pileus, à *capa*, dictus, quasi parva capa, quâ caput tegitur. Aliter Joan. de Janua: *Capellus & hoc capellum, à capellus dicitur, quia capillos tegat & caput —— vel quasi capitis pellis.* Statuta antiqua Cartusiensia 3. part. cap. 28. §. 46. de Conversis: *Nunquam in conventu capellos portant, nisi caputia desuper habeant.* Concilium Monspeliense an. 1214. can. 3. *Nemo Clericus —— manicis consutitiis, vel capellis ferratis, vel annulo, vel capa utatur manicata.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniacens. cap. 11. *Gunellam, capellum de pellibus, 5. paria pedulum.* Matth. Paris ann. 1235. de Imperatrice : *Capellum suum ex capite cum peplo demisit, ut universi liberum in ipsius serena facie aspectum habentes, oculos cum stupore recrearent.* Concilium Toletanum an. 1346. *Statuimus, cùm nos, Episcopi suffraganei nostri, cùm capellos detulerimus rotundos, & in superiori parte laneos, nullatenus sericos, cum nigra, & non alterius coloris fodratura portemus.* Concil. Salzburgense an. 1386. can. 5. *Districtè prohibemus, ne aliqui Clerici sine capucio capitis, bireto, capello, vel pileo cooperto in Ecclesia, seu alias in publico præsumant incedere, cùm hoc honestatem non deceat Clericalem.* Adde Miracula S. Wlfranni num. 15. Capellorum sub an. 1350. formam, materiam, & ornatus accipe ex Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. quod habetur in Camera Comput. Paris. *Au chap. des pennes. Pour 50. ventres de menu vair baillez à Kathelot la Chappeliere pour fourrer un chapel de Bievre pour le Roy 6. l. 5. s.* Alibi: *Kathelot la Chappeliere pour un chappel de Paon à grant roe couvert dedens & dehors de brunette, garny d'un grant las de soye, delivré à Mons. de Chalon, &c. Ladite Kathelot pour 13. chapeaux de bievre, c'est assavoir 10. pour les Seigneurs des Comptes, 3. pour les trois Tresoriers, & un pour le Clerc du Tresor, tous fourrex d'agneaux, excepté le Sire du Petitcellier, qui fu fourrez de drap, & orfroisiez autour de bon orfroy d'Arras, garnys de brides ou las de soye noire, & de 2. gros boutons d'or de Chippre, &c.* Infrà: *Ladite Kathelot pour un chappel de bievre fourré d'Armines, couvert par dessus d'un rosier, dont la tige estoit guippée d'or de Chippre, & les fueilles d'or soudé, ouvré par dessus d'or de Chippre, de grosses perles de compte, & de Grenas, & les roses faites & ouvrées de grosses perles, toutes de compte, & par les costez avoit 2. grandes quintefueilles d'or soudé, semées de grosses perles de Grenas, & de pieces esmaillées, & par dessus le chappel en haut avoit un Dauphin fait d'or nué prés du vif, tournant à vis sur un tuyau d'argent. Lequel chappel garny de boutons, de perles rondetes & menues, & orfroisiées de bisete d'or de plitte, & de grosses perles, Mons. le Dauphin commanda à l'Argentier, & enchargea faire tel & d'icelle devise, pour donner à Maistre Jean le Fol du Roy.* In Computo incip. 1. Julii an. 1352. *Pour 15. grans chappeaux de bievre, doubles, orfroisiex tout autour, garnis chascun de 2. gros boutons d'or de Chippre, & de un bon las de soye, desquels chappeaux les 2. furent fourrez de gris pour Mons. le Chancelier, l'Evesque de Challon, & les autres 13. tous fourrez d'agneaux pour les Seigneurs des Comptes, & les 3. Tresoriers pour leur livrée de Toussains.*

Capellus ferreus, quo milites caſſidis loco caput tegunt, quod in modum *capelli* effictus ſit. Rogerus Hoved. in Henr. II. an. 1181. pag. 611. *Haberet albergellum & capellum ferreum & lanceam.* Et infrà pag. 614. *Quicunque laïcus habuerit in catallo ad valentiam 10. marcarum, habeat halbergellum, & capelet ferri, & lanceam,* Vide Bromptonum pag. 1108. *Chappel de fer à viſiere*, apud Philippum *de Beaumanoir*, in Conſuetudine Bellovacenſi MS. cap. 61. Ejuſmodi capellorum, ſeu galerouum ferreorum, habetur paſſim mentio apud Froiſſart. 2. vol. cap. 122. 134. 3. vol. cap. 17. 4. vol. c. 43. Monſtrellet. 1. vol. cap. 2. 193. 3. vol. pag. 59. Berrium pag. 52. Georg. Caſtellan. in Jacobo Lalano cap. 68. & 77. &c.

Capellare, Capello tegere, Joanni de Janua.

CAPERO. Vide *Caparo.*

CAPETIÆ, Hungaris, dicuntur quindenæ, aliàs acervuli manipulorum frumentariorum. Innocentius III. PP. l. 5. Epiſt. 7. ad Colocenſem Epiſc. *Inhibens Sacerdotibus ne recipiant capetias aliquas, vel cubulos vini à Regis vel Reginæ conditionalibus, qui vulgò Regales ſervi vocantur.* Occurrit præterea hæc vox in Decretis Calomani Regis Hungariæ lib. 1. pag. 26. & Matthiæ Regis an. 1481.

CAPETUM, vel *Capex*, Ornamentum quod ponitur ante lectos dominorum, in quo pedes dominorum requieſcunt. Ita Interpres Joannis de Gallandia in Synonymis:

Stragula, toga, toral, pulvinus, culcitra, lodex,
Aſt & pulvinar, & fulcra, capetaque jungas,
Cum cervicali cervici dante colorem.

Verſus ab eodem Interprete laudati:

Conſolator erit bonus aſſatorque capeti.
Plumarum lector manet diutine rector.

CAPETUS, Cognomentum Hugonis Regis Franciæ, qui tertiæ Regum noſtrorum ſtirpi initium dedit. Chronicon MS. quod deſinit in Carolum V. in Biblioth. Thuana num. 279. *Hugo Capet, ſive Capucii, ſic dictus, quia dum juvenis eſſet, capucia ſolebat aufferre per ludum.* Eadem habet Landulfus de Columna in Chronico MS. & ex iis Nicolaus Gillius. Arvernis *chapeto* etiamnum dicitur, qui alios lepidè vexat. Albericus an. 987. *Pater ejuſdem Regis* (Hugonis Capeti) *Dux Hugo Capetus, fuit filius Regis Roberti.* Sic etiam an. 988. Certè etiamnum Occitani *Capetos* ruſticos vocant, quòd *capus* caput tecti incedant, ut auctor eſt Goudelinus. *Capaticiorum* ſtirpem tertiam Regum noſtrorum vocat Radulfus de Diceto pag. 606. ita ut ad *cappas* ſpectare voluerit. Vide Steph. Paſchaſium lib. 8. Diſquiſit. Francicarum cap. 45. & Hiſtoricos Francos.

CAPHARDUM, Capitis tegumenti ſpecies. Statuta Facultatis Artium in Academia Viennenſi Auſtriæ tit. 10. §. 7. *Non utetur publice hic in Univerſitate aliquo capucio, aut epitogio, aut caphardo foderato cum pellibus de vario, &c.* Tit. 17. §. 8. *Providebit ſibi de chabbardo ſeu epitogio magiſtrali proprio, novo, ſerico in æſtate, aut vario pro hyeme foderato.*

CAPHISUS, Menſuræ liquidorum ſpecies. Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1130. apud Rocchum Pirrum in Epiſc. Meſſan. *Centum libras ceræ, 20. thuris, 20. caphiſos olei, & 20. nummos ſive ſolidos, &c.*

CAPIBREVIUM, Acta Judicis, vel Notarii. Secunda Curia Generalis Cataloniæ Barcinone celebrata à Jacobo II. Rege Aragon. an. 1299. MS. *Campſor habeat ſcribere omnes dicas, quas faciet, in capibrevio majori ſuo jurato, & non in aliis libris vel ſcripturis.* Curia Generalis Perpiniani celebrata à Petro Rege Arag. an. 1351. de Notario: *Scribat aut ſcribi faciat in ſuis capibreviis, vel libris notularum dicti inſtrumenti, largo modo, & per conſequentiam literarum dictatam, ſic quod in ipſa notula non ſit aliqua abbreviatura, quæ per verbum, &c. fieri conſuevit.* Infrà: *Capud brevium, vel liber Notarii.* Alia Charta Petri Reg. Arag. an. 1283. *Scriptum in capibrevio vel actis Judicis.*

CAPICELUM, *Cervical*, ex Italico, *Capezzale* in Statut. Mediolan. part. 2. cap. 457.

CAPICERIUS. Vide *Capitiarius.*

CAPIDULUM, Papiæ, *Veſtimentum capitis.* Aliud ſonat in Olla patella:

Carpio, capparis, gangrena, capidula, cercops.

CAPILLAMENTA, *Summitates arborum.* Papias.

CAPILLARE, *Concidere*, Papiæ. Joannes de Janua: *Capillare, Capillatum facere, ut Decapellare, valde capillare, vel capillos auferre.* Vide *Capulare.*

CAPILLATIUM, *Capillatura*, Ugutioni.

CAPILLATIUS, Ex capillis confectus. *Vela capillatia*, in Exodi veteri verſione. *Capillatium cingulum, capillatia zona*, apud ſanctum Auguſtinum lib. 22. de Civit. Dei cap. 8.

CAPILLATURA. S. Cyprian. Epiſt. 8. *Semitonſis capitis capillaturam adæquaſti.* S. Auſtin. Serm. 247. de Tempore: *Superflua & inordinata capillatura.* In Sacramentario S. Gregorii, & in Ordine Romano extant *Orationes ad capillaturam incidendam, & ad puerum tonſurandum.* Vide Vitam S. Gerlaci Eremitæ num. 23. & in verbo *Barbatoria.*

Capillatura, Coma ſuppoſititia, Ital. *Capillaturia*, noſtris, *Chevelure* Papias: *Caliendrum, capillatura, ſuppoſitus crinis pro naturali ornatu capitis, vel quo ad ornandos crines utuntur.* Alibi: *Capillus, à quo capillaris, capillatura, corona.* Joan. de Janua: *Capillitium, id eſt, capillatura, capillamentum. Perruque*, hodie dicimus. Vide quæ de capillamentis obſervat Voſſius lib. 2. de Vitiis ſermonis cap. 15. pag. 257.

CAPILLATI, Κομῆται, in Gloſſ. Lat. Græc. Ita dicti à promiſſo crine viri nobiles apud Gothos. Jornandes de Reb. Getic. de Diceneo: *Elegit namque ex eis tunc nobiliſſimos prudentiores viros, fecitque Sacerdotes, nomen illis Pileatorum contradens, —— reliquam verò gentem Capillatos dicere juſſit, quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc in ſuis cantionibus reminiſcuntur.* Edictum Theodorici Regis cap. 145. *Dummodo tertio quemlibet Capillatorum fuiſſe conventum, aut cautionis ab eodem emiſſæ, fides oſtendat, &c.* Apud Senatorem lib. 4. formula 49. inſcribitur *univerſis provincialibus & Capillatis, Defenſoribus & Curialibus Suavia conſiſtentibus.* Vide *Criniti, Pileati.*

CAPILLI, *Capillos ponere, Per capillos ſe offerre*, dicuntur Monachi, quòd ſcilicet comam ponant. Leo Oſt. lib. 1. cap. 49. *Hermenefrid quoque, civis Eſculanus, vir dives, Subdiaconus, ſe ipſum obtulit per capillos capitis ſui Præpoſito noſtro. Dimittere capillos*, apud Sidon. lib. 2. Epiſt. 1. Clericatum aut Monachiſmum ſubire. Vide Sirmondum ad eundem lib. 4. Epiſt. 24. Hilarius Arelat. in Vita S. Honorati: *Rediguntur ad breves capillos luxuriantes comæ, transfertur ad nitorem mentis veſtium ſplendor, cervicis lacteæ decus palliis rigentibus occupatur.* Paulinus carm. 13.

Sed rurſus idem & Evangelico deſuper
Mentem retectus lumine,
Ponat capillos oneris & velaminis,
Servus fidei, & liber fide.

Ex quibus liquet *Capillorum poſitionem* ſymbolum fuiſſe ſervitutis, quam Deo per votorum emiſſionem profitebantur: unde *Servi Dei* vulgò appellati. Nam ſervi tonſi erant. Formulæ veteres Pithœi cap. 75. in MS. *Minimè habui unde transſolvere debeam, ſic mihi aptificavit in brachium in collum poſui, & per comam capitis mei coram præſentibus hominibus tradere feci in ea ratione, &c.* Concilium Epaonenſe can. 39. *Servus reatu atrociore culpabilis, ſi ad Eccleſiam confugerit, à corporalibus tantùm ſuppliciis excuſetur: de capillis*

capillis verò, vel quocunque opere placuit a dominis juramenta non exigi, Id est, quin à dominis retraherentur in servitutem, detonsis, ut in servis fieri solebat, capillis, & ab iis operæ imperarentur. Anastasius Biblioth. in Præfat. ad VIII. Concil. de Bulgarorum Rege: *In tantum autem pietas creverat Principis, & abundabat circa beatum Petrum venerationis affectu, ut quodam die manu propria capillos suos apprehenderit, & contemplantibus cunctis, se Romanis Missis tradiderit dicens, Omnes Principes & cuncti Principes VVlgarorum terræ cognoscant ab hodierno die me servum fore post Deum beati Petri & ejus Vicarii.* Gregor. Turon. de Gloria Confess. cap. 22. *Puerum huic Monasterio humiliatis capillis cessimus.* Lib. 2. de Mirac. S. Martini cap. 4. *Dicens, si eum reddideris sanitati, piissime Domine Martine, in illo die absolutus à mei servitii vinculo, incisis capillis tuo servitio delegetur.* Frodoardus in Adriano PP.

Cordibus ac tacti quidam meliora sequuntur,
Et sub Apostolica posito ditione capillo
Dant se, servitiisque ejus sine fine fideles
Sese mansuros votis testantur anhelis.

Quoniam Attachiamenta cap. 56. §. 7. *Est autem tertius modus nativitatis & bondagii: cùm aliquis liber homo pro dominio habendo, vel manutenentia alicujus magnatis, reddit seipsum illi domino, suum nativum sive bondum, in curia sua, per crinens anteriores capitis sui.*

Comam verò posituris & in Monachos attondendis primi capillorum cinni à viris primariis, aut certè amicis delibabantur. Faustus in Vita S. Mauri, num. 51. de Floro quodam: *Deinde veniens ante sacrosanctum altare, adstande B. Mauro, & omni congregatione, ---jubente viro Dei, Rex primus post eum de coma capitis ejus totondit, deinde quicunque ex optimatibus ejus voluit.* Ignatius Diaconus in Vita S. Nicephori Patr. Constantinop. n. 24. de eodem Nicephoro in Monachum attonso: Καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης κεφαλῆς ἀποκάρματα ταῖς τοῦ υἱοῦ καὶ συμβασίλεως χερσὶν ὑποδεχθῆναι σοφῶς ἐδικαίωσε. Michaël & Theophilus in Epist. ad Ludovicum Imp. apud Baron. an. 824. *Alii verò religiosum habitum monasticum sumere volentes, religiosiores personas postponebant, qui prius comam capitis eorum suscipere solebant, adhibitis imaginibus, quasi in sinum earum decidere capillos illorum sinebant.* S. Hieronym. Epist. 48. ad Sabinianum cap. 3. *Moris est in Ægypti & Syriæ Monasteriis, ut tam virgo quàm vidua, quæ se Deo voverint, & sæculo renunciantes, omnes delicias sæculi conculcaverint, crinem Monasteriorum Matribus offerant desecandum, non intecto postea contra Apostoli voluntatem incessuræ capite; sed ligato pariter & velato.*

Per unum crinem de capillis offerre se Monasterio dicebantur laïci, qui monachicæ Societati se se adscribebant, ut illius beneficiorum participes essent. Charta Pandulfi Principis de Consia & de Rapolla, Magistri & Dominatoris totius terræ de Principatu, an. 967. *Statim dominus Abbas congregavit omnes fratres intus in Ecclesia S. Michaëlis, & stantes coram altare, receperunt me ad suam orationem, & scripserunt nomen meum & omnium parentum meorum in libro, & sic in eadem hora ego discalceavi pedes meos, & ad sanctum altare ascendi, & per unum crinem de capillis meis obtuli me Domino, &c.*

Particulam capilli sui in signum captivitatis suæ Bald. Regi Hierosl. misisse Boëmundum scribunt Albertus Aq. lib. 7. c. 29. & auctor Hist. Hierosol. an. 1100. p. 596. vel quòd positio capilli signum fuerit servitutis, vel quòd ita egerit causa fidei faciendæ. Hildebertus Cenoman. Episcop. Epist. 39. *Ac ne simulatoriè loqui putaretur, abscissos de capite suo capillos matri suæ transmisit.* Gesta Regum Francorum cap. 41. *Perge velociter festinus cum crine capitis mei nunc ad patrem meum, ut succurrat nobis, antequam cunctus exercitus corruat.*

Capillorum tortura, seu crispatio, Gallis *Frisure*. In Concilio Londinensi an. 1138. c. 15. prohibentur Sanctimoniales *torturam capillorum & compositionem capillorum facere.* Martianus Capella lib. 4. *Femina --- cui crines tortuosi decentique inflexione crispati & nexiles videbantur.*

Capillos & barbam nutrire, Pœnitentium proprium fuisse observat Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 29. Unde cùm Ecclesiæ reconciliabantur, eorum crines tondebantur, & vestibus mundis induebantur, ut auctor est. Honorius August. lib. 3. cap. 76. & 77. Vide Diploma Sergii PP. apud Sammarthanos in Abbatib. Montismajoris Arelat. sub an. 1002. Ordericum Vitalem lib. 8. & 11. p. 682. & 816. &c.

Capillos & barbam radere interdum ii jubentur, ut in Synodo Agathensi c. 15. & Toletano III. c. 12. quod indestatutum conjicit Menardus ad Sacrament. Gregorii, M. p. 223. quòd apud Gothos promissa cæsaries honorisesset Symbolum.

Capillorum incisione adoptare, de quo more Paulus Warnefridus de Gestis Langob. lib. 4. c. 40. lib. 6. c. 53. Chronicon Novalicense, Aldrevaldus & alii à nobis laudati in Dissert. 22. ad Joinvillam p. 272.

Capillorum benedictio, in prima scilicet capillorum detonsione, de qua etiam nos pluribus in ea Dissertat. Charta Rogeri Abbatis Dervensis in Tabulario ejusdem Monasterii. *De benedictionibus sponsarum tertiam partem, benedictiones perarum, capillorum quoque suæ erunt &c.* Vide Nomocanonem nuper editum à viro eruditissimo J. B. Cotelerio to. 1. Monumentor. Eccl. Græcæ, cap. 533.

Capillo abraso pacem firmare. Ditmarus lib. 6. de Lutatiis paganis p. 65. *Pacem abraso crine supremo, & cum gramine, datisque affirmant dextris.*

Capillis capitis super altare positis, donationem confirmare, in Charta Alani Ducis Britanniæ apud Augustinum *du Pas* in Stemmate Tinteniacensi p. 572. *Inde etiam sunt testimonia capilli capitis mei, quos pono super altare, & culter unus.* Charta Willelmi Comitis de Warenna: *Et inde saisivi eam* (Ecclesiam) *per capillos capitis mei, & fratris mei Radulfi de VVarenna, quos abscidit cum cultello de capitibus nostris ante altare Henricus Episcopus VVintoniensis.*

Trahere per capillos. Lex Saxon. cap. 1. §. 7. *Si per capillos alium comprehenderis, sol. 120. componat.* Adde Legem Burgund. tit. 5. §. 4. & Legem Longob. Edit. Heroldi tit. 121. §. 3. Usatici Barcinonenses MSS. *Si quis se miserit in aguayt, & considerata mente requisierit Militem, & cum fuste cæderit eum, & per capillos traxerit, quod magnum dedecus est, emendet eum per mortem.* Fori Oscæ an. 1247. fol. 24. *Si dixerit publicè, quòd mentitur, aut traxerit per capillos, &c.* Magnum nempe dedecus, quòd *decalvatio* pro maxima infamia haberetur. Charta Communiæ Atrebatensis an. 1211. §. 23. *Qui alium pugno vel palma percussit, seu per capillos cepit, &c.* §. 24. *Qui alium ad terram per capillos traginaverit,* i. traxerit, &c. Aristænet. lib. 1. Epist. 2. Μέχρι τριχῶν συμπλεκόμεθα πολλάκις ἀλλήλαις.

Per capillos prendere, in Capitulari 3. an. 813. c. 17.

Remanere, aut *esse in capillo*, dicitur puella quæ nondum marito juncta est, & adhuc in domo patris manet: nam promissos crines innuptæ ferebant, nec eos in nodos retorquebant, quod nuptarum erat, præsertim apud Longobardos. Scipio Ammiratus to. 1. Geneal. Neapol. p. 56. *Ne feudi, non essendovi maschi, succedon le femine primogenite: eccetto se quelle ò altre essendo maritate, se ne trovasse alcuna non maritata fanciulla, nel qual caso non la maritata primogenita, ma la fanciulla non maritata succede; di cui si dice esser rimasa in capillo.* Adde Campanilem pag. 46. Lex Langob. lib. 2. tit. 14. §. 20. *Si quis Longobardus se vivente filias suas nuptui*

nuptui tradiderit, & alias post mortem in capillo in casa reliquerit, tunc omnes æqualiter in ejus substantia heredes succedere debent. Adde §. 21. 22. 26. 27. tit. 20. §. 1. Constit. Sic. lib. 2. tit. 9. lib. 3. tit. 24. §. 2. Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. ann. 1285. *In successione inter feudatarios & subfeudatarios viventes in regno eodem jure Francorum, sexus primogenitura prærogativa servetur, ut inter duos eodem gradu feudatarii defuncto conjunctos feminam masculus & juniorem major natu præcedat, sive sint masculi, sive sint feminæ concurrentes: nisi forsan duabus concurrentibus esset primogenita maritata, & junior remanserit in capillo; tunc enim junior, quæ in capillo manserit, primogenitæ maritatæ in successione hujusmodi præferatur: sed si nulla remanente in capillo, duæ vel plures fuerint maritatæ, majori natu jus primogenituræ servetur.* Vide Pithœum ad Consuet. Trecens. art. 5.

Capillos cercenatos, id est, in circulum vel orbem attonsos, jubentur habere *Saraceni franchi*, seu liberi, per curiam Generalem celebratam Ilerdæ à Jacobo II. Rege Aragonum anno 1301. *Statuimus, quòd quilibet Saracenus Franchus, qui sit in Catalonia, portet capillos cercenatos, & tolis* (i. tonsos). *in rotundum, seu in circuitum, eo ut cognoscantur inter Christianos, &c.*

Capillum facere, in Lege Burgund. cap. 6. §. 4. Gall. *Faire les cheveux. Quicunque ingenuo aut servo fugienti nesciens capillum fecerit, quinque sol. perdat: si sciens capillum fecerit, fugitivi pretium cogatur exsolvere.* Editio Heroldi: *Si ingenuus aut servus fugienti nesciens capillos fecerit, 5. sol. solvat, si sciens fecerit, &c.*

Capillos sibi invicem detondere, Pœna conspiratorum in Capitul. ad Legem Salicam cap. 3. §. 7. in Capitul. 4. an. 805. cap. 10. in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 11. & in Capit. Ludovici Pii ann. 824. cap. 6. apud Holstenium.

Fures & alii malefici *puniti in cute & crinibus*, in Speculo Saxon. lib. 2. art 13. §. 1. art. 28. §. 3. lib. 3. art. 3. §. 1. & in Wichbild Magdeb. art. 19. §. 1. art. 44. §. 1. 96.

CAPILMUT, *Cabalmute* vel *Cattelmute*, apud Scotos, forma per quam catalla solent rei vindicatione repeti per eorum verum dominum. Vide Skenæum ad Quon. Attach. cap. 10. Scotis *mute* est placitum. Vox igitur composita ex *capitale*, aut *catallum*, & *mute*.

CAPILUM, *Capulum*. Testamentum Audonis Episcopi Veronensis an. 11. Ludovici Pii: *Cum brolio, cum curte, areis—& alia territoria, tam aratorii, prato, capilo, & cardica, piscinibus, aquariis, &c.* Charta Lotharii Imp. filii Ludovici Pii, apud Ughellum. tom. 7. pag. 1438. *Comperimus juste & rationabiliter pacta Monasterii S. Zenonis in omnibus pascuorum, & capuli, seu decimæ, & omnem exactionem pertinere, &c.* Charta Friderici Imp. an. 1178. Ibidem p. 1434. *Cum casis, ædificiis, areis, hortis, vuidis, silvis, pratis, pascuis, capilo, aquario, herbatico, escatico, &c.* Vide *Caplim.*

CAPIRO. Vide *Caparo.*

CAPIS, Calix, seu genus poculi ad sacrificia, vox nota Varroni, Livio, & aliis. Fragm. Petronii: *Habeo scyphos urnales,—habeo capidem, quam reliquit patronus meus, ubi Dædalus Nioben in equum Trojanum includit.* Hucbaldus Mon. Elnonensis in Carm. de Calvis:

Cæsareæ capides. canti cata cista catonis.

Capis, capicis, Capsa. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 33. *Accipiunt ova gallinarum, & rumpunt ea, & in cacia vel capice lignea aut ferrea, quæ tamen sit stagnata, ponunt ea; sed in rumpendo ovo, removent summitatem testæ ovi, &c.*

CAPISA, Mensuræ species. Falco Beneventanus ann. 1192. *Adeo fames invaluit, ut sæpe apud sanctum Germanum venderetur coscina frumenti plusquam una uncia auri, & sauma vini similiter, & capisa olei Tari quinque.* Vide *Capis.*

CAPISCHOLIA. Vide *Caput scholæ.*

CAPISTERIUM. Vetus Glossarium: *Capisterium, est vas quoddam, quo frumenta purgantur.* Dictum pro *Scaphisterium* censent Merula & Salmasius. Gloss. Græc. Lat. Σκαφιςήριον, *Scaphisterium*. S. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 2. *Ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præstari sibi capisterium petiit, &c.* Ubi Zacharias Pap. μαγίδιον vertit. Vita S. Mauri Episc. Cæsenatis n. 13. *Eodem modo ac si capisterium ventilare videretur, tremere infeliciter cœpit.* Vide Odonem Cluniac. serm. de S. Benedictio, & Aldhelm, de Laude Virginum c. 19. Utitur etiam Columella lib. 2. c. 9. Vide Foros Aragon. lib. 4. tit. de Tabellionibus.

CAPISTRAGIUM, Quod pro capistris domus Regiæ ministris annuatim conceditur: Gallis *Chevestrage*. Ordinatio Hospitii S. Ludovici Regis Fr. an. 1261. capite de Scutiferia: *Scutiferi insimul pro capistragiis suis per annum 36. libr.*

Chevestragium, eadem notione. Charta S. Ludovici Regis Franc. an. 1256. *Notum facimus—quòd cum retroactis temporibus Scutiferi nostri consuevissent percipere quandam costumam, quæ dicitur chevestragium, de fœno quod Parisius per Sequanam adducitur, nos attendentes quòd per ejusmodi exactionis abusum, quo gravabantur, prædictam Costumam penitus amovemus, prohibentes ne de cætero aliquatenus exigatur, &c.*

CAPISTRIUM, pro *Capistrum*: καπίςριον, Moschopulo. Glossæ Basil. φορβαία, ϖεςόμιον. καπίςριον. Domnizo l. 2. de Vita Mathild. cap. 9.

——— *Nocte reliquit*
In castris vasa, seu frena, capistria sana.

Chaçeurs & palfreis à freins & à chevestres, in Legibus Willelmi Nothi vernacul. c. 22. *Le Roman de Garin*:

Ces vileins font en chevestres tenir.

CAPITAGIUM. Vide *Capitalitium.*

CAPITAL, *Capitale*, Capitalis sententia: Joanni de Janua, *pœna capitalis*. Gloss. Gr. Lat. Κεφαλικὴ τιμωρία, *Capitale*. Althelmus de Laude Virgin. c. 23.

Tunc demum capital perpessus fortè Sacerdos,
Æthera glauca petit devicta morte triumphans.

Et cap. 25.

Magnopere metuens fisci decreta nefandi,
Insuper & capital tremulus formidat acerbum.

Plauto, *Capital*, est crimen capitis periculo dignum. Ita etiam nostri vocem hanc usurpant.

CAPITALARIUS. Vide *Capitularius.*

CAPITALE, Cervical. Papias: *Pulvinar, capitale, plumatium.* Gloss. Græco-Lat. Τυλοπροσκεφάλαιον, *Capitale, pilentum.* Regula S. Benedicti c. 55. *Stramenta autem lectorum sufficiant, matta, sagum, læna, & capitale.* Cæsarius Heistersb. lib. 4. Mirac. c. 26. *Capitale ejus vertit, & mollificavit.* Occurrit apud Pelagium lib. 5. de Vitis patrum libell. 10. n. 76. S. Bernardum Serm. 2. in fest. Omn. SS. Udalricum lib. 3. Consuet. Clun. c. 11. in tertia Vita S. Winvvaloei Abb. n. 8. apud Bonifacium in Vita S. Livini Episc. & Mart. c. 3. in Regula Damianitarum Sororum cap. 8. in Chron. M. Belg. ann. 1047. in Tradit. Fuld. lib. 1. p. 459. &c.

Capitale, Operimentum capitis, vel fascia quâ caput involvitur. Gloss. Gr. Lat. Κεφαλόδεσμος *frontale, capitale.* Ditmarus lib. 7. *Capilale, ejusdem* (Reginæ Saracenorum) *ornamentum, invicem gemmatum, Papa sibi præ cæteris vindicavit, &c.*

CAPITALE, Debitæ pecuniæ caput. Papias: *Capitale, caput pecuniæ. Capitis summa*, apud Paulum IC. Gloss. Lat. Gr. *Sortes*, χρησμοί, κλῆροι, ἢ αἱ κεφαλαὶ τῶν δανεισμάτων, Jo. de Janua: *Capitale, pecunia, vel pœna capitalis, vel sententia de capite puniendo.* Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ἀρχαῖα, τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν. Ita Græci principalem summam rei creditæ

ἀρχεῖα vocant, ut Demosthenes, Aristophanes, & alii: *le Capital. Cabal* & *Caban*, in Consuetud. Burdegalensi art. 49. 50. 56. & Bayonensi art. 21. 22. 23. *Capitau*. in Solensi tit. 20. art. 1. 2. *Capitale debitum*, apud Odonem Cluniac. in Vita S. Geraldi lib. 1. cap. 24. Charta an. 1240. in Tabulario Campaniæ Bibl. R. f. 365. *Et quotiens transgressi & comprobati fuerint, capitale reddent vobis, & in 10. sol. tenebuntur*. Infrà: *In duobus sol. tenebitur ad emendam, & Majori in tribus denariis, & capitale reddet dominis. Bail de bestes à chaptel*, in Consuetud. Biturig. tit. 17. Nivernensi cap. 21. Burbon. art. 554. Nancaii art. 19. &c. *Id est*, inquit Molineus, ea conditione ut *grex, seu capitale in suo numero restituatur, reliquum autem sit commune*.

Capitagium, alia notione. Charta Henrici III. Angl. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 826. *Mandatum est--quod prædictum festum* S. Edvvardi)---*Vice regia teneant, & solenniter celebrent ad custum Regis, & capitagium Regis & Reginæ, scilicet de 36. ob unciæ nomine eorum offerri, & platam auri ponderis unius unciæ nomine Regis offerant, &c.*

Capitale, Æstimatio rei furatæ aut ablatæ, in Lege Salica, Ripuaria, & aliis passim, in quibus convictus de furto cujuspiam rei, certæ denariorum aut solidorum quantitatis *culpabilis judicatur, excepto capitali & delatura*, id est, præter capitale & delaturam. Ubi *capitale*, est res ipsa quæ restitui petitur, seu potiùs ejus æstimatio. Quomodo accipitur disertè in Lege Anglior. tit. 7. §. 7. in Lege Ripuar. tit. 18. §. 1. & in Decretione Chlotarii §. 12.

CAPITALE, pro *Capitulum*, vel *Capitulare*. Charta fundationis Agaunensis Monasterii apud Sammarthanos: *Placuit nobis ut & ipse Abbas——tam de veteri testamento, quàm de novo, & alii ædificentur, & per Capitalia scribantur, ut posteri teneant.*

Capitale, Captale, dicitur bonum omne quod possidetur, præsertim verò bonorum species illa, quæ in pecudibus consistit, quam Forenses nostri *Catallum* vocant, voce à *Capitale* & *Captale* deducta. Nam *Capitum* vocabulo pecudes intelligi docemus infrà: unde quidquid boni in armentis & pecudibus est, *Capitale, Captale*, & *Catallum*, appellatum est. Gloss. Lat Gall. *Capitale, Chatel.* Catholicon Armoricum: *Chatal, Gall. Daumalle, hoc armentum.* Charta S. Bernardi Abbatis Clarevall. an. 1145. in Tabulario Autisiod. *Si thelonarius Comitis, seu aliquis clientum primus ceperit eum, qui Capitale Episcopi abstulit, Capitale suum cum Lege Episcopo reddere faciet: & si per ejus incuriam cum eodem Capitale evaserit, ipse pro illo Episcopo de Capitali & Lege respondebit.* Vide Chartam Willelmi Episc. Cabilonensis an. 1227. apud Sammarth. in Episc. Cabilon. n. 39. Perardum in Burgundicis p. 327. &c.

Captale pro pecude disertè usurpant Leges Inæ Regis Westsax. cap. 42. apud Bromptonum: *Rustici curtillum debet esse clausum æstate simul & hieme. Si disclausum sit, & introeat alicujus vicini sui* Captale (versio Saxonica habet *Pecus*) *per suum apertum, nihil inde recipiat; sed educat & patiatur damnum suum.* In Legibus ejusdem Inæ cap. 21. & 39. *Fur inventus in* Capitali, *i.* re mobili, aut pecuaria. Eadem habentur præterea notione *Captale & Capitale* cap. 44. 55. 63. & in Legibus Henrici I. cap. 13. 29. & 59.

Capitale vivens, in Legibus Æthelstani: *Reddam de meo proprio decimas Deo, tam in vivente* Capitali, *quam in mortuis fructibus terræ.* Ubi *vivens* Capitale, idem est quod *viva pecunia* in Legibus Guillelmi I. i. *pecudes*, uti rectè interpretatur Lambardus.

Capitale furtum. Vide *Capitis furtum.*

CAPITALE, *Capitalitium, Capitagium, Capitis census, Cavagium, &c.* voces ejusdem originis ac significationis, quæ denotant censum, quem *homines de corpore*, seu *de capite* quotannis debebant domino præstare. Vita Garneri Præpositi Divionensis: *In crastino Nativitatis, cùm celebraretur venerabile festum S. Stephani, mos est censuales ad altare venire ministrisque astantibus debitum solvere.* Atque ejusmodi census ut plurimum erat quatuor denariorum, tametsi non semper. Unde ejusmodi censui obnoxii, seu *homines de capite* dicuntur esse *homines quatuor nummorum*, vel *de quatuor nummis*, in Consuetud. Burbonensi art. 192. 203. & in Charta Ranulphi Abb. S. Mauri ad Ligerim, ex Tabulario ejusdem Monast. *D. quodam Coliberto S. Mauri nomine Simone Fabro, qui diu ventilatus, hominem se ipsius Sancti recognoscebat; sed non sicut alii qui de quatuor nummis erant,—& ille respondit se esse hominem S. Mauri; sed non sicut alii qui quatuor nummos reddebant.* Chartæ Alamanniæ Goldasti cap. 5. *Duo mancipia mea---libertate donavi, ea tamen ratione ut annis singulis ad eellam Ratpoti, quæ ad Monasterium S. Galli pertinet, in censu quatuor denarios solvant.* Tabularium Majoris Monasterii Ch. 159. *Notum sit omnibus quod Stephanus Cambacanis de Ferraria accepit in conjugio ancillam S. Martini, per quam & ipse servus est. Sed cùm illa mortua esset, & accepisset conjugem aliam liberam mulierem, abnegavit se esse servum S. Martini, & dearramivit bellum contra nos; intra terminum autem quo bellum fieri debebat, recognovit se malè egisse. Venit in Capitulum Majoris Monasterii, & dedit recognitionem suam, scilicet secundùm consuetudinem imposuit super caput suum* IV. *denarios, & per illos tradidit se S. Martino & Monachis ejus, videntibus istis, &c.*

Præstabatur autem census iste capitalis quotannis, ut ex locis infrà laudandis patet: præterea in nuptiis & in morte. Charta Hugonis Castellani Gandensis an. 1243. *Manumissi autem singuli in præsentia nostra obtulerunt semetipsos dictæ Ecclesiæ, cum omni posteritate sua, ad duos denarios Flandrenses solvendos annuatim in Assumptione B. Mariæ nomine census capitalis, & quando nubunt, sex denarios Flandrenses, 12. quando moriuntur.* Lambertus Ardensis pag. 163. *Manumisit & liberos resignavit, dum ipsi & ipsorum & posteri & successores Abbati jam dicto & ejus successoribus annua pensione singulos redderent denarios, & in nuptiis, & in morte quatuor.* Ita tamen ejusmodi censui obnoxii erant, si *reditus terræ* non haberent: nam eo casu *census cadere* dicebatur. Charta Flavinicensis Tabularii anno 897. *Donamus etiam mancipia his nominibus --- sub eo censo, ut masculi denarios 4. feminæ 2. de capite annis singulis, simul & jornos 2. nisi reditus terræ teneant, ut ipsum censum cadere debeat.*

Capitale Baldricus Dolensis Episc. de Capite S. Valentini Mart. n. 21. *Si mea, inquit, mulier te voveres B. Valentino, -- ut ei capitale tuum reddas quotannis, credo convalesces.* Infrà:

Capitaneum dicitur: *Promissumque capitaneum annuatim B. Valentino reddidit. Capitalia jura*, in Actis S. Forannani Abbatis Valciodorensis n. 21.

Capitaneus census, in Charta Joannis Abbat. Monast. S. Bertini an. 1091. in Tabulario ejusdem Monast. ubi de servis: *Qui omnes S. Bertino capitaneum censum annuatim reddentes, ad eundem Sanctum pertinebant: ea conditione, ut dum aliquis eorum maritaverit, 5. sol. S. Bertino persolvat, & unum nummum annuatim in depositione ejusdem Sancti.* Alia an. 1107. ibid. *Ea videlicet interposita conditione, ut tam ipsæ prænominatæ mulierculæ, quàm omnis posteritas earum omni anno in Nativitate S. Mariæ pro capitaneo censu, quandiu vixerint,—— tres obolos persolvant singuli.*

Capitalitium. κεφαλίδιον, apud Theophanem in Nicephoro generali an. 4. Charta Caroli C. ex Tabul. S. Germani Paris. apud Gallandum: *Propter feminas quæ ducebantur de villis Abbatiæ, uxorandi causâ & capitalitium ab eis requirebant.* Auctor Cantatorii apud Jo. Robertum in Vita S. Huberti pag. 301. *Prædictus Cubicula-*

cularius Adelaidis ex more incisus, & soluto capitalitio servus Sancti effectus est. Guntherus lib. 5. Ligurini:

Improba Romano poscunt à Rege tributa
Cujus ad arbitrium disponitur omne tributum,
Et capitalitiam cogunt appendere summam.

Et lib. 8.

Et capitalitium certo sub tempore censum.

Ubi perperam *capitolicium* præfert liber editus. Robertus Monach. lib. 9. Hist. Hieros. *Et ei qui in eo sepultus fuit gratias referentes, capitalicia sua obtulerunt.* Vide Miracula S. Agili lib. 1. cap. 5.

Capitagium. Charta Pacis Communiæ urbis Faræ an. 1207. *Capitagia hominum nostrorum, & tria placita generalia, & panem quem mihi debebant, &c.* Infrà: *Salvis capitagiis dominorum suorum, &c.* Charta Joannis Abbat. Compend. an. 1247. *Reddunt insuper homines nostri de corpore, tam præsentes quàm futuri utriusque sexus capitagia sua certis terminis, quibus solvere consueverunt.* Charta Guillelmi Abbatis S. Dionysii an. 1248. apud Doubletum lib. 3. pag 907. *Manumisimus & manumittimus & ab omni obnoxietate servitutis, quâ nobis antea tenebantur, videlicet forismaritagio, capitagio, manumortua -- absolvimus.* Alia Guillelmi Episc. Laudun. in Probat. Hist. Guinens. pag. 378. *Item capitagia hominum ipsius Ingerranni ibidem commorantium* Charta an. 1222. in Tabul. Campaniæ Regio: *Damna petant sibi illata, occasione prohibitionis factæ ipsis hominibus de tallia & capitagiis non solvendis.* Charta Joannis de Vernone an. 1231. *Remisi eis & quitavi manummortuam & denarios quos mihi debebant nomine capitagii annuatim.* *Capage*, apud Delphinates. Vide Expillium Orat. 21.

Capitaticum. Chronicon Mosomense p. 641. *Corrigiam sibi in collo posuit, ancillatui Sancti se subdidit, capitaticum suum & se & posteritatem suam post se daturam -- repromisit.*

Census capitis. Capitula Caroli Calvi tit. 31. cap. 28. 34. *Ut illi Franci qui censum de suo capite, vel de suis rebus ad partem regiam debent.* Chronicon Besuense pag. 582. *Insuper unam ancillam* (delegavit) *quæ vocatur Rainburgis, solitum capitis sui 2. denariorum omni anno reddituram debitum.* Radevicus lib. 4. de Gestis Frider. cap. 5. *Nec de terra tantum, verùm etiam de suis propriis capitibus censûs annui redditionem.* Frotarius de Miraculis S. Benedicti. *In manicis obolum religat capitis quasi censum.* Letaldus in Miraculis S. Maximini Abbatis Miciacensis num. 35. *Homo ille quotannis capitis sui censum die annuo super altare sui liberatoris persolvit.* Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 17. *Hanc sibi legem præfixerat, ut secundo semper anno ad sepulcrum eorum* (SS. Petri & Pauli) *recurreret, decemque solidos ad proprium collum dependentes, tanquam supplex servus, Domino suo, quasi censum, deferret.* *Capitis tributum* in Concilio Tolet. III. can. 8. Adde Flodoardum lib. 4. Hist. Rem. cap. 49. Hugonem Flaviniacensem pag. 246. Miræum lib. 2. Diplom. Belgic. cap. 43. Gallandum de Franco alodio pag. 20. &c. Vide *Capitatio*, *Fornus*. Κεφαλίτιον, apud Theophanem pag. 407. *Censum capitis* reddit Anastasius.

Respectio capitis. Vide *Respectus.*

Census capitalis, Chef cens, in Consuet. Aurelian. art. 135. Ita enim scribedum pro *Cher sens*. Charta. an. 1225. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 401. *Pro quibus domibus reddebant singulis annis Ecclesiæ supradictæ 4. denarios de capitali censu.* Diploma Ragenoldi Episcopi Parisiensis apud Sammarthanos: *Mille librarum auri -- cogatur exsolvere, & rusticano more, vel paralitate submissus, capitalis census dissolutione plectatur.* Occurrit præterea in aliis Chartis in Probat. Hist. Castilion. pag. 51. 52.

Cavagium. Charta Communiæ S. Quintini in Viromand. an. 1195. apud Hemereum: *Illi homines nostri liberi, qui non sunt homines de corpore, si venerint in Communiam, -- nec alicui domino de forisfacto respondeant nisi de cavagio suo.* Infrà: *Quandiu puer aut juvenis, vel adolescens, sub tutela patris sui -- moratur, nullum debet domino suo cavagium, nec alicui debet respondere justitiæ, donec proprium habeat catallum, de quo lucretur.* Charta super Confirmat. Consuetudinis S. Andomari an. 1227. apud Duchesn. in Probat. Guinensis: *Omnes qui infra murum S. Audomari habitant, -- liberos à cavagio, hoc est, à capitali censu, & de advocationibus constituo.* Philippus *Mouskes* in Carolo Magno:

A Carlemagne s'accorda,
Del cavage qu'il leur manda,
S'il ne venoient à lui là.

Chavagium, in Charta Roberti Episc. Lingon. an. 1235. apud Roverium in Reomao.

Cabatgium, in Vita Innocent. VI. PP. apud Bosquetum: *Joannes Armeniaci Locumtenens Regius in lingua Occitana, quem occasione cabatgii noviter per ipsum instituti, dicti populares hostiliter insecuti sunt.*

Chevagium. Bracton. lib. 1. cap. 10. §. 3. *Chivagium dicitur recognitio in signum subjectionis & dominii de capite suo.* Charta Gauffredi Archiepisc. Burdegalens. in Tabulario S. Hilarii Pictavens. *Clamabat prædictus Hugo Brunus adversus Ecclesiam B. Hilarii, dicens, quòd in Anto. de Benais habere debebat talliatam suam, quantam vellet, avenas quoque, gallinas, & caseos cosdunales, chevagium, & etiam rucengiam, cavalatam quoque & biennium quotiescunque vellet.* Tabular. de *Doncheri*: *Au Prieur de Doncheri, au lieu de Sapogne les droits de chevage dudit lieu competent & appartiennent, c'est assavoir que chacun Bourgeois dudit lieu sont tenus envers le Prieur chacun an, le lendemain de Noël d'un denier de recognoissance.* Regestum Temporalitatum, ex Camera comput. Paris. fol. 133. ubi de Mortua manu, *Lesquels 12. den. sont appellez chevage, pour ce que chascun chef marié ou vefve le doit. Le Roman de Guillaume au Court-nez MS. Le Roman d'Aubery MS.*

Or service & chavaige deus cens requiert ta it fort
Dou chavaige est pechiés, mais dou service est drois.
Et dist le Rois, Ne lor celez vos ja,
Qui n'i venra, jamais m'amor n'aura,
Il & ses oirs tousjours cuivers sera,
Et de chavaige quatre deniers donra.

Quevage, pro *chevage*, pronuntiatione Picardica, in Consuet. Peronensi. Vide tom. 2. Monastici Angl. pag. 827. & Fletam lib. 1. c. 7. §. 7.

Chevachium. Tabularium Campan. Bibl. Reg. an. 1213. *Homines de S. Ulpho qui 4. nobis debent denarios de chevachio.*

Cavelicium. Vetus Charta Corbeiensis, cui titulus, de Mensa Abbatis: *Omnes tenentur respondere ad Conventum in censibus, in cavelicis, & in aliis reditibus, &c.* In Magno Chartulario ejusdem Monasterii: *Le devant dis Mesire li Abbés en ledite vile bien mile personnes, ou plus assés, lesquels ne puent marier sans sen congié, & du congié donné il en a sa droiture accoustumée, & tant come il sont ensamle par mariage, cascune persone paie à Mons. l'Abbé deux Parisis de sen kief, & apele-on tele condition en nom vulgal Caveliche, pour chonque chest pour le kief.* *Droit de Chevelage*, in variis Chartis quæ habentur in Probat. Hist. Ecclesiæ S. Aniani pag. 100. 101. quod *Chevalligium* appellatur in Charta Libertatum oppidi S. Paladii in Biturigib. an. 1279.

CAPITALES *homines*, qui debent *censum de capite*, quo nomine plerumque intelliguntur qui olim manu missi fuerant non *plenaria*, sed *conditionali* manumissione, sub conditione operarum, servitii, aut census annui: *Hommes de cors & de chief*, in Stabilim. S. Ludovici lib. 2. c. 31. & in Probat. Hist. Ecclesiæ S. Aniani pag.

pag. 100. *Homines de capite*, in Charta Caroli Calvi ex Tabulario S. Germani Parif. apud Beslium in Episcopis Pictavenfib. pag. 33. *Servi de capite*, in Formulis vett. c. 3. & lib. 4. Historiæ Vezeliacensis p. 590. Epistola B. Noviomensis Episcopi tom. 4. Hist. Franc. Epist. 224. *Super femina illa, quam clamo, quia capitalis esse debet Episcopi.* Charta Communiæ Meldensis, Henrici Comitis Trecensis anno 1179. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 298. *Capitales homines censum capitalem debitum dominis suis persolvent.* Charta Caroli Comitis Flandr. an. 1123. in Tabular. Gandav. *Capitales S. Petri in advocatia Bracbatensi*, apud Duchesn. in Probat. Hist. Guin. pag. 191. Synod. Coloniensis an. 1280. cap. 12. *Homines censum capitalem Ecclesiis solventes.*

Cujusmodi autem esset capitalium hominum conditio, sic præclarè describit Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 13. extremo: *Masculus 12. denarios solvebat singulis annis de censu sui capitis, femina 6. quidam alius legis 2. denarios, quidam 4. Masculus istarum conditionum quocunque moraretur, sive sub nostro jure, sive sub alieno, si necdum conjugatus erat, debebat Ecclesiæ, quasi hæredi suæ, quidquid in omni substantia supererant ei: si fuerat conjugatus, & non cum sua compare, hoc est, quæ non esset ancilla nostræ Ecclesiæ, debebat dimidium suæ substantiæ, similiter & femina, excepto quòd quocunque conjuge essent ei liberi, non dabat Ecclesiæ, nisi quod melius videbatur in omni sua mobili re. Masculus si esset cum sua compare conjugatus, dabat de suis vestimentis quod erat meliùs. Quòd si haberet terram censualem & servilem, de terra dabat Præpositis ad curtim bovem, & de capite suo vel alium, vel rem quam habebat meliorem. Ita quoque fiebat si palefridi superessent.* Vide *Manumissio*, & *Hereotum.*

CAPITALIS, Primus, ac præcipuus. *Capitalis friborgi*, in Legibus Edvvardi Confess. c. 20. Apud Sanutum lib. 3. part. 11. c. 7. *Capitales* dicuntur, qui aliis *Capitanei*. *Capitales Barones*, apud Robertum de Monte an. 1159. id est, præcipui. *Capitales Ecclesiæ*, apud Robertum Valciodorensem in Vita S. Forannani Abbat. n. 9. *Capitales Curiæ*, in Actis aliis ejusdem Sancti n. 13. *Capitales viri de Curia*, ibid. n. 15.

Capitalis, Gallis *Captau* vel *Capitau*, Dignitatis nomen, quibusdam ex illustrioribus Aquitaniæ Proceribus attributum, quos Comitibus, Vicecomitibus, & Baronibus vulgò accenset Consuetudo municipalis Burdegal. art. 75. Sed præsertim duos ex iis, hac dignitate insignitos observare est, *le Captal de Buch*, & *le Captal de Trene.*

Prioris crebra occurrit mentio apud Froissartem, Berrium, Tillium, & alios Historiæ Francicæ Scriptores. Joannes *de Grailly. Capitalis de Bogio* appellatur, in Fœdere, quod inter Castiliæ Regem & Anglos initum est an. 1362. & aliis Chartis, quas laudat Marca lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 8. *Capitau de Buef*, in Chron. Flandr. c. 98. Est autem *Bogium*, Aquitaniæ municipium ad canalis ostium, quod sinum Arcachonium efficit. Ex quo quidam censuere: *Capitales* appellatos, quòd essent domini loci istius, qui est promontorium, seu, ut vulgò Galli efferunt, *caput* in mare excurrens, *Cap de Buch.* Alii dictos putant, quòd essent Capitanei istius castri. *Capitales* enim quandoque cum Capitaneis, seu Præfectis, confundi, ex Sanuto diximus: atque ita *Capdals* usurpat Raimundus Montanerius in Chron. cap. 133. 185. Porrò Chronicon MS. Bertrandi *du Guesclin* eundem Guesclinum exhibet heraldum, seu fœcialem, *Captalis de Buch* sic alloquentem:

Et direz par delà à vostre reparier.
Que nous irons à eux, s'il ne viennent à premier,
Car je crois, se Dieu plaist, que je puis esploier,
Que du Castal de Buef mangeray un quartier,
Ne je ne panse anuit autre char manger.

Inscriptio portæ Atrebatensis urbis:

Captal de Beuf, qui y fut pris,
Comme Capitaine de haut pris.

Veteres Chartæ scriptæ an. 1459. *Capitalatum* & *Capitalagium de Botgio* vocant, eumque tradunt primitus possessum à P. Amanevo *de Bordeu*, qui obiit sine liberis, cujus frater fuit P. *de Bordeu*, Dominus de Podio Paulino, de Castro novo, & de Insula S Georgii, qui filium habuit P. *de Bordeu* Capitalem de Bogio, & Assalhidam de *Bordeu*, nuptam P. de *Gresly* Vicecomiti de Benaugis & de Castilhone. P. de *Bordeu* absque liberis pariter mortuo, Capitalatus in Gresliacam familiam transiit, ac deinde in Lebretensem.

Capitalem Trenæ recenset Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 131. inter Nobiles Senescalliæ Burdegalensis his verbis: *Captau de la Trena debet pro castro de Trena, & pro his quæ tenet à Rege in diversis parochiis, 100. sol. 8. den. de sporta.* Hujus etiam meminit Regestum Homagiorum nobilium Aquitaniæ fol. 11. & 17. *Petrus Capitalis de Trena sub tutela Raymundi de Novelliano* 1273. Vide Marcam in Histor. Beneharn. lib. 6. c. 24. n. 9.

CAPITAL, Præcipuus. Nicolaus PP. ad Carolum Calvum, de Joanne Erigena: *Parisius, in studio cujus capital jam olim fuisse perhibetur, morari non sinatis.* Glaber lib. 3. c. 8. de M. Heriberto Aurelianensi. *Capitale Scholæ tenebat dominium.*

CAPITANEA, Capitale debitum, *Sort principal*, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 5. cap. 14. & alibi.

CAPITANEÆ *Literæ*. Auctor incertus de Limitib. agror. *Quas literas singulas in terminis invenies, quæ capitaneæ sunt, non fundorum, sed rationis terminum ostendunt.*

CAPITANEUM. Tabularium S. Remigii Remensis: *Donat——in banno pro pastione cum socio de bobus 4. den. capitanea car. 1. ad scuriam de materiamine car. 1.* Idem videtur quod *capitum*, palea. Vide *Capitale.*

CAPITANEUS, Adjectivum, præcipuum, principalis, qui est *in Capite*, capitalis. Hincmarus de Ordine Palatii cap. 27. *Capitanei ministeriales certatim de die in diem nunc istos, nunc illos, ad mansiones suas vocabant, &c. Capitaneum Monasterium*, apud Baldricum lib. 3. Chron Camerac. cap. 38. *Capitaneum altare*, in Charta Petri Morinorum Episcopi an. 1237.

Capitaneus, Caput militum, præfectus copiis militaribus, nostris *Capitaine*. Guill. *Guiart*:

Serjens & Mestres Capitaines
Font espartir aval les plaines.

Caput exercitus, apud Fredegar. in Chron. cap. 78. *Duces in capite*, Gall. *Generaux en chef*, apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 5. *Rex Godegisilum & Gunthcramnum Duces in capite dirigit.* Gesta Dagoberti Regis cap. 36. *Rex de universo regno Burgundiæ exercitum promoveri jubet, statuens in capite Aboindum &c.* Annales Francor. an. 786. *Prævaluerunt Franci, & cum victoria, Deo volente, reversi sunt, & Capitaneos eorum* (Britonum) *repræsentabant Domino Regi Carolo.* Vide Capitulare an. 807. cap. 3. Occurrit passim.

Capitanius. Annales veteres Francorum à Lambecio editi lib. 2. Comm. de Bibl. Cæsarea an. 798. *Et illi omnes se tradiderunt in manus ejus, & tulit inde illos Capitanios quos voluit.* Occurrit etiam in Chronico Beneventano an. 1192.

Capitaneus generalis, Dux totius exercitus, apud Matthæum Paris, qui *Major Capitaneus* in Charta Cremonensi an. 1244. nostris olim *Capitaine general & souverain*, cujus dignitatis & munii suprema potestas, sic describitur in Charta quam hîc damus: *Philippe par la grace de Dieu Roys de France, à tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Sçavoir faisons que nous confians du sens, loyauté & diligence de nostre amé & feal Chevalier Guy de Neelle, Mareschal de France, icelluy avons fait & estably faisons & establissons par ces Lettres,*

pour

pour la seureté du pays, Capitain general & souverain de par Nous esparties de Xanctonge & és pays & marches d'environ, & de tous les lieux voisins, auquel nous avons donné & encore donnons pouvoir, auctorité, & mandement especial de mander, assembler, & tenir à nos gages gens d'armes & de pié tant, tel nombre, & toutefois que bon li semblera de visiter, & establir les villes, Chasteaux, & fortresses du pays, & des marches, & de croistre & apetisier les establies, de changer, mettre de lieu en autre, & oster du tout Chastellains, Baillis, Prevos, Receveurs, & toutes manieres d'autres Officiers quiex & quelque estat qu'il soient, & autres establir de nouvel en lieux d'eux, de quitter, remettre, pardonner toutes manieres de crimes & malefices aux personnns que il verra que bon soit, de rappeller bains, de donner Lettres d'Estat a ceux qui seront en nostre service avec luy, ou autrepart de son commandement, du jour que il partirent de leur pays jusques à un mois aprés leur retour des parties où il seront alés, de composer a toutes manieres de gens, de quelque estat que il soient tenant villes, chasteaux & forteresses de nos ennemis qui vauldroient sans fraude venir à nostre obeissance, de prendre deniers sur les Receveurs quelconques desdites parties pour faire les choses dessusdites toutes fois que mestier en sera, en eux donner quittance sous son seel de ce qu'il prendra d'eux, & de faire toutes autres choses qui a office de Capitain general & souverain puent & doivent appartenir. Lesquelles choses dessusdites ainsi faites par nostredit Capitain, nous aurons fermes & agreables, & icelles & cescunes confermerons par nos Lettres seellées en las de soie de cire verte, se mestier est. Donnons en mandement par la teneur de ces presentes a tous nos Officiers & subjets de quelque estat que il soient, que audit Mareschal comme à Capitain establi de par Nous, obeissent diligemment, & prestent & donnent conseil, confort, & aide, toutefois que mestier en aura, & à nos amés & feaux Gens de nos Comptes à Paris, que tout ce que nostredit Capitaine aura pris ou receu desdits Receveurs, ou d'aucuns d'iceux pour la cause dessusdite, il allouënt en leurs comptes, & rabatent de leurs receptes sans contredits, nonobstant, que ces presentes soient passées par les gens de nostre secret Conseil, en tesmoin de laquelle chose nous avons fait mettre à ces Lettres nostre grant seel. Donné au Bois de Vincennes le 9. jour d'Aoust l'an de grace 1349. Extat in 12. Regesto Chartophylacii Regii ch. 17. Diploma aliud Philippi Pulcri Regis datum apud Vincenas die Martis ante festum B. Mariæ Magdalenæ an. 1302. quo Comitem sancti Pauli Buticularium Franciæ *Capitaneum exercitus* sui in bello Flandrensi constituit.

Capitaneus Ecclesiæ: in Charta an. 1080. apud Beslium p. 484. videtur idem qui *Advocatus*.

Capitanei, in libris Feudorum, seu potiùs in Italia, generaliter dicebantur, Duces, Comites, Marchiones, qui Regis Capitanei sunt, ut lib. 1. tit. 1. Specialiter autem qui non sunt ex hoc illustri Magnatum, sed ex eorum ordine, qui *à Principe vel ab aliqua potestate de plebe aliqua, vel plebis parte per feudum sunt investiti*, quique *Valvasores majores* olim appellabantur, ut est lib. 2. tit. 10. quo sensu *Capitanei* à Comitibus distinguuntur lib. 2. tit. 10. 12. 17. & in Constitut. Frideric. de pace tenenda. Guntherus lib. 8. Ligurini:

Hanc proceres cuncti, Comes, an Dux, Marchio, Consul,
Et cum judicibus Capitanea turba verendis.

Vide Ottonem Frising. lib. 2. de Gest. Frideric. cap. 12. Decreta pro Mediolanensib. apud Baron. ann. 1067. n° 11. Petrum de Andlo lib. 2. cap. 12. Zazium de Feudis cap. 5. §. 19. 23. 24. &c.

Cataneus, vox detorta ex *Capitaneus*, idemque sonat. Ivo Carnotensis Episc. Ep. 129. *Præcipuè hoc Nobilitati tuæ debemus, qui & noster es parochianus, & Ecclesiæ nostræ Cataneus. Chataigne*, Scriptores nostri Gallici ævi medii pariter dixere. *Le Roman de Roncevaux, MS.*

Demandront moi, Où est li Cuens chataingne?
Le Roman de Gaydon MS.
Dont maint Duc & maint Comte, & maint Prince chataigne
Furent occis, &c.
Le Roman d'Amile & d'Amy MS:
Iluec trouva Amile li chataine.
Alibi:
Va sent Amiles li prous & li chataine.

Catanei, iidem qui *Capitanei* apud Feudales, quidquid contrà reclament Scriptores aliquot Itali, qui aliunde vocis originem accersunt. Romualdus Salernit. in Chronico MS. *Comitissa de Berthenora cum Guillelmo de Markisella nobili Ferrariensi Catanio, cum magna multitudine militum & peditum ad succursum ejusdem civitatis veniebat.* Charta Caroli IV. Imp. Id. Febr. 1370. pro Amizino de Bozullis Milite & Legum Doctore, & Joanne ejus fratre, civibus Papiensibus: *Auctoritate Imperiali, tenore præsentium nobilitamus & altiori nobilitatus gradu gratiosiùs elevamus, atque sub forma & modo quibus meliùs possumus, vos & eosdem vestros descendentes legitimos nobiles Cataneos constituimus, & auctoritate prædicta creamus & facimus, & aliorum Cataneorum nobilium honoribus, privilegiis, juribus, immunitatibus & dignitatibus frui ubique locorum decernimus, &c.* Vide V. Cl. Ægidii Menagii Origines Italicas in *Cattano*.

Capitania, Capitanei officium, dignitas, propriè *feudum Gardiæ* perpetuum, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 63. lib. 5. Ep. 71. lib. 6. Ep. 25. *Capitaneria*, Italis.

Capitaneatus. Marsilius de Menandrino in Defensore pacis 1. part. cap. 9. *Unus quidem cum Monarcha statuitur ad aliquod opus determinatum, circa regimen communitatis, —— vocatur autem officium hoc in Communitatibus modernis Capitaneatus, aut Contestabiliaria.*

CAPITARE. Alcuinus Poëm. 203.

Mens pia pascatur verbis cœlestibus, illa
Et laus alma Deo tota capitatur in aula,

Fortè *crepitetur*.

CAPITAS, Papiæ, *Amplitudo, à capiendo*. Ita etiam Gloss. MS. Regium signat. 1013.

CAPITATICUM. Vide *Capitale*.

CAPITATIO, Capitis census, seu tributum capitis vel personæ. *Capage*, apud Delphinates, & Expillium orat. 21. Tertullianus: *Hominum capita stipendio censa, ignobiliora.*

Capitatio, Tributum pro jugorum, seu capitum, id est, possessionum numero impositum: sic dictum, quia in censum veniebant, referebanturque omnia quæ possessionum, capitum, sortiumque, & jugorum æstimationi accedebant. Ita Jacobus Gothofredus ad leg. 2. Cod. Th. de Censu, ubi plura de ejusmodi capitatione, quàm *Censum capitum* vocarii à sancto Hilario annotat, *Caput*, ab Eumenio in Paneg. & Sidonio Carm. 13. ad Majorian. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Cum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit: proprietatibus carent, & vectigalibus obruuntur.* Glossæ Lat. Græc. *Tributum*, τέλεσμα, ἐπικεφάλιον. *Tributum capitulare*, ἐπικεφάλιον φόρος. Nostri ejusmodi capitationem. *Talliam realem* vocant.

Capitatio humana, in leg. 6. Cod. Th. de Conlat. donat. pars ea tributariæ functionis, quæ pro servis, colonis adscriptis, censitis, præstabatur, ut.

Capitatio animalium, d. l. 6. quæ pro animalibus possessionum, *le Bestail*.

Capitatio plebeia, in l. 4. Cod. Theod. de Censu, quæ *Exactio plebis* dicitur in leg. 6. eodem, quæ à plebe exigitur, à qua eximuntur virgines Deo sacratæ & pupilli, quam etiam eandem cum superiori capitatione possessionum esse censent viri docti.

Capite census, apud Papiam MS. *Taxatio possessionum, vel qui caput suum deducit ad censum, ad honorem, ad divitias. Capitecensus, corona quæ capite geritur.* Charta Henrici Imp. an. 1039. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 147. *Cum——censibus & capitecensibus, agris, campis, vineis, &c* Occurrit ibidem in aliis Chartis. Charta Communiæ Faræ an. 1207. apud Thomassierium pag. 438. *Statuimus etiam ut homines Capitecensi dominis suis censum capitis suis infra terminos Pacis tantùm persolvant, &c.*

CAPITEGIUM, Capitis amiculum, Gallis *Couvrechef.* Guarinus Ordinis Prædicat. in Vita Margaretæ Hungaricæ num. 19. *Parabat cibum pro infirmis in coquina, accendebat ignem, carnes pro eis in proprio portabat capitegio, vel ad collum.* Vetus Rotulus an 1252. *Pro capitegiis missis tunc D. Reginæ uxoris Regis, &c.* Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano de Consecr. PP. *Ordinator ponat unum capitegium subtile in modum serti super caput electi, pendentibus capitibus capitegii post collum, & sic mittit Chrisma super caput ejus in modum Crucis.* Perperam editum *capiteregii*, apud Raynaldum ad calc. tom. 3. an 1272. n. 9. *Capiteregium* scribitur apud Rainaldum, ad calcem tom. 3. an. 1279. num. 19. ut & in Charta ann. 1347. apud V. Cl. Dion. Salvagnium Boissium lib. de Placito Dominico pag. 10. *Item quicquid dicta Francesia, tanquam hæres dicti patris sui, & dictus Guigo ejus vir nomine dictæ uxoris habent & possident in mandamento Belligardi——ad placitum unius capiteregii usque ad valorem 18. denariorum bonorum Viennensium in mutatione domini vassalli solvendum dicto domino Dalphino & successoribus suis ad opus Dominæ Dalphinæ.* Alibi *velum* appellatur. Occurrit præterea in Vita B. Coletæ non semel.

CAPITELA, Vetus Notitia judicati, apud Franciscum Mariam in Mathilde Comitissa lib. 3. *Dum in Dei nomine in civitate Luca, ad Curte Domini Hugonis Regis, in Solario ipsius curtis, ubi Dominus Ugo & Lotharius filius ejus gloriosissimi Reges præerant, in capitela, ubi est longanea solarii, &c.*

CAPITELLUM. Ugutio & Papias: *Capitella dicuntur quæ columnis superponuntur, quia columnarum sunt capita, quemadmodum super collum caput.* Idem Papias: *Hermes, dicitur capitellum quod ponitur super columnam.* Vita B. Mariani Abb. Ratisp. n. 26. *Claustro, capitellis, sculptis ac basibus—eandem Ecclesiam decoravit.* Occurrit non semel 3. & 4. Regum. *Columnarum deaurata capita*, apud Hieronym. Epist. 8. & Epist. ad Gaudentium: *Auro fulgent capita columnarum.* κιονόκρανα dicuntur ejusmodi capitella Photio in Encomio Novæ Ecclesiæ à Basilio extructæ. Vide *Capitulum.*

Capitellum, Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis: *Aqua saponis vel lixivium.* Matthæo Salvatico: *Aqua saponariorum, ex quo fit sapo, dictum Gutta prima, aqua prima.*

Capitellum, Minus capitulum, seu locus ubi conveniunt Monachi: nam plura habebant interdum Capitula in majoribus Monasteriis. Tabular. Vindocinense Thuani Ch. 27. *Hæc definitio facta est apud Vindocinum in capitello S. Georgii anno 1070.*

Capitellum, Capitolium, arx. Radulfus de Diceto in Imag. Hist. an. 1174. de urbe Santonica: *Deinde progrediens aggressus est fortuna consimili capitellum, præsidium majus, sed præsidio primo antiquius.* Capitolium Santonicum intelligit, de quo sic Ademarus Cabanensis in Chron. *Dolo adduxit eum in Capitolio Sanctonæ urbis, quasi in beneficio urbem ipsam ei concederet, nihilque mali suspicantem, inclusum Capitolio, nefanda eum capere non veritus est traditione.* Quod verò *Capitolium* & *capitellum* his Scriptoribus est, *turrem Sanctonensis civitatis* Hovedenus, *præsidium* Walsinghamus vocant. Vide *Capitolium*, & *Capitulum.*

CAPITENNIUM. Vide *Captenere.*

CAPITEREGIUM, Vide *Capitegium.*

CAPITIARIUS. Vide *Capitium.*

CAPITILAVIUM, Dominica Palmarum. Ordo Romanus: *Dominica Indulgentiæ, quæ diversis vocabulis distinguitur, id est, Dies Palmarum, sive Florum, atque Ramorum, Osanna, Pascha petitum, sive Competentium, & capitilavium.* Appellationis rationem exponit Isidorus lib. 2. de Divin Offic. cap. 27. & lib. 6. Orig. c. 18. *Vulgus autem ideo eundem diem Capitilavium vocat, quia tunc moris est lavandi capita infantum, qui ungendi sunt, ne fortè observatione Quadragesimæ sordidati, ad unctionem accederent.* Eadem ferme habent Alcuinus lib. de Offic. divin. Rhabanus Maurus lib. 3. de Instit Cleric c. 35. & Papias.

CAPITIUM, Capitis tegmen, Festo, Nonio Marcello, & Isidoro lib. 19. Orig. c. 30. At Varro scribit tegmentum fuisse, quo mulieres pectus amiciebant. *Capitia* in mundo muliebri reponuntur ab Ulpiano, l. 27. de Aur. & arg. legat. Ugutioni verò & neotericis Grammaticis, *Capitium, os tunicæ* definitur. Papias: *Capitium, summitas tunicæ, capitis foramen in veste.* Balbus in Catholico: *Capitium, os tunicæ, vel alterius vestis, unde caput immittitur.* Auctor Mamotrecti: *Capitum, quod est circa collum.* S. Hieronym. de Veste Sacerdotali, de tunica talari: *In superiori parte qua collo induitur, aperta, quod vulgò Capitium vocant. Capitium tunicæ*, apud August. Contra liter. Petiliani lib. 2. c. 104. Job. c. 30. *Quasi capitio tunicæ succinxerunt me.* Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli c. 5. *Episcopus capitio cappæ imposito cum anhelus stetisset.* Quibus in locis, Goldastus ait *Capitium* esse eam vestis partem, quæ ad os tunicæ collum circumamicit humeris injecta, veteribus Alemannis *Goller*, quasi *Collare*, quam vocem Germani adhuc retinent: Alemanni seu Helvetii *Halsmantel* pro eo dicunt. Unde putat *Capitium* à *caputio* distinguendum, quod fuit tegmen capitis.

Le Roman du Renard MS.
Et del peliçon se merveilloit,
Que la chevesce i ert en travers,
Et si l'avoit vestu envers,
Estrois estoit par chevesce, &c.

Id tamen in confesso esse debet, has voces plerumque confundi, & pro capitis tegmine sumi. Ordericus Vitalis de Monacho degradato, vel remisso: *Capitium illi Abbas——abscidi fecit, eumque de Cœnobio expelli.* Adde pag. 482. 854. Statutum Henrici IV. Reg. Angl. apud Westmon. an. 1. *Quòd si aliquis Miles, vel aliqua persona minoris status det aliquam liberatam panni vel capitiorum contra formam statuti, &c.* Vide *Caputium.*

Capitium ferreum, Cassidis species. Statuta Willelmi I. Regis Scotiæ cap. 23. *Habens 15. libras——habeat equum, habergeon, capitium de ferro, ensem, & cultellum qui dicitur dagger.* Statuta secunda Roberti I. Scotor. Regis cap. 27. 1. *Qui non habuerit actonem & basinetum, habeat unum bonum habergellum——& unum capitium de ferro, & chirothecas de guerra.* Vide *Capellus ferreus.*

Capitiare. Ugutio: *Capitium, os tunicæ, vel alterius vestis, unde Capitiare, capitium facere.*

Capitium, Caput lecti, Gallis, *Chevet.* Concilium apud S. Macram an. 881. c. 8. de Carolo M. *Ad capitium lecti sui tabulas cum graphio habeat, &c.*

CAPITIUM, *Capicium*, Pars ædis sacræ, quæ vulgò *Presbyterium*, seu locus ubi altare statuitur, & Græcis βῆμα dicitur. Chronicon Mauriniacense lib. 1. *Qui nobis vitream majorem in capitio fecit.* Charta an. 1282. in M. Pastorali Eccl. Parisiensis lib. 20. Chart. 220. *Omnes Matricularii Ecclesiæ Parisiensis in omnibus & singulis quæ pertinent ad custodiam totius Ecclesiæ Parisien-*

Parisiensis, excepta illa particula, quæ dicitur Presbyterium, sive capicium, &c. Chron. S. Petri Vivi pag. 753. *Scire est utile de translatione sanctissimi corporis communis Patris Benedicti, quod causâ meliorandi capitii, vel Monasterii Floriaci loci (qui super Ligerim fluvium est vel nominatur) in navi ipsius Ecclesiæ per aliquod tempus collocatum est. Hoc anno præscripto, perfecto capitio, & choro, cum membris & utroque latere convenientibus, Abbas Simon, &c.* Veteres Consuet. Floriacensis Cœnobii: *In vigilia Nativitatis Domini—— januæ capitii aperiantur.* Vide Bolandum 6. Febr. p. 813.

Hodie etiamnum in Ecclesia Monasterii S. Dionysii juxta Lutetiam, eam partem ædis sacræ, quæ retro altare est, & ad quam aliquot gradibus ascenditur, *Chevet*, & *Chevais* vocant. Vetus Poëma MS. cui titulus, *le Rosier de S. Denys*:

Monte ou chevais à destre main,
Où gist le corps de S. Romain,
En celui premier oratoire
L'os de l'espaule du baptiste
Saint Jean, dont ne dois estre triste,
Y est mis en belle memoire.

Ita Capicium Sandionysianum appellatum fuerit, quòd ei, pulvinaris instar, quod *Chevet* vocamus, adnixum fuerit altare: vel quia *caput* sit Ecclesiæ, uti hæc pars appellatur non semel apud Helgaudum in Roberto Rege, ubi Ecclesiam S. Aniani Aurelian. describit: *Ad caput S. Aniani unum,* (altare) *ad pedes aliud.* Infrà: *Caput autem ipsius Monasterii fecit miro opere construi.* Historia Abbatiæ Condomensis p. 509. *Item fecit claudi magnas fenestras capitis Monasterii versus portam furni.——Item fecit fieri vitreas fenestrarum capitis Monasterii in alto testudinis vestiarii.* Nam & *Chevet* pro capite usurparunt nostri. Vetus Poëta *de la Vie de sainte Marie*, ubi de S. Joanne Baptista:

Qu' Herode fist martirer,
Li chevet à une gleve trancher.

Ut & *Chevece. Le Roman du Renard*:

Dant Ysengrin en piè se drece,
S'ahiert Renard par la chevece
Del point li donne tel buffet, &c.

Sed & Parisiis nota ea appellatio, ubi plateas, seu compita vocant *le Chevet de S. Landry,* & *le Chevet de S. Jean en Greve,* qua parte earundem ædium sacrarum capita seu Presbyteria protenduntur. Vide *Capsum.*

Capitiarius, Capicerius, Dignitas & officium in Ecclesiis & Monasteriis, nostris *Chevecier*, cui *Capicii* Ecclesiæ cura incumbit. Gloss. Lat. Gal. MS. Thuanum: *Capicerius, Chevece. Capiciarius*, apud Fulbertum Carnot. Epist. 103, Charta an. 1185. in Tabulario S. Martini de Campis: *Dedi etiam capicerio, id est, Sacristæ, &c.* Testamentum Sugerii Abb. S. Dionysii an. 1137. *A toto capitulo obtinuimus, ut de capitio capitiarius frater, quicunque sit ille, refectionem Fratribus in refectorio ipsa die anniversarii nostri accurate persolvendo procuret.* Charta Hugonis Abbatis S. Dionysii an. 1193. ex Tabular. ejusd. Eccl. *Volumus & constituimus, ut 10. lampadibus, quæ ante altaria capitii nostri per noctem tantùm ardebant, oleum sufficienter à capitario ministretur, ut tam per diem, quam per noctem in perpetuum ardeant.* Veteres Consuetud. Floriac. Monasterii: *Post completorium ponit Capicerius cereos ante unum quodque altare.* Vita S. Winnoci Abb. c. 13. *Manum casu ad capitium ducens Capicerius, &c.* Quam vocem frustra à *capitatione* deducunt Meursius, & Vossius, quasi *Capicerius* fuerit, qui capitale tributum exigit. Ita persæpe nugantur viri, licèt doctissimi, heterodoxi, qui rebus nostratibus Ecclesiasticis minùs versati sunt, quod alibi non semel observamus. Perperam etiam vir doctus in Historia ædis sancti Aniani Aurelian. cap. 7. cum Primicerio confundit: neque feliciori conjectura alii *à capienda cera* dictum putarunt, quòd ut plurimum in Ecclesiis candelarum cæterorumque luminum dignitati ista cura incumbat, quia & altaris in quo reponi solent, eum perinde spectat.

Capiceria, Dignitas *Capicerii*, apud Sugerium Epist. 38. & in Charta Ludovici Regis Fr. an. 1161. apud Sammarth. in Episcop. Parisiens. Vide eosdem pag. 438.

Capitium molendini. Charta an. 1230. in Regesto Tolosano fol. 91. *Et tradidit eidem Do. Comiti —— totam partem, jus & rationem quam habebat in Capitio molendini, & in praxeria, & ripatorio de portu, & in ripatorio ipsius aquæ, &c.* Occurrit rursum infrà.

CAPITO, Truncus arboris, Italis *Zocco.* Innocentius III. lib. 13. Ep. 95. *Ad enucleandas pinos in hebdomadâ Natalis, & portandos truncos arborum, quos ipsi Zoccos, vel Capitones appellant, accedere consueverant annuatim.* Aliàs *Capito* est piscis fluviatilis, de quo Ausonius & alii. Vide Annales Colmarienses part. 1. an. 1274.

CAPITOLARIUS. Vide *Capitulum.*

CAPITOLUM, Templum paganorum, vel locus ubi sacrificare cogebantur Christiani. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 930. Καπιτώλιον, ἱερόν. S. Cyprianus Epist. 55. *Quid superest, quam ut Ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus Sacerdotibus, ac Domini altare removentibus, in Cleri nostri sacrum venerandumque consessum, simulacra atque idola cum aris suis transeant?* Et lib. de Lapsis: *Nonne quando ad Capitolium sponte ventum est, quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est, labavit gressus, caligavit aspectus? &c.* In Capitoliis enim idola congesta erant. S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 1. *Manifestum est, vestram Ecclesiam, quæ ab Arrianis, id est, à gentilibus, Episcopos suscepit, non tam Episcopos recipere, quàm de Capitolio Sacerdotes.* Et cap. 5. *Homo edoctus in Capitolio*, Paganus. Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Et quascunque solent Capitolia claudere larvas.

Inde Tertullianus de Spectac. *Capitolium, omnium dæmoniorum templum* dixit. Gelasius PP. contra Andromachum: *Sacrificetur in templis dæmonum, & in Capitolio prophana veritas prædicetur.* Concil. Eliberit. can. 59. *Prohibendum ne quis Christianus aut gentilis ad idolum Capitolii sacrificandi causa ascendat, & videat.* Adde Vitam S. Sergii Mart. 24. Febr. apud Jo. Tamaium Salazar. & Bolandum.

Non sola porrò duntaxat Roma Capitolium habuit, sed & aliæ complures ex majoribus, illius exemplo, atque adeo in ipsa Gallia urbes, & ex iis illæ potissimùm quæ *Coloniæ* populi Romani erant: nam ut ait Gellius, *erant Coloniæ quasi effigies parvæ Populi Romani, eoque jure habebant Theatra, Thermas, & Capitolia.*

Constantinopolitani Capitolii mentio est in l. 12. C. de Ædif. privat. in Vet. urbis descript. reg. 8. in Chronico Alexandr. p. 714. & apud Coripp. lib. 3. de Laud. Justini. In eo scientiarum Professores publicè docuisse discimus ex Constit. Theodosii & Valentin. quæ extat in Cod. Just. & Theod. de Stud. urbis Romæ & CP. unde probabile videtur illam esse ædem, quam βασιλικὴν τῶν παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ vocat Anonymus in Anthol. lib. 4. cap. 23. Quo sensu *Basilicam legum* habet vetus Inscriptio Tardæ in Transylvania apud Gruterum 171. 2. Vide nostram Constantinopolim.

Hierosolymitanum, unde urbs ipsa Hierusalem dicta Ælia Capitolina, Ulpianus in l. 1. D. de Censibus & vetus Scriptor qui extat in Operib. S. Augustini, recensent.

Charthaginense, S. Cyprian. Epist. 55. & lib. de Lapsis.

Ravennense Capitolium memorant Ado Vienn. in Martyrol. 23. Jul. & Hist. S. Apollinar. post Abdiam.

Mediolanense, Ughellus tom. 4. p. 201.

Florentinum, Joannes Villancus lib. 1. c. 38.

Capuanum, Sueton. in Tib. c. 40. in Caio c. 57. Passio SS. Rufi & Carponii in Sanctuario Capuano, & ibi Michaël Monachus p. 57.

Veronense, Polycarpus Palermus lib. 1. de Plinii patria c. 5 p. 53.

Beneventanum, Baronius ad Martyrol.

Augustanum in Vindeliciis, Acta S. Afræ Mart. & Welserus lib. 5.

Coloniense, Cæsarius Heysterb. lib. 7. cap. 42. & Harigerus Abb. Lobiens. in S. Materno Episc. Leod. cap. 13. Magister Jordanes in Chronico pag. 108. Hermannus Stangefolius lib. 1. Annal. Westphalic. c. 12. n. 2. Ægidius Gelerius in Colonia Agrippina lib. 3. Syntagm. 9. pag. 330.

Trevirense, Faustus in Hist S. Andochii, Acta S. Eucharii, Vita S. Agricii Episc. Trevir. n. 29. Vita S. Valerii Episc. Trevir. c. 2. n. 6. Historia Trevirensis in 12. tom. Spicilegii Acheriani p. 201. &c.

Narbonense, Sidonius Car. 23. Vita S. Pauli Narbon. apud Bosquetum, Chartæ variæ apud V. Cl. Steph. Baluzium in Not. ad Concilia Narbon. p. 79. 110. 116. 136.

Augustodunense, Eumenius Paneg. 9. & ex eo Chassaneus in Catal. Gloriæ mundi part. 12.

Nemausense, Poldus Albenas, à quo describitur pag. 73.

Bisuntinum, Chiffletius in Antiq. Bisunt.

Santonense, Ademarus Caban. an. 1031. pag. 182. & veteres aliquot Chartæ Abbatiæ S. Mariæ Santon.

Claromontanum in Arvernis, Wenebrandus in Hist. S. Illidii, & ex eo Savaro in Orig. Clarom. p. 278. 1. Edit.

Remense, Acta S, Marçæ Mart. n. 3. apud Boland. 6. Jan.

Rodense ad Thicim amnem supra Gerundam, in Hispania, Acta SS. Vincentii & Orontii n. 5.

Apamiense, Acta S. Thyrsi ex MS. Tholosano n. 31.

Tolosanum denique, quod etiamnum appellationem servat. Martyrol. Rom. 29. Nov. Fortunatus lib. 2. Poëm. 8. Gregor. Turon. lib. 1. Hist. cap. 30. Vita S. Saturnini Episc. & Martyr. apud Chiffletium, & Vita S. Dionysii Episc. Paris. apud Episcopum Monspeliensem in Historia Ecclesiast. Gall.

Sed & in *Pampilonensi* Navarræ primaria urbe Capitolii vestigia observo in veteri Statuto pro Regno Navarræ edito à Joanne *Paste* Decano Carnotensi, & Hugone *de Viry* Milite, Regni reformatoribus à Rege delegatis: *Fuit ordinatum quòd in Capitolio venderetur bladum, & quòd laboratores Regis, Ecclesiæ, & Nobilium qui adducunt bladum suum vendendum Pampilonam, adducant ibidem & vendant, & Rex habeat Minagium suum.* Nisi *Capitolium*, sit hoc loco domus ædilitia. Non desunt denique qui hæc de quibus egimus, *Capitolia*, urbium arces fuisse volunt, non verò ea ædificia quæ Romani Capitolia vocarunt. Nam

Capitolium, interdum pro arce usurpatur Gloss. Lat. MS. Regium, & Isidori: *Ars Capitolium.* Item: *Capitolium, Summum caput regionis.* Sic S. Hieron de Locis Hebr. arcem Babyloniæ *Capitolium* vocari ait, & lib. 1. in Isaiam cap. 14. de eadem urbe: *Arx autem, id est, Capitolium illius urbis, est turris adificata post diluvium.* Casaubonus ad Sueton. in Caligula c. 57. scribit ea voce tandem omnes arces promiscuè appellatas videri. Vide *Capdolium.*

Capitolium, Ædes in qua jus dicitur. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Capitolium*, Dom hus, id est, judicii domus. *Judiciale Capitolium*, apud Joan. de Beka an. 1254.

Capitolium, pro Capitulo Canonicorum, vel Monachorum, seu loco in quo congregantur Canonici, vel Monachi, de re & disciplina canonica & monastica acturi: Italis *Capitolo.* Jo. de Janua: *Capitolium dicitur a Capitulum, quia ibi conveniebant Senatores, sicut in Capitulo claustrales.* Scedula Presbyterorum seu Canonicorum Ecclesiæ Laudunensis, apud Hincmarum Remensem Epist. 1. ex Labeanis: *Quapropter quia eundem dominum nostrum* (Hincmarum Episcopum Laudun.) *regia potestate retentum & reclusum viva voce adire non poteramus, & Sacerdotali ministerio prohibiti ab eo frui non audebamus, 1. 1. Kal. Junias ad Capitolium nostrum convenimus, & ibidem communi colloquio retractantes, ratum fore duximus, ut, &c.* Inscriptio sepulcralis in Monasterio Monialium S. Mariæ, Iadræ:

Laude nitens multa jacet hic Vekenega sepulta,
Quæ fabricam turris, simul & Capitolia struxit.

Ita vocem hanc usurpant Honorius Augustod. in Gemma animæ lib. 2. cap. 61. Haymo in Psalm. 68. Passio S. Thyemonis Archiep. Juvanensis. Hugo, Flaviniac. pag. 236. Chronicon Reichersperg. ann. 1170. Chronicon Trudonense lib. 8. pag. 449. Historia Landgrav. Turingiæ cap. 3. Chronicon Mindense Meibomii pag. 120. Veteres Chartæ apud Beslium pag. 454. 471. &c. Καπιτωλια τῶν μοναχῶν dixit Palladius in Hist. Lausiaca.

Capitolium Capsula reliquiarum in modum arcis efformata, vel certè idem quod *Capitellum*, Gall. *Chapiteau*, in Gestis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 19. *Unus dens B. Joannis B. qui in medio illius vasis in uno parvo Capitolio chrystallino & argenteo sit natus.*

CAPITOSUS, Italis *Capitoso*, obstinatus. *Equus indomitus, vel capitosus*, in Quoniam Attach. cap. 48. §. 10.

Capitosè, Obstinatè, præfractè. Henric. Knyghton. lib. 5. *Sed capitosè in suis insanis consiliis propriam voluntatem protervè exercere.*

CAPITULARE, Scriptum capitulis distinctum. Glossæ Græc. Lat. Κεφάλαιον. γραφεῖον, *Capitulare. Descriptio capitularis*, Charta Folcuini Morinorum Episcopi, apud Folcardum de Miracul. S. Bertini. cap. 7. 8. Papias: *Capitulum, quod vulgò Capitulare dicitur.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 40. *Joannes frater & Coepiscopus noster directo per Justum Clericum suum capitulari, inter alia plura hoc nobis noscitur intimasse, &c.* Adde lib. 7. Epist. 8. lib. 10. Epist. 5. lib. 11. Epist. 19. lib. 12. Epist. 8. Adrianus PP. in Epist. ad Carolum M. *Edidit nobis Capitulare adversus Synodum. Capitulare Augustorum*, in Capitul. Car. C. tit. 40. cap. 2. Agobardus de Insolentia Judæorum: *Deinde venerunt & prædicti Missi, habentes in manibus tractoriam stipendialem, & Capitularia sanctionum, quæ non putamus vestra jussione existere talia.* Adde Epist. 1. Leonis III. ex Conringianis. Vide *Capitulum. Capitulare Evangeliorum de circulo anni*, ita appellatus liber Ecclesiasticus, in quo discribuntur initia & fines cujusque Evangelii, quod singulis diebus in Missa legitur. Will. Heda in Conrado Episcopo Traject. *Missale, Capitulare, & Historiam vetus novumque Testamentum continentem, &c.* Vide V. Cl. Stephanum Baluzium in Notis ad libros Capitular. pag. 1156. *Capitularia Apostolica*, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 126. *Capitularis libellus*, in Capitula dispertitus, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 16. extremo. *Capitulare institutum*, Regula monastica per capitula distincta, apud Ardonem in Vita S, Benedicti Abb. Anianæ. num. 36.

Capitularis, Diploma, charta, libellus. Charta Radelchisi Princip. Benevent. *Seu singulis aliis locis quos servi equidem Cœnobii ad liberos homines, vel ad alios servos dederunt, aut per capitularem, aut per aliquam repromissionem.*

Capitulare

Capitulare, Capitulis aliquid distinguere, apud Jo. de Janua. Vita S. Wunebaldi Abbatis Heidenhemensis n. 21. *Ista verò quæ nunc capitulamus atque disputamus, oculis nostris vidimus.*

Capitulariter, apud Joannem VIII. P. Epist. 63. idem quod *capitulatim*. Vide in hac voce.

Capitularis, Ornamentum capitis. Antoninus Monachus in Itinerario Hierosol. *Pendet superbrachia, dextrochiria, monilia, & anuli, capitulares, cingula, baltei, &c.* Vide *Capitale*.

CAPITULARES *literæ*, Majores literæ, quæ in principio cujusque capituli librorum describuntur, auro, minio, aliisve coloribus depictæ, & variis subinde figuris adornatæ, cujusmodi passim conspiciuntur in libris manu descriptis. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. *Lineandi & capitulares literas ritè creandi gnarus.* Cap. 9. *Et quos ad litterarum studia tardiores vidisset, ad scribendum occupaverat, & lineandum: quorum amborum ipse erat potentissimus, maximè in capitularibus literis, & auro.* Vide *Capitaneæ literæ*.

CAPITULARIUM, Liber censualis, in quo descripta sunt capitula, seu præstationes quas quisque debet: *cap. dastre*, Occitanis. Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 30. *Gaiso verò Comes ejusdem temporis accepto capitulario, quod anteriores scriptores fecisse commemoravimus, tributa cœpit exigere.* Et mox: *Ecce librum præ manibus habemus, in quo census huic populo est inflictus.* Vide Juretum ad Symmachi lib. 9. Ep. 10.

Sunt etiam *Capitularia* libri civitatum, in quibus descripta habentur decreta ac statuta earumdem. Ita apud Honorium III. PP. in 5. Compilat. cap. 2. hanc vocem usurpari observatum à viris doctis.

Capitularium, idem quod *Capitulare*, Tegmen capitis. Gloss. Ælfrici. Sax. *Capitulum, vel Capitularium*, Ƿoðelaȝ, *vel capa*, i. ad verbum, pannus capitis.

Capitularia videntur etiam appellata ornamenta Chartarum, quas *viticulas* vulgò, seu *vignettes* appellamus, quòd ea in librorum capitulis ut plurimum fiant. Gloss. Lat. Gr. *Capitulariis*, τοῖς ἀσπαράγλοις τοῦ χάρτου. Est enim ἀσπάραγλος, frutex.

CAPITULATA. Acta Proconsularia apud S. Augustinum Epist. 165. *Proferens etiam instrumenta dominica, etiam quæ diligenter fuerant occultata, capitulatam argenteam, & lucernam argenteam, &c.* Eadem Acta lib. 3. contra Crescon. cap. 29. *Ibi protulit Silvanus capitulatam argenteam, & lucernam argenteam, quòd diceret se post arcam invenisse eas.* At lib. 4. cap. 56. ubi proferuntur eadem Acta, pro *capitulatam*, habetur *capsulam*.

CAPITULATIM, *Summatim, in summa*, ἐν κεφαλαίῳ, in Glossis Gr. Lat. Cornelius Nepos in Catone: *Atque hac omnia capitulatim sunt dicta.* Aliàs.

Capitulatim, Joanni de Janua, est *distinctè, per capitula*. Ludovicus Pius in Epist. ad Sicharium Archiep. Burdegalensem: *Et his coram capitulatim memoratam institutionis formulam prælegi jubeas.* Idem ad Magnum Archiepiscop. Senonensem: *Et eandem institutionem per singula Capitula coram Ecclesiasticis ordinibus prælegi facias.* Anastasius Bibl. in Epitome Synodi VIII. *Definitionem Thomæ Antiocheni & Eliæ Hierosolymitani capitulatim.* Adde Concilium apud S. Macram. an. 881. c. 4. Epistolam Herivei Remensis Archiep. ad Widonem Rotomag. Archiep. cap. 1. Concilium Ravennense an. 904. in Prologo, Reginonem de Eccles. discipl. p. 30. 2. Edit. Flodoardum in Prologo Hist. Remens. &c.

CAPITULUM, & *Capitularia functio*, vel temonaria, in l. 14. & 15. Cod. Th. de Extraordin. &c. pro auri tironici, seu pretii loco tironum exactione. Gregorius M. lib. 1. Ep. 47. *Sacra Imperialia cucurrerunt, quibus omnia præceperunt gravia nunc capitula submoveri.*

Capitularii, iidem qui Exactores, in l. 3. cod. Cod. de Privileg. eor. qui in sacro Palat. mil. *Capitularii horreariorum & tabernariorum*, apud Senatorem lib. 10. Epist. 28. qui tributa ab horreariis & tabernariis exigebant, Maximè verò in d. l. & l. 7. eod. Cod. de Tiron. *Capitularii* dicuntur *Temonarii*, ut & apud Symmachum lib. 9. Epist. 10. capitulariæ & temonariæ functionis exactores.

CAPITULUM. Papiæ, *dictum quasi alterius sententiæ caput. Capitulum est brevis multorum complexio, sic dictum, quia breviter capiant totam summam. Capitula librorum dicta quòd breviter capiant & contineant aliquam sententiam, quasi caput & titulus majoris scripti. Unde Clericorum Capitulum dictum, quod capitula ibi exponantur.*

Capitula, & *Capitularia*, Canonum Ecclesiasticorum, & Legum Regiarum Codices, ita nuncupati, quòd per *Capitula*, seu sectiones digesti distinctique sint: ἱερὰ · αἱ θεῖοι τύποι, apud Theophanem an. 17. Copronymi. Lupus Ferrariensis Epist. 42. *Canones eosdem, sive, ut vos vocatis, Capitula -- vobis direxi.* Sic Theodulfus Aurelianensis *Capitula* vocavit librum quem scripsit *ad Presbyteros Parochiæ suæ*, seu acta synodica, in quibus ad Cleri & populi emendationem præcepta continentur. Eodem titulo donatus liber alter Heradi Turonensis Archiepiscopi an. 858. de quo hæc Chronicon Andegavense an. 858. *Do. Herardus Archiepiscopus generali Synodo in Turonica civitate habita, quadam necessaria sanctorum Canonum capitula excerpsit, quæ firmiùs custodienda sanxit.* Neque alia ratione Græci Patres aliquot, Marcus, Diadochus, Nilus, &c. κεφάλαια libros suos inscripserunt, in quibus monita Christiana continentur.

Præsertim verò Regum sanctiones & decreta *Capitula* & *Capitularia* appellata, quòd perinde per capitula digesta sint. Lex 4. Cod. Th. de Falsa moneta: *Quibus ita emendatis, omnibus Capitulis lex lata servabitur.* Neque tamen universim statuta regalia *Capitulorum* & *Capitularium* nomine donata; sed ea potissimùm quæ in publicis Comitiis, vel Synodis, vel Conciliis, Episcoporum & populorum consensu, ab ipsis Principibus edebantur, in iis scilicet casibus, qui in legibus deerant: unde *Capitula* à Legibus distinguuntur apud Hincmarum Remensem Opusc. 14. cap. 8. *Habent enim Reges & Reipublicæ ministri Leges, quibus in quacunque provincia degentes regere debent; habent Capitula Christianorum Regum ac progenitorum suorum, quæ generali consensu fidelium suorum tenere legaliter promulgaverunt.* Et cap. 11. *Ex Christianorum Regum Constitutionibus per capitula breviter ac salubriter, si teneantur & exequantur, collecta continentur.* Denique Opusc. 15. cap. 15. *Quando sperant aliquid lucrari, ad Legem se convertunt: quando verò per Legem non æstimant acquirere, ad Capitula confugiunt.* In Synodo Suessionensi an. 853. c. 44. *Capitula synodalia Caroli Magni, &c.*

Erant igitur *Capitula* legum appendices & additamenta, eaque in Synodis sancita. Eginhardus an. 819. *Legibus etiam capitula quædam necessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt.* Capitul. an 821. cap. ult. *Capitula quæ præterito anno Legi Salicæ per omnium consensum addenda esse censuimus, jam non ulteriùs Capitula; sed tantùm Lex dicantur, & pro Lege teneantur.* Annales Francor. Bertiniani an. 864. *Capitula etiam ad 37. consilio fidelium suorum, more prædecessorum ac progenitorum suorum Regum, constituit, & ut legalia per omne regnum suum observari præcepit.* Capitula Caroli Calvi tit. 39. cap. 7. *Per Capitula avi & patris nostri, quæ Franci pro Lege tenenda judicaverunt, & fideles nostri in generali placito nostro conservanda decreverunt.* Aimoinus lib. 5. cap. 35. *Placitum generale habuit, ubi per Capitula qualiter regnum Franciæ filius suus Ludovicus -- regeret -- ordinavit.* Fragm. Hist. Franc. tom. 3. ist.

Hist. Franc. pag. 334. de Ludovico Pio: *Adjecit præter ea quædam sæcularibus legibus Capitula, quæ nunc usque pernecessaria comprobantur.* Vide Leon. Ost. lib. 1. cap. 18. Atque ejusmodi Regia Capitula digessit Ansegisus Abbas Lobiensis. Adso de Mira ulis S. Waldeberti num. 12. de eodem Ansegiso: *Capitula Regum Francorum, quæ diversis fuerunt acta Conciliis, excepit, & uno volumine contineri fecit.* In quatuor scilicet libris. Sigebertus an. 827. *Ansegisus Abbas Lobiensis edicta Imperatorum Caroli Magni & Ludovici filii ejus ad Ecclesiasticam legem pertinentia in duobus libellis digessit. Idem eorundem Edicta ad mundanam legem pertinentia in duobus æquè libellis digessit.* Postmodum Benedictus Moguntiacensis Ecclesiæ Levita eadem Capitula, partim etiam alia à se aliunde collecta in septem libros distinxit, quæ Joannes Tillius Meldensis Episcopus, deinde Pithœus & Lindenbrogius publicarunt. Exhinc Caroli Calvi & aliquot aliorum Regum edita sunt à Sirmondo Capitula, atque adeo ab aliis viris eruditis, quæ universa cum MSS. Codicibus collata, & non minima accessione aucta ac locupletata, notisque illustrata, in unum corpus tandem compegit vir doctissimus Stephanus Baluzius, hoc ipso quo scribimus anno. Vide quæ annotarunt idem Pithœus post Præfactionem ad eadem Capitula, Antonius Augustinus de Emendat. Gratiani lib. 2. dial. 11. Innocentius Cironius in Notis ad 5. Compilat. Decretal. lib. 1. tit. 1. cap. 2. idemque Baluzius in erudita illa quam Capitularibus Regum Francorum præmisit Præfatione.

CAPITULA, Breves Lectiones, quæ in divino officio, loco Lectionum leguntur. Radulphus Tungrensis de Canon. observ. propos. 13. *Sicut ad vigilias noctis leguntur Lectiones magnæ, ita ad Laudes & Vesperas, & ad quinque parvas Horas, dicuntur parvæ Lectiones, quas Benedictus appellat in sua Regula Lectiones; communi tamen usu sæculi appellantur Capitula.* Idem Radulphus propos. 8. *In Lectionibus tam majoribus quæ nocturnis vigiliis leguntur, quàm parvulis, quæ dicuntur ad alias Horas, & Capitula appellantur, laudem Dei agimus & pronunciamus.* De his Capitulis fit mentio in Concilio Agathensi can. 21. apud Vigilium PP. Epist. 2. &c. *Capitula Dominicalia*, quæ Dominicis diebus canuntur, in Statut. Guigonis pro Ord. Cartusiensi. Vide *Lecticulæ*.

Capitella, Breviora capitula. Concilium Agathense can. 30. *Post hymnos capitella de psalmis dicuntur.* Regula S. Aureliani cap. 55. *Hymnus, Jam surgit, Hora Tertia, & Capitulum, deinde Kyrie eleison*, (dicantur.) Occurrit ibi pluries. & in ejusdem Regula ad Virgines. Gregorius Turonens. lib. 9. cap. 6. *Et ingressus in oratorium, me post posito, ipse capitellum unum, atque alterum, ac tertium dicit.* Utitur & lib. de Vitis Patrum cap. 6.

Capitularium, Liber Ecclesiasticus continens *Capitula*, quæ in Ecclesia canuntur, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 324.

CAPITULUM, Locus in quem conveniunt Monachi & Canonici, sic dictum, inquit Papias, quòd *Capitula* ibi legantur: *Capitula librorum dicta, quòd breviter capiant & contineant aliquam sententiam, sive quasi caput & titulus majoris scripti. Unde Clericorum Capitulum dictum, quòd Capitula ibi exponantur:* nempe Regulæ. Notum enim mane post Primam recitatam, antequam Fratres exeant ad laborem, jam olim aliquod Regulæ Capitulum iis fuisse prælectum; cujus moris meminerunt Fuldenses Monachi in Libello supplici Carolo Magno porrecto apud Brovverum lib. 3. Antiq. Fuldens. cap. 12. & Smaragdus in præfar. in Diadoch. Monach. Concilium Aquisgran. can. 69. *Ut ad Capitulum primitus Martyrologium legatur.* Cap. 70. *Ut ad Capitulum lectio tradatur.* Amalarius lib. 4. de Eccles. offic. cap. 2. *Mos inolevit ut per Monasteria Deo devota legatur lectio in Capitulo.* Helinandus Monachus Frigidimontis: *In toto corpore Ecclesiæ, præter illum ubi altare constituitur, nullus locus est sanctior Capitulo, nullus reverentiâ dignior, nullus diabolo remotior, nullus Deo proximior. Ibi enim perdit diabolus quidquid alibi lucratur. Ibi Deo restaurat obedientia quicquid alibi illi subtraxit vel negligentia vel contemptus. Domus Capituli* apud Eckeardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 11. & 16. & in Statutis Ordinis *de Sempringham* p. 724. Ordo Romanus: *In conventu Fratrum, qui apud quosdam Capitulum nuncupatur.* Jacobus Hemricurtius in Speculo Hasbanico. pag. 11. *Rasson qui est ensevelis en capitele des Freres mineurs a Liege.*

Capitulum Conversorum, quod ab Abbate pro Conversis tenetur, de quo agunt Institutiones Capituli generalis Ord. Cistertiensis distinct. 14. cap. 10.

Capitula ruralia, in Provinciali Cantuar. Eccles. lib. 1. tit. 2. lib. 5. tit. 17. in Constit. Ottonis Legati Eccles. Roman. in Anglia tit. 7. & in Concilio Redingensi ann. 1279. can. 5. dicuntur Conventus Curionum ruralium, qui ab Episcopis, Archidiaconis, aut Decanis ruralibus subinde coguntur, in quibus de rebus Ecclesiasticis suarum parochiarum pertractare solent. Vide *Kalendæ.*

Capitulum, ut ait Lindvvodus, *quandoque ponitur pro collectione plurium, & non communiter viventium: sed ob tractatus comunes inter se habendos ad aliquem locum confluentium. Exemplum patet in Capitulis generalibus Monachorum & aliorum Regularium, &c.*

Capitulum, propriè loquendo, inquit idem Lindvvodus, dicitur respectu *Ecclesiæ Cathedralis, ut Conventus respectu Ecclesiæ inferioris, ubi est collectio viventium in communi.*

Capitulares, Canonici, apud Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 180. & alibi, qui *Capituli jus habent*, ut loquuntur, *qui ont droit d'entrer au Chapitre.*

Capitulare, Succensere, punire, quod fit in Capitulis Monachorum ubi vitiosi & delinquentes puniuntur & emendantur. Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 3. *Ad Capitulum tamen non nisi vocatus venit, cum sibi officium capitulandi & puniendi gravissimum, ut ait, sit traditum.* Hinc vulgaris loquendi Monachis usitata formula, *Dare alicui Capitulum*, vel *Accipere Capitulum*; pro reprehendere, & verbis castigare: nostri *Chapitrer* dicunt.

CAPITULUM, Domus urbis publica, in qua Ædiles seu Scabini jus dicunt, aut coëunt, *Hostel*, vel *Maison de Ville*, Joan. Ho. semius in Henrico Gueldrensi Episcopo Leod. cap. 5. *Cumque pro vini assisa cives fuissent in Capitulo congregati.* In Adolpho à Marka cap. 5. *Partem terræ Militum — cum Rectoribus civitatis ad Capitulum congregavit.* Observat Catellus lib. 1. Hist. Tolosanæ cap. 1. pag. 33. & 34. Curiam Tolosanam *Capitulum* in veteribus Tabulis appellari. Usatica Tolosana an. 1202. statuunt reos puniendos *cognitione D. Comitis, & sua Curiæ, scilicet Capituli.* Cui quidem Capitulo præerat Vicarius. Unde in sententiis hæc passim leguntur, *Vicarius & Capitulum judicaverunt.* Qui verò ei assidebant.

Capitulares & *Capitularii* appellabantur, qui iidem sunt quos hac tempestate *Capitoux* vocant, olim *Capitoliers*, ut est apud Honoratum *Bonnor en l'Arbre des batailles* 4. parte cap. 125. Liber Albus Senescalliæ Tolosæ: de electione Capitulariorum Tolosæ: *Qui semel Capitularius fuerit, ad idem officium nullatenus admittatur, nisi 6. annis a fine anni dicti sui Capitulatus computandis.*

Capitularii videntur interdum appellari nuntii, ministri, famuli. Vitalis Episcopus Oscensis: *Cives autem sunt omnes qui in civitatibus commorantur, vel in villis æquipollentibus civitati. Ex quibus illi dicuntur* Bur-

Burgenses, qui licèt Capitalarios habeant & ministros, per quos ducunt sua officia exercenda, tamen ipsa manibus suis non exercent. Iidem sunt

Captalarii in Charta Jacobi Reg. Aragon. 1230. pro civibus & mercatoribus Barcinon. *Emfranquimus, francos, liberos, ingenuos & immunes facimus vos omnes probos homines, cives, & habitatores Barcinon. & singulos præsentes pariter & futuros, & nuncios ac captalarios vestros per totum regnum Majoricarum, &c.* Occurrit etiam in Consuetudinibus Barcinon. MSS. Consuetudines Monspelienses MSS. cap. 91. *Captalerius non debet præstare leidam vel cuppas, nisi pro ea parte pro qua pertinet ad eum lucrum jam Curiæ acquisitum.* Vernacula sic habent: *Captalier non deu donar leidas, ni copas, si non per aqella parte, per la qal azel perten lo captal, o per aqella part, per laqal parten azel lo gazanch que a dona.* Alibi: *Si aliquis privatus vel extraneus, capitularius, vel debitor accipiat fugam à villa Montispelerii, &c.*

Capitularius scholæ negotiatorum, in Charta Petri Ravennatis ann. 953. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. lib. 5. id est, *Caput* vel *Capitaneus*.

Capitolarius, Capitularius. Charta Abbanis Patricii fundatoris Monasterii Novalicensis in valle Segusina, ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ. *Et colonicas infra ipsa valle Briantina & Aquisiana, quem de Vinde gunde conquisimus, unde Bardinus Capitolarius est.* Infrà: *Similiter libertus nostros in valle Aquisiana, qui ad parentes nostros aspexerunt, seu & in ipso pago Brigantino commanere videntur, unde Vitalis Capitularius est, ad memorata Ecclesia hæredem meam ut aspiciant & impensionem faciant volo ac jubeo.* Ubi videntur *Capitularii* accipi pro *dominis* seu possessoribus.

CAPITULUM, Capitulare, capitis tegumentum muliebre. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 31. & ex eo Papias: *Capitulum, est quod vulgo capitulare dicunt.* Glossæ veteres, cap. de vestimentis, *Capitulare* κεφαλοδέτμον. Addit. ad Matth. Paris pag. 115. *Nec habeant capitulum de floribus*, id est, sertum; Gallis *Chappellet.*

Capitum, Pabulum jumentorum, uti vocem hanc interpretatur Ammianus lib. 22. *Totidemque pabula jumentorum, quæ vulgò dictitant Capita.* Hesychius: κάπετα, κτηνῶν τροφή. Idem: καπλιτὸν, παράβλημα ἀλόγων. Vopiscus in Aureliano: *Capitum animalis non vendat.* Senator lib. 7. *Proinde annona fuit domini & familiæ ejus, capitum animalis.* Atque ita hæc vox accipitur in leg. 7. 13. 17. Cod. Theod. de Erogat. milit. ann. & aliis locis, quæ *Palea* vertitur in l. 9. *Capitatio* in l. 8. eod. & l. ult. eod. Cod. de Collat. donat. Adde Julianum Antecessor. Nov. 15. cap. 2. *Fodrum* ejusmodi præstationem appellarunt recentiores.

CAPITURINI, à Salernitanis, Principes & auctores seditionum appellati, ut auctor est Hugo Falcandus pag. 668.

CAPLEVATOR, qui captum judici repræsentare tenetur sub pœna arbitraria; ut *Capleuta*, ipsa obligatio repræsentandi. Voces fori Aragonensis, de quibus copiosè Michaël *del Molino* in Repertorio. Fori Aragon. Edit. 1624. fol. 11. Fori Oscæ an. 1247. fol. 4. *Ecce hic offero sufficientem fidanciam de directo, aut bonum caplevatorem super pignus meum, &c.* *Capleuta*, in iisdem Foris Aragon. lib. 1. tit. de Suprajunctariis fol. 34. v.

CAPLIM. Tabularium S. Remigii Remensis: *Solvit in censu de sigala mod. 1. de ordeo mod. 100. anniculum 1. caplim dies 15. lign. carros 3.* Infra: *Solvit in hostelicia den. 16. —— pullos 3. ova 15. caplim diebus 15. facit vehituram in leug. 30.* Rursum: *Donant decimam de vervecibus —— faciunt caplim 15. diebus.* Item: *Facit capplim diebus 15. sed non vehit. Facit macerias in Monasterio, &c.* Ibidem: *Capplim diebus 15. ipsumque deducens.* Item: *Donat unoquoque anno scindulas 10. in tertio anno ascellas 100. aut facit capplim diebus 15. ipsumque vehit.* Ibidem: *In tertio anno faciunt caplim dies 15. ipsum carrucant & inoperant.* Occurrit pluries, & interdum cum duplici P. Vide *Capulum.*

CAPLOSUS, *Elisus*, Papiæ. Ita etiam Cod. MS. Vide *Capulare.*

CAPLUM, *Funis*, Isidoro in Glossis. Papias: *Caplum, funis a capiendo dictum.* Isidor. lib. 20. Orig. c. 16. *Capulum, funis à capiendo, quòd eo indomita jumenta capiantur.* Nostris, *Cable*, vel *Chable*, Funis nauticus. Vide Meursium in Κάπλιον.

CAPMASUS. Vide *Caput mansi.*

CAPOLATA. Charta an. 1142. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. *Item 5. milia teules. Item 3. capolatas de petra, quas habuerunt homines de Villanova.*

CAPONES. Vide *Capus.*

CAPOMILIATUS. Vide *Caput militum.*

CAPORALIS, Ital. *Caporale*, Caput, gubernator, præcipuus dux. Historia Cortusiorum lib. 7. cap. 20. *Caporalis verò & auctor eorum erat D. Loderisius Vice-Comes.* Adde lib. 8. cap. 16. & Bullam Urbani V. PP. apud Wadding. an. 1364. 12. Joan. Villaneus lib. 1. c. 28. *Roma fu Caporal regno di se medesima.* Idem lib. 2. cap. 1. *Li maggiori e li piu possenti Caporali de la terra.* Passim apud hunc Scriptorem.

CAPPA, *Capparo, &c.* Vide *Capa.*

CAPPUS. Vide *Capus.*

CAPPUSA. Charta Alberti Comitis Metensis ann. 1218. apud Barthol. Fisen. in Hist. Leodiensi pag. 447. *Et ut ordine suo liberiùs vacare permittantur, nulli imposterum, vel subditorum nostrorum in cappusis suis, vel aliis rebus aliquam potestatem nullatenus habere concedimus, &c.* sed legendum *culturis*, evincit Charta sequens, quam profert idem Scriptor.

CAPRARITIA, Stabulum caprarum, in Capitulari de Villis cap. 23.

CAPRA. Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula:

Do capram vini, do bladum, do tunicam, do Palliolum, &c. Fortè *cuppam.*

CAPRICIUM. Chartula plenariæ securitatis scripta sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Cute (bute) olearia valente siliquas 2. asprionis, panario rupto uno, capricio valente nummos 80. orciola, aureo valente nummos 80. &c.* Fortè *Capsicio.* V. *Capsaces, Capsis.*

CAPRIFER, in vet. Gloss. cap. de Bestiis, αἰγάγρος. Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. *Caprifera, Capreolus.*

Caprile, αἰγὼν, ἡ μάνδρα. in Gloss. Græc. Lat.

CAPRIOLA. Gloss. Lat. Græc. δορκάς, *Dama Capriola.* Gloss. Græc. Lat. αἴγαγρος, *Caper:* αἰγάγριον, *hæc Capriola.* Gloss. aliud MS. *Capriola*, αἰγάγριον.

Capriolus, Papias: *Capra domestica, caprea verò, silvatica dicta quasi capiens ardua: cujus filii Caprioli dicuntur.* Gloss. Lat. Gall. *Capriolus, Chevriz.* Ital. *Capriolo* & *Cavriolo.* Gall. *Chevreul.* Ebrardus in Græcismo cap. 9.

Capreolus verò silvestris dicitur esse.

Lex Aleman. tit. 99. §. 16. *Si quis capriolum occiderit.* Dudo lib. 3. de Morib. Norman. *Est namque tellus Normannica —— caprorum, cervorumque, ursorum atque capreolorum venatu affluenter repleta.* Epistola I. Episcopi Aconensis ad Honorium III. PP. *Ipsi inermes & expediti velut caprioli celeriter fugiebant.* Charta Carlomanni Regis apud Ughellum in Episcop. Veronensibus: *Venationes porcorum, cervorum, capreolorum, omni tempore &c.* Charta an. 1345. *Venari ad capriolos, cuniculos, faxanos, &c.*

Caprio-

Capriolus, vox Architectorum, Vitruvio nota, de qua agunt pluribus Philander, Barbarus, Bernaldinus Baldus, aliique Vitruvii Interpretes. Gloss. Græc. Lat. καπρίωλος, τὸ ἔρεισμα τῆς στέγης, *Furcilla*. Alibi: πρότομος, *Capriolus*, Infra συνστάτης dicitur.

Capreolus, Columellæ lib. 11. cap. 3. genus est rustici ferramenti bicornis ad terram commovendam à similitudine cornuum capreolorum dictum.

CAPRITUS, Hircus, Gall. *Caprit*, Occitanis *Crabit*, *Chevreau*. Lex Salica tit. 5. *Si quis capritum, sive capram furatus fuerit.*

CAPRIZANS, seu *caprinus pulsus*, Medicis, qui incipiens à velocitate ante digitorum percussionem videtur cadere, & pòst movetur in completa dilatione, ad similitudinem caprioli dicitur. Cùm enim capriolus incipiat esse velox in saltu, quasi saltum videtur facere in aërem, & pòst in complendo cursu, & complendo saltu, est velocissimus. Vide Magistrum Egidium Corbeliensem lib. de Pulsib. Græcis σφυγμὸς δορκαδίζων.

CAPRONES, Tigna, cantherii, vulgò *Chevrons*. Tabularium S. Remigii Remensis: *Vehunt fimum quantum necesse est, faciunt pedituram in graneam de decem pâl. & decem capron. & cooper. caropr. & manopr.*

CAPSA, Arca, theca, cista, ubi aliquid reponitur: Papias: *Capsa dicta, quòd capiat in se atque servet aliquid.* Ex Græc. κάμψα. Propriè verò est arca, in qua reconduntur Sanctorum reliquæ. Jo. de Gerlandia in Synonymis:

Dic arcas, thecas, cistas, vel scrinia, capsas.
Capsula, capsella, de capsa diminuntur.

Hugo Flaviniacensis in Chronico pag. 270. in Chron. *Mitto autem vobis capsam argenteam sepulcri Salvatoris & S. Jacobi reliquias continentem.* Chronic. Fontanell. c. 8. *Capsam auro & gemmis docoratam continentem pignora diversorum Sanctorum.* Guntherus lib. 3. Ligur.

—— Capsasque piorum.
Custodes cinerum, prælata thure vaporum.

Stephanus African. Presb. in Vita S. Amatoris num. 25. *Et cum eis esset ignotus, pulchritudine vultus & capsellari honore, quo reliquias inclusas pendulas collo gestabat, cognoverunt Dei esse famulum & cultorem.*

Adde Odoranni Chr. p. 640. Jo. Sarisberiens. Ep. 13. Occurrit passim. *Le Roman de Turpin: Li casse ou li saintuaire ert rendi si grant odor, que il sembla à tous que Paradis fut ouvers.* Vide *Campsa*. Ejusmodi verò capsarum ad sanctas reliquias recondendas, benedictiones habentur in Ordine Romano.

Capsæ Evangeliorum, Opercula. Gesta Regum Franc. cap. 23. & Ado Viennensis in Chron. *Viginti capsas Evangeliorum ex auro purissimo gemmario opere cælatas, &c.* Chronicon Centul. Hariulfi lib. 3. c. 3. *Evangelium auro scriptum unum, cum capsa argentea gemmis & lapidibus fabricata. Aliæ capsæ Evangeliorum duæ ex auro & argento paratæ.* Vide *Textus*.

Capsa Concil. Aurasic. I. c. 17. *Cum capsa & calix offerendus est, & admixtione Eucharistiæ consecrandus.* Canonis titulus est: *Ut in unum propositio sacramenti consecretur.*

Capsa navis, Ima pars navis. Acta SS. Martyrum Africanor. apud Baron. ann. 302. num. 123. *Ascendit navim cum vinculis magnis, & fuit in capsa navis diebus quatuor.* Alii Codd. *casæale* habent, ut monet idem Baronius.

Capsarium, Capsarum, in quibus recondebantur Sanctorum reliquiæ, theca. Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis: *Tibi —— Eufronio thecam ex argento de reliquis Sanctorum do, lego. Illam intelligo quam deferre solebam: nam de auratam aliam, quæ est in Capserio meo, &c. Ecclesiæ meæ do, lego.*

Capsarius, in Breviloquo, dicitur *qui in balneis vestimenta suscipit custodienda, vel ille qui portat aliis libros ad Scholam.* Vid. l. ult. D. de Offic. Præf. vigil. & vet. Interpret. Juvenal. sat. 3. vers. 263. Vide *Campsarius*.

Capsella, diminut. à *Capsa*. Marcellius Empir. c. 23. *Postea splen intra parietem dormitorii cubiculi tectorio, id est, capsella inclusus. Capsellæ*, in quibus fructus componuntur, in l. 12. D. de Instruct. vel instrum. leg.

Capsella, Theca reliquiarum. Epistol. Legatorum sedis Apost. inter Epistolas Hormidæ PP. *Hic voluerunt capellas argenteas facere & dirigere, —— singulas autem capsellas per singulorum Apostolorum reliquias fieri debere suggerimus.* Chronicon S. Petri Vivi Senon. *Receptæ sunt autem Capsellæ sanctarum reliquiarum à Clero.* Walafridus Strabo de Vita S. Galli cap. 11. *Habebat autem pendentem capsellam, in qua continebantur reliquiæ B. Dei genitricis Mariæ.* E cap. 32. *Habuit vir Dei capsellam de corio factam.* Vita MS. S. Amatoris Episcopi: *Et capsellari honore quo reliquias inclusas pendulas collo gestabat.* Adde Ordericum Vitalem lib. 7. pag. 653.

Capselarius. Statuta Veron. lib. 1. cap. 28. *Quòd nullus Capselarius à Festa de his videlicet, qui vadunt cum capsis vendendo confortinos, scaletas, cietas, & similia, quæ pueri vocant Festam, &c.*

CAPSONUS, in Statut. Mediolensib. 1. part. cap. 254.

Capsula, eadem notione. Adrevaldus de Miracul. S. Benedicti cap. 7. *Cum piis muneribus, Capsula sanctarum reliquiarum, ac brevi Epistola.*

Capsula, in qua asservatur hostia consecrata reservanda ad infirmos, in Statutis antiquis Cartusiens. 1. part. c. 43. §. 49. 50. 51.

Capsa, Pars casulæ. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 7. *Diacono cuidam hujus casulam tribuit: erat autem valida eò quòd & ipse vir Dei robusto fuisset corpore. Capsa autem hujus indumenti ita dilatata erat atque consuta, ut solent in illis candidis fieri, quæ per Paschalia festa Sacerdotum humeris imponuntur.* Infrà: *Verè, inquit, dico tibi quia & hàc casula tergo utor, & de capsa ejus parte prolixiore decisa, tegumen pedum aptabo.* Mox quod *capsa* hîc dicitur, *cucullum* appellat: *Denso cucullo, aptatus pedulis pedes operuit.* Dynamius Patricius in Vita B. Marii Abb. Ratispon. n. 9. *Dum ad quosdam Ecclesiæ filios visitandos accederet, canis, quæ catulos habebat, subitò exiliens capsellam ejus scidit.* Burchard. de Casib. S. Galli c. 1. *Stolas similiter deauratas, capsas dalmaticas, subtilta, &c.*

Capsa. Vide *Capsum*.

Capsula, Casula, Gall. *Chasuble*. Testamentum Perpetui Episc. Turon. *Amalario ibidem Presbytero capsulam unam communem de serico —— do, lego.*

CAPSACES, *Vasculum*, in Gloss. Arabico-Lat. Hesychius: Καψάκιον, γλωσσόκομον. Cyprianus de Eleemosyna. *Hæc dicit Dominus: Fidelia farris non deficiet, & capsaces olei non minuetur.* S. Hieronym. Ep. 10. ad Furiam *Farina seritur, & olei capsaces nascitur.* Adde Epist. 22. cap. 15. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 35.

Capsaces collo demsisti immunda verenda.

CAPSANA. Concilium Avenionense an. 1337. cap. 42. *Rectores, perpetui Vicarii & Capellani curati in suis Ecclesiis & parochiis vestes superiores clausas non nimia brevitate notandas, cum manicis decenter longis pariter & rotundis, ac capitiis seu capsanis vulgariter appellatis, notabiliter non apertis aut magnis.*

CAPSIDILE. Vide *Cassidile*.

CAPSIM, Dudo lib. 3. de Actis Norman. pag. 113. *Interea infans bonæ inodilis, primique gratia floris, Richardus scilicet celebris formabatur capsim ab annis.* Fortè pro *carptim*, sensim.

CAPSIS,

CAPSIS, pro *Capsa*, vel fortè pro *Capis*, in Vitis Abbatum S. Albani. p. 83. *Ad capsidem quernam in majori arce contentam —— recurrat.* Fortè *Arca*.

CAPSUM, Thorax, pars concava corporis costis circumdata, Italis *Casso*, & *Cassaro*, Anglis, *chest*, id est, *Capsa*, arca, unde vocis etymon. Nam pectus & thoracem *arcam* vocarunt, uti suprà observatum in voce *Arca*. Lex Longob. lib. 1. tit. 7. §. 8. & 9. *Si quis alii plagam in facie fecerit, componat ei sol. 16. —— si quis alium intra capsum plagaverit, componat ei sol. 20.* Tit. 8. §. 14. *Si quis aldio —— plagam infra capsum fecerit, aut cum sagitta, aut cum quibuslibet armis, &c.* Et §. 20. *Si intra capsum plagaverit, &c.* Editio Heroldi tit. 42. habet *intra capsum*. Tit. 44. §. 15. *Intra cabsum*. Leg. Wisig. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Qui cassos alteri fregerit, & ex hoc qui percussus est, debilis apparuerit, &c.* Est autem Latinis *capsum*, locus conclusus. Festus animalium conseptum explicat. Velleius *inclusa capso animalia* dixit.

CAPSUM, Retis species, seu machinæ ad capiendos pisces. Gregorius Turonens. lib. 10. cap. 10. de cadavere filii Clodovei Regis: *Jussit eum in alveum Matronæ fluminis projici. Tunc intra capsum, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem præparaveram, reperi.*

CAPSUS, *Capsum*, Isidorus lib. 20. Orig. cap. 12. *Capsus, carruca undique contecta, quasi capsa.* Papiæ: *Capsus, est genus vehiculi.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Capsus*, beȝoȝan cpæꞇ; ubi cpæꞇ est currus. Gloss. S. Benedicti cap. de Agricult. *Capsum*, πλινθίον. Est autem πλινθίον, laterculus, quadrata figura, quâ ferme sunt currus tecti. Sed apud Vitruvium lib. 10. cap. 14. *Capsum rhedæ*, dicitur ea rhedæ pars, ubi qui vectantur, sedent. Vide Salmasium ad Hist. Aug.

Capsum Ecclesiæ. Gregorius Turonens. lib. 2. Hist. cap. 14. *Habet* (hæc basilica) *in longitudine pedes 155. in latum 60. habet in altum usque ad cameram pedes 45. fenestras in altario 32. in capso 20. columnas 41. in toto ædificio fenestras 52. columnas 120. ostia 8. 3. in altario — 5. in capso.* Et cap. 16. *Ecclesiam, fabricavit habentem in longum pedes 150. in latum pedes 60. in altum infra capsum usque cameram pedes 50. habet fenestras 42. 42. columnas 70. ostia 8.* Charta Henricici Episcopi Suession. an. 1088. in Chronico S. Joannis de Vineis: *Delegavit victui Canonicorum vinatica S. Joannis, & villæ, quæ Charliaca nuncupatur, capsum altaris, quod ab Hisgoto prædecessore meo & Hugone Auculfi filio hæreditario illius honoris patrono, & cæteris hæredibus plenissimè concessum est atque laudatum.* Charta Ursi Silvanect. Episc. in Hist. S. Martini de Campis: *Concessit Ecclesiæ S. Martini de Campis altare de Sordida Villa, & tertiam partem capsi, & atrium.* Charta alia ann. 1096. in eadem Hist. *Dederunt Ecclesiam quæ sita est —— altare videlicet & capsum sepulturam, & tantum atrii, ubi fierent officinæ Fratrum.* Alia rursum ibidem: *Ecclesiæ B. Petri Cluniacensis —— concesserunt capsum Ecclesiæ de Clamart.* Quod verò *capsum* dicitur his locis.

Cassum, appellatur in Charta Guarini Episcopi Ambian. an. 1138. in Tabulario Abbatiæ S. Fusciani: *Altare de S. Germano super ripam Augi, cum casso Ecclesiæ ejusdem altaris, & appendititiis.*

Jam verò quid sit *Capsum*, & *Cassum Ecclesiæ*, non omnino promptum est ex præallatis assequi. Gregorius Turonens. cap. 14. totam ædis sacræ longitudinem, quæ 155. pedum fuit, in duas partes dividit, in *altare*, scilicet, & *capsum*: atque ex 52. fenestris, quas ædi adsignat, ait in *altari* exitisse 32. in *capso* 20. Ex quibus confici videretur *capsum* appellasse eam ædis sacræ partem, quam *Navim* dicimus, nisi *Capsum* minoris esset longitudinis, quàm *altare*, seu pars ædis in qua altare statui solet: quod à forma ædium sacrarum veteri & hodierna prorsus abhorret. Aliud igitur fuit *capsum*, quàm *navis*, &, si non fallor, apud Gregorium *capsum* intelligi debet de ea ædis sacræ parte, quæ retro altare est, & editior olim erat, quam *Capitium* appellatam fuisse diximus. Quæ videtur esse sententia Sirmondi ad Sidonii carmen 16. & Henr. Valesii ad Sozomen. lib. 9. c. 2. nisi capsum minoris esset longitudinis, quam pars ædis, in qua altare statuitur, quod à forma ædium sacrarum, si non veteri, saltem hodierna abhorret. Tamesti non diffitear, interdum navim Ecclesiæ, ac Monachorum præsertim, etiam longè breviorem fuisse: ut in æde sacra Abbatiæ S. Dionysii ad Lutetiam advertere est, ut alias prætercam ædes sacras Monachicas veteris structuræ, unde si ea pars secundum Sirmondi & Valesii sententiam *Capsum* appellatur, à Gregorio Turonensi inde fortè dicta fuerit, quòd Rhedæ undique tectæ instar quadrata vel oblonga tecta fuerit, eadem qua *Navis* dicta est ratione, uti in hac voce docemus. Nam *Capsum*, *Rhedam tectam* dici mox observavimus. Sanè fuit cum existimarem, aliud fuisse capsum quàm navim Ecclesiæ, & apud Gregorium *Capsum* intelligi debere de ea ædis parte, quæ retro altare est, & editior olim erat, quàm *Capitium* appellatam fuisse diximus. Id videtur innuere idem Gregorius cap. 16. ubi ait, Ecclesiam, de qua loquitur, habuisse *in altum infra Capsum usque Cameram pedes 50.* Quippe ædis altitudinem *infra Capsum* mensus est, quæ in Capso, quod à terra editius extitisse diximus, minor fuisset. Proinde *Capsum* ex *Capitium* formatum mihi persuasum erat, ut & altaris vocabulo Gregorium. Postmodum pars illa in qua altare est, *Capsum* etiam & *Capitium* appellata est; præsertim in Ecclesiis, in quibus Capitium editius non erat. Sed & *caput Ecclesiæ* interdum ea pars appellatur. Helgaudus in Roberto Rege pag. 73. *Ad caput S. Aniani unum* (altare.) Infrà: *Caput autem ipsius Monasterii fecit miro opere in simulitudinem Monasterii S. Mariæ, &c.* Petrus Cellensis lib. 9. Epist. 5. *Caput Monasterii nostri* (Ecclesiæ) *renovare aggredior.* Chronicon S. Benigni: *Altare S. Mariæ in hoc loco constitutum, quod Caput Ecclesiæ dicebatur ab antiquis.* In Chronico brevi S. Dionysii an. 1143. *Dedicatio partis capitalis Ecclesiæ.* Vide *Capitium*,

CAPTA, ἡ ἀπὸ προγόνων οἰκία, in Gloss. Lat. Græc. Domus paterna, avita.

CAPTALARIUS. Vide *Capitularius*.

CAPTABULUM. Vide *Catabulum*.

CAPTALE. Vide *Capitale*.

CAPTALIS. Vide *Capitalis*.

CAPTARE. Vide *Cuptare*.

CAPTATOR, Θηρατικός. *Captatio*, θήρα. *Captator*, *Venator*, θηρευτής. *Capto*, θηρεύω, in Gloss. Græc. Lat. Vide *Captura*,

CASEPOLLUS. Tabular. Privatense fol. 197. *Bajuli, Chassipullus, & custodes Ecclesiæ, gayta, Præco principalis, &c.* Infrà: *Bajuli & chassipulli terrariorum, qui bajulum & chassipullum ab antiquo habuerunt, &c.*

CATENERE, Manutenere, tutari. Litteræ anni 1081. in Tabulario S. Stephani Lemovic. *Et voluerunt cum eo placitare, & de suo multum dare, ut captenerent eos adversus Archidiac. & Canonicos.* Charta Abbatis Moissiacensis an. 1212. in Regesto Carcasson. *Comes Ecclesiam nostram & jura omnia, in omnibus quæ de jure poterit, debet captenere & tutari.* Vox verò formata à *caput tenere*. Capitulare 4. Caroli Magni incerti anni cap. 9. *De cassis Regalibus, ut honorem habeant, & per se,*

se, aut ad nos, aut filium nostrum caput teneant, id est, seipsos *per se*, aut *per nos*, &c. manuteneant: id enim valet particula *ad*.

Captenium, & *Capitennium*, Tutela, tutamentum, protectio, Occitanis *captein*. Extat in Regesto Comitum Tolosæ Charta anni 1233. cujus titulus in hæc verba concipitur: *Aisso es Charta del captein de Serras*: quâ Serrensis castri incolæ *ponunt se in captennio, & amparantia, & protectione Raimundi Comitis Tolosani*. Captennii formulam exhibet idem Regestum in litteris anni 1245. hoc verborum contextu: *Notum sit cunctis quod Enricus de Castanhaco pro se & pro aliis dominis de Castanhaco parieris suis, de consilio & voluntate & assensu aliorum dominorum de Castanhaco —— pro ipsis & pro omnibus aliis hominibus & universitate de Castanhaco miserunt, se scilicet & eorum corpora, & totam villam, & universitatem de Castanhaco, & omnes illos homines & mulieres qui ibi habitant, & de cætero ibi habitabunt: & omnes eorum res, & bona mobilia & immobilia quæcunque sunt & ubicunque, sub capitennio & ambarantia, protectione, & firma & salva custodia D. Raimundi Dei gratia Comitis Tolosæ & hæredum & successorum ejus in perpetuum, & Vicarii ejus Tolosæ pro ipso. Et pro isto capitennio, amparantia, protectione & custodia, jam dictus Enricus & alii præscripti probi homines pro ipsis & pro omni universitate de Castanhaco debent, & convenerunt dare, reddere, & solvere eidem Domino Comiti, vel ejus Vicario Tolosæ in castro Narbonensi singulis annis in festo Pascha Domini 50. solidos monetæ Tolosanæ, &c. Hoc autem concesso Berengarius de Promilhaco Vicarius Tolosæ pro dicto Dom. Comite, & pro hæredibus & successoribus ejus, recepit omnes prædictos probos homines & alios dominos, & villam de Castanhaco, & omnes eorum res, & bona mobilia & immobilia, ut dictum est, sub capitennio, ambarantia, protectione & custodia dicti Domini Comitis & hæredum & successorum ejus in perpetuum: & mandavit & promisit eos & totam villam antedictam, & omnes ibi habitantes, & qui de cætero ibi habitabunt, & omnes eorum res & bona ubicunque in cunctis locis, uti dictum est, captenere, & amparare, & custodire, & protegere do omnibus viventibus bona fide, & legitime. Act.* 8. *die exitus mensis Decemb.* 1245.

Gallandus in Tractatu de Franco alodio aliud suggerit captennii exemplum ex Litteris anni 1212. *De illis mansis, seu bordariis in quibus Dom. Comes habebat suum captemium* (legendum *capteinium* vel *captennium*) *pro Abbate Milite, &c.* Et infrà: *Pro his autem omnibus debemus captenere & tutari Dom. Abbatem & Conventum & Ecclesiam D. Petri, &c.* In Tabulario Abb. Deiparæ Santonensis fol. 27. *Aymericus de Rancone dedit capitennium suum Ecclesiæ B. Mariæ, ita quòd custodiat & defendat eos ab omnibus hominibus nec nocebit propter aliquam guerram hominibus ejusdem Ecclesiæ, nisi invenerit eos in forisfacto.* Fol. 76. an. 1137. *VVillelmus Ricou & Helias Milites de Broda* (Brou) *promiserunt B. Mariæ capitennium suum, auxilium & tutelam de decima terræ Spinæ contra omnes homines.* Vide Crucum in Hist. Episcop. Cadurcens. num. 95.

Capteinium, inde usurpatum pro eo vectigali, quod domino *Captenenti*, tutelæ nomine, ultro præstatur, quod aliis *Salvamentum* appellatur. Consuetudo municipalis Bellaici in Pictonib. *De illis quæ pertinent ad Ecclesiam S. Germani, de mansis, sive bordariis, in quibus dominus Comes habet suum capteinium pro Abbate Milite.*

CAPTENSULA, *Captentula*. Gloss. Isidor. *Captentula, captio.* Alibi: *Muscipula, captentula.* Martianus Capella lib. 4. extremo.

Cum ambage ficta præstruis sophismata,
Captensulisque ludis illigantibus.

Vide Festum in *Scaptensula*.

CAPTIO, Detentio, carcer. Gervasius Remensis Archiepiscop. in libello MS. de Miraculis peractis ad reliquias B. Melanii: *Quam plurimos audivimus super prædictas reliquias captionem jurasse, qui cùm fugere vellent, non potuerunt, & reversi sunt.* Leo Ost. lib. 2. cap. 75. *Sororem Teanensium Comitum, quam idem Pandulfus in captione habebat, pro absolutione Adenulfi reddere voluerat.* Petrus Diac. l. 4. *Alios in captionem detinuit.* Adde cap. 70. *Esse in captione Regis*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 53. *In captionem mittere*, in Charta an. 1102. apud Ughellum tom. 7. pag. 864. *Captionner*, in carcerem conjicere, detrudere, in Consuetudine Aquensi tit. 9. art. 44.

CAPTIONES, Malætoltæ, exactiones, in Charte an. 1076. tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 158. Tabularium S. Martini de Campis: *Captionem quoque quam super hospites B. Mariæ apud Nongentum habebam, quitam dimisi.* Ita *captio* pro ζημία, damnum, fraus, usurpat lex 1. Cod. Th. de Testam.

Captiones, aliàs *Prisæ*, dictum quidquid ad expensas Regis seu domini *capitur* super subditos & tenentes, quod legitimè & debitè persolvi debet. Charta Theobaldi Comitis Senescalli Franciæ in Hist. Blesensi pag. 301. *Perdonaverunt hominibus istius patriæ captionem equorum & telarum, in quibus manducabant.* Vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 48. & infrà in *Captura*.

CAPTIVARE, Capere, captivum reddere. Gloss. Græc. Lat. Αἰχμαλωτίζω, *capto, captivum duco, captivo.* αἰχμαλωτιστής, *captivator.* αἰχμαλωτίζομαι, *captivor.* Petrus Chrysolog. Serm. 7. *Hypocrisis dum cupit captivare oculos, oculis fit ipsa captiva.* Serm. 29. *Aurum Judaicum populum sic suo captivavit affectu, vicit illecebris, &c.* Utuntur Dudo lib. 2. de Actis Norman. Saxo Grammat. lib. 2. Willelmus Brito lib. 4. Philipp. & alii.

CAPTOR, Glossæ Isonis Magistri: *Aucupes, venatores, vel captores.* Vide *Captator*.

CAPTUM. Vetus Charta apud Rodericum *da Cunha* in Episcopis Portensib. 2. part. p. 31. *Reliquit pro suo anniversario aliud Marabitinum per Ecclesiam S. Joannis de Ver, quæ est Camara Episcopalis, cujus patronatus & captum ipse acquisivit tempore suo.* Charta alia Alphonsi Lusitaniæ Regis an. 1258. in eadem Hist. 1. parte cap. 13. pag. 164. *Quod ego do & concedo Monasterio S. Stephani —— quæ pertinent ac pertinere debent ad jus Regale in toto capto Monasterii.* Versio Lusitanica habet, *em todo o couto do mosteiro.* Vide *Cautus*.

CAPTURÆ, Latinis Scriptoribus dicuntur pretia flagitii aut criminis, mercedes artium sordidarum & obscænarum, uti observatum à Casaubono ad Suetou. in Calig. cap. 40.

Captura, Locus piscosus, ubi capiuntur pisces. Isidori Glossæ: *Captura, detentio, vel locus piscosus, ubi sedet Captuarius, qui balneaticum exigit.* Ita Codex MS. Regius Cod. 1013. ubi editus habet *actuarius*, & *balneare*. Diploma Ludovici Pii, de *Carolivenna*, loco ita dicto ad Sequanam: *Peroavus Carolus qui eandem construere jussit capturam.* Suprà, *vennam* & *piscariam* appellavit. Ita etiam usurpatur in Traditionibus Fuldensibus non semel lib. 1. pag. 454. *In loco Sceipbatz juxta ripam fluminis Sinna, & in pago eodem Sinnahgevve, id est, unam capturam cum terris, pratis, campis, silvis, &c.* Pag. 455. *In pago Salagevve, id est, unius capturæ tertiam partem.* Pag. 463. *De illa captura quam habemus in silva Bochonia, circa flumen quod dicitur Fliedina, duas partes, id est, meridianam partem ejusdem fluminis & occidentalem cum omni integritate, ut à die præsente in proprium usum illam colatis, atque augeatis, &c.* Occurrit passim pag. 464. 465. 469. 472. 473. 474. 480. 483. 491. 492. 495. 496. 514. 516, 519. 525. 526. 530.

530 538. 544. 545. 573. Sulpitius Severus lib. 3. de Vita S. Martini: *Vade, inquit, mitte linum tuum, captura proveniet. Captura piscium*, in Actis Murensis Monasterii p. 52. *Captus piscium*, in Fundat. Monast. S. Petri in Erphurdia. Lucas cap. 5. *Laxate retia vestra in capturam*, εἰς ἄγραν. Idest, *Immittite & injicite retia vestra, &c.* Infra: *in capturam piscium. Captura*, ἐμβολή, in Gloss. Græc. Lat. id est, injectio. *Pachino multa tunnorum est copia, echinis & omnibus mari nantibus pisculentissimam, ac propterea semper captura larga.* Flodoardus lib. 14. carm. 18.

Mandat item quondam capturæ instare sodales,
Atque locum signat, laxata ubi retia pandat.

Capturæ quæ ad capiendas apes ponuntur, in Lege Bajuvar. tit. 21. §. 9.

Captura, idem quod *captio, creditio*, vel *credentia*, de quibus vocibus agimus suis locis. Charta Communiæ Brueriarum an. 1186. *Nec teloneum nec monetagium reddant, nec apud eos aliquis Dominus capturam panis, vini, carnium, vel piscium aut aliarum rerum venalium habeat.* Vide *Prisa*.

Captura, Exactio. Charta Ludov. VI. Reg. Franc. an. 1119. in Tabul. S. Mariæ Columbensis diœcesis Carnotens. *Supra dicta enim terra infestatione malorum hominum, & malarum consuetudinum capturis, quæ a nostris servientibus terræ illius superpositæ erant, &c.* Veteres Schedæ de divisione parochiæ urbis Corbeiensis ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 564. *Dederunt etiam prædictus Castellanus & uxor ejus redditum unius sutoris, scilicet ad capturam ante Natale Domini, & ante Pascha, & ante Augustum, unde reddit prædictus Presbyter sutoribus duos denarios ad capturam pro sotularibus, &c.*

CAPUITA, idem quod *Cambuta*, seu Baculus pastoralis. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 213. *Alphabetum in pavimento cum capuita scribit.* Cap. 217. *Virga pastoralis, & capuita, & ferula, & pedum dicitur.* Vide *Camputa*.

CAPULA. Vide *Capa*.

CAPULARE, *Capellare*, *Capillare*, Cædere, incidere, frangere, radere A Lat. *scalpere*, deducit Spelmannus, Salmasius à *scapellare*, & *scapellum*, quod est bacillum. Joan. de Janua. *Capulus à caput, quia caput est gladii, vel à capio, quòd ibi capitur gladius, ut teneatur, unde capulo, as verbum activum, id est, scindere, vel secare: unde in Decretis Pontificum, Lingua delatoris capuletur. Mulieri ingenuæ crines capulare*, in Lege Burgund. tit. 5. §. 1. *Aristatonem super mortuum capulare*, in Lege Salica tit. 17. §. 4. *Concisam vel sepem alterius capulare*, in eadem Lege Sal. tit. 18. §. 4. in Lege Ripuar. tit. 43. in Lege Alem. tit. 99. §. 26. *Arborem capulare*, in Lege Salica tit. 29. §. 30. *Pedem capulare*, ibid. tit. 31. §. 11. *Capulare vestitus*, in Capitulis Caroli Magni lib. 1. cap. 71. *Linguam capulare*, abscindere, apud Hadrianum I. in Canon. cap. 45. in Capitul. Caroli Magni lib. 7. c. 277. apud Hincmarum contra Hincmarum Laudun. in Concil. Duziacensi I. part. 2. cap. 11. &c. Anonymus de Miraculis S. Ursmari n. 3. *Dumque adtractam virgam ad se applicat, ut eam cum ferramento capularet, &c.*

CAPULARE. Formulæ Andegavenses num. 33. *Et ibidem venientes invenerunt sic esse factum seris incisis, ostias concapolatas, portas perforatas, &c.*

Capellare, eadem notione, in Lege Longobard. lib. 1. tit 19. §. 20. *Si quis caballo alieno caudam capellaverit, id est, setas traxerit.* §. 26. *Si quis stallariam alterius capellaverit.*

Capillare. Papias: *Capillare, concidere.* Statuta Gerardimontensia apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. c. 60. *Si quis alium vel verberaverit, vel pulsaverit, vel ad terram postraverit, vel capillaverit, 60. sol. solvet Comiti.* *Concapulare*, in Lege Salic. tit. 8. §. 4. *Chapler*, nostris Willelm. *Guiart*:

En te le maniere i chaplerent,
Qu'a force les desbaraterent.

Et Alibi:

Grant flot de gens aprés s'arrive,
Desquiex chascun tant i chaploie,
Qu'ils metent Anglois à la voie.

Vocis vis mansit in verbo *Chapeler*, quod apud nos, *summas panis crustas revellere*, sonat.

Capulatura, Capulatio, Vulnus Formulæ solenn. cap. 119. *Violenter super ipsum evaginato gladio venit, unde livores vel capulaturæ atque colaphi manifeste apparent.* Et mox: *Et super ipsum livores & capulationes misit.* *Chapplis* Scriptoribus nostris. Berrius in Hist. Caroli VII. pag. 232. *Et dura le chappelis par l'espace d'une forte heure.* Tractatus de Torneamentis Tabulæ Rotundæ MS. *Et lors eussiez peu voir grans fais d'armes, & grant chapplis d'un coste & d'autre.* Willelmus *Guiart* de Auriflamma:

Es chapleis des mescreans
Devant lui porter la fesoit.

Et an. 1264.

Le chaple commence aus espées.

An. 1298.

Le chaple asiés longuement dure.

Le Roman de Garin:

La veissiés un riche chapleis.

Le Roman de Vacce:

Au chaple des espées les feront enverser.

Statuta S. Ludovici l. 2. c. 38. *Il doit montrer sane, ou plaie, ou descireure ou chaple.* Ubi *chaple* idem est quod *capilatura*.

Tous ceus qu'à Cocherel furent au chaplement.

Scapellare. Gloss. Lat. Græc. *Scapellat*, κατακόπτει, κατακόπτει. Edictum Rotharis Regis Long. tit. 101. §. 59. *Si quis vitem alienam de una fossa asto animo scapellaverit, &c.* Lex Longobard. l. 1. tit. 19. §. 5. *Si quis molinum alterius scapellaverit, aut aratrum alienum iniquo animo scapellaverit, &c.*

Transcapolare, vox ejusdem originis & notionis. Pactus legis Salicæ tit. 32. §. 17. *Si quis ingenuum castraverit, aut virilia transcapolaverit, unde mancus sit &c.* Ubi Lex Salica tit. 31. §. 18. habet *truncaverit*.

Decapulare, idem quod *Capulare*. Petrus Cellensis l. 7. Epist. 18. *Labia concidunt, turpiloquio & scurrilitatibus adsuescentes: linguam decapulant, malum redarguentes, & mendacium semper loquentes.* Alia notione vocem hanc usurpat Plinius lib. 15. cap. 6.

CAPULLA. Synodus Nemausensis an. 1284. cap. de Baptismo: *Verum si propriam capullam propter paupertatem, vel aliam quamcunque causam non habuerit, vel habere nequiverit baptizandus: capulla etiam alia, cum qua alius baptizatus fuerit, quam Sacerdos præcipuè gratis exhibeat, baptizetur.* Diminutivum videtur à *capa*, quam Baptizatorum vestem fuisse suprà docuimus: eadem etiam fortè quod *chrismale* appelletur. Vide in hac voce.

CAPULUS, vel *capulum*, Apex. Andr. Dandulus in Chron. MS. an. 991 *aut de Capulo silvarum amplius tollendo, quàm antiqua præstitit consuetudo, &c.* Vide *Ramaticum*.

CAPUS, *Cappus*, Avis prædatoria, seu falco. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Falco vel capus, à capiendo*, vvealhhafoc, id est, erodius, accipiter peregrinus. Papias: *Capus, falco, avis, à capiendo.* Alibi: *Falco, dictus quòd falcatis incurvis unguibus sit, hunc Itali capud vocant, à capiendo.* Ita MS. Edit. habet *caput*, sed legendum *capum*. Formulæ antiquæ promotionum Episcopalium Epist. 16. *A quo verbo* accipere, *aves, quæ alias aves capiunt, accipitres nominantur.* Synodus Tici-

Ticinensis, sub Leone V. PP. an. 850. can. 4. *Non canibus, aut accipitribus, vel capis, quos vulgus Falcones vocat, per seipsum venationes exerceat.* Theodulfus lib. 4. carm. 8. de pugna avium, pag. 219.

Quatuor accipitres veniunt hinc, quatuor illinc,
Quatuor & totidem parte ab utraque capi.
Primo hi congressu perimunt se hinc inde vicissim,
Accipitrem accipiter, seu capus ipse capum.

Et lib. 6. Carm. 26.

Colla superba teras, anates ut turba caporum,
Anserem ut accipiter, colla superba teras.

Odo Cluniacens. l. 1. de Vita S. Geraldi c. 4. *Scilicet ut molossos ageret, arcista fieret, cappos & accipitres competenti jactu emittere consuesceret.* Servius ad l. 10. Æneid. ait *Campaniam à Tuscis conditam, viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur, unde est nominata Campania.*

In Vita Ludovici Pii an. 813. fit mentio *Gerrici capis Præpositus*, qui scilicet avibus venaticis præerat, ut quidam censent. Alii *Præpositos capis* eosdem volunt, qui recentioribus *Buticularii* dicuntur. Nam *capis* & *capula* apud Varronem est poculi genus, quo deplere vasa olearia solebant: & licèt *capis capidis*, declinetur, inflexione tamen receptâ apud Scriptores infimæ Latinitatis, potuit dici *Præpositus capis*, pro *capidibus*. Sic apud Avitum Vienn. Epist. 65. *Utatur paterarum capacitate pro capis.* Quâ dicat, pro vasculis exiguis, pateris bibat capacioribus. At Steph. Baluzius monet in Cod. Viennensi Aviti, legi *cuppis*, pro *capis*.

CAPUS, *Capo*, *Cappus*, Latinis Gallus castratus, nostris *Chapon*; ex quo postmodum hac appellatione donati eunuchi & castrati. Luithprandus in Legat. *Dicimus enim quod capones sunt, id est, eunuchi.* Capitul. Caroli Calvi tit. 43. §. 30. *De cappis & aliis negotiatoribus videlicet ut Judæi dent decimam, & negotiatores Christiani undecimam.* Ubi Judæi ita videntur appellati ob περιτομὴν, seu circumcisionem. Nam, ut ait S. Ambrosius in Leviticum, *viros circumcisione signatos etiam opprobrio & illusione dignos arbitrabantur* veteres. Vide Marcam l. 1. Hist. Benearn. c. 16. num. 9. & Notas nostras ad librum 4. Niceph. Bryennii.

CAPUSIERA. Vide *Vaca*.

CAPUT, Modus possessionum, quibus collatio imminebat, *jugum* etiam dictum: quæ appellationes passim occurrunt in Cod. Theod. & Justin. Unde *capitatio*, & *jugatio*, quæ possessionibus & *capitibus* præstabatur, interdum &

Caput ut apud Eumenium in Paneg. *Septem millia capitum remisisti, quartam partem ampliùs partem nostrorum censuum.* Sidonius carm. 13. ad Majorian.

Læstrigonas nos esse puta: monstrumque tributum,
Hic capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.

Atque ita *caput* usurpari apud Ammian. lib. 16. & 17. contendit Jacob. Gotofredus, quem consule ad leg. 2. Cod. Theod. de Censu.

Caput, dicitur quodcumque in recensione numerum efficit. Gregorius Magnus lib. 7. Indict. 1. Epist. 6. *Sindones 2. coopertorum super altare unum, lecta strata numero 10. in æramentis capita 20. in ferramentis capita 30. &c.* Sed præcipuè ea vox usurpatur in armentis ac gregibus. Idem Gregorius lib. 10 Epist. 12. *In peculio capita 15. armenti capita 2. ferramenta numero 5.* Lib. 10. Epist. 42. *Decem equarum capita.* Lex Alemann. tit. 79. §. 2. *Legitimus pastor ovium si 80. capita in grege habet domini sui, &c. Capita animalium,* in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 3. §. 12. tit. 4. §. 10. 26. tit. 5. §. 7. in Charta Romualdi Ducis Benevent. tom. 8. Ughelli pag. 607. 611. *Ovium capita tanta*, in Formulis. Gualdo in Vita S. Anscheri Archiepiscopi Hamburg. cap. 86.

Rursus ab integro decimam animalia quinto,
Omne caput decimum manibus tradebat egentum.

Chef de bestail, in Consuetud. Baionensi tit. 2. art. 2. 3. & Aquensi tit. 11. art. 25. *Chefs de vache, de brebis, de porcs*, in Consuet. S. Severi tit. 10. art. 6. Hinc *caput* pro ipso animali, in leg. 6. Cod. Theod. de Curios. Antiq. Fuld. lib. 3. trad. 35. *Jumentum, quod vulgò dicitur Caput, optimum, sive vestimentum quod melius haberet, in usus Fratrum cederet.* Vide Leg. 1. §. ult. & leg. 3. D. De rei vindic. l. 3. D. De pignorib. & Vegetium de Mulomedic. pag. 10.

Capitis furtum, *Capitale furtum*, id est, furtum animalis, vel rei mobilis. Charta Ottonis Imp. an. 973. in Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis: *Ut nullus judex publicus, vel qualibet judiciaria potestas aliquam sibi vindicet postatem in supradictorum hominibus Monasteriorum, litis videlicet & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocunque banno constringat.* Quæ totidem verbis habentur ibidem pag. 151. 155. & 156. ubi *furtum capitis* videtur idem quod *capitale* appellatur in Pœnitentiali Halitgarii Cameracensis Episcopi c. 4. *Si quis Clericus furtum fecerit capitale, id est, quadrupedum, vel casam ruperit —— 7. annos pœniteat.* Liber Pœnitentialis Gregorii II. PP. cap. 9. *Si quis furtum capitale commiserit, id est, aurum, argentum, quadrupedes, vel domos effregerit, &c.* Alias Pœnitent. MS. *Si tu furtum capitale commisisti, id est, quadrupedum, vel domos effregisti, &c.* Alius denique Pœnitential. perinde MS. *Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia abegerit, &c.*

Caput annonæ. Anastasius in Joanne V. PP. *Necnon & alias divales jussiones relevantes annonæ capita patrimoniorum Siciliæ & Calabriæ non pauca.* Idem in Conone: *Relevavit per sacram jussionem ducenta annonæ capita, quæ Patrimonii custodes Brutiis & Lucaniæ annuè persolvebant.* Nov. Theodosii de Fiscalib. *Mauri vero Sitifenses — totius annonæ nomine 5. millia solidorum, & 50. capitum in annonis Ducis consueto tempore annua functione dependebant.*

Caput, Dux, Præfectus, quomodo *Chef* dicimus. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo Magno cap. 4. *Interrogavit, qua pœna dignus esset, qui caput Francorum in manus hostium tradidisset.*

Caput anni, Initium. Charta Sergii PP. apud Sammarthanos in Abbatib. Montis majoris Arelat. sub ann. 1002. *Ibi tertiam partem pœnitentiæ illi dimittimus, & Ecclesiam usque ad caput anni ei reddimus, & pacem, & capillos incidere habeat; & si mors in capite anni evenerit, vel infra annum, ex parte nostra absolutus maneat.*

Caputaquæ. Charta Ermengardis Comitissæ Ceritanensis an. 893. *Silvis, garricis, molinis, molinariis, aquis, caput aquis, aquarum ductibus vel reductibus, &c.*

Caput asini. Cognominatus quidam Miles apud Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 681. *pro magnitudine capitis & congerie capillorum.*

Caput burgi, *Chef de Bourg*, in Consuetud. Pictav. art. 4. *Ou ledit Seigneur ait ville, bourg, ou chef de bourg.* Adde Consuetud. Santonens. art. 6.

Caput Comitatus, vel Baroniæ, Mesuagium capitale Baroniæ, castrum, vel aliud ædificium, quod propter jus gladii dividi non potest: apud Bractonum lib. 2. cap. 34. §. 1. cap. 39. §. 6. cap. 40. §. 4. & in Fleta lib. 5. cap. 9. §. 16. Regestum Philippi August. Regis Francor. Herouvallianum fol. 168. *Robertus de Corci tenet in Constantino Kynevillam quæ est de Baronia de Corci, unde ipse respondet per Petrum de Tilleio, in cujus Baronia Caput Baroniæ est.*

Caput castri. Charta an. 1094. apud Guesnaium in Annalib. Massiliens. pag. 310. *Guirpimus atque donamus —— S. Victori Martyri —— quidquid in honore nostro & ditione prædicti Cœnobii Abbati & Monachis quoquomodo à quibuscunque personis, ubi aquisierunt, vel*

vel in futurum similiter acquirere poterunt, propter sola capita castrorum nostrorum,&c. Will. de Podio-Laurentii cap. 37. *Comes recuperavit castrum Saracenum, obsessa & conclusa munitione in capite castri.* Infrà: *Cæteri autem qui erant in capite castri Saraceni inclusi, &c.* Charta ann. 1306. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. num. 165. Tabularii Regii, pro Vicecomitatu Lautricensi: *Et alias proprietates quascunque, quæ seu quas idem Bertrandus habet, tenet, & possidet in villa & capite seu fortalitia castri prædicti de Lautreco, &c.*

Caput contubernii, aliàs *Decanus*; *Denis militibus præpositus*, Veget. l. 2. c. 8. 13.

Caput Episcopus, major Ecclesia dicitur in Capitul. Caroli Calvi, tit. 40. c. 13.

Caput Ecclesiæ. Charta Sanctii Regiis Aragon. anno 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 93. *Adhuc etiam dono ipsam turrim cum ipsas casas de castro-- --& ante casas caput Ecclesiæ cum ipso allodio. &c.* Vide *Capsum.*

Caput pro *capitio*, seu ea Ecclesiæ parte, ubi altare erigitur. Ita in regionibus urbis Romæ apud Mabillonium tom. 4. analect. *Caput Afræ* (sic leg. putem, pro *Africæ*) & *Caput S. Joannis*, p. 512. & 514. Vide *Capsum.*

In capite esse. Lex Longob. lib. 1. tit. 17. §. 2. *Si servi per consilium rusticanorum manu armata in vicum intraverint, & quicunque homo liber sub regni nostri ditione positus cum illis consiliatus in capite fuerit, animæ suæ incurrat periculum, &c.* Infrà. *Et si liber homo in capite non fuerit, ille prior servus qui eos conduxit, moriatur.* Quod dicimus, *Se mettre à la teste des seditieux.*

Caput excubiarum, qui excubiis præest, *Capitaine du guet.* Curia Generalis Cataloniæ in villa Montissoni an. 1363. *Sancimus quod si Vicarius Barcinonensis pro eligendo Capita excubiarum —— pecuniam acceperit, &c.*

Capitecensi, Servituti & censui obnoxii. Guibertus lib. 3. de Vita sua c. 7. *Communia autem novum ac pessimum nomen sic se habet, capite censi omnes solitum servitutis debitum semel in anno solvant, &c.* Charta Communiæ Brueriarum an. 1186. *Statutum est etiam, ut homines capite censi dominis suis censum capitis sui tantùm persolvant.* Vide IC.

Capitis debitum. Vide *Capitale.*

Capitis deditio, Servitus. Baldricus in Chronico Camerac. lib. 1. c. 29. *Invento igitur salutaris remedii consilio, puerum capitis sui deditione, tantæ animadversionis iram placare suadent.*

Caputfinis, Ad agri caput finis, limes. Vetus Charta sub an. 1060. apud Ughellum in Episcopis Teatinis: *Et habet caputfine fluvium Fauri, & ipsa arcata de ipso molendino, pedefine terra quæ ipsis donatariis remansit.* Alia ibidem an. 1065. *Habent fines à capitefine casa longa, & fine pesco Dolati Joannis Boni, pedefine Albertono, de uno laterefine fossato sicco, ab altero làterefine, terra, &c.*

Caput jejunii, seu *Quadragesimæ*, Quarta feria Quinquagesimæ, quâ jejunium quadragesimale inchoatur: εἴσβασις τῶν ἁγίων νηστειῶν. Græcis, in quam extant Sermones Germani Patr. CP. & Leonis Imp. Apud Gregorium in lib. Sacrament. *Feria 4. caput jejunii, ad Collectam: Concede nobis, Domine, præsidia militiæ Christianæ. sanctis inchoare jejuniis, ut contra spiritales nequitias pugnaturi continentiæ muniamur auxiliis.* Concil. Meldense an. 845. c. 76. *Post quartam feriam, quæ Caput jejunii nominatur.* Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 7. *Unde & quarta feria, qua jejunium hoc inchoamus, Caput jejunii appellari consuevit.* Vide Micrologum c. 49. & Canones Saxonicos Edgari Regis de Modo imponendi pœnitentiam c. 3. Edictum Pistense Caroli Calvi c. 33. tom. 3. Historic. Franc. pag. 186. &c. denique Filesacum lib. de Quadragesima Christiana cap. 12. Id alii nominis quatuor diebus jejunii, qui primam Dominicam Quadragesimæ præcedunt, tribuunt. Vide Missalem S. Ambrosii.

Capitis inflexio. In Monasterio Casinensi, fortè etiam & in aliis, is mos servatur, ut quod proponitur in Conventu, seniores voce, juniores verò capitis inflexione approbent. Petrus Diab. lib. 4. cap. 94. *Cumque omnes tum voce, tum capitum inflexione hunc se velle* (Abbatem) *respondissent, &c.* Nos dicimus, *Opiner du bonet.*

Caput lupinum gerere dicitur in Legibus Edvvardi Confess. cap. 7. quod Anglicè *Wulfesheofod* dicitur, is qui proscriptus est, *ut lagatus*, & ex lex, à *die ut lagationis suæ*: illius enim qui proscriptus est, caput cuivis, perinde ac lupi exponitur amputandum, si in provinciam redeat. Contractius verò hanc vocem Saxonicam alii efferunt, Ƿulfesheveð, & Ƿulvesheað, à Ƿulf, lupus, & heofoð, caput. Bractonus lib. 3. tit. 2. c. 13. §. 3. *Forisfacit utlagatus omnia quæ pacis sunt, quia à tempore quo utlagatus est, caput gerit lupinum. Itaque ab omnibus interfici poterit, & impune, maximè si se defenderit, vel fugerit, ita quòd difficilis sit ejus captio.* Vide eundem d. lib. c. 11. §. 5. Fletam lib. 1. c. 27. §. 12. 13. librum cui titulus *Mireor*, cap. 4. & Knyghtonum p. 2356. Meminit Procopius lib. 3. de Bello Gothico, quorumdam Pisidiæ populorum, qui Λυκοκέφαλοι vocabantur, non quod lupina iis essent capita, sed quòd regionis quam incolebant, mons, λυκοκεφαλα, vocaretur. Meminit etiam Justinianus in Nov. 24. §. 1. ut & Theophanus pag. 132.

Caput mansi, Gall. *Chef de famille. Chiez d'ostiez*, in Charta an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri an. 1299. n. 54. ex Tabul. Regio *Chemier*, pro *Chef mez*, in Consuetud. Pictavensi art. 30. 49. 95. 125. & Santonensi art. 22. 30. 107. Primogenitus, cui competit caput mansi. Tabularium Ecclesiæ Ambianensis: *Cùm verò caput mansi obierit, debet 7. sol. pro revelatione.*

Caput mansi, Domus ipsa præcipua, quæ pertinet ad primogenitum, vel in qua habitat Caput familiæ. *Chevelmanage*, in veteri Consuet. Norman. part. 1. *El chevel manage ne poent les seurs rien reclamer, se il n'i a manages autretant come de freres.* *Chefmez*, in Consuet. *de Desure* in Agro Bononiensi art. 3. *Quiemez* in Ruensi art. 33. *Chef mois*, in Normannica, tit. de Decretis art 562. *Chef d'heritage*, ibid. art. 356. *Lieu chevel*, quasi locus capitalis, in Consuet. Vicecomitatus Bajocensis art. 4. In aliis *Chef lieu*, ut in Pontivensi art. 82. 83. Cabillonensi art. 168. Claromontensi art. 83. 86. Atrebatensi art. 14. 37. *Domus capitanea*, in Historia Episcoporum Autisiodorensium cap. 58. *Remisit eis manum mortuam, talliam Martii, ex qua debantur per annum in Martio de singulis domibus capitaneis quinque solidi.* In Gallia Narbonensi metrocomias *Capcastels* appellari auctor est Ph. Berterius Diatr. 1. c. 6. Hugo Flaviniac. in Chr. Virdun. an. 1097. *De capite mansi 2. sextarios avenæ.* Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Ipse alode meus de Albussio qui est in pago Caturcino in vocabulo Poio Annono, cum ipso caput manso, cum terras & vineas, &c.* Infrà: *Et iste caput mans, ubi ego permaneo, &c.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 122. *Illo caput manso ubi Sigbrandus visus fuit manere, &c.* Passim in hoc Tabulario. Vitalis Episcopus Oscensis & Observantiæ Regni Arag. pag. 23. de Infantionibus: *Habent privilegium quòd possunt emere à Peyteriis & villanis, & non tenebuntur peytare, si etiam emerint caput mansi.* scilicet ex Foro Oscensi Jacobi I. Regis Arag. an. 1247. qui habetur in Foris Arag. lib. 7. fol. 132. Edit. 1624. Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Arag. *Caput mansum quid velit dicere, & quid significet de Foro, vide in Foro unico, tit. de Expeditione Infantionum lib. 7. fol. 39. & vide in Observant. 2. tit. de Privileg. Militum fol. 26.---Dixerunt quidam antiqui Foristæ, quod*

caput mansum vult dicere jus primogenituræ, vel ipsa pimogenitura, quæ vulgariter dicitur majorazgo. Alii dixerunt quòd caput mansum vult dicere tota hæreditas in universum, &c. Fori Oscæ an. 1247. fol. 36. *Ita tamen, quod in hujusmodi emptione Principis dominium non defraudetur, quod vulgariter dicitur caput mansum.*

Caput mansas. Tabul. Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 72. *Cedo——de meo jure hæreditatis, hoc est, medietatem, eundem caput mansum cum octo deneriatis de vinea, &c. Hunc capmansum Deo & S. Petro offero.* Idem n. 141. *Nulli inter istas fines dividit distantia, licèt culta aut inculta ibi terra maneat, nisi solæ mansiones quæ fiunt in capite, caput mansum, ubi Burgus visus est manere, &c.* Occurrit etiam in veteri Charta apud Dominicum de Prærogat. allod. p. 213. 214.

Capmasus. Charta anni 1298. in Regesto Conestabliæ Burdegal. p. 198. *Ipsas castellanias cum omnibus redditibus, censibus, exitibus, & cum servitiis, & capmasis, bordis, & bordariis, affariis & tenementis, &c.* Et Infrà: *In dictis castris & castellaniis, villis, & affariis, & tenementis, & masis, & capmasis, bordis & bordariis.*

Caput mansio, in Tabulario Brivatensi Ch. 210. & Conchensi Chr. 500.

Capmansionile. Tabularium Bellilocense Ch. 24. *Et in Lensiaco caput mansionile, ubi Odolricus visus fuit manere.* N. 34. *in villa quæ dicitur Capre, capmansionile cum ipsa vinea Deo & S. Petro offerimus.* N. 53. *Et in ipso loco caput mansionile, ubi Martinus visus est manere.* N. 145. *In primis capmansionile meum indominicatum, quem pater meus mihi dimisit, cum orto, cum vineis, &c.*

Capita militum, Præcipui, primores exercitus, Gallis *les Chefs*, apud Vegetium lib. 3. c. 3. Constant. Porphyr. in Tacticis p. 8. Καὶ ἐποίουν κεφαλὴν εἰς αὐτοὺς, καὶ ἔλεγον τὴν μὲν κεφαλὴν στρατηγὸν, καὶ τὴν φάλαγγα στρατιάν, Leo in Tact c. 3. §. 6. Πρώτη κεφαλὴ, ὁ στρατηγός. Κεφαλίδες. Græcis recentioribus, Scylitzæ, Codino, Achmeti, & aliis.

Capomilitiatus, Officium *Capitis Militum*, seu urbis Capitanei. qui aliis *Magister Militum,* dicitur. Extat Inscriptio an. 1392. supra Ecclesiæ Tiburtinæ portam, quæ dicitur facta *tempore Capomilitiatus Nicolai Brunelii.* Extat integra apud apud Waddingum an. 1256.

Caput molis. Charta Caroli Simplicis pro Monasterio S. Aniani Narbonensis: *Et ipsos molendinos qui sunt in rivulo Venudupei, cum illorum capud molis, necnon & villares, &c.*

Capitis partem retinere, nostris, *Retenir de quoy servir le Fief.* Tabularium Monast. Dolensis: *Concedimus etiam, ut quicunque ex nostris casatis, vel feodatis, partem aliquam sui fisci, sive casamenti, quod à nobis habet, dare voluerit, hoc agere possit, ita tamen ut non totum feodum det, sed partem retineat capitis. Act. ann.* 1092. Charta Ludovici Regis Fr. ann. 1139. *Quicunque autem Militibus Templi de feodo nostro aliquid dare voluerit, præter civitatem. aut castellum, nos illud volumus & concedimus, ita quòd inde servitium nostrum non perdamus.* Alia ex Tabulario S. Crucis Talemondensis fol. 3. *De possessione sua dare vel vendere non prohibeatur, —— tantillo interdicto, ut dominus suus inde suum non perdat servitium.* Vide *Servitium.*

Caput pecuniæ. Vide *Capitale.*

Capita populorum, ac Principes ex provincia Lemovicensi, &c. in Concilio Lemovicensi ann. 1031. Sess. 1.

Caput porcinum, Tacticorum vox, de qua sic Vegetius lib. 3. c. 19. *Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta cum acie primò angustior, deinde latior procedit, —— quam rem milites nominant Caput porcinum.* Vide Ammianum lib. 17. Agathiam lib. 2. & ex eo Suidam.

Caput porci. Cencius Camerarius in Ceremoniali: *Pincernæ insuper & Marescallus tam de comestione, quam aliis denariis remunerantur similiter, excepto quod capita porcorum aptata non habent, neque clavetum.*

Caputpurgium, vel *Capitipurgium,* Medici appellant liquores qui per nares mittuntur, vel quidquid masticatur aut gargarizatur, & apophlegmatismum facit, i. à capite phlegma deducit. Matth. Silvatic.

Caput Quadragesimæ, in Regula S. Benedicti c. 48. in Concil. Agath. c. 9. in Charta an. 1028. apud Sammarthanos in Abbatibus Roncerei, &c. appellatur quarta feria Cinerum, ut auctor est Amalarius Fortunatus lib. 1. de Offic. Eccl. c. 7. Vide Haëftenum lib. 10. Disq. monast. tract. 8. disq. 9.

Caput scholæ, Qui scholæ militari præest. Ammianus lib. 25. *Addebatur missos à Jovino mites adventare, quos Capita scholarum ordo castrensis appellat.*

Caput scholæ, Dignitas Ecclesiastica, in ædibus cathedralibus & collegiatis, quæ aliàs, & in aliis Ecclesiis, *Scholastici* dicitur. In veteri Notitia Hincmari Archiep. Remens. apud Sirmondum in Notis ad Capit. Caroli C. memoratur *Sigloardus Presbyter vel Caput scholæ, ancta Remensis Ecclesiæ.*

Capischolus. Concilium Bituricense an. 1031. cap. 7. *Archidiaconi, Abbates, Præpositi, Capischoli, Canonici, &c.* Apud *le Lievre,* in Hist. Viennensi cap. 26. occurrit *Scholasticus sive Capiscolus.* In Charta Durandi Episcopi Arvernensis in Biblioth. Clun. p. 535. subscribit *Bernardus Capiscolus.* Vide Odonem Gessium in Hist. Podiensi lib. 1. cap. 23. lib. 2. cap 21. Joseph. Scaliger. lib. 2. Epist. 185. V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 628. &c. Leges Partitæ seu Alfonsinæ, 1. part. tit. 6. l. 5. ubi de Cantoribus: *Ealgunas Eglesias Cathedrales son en que y à Cabescoles, que han este mesmo officio que los Chantres, e cabiscol tanto quiere dezir como cabdillo de el coro, para levantar tos cantos.*

Caput scholaris, qui & *Choraules,* in Synodo Helenensi an. 1027.

Capischolia, Dignitas Capitis scholæ, in Charta ann. 1083. apud Catellum in Hist. Occitan. p. 870.

Cabescholia, in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis.

Caput scholæ, Locus ubi consistit qui scholæ Cantorum præest. Ordo Romanus: *Tunc procedit Pontifex (sacra facturus,) & antequam veniat ad Scholam, dividuntur cereostata quatuor ad dextram, & tria ad sinistram, & pertransit Pontifex in Caput scholæ, & in gradu superiore, primo adorat sancta, &c.* Eadem verba habentur præterea infrà.

Caput senatus. Qui senatui præest. Vetus Scriptor de Constantino, post Ammianum Valesii editus: *Symmachus Caput senati.* Inscriptio statuæ aureæ eidem Symmacho erectæ: *Qui primus in Senatu sententiam rogari solitus.* Liber Pontificalis in Symmacho PP. *Festus Caput senatus & Exconsul.* Vita SS. Faustini & Jovitæ Mart. num. 4. *Parentes eorum Caput senatus in hac civitate fuerunt.* Passio S. Caloceri Martyris n. 2. *Quod pater ipsorum Caput senatus in eadem civitate fuerit, respondit.* Chartam Leonis IX. PP. an. 1049. subscribit *Faustinus Caput senatus & consul*, apud Cælestinum & Ughellum in Episcopis Bergomensibus. Τῆς συγκλήτου πάσης βουλῆς ἡγούμενος dictus à Zenone Fratre Longinus, apud Theophanem an. 17. Zenon.

Caput solidum Libertates villæ Martelli in Lemovicib. an. 1219. apud Justellum. *Quidquid aquisierint de suis terris — debet habere firmitatem, si cum sigillo suo factum fuerit, reddito tamen capite solido, & accaptamento, & aliis redditibus dominis quibus contingunt.* Quod verò *Caput solidum* hîc vocatur, *Capsoos* & *Capsools,* dicitur in Foris Beneharnensib. tit. 1. & alibi passim, ubi vox hæc sumitur pro *laudimio*: in Consuetudine Vasatensi jungitur cum *venta*: *Capsools,* vel *Capssouls & vendas.*

Sed

Sed quod Gallandus ait, formatum id vocabuli, quasi præstatio sit à domino *capi solida*, ex suprà allato loco refellitur: unde probabilius est *Capsools* idem valere quod *Chef sol*; ita ut sit *solidus* ex pretio rei venditæ, qui domino *capitali* exsolvitur, seu pars pretii verbi gratiâ quintus, tertius decim. aut vicesimus solidus, ad quam proportionem exsolvuntur vulgò laudimia.

Caput tenere. Vide *Captenere.*

Ad caput venire, in Historia Franc. epitomata Fredegarii cap. 65. nostris, *Venir à chef*, rem perficere.

Caput via. Bulla Joannis XXII. PP. apud Waddingum n. 1321. in Regesto p. 126. *Seu est caput via per quam ingreditur ad dictum ortum.*

Caput Vicaria, Vicariæ, seu villæ perfectus, vel præcipuus Petrus II. Rex Aragon. in Charta MS. an. 1283. pro confirmat. libertatum Catalaniæ: *Mittantur nuncii per vicarios & officiales nostros,——quod p. rtent bustiam cum signo Vicarii, seu Capitis vicaria, vel Subvicaria.*

Caput Villæ. Tabular. S. Remigii Remensis: *In Ypapanti* 10. *sol de capite villa. In Pascha* 8. *pulli*, &c. Fleta lib. 1. c. 24. §. 4. *Nullus extraneus in fori. secum capitis villa, aut in surburbio hospitetur.* *Chef de bourg.* in Consuetudine Santonensi art. 6. & Burdegal. art. 46.

Caput vici, apud Sidonium lib. 4. Epist. 8.

CAPUTIUM, idem quod *Capitium*, Capitis tegumentum, quod *Capæ* assutum erat. Legenda antiqua, de habitu S. Francisci apud Radulphum: *Caputium quoque quadratum tanta longitudinis detulit, quòd faciem operiret, qualem habitum deferre consueverunt agrestes homines illius regionis.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. *Normam indumentorum talem observandam statuimus: primùm cappa, desuper caputium convenienter aptum habere debet, & aliquantulum amplum ut videlicet si quando capiti supponitur, posteriùs non erigatur in cristam, & ut demissum quantùm necesse est, scapulas cooperiat, & ut interius capitium exteriori pariter coaptetur, nec extrà promineat.* Et cap. 53. *Caputium verò de super tegimen sit capiti, non latibulum faciei; sufficit enim ut multum, si usque ad tegendam coronam perveniat.* Matth. Paris. an. 1247. *Habens pauperem capam sine capucio* Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 24. *Capucio capite cooperto, ne fortè quis esset perciperetur.* Statuta Ord. *de Sempringham* in Anglia pag. 725. *Ministris altaris fiant superpellicea cum capuciis, qua caput & nuda colli protegant.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 69. *Ubi sub Regis cognoscitur banno, judices seu scabini capucia, pilea, aut pepla & chirotheas habere non debent.* Statuta Ordin. Cartusiensis an. 1368. part. 2. cap. 1. §. 2. *Capucia cucullarum sint quadrata, nec duorum palmorum mensuram in latum excedant, vel in longum. Caputia verò caparum sint aliquantulùm longiora*, &c. Chron. Aulæ Regiæ cap. 23. *Nullum jam cernimus tam contemptum in agris arantem rusticum, qui non deferat latum caputium & oblongum.* Joan. Sarisberiensis lib. 1. Metalogici c. 3. *An caputium emerit, qui cappam integram comparavit.* Idem Matth. Paris an. 1134. *Cùm Rex novam robam de scarleto sumens—capam conaretur induere, quòd invenit introitum caputii, qui Guleron vulgariter Gallicè appellatur, nimis arctum,——ait, Hac capa deferatur fratri meo, qui argutius me caput habet.*

Quod autem *Guleron*, voce Gallica, appellat Parisius, aliud nihil est quàm quod Græci Interpretes Exod. 28. & Job. 30. περιστόμιον τοῦ χιτῶνος vocant. Nos etiamnum *Goulerons* vocamus ora vasculorum. Καπούτζιον apud Codin. de Offic. c. 14. n. 13. Τὰ μὲν καπούτζια μόνον αὐτοῦ ἐκβάλλουσιν οὐ γονατίζουσιν: *Capucia sua tantùm deponunt, non flectunt verò genua.* Solebant quippe in salutationibus capucia de capite deponere. Chronicon Flandr. c. 105. *L'empereur osta l'aumusse & le chaperon tout ius.* Vide *Almucia.*

Caputiare, Caputio caput operire. Petrus Blesensis Serm. 50. *Caputiari se appetit, ne vilescat.*

Caputiatus, Caputio, seu capitio, caput tectus. Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 15. *Abbates caputiati pinguntur.*

Caputiati, Factiosorum hominum cohors in Arvernia exorta an. 1183. auctore quodam Durando fabro lignario, qui sic nuncupati sunt, quòd imaginem Deiparæ stanneam caputiis lineis albis affixam in signum initi invicem fœderis deferrent. De hac factione copiosè agunt Historici, Rigordus an. 1183. auctor Historiæ Episcop. Autissiod. c. 58. Monachus S. Mariani an 1183. & 1184. Gervas. Dorobern. ann. 1182. Odo Gesseus in Hist. Aniciensi lib. 3. cap. 6. &c De Durando factionis auctore, ita Hugo *de Bersi* Monachus S. Germani Paris. in sua *Biblia*:

Moult fu soutis & soudeans
DURANT *Capuis, & bon truans,*
Qui les signans au pis donna:
Donna, non fit, il les vendoit,
Mestrement la gent decevoit,
Il en conquist or & argent,
Moult pensot bien guiller la gent,
Il en guilla bien deus cens mille.

CAQUILUS, Α'ετὸς, in Gloss. Lat. Gr.

CARA, Facies, vultus, caput. Glossæ MSS. *Cara, Gr. Lat. caput.* Græcis κάρα, quam vocem in feminino genere, usurpabant Æoles, ut notat Eustathius ad Odyss. Theophanes: Α'πέτεμεν τὴν αὐτοῦ κάραν. Corippus lib. 2.

——*Postquam venere verendam*
Cæsaris ante caram.

Hispani & Provinciales nostri *Cara* etiamnum pro vultu ac facie usurpant: Ital *Cera* vel *Ciera*, apud Dantem & Matth. Villaneum. Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. v. *Castrum*: *Castrum si aliquis tenet in custodiam, debet reddere illud cara à cara; quia castrum redditur & restituitur facie ad faciem.* Vide Observantias Fori Arag. p. 27. v. Sed & Galli mediæ ætatis *Chere*, eadem notione essinxerunt. Assisiæ Hierosl. cap. 94 de duello: *Les gardes dou champ doivent partir le soleil, si que il ne soit contre la chiere de l'un plus que de l'autre.* Philippus *Mouskes* in Carolo M.

Et Pepin la chiere hardie,
K'il ot fet Roi de Lombardie.

Willelmus *Guiart* an. 1204.

Se vos leur tornassiés les chieres,
Et contre eux vous vous défendissiez.

Ann. 1214.

Le rai du soleil en la chiere.

Ann. 1270.

Les saluent les chieres basses.

Le *Roman d'Auberi*:

Auberi l'oist, s'a la chiere levée.

Hinc formula nostris familiaris: *Faire bonne chere à quelqu'un*, benigno vultu excipere. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 128. *E anals abraçar, & reebels ab bella cara, e ab bell semblant.* Vide *Cheries.*

CARA. Avis species mihi incognita. Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 1. cap. 22. *Assumpsit duas caniculas in manu sua, quas Gallica lingua Veltres nuncupant, agilitate sua vulpes & cateras minores bestiolas facillimè capientes, qua caras etiam, & alia volatilia ascensu celeriore sæpe fallerent.*

CARABAGA, Machina bellica expugnatoria. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 21. *Fecit erigi plures carabagas projicientes magnos lapides, & frequenter, ita ut prosternerent muros cum turribus.*

CARBOLATUM. Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. c. 27. *Cum novem galeis mirabiliter praparatis, quarum sex erant fabulis tecta——ac cum quadam turre lignea*

ligneа operata fabrificatione in quodam carabolato fere cubitorum octo, quam Italici Burgum, seu Platum vocant Mantuanum, &c.

CARABUS. Papias: *Carabus, navicula discurrens in pado.* Idem: *Lintres, naviculæ, vel carabi brevissimi.* Isidor. in Gloss. *Carabus, parva scapha ex vimine & corio.* Gloss. Ælfrici Saxonicum: *Carabus*, Scipinel, id est, navicula. Ugutio: *Caraphus, parva scapha ex vimine facta, & corio crudo contexta.* Florent. Wigorn. ann. 892. *Occultè de Hibernia fugerunt, carabumque, qui duobus tantùm coriis & dimidio factus erat, intraverunt.* Gregor. Magn. lib. 4. Dial. c. 57. *Post navem carabum regebat, &c.* Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. lib. 3. c. 13. *Classis eorum 120. navium fuit, exceptis carinis & carabis.* Hist. Hierosol. ann. 1123. *Carabos insuper quam plurimos, & naves onerarias, &c.* Joan Brompton.: *Carabum, qui ex duobus coriis & dimidio conficitur, intrantes, sine velo & ornamentis post 7. dies in Cornubia applicuerunt.* Acta S. Thyrsi cap. 6. num. 32. *Et in carabo ponens, jussit eum duci in medium maris.* Occurrit apud Saxon. Grammat. lib. 2. Florent. Wigorn. pag. 595. Will. Briton lib. 9. p. 208. in Hist. Obsid. Jadrens. lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 7. &c. κάραβος, Scriptoribus Græcis passim. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. πορθμὶς, κάραβος, ἀκάτιον. Etymolog. ἄκατος, κάραβος. Chron. Alexandr. p. 874. Ἐλθὼν μετὰ καράβου εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα. Nicetas in Manuele lib. 2. num. 4. κατάρτια μεγάλων καραβίων συνηρμόζοντο. Κάραβοι κατεσταλμένοι, in Epist. Constantini Imp. ante Act. 1. sextæ Synodi. Ab hac voce *Caravellas* hodiernas quidam non insulsè deducunt. Hist. Apollonii Tyrii:

Εἰς σὲ καράβιν ἔβαλε, καὶ φόρτωσε μ. τρόμον. Alibi:
Καὶ τὸ καράβι ἐβύλησε, κ' εἶναυτα ἐπνιγήκα,

Vide Constant. de Administ. Imp. c. 51. Laon. lib. 9. Diploma Andronici apud Phranzem, Joan. Moschum c. 76. Passionem S. Basilei Episcopi, &c.

CARACALLA, Vestis urbana & militaris, pænulæ similis, ut Dio indicat & Lampridius: *indumentum in talos demissum*, Victori & Eusebio in Chron. *Talaris caracalla*, alteri Victori, quia à Gallia advectam ab Antonino refert, à qua idem *Caracalla* est appellatus. Glossæ Græc. Lat. Καρακάλλιον, *Cucullа.* S. Hierouym. Ep. 128. *Et efficitur palliolum miræ pulcritudinis perstringens fulgore oculos, in modum caracallarum, sed absque cucullis.* Sed hæc nota. Vide Casaubon. Salmasium, & al. ad Spartian.

Caracalla, Vestis Clericorum talaris: passim apud Scriptores pro *cappa* sumitur. Papias: *Caracalla, Capa.* Gloss. Græc Lat. Καρακάλλιον, *cucullа.* At Eucherius Lugdun. *Ephod* Judæorum, *in modum caracallæ* fuisse ait, *sed sine cuculla. Ephod* autem, ut auctor est Josepus lib. 3. Antiq. cap. 11. tunicæ persimile fuit. Vulfinus Boëtius Episc. Pictavensis in Vita S. Juniani Abb. *Vestis ejus cilicina, de caprarum pilis, quæ in modum caracallæ, quam nunc Capam vocamus, perseverat usque in hodie.* Vita S. Eugendi Abb. cap. 2. *Æstivis temporibus caracalla, vel scapulari cilicino utebatur.* Beda lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. *Mox se sanctus Albanus pro hospite ac magistro suo ipsius habitu, id est, caracalla, qua vestiebatur, indutus, militibus exhibuit.* Thomas Walsing. in Edvvardo. II. *Constat hanc vestem fuisse Caracallam, quam S. Albanus in conversione acceperat à S. Amphibalo.* Vitæ Abbatum S. Albani pag. 28. *Elienses verò ossa sæpedicta in villoso panniculo, quem Caracallam vocant, sibi reservarunt.* Vita S. Eudoxiæ Mart. cap. 9. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ χειμῶνος σιχάριον κιλίκινον ἐνεδύετο, καὶ ὅμοιον ἐνεῖνο καρακάλλιον. Palladius in Hist. Laus. c. 117. Παιδισκαρίου καρακάλλιον λαμβάνουσα. Hinc nostrum *Casaque*, quasi *Caraque*, pro sago, deducit Paradinus lib. 1. Hist. Lugd. c. 34. Vide Octavium Ferrarium de Re vestiaria part. 2. lib. 1. c. 28.

CARA Cognatio. *Festum B. Petri Epularum.*

CARACTER. Novella 15. Theod. & Valentiniani de Tributis fiscalib. *De salinis, alumine, caractere, herba rubea, lini maceratura, &c.*

CARACTIO. Polypticus Floriacensis: *Debet unusquisque de lignario in latum pedes 5. in altum pedes 6. & de caractionibus carradas 6. &c.*

CARADRUS, Terebra Capitulare de Villis cap. 42. *Unaquæque villa* (habeat) *catenas, cramaculos, delaturas, secunres, id est, cuniadas, terebras, id est, caradros, scalpros, &c.* Vide *Carasdus.*

CARAGUS, *Carajus*, Soritilegus, præstigiator qui *characteribus* magicis utitur, unde vocis etymon. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Caragius*, Fugel hwata. Ubi Fugel Anglo-Saxonibus est *avis*: hwat, omen, augurium, divinatio Fugel-hælsere, augur. Concilium Autisiod. c. 4. *Non licet ad sortilegos, vel ad auguria respicere, vel ad caragios, &c.* Canones veteris Concilii Narbonensis. an. 598. can. 14. *Si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse charagios atque sorticularios, &c.* Vita S. Eligii a S. Audoëno conscripta lib. 2. c. 15. *Nullas paganorum consuetudines observetis, non carajos, non divinos, non præcantatores – consulere præsumatis.* Et mox: *Non quærantur præcantatores, non divini, non sortilegi, non caragi.* Beda de Remediis peccatorum c. 11. *Caragios, & divinos præcantatores, &c.* Petrus Malleacensis de Cœnobio Malleacensi §. 6. *Uxor ejus observatrix admodum carajorum atque maleficiorum.* Sermo de dedicatione Ecclesiæ editus à V. Cl. Jacobo Petito: *Omnes fures & falsi testes, omnes ad arbores vel ad fontes vota reddentes, omnes qui caragios & divinos, vel præcantatores aut propter se, aut propter suos inquirunt, &c.* Odo Clun. lib. 4. de Vita S. Geraldi Auriliac. Comit. cap. 7. *Vassus quidam nomine Adraldus focum caragiorum tota nocte in domo sua fieri præcepit. Intempesta autem ipsius noctis hora, dæmones super focum custodis irruerunt.* Severianus homil. quæ extat 231. apud S. Augustin. de Tempore: *Ut nullus ex vobis caragos, vel divinos, vel sortilegos requirat.* Infrà: *Qui prædictis malis, id est, caragis, & divinis, aruspicibus—— crediderit.* Vide Decret. Ivon. lib. 1. c. 1. §. 134. Occurrunt apud Nicetam in Isaac. lib. 2. n. 5. In Lex. Barbaro-Græco κουτρουλοὶ, καραγιοι, inter magos.

Cararius, eadem notione. Vetus Pœnitential. MS, *Cararios, coriocos, & divinos, & præcantatores, philacteria etiam diabolica, vel herbas, vel succinos, suis vel sibi impendere, &c.* Leg. fortè *Carajos coriosos.*

CARALE. Vide *Carrale.*

CARANCO, *Capa nigo. & Ugo.* Ita Ugutio MS. Fortè *nigra.*

CARANISA. Vide *Caraula.*

CARARIA, Lapidicina, ex qua lapides quadrati eruuntur: nostris, *Cariere.* S. Augustinus Serm. de Diversis 50. *Emerat quandam —— domum in cararia, quam sibi existimabat propter lapides profuturam.* Vide *Carraria.*

CARAVANNA, *Carvana*, vox Turcica, significans qualiacumque hominum agmina securitatis causà se conjungentium in itineribus: *Carovana*, Boccacio. Vide Scaligerum exercit. 209. 2. Matth. Paris an. 1250. *Omnem illam catervam, quam vulgares Karavennam appellant, sibi mancipavit.* Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 99. *Quod —— ad exercitum Salahadini maxima veniret Caravanna.* Nangius in Vita S. Ludovici: *Tandem duas Caravennas successivè ceperunt.*

Carvana, apud Hovedenum in Henr. II. p. 646. & Ricardo I. p. 716. & Nicolaum Trivettum an. 1190. p. 516. Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Li Rois Ricars apries sui,
Ki la Karvane consui,
Des Sarazins ki la sigloient.

χαρϐάνιον, apud Constantin. de Adm. Imp. cap. 45.

Carvanus, qui in *Carvanam* vadit. Arnoldus Lubec. lib. 5. cap. ult. *Dimidiabant ergo exercitum, cùm alii irent, qui Carvani dicebantur, alii verò in excubiis manerent.* Infrà: *Inter has autem fluctuationes personuerunt buccinæ in castris Cancellarii, nunciantes venisse carvanos.*

Quid verò propriè sit *Carvana*, describit Historia bellorum ultramarin. MS. *Or vos dirai k'est Carvane. Li Marcheant Sarazin quant il voelent aler en marcheandise en lontaines tieres, si parolent ensemle pour faire carvane & si sunt paravanture û vint, û trente, û quarante, & a cascun cameus 5. soumiers, selonc ç'ou k'il est sires & riches hom, & tous cargiez de marcheandises & si se ralient ensemble, & portent avoec aus lor marchandise & lor tentes, & pour çou portent il avoec aus lor tentes, k'il ne se herbergent mie en nule vide devant çou k'il vienent à la vile, û il doivent aler, & û il doivent descargier lor marcheandise, ainsse herbergent dehors les viles, quant il ont fait lor jornées, & tendent lor tentes, dont les fait garder li sires en qui tiere il sont par nuit, & par jour, & conduire fors de sa tiere, pour le traviers k'il en a, & ensi font tout li Seignor parmi qui tiere il passent.* De Carvanis Militum Hierosol. sic Statuta ejusdem Ordinis tit. 19. de Verb. sign. §. 29. *Carvana, Syrorum & Arabum lingua, significat congregationes hominum, ut unà aliquid negotii peragant, à majoribus nostris usurpatum in delectu Fratrum habendo, cùm ad subsidia per arces & triremes distribuuntur, aut aliò per turmas mittuntur.*

CARAULA, *Carauda*. S. Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii c. 15. *Nullus in festivitate S. Joannis — solstitia, aut vallationes, vel saltationes, aut caraulas aut cantica diabolica exerceat.* Ubi loci vir doctus restituendum putat *coraulas*: sed malim *caraudas*. Ut & lib. 2. c. 19. *Prædicabat — abjiciendos duntaxat cunctos dæmonum ludos, & nefandas saltationes, vel caranisas, omnesque inanes prorsus relinquendas superstitiones.* Est enim *carauda* sortilegii species, uti docemur ex Usaticis MSS. urbis Ambianensis, ubi de sacramentis agunt, quæ à Campionibus exigebantur: *Il doivent jurer k'il n'ont yve* (eau) *ne autre herbe beuë, ne mangié, ne n'ont herbes, ne brief, ne carandes seur aus, ne fait sor, ne sorcherie, ne art, ne caraudes, por coi il puissent estre aidiez.* Robertus Borronus in Arturi Hist. fabulosa MS. *Jusqu' à chelui terme que elle commencha à apprendre des enchantemens & des charroies.* Quæ quidem voces idem videntur sonare, & *characteres* denotare, magicos nempe, quibus sortilegi, quos *carajos* appellabant, utebantur. In Lexico MS. Cyrilli χαράυδη, exponitur λύμη σίτȣ. Ita fortè primitùs *Carauda* fuerit sortilegii species in segetibus. Vide *Caragus*.

CARAPHUS. Vide *Carabus*.

CARASDUS. Jordanus Risus Calaber. lib. MS. de Medicaminib. equorum: *Est & aliud frenum, quod dicitur ad carasdum, habens morsum aliis longiorem usque ad palatum equi, &c.* Vide *Caradrus*.

CARAXARE, *Charaxrii*. Vide *Charaxare*.

CARBONES *de foresta*, ex ligno forestæ combusto in fornace confecti, in Inquisitionib. de forisfacturis forestarum c. 26. in Additam. ad Matth. Paris.

Carbonis præbitio, inlatio, ad monetæ & armorum fabricas, inter sordida munera recesetur in lege 15. & 18. Cod. Th. de extraord. & sordid. muner. Vide Vegetium lib. 4. c. 8.

Carbones maris, Lapides combustibiles, quibus fabri ferrarii utuntur, Anglis, *sea-coales*. Inquisitio de forisfacturis forestarum cap. 14. *Inquiratur etiam de carbone maris invento intra forestam, &c.*

Carbones, & *Carbunculi*, pro finibus apud Siculum Flaccum, & Frontinum de Coloniis.

Carbones fossiles, de quibus Hector Boëthius in Descript. Regni Scotiæ, Camdenus in Agris Richmond. Dunelmensi, & Northumbelland. Gregorius Agricola lib. 4. de Natura Fossilium, & in Bermanno, & alii. Ranulphus Hygdenus in Polychron. de Wallia:

Montes metalla conferunt,
Carbo sub terræ cortice,
Crescit viror in vertice.

Carbones terrestres, vulgò nostris *Charbons de terre*, apud Thomam *de la Moor* in Edvv. II. Rege Angl. p. 599.

Carbones ferrei, quos Galli *Hullas* vocant, ut in agro Leodiensi primùm reperti fuerint sub an. 1198. narrant Ægidius Aureæ vallis Monach. in Alberto cap. 95. Bruschemius. Mag. Chronicon Belgic. an. 1201. &c.

Carbones mortui, apud Marcellum Empir. Extincti.

Carbones vivi, Igniti, in Chronico Colmariensi 2. part. an. 1288. *Le Roman du Renard MS.*

Qui plus sont sec que vif charbon.

Descensio primi carbonis, septimo mensis *Shabat*, seu *Februarii*: *Descensio secundi carbonis* 14. ejusdem mensis: *Descensio tertii carbonis* 21. ejusdem mensis, inter festa Christianorum Syrorum recensentur à Ulug Beg in Epochis c. 7.

CARBONAGIUM. Vetus Charta in Regesto Philippi Aug. fol. 87. *Item Laurentio de Domon, levagium & carbonagium per cartam Regis*, Regestum Censuum Carnotensis Comitatus fol 55. *Le Charbonage & le Fournage deus illec le jour S. Thomas es fories de Noël, c'est à savoir chascun feure de la Chastellerie 3. den. & celuy ou ceux qui coupent à sarpe pour faire charbon, chascun 3 den. obol.*

CARBONARIA. Gloss. Græco-Lat. Ἀνθρακοθήκη, *Cella carbonaria*, Italis *Carbonaia*. *Carbonara*. Καρβωναρεῖον, *Carbonarium*. Auctor Queroli: *Ego jamdudum apud carbonarias agere te putabam, tu de pistrinis venis.* Occurrit in Fleta lib. 2. c. 41. §. 43. Hinc.

Carbonarius. Helladius apud Photium: Ἀνθρακεὺς ὁ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλούμενος καρβονάρης.

Carbonaria. Fornax in foresta ad conficiendum carbonem in Inquisitionib. de foris facturis forestar. cap. 15 in Additam. ad Matth. Paris.

Carbonaria, Silva notissima, quæ ab ultima Hannonia extenditur Lovanium usque, ac Diestam, fluviumque Tameram: de qua Lex Salica tit. 49. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 9. Gesta Reg. Francor. Rorico Monach. Fredegar. Annales Francor. Metens. Nithardus lib. 2. & 4. &c. Sic autem dicta, quòd in iis carbones fierent. V. Wendelinum in Natali, Leg. Sal. c. 10. & in Gloss. Sal.

Carbonarias, ad urbium mœnia extitisse non semel produnt Scriptores. Falco Beneventanus p. 334. *Reversi sunt usque ad Carbonariam, foris civitatem, ubi stagnum lutcum putridumque inerat, Ducis ipsius suffocaverunt cadaver.* Charta Comitissæ Mathildis an. 1072. apud Franciscum Mariam in Mathilde: *Unà cum Ecclesia illa —— ibi consistente, una cum omnibus fossis, & carbonareis, & muris, & turre, &c.* Chron. Casauriense, in Dominico Abbate: *Unusque eorum* (dedit) *medietatem de castello Vecclo —— cum muris & carbonariis, cum Ecclesiis in eisdem ædificatis.* Charta an. 1047. in Tabul. Casaur. *Medietatem de ipso castello de Castro vetere cum muris, & cum carbonariis, & cum casis. Carbonarium de Asculo*, in Charta Langobardica an. 774. tom. 8. Ital. sacræ pag. 34. Pactum inter Clementem III. PP. & Senatum Romanum an. 1188. apud Baron. *Omnes muros & carbonaria civitatis —— dabitis nobis ad diruendum.* Ita Καρϐωναρεῖα neutro genere dixit Codinus in Orig. Constantinop. quæ in urbe extructa ait ab Hilarione Patricio, Leone Magno imperante.

Carbonare, Carbonem conficere in Foris Aragon. lib. 4. fol. 85. v. Edit. 1624.

CARBONATOR, Qui carbones in silva conficit: Gall. *Charbonnier*. Matthæus Paris an. 1195. *Accidit autem ut quidam pauperculus Carbonatorum sylvicola, dum pergeret quisquilias ibidem lignorum colligendo, &c.*

CARBONELIA. Ugutio: *Carbonella, caro assata.* Alibi: *Frixa, æ, Carbonella, scilicet parum carnis quæ supra carbones citò solet decoqui.* Italis *Carbonata, carne salata de porco cotta ne carboni, o nella padella.* Ita Academici Cruscani.

CARBONELLUS *faber*. Charta an. 1144. apud Catellum lib. 2. c. 7. *Carbonellus faber habeat de laboratoribus suis censum, qui vulgò vocatur Lause: & faciat & reparet ferramenta molendinorum, retento ibi pretio, & usu suo, &c.*

CARBONEA, Species anseris, apud Fridericum II. Imperat. lib. 1. de Venat. c. 19.

CARCAISSUM, Pharetra, nostris *Carcois*, vel *Carquois*: *Carcasso*, Italis. Charta an. 1242. *Unam ballistam de fusto, cum uno croco, & carcaisso, & cairellis*: id est Gallicè: *avec une arbaleste de fust, avec un croc, un carquois, & des quarreaux.* Græci nuperi Ταρχάσιον dicunt, quæ vox occurit apud Joannem Cananum pag. 19. & alios à Meursio citatos.

CARCAMUSA, Machina oppugnatoria, Aries. Abbo de Obsid. Paris. lib. 2.

Arietes, vulgò Carcamusas resonatos
Dimisere duos.

CARCANNUM, Coilistrigium, vinculum quo rei collum stringitur, nostris *Carcan*. Illud autem competit majoribus Justiciariis, ut est in Consuetud. Blesensi art. 20. Moledunensi art. 3. Laudun. art. 8. &c. Leges Kanuti Regis c. 56. apud Bromptonum: *In prima accusatione ponatur in carcanno, & ibi sustineat, donec ad Dei judicium eat.* Vide S. Eparchii ex Sanctorali Bernardi Guidonis: *Nonnulli etiam à catenarum vinculis, & à catastæ tormentis, & pedum ferreis vel ligneis carchannis.* *Le Roman d'Aubery MS.*

Qui mult le fait laidement justicier,
Un grant charchant li fait el col lacier.

Collarium, Latinis, & recentioribus Græcis. Hesychius: Κλοιός περιτραχήλιος δεσμός, κολλάριον, ἤτοι μανιάκης. Scholiastes Aristoph. Κλοιός, τὸ κολλάριον παρ' ἡμῖν λεγόμενον.

CARCARE, Onerare, Italis *Carcare*, Gallis *Charger*. *Batelli carcati*, in Fleta lib. 1. cap. 25. §. 9. Vide *Caricare*.

CARCASIUM, *Carcosium*, Cadaver, intestinum. Charta Edvv. III. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 417. *Et dimidium rasorii de Groth-malt, & de uno carcasio bono arietis.* Statuta Gildæ Bervvic. cap. 24. *Statuimus quòd nullus carnifex de cætero vendat infra burgum de Bervico carcasia mutonum à festo Paschæ ad festum Pentecostes cariùs 16. denariis.* In Chron. Will. Thorn, *de Carcoisis boum*, leg. *de Carcoisiis*. Ita etiam in Fleta lib. 2. c. 76. §. 17. *carcosium* legitur. Vide Menagii & Ferrarii conjecturas de vocis etymo.

CARCER *sub terram*. Lex Longob. tit. 57. *De Faronibus unusquisque Judex in civitate sua faciat carcerem sub terram, —— & immittat in ipsum carcerem ad annos duos, &c.* Nostris *Cul-de-fosse*. Passio S. Felicis Episcopi Tubizacensis: *Jussit eum legatus in ima carceris mitti.*

Carcer canonicalis disciplinæ, in Concilio Coloniensi an. 1260. can. 1. qui vulgò *Episcopalis*. De carcere monachico agitur in Capitulari Aquisgranensi an. 817. cap. 40. & in Monastico Cisterciensi pag. 11. Vide *Decanicum*. Huc spectat Epistola Alexandri III. PP. in Epistola ad Rotrodum Archiepisc. Rotomag. in nupera Conciliorum Rotomagensis Ecclesiæ Editione pag. 159. *Si verò Clericus aliquis pro suis culpis à ministerialibus Prælatorum Ecclesiæ captus fuerit, non patiaris eum custodiæ publicæ mancipari, aut in carcerem Laicorum retrudi, sed potiùs in domo tua, vel alterius Ecclesiasticæ personæ, ejus custodiæ locum facias congruum provideri ubi secundùm qualitatem & quantitatem delicti debeat custodiri.*

Carcer tædialis, apud Foristas Aragonenses, *dicitur quando aliquis est captus pro debito civili.* Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon.

Carceris immunitas, data dicebatur hæreticis Albigensibus *infra certam diem sponte venientibus, pænitentibus, & tam de se quam de aliis plenam dicentibus veritatem*, quibus quidem variæ pœnitentiæ injungebantur: *cùm hæretici & credentes, qui veritatem de se vel de aliis suppresserant, vel infra tempus indulgentiæ non venerant*, perpetuo carceri addicerentur. Concilium Narbonense an. 1235. can. 4. 9.

CARCERARIUM, *Carcelagium*, quod Commentariensi, seu carceris custodi, præstatur ab incarcerato pro victu & potu qui ei subministrantur.

Carcerarium. In Statuto Ludovici Regis 1. April. 1315. pro Occitaniæ incolis, prohibetur ne quis innocens judicatus sub prætextu *geolagii, seu carcerarii* in carceribus detineatur. Occurrit præterea in Concilio Bituricensi an. 1336. can. 12. Vide Alciati Parerga, & in vocib. *Catenaticum*, & *Geolagium*. *Carcelagium*, eadem notione. Curia Generalis Catalaniæ celebrata Gerundæ sub Jacobo II. Rege Aragon. an. 1320. MS. *Item statuimus quòd Carcerarii Vicariorum, vel Bajulorium, aut aliorum Officialium, non possint exigere seu habere ab aliquo capto inter diem & noctem pro carcelagio nisi 6. denar. Barcin.* Passim in hisce Curiis. Tabular. Episcopat. Ambian. an. 1318. *pro geolagio seu carceragio*, &c.

CARCERARIUS, Carceris custos. Gloss. Lat. Græc. *Carcerarius*, φυλακτίτης. Ugutio: *Carcerarius, qui carcerem facit, vel custodit.* *Carceriere*, Italis. Victor Uticens. lib. 3. *Sed populus ille —— in Domino semper fidelis, dato munere carcerariis, die ac nocte Christi Martyres frequentabat.* Occurrit præterea in Lege Wisigoth. lib. 7. tit. 4. §. 3. in Vita S. Potiti Mart. cap. 3. in Act. S. Montani Mart. n. 17. apud Ordericum Vitalem pag. 384. &c. *Le Roman de Garin MS.*

Magon apele, qui ert ses Chartreniers,
Garde cestui, & soit forment loiez.

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

Dont les assaillent Serjant & Charterier
En une chartre font Renier tresbuchier.

Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS.

Un jour li enfant mult plorerent,
En cele prison ù il erent,
Quer li carteriers leur gehi,
Que tousjors seroient ensi.

Guillelmus *Guiart MS.*

Tantost son Chartrenier appele,
Con pot voir emmi les sales,
Trois prisonniers de France pales, &c.

Carcerarii, ipsimet rei carcere inclusi. Vita S. Mederici c. 11. *Audivit carcerarios reclusos in carcere.* Greg. Turon. de Vitis Patrum c. 8. *Audivi in una nocte in septem civitatibus carcerariis apparuisse beatum virum, eosque absolvisse ab ergastulo.* Chronicon Flandriæ cap. 66. *Et encores le detiennent en prison fermée, en faisant chartrier de leur propre seigneur.*

Carcerarii. Infirmi, ægroti, lecto detenti, seu clinici, quomodo *Chartriers* nostri olim dicebant, seu *Estre en chartre*. Testamentum cujusdam Sibyllæ civis Remensis ann. 1270. *Item pauperibus carcerariis & verecundis parochiæ S. Hilarii Remensis 12. lib. &c. Item pauperibus carcerariis S. Petri veteris 12. libr. &c.*

CARCE-

CARCERIZARE, Carceri mancipare, in Edicto Felicis PP. propter Acaci Episcopi Constantinop. damnationem: *Meque in meis credidit carzerizandum.*

CARDA. Ugutio: *Grapides, apud Græcos vocatur quædam avis, apud nos Carda, quia gravi volatu detenta, ut non cæteræ volucres, attollitur velocitate pennarum* Vide *Campagium.*

CARDA. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Cum casula de panno inaurato in canabo, linea una carda Indici coloris, cum panno consimili de Venetiis ad pedendum ante altare, consuto panno lineo, --- similiter carda Inda cum zona de filo, cum duabus tuallis altaris, longitudinis duarum ulnarum, &c.* Alibi: *Unum velum Quadragesimale de carde croceo & Indico.*

CARDENA. Vide *Alchaz.*

CARDIACUS *color.* Joann. Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii cap. 84: *Ore rubeo, crassis & subdividuis labiis, genis compositis, mento a confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino, & livido, nondum, sicut ei postea contigit, cardiaco.* Quo loco Angelus Rocca existimat *Cardiacum* colorem à *morbo cardiaco* appellari, eumque esse quo hujusmodi passione affecti tingi solent, pallidum nempe croceatum, seu gilvo pauxillum tinctum.

CARDICUM. Charta sub Ludovico Pio exarata, apud Ughell. tom. 5. Ital. sacr. pag. 612. *Cum brolio, cum curte, -- pratis, capilo, & cardico, piscinibus, aquariis, &c.*

CARDINALIS, Præcipuus Principalis. *Quatuor venti cardinales,* apud Servium ad 1. Æneid. *Scapi cardinales,* apud Vitruvium lib. 4. c. 6. *Cardinalia Christi opera,* apud Cyprianum. Augustinus lib. 1. de Baptism. præipuos partis Donati *Cardinales* vocat. *Princeps cardinalis,* apud Senatorem lib. 7. Epist. 31. Ita in Notitia Imp. non semel. *Cardinalis Missa,* in lib. 2. Miracul. S. Bertini c. 7. & apud Bovonem de Invent. S. Bertini c. 22. *Cardinale altare,* apud eundem cap. 3. quod *principalis ara.* eidem dicitur c. 7.

Cardinales Ecclesiæ Romanæ, de quorum origine ita sentiendum. Ædes sacræ in civitatibus duplicis potissimùm fuere generis: aliæ enim parochiarum, uti nunc dicuntur, vice erant, quas *Titulos* vocabant, ad quas conveniebant fideles, divinas Liturgias audituri, & sacram Eucharistiam percepturi. Aliæ dicebantur *Diaconiæ,* erantque publicæ quodammodo pauperum hospitales domus, quibus adjuncta erant Sacella, quæ *Diaconiæ* perinde nomen, potissimum labente sæculo, obtinuere. Priori ædium sacrarum generi præerant Presbyteri, alteri Diaconi. Si quæ verò aliæ ædes sacræ essent in civitatibus, *Oratoria* dicebantur, in quibus nec baptismus celebrari, nec Sacramenta fidelibus ministrari fas erat; sed tantùm *Missæ privatæ* à Capellanis, seu à Presbyteris, quos *Locales* nuncupabant, tanquam alicui loco addictos, *fiebant.* Ut igitur ab illis Oratoriis cæteræ ædes sacræ distinguerentur, *Cardinales* appellatæ sunt, seu *Tituli Cardinales.* id est, principales & præcipuæ, quemadmodum earundem Presbyteri, ibidem *Cardinales* nuncupati sunt.

Præsertim verò id Romæ obtinuit: nam & si *Presbyteri Cardinales* universim appellentur Parochi, uti suo loco docemus, is potissimum titulus attributus fuit Presbyteris, qui *titulis* ejusdem urbis addicti erant, id est, Ecclesiis parochialibus: qui quidem tituli *Cardinales primæ sedis* dicuntur in Capitulis Aytonis Episcopi Basil. cap. 90. Horum eximia semper fuit dignitas, ut qui summo Pontifici sacra facienti, & in Stationibus ac Processionibus adessent, eique ministrarent: *quos* ideo *Presbyteros sui Cardinis* vocabant, ut Leo IV. PP. in Synodo Romana an. 853. & Joannes VIII. PP. Epistola 83. 89. quemadmodum etiam Diaconi Diaconiarum in iis muniis quæ Diaconorum officium spectabant, quos *Cardinales* etiam appellarunt, quòd cum Presbyteris Cardinalibus summo Pontifici adessent, vel quòd præcipui essent ex ordine Diaconorum. Hos *Diaconos in cardine constitutos in urbe Roma* appellant Capitularia Caroli Magni lib. 1. cap. 139. ubi eorum dignitas satis innuitur. Sed & ejusmodi Diaconias interdum in titulos Cardinales Presbyterorum erectas docet Baronius an. 603. n. 3. In suis verò parochiis Cardinales Presbyteros Romanos id munii obiisse, quod cæteri Ecclesiarum parochialium Presbyteri, satis docet Constitutio Joannis VIII. PP. de Jure Cardinalium edita ab eodem Baronio an. 882. n. 8.

Cardinalium Romanorum ea fuit potissimùm prærogativa, quòd in dirimendis Ecclesiasticis negotiis Pontifici semper adessent, eorum decreta probarent ac subsignarent, atque adeo cum iis in Synodis considerent. Gaufridus Grossus in Vita B. Bernardi Abbatis de Tironio cap. 28. *Hoc ab illa obtinere voluit, ut Cardinalis sacerdotii dignitatem susciperet, & Romæ secum Ecclesiasticarum rerum negotia tractaturus remaneret.* Carmen de Curia Romana v. 580. ubi de Cardinalibus:

Dic age quid faciunt quibus est à Cardine nomen
Post Papam, quibus est immediatus honor?
Expediunt causas, magnique negotia mundi
Extinguunt lites, fœdera rupta ligant.
Isti participes onerum, Papæque laborum,
Sustentant humeris grandia facta suis.

Et infrà:

Nec ratione vacat, quòd habent à Cardine nomen,
Deservire solent nomina rebus in his.
Porta suos postes sine Cardine claudere nescit,
Nec bene præter eos Pastor ovile regit
Cardo tenet portam, nec quid valet illa remoto
Cardine, sic Papa nil valet absque viris:

Præsertim verò in hoc eminebat illorum auctoritas, quòd ex iis ferè semper summi Pontifices eligerentur, vel certè ex ordine Cardinalium Presbyterorum, non verò Episcoporum, uti postea factitatum constat. Tradit quippe Leo Ostiensis lib. 1. Chron. Casin. cap. 48. Stephanum PP. VII. Formosi prædecessoris sui corpus de sepulcro extrahi, abjicique mandasse, cunctasque ipsius ordinationes irritas esse constituisse, *pro eo quòd cùm esset Ostiensis Episcopus contra sanctorum Canonum decreta Apostolicam invaserat sedem.* Unde in Concilio Romano sub Stephano IV. statutum legimus apud Anastasium pag. 95. *Ne ullus unquam præsumat Laïcorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus au Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontificatus honorem possit promoveri.* Deinde cùm Clerus Romanus in eorundem Pontificum electionibus præcipuum obtineret locum, non mirum si magna fuit auctoritas Cardinalium Romanorum, quibus tandem solis eæ electiones attributæ ex decretis ipsorum Ponficium: quod Nicolao II. PP. adscribit Chronicon S. Vincentii de Vulturo: *Iste in generali Synodo statuit & confirmavit, ut post depositionem Romani Pontificis conveniant simul Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales: & quemcunque sano consilio decreverint, eligant Pontificem, &c.* Vide Concilium Romanum an. 1059. can. 1. & ibidem subjectum Decretum de electione Pontificis Romani.

Verùm *Cardinalis* appellatio, quæ, ut dixi, omnibus *Presbyteris titulorum* communis erat, penes solos ferè Ecclesiarum Romanarum, seu *titulorum* Presbyteros, constitit, ad septem ex Episcopis Romanæ diœceseos postmodum translata. Quippe ex veteri Rituali, quod ex Codice Vaticano descripsit Baronius an. 1057. num. 19. tituli Cardinales quinque Ecclesiis, quas Patriarchales vocant, suberant, quarum prima est *Ecclesia Lateranensis,* que & *Constantiniana,* & *Basilica Salvatoris* diverso nomine nuncupatur. Hæc septem *Cardinales Episcopos* habebat, qui dicebantur *Collaterales* & *Heb-*

& *Hebdomadarii, eò quòd singulis hebdomadibus per vices explerent munus Pontificis.* Hi sunt Episcopi Ostiensis, Portuensis, S. Rufinæ, sive Silvæ candidæ, Albanensis, Sabinensis, Tusculanus, & Prænestinus. Septem Cardinalium Episcoporum & hebdomadariorum meminit Anastasius in Stephano PP. pag. 96. de quorum prærogativa hæc habet Petrus Damiani lib. 2. Epist. 1. de Ecclesiâ Lateranensi: *Hæc 7. Cardinales habet Episcopos, quibus solis, post Apostolicum, sacrosanctum illud altare licet accedere, ac divini cultus mysteria celebrare, &c.* Et lib. 1. Epist. 2. *Quid tibi de Cardinalibus videtur Episcopis, qui videlicet & Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibusdam aliis prærogativis, non modò quarumlibet Episcoporum, sed & Patriarcharum atque Primatum jure transcendunt? &c.*

Secunda Patriarchalis Ecclesia est sanctæ Mariæ, Major dicta, quæ pariter sub se habebat septem Cardinales Presbyteros, scilicet Cardinales SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, S. Cyriaci in Thermis, S. Eusebii, S. Prudentianæ, S. Vitalis, SS. Petri & Marcellini, & S. Clementis.

Tertia Patriarchalis Ecclesia S. Petri est, cui suberant septem Presbyteri Cardinales, scilicet S. Mariæ trans Tyberim, S. Chrysogoni, S. Ceciliæ, S. Anastasiæ, S. Laurentii in Damaso, S. Marci, SS. Martini & Silvestri.

Quarta Patriarchalis Ecclesia est Basilica S. Pauli, in qua erant Cardinales S. Sabinæ, S. Priscæ, S. Balbinæ, SS. Nerei & Achillei, S. Sixti, S. Marcelli, & sanctæ Susannæ.

Quinta Patriarchalis Ecclesia est S. Laurentii extra muros, in qua erant hi Cardinales, S. Praxedis, S. Petri ad vincula, S. Laurentii in Lucina, SS. Joannis & Pauli, SS. IV. Coronatorum, S. Stephani in Monte Cælio, & S. Quirici.

His autem Patriarchalibus Ecclesiis præfecti erant hi, Lateranensis primus Episcopus Collateralis, S. Mariæ Majoris Archipresbyter Cardinalis, Ecclesiæ sancti Pauli Abbas Cardinalis, & Ecclesiæ S. Pauli Abbas Cardinalis.

Præter hos titulos sunt Diaconi 18. & Subdiaconi 21. de quibus suo loco.

Successu deinde temporis Cardinalitia dignitas aliis Episcopis, quàm in hoc Ceremoniali descriptis, delata legitur. Primum autem ex Episcopis Conradum Moguntinum Archiepiscopum *Cardinalis* dignitate donatum aiunt ab Alexandro III. qui hac etiam insignivit Galdinum Salam Mediolanensem Archipræsulem ann. 1165. Verùm ut plurimùm ejusmodi Cardinales Episcopi ad unum è septem illis Romæ vicinis Episcopatibus, qui fortè vacaret, promovebantur, quod rarò admodum ea ætate præstabant summi Pontifices. Postea sensim obrepsit, ut etiam Episcopi fierent Presbyteri Cardinales, & ad titulum aliquem ex Romanæ urbis titulis promoverentur, quod de Campaniensi Guillelmo Remensi Archiepiscopo factitatum legimus, quem Clemens III. seu, ut alii volunt, Alexander, ad Cardinalatus apicem tituli S. Sabinæ, qui est Presbyterorum titulus, promovit postmodum, quod parcè admodum fiebat, Clemens V. qui primus Avenione sedet, & cæteri deinceps Episcopos effecerunt Cardinales Presbyteros. Sed de Cardinalibus, & eorum origine, consulendi Onufrius Panvinius libro de Cardinalib. Ciacconius, Hieronymus Plautus de Cardinalis dignitate & officio, Duarenus lib. 1. de Sacris Eccl. minist. cap. 13. Frison. in Gallia Purpurata, Josuas Arndius in Lexico Antiquit. Ecclesiastic. & alii sine numero.

Cardinalia, Dignitas Cardinalis. Cæsarius lib. 12. cap. 22. *Beatus Petrus de Cardinalia mea pro me redditurus est rationem, sanctus verò Benedictus de Cuculla.*

Sumitur etiam pro Ecclesia seu titulo Cardinalis in Conciliabulo Papiensi apud Baron. an. 1160. & Radevicum de Gestis Frider. lib. 4. c. 71.

Cardinales Chori. Statuta Ecclesiæ Londinensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 337. *Ex minoribus Canonicis à Decano & Capitulo delegantur duo, qui Cardinales chori vocantur. Horum officium est circumspicere cotidie & notare omnia in choro delicta & peccata: scilicet & qui tardè veniunt, & qui ante tempus exierint, & in choro qui vel obstinati, vel negligentes & desidiosi sunt, &c.—— ii duo Cardinales ministerium Ecclesiæ, & * firmum eorum, tum sanum, tum ægrotum Ecclesiastica ministrant Sacramenta, Confessiones audiunt, & pœnitentias in jungunt salutares, &c.*

Episcopi Cardinales.
Canonici Cardinales.
Presbyteri Cardinales.
Abbas Cardinalis.
Archidiaconus Cardinalis.
Ecclesiæ Cardinales.
Diaconus Cardinalis.
Tituli Cardinales.
} Vide suis locis.

CARDINALITER, A cardine ad cardinem. Julius Firmicus lib 4. Matth. *Sol in principalibus genituræ cardinibus collocatus, si fortunæ locum cardinaliter viderit, magnam & nobilem genituram decernit.*

Cardinare, apud Gregorium Magnum lib. 5. Epistola 11. &

Incardinare, apud eundem variis locis, In Diurno c. 3. tit. 11. Ivonem Carnotensem Epist. 131. Adamum Bremensem cap. 215. Fulcuinum de Gestis Abbat. Lobiensium cap. 23. & alios passim, est *Cardinalem*, id est, *proprium* Presbyterum, Sacerdotem, Episcopum, Abbatem, Diaconum in aliqua Ecclesia instituere.

CARDO, Carduus, seu cardui strobilus, quo lanæ carminantur, *Cardo* Italis, *Chardon* nostris. Capitulare de Villis cap. 43. *Ad genitia nostra—— dare faciant, id est, linum, lanam, —— pectines, cardones, saponem, &c.* Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochen. *Electos enim captivos recepit, eosque in prima nocte lapidibus & spinis cardonibusque his immixtis hospites tradidit.* Vide *Cardinalis.*

CARECTA. Vide *Carrus.*

CAREGARE, ex Gallico, *Charger.* Reynerus contra Valdenses cap. 6. *Officium Diaconorum* (Catharorum) *est audire confessiones venialium peccatorum, —— & subditis suis facere absolutionem injungendo eis tribus diebus jejunium, vel centum inclinationes flexis genibus, & appellatur illud officium, ut ita loquar, Caregare servitium.* Galli dicerent, *Charger le service*, id est, augere. Vide *Cargare*, & *Carricare.*

CAREMENTRANNUS, *Carmentran*, Occitanis, *le Mardy gras.* Charta an. 1196. in Probat. Hist. Sabaud. pag. 45. *A Natali Domini usque ad Carementrannum.* Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 71. *Septem sextarios avenæ, & 2. de siligine, 6. spatulas, & capones 6. gallnasde Quaresmentranno 20. & 8. panes. &c. Quadragesima intrans*, in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu non semel: *Coaresme entrant*, in Foris Beneharn. Rub. *de Ferias*, art. 3. Joinvilla in S. Ludov. *Le Mardy de Caresmentrant*, suprà *Caresme prenant.*

CARENA, vox formata ex *quadragena*, vel ex *quarentena*, Quadragesima pars. Charta Amedei Comitis Mauranensis an. 1234. *Donamus eidem domui per totam terram nostram pedagium, ledam, & carenam omnium rerum suarum, ita quòd nemo de nobis aliquam exactionem —— capere præsumat.*

Carena, Carrina, Quadragesimale jejunium, seu publica pœnitentia ab Episcopo, Clericis, & Laicis aut ab Abbate Monachis indicta, qua quis jejunare spatio 40. dierum tenetur. Joan. de Janua: *Carrena, & publica pœnitentia, & quadragena idem sunt. Qui igitur istam primam facit, 40. diebus non intrat Ecclesiam, & lanea veste indutus, ab escis & potibus qui interdicti sunt, à thoro,*

thoro, gladio, & equitatu illos supradictos dies abstinet. In 3. autem & 5. feria, & sabbato, aliquo genere leguminum ac oleribus, pomis, vel piris, vel pisciculis, cum modica cervisia utatur temperatè. Hæc omnia probantur Extra de Homicid. Burchardo lib. 19. cap. 5. *Carrina* (aliàs *Carina*) *est dierum* 40. *continuorum jejunium in pane & aqua.* Pœnitentiale MS. 40. *dies in pane & aqua, quod in communi sermone Carina vocatur, cum 7. sequentibus annis pœniteas.* Concilium Moguntinum: *In dedicationibus, ac Ordinum temporibus, relaxari carenas, & pœnitentes introduci omnino vetamus.* Petrus Damiani lib. 2. Ep. 7. *Præter illas quadragesimas, quæ scilicet à Patribus instituta sunt, —— alias occultè carinas celebrat.* Idem lib. 4. Epist. 17. *Juxta carinæ regulam inclusionem custodiæ carceralis indiximus.* Et lib. 5. Epist. 8. *Ecce, inquiunt, peregrinando carina, ecce nova pœnitentia —— hactenus inaudita.* Reynerus contra Valdenses cap. 5. *Publicas pœnitentias, ut carenas reprobant, maximè in feminis.* Cæsarius Heisterbach. lib. 4. cap. 37. *Miles quidam —— tempore quodam quadragesimali carenam fecit apud nos.* Lib. 5. cap. 42. *Cùm alter Miles quidam —— suscepta carena, tempore Capituli generalis Cistertium ire proponeret.* Alanus de Insulis in Pœnitentiali: *Solennis* (pœnitentia) *est quæ pro majoribus criminibus vel notoriis, vel pro his criminibus quæ quis confessus est, vel de quibus quis convictus est, infligitur, quæ Carena solet appellari; & sicut est de majoribus criminibus, sic ad majores Prælatos Ecclesiæ pertinet hanc infligère.* Infrà: *Quæritur autem quomodo intelligendum sit, quod dicitur de injunctione solennis pœnitentiæ, Fac tres annos in pane & aqua, & fac tres quadragenas in singulis annis: an intelligendum sit quòd jejunare debeat omnem diem, vel inter diem & diem? Ad hoc sic respondemus, non altiori intellectui præjudicantes, quòd canonicæ censuræ rigor ostenditur, quando in pane & aqua jejunare per tres annos præcipitur, quod à quibusdam sic intelligitur, ut per tres annos non tota hebdomada comedatur panis & aqaa, sed tantùm per tria illa jejunia supradicta, &c.* Summula Raymundi Ord. Prædic.

Matronæ juvenes possunt explere carenas
In domibus propriis, &c.

Adde Synodum Salegunstad. c. 17. 18. 19. Ughellum to. 9. p. 287. Hermannum Stangefolium in Westphalia lib. 2. p. 101. Baron. an. 1093. n. 16. & Filesacum de Quadrages. Christ. cap. 3. Vide *Quadragesima.*

Carena, est etiam remissio seu indulgentia ejusmodi 40. dierum, quæ à summo Pontifice vel ab Episcopis indulgetur. Inscriptio an. 1225. in Ecclesia SS. Vincentii & Anastasii ad tres fontes. Romæ, ex Panvinio de 7. Eccles. p. 111. *Septem annis & septem carinea remissionis confessi criminis solutionisque detur ei.* Lambertus Monach. Trevir. de Inventione corp. S Matthiæ cap. 4. §. 20. *Iste Eugenius Papa & Adalbero Archiepiscopus Trevirensis contulerunt ad dedicationem Monasterii nostri —— 18. carenas* Num. 21. *Contulit 1. annum indulgentiæ, & 4. carenas.* Adde Brovverum in Antiq. Fuld. pag. 122, 133.

Quadragena, idem quod *Carena*, Indulgentia 40. dierum. Vide Bullam Urbani II. PP. apud Baron. an. 1093. n. 16.

CARENUM, in Glossis medicis MSS. Reg. Cod. 1486. *Vinum coctum.* Gloss. Ælfrici: *Carenum*, Moþaþ. Est porro *Carœnum*, vinum decoctum, ita ut tertia pars absumpta sit, duæ tantùm remaneant: κάροινον, Myrepso sect. 1. cap. 5, ita dictum, uti vult Isidorus lib. 20. cap. 3. *eò quòd fervendo parte careat.* S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 13. *Bibat autem mulsum, carœnum, passum, & nonnullorum pomorum expressos succos, vini speciem satis habentes, &c.* Cap. 16. *Cùm & vetustatem corruptionemque aceti putetis vino esse mundiorem, & carœnum quod bibitis, nihil aliud quàm coctum vinum esse videamus, quod vino deberet esse sordidius, si motibus & coctionibus de rebus corporeis membra divina discedunt.* Ivo Carnot. Epist. 287. *Vinum quoque meum cum sitio, non cura sapa sit, an carenum.* Bernardus Bonævallensis Abb. lib. 2. de Vita S. Bernardi c. 1. *Panis ibi opicus pro simila, pro careno sapa, pro rhombis oleræ, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur.* Vide Pallad. de Re rust. lib. 11. c. 18. Octavium Horatianum lib. 2. Rer. medicar. c. 6. & lib. 4. p. 87. Apitium lib. 2. de Re culinaria cap. 1. 2. Marcellum Empir. cap. 26. Petrum de Crescentiis lib. 4. c. 24. &c. Adde Leonhardum Fuchsium ad locum laudatum Myrepsi.

CARERATORES, Papiæ: *Lanarii, quia carariunt, id est, carpiunt vel dividunt.* Carminatores, *Cardeurs de laine.*

CARESCERE, pro *Carere*, στερεῖσθαι, in Gloss. Gr. Lat.

CARETILLUS. Vetus Inquesta de foresta Andeliaci in Regesto Philippi Aug. Hierouvalliano fol. 123. *Et dabunt 2. garbas pro caretillis habendis.* In alia ibidem pag. 158. *Duos fagos ad Natale Domini, merrenum ad carrucas de Periers, & 2. charetils, &c.* Occurrit rursum pag. 159.

CARGA, Onus, Gal. *Charge*, Italis *Carico*, & *Carica*, quasi onus carri. Consuetudines Ecclesiæ de Regula, to. 2. Biblioth. Labei: *De carga stagni, vel metalli, 4. denarios.*

CARIA, Injusta exactio, *malatolta.* Charta Brientii II. D. Castelli-Brientii apud Augustinum *du Pas*, in Stemmate Genealogico hujus familiæ: *Quæ omnia libera ab omni consuetudine, exactione, vel cariæ, seu exterorum vectigalium facio.* Nostri Bononienses seu Morini, ubi contra injusta vectigalia reclamant, aut publicanos convitiis insectantur, etiamnum *Cary Cary* inclamare solent, quasi ad seditionem contra istiusmodi prædatores plebem excitare velint. A κάρυον seu καρύα, *Nux*, vox, ut quidam volunt, deducta. Tradit quippe Servius in Virgil. Eclog. 8. in nuptiis *ideo spargi nuces, ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri.* Quo casu *Carya*, tumultum & seditionem significabit. Nota est vox apud nostros *Charivary*, quâ *ludus turpis & nocivus* innuitur, uti & describitur in Synodo Joannis *Raguier* Episcopi Trecensis, *per quem nuptiis potissimè secundis detrahitur non modicum, qui ludus vulgò nuncupatur* Charivary, *& efficitur cum horridis & blasphemis vociferationibus, & obscena loquacitate, sub turpi transfiguratione larvarum injuriosarum, contumeliosisque clamoribus binarum nuptiarum, &c.* Libertates concessæ Nemausensi civitati à Carolo VIII. Rege Franc. an. 1483. *Item quod in dicta civitate non possit fieri chavarium pro eo, quod alter ex dictis habitantibus convolet ad secundos nuptias &c.* Froissart. 4. vol. cap. 77. *Les aucuns estoient armez de cuirs, & les autres de haubergeons, tous enrouillez & sembloit proprement qu'ils deussent faire un Caribary, &c.* Vide *Carinare*, & Brodæum in Consuet. Paris. tit. de Feodis art. 37. n. 15. & seqq.

CARIAGIUM, Vectura cum carro, quam quis domino præstare debet: nostris *Chariage.* Charta Chilperici Regis pro Eccl. Tornacensi in Cod. Donat. piar. lib. 1. cap. 2. *Teloneum de navibus super fluvio Scalt, qui pertinet ad fiscum Tornacum, vel quolibet commercio, seu & de cariagio, vel de sagenis, &c.* Iter Camerarii Scotici c. 42. *De non solutis pauperibus, cariagium, vel alios labores facientibus.* Charta Joannis Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 310. *De francoplegio, & lastagio, & stallagio, & carriagio, & pannagio —— liberi sint.* Thomas Walsinghamus pag. 562. *Mense Aprili concessa fuit per Clerum una decima conditiona-*

ditionaliter, scilicet ne quis Provisorum de cætero capiat bona vel cariagia de Ecclesiasticis contra voluntatem eorum. Statuta Gildæ Scoticæ c. 38. *Statutum est quod quilibet Burgensis dabit plenum cariagium pro quolibet dolio vini quod ponet in taberna.* Fleta lib. 1. cap. 20. §. 85. *De his qui receperint plures equos & carectas ad cariagia Regis facienda aliter quàm necesse fuerit.* Charta an. 1240. in Tabulario Lehunensi n. 85. *Recognoverunt se hereditariè vendidisse ——— per tredecies 20. libr. Paris. sibi persolutas unum cariagium, cum duobus jornalibus terræ sitæ in territorio de Lehuno in cultura de Faies, in una pechia, quod, inquam, cariagium & terram dictus H. tenebat de dictis Priore & Conventu.* Videtur idem quod Carvagium.

Cariagium interdum etiam accipitur pro impedimento exercitus, & congerie illa carrorum, quæ exercitus subsequi solent, & qua acies ipsa munitur. Thom. Walsinghamus in Ricardo II. *Cum nostri certam elegissent stationem & armatos statuissent ordinatè, & pulcrè dispositos per turmas suas cariagium quoque (quod Garcinas appellamus) à tergo locassent.* Καραγὸς, eadem notione usurpant Tactici Græci, sicque definitur à Leone Imp. cap. 4. §. 53. Καραγὸς δὲ λέγεται ὁ διὰ τῶν ἁμαξῶν καὶ τριβόλων, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν γινόμενος περιορισμὸς εἰς ἀσφάλειαν τοῦ στρατοῦ. Et cap. 11. §. 47. Καραγὸν ἢ λέγομεν τὰς ἁμάξας. καὶ δι' αὐτῶν περιτειχισμόν.

Carigo verò idem valet quod unus *Cariagii*, in Charta Caroli M. apud Aimoinum lib. 5. cap. 1. *Nec de saumis, nec de carigine, neque de navigio, neque de qualibet redhibitione.* *Carrago* apud Pollionem in Claudio: *Adde servos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, consumptasque silvas.* Ubi *carroga* est carrorum numerus immensus, unde Itali *Carregio* eadem notione dicunt.

CARIARE, Carro vehere, Gall. *Charier.* Concilium Eboracense an. 1367. cap. 5. *De quibus & per quæ domini prædiales novem partes hujusmodi garbarum cariant, liberè & licitè cariarunt, & per alios cariari fecerunt.* Will. Thorn: *Viam habere debent ad fœna cariánda.* Charta Edvv. II. Regis Angl. tom. 2. Mon. Angl. pag. 103. *De libero transitu cum plaustris, carectis, & equis ultra terras ipsius Aliciæ & pasturas cariandi decimas suas & alia bona ubi voluerint.* To. 1. *Duas carectatas fœni cariandas.* Vide Fletam lib. 2. cap. 75. §. 2.

CARICA. Vide *Carrica.*

CARICALLUM, *Canistrium, vel cophinus, quo mortui efferuntur.* Ugutio.

CARINA, *Carinare, Carinator.* Ugutio, & Joan. de Janua: *Carinare, arguere, vel conviciari, vel illudere.* Papias: *Carinator, conviciator, & maledictor.* Glossæ MSS. *Carinator, illusor.* Isidor. in Gloss. *Carinantes, illudentes.* Gloss. Arabico-Lat. *Carino, illudo, irrideo.* Gloss. Lat. Gr. *Carinari,* χαριεντίζεσθαι. Gloss. Lat. Gall. *Carinare, Escharnir, ou Mogner.* Leg. *Moquer.* Alibi: *Cachinnari, Chariner, Escharnir.* Hinc *Carina*, pro convitio, apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 13. apud quem *Karrina* legitur. Vide Festum, & Salmasium ad Solinum.

Carina. Vide *Carena.*

Carinula, Seditio. Vita S. Virgilii Episcopi Saltzburgensis n. 8. *Orta seditione, quod carnicula dicimus.* Ad marginem, al. *Carinula.* Rectè: nam à *Carina*, convitium, deducitur.

CARIOBELLUM. Catholicon Armoricum: *Halaczon. Gall. Idem Lat. hoc. Cario bellum.*

CARISA, in Gloss. Isid. *Lena vetus & litigiosa, Ancilla dolosa, fallax.* Ita apud Papiam, pro *Carissa*, uti præfert Editio Isid. Gloss. cui lectioni favet Gloss. Lat. Græc. *Carisa*, αὐλητρὶς, πορνοβοσκός. Festo *Carissa*, ex Lucilio, *vafram* significat.

CARISTIA, Annonæ caritas, Hispanis & Italis, *Carestia*: Gallis, *Cherté*, Occitanis *Carestio.* Gloss. Lat. Gall. *Caricia, Chierté.* Legendum *Caristia.* Bernardus Silvester de gubernatione rei familiaris: *Si abundas blado, non dilige caristiam, quia diligens caristiam cupit esse pauperum homicida.* Utuntur Jacobus de Vitriaco cap. 8. Rodericus Tolet. in Hist. Arab. cap. 37. Chronicon Aulæ Reg. c. 11. Tho. à Kempis in Chron. Montis S. Agnetis cap. 24. Levoldus in Chron. Marcano pag. 26. Matth. Paris pag. 461. Historia Episcop. Bremens. pag. 114. Vita Caroli Abb. Villariensis n. 15. Petrus de Vineis lib. 1. Ep. 18. lib. 3. Ep. 23. Matth. Westmonast. p. 257. Radulphus in Vita S. Richardi Episc. Cicestrensis n. 34. & alii passim.

CARITA. Fridegodus in Vita S. Wilfredi cap. 5.

Quique fidem cernens, dextram prætendit, & ipsum
Liberius lata perfudit blandè Carita.

Id est, gratiam seu baptismum impertiit, ex Gr. χάρις.

CARITAS, Agape Christanorum, convivium quo amici, vel etiam pauperes excipiuntur. Gregorius M. lib. 12. Epist. 6. *Adjicientes etiam ita illum tenacem existere, ut domum ejus amicus ad Caritatem nunquam introeat.* Capitula Theodori Archiepiscopi Cantuar. cap. 10. *In his supradictis diebus faciat Caritatem cum cæteris Christianis, id est, utatur eodem cibo & potu, &c.* Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis n. 17. *Nobilis quadam femina Monasterium hoc causa orationis ingreditur, & cùm Caritatem ibi facere jussa foret, jam septem annis panem se non gustasse profitetur, &c.* Hinc in vulgari loquendi apud nos formula, *Caritas* accipitur pro *Eleemosyna, Donner la charité.* Vita S. Idæ Comitissæ Bononiensis n. 8. *Factum est autem cùm pauper ab illa, nulli negante Caritatem, eleemosynam accepisset in manibus, &c.*

Caritatis vocabulo in Monasteriis, ut scribit Doubletus lib. 1. Hist. Sandionys. cap. 59. intelliguntur prædia, & bona omnia, quæ à fidelibus Christianis in eleemosynam, gratuitò & *caritativè* identidem collata sunt, seu ob anniversaria, seu alia pietatis officia in Ecclesiis & Monasteriis exsolvenda: & Monachus qui isti bonorum generi in Monasterio Sandionysiano, ac eorum administrationi perfectus erat, *Magister caritatum*, ut illius munus, *Officium caritatum* nuncupatur: *Maistre des Charitez de S. Denys en France*, ut est in Charta ann. 1282. in Tabul. S. Maglorii fol. 90. Vide Librum Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ to. 2 p. 264

Hæc etsi non prorsus falsa, non tamen omni ex parte vera sunt: *Caritatum* enim nomine, in Monasteriis, non tam ipsæ benefactorum eleemosynæ intelliguntur, quàm epulæ solennes & extraordinariæ, quas ii, vel anniversariorum suorum, vel statis & designatis aliis diebus, præsertim festis solennioribus, à Monachis fieri præceperunt, quo & beneficiorum & rerum concessarum memoria altiùs Monachorum animis hæreret. Qui quidem ritus antiquissimus est, ut ex Stephano Eddio, qui vixit an. 700. colligimus in Vita S. Wilfridi c. 61. *Omni die pro eo Missam singularem celebrare, & omni hebdomada quintam feriam, in qua obiit, quasi dominicam, in epulis venerari, & anniversaria die obitus sui universas decimarum partes de armentis & de gregibus pauperibus populi sui dividere omnibus diebus vitæ suæ constituit, &c.* Vetus Notitia an. 862. in Synodo Pistensi exarata, apud eundem Doubletum lib. 3. *Caritates etiam in anniversariis Regum & Abbatum de cellario Abbatis juxta solitum accommodentur.* Caroli Crassi Imp. Commemoratio apud Augienses: *Tunc inter nos disposuimus, ut singulis annis uno die à prænominata curte in communes cunctis fratribus cum omni abundantia plenum servitium pro anima Imperatoris perficeretur, & eodem die pro illius amore in refectorio plena caritate hilares atque gaudentes efficerentur.* Charta Lamberti Camerarii Fuldensis apud Brovverum: *Hujus rei gratiâ*

tia pro recordatione animæ illius singulis annis statui caritatem fratribus de præfato prædio exhiberi, ut eo libentius annuam recordationem illius agant, quanto pro salute animæ ipsius, & requie, caritatis oblata percipiunt. Charta Caroli Calvi an. 32. pro Monasterio S. Germani Paris. *Caritates etiam in eisdem festivitatibus ex antiquo more iis ipsis à parte Abbatis dentur.* Paulus in Vita S. Hilari Abbat. Galeat. n. 8. *Erexit eum & duxit ad speluncam suam, & oratione facta, fecerunt caritatem.* Ephemerides Monasterii S. Galli: *12. Decemb. Thomæ Apostoli. Do. Abbas faciat duas caritates per duas dies sequentes: unam cum piscibus —— & caseo & vino, aliam sine vino.* Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 233. *Post obitum verò meum si filius meus Bego me supervixerit, omnibus diebus vitæ suæ per singulos annos tres caritates ad ipsos Monachos persolvat.* *Caritativæ comestiones*, in Charta an. 1259. apud Ughellum to. 2. p. 405. *Item largior & concedo & confirmo vobis vestrisque successoribus in perpetuum tres caritativas comestiones, quas habere consuevistis in anno, scilicet in Nativitate Domini, in Paschate Resurrectionis, & in festo B. Joannis Baptistæ.* In Charta Lucii II. PP. apud eundem pag. 516. & in alia Gelasii PP. an. 1118. to. 1. pag. 876. dicuntur *Caritativa ciborum beneficia.* *Caritativa receptio*, in Charta an. 1214. ib. p. 649. *Caritativa refectio.* in Tabulario Prioratus S. Petri de Paredo fol. 7. Ita *dilectio* accipitur in veteribus Formulis Pithœi c. 108. in MS. *In ea ratione ut vos vel ipsi Presbyteri, qui ipsa Ecclesia custodire videntur, annis singulis ad Missa Sancti, quæ est in mense illo, dilectione nobis & pasto soniare debeat, unà cùm homines tantos, una die & nocte pascere faciat, &c.* His autem *caritatis* & *dilectionis* vocabulis designarunt nostri Christianorum ἀγαπάς: quæ quidem vox idem sonat quod *caritas, dilectio.* Ita tamen extraordinaria illa convivia vel refectiones peragebantur, *ut solennes dies non tam ciborum abundantia*, quàm spiritus exultatione celebrarentur, ut ait S. Hieronymus Epist. 49.

Caritas, dicta etiam quævis extraordinaria refectio, maximè illa quæ fiebat extra prandium & cœnam, in Monasteriis. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris. p. 163. *Quilibet habebit in dicto festo partem virilem de duobus quarteriis frumenti puri & mundi, quæ Magna caritas nuncupatur.* Udalricus lib. 1. Consuetd. Cluniac. cap. 13. *De collatione surgunt ad caritatem, & de vino quod tunc propinatur, nullus omnino præsumit abstinere, ut non aliquantaliter gustet.* Eadem habent veteres Consuetudines Floriacensis Cœnobii apud Joannem à Bosco cap. 1. & 2. ubi *Caritas vini*, appellatur. Apud Bernardum Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 76. Conversorum ac juvenum est propriè propinare omnem caritatem de potu quæ fit in refectorio. Tabularium Burguliense: *Canonici B. Hilarii debent duas caritates reddere, unam post vigiliam, alteram post Missam.* Vetus Martyrolog. apud Hemereum in Aug. Viromand. *Pauperes Ecclesiæ debent habere de uno quoque pastu 3. denarios, —— & de unaquaque caritate unum lotum vini.* Describitur apud eundem Hemereum an. 947. sacramentum, quod Decanus Sanquintiniensis præstat, cùm dignitatem auspicatur in Capitulo, in quo Præses præ cæteris hæc ab illo exigit: *Solvetis Senescallo Ecclesiæ pastus, postmeridies, & caritates.* Charta Caroli C. pro Monasterio S. Germani Parisiensis: *Karitates etiam in eisdem festivitatibus ex antiquo more bis ipsis à parte Abbatis dentur.* Vita S. Goaris c. 5. *Fili, fac nobis lætum diem de abundantia nostra, ut isti Legati D. Archiepiscopi faciant nobis caritatem, quia in itinere sunt.* Adde caput 6. Wandalbertus in Miraculis ejusdem S. cap. 15. *Asuerus rogat uti ad B. Goarem exire, & in cella ejus Caritatem (ut verbo usitato loquar) facere debeat.* Ratbertus de Casib. S. Galli c. 11. *Abbates cum fratribus eo die mensæ aderant, de communi & privatis collectæ fiunt, & habundam caritatem faciunt.* Beda de Remediis peccator c. 7. *In his supradictis diebus faciat caritatem cum cæteris Christianis, id est, utatur eodem potu & cibo quo illi.* Aliud Pœnitentiale MS. *In his prædictis diebus faciat Karitatem sicut sui compares Clerici sive laici.* Adde Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 617. Willelmum Gemetic. lib. 3. c. 7. &c. *Le Roman de Vacces:*

Là proierent les Moignes de prendre charité.

Hinc fortè usitata loquendi formula apud nos, *Donner la charité aux pauvres*, pro *eleemosynam pauperibus largiri.* De ejusmodi porro caritatibus intelligendum Concilium Augustodun. an. 670. *Si Monachus, aut fustibus verberetur, aut à communione, & Missa, & caritate anno tres suspendatur.* Ut & quod habet Gregorius M. lib. 12. Epist. 6. *Adjicientes etiam ita illum tenacem existere, ut domum ejus amicus ad caritatem nunquam introeat.* *Caritatem in refectorium portare*, apud Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. p. 44. Atque inde patet *Caritatem* in Consuetudine urbis Iniulensis art. 50. accipi debere pro eo quod vulgò appellamus *le Via du marché.* Hinc etiam

Caritas dicta mensura vini, quæ præbebatur Monacho in ejusmodi refectionibus extraordinariis. Hist. Abbendonensis Cœnobii in Angl. to. 1. Monastici Anglic. pag. 104. *Constituit itaque cifum quendam magnum, flasconem & dimidium, scilicet duas caritates, & eo ampliùs in se continentem, quem cifum antiqui Bollam Athelvvodi vocabant.* Charta an. 1292. *Pitanciarius ministret inde —— cuilibet de Conventu unam caritatem integram boni vini, & unum ferculum bompiscis, &c.*

Caritas sabbati, in Chronico Gemblac. p. 534. *Mensuram vini per singulos quatuor dies hebdomadis cum caritate sabbati.*

Cùm autem ad ejusmodi caritates & extraordinarios pastus destinati essent reditus quorundam prædiorum, ut hinc liquet, Monachus cui harum subministrandarum incumbebat provincia, eorundem etiam redituuum & ipsorum prædiorum curam gerebat. Certè in plerisque Monasteriis in præsertim muneris ad Cellerarium spectavit, ut videre est in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 137. 149. Consuetudines Eoveshamensis Cœnobii in Anglia: *Debent etiam habere de Celerario singulis diebus sabbati caritatem ad Collationem pro Mandato. —— Debent etiam habere caritatem de Cellario ad prandium singulis diebus Octabarum principalium festivitatum, &c.*

Caritas, Quod gratis conceditur, non verò ex debito, vel consuetudine: quemadmodum *Caritativa subsidia* dicuntur diœcesana Episcopi vectigalia, quæ honestiùs accipi, quàm peti possunt, & non tam extorquentur, quàm ultro & gratuitò offeruntur, ut auctor est Ren. Chopinus lib. 2. de Sacra polit. tit. 7. §. 11. Charta vetus apud Ægidium *Bry* in Hist. Comit. Perticensium lib. 3. p. 103. *Similiter & de Ecclesia S. Martini —— in qua requirebat sanguinem & infracturam: diffinitum est, ut in ea præter censum, id est, libram piperis, & libram thuris nihil haberet, & hoc pro caritate, non pro consuetudine.* Charta Gaufredi II. Comitis Andegav. in Tabul. S. Mauri ad Ligerim: *Suum pasnaticum recipientes, non tam consuetudinis, sed gratia caritatis, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. pag. 242. *Turkil tenebat de Abbate, & caritatem inde reddebat, marcam videlicet auri uno quoque anno.*

Caritas interdum dicitur quod vice recognitionis donatoribus dabatur: sic porro nuncupatum, ne donatio non gratuita, sed venditio aut permutatio videretur. Ordericus Vital. lib. 5. *Ipse super altare donationem posuit, & inde pro recognitione tunc unciam auri ex caritate Mona-*

Monachorum recepit. Infrà: *Hanc itaque conceſſionem ——— ſuper altare portavit, ac poſtmodum ex caritate Monachorum quinque marcos argenti & optimum cornipedem recepit.* Tabular. S. Dionyſii de Capella Diœceſ. Bitur. Charta 103. *Et pro hac re Prior Radulfus dedit Heliæ pro caritate de beneficio S. Dionyſii 20. ſol. Salviniacenſis monetæ conſilio fratrum ſuorum.* Charta an. 1089. *Ob hanc vero talem ejus donationem duo paria pellium de cuniculis data ſunt ei à fratribus ſub ſpecie caritatis.* Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis: *Et accepimus de ipſis Monachis loco caritatis, ego Beraldus & frater meus 20. ſol. cum beneficio S. Andreæ.* Tabularium Abſienſe fol. 177. *Pro quo idem Abbas, dedit ei 40. ſolidos de caritate, &c.* Adde fol. 189. 190. Vide Hugonem Flaviniacenſem in Chron. pag. 245. Chronicon Andrenſe pag. 270. 394. [illegible]3. 408. 483. 527. Beslium p. 524. Ordericum Vitalem p. 590. 591. 596. 605. &c.

Caritas ſynodalis, idem quod *Synodaticum*. Charta an. 1101. in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andegav. *Et Epiſcopus Eccleſiam quam Monachi ædificaverant, ab omni conſuetudine Epiſcopali quietaverat, exceptis ſex denariis quos pro caritate ſynodali Monachi Andegavenſi Eccleſiæ redderent.*

Caritas, Benedictio. Ditmarus lib. 7. p. 93. *Cùm autem pridie quàm ille vir juſtus obierit, venirem, ad eum non acceſſi, ſed in poſterum diſtuli diem, & tunc is ſine mea caritate mortuus eſt.*

Caritas. Charta Communiæ Tornacenſis an. 1187. *Caritatem B. Chriſtophori, & calidos furnos, & excubias debent cuſtodire quinque homines legitimi, &c.*

Caritas animarum. Vide *Selegeret.*

CARITUDO, Dilectio, amor præcipuus. Guibertus lib. de Laude B. Mariæ c. 10. *Hunc utriusque parentis affectio ſibimet caritudine tanta contraxit, &c.*

CARLAKNAP. Chronicon. Archiepiſcopor. Upſalienſium in Stephano Arch. ſub an. 1185. *Huic Archiepiſcopo contulit dominus Papa librum Evangeliorum dictum Carlaknap, & duas cruces, &c.* Hîc hæret Editor Joan. Schefferus: *Karl*, inquit, vulgari lingua Suecis *virum* denotat, *Knap* verò *nodum*. Sed cùm Evangelium iſtud miſſum ſit ad Carolum Sueonum Regem, vel ab eo impetratum, ſive fuerit *Carolus* iſte in rerum natura, ſive non, illius ſaltem nomen prioribus characteribus innui probabile eſt.

CARLE. Vide *Ceorle.*

CARMALUS. Annales Ratiſponenſes Mabillonii an. 818. *Pernardus Rex Carmalum levavit.* Mox: an. 819. *Linduvit Carmalum levavit.*

CARMESINUS, Color oſtrinus, purpureus; *Chermiſi*, Italis; *Cramoiſi*, noſtris: à *Kermes*, voce Arabica, quæ vermiculum ſonat, qui gignitur in baccis cocci, ex quorum liquore panni coccino, ſeu purpureo colore tingi ſolent. Perperam *Cremenſinum* & *Carmeſinum pannum*, pannum ſericum Cremonæ textum interpretantur viri docti ad 30. Martii.

CARMEN, Incantatio. Juſtinianus §. 5. Inſtit. de Public. judic. *Venefici qui magicis ſuſurris, ſeu carminibus homines occidunt.* Virgilius:

Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes.

Carmina dira, in leg. 7. Cod. Th. de Paganis. Vindicianus Medicus:

Gramine ſeu malis ægro præſtare medelam,
Carmine ſeu potiùs, namque eſt res certa ſaluti
Carmen, ab occultis tribuens miracula rebus.

Decretum Taſſilonis Ducis Bajvvar. de popularibus legib. §. 5. *Ne forte carminibus vel machinis diabolicis vel magicis artibus inſidiantur.* Cæſarius Heiſterb. lib. 1. cap. 34. *Diabolum aliquando per carmina vocare conſuevi.* Aimoin. lib. 3. Hiſt. Fr. c. 52. *Rapi meretrices ad ſupplicia jubet, quæ ſe fatebantur carminibus multos interemiſſe innocentes.* Vie Guill. Abbatem S. Theoderici in Vita S. Bernardi lib. 1. c. 2. Miracula S. Wlfranni Epiſ. n. 28. &c.

Carmina diabolica, quæ ſuper mortuos nocturnis horis vulgus cantare ſolet, vetantur in Ratherii Veronenſis Epiſcopi Epiſtola ſynodica ad Presbyteros, & apud Regionem c. 71.

Carminare, Incantare, carminibus magicis irretire. Gall. *Charmer.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Carmino, Canto.* Papias: *Carminare dicimus, vel inde dicitur, quòd qui illa canerent, mente carere exiſtimabantur. Qui malum carmen incantavit*, in legibus 12. Tab. apud Plin. lib. 18. cap. 2. *Carmina incantare*, dixit etiam Lampridius in Juliano. Marcellus Empiricus cap. 8. *Ipſo oculo clauſo, qui carminatus erit*, & cap. 15. *Glandulas manè carminabis.* Hincmarus Remenſis de Divort. Lotharii & Tetbergæ: *Quidam etiam veſtibus carminatis induebantur, vel cooperiebantur.* Raymundus *de Agiles* in Hiſt. Hieroſ. *Dum duæ mulieres petrariam unam de noſtris faſcinare vellent, lapis viriliter excuſſus, mulieres carminantes cum tribus pueris alliſit.*

Incarminatrix, Saga, apud Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 165.

CARMULUM. Lex Bajvvar. tit. 2. §. 3. *Seditionem excitare, quod Bajoarii Carmulum dicunt.* Alii Codd. *Carmulam* habent. Germani *Schaer-mutſe*, velitationem vocant.

CARNACARIA, in Charta Adefonſi Regis Hiſpaniæ. Locum vide in *Tanaria.*

CARNAGIUM. Vide *Carnaticum.*

CARNALAGIUM, Carnes ipſæ animalium: Italis, *Carnaggio, munitione di carne.* Will. de Podiolaurentii cap. 36. *Tranſeunte quippe Rege verſus Apamiam cum Legato, non immemor largitatis Epiſcopus, panis & vini, & carnalagii miſit encænia copioſa, priusquam intraſſet diœceſim Toloſonam.* Vetus Inqueſta pro Rege Majoricar. *Vidit portantem Carnalatge, videlicet cabricios & agnos, & dicebat quòd eos portabat de caſtro & loco de Belagarda pro primitia ſua.* Charta anni 1313. in 49. Regeſto Chartophylacii Regii: *Salvo tamen quod à dictis macellariis carnalagium & carnes ſalſatæ in groſſo poſſint vendi.* Tabularium S. Flori in Arvernis: *Prior habeat decimas carnalagii & primiciam a quolibet pageſio dictorum locurum.* Vide *Carnaticum.*

CARNALE. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Carnale*, ꝼlæꞅc huꞅ, i. carnis domus, ubi ſcilicet caro diſtrahitur.

Carnale, Animal. Tabularium Conchenſis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 73. *Et totam decimam de lino & lana, & da carnali, &c.*

Carnale, Servitutis ſpecies, quà pecora & animalia, ſi damnum facere in agro deprehendantur, agri domino capere non modò licet, ſed occidere, atque adeo comedere, ſi ſint ejusmodi ut apponi poſſint ad menſam: aliàs pignori ea capere ipſi licet. Charta Sanctii Ramirezii Regis Aragonum apud Martinezium in Hiſt Pinnatenſi lib. 3. cap. 27. *Similiter ingenuo de omni honore S. Joannis herbaticum & carnale: ut non dent illud, neque ipſi ſeniores, neque villani eorum in ullo loco, ubicunque fuerint, ad Paſcha, in hyeme vel ſtivo tempore, in omni regno meo, ſed ita ſint liberi, ſicut meæ propriæ.* Infrà: *Ipſi verò habeant ſuos vetatos, in omnibus Decaniis ſuis, & in omni loco, ubi ipſi habuerint aliquid facere, ut nullus ſit auſus ibi paſcere, vel intrare abſque eorum licentia, neque ego; quod ſi fecerint, mando ut accipiant carnale.* Tabularium Laſcarienſe apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. cap. 11. n. 1. *Liberaverunt totum proprium honorem S. Mariæ de tot carrei, & de toto damno, & de tot carnal, & de toto opere, &c.* *Carnau*, dicitur in Conſuetudine Beneharnenſi tit. 19. ars. 1. 2. tit. 24. art. 7. tit. 42. art. 37. 38. tit. 49. art.

10. tit. 58. art. 59. *Carnalado*, qui *carnale* debet, in eadem Consuetudine tit. 19. art. 1. tit. 24. art. 7. tit. 42. art. 38. Hinc, *Carnaler* in Consuet. Aquensi tit. 11. art. 43. est *Tuer le bestail, & le convertir en ses usages*, scilicet pecus quod in damno captum est. Adde art. 11. 13. 21. 22. 23. 31. Consuet. S. Severi tit. 3. art. 2. 3. 4. 5. 17. 18. Bayonensem tit. 2. art. 16. Solensem tit. 2. art. 3. tit. 14. art. 3. 4. At in Lege Bajuvar. tit. 13. cap. 12. animal alterius, licèt in damno inventum, non licet occidere: contrà in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 5. §. 1. Nescio an idem sonet vox

Carnales, in Regesto censuum & debitorum Comitatus Bigorræ ex Camera Comput. Paris. fol. 37. *Et nota quod Ecclesia Tarmensis solvebat olim 18. sol. pro terris quas habet à Faganos & à Prucigna per carnales & per carrales pro terris, &c.* Infrà: *De omnibus istis solvebat medietatem in Maio per carnales, & aliam medietatem in Septembri.*

A carnerare, *Carnale* seu pecora capere, invadere: unde nostris *s'acharner*, efferato impetu in alicujus laniatum ferri. Charta Sanctii Ramirezii Regis Aragonum apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. c. 27. *Et si aliquis talliaverit in totum terminum S. Joannis in ligno viridi, absque licentia Abbatis vel seniorum, peitet 60. solidos: oves S. Joannis, & omnia pecora illius Cœnobii, omniumque rusticorum ejus, mando ut in toto regno meo, ubi herbas invenerint, pascant tam in hyeme, quàm in æstate: & nullus sit ausus pignorare vel acarnerare: quod si quis fecerit, peitet mille solidos.*

CARNALIS, Genuinus. *Carnalis frater*, uterinus, proprius, genuinus, qui ἀδελφὸς σαρκικὸς dicitur Scylitzæ pag. 537. ἀδελφὸς κατὰ σάρκα, in Vita S. Nili junioris pag. 47. Acta SS. Martyrum Numidarum num. 8. *Homo gentilis, hoc est, frater meus carnalis occurrit.* Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Hic Democrates fuerat frater meus carnalis.* S. Eulogius in Epistola ad Alvarum: *Quem ego fratrem meum esse carnalem proferens, &c.* Ita apud Bedam de Wiremuthensi Monasterio c. 11. Buschium lib. 1. Chron. Windeshemensis c. 28. &c. *Fratello carnale*, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 132. *Filius carnalis*, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 69. *Carnalis parens*, apud Conradum Urspergensem pag. 284. *Pater carnis meæ*, apud Avitum Viennensem Homil. de Rogationibus, cui opponit *Patrem spiritalem à Baptismo.* Aimoinus lib. 2. Miraculor. SS. Georgii & Aurelii: *Duas nobiles puellas carne sorores.* *Carnales germani*, in Chronico Afflighemensi cap. 20. *Carnalis propinquus*, in Gestis Consulum Andegavensium cap. 3. num. 6. Flodoardus de Summis Pontificib. in Calisto:

——— *Folconis carne propinquum*,

Willelmus Brito lib. 8. Philippid.

Per vinclum carnale gradu conjunctus eidem.

cugin carnale, apud Joannem Villaneum lib. 12. cap. 50. 98. *Nipote carnale*, lib. eodem cap. 41. *Amici carnales*, in Gestis Ludovici VII. Regis Franc. cap. 14. *Ami charnel*, apud Petrum de Fontana in Consilio cap. 13. n. 13. Joannes de Condato MS.

Maint home Roy qui s'esvigure,
De ses charneis amis confondre.

Infrà:

Souvent entre charneis amis,
Dont maint à la mort en a mis.

Carnali diletti, apud Passavantium. *Carnalis patria*, apud S. Augustinum Epist. 225. *Neque hoc inviderunt Ecclesiæ Tagastensi, quæ carnalis patria mea est.* Edelvvlfus in Abbatib. Lindisfarn.

——— *Carnali à nomine dictus*
Godfridus ille fuit.

Σαρκικὴ πατρὶς, apud Palladium in Hist. Lausiaca c. 83. *carnalis dominus*, apud Salvianum lib. 3. de Gubernat. Dei: *Sicut dominorum carnalium servis eligere omnino*

non licet, quæ ex præceptis servilibus faciant, aut quæ non faciant, &c. Eodem libro: *Quis rogo, ex carnalibus domini hac cum suis lege agere contentus est, &c.*

Vita carnalis, quam scilicet vivimus, apud Cogitosum in S. Brigida pag. 637.

Carnales preces, Hispanis, *Carnales ruegos*, quæ fiunt pro alio: cùm scilicet aliquis agnato vel cognato Beneficium Ecclesiasticum vi precum suarum impetrat. Vide Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 17. lege 4.

CARNARIUM, *Locus ubi carnes reponuntur*, Joanni de Janua. Gloss. Græc. Lat. κρεῶν, ὁ τόπος, *Carnarium.* Marcellus Empir. seu, ut aliis placet, Vindicianus:

Prome etiam, seu tunde priùs, seu contere gyro
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria siccum.

Carnarium, Ossarium, Polyandrium, Cœmeterium, Gall. *Charnier*, Ital. *Carnato*, in quo humana *corpora*, seu cadavera humo conduntur. Κρεοφυλάκιον, in veteri inscript. apud Selden. in Marmorib. Arundellian. p. 48. 1. edit. Nam *caro*, in Gloss. Lat. Græc. non modò κρέας, sed & σῶμα significat. Breviloquus: *Carnarium, Locus, ubi ossa mortuorum ponuntur. Sedes ossium* Prudentio lib. Peristeph. hymno 3. v. 532. Glaber Rodulfus lib. 4. Hist. cap. 4. *Et quoniam sepeliri singulatim ob multitudinem non quibant, constructa in quibusdam locis à Deum timentibus, quæ vulgo dicuntur Carnaria, in quibus quingenta & eo ampliùs ——— projecta sunt defunctorum corpora.* Chronicon Mauriniacense lib. 2. *In Ecclesiam latenter introducunt, ipsis in carnario, qui locus infra septa Ecclesiæ illius ossa continet mortuorum, fraudulenter absconditis.* Chronica Australis an. 1244. *Promisit etiam carnaria in S. Cruce perficere.* Willelm. Thorn. an. 1287. *Capella in Cimiterio quæ dicitur Charner, peracta est.* Charta Willelmi Acconensis Episcopi an. 161. *In quo (Cœmeterio) prædictus Manso intuitu pietatis, carnarium ad ossa mortuorum reponenda de propria pecunia construxit.* Vide Hugonem Flaviniac. p. 185. *Le Roman de Roncevaux MS.*

En un Charnier les ont fait aporter,
A grant dolor là les ont enterré.

Vide Chron. Flandr. cap. 79. & Ughellum tom. 2. pag. 187.

Carnarium, ut auctor est Camillus Peregrinus in Castigat. ad Falconem Beneventanum sub ann. 1128. ubi mentio fit *Carnariæ S. Laurentii* in urbe Beneventana, fuit locus sub dio, muris septus, ad quem suspendio, aliove supplici genere perempti, & vilissima capita semihumanda comportabantur; Italicè nunc dictus *Carnaro*, & *Carnaio.*

CARNATICUM, Goldasto, Carnium exactio, ut sunt friscingæ, porcelli, pulli, &c. Amerbachio, ovium seu aliorum animalium decima, ut est *decima carnium*, in Speculo Saxonico lib. 2. att. 58. §. 2. Utut sit, constat *carnaticum* tributi speciem fuisse ex animalibus: à voce *caro*, quæ Scriptoribus ævi posterioris *animal* significat, ut infrà docemus. *Carnatici* meminit Epistola Caroli Magni ad Pipinum apud Sigonium de Regno Italiæ an. 802. *Necnon & in eorum ædificiis faciunt operari, sed carnaticum & vinum contra omnem justitiam ab eis exactare non cessant.* Verùm hîc *carnaticum* videtur usurpari pro ea carne, quæ exigebatur ad vescendum. Vita Aldrici Episcopi Cenomanensis n. 56. *Et debentur decem de Carnatico arietes.*

Longè verò alia notione accepta postmodum ea vox, nempe pro tributo ex animalibus, quod Goudelinus ab Occitanis *Carnalatge* appellari, decimamque ovium esse ait. Libertates Regni Majoricarum editæ à Jacobo Rege Aragonum ann. 1248. *Non donetis carnaticum de vestro bestiario ullo tempore, passaticum, herbaticum,*

ticum, nec quarentenum. Adde Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 396.

Charnagium, in Tabulario Prioratus S. Gemmæ diœcesis Santonensis: *Cùm Præpositus Santonensis Seguinus Beraldi charnagium peteret de porcis creisendariis, quos Monachi S. Gemmæ susceperunt ad creisamentum, responderunt Monachi se nunquam dedisse, &c.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Augusti Regis Franciæ Herouvalliano fol. 22. *Pasnagium & charnagium sunt Domini Regis.* Vetus Charta apud Beslium pag. 492. *De pasqueriis porcorum propriorum & ovium omnium Obedientiarum S. Joannis, & consuetudine quam vulgari sermone Charnatgi vocant, &c.* Liber Rubeus Mensæ Archiepiscopalis Aquensis ex Bibl. Regia: *Ecclesia de Castro Vero, pro Synodo sancti Lucæ, quæ carnagio dicitur, 5. sol. & tertiam partem legatorum.* Infrà: *Ecclesia de Valle & de Paracolo pro carnelagio. S. Lucæ.* Ita ibi passim.

Carritium, eadem fortè notione usurpatur in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 103. *Retinentes tamen Communiæ totum carnitium in dominio.*

CARNATIO, Obesitas & carnosior habitus. Cælius Aurelian. l. 1. Tardarum passionum: *Est enim semper gravabilis carnatio, & magis, si tenuibus est imposita viribus.*

CARNELEVAMEN, Bacchanalium dies, Italis *Carnevale, Carnavai.* Quidam Scriptores Itali *Carnevale* dictum putant, quasi *carne*, seu *caro, vale*: sed id etymon non probat Octav. Ferrarius. Ego sanè sic dies istos, seu potiùs diem Martis, qui Quadragesimam antecedit, appellasse nostros existimo, *Carn-a-val*, quod sosonat, *Caro* abscedit, seu tempus carnes comedendi. Charta an. 1195. apud Ughellum tom. 7. pag. 1321. *Et in Nativitate Domini duas spallas porcorum, & sex pizzas, & in carne levamine, unam gallinam, & tres pizzas, &c.* Occurrit semel ac iterum. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. sub finem: *Comes autem Rogerius juxta mandatum regium usque in carnis levamen Panormi nuncios imperatoris expectavit, &c.*

CARNELLARE. Vide *Quarnellus.*

CARNERAGIUM. Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. pag. 165. *Ganatum, quando transit per aliqua loca regni, an producens ganatum debeat solvere carneragium, vide in Foro uno, titulo, Ne carneragium, &c.* Occurrit ibi pluries. Adde p. 54. idem quod *Carnale.* Vide in hac voce, & Foros Aragon. p. 107.

CARNERIA, Bursa falconarii, in qua reponit carnes ad escam falconis. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 47. *Habeat præterea unam bursam ad cingulum suum, in qua reponet carnes & tiratoria, quæ ideo dicitur Carneria.*

CARNERIUS, Ovis. Charta Garciæ Regis Navarræ æræ 1087. apud *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 3. *Similiter namque vendimus vobis ipsa paria, quam dicunt Guardia, quam debebant vobis villas, & ipsa materia quod portabant ad ipsos palatios de Najara, vestras villas in 80. vaccas, & 600. carneros, & 100. porcos, ut omnino ingenuas permaneant in vestra potestate, &c.* Vetus Instrumentum apud Marcam lib. 5. Histor. Beneharnensis cap. 29. num. 2. *Concesserunt propria voluntate uno quoque anno, ut facerent tributum octo carners, & quatuor arietes, &c.* Fori Alcaçonenses æræ 1267. *Et qui cavalo alieno cavalgaret, pro uno die pectet unum carnerium.*

CARNICAPIUM, Gallis, *le Mardy gras, Carnasciale*, Joanni Villaneo. Chronicon Rotomagense editum à Labeo tom. 1. Bibl. an. 1249. *Interfectus est Robertus nobilis Comes Atrebatensis —— die Martis in Carnicapio à Saracenis.* Gall. *Carême prenant.*

CARNICERIUM, Carnificina, Gall. *Boucherie. Carnicerius*, carnifex, macellarius. In Curia generali Cataloniæ sub Petro Rege Aragon. an. 1351. prohibentur *Judæi scindere vel vendere carnes in carniceriis, ubi Christiani scindunt & vendunt carnes.*

CARNICULA. Vide *Carinula.*

CARNIFEX, Lanius, qui carnes vendit & facit, vulgò nostris, *Boucher.* Ugutio: *Carnifex, homicida, vel macellator, vel carnifex dicitur, qui facit carnes. Carnificina, macellum.* Adalbero Laudunens. Episcop. in Carm. ad Robertum Regem:

Non sunt carnifices, caupones, necne subulci.

Leges Burgorum Scotic. cap. 70. *De carnificibus & carnibus vendendis, &c.*

Carnifex, apud Florentium Wigorn. & Hovedenum an. 1040. recensetur inter majora officia & ministeria Regia: *Rex Hardeknutus Alfricum Eboracensem Archiepiscopum, Godvvinum Comitem, Stetr Majorem domus, Edvicum Dispensatorem, Thrond suum Carnificem, & alios magnæ dignitatis, viros Londinum misit.* Galli Magnum Cocum, *le grand Queus*, vocarunt.

Carnificium, Macellum, in Gloss. Arabico-Lat.

CARNIPRIVIUM, & *Carnisprivium*, Tempus quo carnibus *privari*, & ab iis abstinere incipiunt Fideles, ante jejunia Quadragesimæ. Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imperial part. 3. cap. 102. *Initium Quadragesimæ, quod vulgò Carniprivium nominant.* Ita porro peculiariter appellata secunda Dominica Septuagesimæ. Beletus cap. 65. *Obiter notandum est festum B. Luciæ hîc adjunctum habere Italicè Chartar, quia tunc maximè carnes solent deponi, quemadmodum secunda Dominica Septuagesimæ dicitur vulgò Carnisprivium.* Hanc *Dominicam ante carnes tollendas* vocat Missa Mosarabum: Græci ἀποκρεῶν appellant, ut & Hebdomadem quæ Dominicam præcedit, quòd non ultra eam vescendis carnibus operam dent, sed unà cum ea illis edendis finem imponant, uti probat Allatius lib. de Dominicis & Hebdomad. Græcor. cap. 10. Maximè autem Clerici & Sacerdotes jejunium Quadragesimale apud nostros auspicabantur ab hac Dominica: ex quo dicitur.

Carniprivium & Privicarnium Sacerdotum, scilicet Dominica quâ mos est Sacerdotibus caput quadragesimalis jejunii solenni esu carnium prævenire, ut est apud Willelmum Neubrigensem lib. 5. cap. 10. Necrologium S. Victoris Parisiensis: *In Ecclesia B. Mariæ Parisiensis accipimus de præbenda nostra panem & vinum: Vicarius vero noster integritatem stationis, & à privicarnio Sacerdotum usque ad Pentecosten, totum scilicet panem, & vinum, & stationem.* Infrà: *Et totum vinum à Pentecoste usque ad Carniprivium Sacerdotum.* Chronicon Montis-Sereni an. 1202. *In Dominica verò circumdederunt, Carnisprivium haberent, reliquis diebus, usque Esto mihi, lacticinia comedentes.* In Statutis synodalibus Nicolai Episcopi Andegavensis ann. 1274. præcipitur *ut omnes Presbyteri diœcesis post diem Dominicam ante Cineres usque ad Pascha carnibus non utantur.* Ut porro Mosarabes Dominicam quæ Quadragesimam præcedit, *Ante carnes tollendas* vocabant, ita Hispani hodie diem Martis qui eandem antevertit, *Martes de carnes toliendas* dicunt, quem Chronicon Petri IV. Regis Aragon. editum à Mich. Carbonello, lib. 1. cap. 26. l. 2. c. 17. l. 3. c. 23. *Dia de carnes toltes* appellat.

CARNITIUM. Vide *Carnaticum.*

CARNIVORA, Gall. *Mardy gras*, quo die vorantur & consumuntur reliquæ carnes. Acta Murensis Monast. 23. *solidi —— in festo S. Joannis Baptist. de Cellario dentur, & in ministerium Fratrum in feria tertia, quæ Carnivora dicitur expendant.*

CARNO. Prior de Melton se & homines suos immunes clamat ab omnibus amerciamentis in foresta, *& ab omni modis geldis, fortegelds, buckstalls, tritis, carno, funag,*

nag, &c. Itin. Pick. fol. 168. v. Crompton. fol. 191. v. Hæc Spelmannus.

CARNULENTUS, Ugutioni, *Plenus carnibus. Carnulentia, crassitudo.* Guibertus l. 3. de Vita sua cap. 5. *Statura brevi, & exili carnulentia.* Utitur etiam Solinus, ut & Pruden ius.

CARNUS, *Discus.* Gloss. MSS.

CARO, Corpus validum, sanum, & nulla ægritudine offensum, bona corporis habitudo. Salvianus l. 1. de Gubernat. Dei: *Quis tam profundi cordis virum non admiretur, qui merita religiosorum atque virtutes tam magnis retributionibus dignas putat, ut in præsenti hac vita carnes atque fortitudines corporum, præmia putet esse debere Sanctorum?* Vide Lactantium de Mortibus Persecutorum n. 9.

Caro, Vita. *In carne*, in Vita. Anonymus Poëta de Episcop. Ebora. ensib.

Et culpam erubui juvenis in carne fateri.

Id est, dum juvenis eram.

Caro, Animal. Fori seu Consuetudines Comitatus Bigorrensis art. 14. *Villa liberorum de carne non amplius quàm quinque solidos, aut porcos quinque solidorum donet, &c. Si quis Militum necessitate ductus carnem alterius, ubi ipse vel uxor ejus præsentes non fuerint, acceperit, non priùs eum pignoret, donec eum amicabiliter inquiret: & si emendare noluerit, Comitem proclamaturus adeat, & sic in duplo carnem amissam recuperet, & Comes 60. solidos.* Ubi vir doctus: *Caro hîc sumitur pro animalibus, inde vulgare verbum* Carnalar, *id est, carnes, sive animalia pignori capere*, ut est in Consuetudine Aquensi tit. 11. art. 31. Vide *Carnale, Carnaticum, Carnerius, &c.*

CAROLA, *Karola.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 9. *Porrò in claustro Carolæ vel hujusmodi scriptoria aut cistæ cum clavibus in dormitorio, nisi de Abbatis licentia nullatenus habeantur.* Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli London. an. 1295. *Morsus Joan. de S. Laurentio argenteus deauratus, cum limbo & medio circulo aurato triphoriato, inserto grossis lapidibus & camahutis & perlis: sed deficiunt 2. leunculi, & una perla magna, & una karola & 7. lapilli, &c.* Alibi: *Feretrum S. Athelberti, ——— & affiguntur in unâ parte 10. oboli de Marchia, & 2. annuli aurei; & deficiunt lapides cum karolis 51.* Rursum: *Et unum annulum cum saphyro magno, & karola in circuitu 7. lapidum & 8. perlarum.* Ibidem: *Et deficit lapis unus in parte posteriori, & in altero pendulorum* (mitræ) *deficiunt 3. catenulæ cum karolis argenteis appensis.* Ibid. *Stola & manipulus cum nodis oblongis, & amictus cum puellis* (f. perlis) *karolantibus, & cingulum de filo.* Rursum: *Item carollæ ferreæ ante crucem & S. Radegundam.*

CAROLINA *herba.* Crocodylion dicta, de qua Ruellius lib. 3. c. 9. & 10. Gobelinus lib. 9. Comment. Pii II. PP. pag. 217. *Herba reperta est, quam Carolinam vocant, quod Magno quondam Carolo divinitus ostensa fuerit, adversus pestiferam luem salutaris, &c.*

CAROLUS, Papiæ, *Navicula in paludibus.* Addit Codex editus, (nam absunt in MSS.) *Carolus Rex Franciæ fuit.*

CARPA, Papiæ, *Cepulla.*

CARPEIA, Portio cibaria Monachica, sic dicta, ut videtur à *Carpia*, nostris *Charpie*, seu linteolo minutissimè carminato & dissecto, quòd carnes minutatim instar *Carpiæ* concidantur: Minutal. Nam scribit Octav. Ferrarius in Origin. Ital *Carpionare* esse pisces aceto & aliis speciebus condire. Chron. Abbatiæ S. Trudonis lib. 13. *Primum ferculum in mensa erat, quæ vocari potest carpeia de sicco pisce, eo quòd minutatim carperetur, & minutatim cum ovis concisis cum pipere superspargeretur.* Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Venationem, volatilia, carpeiam cum frisia, 2. membra pulli, &c.* Rursum: *In carpeia, dimidius porcus 1. aries, 250. ova cum pipere.* Idem quod *Karpita*, de qua voce infrà. Vide *Carpia.*

CARPELLA, in Gloss. Saxonico Cottoniano, ꞃaꝺoꞇboᵹa.

CARPENTUM, *Carpentarius, Carpendare.*

Carpentum, Papiæ, *Pompaticum vehiculi genus.* Carrum. De Carpentis veterum multa congesserunt Casaubonus ad Lampridium, & Jacobus Gothofredus ad Legem unicam Cod. Theod. de Honorator. vehicul.

Carpentarius, eidem Papiæ, *Qui facit carpenta.* Isidorus lib. 19. *Carpentarius speciale nomen est, carpentum enim solum facit. Artifex carpentarius*, apud Lampridium in Alexandro Severo. *Vehiculum carpentarium*, apud Polionem in Zenobia. Postmodum dicti *Carpentarii* artifices omnes lignarii, & tignabrii fabri. Ugutio: *Omnis faber lignarius, Carpentarius dicitur.* Quippe carpentorum seu vehiculorum materia lignea fuit. *Carpentarius*, 1. Paralip. cap. 9. v. 15. & in Lege Bajvvar. tit. 10. §. 6. *Carpentarius servus* in Lege Salica tit. 11. §. 5. Ætherius & Beatus l. 2. adversus Elipandum Toletanum: *Carpentarius quislibet facit sibi domum in qua habitat, &c. Carpentarius* cognominatus olim Willelmus Meledunensis Vicecomes, qui priori nostrorum Hierosolymitanæ expeditioni interfuit, *non quia faber lignarius esset*, inquit Guibertus lib. 4. Gestor. Dei cap. 7. *sed quia in bellis cadendo more Carpentarii insisteret.* Ordericus Vitalis lib. 12. *Carpentarios berfredum facientes docebat. Opus carpentarium*, in Concilio Meldensi an. 845. can. 77. & apud Ingulfum pag. 888. Utuntur idem Ingulfus pag. 837. S. Hieromymus in Præfatione ad Regulam S. Pachomii §. 5. S. Isidorus in Regula cap. 19. Lex Burgundion. tit. 10. §. 6. Capitulare. de Villis §. 45. Baldricus Noviomensis lib. 2. cap. 1. &c. *Opus carpentarium*, ἔργον ἀρχιτεκτονίας, Exod. 35. v. 33.

Carpentare, opus Carpentarii exercere, vel ex ligno opus quodvis conficere. Lambertus Ardensis pag. 160. *Super danjonem Ardeæ miro Carpentariorum artificio domum ligneam fecit, - quam quidam Broburgensis artifex vel carpentarius - fabre fecit & carpentavit. Carpentata ædificia*, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 20. §. 1. Willelmus Brito lib. 7. Philipp. pag. 179.

Et sic artificum studio vigilante labore
Carpentata brevi, &c.

Et lib. 12.

Aut Carpentorum, quæ primùm Belga putatur
Carpentasse sibi, &c.

Carpentator, apud Petrum Canonicum in Actis S. Dympnæ Mart. n. 7.

Carpentaria, Locus ubi Carpentarii seu fabri tignarii operantur, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 55. Interdum ipsa Carpentarii ars, ut apud Firmicum lib. 2. Math. cap. 9. Vide Stephanum Tornac. Epist. 82.

CARPIA, *Carpita*, Linamentum, seu linteum *carptum* quod vulneribus inditur, μοτὸς, Græcis Medicis, vel λιτὸς μοτὸς, nostris, *Charpie*, vox Chirurgis nota. Gloss. Lat. Græc. *Carpia*, ῥυπαρὸς πῖλος, sordidum vellus. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophist. *Tilptalium, linteolum minutissimè carminatum, sive carpia.* Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 369. Et de modo usurar. p. 881. & Octav. Ferrarium in *Carpia.*

Carpita eadem notione. Regula Templariorum cap. 70. *Carpitam habeat in lecto, qui sacco, culcitra vel coopterio carebit.* Academicis Cruscanis *carpita*, est *un apparato di tavola vile, con posto di materie grosse di lana, e di pezze, di diversi colori.* Ejusmodi olim fuisse Carmelitarum pallium, atque *Carpitam* pariter appellatum, ex Pseudo-Cyrillo & aliis, pluribus ostendit vir doctissimus Daniel Papebrochius ad 8. April. pag. 798. 799. Vide *Cartica.*

CARPISCULUS, Calcei barbarici species, unde fortassis nos *Escarpins* hausimus. Vopiscus in Aureliano: *Superest P.C. ut me etiam carpisculum vocetis? quod cognomen deforme videbatur; carpisculum enim genus calceamenti esse satis notum est.* Vide Casaubonum & Salmasium ad hunc locum.

Est etiam *Carpisculus* vox Architectorum, in veteri Inscriptione, quæ extat Viennæ Allobrogum: DD. FLAMINICA VIENNÆ TEGULAS ÆNEAS AURATAS CUM CARPISCULIS ET VESTITURIS BASIUM ET SIGNA CASTORIS ET POLLUCIS CUM EQUIS ET SIGNA HERCULIS ET MERCURII D. S. D.

CARPITUS, Papiæ, *Fundus qui in campo est.*

CARPLEGAZARE. Ugutio: *Oblinere, inficere, deturpare, quod vulgo dicitur carplegazare.*

CARPORARE, *Sauciare, ferire,* Ugutioni.

CARRÆ, *Carri,* Cæsari & Hirtio, sunt currus, quibus vehuntur impedimenta exercitus. Idem Cæsar à Gallis creditur hanc vocem in Latium intulisse, quamvis ante Cæsarem etiam Varro usurpaverit.

Carræ, pro ipsis impedimentis, in Capitulari Caroli Magni an. 807. cap. 3. Edit. Baluzianæ, semel ac iterum. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 19. *Cumque die quodam non longè ab Ascalone circumvagantes Franci prælium exspectarent, invenerunt illic non minimam prædam de bobus & camelis, ovibus & capris. Quam carram cum juxta tentoria ——— congregassent, jusserunt sub edictis Principes nostri ——— secum minari.* Idem lib. 3. cap. 18. *Tria nempe vexilla pretiosissima, quæ Stendars nominamus, ab eis excusserunt: utensilia etiam multiformia, culcitras & pulvinaria. Carram quoque multam cum sarcinis nostri reduxerunt, camelos videlicet 300. asinos 500.* Vide infrà *Cariagium*.

Carrum neutro genere passim etiam usurpant Scriptores ævi inferioris. Gloss. S. Bened. *Carrum*, ἅμαξα. Glossæ Græc. Lat. κάῤῥον, *Carrum*. Alibi: κάῤῥον, *Ræda.* Pollio in 30. Tyrannis: *Carra venientia digito salutari repulisse dicitur.* Stephanus Tornacensis Epist. 228. *Vehiculum ad te mittimus, quod forsitan à quadro, d mutato in r, propter numerum rotarum Quarrum appellamus.* Lex Burgund. addit. 1. tit. 1. cap. 4. *Viam in actum, hoc est, ubi carpenta vel carra ducuntur.* Capitulare Arechis Principis Beneventani §. 11. *Si quis in silva propria plaustrum, quod vulgò Carrum, honustum lignis cum bubulis deprehenderit.* *Carrum ferratum*, apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 61. Vide Frotharium Tullens. Epist. 27. & Chronic. S. Benigni, &c.

Carra. Capitul. 2. an. 813. cap. 10. *Ut Regis spensa in carra ducatur, &c.* In tit. *De dispensa Regis & Optimatum in carro ducenda.* Adde Capit. an. 821. cap. 2. Miracula S. Ludgeri Episcopi Mimingardensis num. 23. *In una carra mater simul & filia posita ——— ad nostram Ecclesiam adductæ sunt.*

Carrale. Præceptum Theoderici Regis Franc. apud Mabillon. de re diplomat. p. 471. *Ipso telonea de omnia carra ipsius Monasterii Domni Dionysii, tam Carrale, quàm navigale, &c.*

Carta, infrà in *Caregare.*

Carraria opera. Capitulare Aquisgran. an. 789. cap. 79. & lib. 1. Capitul. cap. 75. *Et tria carraria opera licet fieri in die Dominico, id est, hostilia carra, vel victualia, vel si fortè necesse erit corpus cujuslibet duci ad sepulcrum.*

Carrum, majoris Candelabri in Ecclesiis suspensi species, quòd *Carri,* seu currus speciem referret. Vetus Inquesta apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ p. 1166. *Dant lampades illas quæ ponuntur in plaustro sive carro, quod est in choro B. Mariæ.* Infrà: *Credo quòd Archiepiscopus dat ipsas lampades & oleum, & Canonici sancti Georgii accendant vel accendere faciant ipsas lampades, & volvant & volvere faciant ipsum Carrum.*

CARRACA, Navis oneraria, Italis *Carraca*, nostris *Carrache.* Epistola Paschalis Minoritæ apud Waddingum an. 1342. num. 10. *Et pòst Venetiis ascendentes quamdam carracam, transivimus per mare Adriaticum.* Vide *Carica.*

CARRACENSES, Hæretici, quorum mentio fit in Constit. Friderici I. de Hæretic. à *Carrazo* Lombardiæ oppido fortè dicti.

CARRACUTIUM. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 12. & ex eo Gloss. Arabico-Lat. & Papias: *Vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum,* Gloss. Sax. Ælfrici: *Carracutium*; heh-hƿiolaðƿen.

CARRADA, *Carrata*, onus *Carri*, quantum *Carro* vehi potest: Occitanis *Carrado*, Gallis *Charetée*, vel *Charrée*, ut est in Consuetudine Hannoniensi art. 105. Charta Caroli Calvi pro Monasterio S. Germani Parisiens. *De melle quinetiam carrada una ex modiis octo, cum solita cera.* Charta Alemannica 83. ex Goldastinis: *Et de pratis ad unam carradam.* Chronicon S. Benigni: *Prata ubi secantur carra fœni quinquaginta.* Donationes Salisburgenses c. 12. *Sigebertus dedit ibi prata ad 30. carradas.*

Carrata, & *Carada*, Dolii vinearii seu alterius liquoris species. Usatica MSS. Vicecomitatus aquarum Rotomagi, ubi de Teloneis vini: *Pour le tonnel de Rochelle 5. sols: pour le tonnel que on appelle charetée 7. sols: pour la pippe 2. sols, &c.* Anonymus Hasenrietanus in Episcopis Eystetensibus: *Ego quidem de vino nihil habeo, nisi unam parvulam carradam, quam dedit mihi fides meus Augustensis Episcopus tantùm ad sacrificium.* Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. in Præfat. *Octo vini carradas ad commeatum Fratrum esse collectas.* Vita Godefridi Campebergensis cap. 54. *Sed & ripa Rheni dimidiam vini carratam ad festivè celebrandam ejusdem Apostoli Assumptionem deputavit.* Adde Miracula S. Ursmari n. 23. Cæsarium Heisterbach. lib. 10. cap. 13. Vita Balduini Lutzemburg. Archiepisc. Trevir. lib. 2. cap. 11. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 779. Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis pag. 187. Annales Colmariens. san. 1292. 1302. Chronicon Montis Sereni an. 1174. 1189 1202. Chronicon Trudonense lib. 6. pag. 412. Duchesnium in Hist. Limburgensi p. 9. Joannem Noppium in Hist. Aquisgranensi lib. 1. q. 62. &c.

Karrata, eadem notione apud Monachum Sangall. in Carolo M. lib. 1. cap. 17. *Duas Karratas talibus caseis plenas ad Aquasgrani mihi dirigere ne prætermittas.*

Quarrada, in Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656. *Et inde inpostea de unaquaque quarrada de melle persolvant partibus S. Dionysii solidos duos: & unaquaque quarrada de garancia similiter solidos duos.*

De Carradeci pro *de Carradis*. Charta Chlodovei III. Regis apud Mabillonium: *Ubicunque telleneùs, portaticus, rotaticus, vel reliquas reddebutionis à judicebus publecis exigebantur de carradeci qui hoc inferre videntur, ad missus ipsius basileci nullatenus requireretur, nec exigeretur, &c.* Infrà: *Et de ipsa carradeci qui hoc inferre videntur, &c.* Alia Chilperi i an. 716. *Vel reliquas redebutionis, quod à judicibus publicis exigetur de carra eorum qui hoc inferre videntur.*

CARRARIA, idem quod *Carrata*, vel *Carrada.* Joannes Abbas S. Maximini in Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis n. 75. *Pro carraria vini, inquit, non sic attaminatum vellem.* Mox: *Vascula hujusmodi carraria una vini possunt acquiri.* Vide *Carrada.*

Carraria via. Vide *Via*, & *Carreria.*

CARRARIA, Lapidicina, nostris *Carriere.* S. Augustinus Serm. 2. de Vita & Morib. Clericor. *Emerat*

rat de ipsa pecunia Xenodochii quandam domum in carraria, quam sibi existimabat propter lapides profuturam.

Quarraria & *Quadraria*, eadem notione, in Monastico Anglic. tom. 2. p. 8. 133. 777.

Carraria. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 54. *Et adduxerant carrarias multas plenas lignis siccis, sulphure, lardo, oleo, axungia & pice liquida madefactis, &c.* Infrà: *Quare ipsas carrarias sic undique accensas &c.*

CARRATA. Vide *Carrada.*

CARRATH. Charta an. 1287. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 40. *Fratrum verò consortio altera dimidia Carrath vini cum alleciis & ovis cedet singulis annis de suis possessionibus tempore subnotato.* Idem videtur quod *Carrada vini.* Vide in hac voce.

CARRATIUM, Paxillus quo sustentatur vitis: nostris, *Escharas*, seu *Eschalas.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 24. *Si quis palum, quod est carratium, de vite tulerit &c.* Vide *Escara.*

CARRECTA, *Carrectum, sepes,* φραγμὸς, in Gloss. Gr. Lat. fortè pro *Cataracta.*

Carrecta, Caretta, Currus duobus constans rotis, *Birota*, Gall. *Charrete.* Tho. Walsinghamus in Henrico III. *Nullo profectò negotio reversus est, currus, carectas, & plaustra perdens numero 50.* Charta Eddvvardi II. Regis Angl. tom. 2. Monastici p. 103. *De libero transitu cum plaustris, carectis, & equis ultra terras ipsius.* Additamenta ad Matth. Paris: *Capiuntur carectæ Clericorum ad transvehendum victualia.*

Carrecta dominica, quæ ad dominum manerii pertinet, vel ad colonica ejus negotia perficienda. Articuli observandi per provisionem Episcoporum Angliæ: *Quandoque etiam carrectæ & equitaturæ dominicæ Prælatorum, Religiosorum, aut Clericorum in itinere publico, in mercatis, & aliquando in sanctuariis capiantur & abducantur.*

CARRECTARIUS, Auriga, Gall. *Charretier.* Tho. Walsinghamus in Edvv. II. *Et prædicavit—— quòd Edvvardus qui modò regnat, non erat Regis filius, sed cujusdam Carectarii dolosè subintroductus ad Reginam.* Monast. tom. 1. pag. 419. *Carrectarii eorum habent à granetario singulis duabus unum panem.* Describitur officium *Carrectarii* in Fleta l. 2. c. 85.

CARRECTATA, Gallis *Charretée*, quantum *Carrecta* continet. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 419. *Duas carrectatas fœni cum uno equo cariandas.*

Carrectata terræ, Modus agri: cujusmodi autem fuerit, docet vetus Charta apud Edvv. Cokum ad Littletonem sect. 95. *Quòd cum ipsa teneat de ipso duas carrectatas terræ in Coningston per homagium & servitium militare, unde duodecim carucatæ terræ faciunt unum feodum Militis, &c.*

CARREDA, *Carredum, Carregium, &c.* Vecturæ onus quod vassalli domino exolvebant, Carropera. Charta Beatricis Comitissæ Cabilon. an. 1180. apud Francisc. Chiffletium: *Et in universa terra ejus non habeo talliam, vel porcellagium, vel besenagium, vel messionagium, seu annonagium, vel carredum.* Et infrà: *Dictum est præterea quod in carredo Prioris, quo vinum de vineis suis, aut alienis ad usum Monachorum de partibus Cabilonensibus adducere solet, non debeo pedagium accipere.*

Carreda, in Charta Philippi Reg. Fr. an. 1170. apud Perardum in Burgundicis p. 244.

Carretum. Tabularium Monast. Longipontis in diœcesi Paris. *Dom. Guido Trossellus--- dedit Deo & S. Mariæ de Longoponte consuetudinarium carretum, & fossatum de Ver, quæ pater suus & idem ipse in eadem villa habuerant.*

Carreium, idem quod *Carredum.* Charta Henrici II. Regis Angl. to. 2. Monastici Anglic. *Item ab operibus castellorum & parcorum, pontium clausuris, & omni carreio & summagio & navigio, & domuum Regalium adificatione—— liberi sint.* Tabularium Majoris Monasterii: *Dimisit consuetudines omnes quas habebat in terra de Loiri, vicariam scilicet & commendisiam, & carreium.* Tabularium Lascar. apud Marcam lib. 5. Hist. Benharn. c. 11. *Liberaverunt totum proprium honorem S. Mariæ de tot carreii, & de toto damno, & de tot carnal, & de toto opere.* Consuetud. Solensis tit. 10. art. 11. *En carreys ne autres manobres, no son tengus de anar, &c. Charroy*, in Consuet. Burbonensi art. 339. Arnernensi c. 17. art. 15. 16. c. 25. art. 18. Marchensi art. 430. &c. Charta Stephani Comitis Burgundiæ & Autisiod. an. 1229. apud eundem: *Li hommes d'Auxonne doivent au Seigneur l'ost & la chevauchie, & le charroi en la chevauchie.*

Carregium, in Concilio Bituricensi an. 1031. c. 15. & Burdegal. an. 1255. c. 29. Tabularium Vindocinense Ch. 104 *Terra de Musteriolo, quæ fuit Odonis Rufini, recta commendisia est Comiti de foduro & carregium.* Infrà: *Ad Moncellum omnem consuetudinem habebat, tensamentum, carregium, vicariam.* Notitia Radulphi Vicecomitis Thoarcensis, in Tabulario S. Cypriani Pictav. fo. 35. *Neque bidannum, neque plaustra hominum, hoc est charragium, &c.* Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1377. *Valeat imponere fodra, & taleas, rogias, & caregia, quæstas, &c.* In alia ejusdem anni: *Fidelitatibus, homadiis, rogidiis, carigiis, indictionibus, &c.* Joann. Villaneus lib. 8. c. 58. *Onde il careggio del Re, che adduceva la vinanza, per li sfondati camini non potea venire.*

Caragium. Charta Gaufridi Comitis Andegav. ann. 1048. pro fundatione Abbat. O. SS. *Totum vinagium, & totum caragium boum & asinorum, &c.*

Carrale, idem quod *Carredum.* Privilegium Caroli M. pro Abbatia S. Germani Paris. apud Aimoinum lib. 5. cap. 1. & Willelm. Hedam in Rixfrido Episcopo: *Nec de navale, nec de carrale, neque de saumis—— teloneus exigatur.* Tabular. S. Petri Generensis, apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 4. *Census autem hic est, semel recipere Abbatem in anno, & 6. solidos intertio anno, & ire carrale.* Fori Bigorrenses art. 14. *Liberi pacem habeant, & ter in anno in Karrali Comitali vadant.* Id est, vectura, quæ Comitem Bigorræ pertinet. *Carralia opera*, quæ ad carris & plaustris erercentur. Capitula Caroli M. l. 1. cap. 81. *Tria carralia opera licet fieri in die Dominico, id est, hostilia carra, vel victualia, vel angaria, & si fortè necesse erit corpus cujuslibet ducí ad sepulcrum.* Fori Bigorrenses art. 13. *Si in proprios usus vinum proprium habuerit, aut collo deferat, aut Karrali. Charral de vin*, in Statutis Metensibus tit. 2. art. 18.

CARREIARE, Carro vehere, *Charriere* Statuta Guidonis Archiep. Narbonensis ann. 1260. cap. 4. *Opera servilia non exerceant* (diebus Dominicis) *nec lignea, bladum, vel fœnum, vel paleas—— transferre, seu juxta vulgare quod dicitur, carreiare, non præsumant.*

CARRERIA, Via: sed illa propriè per quam *Carrus* transire potest: Ἀμάξιτος, ἡ δημοσία ὁδὸς, in Glossis MSS. Κατημαξευομένη ὁδὸς, Constantino Porphyrog. Gloss. Lat. Gall. *Exorbita, Charriere. Carrera*, in Foris Beneharn. *charran*, in Consuetud. Inculismensi art. 88, *Charrirre*, in Bononiensi art. 176. *Carriere*, in Claromontana art. 228. ubi *Carreria* dicitur esse via lata 8. pedum, per quam *carreta* potest transire. *Carriero, Carrairou, & Carrairol*, via, semita, Occitanis. *Via carraria* apud Innocentium III. PP. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 242. Charta Odonis Regis apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 749. *Si infra istam villam, vel carrerias ejus Hostellenses vel Hispani fuerint, &c.* Charta Willelmi D. de Montepessulano ann. 1188. *In latitudine durat ab ipso muro novo usque in carreriam publicam, quæ est ante ipsum planum, quæ carreria vadit de*

de camino introitus portalis S. Guillelmi usque ad Perronem. Secunda Curia Generalis Barcinonæ habita ann. 1299. à Jacobo II. Rege Aragon. *Et per quoscunque caminos & carrerias voluerit ire, &c.* Consuetudines Tolosæ part. 1. *Si aliquis res mobiles in Tolosa publicè, in carreria publica, vel in foro, vel in die fori, &c.* Part. 4. Rub. de Ædificiis: *Si quis aulam lapideam ex parte carreriæ solerium de novo ædificare voluerit, &c.* Charta Hispanica æræ 1298. apud Bivarium: *El Monasterio——que es en termino de Toledo, cerca de los molinos de Santa Trinidad——à un lado de la carrera, que va para Talovera, &c.* Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

Quant Mestre Amauri adreça
L'Engignor, le vaillant ome,
Si la fraut & mist à some,
Que mors cai en la karriere.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Si vit venir Amy par la charriere.

Vide Chronicon Ecclesiæ S. Pauli Narbonensis ann. 1388. Opuscula Joannis Columbi pag. 56. 443. Catellum in Comitib. Tolosanis pag. 229. Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 109. &c.

Charroneria, eadem notione. Charta ann. 1270. in Prob. Hist. Monmorenciac. p. 119. *Quòd via publica de strata seu Charroneria quæ ducit ——usque ad Pontem, &c.*

Charreria, in Gestis Guillelmi Majoris Episc. Andegav. cap. 27. videtur sumi pro ea navis specie, quam *baccum* appellamus, quâ homines se & res suas in fluviis transvehunt, defectu pontis. Adde pag. 312. Vide *Via carraria.*

CARRETA, Biga. Gall. *Charete.* Sugerius in Ludovico VI. pag. 313. *Et carri & carretæ aquam & vinum fessis & sauciatis deferentes, &c.* Charta ejusdem Ludovici Regis Fr. an. 1118. apud Doubletum: *De rheda, id est, carreta, 2. nummos.*

Carreda, eadem notione. Chronicon Joan. de Beka: *Carredas deferentes Episcopo necessaria captivarunt.* Vide *Carecta.*

CARRETUM, Præstatio *Carreti*, seu *Carretæ*, nostris *Charete.* Charta an. 1248. in Bibl. Cluniac. p. 1515. *In quolibet homine tenente hospitium unam quartam avenæ, & in crastino Nativitatis Domini unum panem panetariæ, & gallinas, & carretum.* Charta Philippi Augusti an. 1185. pro oppido Ferrariensi, apud Morinum in Hist. Vastinensi: *Absque roagio & messione servientium, & carreto.* Vide *Carredum.*

Carretum. Charta Mauricii Episcopi Parisiensis ann. 1104. in Tabul. S. Victoris: *Robertus de Chala dedit 5. sol. super cameras quas habebat retro domum suam, quæ est in carreto Alrici. Carretum*, hoc loco, est quod Galli dicunt *Carré*, locus quadratus, qui vulgò Andibus *Closerie*, sæpibus undique incinctus. Joinvilla in S. Ludovico: *L'un des Admiraux d'un Souldan estoit venu fauciller & degaster les blez d'un Karet estant illeques prés.*

CARRICARE, *Carrigare.* Carro, seu curru vehere, *Charier.* Capitula Caroli Calvi tit. 31. c. 29. *Quidquid eis carricare præcipitur de opera carroperæ, quando illam facere debent, sine ulla differentia carricent.* Chronic. Laurishamense an. 777. *Viam integram ad carricandum, sive itinerandum habere debeant.* Anonymi Chronicon editum à Raphaële *de Beauchamps* an. 1224. *Unum etiam peroptimum vini dolium ad nos usque carriari fecit.*

Carigare. Capitulare de Villis cap. 30. *Es unde caria in hostem carigari debent.*

Carricaturæ, Carrorum operæ, in Capitul. Caroli Calvi tit. 23. cap. 4. *In carricaturis & paraveredis contra debitum exigendis.*

Carrigatio. Concilium Parisiense VI. lib. 1. can. 50. *Nec in sancta venerabili die* (Dominica) *mercatus, placita, & ruralia quæque opera, necnon & quaslibet carrigationes ullius conditionis homines facere præsumant.* Walterus Episcopus Aurelian. in Capitulis: *Ne mercata diebus Dominicis, aut carrigationes fieri permittant. Servitia quadrigandi*, in Charta Odonis Archiepiscopi Rotomag. an. 1266.

CARRICA, *Carica*, Navigii species, navis oneraria, Gallis *Vaisseau de charge*, unde fortè nomen. Thomas Walsingh. in Ricardo II. p. 246. *Circa præsens advectæ sunt trieres Southamponam, quas Caricas alii vocare solent, referta multi generis speciebus, & vinis, aliisque divitiis.* Idem p. 322. *Obviat quippe magnis coggonibus & 6. carricis refertis vini speciebus, pannis aureis, &c.* Rursum in Henrico V. pag. 394. *Galli conduxerant classem magnarum navium, caricarum, & galearum, quæ regnum Angliæ molestaret.* Vide *Carraca.*

Carica. Vetus Gloss. Lat. Gall. *Carica. Dace.* Italis *Carica*, est onus.

Carricare, Onerare, quasi carro onus imponere, nostris *Charger*; Italis *Caricare, Scaricare.* Glossar. Arabico-Lat. *Carrico onero.* S. Hieronymus part. 2. tract. 2. Ep. 36. & lib. de Scriptoribus Eccles. de Origene. *Majoribus oneribus carricabat se.* Anonymus Barensis in Chronico an. 1062. *Perierunt tres naves quæ pergebant carricatæ Constantinopoli.* Regula Magistri c. 50. *Et dum fuerit unde indigenti detur, super bona acta carricentur & bene facta.* Et c. 59. *Si carricati in dorsis suis gravibus oneribus non vadunt.* Eadem notione in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 5. §. 2. l. 8. tit. 4. §. 9. in Lege Longobard. l. 3. tit. 12. §. 1. apud Ruffinum l. 3. de Vitis Patrum n. 73. Theodericum Monachum de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. in Præfat. n. 2. Agobardum l. de Grandine extremo. Hinc. *Excarricare, Exonerare*, onus deponere apud Magistrum in Regula c. 1.

CARRICIUM, pro exactione indebita. Vid. in *Letum.*

CARRIGIUM. Vide *Carerrædum.*

CARRINA. Vide *Carena.*

CARRIOLA, Italicum *Carriola*, Gallis *Cariole.* Parvulus currus. Papias: *Petorica, carriola, vehicula feminarum.*

CARRITUS, ex Gall. *Charroi.* Chronicon Besuense p. 618. *Alias verò consuetudines facerent, excepto carrito vini de Gibriaco.*

CARROBIUM. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 98. *Episcopus quidem* (Nivernensis) *carrebium, quod apud villam Melled, & apud Monasteriolum de more reposcebat, ex integro vverpivit.* Videtur vox orta ex Gallico *Charroi*, onus carri. Aliud sonat *Carrobio* apud Italos: de qua voce Oct. Ferrarius.

CARROCIUM, *Carrocerum*, Gloss. Gr. Lat. καρούχιον, *Rheda.* Ita autem appellabant Itali, vexillum totius exercitus præcipuum, quod in curru impositum, à quatuor boum jugis trahebatur, & magnâ curâ in præliis à lectis militibus servabatur, cùm carrocio exui in signis probri loco per ea tempora haberetur, ut ait Sigonius lib. 11. de Regno Ital. Matth. Paris an. 1236. *Cum standardo suo, quod carrucam vel carrochium appellant, -- perrexerunt.* Fridericus Imp. in Epist. ad Comitem Suession. to. 5. Spicilegii Acheriani p. 569. de carrocio Mediolanensi: *Cum vexillo S. Ambrosii, quod miro artificio egregiæ molis & altitudinis ferebant in carrocio, quem juga boum non pauca trahebant.* Idem in alia Epistola de eodem carocio, apud Freherum tom. 1. p. 237. *Venit populus cum carocio quod apud nos Stendart dicitur.* Ubi perperam editum *bareocio.*

Carrocii inventionem Heriberto Archiepiscopo Mediolanensi, qui circa an. 1124. vivebat, adscribit auctor Manipuli florum, & ex eo Corius in Hist. Mediolan. part. 1. *Carrocerum* (Corio *Carrocio*) *quoque excogitavit. Est autem carrocerum currus quidam admirabilis, per circuitum à summo deorsum scarlato vestitus In cujus medio est arbor procera contingens cælum: quam quatuor viri portare non possunt, quæ à frequentia virorum*

quentia virorum recta tenetur, funibus hinc inde protactis. In summitate arboris est crux aurea splendens nimio fulgore, sub cruce est vexillum album cruce rubea insectum. Hunc currum quatuor juga boum trahunt, qui serio albo cum faleris cum rubea cruce per medium sunt cooperti. Magister carroceri est vir honorabilis, quem civitas, ense, lorica, ac continuis stipendiis dotare tenetur. Insuper Communitas tenetur providere de Capellano, qui juxta carrocerum semper Missam celebret, & vulneratis det pœnitentiam. Hic etiam magno stipendio per Communitatem dotari debet. Sunt insuper octo civitatis tubicines, cum totidem militibus deserariis. (f *destrariis*) *quibus Communitas providet de duobus tentoriis & salario militibus consueto.* Describitur præterea pluribus à Burchardo Notario in Epist. de Excidio Mediolanensi p. 237. ab Antonio Campo in Hist. Cremonensi ubi & ejus imaginem delineavit, & ab Oct. Ferrar. in *Carroccio.* A bobus etiam Mediolan. Carrocium tractum testatur Otto Morena in Hist. Rer. Laudens. p. 75. Boncompagnus in Arte Dictaminis MS. lib. 2. *Viri Mediolenses patres vestri in Imperium deliquerunt, unde civitas fuit tripartita in burgos, & lignorum strues, quam carrociam appellatis, prostrata subivit pudorem. Carrocii Mediolanensis* meminerunt præterea Petrus de Vineis l. 1. Epist. 8. l. 2. Epist. 1. 35. 50. Conradus Usperg. pag. 305. Matthæus Paris 296. Otto Morena pag. 69. &c. ut *Cremonensis*, Matthæus Westmonast. p. 341. Sigonius lib. 15. de Regno Ital. Matth. Paris pag. 499. *Paduani*, Rolandinus in Chronico lib. 3. c. 4. 7. l. 4. c. 9. l. 9. 2. *Veronensis*, Hieronymus d' *alla Cort.* lib. 5. & 6. Hist. Veronensis. *Florentini.* Joan. Villaneus lib. 6. cap. 77. Et Ricordanus Malaspinus cap. 164. ubi pluribus describitur. *Parmensis*, Albericus an. 1229.

Neque Itali tantùm ejusmodi vexillis usi leguntur. Nam Ottoni IV. Imp. tribuit *caroccium* Willelmus Brito lib. 11. Philipp. ubi describitur, ut & in Chronico Flandriæ cap. 15. Vide Bertholdum Constantiensem an. 1086. Regis Hungariæ corrocium bellè describitur à Niceta in Manuele lib. 5. num. 3. & Cinnamo lib. 6. c. 7. Saracenis carocium pariter adscribit Turpinus in Hist. Caroli Magni cap. 18. *In medio illorum* (Saracenorum) *erat plaustrum, quod 8. boves trahant, super quod vexillum rubeum illorum elevabatur, mos que erat quòd nemo de bello fugeret, quamdiu vexillum eorum erectum videret.* Denique Ægidius Monachus Aureæ vallis in Alexandro Episc. Leodinens. cap. 24. ejusmodi carrocium tribuit Duci Lovaniensi: *Captoque Ducis vexillo, dicto Gallicè* Standart *opere plumario à Regina Angliæ ei misso, quod fastu superbiæ quadriga boum ferebat.* Qua quidem Standardi appellatione ejusmodi vexilla donabant, ut infrà docemus.

Porrò *carrociis* nomina interdum peculiaria indita observo. Nam Cremonenses *Bertam*, vel *Bertazzolam* suum nominarunt, ut auctor est Sigonius lib. 18. de Regno Ital. Parmenses *Crevacerem*, seu *Biancandum* ut habent Sansovinus & Carrarius. Vide *Strandardum.*

Hodie *Carrocia* appellamus, currus suspensos, quibus vehimur, *Chariots branslans*, nostri olim, antequam id nominis vulgaretur: *Curre* ex voce *currus*, alii vocarunt. Nangii Continuator Gallicus MS. ubi de Caroli IV. Imp. & Caroli V. Regis Franciæ Congressu mutuo: *Et luy envoya la nuit du sabmedy un des Curres de son corps noblement appareillé & de chevaux blancs attelé.* In Hominiis Reginæ Siciliæ præstitis an. 1387. Dominus *de Mausson, quant le Seigneur ou Dame viennent nouvellement à Mirebeau, soit en curre, ou cheval, doit tavoir & prendre un cheval de curre, lequel qui luy plaira, ou celuy surquoy ils chevaucheront.* Poëta infimi ævi MS.

Car pour repos j'ay eu enfoulture,
Pour le beautemps j'ay engresleure.
Pour provision des pometes,
Pour chariot branslans, brouettes.

Carraxolum, *Caroxolum*, *Carazolum* apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium p. 69. 70. 73. 75. &c. pro *Carrocio*, seu vexillo. Adde Chronicon breve Cremonense edit. to. 2. Miscellan. Baluz.

CARROPERA, Servitus rustica, quæ carris & plaustris fieri debet, ut *manopera*, quæ manibus: *Carredum*, *Careium*, etiam in Chartis, uti suprà observatum. Capitula Caroli Calvi tit. 31. cap. 29. *Ut illi coloni, tam fiscales, qui sicut in Polypticis continetur, & ipsi non denegant, carropera & manopera ex antiqua consuetudine debent.* Et infrà: *Quidquid eis carricare præcipitur de opera carroperæ, quando illam facere debent, sine ulla difficultate carricent.* Chronicon Besuense: *ipsam terram —— hac conditione Monachi mihi reddiderunt, ut retenta corvata suis usibus —— alios jornales haberent, & carroperam & censum cum eulogiis.* Tabularium Dervense: *Carropera sic accipiet, ut manè progredientes cum carris & animalibus suis ad vesperum revertantur.* Alia Charta in eodem Tabul. *Carroperum quoque similiter semel in anno fiet, si necesse fuerit, à feria quarta usque ad diem Dominicam, & solummodo apud Breonem, & nusquam alibi: in hac quoque conventione, ut bos claudus sive cornu fracto, & vacca prægnans, & fœta tenera in carropera non eat.* Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1101. apud Perardum pag. 203. *Illam pravam consuetudinem quâ homines Ducis solebant—— homines sancti cum animalibus suis in corvatam, vel in carropera Ducis violenter adducere, amodo remitto.* Alia Rainoldi Archiepisc. Remensis an. 1094. *Omnia carropera, & opera castellorum, & omnes alias injustas consuetudines.* Vide Formulas Lidenbrog. cap. 61.

Carroperarii mansi, in Polyptico Floriacensi, qui debent *carroperas*. Occurrit ibi non semel *Habet in Varena mansos caroperarios 37. & sunt ex ipsis in beneficiis mansi 4. & 3. partes.—— solvunt mansi caroperarii in tertio anno unusquisque solidos. 5. & alios 2. annos unusquisque vervecem cum agno solvunt de annona inter totos annis singulis modios 109. arant ad hibernaticum unusquisque perticas 3. & ad tramisum 2. & in tertia ebdomada faciunt corvadam.*

Ejusmodi verò carrorum operis obnoxii dicuntur esse *Charroiables*, in Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 5. 10.

CARRUARE, Carro vehere, Gall. *Charrier.* Concilium Copriniacense can. 26. *Illi qui diebus Dominicis carruant cum bobus suis.*

Carruagium. Vide *Carrucagium.*

CARRUCA, *Caruca*, *Carrucha*, *Reda*, Honoratorum vehiculum opertum, in leg. un. Cod. Theod. & Justin. de Honorator. vehiculis. Ammianus lib. 14. *Alii summum decus in carrucis solito altioribus & ambitioso vestium cultu ponentes.* Paulinus Epist. 10. ad Severum: *Circumflui Senatores prosequebantur carrucis nutantibus, phaleratis equis, auratis pilentis, & carpentis pluribus, &c.* Ubi per *carrucas nutantes* expressit, ni fallor, *carrucas* hodiernas, quas *Chariots branslans* vocabant Galli nostri, seu currus suspensos. Acta Numidarum Martyrum: *Cùm ejusdem carrucæ vehiculo Marianus & Jacobus, & cum his ego viam communiter carperemus.* S. Fulgentius Homil. 56. *Dicuntur Imperatores terreni inter carrucas diversas, quarum sessione utuntur, habere carrucam, in qua nullus sedeat quæ vocatur Angelica. Ista carruca, non tantùm Angelica; sed & Dominica.* Vide S. Hieronym. ad cap. 66. Esaiæ.

Carruca, Sella curulis. Acta S. Julianæ Virginis Martyr: cap. 1. *Hæc audiens Eleusius, dedit munera Imperatori Maximiano, & successit Præfecto alii administranti, seditque in carruca, agens officium Præfecturæ.*

fecturæ. Ubi quidam Codd. habent, *curru*, alii *cathedra*.

Carruca, caruca, ſequioris ætatis Scriptoribus ſumitur pro aratro, Gall. *Charruë*. Lex Salica tit. 40. §. 1. *Si quis caballum, qui carrucam trahit, furatus fuerit*. Lex Aleman. tit. 96. *Si carrucam involat, aut rumpit rotas in prioriparte*. Vide Legem Rip. tit. 44. Epiſtola Gaufridi de Meduana tom. 2. Spicilegii Acheriani: *Decem aratra cum bobus, quæ Carucas vocatis, & terram duabus ſeſſionibus aptam ad laborandum dedi*. Matth. Paris. *Inquiratur in maneriis Religioſorum, quot ſint carrucæ propriæ ad colendum Dominicum*.

Caruca corveia. Charta an. 960. apud Hemereum in Auguſta Viromand. *Ter in anno ad generale placitum Domini præfatæ villæ convenirent, & ei bis in anno carrucam corveiam facerent*. Ubi *Carruca corveia* aliis dicitur *conſuetudinaria*, quæ à tenentibus domîno ſubminiſtratur ad arandas illius terras. *Extrinſecam* vocat Fleta lib. 2. cap. 76. §. 1. ad differentiam *intrinſecæ*, quæ ipſius domini eſt propria: *Cuſtumariam* cap. 84. Statuta Willelmi Epiſcopi Pariſienſis cap. 14. *Præcipitur, quòd commodationes carrucarum, quæ fiunt in feſtivis diebus, quibus fieri ſolent, per Sacerdotem fiant, ne in hoc aliqua inter commodantes interveniat confuſio*.

CARRUCAGIUM, Tributum quod ſingulis aratris pro regni negotiis imponitur. Hujuſce præſtationis nomen tum primùm auditum in Anglia. Occaſionem narrat vetus Scheda in Monaſtico Anglic. tom. 1. pag. 293. *An. Dom. 1013. Suenus Rex Angliæ ab Ailvvino Monacho admonitus eſt, ne à populo S. Edmundi, hoc eſt de Nortfolk & Southfolk, tributum exigeret: ſed Suenus eum non exoravit. Nocte Purificationis S. Mariæ S. Edmundus Suemum apud Gainesburg lancea ſua interfecit. Northfolcienſis & Southfolcienſis audito miraculo & nece Sueni Regis, dederunt S. Edmundo de qualibet carrucata terra in toto Epiſcopatu 4. denarios annuos, quod uſque modo ea de cauſa* Carucagium *eſt appellatum*. Ejuſmodi tributum revocavit rurſum Ricardus Rex. Guillelmus Neubrig. lib. 5. cap. 1. *Præterea Rex ſive pro liberandis obſidibus, apud Imperatorem relictis, ſive etiam in ſumptus belli cum Rege Francorum gerendi, tributum minus uſitatum univerſo regno indixit, à ſingulis ſcilicet carucatis indifferenter geminatum ſolidum exigens*. Eadem habet Brompton ann. 1193. Matth. Paris ann. 1200. *Non permiſit Vicecomitem colligere carrucagium in ſua diœceſi ad opus Regis*. Idem ann. 1224. & Matth. Weſtmonaſterienſ. *Regi —— conceſſum eſt per totam Angliam carucagium, de qualibet caruca 2. ſolidi argenti*. Ann. 1235. *Eodem tempore cepit Rex carucagium, ſcilicet duas marcas de caruca ad maritagium ſororis ſuæ*. Obtinuit etiam Carucagium in Campania Gallica. Computum Bladorum terræ Campaniæ ann. 1348. *Des Charrucs de Sainte-Mannehout, c'eſt aſſavoir de chaſcun bourgeois de ladite ville qui laboure de ſa propre beſte, un ſextier d'avoïne à la meſure de Troyes au jour de la S. Remy, &c.*

Carrucagium interdum ſumitur pro ipſa immunitate à tributo carrucagii. Raſtallus: *Caruage, hoc eſt, quietum eſſe, ſi dominus Rex talliaverit totam terram ſuam per caruas. Nota quòd un carue de terre eſt un plovvland*. Vide Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 922.

Carrucagium ſumitur etiam ſæpe pro terris quæ aratro & *caruca* coluntur. Ita *charuage* uſurpat Conſuetudo Vitriacenſis art. 56. Diploma Theobaldi Campaniæ Comitis an. 1224. *Primogenitus haberet illud caſtellum & feoda illius caſtelli, & carrucagia, prata, & vineas, aquas & ſtagna quæ ſunt parochiarum illius caſtelli*. Regeſtum feodor. Campaniæ fol. 89. *Feodum domus ejus ſuper Alvam, & carrucagium ejus, & homines ejuſdem villæ*. Fol. 72. *Guermundus de ſancta Menoldi ligius de domo ſua, & de carruagio ſuo, quæ ſunt apud Dampetram*.

CARRUCATA, Tantum terræ, quantum uno aratro coli poteſt in anno, *à plough-land* dicunt Angli. Matth. Paris an. 1251. *Vix duas terræ carrucatas dignoſcitur habuiſſe*. Charta Balduni Franciæ Cancellarii an. 1047. apud Hemereum in Auguſta Viromand. *Habetur ergo ibi terra quantum carrucæ ſufficit ad laborandum*. Alia Othonis Comitis Viromand. apud eundem: *Cum terra arabili, quantum ſatis eſt tribus carrugiis*. Charta Henrici Regis an. 1036. apud Loiſellum in Hiſt. Bellovac. *Arabilem terram quantum uni carrucæ per totum annum ſufficere poſſit*. Charta Henrici V. Regis Angl. tom. 2. Monaſt. Angl. pag. 968. *Terra ad unam carrucam*. Vide Silveſtrum Giraldum lib. 2. Itiner. Cambr. cap. 1. Lambertum Ardenſem pag. 152. 154. Hiſt. S. Martini de Campis pag. 330. 366. 408. 509. Specilegium Acherianum tom. 13. pag. 289. &c. Scriptoribus Gallicis, *Caruée de terre* dicitur, Littletoni ſect. 262. & in tom 2. Monaſtici Angl. pag. 214. In Regeſto Feodor. Franc. fol. 73. *Othon de Encre homme tient charuée de terre à Groſſe-foreſt*. Cujusmodi autem & quotæ quantitatis fuerit apud Anglos *carucata*, docet Charta Ricardi I. Regis Angliæ tom. 2. Monaſtici pag. 107. *Et circa locum illum viginti carrucatas terræ, ſcilicet unicuique carrucatæ ſexaginta acas terræ, ad perticum noſtrum, videlicet viginti quinque pedum*. Apud Edvv. Cokum, & in Charta, quæ habetur tom. 2. Monaſt. Angl. pag. 25. *duodecim carucatæ faciunt unum feodum Militis*. Fleta lib. 2. cap. 72. §. 4. *Cuſtagia carrucarum ſciri poterunt per hanc rationem, ut terræ ſint tripartitæ, tunc nonies 20. acræ faciunt carucatam, eò quòd 60. in hyeme, 60. in quadrageſima, 60. in æſtate pro vvarecto debent exarari. De terris verò bipertitis, debent ad carucam octies 20. acræ computari, ut medietas pro vvarecto habeatur, & medietas alia in hyeme & quadrageſima ſeminetur*, Charta an. 9. Ricardi I. *Qui electi fuerant & conſtituti ad hoc negotium Regis faciendum, ſtatuerunt per æſtimationem legalium hominum, ad uniuſcujusque carucæ vvainagium centum acras terræ*. Vide *Hida*.

CARRUCIA, *Gemma marini cancri coloris*. Ugutio.

CARSAMATIUM, Eunuchus, ſpado. Luitprandus lib. 6. cap. 3. *Obtuli mancipia quatuor carſamatia Imperatori nominatis omnibus gratioſora. Carſamatium autem Græci vocant amputatis virilibus & virga Eunuchum, quos Verdunenſes mercatores ob immenſum lucrum facere ſolent, & in Hiſpaniam ducere*. Lipſius Cent. 3. Epiſt. 44. & Spelmannus à *garço*, ſeu *garcio*, noſtris *Garçon*, vocem effictam augurantur. Quod ſi ita eſt, Eunuchos voce barbara ut imberbes, cujusmodi ſunt *Garciones*, appellaverint Græci. Sed aliunde videtur originatio petenda, cùm vox *Garcio* efferatur per g. Vide Gloſſar. med. Græcit. in Καρτζαμάδες.

CARTA, pro *quarta*, vulgo *Quarte*, menſura frumentaria. Tabul. S. Flori in Arvern. *Unam cartam ſiliginis & unam cartam frumenti*. Alibi, *cartones ſiliginis, &c.* Notat Ughellus tom. 7. Italiæ ſacræ pag. 485. diœceſim Salernitanam dividi in 16. partes, quas hîc *cartas* vocant, ſeu Archipresbyteratus. Ubi *Cartas*, pro *quartas*, dici opinor, id eſt, regiones, noſtris *Quartiers* Vide *Quarta*.

CARTA *decada*. Anaſtaſius Bibl. in S. Silveſtro PP. pag. 15. *Cartas decadas 150. aromatum lib. 200. Nardini olei lib. 200*. Infrà: *Hybromias præſtans ſolidos 450. cartas decadas 200. aromata caſſiæ lib. 50*. Ubi quidam Codices MSS. habent *chartas decadas*: alii, *Cartha decadas*: alii denique *catedrechadas*. Quæ verba Salmaſius ad Hiſt. Aug. de *Chartarum ſcapis* accipienda cenſet. Eſt autem *ſcapus*, ut habet Iſidorus in Gloſſ. *certus numerus tomorum chartæ non ſcriptæ*: ita ut ſinguli

guli scapi chartarum eo ævo non plures quam decem plagulas contineret, & singulæ chartarum decuriæ scapum unum efficerent. Nam res aliæ multæ per decurias venundari solebant. Trebellius Pollio in Claudio: *Pellium tentoriarum decurias triginta.*

CARTALAGIUM. Charta an. 1200. in Histor. S. Barbaræ Lugdun. pag. 130. *Salvis usagiis dictorum vavassorum intra villam, ut est in fornagiis, leclis. cartalagiis, & aliis usibus mercati.* Vide *Quartagium.*

CARTALARIA. Tabularium Brivatense an. 1288. fol. 196. *Erat enim quæstio & controversia ——super jurisdictione, justitia, & districtu cartalariæ Brivatensis.* Infrà: *Cùm ab antiquo Cartalaria Brivatensis sit & teneatur in 4. locis, &c. Item in diebus sabbatinis, & in diebus nundinarum fiat & teneatur cartalaria in foro Brivatensi, & ubicunque ibi bladum communiter vendatur, jure Cartalariæ fungetur, &c.* Et fol. 197. *Cartalarii, scilicet illi, qui exercent officium Cartalariæ nomine Capituli, ad hoc specialiter deputati.* Vide *Quarta, Quartagium.*

CARTALATA, seu *Quartalata* Modus agri, quartam aripennis partem continens. *Quartelée de terre*, in Consuetud. Burbonensi cap. 36. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 19. *Et in alio loco in ipsa villa, ubi appellant Ad Bargim, unam cartalatam terræ, & terminatur via publica in circuitu, &c.* Tabular. S. Dionysii de Capella diœcesis Bitur. Ch. 104. *Cartalata terræ, eminata terræ, sextariata terræ.* Hist. Abbatiæ Condomensis p. 476. tom. 13. Spicil. *Dedit B. Petro —— unam concadam de terra & dimidiam, & unam cartaladam adfontem de Pisol.* Tabularium Abbatiæ S. Joannis Ambianensis. fol 394. *On fait prendre, lever & emporter toutes les dismes des ablaiz cruenes en sept couartées de une piece de terre contenant 10. journeux.* Vide *Quartarium.*

CARTALIS. Vide *Quartalis.*

CARTALATA, *Cartaronum.* Vide *Quartalata.*

CARTANENSIS *moneta.* Albertus Aq. lib. 2. Hist. Hierosl. cap. 35. *Pacti sunt ei dare 15. libras Cartanensis monetæ. Cartensis* dicitur Raimundo *de Agiles* p. 165. *Pictavini, Cartenses, Mansei, Lucenses, &c.*

CARTARIUS. Vide *Quartarius.*

CARTATORIA, Charta an. 1027. apud Ughellum tom. 7. pag. 594. *Debent dare omni anno tempore vindemiarum octo laurnas de musto mundo, quorum quæque habeat octo languenas justè cartatorias, & puteolum unum quod exierit de terra, cum vinea ejusdem Monasterii quæ dicitur esse in loco Grancoario, & intra ipsam terram cum vinea, faciendum quod voluerit.*

CARTBOTE, ex Angl. *Cart*, carrus, & *bote* compensatio, reparatio, &c. Vide in *Housebote.*

CARTEIA, ex Gallico, *Chartée*, seu ut efferunt Belgæ, *Cartée. Carteia piscium, Carteia carnium, Carteia lanæ, &c.* in Charta telonei S. Bertini, in Tabulario ejusdem Ecclesiæ.

CARTELLANA, Cartilago. Constantinus Afric. lib. 1. Pantechn. cap. 21. *Sicut enim in pueris solidiora membra, ut cartellana, nervi, atque ossa, himidissima sunt & tenerrima, ita contra in decrepitis siccissima.*

CARTELLUS, Chartula. Concilium Biterrense an. 1246. cap. 5. *Præcipimus quod quæstores non permittantur in Ecclesiis aliquid populo prædicare, quam in indulgentiis D. Papæ & sui Diœcesani literis continetur: nec cartelli vel cedulæ recipiantur ab eis dem, &c.* Concilium Burdegalense an. 1255. cap. 2. *Caveant insuper ne cartellos à quæstoribus recipiant, nisi primitus diligenter inspectos, quòd in iis nec major indulgentia, nec ampliora beneficia exprimantur, quam in literis supradictis* Eadem fermè in Synodo Nemausensi ann. 1284. sub finem. Vox etiamnum usurpata in litteris diffidationum, quas *Carteis de deff.* dicimus.

CARTENSIS *moneta.* Vide *Cartanensis.*

CARTERENCHA, Mensuræ Arvernicæ species. Tabularium Brivatense ann. 1255. 1268. *Tres cartas ordei & quinque Carterenchas frumenti, &c. Una quarterengia presoragii*, in Charta Philippi Aug. an. 1181. in Tabular. Abbat. Barbellensis n. 34.

CARTERIÆ, *sunt in cacumine arborum, per quas funes trahuntur.* Papias.

Carteria. Vetus Statutum de Mensuris apud Catellum in Hist. Tolosana pag. 227. *Quòd lapides mensurariæ S. Petri & S. Geraldi——exceptis illis quæ sunt de nucibus & de avena, debent esse coæquales, & debent ire ad rasuram plenam, & debent trahi & esse de ratione carteriarum cupri, —— Item quòd carteria lapidis sit de ratione carteriæ cupri, & in emina, quod habeat duas carterias æquales, & in medio cartonæ quatuor, totum ratione carterias æquales, & in medio cartonæ quatuor, totum ratione carteriæ cupri, &c.*

CARTHARASA, Mensura annonaria apud Burgundos Tabularium Prioratus de Paredo fol 18. *Dedit——totam partem terræ suæ ubi seminari potest cartharasa annonæ.* Fortè dividenda vox, *carta rasa*, seu *quarta* non ad cumulum.

CARTIBULA. Vide *Castibulum.*

CARTICA. Pelagius libello 10. num. 76. *Videns autem Ægyptius vestitum mollibus rebus, & budam de papyro, & pellem stratam sub ipso, & modicum capitale de cartica sub caput ejus, &c.* Hîc hæret Rosvveidus, sed indubiè legendum *carpita.* Vide *Carpia.*

CARTICLUS. Charta Odonis Episc. Belvacens. anno 1140. apud Louvetum: *Concesserunt in eleemosynam huic Ecclesiæ —— scilicet carticlum unum, & mansuram & majoratum.* Sed legendum videtur *curticlum*, aut *curtillum.*

CARTICELLUS, Parva charta. Eadgarus Rex in Regulari Concordia Monachorum, apud Seldenum ad Eadmerum pag. 147. *Hoc exiguo apposuerunt Catlicello.* Seldenus legit *Codicello*, mallim *Carticello.*

Carticula. Gloss. Græco-Lat. Δεῖπνον, *Carticula.*

CARTILAGO. Gloss. Isidori: *Cartilagini, lardo bradone.* an. *bacone?*

CARTO, *Quartenata, Quartonata terra, Cartonata.*

Carto, vel *Quarto*, ut est apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 143. Mensura frumentaria. Charta anno 1214. in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 58. *Similiter liceat nobis emere vineas & alias possessiones, cartones vel tascas ad usum mensæ nostræ vel Canonicorum, &c.* Ubi *Carto* videtur esse idem quod in Charta Occitanica ann. 1306. in Regesto Philippi Pulcri incip. anno 1299. pag. 91. ex Tabulario Regio: *Item ducentas quinquaginta & dimidiam terræ ad agrarium, seu nonam partem in dicta villa & ejus pertinentiis sitas, quæ à nobis tenentur, pro quarum Cartonatarum qualibet debentur duo denarii ultra agrarium, qui sunt computati in dicta summa obliarum minutarum, quæ fuerunt æstimatæ valere communi æstimatione 97. Cartones cum dimidia bladi, duæ partes frumenti, & media pars tertiæ partis siliginis, & alia media pars tertiæ partis avenæ, &c.*

Cartonata terræ, id est terra, vel terræ aut agri portio unius cartonis frumenti reditus. Alia Charta anno 1300. in eodem Regesto num. 47. *Tres Cartonatas terræ quæ faciebant agrarium ab antiquo Prioratui antedicto. Quartenata*, & *Quartonata*, in Charta anno 1304. in 9. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Ch. 86.

CARTONAGIUM *vini*. apud Boërium Decis. 246.

CARTUSIENSES Monachi, de quorum origine & instituto agit præ cæteris Jacobus à Vitriaco in Hist. Occid. cap. 18. Sic dicti à Cartusianis montibus.

CARVAGIUM, idem quod *Cariagium*, Bractono lib. 2. c. 16. §. 8.

CARVANNA. Vide *Caravanna*.

CARVATICUM, idem quod *Caraticum*, tributum pro carris transeuntibus. Diploma Ludovici Pii ex Tabul. Monasterii Fossat. fol. 8. *Pontaticum, vel portaticum, aut carvaticum, atque cespitaticum, &c.* Forte legendum *Carnaticum*. Vide in hac voce.

CARUBIUM, *Carrubium*, Quadrivium. Charta Hugonis Archiepiscopi Genuensis an. 1187. apud Ughellum: *Deinde littus maris continuè usque ad carubium Sardenarum, & ipsum carubium totum, &c.* Ibid. *Cum carubio* Corrigialium, *&c.* Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Mediolanensi Basilica pag. 1133. *Usque ad Ecclesiam parvam, quæ est juxta Carrubium Portæ Ticinensis.*

CARUBLA. Monachus Florentinus de Expugnatione Acconis:

Nos in quadragesima cibis equinarum,
Recreamur carnium & camelinarum,
Aliis rodentibus textas carublarum.

CASA. Isidorus lib. 14. Orig. cap. 12. & ex eo Papias. *Casa est agreste habitaculum palis, arundinibus & virgultis contextũ, quibus possunt tueri à vi frigoris, aut caloris. Casa, hospitiolum.* Gloss. Græco-Lat. καλύβη, *Casa tugurium, pergula.* Ita apud Latinos Scriptores; sed apud Latino-Barbaros sumitur pro quovis ædificio: unde *Casas Regis* legimus in Lege Longob. lib. 2. tit. 17. §. 1. *Casas Dominicas*, in Lege Bajvvar. tit. 1. §. 14. Tabul. Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 53. *Casam meam indominicatam cum ipso interposito, ubi ego visus manere. Cheze.* in Consuetudine Turonensi art. 248. 261. 273. 297. Juliodunensi cap. 27. art. 4. 5. cap. 28. art. 3. Cenomanensi art. 335. est id quod competit primogenito in feudo, *manerium* scilicet præcipuum, cum certa agrorum appendice.

Casa Dei, Ædes sacra, Ecclesia. Chronicon Laurisham. an. 779. *Dum ipsa Casa Dei vestita fuit ad præsens.* Capitula Caroli C. tit. 9. *Ut Missi nostri —— requirant de Capellis & Abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis.* Occurrit passim.

Interdum bona ipsa Ecclesiæ *Casæ* dicuntur. Paulinus Epist. 21. *Ut in casa Ecclesiæ terrulam, quâ victum suum procuret, accipiat.* Hinc *Casati* dicti, qui ex bonis Ecclesiasticis beneficia acceperant, feudati Ecclesiæ, ut infrà docemus.

Casæ, apud Gromaticos & Agrimensores dicuntur literæ terminales, quibus ii auctoritatem, hoc est, significationem dederunt secundùm artificium Agrimensuræ, & secundùm notas Juris agrimensorii. Extat de iis liber Innocentii editus inter Gromaticos. Hinc *Casales mensuræ, casalis, casalia*, & alia ejusmodi, de quibus Rigaltius in Glossis ad Agrimensores.

Casa. Jo de Janua: *Capis, dicitur vas quoddam, quod vulgò dicitur Casa.* Charta Joannis Archiep. Capuani anno 1301. in Sanctuario Capuano pag. 263. *Item corporale unum cum casa ad aurum & imagines.*

CASALE, Certus *Casarum* numerus, villa, suburbanum, προάστειον. Charta scripta Ravennæ sub Justiniano apud Brisson. de Formul. p. 648. *Ex casale Petromano territ. Bononiense, &c.* Anastasius in Adeodato: *Multa ædificia nova augmentavit, sed & casalia conquisivit.* Will. Tyrius l. 18. c. 19. *In suburbanis, quæ vulgò Casalia appellant.* Lib. 20. c. 20. *Suburbanorum adjacentium, quæ nostri Casalia dicunt.* Hugo Falcandus p. 680. *Duas ei villas optimas, (quæ Siculi Casalia vocant) dari fecit.* Vide Raymundum *de Agiles* pag. 143. eundem Tyrium lib. 11. c. 12. lib. 20. c. 23. Matth. Paris, Bromptonum, & alios passim. Dicitur &.

Casale ostendere, Familiam & natales suos in jure probare. Observantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Salvis Infantionum faciendis §. 4. *Illi qui faciunt salvam (Infantionatus) non tenentur ostendere casale suis convicinis, quia hoc non pertinet ad eos petere, sed ad Dominum Regem, cùm ipse certificari voluerit de casali illorum, &c.* Adde Foros Aragon. lib. 7. tit. de conditione Infantionatus, & tit. seq.

Casalis, mascul. gener. Idem Anastasius Biblioth. in S. Adriano PP. *Civitatem Ravennatium, & casales, ac omnia præsidia occupans.* Infrà: *Ubi & alios plures fundos seu casales, & massas —— emere visus est.* Hist. Translat. S. Guthlaci n. 17. *In hac ruricola quodam fundum, casalem, paucaque novalia possidebat.* Adde Diurnum Romanum cap. 6. tit 11. cap. 7. tit. 22. Chartam Caroli Crassi Reg. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 227. *Casale*, non semel occurrit apud Joan. Villaneum lib. 4. c. 25. lib. 7. c. 144. lib. 10. c. 171. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil cap. 115. *Vilains qui habitent es viles & es caseaux, ne puissent estre mis avant por tesmoins contre Comtes, ou contre Baron ou simple Chevalier.*

Casualis, eadem notione Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 22. *In agro Magniacense, in villa Lurjaco, hoc est casuales cum vineis & artilibus, ubi colligi possunt vini modii 50.* Ch. 41. *Et quod vocatur à rusticis vetus Clausum cum Casuale & puteo.* Et ch. 85. *Cum pratis, masnilibus, casualibus, & arabile terra.*

CASALATICUM, *Casalagium*, Casa, vel tenementum hominum de corpore, censui dominico obnoxium. Charta an. 1234. in Regesto Comitum Tolosæ p. 129. *Scilicet homines & feminas mihi pertinentes, & pertinere debentes, & scienter Petrum Duram, & infantes ejus cum suo casalatico, & tenentia sua, &c.* Charta Ryosevendis Dominæ de Terminis an. 1208. in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 61. *Nos tenebamus in feudum albergam duorum Militum in unoquoque manso à casalatico in hominibus qui soliti erant in villa vetula de Plairaco, scilicet in tribus mensis, & in villa de Businiaco in mensis quatuor, &c.*

Casalagium, eadem notioe. Charta Alphonsi Comitis Pictav. an. 1270. apud Catellum in Hist. Tolos. pag. 395. *Hugonem — hominem nostrum de corpore & Casalagio liberaliter manumittimus, &c. bona ipsorum tam mobilia, quàm immobilia de casalagio, seu aliunde provenientia, &c.* Consuetud. Tolosæ 4. part. tit. de homagiis: *Item de immobilibus, scilicet de cassalagio, vel feudis quæ tenentur à domino suo — nihil potest homo de corpore sine assensu domini ordinare.* Passim ibi tit. 38. *Homo ligius de corpore & casalatgio.* Charta an. 1298. in alio Regesto ejusd. Regis an. 1298. n. 18. ex eod. Tabulario: *In quibus* (hominibus) *jus habemus — ratione vel occasione servituris, quæ de corpore tantùm, vel de casalagio tantùm dicitur, aut etiam de utraque, vel rerum casalagii conjunctim, vel separatim, aut ascriptitiatus, vel quasi, seu libertinitatis, vel cujuslibet alterius generis servitutis, &c.* Alia ibid. num. 33. *Ac etiam vendis, & foriscapiis, laudimiis omnium præmissorum, ac etiam casalagiis, & servitiis, seu redditibus, nobis ratione caselagiorum & pro ipsis caselagiis debitis, &c.* Consuetudo municipalis *de Vallançay in* Biturigibus, art. 3. *Quand une personne tenant feu & chesеolage dans les fins & limites d'aucune dismerie, &c.*

Caslagium. Charta ann. 1306. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. num. 59. ex Tabulario Regio: *Quarundam personarum —— quas dictus venditor asseruit esse servilis conditionis de corpore & caslagio, & tenere in caslagium, quatuor sextarios & unam quarteriatam terræ ad dictam mensuram, &c.*

CASALINUM, Gallis *Masure*, locus ubi *Casæ* ædificatæ fuerunt, aut ædificari possunt. Charta anni 1007. apud

apud Ughellum in Episcopis Volaterr. *Dedit in causa commutationis integrum casalinum, in quo jam fuit casa.* Et infrà: *Cum septem & decem inter casis, & casinis, seu Casalinis, & integris decem & septem sortis, & rebus illis ad eodem casalino, & rebus donicato, &c.* Occurrit non semel apud Franciscum Mariam in Mathilde Comitissa lib. 3. p. 105. 117. 160. Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 22. & alios. Charta Ottonis I. Imp. an. 966. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Terra casalina cum casa super se habente unà cum curte, horto, & terra aratoria.*

CASARE, In feudum concedere, vel *feodare*. *Acaser*, in Aresto Parlamenti Burdegalensis an. 1527. *Sousacaser*, in retrofeudum dare, in Consuetud. Burdegal. art. 101. & Aquensi tit. 8. art. 7. Baionensi tit. 18. art. 16. Chronicon S. Michaëlis Virdun. pag. 387. *Cumque in partibus illis terram non haberet, unde castrum illud* (Barrum) *casare posset, de tertia parte possessionum Abbatiæ illud casavit, dicens castrum illud totius Abbatiæ tutamen fore.* Adde Vasseburgium p. 302. Charta Dominorum Toloni an. 1223. *Item fuit actum & dictum expresse, quod in locis sibi datis vel concessis, vel quos tenerent in signoria dictorum Dominorum, non possent homines casare sine licentia speciali Dominorum.* Charta Ursi Silvanect. Episc. in Hist. S. Martini de Campis: *Hoc autem nec concessisset Episcopus, nisi à Rotberto Vicedomino, qui de his ab eo casatus erat, fuisset exoratus.*

CASARE, *nubere, matrimonio jungi*: vox Hispanica. Coronatio Henrici Regis Lusitaniæ apud Brandaonum lib. 10. cap. 13. *Si casaverit cum Principe extraneo, non sit Regina.* Testament. Sancii II. Reg. Portugall. apud eundem tom. 4. p. 221. *Si regina Blanca casata fuerit.*

Casamentum, Feudum, quod à *Casa dominica* dependet. Fulbertus Carnot. Episc. Ep. 6. *Commendationem vestrorum Militum, qui de nostro casamento beneficium tenent.* Ordericus Vital. lib. 5. *Hanc donationem------concessit D. Rodbertus Carnotensis Ecclesiæ Episcopus, in cujus casamento sunt ea, &c.* Charta Radulphi de Balgentiaco an. 1085. in Tabul. Vindocin. *Quidquid idem Radulfus illi loco legitimè dare voluerit in toto casamento quod ab eo tenet, libenter ipse Comes concessit & auctorisavit.* Alia ex Tabulario Burgul. fol. 59. *Vendidit medietatem terræ de Broeriis, quam tenebat de Guillelmo de Tornamina, qui eam auctorisavit in castro Toarciense Vicecomitis Arberti de cujus casamento terra erat.* Alia ex Tabul. S. Albini Andegav. *Fuit autem in hac donatione auctorizamentum Fulconis Comitis, & Suardi Domini Castri Credonis, ad quorum casamentum pertinebat.* Charta an. 1197. in Hist. Vergiac. pag. 122. *Cepi de Odone Duce Burgundiæ in feodum & casamentum Auxonam villam meam, cum castro, jurabilem & reddibilem sibi & successoribus suis.* Ita passim *Casamentum* sumitur, apud eundem Fulbert. Epist. 19. Ivon. Carn. Epist. 173. & in Decret. 6. part. cap. 76. S. Bernardum Epist. 39. 284. Radulfum de Diceto in Abbreviat. Hist. an. 880. in Chron. Besuensi p. 550. 552. In variis Chartis apud Paradinum in Hist Lugdun. lib. 2. cap. 39. Galland. de Franco allod. p. 284. & 289. Louvet. in Hist. Belvac. 1. Edit. p. 405. &c.

Casement, Chasement, Scriptoribus nostris passim. Philippus *Mouskes* in Philippo I.

Si fit oir de son casement,
Raoul de VVaiet voirement.

In S. Ludovico:

Car il ot le droit oir de Toulose,
Et grant terre & grant casement.

Le Roman de Garin:

Quant à Bues donnas son chasement,
La Duchée de Gascongne la grant.

Alibi:

Ce est Guillaume de Monclin le vaillant,
Qui a tollu son riche chasement.

Alibi:

Riche homme sont, chascun tint chasement.

Le *Doctrinal*:

Se li hom sa grant terre ú rente ú chasement.

Le Roman d'Aubery:

Toute Bourgoingne vous doins en chasement.

Infrà:

Ne cuit je mie par le mien anciant,
Qu'il ait meillor home en son chasement.

Chesamentum, eadem notione. Charta Willebaldi & Guillelmi de Tremollia, in Tabular. Domus Dei Montis Morillonis in Pictonib. *Si quis verò ex suis chesatis aliquod suum chesamentum, vel aliquam terram pauperibus supradictis donaverit, ipsi domini concedunt atque donant.*

Chasalamentum in Charta Dalmatii de Luzeio in Regesto Carcasson. fol. 40. *Cum omnibus redditibus qui pertinent ad eandem villam, quam de suo chasalamento tenebam.*

CASARINA, idem quod *Casa*, vel *Casæ* appendix, vel idem quod *Casalinum*. Chronicon Farfense, p. 655. *Et casas atque casarinas novem in Anguliano.*

CASARII, in leg. 7. Cod. Th. de Bonis proscript. In Familia rustica recensentur, *quot sint Casarii, vel Coloni.* Ubi Codex Justin. habet. *Censuarii.* Sic autem apellari videntur qui *casis* rusticis habitandis aut curandis præfecti erant. Nam præda pluribus casis constabant; proinde iidem qui postea *Casati* dicti.

CASATI. Joachim. Vadianus lib. 2. de Colleg. & Monaster German. p. 60. & ex eo Goldastus in Notis ad Dositheum lib. 3. p. 23. putant, *Casatos* primùm dictos libertini generis homines, qui conductum inhabitabant. Locantur enim, inquit Vadianus, hodieque villæ & casæ certa redituum, aut censûs conditione, nec una locationis specie. Diversi autem erant ab illis servis quos vulgus Alemannorum *Leibaigenleuth* vocat. Certè Casati non tam libertinæ, quam servilis fuerunt conditionis, dictique videntur servi ii qui *intra casam*, hoc est. in ruralibus possessionibus, serviebant, ut est in Capit. Car. M. lib. 3. cap. 73. & 80. & qui certis casis addicti erant. Servi namque alii erant *Casati*, alii *non Casati*. Charta Divisionis Imperii Caroli M. cap. 6. tom, 2. Hist. Franc. pag. 89. *Præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem vel venditionem rerum immobilium, hoc est, terrarum, vinearum atque silvarum, servorumque qui jam casati sunt, sive cæterarum quæ hæreditatis nomine censentur, auro, argento, & gemmis, armis ac vestibus, necnon & mancipiis non casatis, & his speciebus quæ propriè ad negotiatores pertinere noscuntur.* Eadem habentur in Divisione Ludovici Pii cap. 7. Neque alii videntur Casati in Chartis Alemann. apud eundem Goldastum Charta 39. *In villa quæ dicitur Centoprato, casatos 2. cum omnibus adjacentiis, vel adpendiciis eorum.* Ch. 69. *Non est incognitum quòd Maganoldus -- casatum unum cum hoba sua ad dictam Ecclesiam tradidisset.* Ch. 87. *Et dotavi eam casalibus 8. & similiter hobas 12. & mancipia denominata, &c.* Alia apud Vadianum loco citato: *Et hoc est quod trado--- & casatos ires his nominibus, &c.* *Casalées naturaus*, dicuntur ejusmodi servilis conditionis homines, i. Casati, seu Casalati nativi, originarii, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 10.

Casati villæ. Burgenses, qui *casam* habent in villa seu oppido, in Charta an. 1206. apud Perardum in Burgundicis p. 299.

Casatus, Domesticus, vel vassalus, feodatus. Necrolog. S. Stephani Antissiodor *Pridie Nonas Aug. Gaufridus*

fridus Comes Cabilonensis, hujus Ecclesiæ casatus apud castrum suum Donziacum Monachus factus obiit. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. 118. *Quosdam vassallos, casatosque, ut nominant.* Tabularium Dervense: *A Clericis nostris & Equitibus quos Casatos vocant, &c.* ubi *Equites* iidem qui *Milites*. Charta Abbatiæ Dolensis in Biturigib. *Ego Gomarus uxoris meæ Serenæ consilio, filiorumque meorum, simulque mecum Casati mei, sive feodati, &c.* Alia Lietberti Episcopi Camerac. *Casatorum, sive domesticorum nostrorum.* Hist. Episc. Autissiodor. c. 58. *Propter domini & Casatorum seu vassallorum suorum potentiam.* Vide Capitul. 1. an. 812. c. 4. Baldricum lib. 3. Chr. Camerac. c. 63. Vitam Lietberti Episcopi Camerac. c. 11. Chronic. Abbat. Lobiens. pag. 607. Fulbertum Carnot. Epist. 6. 19. 43. & alibi, Ivon. Carnot. Ep. 28. Gesta Consulum Andeg. c. 2. n. 6. c. 3. n. 8. *Tepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. p. 465. 466. &c.

Chaseati, in Regesto Philippi Augusti Herouvallino fol. 153. verso, & in Probat. Hist. Montismorent. p. 29. *Chazez*, apud Poëtas nostrates *Le Roman de Gaydon MS.*

Et Duc & Comte, & demaine, & chazé.

Alibi:

Encore seras de Bourgoingne chazez.

Le Roman de Florimond MS.

Seloc qui estoit li aisnez,
Fu de Babiloine chasez,
A Phelippes Gresce donna, &c.

Infrà:

Et de Babilone ensement
Vous doins-je tout le chasement.

Li Lusidaires MS.

Il vint à une chité,
Manda ses Dus & ses Casés,
De par tout les assemblez.

Philippus *Mouskes*, in Philippo Aug.

Et doune & tiere autre asses,
Dont il iert tenans & Casés.

Alibi:

Et cascun jour venoient més
De Ducs, de Contes, de Casés.

Charta Othonis Comitis Burgund. an. 1242. apud Perardum p. 451. *Je li ai prié que il aidoie à mes chazez lor droit à maintenir, taut cum il voudront droit faire, Chaziers*, in Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1206. *Et les Chasiers, autrement dits feodaux, dudit Chastillon. Homens de Casades*, viros nobiles vocat Raimundus Montanerius in Hist. Reg. Aragon. c. 227. *E llavors ell s'aparella ab 300. homens de casades que hi avia, que tots eren de les mellors casades de Genova.*

CASATA, *Cassata*, *Cassatus*, promiscuè enim scribitur) Habitaculum cum certa terræ quantitate idonea ad unam familiam alendam; servis *Casatis* olim attributum, atque adeo ipsa familia. Canones Synodi Liptin. cap. 2. & ex iis Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 3. & Capitula Caroli C. tit. 23. cap. 7. *De unaquaque casata 12. denarii ad Ecclesiam —— reddantur.* Adde Capitulare an. 779. c. 13. & Addit. 4. Capitul. c. 132. Decretale Precum quorumdam Episcoporum eod. ann. &c. Othlonus Presbyter lib. 1. de Vita S. Bonifacii Moguntini Archiep. c. 42. *De unaquaque casata solidus, i. 12. denarii ad Ecclesiam vel Monasterium reddantur.* Et lib. 2. c. 14. *De censu autem Ecclesiarum, id est, solidum de cassata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, & opus perficere sanctarum Ecclesiarum.* In Epist. Zachariæ PP. ad eundem Bonifac. scriptum legitur, *Solidum de casa suscipere.* Charta Ethelredi Regis Angl. in Addit. ad Matth. Paris. *Quandam juris mei portiunculam, casatas equidem senas, binis in locis semotas, &c.* Rogerus Hovedenus an. 1008. Rex Anglorum Ethelred. de 310. *cassatis unam trierem &c.* Ubi Henricus Huntindon. rem eandem narrans, pro *cassatis*, *hidis*, habet. Est autem *Hida* idem quod *Cassata* Anglis. Vide in hoc verbo.

Cassatus, idem quod *Casata*. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 21. *An. 959. Eldredus Rex dedit Ecclesiæ Christi in Dorobernia Monasterium Raculfense bis denis semisque æstimatum cassatis, cum omnibus pertinentiis, sive littorum sive camporum, agrorum saltuumve.* Charta Edvvardi Confessoris ibid. p. 36. *Centum mansas —— ita quòd in ipsius terræ quantitate quod Episcopo aratur, & quod coloni inhabitant, pro uno tantummodo cassato reputetur, qui Ciltancumb ab hujus patriæ peritis vocatur, —— largior.* Pag. 99. *Supradicta verò quantitas terræ in Bradanfeld. 48. cassatorum, &c.* Pag. 121. *Terra 20. cassatorum.* Occurrit alibi non semel in Chartis veterum Regum & Magnatum Angliæ p. 50. 51. 100. 121. 203. to. 2. p. 838. 839. 840. 858. tom. 3. p. 115. 116. 305. apud Willelm. Thorn. an. 838. 942. Florent. Wigorn. p. 612. &c. Ita *Casato*, pro familia usurpat Joannes Villaneus lib. 3. c. 2. lib. 5. c. 38. l. 7. c. 45.

CASATICUM, Præstatio pro *Casa*. Constit. Friderici II. Imp. apud Richardum de S. Germano an. 1232. *De jure casatici, remissa sunt grana 3. pro uncia, ita quòd mercatoribus qui erunt pro eis, providebitur à custodibus fundaci in lectis, luminaribus, palea & lignis.*

CASATA, pro *Caseata*, Formaticum, *Fromage*. Bulla Honorii III. PP. apud Margarinum: *Tenentur præstare annuatim —— duos panes & unam casatam, vel loco casatæ petiam unam de caseo recenti, & 10. ova.*

CASBOVIS. Charta Gaufridi Episcopi Aptensis an. 1247. apud Sammarth. *Serviat annuatim in festo B. Auspicii —— unum Casbovis, scilicet 4. carteria valentia 50. solidos VVillelmenses.* Infra: *Temperavimus canonem ante statutum in dictis brevibus civitatis Aptensis, & in castro S. Martini reducente in quartam partem unius Casbovis valentem 12. solidos VVillelmenses pro brevibus antedictis faciendam in festo B. Auspicii.*

CASCAVIELLUS, Campanula, nola: vox Hispanica, *Cascavel. sonalium*, Nebrigensi. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. an 1247. fol. 16. *Quicunque in hastiludio commiserit homicidium, vel fecerit damnum fortuito casu, teneatur solvere homicidium, & emendare damnum, nisi portavorit campanetas, cascaviellos: qui autem portaverit, non teneatur dare.*

CASCIA, Arca, capsa, Gallis *Caisse*. Charta Joannis Archiepiscopi Capuani an. 1301. *Tabernaculum de argento cum cascia sua.* Vide *Casa*.

CASCINA. Charta Ademari de Muroveteri an. 1191. *Cum —— ripariis, nemoribus, garricis, cascivis, devesis, mansis, &c.* Fortè *cascinis*: nam *Cascina* Provincialibus ædem sonat.

CASDICIA. Vide *Castitia*.

CASEATRIX, Quæ in villis & prædiis rusticis *caseos* & butyrum conficit. Ejus officium describitur in Fleta lib. 2. c. 87.

CASELLA, *Capsella*, Loculus, reliquiarum: occurrit apud Glabrum lib. 4. cap. 3. Κασέλλα, in Hist. Apollonii Tyrii p. 17. b. 18. Aliàs *Casellæ* dicuntur granaria apud IC. Vide *Casa*, & Meursii Glossar.

Casella, Parvula casa, in Concilio Agathensi cap. 7. Occurrit etiam in veteribus Chartis an. 784. & 840. apud Puricellum in Ambrosianæ Basilicæ Monumentis p. 16. 223. Præterea apud Crescentium lib. de Agricultura. Will. Brito lib. 7. Philipp.

Qui fabricare sibi castrensi more casella,
Arboreis ramis, & sicco stramine norunt.

Adde lib. 10. p. 220. lib. 12. p. 248.

CASELLUM, idem quod *Casale*. Domus, apud Nicolaum Trivettum an. 1190. p. 511. & Radulphum de Diceto an. 1192.

CASEUS. *Purgatio per caseum.* Vide *Corsned.*

CASININA *moneta.* Vide Sanjulianum in Matiscone p. 282.

CASLA, in veteri Glossario Saxonico, Heȝen. Ubi Somnerus, fortè *Cassia.*

CASLAGIUM. Vide *Casalagium.*

CASNAR, veteribus Gallis, *Assectator.* Quintilianus lib. 1. Instit. cap. 5. *Et in oratione Labieni, sibi illa Cornelii Galli est in Pollionem, Casnar assectator è Gallia ductum.* Vide Varron.

CASNUS, *Casnetum.* Judicatum an. 867. apud Perardum in Chartis Burgundicis pag. 147. *Et dixit quòd ipse ——— & sui servi ——— tallassent vel occidissent uno casno de S. Benigno, &c.* Aliud. an. 868. ibid. *Et dixit quòd idem Heldebertus cum ——— in silva S. Benigni venissent, & ipso Heldeberno præcipiente, casnum mortificasset malo ordine, &c.* Notitia alia Judicati ann. 870. ibid. p. 149. *Mallatus fuit ipse Hildebernus, & sacramentum arramivit, unde gietivos remansit, & de tertio casno prejudicium Scabineorum in altero mallo eundem Hildebernum cum testibus adprobavit.——— Tunc judicatum est à supradictis Scabineis, ut de ipsis casnis, quos mortificavit, legem faceret & revvadiaret, seu supradictam terram legaliter redderet; quod & fecit, &c.* Quibus locis *Casni*, ni fallor, sunt quercus, nostris *Chesnes*, Picardis *Quesnes*, Occitanis *Casses*, & *Cassenats.* Proinde

Casnetum, est quercetum, in Charta Philippi Augusti an. 1185. apud Morinum in Historia Vastinensi p. 706. *Ab illa aqua usque ad terram & nemus quod Morini dicitur Casnetum.* Ubi perperam editum *Casuetum.* Galli dicebant *Quesnoy*, unde urbi in Hannonia nomen.

CASMA. Vide *Palmetie.*

CASONA, *Acus mulieris, qua mulier caput scalpit; à cado, dis, dicta eò quòd cadere facit immunda.* Jo. de Janua, ubi perperam edit. *Casoma.* Ita enim Glossæ Isid. & Ugutio.

CASSA. Vide *Caciare.*

CASSARE, Cedere, concedere. Chronicon Fredegarii jussu Childebrandi scriptum cap. 45. *Quo ordine duas civitates Augustam & Siusium cum territoriis ad partem Francorum* (Longobardi) *cassaverant, non abscondam.* Mox: *Vallem, cui nomen Ameregis, partibus Guntchramni cassantes.* Cap. 69. *Unde unum centenarium auri Charoaldus Rex partibus Imperii de præsente cassaret.*

Cassare, Irritum reddere, Gallis *Casser*, vox frequens in Edictis Principum. Occurrit etiam in Vita S. Canuti Regis Obodritarum c. 4. §. 17. & apud alios Scriptores. Papias. *Cassare, evacuare, privare, castrare, unde Cassabundus, instabilis, dubitans, titubans.* Glossæ Arabico-Lat. *Cassabundus, dubitans, vel timens.* Glossar. Ælfrici: *Cassata*, ꝼoꝛhꝛeꝛaꝺ, i. cassa, *abrogata Cassus*, vacuus, inanis, Gloss. Lat. Gr. *Cassum*, κενὸν, μάταιον, ἄκυρον. Ita non semel in Cod. Theod. unde nescio cur viri docti à *Charaxare* deducant.

CASSARES, pro *Casales*, ni fallor, in Charta Alfonsi Imperat. Hispan. æræ 1182. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. *Tres cassares, videlicet villam novam, & casam Fieli barbe, & Foosendam, in Ravanadam sitos, &c.* Occurrit rursum infrà.

CASSARUM, vox Italica, *Cassaro*, Academicis Crusianis, *Ricinto di mura intorno alla rocca, o nel più alto della terra, la parte concava del corpo circondata dalle costole*, Thorax. Vide Oct. Ferrarium in *Busto.* Chronicon Pisanum Ughellianum an. 1115. *Christianus exercitus exultans ——— castella duo & mangana conducit ad cassarum.* Mox: *Ex castellis ergo supereminentibus cassari magnis turribus, Christiani contra fortissimos Saracenorum recollectos in cassaro acriter instare cœperunt, &c.* Occurrit ibi pluries.

CASSATA, *Cassatus.* Vide *Casata.*

CASSIBULA. Vide *Casubula.*

CASSIDILE vel *Cassidilis.* Ugutio: *Cassidilis, vel Cassidile, dicitur sacculum, pera, sarciperium, ficacium, marsupium, moculus, loculus, crumena.* Papias: *Cassidilis, pera pastoralis.* Isidor. Gloss. *Cassidilis, pera, marsupium.* Will. Brito: *Cassidile dicitur pera Aucupis in modum reticuli facta, in quo ponit quos in casse, idest, rete, cepit.* Ita etiam Joannes de Janua. Odorannus an. 1031. *Protulit auri fulvi transmissum munus de Cassidile.* Matth. Westmon. *Portans in Cassidile toxicum mellitum.* Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 5. *O mira in juvene Principe Mercurii philologia, quæ sparso rubore juvenili promulgavit eloquia cordis dudum instincta cassidili.* Id est, ut Walfridus loquitur de S. Gallo lib. 1. cap. 23. *Altæ memoriæ & armario cordis inseruit.* Vetus Interpres Tobiæ capite 8. *Protulit de cassidili suo partem jecoris.* Matthæus Vindocinensis in Tobia:

Cassidili profert auxiliare jecur:

Capsidile. Glossæ MSS. *Capsidile, est capsa, vel pera.* Ita scribitur non semel apud Petrum Damianum lib. 4. Epist. ult. lib. 7. Epist. 5. lib. 8. Epist. 14. quasi à *capsa* deducatur. Gloss. Lat. Gall. *Casidilis*, *Cassete.*

CASSINA, Casula, Tugurium. Italis *Cassina.* accipitur pro prædio rustico. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. §. 25. *Si quis cassinam, vel tectum alienum foris in curte, ubi viri non habitant, deturpaverit --- restauret ipsam cassinam.-- Nam si casam ubi viri habitant, deturpaverit, componat, &c.* Charta Mathildis Comitissæ an. 1079. apud Francisc. Mariam in Mathilde. *Unà cum omnibus casis, & cassinis, seu casalinis, simulque terris & rebus illis qui ad jam dicta casa & curte --- sunt pertinentes, tam de muro pro dicto castello quàm & deforis casis & cassinis, seu casalinis, &c.* Apud Hariulfum in Chron. Centul. lib. 2. cap. 10. p. 468. pro *cassinos de pallio*, lego *cussinos.* Vide statuta Mediolanensia part. 2. c. 236. 237.

Casinum. Charta Bonfilii Fulginensis Episcopi apud Ughellum tom. 1. p. 740. *Concedo vobis -- molendinum in castro Ecclesiæ cum omnibus utilitatibus suis, & unum casinum ibidem juxta molendina ex omni parte pedes 12. & 4. modiola terræ infra civitatem, &c.*

CASSIOTICUS. Charta donationis factæ Ecclesiæ Cornutianæ edita à Suaresio: *Item alium holosericum lurstatum, pallium cassioticum, item pallium lineum Aquitanicum, &c.*

CASSULA. Vide *Casula.*

CASSUM. Vide *Capsum.*

CASSUS, Casa. Vetus Charta apud Vadianum: *Quidquid visus sum habere ——— in villa quæ dicitur ——— hoc sunt cassi, casalis, manciptis, peculiis, &c.* Vide *Capsum.*

CASSURA. Vetus Notitia apud Francisc. Mariam in Matthilde Comit. *Qui contendit & contradicit nobis à pars prædicta Ecclesiæ Episcopatui nostro S. Martini decem cassuris rebus illis massaritiis, quæ videntur esse in loco & finibus Camutiano, &c.* Fortè *Cassinis.*

CASTA, Præstationis species in Occitania. Charta Philippi Regis Franc. an. 1306. pro Ecclesia Mimatensi, in Regesto Lud. Hutini Regis Franc. fol. 60. *Quòd de vineis tunc factis daretur septima pars fructuum prædictis dominis, & de faciendis seu plantandis extunc daretur undecima pars vulgariter quæ vocatur Casta, propter quod homines dicti loci vineas post dictam compositionem plantatas indiligenter excolunt, & alias dimittunt incultas, sive minùs bene cultas.* Occurrit ibi pluries.

CASTALDUS. Vide *Gastaldus.*

CASTANARETUM, Castanetum, Gallis *Chastaigneraie.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Gaufridus habet in Renes terras & castanaretum de Episcopo pro feudo.*

CASTEGULTA. Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1377. *In eorum possessionibus, sediminibus, ædificiis, vineis, casteguetis, pratis, nemoribus, &c.* Sed videtur legendum *Castagnetis.* Italis *Castagnuola*, est locus castaneis consitus.

CASTELCARDUM, *Castlegardum servitium*, est servitus, quæ in arce aliqua Regis, vel alterius domini, propugnanda atque defendenda consistit, quoties feudatarius requisitus fuerit. Vide Covvellum lib. 2. Instit. tit. 3. §. 4. Littlet. lib. 2. cap. 8. & infrà in verbo *Stagium.*

CASTELLA. Vita S. Genovefæ num. 39. apud Bolandum: *Contigit ut naves eorum, vento flante, ita inter scopulos vel arbores periclitarentur, ut castellæ in quibus fruges exhibebant, in latere versæ, etiam naves aquâ implerentur.* Legendum *cistellæ.*

CASTELLAGIUM, Quod exsolvitur Castellano, vel alteri, pro custodia rei in castello, in Concilio Bituricensi an. 1336. cap. 12. *Et nihilominus compellunt Judices Ecclesiasticos ad satisfaciendum sibi de custodia, carcerario, castellagio, seu geolagio, &c.*

CASTELLAMENTUM. Arnobius lib. Adversus Gent. *Ut spirulas & botulos facerent, isicia, castellamenta, lucania, suminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta.* Cibum instar pyramidis hic quidam interpretantur.

CASTELLUM. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Castrum antiqui oppidum vocabant in alto positum, cujus diminutio facit castellum.* Quo sensu Hirtius dixit: *Castella complura locis editis posita.* Glossar. Lat. Græc. *Castellum, municipium*, κώμη, *Castella*, φρέρια. Ugutio: *Castrum, quod in loco alto situm est, quasi casa alta, unde castellum.* Salvianus lib. 5. *Sicut solent hi, qui hostium terrore compulsi, ad castella se conferunt,* Ordericus Vitalis lib. 4. *Munitiones, quas Castella Galli nuncupant.* Guibertus Abbas Novigenti de Laude B. Mariæ cap. 7. *Castellum autem ex vallo & muro turrique conficitur, & id ipsum à castrando & coërcendo vocatur.*

Castellorum opus, inter exactiones ac vexationes reponuntur in Charta Rainoldi Archiepisc. Remensis an. 1094. *Et vvirpivit exactiones quas Tallias vulgò vocant, quas in villa S. Remigii exercebat, & omnia carropera, & opera castellorum, & omnes alias injustas consuetudines.* Tabularium Dervensis Monast. *Scilicet bannum, infracturam, corvadam, carroperam, opus ad castellum, vel aliam quamlibet consuetudinem, neque, nos, neque quisquam hominum accipiat.* Charta Hugonis Diensis Apost. S. Legati, ibidem: *Carropera, frescennas, opus castelli, conventum generale semel in anno, tamen mensuratè, &c.* Charta alia ejusdem Tabularii: *Opus ergo castelli semel in anno fiet una hebdomada Martii & non in alio mense. Et si opus non fuerit, pro redemptione operis recipiet 6. denarios de manso vestito, &c.* Vide *Auxilium pro castello ædificando.*

Castellanus, Castelli incola. Ugutio: *Castellanus, qui inhabitat castrum.* Ita apud Titum Livium lib. 34. Hirtium de Bello Alexand. S. Augustin. Epist. 261. Regionem an. 939. 964. Anonymum de Miracul. sancti Bertini cap. 9. Sigebertum an. 1099. Ottonem à S. Blasio c. 14. & in Chartis aliquot veteribus apud Ughellum to. 2. pag. 1009. 1010. *Castellanus miles*, in leg. 2. Cod. de Fund. limitr. qui in castellorum præsidio est.

Castellanus, Custos castri, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 89. § 4. seu qui ratione feudi castro domini præfectus est. Versus laudati à Cognato in Hist. Tornac. lib. 3. cap. 49.

Et Castellanus feudum capit a cathedrato.

Id est, Episcopo. Huic præter custodiam castri, incumbebat potissimùm Burgenses & eorum Communiam in exercitum educere, ut colligitur ex sacramenti formula, quod Insulensis Castellanus præstabat, descripta ab Hauræo lib. 1. Histor. Castell. insul. & Buzelino lib. 3. Gallo-Fland. c. 10. Vide Claudium Expillium orat. 28.

Castellani, apud nostros, sunt qui feuda Castellaniæ possident, quibus ipso jure castellum habere competit, cum mero imperio, seu jurisdictione suprema, ut est in Consuetud. Norman. c. 33. De his passim Consuetudines municipales Franciæ, locis à Raguello & aliis indicatis, in quibus eorum jura describuntur.

Castellani dicuntur præterea qui habent jus castri reddibilis, atque ita intelliguntur in Constitutionibus Catalanicis inter dominos & vassalos MS. in Cod. Thuano signato 93. fol. 58. &c.

Castlanas. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 26. *Castlani in castris quæ tenuerint per seniores suos, non debent sub se mittere alios castlanos sine consensu senioris, &c.* De *Castlanis* Hispanicis multa habet Andreas Boschus lib. 2. *dels Titols de honor de Catalunnia* cap. 24. §. 7.

Subcastlanus, Qui vices Castellani agit. Consuetudines Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 56. *Si aliqui Subcastlani sint in aliquo castro, licèt Castellanus fecerit homagium domino majori, item potest petere dominus major à Subcastlanis, ut faciant sibi homagium fidelitatis.*

Castellania, Dignitas officium, seu feudum Castellani vel Castellani districtus, ut apud Radulphum de Diceto.

Castellarius, Ugutioni, *Dominus castri, vel qui præest castris.*

Castellaria, idem quod *Castellania*, *Chastellerie*, in Charta ann. 1287. in Probat. Hist. Castilion. pag. 90. & alia apud Haræum lib. 1. Hist. Castell. Insul. p. 137. Lambertus Ardensis pag. 253. *Henrico de Balliolo, ad cujus nutum Broburgensis tunc temporis disponebatur Castellaria.* Charta an. 1165. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 319. *In alodio suo & in Castellaria, id est, termino ejusdem castri. Le Roman de Rou MS.*

N'i a Comé ne Baronie,
Ne Chastel, ne Chastellerie,
Que Guillaume ne n'ait donné.

Castellarium, Castellum. Silvester Girald. de Expugnat. Hibern. lib. 2. cap. 4. *Exercitu in Ossyria in castellario quodam antiquo & circumquaque per noctante.* Et in Topogr. Hibern. lib. 2. cap. 8. *Est in Conactia locus quidam muratus, ampli castellarii similitudinem præferens.*

Castellare, Charta Caroli III. Imp. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. num. 119. *Et castellum Velleso cum castellare suo.* I. districtu.

Castellatio, seu Castelli ædificatio sine licentia & permissu Principis, ut & cæterorum majorum criminum, cognitio, ipsum solum Principem spectat, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. *Infidelitas & proditio, quicunque despectus, vel maliloquium de eo, castellatio, trium annorum utlagaria, furtum, &c.* Et cap. 13. *Hæc mittunt hominem in misericordia Regis, infractio pacis, —— infidelitas & proditio, despectus de eo, castellatio sine licentia, utlagaria, &c.* Quorum verborum facilis fuisset Spelmanno intellectus, si ea dispunxisset. Porro castellum ædificare non licet absque licentia domini superioris. Vide Speculum Saxon. lib. 3. art. 66. & quæ observavimus in Dissert. 30. ad Joinvillam pag. 352.

Castellatum, Castri ambitus. Charta Lamberti Episcopi Lingonensis an. 1019. in Chron. Besuensis: *Cuncti etiam qui intra castellatum, vel in ipso ambitu & receptu castellati mortui fuerint, in prædicto S. Mariæ cæmeterio sepeliantur.*

Castellatus, Castellaniæ districtus. Domesdei: *Comes Alanus habet in suo castellatu 200. maneria, —— præter castellarium habet 43. maneria.*

Castellatura, Castellania, Castellani dignitas, apud Baldricum

dricum lib. 3. Chronic. Cameracens. cap. 63. 66. 68. & in Vita Lietberti Episcopi Cameracens. cap. 8. 10. 14. 28. vel *Castellania*, ut in Charta an. 1056. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 295.

Castelletum, Castellulum, *Chastelet*, Rigordus: *Alii verò prisones in duobus Castelletis in capitibus utriusque pontis sitis Parisius —— mancipantur.* Ita etiamnum appellantur. Joannes Molinetus in Templo Martis:

Guerre a fait maint Chatellet lait,
Et maint bonne Ville vile.

Castellio, Castellulum, nostris, *Chastillon*. Vetus Diploma de Abbatiæ Fossatensis primordiis: *Illum videlicet Castellionem, qui Fossatus dicitur, & quem vulgaris lingua Castrum vocat Bagandarum.* Lambertus Ardensis: *Impetravit ut scilicet de villa sua Ardea liberum, imò liberrimum facere castellionis licèt exiguum posset oppidulum.* Vide Guibertum de Vita sua lib. 3. c. 14. Theobaldum in Vita sancti Guillelmi Eremitæ n. 9. &c.

Castlare. Tabularium Conchense in Ruthenis num. 98. *Illo Castlaro meo qui per hæreditatem mihi obvenit, &c.* Occurrit alibi.

CASTERIUM, *Locus ubi remi collocantur, & dicitur à castro, vel à castris.* Joan. de Janua.

CASTIBULUM, *Cartibula.* Gloss. Isid. *Castibulum, mensa quadrata.* In aliis Glossis, habetur *Castipulum*, sed legendum *Cartibulum*. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Altera vinaria mensa erat lapidea, quadrata, oblonga, una columella, vocatur Cartibulum.* Atque inde percipimus, quid sit *Cartibula*, apud S. Audoënum lib. 1. Vitæ S. Eligii cap. 11. *Omnes postremo* (pauperes) *in ordine faciens mensæ discumbere, ipse panem frangens —— postremò his peractis, omnium jam fame refecta, sic ipse aut ante eos stans, aut certe ad cornu cartibulæ vili sellula utens, valde exiguum atque ex comedentium sumebat fragmine cibum.*

CASTICALIS. Vide *Lito*.

CASTICIA. Capitula Caroli Magni lib. 5. cap. 148. *Decernimus ut omnes intelligant non solùm claustra Monasterii, vel Ecclesiæ, atque castitia Ecclesiarum, sub immunitatis defensione consistere, verùm etiam domus & villas & septa villarum, & piscatoria manufacta, & quidquid fossis aut sæpibus, vel etiam alio clausarum genere præcingitur.* Capitula Caroli Calvi tit. 23. cap. 14. *Ædificent villas vestras moderatis castitiis, ut & honestas necessaria sit, & familia non gravetur.* Et tit. 9. *Volumus etiam ut investigent Missi nostri, qualiter illi qui easdem res Ecclesiasticas, unde decimæ dantur, sive non dantur, illas salvas habeant, & in casdiciis, & in silvis custoditis, &c.* Diploma ejusdem Caroli Calvi an. 853. apud Hemereum: *Donat supradictus Hildraldus res suæ proprietatis omnes, quas in Osnegio absque lite possidere videtur, cum casticiis, vineis, pratis, &c.* Charta Sigerardi cujusdam apud Malbrancum lib. 5. de Morinis cap. 26. *Domicilium omne, castitia, seu hortum, agros, prata, &c.* Alia ann. 808. apud Duchesnium in Hist. Guisnensi: *Hoc est mansa cum casa, castitiis, ædificiis, pratis, &c.* Ita passim hanc formulam observare est in Formulis Parensalibus 9. 14. 17. 18. in Capitul. Caroli Calvi Compend. cap. 6. in Concilio Suession. II. can. 6. In veterib. Chartis apud Baldricum lib. 1. Chron. Camerac. cap. 52. Miræum in Diplom. Belgic. lib. 2. cap. 16. Buzelinum in Gallo-Fland. lib. 2. cap. 25. Mabillonium tom. 4. Vitar SS. Ord. S. Benedicti p. 103. in Spicilegio Acheriano tom. 13. p. 261. &c.

Quid in locis citatis *Castitia* significet, quamvis multi aggressi sint vocis expositionem, pauci tamen attigerunt, inquit Spelmannus. At videtur attigisse Sirmondus, qui *castitia*, pro ædificiis in universum accipi debere censet, vocabuli etymo licèt adhuc incerto, nisi à *casa* petendum sit, quod vult Vossius. Ita enim Formulæ veteres apud Bignonium cap. 5. *Hoc est in ipsa portione mansis ad commanendum, cum castitiis suprapositis, terris arabilibus, &c.* Vetus Charta apud Buzelinum lib. 3. Gallo-Fland. cap. 21. *Mansum unum cum castitiis suprapositis, in quo Ragenarius residere videtur.* *Castiche* in Charta vernacula an. 1278. ex Chartophylacio urbis Ambian. *Comme il fu descors, & contens, & plais meus en assise entre le Dien & le Capitle d'Amiens d'une part, & les Majeur & Eskevins d'autre part, des castiches des pons kemuns ki sunt a Amiens seur le riviere de Somme, lesquelles castiches li devant dit Diens & Capitle aisoient apartenir à eux, &c.*

Castíciare, Ædificare. Alia an. 1377. in tabul. Episcopatus Ambian. fol. 17. *Apertura exclusæ —— debet castíciari, solummodo palo & virga.* Alia an. 1231. ibid. *Apertura fossati debet esse 10. pedum. Castitiari vero potest metare, palis, & cleia singulari.* Arrestum Paris. an. 1299. die Dom. in festo S. Luciæ, quo judicatum est *Episc. Ambianensem esse suosque, prædecessores in possessione, vel quasi, talis juris, quòd nullus castichiare potest in civitate Ambianensi, nec sollium (seuil) ponere, nisi à Gentibus Regis, & ipso Episcopo petita licentia.* Charta anni 1256. in Tabul. Eccles. Ambian. num. 321. *Quotiescunque volent castitiare in dicto molendino. --- Castitiatio sive limitatio facienda.* Tabular. Comitatus, Pontivi an. 1209. *Quod Hermes debet partiri tali modo, quod hoc, quod Comes castichaverit, Comiti debet remanere: Ita quod quantum Dominus Comes castichaverat, tantum Dom. Thomas de S. Valerico habebit nemoris contra. Castichement.* Chron. MS. Corbeiense fol. 57. *Quicunque facit in hac villa, in Foilliaco, in pratis, pucheoir, castichement in aqua, in marisco sine licentia Celerarii, debebat eidem 2. denar.* Homagium Episcopi Ambian. Regi factum anno 1301. *Aucun ne doit mettre ne asseoir seuil, ne castichement sur rue sans le congé dudit Evesque.*

Castitiator, Architectus, *Casticheur*. in Charta ann. 1317. in Tabulario urb. Ambian. & veteribus Usaticis ejusdem urbis MSS. *S'il a debat de closture entre aucun voisin, ou d'aucun yretage, li Maires envoiera les casticheurs qui sont sermentez à le vile, & verront les lieux dont est debat.* Etiamnum Picardi aggeres fluminum vivariorum, &c. qui palis ligneis continentur, *Catiches* vocant.

CASTIFICARE, Castum facere, apud S. Fulgentium Epist. 3. ad Probam. & Maximum Taurin. Homil. in vigiliis Natalis Domini.

CASTIGATORIUM. Vide *Tumbrellum*.

CASTIMONIA, *Musca venenosa*, Ugutioni.

CASTIMONIUM. Gloss. Græc. Lat. MS. ἁγνισμα, *Castimonium, purificatio.* Editum, ἁγνεία. *castitas castimonium.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Castimonia Pudicitia*, Papias: *Castimonium, sanctimonium.* Vita sancti Theofredi Abbat. Calmeliac. cap. 8. *Cùm verò jam septimum ætatis primæ tetigissem annum, potenti Deo devovi castimonium.*

Castimoniales, Virgines quæ castitatem voverunt. Optatus lib. 3. contra Parmen. *Invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres.*

CASTITARI, ἁγνεύειν, in Gloss. Lat. Græc.

CASTLEGARDUM. Vide *Castelgardum*.

CASTOR, Vervex, aries castratus, *Mouton chastris*, Italis, *Castrone, agnello castrato.* Charta fundationis Abbatiæ S. Stephani de Fonteneto in Normannia in Regesto 106. Tabularii Regii Ch. 370. *Decimamque vineæ & pomerii, atque vitulorum, & porcellorum, agnorumque & castorum, &c.* Fleta lib. 2. cap. 79. §. 4. *Ad oves, multones, & eorum sequelas, tria fiant ovilia, unum videlicet pro multonibus & castoribus, aliud pro matricibus bidentibus, tertium pro annatis & juvenibus.* Ibid.

Ibid. §. 12. *Castores autem bonis velleribus communiti cum matricibus bidentibus, &c.* Vide *Castritius.*

Castratinæ pelles, pro vervecinis, in Actis S. Franciscæ Romanæ num. 77.

Castrones. Jus Vicentin. lib. 1. *Habere vel tenere oves, moltones castrones, vel agnellos, &c.*

CASTORINATUS, *Castoreatus*, Castorina pelle indutus, ornatus. Sidonius lib. 5. Epist. 7. *Albati ad exequias, pelliti ad Ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati ad letanias.* Charta Aganonis Episcopi Augustodun. in Tabul. ejusdem Ecclesiæ: *Præsente etiam Duce Burgundiæ cum suis castoreatis proceribus. Castorinas & Castorias* vestes in pretio olim fuisse testantur idem Sidonius carm. 5. S. Ambr. de Dignit. Sacerd. cap. 4. Haymo 1. ad Timoth. cap. 3. Gerbertus seu Silvester PP. in Homilia de Informatione Episcopi, &c. De Castoribus verò multa habet Silvester Giraldus lib. 2. Itiner. Cambriæ cap. 3.

CASTRA, Navis Italicæ species, in Historia Obsidionis Jadrensis an. 1345. lib. 2. cap. 7. Virgil. 3. Æneid.

Dat clarum puppi signum, nos castra movemus.

Ubi Donatus: *Hoc est, navigia.*

CASTRATIONE mulctati servi in adulterio & furto deprehensi, in Lege Salica tit. 27. §. 4. tit. 42. § 4. 15. Pæderastæ in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 5. §. 5. 7. & apud Theophanem pag. 151. Mulierum oppressores, in Legibus Will. Nothi apud Bromptonum pag. 982. & Knyghtonum an. 1087. Oculorum & genitalium amissione mulctatus quidam proditor, apud Sugerium in Ludovico VI. pag. 308. Vide Petr. Fabrum lib. 3. Semestr, cap. 19.

CASTRATURA, *Cancellata*, in Glossis MSS. Vide *Incastrare.*

CASTRIATUS. Anastasius in S. Hilaro PP. *Lacus & conchas triantas cum columnis porphyreticis ragiatis, &c.* Alii Codd. habent *conchas castriatas*: sed videtur legendum *striatas.*

CASTRITIUS, Vervex, aries castratus, Italis *Castrone.* Charta Henr. III. Regis Angl. in Monast. Angl. to. 1. pag. 888. *Quinquaginta quinque acras terræ & pasturam ad ducentas oves, & octo castritios, & sexdecim bovos. Le Roman de Garin MS.*

La veissiez tant grant buef acueillir,
Tante vache, & tant riche chastris.

Vide *Castor.* Et Glossar. med. Græcit. in Καστρίσιος.

CASTRUM. Isidorus lib. 9. Orig. cap. 3. *Castra sunt ubi milites steterunt: dicta autem castra, quasi casta, vel quòd illic castraretur libido.* Addit Papias: *Castrum verò singulariter, oppidum.*

Castra vocabant Scriptores medii ævi, urbes quæ *civitatis*, id est, Episcopatus, jus non habebant; qua notione vox hæc usurpatur non semel in Notitia Galliarum, ubi in Maxima Sequanorum, *Castrum Ebredunense, castrum Vindonissense, castrum Rauracense, castrum Argentorate*: in Narbonensi I. *Castrum Uceticense*, in Lugdunensi I. *Castrum Cavallonense, castrum Matisconense*, cum *civitatibus* recensentur, licèt *civitatis* seu Episcopatus jus non haberent. *Castrum Divionense*, occurrit non semel apud Gregorium Turonens. de Gloria Confess. cap. 42. & in Hist. pluries, quod hodiè amplum est oppidum. Vita S. Medardi apud Surium: *Noviomus, cum tunc temporis castrum, seu munitio, haberetur, postmodum ipsius ejusdem gloriosi Pontificis Medardi ordinatione, Pontificalis cathedræ honore sublimatus est.*

Castrum publicum, quod Regii juris erat, apud Hugonem Flaviniac. in Chron. Virdun. *Actum Flaviniaco castro publico.*

Castrorum nomine interdum donata domus, seu Palatium Principis, *Comitatus*: στρατόπεδον, & τὸ θεῖον στρατόπεδον, apud Synesium Epist. 76. & 110. & in Epistola Theodosii & Valentiniani ad Synodum Ephesinam: τὸ εὐσεβὲς στρατόπεδον, in Mandato ejusdem Synodi: præterea apud Palladium in Vita Chrysostomi pag. 59. Edit. V. Cl. Emerici Bigoti, in ejusdem liturgia & S. Basilii, & alibi non semel. Hinc *Castrensia munia*, id est, in Palatio obita, in leg. 2. Cod. Th. de Tractor. Aliter tamen censuit Salmasius ad Lampridium pag. 225. ubi fallitur in Corippi versu, quem sic legit:

Adfuit obsequio castrorum turba virorum.

Sequentia enim satis indicant legendum *castorum*, intelligique Eunuchos Imperatorios, de quorum in vita castitate, sic S. Basilius Epist. 87. Οὗτοι σωφρονοῦσι μὲν ἄμισθα διὰ σιδήρου, μαίνονται δὲ ἄκαρπα δι' οἰκείαν αἰσχρότητα.

Casticellum, in Testamento Bertichranni Episcop. Cenoman. sub fin. *Omnes casellas, casticella, vineola, campellos, &c.*

Castrenses & Castrensiani, Ministri Castrorum, aulæ Regiæ: *Ministri Castrenses*, apud Lampridium in Severo, qui his accenset Fullones, Vestitores, Pictores, Pincernas, &c. *Palatinis intra aulam obsequiis deputati*, in leg. 12. Cod. Theod. de Palat. sacr. larg. Tertullianus de Corona cap. 12. *Est & alia militia regiarum familiarum; nam & Castrenses appellantur, munifica & ipsa solennium Cæsareanorum.* Hinc *Castrenses Leges* appellat Sueno in Legib. Castrens. in Proœmio, quas alii *Leges Curiæ*, seu *Jus aulicum.*

Castrensiani, iidem qui *Castrenses*, & *Ministeriani*, de quibus est tit. in Cod. Justin. lib. 12. & in Cod. Theod. lib. 6. De iis etiam consulendi Cujacius, Cotofred. & alii.

Castrensis, qui & *Comes Castrensis*, Dignitas Palatina: qui *Castrensibus* & *Castrensianis* præerat, eratque sub dispositione Præpositi sacri cubiculi, ut colligitur ex leg. un. Cod. Theod. Qui à præbit. tiron. Sub *Castrensis* verò dispositione erant *pædagogia, ministeriales dominici, Cura Palatinorum*, ut est in Notit. Imperii. Istius officii mentio præterea est in leg. 1. 2. Cod. Theod. de Castrensian. leg. 12. de Palat. sacr. larg. & alibi, non semel.

Castrensis, Qui feudum castri possidet. Jus feudale Saxon. cap. 37. *Feudum castri non potest Castrensis alteri conferre.* §. 6. *Si moritur Castrensis ante feudi revocationem, &c.* Adde cap. 38. §. 4. 6. Vide *Feudum Castri.*

Castrensis, Castri incola, in Vita S. Launomari Abbatis num. 26. & in Decreto Rudolphi Imp. an. 1285. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imperial. pag. 314. ubi *Castrenses* distinguuntur à *Civibus*: *Cives* enim oppidi seu burgi, *Castrenses*, castri incolæ sunt. Vide Ordericum Vitalem pag. 544. 546. & alibi non semel, & Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 14.

Castriensis, Castri incola, vel Miles in præsidio castri. Gloss. Lat. Græc. παρεμβολὴ *Falanx, Castrum.* παρεμβολικὸς, *Castriensis.*

Castriani, Qui in castris erant. apud Vopiscum.

Castricomes, Castellanus, qui feudum Castellaniæ possidet. Ægidius de Roya an. 1411. *Dominus VVillelmus de Stavele Castricomes Furnensis.* Vide *Burggravius.*

Castrum doloris. Feretrum. Ceremonialis Episcop. l. 2. cap. 11. ubi de Missa defunctorum: *Si aderit in Ecclesia lectus, mortuorum, seu Castrum doloris, &c.* Infrà: *Cum quo ibunt ad feretrum, seu Castrum doloris.*

CASTRIMARGINARIUS. Vide *Begacium.*

CASTULITAS. Inscriptio Epistolæ 5. S. Columbani ad S. Gregorium Papam sic concipitur: *Domino Sancto —— egregio Speculatori, theoria utpote divina Castulitatis potito, &c.* Ita MS. Cod. præferre monet editor.

CASTULUM, Arca, cista, Germanis *Kast*, Anglis *Chest.* Canones Hibernienses lib. 61. cap. 1. *Judex ab artificibus, & judex à præsidentibus Ecclesiæ, vel castuli, & quantumcunque voluerit pro operatione judicabunt.* Ubi *præsidens Castuli* est *Arcarius*, qui inde

Castula-

Castularius dicitur in Constitut. Caroli Magni c. 19. qui *Kastmeister*, seu cistæ vel arcæ magister Germanis: *De Cerariis & Tabulariis atque Castulariis, sicut de longo tempore fuit, observentur.*

CASTUS, Integer, abstinens. Vetus auctor subditus Notitiæ Imperii: *Si provincias casti, & integritatis cupidi moderentur.* Ita in leg. un. Cod. Just. Ne quid publ. lætit. &c. & leg. 4. Cod. Theod. Apud Vitruvium *Castitas*, sordibus & avaritiæ opponitur.

CASUALIS. Vide in *CAsalis.*

CASULA, Minor, casa, seu Ecclesia. Indiculus superstitionum & paganiarum ex Concil. Liptin. an. 743. apud Lalandum: *De Casulis, id est, fanis.* Vide *Casa.*

Casula, Isidorus lib. 19. Orig. cap. 24. & ex eo Papias: *Casula, vestis cucullata, quasi minor casa, eò quod totum hominem tegat, unde Cucculla, quasi minor cella.* Quidam hanc vocem deducunt à κασᾶς, vel κάσος, & κασσός, quæ Polluci & Hesychio, & aliis Grammaticis ἐσθῆτα εἰλητὴν, seu, ut alii legunt, πιλιτὴν, vestem coactilem sonat, apud Xenophontem non semel. Testamentum B. Cæsarii Arelatens. Episc. *Indumenta Paschalia, quæ mihi data sunt, omnia illi* (successori) *serviant, simul cum Casula villosa, & tunica, vel galnape, quod melius dimisero.* Vide Vitam ejusdem Cæsarii. Fortunatus in Vita S. Medardi cap. 5. *Casulam igitur, quæ per eum à matre dirigebatur artifici, egeno illi misericordia motus tribuit.* Ita *Casulam* famulis ac viris privatis tribuit Procopius lib. 2. Vandalic. cap. 26. Ἱμάτιον ἀμπεχόμενος οὔτε στρατηγῷ, οὔτε ἄλλῳ στρατευμένῳ ἀνδρὶ ἐπιτηδείως ἔχον, ἀλλὰ δούλῳ ἢ ἰδιώτῃ παντάπασι πρέπον, καζούλαν αὐτὸ τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

Casula pro habitu monachico sæpe sumitur, atque adeo pro ipsa *cuculla.* Theodemarus Abbas: *Cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine Casulam vocamus.* Vita S. Fulgentii Episcopi Ruspensis c. 18. *Casulum vel superbi coloris nec ipse habuit, nec Monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit.* Vide Haeftenum l. 5. Disquisit. Monastic. tract. 3. disq. 1.

Casula, Vestis Sacerdotalis, quæ & *Planeta.* Rhabanus lib. de Ordine Antiphonarii cap. 21. & ex eo Ugutio & Joannes de Janua: *Casula dicitur vulgò Planeta Presbyteri, quia instar parvæ casæ totum tegit, & signat caritatem.* Alcuinus lib. de offic. *Casula, quæ super omnia vestimenta ponitur, &c.* Idem Rhabanus: *Hæc supremum omnium indumentorum est, & cætera omnia interiùs per suum munimen tegit & servat.* Rupertus lib. 1. de Sacrament. cap. 50. de casula: *Hæc super dextrum brachium levatur, replicaturque in sinistrum.* Stephanus Eduensis lib. de Sacrament. altar cap. 10. *Casula undique integra unitatem fidei designat.* Similia habent Rupertus lib. 1. de Divin. offic. cap. 22. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 207. Hugo à S. Victore in Speculo Eccles. cap. 6. & lib. de Sacrament. cap. 56. Innocentius III. lib. 1. de Myster. Missæ cap. 58. Durandus lib. 3. Ration. cap. 7. &c. Synodus Liptinensis c. 7. *Presbyteri vel Diaconi non sagis Laïcorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei.* Riculfus Episcopus Suessionensis in Constitut. cap. 7. *Casulam sericam, cum qua Missa celebratur.* Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. *Casulas Episcopales Optimas tres, unam dic prasiam & aliam de Orodonas.* Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 1.

Casulaque capax à forfice forma
Post longas habitura plicas, contracta ministris.

Hist. Episcoporum Autisiodor. cap. 49. *Casula coloris ætherii, phrygio palmum habente, super humeralis & Rationalis effigiem ad modum Pallii Archiepiscopalis honorabiliter prætendebat.* Ubi observare licet formam veterum casularum, quibus Pallii Archiepiscopalis figura adtexta erat, quomodo etiam complures habentur in majorum Ecclesiarum secretariis, in quibus circa collum limbus alterius coloris, antè & retrò pendulus affixus conspicitur, ubi hodie retrò tantùm in crucis figuram adtexitur: qui tamen mos postremus non omnino nuperus ex iis quæ habet Joannes Gersenius lib. 4. de Imitatione Christi cap. 5. num. 3. ubi de Sacerdore: *Habet ante se & retro Dominicæ Crucis signum ad memorandam jugiter Christi passionem, Ante se Crucem in casula portat, ut Christi vestigia diligenter inspiciat, & sequi ferventer studeat. Post se Cruce signatus est, ut adversa qualibet illata ab aliis clementer pro Deo toleret.*

Casula generaliter pertinet ad omnes Clericos, ut ait Amalarius lib. 2. de Eccles. offic. cap. 19. Diaconis tribuitur in Concilio Liptinensi can. 7. *Presbyteri vel Diaconi non sagis, Laïcorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei,* De casula Diaconi, vide Honorium Augustodun. lib. 1. cap. 231.

Cassula, apud Petrum Abbatem Cellensem lib. 6. Epistola 12.

Casubula, Cassibula, idem quod *Casula,* unde vox formata, Gall. *Chasuble,* Vestis sacerdotalis. Neque enim amplector sententiam Jacobi *Bourgoing.* lib. de Origine & usu vulgarium vocum pag. 40. qui quasi *Capisibulam* dictam putat. Faustus Monachus in Vita S. Severini Abbatis Agaunensis num. 6. *Exuens casubulam suam corpori Regis induit eam.* Vita S. Popponis Abbatis n. 58. *In celebratione Missarum casubulam, quâ induebatur, lacrymis humectabat.* Num 61. *Casucula* habetur, ubi fortè restituendum *Casubula.* Charta Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum: *Casuvula vermicula,* pro *Casubula.*

Cassibula. Testamentum Willelmi *Longuespée*, Comitis Sarisberiensis an. 1255. tom. 2. Monastici Anglic. *Item ego assignavi —— magnam capellam —— scilicet cassibulam de rubeo samito, & unam capam chori de rubeo samito, &c.*

Casubla, occurrit in Notis Tyronis pag. 18.

Cùm verò Scriptorum plerique *Casulam* dictam à *casa* scribunt, quod totum hominem, ut casa, tegat, respexerunt ad veterum Casularum formam, quæ totum revera Sacerdotem à collo ad pedes ambibat, atque adeo brachia ipsa & manus tegebat: ita ut si iis ad sacra facienda, aut ad alios usus vellent uti, necessum haberent casulam ad utrumque latus erigere, aut fibula cohibere, quod observare est ex loco laudato Ruperti. Petrus Comestor in Histor. Scholast. Exod. cap. 63. de vestibus Pontificum veteris legis scribens: *Modicè stringebatur, & usque ad tibias dependebat ad decorem, dum Sacerdos nihil operabatur. Cum autem sacrificabat, ne impediret, pendentes summitates super levum humerum reflectebat; unde & fortè Diaconus quandoque casulam plicatam eidem humero superponit.* Quo spectant ista ex Bernardo Monacho in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 74. de Sacerdote sacra facturo: *Sicque casulam induit, quam etiam socius studiosè inter brachia plicat, & amictum desuper aptat.* Atque inde casularum hodiernarum nata est forma, quod ultrò quivis fatebitur, qui S. Gregorii Magni PP. imaginem ex musivo expressam, quæ habetur post ejus vitam à Joanne Diacono exaratam, & Episcopi alterius in Ecclesiæ S. Germani Pratensis porticu, & similes, quæ visuntur Romæ in veteribus Ecclesiis, attentiùs expenderit & consideraverit.

CASULA *cordis*. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23. *Canna pulmonis, pulmo, cor, casula cordis, diaphragma, &c.*

CASUS, Caducum. Glossæ Basilic. κάσσος, πλῶσις. Lex 3. Cod. Theod. de Petition. *Quod cujuscunque patrimonio ceciderit in casum.* Symmachus lib. 10. in Relat.

Relat. ad Valentinianum: *Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus facit caducas.* Hinc nostris, *les Parties Casuelles*. Fiscus Regius, in quem *Caduca* inferuntur, dictus: de quo hoc lemma vulgatum: *Fit casu ditior arca.*

Casus, dicitur tertia vel quarta pars dotis quæ viro uxori superstiti advenit, nullis extantibus liberis, apud Julianum Antecess. Nov. 36. cap. 14. Glossæ Basilic. Κάσσος τῶν ἔδνων, ἀτύχημα τῶν νομίμων μοιρῶν, ἢ τῶν γαμικῶν κερδῶν, ἤτοι τῇ δόσει τῆς ὑποβολῆς ἢ τῆς ἐξ ἐπαυδίας. Rursum: Κάσον, μοῖρα νόμιμος, λέγεται καὶ μέρος τέταρτον. Ibidem Κάσον, (malè καπον) τέταρτον μοίρας τυχηρὸν τὸ ἀπὸ συμφορᾶς τοῦ μὴ ἔχειν τέκνα. Aliæ Glossæ: Εἴθισαι ἐν τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις συμφωνεῖν, ὥστε ἐκ προτελευτῆς τῆς γυναικὸς κερδαίνειν τὸν ἄνδρα ἢ τὸ τρίτον τῆς προικὸς, ἢ τὸ ἥμισυ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον κάσος.

CASUS. Alexander Iatrosoph. MS. lib. 1. Passionum: *Hæc oportet fieri his qui & casus patiuntur.* Ubi Glossæ MSS. *Casum vocant memoriæ defectum, pro caros, i. oblivio.* Idem lib. 2. *Hic enim patitur ——— epilemptias, & casus, & tristitias sine causa.* Ubi Glossæ: *Casus, i. scotomiam, quia omnia videntur eadem.*

CATA, Ad, juxta, versus, secundùm, ex Gr. κατά. Glossæ antiquæ MSS. *Secundùm, Juxta, Cata, Circa.* Stephanus II. PP. in Epist. ad Fulradum Abbatem: *Domum positam juxta Monasterium B. Martini ——— juris venerabilis Monasterii S. Stephani Cata Galla Patricia.* Anastasius Biblioth. in Hadriano PP. p. 110. *Constituit in Monasterio S. Stephani Cata Barbara Patricia situm, (sito) ad B. Petrum Apostolum, congregationem Monachorum, &c.* In Leone III. p. 138. *In Monasterio S. Stephani, quod appellatur Cata Galla Placidia.* Id est, juxta ædes *Barbaræ*, & *Gallæ Placidiæ* & *Patriciæ*. Hodœporicum S. Willibaldi: *Atque ibidem sacram monasterialis vitæ disciplinam, ——— Monachorum cata normam venerandæ vitæ conversationem in semetipso ostendendo, exercebat.* *Cata Matthæum*, pro *secundùm*, dixit Lucifer Calaritanus de Non parcendo, &c. pag. 282. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo c. 8.

Cataque sit juxta, dicas hinc Cata Mathæum.

Cata Joannis, pro Evangelio secundùm Joannem in Charta Gennadii Episcopi Astoricensis æræ 953. apud *Yepez* to. 4. p. 448. *Cata Evangelicæ experimentum auctoritatis*, apud Aldhelmum Abbatem Malmesbur. Vetus Interpres sextæ Synodi Constantinopolit. Act. 14. *Litteræ verò, in quibus falsitas libri facta est, propriæ manus Georgii Monachi cata Macarium certè sunt.* Ubi Græcus Codex: Κατὰ Μακάριον τυγχάνουσι. Infrà: *Ipse autem Philippus vicinus erat de patre Stephani, qui cecidit cata Macarium hæreticum.* Gr. Γείτων ὢν τοῦ πατρὸς τοῦ Στεφάνου τοῦ πεσόντος τοῦ κατὰ Μακαρίου αἱρετικοῦ. Quibus locis *Cata Macarium*, idem sonant, ac juxta hæresim & sensum Macarii. Alia vide apud Filesacum ad Vincentium Lirinensem p. 195.

CATABLATTION. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. Italiæ sacræ p. 1275. *Quatuor sindones de seta, quarum una est de..... alia de catablattio, alia de baldeluno, (baldekino,) &c.* Vide *Blatto.*

CATABOLUM, Græc. καταβολή, Solutio, præstatio; verbum Juris. Gloss. Gr. Lat. Καταβολή, ἡ ἀπόδοσις, *solutio, pensio.* Gesta Dagoberti Regis cap. 18. *De proprio teloneo, quod ei annis singulis ex Massilia solvebatur, centum solidos in luminaribus ejusdem Ecclesiæ eo tenore concessit, ut oleum exinde Actores Regii, secundùm quod ordo Cataboli esset, quasi ad opus Regis studiosè emerent, & sic demum Missis ipsius loci annuatim traderent.* Charta ipsa Dagoberti, vel potiùs Chlodovei III. apud Mabillonium to. 4. Actor. Ord. S. Bened. p. 618. 622. *Juxta quod ordo Cadaboli fuerit.*

Catabolum, Catablum, Græcis recentioribus καταβόλον, Navale dicitur seu emporium, oppidum maritimum: fortè quòd in navalibus portoria & tributa pro mercibus invehendis & invectis penderentur. Ita Scholiastes Thucyd. & Suidas verbo ἐπίνειον. Egica Rex Goth. Hispan. in Concilio Toletano XVI. *Nemo ex eisdem Judæis in perfidiam durantibus, ad catablum pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, nec quodcunque cum Christianis commercium agere audeat.* Καταβόλια loci, ita fortè propter portum dicti, in urbe C. P. meminit Cedrenus p. 476.

CATABOLICOS, Mathematicos dictos apud Tertullianum lib. de Anima, Fulgentium lib. de Continentia Virgiliana, & S. Zenonem Veron. à consulendo putat Filesacus lib. 1. Select. quasi καταβουλικούς. Salmasius verò ad Spartianum pag. 40. existimat ita dictos eos spiritus, qui per arreptitios & energumenos futura prædicebant, quòd eos dejicerent, adfligerent, posternerentque quos numine suo implebant, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν.

CATABULUM. Papias: *Catabulum, clausura animalium, ubi desuper aliquid jacitur.* Addit Baronius ad 16. Janu. animalium, non quidem silvestrium, sed jumentorum, quæ publicæ utilitati ad vehenda onera deservirent. Damasus in Sancto Marcello PP. *Damnatus est in catabulo, qui dum multis diebus serviret in catabulo --- & emerunt eum de catabulo.* Petrus Venerab. lib. 1. Ep. 1. *Petrus in carcere, Clemens in exilio, Marcellus in catabulo.* Martyrol. Rom. 16. Jan. de S. Marcello: *Primò fustibus cæsus, deinde ad servitium animalium cum custodia publica deputatus, ibidem serviendo, amictu indutus cilicino, defunctus est.* Hugo Flaviniac. in Chron. p. 81. *Quem princeps domus retentis omnibus, quæ sibi commendata in ejus obsequiis fuerant, catabuli sui, in quo animalia ejus jacebant, axes levavit, & in fossam ubi stercora & urinæ animalium defluebant, eum projecit, &c.* Infrà: *Quem B. Sanctinus de catabuli fossa extraxit, & diligentissimè lavit.* Guibertus lib. 1. Hist. Hierosl. cap. 4. *De Ecclesiis querimonia est, quas siquidem gentilitas eversa Christianitate tenebat, in quibus equorum ac mulorum, cæterorumque animalium catabula construebat.*

Captabulum extulit eadem notione Petrus Damiani lib. 2. Epist. 18. lib. 5. Ep. 1. p. 248. 389. Occurrit etiam in Notis Tyronis.

Catabulum. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbatis Corbeiensis lib. 1. c. 15. *Qui cùm attollerent pariter gressus, illuc vultum oculosque levabant, ut probares illis comittere Deo in cælis, quodcunque fieri disponebant in terris, & illuc locare katabula fundamenti, quo vix aliorum culmina surgunt.* Id est, ima, vel cava, fossas.

Catabulenses, Qui oneraria & *Catabularia* jumenta ductabant, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, quod est comportare. Senator lib. 3. Epist. 10. *Præsenti admonitione declaramus, ut marmora, quæ de domo Pinciana constat esse deposita, ad Ravennatem urbem per Catabulenses vestra ordinatione dirigantur.* Idem lib. 4. Epist. 47. *Et ideo 50. solidorum mulctam non jam veredarius, sed Catabulensis incurrat, quisquis ultra centum libras parhippum crediderit onerandum.* Horum Corpus sive Collegium in urbe constitutum erat ex libertinis hominibus, quod ideo in Cod. Theod. de Pistorib. & Catabol. lib. 14. jungitur Corpori & Collegio Pistorum, quòd *Catabolenses* molenda frumenta animalibus farinasque comportarent, ut censet Cujacius lib. 16. Obser. cap. 5.

CATACLITUS. *Cataclistus, Cataclyzus, Cataclyzomatus ars.* Quid sit *vestis de cataclitis*, apud Tertullianum de Pallio cap. 3. quærunt viri eruditi. Quidam enim putant esse vestem cataclitorum, quibus nempe *cataclita* sternuntur, seu accubita, & tricliniares lecti. Ita quippe κατάκλιτα appellari observare est ex Basilio; ubi explicat quid sint θέριστρα κατάκλιτα, apud Isaiam cap. 3. v. 23. Verum qui attentè verba Tertulliani expenderit. per

per *cataclita*, materiam vestis expressisse deprehendet: *Mutant & bestiæ pro veste formam, quanquam & pavo pluma vestis, & quidem de cataclitis, imò omni conchylio depressior, qua colla florent, & omni patagio inauratior, qua terga fulgent, &c.*

At quæ materia illa fuerit, non promptum est definire. Alii *de catacliftis* reponendum volunt, etsi constanter priorem lectionem retineant Codices omnes, uti fatetur Salmasius, qui ab hac sententia non omnino discedit. Sed quòd *catacliftas vestes*, apud Tertullianum, eas quæ in arca servari solent, appellatas volunt idem Salmasius & Cerda, vix probem: ut nec quòd undique clausæ essent, quod contendit Susanneus in Collectaneis, & Beroaldus ad hunc Apulei locum lib. 11. Metamorph. *Veste nivea & cataclista prænitens.* Malim enim his locis *cataclistas* vestes appellari eas, quibus lapilli ac uniones intexi solent, qui quodammodo in opere includuntur, & κατακλείοντα: quod faciunt Phrygiones. Unde *cataclistæ* vestes, eæ sunt quæ opere Phrygio adornantur. Neque alia sunt θέριστρα κατάκλειστα, apud Isaiam, (nam ita legi in aliquot MSS. observant viri docti) non quidem instrata lectorum accubitalium, sed palliola ac vela feminea: quæ notio est vocis θέριστρον.

Jam verò quod puriores Græci ac Latini κατάκλειστα appellarunt, posteriores, seu potiùs Latini sequioris ætatis Scriptores, depravato vocabulo, *cataclyza*, nuncupaverunt opusque ipsum *cataclyzoma*. Et certè *artem cataclyzomatis*, eandem esse quæ aurifabrorum, qui operibus suis lapillos & gemmas induunt ac intexunt, (unde *clusores* & *inclusores*, & *inclusorium opus*, ut suo loco monemus) perspicuè declarat Arnobius Junior in Conflictu cum Serapione lib. 1. *Unum diadema video, sed in ipso diademate cataclyzomatis arte gemmæ constitutæ.* Hinc facile est conjicere quid per *cataclyza* velit Gregor. Turon. lib. 2. de Glor. Confess. c. 63. *Veruntamen calicem non comminuit, quia cataclyza in ipso fuerant solidata.* Neque enim per *cataclyza, fundus vasis*, quod vult Cerda, sed lapilli, *solidiùs* vasi inserti, opere *inclusorio*, ac aurifabrili intelliguntur: Quod verò in solida materia faciebant aurifabri, id fecere in vestibus Phrygiones, quibus gemmas pariter & lapillos intexuere, & in iis quodammodo inclusere: unde vestes istas, *de catacliftis* appellavit Tertullianus, quòd essent ex specie *catacliftiorum* operum.

Porro ut *cataclyza*, de vasis, dixit Gregorius Turonensis, de diademate Arnobius; ita Fortunatus in Vita S. Martini l. 3. hanc vocem usurpavit in vestibus, cujus versus ex Codice literis Longobardicis exarato, qui in Bibliotheca Monasterii S. Germani Parisiensis asservatur, eo lubentiùs hoc loco describam, quòd negotium facere videntur literatis omnibus, propter pravam scriptionem:

Vidisti thalamum sponsi super omnia pulcri,
Compositum gemmis, auroque ostroque decorum:
Quanto zona die lapidum radiabat honore,
Cyclades aut quales cataclycis effera rasis,
Quæ palla ex humeris mixto chryso Phara beryllis,
Quodve monile decus collo radiabat in illo.

Ubi Codex Brovveri:

Cycladis aut qualis cataclysis effora rasis,
Quæ palla ex humeris mixto chrysoprasoberyllis.

De quorum versuum sensu haud facili prorsus, hîc in præsens non disputo, illos, ut in MS. Codice exarantur, repræsentasse contentus. Observo tantùm cataclyza rasa dixisse Fortunatum, id est, pannos gemmis & unionibus exornatos. Sed & lib. 4. eodem vocabulo usus est in describendis vestibus pretiosis:

O Martine, decus, lapidum velamine compte,
Quàm nova palla tibi, cujus textura coruscans,
Trama topazus erat rutilans, & stamen iaspis,
Et tunica insignis currunt pro vellere gemmæ?
Quæ manus artificis cataclyzica fila rotavit?
Quis fuit hic opifex, ubi lana hyacinthina currit?
Quis potuit rigidas torquere ad licia telas?

Ubi Brovveri Editio habet *cataclystis*. Hæc porro licèt prolixiora describere operæ pretium duximus, ut tandem liqueat, quid sit *cataclyzum*, vel *cataclystum* in vestibus, quod, nisi fallor, non aliud fuit à Phrygio opere, in quo lapilli fuerint κατάκλυστοι, conclusi: est quippe κατακλείειν, *Concludere*, in Gloss. Græc. Lat. Neque enim à κατακλύζειν, quod est *diluere, proluere, inundare*, in eodem Gloss. peti debet etymon vocis *cataclyzum*, cùm abusivè ex *catacliftum* formata sit à recentioribus, etsi vestes ejusmodi potuerint dici gemmis & lapillis perfusæ. Quomodo περίχυλον usurpat Codinus de Offic. Palat. cap. 3. num. 13, Σκαράνικον χρυσοχοϊκὸν, λιθάρια δὲ, ἢ, μαργαρίτάρια ἔχον, ὅτω λεγόμενα Παρίχυλα. Idem Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Totaque permixtis radiant velamina gemmis.

Confertæ gemmis vestes, apud Vopiscum in Aureliano. *Crassiore auro smaragdinisque superinsutæ*, apud Dudonem lib. 3. de Morib. Norm. p. 153.

CATACUMBÆ, tertio ab Urbe milliario, ita dicta Cœmeteria publica. Quarum descriptionem dedit Onuphrius Panvinius lib. de præcipuis Urbis basilicis p. m. 122. S. Ambrosius, seu vetus Scriptor, in Actis S. Sebastiani n. 88. *Hoc tu dum levaveris, perduces ad Catacumbas, & sepelies in initio cryptæ, &c.* Anastasius in S. Cornelio PP. *Corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis levavit noctu.* In S. Damaso: *Ubi requiescit in Catacumbis.* Vetus Martyrologium editum à Bucherio ad Canones Paschales, continens *depositiones Episcoporum* Romanorum: *Mense Januario 13. Kl. Febr. Fabiani in Callisti, & Sebastiani in Catacumbas.* —— *Mense Junio 3. Kl. Julii, Petri in Catacumbas. & Pauli Ostiense, Tusco & Basso Coss.* Rudolfus Monachus in Vita B. Rhabani Mauri n. 30. *Acceptoque corpore B. Quirini Martyris Romam fugit, & sacras reliquias via Appia, tertio milliario ab Urbe, in Ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ubi aliquandiu jacuerunt, sepelierunt in loco qui dicitur. Ad Catacumbas.* In Catacumbis latitasse S. Urbanum PP. tradunt Acta S. Cæciliæ: ut & Evaristum PP. Vita SS. Faustini & Jovitæ Mart. n. 19. Vide Adonem in Chronicon an. 364. Ordericum Vital. p. 355. 357. &c.

Catacumba, pro quovis cœmeterio. Ita videtur usurpasse Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis, in S. Fortunato: *Collocarunt in Ecclesia Stephania ad partem dextram introeuntium sursum, ubi est oratorium in capite Catacumbæ.* Acta S. Isidori Agricolæ n. 28. *Ipsum trahentes duxerunt ad B. Isidori catacumbam, &c.*

De vocis etymo, diffident Scriptores. Anonymus in Historia translationis S. Sebastiani c. 6. à *statione navium*, quas *cumbas* appellabant Græci & Latini recentioris ætatis, locum hunc dictum vult: *Milliario tertio ab Urbe, loco qui ob stationem navium Catacumbas dicebatur.* Et c. 14. *Pervenit ad Catacumbas, tertio ab urbe miliario.* Alii vocem compositam censent ex *Cata*, & *tumba*, ita ut fuerit locus mortuorum *tumbis*, seu sepulcris destinatus, seu quòd in eo Martyrum & Christianorum, qui sub Imperatorum paganorum tyrannide mortem pro fide oppetierant, *tumbæ* passim inventæ fuissent. Unde locum hunc *Ad tumbas*, seu ut tunc loquebantur, *Catatumbas*, quod idem sonat, postea appellaverint Romani. Nam, *cata*, pro, *ad*, usurpasse Scriptores inferioris Latinitatis suprà docuimus. Huic certè sententiæ videtur favere Codex Gregorii M. editus l. 3. Epist. 50. qui *Catatumbas* habet, non *Catacumbas*, nisi mendum sit in Editionibus, quod reor: nam & aliquot Codd. MSS. & cæteri Scriptores constanter *Catacumbas*, passim habent. Unde alia vocis origo investiganda. Cùm igitur ejusmodi Polyandria & Cœmeteria publica in cryptis & locis reconditis extiterint, quos istius ætatis Scriptores *Cumbas* vocabant, videtur

videtur potior ratio existimandi, sic dicta, quòd ad ejusmodi cryptas, &, ut ita dicam, valles, Martyrum corpora deferrent Christiani, qui dum rogarentur ubinam jacerent, respondebant, *Cata cumbas*, seu *Ad cumbas*, id est, *ad cryptas*, vel *ad valles*, aliquot ab urbe milliariis. Et sanè Martyrum sepulcra Romæ vel haud procul ab urbe, in cryptis & locis depressioribus extitisse auctor est sanctus Hieronymus in cap. 40. Ezech. dum cœmeteria Romana à se visa describit: *Dum essem Romæ puer, & à liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris ejusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulcra Apostolorum & Martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur, Descendant in infernum viventes.* His adjungenda sunt quæ habet Prudentius in Passione S. Hyppolyti Martyris, & in Descriptione Cœmeterii Cyriacæ in agro Verano. Porro *Cumbas*, cryptas esse ac valles suo loco docemus. Vide præterea Romam Subterran. lib. 3. cap. 12.

CATACUMINUS, pro *Catechumenus*. Althelmus de Laude virginum c. 12.

Christo devotus cùm jam catacuminus esset,

CATACUSSIS, occurrit apud Tyronem in Notis pag. 164.

CATADOCTA, *Multorum cantica*, in Gloss. Isid. ubi quidam legunt, *multorum amica*. Aliæ Glossæ: *Catadocta, multorum cantica catalecta.* Sed videtur legendum, *Cata, docta. Catalecta, multorum cantica.* Ex Lat. *Catus.*

CATAGRAPHARE, *Transcribere.* Ugutioni: καταγράφειν.

CATALAGO, *id est, collectio.* Ita Glossæ MSS. ad Canones Concil. fortè ex κατάλογος.

CATALEPTICUS, idem qui *Epilepticus*, in Actis S. Erconvvaldi Episcopi n. 23.

CATALLUM, idem quod *Capitale*, Bona omnia quæ in pecudibus sunt. Ex *Capitale* enim formata vox *Captale*; & ex *Captale*, *Catallum*, ut ex *Chaptel* Gallico, *Chatel* & *Catel*. Exinde usus invaluit, ut hacce appellatione bona omnia mobilia, cujuscunque generis sint, intelligantur. *Chattel*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 4. Butellerio, *Cateux sont meubles & immeubles: Si comme vrais meubles sont qui transporter se peuvent, & ensuivir le corps: immeubles sont choses qui ne peuvent ensuivir le corps, ni estre transportées, & tout ce qui n'est point en heritage.* Leges Edvvardi Confess. c. 35. *Juxta facultates suas & possessiones, & juxta catalla sua, &c.* Ingulfus: *Cum decimis omnium terrarum, ac bonorum aliorum sive catallorum.* Item pag. 894. *Cum suis catallis omnibus mobilibus.* Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Puer aut juvenis vel adolescens, sub tutela patris sui ——— nullum debet domino suo cavagium, ——— donec proprium habeat catallum de quo lucretur.* Hovedenus p. 535. *Burgenses captivavit, catalla eorum asportavit.* Occurrit passim. Vide Monastic. Anglic. to. 1. p. 169. Roverium in Reomao pag. 361. Duchesnium ad Alanum Charterium, Raguellum, Loiseum lib. 3. de Offic. c. 14. &c.

Catallum, Practicis Anglis est omne bonum mobile seu immobile, quod neque liberum tenementum, neque feudum est. Aliud est personale, quo intelliguntur bona mobilia: aliud reale, quo intelliguntur possessiones & tenutæ, quas tenemus ad terminum annorum, aut ad voluntatem alterius. Ita Covvellus lib. 1. Instit. tit. 10. §. 18. lib. 2. tit. 2. §. 20. Rastallus, & Edvvardus Cokus ad Littlet. sect. 177.

Melius Catallum, quod post mortem tenentis domino præstatur: *Heriotum* Angli vocant hanc præstationem: *Droit de meilleur cattel*, Consuetudo Hannon. c. 83. Charta Philippi Marchionis Namurcensis ann. 1212. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. c. 67. *Statui ut à nullo Milite qui sit de familia vel advocatione mea melius mobile, quod quidem Melius cathelum dicitur, de cætero accipiatur post ejus decessum, nec id ab ejus hærede pro illo mortuo exigatur.* Adde Diploma Joannæ Comitissæ Flandr. pro Monasterio Marquetano §. 13. apud Buzelinum lib. 2. Flandr. cap. 30. & Arestum 20. Aug. an. 1411. in Hist. Bethuniensi p. 116. Huic porro debito obnoxii potissimùm erant homines, quos *Mortuæ manus* vocabant. Chronicon Magnum Belgicum an. 1123. *In eo verò consistebat jus*, (Mortuæ manus) *ut quandocunque aliquis paterfamilias, qui hanc debuit servitutem, moreretur, in signum servitutis prætertiæ optimum pignus, vel jocale, quod in ipsius domo reperiri contigerit, à dominis exigeretur: sin autem nihil esset, ut tum defuncti dextera manus abscissa dominis offerretur.* Id etiam juris sibi olim vindicarunt Ecclesiæ, ut ex Synodo Sodorensi docemur. Locum habes in *Mortuarium* & *Pirottum.* Rhenanus lib. 2. Rer. German. pag. 87. *Erant insuper Ecclesiastici servi, quos ipse Rex, aut Dux, aut Comes Monasterio donasset. Hinc videmus Abbates nostrates adhuc talia mancipia possidere ex liberalitate Francorum Principum. Hinc illæ pensitationes originem habent, quibus multos scimus obnoxios, ut mortuo patrefamilias præstantissimum jumentum è stabulo Procurator Abbatis abducat vel vestium pretiosissimam auferat.* Vide *Herietum*, & Kilianum in *Hoofd-stoel.*

CATAMANE. Jo. de Janua: *Catamane, i. juxta mane, scilicet diluculo, à cata, quod est juxta, & mane.* Ebrardus Bethuniensis in Græcismo:

Quolibet à mane fieri dicas Catamane.

Gloss. Lat. Gall. *Catamane*, *Prés du jour.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 51. *Fuit hoc Catemane*, pro *Catamane.* Utitur etiam Gariopontus lib. 3. Passion. cap. 58.

CATAMODICUM, Intra modicum tempus, Gallis *Dans peu.* Matth. Silvaticus: *Catamodicum, juxta modicum, vel paulatim, ex Græco & Latino compositum.* Acta SS. Martyrum Tharasii & sociorum: *Maximus Præses dixit: Κατὰ modicum te exterminabo.* Gariopontus lib. 3. Passionar. cap. 34. *Et urinam digerunt catamodicum, cum sanierum veluti fæce, &c.* Adde cap. 49. 69. lib. 5. cap. 12.

CATAMONTEM, *Cæli aspectum.* Ita Gloss. Isid.

CATANECTA, *Docta puella.* Ita Ugutio MS. Vide *Catapuera.*

CATANEUS. Vide *Capitaneus.*

CATAPANUS, *Catepanus*, *Catipanus*, idem quod *Capitaneus*, Præses, Præfectus provinciæ vel civitatis. Ita porrò appellabantur qui in Italiam ab Impp. Byzantinis mittebantur, provincias ac urbes recturi. Leo Ost. lib. 2. c. 68. *Alius in Apuliam Catapanus, nomine Ducliano, ab Imperatore dirigitur.* Hugo Falcandus p. 671. *Strategoti, Camerarii, Catepani.* Guillelm. Apul. lib. 1. de Gest. Norm.

Turnicii tandem rumor pervenit ad aures,
Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab urbe,
Cui Constantinus nomen dedit editor urbis.

Infrà:

Partibus Ausoniis Gallorum terror habetur,
Ex quo Normannos Catapan abscedere fecit.

Occurrit passim apud Lupum Protospatham, Anonymum Barensem, in Chron. MS. Andr. Danduli an. 1003. in Vita S. Vitalis Siculi, apud Ughellum in Italia sacra to. 4. pag. 1167. to. 7. prg. 1073. &c. His insignem addam locum ex Vita Lietberti Episcopi Cameracensis, cap. 41. tom. 9. Spicilegii Acheriani, qui criticam manum requirit: *Princeps illius insulæ* (Cypri) *quem Katapan, hoc est, secundum dominum vocant.* Ubi proclivi errore *Ratapant* irrepsit: quanquam cur hac voce, *secundus dominus* designari dicatur, non planè video, nisi pro κατὰ παντοκράτορα, *Catapan* dictum auctor

auctor putaverit, hoc est, *post Imperatorem*, seu qui illius vices exequebatur.

De vocis origine nugantur Guillelmus Apul. lib. 1. Glaber Rodulphus lib. 3. cap. 1. & Leo Ost. lib. 2. cap. 51. quorum sententias discussimus in Notis ad Alexiadem p. 275. ubi ostendimus vocem hanc formasse Byzantinos ex κατεπάνω, quam quibusvis Capitaneis, seu cujuscunque ordinis viris primariis tribuere solent. Hodie Neapoli *Catapanus* vocatur publicus minister, annonæ, ponderibus, mensurisque præfectus. Charta Veneta an. 1346. apud Sansovinum & Stringam in Venetia lib. 2. p. 111. *Mixier Marco* Catapan.

Catipanus, apud Romualdum in Chron. MS. an. 998. 1011. 1012. 1066. & in Hist. Dalmatica Joan. Lucii p. 76. 78.

Acatapanus, in charta Alfonsi Regis Aragon. & Sicil. an. 1456. apud Bonfil. Constantium in Messana lib. 8. p. 64.

Catapanatus, Officium *Catapani*. Anonymus Barensis in Chr. ann. 1029. *Eustasius adduxit Catapanatum Christoforo.* Apud Theod. Balsamon. in Synod. VII. can. 12. p. 519. extat Novella Manuelis Comneni, qua Monasteria eximuntur ἀπὸ τῆς κατεπανικῆς γύρας, id est, exactionibus, quæ in sumptus *Capitaneorum* provincias suas oberrantium solvebantur.

Catipania. Scribit Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in Chronico MS. an. 1013. Bugianum quendam, qui Βοϊωάννης Scylitzæ dicitur, à Græcorum Imperatore in Italiam missum cum *Catipani* dignitate, *in Apulia plures urbes & oppida ædificasse ac constituisse, ipsamque regionem usque hodie Catipaniam ex suo nomine dictam*, quæ eadem est, quam Itali ipsi *Capitanatam*, ex voce ipsis magis familiari, appellarunt, ut in Notis ad Alexiadem observavimus.

At cùm frequens apud Byzantinos atque adeò Italicos ævi medii Scriptores Catapanorum Italiæ mentio occurrat, haud absurdum fortè videbitur, si ex Historicis Græcis ac Latinis eorum seriem ad majorem Historiæ lucem hocce loco inseramus. Notum autem expulsis Italiæ finibus Gothis, sub Justiniano demum missos Præfectos, seu στρατηγὰς, qui provincias & urbes regerent, & populos in officio continerent, quos inter primus extitit *Belisarius*, qui exactis Gothis Italiam aliquandiu gubernavit, ut & *Narses* Eunuchus & Patritius, qui in Italiam Longobardos evocavit, & alii, quos excepere postmodum Exarchi Ravennates, hosque *Catapani*, seu Præfecti Apuliæ & Calabriæ, postquam Longobardiâ, aliisque Italiæ aliquot provinciis Græci pulsi sunt. Horum primus mihi occurrit.

Stephanus cogn. *Maxentius* Cappadox, missus ad gubernandam Longobardiam à Basilio Macedone, cui ob res malè gestas abrogatum imperium, (de quo idem Porphyrog. in eod. Basilio n. 71. Edit. Combefisii,) eique suffectus.

Nicephorus cogn. *Phocas*, vir strenuus, ut est apud Scylitzem p. 586. Vide Stemma Phocarum in Familiis nostris Byzantinis.

Gregorius Bajulus Imperialis Græcorum ann. 875. apud Lupum Protosp. & Erchempertum cap. 38. & 41.

Casanus seu *Cassanus Patricius*, ann. 883. 884. apud Erchempert. cap. 56. 57. 60.

Joannicius Canditatus Stratigo Augustalis, Cassano suffectus an. 884. apud Erchemp. c. 60.

Tradezi Straticus, anno 886. apud Lupum Protosp.

Theophylactus Stratigo, an. 887. apud Erchempert. c. 66. & Leonem Ost. lib. 1. c. 50.

Constantinus Patricius, qui & *Trapezi*, seu ut Græcis dicitur, ἐπὶ τῆς τραπέζης, Præfectus mensæ Augustali. an. 887. 889. apud Lup. Protosp. Erchempert. cap. 76. 80. Leonem Gram. Zonaram, & Scylitzem p. 595.

Symbaticius Protospatharius & στρατηγὸς, i. Dux, Macedoniæ, Thraciæ, Cephaloniæ, atque Longobardiæ, Leoni Ost. lib. 1. c. 52. idem qui *Sabbaticius Straticos*, seu Strategus, apud Protospat. an. 891. Is Beneventum cepit, *cujus dominium cùm annis 3. mensibus 9. diebus* 20. exegisset.

Georgius Patricius ei successor extitit, inquit Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 4. Is cùm Benevento præfuisset 3. annis & mensibus 9. à Guidone Duce & Marchione unà cum Græcis inde pulsus est, ut ait Leo Ost. lib. 1. c. 52. Vide Fragmentum Hist. Longob. apud Camillum Peregr. p. 144. 145. & Anonymum Salernitan. part. 4. §. 1. 2. 3. 5.

Barsacius Patricius Georgio successit, ut est in Chronico S. Vincentii. Vide Fragm. Hist. Longob. p. 146. & Ughellum to. 8. p. 68.

Cosmas Anthius Protopatricius, Basilicus Protonotarius, & Straticos Siciliæ & Longobardiæ, ann. 893. Vide Ughellum to. 8. p. 68.

Melissenus, qui Lupo, *Melisianus*, Italiæ Strategus an. 900.

Nicolaus Patricius, cui Picygli cognomen erat, ann. 915. apud Leonem Ost. lib. 1. c. 55.

Ursileo, apud Lupum, an. 921.

Michaël, Schlavus, an. 926. apud Lupum Protosp. & Anonymum Barens.

Imogalaptus an. 940. apud Protospatham.

Platopodius an. 947. apud Protospatham.

Melissenus, Lupo *Malachianus*, an. 951.

Paschalius an. 943. apud Anonym. Combefisianum in Lacapeno num. 46.

Marianus Patricius ann. 955. apud Protosp. qui Leoni Ost. l. 2. c. 2. *Marianus Anthypatus Imperialis Patricius, & Stratigos, i. Dux Calabriæ ac Longobardiæ.* Vide Anonym. Combefis. in Constant. Porphyrog. n. 30.

Nicephorus Magister an. 966. apud Protospatham. Primus autem hac Magistri dignitate insignis, Strategi, seu Catapani Italiæ munus obiit. Auctor Vitæ Nili Junioris: Ἐκράτει ποτὲ ἀμφοτέρων τῶν χωρῶν, Ἰταλίας τε καὶ καθ' ἡμᾶς Καλαβρίας Νικηφόρος ὁ Μάγιστρος, πρῶτος καὶ μόνος τῷ μεγίστῳ ἀξιώματι τούτῳ παρὰ τῶν εὐσεβῶν Βασιλέων ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις χώραις ἀποσταλεὶς, &c.

Passarus Protospatha an. 973. Lupo Protosp.

Zacharias an. 975. Lupo.

Porphyrius Portospatha an. 979.

Calocyrus Delphinas Patricius an. 982. & 983. apud Protosp. Illius etiam meminit Zonaras p. 176. Genus fortè ducebat à Calocyro, de quo Scylitzes in Leone Imp. p. 598.

Romanus Patricius an. 985. apud Protosp.

Sergius Protospatha, an. 987. apud Protospatham & Anonymum Barensem, qui hoc anno occisum à Barensibus aiunt.

Nicolaus Κριτὴς an. 987. apud Protosp. Idem fortè qui *Calabriti* cognominatur apud Anonymum Barensem, qui Adralistum interfecit.

Joannes Patricius, qui & Ammiropolus, anno 989. apud Protosp. & Anonymum Barensem, qui *Leonem Icannato, & Nicolaum Critim, & Porphyrium* interfecit.

Tubali an. 990. à quo interfectus *Petrus Exubitus*, apud Protosp. & Anonymum Barensem.

Macrotheodorus Excubitus Occisus à Maraldo ann. 997. apud Protosp. & Anonymum Barensem.

Gregorius Trachanioti Catapanus an. 989. 1000. apud Protosp. & Barens. Græcis Τραχανιώτης, de qua familia alibi egimus.

Melus Barensis, Catapanus an. 998. apud Romualdum Salernit. in Chronico MS.

Xiphias, vel *Xiphea Catepanus*, apud Anonymum Barens. an. 1006. & 1007. quo anno obiit Bari. Istius fortè filius Xiphias alter, qui sub exitum Imperii Bulgaroctoni defecit, ut est apud Zonaram.

Curcuas Patricius an. 1008. 1010. quo & obiit, ut est apud Protosp. & Anonymum Barensem. Vide Stemma Joannis Zimiscis Imp. in Familiis nostris Byzantinis.

Basilius Mesardonites an. 1010. 1012. apud Protosp. qui an. 1017 obiisse annotat.

Andronicus Turnices Catapanus anno 1017. apud Protosp. & Anonymum Barens. *Turnicius* Guillelmo Apul. lib. 1. p. 2.

Basilius Bugianus Catapanus anno 1018. 1019. & 1024. apud Protosp. & Barens. & Romualdum an. 1012. 1013. qui *Bajano Catapanus* Leoni Ost. lib. 2. cap. 39. 51. *Bagianus*, Guillelmo Apul. l. 1. p. 3. Scylitzæ Βοιωάννης.

Abalantius Patricius, ann. 1018. apud Protosp.

Safarius Κριτής an. 1023. apud Protospath.

Leo Potus an. 1027. apud Protospath. Vide Stemma Argyrorum in Familiis nostris Byzantinis.

Michaël Protospatarius Criti tu Bilu & Ypodromu, descendit an. 1032. *& adduxit Anatoliki epi tu ykiacon Catepanum.* Ita Anonymus Barensis & Protosp. apud quos ita reddi debent istæ dignitates, quæ utrique adscribuntur, κριτὴς τοῦ Βήλου καὶ Ἱπποδρόμου, & ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν

Constantinus Protospata qui Opo vocatur, Catapanus ann. 1033. apud Protosp. & Barens. Ille fortè cujus amore captam Zoem Augustam scribit Scylitzes pag. 753.

Leo *Opus* anno 1037. de quo idem Scylitzes pag. 470.

Nicephorus, qui & Dokino, Catapanus ann. 1039. apud Protosp. & Barensem.

Michaël, qui & Dokiano, Catapanus an. 1041. apud Protosp. & Barens. *Ducliano* Leoni Ost. lib. 2. cap. 68. *Dochianus*, Guillelmo Apul. lib. 1. pag. 5. 7. v. Vide Stemma Comnenorum.

Exagusto Catapanus, filius Bugiano Catapanus, an. 1042. apud Anonymum Barens. Vide Guill. Apul. p. 7. v. 8. v.

Georgius Maniaces à Michaële Imp. in Apuliam missus anno 1042. ubi & purpuram induit. Anonym. Barens.

Pardus Patricius cum Tubaki Protospata descendit ann. 1043. quo Imperatorem se appellari voluit. Anonym. Barens.

Constantinus Theodorocanus Proëdrus, vir clarus & genere nobilissimus, inquit Scylitzes, in Italiam contra Maniacem, qui tyrannidem invaserat, missus an. 1043. eidem præfuit, ut est apud Protosp. & Anonym. Barensem. Is postmodum contra Nicephorum Bryennium, qui purpuram perinde induerat, missus, ab eo fusus & captus est. Rem narrat idem Scylitzes, qui & Georgii Theodorocani Cycladum Præfecti præterea meminit p. 721

Eustachius Palatinus Catapanus an. 1045. 1046. apud Protosp. & Barensem.

Joannes, qui & Raphaël, Catapanus ann. 1046. 1047.

Argyrus Magister, Vestes & Dux Italiæ ann. 1051. apud Protosp. Vide Stemma Argyrorum Barensium.

Alexius cogn. *Charon*. Vide Nicephorum Bryennium lib. 1. c. 2.

Trombus Catapanus an. 1058. apud Protosp.

Marules Catapanus an. 1061.

Sirianus Catapanus an. 1062. apud Anonymum Barensem.

Apochara Catapanus ann 1064. apud Anonymum Barensem.

Curiacus Catapanus ann. 1066. apud Romualdum Salernitanum.

Mabrix, qui & *Mabrica*, Anonymo Barensi anno 1066. Vide Notas ad Annam p. 283.

Stephanus Patrianus an. 1071. apud Anonym. Barens. qua ferme tempestate exacti Apulia & Calabria à Normannis Græci. Adde Octavium Bertrannum in Descript. Regni Neapol. p. 65. & seqq.

CATAPHAGUS. Καταφαγᾶς, Vorax. Fragmentum Petronii: *in Leone Cataphagi nascuntur & imperiosi.*

CATAPHRACTA, Thorax ferreus, καταφράκτης, apud Tertullian. de Pallio.

CATAPLASMA, feminino genere. Gregorius Turon. lib. 6. Hist. c. 15. *Tunc cantharedarum cataplasmam nimiùm validam ponens, &c.*

Cataplasmare, Cataplasma adhibere, apud Octav. Horatianum lib. 1. Rerum medicar. cap. 19. Joannes Monachus lib. 2. Vitæ S. Odonis Abb. Cluniacens. *His & similibus exemplis cataplasmabat vulnus meæ mentis & pravitatis.* Occurrit apud Isaiam 38. *Cataplasmàpus*, dixit Paulinus Aquileiensis in Epist. ad Carolum Magnum præfixa lib. 1. contra Felicem Urgelitanum.

CATAPLECTATIO, *interpretatur convitium, unde secundùm unam translationem dicitur objurgatio, Ecclesiastici* 21. *& potest dici Cataplectio, à cata, quod est juxta, & plecto, tis, quando scilicet tanta est rixa, quòd fere plectunt se, id est, puniunt, & verberant. Nostra litera dicit, Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam: sed alia translatio habet, cataplectatio, ut dicit Gloss.* Hæc Joannes de Janua, & auctor Mamotrecti. Glossæ MSS. in Bibl. Regia: *Cataplectatio, objurgatio.* Papias: *Cataplectatio, convitium.* Editio hodierna Ecclesiastici habet *Objurgatio.*

CATAPLUS, Classis appulsus ad portum, ac præsertim mercatorum. Isidor. in Gloss. *Cataplus, adventus navis.* Gloss. MS. Reg. *Adventus, Navigium, Cataplus.* Alibi, ut & Ugutio: *Cataplus, Adventus navium*, maximè in eum portum unde exierant, ut observat Salmasius de Modo usurar. pag. 357 Ita vocem hanc usurpant Martialis lib. 2. Epigr. 75. Vindicianus Archiater, Ausonius in Narbone, Ulpianus in leg. 4. D. de Offic. Proconf. Sidonius lib. 6. Epist. 8. lib. 7. Epist. 7. &c. Vide Casaubon. ad Sueton. in Aug. cap. 97. At Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 38. *Cataplum* videtur appellasse portum ipsum, ad quem naves mercatoriæ appellunt: *Igitur advenientibus ad Cataplum Massiliensium navibus transmarinis, Vigilii Archidiaconi homines* 70. *vasa, quæ vulgò Orcas vocant, olei liquaminis furati sunt, nesciente domino.*

CATAPOTIUM, Medicis dicitur *Medicamentum quod non diluitur, sed ita ut est.* Ita Scribonius Largus cap. 87. & ex eo Marcellus Empiricus cap. 16. *Pillulas*, vertit Symph. Champerius.

Catapodium, pro *Catapotium*. Gloss. Anglo Sax. Ælfrici: *Catapodia*, Ƿyl'ſenðeðƿenc. Matth. Silvaticus: *Catapodia, vel catapotia, id est, quæ modica potetur vel inglutiatur, est pillula.* Ita etiam ferè Ugutio. Apud Alexandrum Jatrosophistam in libris de Passionibus, passim habetur *Cataputia*: ubi Glossæ MSS. *pillulas* interpretantur. Vide Celsum lib. 5. cap. 25.

CATAPUERA, *Doctapuella*, Joanni de Janua, ex *Catus*, ὀξὺς δεδιδαγμένος, in Gloss. Lat. Græc.

CATARACTÆ, Clathra, aut fores clathratæ, ad cataractæ formam ex lignis seu ferro cancellatim compactæ, vel portæ robustiores, funibus aut catenis ita suspensæ, ut demitti & subduci possint, prout res postulat, quales in urbium aut arcium aditu, hostium irruptioni propulsandæ passim in usu remanserunt. *Cateratta*, Boccacius vocat quasvis fenestras clathratas. Anastasius Bibl. in Gregor IV. pag. 167. *Civitatem aliam à solo valde fortis-*

Gregor IV. pag. 167. *Civitatem aliam à solo valdè fortissimam, muris quoque altioribus, portus simul ac feris, & cataractis eam undique permunivit.*

Cataracta S. Petri. Epistola encyclica Vigilii PP. ad Ecclesiam universam: *Posito indiculo super altare & cataracta B. Petri, & super Crucem, quæ de ligno passionis Domini habet inclausum,&c.* Epistola Legatorum Sedis Apostolicæ ad Justinum Imperat. tom.2.Epist.Roman. Pontif. de Justiniano nondum Imperatore, qui reliquias SS. Apostolorum & S. Laurentii ab Hormisda PP. poposcerat: *Sanctuaria beatorum Apostolorum, secundùm morem ei largiri præcipite, & si fieri potest, ad secundam cataractam ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare.* Ubi *Cataracta S. Petri*, non est *Catena S. Petri*, de qua mox dicemus, sed Cancellus ferreus in modum *cataractæ* compactus, quo muniebatur sepulcrum seu confessio S. Petri. Duplex autem erat ea cataracta, prima quæ exteriùs, secunda quæ interiùs sepulcrum ambibat.

Cataracta, Carcer, ita dictus, quòd clathris, seu foribus clathratis, ut plurimum carcerum aditus occludantur. Ita καταῤάκτης vox intelligitur apud 70. Interpretes Hieremiæ 20. v. 2.

Cataractarius, Commentariensis, Carcerarius. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Ait illi quidam ex ministris cataractariorum.* Acta SS. Montani & sociorum num. 171. *Obnitentibus etiam cataractariorum ministris* Ubi alii Codd. habent *Carcerariorum.* Eadem Acta n. 9. *Qui disrupto cataractarum obice, &c.* Perperam *cataractariorum*, quod evincit Codex alius, qui *catenarum* præfert.

CATARANNUS. Eugesippus de Locis SS. p. 105. *Multum aluminis, multumque catáranni quod ab incolis reperitur & legitur.* Quid si legamus *safaranni*, ut crocum intellexerit, seu nostrum *Safran.*

CPTARFEDA. Vide *Cadarfreda.*

CATASCOPUS. Chartam Edgari Regis post Episcopos & Abbates subscripsit *Adulf Herefordensis Ecclesiæ catascopus*, quo nomine *Archidiaconum* designari putaverim.

CATASFITTULUM, Charta an. 1197. apud Ughelium tom. 7. Ital. sacr. p. 1275. *Unum amictum cum friso, unum camisum,——unum manulum de catasfittulo, unam zonam de seta rubea.*

CATASTA, Instrumentum torquendi, cujus non una mentio in Actis Martyrum, diversum ab equuleo. Gloss. Isid. *Catasta, eculeum, genus pœnæ. Catasta, lectus ferreus.* Iso Magister in Glossis: *Catasta, genus tormenti, id est, lecti ferreis, quibus impositi Martyres, ignis supponebatur.* S. Cyprianus Epist. 33. *Ad pulpitum post catastam venire*, S. Augustinus in Psalm. 96. *Habebant gaudia in catasta, qui Christum prædicabant inter tormenta.* Aponius lib. 3. Comment. in Cantica Cantic. *Catastæ quippe & diversarum pœnarum tormenta impiis & stultis ignominiosa & detestabilia videbantur.* Acta SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Ascendimus in catasta——& extraxit me de gradu.* Acta SS. Martyrum Numidarum n. 6. *Illic erat catasta non humili pulpito, nec uno tantùm ascendibilis gradu, sed multis ordinata gradibus, & longè sublimis ascensus, &c.* Salvianus lib. 3. de Gubernat. Dei, de Martyribus: *Qui ad cælestis regiæ januam gradibus pœnarum suarum ascendentes, scalas sibi quodammodo de eculeis catastisque fecerunt.* Adde Acta S. Dorotheæ n. 5. & quæ observant Baronius ad 16. Martii, & Anton. Caracciolus in Sacris Ecclesiæ Neapol. monumentis p. 181. ut & Causaubonus ad Persii Sat. 6. ubi multa de hac voce.

CATAXANTUS, Dignitas, ut videtur, sed mihi incognita. Anastasius Bibl. in S. Zacharia p. 79. *Hujus temporibus defunctus Theodorus major filius Megisti (al. Magnifici) Cataxanti, &c.* Alii Codices habent *Cathasancti.* Vide an sit nomen proprium viri.

CATECASTUS Κατήκαςος, voce inusitata, etsi καθίκαςα, & καθικάςην dicant Græci, Singularis. Abbo lib. 2. de Bellis Parisiacis:

Hoc illi vicibus peperit natale trophæum,
Lux præcursoris lux catecasta Johannis.

CATECHIZARI & *Catechumeni fieri* pueri, recèns etiam nati, dicebantur, sequioribus sæculis, qui antequam offerrentur ad baptismum, ut veteris Ecclesiasticæ disciplinæ umbra servaretur, à patrinis in speciem catechizabantur, qui iis nomen imponebant, & *Catechumenos* factos ad baptismum offerebant, tanquam eorum fidei sponsores. Gesta Dagoberti Regis cap. 24. *Dum eundem puerum venerabilis vir Amandus Trajectensium urbis Episcopus benediceret, eumque caticuminum faceret, statimque eum regenerans sanctus Pontifex sacro baptismate, impositoque nomine Sigeberto, &c.* Adde Reginonem an. 605. Quærit Carolus Magnus in Epist. ad Archiepiscopos Regni Franciæ, *cur primo infans Catechumenus efficitur, vel quid sit Catechumenus, &c.* Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyter cap. 3. & Ratherius Veronensis Episc. in Synodica ad Presbyt. *Exorcismos & orationes ad Catechumenum faciendum: ad fontem quoque consecrandum——proferre valeat, similiter ordinem baptizandi——sciat legere.* Quærit Joannes de Janua, *An catechismus dirimat matrimonium contractum, & ad hoc dicit Gloss. quod per catechismum baptismi & confirmationem Episcopi contrahitur compaternitas. Differunt tamen in hoc, quòd licèt per baptismum & confirmationem contracta compaternitas impediat, & dirimat matrimonium, illa tamen quæ contrahitur per baptismi catechismum, adeo est exilis & invalida, quòd vix impediat matrimonium contrahendum nunquam autem dirimit jam contractum. Cùm enim baptismus sit janua & fundamentum omnium Sacramentorum, per quod catechismus non est sacramentum, præcedit namque baptismum. Item ante baptismum quis non est filius Ecclesiæ; quia si moreretur, in æternum periret, quoad pœnam damni: igitur nec spiritualis filius: ergo per catechismum nulla, vel quasi nulla contracta est compaternitas.* Ex quibus colligitur *catechismum* præcessisse baptismum. Quod & indicat Matthæus Paris ann. 1239. de Edvvardo Henrici III. filio: *Carleolensis verò Episcopus infantem catechizavit, Legatus autem baptizavit, licèt non esset Sacerdos: Archiepiscopus autem Ædmundus Cantuariensis ipsum confirmavit, & Rege sic volente aptatum est ei nomen, scilicet Edvvardus.* Infrà: *Qui dico, infantulus Regis filius, licèt esset præsens Archiepiscopus, postea quarto die domino Ottone Legato in conventuali Ecclesia ipsum baptizante à dominis Rogero Londinensi, VValtero Carleolensi Episcopis——à sacro fonte est levatus.* Ubi qui *catechizavit* puerum Episcopus, eundem & *levavit.* Glaber Rodulphus in Vita S. Guillelmi Abbatis Divion. num. 4. *Filium quem ei uxor pepererat, Catechumenum fieri per manum Imperialem præcepit, quod ille* Berengarius Rex Italiæ, Imperator etiam dictus) *ut monitus fuerat, impleri mandavit, ac propria puerum sustulit dextera, eique nomen indixit VVillelmum, quem scilicet postmodum Regina conjux illius ex sacro fonte suscepit baptismatis.* Atque inde percipimus, quid velit Flodoardus in Chron. an. 945. *Ludovico Rege apud Rodomum degente, Gerberga Reginæ filium peperit, qui Karolus ad catezizandum vocatus est.* Id est, in baptismo, vel catechismo. Concilium Redingense an. 1279. can. 4. *Ut pueri per octo dies ante Pascha, & per totidem ante Pentecosten, de matrum uteris nati si absque periculo reservari valeant, reserventur usque ad illa tempora baptizandi, ita quòd medio tempore inter nativitatem puerorum, & hujusmodi baptismum, perfectum recipiant catechismum.* Adde Synodum Nemausensem an. 1284. c. de Baptismo. Summula Raymundi, de Baptismo.:

Dum catechizas puerum, tunc tres tibi sumas
Personas, & non plures, quia sufficiunt hæ:

His

His injunge fidem puerum debere docere,
Atque Pater noster, &c,

Catechizari ante fores Ecclesiæ ante baptismum jubentur *infantes*, in Concilio Cassiliensi an. 1172. cap. 2. apud Silvestrum Giraldnm lib. 1. de Expugnat. Hibern. cap. 34.

In Ecclesia Constantinopolitana erat dignitas, quam τοῦ Κατηχητοῦ vocabant, cujus munus erat κατηχίζειν τὸν λαὸν, καὶ πάντας ἐρχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, de qua, Catalogi officiorum Ecclesiæ Constantinop. & Theophanes pag. 397. ubi Miscella & Anastasius *institutor* reddunt.

CATECHUMENI, inquit Isidorus lib. 2. de Eccles. offic. cap. 20. *sunt qui primùm de gentilitate veniunt, habentes voluntatem credendi in Christum. Græcè autem*, subdit idem lib. 8. Orig. cap. 14. *auditor interpretatur, vel instructus, pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, nondum tamen baptismum percepit*, Gregorius Magnus lib. 7. Ind. 1. Epist. 24. *Si verò sanctum Pascha elegerint expectare, iterum cum Episcopo loquere, ut modò quidem catechumeni fiant.* Augustinus tract. 11. in Joannem: *Omnes Catechumeni jam credunt in nomine Christi, sed Jesus non se credit eis*, Leadradus Episcopus Lugdun. de baptismo cap. 1. *Qui baptizandus est, prius instruatur fide, hoc est enim Catechuminum esse, id est instructum: Catechizare, est instruere, &c.* Vide *Competentes*. Quæ quidem *Catechumenorum* appellatio è Scripturis petita est, velut à cap. 1. Luc. in Præfat. v. 4. juxta textum Græcum, item ex Actis Apostol. cap. 18. v. 25. tum ex Epistola Pauli ad Galat. c. 6. v. 6. a Græco verò κατηχεῖν, quod significat *insonare auribus*, erudire, docere præsertim elementa prima, ut loquitur Apostolus ad Hebr. cap. 5. v. 12.

Verùm aliàs angustius strictiusque accipitur vox eadem de certis illorum gradibus, qui ad gratiam baptismatis aspirabant, quas in triplici differentia fuisse, Canones Patresque declarant: quippe tres olim institutos legimus eorum, qui ad Baptismum suscipiendum primis Christianæ fidei elementis inbuebantur, ordines, qui communi generalique nuncupatione *Catechumeni* quidem omnes dicebantur, sed pro majori minorive in doctrina fidei ac virtute profectu, varios in gradus & quasi classes tribuebantur, *Audientium* nempe, *Genuflectentium*, & *Compententium*, de quibus passim SS. Patres. De Catechumenis multa habent Concilia, Nicænum can. 11. 12. Aurelian. I. can. 19. 20. Agathense can. 34. 60. 61. Arelatense II. can. 11. Epaonense can. 29. Arausican. I. can. 19. 20. &c. Vide *Catechizare*.

Catecuminus, pro *Catechumenus*, apud Commodianum instr. 46.

CATECHUMENA, *Catechumenia*, Porticus Ecclesiæ superiores sic dictæ, non quòd fuerint Catechumenorum stationes, vel locus ubi instrui solebant, ut censent Baronius an. 656. num. 38. Wolphius, & Meursius: sed quòd in iis mulieres sacras Liturgias auditu exciperent. Anastasius in Collectaneis pag. 180. *Et ascenderunt ad eum in Catechumenium Ecclesiæ ipsius Monasterii.* Gregorius II. PP. Epist. 2. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo: *Pontifices, si quis peccavit,—— eum in Ecclesiæ Diaconia & in Catechumena ablegant.* Eustochius in Vita S. Pelagiæ meretricis c. 8. *Qua accipiens, eum ascendit in Catechumenũ, eò quòd & nos ibi maneremus.* Κατηχούμενα & κατηχουμένια Græcos has superiores porticus à Græcis appellari, pluribus ostendimus in Descript. sanctæ Sophiæ cap. 38. Δίστεγον τῶν κατηχουμένων habet Crispinus in Vita S. Parthenii Episcopi Lampsaceni cap. 2. num. 14. ubi Gentianus *tabulatum*, alii *locum Catechumenorum* vertunt. Sed δίστεγον, hoc loco, est δεύτερον κατηχούμενον, porticus Ecclesiæ superior, ita dicta Codino de S. Sophia. δεξιὰ μέρη τῶν κατηχουμενείων ædis Sophianæ, in Concil. VIII. act. 1.

CATEGORARE, *Categorizare*. Joan de Janua: *Categorare, signare, vel præd, icare unde Categorizo, eodem sensu. Categorizare, Prædicare*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1701. Fridegodus de Vita S. Wilfridi: cap. 22.

Categorans ergo divinum sperma popello, &c.

Vita S. Pauli Narbon. *Populis categorizans, &c.* Dudo lib. 3. de Act. Normannor. *Sed mirum mihi quid super hoc characterizabunt Dialectici, qui cùm accidens Æthiopiquè categorizant inseparabile esse, hic mutatum videtur.* Arnoldus Lubec. lib. 4. cap. 23. *Canonizari præcepit, ut ejus corpus de sepulcro levatum inter memorias veneretur Sanctorum, ipsumque sacrosancta categorizet Ecclesia, &c.*

CATEIA, *Categia*. *Cateia*, inquit Isidorus lib. 18. cap. 7. *genus est Gallici teli ex materia quam maximè lenta, quæ jactu quidem non longè propter gravitatem evolat, sed quò pervenit, vi nimia perfringit. Quod si ab artifice mittatur, rursum redit ad eum qui misit.* Papias ex eo Joan. de Janua: *Cateia lingua Persarum est sagitta barbulata, sive hasta, quâ utebatur Hercules, erat enim cum ligulis catenarum; & quando eam projiciebat, iterum cum catenula retrahebat.* At unde id hauserint, non planè video, cùm constet *cateiam* propriam fuisse Theutonibus & Gallis, ex Virgilio lib. 7.

Theutonico ritu soliti vibrare cateias.

Ubi Servius ait, *Cateiam* esse *telum Gallicum*. Certè ut Theutonibus *cateiam* tribuit Poëta, inde factum fortè ut & *Theutonæ* nuncupationem acceperit. Gloss. Ælfrici Saxonicum: *Categia, id est, telum* ȝeſceoꞇ. Alibi: *Clava, vel Cateia, vel Teutona*, Aneſ c unneſ ȝeſceoꞇ, id est, genus teli. Ex quibus, *Cateiam* clavæ speciem fuisse præterea colligitur. Unde non desunt, qui hæc Ammiani lib. 31. ad *cateias* referenda putant: *Barbari ingentes clavas in nostros conjicientes ambustas, mucronesque acriùs resistentium pectoribus illidentes, sinistrum cornu perrumpunt.* Cateias non semel Gallis nostris adscribit Abbo lib. 1. de Bello Paris.

Inde super cernens lapides conspexit acerbos,
Ac diras ut apes densè tranare cateias.

Eod. libro.

Pila dabat rupesque simul celeresque cateias.

Lib 2.

——*Clypeum gestansque cateiam.*

Ubi Abbo, Glossator sui operis, *Cateiam, dardum* vertit.

CATELLUS. Capitulare de Villis can. 58. *Quando Catelli nostri Judicibus commendati fuerint, de suo eos nutriant, aut junioribus suis, id est, Majoribus & Decanis, vel Cellariis ipsos commendare faciant, quatenus de illorum causa eos bene nutrire faciant, & non sit illi homini cotidie necessitas ad scuras recurrere.*

CATENA, cognominatus apud Ammianum lib. 14. & 15. quidam Paulus, quòd *esset in complicandis negotiis artifex dirus*, seu *in complicandis calumninarum nexibus indissolubilis*.

Catena, Tributum, pensitatio. Vide Cherubinum Ghirardaccum lib. 6. Histor. Bononiensis p. 192.

Catena salis. Charta Philippi Imp. an. 1199. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 78. *Et quæcunque utilitas in hujusmodi catenis seu fodinis salis vel metallorum in quibuslibet fundis Ecclesiæ, &c.*

CATENATICUM, quod *Catenarum* nomine Commentariensi datur: idem quod *Carceraticum, Geolagium, Ceppagium*, Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 4. §. 4. *Judex si aliquos in custodia retinuerit, vel hi qui reos capiunt, aut custodiendos accipiunt, ab his quos in custodia miserint innocentes, catenatici nomine nil requirant, nec pro absolutione eorum aliquid beneficii consequantur.* Porro *catenam*, pro carcere dixit Jul. Firmicus lib. 3. Mathes. c. 6. *Clavicularii, vel carcerum custodes, & quibus publicarum catenarum cura credatur.* Concil. Toletan. XIII. can. 1.

Ad statum dignitatis pristinæ redeant, & nulla deinceps illis ob hoc catena judicialis obsistat.

Catenatium, Pessulus, vectis, Italis *Catenaccio*, & apud Joan. Villaneum lib. 8. cap. 72. Gallis, *Catenat.* Catholicon Armoricum : *Chaden, catena, catenatus, chadenet : item pedana.* Vita S. Antonini Abbatis Surrentini cap. 6. n. 26. *Pessulum, quod vulgò Catenarium vocatur, cum quo valvæ majores casæ S. Antonini claudebantur, &c.*

Catenatum, eadem notione, in Vita S. Fructuosi Episcopi Bracar. cap. 19. (al. num. 18.) *Habitaculi ostia---catenatis & feris, diversisque duris obserantes claustris.* Certè legendum arbitror in Gloss. Isid. *Catenatium, ergastulum*, pro *Catamaiti*, & *Catomain.* Ubi tamen quidam *Catomum* legunt : sed aliud fuit *Catomus.* Vide in hac voce.

Catenare, Claudere. Fortunatus lib. 2. Poëm. 14.

Hæc est aula Petri cælos qui clave catenat,

CATENATORUM *ordo*, apud Waddingum ann. 1274. 15. quem consule. Vide *Circulus.*

CATENIA, Papiæ, *Collare muliebre.*

CATERNIO. Vide *Quaternio.*

CATERVA. S. Augustinus lib. 4. de Doctrina Christ. cap. 24. *Cùm apud Cæsaream Mauritaniæ populo dissuaderem pugnam civilem, vel potiùs plusquam civilem, quam Catervam vocabant : neque enim cives tantummodo, verùm etiam propinqui & fratres, postremò parentes ac filii lapidibus inter se in duas partes divisi per aliquot dies continuos, certo tempore anni solenniter dimicabant ; & quisque, ut quemque poterat, occidebat, &c.*

Catervarius, Qui semper in caterva est, id est, in multitudine populi. Joan. de Janua. & Glossæ Isid.

CATEZIZARE, pro *Catechizare.* Vide *Catechizare.*

CATHARI, Hæretici Novatiani, qui, ut ait Prosper Aquitanus in Chronico, & Isidorus lib. 8. Orig. c. 5. & ex eo Ebrardus lib. contra Valdenses, *propter munditiam ita se nominaverunt : gloriantes enim de suis meritis, negabant pœnitentibus veniam peccatorum, viduas si nuberent, tanquam adulteras damnabant, & mundiores aliis se prædicabant.* Eadem habet Augustinus lib. de Hæres. num. 38. Adde Commonitorium Theophili Patriarch. Alexandr. cap. 8. & Consultat. Zachæi lib. 2. c. 17.

Cathari etiam postmodum dicti Valdensium sectatores, qui divisi erant in tres sectas principales, *Albanensium, Concorezensium*, & *Bagnolensium.* De his multa habent Rainerus lib. contra Valdens. cap. 6. & Bonacursus lib. de Vita Hæreticorum initio. Eosdem cum *Chazaris* fuisse contendit Gretzerus in Prolegomenis ad Script. contra Sectam Valdensium cap. 2. putatque Germanicam esse vocem, ex iis quæ habet Ecbertus Schonaugiensis in Sermonibus adversus Catharos : *Hos*, inquit, *Germania nostra Catharos, Flandria* Piphles *Gallia* Texerant, *ab usu texendi appellat.* Unde elicit à voce *Kanzer*, & ut alii crassiùs efferunt, *Kazer* dictos, T. mutato in Z. more Germanis solenni : proindeque *Catharos* eosdem esse, qui *Chazari* appellati sunt.

Aliter censet vir doctissimus Godefridus Henschenius ad Vitam S. Galdini Cardinalis, qui ita appellatos opinatur propter nocturnas coitiones, à voce Germanica *Caters*, id est, feles seu lemures, vel ex obsoleta iam, & ab Otfrido usurpata voce *quaten*, & *quetten*, garrire, factum esse nomen, quod hodie omnibus in Belgio & Germania hæreticis commune manet, ut *Ketters* dicantur. Vetus Epitaphium Mediolani :

Atria qui grandis solii regalia scandis,
Civis Laudensis fidei tutoris & ensis,
Præsidis hæc memores Oldradi semper honores,
Qui solium struxit, Catharos ut debuit ussit.

Versus scripti à S. Thoma Aquinate de sancto Petro Martyre.

Et verbi gladius gladio cecidit Catharorum.

Horum meminerunt præterea Concilium Lateranense an. 1179. can. 27. Godefridus Monac. S. Pantal. an. 1163. Monachus S. Mariani Autissiod. an. 1180. Cæsarius lib. 5. cap. 19. Vita S. Galdini Archiepisc. Mediolanens. apud Monbritium, &c.

CATHARISTÆ, Secta quædam Manichæorum, de qua Augustinus lib. de Hæres. cap. 46.

CATHASIARARES, *vel Cathapares, est linea cum massa plumbea, quâ maris altitudo tentatur, unde Lucius : Hanc cathasiararem cum eodem devoret unctum, plumbi paxillum, rudis linea & natatam.* Sic Ugutio MS.

CATHEDRA, propriè est sedes, seu sessio honestior & augustior Episcoporum in Ecclesia, cæteris aliorum Presbyterorum sedilibus excelsior : *ut in mentem revocarent*, inquit S. Augustinus in Psalm. 126. *altiore se in loco, tanquam in specula constitutos, quo oculorum acie pervigili, atque indefessa, in tutelam gregis incumbant, tantò cæteris virtute & probitate clariores, quanto magis essent sedis honore ac sublimitate conspicui.* Idem Epistola 203. *In futuro Christi judicio neque absidæ gradatæ, nec cathedræ---velatæ adhibebuntur ad defensionem Linteatas sedes* Episcoporum vocat Pacianus Ep. 2. ad Pacianum. quas Augustinus *velatas.* Ejusmodi porrò celsiores Episcoporum quorundam, sedes ac cathedras sic exagitat Gregorius Nazianzenus Carm. 11. c.

——— Θώκοισι, ἐνεδρίοντες ἀρίστοις,
Ὑψηλοὶ, θεάτροισι γεγηνότες εὐπρεπέεσσι,
Σκηνοβάται καλοῖσιν ἐφεσσάοτες ξυλίνοισιν.

De iis etiam agit Eusebius lib. 7. Hist. Eccles. cap. 30. *Altarium Cathedræ*, id est, præfecturæ Ecclesiasticæ, Episcopatus, apud Sidonium in Concione. Eustrathius in Vita S. Eutychii Patriarch. Constantinop. num. 15. ἀνάγεται εἰς τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν. Vide Savaron. ad eandem Concion. Sidonii, & ad lib. 9. Epist. 16.

Cathedram collocare, vetantur Episcopi in Monasteriis, vel ordinationes facere, nisi ab Abbatibus fuerint requisiti, in Constituto Gregor. M. pro Monachis, apud Baron. an. 601. num. 15. & cap. 6. 18. q. 2. à quo profluxit eadem loquendi formula, quæ in pierisque Summorum Pontific. pro Cœnobiis privilegiis exarata legitur : ubi Glossa addit, *Ut ibi exerceant judicia.* Concilium Carthaginense sub Reparato ann. 535. *Oportet enim in nullo Monasterio quemlibet Episcopum cathedram collocare, aut qui fortè habuerint, habere : nec aliquando ordinationem quamvis levissimam facere, nisi Clericorum, si voluerint habere. Esse enim debent Monachi in Abbatum suorum potestate.* Eadem habentur in Epistola Pontii Episcopi Arelatensis tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 430. Adde Bullam Paschalis II. PP. apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 8. Vide *Missa publica*, & Cardinal. Bona lib. 1. Rerum Liturg. cap. 13. §. 3.

Cathedra, Sedes, Episcopatus, Diœcesis. In Notitia Episcopor. Africanor. apud Victorem Vitensem. lib. 4. de Persecut. Vandal. Edit. Chiffletianæ, habentur non semel hæc verba : *Cathedræ, quæ Episcopos non habuerunt.* Vetus Martyrol. 15. Kl. Februar. *Cathedra S. Petri, id est, Episcopatus.* Concilium Lemovicense an. 1031. sess. 1. *Hanc etiam diem statuimus habendam in recordatione omnibus annis, quâ (S. Martialis) translatus est : quâ etiam die cathedra ejus, hoc est, ordinatio, sive initium Episcopatus ejus est, non quòd eadem die consecratus sit in Episcopum, ——— sed sicut est Cathedra B. Petri Antiochiæ, itemque Cathedra Romæ, non quòd tunc consecratus sit Episcopus, qui à domino jam olim consecrationem susceperat Pontificalem, sed quia tunc primùm in illa die apud easdem Ecclesias sedit ad suscipiendum super populum Dei regimen pastorale.* Concilium Milevitan. II. can. 21.

can. 21. *Item placuit, ut quicunque Episcopi quascunque Ecclesias vel plebes, quas ad suam* Cathedram *æstimant pertinere, &c.* can. 24. *Placuit, ut quicunque negligunt loca ad suam* Cathedram *pertinentia, &c.* *Cathedræ viduatæ*, in Collat. Carthagin. I. cap. 185. 217. Vide præterea c. 16. 18. Will. Brito lib. 3. Philipp. de Turonensi Metropoli:

Quæ cùm sit Britonum caput & Metropolis, una
Bis senas sub se cathedras lætatur habere.

Adde lib. 12. pag. 252. *Cathedræ matrices*, in Concilio Milevitano can. 25. & in Codice Canonum Ecclesiæ Afric. can. 123. *Cathedræ principales*, in iisdem Canon. can. 38.

Cathedra, ipsa Ædes seu Ecclesia Cathedralis. Capitulare Aquisgranense an. 789. c. 40. ex Concilio Africano can. 38. *Ut non liceat Episcopo principalem cathedram suæ parochiæ negligere, & aliquam Eccesiam in sua diœcesi magis frequentare.* Vide mox *Incathedrare*.

Cathedræ Doctorum, apud Haymonem in Matthæi c. 23. quæ *Cathedræ literarum* dicuntur Sidonio in Concione. *Cathedræ scholares* Stephano Tornac. Epist. 79. Senator in Psam 1. *Cathedra propriè Doctoribus datur.* Ebrardus Bethun. in Græcismo:

Rex solium, doctor cathedram, judexque tribunal
Possidet, ac sedem Præsul, Prætorque curulem.

Cathedrarii Philosophi, apud Senecam lib. de Brevit. vitæ. *Cathedrarii Oratores*, apud Sidonium lib. 4. Epist. 3. qui de cathedra philosophantur, perorant.

Cathedra, pro arca videtur usurpari in Actis Proconsularib. in causa Felicis Episcopi, apud Baron. ann. 314. n. 23. 24. *Inde cathedram tulimus, & epistolas salutatorias, & ostia omnia combusta sunt, secundùm sacrum præceptum.* Infrà: *Tolle clavem, & quos inveneris in cathedra libros, & super lapide codices, tolle illos.*

Cathedra aurea. Joan. Bromptonus an. 1190. pag. 1183. *Rex autem Angliæ exigebat à Tancredo Rege Siciliæ Montem S. Angeli cum toto Comitatu, & aliis pertinentiis suis, ad opus Johannæ sororis suæ, quæ VVillelmus Rex Siciliæ nuper maritus ejus in dotarium ei dedit: & Cathedram auream ad opus ejusdem Johannæ de consuetudine Reginarum terræ illius.*

Cathedra. Nummus aureus Francicus, in quo Rex in cathedra sedens conspicitur. Vetus Regestum: *Anno 1346. 14. Julii fiebant Cathedræ ponderis auri 52. marcha auri empta 50. Cathedr. 6. Nov. 1346. Cathedræ ut suprà marcha empta 48. Cathedr. 7. April. 1347. post Pascha: marcha empta 50. Cathedr. auri.* Vide *Moneta*.

Cathedrari, dicuntur Episcopi, cùm ad cathedram Episcopalem promoventur, quòd cùm consecrarentur, in Ecclesiæ cathedrâ collocarentur, in eaque sedentes palam ab aliis Episcopis efferrentur: De quo maximè in Galliis more extat locus insignis apud Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi Episcopi Eboracensis cap. 12. *Ita ut valde honorificè ad Galliæ regionem perveniret; ibique statim conventio magna facta est non minùs quàm duodecim Episcoporum Catholicorum, è quibus unus erat Ægelberctus Episcopus, qui eum propter fidem suam indicatam gratanter & honorificè coram omni populo publicè ordinaverunt, & in sella aurea sedentem more eorum sursum elevarunt, portantes in manibus soli Episcopi intra oratoria, nullo alio attingente, hymnosque & cantica in Choro cantantes.* Joan. de Beka in Gosvvino Episc. Traject. *Dominus Cardinalis —— Henricum de Viana cathedrari jussit.* In Florentio Episc. *Joannes filius Adelberti cathedratus est in Leodio post mortem Arnoldi Episcopi.* Epitaphium Andreæ Episcopi Reatini, anno 1292.

Urbem Reatinam pater Andreas cathedrabat.

Cathedrales, nudè, pro Canonicis Ecclesiæ cathedralis in Charta Leopoldi Ducis Austriæ an. 1216. in Metropoli Salisburg. tom. 1. p. 381. 395. *Domini Cathedrales*, in alia ibid. tom. 2. p. 560. Historia Episcoporum & Comitum Engolism ensium cap. ult: *Ex quo urbem ingrediebatur, cum cathedralibus, in choro omnibus horis, & maximè in matutinis Deo psallebat communi voce, &c.*

Incathedrare, Idem quod *cathedrare*. Græcis ἐνθρονίζειν. Vide Concil. Calchedonense Act. 10. p. 288. 300. 303. &c. Edit. 1618. *Incathedratio Morinensis Episcopi*, apud Lambertum Ardensem p. 141. Extat apud Ughellum tom. 1. p. 124. Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. qua Episcopis Silvæ Candidæ privilegium confirmat *inthronizandi & incathedrandi Romanum Pontificem in Apostolica sede.* Adde p. 821. Epitaphium Martini Episcopi Vercellensis an. 1248.

Præsul Martinus Vercellensis incathedratus,
Advocatorum generoso sanguine natus.

Utitur etiam Thomas Cantipratanus lib. 1. de Apibus c. 1. n. 4. Matthæus Westmonaster an. 1098. *Inventa est in civitate Ecclesia S. Petri, ubi incathedratur lancea Salvatoris.*

CATHEDRATICUM, Pensio, quæ Episcopo ab Ecclesiis quotannis exsolvitur in signum subjectionis, seu *pro honore cathedræ*, ut est in Concilio Braccarensi II. c. 2. *pro respectu sedis*, ut in Concilio Ravennensi an. 997. c. 2. quæ ad duorum solidorum quantitatem restringitur in iisdem Conciliis. Concil. Braccarense III. ann. 572. *Nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per Ecclesias tollat.* Quibus consona habet Concilium Toletanum VII. c. 4. Charta Transmari Episcopi Viromandensis ac Noviomensis an. 947. apud Hemereum in Augusta Viromand. *Ea videlicet ratione, ut omni anno duos solidos denariorum persolvat, secundùm quod jubet auctoritas, proter honorem cathedræ Episcopalis.* Innocentius. III. lib. 14. Ep. 20. *Et ut vos pro singulis Ecclesiis supradictis unum quartum grani, & unum annonæ pro decimationis quarta, & duos solidos pro Cathedratico persolvatis.* Apud Honorium III. cap. Conquerente, de Offic. jud. ord. *Cathedraticum*, & *Synodaticum* idem sunt: *Synodatici seu Cathedratici nomine duos solidos. Cathedratici & Synodales reditus*, in Charta Lamberti Episc. Atrebat. apud Ferr. Locrium in Chr. Belg. anno 1111. *Census Cathedratici*, in Bulla Lucii III. PP. apud Ughellum tom. 2. Italiæ sacræ p. 759. Arnoldus Lubecens lib. 3. cap. 21. *Episcopus verò ex his, quæ de Cathedratico, vel Ecclesiarum consecrationibus consequi poterat, sustentabatur.* Ubi per *consecrationes*, *videntur dedicationes* intelligi, seu *quæ die dedicationis* Ecclesiarum Presbyteris offerebantur, ut est 10. q. 3. c. 5 ubi etiam præcipitur, *Cathedraticum non amplius quàm vetusti moris esse constiterit, à Presbyteris exigendum. Cathedratici* meminere præterea Ivo Carnot. part. 3. c. 136. Petrus Blesensis Epist. 151. Alexander III. PP. in Appendice Concilii Lateran. c. 8. Concilium Coloniense ann. 1310. c. 26. Ravennense ann. 1311. c. 18. Ægidius Mon. Aureæ vallis in Henrico II. Episcopo Leod. cap. 43. veteres Chartæ apud Ughellum tom. 1. pag. 1046. tom. 2. pag. 467. 703. 1071. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 173. tom. 2. pag. 441. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 9. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 36. &c. De jure verò Cathedratici multa congessere Renatus Chopinus lib. 2. de Sacra polit. tit. 7. Nicol. *le Maistre* lib. 2. de Juribus & censibus Episcopor. cap. 2. 3. & Innocentius Cironus in Paratitul. Decretal. lib. 5. tit. 39. Vide *Synodaticum*.

Cathedraticum, apud Julianum Antecess. Constit. 115. & 431. illud est quod Justiniani Novella 123. c. 3. ἐνθρο-

ἐνθρονιστικὸν vocat: nempe certa pecuniæ quantitas, quam Episcopi recens ordinati dabant, partim Episcopis à quibus ordinati erant, partim Clericis & Notariis, qui in ea inauguratione ministraverant; unde evidens est præstationem istam factam ab Episcopis ratione Throni, sive *Cathedræ* adeptæ.

Catredratico, apud Sebastian. Cobarruviam in Thesauro linguæ Castellanæ, *el que tiene estipendio publico en la Universitad, o studio, con obligacion de leer catreda de prima o de vesperas de propiedad, ô de tiempo sennalado.*

CATHEGETA, *Cathigeta*, Doctor, præceptor, ex Gr. καθηγητής Gloss. Lat. Gr. *Doctor*, διδάσκαλος ἢ καθηγητής. Gloss. Gr.MS. Reg. Cod. 1673. Καθηγητὴς, ἡγούμενος, διδάσκαλος. Papias: *Catigeta, Rector, Doctor*, Βασιλέως καθηγητής, apud Theophylactum Bulgar. Archiep. in Institutione Regia 1. part. cap. 2. qui βασίκλος, seu Imperatoris Magister Codino, & aliis. Anonymus in Vita S. Hieronymi: *Huic viro in literarum studiis plerique cathegetæ, id est, præceptores fuerunt, Donatus nempe, &c.* Altelmus in Monasticis:

Vita aliena tua tibi sit cathegeta vitæ.

Acta S. Artemæ Martyr. *Dum cathigeta ipsius secundum artem magisterii——ad sæcularium literarum dogmata illum introduceret.* Occurrit præterea in Actis S. Theodori Ducis. Vide Notas nostras ad Cinnamum p. 460.

CATHEGORIALIS ordo, apud Henricum Aquilonipolensem in Lubecca lib. 1. cap. 17. 19. 20. Canonicorum Regularium.

CATHETIZARE, vox efficta, ut videtur, ex Græco τατατιθέναι, conferre, contribuere, solvere. Epistola Andreæ Regis Hungariæ in Gestis Dei per Francos: *Porro vestra non miretur Sanctitas, si de bonis regni nostri ad præsens, juxta honorem vestrum & nostrum vobis cathetizare non possumus. Ad hoc enim nos compulit & sanctæ peregrinationis grandis expensa, &c.* Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis, in Sabbato Pentecost. *Finita oratione, casulam exuat Presbyter, & pergant ad Fontes, sicut prænotatur, cum ampullis chrismatis, & olei, candelabris, cruce, cereo, de quo loco instituto mittatur in Fontes. Interim dum lectiones leguntur, infantes tres cathezizentur, si infans, vel plures fuerint ad baptizandum, mittatur de chrismate & oleo in Fontes: sin autem, nihil de chrismate & oleo in Fontes mittatur.*

CATHELUM. Vide *Catallum.*

CATHETUS. Vide *Tolffmyning.*

CATHINIA *auri vel argenti*, quæ adhibetur in medicamentis, apud Constantinum Afric. lib. 1. de Morbor. curat. c. 7. 8. lib. 2. c. 2. 24. &c.

CATHOLICIANI, Officiales Catholicorum, de quibus mox, in lege 9. §. 2. C. de Bonis proscript. ubi junguntur cum Cæsarianis. Glossæ Basil. Ῥατιοναλίους, τοὺς μαγκίπας, τοὺς ἀυτοὺς ἢ καθολικιανοὺς, ἢ σιτώνας, καθ' Ἕλληνας. Hinc fortè pro *Spiculatoribus* vocem usurpavit Sueno in Hist. Danica cap. 7. *Quem illico Catholiciani corripientes, caput ejus amputarunt.* Infrà: *Qui dolum commentatus, pacis fideique integritate violata, tempore serotino, post vesperas celebratas, instructis Catholicianis, Kanuto & VValdemaro mortem machinatur.*

CATHOLICI, Fideles. Ita in Concilio Ilerdensi sub Joanne II. PP. c. 9. ubi distinguuntur à Catechumenis.

Catholici Christiani, in Concilio Carthag. III. c. 13. Carthag. IV. c. 43. Concil. Afric. c. 3. Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei: *Ita & nos qui Christiani Catholici esse dicimur, &c.* Vide *Ecclesia Catholica.*

Catholicus, Titulus Regi Franciæ vulgò datus. Summa Puncii Provincialis MS. ex Bibl. Thuana Cod. 525. ubi de Inscriptionibus Epistolarum: *Papa Regi Franciæ: Gregorius servus servorum Dei dilecto filio viro Catholico, vel Regi Francorum, salutem & apostolicam benedictionum——sic scriberet Papa aliis Regibus, & alii Reges illi, remoto solùm viro Catholico, quod apponi solet Regi Franciæ & Regi Jerosolymitano: huic quia semper fidelis extitit, illi verò quia defensor est Christianitatis.*

CATHOLICUS, Dignitas & magistratus, in Africa præsertim. Glossæ vett. *Consularis* Καθολικός. Hinc apud Eusebium lib. 8. cap. 23. Καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, & lib. 4. de Vita Constantini, τοὺς διοικήσεως Καθολικὸν, de Consulari & Præfecto Africæ interpretantur viri docti. At Cujacius ad l. 5. C. de Jure fisci lib. 10. contendit, probatque non uno Basilicorum loco, id nominis spectasse Procuratores fisci, quod clarè evincit Theodorus Hermopolites ad l. ult. C. Si à non compet. jud. Ὁ Καθολικὸς, ἤγουν ὁ προϊστάμενος κ. φροντίζων τῶν δημοσιακῶν πραγμάτων. Huic notioni convenit Gloss. Gr. Lat. Καθολικός, *Rationalis.* Vide Glossar. med Græcit.

Nec obstat quòd *Consulares* eosdem cum *Catholicis* fuisse doceant veteres Glossæ: nam Consularium, vel certè Proconsulum munus fuit tributorum exactioni incumbere, quòd Dio lib. 53. disertè tradit. Judices & Præsides eidem muneri operam impendisse ostendunt præterea. l. 11. C. de Annon. & tribut. lib. 10. l. In fiscalibus, C. de Exact. tribut. Nov. 116. & Cassiodorus in Form. Rectoris provinciæ. Ejusdem muneris & appellationis censeri debent Officiales Gallici, dicti *Generaux des Finances*, quos γενικοὺς Bizantini Scriptores passim vocant.

CATHOLICUS. Primas, qui inter Episcopos, *Primatiæ*, ut vocant, dignitatem obtinet. Id porro appellationis spectavit præsertim, spectatque etiamnum hodie Primates aliquot Asiaticos, Antiochenæ olim sedi subditos & suffraganeos, quorum jurisdictio & diœcesis tam ampla erat, ut inde se *Catholicos*, id est, universales, nuncuparent. Procopius lib. 2. de Bello Persico c. 25. de Persarmeniorum Catholico: Τὸν τε χριστιανῶν ἱερέα Καθολικὸν καλοῦσι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ, ὅτι δὴ ἐφέστηκεν εἰς ὢν ἅπασι τοῖς ταύτῃ χωρίοις. Otto Frising. lib. 7. Chron. c. 32. *Ea tempestate Armeniorum Episcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipsi Catholicon, i. universalem, propter infinitum, i. amplius quàm mille Episcoporum sub se habentem numerum vocant, Legati ab ultimo ferè Oriente——summum Pontificem Viterbii——adeunt.*

At cur *Catholicis* tam ampla & diffusa assignata sit jurisdictio, docent Canones Nicæni Arabici à Turriano editi cap. 33. ubi de Seleuciensi Catholico: *Honoretur quoque similiter Sedes Seleuciæ, quæ est ex civitatibus Orientalibus, qui debeat etiam appellari nomine Catholici, & possit is ordinare Archiepiscopos, sicut faciunt Patriarchæ, ut Orientales non patiantur damnum, expectando Patriarcham Antiochiæ, aut eundo ad eum, & Gentiles reperiant viam ad necessitates suas, quia in hoc non fit injuria Patriarchæ Antiocheno. Siquidem ipse consensit, postquam hoc ab eo Synodus petivit, ne de sublata potestate ista quereretur, quæ nihil aliud desiderabat, ut illius provinciæ fideles pace & quiete fruerentur, simul etiam ut is, qui tenet sedem Seleuciæ, nomine Catholici honoraretur.* Capite sequenti, Seleuciensi Catholico dignitatis gradus statuitur supra omnes Episcopos Græciæ: *Siquidem ipse tenet locum Patriarchæ in Oriente, & sedes ejus in Concilio debet esse sexta post Episcopum Hierosolymitanum.* Denique cap. 35. *Prælatus Persidis* dicitur.

At hæc Seleuciensis Catholici dignitas postmodum divisa legitur, binique, ex uno, Catholici, Patriarchæ Antiocheno subditi, creati: quorum alter *Aniensis* dictus, alter *Hirenopolitanus*, qui & *Bagdatensis*. De utroque Catholico sic Willelmus Tyrius lib. 4. c. 9. *Viginti provincias in sua jurisdictione, ejusdem Deo amabilis civitatis* (Antiochiæ) *dicitur habere Patriarcha, qua-*

rum 14. singulos habent Metropolitas, cum suis suffraganeis: 6. verò reliqua sub duobus Primatibus, qui vulgari appellatione dicuntur Catholici: quorum alter est Aniensis, alter verò Hirinopolitanus, qui est Baldacensis, cum eorum suffraganeis disponuntur. A Tyrio hausit quæ habet in hanc sententiam Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosl. cap. 32.

At qui *Aniensis* Tyrio, Jacobo de Vitriaco, & Sanuto lib. 3. part. 7. c. 1. dicitur, *Annensis*, & *Persidis Primas*, in ordinatione sedis Antiochenæ, quæ extat post Tyrium, *Catholicus Ani, qui est Persidis*, nuncupatur. Idem etiam *Romogyreos Catholicus* apud Nilum Doxapatrium, ubi de amplitudine diœcesis Patriarchatus Antiocheni agit, & Indiæ præsertim imperitasse narrat: Πάλιν ὁ Ἀντιοχείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν Ἀσίαν, καὶ Ἀνατολὴν, αὐτήν τε Ἰνδίαν, ὅπου ἕως τοῦ νῦν Καθολικὸν χειροτονῶν στέλλει τὸν καλούμενον Ῥωμογύρεως, καὶ αὐτὴν τὴν Περσίαν, ἔτι καὶ αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα, τὴν νῦν καλουμένην Βαγδᾶ κἀκεῖ γὰρ ἔστελλεν ὁ Ἀντιοχείας Καθολικὸν εἰς Εἰρηνουπόλιν, τὸν λεγόμενον Εἰρηνουπόλεως, καὶ τὰς Ἀρμενίας, καὶ Ἰβηρίαν, Μηδίαν. καὶ τὴν τῶν Χαλδαίων, καὶ Ἐλαμίτας, καὶ Μεσοποταμίαν. Petrus Antiochenus in Epist. ad Dominicum Gradensem Patriarcham meminit etiam Catholici Ῥωμαγύρεως ὅτι χορασᾶν.

Armenici Catholici diœcesim eandem fuisse quæ Hirenopolitani, perspicuè ostendit idem Tyrius lib. 15. c. 18. *Cui Synodo interfuit Maximus, Armeniorum Pontifex, imò omnium Episcoporum Cappadociæ, Mediæ, Persidis, & utriusque Armeniæ Princeps & Doctor eximius, qui Catholicus dicitur.* Illius amplitudinem suprà annotavimus ex Ottone Frisingensi, quam attigit præterea Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosl. cap. 78. *Habent autem prædicti Armeni proprium Primatem, quem Catholicon appellant, cui cum summo honore & reverentia omnes à minimo usque ad maximum tanquam alteri Papæ obediunt.* Ab illo hausit quæ habet Sanutus lib. 3. part. 8. cap. 3. Sed & *Papæ* appellationem eidem tribuit Wildebrandus ab *Oldenborg.* in Itinerario Terræ sanctæ, ubi de Armeniis: *Specialem habent Papam, quem ipsi sua lingua Katelcoste appellant.* Quo loco legendum indubiè *Katholich*, ut & apud Marcum Paulum Venetum lib. 1. Itin. cap. 15. ubi tradit Armenis, Nestorianis, & Jacobitis omnibus, universisque Christianis, qui in India & Babylone versantur, unum imperare Patriarcham, quem *Jacolith*, seu *Jacolich*, uti aliæ præferunt Editiones, nuncupant. Quod ipsum etiam tradit Brocardus, qui præterea observat neminem ad id muneris admitti, nisi Monachum. Catholici Armenicæ Ecclesiæ fit etiam mentio lib. 2. Epist. Innocent. III. PP. p. 525. & apud Theorianum in Legat. Armen.

Primorum Armeniæ Catholicorum seriem & historiam ex Græco Scriptore, & ex Cod. 696. Bibliothecæ Regiæ, publicavit Combefisius in Hist. Monothelitarum, ex qua liquet primitus ordinationem & χειροτονίαν accepisse ab Ecclesia Cæsariensi. Gregorius enim primus Armenorum Episcopus pactum istiusmodi iniit cum Leontio Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, à quo ordinatus fuerat, ut successores pariter à Cæsariensi ordinarentur, quod & testatur auctor Vitæ S. Gregorii, & Isaacus Invectiva 1. in Armen. cap. 13. Verùm prolapsi in varias hæreses Armeni, ab Ecclesia Cæsariensi & Catholica desciverunt.

In urbe *Sis* sedisse suo ævo Catholicum Armeniæ, auctor est suprà laudatus Wildebrandus ab *Oldenborg*: *Hæc est capitanea civitas domini Regis infinitos & divites fovens inhabitatores: nullis munitionibus cingitur, unde potiùs eam villam, quàm civitatem nuncuparem, si sedem Archiepiscopalem Hormenorum in se non haberet.*

Imprimis verò adnotare lubet titulos honorarios, quos Zachariæ Majoris Armeniæ Catholico adscribit Joannes Archiepiscopus Nicænus lib. de Nativitate Domini: Ὦ μακάριε Ζαχαρία, ὁ διάδοχος τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Θαδδαίου γενόμενος, καὶ σύνθρονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ὁδηγὸς ὢν τοῦ οἴκου Θοργωμ, καὶ ἐπιστάτης Ἀράρατ χωρίων, καὶ γνωστικώτατος τῶν φυλῶν τῶν ἀρίστων πολεμιστῶν τῶν Ἀζάτ.

Habuit etiam Æthiopia suos *Catholicos*, Alexandrinæ sedi subjectos, non tamen tantæ auctoritatis, quantâ pollebat Seleuciensis Catholicus, cui jus erat ordinare Archiepiscopos, sicut faciunt Patriarchæ, quod Æthiopicis Catholicis non licebat. Canones Nicæni Arabici c. 36. *Sit apud eos loco Patriarchæ & appelletur Catholicus, non tamen jus habeat constituendi Archiepiscopos, ut habet Patriarcha, siquidem non habet Patriarchæ honorem & potestatem.* Mox subditur, in Conciliis quæ in Græca celebrantur, septimum locum post Seleuciæ Catholicum, cui datur sextus. Æthiopico assignari.

Catholicum Albaniæ memorat Auctor Narrationis de Rebus Armeniæ apud Combefisium, qui Καθολικὸς Ἰβηρίας dicitur in Menæis ad 26. Junii in S. Joanne Episcopo Gothiæ.

Catholicus Jacobitarum, quem illi Patriarcham vocant, recensetur à Zonarâ in Heraclio. De Catholi[cis] multa præterea commentati sunt Sirmondus in Adven[tus] toria, Salmasius in Eucharistico c. 3. & Marca in Dissertat. de Primatib. c. 26. 27.

Catholicatus, Districtus *Catholici*, in Gestis Innocentii III. PP. p. 127. 128.

CATHORIUS. Quoniam Attachiamenta cap. 72. *Si quis convictus fuerit —— de pace Domini Regis infricta, Rex habebit de eo 22. vaccas, & 3. cathorios, ut pro uno quoque cathorio, 9. vaccas.* Ubi loci Skeneus, pro *Cathorios*, legendum censet, *Cantherios*, i. equos, quibus testes sunt execti & amputati, uti hæc vox apud Latinos sumitur.

CATIBLIS. Caper de Verbis dubiis: *Catinus, hic, non Catiblis.*

CATOMUS, *Cervix*, in Gloss. Arabico-Lat. ex quo conficit Josephus Scaliger Epist. 144. & 146. ex Græc. κάτωμος vocem deducendam, ut κάτωμος sit commissura cervicis cum humeris; proindeque *Catomis cædere*, esse in cervicibus cædere, quod quidam ex Scriptoribus Latinis *Catomidiare* dixerunt, καλωμιδιάζειν, seu κατ' ὤμους τύπτειν. Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vand. *Venerabilem senem in publica facie catomis ceciderunt.* Id est, palam & propatulo plumbatis in cervicibus ceciderunt, ut *catomis* accipiatur ibi τοπικῶς, non verò ὀργανικῶς. Ita Scaliger, ubi in eam rem multa eruditè commentatur. Passio S. Afræ apud Velserum: *Porro sacrifica, ne —— cathomis te cædi jubeam.* Ado Viennensis & Beda in Martyrol. 15. Jun. *Deinde à Valeriano judice catomis cæsus in confessione permansit.* Quiricus Archiep. Toletan. in Hymno S. Eulaliæ, in Breviario Mosarabe:

Hac enim catomata sistitur equuleo,
Cæditur, exungulatur, atque flammis uritur.

Vita ejusdem S. Eulaliæ ex Breviario Palentino & aliis: *Tunc Calpurnianus turbido furore succensus, putans pudicam virginem more infantum à tergo corporis emendari, jubet per officium Curatoris eam catomari. —— Cumque catomaretur corpus ejus delicatum & sanctum, illa tacadis verbera æquo animo sustinebat.* Verum catomos genus virgæ fuisse videtur innuere Vetus Interpres Juvenalis ad sat. 3. *Quia aut catomis cædebantur, aut quia manibus vapulant cunei per civitatem.* Ita enim legendum planè convincunt præallata. Ubi *catomis cædi*, & *manibus vapulari*, diversa esse innuuntur. Certè Papias *catomos*, *virgas ferreas* interpretatur: Breviloquus etiam *flagella ex virgis ferreis facta, vel flagella ex virgis in modum scobarum, quibus*, inquit, *utuntur Religiosi in Capitulis.* Quæ quidem posterior interpretatio videtur probabilior, cùm apud Juve-

Juvenalis Interpretem *catomi* de virgis ferreis intelligi non possint, sed de vimineis capienda ejus verba videantur.

Sed neque proclivius est definire quid sit *catomo suspendi*, in Actis S. Babylæ Martyris cap. 2. num. 6. *Rex jussit tres infantes levari in catomo, & primo dari duodecim plagas, secundo autem novem, &c*. Et apud Adonem & Bedam 18. Nov. *Catomo suspendi eum, ac verberari, & postremò etiam decollari jussit.* Quam quidem loquendi formulam censet idem Scaliger intelligendam de iis qui flagris cædebantur, funibus utrinque à terra levati, & ita suspensi, ut cervices à terra longiùs, quàm pedes extarent. Nicolaus Alemannus in Notis ad Anecdota Procopii p. 85. 1. Edit. κατ' ὤμυς καὶ νῶτα cædi, esse μετέωρον αἰρεῖσθαι, ait, quomodo pueri in ludo litterario vapulare solent, ex eodem Procopio pag. 13. 54. & 78. & ex Nicephori CP. Breviario p. 25. Edit. Reg. Et sanè ita etiamnum pueri vapulandi à duobus valentioribus condiscipulis in sublime educuntur, nudato tergo flagella excepturi. Neque aliter Prudentius Hymno de S. Romano:

Vix hæc profatus, pusionem præcipit,
Sublime tollant, & manu pulsent nates,
Tenerumque diris ictibus tergum secent.

Vita S. Nicolai Studitæ p. 911. Ἄνδρες δὲ τύτυ κατ' ὤμον τῷ χεῖρε ἀπαιωρήσαντες, ἀνηλεῶς τοῖς βυνεύροις κατηκίζον ἕτεροι.

Alii *levari in catomo*, esse in alienos humeros attolli volunt. Sed & olim veteres, ut & hodie, reorum humeros cædebant, ut κατ' ὤμυς cædere, seu catomis, id genus supplicii fuerit. V. Petr. Fr. Chifflet. ad Victor. Et Casaubon. ad Spartianum: præterea Gloss. med. Græc. in Κατάραχα.

CATIPANUS. Vide *Catapanus*.

CATTA, *Cattus, Catus, Gattus*, Felis nostris *Chat*, *Gatta, Gatto*, Italis.

Gatta, Gloss. Gr. Lat. κάτ]α, *Catta*. Gloss. Lat. Gr. αἴλερος, *Felis Catta*. Baruch. c. 6. 21. *Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ & hirundines & aves etiam, similiter & cattæ.* Joannes Diac. lib. 2. Vitæ S. Gregorii c. 60. *Nihil in mundo possidebat, præter unam cattam, quam blandiens crebrò, quasi cohabitatricem in suis gremiis refovebat.* Evagrius lib. 6. c. 24. Αἴλουρον, ἣν κάτ]αν ἡ συνήθεια λέγει. *Cata* Sexto Platonico lib. de Medicina animal. c. 18.

Cattus. Glossæ veteres: Αἴλυρος, *Cattus*. Joan. de Janua: *Musio dicitur à Mus, eò quòd muribus sit infestus. Hunc vulgus cattum à captura vocat.* Ugutio: *Catus, dicitur veluti cautus, unde hic Catus, quoddam animal ingeniosum, scilicet Murilegus, quem alii dicunt Gatus, per g. scilicet corruptè.* At Isidorus *Cattum* dictum vult, quod *cattet, id est, videat*. Glossæ Arabico-Lat. *Musium, cattum, quod cattat, id est, videt.* Ubi *Cattare* idem fortè quod *Captare*: unde nos etiamnum *Guetter* dicimus, Itali *Cattare*, quod faciunt feles, qui mures captant & observant. Metellus in Quirinalib.

——*Ut adustus timet incendia cattus.*

Κάτ]ος, Scholiasti Callimachi.

Catus, apud Lucam Tudens. l. 3. contra Valdenses c. 14.

Gattus, ex Italico *Gatto*. Joan. de Janua: *Cattus, quoddam animal ingeniosum, sc. murilegus, quod alii dicunt Gattus, per g. sed corruptè.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild.

Stat malè cum gatto mus in sacco simul arcto,

Occurrit etiam in Chronicis Pisanis Ughellianis ann. 1177.

Cattinæ pelles. Vita S. Wlstani Episb. Wigorn. cap. 2. *Cuidam suggerenti ut pelles saltem catinas admitteret, &c.* Continuator Florentii Wigorniensis p. 663. *Nulla Abbatissa carioribus utatur indumentis, quam agninis, vel cattinis.* Hist. Monasterii Abbendon. in Anglia: *Pellicias habebant, jacebant super cilicia, habebant coopertoria cattina.* Ut viles igitur *pelles cattinæ* vulgares: at contrà in pretio habitæ cattinæ pelles Hispanicæ, *Peaux de chats d'Espagne*, de quibus Consuetudines Cluniac. Petri Venerab. cap. 17. *Cattinarum, sive aliarum pellium notabilis & damnabilis curiositas, quæ in tantum, ut ipse novi, processerat, ut Gallicanorum cattorum pellibus contemptis, ad Iberorum vel Italorum cattos religiosorum hominum curiositas transmigraret.* Pelles cattarum silvestrium, quas ἀγρίους κάτ]ας vocat Cæsarius frater S. Gregorii Theol. Dial. 2. c. 110. *Peaux de chat sauvage*, in Regesto peagiorum Parisiens. quibus opponuntur, *Peaux de chas privez, que l'en appelle chat de feu, ou de foier.*

CATUS, *Cattus, Gatus, & Gattus*, Vinea, Vegetio lib. 4. cap. 15. *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque usu Cattos vocant.* Brito in Vocab. *Vinea dicitur quædam machina bellica, quæ Gallicè dicitur Chat.* Mamotrectus ad Ezechiel. 35. *Vineas, machinas bellicas, quibus itur ad murum suffodiendum, quas Bononienses vocant Cattos.* Catti ergò sunt vineæ, sive plutei, sub quibus miles in morem felis, quem *Cattum* vulgò dicimus, in subsessis aut insidiis latet. Willelmus Brito lib. 7. Philippid.

Huc faciunt reptare catum, tectique sub illo
Suffodiunt murum.

Monachus Vallis Sarnaii in Hist. Albig. cap. 42. *Machinam quandam parvam, quæ lingua vulgari Catus dicitur, faciebat duci ad suffodiendum murum.* Occurrit præterea apud eundem cap. 52. & 63. Matth. Paris an. 1226. Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hist. Oriental. pag. 1142. in Hist. Obsidionis Jadrens. an. 1345. lib. 1. cap. 34. lib. 2. c. 6. &c. Aimoinus lib. 3. Hist. c. 71. *Erant carri vimineis cratibus tabulisque tecti ligneis, in quibus latentes milites fundamenta suffoderent murorum.* Procopius lib. 2. Gothic. c. 19. Τινὰς δὲ ἐκέλευσεν ἐν τῷ ὁμαλῷ τὴν ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἐπάγειν ςοάν. ὕτω γὰρ καλεῖν τὴν μηχανὴν νενομίκασι ταύτην. Vide Portenarium in Felicit. Patavina lib. 5. cap. 5. p. 165.

Cattus, eodem significatu, apud Ottonem de sancto Blasio c. 23. Jacobum de Vitriaco in Epist. de Captione Damiatæ, Joan. de Beka in Arnoldo 49. Episc. Traject. Suffridum Petri in Joan. Heinsberg. Episc. Leod. cap. 17. in Chronico Colmariensi p. 51. 61. &c.

Gatta, apud Radevicum lib. 4. cap. 63. Vide in *Goza*.

Gattus, apud Conradum Uspergens. *Fecit turrim ligneam erigi, & alia instrumenta, quæ Gattos, sive aliis nominibus nuncupant, præparari.* Occurrit etiam apud Monachum Paduan. lib. 2. Chron. cap. 8. in Historia Cortusior. lib. 7. cap. 7. in Chronicis Pisanis p. 853. to. 3. Ughelli, apud Ottonem Morenam in Hist. Rer. Laudensium p. 46. 47. 49. 54. 56. &c. Petrus Gerardus Patavin. lib. 7. de Ezelino tyranno p. 78. *Et posto ad ordine gran quantita di vettovaglia sopra carri, arma; gatti, mangani, trabucchi, ponti, &c.* Chron. Petri IV. Reg. Arag. lib. 3. c. 23. *E faen far ginys en Valencia, e en Barcelona, e mantelets, & gates per combatre.* Adde c. 25. Vide *Murilegus*.

Cata, apud Guillelm. de Podio-Laur. cap. 30. *Demum fuit consilium ædificare machinam ligneam, quam vocabant Catam, cum qua terram & aliqua pertraherent ad replenda fossata, quibus æquatis pugnam cominus inferrent, & effractis clausulis ligneis insilirent.* Hinc *Catafalco*, Italis machina illa quam *Chafaux* dicimus, quasi *chat faux*, ut observavimus ad Joinvillam; cùm non *cata*, vel *catus* sit, sed speciem illius referat.

Chat, nostris. Guillelmus *Guiart* in Philippo Augusto:

Devant Boves fu l'ost de France,
Qui contre les Flamans contance,
Li mineur pas ne soumeillent,
Un chat bon & fort appareillent,
Tant euvrent dessous & tant cavent,
Qu'une grant part du mur destravent.

Idem an. 1205.

Un chat font sus le pont atraire,
Dont pieça mention feismes,
Qui fust de la roche meismes,
Li mineur desous se lancent,
Le fort mur à miner commencent,
Et font le chat si aombrer,
Que riens ne les peut encombrer.

CATUS, Truttæ piscis species apud Hibernos. Vide Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7.

CAVA, Fossa, locus depressus, vallis, Italis, *Cava*, nostris *Cavée*, quasi *cavata*. Gloss. Lat. Græc. *Cavum*, κοῖλον. Frontinus de Limitib. *Certis locis vias, cavas, itinera, coronas*. Idem: *Quicquid viarum, riparum, cavarum, &c.* Et lib. 2. Strateg. cap. 2. *Hannibal contra Marcellum pugnaturus, cavas & præruptas vias objecit.* Vetus Charta Cornutiana edita à Suaresio: *Id est, à cava arcus qui mittitur ad Prætorium, &c.* Infrà: *Quæ sepis descendit per regam aut ad viam cavam, sive ad torum, quæ redit usque ad arcum supradictum, &c.* Anonymus Salernitanus parte 7. Chron. *Moxque locum ubi Flumicellus dicitur, misit, cavæque sunt ibidem antiquitus facta, & est tutissimus locus.* Charta Rogerii Comitis Siciliæ pro Eccl. Pactensi apud Rocchum Pirrum: *Inde verò transit ad profundam & obscuram cavam*, scil viam. Vide tom. 2. pag. 500. & Ughellum to. 6. pag. 269. Sunt igitur *Cavæ*, κοιλώματα & χάσματα. Stephanus: Κόος, τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον.

Caba, pro *Cava*, apud Innocent. de Casis litterar. pag. 243.

Cavea, eadem notione, nostris *Cavée*. Will. Tyrius lib. 16. cap. 9. *Transitaque cavea Roob, in planitiem pervenerunt.*

CAVACEQUIA, Custos vinearum: vox Hispanica. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 34. *Quicunque super furto arborum, fructus, aut uvarum à custode vinearum, seu Cavacequia à Concilio constituto fuerit accusatus, &c.* Vide *Cequia*.

CAVADIA. Charta an. 1317. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 342. *Item nonnulla Cavadia, & quadam Corveia, cum emolumentis obvenientibus, &c.* Sed legendum *Cavagia*. Vide in hac voce.

CAVAGIUM. Vide *Capitalitium*.

CAVALARII. Statuta antiqua Abbatiæ S. Petri Corbeiensis cap. 1. *Matricularii 12. Laici 30. ad 1. cameram, 6. Sutores 3. Cavalarii 2. fullo unus.* Legendum opinor, *Cavatarii*, ex Gall. *Savetiers*, veteramentarii sutores.

CAVALCATA. Vide *Hostis*.

CAVALLARIA, *Cavallerius, Cavallus*. Vide *Caballus*.

CAUANNA. Beda de Propositon. Arithmet. *Et cauana, quæ habet in longitudine pedes 100. in latitudine pedes 64. dicat quivelit, quot cupas capere debet, &c.*

CAUANNA, *Cauannus*, Noctua. Gloss. Ælfrici: *Strix vel Cauanna, vel noctua, vel ulula*, Ulc. Eucherius l. 2. ad Salonium c. 9. *Sunt qui ululas putent aves esse nocturnas, ab ululatu vocis quem efferunt, quas vulgò Cauannos dicunt.* Ex quibus emendandus videtur Aldhelmus de Virginitate cap. 28. *Ungues ritu falconum, accipitrum, seu certè ad instar —— cauannorum acuuntur.* Ubi perperam editum *Calvannorum*. Versus in Velum Chintilanis Regis, in Analectis Mabillonii tom. 1.

Tristis perspicua sit cum perdice cavanus,
Junctaque cum corvo pulcra columba cubet.

Qui quidem versus editi olim à Pithœo lib. 4. Epigrammatum veterum sub nomine *Euceriæ*, *tavanus* malè præferunt. Vocem retinent Gallo-Belgæ: noctuam enim vulgò *Cahuan* vocant; unde politiores *Chahuan* effinxerunt, & *Chouëtte*, Occitani *Chot*. Nescio an omnibus arrideat viri docti conjectura, qui ejusmodi aves dictas scribit, quasi *Chatshuans*. Itali quidam Scriptores, ut Crescontii Interpres, *Cauetta*, noctuam vocant. Ut porrò Latini, vel certè inferioris ævi Scriptores, *Striges*, & *Strigas*, veneficas & incantatrices appellarunt, ita etiam nostri *noctuas* vocarunt, seu vocabulo vulgari *Chouëttes*, quòd de nocte vagentur, & maleficia sua conficiant. Id enim sonant voces

Caoëtus, & *Caoeta*, in Synodico Raphaëlis Archiepiscopi Nicosiensis pro Græcis, edito cum Constitutionibus Nicosiensibus, cap. 15. *Item denuntiamus excommunicatos —— omnes sortiarios & sortiarias, divinos & incantatrices, item omnes Caoëtos & Caoëtas, item omnes qui publicè in domibus suis manutenent & sustinent ludum azardi.* Eadem habentur infrà in Constitutione recitata in Ecclesia Nicosiensi ann. 1251. At Concilium Nemosiense anni 1298. can. 4. præfert, *sortilegos, & divinos, Coavetos & Coavetas*, &c. quæ eadem sunt.

Caballi, pro *Cavanni*, apud Papiam, Editum & MS. cui ita appellantur *aves nocturnæ*, quæ & *ululæ* dicuntur.

CAVARRETUS. Vide *Gavarretus*.

CAVATICARII, Qui capitalem censum debent, quasi *Cavatgiarii*, ex Gall. *Chevage*. Vide in *Capitale*. Polyptichus Ecclesiæ Floriacensis: *Cùm fecerint corbadas in mense Martio, debent habere panem & ligumina & siceram: mense Maio panem & vinum, si esse potest. Si ibi sunt Cavaticarii, debent Kl. Octobr. & 1. diem in banno, & ad tres audientias venire cum suis eulogiis.* Infrà: *Isti sunt Cavaticarii S. Petri, Tetboldus, Gundoildis defunctus, Einhardus, &c.*

CAVATOR. Vide *Cabidarius*.

CAUCARII. Testes obducti, falsi, in Decretis Hungaricis.

CAUCATUS, idem videtur quod *Caucus*, Isidorus l. 14. cap. 25. *Cyathi pondus 10. drachmis appenditur, qui etiam à quibusdam Caucatus dicitur.* Quidam Codd. habent *Coulacus*. Legendum fortè *Caucalus*: nam καυκάλιον pro vase potorio usurpant Apophtegmata Patrum cap. 7. Achmes, & Palladius in Hist. Lausiaca. Vide *Caucus*.

CAUCIARIUS. Vetus Notitia judicati sub Carolo Magno apud Sammarthanos in Episcopis Massiliensib. *Et ipse Episcopus jam scriptus ibidem aliud judicium ostendit, qualiter per ordinationem Domni Karoli Majoris domus, Cauciarios suos missos exinde jussit ad ipsam casam S. Victoris revestire; quod ita confecit, &c.* Videtur legendum *Causarii*, qui *causas* dijudicant. Vide in hac voce.

CAUCLEARII. Vide *Cauculatores*.

CAUCULATORES, *Cauclearii, Coclearii, Caucularii*, Circulatores præstigiatores, *qui pudicos ad libidinem defigunt animos*, in leg. 3. Cod. Th. de Malefic. vel *qui cauculis, seu poculis amatoriis, cibis, vel phylacteriis ita mentes quorundam inficiunt, ut in insaniam versi à plerisque judicentur, dum proprias non sentiunt contumelias*, ut est in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 5. §. 13. in Addit. 2. Capit. cap. 18. & in Concil. Parisiensi VI. lib. 2. c. 2. *Qui mala & obnoxia medicamenta ad alienandos animos dant*, in Constit. Sicul. tit. 41. §. 1. *Amatoria pocula porrigentes*, tit. 42. §. 3. *Qui pro amore malefici sunt*, in Pœnitentiali Halitgarii Camerac. cap. 5. *& qui per quædam maleficia & incantationes mentes hominum se immutare posse dicunt, id est, ut de odio in amorem, aut de amore in odium convertant.* Plautus in Truculento:

Si

Si semel amoris poculum accepit mere,
Eaque intra pectus se penetravit potio, &c.

Adde quæ congessit Jacobus Gotofredus ad leg. 3. de Malefic. Cod. Theod. Perperam enim Salmasius *Caucu-latores* existimavit eos esse, quos Galli *Joueurs de gobe-lets* appellant; *Guichelaers*, Belgæ dicunt, unde etiam vocis etymon accersit Lydius. De qua vide Eustath. Svvartzium lib. 1. Analect. cap. 8. Capitulare Aquisgran. an. 789. cap. 63. & Capitula Caroli Magni lib. 1. tit. 62. *Præcipimus ut nec Cauculatores, & incantatores, nec tempestarii, vel obligatores fiant, & ubicunque sunt, vel emendentur, vel damnentur.* Ita etiam Capitulare 1. Caroli Magni incerti anni cap. 40. Otfrido Evang. lib. 4. cap. 16. *Gougulares* dicuntur.

Caculator, eadem notione. Monachus Gaudensis in Historia Translationis Reliquiarum S. Landoaldi num. 18. *Denique procul caculatores ac susurratores à se removent,* Ubi viri docti, *Caculatorem*, verbosum, garrulum & blateronem interpretantur, à Belgica voce *Kakelen*, garrire, blaterare. Sed, ni fallor, *caculator*, hoc loco, idem est qui *cauculator*, præstigiator, quod ex iis, quæ præcedunt, elici potest. Adjunguntur enim *caculatores* susurratoribus, seu Magis, qui *susurris* & carminibus magicis incantationes suas peragunt.

Coclearii, iidem etiam dicti in Capitulis Caroli Magni lib. 1. cap. 21. *Ut Coclearii, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non sinantur.* Ubi Capitulare Aquisgranens. an. 789. prioris Edit. cap. 18. habet *Cancellarii*, Baluziana verò *Coclearii* etiam præfert.

CAUCUS, καῦκος, Græcis recentioribus, *amicus*, vel certè *famulus*: unde Καυκίτζα, *ancilla*, ut docemus in Gloss. med. Græcit. &c.

Cauculus, famulus, in Hist. de exilio S. Martini Pap. *Nocte —— tulerunt me de Palatio, retrusis omnibus, qui mecum erant, —— & non nisi cum sex puerulis, & uno cauculo, eduxerunt nos ex urbe.*

CAUCUS. Papias: *Caucus, vasis genus.* Gloss. Græco-Lat. καῦκα, *Patera.* Leunclavius ad Glycam ait esse poculi genus, à sono, quem edit, effluente vino simul & aëre appellatum. Alii à *Concha* vocem effictam volunt. Trebellius Pollio in Claudio: *Item in caucos & scyphos pondo undecim. Item in caucos & scyphos & zuma pondo undecim.* Ubi quædam Editiones perperam *caveos* præferunt. Hedilbertus Rex Cantiæ Epist. ad S. Bonifacium Moguntin. Episc. *Caucum argenteum intus deauratum pensantes libras 3.* Beda lib. 2. Hist. Eccles. c. 16. *Tantùm Rex idem utilitati suæ gentis consuluit, ut plerisque in locis, ubi fontes lucidos, juxta publicos viarum transitus conspexit, ibi refrigerium viantium, erectis stipitibus & æreos caucos suspendi juberet.* Eadem habet Huntindon. lib. 2. pag. 316. *Cauci anactei*, in Hist. Episcop. Autissiod. cap. 20. tom. 1. Bibl. Labei: *lignei*, apud S. Hieron. lib. 2. in Jovinianum, Marcell. Empir. cap. 25. *argentei* apud Spartianum in Pescennio. Occurrit præterea apud Ennod. Epigram. 25. Καυκίον Græci dixerunt. Liber περὶ ἀντιδότων MS. ex Bibl. Reg. Cod. 673. Ἐὰν δέ τις ποιήσῃ καυκίον ἐκ μυελκινὰ ξύλα, καὶ πεῖνη εἰς αὐτὸ, &c. Ita Anna lib. 3. Alexiad. Scholiastes Theocriti, & alii. Καυκίον etiam usurpat Myrepsus sect. 10. cap. 90. pro mensura liquidorum, quam κύλικα vocat sect. 17. c. 19. Vide Notas nostras ad eandem Alexiadem. Sed & pro cratere Lychnuchorum usurpat Ethelvvlfus de Abbatib. Lindefarn. n. 20.

Nam plures multi cupiebant pendere caucos,
Lampada quæ tribuant quadrata lumina templo.

Cachus, pro *Caucus*, in Hist. Translation. S. Austremonii Episcopi Arvern. *Ubi pro reverentiâ B. Martyris plurima reliquit insignia, scilicet cachos crystallinos, & lapides pretiosos.*

Cancellus, diminut. à *Caucus*, Vasculum. Regula Magistri cap. 2[illegible]. *Bibere si voluerit, aquam no[illegible] ib urceo uno haustu, sed ad calicis, aut galletæ, aut cancelli bibat mensuram.*

Cauculus, idem quod *Caucellus*. Anastasius Biblioth. de Exilio S. Martini PP. & Martyr. pag. 79. *Eadem nocte —— tulerunt me de Palatio, retrusis omnibus qui mecum in Palatio erant, —— & non nisi cum sex puerulis & uno cauculo eduxerunt nos ex urbe.* *Caliculus*, in Vita S. Liobæ c. 11. *Caliculus ejus, unde bibere solebat:* quasi minor *calix.*

Caucii nummi, καύκιοι, à Græcis Byzantinis appellati ii, qui paululum erant concavi, atque adeo *cauci* formam quodammodò referebant: cujusmodi passim videre est in gazophylaciis apud earum rerum studiosos. Horum meminit Novella Justiniani 105. cap. 2. Aberrant enim toto cælo Haloander & Meursius, qui ita dictos putarunt, quòd cauci seu poculi imagine signati essent. Vide *Scyphatus.*

CAUDA, Famulitium, obsequium: nos vulgò dicimus, *Une queüe de valets.* Vita Amedei Rossilionei Episc. Valentini: *Caudam famulorum inutilem, & omnem pompositatem a se abjiciens.*

Cauda annonarum. Vide *Terreata.*

Cauda chartarum, Pergameni pars resecta, cui bullæ cereæ ac sigilla aptantur. Joan. Hocsemius in Adolpho à Marka Episcopo Leod. cap. 17. *Cum crine quodam liquore peruncto sigillum inter ceram secabat, & chartam, & tunc caudæ litteræ sigilli partes applicans, ab una parte liquescentes igniculo rejungebat.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Appositâ caudâ & cerâ sigillavit illud.* Et ante: *Chartas adulterinas & ad voluntatem suam conscriptas & caudatas appositâ cerâ calefactâ —— sub manica sigillabat.*

Cauda vini, Vas vinarium, *Queüe de vin.* Computum Thesauri à 1. Jan. 1312. *Richardus de Archemino Lombardus pro 16. sextariis cum dimidio de garnachia captis ab eo per Nicolaum de Cabour Scancionem Regis pro reimplenda quadam cauda vini de garnachia, quæ erat Parisiis, &c.* Consuetudo Claromontensis art. 232. *Et faut trois muids de vin pour un tonneau, qui se nomme communément Demy-queues.* Vide Burgundica Perardi pag. 535.

Cauda retornativa, soricina. Ita *pulsum* quendam appellant Medici. Magister Ægidius Corboliensis de Pulsibus.

Cauda retornativa primò mollescit in ictum,
In reliquo languet, fit tertia motio lenis,
Indicio sensus se quarta magis manifestat, &c.

Ubi Gentilis de Fulgineo: *Est igitur pulsus Cauda retornativa, quasi ab occultis, & quasi ab insensibilibus percussionibus incipiens paulatim graduali tramite secundùm ordinatum modum majorando procedit de minimis ad parvas, de parvis ad aliquantulum apertas, & de aliquantulum apertis ad magis manifestas; & ita continuatim & ordinatim procedit, quousque se recipiat in fortes motiones. Dicitur autem hic pulsus Cauda retornativa, Cauda soricina: quia sicut cauda soricis in finali extremitate, quæ ab animali corpore remotior est, incipit à nimia gracilitate, & continuatim procedit secundùm grossitudinem & majoritatem corpulentiæ, quousque attingat corpus animalis; sic & iste pulsus ratione similitudinis majorando procedit paulatim de debilibus ad minùs debiles, & de minùs debilibus ad aliquantulum fortes, de fortibus ad fortiores percussiones.*

CAUDATUS. Jacobus de Vitriaco Hist. Occid. c. 7. *Pro diversitate regionum mutuò dissidentes —— opprobria impudenter proferebant, Anglicos potatores & Caudatos affirmantes, &c.* Ita apud Matthæum Paris. ann. 1250. Anglos ut *caudatos* non semel perstringit Robertus Comes Atrebatensis: *Nunc bene mundatur magnificorum exercitus Francorum à Caudatis.* Et infrà:

infrà: *O timidorum Caudatorum formidolositas, quàm beatus, quàm mundus præsens foret exercitus, si à caudis purgaretur & Caudatis!* Ad unde *Caudati* per contumeliam sugillati à nostris Angli, non omnino constat. Fuit cùm existimarem ita perstrictos, propter *caudas* calceorum, quibus ii præ cæteris nationibus delectabantur: sed hæc modò non omnino mens arridet. Quid si ut nitidulos & comptos sugillarint? Certè etiamnum *Coti*, id est, *Escoué*, Occitani comptum appellant, ut auctor est Goudelinus: sed potiùs videntur *Caudati* appellati voce tunc recepta, quâ timidos & pusillanimes appellabant. *Couärds* enim, Italis *Codardi*, timidi vulgò indigitantur. *Le Roman de Garin MS.*

Mian anciant coart home n'i a
Pour son Seignor, quant bien on l'amera:

Le Roman d'Alixandres MS.

Li couart s'espoentent, & guerpissent estal.

Quam quidem sententiam firmare videntur hæc Matthæi Parisii verba: *O timidorum Caudatorum formidolositas! Caudatos* autem dicebant, quibus ablata erat cauda. Gloss. Lat. Gall. *Caudatus, Quoez*, seu de equis, seu de canibus vox hæc intelligatur. Auctor Queroli: *Ego in laqueos non incidissem, si monita curti servassem canis.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 818. *Si ipse aliquos inveniret equites, in instanti equos decaudaret; si verò pedites, personas maletractaret.* Hispanis *Derabbado*, est animal caudâ privatum. Vide *Curtare*, & Octav. Ferrarium in *Codardo*. Sed aliò videtur, ni fallor, respexisse Joan. Molinetus Valentianensis, qui vixit anno 1477. pag. 117.

Ce Cat nonne vient de Calais,
Sa mere fut Cathau la Bleuë,
C'est du lignage des Anglois,
Car il porte tres-longue queuë.

CAUDAX, *Stipes, asinus, plumbeus.* Papias.

CAUDELUM, *Caudelarii.* Charta an. 1185. pro juribus Pontis Avenionensis: *De singulis porcis singulos obolos, & de omnibus pariter caudelariis præsentibus & futuris, qui in civitate Avenionensi morantur, —— antiquum & consuetum caudelum sine contradictione habeant. De fructibus verò, & lignis, & piscibus, qui per pontem transeunt, similiter antiqua servetur in caudelo consuetudo*

CAUDICA. *Caudicaria, Caudicarii,* Papias: *Caudicaria, navis sonora.* Idem *Caudicæ, Naviculæ dictæ, quæ 4. usque ad 10. capiant homines.* Vide Festum, Nonium, & Senecam de Brevit. vitæ cap. 13. Hinc

Caudicarii, navicularii in Cod. Theod. & apud Gruter. 462. 1. qui

Codicarii, in aliis Inscriptionibus apud eundem pag. 440. 3. & 1086. 6.

CAUDIFICARE, Caudam resecare. Cledonius Constantinopolitanus Grammaticus de Partib. oration. in Præfat: *Luxuriosos tunde sermones, doctiloqua serie corrigentis extende, curta, caudifica, ut ad tuum arbitrium cuncta videantur tractata, relecta, digesta.*

CAVEA, Theca, nostris *Cage*: quippe à *caveis* theatralibus quibus includebantur feræ, dum emitterentur, de quibus lex 2. Cod. Theod. de Venat. ferar. *Caveæ* dictæ illæ portatiles, in quibus aves includimus, deinde quævis thecæ ac capsæ. Fragmentum Petronii: *Super limen autem cavea pendebat aurea, in qua Pica varia intrantes salutabat.* Hinc *cavea* pro quavis theca. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Fit de auro Petri, cavea Evangelii, fit calix, fit capsa, &c.* Et infrà: De capsa S. Pelagii: *Cavea inclusam —— nave terraque eam tibi mittam.* Eckeardus Minimus de Vita Notkeri cap. 11. *Quid ergo? de auro Petri, calix fit, capsa fit, cavea Evangelii, omnia preciosissimis gemmis ornata.*

Cavea, Locus depressus. Vide *Cava*.

CAVELICIUM. Vide *Capitalitium*.

CAVELLUS. Statutum Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 15. quod est *de forisfactis levandis ab illis qui remanent ab exercitu Regis* §. 5. *De cavellis verò, ubi Rex & Comes (de Fife) partiuntur, Rex & Comes habent unam medietatem forisfacti ab exercitu, & Thanus aliam medietatem.* Vide *Cavil*.

CAVENA. Vide *Canava*.

CAVERNAMEN, Pꝩanʒa, apud Ælfricum cap. de Navibus.

CAVERNUM, Foramen. Gloss. Lat. Græc. *Cabernum, (seu Cavernum) τρύπημα.* Ita restituendam censent viri docti hanc vocem apud Plinium lib. 8. cap. 55. & apud Victorinum lib. 1. Rhetoric. Cicer. &c.

CAUGANÆ, Tragemata simplicia, & etiam composita, condita sale, quæ comeduntur post cibum, sicut capparis & olivæ. Matth. Silvatic.

CAUHA. Lex Aleman. tit. 99. §. 13. de animalib. furatis, aut occisis: *Aneta, gariola, ciconia, & cauha, & querola, & similia requirantur.* Aliæ Editiones habent *Canna*, anas, nostris *une* Canne. Alemannis verò *kaut* est columba. Lydius monedulam interpretatur, quia Belgis *een kauvve* est monedula: Spelmannus, cornicem rubra habentem crura, ex Anglico *a chauh*, & *chouh*. Vide *Cavanna*.

CAVICULA. Vide *Cavilla*.

CAVIL. Statuta Gildæ Scoticæ cap. 20. de extraneo mercatore: *Neque* lot, *neque* cavil *habeat cum aliquo confratre nostro.* Adde cap. 43. & Leges Burgorum Scoticor. cap. 59. Videtur esse *cavelicium*, census capitis. Vide *Capitale*, & *Cavellus*.

CAVILE, *Cavilla*, Clavus ligneus, aut ferreus, qui inseritur ad continendos asseres, aut alia quævis, quasi *clavile*, à *clavus*. Papias: *Cantus, ferrum circum rotas vel ligna, vulgò Cavile.* Alii Codices MSS. *Cavilla* pro *Cavile* præferunt Joan. de Jan. *Cavilla, quod de ligno inseritur foraminibus per modum clavi.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap 60. *Salcibus recentibus, aut in cavilla fumatis.* Vetus Notitia apud V. C. Joan. Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ordinis S. Benedicti pag. 763. *Hac autem donavit idem Radulfus per cavillam caisninam*, id est, quercinam: *Caisne* enim pro *Chesne* nostri dicunt. Vide Gesta Consulum Andegav. cap. 11. n. 10. Miracula S. Eutropii Episcopi Santonensis num. 15. Beletum de Divin. offic. cap. 24. Durandum lib. 1. Ration. cap. 4. num. 7. &c.

Cavilia, eadem notione, apud Fridericum lib. 2. de Venat. cap. 50. 69.

Cavilla, Clavi lignei extracti foramen. Paulus Attavantus in Vita B. Joachimi Servitæ num. 3. *Ac considens, per cavillam, ingentem intuitus est splendorem.*

Cavilla pedum, Clavicula, σφηρὸν, Aristoteli lib. 1. de Animal. cap. 140. nostris *Cheville du pied.* Matth. Silvaticus: *Talus, cavilla.* Hyginus lib. 3. *Sagittarius duas habet stellas secundæ magnitudinis in pede scilicet sinistro, & sub cavilla ejus.* Constantinus Africanus lib. de Chirurg. c. 2. *Tibia quatuor digitorum spatia super cavillam fortiter ligetur.* Et lib. 2. Pantechn. cap. 8. *Cavilla calcaneo est superposita mollibus ligamentis retro nexa, duo habens acumina à parte familiari, majoris intrans concavitatem arundinis, ab extranea minoris, hac concatenatione calcaneus susum & jusum movetur.* Matthæus Paris an. 1206. *Nonnullæ vix usque cavillam pedum immersæ fuerunt.* Ubi perperam Watsius cavitatem pedum innui putat. Occurrit etiam in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 13. & apud Recuperum in Miraculis S. Ambrosii Senensis num. 53.

Caviculæ pedum, apud Michaëlem Scotum de Physion. cap. 92.

Cavicula

Cavicula colli. Hist. Translat. S. Severi Episc. Abrincat. cap. 3. num. 13. *Sumpsit igitur Archiepiscopus os, quod vulgò cavicula colli dicitur, &c.*

CAVILLO, *onis, qui cum follicea ignis flammam excitat, vel qui calamistram calefacit, scilicet ferrum quo capilli crispantur. Hic vulgò Cinerarius dicitur.* Ugutio.

CAVILONIA. Polyptycus S. Remigii Remensis. *Donat annis singulis pullos 3. ova 15. vinum in pastionem dinar. 2. in censo mod. 1. ad majorem mensuram, in hostelicia de argento din. 10. in cavilonia dinar. 2. pro sal din. 2. scendul. 100. ligni carr. 3. &c.*

CAULAGIUM, Tributi species. Charta R. Abbatis Caroffensis an. 1308. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. num. 11. ex Tabulario Regio: *Quilibet mercator extraneus habens troussellum, vel plures troussellos in dictis nundinis, dabit pro introitu & exitu, & caulagio, & pro leuda 4. denarios, &c.*

CAULSULA, pro *Clausula, Fermeture.* Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis, an. 1080. *Et ligna ad calefiendum in ipsa hæreditate, & ad construendas domos, & ædificandas vineas & ad caulsulas, & ad sepes ipsius hæreditatis.* Vide *Calusus.*

CAUMA, Ardor, æstus, calor intensior, Græcis καῦμα. Glossarium Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Æstus, calor, cauma, procella.* Breviloq. *Cauma, incendium, calor, æstus.* Ulpianus: *Si fundus caumate perierit. Solis cauma,* apud Aldhelmum de Virgin. cap. 21. Arnoldus Abbas Bonævallis de Operib. sex dierum: *Sensit caro nudata virtutibus caumata & algores.* Vita S Gilberti de *Sempringham: In maximo æstivi temporis caumate.* Vita S. Jacobi Episc. Tarantas. num. 10. *Dum ex nimio caumate lassus ad quandam declinaret umbram.* Geraldus in Vita S. Stephani Fundat. Ord. Grandimont. num. 15. *In hieme & æstate ad repellendum frigus & cauma, æqualia semper erant & eadem indumenta.* Florus Diacon. Lugdunensis:

Caumate sed nimio tota jacebat humus.

Abbo lib. 1. de Bell. Parif.

Verum stilla quid est simplex ad caumata mille.

Ubi *Cauma* non est κῦμα fluctus, uti vult Spelmannus sed ardor. Ita usurpat Ordericus l. 8. & lib. 13. pag. 717. 909. Itinerarium sancti Willibaldi n. 10. &c.

Caumatio, Ardor, calor, in Itinerario Willibaldi n. 17. *Magna solis caumatio.*

CAUNO, Papiæ, *Negotiator*; eidem *Caunus* est *Caballus.*

CAUPONIA, Cellarium vini, Matthæo Silvatico. *Cauponius*, Lat. Tabernarius.

CAUPUS, Cuppa, vas. Gloss. Ælfrici: *Caupus, vel Obba,* Cuppe.

CAUPULUS, *Caupillus.* Gloss. Isid. *Caupulus navi. Caupulus, Navicula brevis.* Papias: *Caupillus, lignum cavatum, quasi cymba, lembus, carabus brevis.* Idem: *Lintris, navicula parva, caupillus.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Navis, vel faselus -- vel cimba, vel campoius.* Leg. *caupulus.* Lex Burgund. addit. 1. tit. 7. *Quicunque navis caupulum involare præsumpserit, inferat ei cujus est navis, sol. 17. & mulctæ nomine sol. 4. pro caupulo verò sol. 4. & mulctæ nomine sol. 2.* Ubi *caupulus* pro *scapha* navis usurpatur: sic autem dictus quòd *caupi* formam referat.

CAURIO, *nis,* id est, *sacrum officium.* Ita Ugutio MS.

CAURSINI. Vide *Caorcini.*

CAUSA, Morbus. Ita non semel apud Marcellum Empiricum. *In causa esse,* pro νοσεῖν, eidem cap. 7. *Locus qui in causa est,* ὁ πεπονθὼς. Gariopontus lib. 3. Passion. c. 4. *Omnes causæ vesicæ ex renum indignatione fiunt &c.* Ita lib. 4. cap. 6. 7. 17. lib. 5. cap. 1. 2. 5. *Sontica causa,* apud Festum & Tibullum lib. 1. *morbus sonticus.* Vide Salmasium ad Spartianum pag. 20. Hinc *Causarios* dictos vult ægrotos, egenos, facultatibus lapsos eidem Spartiano: *Omnes causarios liberalitatibus sublevavit.* Vindicianus Archiater: *Progressum à balneo potavi, ne quid causationis in corpusculo ejus maneret.*

Causa, Res: unde Gallis *Chose*, Italis *Cosa*, Occitanis *Causo. Causam alterius tollere*, Gall. *Enlever la chose d'autruy*, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 4. §. 5. in Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 208. Lex Longobard. lib. 2. tit. 22. §. 22. *Nullus eis imperavit talem causam facere.* Capitulare de Villis cap. 3. *Non porcellum, non agnellum, nec aliam causam, &c.* Paulus Warnefr. l. 5. de Gest. Langobardor. cap. 40. *Tu recuperabis causam tuam.* Paulus Diacon. Emeritensis in Vita sancti Masonæ Episcopi Emerit. cap. 15. *Quod cùm ille audisset, præcepit ut causa paululum silentio tegeretur.* Occurrit passim. Vide Legem Salicam tit. 9. §. 3. Gregorium Turonens. lib. 4. Hist. cap. 13. Marculfum l. 12. form. 1. Theodulfum in Capitulari cap. 24. Leon. Ost. lib. 1. cap. 47. lib. 2. cap. 55. 64. 65. lib. 3. cap. 22. & Savaronem ad Sidon. lib. 3. Epist. 7.

Causa, Pœna propter solennia non servata. Lex Salica tit. 46. §. de Sponsalitiis viduarum: --- *Et in ipso mallo scutum habere debet, & tres homines tres causas demandare.*

Causa, Causæ, Judicia, placita, malla. Hincmarus Opusc. 29. *Jussistis præfatum Episcopum, ut die & loco denominato veniret ad causas vestras, id est, ad judicia, sæcularia, & suum advocatum -- donaret.* Hinc *causam quærere, requirere, conquirere*, id est, judicium, in Lege Salica tit. 60. §. 1. in Capitulis Caroli Magni lib. 3. cap. 38. 40. 51. *Causam alicui movere*, apud Henricum Rebdorff. an. 1300. Galli dicimus, *Mettre quelqu'un en cause. Vocare in causam*, apud Helmodum lib. 1. cap. 84. Sugerius in Ludovico VI. cap. 21. *Cùm præfatum Haimonem frustra in causam vocari fecisset.*

Causas dicere, nostris *Plaider la cause.* Baldricus Noviomensis in Chr. Camerac. lib 1. cap. 14. *Ut Clerici cujuslibet ordinis, neque pro propriis, neque pro Ecclesiasticis causis, aliter adire debeant forum, nec causas dicere audeant, &c.*

Causæ Palatinæ, Lites, judicia quæ in Palatio coram Comite Palatino ventilabantur, in Capitulis Caroli Magni an. 997. c. 4. apud Hincmarum de Ord. Palatii c. 33. & Opusc. 60. in veteri Notitia apud Doubletum pag. 716. & in Notitia Caroli Calvi quæ extat in Append. ad Flodoard. *Causæ Reipublicæ*, judicia de rebus publicis, & quæ Regem spectabant, in Capitulis Caroli C. tit. 23. §. 7. *Causæ Publicæ*, apud Gregor. Turonens. lib. 9 cap. 11. 20. in Annal. Francor. Fuldens. an. 752. & in Vita Franconis Episc. Cenoman. *Causæ pro salute Reipublicæ*, apud Fredgar. an. 768. *Causæ Regales*, Placita Regia, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 2. §. 8. lib. 2. tit. 35. § 8. apud Baldricum in Chron. Camerac. l. b. 1. cap. 62. 76. &c. *Causæ Legales*, in Fragmentis Capitularium editis à V. Cl. Steph. Baluzio cap. 8. quæ secundùm Leges dirimuntur.

Charta de causa suspensa, quæ datur absenti Reipublicæ, vel alia causa, quâ lites omnes & negotia adversus eum conquiescere jubentur, apud Marculfum lib. 1. form. 23.

Causalis, Litigiosus. Gloss. Gr. Lat. αἰτιολογικοὶ, *Causales.* Cyprianus, seu auctor de Singularitate Clericorum: *Causale est quod feminæ est, & copulatio ejus semper infesta est.* Synodus Suessiona an. 303. Sess. 3. *Nihil timo, quoniam in tui damnationem nihil apponimus causale, nihil defendimus, &c.*

Causalis. Glossæ MSS. ad Concilium Calchedon. c. 12. *Per pragmaticam, per causalem.*

Causalicii, Qui litigant de re aliqua. Tabular. Brivatense Ch. 114. *Ipsi jurati vel testimoniati unanimiter dixerunt, quòd ipsi causalicii cum omnibus appenditiis eorum terris seu & pratis -- plus debent, &c.*

Causales. Idem Tabular. Brivatense Ch. 180. *Vendimus S. Juliano & Clericis ejus unam hæreditatem nostram, hoc est, causales qui sunt juxta muros claustri S. Juliani & juxta*

& juxta cellarium ejus, & apprehendimus inde pretium factum sol. 70. De Clericis advenerunt autem nobis ipsi causales, non de comparatione, nec donatione: sed Clerici S. Juliani concesserunt Uberto avo nostro, ut maneret ibi, &c. Ubi forte *Casales* legendum, vel *Clausales.*

Causare, Litigare, Causas agere, Calumniare, repetere. Papias: *Causare, calumniari, exigere, in causam ducere.* Gloss. Græco-Latin. αἰτιῶμαι, *Criminor, accuso, culpo, incuso, causo.* Lex Langobard. lib. 2. tit. 52. §. 1. *Si quis causam alterius agere, aut causare præsumpserit. — Et si forsitan aliquis per simplicitatem suam causam agere nescit, veniat ad placitum: & si Rex aut Judex praviderit, tunc debeat dare ei hominem qui causam ipsius agat.* Gregorius Turon. lib. 10. *Causaturus accessit.* Petrus Venerab. lib. 1. Epist. 2. *Et in die causandi cum Stephano in præsentia nostra suscepta, Pisas profectus est.* Charta an. 1021. apud *Diago* in Comitib. Barcinon. lib. 2. cap. 31. *Non est mihi licitum causari vobiscum in sæculari judicio, nisi exors efficiar canonica regulæ.* Charta Conradi Imp. an. 830. in Bibl. Sebus. lib. 1. cap. 92. *Nemo -- inquietare, molestare, causare, perturbare præsumat.* Libertates concessæ Villæ franchæ ab Archembaldo Dom. Borbonii an. 1217. MSS. *Nullus burgensis de Villa francha debet causari extra villam in curia laicali, &c.* Ita Chartæ veteres passim, apud Franciscum Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 141. 152. 164. &c. Hinc apud nos *Causer*, pro tricari, nugari, garrire, & *Gausser*, pro irridere: non enim etymon à Germanico *Kosen* deducendum, ut vult Besoldus.

Causare, Calumniare, repetere. Vetus Charta apud Ughellum tom. 9. pag. 920. *Ostendit* (Episcopus) *se causare Monasterium, atque ad suum jus intromittere.* Ita in alia apud eundem Ughell. in Episcopis Veronensibus pag. 805.

Causatio, Lis, controversia, placitum. Gregor. Magn. lib. 1. Epist. 9. *Fines, de quibus causatio mota est.* Concilium Arelatense an. 813. can. 16, *Ne in Dominicis diebus publica mercata, neque causationes disceptationesque exerceantur.* Capit. 1. an. 811. cap. 2. *Unde illa frequentissima causationes in quibus unus alteri quærit quicquid parem suum viderit possidentem.* Charta Eberardi Salzburgensis Episc. in Chron. Reichersper. an. 1153. *Deposuit causationem super quodam prædio.* Formulæ veteres apud Bignon. *Ut causationes & lites definire & terminare juste & rationabiliter debeant.* Vide Translat. S. Guthlaci num. 15. Ita etiam vocem hanc usurpat non semel Symmachus lib. 2. Epist. 22. 36. lib. 4. Epist. 18.

Recausare, idem quod *causare.* Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 28. *Qualibet persona qui contra hanc donationem ullo unquam tempore venire aut recausare conaverit, &c.*

Incausare, In causam mittere, *Mettre en cause*, in jus vocare. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. *Si aliquis incausatus fuerit, quod alecia in aquis emerit, ipse tertia manu se purgabit.*

Causarius, Gloss. MS. Regium sign. 1197. *Pragmatici, causarii.* Gloss. Isidor. & *Papias*: *Causarius, litis amator, &c.* Charta Alfonsi III. Regis Portugalliæ an. 1289. to. 4. Monarch. Lusit. pag. 279. v. *Et si illud non pectaverit, remaneat in causamento de Meyrino.*

Causarius, interdum *Reus qui ex aliquo crimine ad causam ducitur*, Joanni de Janua. Gloss. Isid. *Causarius, reus.* Gloss. Græc. Lat. ὑπαίτιος, *causarius.* Aliter tamen hanc vocem interpretantur viri docti: quippe *causarium*, in Glossis *sontico morbo* laborantem dici volunt. ὑπαίτιοι enim idem valet quod *sontes*, apud Latinos: idque eruunt ex Hesychio, cui ἐπίληπτοι, dicuntur ὑπαίτιοι, & δαιμονιζόμενοι: atque ita usurpavit Passionarius Galeni, cujus auctorem Gariopontum volunt lib. 1. cap. 11. de Anteneasmo, maniæ specie, qua qui laborant, à Latinis *Percussores*, ab aliis *Causarios* appellari observat: ubi perperam editum in 1. Edit. Lugdun. an. 1526. *Causanos.* In Basileensi verò an. 1531. absunt hæc verba, alii *Causarios.*

Causarius, Qui *causam* habet, ratione & *causa* nititur. *causaria missio*, in l. 9. Cod. Th. de Desertor. *Causaria liberalitas*, apud Spartianum. *Causariam missionem* quidam interpretantur, cui morbus causa fuit, ut *causariam liberalitatem*, cui aliquis casus ac calamitas causa fuit. Nam *causa* pro morbo sumi observatum. Vide infra.

Causaticus. Qui alium in causam trahit. Lex Bajwar. tit. 16. §. 2. *Non debet testem veritatis compellere causaticus ejus, nisi forte aliquis testem mendacem habere voluerit.*

Causator, Qui actoris vel rei in judicio partes agit, litigator. Lex Salica tit. 60 *Cùm causa discussa fuerit inter duos Causatores.* Decretio Childeberti Regis c. 11. *Causator Centenarium cum Centena requirat.* Lex Langob. l. 2. tit. 21. §. 30. *Neque cogantur ad placita venire, præter in anno -- exceptis scabinis, & causatoribus, & testibus necessariis.* Vide tit. 41. §. 1. tit. 51. §. 2. tit. 55. §. 13. lib. 3. tit. 9. §. 8. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 10. Capitula Caroli C. tit. 31. cap. 33. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. *Excepto per verisimas cartulas cum quibus se causatores legaliter defendere queant, &c.*

Causamentum. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 111. *Similiter nempe statuerunt ac bonum causamentum esse laudaverunt, ut si quis, &c.* Galli dicerent: *Ils ont jugé que c'estoit une bonne chose, d'ordonner, &c.*

CAUSEA, idem quod *Calcea* & *Calceta*, *Chaucée.* Knyghton: *Cotidieque venerunt Franci ad causeam inire hastiludium cum Anglis.*

CAUSETUM, idem quod *Calcea*, ex Anglico, à *Causey.* Chronicon Abbatum Burtonensium to. 1. Monastici Anglic. p. 275. *Incœptum fuit pavimentum Altæ villæ, diruto causeto, ponendo gutteram in medio. --- Incœptum fuit causetum Novi vici ante portas Abbatiæ.*

CAUSIA. Vegetius lib. 4. c. 15. *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari vocabulo causias vocant.* Ubi variant Codd. MSS. Quidam enim *Cautias*. & *Caucias* habent. Ad oram Edit. Parisient. quam à Budæo procuratam aiunt, *Cattos* habetur. Certè *Cattus* idem fuit quod vinea. Vetus Interpres Vegetii Catalanicus MS. habet hoc loco: *Los antigos dixeron halas, que agora en el uso de los barbaros laman cautibus.* Vide in hac voce.

CAUSIDICUS. Vide *Advocatus.*

CAUSIFICATIO, Tergiversatio, excusatio, *Causatio*, in Cod. Th. & apud Symmach. lib. 2. Epist. 36. lib. 5. Epist. 48. Julius I. PP. Epist. ad Orientales: *Liquidè apparet istam causificationem eorum hominum esse, qui sibi non satis confidunt.*

CAUSILICUS, pro *Causidicus*, non semel in veteri placito in Appendice ad Capitularia V. Cl. Steph. Baluzii p. 1394. Ubi Catellus lib. 5. Rerum Occitan. p. 742. *Causidicus* edidit. Vide *Advocatus*, & *Assertor.*

CAUSIMENTUM. Vide *Formmentum.*

CAUSON, καῦσων, Ardens febris: καῦσος etiam Medicis. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 818. *Causon & febres aliæque infirmitates terrigenas valde afflixerunt.* Aliàs Græcis Καύσων, est ventus urens. Vide Hieronym. in cap. 19. Ezech.

CAUTEL, Puppis. Grotius in Notis ad Aratum: *In iisdem tabulis puppis Cautel vocatur. Hoc quid sit, nescio.*

CAUTERIZARE, Adurere. B. Odoricus de Forlivio in sua Peregrin. *Quodam ferro calido cauterizant se.*

CAUTIO, Chirographum, quo debitor cavet se pecuniam à creditore accepisse, eamque certo die soluturum spondet, cujus formulam exhibet Marculfus lib. 2. c. 25. 26. 27. S. Hieronym. in cap. 58. Esaiæ: *Cunctaque nomina, quæ vulgò appellant Cautiones, irrita fieri.* Gregorius Turon. lib. 7. c. 23. *Armentarius Judæus -- ad exigendas cautiones, quas ei propter tributa publica Injuriosus ex Vicario, ex Comite verò Eunomius deposuerant, Turonis advenit, &c.* Anastasius in S. Julio PP. p. 20. *Et omnia monumenta in Ecclesia per Primicerium Notariorum confecta celebrarentur, sive cautiones, vel instrumenta aut*

aut donationes --- Clerici in Ecclesiarum per Scriniarum sanctæ sedis celebrarent. Vide IC. & Legem Longob. 2. tit. 21. §. 13.

Cautio, Securitas data pro quavis re facienda. Ita passim IC. Anastasius in Constantino PP. p. 64. *Hic ordinavit Felicem Archiepiscopum Ravennatem, qui secundùm priorum solitas in scrinio noluit facere cautiones, sed per potentiam judicum exposuit, ut voluit. Cujus cautio à Pontifice in sacratissima confessione B. Petri Apostoli posita, post nonnullos dies terra,& quasi igni combusta reperta est.*

Cautio. Charta Theodemiri Regis Gallæciæ æræ 610. apud Bivarium in Notis ad Pseudochronicon Maximi p. 451. *Astantibus Episcopis ipsius provinciæ universis, tam in Bracarensi cautione, quàm etiam ex Lucensis Ecclesiæ dominatione diffinitum atque laudatum est, &c.* i. immunitate. Vide *Cautum*.

Cautio. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 45. v. *Cupiditate ductus elevavit in ipsa terra cautionem, quam vulgò appellant taglleam, quam rursus omnino dimitto, &c.*

CAUTUM, idem quod *Cautio*. Gl. Lat.Gr. *Cautum*, χειρόγραφον. Glossæ MSS. ad Canones Concil. *Cautum scriptum.* Occurrit apud Corippum.

Cautum, Cotum, ex Hispanico *Coto*, Locus defensus, immunitas, *Salvitas*. *Cautare, Incautare*, defendere, protegere, munire, securum facere, *Cavere* rei alicui, unde vox videtur deducta. Charta Sancii Regis Portugalliæ æræ 1238 *Promisi me erecturum munitionis lapides, quos Cautum vocant, in Circuitu loci sanctissimæ virginis.* Charta Ordonii Regis æræ 950. apud Anton. de Yepez to. 4. Chron. Ord. S. Benedicti p. 436. *Et cum sua concurrentia & cum suo cauto in circuitu ipsius concurrentiæ, &c.* Infrà: *Et sunt ipsæ Ecclesiæ incautatæ in toto gyro per petras erectas & scriptas, &c.* Ibidem: *Similiter damus vobis ipsam cortem de villa Patrono cautatam, cum suis domibus,& ædificiis, cum sua cortina quomodo concludit per ipsum flumen, &c.* Charta Bermundi II. Regis æræ 1070. apud eundem to. 6. *sit vobis Piniolo & Ildonciæ attributa licentia facere quod volueritis de cautis & hæreditatibus, quas à me accepistis.* Alia æræ 1153. ibidem p. 437. *Cum suis testationibus omnibus, & rebus & familia libera ab omni censu & debito nostræ Ecclesiæ,& cum duabus partibus de illo voto, & clamoribus, & cum suo cauto in gyro, &c.* Vide eundem to. 5. pag. 438. Vetus Lapis in Monasterio de *Husillos* in Hispania, apud Ambros. Moralem l. 16. c. 44 *Æra 1195. Rex Sanctius Domini Aldefonsi Hispaniarum Imperatoris filius, dedit cautum Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Fustellis, Raimundo Gileberto existente Abbate ejusdem Ecclesiæ.* Charta Alfonsi VII. Imp. æræ 1182. apud eundem *Yepez* tom. 7. *Cauto etiam prænominatos terminos & loca prænominata jam dictam Ecclesiam S. Joannis,& omnem ejus ubicunque sit hæreditatem, quòd nulla potestas, nullusque alius homo, causa malefaciendi vel pignorandi intrare præsumat, &c.* Quæ formula in aliis Chartis ejusdem Regis occurrit non semel. Charta Alphonsi VIII. Regis Castellæ æræ 1213. apud eundem *Yepez* tom. 7. *Et omnia pecora vestra per omne regnum meum sint secura & cauta, tanquam mea propria, & libera, & ubique habeant pascua.* Ibid. *Mando etiam & firmiter statuo, quòd omnes hæreditates vestræ, tendæ, & canales, furna, & omnia vestra tanquam mea propria sint, ut dictum est, cautata, & ab omni gravamine & inquietatione tam regali quàm alia semper libera & absoluta.* Charta Ferrandi Regis Casteliæ æræ 1224. *Cauto verò supradictos homines & omnia quæ habent vel habebunt, quod nullus de cætero pro aliqua voce, vel calumnis, excepto pro pretio debito, audeat pignorare, vel de suo aliquid prendere, molestare, vel calumniare. Hujus autem liberationis & incautationis inchartationem facio Deo & sanctæ Agathæ, &c.* Vide Brandaon. in Monarch. Lusitan. to. 5. pag. 71. 195. 212. to. 4. p. 50. 101. 187. v. to. 5. p. 308. Colvauerez in Segovia c. 18. §. 5. &c.

Cotus. Charta Alfonsi VII. Regis æræ 1174. apud eundem *Yepez* tom. 5. pag. 472. *Nullus homo sit ausus ingredi infra hos cotos, neque ullam violentiam facere, &c.* Occurrit ibi pluries. Charta Alphonsi Hispaniarum Imperatoris æræ 1162. apud Bivarium; *Offero, & confirmo, & concedo omnia quæcunque sint, sive de regalengo, sive de condado: sive magna, sive parva infra cautos, quos proavus meus posuit, --- id est per cautos de termino de Vitriales, &c.* Alia Sancii Regis Portu. æræ 1231. apud Rodericum *da Gunha* in Episcopis Portens. 2. part. p. 58. *Ego Sancius --- facio chartam cauti Gondomar, quod--- augmentari fecimus.* Infrà: *Ubi sedet antiquus lapis cauti: Quidquid infra lapides & terminos istos concluditur, firmiter cautamus, & cautatum in perpetuum esse mandamus, & hæreditates quæ ad casalia infra cautum istum existentia extra cautum pertinent, habeat prædictus Episcopus, &c.* Charta Martini Ovetensis Episcopi æræ 1288. apud *Xepez* tom. 3. pag. 217. *Tibi Abbati domino Joanni Sammonensi ejusdem loci, atque successoribus vestris facimus scripturam libertatis, ut ampliùs Sammonense Monasterium aut Ecclesias vestras, sive intra cautum sive extra cautum ad Sammonense Monasterium pertinentes non inquietemus, neque jus Pontificale desuper Monasterium vestrum, aut super Ecclesias vestras, unquam requiramus.* Vide eundem *Yepez* to. 5. p. 439. b. 448. b. 449. b.

Cautum, Fiscus Regius. Charta Ferdinandi Gundisalvi Comitis Castellæ æræ 972. apud eundem *Yepez* to. 1. Chron. Ord S. Benedicti p. 32. *Insuper in cauto 60. solidos ad Comitis partem reddat, & quod retinuit, tantùm per tres annos triplicatum Monasterio solvat.* Adde p. 34. 39. Alia æræ 957. t. 4. p. 458. *Quòd si quis, quod absit, ad disrumpendum venerit istos terminos, purget ad parte Comite quinque libræ aureæ in cauto.* Charta alia æræ 1010. to. 1. p. 22. Appendicis: *Et dimittant ad Monasterio terram, quam aravit, aut vinea quam plantavit,& à parte Regis reddat 30. libras ex purissimo aureo in cautis, & scripta firmis permaneat in sæcula*: Alia æræ 1078. p. 23. *Et in cauto regiæ potestati solvat milliarias auri, &c.*

CAUTUS, Navis species. Vide *Gatus*.

CAXA, *Capsa*. Vide Annales Alexandriæ Hieron. Ghilini p. 23.

CAYA, Domus. *Maison, chaiz, ou ouvroirs*, in Consuetudine Bayonensi tit. 7. art. 22. 30. 32. Willelmus Thorn. in Chron. an. 1285. *Sedata est discordia quæ mota fuerat inter --- de quadam caya & domo ædificata in quodam prato.* Occurrit iterum eadem notione sub an. 1286.

Chaia, idem sonat quod *Caya*, in Regesto Constabulariæ Burdegalensis fol. 131. *Quilibet habitator villæ de Liborne habens unum solerium ad mensuram dictæ villæ, debet 12 denar. de sporta, & quilibet habens unam chaiam ad mensuram dictæ villæ, habens 8. brassas cum dimidia in amplum & in longum 12. debent decem sol. 8. den. de sporta.* Fol. 39. *In careria de Rosella, inter domum seu cayum Petri Burdegala de sancta Liurada ex parte una, & domum, seu cayum Petri Arnaldi, &c.* Occurrit ibi pluries in hac significatione. *Chay*, Occitanis *caveam*, seu cellam vinariam sonat.

CAYRONUS. V de in *Amanegia*.

Cayum, in Chartâ Walteri Episcopi Coventrensis in Monast. Anglic. to. 3. p. 231.

Cay hodie appellamus aream in littore onerandarum atque exonerandarum navium causa, è compactis tabulis trabibusque firmatam, ac desuper tectam, instar domus, unde ejusmodi areæ appellationem obtinuere, vocabulo, non à Saxonico cæȝ, clavis, uti vult Spelmannus, vel à *caiare*, uti Scaliger ad Auson. l. 2. cap. 22. sed à Cambro-Britannico *Cae* desumpto, quòd sepem & claustrum sonat, ut *Caed*, opertorium, clausus, *Caeor*, caula, ut auctor est Boxhornius in Orig. Gall. Ita vocem.

Ceage, interpretantur Evidentiæ Ecclesiæ Christi Cantuariensis: *Mansionem quoque --- & clausulam. quod Angli dicunt Ceage, quæ pertinet ad prædictam mansionem*, Ub. *Ceage* videtur esse *Cayæ* procinctus. Inde etiam

Caiagium, pro vectigali ex fluviorum portubus, quos *Cays & Havres* vocat Consuetudo Normanniæ art. § 81. Charta Radulfi Decani Ambian. an. 1167. in Chartul. Eccl. Ambian. *Reditus, quem vulgò Catagium appellant*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1309. pro mercatoribus Lusitanis, in 2. Regesto ejusdem Regis ex Tabulario Regio num. 172. *Item essayum nostrum dictæ villæ parabitur & ponetur in tali statu, quòd dicti mercatores absque solutione caagii poterunt suas denariatas & merceturas bono modo onerare & exonerare de die & de nocte.*

Caaria, vox ejusdem, ni fallor, originis, in Usaticis MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Une coustume est que l'en appelle la Cabarie, que pour une somme de œufs, & de poullaiges, & d'oiseaulx, de fourmaiges, & d'aigneaux, & de quevreaulx, & de tiulx choses venans par eaue à Rouën, l'en paie un denier.*

CAYTUS, seu *Gaytus*, vel *Gayetus*, Militaris officii nomen apud Saracenos, quod occurrit apud Lupum Protospatam an. 972. 1001. Hugonem Falcandum crebriùs, & apud Rocchum Pirrum in Archiepiscop. Montis Regal. p. 402. in Episcopis Agrigentinis pag. 276. in Episc. Pactens. p. 392.

CAZAFUSTA, pro *Catapulta*, Machina bellica, sudibus acutis ejaculandis idonea. Rollandinus l. 8. Hist. *Nihilominus nisi sunt defendentes, inimicos repellere, eosque fugare, & figere nunc lanceis, nunc sagittis, fundis petras rotantibus, & sonantibus cazafustis.* Vide *Fustibalum*.

CAZENI. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Martinezium in Histor. Pinnatensi l. 2. c. 38. *Et villos vassos* (id est, vasa) *quos Sanctius filius meus comparaverit & redemerit, pezo per pezo, de plata aut de cazeni, illos prendat aut redimat, &c.*

CAZOLA, Vas quoddam, Matthæo Silvatico; sed quâ linguâ, non indicat.

CECOS, Gallicâ linguâ, *Dimitte* sonat, ut auctor est Servius ad 11. Æneid.

CECTORIUM, apud Gromaticos, inquit Salmasius ad Inscript. Herodis p. 51. ponitur pro *hectorium*: *Cectoria hoc est, rotundus est, sicut modius, est fossa circa publica. Cectoria*, pro *hectoria*, Ἕκτον enim *modius* Græcis. Unde *hectorium*, vel *cectorium* illis Auctoribus, quod rotundum est sicut modius, ut fossæ rotundæ.

CECUA, *Cecuma*, *Cecunia*. Gloss. Isid. *Cecua, noctua. Cecuma, noctua.* Joan. de Janua, *cecunia* habet, additque, *& à cecus dicitur.*

CEDELLUS, Vas portatile, in quo reponi solet aqua benedicta, nostris etiamnum *Celet*. Charta Heccardi Comitis Augustod. ex Tabulario Prioratus Persiaci in Burgundia p. 26. *Uno tapeto, uno cedello ad aqua benedicta duo.* Vide *Seillatum*.

CEDRIA, Κέδρια *Gumma* Cedri, in Gl. Medico MS. & apud Alexandrum Iatrosophistam l. 1. de Passionib. Erotianus in Lexico Hippocrat. Κεδρίνῳ ἐλαίῳ, τῇ Κεδρίᾳ. Matth. Silvaticus: *Kidria, i. al-kitran, cedria, id est, gummi cedri.* Joanni verò de Janua, *unguentum factum, quo asseres liniti non putrescunt, vel tempore, vel vermibus.* Alibi: *Cedria, arboris gummi sive lacryma, quæ ad conservationem librorum summè est necessaria. Nam libri ex hac lacryma liniti nec à tineis corroduntur, nec tempore senescunt.* *Cedrina* dicitur in Glossis Biblicis MSS. Anonymus de Re architecton. c. 12. *Cedrus si humore non corrumpatur, eandem habet virtutem: sed quomodo de pino resina decurrit, sic & ex ea oleum quod Cedria dicitur: quo si libri aut clusa inungantur, nunquam tineis aut carie solventur.* Martianus Capella l. 2. *Alia* (volumina) *ex papyro, quæ cedro perlita fuerant, videbantur.* Vide Galenum l. 7. Simpl. Orib. in 2. ad Eunap. Paulum l. 7. Aetium l. 1. Tetrab. ser. 2. Columellam l. 6. c. 32. Marcellum Empir. c. 26. extremo, Josephum Scaligerum in Animadvers. in Robert. Titium p. 179. & Casaubonum ad Sat. 1. Persii.

CELATA, Insidiæ, Hispan. *Celada*, *Enganno de guerra*. Ex Lat. *Celare*. Gloss. Lat. Græc. *Celat*, κρύπτει. *Celare, tegere*, Nonio. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æra 769. *Europenses verò solliciti ne per semitas delitescentes aliquas facerent simulanter celatas, stupefacti in circuitu sese frustra recapitant, &c.* Rodericus Toletan. Arch. in Hist. Hispan. l. 3. c. 24 *In lapidicina urbi proxima insidias collocavit, cives ad prælium processerunt, sed inter celatam & acies intercepti ex civibus plurimi occiderunt, &c.* Vide Leges Alfonsinas seu *Partidas*, part. 2. tit. 35. leg. 30. Sic Tactici Græci ἐνέδρας, insidias, ἐγκρύμματα non semel vocant. Vide Leon cap. 12. §. 34. & 38.

Italis *Celata*, est cassis, unde nostri *Salade* effinxerunt; sic dicta, quòd eâ caput indutus miles *celetur*, & occultetur, ut à nemine agnoscatur.

CELDRA, Mensuræ species apud Scotos. Leges Burgor. Scotic. c. 67. *Pistor habeat ad lucrum de qualibet celdra, secundùm quod probis hominibus videatur.* Statuta Gildæ Bervvic. c. 39. *Nulla mulier emat in foro ad faciendum brasium ad vendendum, plus quàm unam celdram.*

CELENDRA, Instrumentum quo poliuntur panni nostris *Calandre*. Charta Caroli II. Regis Siciliæ apud Ughellum to. 9. p. 929. *Concedimus --- instrui, ordinari, & fieri in civitate Ravellensi, ubi Episcopus ipse providerit, tintoriam celendram cum auricella & aliis suis circumadjacentiis, &c.* Alia Joannæ II. Reginæ Siciliæ an. 1429 ibid. *Celendram unam --- in qua celendrari consueverunt & celendrantur fustaini, &c.*

CELER, Veredarius, nostris *Poste*. Isidorus l. 10. Orig. *Celer, appellatus à celeritate, quia quod usus exigit, velociùs facit.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. *Qui factum panderet celer præmittitur.* Ibidem: *Currunt illico celeres, qui Berthæ dicerent.* Cap. 10. *Utinam post illum celeres, qui equum illum nobilem mihi reducant, mittere velles.* Cap. 4. *Mittit Imperator celerem quendam.* Julianus Episcopus Toletan. in Chron. *Dum de iis, quæ in Galliis gerebantur, nuncium celerem recepisset. Agiles viri*, in Vita S. Amandi scripta per Baudemundum c. 6. n. 23. Paulinus Ep. 24. *Ut cursorem Dominicum Cardamatem signatis in lege divina antiquorum velocium laudemus exemplis.*

Celerè, pro *Celeriter*, in Vita S. Materniani Episcopi Remensis num. 16.

CELGA, Modus agri. Chartæ Alemann. num. 83. apud Goldast. *Ut ad proximam curtem S. Galli unum juchum arent, & cum semine meo seminent annis singulis in unaquaque celga.*

CELIA, *Ceria*, Potio Hispanis veteribus familiaris, ut auctor est Plinius l. 22. c. ult. qui *Celiam*, & *Ceriam*, promiscuè nominari indicat. Hujus conficiendæ modum describit Paulus Orosius lib. 5. c. 7. *Postmodum diu obsidione conclusi Numantini duabus de subito portis cuncti eruperunt, larga priùs potione usi, non vini, cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum à calefaciendo Celiam vocant: suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & pòst in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis & calor ebrietatis adjicitur.* Ab Orosio excerpsit, quæ habent Isidorus lib. 20. c. 5. & Papias.

Ex hac descriptione liquet, non multùm absimilem fuisse *celiam* à *cervisia*, quæ quidem non ex tritico, sed ex hordeo conficitur: quin & à *celia*, seu potiùs *ceria*, cervisiam dictam opinor, ita ut vocabulo additæ aliquot syllabæ, discrimen ab Hispana potione, quod in hordeo videtur constitisse, ostendant, cùm celiæ materia triticum fuerit secundùm Orosium. At Florus l. 2. c. 18. eandem Numantinam describens obsidionem, *Celiam*

ait

ari, e frumento potionem fuisse, sicque ab indigenis appellari. Qua frumenti voce hordeum constat contineri, quo cervisia conficitur. Tacitus de Germanis, lib. de Morib. Germanorum: *Potus, humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus.* Unde quidam censent *celiam*, sive *ceriam* Hispanorum, eandem fuisse potionem cum Gallorum cervisia. Gloss. Angl. Sax. Ælfrici: *Cervisia, celia*: Eala. Matth. Silvatic. *Celea, potio ex succo tritici inebrians.* Infrà: *Cellia, i. cervisia, dicta à calefaciendo.* Joann. Sarisberiensis Epist. 85. *Hoc itaque (vinum) paratius est quàm celia quæ à nostratibus usu vulgari Cervisia nuncupatur.* Charta Edmundi Regis Angliæ t. 2. Monast. Angl. *Quinque congios celiæ, & unum ydromeli, & 30. panes reddat.* Chilienus Monachus in Vita S. Brigidæ cap. 1.

Qui latices gelidos celiæ convertit in undas.

Ubi perperam Colganus ex MSS. *cellæ* edidit: ibi enim agitur de aqua in cerevisiam mutata, ut est apud Laurentium Dunelmensem in Vita ejusdem Brigidæ num. 55. Adde Ordericum Vitalem pag. 539.

Certè Dani, ut auctor est Pontanus, *Oel*, & Angli *Ael*, cervisiam vocant, vocibus ex *celia* confictis. Gloss. Saxonicum post Leges Henrici I. Oalehus, *cervisiæ domus*: Oalezavel, *cervisiæ gablum.* Teloneum Monasterii S. Bertini: *Omnis tonellus sive vini, sive cervisiæ, sive alæ, --- dabit 2. den.*

Ejusdem originis est *Godale* Theutonicum, quasi *Goed ael*, proba cerevisia. Regestum Cameræ Comput. sign. 123. fol 10 *Toragia godalarum seu cervesiarum quæ nos Episcopus habebamus in villa Tornacensi unà cum jure ad nos Episcopum ratione dictarum godalarum spectante.* Ibidem: *Le Roya acqu's del' Evesque de Tournai --- le bracin des Godales, &c.* Guill. Guiaut an. 1214.

A grans henas plains de godale,

An. 1304.

Ribaus & autre partie boivent,
Sans demander chambre ne sale,
Parmi les rues la godale.

Rursum:

Li autre leur godale crient,
C'est d' Arras si comme il dient.

Computum domanii Comitatus Bononiensis an. 1402. *Recepte des dangiers de godales, de chervoises, de Bromars, & de Houppenbiers amenées par mer à Boulogne*, Salmasium de Manna pag. 23. *&c.* Vide Hadr. Junium lib. 2. Animadverf. cap. 12. &c. Glossar. Prisco-Gallicum Pontani pag. 282. Perperam verò Franciscus Bivarus ad Pseudo-Chronicon Maximi, à *ceria*, vocem *Cidre*, accersit indeque confectam contendit pag. 306. 332.

CELIBATUS. Vita S. Severi Episcopi Ravennatis n. 10. *Et exinde cœperunt sanctum ejus celibatum ampliùs venerari.* Ubi Bolandus annotat *Cœlibatum* poni pro sanctimonia, vel Sacerdotio. Sed potiùs videtur esse *Celebritas*, fama. *Propter tantæ gloriæ celibatum*, apud Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ, id est, famam. Acta S. Bernardi Episcopi Carinulensis: *Quem ideo præfatus Princeps voluit habere Capellanum, quia ipsius plenè cognoverat celibatum.* Chronicon Andrense p. 437. de Abbate, cui vitium incontinentiæ objectum fuerat: *Ità quòd ei suum reatum, & viri Dei celibatum --- confiteri coactus est.* i. castitatem, probitatem.

CELIUM. Jo. de Janua: *Celium, idem quod Celites, quod vulgo celionem, vel scalpellum vocant.* Leg. Celtes.

CELLA, Latinis, est ἀποθήκη, penus, promptuarium, in quo quæpiam ex iis, quæ ad vitam conducunt, reconduntur, veluti Cella vinaria, olearia, mellaria, &c. Gloss. Græco-Lat. *Cella proma*, ταμεῖον, *Cella vinaria*, οἰνών. Interdum pro cubiculo, ut apud Vitruvium lib. 2. c. 8. *Lateritiæ cellæ*: lib. 3. c. 1. *Cella ædis*: lib. 6. c. 9. *Cubicula etiam & cellæ familiaricæ constituuntur.* Gloss. Lat. Gr. *Cella*, οἴκημα.

Cella verò & *Cellula*, posterioribus sæculis usurpatur pro Monachorum domicilio, atque adeo ipso Monasterio. Ita passim *Cellæ* vocem usurpat Gregorius M. lib. 2. Dial. in Præfat. cap. 9. 12. 13. 21. 33. ubi Zacharias μοναστήριον vertit. Primitus enim Monachi divisis in *Cellis*, seu Cellulis, habitabant, in idem licèt oratorium psallendi gratiâ, aut sacra peragendi conveniren. Regula Macarii c. 13. *De fratribus, vel qui in oratorio sunt, vel qui per cellulas consistunt.* Clodoveus in suo Præcepto: *Monachis ibidem per diversas cellulas manentibus, seu mansuris, omnia necessaria --- præbeantur.* Eucherius Lugdun. de Laude Eremi: *Hæc nunc habet senes illos, qui divisis cellulis Ægyptios patres Gallis nostris intulerunt.* Rufinus lib. 2. de Vitis Patrum, in Præfat. *Commanent autem per eremum dispersi & separati cellulis.* Et lib. 3. n. 219. *In eodem loco circiter quinque millia divisis cellulis habitabant.* Guigo Cartusiæ Prior de Quadripartito exercitio cellæ cap. 9. *Et quidem quantùm in ea (cella) morari fructuosum, tantùm extra eam longe vel diu vagari periculosum. Non enim diutiùs habitator cellæ vivere potest, spiritualiter extra cellam, quàm corporaliter piscis extra aquam. Considerate quia pisciculo illi, qui Alec dicitur, unum idemque momentum est, & extra aquam esse & expirare. Et cella quidem formatur ex hac dictione Allec, cùm convertitur.* Vide S. Hieron. Ep. 4. & 31. S. Augustin. de Morib. Eccl. lib. 1. c. 31. Cassian. lib. 5. Instit. c. 36. & Collat. 18. cap. 4. Sozomen. lib. 6. cap. 31. Niceph. Call. lib. 11. cap. 38. Gaufredum Grossum in Vita S. Bernardi Abbat. Tiron. cap. 12. &c. Hinc *Incellari*, Cella donari, in Statut. Ord. Cartusiensis an. 1368. part. 2. c. 6. §. 1.

Cellas istas, κελλία vocant Græci Scriptores passim, Palladius in Vita Chrysostomi p. 54. Edit. V. Cl. Emerici Bigoti, & alii quos laudant Meursius, & Fabrotus in Glossario ad Cedrenum: μονάστηλα, Nilus Narrat. 7. cap. 9. Interdum & ὁπηλαῖα. Atque inde *Cellarum*, & κελλίων nomen mansit locis quibusdam, ubi inædificatæ erant Cellæ Monachicæ, uti monti Larissæ in Macedonia vicino, qui βουνὸς τῶν κελλίων Annæ Comnenæ lib. 5. Alex. p. 138. *Kellia* Innocentio III. PP. lib. 13. Ep. 4. dicitur: *Cellis* in Æmathia, & *Celliis* in Bithynia apud eandem Annam lib. 12. *Cellarum Thessalicarum* meminit auctor Itinerarii Hierosf. & Antonini, ut & alterius ejusdem appellationis in Ægypto, Sozomenus lib. 6. cap. 31. & Niceph. Call. 11. cap. 38.

Cellæ quoque vox crebrò pro Monasteriolis, seu, ut olim vocabant, *Abbatiolis*, vel *Obedientiis*, quæ majoribus suberant, sumitur. Nam cùm Monachi prædia variis in pagis possiderent, eò aliquot è suis mittebant, qui & fruges colligerent, procurarent reditus, & ad Monasterium deferrent: vel ut vitam solitariam quodammodo in iis agerent destinati Monachi; unde Bonifacius VIII. c. 3. de Verbor. signif. *Cellas* ejusmodi *loca secreta & solitaria* interpretatur, *quæ ab hominum separata convictu sunt ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata.* Vel denique cellæ subinde ædificatæ propter nimium Monachorum numerum, ut ex Monasteriis eò mitterentur Monachi, aliisque identidem *pulsantibus* locum darent. Ardo Monach. in Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis: *Et quia cætera loca eos capere non quibant, constituit locis congruis cellas, quibus præfectis magistris posuit fratres.* Iisdem enim in locis exstructa etiam oratoria, quibus deserviendis destinatus certus Monachorum numerus, qui à Primario Monasterio dependebat. *Cellæ cœnobiales*, in Præcepto Lud. Pii apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 38. Charta Arnaldi Archiep. Burdegal. an. 1120. apud Sammarthanos: *Quia S. Macarius, non cella S. Crucis, sed per se Monasterium erat, &c.* Charta Galonis Episcopi Parisiensis an. 1107. *Ita scilicet ut Abbas Fossatensis prædictum Monasterium*

tanquam cellam suam possidebat. Rudolphus Presbyter in vita Rabani Mauri Arch. Mogunt. n. 5. *Per cellas quoque fratrum sibi commissorum, & per alia loca inculta ad se pertinentia, in quibus priùs non erant, Ecclesias cum permissione Episcopi sui construxit, &c.* Quippe in Agathensi Concil. can. 58. Epaon. c. 10. Venetico c. 8. Aurelian. I. c. 22. *Cellæ novæ, aut Congregatiunculæ Monachorum absque Episcopi consensu prohibentur institui.* Concilium Aquisgran. an. 817. & Additio 1. ad Capitul. Lud. Imp. cap. 44. *Ut Abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut Monachi sint, aut Canonici, & Abbas provideat, ne minùs de Monachis ibi habitare permittat quàm sex.* In Synodo incerti loci apud Sirmondum to. 1. Concil. Gal. pag. 618. *Vetantur Monachi sequestrati per cellas habitare, & peculiare ullum habere.* In Concilio Parisiensi an. 1212. part. 2. c. 24. dicuntur Monachi in claustro interdum movere rixas & seditiones, *ut mittantur ad cellas.* Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Ibi quoque primùm fecit oratorium, deinde aliis officinis peractis, cellam egregiam construxit.* Hac notione *Cellam* & *Cellulam* usurpant Lupus Ferrar. Epist. 11. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 30. 31. Ivo Carnot. Epist. 269. Acta Murensia p. 15. 37. Capit. Car. M. lib. 4. addit. 1. c. 14. lib. 6. cap. 138. Malafr. Strab. in Vita S. Galli cap. 5. Orderic. Vital. lib. 12. p. 896. S. Bernard. Epist. 253. &c. Egerunt præterea copiosè de ejusmodi Cellis Monachicis. Browerus lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 7. & Haëftenus lib. 12. Disq. Monast. disq. 1. Vide *Obedientia.*

Cella, Interior ambitus Monasterii. Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 155. *Semper Hebdomadarius in cella remaneat, cujus nomine intelligimus interiorem ambitum vel clausuram: si clausura non fuerit, loca adjacentia officinis.*

CELLA. Concilium Arelatense an. 1234. c. 16. *Item decernimus, quòd Judæi masculi à 13. annis & supra, deferant extra domos in superiori veste, in pectore signum cellæ, latitudinis trium vel quatuor digitorum, nisi sint in viagio constituti.* Vide *Judæi.*

CELLANUS, Inclusus, qui in cella monachicam, seu potiùs ereminticam vitam agebat. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 38. *Erat quidam cellanus, homo Dei simplex & rectus in loco quodam, non longè ab urbe Parisiaca.*

CELLARIUM, Penarium. Isidorus lib. 15. Orig. cap. 5. *Promptuarium dictum eo quòd inde necessaria victui promuntur, id est, proferuntur. Cellarium, quòd in eo colligantur ministeria mensarum, vel quæ necessaria victui supersunt.* Gloss. Lat. Gr. *Cellarium, & Cellaromarium,* (f. *Cellararium*) ταμεῖον. Gloss. Theotiscum Lipsii: *Kellera, promptuaria.* Walafridus Strabo de Vita S. Galli cap. 11. *De parvo cellario panem integrum famulanti porrexit.* In veteri orbis Descriptione cap. 42. Campania dicitur *Cellarium Romæ.*

Cellarium, species ipsæ quæ in cellario asservari solent Servius ad 1. Æneid. *Penum & Cellarium* distinguit, quòd *Cellarium* sit paucorum dierum, *penus* verò longi temporis. Præsertim verò ita appellabantur species quas accipiebant viri in dignitatibus constituti, cùm à Principe in provincias mittebantur, aut è provinciis ad Comitatum evocabantur: præbebanturque eæ ex rescripto Principis à populis. Ita id vocabuli passim usurpatur hac notione in Cod. Th. lib. 3. de Offic. judic. l. 6. de Annon. & tribut. l. 32. de Erogat. milit. ann. apud Aurel. Victor. in Maximiano & Herculio, & Sulpitium Severum lib. 2. Hist. Sacr. in Constantio. *Cellarii* autem appellatione intelliguntur πάντα τὰ βρώσιμα καὶ πότιμα, ut est in Basilicis: sal, vinum, oleum, caro bubula, lardum, & cæteræ species, quæ ex Cellario depromi solent.

Cellarienses species, in d. l. 32. Cod. Th. de Erogat. milit. ann. l. 16. de Indulg. debit. quæ *Cellarium* alibi dictæ, ut observatum suprà: τὰ κελλαρικὰ Græci appellarunt. Chronicon Alexandr. p. 678. Ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐν πόλει Πρ.σίας τῆς Βιθυνίας διάγειν λαμβάνοντα ἀννώνας καὶ κελλαρικὰ δαψιλῶς. Ita etiam Palladius in Historia Lausiaca cap. 14. & Harmenopulus lib. 2. tit. 10. Glossæ Lat. Gr. MSS. S. Germani Paris. *Penus*, κελλαρικόν. Atque inde promptum est assequi, quid sit *Cellarinsis* in Edicto Chlotarii II. Regis c. 23. in Synodo Parisiensi V. *Et quandoquidem pastio non fuerit, unde porci debeant saginari, cellarinsis in publico non exigatur.* Est enim id quod *Cellarii* nomine exigi solet.

Cellarium, Cella, cubiculum. Concilium Arelatense II. c. 4. *Nullus Diaconus, vel Presbyter, vel Episcopus, ad cellarii secretum intromittat puellam, &c.* Agathense c. 11. *Ancillas vel libertas à secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua Clericus manet, placuit removeri.* Ita in Concilio Arvernensi c. 16. ubi quod *Cellarium* dicitur, *Cella* appellatur in Concilio Turonensi II. c. 12. *Cellula* c. 19.

CELLARARIUS, idem qui *Cellarius*, de quo mox. Capitula Caroli M. ad Monachos an. 789. c. 6. *De Cellarariis Monasterii, ut non avari, sed tales mittantur, quales regula præcipit.* Ubi Concilium Francoford. an. 794. c. 14. habet *Cellarii.* Vide Synodum Aquisgran. can. 140. Chron. Casin. lib. 3. c. 38. (al. 40.) lib. 4. c. 55. &c.

CELLARITA, *Cellarius*, qui cellæ seu promptuarii curam habet. Victor Vitensis lib. 3. de Persecut. Vandal. *Uxor quædam cujusdam Cellaritæ Regis, nomine Dagila, quæ temporibus Geiserici multoties jam Confessor extiterat, &c.* *Cellarius Regis*, apud Odorannum Monachum in Chr. p. 640. Κελλαρείτης, Dorotheo Doct. 11. in Typico Sabæ & Euchologio. Adde Vitam S. Nili Junior. p. 69. & Goarum ad Euchológ. p. 47.

CELLARIUS, Cui potus & escæ cura est, qui *Cellæ* vinariæ & escariæ præest, promus. Gloss. Græco-Lat. Κελλάριος, *Penuarius.* Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ταμίας, ὁ κελλάριος. Vox Latinis nota: sed præsertim hæc vox usurpatur pro officio Monastico. Cyprianus in Vita S. Hilarii Arelatensis: *Post breve tempus in congregationis Cellarium eligitur. Cœpit igitur attentè & studiosè illis velle largiri quibus esset necessarium, etiamsi abstinentiæ amore nihil peterent.* Vide Capitulare de Villis c. 58. Capitula Ludov. Pii. Addit. 1. cap. 56. Vitam S. Benedicti Abb. Anianæ n. 9. & Haëftenum lib. 3. Disq. Mon. tract. 7. disq. 4.

Cellarii, Qui cellaria publica seu species cellarienses asservabant, in Novella Marciani de Indulg. reliqu.

Cellarius coquinæ, in Monasteriis, in Charta Willelmi Ducis Aquit. an. 1131. pro Abbatia Angeriacensi.

CELLERARIUS, idem qui *Cellarius.* Odorannus Monach. in Chron. an. 1031. *Raimbertus Cellerarius Regis.* Hugo Floreffiensis in Vita B. Ivertæ Reclusæ n. 15. *Cujus* (Episcopi) *& rerum dispensator & expensarum creditor erat, --- & ut vulgo dicitur, erat ejus Cellerarius.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 8. *Ad Cellerarii ministerium pertinent omnia, quæ in pane & potu & diversis ciborum generibus fratribus sunt necessaria --- procurare, omnia vasa cellarii & coquinæ & scyphos & justas, & cætera vasa refectorii, & omnem horum trium necessariam supellectilem ministrare.* Fortunatus Pict. in Vita S. Paterni Episc. Abrincat c. 3. *Ab Abbate suo ad dispensationem cellarii deputatus.* De officio Cellerarii, alia habent Regula S. Benedicti cap. 31. Regula S. Isidori c. 19. Regula Magistri cap. 16. S. Fructuosi c. 6. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 18. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 4. Monasticum Anglic. to. 1. p. 147. 149. 297. &c. Suberat porrò Cellerarius Præposito. Anselmus Leod. in Wazone Episc. Leod. c. 85. *Cellerarius annonam, vinum, pulmenta suscipiens à Præposito, Prælati seniorumque dispensat mandato.*

Celleraria, in Monasteriis feminarum, cujus officium describitur à Petro Abælardo pag. 157. & in Synodo Aquisgran.

Sub-

Subcellerarius, apud Silvestrum Girald. lib. 1. Itiner. Cambriæ cap. 1.

CELLI. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 15. *Nullus Christianus ad fana, vel ad petras, vel ad fontes, vel ad arbores, aut ad cellos*, (quidam Codd. habent *ocellos*) *vel per trivia luminaria faciat, aut vota reddere præsumat*. Legendum fortè *lucellos*, i. *lucos*. Vide *Arbor*.

CELLIOLA, pro *Cellula*. *Celliola Monachorum*, apud Thomam Archid. in Hist. Salonitana c. 42.

CELLULA, diminutivum à *Cella*, nostris *Cellule*, Cubiculum Monachi. Concilium Turon. an. 567. can. 15. *Nec liceat Monachis cellulas habere communes, ubi bini maneant*. Ita in Concilio Agath. c. 58. Aurelian. I. c. 22. in Nov. 5. Justini &c. Vide *Cella* & Haeftenum l. 12. Disquisit. Monast. tract. 3. disq. 2. 3. &c.

CELLULANUS, Concellaneus, contubernalis, Monachus qui in eadem cella, cellula, aut Monasterio, habitat. Sidonius l. 9. Ep. 3. *De Senatu Lirinensium Cellulanorum*. Dicuntur verò *Cellulani*, ad discrimen cæterorum Monachorum, qui seorsim in diversis & dispersis per eremum cellulis habitabant. Κελλιῶται apud Dorotheum doctr. 16.

Sic etiam appellatur contubernalis Clericus, quem, ad amoliendas maledicorum calumnias, habere jussi sunt Episcopi, ipsique Presbyteri & Diaconi, ut est, apud Gregor. M. l. 4. Ep. 44. in Capitul. Car. M. l. 5. c, 174. & in Synodo Ticinensi an. 850. c. 1. in Capitulis datis Presbyteris c. 8. editis à V. Cl. Steph. Baluzio post Capitular. p. 1375. &c. apud Ennodium Opusc. 7. cujus est titulus, *Præceptum quando jussi sunt omnes Episcopi Cellulanos habere*. In ipso verò opusculo *Concellanei* dicuntur. Chron. Reicherspergi. an. 272. Lucius PP. *præcepit ut duo Presbyteri & 3. Diaconi in omni loco Episcopum non deserant propter testimonium Ecclesiasticum*. S. Augustinus Epist. 236. de Presbytero: *Apud famosam mulierem, nullum secum Clericum habens, remanere & prandere & cœnare ausus est*. Adde Concil. Gerundense sub Hormisda cap. 6. 7. Synod. Rom. II. sub Greg. I. Concil. Tolet. IV. c. 22. 23. Lateran. I. c. 11. Trident. sess. 23. c. 18. &c. Vide *Concellita, Syncellita, Syncellus, Presbyteræ*.

CELLULARII. Capitulare de Villis c. 10. *Ut Majores nostri, & Forestarii, Poledrarii, Cellularii, Decani, Telonarii & cæteri ministeriales &c.* Ubi legendum forè *Cellarii*, qui cellariorum curam gerunt in prædiis & villis dominicis.

CELONES. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. c. 50. *Bulgari navigantes in Celonibus suis, per ingenia sufflabant ignes sulfureos in naves Hungarorum*. Ubi Corrector edidit *celocibus*, ut monet Freherus.

CELSITUDO, Titulus honorarius Regum, apud Nicolaum I. PP. Epist. 56. 57. Vide Beslium in Comitib. Pictav. p. 177. &c.

CELTICUS. Gl. Lat. Gall. *Celticus, Nobles*.

CELTIS, Cælum sculptorium, aut potiùs λαξευτήριον. W. Brito in Vocab. *Celtis, instrumentum ferreum aptum ad sculpendum, Cisel Gallicè, dicitur à celando, sed nusquam est in Biblia, unde Job. 19. ubi quidem legunt: Vel celte sculpantur in silice, GG. in originali ut antiqua Bibliæ habent, certè, & nullus sanctorum expositorum ponit celte*. Vetus Inscriptio Romæ: MALLEOLO ET CELTE LITERATUS CILEX.

CEMA, *Cemata*. Papias: *Cemata, pecuniæ. Cema pondus retinet 3. scrupulorum*. Leg. fortè *Cermata*, ex Græc. κέρματα.

CEMBELLUM, Gallicè *Cembel*, Species torneamenti seu hastiludii, ut censet Falcetus: quæ quidem vox in Poëtis nostratibus crebriùs occurrit. *Le Roman de Garin*:

A Mascon vindrent eins que Prime venist,
Jusqu' à la vespre ont le cembel basti,
Parmi la ville en est levé li cris.

Alibi:

Puis s'en esirent par la porte seguin,
Tres que au cenbel ne pristrent onques fin.

Rursum:

Lor aguet metent en un bruel de sapin,
Au cenbel vet Girbert le fil Garin.

Le Roman des Miracles du Chevalier:

Li Chevaliers qui moult ert biaux,
Mains poigneis & mains chenbiaus,
Mainte joute, mainte encontrée,
Faisoit de li par la contrée.

Alibi:

Ne tornoie ne ne chenbele.

Guillelmus de Dola:

Que n'aille au cembel,
Tant a bien en li
Que moult embeli
Li gieu sous l'ormel.

Le Roman de Rou de Vacce MS.

N'i a qui lor ost faire ne assaut ne cenbel.

Guill. *Guiart* an. 1214.

Buridan qui si se desgoise,
Est pris & liez en poi d'eure,
Et Gautier à qui l'en court seure,
Tost compere leur cembiau chier,

Chr. MS. Bertrandi *du Guesclin*:

Se bataille n'avez & estour & cembel,
Encontre le Castal le Chevalier isnel.

Occurrit etiam apud Reclusum in Poëmate MS. *Des Miracles nostre Dame*.

CEMELIA. Vide *Cimelia*.

CEMENTARIA. Papias: *Cementaria, Ecclesia*. Legendum *Cœmeteria*, ni fallor: nam & in Ecclesiarum ambitu sunt cœmeteria.

CEMINE, *Preces connubii*. Papias MS. & Edit.

CENDALUM, *Cendatum*, Tela subserica, vel pannus sericus, Gallis & Hispanis, *Cendal*: quibusdam quasi *Setal*, interposito, n, ex *seta*, seu serico; aliis ex Græco σινδὼν, *amictus ex lino Ægyptiaco*: aliis denique ex Arabico *Cendali*, folium delicatum, subtile; vel *lamina* subtilior. Vide Octav. Ferrarium in *Cendale*. Historia Abbatiæ Condomensis p. 504. *Duas cortinas de cendalo rubeo & viridi*. Hariulfus l. 3. Chron. Centul. c. 3. *Malnæ sericæ tres ex pisce 1. ex cendalo 4*. *Le Roman d'Aubery MS*.

L'enseigne tinst qui fut de cendel pur.

Alibi:

Cendeux & pailes, & argent, & ormier.

Philippus *Mouskes* in Chilperico:

Si prisent mult or & argent,
Muls, & palefrois, & cevaus,
Et vairs & gris, & bons cendaus.

Henrico I.

Si ot palefrois & cevaus,
Et denirs, & dras, & cendaus.

Vetus Poëma *de Garin le Loherans*:

La veïssiés ces haubers endosser,
Et ces ensagnes de cendax venteler.

Guill. *Guiart* an. 1303.

Penonciaus y ont li Disenier
De fin cendas drecies au halle.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. *Pour 2. botes de cendal de graine 120. escus. Pour une bote de cendal jaune 52. escus*.

Cendatum, idem: Italis *Zendado*. Rolandinus in Chron. lib. 4. c. 9. *Tunc accessit unus de popularibus Paduæ--- ad cendatum pendens de sublimi antenna carrocii, & capiens ipsum cendatum, seu vexillum ambabus manibus reverenter dedit in manibus D. Imperatoris*. Adde l. 1. c. 13. Concilium I. Salisburg. *In pileis suffuraturas non habeant, nisi fortè de nigro centato, vel panno*. Ubi legendum *cendato*. Adde Ughellum to. 7. p. 1275. ubi perperam editum *de rendato*, pro *de cendato*. Occurrit etiam in Charta Petri Episc. Parif. an. 1218. apud Sammarthanos.

Cen-

Cenderum, in Concilio Senon. an. 1346. can. 2.

Cindatum & *Cindatus*, aut *Cindadus*, in Chronico Fontanell. c. 16. *Casulas* 5. *cindados* 12. *coloris diversi*. Infrà: *Casulas item ex cindato Indici coloris*. Ibidem: *Casulas planetas, ac cindados diversos* 30. *quorum colores oneri videtur describere*.

Sendalum, in Concilio Londinensi an. 1342. can. 2. Gaufridus Vosiensis part. 2. c. 20. *Corpus aromatibus vero condientes, involutum linteo candido, deinde corio forti super pallio, quod vocatur Sendal, viridis coloris, Cenomanis detulerunt*.

Zendardum, pro *Zendaldum*, aut *Cendaldum*, in Concilio Budensi c. 3. Vide in *Præmidiones*.

CENDRERIUS. Vide *Cinerarius*.

CENEGILD, & *Cynegild*, & *Cynebot*, voces Saxonicæ, quibus intelligitur ea compositionis seu mulctæ pars, quæ ab interficiente & ejus cognatis, interfecti cognatis reddebatur ab amissum consanguineum. Quo spectat illud Taciti de Morib. Germ. *Recepitque satisfactionem universa domus*, ubi de luendo homicidio agit. Saxonibus Cyn, est cognatio, Zild, solutio, vel pecunia. Occurrit vocabulum in Legibus Æthelstani cap. 7.

CENITH, Vertex cæli vulgò *Zenith*. Architrenius l. 8. c. 10.

--- *Et mundi figitur axe*
Indeclive cenith, &c.

CENITUS. Lex Salica tit. 32. de Convitiis: *Si quis alterum cenitum clamaverit*, 600. *denar.* --- *mulctetur*. Ubi Glossæ, *oculum rutum habentem*. Gall. *Beorgne*. Verùm huicce interpretationi repugnant plerique. Goldstus *hominem nihili* hoc vocabulo significari ait, ex Germanico *Keinnutz*. Wendelinus, quasi *Chy-niet*, cenitum effictum putat, id est, *tu nihili*. *Homo stultus & nihili* apud Agellium l. 10. c. 19. Dudo l. 3. de Actis Normann. p. 96. *Duris & obscenis verbis me turpiter lacessisti, cùm me effeminatum armisque frigidum, quin etiam nihilum vocasti*. Apud Cæsarem lib. 3. de Bello Gallico, *nullius usus Imperator*.

Ego verò à *cæno*, seu luto vocabulum deductum malim, ita ut *cenitus*, idem sit qui *cænosus*, luto conspersus. Joannes de Janua: *Cenosus, fetidus, spurcus, lutulentus, hircosus*. Quippe *cænosum* quendam appellare convitii species fuit, ut ignominiæ loco habitum cæno & sordibus perfundi, ex libro Ecclesiastici c. 22. vers. 1. & 2. Hinc Græci recentiores κοπροπαλᾶν pro *ignominia afficere* dicunt, ut est in Glossis Græcobarbaris. Paschasius in Vitis Patrum: *Elephantiose, cæno & luto horride*. Gregorius Turonens. l. 7. c. 14. *Tunc Rex his verbis succensus jussit super capita euntium projici equorum stercoro, ipsumque fœtidum urbis lutum*. Lex Longobard. l. 1. tit. 16. §. 8. *Pervenit ad nos, quòd dum quidam ad suscipiendam sponsam cujusdam sponsi cum paranymphis aut trotingis ambularent, perversi homines aquam sordidam & stercoratam super ipsum jactassent, &c.* Charta Communiæ Peronensis an. 1207. *Si quis ponens insidias ipsum cæno vel luto involverit, Major & Jurati veritate intellecta à viris sive à feminis, ipsum ad solvendum decem libras Communiæ compellent pro emendatione forisfacti*. *Fœtidus*, in Charta Libertatum Jazetonis oppidi in Brescia: *Si aliquis appellet aliquem --- latronem, homicidam, -- vel fœtidum, vel leprosum, vel aliter viciosum*. Stabilimenta S. Ludovici l. 1. c. 146. *Si aucuns appelle un autre faus, ou larron, ou meurtrier, ou pugnés, ou d'aucune autre folie vilaine, &c.* *Stercoreus* apud Plautum in Milite glorioso:

--- *Gloriosus, impudens,*
Stercoreus, plenus perjurii atque adulterii.

Sed & Athenienses damnatos alicujus criminis προπηλακίζειν solitos docent Grammatici Græci: ut Lampridius in Heliogabalo, in Tyrannorum statuis *titulos lutatos*, seu luto tectos. Vide Gesta Regum Francorum c. 23. & Theophanem in Chron. p. 372. & infrà vocem *Concagatus*.

CENNA. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 17. *Ipsum etiam ciborium auro & argento mirificè, sicut hodie apparet, fabricare studuit, in quo & cennas argenteas & deauratas desuper configere præcepit*. Videtur Cereos. Vide Constantinopolim Christ. l. 3. ubi de Ciborio.

CENNINGA, *Kenninga*, Notitia quæ ab emptore venditori datur de re empta à quodam tertio vidicata, ut compareat & venditionem præstet. Vox Saxonica composita ex Cennan Ꞇean *auctorem advocare*, proferre. Addit. ad Leges Athelstani c. 4. apud Brompton. *Diximus de ignotis pecoribus, ut nemo habeat sine testimonio hominis Hundredi, vel hominum decimalium: & si hoc bene credibile, & nisi alterutrum habeat, nolumus ei permittere cenningam aliquam*. Vide Lambardum in Gloss. verbo *Advocare*.

CENNO. Glossæ MSS. *Nicto, quod rusticè dicitur Cenno*.

CENODORIUM. Vide *Cænocoperium*.

CENODOXUS. *Inanis gloriæ cupidus*, Papiæ. Κενῆς δόξης θεασώτης, Philoni lib. de Somn. Ο' ἐν πάσαις κεναῖς φερόμενος δόξαις, eidem lib. 3. de mutat. nomin. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epist. 381. Κενόδοξον appellat, τὸν ἐφ' οἷς μὴ πράττει δοξάζεσθαι βουλόμενον. Vide præterea Nilum Monach. lib. de Perister. sect. 3. cap. 1. & lib. de vitiis cap. 15. & 16. Lexic. Gr. MS. Reg. οἰηματίας, κενόδοξος, οἴησις, ἔπαρσις, κενοδοξία. Vetus Charta tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 155. *Sacerdotem verè nobilem, orthodoxum, non cenedoxum, humilem, non philarchicum, &c.* *Cenodoxa civitas*, de Constantinopoli apud Luithprandum in Legat.

Cenodoxia, Vana gloria. Ugutio: *Cenodoxia, id est, cenosa & vana gloria, sicut est gloria mundana*. Isidorus l. 2. de Divin. offic. c. 15. de Monachis: *Multos enim ex eis cenodoxiæ morbus commaculat*. Althelmus de Octo vitiis c. 7.

Quam pestem prisci dicunt Cenodoxia Græci,
Vana quod in Latium transfertur gloria nomen.

Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. p. 49. *Illicoque adest pestis illa, quæ Græcè dicitur* Κενοδοξία, *aurium inflatio magna*. Vide S. Honoratum in Vita S. Hilarii Arelat. Radulfum in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 72. Joan. Sarisberiensem l. 8. Policrat. c. 1. præterea Cassianum l. 11. Collationum, qui est de *Cenodoxia, quam*, inquit, *nos vanam sive inanem gloriam possumus appellare*. Scripsit S. Antiochus Homiliam, quæ est 43. περὶ κενοδοξίας.

Cenodoxiæ vocem pro quovis delicto videtur usurpare Capitulare 2. Caroli Magni an. 813. cap. 1. *Ut Episcopi --- inquirendi studium habeant de incestu, de parricidiis, fratricidiis, adulteriis, cenodoxiis, & aliis malis quæ contraria sunt Deo, &c.*

CENONES, Dignitas Ecclesiastica apud Cataphryges hæreticos, seu Montanistas, habebantur secundo loco, cùm primo Patriarchas, tertio Episcopos ponerent, ut auctor est sanctus Hieronymus Epist. 54. ad Marcellam, ubi quidam Codd. habent *Iconomos*, seu Deconomos.

CENOVECTORIUM, Gallicè, *Civiere*, alibi *Tumberel*, in veteri Gloss. Lat. Gall. in Bibl. Thuana num. 525. Ugutio: *Cenovehium, & Cenovectorium, instrumentum, cum quo portatur cenum*.

CENSA, *Censalis*, *Censilis*. Vide *Census*.

CENSARIA. Libervetus MS. Ecclesiæ Cantuariensis à Somnero laudatus: *De censariis nativorum, quòd possint exire tenuram domini, ad laborandum & operandum extrà, & statim post opera redire*. Locum alium ex Rogero Hovedeno subdit idem Somnerus fol 424. Edit. Angl. *Præterea inquisitio, qua quærenda erat de prisis & censeriis omnium Ballivorum Domini Regis, &c.*

CENSARIUS. Vide *Census*.

CENSERE, *decernere, statuere*, non semel in vita Aldrici Episcopi Cenoman n. 4. 20. &c.

CENSOR, Judex. Gloss. Ælfrici: *Censores, vel judices, vel Arbitri*: Deman, id est, judices. Theodulfus Aurel. in Parænesi ad Judices l. 1. Carm. pag. 131.

Judicii callem censores prendite justi.

Infrà p. 132.

Hic ita censores pravos his vocibus hiscens
Admonet.

Ibidem:

Vidi ego censores ad juris munia tardos,
Munera, nam fateor, ad capienda citos.

S. Eulogius Cordubensis in Præfat. ad Memoriale Sanctor. *Judicem adiit.* Et mox: *Arguitur, quòd gravitatis censoris oblitus, leviter per semetipsum ad cadendum Martyrem egerit.* Lib. 3. c. 16. *Corduba Patriciæ Censor à Rege præfectus extiterat.* Vita Ludovici Pii an. 830. *Quos postea ad judicium adductos, quum omnes juris censores, filiiq; Imperatoris judicio legali tanquam reos majestatis decernerent capitali sententia feriri, nullum ex eis permisit occidi.*

Censores, pro colonis censitis, in Charta Alamann. 88. apud Goldastum.

Censorium, Tribunal, in Glossis Arabico Lat.

Censorius dies, Judicii supremi dies. Vetus Inscriptio Christiana, Veronæ: *Solus cur sim quæris, ut in die censorio sine impedimento faciliùs resurgam. Dies examinationis*, in Epitaphio Theodimi Subdiaconi Regionarii S. R. E. & Correctoris Campaniæ, quod extat Neapoli in Eccles. S. Andreæ ad Nidum, apud Baronium an. 715. 4. *Dies decretus*, apud Commodianum Instr. 54. *Flamma quos æterna torquebit die decreto.* Id est, *decretorio, censorio.* S. Augustinus Serm. 247. de Tempore: *Non metuis, ne cùm resurrectionis dies venerit, artifex tuus -- increpans vigore censoris & judicis dicat, &c.*

Censura, Judicium, judicis sententia. Salvianus l. 2. de Gubernat. Dei: *Cur hæc omnia? cur utique, nisi ut intelligamus eandem futuram semper in mundo censuram & cohercitionem Dei quæ fuisset.* Utitur ibi non semel. Anastasius Bibl. in Exilio S. Martini PP. p. 96. *Putabant enim actutum venturam censuram, ut trucidaretur.*

Censura, Severitas morum, & disciplina exactior: vox recentioris Latinitatis, inquit Casaubonus. Chronicon Andrense pag. 375. *Vir singularis censuræ & severitatis.* Occurrit apud Capitolinum, Pollionem, Volcatium, & aliquot alios. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æra 753. *Omnem Hispaniam per annos tres sub censurario jugo pacificans.*

Censura Ecclesiastica, Judicium ab Episcopo prolatum, quo vocabulo *non solùm interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia* intelligitur, ut est c. 20. de Verb. sign. Concil. Francoford. an. 794. can. 9. *Exivit tamen ejus homo ad judicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per sanctæ Synodi censuram, sed spontanea voluntate.*

Censura, pro *censu*. Vide infrà.

CENSUS, Tributum, pensitatio ex agris & prædiis, &c. Capitula Caroli Calvi tit. 9. *Requirant de Capellis & Abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat.* Tit. 31. *Qui censa de rebus Ecclesiasticis ad Ecclesias persolvere detrectant.* Concilium Meldense an. 845. can. 62 *Juxta legale & antiquum edictum, Qui negligit censum, perdat agrum.* Charta Caroli M. in Actis Episcop. Cenoman. p. 167. *Qui negligit censum, perdat agrum, & per hanc auctoritatem sive eorum negligentia vel contemptu ipsa perdant beneficia.*

Census cadere dicitur, cùm quis ab eo eximitur, in Charta an. 897. in Hist. Vergiac. p. 21. Vide *Jornus.*

Census capitalis. Tabular. Maurigniacense an. 1251. ch. 65. *Quæ terra quondam fuit -- ut dicitur onerata in 15. denariis Paris. & dicitur capitalis census.* Charta Blanchæ Comitissæ Trecensis an. 1224. ex Tab. Campan. Thuan. *Super eo quod possessiones quas tenebant -- nomine census capitalis tradebant ad censum adcrescentem, &c.* Vide Capitale.

Census crescens, nostris *Cens croissant*. Charta an. 1202. in Hist. Monmorenc. pag. 395. *Concesserunt totum augmentum census hostisiarum quæ ibi fiunt, quod vulgò dicitur Croiscens.*

Census dominicatus, qui ad dominum pertinet. Capitula Caroli Calvi tit. 42. *Accipiat de manso in dominicato denarios 12. de manso ingenuili 4. denarios de censu dominicato, & 4. de facultate mansuarii.*

Census cotarius, Practicis, *Cens Cottier*. Tabularium Prioratus S. Nicasii de Mellento an. 1205. fol. 65. *Nicolaus Sellarius debet annuatim de domo sua --- 15. sol. de censu cotier, &c.* Occurrit alibi. *Cens quotage*, in Charta Regis Philippi Pulcri an. 1310. in 47. Regesto Tabularii Regii n. 14.

Census alodarius, in Tabulario Monasterii Conchensis in Ruthenis Ch. 253. qui ex alodis debetur.

Census duplicatus, qui à vassallis domino præstatur in certis occasionibus, & in gravioribus necessitatibus. Extat Charta Alfonsi Comitis Pictavensis mensis Octob. an. 1269. de abusu qui committebatur in coactione *census duplicati*, Niorti. Ex alia ejusdem, docemur ab eo subditis impositum pro expensis viæ Hierosolymitanæ, quam susceperat: *Dicta igitur Terra sancta attento necessitatis articulo, fulto insuper prætextu consuetudinis approbatæ, usus que longævi, cujus non est vilis auctoritas, mandavisse meminimus censum colligi duplicatum, priùs facta nobis sæpius relatione, quòd secundum usum patriæ tanquam Crucesignati id facere poteramus.* Charta libertatum villæ S. Germani in Foresio an. 1249. *Antiquus census nobis debitus nummorum & gallinarum tantum debet duplicari.* Vide Stephanum Tornac. Epist. 238. novæ edit. Fit etiam mentio *Census duplicati* in Statuto *des Rachats à mercy* apud Gallandum de Franco alodio pag. 68. ubi pro *de leurs doubles*, legendum *Cens doubles*, ut præfert MS. Codex quem vidi. Charta an. 1210. ex Tabulario Fossatensi fol. 114. *Pro singulis focis duos solidos reddere, qui duo solidi his tribus de causis duplicabantur, cùm dominus Rex questam exiget communiter à Regalibus Abbatiis suis, cùm D. Papa ad partes nostras venerit, cùm, quod absit, incendium passa fuerit Abbatia nostra. Duplicatus* potissimùm *census* exigebatur in tribus casibus, in quibus dominus à vassallo legalia auxilia petere poterat, ut est in Consuetudine Andegavensi art. 128. 129. & Cenoman. 138. 139. Adde Perticens. art. 82. Pictavensem art. 160. Soesmensem art. 3. & *de Ferté Auvray* art. 6.

Census triplicatus, *Cens tiercé*, in Consuetudine Drocensi art. 6.

Census Ecclesiæ Romanæ, in provinciis, pro quibus colligendis quotannis mittebantur à Summo Pontifice Diaconi, aut Subdiaconi, vel Legati, ut ex Epistolis Gregorii Magni passim, Nicolai I. PP. Epist. 55. Innocentii III. lib. 15. Epist. 166. 167. & aliis colligitur. Ii autem conflabantur ex liberalitatibus Principum, qui certis præstationibus annuis regna & terras suas, atque adeo ipsos subditos iis Ecclesiæ Romanæ quotannis exsolvendis adstrinxerunt. Gregorius VII. l. 8. Epist. ult. *Carolus Imperator --- in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad servitium Apostolicæ sedis, id est, Aquisgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium, excepto hoc quod unusquisque propria devotione offerebat.* Extat Bulla MS. Nicolai IV. PP. an. 3. in qua continentur *Census Ecclesiarum in Regno (Siciliæ) & Campania, & Maritima*, sicut in Registris ejusdem Romanæ Ecclesiæ habentur. Vide Baron. an. 1059. n. 59. 1065. n. 93. 1076. n. 56.

Indicebantur etiam census annui persolvendi Monasteriis & Ecclesiis, in signum protectionis Sedis Apostolicæ: quæ *juris S. Petri* dicuntur fuisse, apud Hugonem Flaviniac. pag. 197. ex Epistola Gregorii VII. PP. ex qua patet ejusmodi census in Gallia exactos. Adde Bibl.

Bibl. Cluniac. pag. 274. Beslium in Comitib. Pictav. pag. 532. &c. Vide *Denarius S. Petri.*

Censu morthidus. Diploma Edwardi Confess. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 61. *Et omnia quæ ad ipsum locum pertinent, sint omnino libera, cellæ, Ecclesiæ --- cum redditibus, servitiis, debitis, -- decimis, donariis, censumorthidis, legibus, consuetudinibus, &c.* Occurrit rursum in alia Edvvardi Charta eodem verborum tenore, p. 237. Ubi loci nescio an sit quod *Cens mort, ou rente rendable,* vocat Consuetudo Arvernensis tit. 31. art. 70. *Redditus annuus 50. solidorum Parisiensium mortificatus,* in Charta an. 1270. in Tabulario Fossatensi fol. 70. *Cens amorti,* qui redimi non potest, *qui ne se peut racheter.*

Census regalis, Regius. Capitul. 2. an. 805. c. 20. & Capitul. 4. ejusdem anni c. 14. *Census regalis undecunque legitimè exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis, sive de rebus.* Adde Capitula ad Legem Salicam tit. 3 cap. 14. Capitulare 3. an. 812. cap. 11. lib. 3. Capitul. cap. 85. Capitul. 2. an. 819. c. 3. &c.

Census siccus, qui pecuniâ numeratâ constat. Vetus Charta in Probationibus Hist. Sabaud. pag. 18. *Donaticum tollendum, & omnem redhibitionem, & siccum censum reddendum. Rente seiche,* in Consuetudine Aquensi tit. 8. art. 7. Marchensi art. 180. 411. 432 437. S. Severi tit. 6. art. 1. 2. Baion. tit. 4 art. 10. 11. Vide Rastallum verbo *Rent,* pag. 162. & infrà in *Pecunia sicca.*

Censum dividere. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 21. *Tali conditione ut ad obitum meum hoc totum de meo priùs eis reddat, quàm census meus dividi incipiatur.*

Census beati Olavi, qui & *Votum B. Olavi*: Suecis, & in Charta Pauli Nidrosiensis Episcopi, *Sant-Olafs Scatt.* Census qui à Suecis ad S. Olavi Norvegorum Regis sepulcrum Nidrosiam in Norvvegia deferebatur: quem Upsaliam ad ejusdem Sancti altare ferri præcepit Nicolaus *Alb* Archiepiscopus Upsaliensis. Cujusmodi autem fuerit, docet Charta ejusdem Antistitis ann. 1314. descripta à Scheffero ad Chron. Archiepisc. Upsaliensium pag. 251. *Videlicet de quolibet rustico unam ulnam telæ, vel ejus valorem: de captura alecum de qualibet sagena unam partem dictam Manskut: de captura focæ, de qualibet nave unum manskut: de qualibet nave quæ vadit Stokolmis cum mercimoniis, unum denarium Svvecicum, &c.*

Census æstivalis, in Charta ann. 1180. apud Steph. Stephanium in Prolegomenis ad Histor. Saxonis Grammatici pag. 16.

Censa, idem quod *Census*: *Cense,* in Consuetudine Ducatus Burgundiæ. art. 109. 114. &c. & in Consuetud. Comitatus Burgund. art. 13. 14. 35. 62. 108. Hist. Episcop. Autisiodor. cap. 56. *Dederat eidem Ecclesiæ multa alia, medietatem videlicet censæ de Vincellis, & terras, &c.* Infrà: *Dedit eis ibi Ecclesiam S. Prisci, ita quòd centum solidi de censa ejusdem Ecclesiæ annuatim dividerentur in anniversario suo.* Occurrit non semel in Consuetudinibus localib. Bituricensib. editis à Thomasserio.

Censio. Tabular. S. Albini Andegav. *Dedit censionem quandam Abbati S. Albini & monachis, quia census & venditiones ex eorum beneficio &c.* Occurrit hæc vox ibi pluries.

Censum. Capitul. de Villis cap. 8. *Censa de villis nostris, quæ vinum debent, in cellaria nostra mittant.* Et c. 62. *Quid de mansis qui arari debent, quid de sogalibus, quid de censis, quid de seda fracta vel freda, &c.* Ita etiam in Capitul. 2. an. 813. cap. 6. & in Charta an. 897. ex Tabulario Flaviniac.

Censiles homines Censui obnoxii, *Quos publicus census spectat,* in Concilio Remensi an. 630. can. 6. Pactum Arichis Principis Beneventani cum Neapolitanis: *Si censilis homo de Liburia patitur oppressiones, &c.* Petrus de Vineis lib. 6. Epist. 11. *Universos & singulos rusticos & censiles, seu quocunque alio servitutis vocabulo nuncupantur.*

Terra censilis, in Charta an. 1035. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Symphoriani: *Terramque censilem, partim vineis consitam, partim arabilem, &c.*

Censile, Census ipse, *Censel* nostris. Vetus Consuetudo localis Ambian. MS. *En le terre le Vesque, là u il a bal, Justiche & toute Seigneurie, nus ne puet justicier sen censel fors par le Prevost le Vesque, & est l' amende sienne.* Magnum Tabular. Corbeïense: *Item tous li tressons de le ville & de le banlieuë sont Mons. l' Abbé, ou tenu de lui en fief, ou chensel.*

Censalis. Terra Censalis, in Capit. 4. an. 819. cap. 4. in lib. 4. Capit. c. 39. Capitula Caroli Calvi tit. 32. cap. 8. *Similiter & de cæteris censalibus & de rebus ad casas Dei traditis, unde census ad partem Regis exivit antiquitus. Biens censeables,* in Consuetud. Comitat. Burgundiæ art. 64. 65. *Censale donativum* in Diplomate Caroli Calvi apud Joan. à Bosco in Vienna pag. 56. *Censale vinum,* in Vita S. Urbani Episcopi Lingonensis cap. 1. num. 4.

Censarii, Villani, censui obnoxii, qui censum præstant. Acta Murensis Monasterii pag. 48. 49. 51. 83. *Ad Birmenstorff possidemus duos diurnales, & ad Abornen dimidium mansum, & 1. censarium.* Infrà. *Liberi censarii de Obren --- persolvunt censum de auro quod appendit siclum.* Ibidem: *Ad Rore* (habemus) *ex integro liberos censarios.* Vide tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 471.

Censarii, Exactores censuum Tabularium S. Genovefæ Paris. an. 1226. *Cum controversia esset inter Abbatem S. Victoris & Conventum ex una parte, & censarios illos qui tenebant censivam S. Genovefæ super ripam Beveris, ex alia, &c.*

Censamentum, idem quod *Censa,* nisi sit *census* qui percipitur in prædio alterius. Charta Philippi Augusti an. 1216. *Decem modios avenæ ad mensuram Parisiensem percipiendos in censamento nostro de Dordano.*

Censatus, Censibus donatus, dives. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 709. *Filios verò suos Robertum & Henricum honoris sui censatos hæredes dereliquit.*

Censire, Ad censum ponere, ad præstandum censum astringere. Fredegarius cap. 74. *Quingentas vaccas inferendales annis singulis à Chlotario Seniore censiti reddebant.* Formulæ veteres apud Bignonium: *Unde censisti te nobis annis singulis ad festivitatem sancti illius, in luminaribus ipsius Sancti, vel pro mercedis tuæ augmento argentum solidos tantos.* κηνσεύειν, in Basilicis, est *censum exigere.* Occurrit hæc vox non semel in Actis Episcopor. Cenoman. p. 93. 104. 153. 155. to. 3. Analector. Mabillonii.

Censitor, ἀπογραφεύς, τιμητὴς, in Gloss. Lat. Græc.

Censitus, Qui sub censu annuo prædium possidet: *Censitaire,* in Consuetud. Aurelian. art. 129. Speculum Saxon. lib. 1. art. 54. §. 1. *Non debet censitus altiora seu majora pignora, quàm census annualis suus constat, pro domino sustinere suo.* Ibidem §. 6. lib. 2. art. 21. §. 2. art. 59. §. 2. Charta an. 975. apud Ughellum in Episcop. Vincentinis: *In Catturiano censitos S. Viti pertinentes de casale Peucali.*

Incensitus, idem quod *Censitus,* Censui obnoxius, in Charta Ottonis Imp. an. 967. & aliis apud Ughellum tom. 5. Italiæ sacræ pag. 646. 688. 695. In Codice verò Theod. leg un. de Classicis, qui non sunt censibus affixi.

Censita terra, Censui obnoxia. Hugo Flaviniacensis in Chronico an. 1098. *Et terra ipsa, antequam ibi domus fuisset, censita erat hominibus pro mercato eorum.* Infrà: *Homines, quorum terra erat censita.*

Censiva, Census ipse, nostris *Censive,* vox notissima. Occurrit in Charta an. 1231. in Historia Diocensi p. 270.

Censiva terra, idem quod *Censita. Terre censive,* in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. c. 98. & in Consuet. Andeg. art. 108. *Terre Censiviere,* in Consuet. Burbon.

Tabu-

Tabularium VindocinenseThuani Ch. 88. *Dedit unam manufirmam terræ censivæ in pago Vindocinense.* Occurrit ibi non semel.

Censuale, Possessio censui obnoxia. Sententia inter Episcopum & civitatem Barcinonensem an .... *Prædictos honores, censualia, seu possessiones in civitate & suburbiis, &c.*

Censuale mortuum. Curia GeneralisCatalaniæ in villa Montissoni an. 1363. *Pro sententia ferenda super violario, seu censuali mortuo, &c.* Occurrit ibi non semel. Vide *Censumorthidus*, & *Violarium*.

Censualis. Papias. *Censuales, sint Officiales, qui censum per provincias exigunt.* Joan. de Janua: *Censualis, Officialis qui censum exigit provincialem, & qui dat illum.* Capitolinus in tribus Gordianis: *Ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent.*

Censualis, Censui obnoxius. Charta Ottonis Imperatoris an. 873. pro Monasterio Gandersheimensi: *Et omnes censuales, qui singulos solidos pro capite quisque persolvent, tam ad hoc prædium, quàm ad aliud Paldolvveim nuncupatum.* Conradus Marpurgens. in S. Elizabeth pag. 290. *Et puellæ dominæ Elizabeth se fecit singulis annis in suo anniversario ad duos denarios censualem.* Adde Petrum Venerab. lib. 1. de Mirac. cap. 28. Charta Gaufridi Comitis Andegav. ex Tabular. Andegav. *Terram suam --- in quia idem Theobaldus homines censuales ibidem hospitaverat.* Chronicon Andrense: *Prædia, & facultates, nemora, reditus & censuales -- dederunt.* Charta Friderici II. Imp. an. 1230. pro privilegiis urbis Ratisponensis: *Si homo qui censualis dicitur, continuam fecerit in civitate residentiam, jura civitatis conservando in dandis collectis & aliis, quæ à civibus statuuntur: nulla postmodum exhibebit Domino servitia per coactionem, sed tantummodo persolvat censum, &c.* Consuetudo Bigorræ apud Marcam in Hist. Beneharnens. lib. 9. cap. 6. *Censuales rustici vel liberi non in expeditionem comitem sequantur, nisi, &c.*

Terra censualis, quæ censum pendit, in Lege Langob. lib. 3. tit. 8. §. 3. & in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 39. Hugo Flaviniacensis in Chron. an. 1098. *Ipsimet in terra censuali suâ scarritiones firmaverunt, & carnes reposuerunt.* Vide Chronicon Andrense p. 348. & in verbo, *Censalis terra.*

Censualiter possidere, ad censum, in veteribus Tabulis ann. 1140. 1144. apud Loisellum in Hist. Bellovac. quod in vernacula anni 1147. apud eundem, *Censivement* vertitur p. 269. 274. 276.

Censualitas, apud Hugonem Flaviniacensem in Chr. an. 1098. p. 243. *Congregati sunt homines ad tuendum usum censualitatis suæ.*

Censuarium. Charta Jacobi I. Regis Aragon. *Sub eadem pace sint guiatica nostra, --- & censuaria, & pennones, & omnia regalia nostra.*

Censuarius, Qui census ab iis qui censum de capite præstant, exigit: officium Monasticum. Charta an. 1030. apud Robertum in S. Huberto p. 293. *Nullum Advocatum præter Lovaniensem Comitem, nullum censuarium præter custodem altaris habentes.*

Censuatus, Ad censum positus. *Casa censuata*, in Charta an. 1120. apud Ughellum to. 6. Ital. Sacr. pag. 871.

Censura, Datio ad censum. Gloss. vet. *Censura*, διατίμησις. Charta Hugonis de Oysi Castellani Cameracensis in Tabul. Abbatiæ Montis S. Martini: *Campellos quoque quosdam antequam censura ista facta fuerat, emerat -- quoniam verò res bene gestas plerumque solet oblivio delere, --- memoratam censuram fecimus litteris inseri.* Suprà: *Dedit eidem Ecclesiæ ad censum decem modiorum frumenti.* Alia Humolariensis Abbatis anni 1159. in eod. Tabul. *Nos verò huic censuræ apponimus conditionem, quòd neque Gerbertus neque hæres ejus hunc censum vendere aut invadiare poterit.*

Censura, Census ipse. Charta Riculfi Episcopi Firjuliensis apud Rufium in Comitib. Provinc. p. 53. *Et de portu, seu de omnibus censuris, quæ ex ipso exeunt vel exire debent.* Alia an. 1093. in Probat. Hist. Sabaud. p. 27. *Liberum & absolutum à fodro & omni censura prædictum Monasterium esse jubemus.*

CENTATUM. Vide *Cendatum.*

CENTAURII, iidem qui *Cantiani*, Angliæ populi, apud Asserum Menevensem an. 851.

CENTENA, Dignitas Centenarii, seu gradus in Schola Agentium in rebus, ad exemplum militiæ armatæ, proximus Principi agentium. Vide l. 3. Cod. Th. de Cohortalib. & l. 7. eodem Cod. de Argent. in reb.

CENTENA, pars Comitatus, aut regionis: nam singuli Comitatus, pagi, seu territoria, & Regiones dividebantur in *Centenas*, quibus præerant minores judices, sub Comitis dispositione, qui à Centena, *Centenarii*, appellabantur. Quippe pagus Comitis dividebatur in Vicarias, Vicaria in Centenas, Centena in Decanias, in quibus judices erant *Vicarii*, *Centenarii*, *Decani*. Decretio Chlotarii Regis cap. 1. *Decretum est, ut quia in vigilias constitutas nocturnas fures non caperent, eo quod per diversas, intercedente conludio, scelera prætermissa custodias exercerent, Centenas fieri; in qua Centena (si) aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat, & latro insequatur.* Ex quibus, *Centenas* a Chlotario primùm institutas ad latrones arcendos videtur posse colligi. Dicta verò Centena, à centum familiis quibus constabat. Capitula Caroli M. lib. 3. tit. 23. & Lex Longob. lib. 2. tit. 51. §. 11. *Sic tamen ut contentio, quæ inter eos orta est, si in confinio duorum Comitatuum fuerit, liceat eidem de vicina Centena adjacentis Comitatus ad suam causam testes habere.* Capitulare 3. Ludovici Pii c. 7. *Et hæc ratio examinetur per singulas Centenas, &c.* Adde Capitulare an. 829. c. 7. p. 672. novæ Edit. Chronic. Fontanellense c. 7. *Villam -- sitam in pago Oximensi, in Centena Noviacense.* c. 8 *De villa Digmaniaco, quæ sita est in pago Osismensi, in Centena Alancionensi.* Tabularium Abbatiæ Belliloci in Lemovicibus: *Hæc omnia sunt in pago Lemovicino, & Caturcino, & Centenis Vertelense & Exidense.* Alibi: *Cedo res proprietatis meæ, quæ sunt in pago Caturcino, in Centena Exidense, quæ vocatur Bellus Mons.* Tabul. S. Stephani Lemovicensis: *Dedit mansum suum in pago Lemovicino, in Centena Tarninse, villa Ramnaco.* Vide Leges Wisigoth. lib. 9, tit. 2. §. 1. 3. 4. Decretum Childerici cap. 11. 12. Decretum Chlotarii cap. 1. Legem Alaman. tit. 36. &c. Auctor est B. Rhenanus lib. 2. Rer. German. p. 88. proximè Heidelbergam adhuc apparere Centenæ vestigium in aliquot pagis, & manere vocabulum.

Centena, Districtus, jurisdictio, dominium, *Seigneurie.* Diploma Herimanni Episcopi Metensis an. 1090. apud Meurissium: *Dedi ei sibique servientibus in perpetuum cuminam quæ est in Chamberes, --- cum campo qui juxta est, cum banno & centena, & pratum apud Prunoet, quod operantur rustici de Nominey, cum banno & centena. Dedi etiam totum bannum & centenam quinque parrochiarum in villa, quæ dicitur ad Basilicas, &c.* Vide eundem Meurissium pag. 403. Laurentius Leodiensis in Hist. Episcop. Virdun. p. 280. *Dux iram Dei metuens, pacem cum Episcopo fecit centenas potestatum Ecclesiæ, & prædia, quæ invaserat, reddidit.* Continuator Historiæ Episcoporum Virdunensium post Bercarium Presbyterum p. 269. *Supradictus Comes Fridericus, dum esset adhuc in laicali habitu, Prebendæ Fratrum S. Mariæ omnes centenas eorum potestatum quibus multùm inquietabantur, --- reddidit.* Infrà: *Centenam de Wandelini curte, & alia jura, quæ tunc temporis potestativè in hac civitate tenebat, eidem Episcopo & Ecclesiæ reddidit.*

Centenæ, Homines Centenæ. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de liberis hominibus & centenis, qui partibus fisci nostri deserviunt.*

Centenaria, idem quod *Centena*. Charta Berengarii Episcopi Virdun. apud Hugon. Abb. Flaviniac. in Chron. an. 951. *Dedimus --- decimam illorum arietum, qui nostræ Ecclesiæ persolvuntur ex Bracensi Centenaria.*

CENTENA, *Centenarium Centenarius. Centena ceræ*, zuccari, piperis, cumini, &c. apud Anglos, continet 13. *petras* & dimidiam; & quælibet *petra* continet 8. libras. Summa ergo librarum in centena 108. *Centena canabi*, telæ, & hujusmodi ex 120. ulnis. *Centena ferri*, ex 100. petris, ut est in Fleta l. 2. c. 12. §. 4. 5.

Centenæ, Fustium vel flagellorum centeni ictus. Acta S. Cæciliæ Virg. & Mart. *Iste si inventus fuerit, sine dubio atrocibus dabitur flammis, &, ut dici solet, centenas exolvet.*

Centenarium, & Centenarius. Isidorus lib. 14. Orig. cap. 24. *Centenarium, numeri nomen est, eò quod centum librarum ponderis sit.* Vetus Agrimensor: *Centenarius dicitur, eò quòd centum libris constet.* Ita *Centenarium æris* usurpat l. 3. Cod. Theod. de Conlat. æris. Arnoldus Lubec. lib. 4. c. 37. *Persolvens ei annuatim 7. auri pondera quæ Centener dicuntur.* Paulus Warnefridus lib. 3. de Gestis Langob. c. 12. *Quindecim ei auri centenaria deferens.* Utuntur præterea Liberatus Diaconus cap. 21. Gregorius Turon. de Gloria Confess. c. 63 l. 5. Hist. c. 20. 31. Fredegar. c. 69. Gregor. M. l. 2. Ind. 2. Ep. 130. Chron. Reichersp. p. 275. Helmodus l. 1. c. 84. Tageno. Pataviensis, &c. χρυσίου κεντηνάρια habent passim Scriptores Byzantini, Theophanes p. 99. 147. 148. 335. &c. Procop. lib. 1. de Bello Pers. & in Hist. arcana, Nicetas in Man. lib. 2. §. 7. lib. 5. §. ult. Cinnamus, Gruter. Inscript. 1120. 17. & alii quos passim laudant Scaliger de Re nummaria, Meursius & Fabrotus in Glossariis & Jacobus Gotofred. ad l. 2. C. Th. Si quis pecun. confl. nos etiam quædam ad Cinnamum p. 435. Vide Georg. Agric. lib. 4. de Ponder. Roman. p. 95. & in verbo *Talentum*.

Centenarium ceræ, in Charta an. 1208. apud Ughellum to. 7. p. 274.

CENTENARIUS. Gloss. Gr. Lat. Ἑκατόνταρχος, *Centenarius, Centurio Centenarii*, teste Vegetio l. 2. c. 8. & 13. dicti sunt, quos antiqui *Centuriones* vocabant, centum videlicet militibus præfecti.

Centenarii, *Ducenarii*, *Sexagenarii*, qui dicantur in Cod. Th. pluribus disquirit Jacob. Gotofredus ad l. 1. de Exactionibus.

Centenarii, qui *Centenis* præerant, judices minores qui per Centenas jus dicebant, & Comiti suberant, *Centgraff* Germanis. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 31. *Centenarii, qui & Centenariones, vel Vicarii, qui per pagos statuti sunt, Presbyteris plebium, qui baptismales Ecclesias tenent, & minoribus Presbyteris præsunt, conferri, queunt.* Vide Desiderium Cadurcensem Epist. 16. & Babolenum in Vita S. Germani Abbatis & Martyris num. 11.

Judicis autem officio functos Centenarios docent Lex Salica tit. 46. §. 1. Decretum Childeb. c. 9. Lex Aleman. tit. 36. §. 3. Lex Langob. l. 2. tit. 42. §. 3. tit. 52. §. 3 tit. 53. §. 22. Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 62. 63. 64. Concilium Cabilonense II. cap. 21. &c. Hinc *Centenarii Legem scientes*, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 13. Non tamen de omnibus caussis, sed de minoribus tantùm judicabant. Gloss. vetus: *Centenarii, de re minima scilicet, Minores judices, ministri Comitum*, Capitul. 3. an. 812. c. 4. & lib. 3. c. 79. *Ut nullus homo in placito Centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia judicentur: sed ista in præsentia Comitis, vel Missorum nostrorum judicentur.* Lex Langob. lib. 2. tit. 52. §. 10. *Omnis controversia coram Centenariis diffiniri potest, excepta redhibitione rerum immobilium & mancipiorum, quæ non potest diffiniri nisi coram Comite.* Eadem habentur in Capitul. Caroli M. l. 4. c. 26. Capitul. 1. an. 810. c. 2. Appendix 2. ad lib. 4. Capitul. Caroli M. c. 28. *Ut ante Vicarium & Centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur aut acquiratur: nisi semper in præsentia Missorum Imperialium, aut in præsentia Comitum.* Capit. 2. an. 810. c. 15. *De rebus & mancipiis, ut ante Vicarios & Centenarios non conquirantur.*

Centenariis præerant Comites ipsi, qui in eorum vitam & mores inquirebant. Lex Langob. lib. 2. tit. 54. c. 22. *Volumus ut Comites nostri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis & Centenariis, qui magis per cupiditatem quàm propter justitiam faciendam sæpissime placita tenent, & inde populos nimis affligunt.*

Interdum cum iis in rebus majoris momenti dijudicabant, ut est in Capitul. Caroli M. l. 2. c. 28. Denique ipsis omnino præerant. Capitula Carlomanni tit. 2. c. 9. *Comes præcipiat suo Vicecomiti, suisque Centenariis, ac reliquis ministris reipublicæ.* Si bellum ingrueret, Centenarii munus erat Centenam suam, seu Centenæ suæ milites in aciem educere, ut est in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 3. Eorum etiam præsertim cura erat, ut districtus latronibus, furibus, aut prædatoribus purgarent, ex Capitulis Caroli C. tit. 11. p. 111. 1. Edit. Denique in publicis actis nomen Centenarii, perinde ac Comitis, consignatum quandoque legimus. Charta Alamannica Goldastina 70, *Regnante D. Hludovvico --- sub Pabone Comite, & sub Hunoldo Centenario, Indictione* 5. Vide Concilium relatense an. 815. can. 23. & Leges Edvvardi Confess. c. 32. præterea Rhenanum l. 2. Rerum Germ. p. 88. & Loccenium lib. 2. Antiquit. Sueco Gotthicar. c. 3.

CENTENARIUM, Canalis, per quem aqua decurrit. Fistula nempe, quam Vitruvius lib. 8. c. 7. *Centenariam* vocat, quòd, ut explicat Philander, lamina plumbea, antequam in rotundationem flectatur, lata sit digitos centum, ut *Quinquagenaria*, lata 50. &c. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. p. 112. *Forma, quæ vocatur Sabbatina, nimis confracta existens: per quam decurrebat aqua per centenarium in atrio Ecclesiæ B. Petri, &c.* Infrà: *Et confestim centenarium illud, quod ex eadem forma in atrio Ecclesiæ B. Petri decurrebat, dum per nimiam neglectus incuriam plumbeum ipsius centenarii furtim jam plurima ex parte ablatum fuisset, &c.* In Nicolao I. pag. 210. *Per quam decurrebat aqua per centenarium in urbem Romanam*

CENTENARIUM, vel *Centenarius*, Officium centum Missarum. Chronicon Casauriense l. 4. *Instituit ut pro uno quoque fratre defuncto fiat Centenarius, hoc modo, ut à die obitus unius cujusque Fratris justitia de pane & vino, & cæteris cibis, cotidie in mensa Abbatis ponatur.* Vide *Tricenarium.*

CENTENIONALIS *nummus*, in leg. 1. & 2. Cod. Th. Si quis pecun. confl. quis fuerit, ambigunt doctiores. Quidam enim eundem cum Centenario aureo fuisse existimant, sic dicto sub Heliogabalo, ut auctor est Lampridius, quòd centum aureos, sive solidos conficeret, ut Casaubonus, Salmasius, & alii. At Jacobus Gothofredus contendit, probatque Centenionalem ita à centenario diversum, ut Centenarius major pecunia fuerit, Centenionalis, minutula, ut loquitur Valerianus in Epist. ad Aurelianum: Deinde *Centenionem* dictum, ut *Binionem*, qui δίνομμα redditur in Glossis Lat. Græc. & δηνάριον, proindeque Centenionalem centum æreos seu stipes confecisse. Ut ut sit, *Majorinas*, seu majores, & *Centenionales communes* vetitas ostendit lex 1. quæ est Constantii: altera quæ est Arcadii & Honorii, *Centenionalem tantùm nummum in conversatione publica tractari* præcipit, *Majoris pecuniæ figuratione sub mota.* Ex qua ult. lege infertur, Centenionalem in eo à Majore differre, quòd minutior fuerit, proindeque usui publico commodior: etsi utramque priùs vetitam par sit credere, Majorinam propter nimium pondus, centenionalem propter nimiam sui exiguitatem.

CEN-

CENTENNIS, Centenarius, ætatis centum annorum. Gildas Sapiens de Excidio Britanniæ: *Num centennis tuo religiosa merita, vel coævus Mathusale, exceptus ab omni prole servaberis?*

CENTERIUS, Semita, via strictior, ex Gallico *Sentier*, quasi *Semitaria*. Charta an. 877. ex Tabul. S. Benigni apud Perardum: *De uno fronte centerius communalis pergit, de alio verò fronte strada publica pergit, &c.* Vide *Semitarium*.

CENTESIMA. In Camera Computor. Paris. est *Compotus Duplicis, seu primæ Centesimæ, Compotus simplicis seu secundæ Centesimæ levatæ inter annum* 1290. *& an.* 1300 *Compotus Quinquagesimæ & tertiæ Quinquagesimæ, &c.* Vetus Chron. Franciæ vernaculum MS. quod desinit in an. 1322. sub an. 1295. *En cest anmeismes fu alevée une subvention ou Royaume de France, c'est à savoir le Centiéme & le Cinquantiéme tant sur les Clers, comme sur Lais. Pour laquelle chose Boniface fit un Decret, que se li Rois, ou li Prince, ou Baron, ou Prelat, nul qui fu subgés à l'Eglise de Romme, deslor en avant sur les extorsions leur donnoient qu'il encouroient en sentence d'escommuniement.*

CENTIMOLUS, *Centimulus*, Molendinum. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. c. 21. *Molendina 2. sub uno tegmine, centimolum, ortos, &c.* Cap. 22. *Cum omnibus, quæ tunc possidebat, molendinis, centimolo, hortis, curtibus, &c.* Honorii IV. PP. Statuta pro Regni Neapolit. incolis an. 1285. apud Raynaldum num. 45. *Animalia deputata molendinis, quæ Centimuli vulgariter nuncupantur.* Et infrà: *Subofficiales non capiant animalia deputata ad centimulos.*

CENTO, *Centrum*, *Centunculus*. Papias: *Cento, filtrum.* Vox Latinis notissima. Vide in *Gambeso*.

Centrum, eadem notione. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Centrum, vel Filtrum: Felt*, ubi *Centrum*, est Græcorum κέντρον, unde Ὁμηρόκεντρον.

Centunculus, eodem pariter significatu. *Futilis centunculus*, apud Apuleium lib. 1. κέντουκλον, recentioribus Græcis est lana vel vestis coactilis, quam Græci πῖλον vocant. Lexicon Græc. MS. Reg. sign. 2062. πιλὸς, τὸ κέντουκλον. πιλὸν καὶ πιλίδιον, τὸ κέντουκλον. Aliud sign. 930. πίλυς, πιλωτὺς, κέντουκλα, καὶ πινίον. Joannes Cananus de Bello Constantinop. pag. 193. καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τένταν ἀπὸ κεντούκλου. Id est *ingressus est tabernaculum ex centonibus confectum.* Occurrit hæc vox apud Leonem in Tactic. pag. 51. 56. 57. 290. 333. Alios Scriptores laudant Rigaltius & Meursius. Ita porro Latinis *Cento* & *Centunculus* idem sonant. Vide Valesium ad lib. 19. Ammiani pag. 164.

Centonarii, Artifices, quorum, ut & eorum collegii ac corporis passim mentio in veteribus Inscriptionibus apud Gruterum, ubi ferè semper Fabris, Dendrophoris, & Tignariis adjunguntur. De iis etiam est tit. Cod. Th. de *Centonariis & Dendrophoris*, ubi in lib. 1. Constantinus statuit, *ut in quibuscunque oppidis Dendrophori fuerint, Centonariorum atque Fabrorum corporibus adnectantur: quoniam hæc corpora frequentia hominum multiplicari oportet.* Ex quibus patet magnam inter se habuisse affinitatem ejusmodi artifices: quod etiam colligitur ex eo quòd eosdem Præfectos haberent, ut est apud Gruter. 36. 11. 45. 8. eosdemque Patronos. 427. 1. eosdem Magistros Quinquiennales, 261. 4. Verùm qui dicantur & *Dendrophori*, & *Centonarii*, atque adeo ipsi *Fabri*, non omnino constat. De *Fabris*, qui Centonariis & Dendrophoris junguntur, alii *ferrarii*, alii *tignarii* dicuntur apud Gruter. 261. 4. qui unicè *Fabri* dicuntur 36. 11. 322. 4. 393. 8. 402. 2. At ii omnes sub Fabrorum appellatione videntur comprehendi, 45. 8. ubi mentio fit *Præfecti Fabrorum colleg. Dendroph. Centon. & Tignar.* Qui igitur hi omnes? Dendrophoros quidam interpretantur, qui ligna, arbores, & materias ligneas ad ædificia conficienda vendebant, *Vendeurs de bois*: fabros tignarios, quos vulgò Carpentarios appellamus; *Ferrarios*, qui in ferro operantur. At in Centonariis hærent. An igitur Centonarii fuere qui *Centones* conficiebant? Verùm quid commune habent Centonarii cum fabris tignariis & ferrariis, nisi ut essent qui in castris tabernacula conficerent, unà cum tignariis & ferrariis fabris, quorum etiam opera in iis exstruendis necessaria erat. Quod verò de Centonariis affert Jacob. Gotofredus, vix putem à quoquam probatum iri. Centonariorum præterea mentio est in l. 162. Cod. Theod. de Decurion.

CENTONIUM, Cento, vestis ex variis panniculis consarcinata. κεντώνιον, in Vita S. Euthymii Abb. à Cyrillo scripta cap. 15. inter Sancti illius vestes ac supellectilem recensetur.

CENTONIZARE, *More centonario*, ex variis libris describere, excerpere. Rupertus Tuitiensis lib. 2. de Divin. offic. cap. 21. Chron. Reichersperg. an. 591. & Radulphus de Diceto in Abbrev. Hist. *Gregorius --- Antiphonarium regulariter centonizavit.* Sigebertus de Scriptorib. Eccles. in Beda: *Centonizavit etiam expositionem in Cantica Canticorum, collectis sententiis de Libris Gregorii PP. per diversa opera illius.* Chron. Abbatiæ Gemblac. de Burchardo Wormac. Episcopo: *Olberto dictante & magistrante, magnum illud Canonum volumen centonizavit, & quasi collectis floribus omniformugeneris de prato scripturarum coronam pretiosiorem auro & topasio, in edito Ecclesia collocavit.* Tertullianus de Præscript. c. 39. *Homerocentenas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera, more cêntonario ex multis hinc inde composita in unum sarciunt corpus.*

CENTRIX, *à centum, vel cento dicitur, & dicuntur Centrices meretrices, lupæ, multiviræ, diobolares, novariæ, & dicuntur à centum propter multitudinem, vel à centonibus, id est, filtris, quòd ex eis desiccabantur, vel quòd sternantur in lupanari, ut locus reddatur calidior.* Joan. de Janua.

CENTRUM, Fornicis circulus, cui tota concameratio innititur, nostris *Ceintre*. *Centrum cameræ*, apud Nicolaum I. PP. Epist. 2. Monachus S. Mariani in Chron. *Jam exstructa testudine visum est debere submoveri centra, quibus fuerat testudo subfulta.* Vita S. Boniti Episcopi Claromont. num. 17. *Sanctorum altaria nitent, centra hinc inde geminata connectunt, &c.* Ibidem: *Quaterfena centra decora inferiùs superiùs connexa surgunt.*

CENTURIA, Isidoro l. 15. Orig. c. 15. *ager est ducentorum jugerum, qui apud antiquos è centum jugeribus vocabatur; sed postea duplicata est, nomenque pristinum retinuit, &c.* Papias: *Centuria mensura terræ, vel vineæ, habens per singulas partes pedes* 20. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Centuriis vocabulum datum est, ex eo quòd centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto Centuria justè appellata est.* Idem alibi: *Centuria non per omnes regiones ducenta jugera obtinent.* Hygenus: *Agri ex hoste capti divisi sunt per centurias, ut assignarentur militibus.* Vide Columellam l. 6. leg. 10. Cod. Theod. de Annona & Tribut. & ibi Jacobum Gotofredum, Julianum Antecessor. c. 543. &c.

Centuriare, Agrum limitibus includere. Hygenus: *Agrum limitibus includemus, hoc est, centuriabimus.* Hinc *Centuriatio*, apud Siculum Flaccum & eundem Hygenum.

CENTURIA, Hundredus, seu curia Hundredi. Joannes Sarisberiensis l. 1. Policrat. c. 4. *Ne --- cogaris in centuria, aut foro Præsidis, vel Proconsulis, aut fortasse in Concilio, læsæ Majestatis reddere rationem.* Vide *Hundredus*.

CENTURIATUS, idem quod *Centuria*, *Hundredus*. Diploma Edgari Regis Angl. pro Ecclesia Eliensi t. 1. Monastici Anglic. p. 93. *Et inter paludes causas seculares duorum Centuriatuum in Wichelavve, in provicia Orientalium Saxonum, benigne ad Fratrum necessaria sanciendo largior.* Aliud Regis Edvvardi Confess. ibidem pag. 94. *In Comitatu Grantecestriæ ipsa insula, cum duobus centuriatibus & omnibus appendiciis, &c.* Mox: *In*

In Comitatu Suthfolk --- quinque & dimidium centuriatum. Ibidem pag. 120. *Unum centuriatum, id est, Hundredum.* Charta ejusdem Edgari pro Wigorniensi Abbat. pag. 140. *Dimidium centuriatum, quod Anglicè vocatur Cudburigelavves Hundred.*

CENTURIO, Centenarius, qui *Centenæ*, judicis loco, præest. Lex Bajvvar. tit. 2. §. 5. *Et exinde curam habeat Comes in suo Comitatu. Ponat enim ordinationem suam super Centuriones & Decanos, ut unusquisque providеat quos regit, &c.* Antiq. Fuld. l. 2. Trad. 45. *Tunc Centurio Sigifrid, qui Advocatus noster fuit, &c.* Decreta Calomani Regis Hungariæ l. 1. *Singuli Comites --- denarios, qui per universas Hungariæ partes colliguntur, quantum super unoquoque centurionatu fuerit collectum --- Strigonium mittant, neque priùs Regii Comites, vel Centuriones partem accipiant, &c.* Vide Thwrocz. in Petro Rege Hungar. c. 35.

Centurio rerum nitentium, apud Ammianum l. 16. Is dicebatur, qui signorum ac statuarum ex ære ac marmore in Urbe curam gerebat, qui postea *Tribunus*, ac demum *Comes rerum nitentium* appellatus est. Ita H. Vasius. *Centuriones*, qui certum corpus conficiebant in oppidis, & quorum munus inter vilia & onераria fuisse colligitur in leg. unic. Cod. Theod. de Centurion. Sed quinam ii, prorsus incertum.

Centuriones, inter Officiales judicum recensentur in leg. 1. Cod. Theod. de Offic. Rector. prov.

Centurionum jura. In Pacto inito inter Imp. Henricum & Paschalem PP. apud Petrum Diacon. lib. 4. Chronici Casin. cap. 35. Paschalis pollicetur se non invasurum *Regalia, id est, civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, teloneum, mercatum, advocatias Imperii, jura Centurionum, & Curtes, quæ manifestè Imperii erant.* Adde Dodechinum an. 1110.

CENTURINI. Vide *Christiani de cinctura.*

CEOCA, Gallis, seu Picardis, *Choque*, Stipes. Charta Philippi Flandriæ & Viromand. Comitis an. 1180. in Tabular. Abb. Montis S. Martini: *In vendagio nemoris Gerardus unam medietatem habebit, Abbas aliam. Radices, & quas vulgus Ceocas vocat, omnes Abbas solus habebit.* Alibi *cochas* scriptum est.

CEOLA, *Ciula*, Navis species, ex longiorum genere, Saxonibus, Ceol. Leges Ethelredi Regis Anglic. c. 23. apud Bromptonum: *Si advenisset una navicula, 1. oboldetur, si major, & habet siglas, 1. den. si adveniat ceol, vel ulcus, & ibi jaceat, 4. den. ad theloneum dentur.* Ex quibus liquet, *Ceolam* non fuisse exiguam navem, ut vult Spelmannus. Id præterea astruit Willelmus Malmesburiensis lib. 1. de Gest. Angl. cap. 1. qui ut copiis transvehendis idoneas describit: *Placidoque ventorum favore, tribus longis navibus, quas illi Ciulas* (al. *Ceolas*) *vocant, Britanniam allabuntur.* Et c. 2. *In Britaniam cum 5. ceolis copias trajecit.* Ethelwerdus lib. 3. c. 3. *Septem Ceorl, &c.* Vocis usus manet etiamnum apud Anglos in *Keele*, pro Carina. Spelmannus à *Celocibus* deducit, quod improbat Somnerus.

Cyula, idem quod *Ceola*. Gildas Sapiens de Excidio Britanniæ, de Saxonibus: *Tum erumpens grex Catulorum de cubili Leænæ Barbariæ, tribus, ut lingua ejus exprimitur, Cyulis, nostra, longis navibus, secundis velis -- evectus, &c.* Ita enim apud Matth. Westmonast. hæc vox scribitur an. 877. & 897.

CEORLUS, *Ceorlman*, *Cirliscus*, Saxonibus, Rusticus, paganus, villanus, qui agriculturam exercet, infimæ, sed liberæ tamen conditionis homo. Iis opponuntur *Eorli* id est, Comites, Nobiles. Leges Inæ Regis West-Saxiæ cap. 40. apud Brompton. *Si Ceorlus & femina puerum simul habeat, &c.* Cap. 42. *Ceorles VVeordyng, id est, rustici curtillum.* Cap. 44. *Ceorli habeant herbagium in communi, &c.* Capitula de Weregildis post Concilium Grateleanum an. 928. *Ceorles VVeregildum est in Mercenorum laga 200. sol.* Eadem notione.

Ceorlman, Homo Ceorlus, rusticus, in Legibus Æthelstani, apud eundem Bromptonum.

Cirliscus in Legibus Inæ c. 21. 32. 39. & Henrici I. Regis Angl. c. 82.

CEPARUM *usaticum*. Charta an. 1306. in 9. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabul. Regio Ch. 14. *Item usaticum ceparum, seu redditum, quem percipit Dominus Rex in ortu dicti loci pro 25. sol. annui & perpetui reditus.*

CEPHALÆOTÆ, ex Gr. κεφαλαιῶται, Capitationis exactores, in l. 6. Cod. The. de Patrociniis vicorum.

CEPHALMEDINA. Vide *Zavalmedina*.

CEPHALUS, Stultus, ineptus. Gl. Lat. Gr. *Capito*, κέφαλων. Concilium, seu Fœdus Aluredi & Gothurni Regum: *Liberum hominem illiteratum pro bruto, & cephalo, & stulto reputamus.*

CEPOSTRIA, *Latinè dicitur Ortus S. Joannis.* Ita Papias MS. Editus *Cepostua*. Ex Græco fortean κῆπος, hortus.

CEPPAGIUM, à Gallico, *Cep*, Stipes, caudex, cippus, Italis *Ceppo*. Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Qui forestarii ceperint coopertiones, ceppagia, & eschaetas quercuum sive aliarum arborum.* Id est, stipites arborum succisarum, quæ adhuc manent in terra, nondum eradicata, inquit Watsius. Tabular. Abbat. Dalonensis in Lemovicibus fol. 14. *Quidquid habebamus in forestagio, & Cepatgio de Born.* Adde Fletam lib. 2. c. 41. §. 24. Vide *Chocagium*.

CEPPUS. Vide *Cippus*.

CEPTUM, idem quod *Captura*, quod vide. Antiquitates Fuld. l. 1. trad 66. *In illo ceptu duas hobas*

CEPULATUM. Jusculum allio conditum, *Sausse à l'ail.* Anonymus Thuanus MS.

Est cepulatum leporinis carnibus aptum.

CEQUIA, Hispanis & Vasconibus *Acequia*, Incile, fossa rivi. Usatici Barcinonenses MSS. c. 66. *Cequiam aquæ molendinorum, quæ fluit ad Barcinonam, mandamus esse intactam omni tempore, & qui eam præsumptivè fregerit, componat Principi centum unc. auri.* Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ 1247. fol. 18. *Quod debet habere liberum exitum per marginem cequiæ, per quam aqua intrat ad rigandum eam vineam.* Antiq. Consuetud. Jaccæ in Hisp. *Certa loca sint in cequiis, in quibus ganata bibant.* Vitalis Episc. Oscens. *Tenentur --- de observantia, ut cequiarum, fontium, & aliorum.* Chron. Petri IV. Regis Aragon. l. 3. c. 24. *Eras assangat ab lo cavall en una cequiaria, &c.*

Cequiarius, Præfectus aquarum. Usatica Majoricarum MSS. *Damus etiam & concedimus vobis ac vestris -- possitis ponere & mittere seu constituere Cequiàrium de anno in annum, qui custodiat & ducat aquam cequiæ ad communem utilitatem civitatis Majoric. --- & quòd quilibet vestrûm possitis ducere aquam ad rigandum. --- Volumus Cequiarium poni & ordinari per nos --- ad cequiagium exercendum, & de bono & legali Cequiario provideri, & quod idem cequiagium non vendatur.* Infrà: *Et quicunque alii qui de cequia Majoricarum rigant, vel rigabunt, solvant partem suam pro hæreditatibus, vel rigaverunt in expensis & missionibus omnibus necessariis ad reparandum & mundandum fontem & cequiam antedictam.* Quale fuerit Cequiarii in Regno Majoricano officium, hisce verbis exequitur Joannes Dametus in Hist. Regni Balearici lib. 1. §. 29. *Cequiero o Prefecto de las aguas de la fuente principal desta Ciudad (de Mallorca) tiene conocimiento judicial en las cosas tocantes al repartimiento de las dichas aguas, y negotios de los hortolanos. Haze sus condenationes pecuniarias con voto y pareçer de los prohombres de la casa de los hortolanos. Es cargo muy peligroso porlo que non pudiendo vender las augas à ningun precio, algunos en cubierta, o descubiertamente, se approvechan sin limite, con grande riesgo de sus consientias, &c.* Vide Repertorium Michaëlis del *Molino* pag. 7. v. & 40. Apud eundem in v. *Aqua*, *Cavecequia*, *Aquarum custos* exponitur.

CERA,

CERA. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. c. 24. de Falconibus: *Pars illa corii, quæ est inter duritiem rostri, & primas plumas capitis, scilicet ubi sunt nares, quam vocamus Ceram, debet tendere ad viriditatem.* Infra; *Color autem pedum respondebit colori illius loci in rostro qui dicitur Cera.* Adde cap. 30.

CERACULUM. Vita S. Aidani Episcopi Fernensis in Hibernia n. 5. *Sciensque vir Dei causam ipsius, posuit ceraculum suum super cornu ipsius* (cervi.) Et c. 7. n. 41. *Scripsit vir Dei unum psalmum illi puero: & postquam scripsit, vidit ille puer S. Maedhog ascendentem scalam auream inter cælum & terram, portantem secum ceraculum pueri.* Quo loco Capgravius habet *pueri libellum.* Colganus scriptorium quoddam instrumentum interpretatur: alii chlamydem.

CERAFUNIBULUS, Fax, tæda ex funibus & cera confecta: Gallis *Torsche.* Gaufredus Malaterra l. 3. c. 19. *Altaris vasa vel vestis plusquam Clero sufficit, candelabra, Cruces, textus, ac cerafunibuli.*

CERAGIUM, Quod ceræ nomine præstatur Ecclesiis ad luminarium concinnationem. Articuli Ecclesiæ Anglicanæ in Addit. ad Matth. Paris. *Si Ecclesia petat ceragium vel herietum, vel alia quæ ad Ecclesiam, vel ad usus Ecclesiarum deputata.* Vetus Charta apud Spelmannum: *Ceragia vulgariter vocata VVaxscotts.* In Synodo Saxonica Aenhamensi circa an. D. 1009. Leoᵹeꞇcoꞇ, id est, luminarium census, vel pecunia dicitur. Extat apud V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 484. Juramentum Rectoris Ecclesiæ, in quo hæc habentur: *Item juratis quærere fideliter denarios ceræ, & illos reddere integrè termino constituto.* Eundem vide p. 596. Capitul. Metense an. 757. c. 5. & Capitul. Caroli Magni l. 5. c. 14. *Ubi (Presbyteri) qui illos vicos, vel illas Ecclesias tenent, illos census vel illam ceram, quæ longo tempore ad illud Episcopium reddiderunt, modò sic ordinavimus ut sic faciant.*

CERAGIUS, Ceragius, *Pistor, qui ad modum ceræ agit & deducit pastam,* Ugutioni. Ceragius habent Joannes de Janua & auctor Breviloqui, hæcque addunt: *Et dicitur à cera & ago.*

CERAMELLA, Vox Italica, Gallis *Chalumeau,* Fistula, calamellus. Sanutus l. 2. part. 4. c. 7. *Expedit ut in omni exercitu, & specialiter in aquali, tibiæ, tubæ, buccinæ, ceramellæ, & omnia musica instrumenta resonantia --- deferantur.*

CERARE, Guigo II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusdem Ordinis c. 46. *A quo etiam* (Coquinario) *panem, vinum, statutis diebus, sal, cochlear, scutellas, lumbaria, acum, filum, ceram ad cerandum accipiunt.*

CERAPTUM, Cereaptum, Ceroptata, Panvinio, Candelabrum in formam cornuum effictum: aliis, instrumentum quo cereus accenditur, vel vas in quo cereus accensus ardet, ex κηρὸς, cera, & ἅπτω, accendo. Gl. Gr. Lat. κηροάπτης, *Ceriforus.* Anastasius Bibl. in Leone III. PP. *Fecit --- pharum ex argento purissimo cum lucerna & cerapto suo.* Mox: *Fecit pharum ex argento purissimo deaurato miræ pulcritudinis cum lucerna & cereapto* (al. *cerapto*) *suo, pensantes simul libr.* 40. Vita S. Nicolai Episcopi: *Ferte vobiscum --- & cimilia hæc, simul & duo ex auro cerapta.*

Ceroptatum, Ceraptatum. Leo Ost. l. 2. Chron. Cas. c. 103. *Ceroptata crystallina duo, argentea alia duo.* Lib. 3. c. 31. *Ceraptata etiam ænea fusilia pulcra - Constantinopoli detulit.* Joan. Diaconus in Episcopis Neapolitan. *De reliquo verò fecit ceraptatas quinque.* Leo Episcopus Atinensis de Translat. S. Marci Martyr. n. 7. *Aderant cum thuribus & ceraptatis & cum omni apparatu Ecclesiastico.*

CERARIUS, in Gloss. Græco-Lat. κηροπώλης. Ugutio & Joan. de Janua: *Cerarius qui facit vel vendit ceram, vel operatur in ea.* Regula S. Isidori c. 19. *Ad custodem sacrarii pertinet ordinatio lintearioruin, fullonum cerariorum, atque sartorum.*

Cerarii, Servorum species. Capitulare an. 779. c. 15. Lex Langobard. l. 3. tit. 5. & Capit. Caroli Magni l. 5. c. 133. novæ Edit. *De tributariis Ecclesiarum. De cerariis & tabulariis, ac chartulariis ita fiat sicut à longo tempore decretum est.* Hincmarus Remensis to. 1. & Regino in Inquisit. Episc. c. 12. *Investigandum de luminaribus Ecclesiæ, quot cerarios habeat ipse titulus.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Est quoque in prædicta villa in honore S. Remigii Ecclesia, habens, --- mansum ingenuilem 1. cerarios 10. donat unusquisque denarios 4. aut ceram è contra.* Ex quibus patet ita dictos libertinæ conditionis homines, qui censum capitis sui in *cera,* seu *cerarium* Ecclesiis præstabant. Eckeardus junior de Casib. S. Galli c. 1. *Censum capitis sui in cera ad sepulcrum ejus misit.* Vide *Denarata.* Perperam igitur Lindenbrog. & Spelman. *Cerarios* opinantur dictos, qui cerâ literas obsignant: quod vel evincit titulus, qui Capitularium loco præfigitur.

Cerearii dicuntur in Charta Henrici IV. Imp. an. 1116. apud Zyllesium: *Sive Dagescalci aut cerearii foris ubique per villas positi, &c.*

CERATUS. Joan. de Janua: *Ceratus, & cereus differunt, quia cereum est quod totum ex cera constat; sed ceratum, quod vel linitum, vel incrustatum est cerâ: unde ceratæ dicuntur tabulæ in quibus scribitur.* Photius l. 13. cap. 22. *Faciemque invadunt ignes sacri, ob id cerato priùs illinunt.* Gesta sub nomine Acacii: *Ut si dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut stagnatum, aut quolibet alio genere coloratum.* Regula S. Cæsarii ad Virgines c. 42. *Nec vela cerata appendi, nec tabulæ pictæ affigi, nec in parietibus vel cameris ulla pictura fieri debet.* Ceram pictoris instrumento accenset lex 17 D. de Instruct. Sed hæc nota.

CERANEUS. Tabul. Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Ego Aimo Dei correptione tactus, constitutusque in fine dubio, meditans in præcordiis flagitiosa quæ perpetravi, pavens nimiùm voragine barathri, umbrosasque vias tartari metuens calcare, magisque inferi delectans illius interlucentis (sic) sectis cerauneis, & frui virentibus pratis per pascua Christi, hoc metu vel amore compunctus, &c.* Forte pro *Uraneis,* cælestibus. Alias: *Ceraunens, est lapis flammeus à calore dictus: invenitur ubi fulmina cadunt.* Papias:

CERBU. Vide *Lito.*

CERCARE, Vallare, in modum circuli circumdare, obsidione cingere. Charta Veremundi Regis æræ 1070. ex Tabul. Lucensis Ecclesiæ apud Bivarium: *Et cercavit ipsam Pennam, & presit eam per fortia, & cremavit & desolavit ea.* Vide *Circa, Circare.*

CERCELLA, *Querquedula,* Avis aquatica, quam Galli *Cercelle* vocant, Angli *Ceale.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind* pag. 183. *Dabunt etiam nobis annuatim ad Natale Domini unum mathlardum, & unam anatem, & quatuor cercellas, & ad Pascha unum agnum de præsent.* Radulfus de Diceto in Ricardo I. *Nisum suum docuit affectare cercellas propensiùs.* Occurrit apud Bromptonum & Giraldum Cambrensem in Topogr. Hybern. dist. 2. cap. 31. qui ita ait appellari *anates minores.* Hinc emendandæ Glossæ Arabico-Lat. *Ceriola, anca,* ubi leg. *cercella.*

CERCELLUS, Circellus, parvus circulus, nostris *Cerceau.* Anastasius in Valentino II. PP. p. 165. *Cercelli paria 2. habet gemmas pretiosissimas albas numero 18. &c.*

CERCHIA. Vide *Circa.*

CERCIUS. Vide *Circius.*

CERCLAGIUM. Vide *Circulagium.*

CEREAGIUS. Vide *Ceragius.*

CEREALIS, *Pistor.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Cerealis pistor,* ᵹpiꞇpa. Fuere olim ædiles, quos *Cereales* appellabant, quod frumento præessent. *Cereale gramen,* fruges dixit Gualterus l. 1. Alexandreid. p. 10.

Cerealis potus, Cerevisia, in Passione Bercharii Locum vide in *Ducticulus. Cereale poculum,* eadem notione, apud

Saxo-

Saxonem Grammaticum in Præfat. ad Histor. Danicam. Vide *Ceria*.

CERECENTUALES, qui ceræ certum pondus quotannis Ecclesiis pensitare ex censu tenentur: qui aliis *Cerarii* dicuntur, ut in hac voce docemus. Charta Engilberti Archiep. Coloniensis an. 1225. apud Ægid. Gelenium pag. 115. *Se jure Cerecensuali Ecclesiæ Campensi contradidit.*

CEREARII. Vide Cerarii.

CEREBRUM *cameræ*. Vide *Tholus*.

CEREFOLIUM, Genus apii, quod vulgus ita appellat, inquit Constantinus Africanus lib. de Gradibus. Græcis χαιρέφυλλον, *Cherephyllon*, Columellæ, nostris *Cerfeuil*, Italis *Cerfoglio*. Gloss. Gr. Lat. *Cerepulium*, γισγίδιον. Legendum *Cerefulium*. γιγγίδιον meminit Dioscorides.

CEREMONIARI. Acta S. Cypriani Martyris: *Maximus Proconsul dixit: Jusserunt te sacratissimi Imperatores ceremoniari.* Id est, diis sacra offerre. Occurrit etiam in Vita S. Pontii c. 18.

Ceremonialis scientia, apud Ammianum lib. 29. p. 415. pro magia, vel magico apparatu.

CEREOLUS, *Cereus*. Pirminius in Excerptis de sacris Scripturis: *Incensum, Cereolos, & oleum in Luminaribus Ecclesiæ, juxta quod prævaletis, ibidem date.* Vide Gloss. med. Græcit. in κηρολαξειν.

CEREOPHALUM. Acta Proconsularia sub Munatio Felice, apud Baron. an. 303. n. 12. *Cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ 7. cereofala 2. candelæ breves æneæ cum lucernis suis 7.* Ubi *cereofala* videntur esse ea candelabra, cereis instructa, quæ posterior ætas *fara*, & *phara* vocavit; quòd instar Phari lumine ædem perfunderent. Porrò quos *pharos* dicunt Latini, nostri *Falots* appellarunt, laternas nempe castrenses, quarum inventionem Manueli Imp. CP. attribuit noster Cinnamus. Nam & à *pharis* hocce nostrum vocabulum deducendum puto. Erit igitur *Cereophalum*, *un falot de cire*.

CEREOSTATA, *Cerostata*, *Cerostataria*, Candelabra quæ per se stant, vel in quibus cerei stant, aut manibus deferuntur: à cereis, non à κέρας, *cornu*, dicta, uti vult Papias. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 9. *Adstant & statarii cereorum corporibus aptati.* Vide *Stantareum*. Proinde de ejusmodi candelabris intelligendum arbitror Bibliothecarium in libello de Munificentia Constantini M. apud Baron. ann. 324. num. 64. *Fecit autem candelabra ex aurichalco in pedibus decem, numero quatuor argento conclusa, cum sigillis argenteis, &c.*

Cerostata. Papias: *Cerostata, candelabra, vasa Ecclesiæ, à cornibus dicta Græcè.* Anastasius in S. Hormisda PP. pag. 34. *Obtulit B. Petro Apost. cerostata argentea duo pens. libr. 70.* In Vigilio pag. 40. *Cerostatas argenteas deauratas majores duas quæ stant usque hodie ante corpus B. Petri Apost.* In Honorio pag. 46. *Fecit & cerostatas majores ex argento paria duo.* In Leone III. *Necnon & cerostatas ex argento mundissimo stantes juxta ipsum lectorium.* *Canthara cerostata*, apud eundem Anastasium in S. Silvestro, ubi perperam *Cerostrata*; ut & Infrà, *Canthara cyrostrata in gremio Basilicæ argentea, &c.* Canthara scilicet in quibus ardent cerei. Alia sunt *Cerostrata* apud Vitruvium, κηρόστρωτα, *ceris inducta*, de qua voce Salmasius ad Solinum p. 231.

Cereostata. Gregor. M. in Sacrament. *Pontifex lotis manibus procedit cum 7. cereostatis ad Missam.* Totidem habuisse Ecclesiam Romanam testatur diurnus Romanus cap. 7. tit. 8. quot scilicet erant regiones. Alibi: *Et illa duo cereostata quæ antea fuerant inluminata, semper ante ipsum procedunt.* Gislebertus lib. 1. Vitæ S. Romani Abbat. cap. 7. *Sicque inde levatum & cum Staurophona ac cereostata, cumque divinorum melodia hymnorum — deportatum est.* Leo Ost. lib. 1. Chr. Cas. c. 34. *Sumentes cruces aureas ad procedendum & thuribula, atque cerostata, textusque Evangeliorum.* Vide Ordinem Romanum, & Honorium Augustod. lib. 1. cap. 8.

Cerostatarium. Gloss. S. Benedicti, cap. de vasis argent. *Cerostatarium*, κηροφόρον.

Cereostatarii, Acolythi, qui *Cerostata*, seu candelabra in Ecclesiasticis Processionibus, aut ceremoniis deferunt; qui aliis *Ceroferarii*. Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 37. *Bajulos, Cereostatarios, Stauroferos, Aquiliferos, &c.*

CERESARIUS, Cerasus, *Cerisier*, in Capitulari de Villis c. 70.

CEREVISIA, *Cervisia*, *Cervisa*. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam lib. 1. Passion. *Cibiriaticon, Cervisia.* Vox Gallica vetus, quâ Galli nostri potum qui ex hordeo conficitur, nuncupabant, ut auctor est Plinius lib. 22. cap. 25. Nos etiamnum *Cervoise* dicimus. Jonas in Vita S. Columbani cap. 16. *Cùm refectionis appropinquaret hora, & minister refectorii vellet promere cervisiam, quæ ex frumenti vel hordei succis decoquitur, quaque præ cæteris in orbe terrarum gentibus, præter Scoticas & Dardanas, quæ Oceanum incolunt, utuntur, nempe Gallia, Britannia, Hibernia, Germania, cæteræque quæ ab eorum moribus non discrepant, vas quod Typrum nuncupant, in cellarium deportavit, &c.*

Antequàm autem potus ille fiat, redigitur priùs in maltam hordeum. Est verò malta, quam Dani, Belgæ, Theutonesque *Mout*, & *Moltz* dicunt, vix aliud quàm Aëtii Amydeni βύνη, quam exponit hordeum aquâ madefactum, ac maceratum; ex quo germen erumpit, quod deinde cum eodem germine, sive enatis filulis, torretur. Tostum, pleneque præparatum molendino frangitur, inque farinam aptatur. Ac mox aqueo humori inditum unà cum lupulo salictorio igne excoquitur, fitque liquor potui gratissimus, quem Belgæ & Franci vulgò *Biere*, Dani *Oël*, Angli *Ael* appellant. Hæc ex Pontano in Chorogr. Daniæ. Will. Brito lib. 2. Philipp. de Flandrensibus:

Raris sylva locis facit umbram, vinea nusquam:
Indigenis potus, Tethidi miscetur avena,
Ut vice sit vini multo confecta labore.

Censent plerique, atque in iis Hadrianus Junius in Batavia, & Goldastus in cap. 9. Eckehardi de Casib. S. Galli, & in Theodorum Eremitam de Vita S. Galli lib. 1. cap. 1. cerevisiam à Cerere dictam, quasi *Cerebibiam*, quòd Ceres, id est, frumentum coctum bibatur. Id hausisse videntur ab Isidoro lib. 20. Orig. cap. 3. *Cervisia, à Cerere, id est, fruge vocata: est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.* At sententiam hanc improbat Isaacus Pontanus, cùm Gallis, barbaris hominibus, ante Julium Cæsarem, ne nomen quidem Cereris per somnium usurpatum. Ego verò malim à *Ceria*, quod idem est ac *Celia*, *Cerevisiam* dictam. Nam etsi Hispanorum *Celia*, vel *Ceria*, non idem omnino potus fuerit cum *Cerevisia*; haud tamen absimilis fuit, cùm celia, uti jam suprà annotatum, è tritico, cerevisia ex hordeo madefactis conficiatur, ita ut extremæ in cerevisia syllabæ adjectæ voci fuerint ad discrimen ceriæ ipsius. Et sanè à veteribus, seu potiùs ævi medii Scriptoribus, Celiæ vocabulo donatam cervisiam, observatum in v. *Celia*, ubi & de vocis origine quædam attigimus.

Cerevisiam porrò Gallis, Anglis, & populis Septentrionalibus potum familiarem improbat Henricus Abrincensis, qui sub Henrico III. Rege Angl. floruit:

Nescio quid Stygiæ monstrum conforme paludi,
Cervisiam plerique vocant: nil spissius illa,
Dum bibitur: nil clarius est, dum mingitur; unde
Constat quòd multas feces in ventre relinquit.

Vrinam laxivam, Cerevisiam vocat quidam Versificator apud Henricum Rebdorff. an. 1347.

Cervisa. Charta Ottonis Imp. an. 994. apud Chapeavillum ad Anselm. Leod. c. 53. *Concessimus, ut in loco*

Fossis nuncupato ——— monetam, & materiam cervisæ constitueret. [l] Vide Jonam in S. Columbano cap. 16. Cogitosum in S. Brigida, &c.

Cervesa. Charta Aleman. inter Goldastinas 42. *Hoc est 30. seglas cervesæ.* Ch. 49. *Hoc est singulis annis de cervisa seglas 15.* Adde Ch. 59. 61. 67.

Cervisia debilis, in Statuto S. Cantuariensis Archiepiscopi apud Stanfordium in Placitis Coronæ lib. 2. c. 49. *Petite biere*, quæ *tenuis* dicitur apud Eigilem in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis c. 13. ad discrimen *Fortis potionis*, quæ

Cerevisia duplex, appellatur apud Michaëlem Scotum lib. 1. Mensæ Philosophicæ c. 9.

Cervisia ex vino confecta. Constantinus Africanus lib. 5. Commun. locor. Medic. c. 28. *Omnis cervisia de quolibet vino facta grossior est quàm vina dactylica, & ad digerendum est durissima, sed digerentes multùm nutricat.*

Cerevisia mellita. Vide *Mellita*, & to. 5. Mabillonii de Vitis SS. Ord. S. Benedicti p. 527.

CEREUS *Paschalis*, qui in Sabbato sancti Paschatis à Diacono benedicitur, & novo igne accenditur, cujus auctorem Zozimum PP. facit Liber Pontificalis, in Zozino PP. *Per parochias concessit licentiam benedicendi cereum paschalem.* Ita enim Amalarius lib. 1. de Eccl. offic. c. 18. Rupertus lib. 6. de Divin. offic. c. 28. 29. Durandus lib. 6. Ration. c. 80. Sigebert. an. 407. & alii. At Baronius an. 418. n. 70. observat illius usum longè antiquiorem, cùm Hymnum de eo conscripserit Prudentius, qui inter ejus opera legitur. Proinde existimat Zozimum statuisse, ut Cereus Paschalis, qui in majoribus Basilicis tantùm accendi soleret, æquè singulis parochiis concederetur. Alii verò contendunt Hymnum hunc qui *ad incensum lucernæ* inscribitur, non esse de Cereo Paschali, sed Hymnum vespertinum de lumine quod olim vespere quotidie in Ecclesia solenni quodam ritu accendebatur, à quo Lucernarius dictus. Certè ritum hunc Cerei Paschalis antiquissimum esse docet Ennodius, qui obiit an. 521. apud quem extant duæ Benedictiones Cerei Paschalis, Opusc. 9. & 10. & Epistola ad Præsidium Diaconum 29. to. 9. Operum S. Hieronymi. Habetur præterea Drepanii vetustissimi Scriptoris Carmen de Cereo Paschali. Vide Gregor. M. lib. 9. Epist. 29. Alcuinum lib. de Offic. divin. cap. *de Sabbato sancto Paschæ*, Honorium lib. 3. c. 101. 102. Aimoinum de Miraculis S. Bened. 31. Chron. Casin. lib. 3. cap. 31. Concilium Bituricense an. 1031. c. 13. Missale Gotthicum pag. 325. Gallicanum pag. 467. Usus antiquos Ordinis Cisterciensis c. 23. Gavantum, Menardum ad libr. Sacramentor. Gregorii M. Sirmondum ad Ennod. Henric. Valesium lib. 4. de vita Constantini cap. 22. &c.

Cera Paschalis ad faciendum cereum de Pascha, in Monastico Anglic. to. 2. p. 40. Tabularium Celsiniacense, de Girardo Constante: *Medietatem de unaquaque carta, unam medallam Claromontensem debent de Cera Paschali.* Occurrit rursum alio loco.

Cereo Paschali affigi solet titulus, seu *Tabella*, quam *Paschalem* vocant, in qua *Præcentor inscribit quotus annus sit dominicæ Incarnationis, quota Indictio, Concurrens & Epacta*, ut est apud Udalricum in Consuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 14. Præterea *circulus Lunæ, terminus Paschæ, litera Dominicalis, dies Dominicus Paschæ, Luna ipsius diei, & aureus numerus, Pontificante N. Papa, & quot anni sunt Pontificatus ejus, regnante illustrissimo Rege Francorum, & quot anni sunt regni ejus, & à nativitate ejusdem*, ut est in veteribus Consuetud. Floriacensis Cœnobii cap. 1. Ejusmodi tabellarum Paschalium, quas *Indiculos* vocat, meminit Beda de Temporum ratione cap. 47. Induntur præterea anni Pontificatus Episcopi diœcesani, & aliquot alii annorum characterismi, qui Ecclesiarum proprias festivitates, solennitates, dedicationes, & ejusmodi spectant, uti ex tabula sequenti patebit, quam ex Regesto Cameræ Comput. Paris. sign. *Qui es in cælis*, fol. 208. eruimus.

Titulus cerei Paschalis Capellæ Regis Paris. scriptus in Pascha anno Dom. MCCCXXVII.

Annus ab origine mundi 6526.
Annus ab Incarnat. Domini 1327.
Annus à Passione Domini 1294.
Annus Indictionis 10.
Annus Bissext. 3.
Annus susceptionis sanctæ Coronæ spineæ 88.
Annus susceptionis sanctæ Crucis, Sanguinis Domini, Catena cum magna parte sepulcri & vestimentorum infantiæ, & quadam tabula quam tetigit facies Christi, & quodam frustoligni sanctæ Crucis, & sanguine qui fluxit de imagine Christi percussa, & cum lacte B. Mariæ Virginis, & superioris parte capitis B. Ioannis Baptistæ, cum capitibus S. Clementis, S. Blasii, & S. Simeonis, 87.
Annus susceptionis sacrosancti ferri & lanceæ cum veste purpurea & arundine & spongia Domini, & cum linteo quo fuit procinctus in Cœna, & cum Peplo B. Virginis & Virga Moysi, 79.
Annus dedicationis Capellæ 87.
Annus transitus S. Ludovici 57.
Annus canonizationis ejusdem 29.
Annus translationis capitis ejusdem 20.
Annus ætatis Caroli Regis præsentis 32.
Aunus regni ejusdem 6.
Annus Episcopatus Hugonis Paris. Episcopi 2.

Vide Joannem Hocsemium in Gestis Pontificum Leodiensium cap. 1. sub finem.

CERIA. Capitulare Pipini Regis Italiæ an. 793. c. 32. *De pravis illis hominibus qui brumaticos colunt, & de hominibus suis subtus maida cerias incedunt, & votos vovent, &c.* Ubi *Cerias* pro *Cereos* ponitur. *Candelas* dixit Concilium Nannetense c. 20. Vide *Votum.*

CERIFORUS. Vide *Ceraptum.* & *Ceroferale.*

CERIOLA. Vide *Cercella.*

CERILARIUM. Gloss. Græco-Lat. Κηρολάριον, *Cerilarium.* Meursius interpretatur officinam cerarii τοῦ κηροπόλου. Sed legendum puto κηρουλαρειον, *Cerularium.* Vide *Cerularius.*

CERILLUS. Wolfardus lib. 3. de Mirac. S. Walburgis n. 10. *Cerillum, qui lingua Teutonica Rista nominatur.* Germanica versio habet *Reisten flachs.*

CERNEDA, *militia urbana.* Ex Ital. *Cerna, Cernere. Cernite.* Statuta Mediolan. parr. 2. c. 219. *Cernedæ fiant in ea parte, in qua quis habitabit, tempore ipsius Cernedæ tantum.* Adde cap. 392.

CERNIDA, *à cerno, is, lignum supra quod ducitur taratantara: quia discernit pollinem à furfure.* Ugutio. Papias: *Cernida, cribellus pollinis*, vel *Cribellum ad pollinem.* Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. in *Cerna.*

CEROFARIUM. Vide *Ceroferarium.*

CERNUARE, *Cernulare.* Gloss. Isid. *Cernuare, præcipitare. Cernulus, in capite ruens.* Gloss. Lat. Græc. *Cernulat*, κυβιστᾷ. *Cernulus*, πεζαυγιστής. *Cernuit*, (f. *Cernuat*) πεπεζαυγιάσθαι. Flodoardus lib. 4. Hist. Rem. cap. ultim. *Ubi primis atrio pedibus equus institit, subitò cernuatus cecidit.* Vide Salmas. ad Solin. p. 894.

CEROCENSUS, Census ex *Cera*: *Cerocensales* qui *Censum ceræ* Ecclesiis ex debito præstant: *Cerarii*, de quibus suprà. Synodus Coloniensis an. 1300. c. 21. *Item præcipimus ut universi Ecclesiarum Rectores omnes cerocensuales Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, quocunque nomine censeantur, qui cerocensum debitum subtrahunt & non solvunt, & qui dictum cerocensum ha-*

ctenus non solverunt, quòd de subtractis satisfaciant intra mensem, & deinceps debitis temporibus statutis persolvant dictum cerocensum, ut tenentur.

CEROFERALE, *Ceroferarium, Ceroferarius.*

Ceroferale, Candelabrum quod cereum fert. Fortunatus lib. de Vita S. Medardi cap. 18. *Episcopus ad excipiendum illum cum thymiateriis, cum crucibus processit, & ceroferalibus, stipatus hinc inde agmine Cleri.* Gregorius Turon. de Gloria Confess. c. 79. *Accensisque super cruces cereis, atque ceroferalibus, dant voces in Canticis, circumeunt urbem cum vicis.* Historia Translat. S. Sebastiani n. 43. *His thymiateria ac thurifera, aliis ceroferalia deportantibus.*

Ceroferarium, eadem notione. Sacramentar. Greg. M. *Ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo.* Leo Ost. lib. 2. Chron. Casin. cap. 25. *Fecit & ceroferaria 2. librarum quindecim.* Lib. 1. cap. 56. *Ceroferaria argentea duo.* Hugo Flavin. in Chron. an. 1099. *Sic instituit processionis officium, crucibus, vexillis, thymiateriis, ceroferariis, & omni gloriæ apparatu —— festivus.* Adde Concil. Carthag. IV. c. 6. & Stephan. Eduensem Episc. lib. de Sacram. altar. c. 4.

Cerofarium, apud Evodium Uzalensem Episcop. lib. 2. de Miracul. S. Steph. cap. 11. *Visa est videre —— duo cerofaria luminosa pariter igne flammantia.* Sed legendum *Ceroferaria*, aut certè *Cerofora*, vel *Cerofera.* Vide infrà :

Ceroferarii, Qui cereos deferunt in Ecclesiasticis ceremoniis, aut qui luminaria Ecclesiæ accendunt. Glossæ MSS. *Ceroferarius, cereum ferens.* Ritus antiquus celebrandæ Missæ : *Sicque præcedentibus Ceroferario, thuribulique latore, cum processione ad pulpitum pergat.* Κηροφόροι, apud Pantaleonem de Mirac. S. Michaëlis. Glossæ Græc. Lat. κηρειάπτης, *Ceriforus.* Joan. de Janua : *Ceroferarius, qui cereum portat, ut Acolytus.* Cùm enim id potissimùm muneris incumberet Acolythis, inde postmodum à Latinis *Ceroferarii* nuncupati sunt. Isidorus lib. 7. Orig. cap. 12. *Acolythi Græcè, Latinè Ceroferarii dicuntur à deportandis cereis, quando Evangelium legendum est, aut sacrificium offerendum : tunc enim accenduntur luminaria ab eis & deportantur, non ad fugandas tenebras, cùm sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum.* Gerardus Episcopus Cameracensis in Synodo Atrebatensi ann. 1125. *Hos sequuntur Acolythi, id est, Ceroferarii, qui ignem verbi cælestis, quo illuminentur fratres ad agnoscendum, & inflammentur ad diligendum Deum, prædicando ministrant.* Innocent. III. lib. 1. de Myster. Missæ cap. 3. *Acoluthi verò, qui Latinè Ceroferarii nuncupantur.* Et mox : *Acoluthi cereos ferunt accensos, dum legitur Evangelium, non ut tenebras aëris illuminent, sed ut proximis opera lucis ostendant.* Adde Alcuinum lib. de Offic. divin. Rabanum lib. 1. de Institut. Cleric. cap. 9. Rupertum lib. 1. de Divin. offic. Ivon. Carnot. Serm. 2. de Reb. Eccl. &c.

Hinc *cùm ordinatur Acolythus, primùm ab Episcopo docetur* (verba sunt Gregorii Magni in libro Sacramentor.) *qualiter in officio suo agere debeat, deinde ab Archidiacono accipit ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Ita sibi dicente : Accipite hoc gestatorium luminis, ut per illud valeatis adversariorum tenebras effugare, &c.* Ex quibus percipimus, Ceroferariorum munus etiam fuisse cereos accendere in Ecclesia, cujusmodi etiam fuit *Cerifororum* in Ecclesia Græca. Glossar. Græco-Lat. Κηρειάπτης, *Ceriforus.* Sunt autem *Cerifori*, iidem qui *Ceroferarii*, qui κηροφόροι & λαμπαδηφόροι dicuntur Græcis. Extat in Euchologio Græcorum εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ δεσποτάτου καὶ κηροφόρου, ubi in ipsa oratione λαμπαδηφόρος nuncupatur. Istius igitur, si non ordinis, saltem officii fuit Marcianus ille, cujus meminit Pantaleon de Miraculis S. Michaëlis Archangeli : Ἦν τὶς ἀνὴρ ὀνόματι Μαρκιανὸς, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων γενόμενος κηροφόρος τοῦ πανσέπτου ναοῦ αὐτοῦ. *Pueri ceroferarii*, apud Ingulphum p. 866.

CEROGERULUM, Ceroferarium. Hugo Rotomag. Archiepisc. lib. 2. contra Hæreticos cap. 5. de Acolythis : *Præferant ipsi luminaria accensa cerogerulis imposita.*

CEROSTATARIUM. Vide *Cereostatarium.*

CEROTA, Papiæ, *Firma reparata.*

CEROTARIUM, idem quod Ceratum vel *Cerotum*, Græc. κηρωτὸν, malagma quod vulneribus superponitur ex rebus liquidis, cera unitis constans. Matth. Silvaticus : *Cerotum, dicitur a cera, quia omne cerotum recipit ceram, & est quoddam medium inter unguentum & emplastrum.* Cælius Aurelianus Sicc. lib. 1. Chron. cap. 1. *Declinante passione, cerotariis atque malagmatis simplicibus utendum.* Occurrit passim apud hunc Scriptorem.

CERRITUM, *Cerretum*, Silva ex fagis, quas *Hestres* dicimus, constans, Italis *Cerreto*, ex *Cerro*, fagus. Vetus Charta apud Ughellum in Fesulanis Episcopis tom. 3. pag. 300. *Omnem terram quæ est ad unum tenentem cum cerrito arborosa, quamque & sine arboribus, quæ istis terminis concluditur, &c.* Alia Grimoardi Episcopi Pisani pag. 404. *Cum prædictis petiis de terris, —— cum scopeto, & cerreto, seu silva & monte, &c.*

CERRUS. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 203. *Et de civada 4. den. & ad Calendas 4. denarios, & 4. cerros de canbe*, id est, fasciculos cannabis.

CERTAMEN. Cura, accuratio, animi contentio. Inscriptio Codicis Carolini, seu Epistolarum summorum Pontificum ad Pipinum & Carolum Magnum, ex Codice MS. Cæsareo apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibliotheca Cæsarea cap. 5. *Eo quòd nimia vetustate & per incuriam jam ex parte dirutas atque deletas* (Epistolas) *conspexerat, denuo memorabilibus membranis summo cum certamine renovare ac rescribere decrevit.* Capitulare 6. an. 819. cap. 11. *Volumus quidem ut ea quæ superiùs retulimus, ut unusquisque exinde bonum certamen habeant, &c.* id est, curam.

CERTAMINARE, *Certare, contendere, altercari*, φιλονεικεῖν, δυσφιλονεικεῖν, in Gloss. Græc. Lat.

CERTESCERE, *Certum scire*, in Gloss. Arabico-Lat.

CERTIFICATIO, *Certificatorium*, Citatio, vocatio in jus, in Concilio Lambethensi an. 1281. cap. 12. Vide Concil. Londinense an. 1268. can. 26.

CERTIORARE, Φανεροποιῆσαι, in Gloss. Græc. Lat. Certificare, certum facere, apud Ugutionem, Joannem de Janua, & Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo Magno cap. 24. & Jurisconsultos aliquot.

CERTITAS, *Firmitas*, βεβαιότης, in Gl. Gr. Lat.

CERTITUDINALITER. Vita Gregorii X. PP. *Nam tot audierat & certitudinaliter visu perceperat de eodem, &c.*

CERTUS, Quidam, nostris, *Un certain homme*, Gl. Græc. Lat. ῥητὸς, Certus. ῥητὴ, Certa. Leges Rotharis Regis Longobard. tit. 93. §. 1. *Si quis caballum emerit, & auctorem ignoraverit, & venerit certus homo, qui ipsum caballum suum esse dicat, &c.* Adde tit. 101. §. 3. & Leges Luithprandi Regis tit. 90. §. 1.

CERVELLA, Cerebrum, Cerebellum, ἐγκέφαλος, Gallis, *Cervelle.* Lex Aleman. tit 59. c. 6. *Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareat.* Et §. 7. *Si autem ex ipsa plaga cervella exierint.* Occurrit præterea in Lege Bajwvar. tit. 3. cap. 1. §. 6. tit. 4. §. 5. tit. 5. §. 5.

CERVELLERIUM, Cassidis species, quæ superiorem capitis partem operit, Italis, *Cervelliera, Capelletto di ferro per difesa del capo* : de cujus inventore, sic Chronicon Nonantulanum MS. sub Friderico II. Imperat.

perat. *Per hæc tempora Michaël Scotus Astrologus Federici Imperatoris familiaris agnoscitur, qui invenit usum armaturæ capitis, quæ dicitur Cervellerium. Hic cùm vidisset se moriturum ictu lapilli biuncis caput læsum, ex lamina ferrea sibi fieri fecit capitis infulam, quam gestabat. Cùm autem esset in Ecclesia, & Eucharistia levaretur in altari, amovit à capite infulam ferream ob reverentiam Christi; tum lapillus biunx in verticem ejus decidit, quo cutem læsit parumper. Ille dubitans lapillum fecit pensari, quæ invento biunci, certus mortis, rebus suis disposuit moriturus.* Hic est Michaël Scotus, cujus liber de Physionomia editus olim, & Friderio II. Imp. dicatus est: tametsi de loco & tempore editionis nulla habeatur nota, in libro edito, quem legi: Certè laudatur editus Venetiæ an. 1503. à Simlero. Extat etiam ejusdem liber alius inscriptus *Mensa Philosophica* editus Parisiis an. 1500. primùm, deinde Francofurti ann. 1602. Scripsit præterea tractatus varios, *de Notitia conjunctionis mundi terrestris cum cœlesti, de dispositione utriusque mundi & de præsagiis stellarum elementaribus*; qui asservantur in Bibliotheca San-Germanensi Paris. Vide Statuta Veronensia lib. 2. cap. 31. Michaëlis denique meminit Hector Boethius lib. 13. extremo Hist. Scotor. Hujusmodi verò capitis armaturam *Cervelliere*, vocant Poëtæ nostri. Guill. *Guiart* an. 1264.

Le chaple commence auz espées,
Dont la a de maintes manieres,
Sus hyaumes, sus cervelieres
Prennent plommées à descendre,
Et hachetes par tout pour fendre.

Rursum an. 1297.

Aucuns d'entre eus testes desnuent
De hyaumes & de cervelieres,
Et plantent alenas és chieres.

Rursum an. 1298.

Mes hauberjons, & cervelieres,
Gantelets, tacles, & gorgieres.

CERUGIA, vox Italica, pro *Chirurgia*, in Concilio Budensi an. 1279. can. 9. *Nec illam partem cerugiæ exerceat, quæ ad ustionem vel industionem inducit.* Vulgus etiamnum *Cerugien*, dicit, pro *Chirurgo*.

CERUGIA, *Ceruva*. Ugutio: *Sorbus quædam arbor, quia ejus fructus habilis est ad sorbendum, unde hoc sorbum, fructus illius arboris, & dicitur Ceruva, vel Cerugia, potus qui ex tali fructu fit, vel etiam offa.*

CERVICA, Joanni de Janua, *Alapa, vel potiùs colaphus, & dicitur à cervix.* Gloss. Lat. Gall. *Cervica, Brise. ou Colée.*

Cervicata, idem quod *Cervica*. Acta S. Saturnini Martyr. num. 19. *Cervicatis contusus.* Joannes Monachus lib. 3. Vitæ S. Odonis Abb. Cluniac. *Pugnos tamen & cervicatos pro mercede suæ improbitatis, in opprobrium antequam moreretur, sumsit.* Leg. *cervicatas*.

Cervicatus, Superbus, furiosus, contumax, Joanni de Janua. Utitur S. Augustin. in Psalm. 6.

CERVICORIUM, Crumena ex cervi corio. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 596. *Et ob hoc à Monachis quondam susceperunt 10. solidos & unum cervicorium.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 13. *Hoc regis munus Ducis ad cameram tulit, unum & corium cervi, quod nummis ipse replevit.* Occurrit etiam ibi semel. *Le Roman de Garin MS.*

En cuir de cerf fet le Baron gesir,
Font une biere, le Baron i ont mis.

CERVINARIA, seu *Celvinaria*, vel *Cellavinaria*. Petrus Diaconus Chron. Casin. lib. 3. cap. 36. (al. 38.) *Cervinariam adiit, vinum mensus est, &c.* Chron. Casauriense lib. 4. *Perfecto itaque palatio pro adventantium susceptione, cum cellario & cervinaria, continuò campanarium ædificare cœpit.*

CERVISIA. Vide *Cerevisia.*

CERULARIUS. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. pag. 173. *Cerularius quidam erat in foro ex laboribus suis locuples.* Ubi Theophanes & Cedrenus: *Καί τινα κηρουλάριον ὄντα ἐν τῷ Φόρῳ ἀνεὺ δεῖ τυγχάνοντα ἐκ πόνων ἰδίων μεταχαλεσάμενος*, &c. Quibus locis Meursius & Fabrotus *κηροπώλην*, *Ceræ venditorem Cerularium* dici putant, quem Glossæ Græc. Lat. *Cerarium* vocant.

Cerularium, Locus ubi venduntur, vel asservantur ceræ, seu cerei. Gloss. Græc. Lat. *κηρουλάριον*, *Cerilarium*, Leo Grammaticus in Leone Philosopho pag. 486. *κηρουλάριον*, dictam ædiculam fuisse testatur in æde Sophiana, in qua asservabantur cerei majoris Ecclesiæ: *Γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς εἰς τὰ κηρουλάρια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐν τῶν τῶν χαρτοθεσίων πάντων, καὶ τῆς σακέλλης.* Nam sic ea verba capienda existimem, ut Cerularium diversa ædes fuerit, à Chartotheciis, & Sacella.

CERULEUM. Eldefonsus de Pane Eucharistico pag. 165. *Tres nummi moderni tantum pondus habent, quantum 153. maxima cerulei grana, quod Triticum dicitur.*

CERUSSA *scribere, vel encausto*, in leg. 1. Cod. Th. de Veteranis: unde *cerussatæ tabulæ*, in l. 1. eod. Cod. de Aliment. Scribendi ratio, cujus usus potissimùm in Edictis scribendis & proponendis, ut hîc indicatur. Illinebantur nempe tabulæ cerussa, seu albo colore, in quibus postmodum scribebatur. Meminit, ni fallor, cerussæ hac ratione Fortunatus in Poëm. cujus locus non succurrit.

CERVULA, *Cervulus*, Ludi profani, apud Ethnicos & Paganos: solebant quippe ii Kalendis Januarii belluarum, pecudum, & vetularum assumptis formis huc & illuc discursare, & petulantiùs se se gerere: quod à Christianis non modò proscriptum, sed & ab iis postmodum inductum constat, ut ea die *ad calcandam Gentilium consuetudinem* privatæ fierent Litaniæ, & jejunaretur, ut observare est ex Concilio Toletano IV. can. 10. S. Isidoro lib. 1. de Offic. Eccles. cap. 40. Concil. Turon. II. can. 17. S. Augustinus Serm. de Tempore 215. *Si adhuc agnoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnula, vel cervula exercere, ita durissimè castigate, ut eos pœniteat rem sacrilegam commisisse.* Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. *Nullus in Kl. Januarii nefanda & ridiculosa, vetulas, aut cervulos, aut jotticos faciat.* Concil. Autisiod. can. 1. *Non licet Kalendis Januarii vetula aut cervolo facere, vel strenas diabolicas observare, &c.* Halitgarius in Pœnitent. cap. 6. *Si quis in Kalendis Januarii, quod multi faciunt, & in cervulo ducit, aut in vetula vadit, 3. annos pœniteat.* Ita apud Cumeanum in lib. de mensura pœnitentiarum cap. 7. Burchard. lib. 19. cap. 5. *Fecisti aliquid tale, quod pagani fecerunt, & adhuc faciunt in Kalendis Januarii in cervolo & vetula: si fecisti, 30. dies in pane & aqua pœniteas.* Eadem verba perperam scripta habentur ex Reginone apud Morinum post libros de pœnitentia p. 41. Meminit præterea *cervuli* S. Pacianus in Paræ nesi ad pœnitentiam. Denique S. Ambrosius in Psal. 41. *Sed jam satis in exordio tractatus, sicut in principio anni, more vulgi cervus allusit.* Faustinus Episcopus Sermone in Kal. Jan. *Quis enim sapiens credere poterit inveniri aliquos sanæ mentis, qui cervulum facientes, in ferarum se velint habitus commutari? Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum, gaudentes & exultantes, si taliter se in ferinas species transformaverint, ut homines non esse videantur.* Maximus Taurinensis in Serm. in Kal. Januar. *Nunquid non universa ibi falsa sunt, & insana, cùm se adeo formati homines aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta transformant.* Bonifacius Episcop. Moguntin. Epist. ad

Zachariam PP. cap. 6. *Affirmant se vidisse annis singulis in Romana urbe, & juxta Ecclesiam S. Petri, in die vel nocte, quando Calendæ Januarii intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium, & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illas die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo sua, vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid comodi vicino suo præstare velle.* Pirminius in Excerptis de sacris Scripturis: *Cervulos & vehiculas* (leg. *vetulas*, aut *veticulas*,) *in quadragesima vel aliud tempus nolite ambulare. Viri vestes femineas, feminæ vestes viriles in ipsis Kalendis, vel in alia lusa quamplurima nolite vestire.* Adde Epist. Zachariæ ad Bonifac. c. 6. Aldhelmum Abbat. Malmesburiensem initio Epistolæ ad Eahfridum, Epistolas Petri Damiani pag. 384. Edit. 1610. Durand. lib. 6. Ration. cap. 15. &c. Vide *Festum Hypodiaconorum*.

CERVUS. *Cervus domesticus*, in Lege Salica tit. 35. §. 2. & in Leg. Longobard. lib. 1. tit. 19. §. 13. Justinianus Institut. lib. 2. tit. 1. de Rer. divis. *Cervos quoque quidam in mansuetos habent, ut in silvam ire & redire soleant.* Ejusmodi est ille qui à Virgilio describitur lib. 7. Aneid.

Cervus erat forma præstanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant, &c.

Cervus signum habens, eod. tit. Legis Salicæ, id est, nolam, tintinnabulum, ut rectè interpretantur viri docti. Vide *Signum*.

Cervus domitus, id est, domesticus, in Leg. Ripuar. tit. 42. §. 2. cui opponitur *Cerva indomita*, §. 7.

Cervus ad venationem faciendam mansuefactus, ibidem: qui præmittitur in silvam, ut cæteros attrahat, & dum iis se adjungit, in casses & venatores conjiciat.

Cervus extelarius. Vide *Extelarius.*

Cervus qui prugit. Vide *Prugire, Rugire.*

Cervus qui treudis non habet. Vide *Treudis.*

Cervus ramagius, Gall. *Cerf ramage*, apud Christinam Pisanam 1. part. *du Tresor de la cité des Dames*, c. 18.

Cervi, Fuccæ, Sustentacula, Papiæ: ex Græc. fortè χιροῦχοι.

CESA, *Incesa.* Vetus Chronicon laudatum à Lindenbrogio: *Ex nimia festinatione Saxonum cæsas seu firmitates subitò introiit.* Item: *Multos Britones conquisierunt unà cum castellis, & firmitates eorum locis palustribus, & incesis.* Quod alius auctor sic reddidit: *Et ibi multa castella acquisierunt, & loca firma & munita, palustria & incæsa.* Ubi *cæsas & incæsas* dici opinatur, quæ Latini *Concedes* vocant. Vide *Concesa.*

CESA. Jus Viventinum lib. 1. *Si quis fuerit inventus incipendo vel accipiendo alienas cesas, vel folia de alienis surgis, &c.* Gallis *Taillis.* Vide *Concidis.*

CESPES, Prædium rusticum. S. Cyprianus Epist. ad Donatum: *Exilis ingenii angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcundi cespitis culmis ingravescit.* S. Ambro lib. 3. Epist. 30. *Transcriptis in aliorum jura suis prædiis, virum sequitur & exiguo illic conjugis contenta cespite, solatur se religionis & simplicitatis divitiis.* Acta S. Sebastiani cap. 18. *In Campano littore, in quo erat lati cespitis dominus.* Senator. lib. 2. Var. Epist. 16. *Gratia dominorum de cespitis divisione conjuncta est.* Lib. 5. Epist. 14. *Antiqui barbari, qui Romanis mulieribus elegerint nuptiali fœdere sociari, quolibet titulo prædia quæsiverint, fiscum possessi cespitis persolvere —— cogantur.* Adde lib. 7. Epist. 45. Lex Longobard. lib. 2. tit. 18. §. 3. *Cum ipsis hominibus per suam astutiam agebant, & eos à suis cespitibus removentes, in suum servitium replicabant, qui postmodum libertatem simul & res amittebant.* Mox: *Sint liberi de suis personis, sicut dominus eorum instituerit —— nec a suis cespitibus removeantur.* Tit. 33. *Si de illo labore comparaverit, quod postea laboraverit, aut fecit, postquam in ipsa casa ad censum reddendum introierit, in ipso cespite dimittat, ubi laboravit.* Odilo Abb. Cluniac. in Vita S. Majoli Abbatis: *Abbas Berno nomine, in partibus Burgundiæ, cespite Matiscensi, pago qui vocatur Cluniacus, Monasterium cœpit construere.* Vita S. Popponis Abb. c. 11. n. 44. *A præfato Henrico sui juris in Amblavia cespitem, qui in 12. ferè mansos extendebatur —— obtinuit.* Odo Abbas de Mirac. S. Mauri cap. 2. *Brennovvem amplissimum possessionis suæ cespitem petivit.* Vide leg. 10. C. Th. de Præd. navicul. Gregor. M. lib. 7. Epist. 6. &c.

CESPITARII, Qui *cespites* eruunt. Lambertus Ardensis: *Oneratores etiam & buttarii cum hoccis, & Cespitarii cum cespitibus oblongis, & mantellatis —— operantur.*

CESPITATICUM, *Cispitaticum*, quibusdam est tributum pro via cespitibus munienda: aliis videtur esse pro castris muniendis. Nam ex cespitibus castra circumdantur, & aggeres castrenses fiunt, ut docet Vegetius lib. 3. Quod & firmat Plinius lib. 35. *Cespitum natura castrorum vallis accommodata.* Alii denique tributum, quod ex *cespitibus*, seu prædiis locatis & conductis pensitatur, & *Cespitis indictitium onus* videtur appellari, apud Senatorem lib. 5. Epist. 14. Capitulare 5. Caroli M. an. 86. c. 1. *De teloneis & cispitaticis, sicut in alio Capitulari ordinavimus, teneant, id est, ut ibi antiqua consuetudo fuit, exigantur, &c.* Diploma Caroli Calvi apud Sanjulianum in Hist. Tornutii: *Neque præsumat de eorum servis exigere —— sive de suis teloneum, aut ullam redhibitionem, seu exactionem, neque in mari aut Rhodano, seu Sagona, aut Dou, vel Ligeri fluminibus navigantibus? aut littoribus commorantibus requirere audeat, præsumat, aut navaticum, aut cespitaticum, aut salutaticum, aut pontaticum, aut in terra rotaticum.* In alio Di[illegible] ejusdem Caroli apud Beslium in Episc. Pictav. *Ullum teloneum, aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut salutaticum, aut cespitaticum, aut cœnaticum, &c.* Occurrit passim in veteribus Chartis apud Willelm. Hedam pag. 49. Aimoin. lib. 5. Hist. Franc. cap. 1. Doublet. in Hist. Sandion. pag. 838. &c.

CESSIM. Fridegodus in S. Wilfrido c. 49.

Hinc Divi petiit, supra quem musa revolvit,
Lætus Edilredi patulas fidentiùs aulas,
Cui retulit cessim, lætantur & ambo vicissim.

CESSIOSUS, *Qui sæpe cedit*, in Glossis Isid, *vel cessat*, ut addit Ugutio.

CESSODIUM, Cessatio ab odio. Henricus Rosla in Herlingsberga:

—— Stant illis fœdera pacis:
Litigiis resilire placet, pactum stabilire
Indice, voce, manu: jam cessodium profitentur.

CESSURA, apud Sammarthanos in Episcopis Magalonensib. sub an. 1345. ex veteribus Schedis: *Hoc eodem anno ratam habuit Episcopus transactionem de consensu Canonicorum, quâ vestiario in annuos proventus largiuntur cessuras, ait tabula Capitularis, B. Gervasii de Juviniaco, &c.* Sed legendum *cæsuras.* Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1063. in Diplomatib. Belgicis pag. 62. *Pasturam etiam totius clivi, id est, devexi montis, —— & cæsuram, ubi fruteta occurrunt ruricolis ad ædificandas sepes.*

CESSUS, *Cessatio à Divinis.* Acta Capitularia Ecclesiæ Lugdun. an. 1347. fol. 133. Cod. Reg. *Requirantur ut dictam injuriam emendent, quod nisi fecerint, contra ipsos cessus apponatur, organa suspendantur, & alia fiant, quæ circa talia de jure fuerint facienda.* Infrà: *Lectæ fuerunt —— requestæ, quæ fieri debent propter Cessus appositionem contra illos, qui violaverunt claustrum.*

CETA-

CETARIUS, Cetaria. Gloss. Græc. Lat. Β.Ϛαρεύτης. *Cetarius.* Donatus ad Terent. in Eunuch. *Cetarii qui cete, id est, magnos pisces venditant, & bolonas exercent.* Papias: *Bolona, redemptor cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta condiuntur, quas tabernas vulgo Cetarias vocant.* Alibi: *Bullones,* (leg. bolonæ) *Ceterarii,*(l. Cetarii) *qui diversa genera piscium vendunt.* Idem: *Cetarii, piscatores dicuntur abusive, vel qui salsamenta piscium & liquamen vendunt, tractum à pisce. Cetaria, vivaria in quibus cete alii pisces sunt, vel officina, in qua liquamen ex piscibus conficitur.* Miracula S. Bavonis lib. 3. *Cetarii ad balenas capiendas mare sunt ingressi.*

CETINUM. Tabularium Casauriense an. 14. Ludovici Imp. F. Lotharii. *Cum silvis, pascuis, stalariis, cetinis, calortis, rivis, rupinis, &c.*

CHABANARIA. Vide *Cabanaria.*

CHACEA, Via per quam aguntur animalia ad pascua. Hinc *Chaceare*, pro eo quod Galli etiamnum dicimus, *Chasser les bestes aux champs.* Will. Thorn ann. 1285. *Totum pratum, in quo continetur quædam VValla, vocata, VValla seu Chasea Cellerarii Ecclesiæ Christi Cantuariensis, quæ continet 20. perticatas in longitudine, & 20. pedes in latitudine.* Et mox: *Quod VVallia, seu chacea prædicta remaneret dictis Abbati & Priori Communis ad cariandum & chaceandum, &c.* Adde p. 1947. Bracton. lib. 4. tract. 1. c. 44. *Vt si quis omnino viam obstruat, vel chaceam, per quam ingredi solet pasturam.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 292. *Habendum & tenendum dictam pasturam——cum competenti via ad minus latitudinis 30. pedum ad chaciam quorumcunque animalium suorum, fugando eas per terras meas sine dispendio pratorum meorum.*

Cacia. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 70. *Partem terræ——quæ jacet inter caciam quæ tendit ad Hautam, &c.* Ibid. ——*Cum sectis, viis, caciis, semitis, &c.*

Rechacea. Monasticum Anglican. tom. 2. p. 646. *Toftum suum quinque acrarum cum duabus bovatis terræ, & pasturam septingentarum ovium, in Clentham & Cavenby, cum chacea & rechacea de una ad aliam, quandocunque eis placuit, &c.* Vide *Caciare.*

Rechaciatus, Repulsus Gall. *Rechassé.* Henric. Knyghton. an. 1293. *Rechaciati sunt à multitudine magna, velut oves in ovile.*

CHACIPOLLUS. Vide *Cacepollus.*

CHADABULA. Vide *Cabulus.*

CHAFFARDUM. Vide *Caphardum.*

CHALANNUS, *Chalendra.* Vide *Chelandium.*

CHALBA, Χαλβάνη, in Gloss. Gr. Lat. *Galbanum*, succus ferulæ arboris.

CHALDÆI, Saraceni. Ita Saracenos Hispanicos non semel vocat Sebastianus Salmanticensis Episcopus in Historia à Sandovallio edita. Regestum censuum Ecclesiæ Romanæ ex Bibl. Regia: *Et quædam littera bulla aurea bullata Leonis Regis omnium Armeniorum directa D. Joanni PP. continens quod ipse submisit se cum subditis suis obedientiæ Romanæ Ecclesiæ, & petit subsidium Apostolicum, quia graviter invaditur à Caldeis infidelibus.*

Chaldæi, Ωροσκόποι, Astrologi. Passio SS. Chrysanthi & Dariæ: *Nam omnes Magos & Gerosantas, & Caldæos, & hariolos ego domui.* Hieronym. in Daniel c. 2. *In Chaldæis* γενεθλιαλόγους *significari puto, quos vulgus Mathematicos vocat. Consuetudo autem & sermo communis Magos pro maleficis accipit, qui aliter habentur apud gentem suam, eò quod sint Philosophi Chaldæorum, & ad artis hujus scientiam Reges quoque & Principes ejusdem gentis omnia faciunt.* Vide Julium Cæsar. Bulingerum lib. 1. de Magia c. 3.

CHALIFA, *Calipha.* Ita appellabant Saraceni supremos gentis suæ Principes, vocabulo Arabico, quod *successorem*, vel *heredem* significat, inquit Willelmus Tyrius lib. 19. cap. 19. & ex eo Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 7. eo quod summi eorum Prophetæ vicem & successionem jure tenerent hæreditario. At Nicolaus Fullerus lib. 4. Miscell. sacror. c. 16. & Vaterius in Præfat. ad El-Macinum censent, hoc vocabulo, *Vicarios*, seu *Locumtenentes* se se appellitasse, Dei nempe. Unde eo nomine in tanto honore & reverentia à suis habebantur, ut quasi pro numine colerentur, *nec nisi mandato & auctoritate illius quantumcunque potens, aut nobilis, appellaretur Soldanus, & omnes ejus subditi, tam Reges, quam alii, pedes ejus ad terram prostrati reverenter oscularentur.* Verba sunt Jacobi de Vitriaco. Sed postmodum adeo invaluit Sultanorum potentia, in rebus politicis & militaribus, ut ferè cum inani & specioso dignitatis nomine sola religionis, seu potiùs superstitionis Mahumetanæ potestas penes Chaliphas remaneret: unde à Baldrico Dolensi lib. 3. Tudebodo lib. 4. Roderico Archiep. Toletano lib. 7. cap. 10. Vincentio Belvac. lib. 32. cap. 54. Conrado Usperg. & aliis, *Papæ & Apostolici suæ gentis*, vulgò appellantur. Primus autem Chaliphæ nomen & dignitatem usurpavit Abubacarus, Mahometi successor, ut auctor est Georgius El-Macinus. Titulos Chaliphæ Bagdatensis habes in Chronico Flandr. c. 82. Sed & Chaliphas videntur appellasse suos Sacerdotes, non modò supremos, sed etiam quosvis, Saraceni Principes. Vide Petrum Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 51.

CHALONDUS. Vide *Chelandium.*

CHALUNS. Statuta Ordinis S. Gilberti *de Sempringham: Aut pannos pictos, qui vocantur Chaluns.* Panni Catalaunenses.

CHAM. Vide *Caganus.*

CHAMBO. Vide *Cambo.*

CHAMBRUNCULA, Parvula camera, in Charta an. 1278. apud Duchesn. in Probat. Hist. Vergiac pag. 205.

CHAMEVNIÆ, Græc. Χαμευνίαι, Humi cubationes: *Culcita humo constrata*, apud Julianum Antecess. Nov. 4. c. 4. Glossæ Phavorini: Χαμευνὴ, ταπεινὴ κλίνη. Aliæ: Χαμευνία, ἡ ξυλοκοιτία. Hieronymus in cap 41. Ezechiel. *Puto perspicuum esse lectori semper angustiora esse quæ deorsum sunt in jejuniis, chamevniis, & victus continentia.* Idem ad Nepotianum: *Omnes pæne virtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia decrescunt cætera virtutes, jejunia, vigiliæ eleemosynæ, chamevniæ.* Adde eundem in Aggeum, & Auctorem de Duplici martyrio, S. Theodorum Studitam in Vita S. Platonis n. 10. &c.

CHAMULCUS, Genus carpenti humilis, ut nomen ipsum indicat. Gloss. Lat. Gr. *Sclodia*, χαμουλκίς. *Stludio*, χαμούλκιον. Ita rectè corrigunt viri docti. Gloss. Gr. Lat. Χαμοῦλκος, *Trahe.* leg. *Traha.* Ammian. lib. 17. *Unde chamulcis impositus, tractusque lentus per Ostiensem portam, &c.*

CHAMPARTE. Vide *Campipars.*

CHANGIA, Permutatio, Gall. *Eschange.* Monasticum. Anglic. tom. 2. p. 795. *Donec idem Comes præfato Petro changiam ad valitudinem terræ suæ conferret.*

CHANRIA. Concilium Palentinum an. 1322. can. 19. *Ne ratione collationis hujusmodi beneficii, aut chanriæ, seu alio quæsito colore, aliquid præsumant per se vel per alios exigere, &c.* Forte scrib. *changia* commutationis, *Eschange.*

CHANTELAGIUM. Charta Philippi Regis Franciæ an. 1273. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. *Habebunt Canonici in tota dicta terra —— roagium, foragium, sive chantelagium, & omnia emolumenta, &c.* Compotus Baillivorum Franc. ann. 1305. *In Præpositura Paris.—— de Busta castelleti—— de chantelagio.* Regestum Peagiorum Parisiens. *Se uns Bourgoys de Paris achete vin à Paris dedans la ville, & il le vend dedans la ville, comme que il le vende en gros ou en broche,*

che, il doit de chascun muid un denier de chantelage. Ibidem: *Chantelage est une coustume assise anciennement, par laquelle il fu establi, que il loisoit a tous ceus qui le chantelage paient, a oster le chantel de leur tonneau, & la lie VVider, Et parce que il sembloit que cil qui dedans la ville de Paris estoient demourans, n'achetassent pas vin, que il ne le voulsissent revendre, & quant il l'eussent vendu, oster le chantel de leur tonneau, & leur lies oster, pour ce fu mis li chantellage sur les demourans, & sur les Bourgois de Paris.* Meminit præterea *Chantelagii* vetus Franciæ. Consuetudo lib. 4. cap. *de Justice Fonciere.*

CHANTELLUM. Libertates villæ de S. Paladio in Biturigib. an. 1279. *Quilibet per se tenens focum certum, & locum, vel chantellum in dicta villa, &c.* Infrà: *Dum tamen velint solvere censûs consuetos, & 12. denarios quolibet anno de prædictis foco, loco, & chantello prædictas costumas tantummodo debitas de hæreditatibus suprascriptis, &c.* In Consuetud. Burbonensi art. 193. & 203. quatuor denarii, quos servi seu *homines de capite* de añuo censu exsolvere tenentur, *de Chantelle* appellantur, quòd ratione foci ac mansionis debeantur.

CHANTERIUS, Gall. *Chantier.* Libertates Castelli novi in Biturigib. ann. 1265. *Prædicti autem homines pro prædictis tenentur nobis & hæredibus nostris dare singulis annis in perpetuum sex chanterios boni vini & receptibilis conductos Bituribus in domo nostra, &c.*

CHAPOTENSIS *moneta.* Charta Constantiæ Comitissæ Bigorræ anni 1287. in Regesto Constabulariæ Burdegalensis fol. 209. *Recepisse in bona pecunia numerata duo milia librarum Chapetens. bonorum legalium à Magistro VVillelmo de Luda Thesaurario Regis Angliæ.* Infrà: *Mille libras Chapot. bonorum & legalium,* Fol. 210. b. *Quingentas libras Chapet. bonorum & legalium.* Fol. 219. *Chapot:* scribitur ut & f. 251. Aliud vetus Regestum sub ann. 1303. *In diœcesi Burdegal. currunt Burdegalenses. In diœcesi Petragor. currunt Engol. & Marchenses. In Ageno currunt Arnald. Chapot. & Petragoric.* Charta ann. 1314. in 50. Regesto Tabularii Regis Ch. 49. *Valorem annuum mille quingentarum librarum bonorum Chapotensium rendualium extimandorum, prout in diœcesi Burdigalensi reditus extimantur, &c.* *Libræ de Chapotois,* in Arestis Candelosæ 1250. in Regesto Parlam. B. fol. 88. Nescio an nummi isti *Chapotenses* fuerint ii quos *Chatos* vocabant, uti infrà annotamus: ita ut vox sic conflata fuerit quasi *Chati Pictavenses,* id est, vernaculè, *Chats de Poitou,* qui apud Pictones potissimùm cudebantur. Sed videant eruditiores an hæc conjectura admitti possit.

Chipotenses, in Charta an. 1301. Regesti Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1301. n. 85. ex Tabulario Regio: *Videlicet Podium Castri Normandi pro 263. libris, & 10. libris Chipotensibus valent ducentas decem libras & 16. solid. Turon.* Ita ibi non semel, & in alia an. 1312. in alio Regesto ejusdem Regis an. 1310. Ch. 232.

CHAPPALE. Tabularium Nantoliense in Pictonibus an. 1335. *Quandam pleiduram una cum Chappali domus, quod Chappale erit partionarium inter me & dictam Emptricem, in quo Chappali, seu muro, &c.*

CHARACTER, Στίγμα. Nota, stigmatis pœna. Odo Cluniac. de Vita S. Geraldi lib. 1. cap. 20. *Quantùm verò ex æqualitate personarum conjici potest, personas illas reorum, qui se in malum destinaverant, aut damnis coercebat, aut charactere adustionis inurebat.* Edictum Henrici Imp. an. 1023. in Chronico Laurisham. *Et insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene caraxetur & comburatur. Characterem animali infigere,* in Leg. Wisig. lib. 8. tit. 5. §. 2.

Characterio, pro *character,* signum. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Reliquos verò caballos tam VVarannonis, quàm spadas seu poledras qui inventi fuerint, & characterio sanctæ Ecclesiæ habuerunt, totus Pontifex vel Ecclesia recipiant. Illi verò qui meum characterio habuerunt, &c.*

Characteres magici. S. Augustinus de Tempore serm. 163. *Phylacteria & characteres diabolicos nec sibi nec suis aliquando suspendant, incantatores velut ministros diaboli fugiant.* Et serm. 215. *Per præcantatores, per fontes, & arbores, & diabolica phylacteria, per characteres & aruspices, & divinos, vel sortilegos, multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre.* Rabanus lib. 3. de Instit. Cleric. cap. 16. *In quibusdam notis, quas Characteres vocant.* Χάρτη τῶν γοητευτικῶν ἐπικλήσεων, in Concilio Calchedon. Act. 10. Vide *Caragius.*

CHARAXARE, *Caraxare,* Scribere. Glossæ Isonis Magistri: *Caraxo, Gr. est, scribo. Inde caraxavit, id est, scripsit.* Papias: *Caraxare, scribere. Caraxatum, id est, scriptum.* Ugutio: *Caraxare, à character, id est, scribere.* Isidorus, *Caraxatis, scriptis.* Gloss. MS. Reg. Cod. 1701. *Caraxare, Garser* Gloss. Saxon. Ælfrici, *Caraxatio,* ᵹeƿꞃıꞇ, id est, Scriptura. Prudentius Hymn. 14. *Charaxat ambas ungulis scribentibus genas.* S. Augustin. de Altercat. Eccles. & Synag. *Cùm primùm Moyses in monte Syna caraxatas decalogo tabulas accepisset.* Charta Edgari Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 17. & tom. 2. pag. 839. *Hujus doni constipulatores fuerunt, quorum nomina inferiùs caraxari videntur.* Alia tom. 2. *Hoc pictacium Indict. 12. caraxatum est.* Aldhelmus de Virgin. cap. 16. *Ecclesiasticæ Historiæ liber à Rufino caraxatus.* Adde Gregor. Magn. lib. 7. Indict. 2. Epist. 40. Flodoardum lib. 1. Hist. Remens. cap. 9. & Edgari Concordiam regularem apud Seldenum ad Eadmerum pag. 146. 159. Adamnan. Scotum de Locis SS. lib. 1. in Præfat. & cap. 10. Ædilvvaldum Epist. 69. Steph. Eddium in Vita S. Wilfridi cap. 47. Isidorum Epist. 72. Bonifacium Moguntinum Archiepisc. Epist. 69. & 74. Vitam S. Deicolæ num. 5. 11. Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 49. Epistolam Fratrum Remensis Cœnobii apud Haeftenum ad Vitam S. Bened. pag. 123. Ordericum Vitalem lib. 1. pag. 352. 590. lib. 2. pag. 392. 832. Thiotfridum in Florib. in Procemio, & lib. 3. cap. 7. &c.

Characterizare, eadem notione. Dudo lib. 3. de Morib. Normann. p. 152. *Quid super hoc characterizabunt Dialectici?*

Charaxare, Caraxare, Pingere, depingere. Gregorius Turon. lib. 7. Hist. cap. 36. *Tu es pictor ille qui — per oratoria parietes atque cameras caraxabas?* Lib. 9. cap. 5. *Vasa per domos diversorum signis nescio quibus caraxata sunt.* Lib. 1. de Miracul. cap. 51. *Parietes domorum atque templorum signarentur atque caraxarentur.* Aldhelmus de Virgin. cap 10. *Flexis literarum apicibus in quadrata parietis pagina caraxatis, id est, scriptis.* Echehardus junior de Casib. S. Galli c. 2. *Parietes ejus caraxasse viderat.* Ita S. Basilius Homil. in 40. Martyr. dixit, Τοὺς ζωγράφους πολέμων ἀνδραγαθήματα τοῖς πίναξιν ἐγχαράττειν Hinc *Caraxare,* pro *notare.* Hincmarus Remensis de Prædestinat. *Quamvis blando sibilo eos quidam caraxare voluerunt, de eo quod sanctus Cælestinus Episcopos Gallicanos redarguit, dicens, &c.*

Caraxare, est etiam delere, maculare, atramento inquinare. Gloss. vett. *Charaxo, induco, cancello.* Excerpta Pithœana: *Charaxatis, scriptis, inductis, cancellatis.* Papias: *Charaxare, exinanire, scribere.* Ubi *exinanire,* est delere. *Caraxia, exinanita,* id est, deletio.

Charaxatura, pro litura, habetur in Testamento S. Remegii Archiepiscopi Remensis: *In quo* (Testamento)

mento) *si qua litura, vel charaxatura fuerit inventa, facta est me præsente, dum à me relegitur & emendatur.* Bertichrannus Cenomanensis Episcopus in Testamento apud Brisson. in Formul. *Si quæ lituræ, si quæ literæ adjectæ sunt, vel detractæ, ego feci.* Charta Abbonis Patricii pro fundatione Monasterii Novaliciensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ : *Et si qua karaxatura, aut litteratura in hanc paginam testamenti mei repertæque fuerint, nos eas fieri erogavimus.* Eadem occurrit formula apud Marculfum lib. 2. form. 17. Baldricus in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 111. *Unde Papa confirmante, imò Episcopis——assentientibus caraxaturam fieri obtinuit hujusmodi, &c.* Alias *Charaxatura* est *scriptura.*

Intercaraxatus, apud Flodoard. lib. 3. cap. 22.

CHARGERUM. Leges Burgor. Scotic. cap. 125. *Si homo vel femina burgensis moriatur, ——hæres habebit——discum, paropsidem, quod dicitur le Dibler, vel chargerum, cyphum.* Anglis, *à charger*, est *doubler, or grent platter*, patina, paropsis. Vide *Debler.*

CHARGIATUS, Oneratus, Gall. *Chargé. Equi chargiati*, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 12. §. 1.

CHARNETGIUM. Vide *Carnaticum.*

CHARNELLI, Murorum pinnæ, Græcis πλεχὰ & πλέκυγες, Gallis *Creneaux*, vel *Carneaux.* Chronologia Augustinensis Cantuariensis : *Charta de charnell. faciendis super muros Ecclesiæ.* Alibi : *Carta de charnellatione novæ portæ.* Vide *Kernellare.*

CHARNER. Vide *Carnarium.*

CHAROCNA. In Lege Sal. titulus 64. est *De Carocna*, seu *Charoena*, ut quidam Codd. præferunt, vel ut Heroldina, *De Harovvenno.* Lex verò est de iis, qui de manu alterius aliquid per vim auferunt. Wendelino, *Kruenen*, & *Kroënen*, est conqueri, *Charoena*, querimonia. Loccenius verò lib. 3. antiq. Sueco-Gotthicar. cap. 6. *Charoenam*, quasi *abacti pecoris raptum* interpretatur, ut *gartiuf*, Suecicè, *abigens*, ex *ran*, *raptus.*

CHAROLARE, Saltare, nostris *Caroler.* Matthæus Westmonast. an. 1305. *Cogens quam plures viros ac mulieres Anglicos, mixtim charolare nudos & psallere ante se.* Robertus Bourronus in Hist. MS. Merlini : *Il voit issir fors bien cent Damoiselles & plus, qui vienent carolant & dansant, & chantant, &c. Le Roman d'Abladane MS. Prinrent conseil ensemble qu'ils feroient crier une belle feste,——& la feroient toutes les Dames & les Demoiselles de le cité, & feroient moult belles charolles, &c.*

CHARRERIA, *Charroneria.* Vide *Carreria.*

CHARRUS, Mensuræ species apud Anglos. Fleta. l. 2. cap. 12. §. 1. *Charrus plumbi consistit ex 30. fotinellis, & quodlibet fotinellum continet 6. petras minùs 2. libris, & qualibet petra ponderat 12. libras in pondere plumbi, &c. §. 2. Secundum alios charrus consistit ex 12. VVayis, &c.*

CHARTA, *Carta, Chartula*, Instrumentum, contractus, conventio, quibus prædiorum cæterarumque rerum cessiones & venditiones confirmantur & ratæ habentur, & emptores, aut qui quovis modo rem quampiam compararunt, jus suum in proprietate demonstrare possunt, quod *ostensio chartarum* dicitur in Legib. Baronum Scotic. seu Quoniam Attach. cap. 3. §. 4. cap. 25. §. 2. Lex Aleman. tit. 19. *Res Ecclesiæ de laicis absque charta nullus præsumat possidere.* Gregor. Turonens. lib. 4. Hist. cap. 12. *Erat enim tunc temporis Anastasius Presbyter, ingenuus genere, qui per chartas gloriosæ memoriæ Chrotildis Reginæ proprietatem aliquam possidebat.* Capitulare 6. Caroli Magni an. 803. cap. 8. *Volumus ut si ille homo servo aut ancillæ chartam in sua præsentia fecerit, & ille vel illa qui chartam libertatis habere debet, præsentes fuerint, &c.* Ingulphus : *Normanni chirographa Chartas vocabant, & Chartarum firmitatem cum cerea impressione——constituebant.* Monastic. Anglic. to. 2. pag. 34. *Tenent etiam manerium de Parva Heton——de dono Aliciæ de Bolum, & inde habuerunt Cartam.* Bracton lib. 2. cap. 10. §. 1. *Fiunt aliquando donationes in scriptis, sicut in Chartis, ad perpetuam memoriam, propter brevem hominum vitam, & ut faciliùs probari possit donatio.* Ardo Monach. in Vita S. Benedicti Abbatis Anianæ, num. 13. *Nec passus est quemquam (servum)——per Chartam Monasterio tradi. sed ut fierent liberi, imperabat.* Occurrit passim.

Chartam facere, vel *Chartulam*, est conficere instrumentum, seu donationis, seu permutationis, vel oblationis. Tabularium Brivatense Ch. 275. *Et nec dandi, nec venundandi, nec commutandi, nec cuilibet Cartas faciendi potestatem habeant.* Regula S. Aureliani cap. 1. *Chartas donationis, aut venditionis, cui voluerit faciat.* Cap. 47. *Quo minoris ætatis sunt, aut vivis parentibus in Monasterium ingrediuntur, Chartas tunc facere compellantur, quando ætate probati fuerint, aut res parentum in potestate habuerint.* Adde cap. 4. & Regulam S. Cæsarii ad Virgin. cap. 4. Recapitulat. ejusdem Regulæ cap. 4. Regul. S. Donati cap. 7. Diurnum Roman. cap. 6. tit. 11. 12. cap. 7. tit. 21. Leon. Ost. lib. 2. cap. 54. 55. &c.

Per *Chartulam* dare, comparare, idem quod *per Chartam.* Severus Sulpitius de Vita S. Martini : *Denique apud improbum rei judicem nocere Chartulam, cum periit, nihil proficere, cùm extat. Authentica Chartula*, apud Gregorium Magnum in Epist. Concilium Wormatiense an. 868. can. 3. *Ut non priùs dedicet Ecclesiam, nisi antea dotem Basilicæ & obsequium ipsius per donationem Chartulæ confirmatum accipiat.* Charta Ludovici Pii in Chronico Farfensi : *Tam ex donatione Regum——quam & hæreditate parentum, vel de quolibet attractu advenerunt, & ibidem per cartulas delegaverunt.* Tabular. Casauriense : *Tunc nos judices vel auditores diligenter ipsum Partulum inquisivimus, si vel cartulam, aut per hæreditatem, vel per breve, aut qualemcunque rationem contendere aut habere potuisset.*

Inchartare, per *Chartam*, seu per *instrumentum*, donare, conferre. Tabularium Brivatense Ch. 433. *Habeatis etiam potestatem incartandi alodos meos quibus jussero.* Tabular. Celsiniacense ann. 958. *Et hæc donationis in chartulario deinceps usque in perpetuum firma & stabilis permaneat.* Matthæus Paris ann. 1252. *Et iterum concessit ipsi Comiti eandem terram, & inchartavit post aliquot annos, ut possessio sua sic firmiùs roboraretur.* Infrà : *Gasconiam Comiti Richardo fratri suo dederat, & inchartaverat.* Ann. 1256. *Concessit & inchartavit Regi Scotiæ Huntendonam* Adde pag. 660. Matthæus Westmonast. an. 1252. *Confertur Vasconia Edvvardo, nec fit mentio de Comite, cui quondam fuerat concessa & incartata, & ipse in possessione constitutus.*

Inchartatus, vox fori Hispanici, Accusatus. Vide Observantias Regni Aragon. lib. 1. fol. 7. 27. 28. 30. 32. 36. Edit. 1624. præterea Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in hac voce.

Charta Ecclesiastica, Epistolæ formatæ. Liberatus Diacon. c. 18. *Itum est Constantinopolim, & supradicti Episcopi in custodiam sunt redacti, chartis sublatis, ne Catholicis, quibus scriptum fuerat, redderentur.* Infrà : *Sed postquam Vitalis & Misenus à custodia Constantinopoli sunt egressi, perrexit cum Chartis Ecclesiasticis Constantinopolim, passusque est & ipse, sublatis chartis, gravissimam custodiam.* S. Hieronym. in Epitaphio Marcellæ : *Petunt & impetrant Ecclesiasticas epistolas, ut communicantes Ecclesiæ discessisse viderentur.* Ubi formatæ & commendatitiæ intelliguntur. Idem Epist. 11. ad Ageruchiam : *Cùm in chartis Ecclesiasticis juvarem Damasum, Romanæ urbis Episcopum, Orientis atque occidentis synodicis consultationibus responderem, &c.*

Ubi

Ubi *Chartæ ecclesiasticæ* generatim dicuntur, quæ in caussis ac rebus Ecclesiasticis exarantur. Idem lib. 2. Invectivar. in Ruffin. *Et sub nomine cujusdam amici Damasi Romanæ urbis Episcopi ego petar, cui ille Ecclesiasticas epistolas dictandas tradidit.*

Chartæ, seu *Scripturæ Ecclesiasticæ*, quæ Ecclesiarum immunitates continent, in Charta Caroli Simplicis apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 776.

Charta caritatis, sic appellata prima Cisterciensis Monasterii institutio, quòd *caritatem undequaque spirarent illius decreta*, ut ait Clemens IV. Papa, vel ut Calixtus II. quòd *omnium tam Abbatum & Monachorum* ejusdem Ordinis, *quàm Episcoporum, in quorum parochiis prima illorum Monasteria constituta fuerant, consensu ac deliberatione, communi ac mutua caritate* sancita fuerint. Annales Francorum Victoriani MSS. an. 1108. *Hoc tempore facta est Charta caritatis à S. Stephano Cisterciensi Abbate, & aliis 20. Abbatibus, auctoritate sigilli Apostolici confirmata. Ab illo ergo tempore rejecerunt frocos, & pelliceas, staminia, capucia, & feminalia, coopertoria, & stramenta lectorum, ac diversa ciborum in refectorio fercula, & sagimen, & omnia quæ puritati regulæ adversabantur, abdicarunt, &c.*

Charta in judicio perforata, in Lege Ripuar. tit. 58. §. 5. tit. 59. §. 3. quæ falsitatis convicta erat.

Charta confertoria, quâ quid confertur Ecclesiis. Tabularium Brivatense Ch. 250. *Complacuit inter Comandum & uxore sua Bertilde, ut cartam confertoriam inter nos facere debuissemus, &c.*

Charta jurata, quæ continet juramentum, vel quæ sacramentum peractum esse super ea re, de qua agitur, refert. *Carta jurada*, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 25. Raimundus Montanerius in Chron. Regum. Aragon. cap. 240. *Si quo daço faeren llurs convinences ab cartes jurades de cascuna part, &c.* Vide *Sacramentalis charta.*

Magna charta, Anglis, est Liber seu Codex Constitutionum quæ Henricus III. ad utilitatem subditorum suorum promulgavit, quæ hodie maximo in usu est, inquit Covvellus. De ejus origine, incrementis, & confirmationibus, multa commentatus est Spelmannus, quem præstat hic legere de rebus patriis disserentem.

Magna Charta. *Augustissimum Anglicarum libertatum diploma, & sacra anchora: condita prout extat hodie in libris juridicis, anno 9.* Henrici III. *& confirmata denuo annis 25. & 28.* Edouardi I. *Inter Regni Constitutiones (quas Statuta nuncupamus) prima est, majorumque nostrorum opibus & fortunis sæpius comparata; sudore autem & cruore plurimo ægrè adeo conservata, ut Erythream dixeris, & sanguineam.*

Magna *dicitur ab amplitudine, quâ tertio superat* Chartam de Foresta. *Sub hoc autem nomine contineri olim videtur nonnunquam utraque libertatum pagina, civilium nempe & ferinarum. Fortè quod in Charta libertatum* Henrici I. *cavetur inter cætera de* Forestis: *ut in Charta postmodum* Joannis *Regis, quæ in Rubro libro Scaccarii exhibetur. Apud inferiores verò & hodiernos sigillatim dignoscuntur his nominibus* Magnæ Chartæ, & Chartæ de Foresta. Vide infrà in anno 1253.

Emanavit prima ejus fabrica ab Henrico I. Regnum ineunte, qui pleraque ejusdem capitula (& uberiora nonnulla quam gaudemus hodie) vel specialiter in distinctis articulis, vel generaliter sub confirmatione legum Edouardi *Confessoris, spontanea concessit voluntate: singulisque Comitatibus Chartas ejusdem singulas in Cœnobio aliquo adservandas mandavit. Chartam ipsam apud* Parisium *videas in an.* 1100. *qui & in an.* 1215. *de eadem mentionem faciens: Continebat (inquit) quasdam libertates & leges* Edvvardi sancti, *Ecclesiæ Anglicanæ, & pariter & magnatibus Regni concessas: exceptis quibusdam libertatibus, quas idem Rex* (Henricus I.) *de suo adjecit. Hinc est quod* Edouardus I. *in prima Charta suarum Confirmationum data an. regni ejus 25. Cap. 1. ait,* Magnam Chartam *esse legem Communem.*

Sin & altius repetitam velis, concessit ipse Gulielmus I. *legem* Edouardi *Confessoris, cum quibusdam auctionibus, in singulis observandam. Quæ igitur in Charta deprehenduntur* Henrici I. *de suo addita, & ad legem* Edouardi *Confessoris minimè pertinentia, orta videntur ratione juris feodalis, quod Anglis primus imposuit* Gulielmus *Conquestor, & cohibere jam in multis est dignatus* Henricus I. *eodem enim ipso nomine* Leges S. Edvvardi *nuncupantur: ut sic intelligas ipsum* Henricum I. *novi in hac sua Charta constituisse.*

Nam & libertates, quas Parisius *ait eum de suo adjecisse ad leges* S. Edvvardi, *novæ siquidem non sunt appellandæ libertates, sed novarum consuetudinum (quas e Jure feodali atrociter suscitavit* Gulielmus *senior, cumulatius auxit* Gulielmus *junior) piæ abrogationes & molimina. Hæc* Henrici I. *bonitas & justitia, hoc Chartæ suæ beneficium, quod agnoscentes proximi sui successores probant alacrè, & confirmant.*

Stephanus *Rex: Sciatis (inquit) me concessisse & præsenti Chartâ meâ confirmasse omnibus Baronibus & hominibus meis de Anglia, omnes libertates & bonas leges, quas* Henricus *Rex Angliæ avunculus meus eis dedit & concessit: & omnes bonas leges & bonas consuetudines eis concedo, quas habuerunt tempore Regis* Edvvardi, *cum cautione de his bene observandis.*

Pari modo Henricus II. *Sciatis (ait) me concessisse & reddidisse, & præsenti Charta mea confirmasse Deo & Sanctæ Ecclesiæ, & omnibus Comitibus, & Baronibus, & omnibus hominibus meis, omnes consuetudines quas Rex* Henricus *avus meus eis dedit & concessit: adjecta sanctione, ut liberè, quietè & plenariè tenerentur.*

Ricardus I. *nullam (quam reperio) confirmationis Chartam edidit; sed in coronatione sua pacem Dei & Ecclesiæ, rectam justitiam, malarum legem & consuetudinum deletionem, bonarum observantiam, tactis sacrosanctis Evangeliis, Sanctorumque reliquiis ad altare juravit.*

Juravit & Johannes *Rex in eandem sententiam; sed qua religione colebantur istæ concessiones, confirmationes & juramenta sub hoc seculo bellis & discordiis laborante (præsertim sub* Johanne *Rege, cum pessundata penè esset potestas Regia & jus datum sceleri) paucis non est enarrandum. Extat Charta quædam ejusdem data anno regni tertio, qua mandat* Hugoni Nevil *Protoforestario,* Quòd non omittat propter Chartam aliquam *quam Rex ipse* alicui fecerat, *quin Forestas Angliæ (in quibus eximia libertatum vis emicuit)* per easdem leges custodiret, quæ fuerunt in Forestis tempore *Henrici* Regis patris sui: *& mutasse tunc Forestæ libertates vehementer non est dubium.*

Oritur sub triennio postea inter Johannem *Regem & Papam* Innocentium *gravissima disceptatio, quæ sequentium omnium hic malorum occasionem præbuit. Acriter siquidem contendentibus de electione Cantuariensis Archiepiscopi Ecclesiæ illius Monachis; lis ad Papam promovetur: Et cùm de neutro Electo consentire dicerentur electores, coram Papa, is è cœtu Cardinalium suorum tertium ingerit, Anglum utique* Stephanum Langton *nomine; sed inconsulto Rege, & contra voluntatem ejus & jus Regni. Monachis tamen imponit sine mora hunc eligere, & electum ipsemet statim consecrat. Dedignatus Rex* Johannes, *Cantuarienses Monachos in exilium mittit, eorumque terras adscribit fisco. Insequitur Cleri maledictio, & ad Papam fertur querimonia, qui Regem admonet & mulcere satagit blandiloquiis, non audientem verò fulmine sternit Pontificio. Primò Angliam totam sub interdicto ponit, (ut sic nec Regi serviat, nec ipsi Deo) Inde Regem excommunicat, demumque Regnum ejus* Philippo *Franco decernit capescendum. Sævit jam*

jam Johannes *Rex in universum Clerum, proscriptumque exponit direptoribus* Philippus *Rex*.

Diu devoratum spe Angliæ Regnum ingenti aggreditur molimine, subditos qui ferre arma possunt, undequaque evocat. Militiam detrectantes Culvertagii stigmate deturpatos prædicat. Hæret in adverso litore immensus hostium exercitus: & hîc domi confunduntur omnia è perfidia subditorum.

Fractus his augustiis Rex Johannes, *& quinquiennali penè jam decoctus excommunicatione, Pontificiorum suasu, se & Regna sua tam Angliæ quàm Hiberniæ, in Papæ credit patrocinium, coronam supplex tradit Legato ejus* Pandulfo, *jurat conceptis articulis commissorum omnium redintegrationem, & quod bonas leges antecessorum suorum, & præcipuè leges* Edvvardi *Regis Confessoris revocaret, & observandas traderet. Jurant pariter in Regis animam 16. Comites, & Barones multi potentiores, ita tamen, ut Regem recidentem omnes ad articulorum cogerent observationem. Præter hæc, censum annuum Papæ concedit 700. marcas sterlingorum pro regno Angliæ, 300. pro Hibernia. Homagium una præstat & fidelitatis juramentum: impletaque jam integritate pœnitentiæ ministerio Stephani Cantuariensis Archiepiscopi, ipse ab excommunicationis vinculo* Wintoniæ *absolvitur, & Regnum Angliæ ab interdicto liberatur, ablatis Clero ægrè adhuc restitutis. Rex Franciæ post exhaustas in belli apparatu sex centenas mille libras (frendens licèt) à Papa prohibetur Angliam lacessere.*

His ita gestis Rex Joannes Gerseiam *navigaturus, & recentis nondum immemor juramenti, Concilium ad* S. Albanum *prid. Non. Augusti, anno Regni sui 15. edicit, in quo inquiri jurat de damnis Prælatorum, &c. Conveniunt (absente Rege) summus Angliæ Justitiarius, Archiepisc.* Cant. *Episcopi, & Magnates, pacemque Regiam cunctis denuntiantes, inter alia ex parte Regis firmiter præcipiunt, ut* Leges Henrici *avi sui (id est,* Hen. I) *ab omnibus custodirentur, & omnes Leges iniquæ penitus enervarentur. Sed versabantur hæc in generalibus; nec constabat quænam erant Leges illæ* Henrici I. *obsoletæ scilicet & posthabitæ. Hactenus etiam nihil datum nisi verba: nihil scriptis, nihil Charta Regia & sigillo Regni confirmatum.*

Reverso Rege, Synodum celebrat 8. Calend. Septemb. in Ecclesia S. Pauli Londoniarum *Archiepiscopus, cui inter Prælatos multi affuere Proceres Regni. Acta aliquantisper Ecclesiæ: Archiepiscopus proceres aliquot (ut tunc fama erat) in recessum vocat. Deplorat profligatas libertates Regni, & bonas Leges* Edvvardi *Confessoris. Regem memorat in absolutione sua VVintoniæ, easdam jurasse revocare, & in Regno facere ab omnibus observari. Hoc ut meliùs expediatur, inventa est (inquit) nunc quadam Charta* Henrici I. *Regis Angliæ, per quam, si volueritis, libertates diu amissas, poteritis ad statum pristinum revocare. Chartam profert; juramento invicem se astringunt Proceres, pro hisce libertatibus vel ad mortem (si res exigeret) certaturos. Ferre pollicetur Archiepiscopus axilium. Coeunt sequenti anno (id est, 1214. sub 14. Calend. Novemb.) velut orationis gratia ad Monasterium* S. Edmundi Buriensis, *sed de libertatibus tractant restaurandis: conceptumque* Londini *priùs juramentum, illic denuò super altare renovant sigillatim. Parant quæ ad bellum spectant, & libertatum deinde à Rege contendunt confirmationem. Ille dierum aliquot inducias postulat, sed respondet demũ, nunquam se facturũ.*

Proceres exercitum cogunt, quem Dei & Sanctæ Ecclesiæ nominant, Regique adhærentibus excidium minitantur & rerum omnium direptionem, ni ad ipsos ocyùs convolantes causam publicam tuerentur. Rex à suis ita deseritur, ut in tota ejus clientela vix septem numerantur Equites. Mitescens igitur, de arbitris convenit, qui utrinque electi libertatum dictant Capitula. *Eademque (in prato inter* Stanes *&* Windeleshores, *quod dicitur* Raningemead) *in duabus Chartis (altera continente libertates Angliæ, altera Forestarum) sigillo Regio firmat & concedit. Sic* Matthæus Paris, *qui utramque Chartam sigillatim exhibet: & libertates Forestæ in eadem schedula cum libertatibus Angliæ contineri pro capacitate sui non potuisse asserit. In Rubro tamen libro Scaccarii junctim eduntur, & confusis articulis: multis etiam desideratis ad Forestam pertinentibus: adscriptis etiam nonnullis Chartæ neutri (prout hodie extat) contingentibus. Sunt qui à loco,* Magnam Chartam Ronniemead *appellant, primumque esse ferunt Juris nostri scriptum Codicem. Hæc à latere.*

Adjungitur pedi Chartæ Forestariæ ad præsidium libertatum omnium, pactum grave & in Regno inauditum Eligendos à Baronibus 25. Nomophylaces, qui libertatum tuerentur castitatem, Regemque ipsum vacillantem brachio cohiberent populari. Regem insuper nihil impetraturum quo aliquid concessorum fiat irritum: irritumque fore quicquid impetraverit.

Juratur præmissorum observantia, cùm à Rege, tum à Baronibus: & eliguntur Nomophylaces qui muneris cultum etiam jurant, & Barones alii obsequium se illis exhibituros. Mandat Rex præterea literis patentibus universis Angliæ Vicecomitibus, ut jurare faciant quoslibet suæ ditionis, concessas fovere libertates, ipsumque ad hoc Regem, castrorum captione, provocare. Apage. Quin ut nihil desideretur, Bullam à Papa impetrat ad concessiones suas roborandas.

Brevi autem Regem pœnitet è medullis, conquestoque pluribus apud ipsum eundem Papam Innocentium III. *hic acta omnia decernit irrita, Regique & Baronibus imponit sub anathemate, ut neque ipse jurata teneat, neque isti concessa exigant. Barones hoc ad Papam non spectare asserunt. Papa renuentes excommunicat, eorumque terras interdicto premit. Jam adacti ad insaniam,* Ludovicum *filium Regis Franciæ, sibi eligunt in Regem, qui neque precibus, neque minis Papæ a direptione Angliæ prohiberi potuit. Sæviunt hîc ubique intestina bella, cædes, incendia, & funesta omnia.*

Sed obeunte anno proximo Johanne *Rege, filium ejus decennalem,* Henricum III. *suscipiunt Regem, qui & in Coronatione sua de more jurat leges bonas; malis abdicatis. Resipiscentes jam Magnates destituunt* Ludovicum, *qui citius inde fractus, recessum etiam jurat & ablatorum omnium restitutionem. Jurat Rex vicissim petitas reddere libertates, & in animam ejus una jurant Legatus Papæ, & Protector Regis magnus Marescallus, easdem etiam observare, omnibusque tradere observandas. Hoc idem jurant universi Proceres.*

Dum mora nectitur, vitâ excedit Philippus *Rex Franciæ, &* Ludovicus *solium tenet, à quo Rex* Henricus *Normanniæ petit redditionem, prout discendens Angliâ juraverat.* Ludovicus. *Is causatur,* Henricum *Anglis non restituisse (ut juraverat item) libertates Angliæ, nec se ideo Normanniam restituturum.*

Anno 1223. Regis 7, Archiepiscopus & Magnates Regem obtestantur, ut juratas confirmaret libertates: & respondente quodam extortas fuisse à patre suo: Rex omnes (inquit) libertates illas juravimus, & omnes astricti sumus, ut quod juravimus, observemus. Missis in singulos Comitatus literis, Vicecomitibus præcepit, ut per sacramentum 12. Militum vel legalium hominum inquiri facerent, quænam erant libertates Angliæ tempore Henrici *avi sui; sed quid responsum sit à Vicecomitibus, non reperio.*

Demum annp 9. Regis, concedente Clero & populo cum Magnatibus Quintodecimam partem omnium rerum mobilium totius Regni Angliæ: renovantur Chartæ libertatum, prout sub Rege Johanne *priùs erant conditæ: ita quod Chartæ utrorumque Regum in nullo inveniuntur dissimiles. Verba sunt* Parisii, *quæ nos ideo recitamus, ut indagetur ratio: quorsum non reperiuntur*

tur hodie in Magna Charta Henrici III. *articuli aliquot a* Joanne *concessi. Ille siquidem primò, de persolvendo defunctorum debita Judæis atque aliis. Secundò de modo imponendi scutagium & Auxilium Regis. Tertiò de modo summonendi Commune Concilium Regni, quod postea Parlamentum appellatur. Et quartò de modo cavit quo Auxilium capiat subditus à vassallis suis quos Tenentes appellamus. Hi, inquam, in impressis* Magnæ Chartæ *exemplaribus non deprehenduntur: fuisse tamen in primitivo illo* Henrici III. è Parisio *vides, cui & fidem facit locus ejus alius. Ubi dicitur, quod* in Parlamento Westmonasterii, ad festum S. Edvvardi an, 1255. *id est, Regis* 39. responsum fuit Regi à Baronibus, quod omnes tunc temporis non fuerunt juxta tenorem *Magnæ Chartæ* suæ vocati; & ideo sine paribus suis tunc absentibus, nullum voluerunt tunc responsum dare *Merecipio.*

Chartas jam de novo concessas & Sigillo Regio ad Parlamenti petitionem confirmatas Rex in quemlibet dirigit Comitatum: in illum scilicet qui Forestâ nullâ premebatur, Magnam Chartam *solam. In cæteros eam pariter & Forestæ libertatesque ab omnibus imperat, juramento interposito, conservandas: quod tam feliciter adimpletum est, ut nec iota unum in Regis* Charta *contentum, extitit prætermissum. Dies fausta, sed brevissima. Ad cujus tamen munimentum excommunicationis sententiam in* Chartarum *violatores promulgat* Stephanus *Archiepiscopus* Cantuariæ *cæterique Angliæ Episcopi, quam subinde metuisse dicitur Rex* Henricus.

Biennio verò postea (id est, ann. Dom. 1227. *Regni* 11.) *ad ætatis veniens plenitudinem: in lugubri (sic hoc* Florilegus *nuncupat) Oxoniensi* Concilio, *cancellari fecit & cassari omnes Chartas in provinciis omnibus Regni Angliæ de libertatibus Forestæ, (ut* Parisius & Florilegus *referunt) sed ut alii habent, de libertatibus etiam* Magnæ Chartæ; *factas siquidem eas criminans, dum sub tutela ipse esset, & Sigilli sui non tum compos.*

Frendent Barones, paucisque interpositis diebus, Regem adeuntes, Chartarum redintegrationem asperâ nimis contendunt pertinaciâ. Rex blandiloquiis hac vice linitos, in ulteriorem rejicit tempestatem; sopitisque longas tandem post ambages (cùm in aliis, tùm in Parlamento anni sui 18.) *disceptationibus, sponte & sereno vultu, in Parlamento VVestmonasterii anno suo* 21. *Dom.* 1237. *tricesimam partem bonorum* Cleri *atque populi recepturus: libertates reddidit, sanctiùs inde observandas. Quod ut certo foret, sententiam quam in violatores aliquando tulerat* Stephanus *Archiepiscopus Cantuariæ, cum omnibus Episcopis Angliæ, à qua nec immunis ipse habebatur, fecit renovari. In abundantiorem etiam securitatem, novo confirmationis diplomati hanc impinxit clausulam: Non obstante quòd prædictæ Chartæ (libertatum & Forestæ) confectæ fuerint, cùm minoris essemus ætatis.*

Tarda vel his adhuc fides. Non elapso igitur toto septennio, Barones in Parlamento Londinensi anno Dom. 1244. *Regem sollicitè obtestantur, ut emptæ redemptæque libertates non solùm observentur, sed & novâ confirmationis Chartâ (quæ super hæc specialem faciat mentionem) denuo roborentur. Novam pariter excommunicationis sententiam in eos projiciendam, qui concessas libertates vel impugnarent, vel impedirent: Et ut illis fieret emendatio, qui post ultimam concessionem damnum sustinuerant in libertatibus violatis. Præter hæc, ne sacramenti à Rege populoque præstiti ob libertatum observantiam, anathematisque à* S. Edmundo *jam Cantuar. Archiepiscopo in violatores promulgati, periculum de cætero incurreretur: obnixiùs Regem orant, ut de communi assensu quatuor eligantur potentes & nobiles de discretioribus totius Regni, qui sint de* Consilio Dom. *Regis, & jurati, hæc & alia multa Regno commodissima (tanquam Tribuni plebis) agerent & curarent. Rex negat omnia, statimque in Forestis multa exequitur gravissima.*

Nova autem pressus egestate, in Parlamento Londonii ann. Dom. 1253. *regni sui* 37. *ad novam accedit pactionem, Conferentibus scil. in viaticum suum Hierosolymitanum* Clero *triennalem decimam, Militibus, Scutagium trium marcarum: bona fide & sine aliqua cavillatione promisit se* Chartam Magnam, *& omnes ejus articulos observaturum. Tertio igitur Maji, præsentibus Rege, Comitibus & Baronibus,* Bonifacius *novus Archiepiscopus* Cantuar. *cæterique Episcopi pontificalibus induti, & accensas ferentes candelas in majori Aula VVestmonasterii, excommunicationem cum anathemate (forma maximè solenni, quam habes apud* Parisium *in hoc anno) projecerunt in transgressores Ecclesiasticarum, & libertatum seu liberarum consuetudinum Regni Angliæ, & præcipuè earum quæ continentur in* Charta *libertatum Angliæ, & Charta de Foresta, &c.*

Nec tantùm in transgressores liquidò, sed in eos pariter qui qualicunque arte vel ingenio temere violaverint, diminuerint, seu immutaverint, clam vel palam, facto, verbo, vel consilio, contra illas vel earum aliquam in quocunque articulo veniendo. Item in illos qui contra illas, vel earum statuta, aliqua ediderint, vel edita servaverint, consuetudines introduxerint, vel servaverint introductas: Scriptores statutorum, nec non Consiliarios, & executores, & qui secundùm ea præsumpserint judicare, &c. Dicta & promulgata omnia sigillis roborabant: prolataque est in medium Charta Regis Joannis, *qua supradictas libertates mera voluntate reconcessit, & inde recitari fecerunt easdem libertates. Dum autem* Henricus *Rex memoratam sententiam audiebat, tenuit manum suam ad pectus suum sereno vultu atque alacri. Et cùm perlecta esset demum, projecissentque candelas extinctas & fumigantes, & diceretur à singulis:* Sic extinguantur & fœteant hujus sententiæ incursores in inferno; *& campana pulsarentur, (ut applauderent singuli) dixit ipse Rex:* Sic me Deus adjuvet, hæc omnia illibata servabo fideliter, sic ut sum homo, sicut sum Christianus, sicut sum Miles, & sicut sum Rex coronatus & inunctus. *Hæc (qui plura) Parisius. Post hæc omnia Romam mittitur ad* Innocentium IV. *Rogatus ille latum anathema Bullâ roborat, & de suo quid dam adjicit in terrorem.*

Sub sole nihil stabile. Anno quippe proximo, Rex, dum inhiat colligendis decimis, quæ sub conditione de Chartarum observanda immunitate concessæ fuerant, consilio impiorum libertates temerat, credens (inquit Matthæus) *pro munere absolvi à transgressione. Nec spes illa vana, cùm se & Regnum sub pœna exhæredationis (quod non potuit) Papæ obligaret ad pecuniæ solutionem, quem in bello Siculo foret expensurus, causa sua.*

Ad mortalia autem arma non concurritur: sed anno 1255. *Regis* 39. *acclamatum est in Comitatibus, Synodis, Ecclesiis, & ubicunque locorum homines convenerant, ut* Magna Charta, *quam Rex* Joannes *concessit, & Rex iste præsens multoties reconcessit, inviolabiter tueretur: & lata est sententia (toties repetita) in omnes ejusdem violatores.*

Sequenti etiam anno pœna horribilis anathematis in Londinensi Synodo prioribus adjungitur, statuiturque libertates sub ejusdem periculo conservandas. Et ne quid præterea desideretur, accesserunt paulo post duæ simul Bullæ Alexandri IV. *ad Chartarum sententiarumque roborationem,*

Rex seu telis victus Ecclesiæ, seu quòd Barones mutuò exhibentes dextras, juraverant, quòd non omitterent

rent propositum persequi pro pecuniæ vel terrarum amissione, vel etiam pro vita & morte sua & suorum; in Parlamento Oxonii *an. Dom.*1258. *regni* 42, *semel iterum, sed jam etiam cum* Edouardo *filio suo, Chartarum jurat observantiam, &* 24. *prudentium virorum, nationis Anglicanæ (nam ab alienigenis passi modò sunt gravissima) quos sub ipso ad regni gubernationem eligerent, consilio se commendavit.*

Non elapso autem biennio, Rex ab Urbano *Papa juramenti potitur absolutione: nec sui tantùm, sed & filii, quam Princeps optimus adeptam spernit. Mittuntur jam Hertfordiam ex mandato Regio Justitiarii itinerantes, contra formam (ut asseritur) dictarum provisionum* Oxonii, *repudiatique ideo à majoribus illarum partium cassi redierunt.*

Succrescentibus verò novis indies gravaminibus ex alienigenarum (qui Regis aures atque latus occludebant) insolentiis: Proceres eas, Chartarumque unà violationes statuunt demum vi compescere. Accenduntur ergo belli faces cruentissimi. Cadit utrinque ingens multitudo, capiunturque an. 12*4. *in Levvensi prælio strenuè dimicantes Rex & filius. Sed versa brevi rerum alea, filius à custodibus elapsus, ex improviso hostem novis copiis adoritur, insignique clade Eveshamiæ fundens, non solùm patrem, sed & Regiam dignitatem liberavit an. Dom.* 1265.

Actum jam videtur de libertatibus; sed è cælis ecce misericordiam Domini, qui Principum corda nec ferro coercenda, nec mortalibus industriis, levissimo afflatu subigit & emollit. Pressa post imbelles aliquot conatus reliqua Baronum parte, Rex in Parlamento Marlebridge *an. Dom.* 1267. *regni* 52. *cap.* 5. *utramque Chartam, in singulis tam ad Regem, quàm ad subditum pertinentibus tenendam statuit: Breviaque Regia gratis concedi in transgressores. Rebus in hunc modum præter spem compositis, sub anno altero pax edicitur per totam Angliam, &* Edouardus *Princeps cruce jam signatus Hierosolymis proficiscitur, triumphatisque hostibus Rex in pace animam reddit an. Dom.* 1272. *regni* 57.

Henrico *mortuo, reversoque Rege* Edouardo I. *vacillant etiam aliquoties Chartæ libertatum, (ut videre est in præfatione Articulorum super eisdem) quas ideo stabilire nixus est æterno robore* (Justinianus *noster) idem* Edouardus. *Resilire quippe noluit à sacramento, quod cum patre in Oxoniensi Parlamento aliquando juraverat, nec absolvi, ut præfati sumus. Anno igitur regni sui* 25. *dum in Flandriam transiturus,* Odimiræ *moratur, præcepta sub sigillo suo VVestmonasterii data* 2. *Aprilis, in omnes misit Angliæ* Comitatus *Chartarum exigentia ob servantiam.*

Constans etiam in proposito, duas simul earundem edidit confirmationes, sub testimonium filii Edouardi *Principis, ejus tunc in Anglia Locumtenentis, (nam in Flandria versabatur ipse)* Londini *datas, alteram* 10. *Octobris, alteram (sed priorem)* 12. *Octobris dicto anno. In hac recitatas per Inspeximus, Chartas* Henrici III. *patris sui, sigillatim eas concedit, firmat, & corroborat. In illa neutram recitans, utramque junctim confirmat, & quæ ad earum conducunt observantiam, multa decernit utilissima.*

Primò, quemlibet in iisdem articulum tenendum sanctiùs: mittendasque Chartas singulas sub sigillo Regio, Justitiariis, Vicecomitibus, & aliis omnibus ministris Regis, civitatibusque Regni; unà cum Brevibus præcipientibus, ut eas populo annuntient, & in singulis observent.

Secundò, judicium contra aliquem earundem articulum, fore irritum & cancellandum.

Tertiò, mittendas etiam ejusmodi Chartas, ad singulas Ecclesias Regni Cathedrales: non ibidem solùm custodiendas, sed & annuo bis legendas coram populo.

Quartò, ut Episcopi bis item quotannis excommunicatos denuntient Chartarum violatores, & qui illis sunt vel ab auxilio, vel à consilio. Et ut Archiepiscopi Episcopos ad hoc coërceant. Lata tunc etiam est solenniter ejusmodi sententia à Roberto *Archiepiscopo Cantuariæ.*

Gandavi *præterea existens (ubi nullis populi pulsaretur precibus) hanc sponte Chartam totidem omnino verbis, magno suo munitam sigillo* 5. *die Nov. anno* 25. *prædicto, & in Angliam gratuitò misit.*

Cùm tamen in Parlamento Regni sui 28. *assiduè à Baronibus (præsertim a* Comite *Herefordiæ & à domino Mariscallo Angliæ) obtestaretur, ut Chartas denuo confirmaret parlamentaria auctoritate, hæsit in articulis aliquot à* Walsinghamo *memoratis, & ad ipsarum calcem annectendam voluit, (omnium remoram)* Salvo jure Coronæ nostræ. *Animadvertens autem commotum populum & perculsos Proceres, consilium mutat Rex eximius, & non solum annuit Chartarum confirmationem, sed in earum etiam munimen, explanationem & libertatum auctionem coronidem imponens, quam* Articulos super Chartas *appellamus, sic inter alia promulgavit.*

Chartas libertatum in omni articulo conservandas, tradendasque unicuique Vicecomiti sub sigillo Regis: ut legantur populo quater annuò in pleno Comitatu, viz. proximè post festa S. Michaëlis, Nativitatis Domini, Paschatis, & S. Johannis Baptistæ.

Eligendos etiam è Militibus cujusque Comitatus *per Comitatenses in foro Comitatus,* 3. *Justitiarios, qui diplomate fulti Regio, de delictis cognoscerent contra Chartas, easdemque sartas tectas conservarent, &c.*

Post varios casus & tot discrimina rerum, *emicuere sic tandem Dei beneficio sacræ hæ Chartæ libertatum Angliæ, pleno vigore: & ne deficerent aliquando postea, trigesies atque eo suprà à succedentibus Regibus confirmatæ sunt, decimaquarta scil. vice solo sub* Edouardo III. *& uberiùs demum sub piissimo domino nostro divo* Jacobo *Rege: Cujus ut in perpetua felicitate floreat magnum sobolis incrementum, floreant hæ simul (precor) in perpetua castitate. Amen.* Hactenus de Magna Charta Spelmannus.

Chartæ nuptiales. Bulla Calixti II. PP. an. 1120. in Bullario Cluniacensi pag. 39. *Porro Presbyteris parochialium Ecclesiarum S. Mariæ & S. Odonis Cluniacensium, ejiciendi & suscipiendi in Ecclesiam ex antiqua consuetudine pœnitentes, & nuptiales Chartas faciendi licentiam indulgemus.* Id est matrimonii sacramentum impertiendi.

Chartæ per perticas pendentes propter grandinem, avertendam nempe: superstitio quæ prohibetur in Capitulis Caroli M. an. 789. c. 18.

Charta Recordationis. Papias: *Cautio, à cavendo, dicta, Breve vel Charta recordationis.* Vetus Notitia in Tabular. Priorat. Neronis villæ fol. 22. *Litera recordatur quod mentis debilitas obliviscitur. Unde cunctorum memoriæ præsentamus, &c.* Vide *Notitia.*

Chartæ Regales, apud Marculfum sunt eæ, quæ ante Regem, vel quæ à Rege expediuntur. Has & *præceptiones regales* vocat. Ita

Chartas Regias, Angli vocant, donationes & Chartas factas à Rege. Vide Bractonum lib. 2. cap. 16. n. 3. & Fletam lib. 5. cap. 14. ubi hæc habent de distinctione Chartarum: *Sciendum quòd Chartarum, alia Regia, alia privatorum: & Regiarum, alia privata, alia communis, & alia universitatis, &c.* Quas verò *privatorum* Angli vocant.

Chartas pagenses appellat Marculfus, quas lib. 2. complexus est, cui hunc titulum indidit: *Incipit scedola qualiter Chartæ pagenses fiant:* sub quo comprehenduntur quæ in unoquoque Comitatu & pago in præsentia Comitis, aut Vicarii, aut Centenarii, aut etiam privatim peragi possunt. Alia enim *negotia hominum,* ut ipse

ipse ait in Prologo lib. 1. *tam in palatio, quàm in pago* peraguntur.

Charta rogata: ita Itali vocant *contratto stipulato*, quòd eam testes rogarentur subscribere, & his ferme verbis claudi soleret: *Signum N. & N. qui Chartam istam scribere fecerunt, & testes firmare rogaverunt*, ut est apud Jofredum in Episcopis Niciensibus pag. 158. Et in alia Charta apud eundem p. 182. *Testes rogati* dicuntur, qui Chartam subscribunt. Glossæ Basil. ῥογάτοι. οἱ παρακληθέντες μάρτυρες. Tabular. Papiense ann. 1354. *Ego —— notarius hanc Chartam mihi fieri rogatam tradidi & scripsi, &c.* Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 43. *Joannes primus tabellio rogatus scripsit.* Et ch. 44. *Sign. Trudgaudi Eleemosynarii, qui hanc donationem fieri vel affirmari rogavit.* Tabular. Celsiniacense. *Signum Genesii, qui hanc Chartam rogare fecit, & ipse firmavit, & alios firmare rogavit.* Statuta Mediolan. 1. part. 356. & quod ipsi Protonotarii non possunt rogare, vel facere aliqua instrumenta, &c. Adde cap. 400. Consuetudines Montispessuli: *Omne testamentum, & omnis qualibet ultima voluntas inter liberos vel parentes vel inter extraneos, in scriptis vel sine scriptis, fiat coram tribus testibus rogatis, vel non rogatis idoneis, solemnitate adhibita, &c.* Vide chartas descriptas à Mabillonio de Re diplomatica pag. 378. 468. 473. ubi testes rogati subscribunt. Tabularium Ecclesiæ Uzetiensis an. 1215. *Coram subscriptis rogatis testibus recognosco, &c.* Denique Charta donationis Leotheriæ an. 695. tom. 2. Sæculi 3. SS. Ord. S. Benedict. pag. 615. sic clauditur: *Ragnoaldus Diaconus rogitus scripsit.* Vide Math. Villaneum lib. 8. c. 95. Rollandinus in Tractatu Notularum: *In aliquibus locis Rogationes appellantur Notæ, quia sunt notæ instrumentorum, quæ ideo etiam vocantur Rogationes, eò quòd illas rogatur tabellio scribere, & ex illis facere instrumentum.*

Chartula transfusionis, seu cessionis, in Tabulario Brivatensi Ch. 370.

Charta aperta. Vide *Aperire.*
Charta agnationis. Vide *Agnatio.*
Charta de causa suspensa. Vide *Causa.*
Charta paricla. Vide *Paricla.*
Charta sacramentalis: Vide *Sacramentum.*
Charta audientialis. Vide *Audientia.*
Chartarum inlatio. Vide *Chartiaticum.*
Charta chirographata. Vide *Chirographum.*
Chartæ divisæ & partitæ. Vide *Chirographum.*
Charta jactiva. Vide *Abjectire.*
Charta indentata. Vide *Indentata.*
Charta legataria. Vide *Legataria.*
Charta semiplantaria. Vide *Complantus.*
Charta senicæ, Vide *Senica.* Adde Gloss. Lindenbrogii.
Charta Inda, Papyracea, apud Matth. Silvatic.

Charta de Rabi. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 12. *Et si accidit quòd Christianus habet Chartam de Rabi, non potest negare Judæus: quia Charta de Rabi facta valet, quantum testes contra Judæos.* Id est, scripta ab uno è Rabinis Judaïcis.

Charta, Lamina. Anastasius in Sergio PP. *Trullum verò ejusdem Ecclesiæ fusis Chartis plumbeis cooperuit atque munivit.* Vide Salmasium de modo usurar. pag. 401.

CHARTACEUM, Archivum, χαρτοφυλάκιον. Acta accusationis Polychronii Episcopi Hierosol. *Hunc indiculum collegit Archidamus —— & in Chartaceum Ecclesiæ collocavit.*

CHARTAPACIA, Charta pacis, seu quâ à Principe pax indicitur. Fori Aragon. lib. 9. tit. de pace, &c. *Et in hoc maximè, & in omnibus aliis casibus, cartapaciis, & fori, qui de hoc loquuntur.*

CHARTARIUM, Archivum, chartophylacium, locus, in quo chartæ & documenta domestica reconduntur. S. Hieronym. lib. 3. in Ruffinum cap. 5. Si à me fictam Epistolam suspicaris, cur eam in Romanæ Ecclesiæ chartario non requiris?

CHARTARIUS, Chartæ opifex, aut negotiator. Diomedes lib. 1. *Chartarius, qui Chartas vendit.* Gloss. Græco-Lat. χαρτοπώλης, *Chartarius.* Lapis Sepulcralis Romæ: *Locus Valeriani Chartari.*

Chartarius, interdum pro *Chartulario*, seu commentarienti, sumitur, ut apud Ennodium lib. 7. Epist. 1. Senatorem lib. 8. Variarum Epist. 23. & Messianum Presbyterum in Vita S. Cæsarii Arelat. p. 257.

Chartarii loci. Vide *Papyus.*

CHARTIATICUM, Quod pro Chartis officialibus præstatur, apud Ulpianum in l. Divus, D. de Bon. damn. Ministris enim Magistratuum Chartas præbitas fuisse ex lib. 2. Frontini de Aquæduct. atque adeo ipsis judicibus ex Nov. Justiniani 8. cap. 1. & Senatore lib. 11. Epist. 38. colligitur. Quæ quidem Chartarum præbitio & inlatio, *Chartarum collectio* eidem Senatori dicitur lib. 9. Epist. 15. Theophanes, & ex eo Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. pap. 172. Auctor Miscellæ, Cedrenus & Zonaras scribunt Nicephorum Generalem tributa ac vectigalia publica auxisse, & *Chartiatici* nomine exegisse in singulos duo ceratia. *Siliquas* vertit Anastasius. Vide Cujac. lib. 4. Obser. cap. 18.

CHARTICINIUM, Chartarum fasciculus, nostris *Liasse.* Cencius Camerarius in libro censuum Romanæ Ecclesiæ: *Sicut in tomis, charticiniis, & voluminibus Regestorum antiquorum Pontificum Romanorum, —— inveni.*

CHARTIGRAPHUS, Notarius, vel Cancellarius. Charta Roberti Regis Franc. an. 1008. pro Monasterio Sandionysiano ita clauditur: *Franco Diaconus atque Chartigraphus relegit & sigillavit.* Apud Doubletum.

CHARTISDONATIO, unica voce, *Donatio* per chartas. Vetus Præstaria apud Roverium in Reomao p. 173. *Potestatem quandam —— Fontanas nuncupatam —— quam ipse eatenus tenere videbatur per Chartis donationem.*

CHARTOPHYLAX, Archivi & Chartarum custos: dignitas Ecclesiastica & Palatina. Posterioris meminit Paulus Diacon. lib. 17. Hist. Misc. pag. 528. post Theophanem, dum quendam Davidem *Chartophylacem Hormisdæ* vocat, Palatii scilicet ita nuncupati in urbe Byzantina: *Cartophylax August. N.* in veteri Inscriptione 587. 11.

De Ecclesiastica Cartophylacis dignitate sic Anastasius ad VIII. Synod. Act. 2. *Chartophylax interpretatur chartarum custos. Fungitur autem officio Chartophylax apud Ecclesiam Constantinopolitanam, quo Bibliothecarius apud Romanos, indutus videlicet infulis Ecclesiasticorum ministrorum, & agens Ecclesiastica prorsus obsequia, exceptis illis solis, quæ ad sacerdotale specialiter ac propriè pertinere probantur officium. Sine illo præterea nullus Præsulum aut Clericorum à foris veniens in conspectum Patriarchæ intromittitur, nullius Epistola Patriarchæ missa recipitur, nisi fortè à cæteris Patriarchis mittatur, nullus ad Præsulatum vel alterius ordinis Clericorum, sive ad Præposituram Monasteriorum provehitur, nisi iste hunc approbet & commendet, atque de illo ipsi Patriarchæ suggerat, & ipse præsentet.* His prærogativis hanc addit Pachymeres lib. 3. cap. 24. ut sine illius nutu & assensu nuptiales Benedictiones non administrentur. Præterea in Charthophylacis cura erant libri Ecclesiæ. Ita Synodus VI. Act. 1. pag. 17. & Act. 13. pag. 152. Edit. 1618. ubi innuitur eos libros repositos ἐν χαρτοφυλακίῳ τοῦ πατριαρχείου, quod in VII. Synodo Act. 1. p. 486. βιβλιοθήκη τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου dicitur. Unde p. 487. Carto-

Chartophylax videtur dici βιβλιοφύλαξ τοῦ ἐναγοῦς πατριαρχείου. De Chartophylace multa ex professo commentati sunt Meursius in Glossario, Gretzerus & Goarus ad Codinum, idemque Goarus ad Euchologi. Græcorum.

Chartophylacium, Archivum. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 128. *Mandare curaverat, ut piissimo Imperatori scriberem, quatenus pacta in Cartophylacio requireret, quæ, &c.* Infrà: *Quia Cartophylacium prædicti piæ memoriæ Justiniani Principis tempore, ita surripiente subitò flamma, incensum est, ut omnino ex ejus temporibus pæne nulla Charta remaneret.*

CHARTOTHESIUM. Anastasius in Hist. Eccles. pag. 146. anno Imperii Constantini 19. *Invidia Christianos prohibuerunt Arabes à publicis Chartothesiis ad modicum tempus. Sed rursus coacti committunt eis eadem ipsa, eo quòd non possint ipsi scribere calculationes.* Ubi Theophanes pag. 362. Ἐκ τῶν δημοσίων χαρτοθεσίων.

CHARTULARII, dicuntur qui *Chartas tractant*, qui *Chartis inserviunt*, ut est in l. 10. Cod. Ubi causæ fiscal. *Qui publicarum Chartarum tractatibus inserviunt*, in l. 1. Cod. de Præpos. agent. in rebus. *Qui Chartas agunt*, in Querolo, in l. 1. D. de Tabular. Iidem porrò qui *Commentarienses*. Gloss. Basil. Κομενταρήσιος, χαρτουλάριος, Gloss. Gr. Lat. Χαρτογράφος, *Chartularius*. Erant autem tot Chartularii, quot scrinia, ut ex Senatore lib. 11. Epist. 38. & Cledonio de Arte Gramm. colligitur. Vide Gregor. M. lib. 2. Epist. 3. l. 4. Epist. 33. & quæ adnotavimus ad Cinnamum pag. 452. Iidem & *Chartarii* dicti, uti suprà observatum.

Chartularius regiorum equorum, qui χαρτουλάριος τῶν ἱπποστάσιων Nicetæ dicitur: de qua dignitate apud Byzantinos plura etiam in iisdem Notis ad Cinnamum.

Chartularius sacrorum cubiculorum, in Nov. 8. cap. 8. *Chartularius sacri cubiculi*, in Nov. 25. Imperatoris Secretarius, seu qui Codicillos Imperatoris asservabat.

Chartularii numerorum militarium, in Nov. 117. cap. 11. & in l. 19. C. de Erogat. milit. annonæ lib. 12. qui in acta referebant nomina militantium, & qui eorum essent mortui, seu qui circa τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν ἢ ἀναζήτησιν versabantur, ut est in Tacticis Leon. cap. 4. §. 31.

Chartularius velocis cursus, ὀξέως δρόμου, apud Constantin. de Adm. Imp. cap. 43. Vide *Clericus*.

Chartularius Romani Imperii, apud Petrum. Diacon. in Chron: Casin. lib. 4. cap. 117. 126.

Schola Chartulariorum, in leg. 1. Cod. de Off. Præfecti. Prætor.

Chartularii dignitas Ecclesiastica etiam fuit, quam eandem cum Chartophylacis fuisse opinantur viri docti. Certè in Gloss. Græco-Lat. *Chartularius*, idem est, qui χαρτοφύλαξ. Nec mirum, cùm is qui Commentariensis vice fungitur, idem & Chartophylacis munus obeat, & Chartas suas servet. Apud Joannem Diacon. in Vita Gregorii M. lib. 2. c. 55. *Castorius Diaconus & Chartularius Ravennæ* nuncupatur, qui ipsi Gregorio lib. 4. Epist. 23. & 24. *Notarius* & *Diaconus* dicitur. Idem Gregorius lib. 1. Epist. 75. lib. 2. Epist. 33. Hilarium *Chartularium suum* nominat: unde elicio eandem fuisse dignitatem Chartularii & Notarii. At in Ecclesia Constantinopolitana constat diversum fuisse Chartularii & Chartophylacis munus, & Chartularium subditum fuisse Chartophylaci, uti docet Balsamon in Medit. & Codinus de Offic. cap. 1. num. 44. qui Chartularium inter minora Ecclesiæ officia recenset, ut & Euchologium Græcorum p. 624. Synaxaria & Menæa 8. Sept. Καὶ ἐναγοῦς οἴκου εἰμὶ χαρτουλάριος. Chartulariorum Ecclesiasticorum mentio est præterea apud Joanem VIII. PP. Epist. 133. 300. &c.

CHARTULARII, Servi, per *Chartulam*, seu Epistolam manumissi, *Franchi de Carta*, Vitali Episcopo Oscensi apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. p. 727. Occurrunt passim in Legib. Langob. lib. 2. tit. 34. §. 11. lib. 3. tit. 5. §. 1. in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 208. & in Capitul. Caroli M. an. 779. c. 16.

Chartellarii in Concilio Vermeriensi an. 752. c. 20. in Charta Lamberti Imp. an. 898. to. 2. Ital. Sacr. pag. 124. &c. Arnulphus Lexoviensis in Epist. ad Alex. PP. *Procedit interim inter cilicia pauperum fratrum & sordes Cartularii filius sericis adornatus & variis.*

CHARTULARIUM, Scrinium, χαρτοφυλάκιον, in Gloss. Gr. Lat. Ita χαρτουλάριον usurpat Nicetas in Alexio lib. 2. n. 4.

Chartularium, Regestum. Concilium Arelat. ann. 1267. c. 19. *Statuimus quòd omnes Sacerdotes curam animarum habentes, ipsarum Ecclesiarum emant Chartularia, in quibus quolibet anno, saltem in Quadragesima, conscribant nomina parochianorum qui ad pœnitentiam venerunt, & dicta Chartularia teneant & custodiant diligenter, &c.*

CHARTULATI, iidem qui *Chartularii*, Servi per *Chartulam* manumissi: *qui a chartularum conscriptione ingenui sunt*, ut est in Capitul. 2. Caroli M. an. 813. c. 6. Tabularium Casauriense anno Lotharii Imp. 34. *Tradidimus vobis D. Ludovico Imp. omnes res substantiæ meæ, —— seu omne mobile vel immobile, servos vel ancillas, colonos, aldiones, quàm & omnes meos cartulatos, & omnes pertinentes meos.* Alia Charta ibid. *Cum Cartulatis, vel coloniis cum colonicis suis.* Notitia judicati in eodem Tabulario: *judicate nobis justitiam de isto —— & de germanis suis, qui fuerunt Cartulati Allonis: qui olim Castaldio fuit.* Diploma Ludov. II. Imp. pro eodem Monasterio: *Concessimus etiam ut omnem compositionem de Cartulatis atque Libellariis de ipso Monasterio, sibimet habeant, & nullus exactor publicus hoc inquirere audeat, sed in quacunque compositione ceciderint, in sua potestate hoc habeant, cujus cartulati esse videntur.* Charta Caroli C. Imp. in Chron. Farfensi: *Tam ingenuos, quàm servos libellarios, aldiones & aldianas, seu Clericos, vel Cartulatos, aut Offertos.* Occurrunt eadem verba in Charta alia ejusdem Imp. ibidem. Adde to. 1. Ughelli p. 490. ubi perperam scriptum *Castulati*, & to. 2. p. 142.

CHARTULATIO, Acquisitio, vel quilibet contractus per chartulam. Notitia scripta Carolo C. imperante an. 1. in Italia: *Quæcunque jam antea per investituram à parte D. Ludovici Imp. tenuerunt, comparatione, cartulatione, donatione, seu conquisito.* Charta venditionis, an. 978. in Tabulario Casauriensi: *De alio latere, fine terra, quæ est de ipsa cartulatione Sindonis Presbyteri —— de alio latere fine terram de ipsis nostris cartulatis de Orsiano.* Alia an. 982. *Et cum portione mea de ipsis cartulatis & censuatis, qui ad ipsas jam dictas res pertinentes esse videntur.*

CHASALAMENTUM. Vide *Casamentum*.

CHASDIUM, Panni pretiosioris species. Epistola Basilii Imp. ad Hadrianum II. PP. in fine octavæ Synodi: *Transmisimus autem sanctitati vestræ —— vestimenta diaspra tria, Esophor indicitrinum cancellatum unum, chasdium orobeum unum, cazzulin dirodinum habens ornaturam auream, &c.* Χάσδιον, Achmeti cap. 226. 249. & in Synodo Florentina. Vide Meursium.

CHASEA. Vide *Cacia*.

CHASII. Vide *Assasini*.

CHASSIPOLLUS. Vide in *Cacepollus*.

CHATUS, Monetæ aureæ species. Charta anni 1459. *Vendidit pretio & nomine pretii quatuor Florenorum de Rege incameratorum de Trezeno, quod quidem pretium confessus fuit habuisse & recepisse in chatis, & alia pecunia.* Id Adversariis Peirescii hæc legi: *Nota qu'audit an. 1465. les espèces de monnoies, qui couroient pour lors, estoient telles, sçavoir Arnulfins valants un Ducat & demy piece. 98. Ducats faisoient 208. ll. trois Lions valloient 7. ll. trois escus un florin de Pape, & un florin chatti valoient 8. ss. 1. s.* Apud Robertum Cenalem lib. de Ponderib. & mensur. *Maille au chat* vocatur: *Minoris notæ sunt aurei nummi, quos appellant* Mailles au chat, *nempe 13. ceratiorum.* Vide *Chapotenses.*

CHAVANIADA. Idem quod *chevaucheia*, seu hostis. Charta A. Comitis Inculismensis an. 1191. ex Tabular. S. Eparchii fol. 12. *Dedi —— Ecclesiæ S. Eparchii illam consuetudinem, quæ dicitur Ost sive Chavaniada, quam habebant in hominibus S. Eparchii de valle, ubicunque sint in parochia S. Aredii, ut amodo prædicti homines & hæredes eorum liberi sint in perpetuum, & absoluti ab illa consuetudine, quæ dicitur Ost sive Chavaniada.* Occurrit rursum in alia ejusdem Comitis an. 1191.

CHAUDIMELIA. Vide *Mesleia.*

CHAVESEIA. Vetus Charta in Monastico Angl. to. 1. pag. 329. *Unam carucatam terræ —— cum pertinentiis suis, in toftis, & croftis, in pratis & pascuis, & chaveseis.* Vide *Chaucea.*

CHAUFECONS, Camini species. Computum Joannis *l'Oncle* Præpositi Parisiensis an. 1333. *Pro duobus caminis, Gallicè Chaufecons, in Camera Reginæ factis, &c.*

CHAUSSEPOYN, inter Ministeria sacra. Visitatio Thesaurariæ Ecclesiæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item calix argenteus, —— unum Missale pretii 20. sol. unum* Chausse poyn *pretii 30. solid. 2. Corporalia benedicta in uno casso, &c.*

CHAZARI. Vide *Cathari.*

CHEKERATUS, Tessellatus, à voce Anglica *Chekker*, tessella. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Capa cum nodulis chekeratis, subtilis operis, facta de casula Episcopi Fulconis.*

CHELANDIUM, *Chelandrium, Chelindrus, Salandra, Salandria:* Navigii, quod Græci, seu potiùs Byzantini Scriptores, χελάνδιον vocant, species. Epistola Ludovici II. Imp. apud Baron. an. 871. n. 76. *Nam iste Stratigus Georgius —— non tamen sufficit obviare, si plures inimicorum naves ex parte qualibet apparerent, non videlicet nisi pauca chelandia possidens.* Anonymus Barensis in Chron. an. 1051. *Misitque illos chelandiis, & direxit CPolim ad Monomacho.* An. 1064. *Et Gozolino perilavit cum suis ac Petrino, & chelandia incenderunt nave quæ veniebant de Calabria.* Vide Joann. VIII. PP. Epist. 46. ubi perperam scribitur *achelandia.* Ita Cedrenus p. 466. Constantinus de Adm. Imp. cap. 8. & alibi vocem χελάνδιον usurpant. Vita S. Nili Junioris pag. 102. Ἐλογίσατο —— κατασκευάσαι τὰ λεγόμενα χελάνδια. Ex quibus ni fallor, emendandus locus insignis apud Arrianum in Periplo maris Rubri p. 36. Edit. 1533. Ἐν οἷς τοπικὰ μὲν ἐστιν πλοῖα μέχρι Λιμυρικῆς παραλεγόμενα τὴν γῆν. ἕτερα δ' ἐκ μονοξύλων πλοίων μεγίστων ἀφῆς, ἐζευγμένων, λεγόμενα Σάγγαρα. Τὰ δὲ εἰς τὴν Χρυσῆν, καὶ εἰς τὸν Γάγγην διαιρο τα, κο ανδιοφῶντα τὰ μέγιστα. Hoc enim loco legendum puto, κελάνδια, ὄντα τὰ μέγιστα. Ita ut navigiorum istorum alia, *Sangara* appellata, ex majoribus trabariis invicem junctis conflata, alia maxima, *Celandia* dicta fuerint, atque inde ejusmodi chelandiorum usum à barbaris istis ac Indis gentibus accepisse Græcos par sit credere: licèt quidam Græcam originem vocabulo isti accersant, ut Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Κελάντιον, μικρὸν πλοιάριον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλητος ἵππου, ᾧ εἷς ἀνὴρ ἐπικάθηται. Quam quidem originationem attigisse etiam videtur Ugutio, cui *Celandria* vel *Celendria*, dicitur, *navis quæ citò currit, vel velociter in ydro, i. aqua.* Porrò occurrit passim vox *Chelandium*, apud Paulum Diacon. in Hist. Misc. & Anastasium in Hist. Eccles. quam plerique è Scriptoribus Latinis corruptam, & perperam elatam, usurpant. Nam

Chelindra, pro *Chelandium*, dixit Matthæus Paris an. 1238. *Obligavit se Imperator ad 100. chelindras & 50. galeias ducendas ultra mare.*

Cheland ium. Luithprandus lib. 5. cap. 4. *Hugo Rex Constantinopolim dirigit, rogans Imperatorem ut naves sibi cum Græco igne transmittat, quas Chelandria patrio sermone Græci cognominant.* Et cap. 6. *Nuntiatum est Romano 15. semifracta se habere chelandria.*

Chelindrus. Guillelmus Apul. lib. 5. Rer. Norman.

Et contra Venetûm naves Danaûmque chelindros
Certamen navale parant.

Et infrà:

Innumeros bello Danai duxere chelindros.

Utitur ibi pluries.

Zalandria. Andreas Dandulus in Chron. MS. ann. 842. *Duces itaque duas naves bello aptas ad sua tuenda loca miserunt, quæ more Græcorum Zelandriæ dictæ sunt, nunquam antea apud Venetos usitatæ.*

Salandra, & *Salandria.* Guibertus lib. 3. de Pignorib. SS. c. 5. §. 3. *Salandræ autem naves dicuntur, à saliendo vocatæ.* Idem de Vita sua l. 3. c. 13. *Et ecce immanium, quas multùm verebantur, piratarum conspiciunt sibi ingruere ex adverso Salandras.* Ditmarus l. 3. p. 33. *Salandria quid sit, vel cur ad has pervenerit oras, breviter intimabo: hæc est ut præfatus sum, navis miræ longitudinis & claritatis, & utroque latere duos tenens remorum ordines, ac 150. nautas.* A Guiberto hausit quæ habet Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 49. ubi hæc subdit: *Et temporibus nostris tales naves apud Italicos Galeæ nomine nominantur, & prout dicit Hugucio, celimdria, vel celindria dicitur apud Latinos navis celox, & apud Græcos dicitur velox vel celonis; & sic corrupto nomine apud quosdam Sulandria nominata videtur.* Hisce diluendis non immoror.

Chelandurus, χελάνδουρος pro minori Chelandio dixit Theophanes p. 316.

Calannus, nostris *Chalan.* Nam & à Chelandiis seu eorum forma nomem mutuati sunt. Tabul. Vindoc. Monasterii fol. 234. *Domna Mathildis in uno quoque Sabbato habebat plenum calannum de ramalibus ipsius bosci ad se calefaciendum.* Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

A tant à mandé soldoiers,
Nés & calans, & marouniers,

Chalandus, in Hist. Monast. S. Nicolai Andeg. in Charta Gaufredi Comitis Andeg. & in Gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 27. Ita etiamnum hodie *Chalond*, Andegavenses vocant. *Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.*

Il est si home ont vu chalan loé.

Le Roman de Gaydon MS.

Quant Ferrans iert en mer en un chalant.

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.

Quant Barlat sont venus, on ot assés chalans,
De nez & de galses, qui par mer sont corrans.

Le Roman de Jordain MS.

Puis joint les piez, s'est faillis dou chalant.

Alibi:

Apprestez moi & barges & chalans.

Maistre Vacces:

Nez & basteaus & chalans faire.

Alibi:

Chalans & escheis quant qu'il en pout trover.

Regestum

Regestum Ludovici Ducis Andegav. pag.40. c. *du Trespas de Loire: Pour chalant portant maison 4. sol. pour sentaine portant marchandie ou autres choses 2. s. pour chalan portant le double ou plus 6. s.* Computum Joan. *Cauchon* Thesaurarii Guerrarum an. 1378. *A Huguenin Pongy notonnier, pour avoir mené par eauë en son chalan de Nevers à Sancerre certaine finance, &c.* Adde Consuetud. Bayonensem tit. 4. art. 13. & Stabilimenta S. Ludovici l. 1. c. 143.

Observandum præterea Willelmum Hedam in Hist. Episcop. Traject. accersere Zelandiæ etymon *à Græco vocabulo Chilindras, quod navem significat, quasi Chilindriam vocare* (inquit) *possemus.*

CHELYNDRUS, pro *Chelydrus*. Est autem *Chelydrus, coluber*, ὄφις χέρσυδρος, ut est in Gloss. Græc. Lat. MS. Fulbertus Carnot. Hymno de S. Pantaleone: *Mortuus resurgit infans, & Chelindrus finditur.* Alanus in Parabol. c. 6. *Nonne chelindrorum moriuntur morsibus illi.* Sic porrò passim apud Scriptores Ecclesiasticos & in Vitis Sanctorum *Diabolus* indigitatur. Beda in Vita S. Ædelwaldi:

—— Torvive cruenta chelydri
Tela, quibus victor confregerit obvius armis.

Idem in S. Guthberto cap. 11.

Ne vaga pestiferi ludat vos aura chelydri.

Jonas in Vita S. Eustasii Abbatis Luxov. n. 8. *Exarsit more solito lividus adversus Sanctorum famam chelydrus.* Petrus Neapolitanæ Ecclesiæ Hypodiacon.

Plaude puella diu religata fraude celydri.

Adde Christianum de Scala in Vita S. Ludmillæ pag. 44. H. Rabanum. Flodoardum lib. 14. Poëm. 18. Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 9. &c.

CHEMA, Mensuræ nomen, duobus cochleariis constantis. Vetus auctor: *Duo cochlearia chemam faciunt.*

CHEMINUS, *Chiminus*, Via, iter, strata: ex Gallico, *Chemin*. Leges Edwardi Confess. cap. 12. *Alia*, (pax Regis) *quam habent 4. chemini, Watlingstrete, Fosse, Hikenildstrete, & Ermingstrete.* De his 4. cheminis Angliæ majoribus, vide præterea Leges vernaculas Willelmi Nothi c. 30. & Henricum Huntundinensem lib. 1. pp. 299. Monasticum Anglic. to. 1. p. 532. *Dedit nobis in escambium chimini, versus boscum 8. acras.* Justus Abbas in Serm. ad Cistertienses: *Ipsa nostra habitacula urbibus similia sunt, & ut vulgò dicitur, in chimino posita, commeantibus quadriviatim patent.* Charta an. 1227. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis pag. 32. *A monte Dolio usque ad cheminum ferratum quod vadit de Meldis ad Pontmorte.*

Propriè autem & peculiari significatione *Cheminum* vocari annotat Consuetudo Claromontensis art. 229. viam majorem, quæ in latitudine continet 32. pedes, pro inde minorem Regia, quæ continet 64. pedes: majorem verò *viam*, quæ continet 16. pedes. Ita etiam Rastallus Anglus: *Chemin est le haut voy, l'où chescun home passe, qui est appellé Via Regia.* De vocis origine non constat, quam Gallicam veterem putat Bergerus lib. 3. de Viis Roman. cap. 49. §. 5. Stephanus Guichartus in Harmonia etymologica ab Hebræo *Chamac*, deducendam putat, i. circuire, ambire, declinare, ire, & ambulare. Vide *Pax Regis, Via ferrata.*

Cheminagium, Telonium seu pensitatio, quæ in forestis exigebatur à forestariis, pro plaustris, & equis colonorum, qui per suæ forestæ *baillivas*, seu limites, onera portabant: ex Gallico *Cheminage*. Charta Joannis Regis Angl. pro forestis, apud Matth. Paris an. 1215. *Nullus Forestarius de cætero, qui non sit Forestarius de feudo, reddens firmam nobis pro bailliva sua, capiat cheminagium: scilicet pro careta per dimidium annum 2. denarios, & pro equo qui portat summagium, &c.* Fleta lib. 2. c. 41. §. 25. *Item inquiratur si aliquis Forestarius de feodo, vel alii ceperint finem vel mercedem aliquam pro cheminagio aliter quàm ipsos percipere licet.* At vir doctus contendit legendum in Charta de Foresta laudata, *Chimagium*, itáque haberi in ipso textu. Tabularium S. Cypriani Pictavensis: *Ranulfus Alians concessit —— consuetudines omnes quas habet in Buxia, & Chinatgium, excepto Forestagio concedentibus dominis de Isla. —— Giraudus Berlant filiusque ejus concesserunt Monasterio S. Cypriani consuetudinem Chinatgii, & cætera quæ à senioribus suis de Isla in Buxia obtinebat.* *Chemagii* vel *Chimagii* meminit Raguellus ex Charta an. 1387. aitque esse præstationem vel telonium pro *chemino* seu via: sed, aut fallor ipse, fallitur. Est enim *Chemagium* idem quod *Cimagium*, jus scilicet utendi supremis ramis arborum in forestis, quos *Cimes* dicunt. Charta Gaufredi Liziniacensis Dom. Volventi & Merventi an. 1233. quâ Eleemosynariæ S. Thomæ Fontenacensi suum *Chauffage* concedit in silva *de Mervent: Ce est à savoir à prendre à l'usage de la maison devant dite, tant cum un chevaux, o uns asnes, lor en porra apporter dans cimaus, & daus branches, qui remanaront aut servant, qui de ma fourest devant dite tranchera & mettra son chauffage au Signor de Fontenay. Et si les branches & la cimau devant dit ne soffisent au devant dit freres aut chauffage de os & dau pauvres de la maison devant dite, je lor ay donné congé & pouer de prendre lor bois sec, &c.*

CHENETELLUS, Pastilli species. Charta Garini Abbatis de Valleia an. 1227. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 310. *Cum ex pia decessorum nostrorum devotione processio Ecclesiæ B. Mariæ Carnotensis ad Ecclesiam nostram accedens procurationem quarta feria Paschalis ebdomadæ, & potum cum chenetellis in vigilia S. Joannis Baptistæ decollationis sine contradictione perciperet, quia in dictæ procurationis, & potus & chenetellorum exhibitione, ob turbarum instantiam nobis importunè pluries & damnosè, sed & inhonestè res fieri videbatur, Decanus & Capitulum ejusdem Ecclesiæ ad fugam discordiæ, & mutuæ affectionis custodiam, & evitanda prorsus incommoda, prædictam procurationem, potum & chenetellos nobis in perpetuum quittavit, processione B. Mariæ Carnotensis ad Ecclesiam nostram more solito præfatis diebus nihilominus accedente, &c.* In Charta alia an. 1201. n. 333. *Pastilli* dicuntur: *Nos verò in recompensationem dictarum procurationum, potus & pastillorum, &c.*

CHEOLARE, Follem pedibus propellere, *Cheoller, Choller*: Ludi species vicanis nostris in Picardia familiaris. Lambertus Ardensis pag. 142. *Mansit ibi in medio agri pascui quidam cervisiæ brasiator, vel Cambarius, ubi rustici homines, vel ad cheolandum, vel etiam herkandum propter agri pascui largam & latam planitiem convenire solebant.* In Tabulario urbis Ambian. est compositio inter Simonem Episcopum, & Majores & Scabinos ejusdem urbis ann. 1323. super pluribus controversiis, in quibus eratista, *de ce que li Maires prist l'estuef a la Chole le jour de Quaresmel en le terre de l'Evesque & de l'Eglise.* Robertus Bourronus in Histor. MS. Merlini: *Et en cel camp avoit une campaignie d'enfant qui chouilloient.* Et infra: *Si haucha la croche, si en feri l'enfant en la gambe.* Videtur Ludoisti vox indita, quod calcei *solea* follis propelleretur, Charta Caroli Regis Franc. ann. 1387. Ex Archivo Regio: *Les gens du pays de Vulguessin le Normand & la forest de Lyons ont accoustumé de eux esbattre & assembler chascun an pour souller & jouer à la solle l'un contre l'autre devant la porte de l'Abbaye de nostre Dame de Mortever le jour de Caresme prenant, &c.* *Jeu de la soule* appellatur in Statuto alio ann. 1493. in Regesto Cæruleo Castelleti Paris. fol. 37. Vide in voce

voce *Ludus*. Vide Dissertationem nostram 8. ad Joinvillam.

CHERCHAMBRUM. Charta Richardi Episc. Coventrensis, in Monast. Angl. to. 3. p. 223. *Duas mansuras in Lichefeld, & scoppam Scherilai Fabri, & cherchambrum: quæ omnia prædictum VValterum pacificè constat possedisse.*

CHERCHEZ, Præstationis species, in Monastico Anglic. to. 2. p. 117. 179.

CHERIES. Hervæus Eliensis Episcopus, apud Ordericum Vitalem lib. 6. *Erat enim aliquantulum corpulentus, mediocris personæ, & honestam, ut ita dicam, cheriem habebat.* Ubi *Cheries* idem valet quod Gallis ejusce ætatis *Chere*, vultus, facies. Vide *Cara*.

CHERISCEATUM. Vide *Ciriscetum*.

CHERISTRUM. Vide *Teristrum*.

CHERISTADUNA, idem quod *Aristato*, de quo suprà. Pactus Legis Salicæ tit. 58 §. 4. *Si quis cheristaduna super hominem mortuum capulaverit, &c.*

CHERITISMOS, χαιρετισμὸς, Salutatio, Annunciatio Deiparæ Virginis. Anastasius in Leone III. PP. pag. 121. *Fecit vestem de chrysoclabo habentem Historiam Nativitatis & S. Simeonis, & in medio —— Cheritismum.*

CHERNO. Charta 69. inter Alamannicas Goldasti: *Hoc est, 15. siclas de cervisia, & maldram de chernone, & friskingam tremissæ valentem.* Ch. 83. *Censumque annis singulis persolvat, id est, 6. maldras, de avena, & 1. maldrum de chernone.* Fortè *Cicerçula*, leguminis genus, quod germanis *Kichern* dicitur.

CHERUCA, pro *Ceruchus*, apud Fulcher. Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. c. 58.

CHERVIGIUM, Papiæ, *Navigium*. Codex editus habet *Cervigium*.

CHERVIOBURGUS. Pactus Legis Salicæ tit. 67. §. 1. *Si quis chervioburgum, hoc est, strioportium, clamaverit, aut illum, qui Æneum dicitur, portasse, ubi strias cocinant, &c.* Editio Pith. *Hereburgium* habet, quam vocem Goldastus *Veneficum* interpretatur, quoniam *Hoerberger*, veneficus adhuc dicitur Helvetiis. Wendelinus *Hoer* quidem Germanis omnibus meretricem sonare ait, eamque hîc intelligi quæ cum dæmone rem habet, eique succubat: proindeque addita densitate aspirationis *Choereburgum*, esse *veneficarum receptatorem*, seu succubarum. Atque etiam ipsum veneficum, quique caldarium commodat, ac deportat unà cum ipsis striis ac sagis ad loca avernalium sacrorum, ubi ferales epulæ instruuntur.

CHERULAS, *Colles vel valles*. Papias edit. & MS.

CHESAMENTUM. Vide *Casamentum*.

CHESTUS. Vide *Quæsta*.

CHETONITI, Κοιτωνίτης, Cubicularius, Eunuchus: apud Lupum Protospatam in Chron. an. 1028. 1032. Vide Notas nostras ad Alexiadem.

CHEVAGIUM. Vide *Capitalitium*.

CHEVANCIA, Facultates, bona, Gallis *Chevance*. Charta Edvv. II. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. p. 359. *Quod idem Prioratus pene destructus, & possessiones suæ ad plurimos terminos pro plurimis chevanciis alienatæ existunt.*

CHEVAUCHEIA. Vide *Equitatio, Hostis*.

CHEVESCIUM. Charta Edvv. II. Regis Angl. in Monastico Angl. to. 2. p. 629. *Donationes etiam —— quas fecit Abbati & Conventui de tota terra sua arabili, cum chevesciis, & toto prato suo, &c.* Ubi *chevescium* idem esse putaverim quod *chevagium*, census capitalis.

CHEVESTRAGIUM. Vide *Capistragium*.

CHEUPTANUS, Capitaneus, ex Gallico obsoleto *Chevetaine*. Charta Friderici Imp. an. 1178. apud Ughell. to. 3. p. 482. *Nec Dux, Marchio, vel Comes, nec Vicecomes, nec Consules, nec Cheuptani, nec aliquis magna vel parva persona audeat, &c.* Κεφαλάδες recentiorib. Græcis. Vide Meurs. & Glossar. ad Villharduin. in verbo *Chevetaine*.

CHILDWITE. Vetus Placitum sub Guillelmo I. Rege Angl. apud Seldenum ad Eadmerum p. 199. *Quicunque illam culpam fecerit, quæ Childvvite vocatur, Archiepiscopus aut totam aut dimidiam emendationis partem habebit. Quietum esse de Childvvite*, in Monastico Angl. tom. 2. pag. 387. Vide *Ledtchet*.

CHIFRA. Vide *Zifera*.

CHILOSUS. S. Columbanus Epist. 5. *Piè namque me scito, licet saltuatim & hyberbolicè, Chilosum os operire.* An à χεῖλος, labrum?

CHIMERA, Navigii species. Paulus Diac. lib. 20. Misc. p. 625. & Anastasius in Hist. Eccl. p. 122. *Omnes naves, dromones videlicet, trieres, & scaphas, chimeras, ac lintres usque ad chelandia —— collegit.* Ubi Theophanes pag. 316. Πᾶσαν ναῦν δρομώνων, καὶ τριηρῶν, καὶ σκαφῶν, μονοξύλων, καὶ ἁλιάδων, καὶ ἕως χελανδίων, &c. Codex Peirescianus habet μυροαγώγων.

CHIMIA, Auri conficiendi ars sacra, seu fiatoria, ἱερὰ τέχνη καὶ θεία, ut est in Lexico hujus artis χημεία veteri Scriptori, & Joanni Antioch. apud Suidam: χημευτικὴ Zozimo Panopolitæ. *Scientia Chimiæ*, Firmico lib. 3. cap. 15. uti hunc locum restituit Salmasius: Αρχιμία, infimæ Græciæ auctoribus, nostris *Archimie* & *Alchimie*. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula.

O quàm ferventer tales hodie sequerentur,
Alchymiam, cujus est fructus ditatio tanta.

At unde χημεία, & *Chimia*, dicatur hæc ars, nemo adhuc assecutus est. Vide V.C. Petrum Lambecium lib. 6. de Bibl. Cæsarea pag. 174.

CHIMINUM. Vide *Cheminum*.

CHINATGIUM. Vide *Chiminagium*.

CHIRAT, vel *Chirast*, Pondus 4. granorum, Saladino de Ponderibus.

CHIRGEMOT, Conventus Ecclesiasticus, Synodus, Concilium: ex *Chirch*, Ecclesia, & *gemot*, Conventus. Leges Henrici I. cap. 8. *Quousque Chirgemot discordantes inveniet, vel amore congreget, vel sequestret judicio.*

CHIRIPILATIO. Glaber Rodulph. in Vita S. Guillelmi Divion. c. 14. *Quæ attonsura per cervices virorum? Quàm turpis in barba chiripilatio maxilarum?* Legendum fortè *horripilatio*. Vide in hac voce.

CHIROGRAPHUM, *Cirographum, Cyrographum*, Diploma, scriptum, pactum, Regum & Principum manibus ac subscriptionibus roboratum. Gloss. Græc. Lat. Γραμματεῖον, *Chirographum, cautio, instrumentum.* Ebrardus in Græcismo cap. 9.

Hinc & Cerographus manualis Charta vocatur.

Manualis conscriptio, in Glossis Isonis Magistri. Capitula Caroli C. tit. 23. cap. 8. *Et in chirographo apud Marsnam manu propria confirmastis.* Apud Hincmarum de Divortio Lotharii, *Chirographi Regum*, non semel. *Chirographum Regium*, apud Ingulfum pag. 861. 883. *Chirographa*, nudè, Regum præcepta, apud eundem pag. 852. 854. 857. &c. Idem pag. 901. de Normannis, postquam Angliam obtinuerunt: *Chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea usque ad Edvvardi Regis tempora fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis, aliisque sacris signaculis, firma fuerunt, Normanni condemnantes, chirographa Chartas vocabant, & Chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum, sub instillatione trium, vel 4. testium astantium conficere constituebant.* Vide Chronic. Besuense pag. 681.

Chirographum, Subscriptio, quæ propria manu fit. Anastasius in S. Silvestro PP. *Factum est Concilium in Nicæa Bithyniæ, & congregati sunt 318. Episcopi Catholici, & quorum chirographum cucurrit, alii imbecilles 208: &c.* In S. Anastasio: *Et hoc constituit nulla ratione*

tione transmarinum hominem in clericatus honorem ſuſcipi, niſi 5. Epiſcoporum deſignaret chirographum, propter Manichæos. In S. Leone: *Et factum eſt Concilium --- & congregati ſunt Sacerdotes & alii, quorum chirographum cucurrit* 406. *Epiſcopi.*

Chirographa, Tributa quæ per chirographa exiguntur, vel *Cautiones.* Iſidor. lib. 4. cap. 24. *Chirographum, cautio vel ſcriptio duarum inſtar chartarum: Græcè enim manuſcriptum dicitur Cautio.* S. Eulogius in Memoriali Sanctorum lib. 3. cap. 5. *Si tamen Chriſtiani, & non magis operarii iniquitatis appellandi ſint, qui ut privilegium chirographa exigendi obtineant, ſortem Domini, ſideliumque conventum ſuo vadimonio vel crimine à Rege mercantes, importabili cenſus onere colla aggravant miſerorum.* Vide *Cautio.*

Chirographi poſtmodum appellatio iis chartis, tabulis, ac inſtrumentis ſpeciatim indita, quæ in duas partes dividebantur & ſecabantur: quarum una uni, altera alteri è contrahentibus dabatur, quippe contractus ſeu pactum bis in eodem pergameno deſcribebatur, & qua parte ſecari ac dividi debebat, ſcribebantur Alphabeti majuſculæ literæ, vel picturæ exarabantur, per quarum medium ſecabatur pergamenum: idque fiebat ad vitandam falſitatem. Quippe ut pacti ſeu ſcripti veritas probaretur, ipſæ majores literæ partitæ ac deciſæ, an invicem cohærerent vel reſponderent, conferebantur. Atque hanc chirographorum formam veteribus uſiatam & cognitam fuiſſe ajunt. Joan. de Janua: *Chirographus & ſyngraphus ſæpe accipiuntur indifferenter. Differunt tamen ſecundùm proprietates: quia chirographus dicitur deſcriptio manuum, ſcilicet cautio quæ fit propria manu debitoris, & committitur creditori: ſyngraphus dicitur conſcriptio, id eſt, duorum ſimul ſcriptio. Antiquitus enim debitor & creditor ſimul in ligno, vel carta, ſcribebant, & nomen creditoris, & nomen debitoris, & teſtes, & ſummam pecuniæ, & in medio hoc nomen, Syngraphus, capitalibus literis, & per medium dividebatur. Poſtea ſi creditor plus exigeret quàm debitor deberet, vel ſi debitor denegaret depoſitum, uterque afferebat partem quam habebat, utrum duæ partes convenirent; & illud propriè eſt ſyngraphum, vel ſyngraphus.* Tabular. Angeriacenſe fol. 30. *Duplex Charta facta eſt de hac re in uno pergameno, quæ diviſa per medium, altera data eſt Gerberto, altera retenta eſt in Monaſterio.* Fol. 40. *Ne falſitas poſſit intermitti inter hanc Chartam, & illam quam habet Itherius, uno ab invicem ſigno dividuntur, cujus hæc habet finem, illa principium.* Pag. 222. *Sciant poſteri quòd ſimilis Charta data eſt Conſtantio Molendinario, continens ſimilia huic, unde ſciſſa eſt pictura, quæ pingebat utramque, traditaque eſt utrique.* Vetus Notitia apud Louvetum in Bellovaco pag. 531. 1. Edit. *Fuit etiam ſtatutum petitione ipſius Drogonis, quatenus iſtius redditionis & eleemoſynæ donatio & conceſſio ſcripto commendaretur, & anathemate, & partitione chirographi confirmaretur.* Rogerus Hovedenus in Henrico II. *Quod cùm factum fuiſſet, præcepit Rex Archiepiſcopis & Epiſcopis, ut ſigilla ſua apponerent ſcripto illi. Et cùm cæteri proni eſſent ad id faciendum, Archiepiſcopus Cantuarienſis juravit quòd nunquam ſcripto illi ſigillum apponeret, nec leges illas confirmaret. Cumque vidiſſet Rex quòd tali modo non poſſet procedere, fecit leges illas in chirographo poni, & medietatem illius tradidit Cantuarienſi Archiepiſcopo.* MS. Corbeïenſe, *de Menſa Abbatis: Et ſciendum eſt quòd de conventione hac, neque de alia, dictus colonus aliud ſigillum habere poterat, niſi tantummodò medietatem unius cyrographi, in quo ſcriptum erat, nomen Abbatis, Prioris Baillivi, & nomina Monachorum ibi commorantium, & nomen coloni, & nomina illorum quos adduxerat ſecum, qui ibi audierant conventionem. Partem illius cyrographi habebat penes ſe villanus, & cuſtodiebat, donec compleretur tempus conventionis ſuæ. Aliam confirmationem, aliam ſecuritatem nemo habere poterat, quia Eccleſia noſtra in tempore illo ſigillum non habebat.* Conſuetudo Tervanenſis art. 12. *Et es cotiers l'on y uſe par lettres de chirographe, qui ſe font en double, dont l'une ſe baille à partie, l'autre ſe met en coffre des Eſchevins.*

His porrò chirographis ita ſigilla apponebantur, ut ſigillum unius parti chirographi quæ penes alterum è contrahentibus remanebat, ſolùm appenderetur, & è diverſo. Tabularium S. Bertini an. 1207. *Decernentes ut parti illi, quæ Eccleſiæ S. Bertini & homini ſuo dabitur, ſigillum appendatur S. VVlmari: illi verò parti quam habebit Eccleſia S. VVlmari, ſigillum appendatur S. Bertini.* Charta Ingerranni Epiſcopi Amb. in Tabul. Eccleſ. Ambian pag. 42. *Ut igitur hoc ratum apud poſteros habeatur, ſcripto mandari, teſtes ſubſcribi, & ipſum ſcriptum per cyropraphum partiri fecimus, ut parti, quam Eccleſia B. Martini habuerit, Canonici SS. Acii & Acheoli ſigillum ſuum cum noſtro appendant, & parti quam ipſi habuerint, ſigillum S. Martini cum noſtro appendadatur.* Ibidem, Charta 128. *In cujus teſtimonium præſens ſcriptum ſub cyrographo utrique parti ſigillo noſtro tradidimus roboratum.* Charta 170. *Et memoriali cyrographo per ſigilli noſtri teſtimonium eidem cyrographo appenſi commendare, unam partem cyrographi penes nos retinentes, & aliam partem eidem Capitulo dantes in teſtimonium perpetuum & munimen.* Boncompagnus lib. 2. de Arte dictaminis MS. Extremo: *Quidam tempore depoſitionis faciunt fieri publica inſtrumenta. Item quidam faciunt alphabeta, quæ per medium dividuntur, & remanet una medietas alphabeti apud depoſitarium, & aliam depoſitor ſecum deportat. Item depoſita ſigillorum impreſſionibus conſignantur, & ita ſigillata & ſuperſcripta redduntur. Item quandoque aliquis digitus, vel pes aliquis pedi ſupponitur, vel oſtenditur anulus, vel cultellus, aut aliquid aliud, prout fuit communiter ordinatum.* Vide Chronicon Andrenſe pag. 458. 630. Chron. Voſienſe c. 45. Guil. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 344. &c.

Chartæ diviſæ, hinc appellata ejuſmodi chirographa. Monaſticum Angl. tom. 2. pag. 94. *Tenent etiam totam terram de Stelden per cartas diviſas. Scriptum per chirographum diviſum:* in Chron. Andrenſi pag. 460. *Pactio per chirographum diviſum roborata*, pag. 484. 526. 630: *Chartæ per alphabetum diviſæ*, quia, ut ſuprà obſervatum, qua parte dividebatur pergamenum, literæ majuſculæ alphabeti deſcriptæ erant. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 129. *Stephanus Notarius Aginnenſis, qui ſcripſit duas Chartas partitas per alphabetum conſenſu utriuſque partis. Inſtrumenta per alphabetum diviſa*, in Charta an. 1205. tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 225. Vetus Notitia Judicati apud Rocchum Pirrum in Archiepiſc. Meſſan. pag 311. *Et fecimus inſtrumentum Epiſcopo & Domino Gilberto cum alphabeto cum incauſto rubeo de donatione & contractibus.* Fori Oſcæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1274. *Diviſio verò debet fieri cum inſtrumento publico per alphabetum diviſo.* Raimundus Montanerius in Chron. Regum Aragon. cap. 216. *E daço llevaren cartes publiques partides per. A. B. C. que ſen portaren, &c.*

Chartæ indentatæ etiam dicta ejuſmodi chirographa. Vide *Indentare.*

Chartæ in modum cyrographi confectæ, in Monaſtico Anglic. tom. 2. pag. 443. Statuta Ordinis *de Sempringam* pag. 703. *Omnes autem cartæ, quæ dantur de domibus noſtris, ſcribantur duplices in modum cyrographorum, & altera pars remaneat penes domum ſigillata ſigillo accipientis.* Hovedenus pag. 745. *Præſtita & Chartæ præſtitorum fiant in modum chirographi, & altera pars remaneat Judæo, &c.*

Chartæ chirographatæ. Bracton. lib. 2. cap. 16. §. 2. *Aliquando facit quis scripturam sibi ipsi & alii, & contra se & pro se, quæ communis est, —— & talis scriptura dicitur Charta cyrographata, quæ scinditur per medium, & una pars remanet parti uni, & altera alteri.* Vide to. 2. Monastici Angl. pag. 442.

Chirographare, seu *Cyrograffare*, *Manu scribere, vel chirographum facere, aut scribere characteres*, Joanni de Janua. Vide Radulphum *de Hengham* in Præfat. ad Summam magnam.

Chirographarii, seu, uti scribebant, *Cyrographarii*, *Chirographarum*, seu *Chartarum chirographatarum* scriptores, in Fleta lib. 2. cap. 36. §. 1. Alii *sunt Chirographarii* apud Jurisconsult.

CHIPOTENSES. Vide *Chapotenses*.

CHIROGRYLLUS, *Cyrogrillus*, Cirogrillus. Glossa Græc. Lat. Χοιρογρύλλιος, ἤγουν ἐχῖνος χερσαῖος, *Erinacius*. Glossæ Biblicæ MSS. *Cyrogrillus, id est, Ericius.* Papias & Joan. de Janua: *Chirogrillus, erinacius, spinosus, major ericio.* Eucherius Lugdunensis: *Erinacei, Χοιρογρύλλιοι nuncupantur, prope magnitudine mediocrium cuniculorum, de cavernis petrarum procedentes gregatim in eremo, & contra mare Mortuum depascuntur.* Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis: *Cyrogrillus est animal habitans sub terra: & dicitur propriè cattus silvestris dispositus ad modum canis, & dicitur à cyros, quod est manus, & grillus, quod est cattus, quasi habens pedes & manus ad modum catti.* Matth. Silvaticus: *Chirogrillus vel Cirogrillus idem: sed veriùs dicitur vel Chirogrillus.* Infrà: *Ceriligion, Cirriglinon, id est, spinosus porcus, major ericio, quem Latinè vocant istricem.* Græcis γρύλλος est porcus, ut & χοῖρος, hinc χοιρογρύλλιος, apud Scholiast. Aristoph. εἰρην, pag. 660. Lampridius in Heliogabalo: *Quum & ursos decem & decem grillos, & decem lactucas, & decem auri libras in sorte habuit.* Vide Isidor. l. 12. c. 3. Pseudo-Ovidius de Vetula lib. 1.

Densificos levitate sua, promptosque salire
De ramo in ramum cirogrillos dijaculare.

Cycogriluls, Cuniculus, *Conil.* Gloss. Arabico-Lat. *Canicula, gyrogrillus.* Leg. *Cuniculus*, vel *Cunicula.* Infrà: *Cuniculus, ut suprà, gyrogrillus.* Will. Brito lib. 1. Philippid.

More cirogrilli velox in mœnia repit.

Vetus Inquesta apud Columbum lib. 2. de Vasionens. Episcopis: *Dixit —— quòd montem ubi est castrum Vasionense, faciebat cassare (Chasser) dictus Episcopus, ut dominus, & possidebat ut suum, & ipse testis portavit multoties chirogryllos istius montis ad palatium D. Episcopi.*

Cirogillinæ pelles, *Pelles de Cyrogrillis*, in Concilio Parisiensi an. 1212. part. 2. can. 9. Stephanus Ulysipponensis de Mirac. S. Vincentii n. 17. *Quidam pelliculas cirogillinas, & ut in eis operaretur spe lucri, quicquid habebat in eis emendis expenderat.* Ubi leg. *Cirogrillinas*, Gall. *Peaux de Conils.*

CHIROMETRICALE, Chirotheca, manuum mensura, Χειρόμετρον: apud Wolphardum Presbyt. de Miraculis S. Walburgis lib. 3. num. 6.

CHIROSOBOLUM. Vide *Chrysobolum.*

CHIROTHECÆ. Harum usum priscis ignotum docet Casaubonus in Athen. lib. 12. cap. 2.

Chirothecæ Episcoporum, quibus ii in sacris Liturgiis ac ceremoniis utuntur: quarum etiam usum Abbatibus interdum concessere summi Pontifices. Leo Ost. lib. 2. Chron. Casin. cap. 82. *Idem sanctus Pontifex sandaliorum usum & dalmaticæ ac chirothecarum in præcipuis festivitatibus tam illi quàm omnibus in hoc Cœnobio regulariter promovendis - —— Apostolica auctoritate concessit.* De Chirothecis Episcoporum, videndi Honorius Augustod. lib. 1. cap. 215. & Durandus lib. 3. Ration. cap. 12.

Chirothecæ de guerra, ferreæ, nostris *Gantelets de fer*, in Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 27. §. 1. Chron. MS. Bertrandi Guesclini:

Et riche bacinet li fist-on apporter,
Gans à broches de fer qui sont au redouter.

Guignevilla:

Des gantelez aussi te di
Que boin est que soies muni,
Car se ès mains blechiés estoies,
Du remanant mult peu feroies.

Chirothecæ purpureæ margaritis & lapillis exornatæ, Imperatoriæ dignitatis symbola, apud Pachymerem lib. 7. Hist. cap. 12.

Chirotheca traditione investire. Charta Liemari Archiepiscopi Bremens. an. 1088. inter Privilegia ejusdem Eccles. pag. 168. *Super reliquias nostras cum chirotheca, sicut mos est liberis Saxonibus, tradidit —— curtim ipsam & mansos 4. & dimidium. —— Aderat Comes Fredericus Advocatus Ecclesiæ, qui chirothecam traditionis sacris reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, & ab ipso Gerhardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit.* Alia ibidem pag. 169. *Eckibertus Comes ex promisso F. Comitis, qui tunc erat Advocatus, chirothecam abstulit, G. confirmationem digito, ut mos est Saxonibus, fecit.* Tabular. Abbatiæ de Rota: *De omnibus gravaminibus & importunitatibus, quas in ea fecerat manifestè satisfaciens, vadium suum dedit, & posuit cum sua chirotheca in manu Abbatis.* Tabularium Monasterii Berardengens. in territorio Senensi, apud Chiffletium in Luminib. Salicis c. 6. an. 1109. & 1121. *Secundùm nostra Legem Saligam per cultellum, festucum nodatum, quantonem, & quasonem terræ, atque ramum arboris, legitimam & corporalem vestituram facimus, & nos exinde foras expulimus.* Vita S. Hadeliai Confessoris num. 13. *Cumque vvantum manu, ut moris est, legaliter tradendo teneret.* Et infrà: *Locum prædictum cum vvanto, quem tenebat, beato viro contradidit.* Tabularium Burguliense fol. 72. *Cui Dei gratiâ concessit Savaricus, atque quod abstulerat, quodam reddidit guantulo.* Tabular. N. D. Santon. fol. 35. *Hoc donum fecit Gaufridus Abbatissæ Florentiæ, cum quadam chirotheca sinistra, flexis genibus, ante eam, in eadem sylva.* Tabularium S. Amantii Inculism. *Filii Arnaldi confirmaverunt donum præsens cum chirothecis cujusdam Militis de Rupefucaldi.* Idem Tabul. *Et posuit in donum plenam chirothecam de avellanis.* Regestum Parlament. Paris. B. fol. 111. sub. ann. 1294. *Comes Flandriæ per traditionem cerothecæ in manu D. Regis humiliter posuit possessionem bonarum villarum Flandriæ, videlicet de Brugis, de Gandavo &c.* *Le Roman de Maistre Vacces:*

Votre terre, dit-il, vous rend par cest mien gant.

Adde Ordericum Vitalem lib. 5. p. 581. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 22. Rollandinum in Summa Notariæ cap. 1. Hemereum in Augusta Viromand. pag. 196. 263. Justellum in Probat. Hist. Arvern. pag. 142. Brodeum in Consuetud. Parisiens. tom. 1. pag. 528. Vide *VVanto.*

Chirothecæ, seu *VVanti*, Pars pretii investituræ, quæ non tam domino, quàm ejus ministerialis competit, *Majori* scilicet, vel *villico*. Vetus Charta pro Episcopo Ambianensi: *Chascune vente soit de maison ou de terre, il a uns vvans.* Charta Theobaldi Episcopi Ambian. an. 1172. in Tabulario Eccl. Ambian. fol. 52. *Si aliquam territorii partem venundari contigerit, Domini venditiones habebunt; scilicet tot denarios quot venditor inde habuerit solidos. Major verò terræ illus pro vvantis accipiet duos denarios.* Occurrit ibi pluries. Charta ann. 1212. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 154. *Easdem* (hostisias) *tenebunt ab omni prorsus exactione, quantùm ad nos pertinet liberas & immunes, nisi quòd inde nobis aut aliis loco nostri vendas & gantos redderent, si hosti-*

si hostisia venderentur. Alia an. 1225. num. 245. *Et de omnibus venditionibus factis in Majoria suos denarios pro gantis.* Charta an. 1205. in Tabular. N. D. de Josaphat. *Et quidquid in terris est, dederunt cum venditionibus & gantis.* Tabular. S. Dionysii an. 1238. *De investituris habebunt Majores duos denarios Laudunenses pro suis chirothecis tantummodo.* Charta an. 1243. de Lege *de Landousies*, in diœcesi Laudunensi, ex Tabulario Foisniacensi: *Qui vendit domum cum fundo, aut aliam hæreditatem, dominis dabit 4. denarios & emptor 4. & villico 2. cum cyrothecis.* Vetus Consuetudo Dunens. art. 37. *Les gands se doivent pair par l'achapteur dans 8. jours aprés l'achapt au Seigneur, &c.* Ita in Consuetudine Castelli Novi in Timeraisio art. 50. pro fundi censui obnoxii venditione Dominus habet vigesimum pretii solidum, ejus verò *Serviens chirothecas 20.* solid. æstimatas, *avec les gants de son Sergeant estimetz 20. sols.* Adde art. 52. & Consuetud. Lodunens. cap. 14. artic. 23.

Chirothecam in signum consensus dare. Speculum Saxon. lib. 2. art. 26. §. 6. *Nemini licet forum erigere, vel monetam de novo instituere, sine consensu ejus loci Ordinarii, seu judicis; etiam Rex in signum sui consensus, suam ad hoc mittere debet chirothecam.*

Chirothecam porrigere dicebatur qui hanc humi projiciebat, eoque facto ad duellum quemvis provocabat, quò à crimine quo accusabatur, se se expurgaret. Matth. Paris an. 1245. *Quod licèt Comes instanter inficiaretur, statim Miles supradictus more Francorum chirothecam suam ei porrexit, se offerens in propatulo coram Curia id corporaliter secundùm considerationem Curiæ regalis probaturum —— quam chirothecam quasi duelli vadium ostensam Comes recepit, spondens se defendendo dimicaturum contra ipsum, &c.* Vide *Duellum*.

Chirothecas habere vetantur Judices Regii, dum pro tribunali sedent, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 69.

In eodem Speculo Saxonico lib. 3. art. 45. §. 10. *Duæ lineæ chirothecæ cum furcula seu tridente, quo fimus tollitur, emenda est dedititiorum.*

CHIVACHIRS: sic enim legendum pro *Chinachire*, apud Nicolaum Uptonum lib. 1. de Militari officio cap. 10. ex Gallico-Anglico, *Chevaucheurs*, Equitantes, *qui portant arma dominorum suorum in humero sinistro, & non alibi; qui etiam creantur ex Cursoribus*, (de quibus suo loco) *ut per remotionem pixidis armorum dominorum suorum à cingulo, & appositionem in humero sinistro cum fidelitatis juramento domino suo speciali præstando.* Vide *Prosecutor*.

CHIVERIA, Gallis *Civiere*. Chron. Andrense: *Vehiculum, quod vulgò dicitur Chiveria.* Vide *Cenovehenium*.

CHIST, *Pondus unius libræ & ²1111.* Saladinus de Ponderib.

CHLAMYDATI. Liberatus Diaconus c. 11. *Postquam ire secum meruit Magnum Silentiarium, cum Imperatoris scripto accepit & officium Excubitorum & Chlamydatorum, & venit ad Concilium.* Legendum fortè *Candidatorum*, tametsi lectio tolerari potest. S. Hieronym. Epist. 3. *Referret*, inquam, *alius, quòd in Palatii militia, sub chlamyde & candenti lino corpus ejus cilicio tritum sit.* S. Fulgentius Homil. 60. de S. Laurentio: *Ignea caruca quam præcedunt officia pretiosa, non chlamydati, non scutati & sericati, sed cœci, illuminati, &c.*

CHLAMYS, inter præcipua summi Pontificatus insignia reponitur à Petro Diacono lib. 3. Chron. Casin. c. 66. (al. 67.) ubi de Victore II. *Abinde crucem & chlamydem, & cætera Pontificatus insignia ita dimisit, &c.* Et cap. seq. eam chlamydem purpuream fuisse innuit: *Præteritam electionem Crucis & Purpuræ resumptione firmavit.* Vide *Capa-rubea*.

CHNAPINA. Raynerus contra Valdenses pag. 92. *Feminæ in habitu religionis mendicant, aliæ habitum & gestus viriles assumunt, scilicet Chnapinæ.* Theutonibus *Knape*, est famulus, minister, puer, adolescens.

CHOCAGIUM. Aresta Candel. ann. 1261. in 1. Reg. Parlament. *Cùm servientes feodatarii peterent chocagium —— ratione usagii sui, &c.* Idem quod *Ceppagium*, quod vide: nam *Choques*, Stipites etiamnum dicunt Picardi.

CHODONES, Rustici limitanei, Dubravio in Histor. Bohem.

CHOLONEA. Vide *Calonia*.

CHOMATA, Aggeres, terræ moles quibus aquæ continentur. Hesychius: χῶμα ὕψωμα γῆς, ἄχθη. Ita propriè aggeres Nili vocat Ulpianus in leg. 10. D. de Extraord. crimin. *Logographi chomatum* Nili, in leg. ult. Cod. Th. de Patroc. vicor. qui muniendæ Nili ripæ, aggeribusque ejus præerant. Vide Notas ad Annæ Alexiadem pag. 273. Hîc porrò emendare licet Glossas Græc. Lat. ἐπιχώσεις χώματος, exaggeratio. Malè Edit. χεώματος. Alibi: ἐπίχωσις, exaggeratio.

CHORA, *Communia*, Commune *Juratorum* in urbibus, à quibus civium lites judicantur: vox formata, ut videtur, à *Curia*: unde *Choremanni*, qui olim *Curiales*. Nisi à *Küren*, vel *Kohren*, Germanica voce, quæ *Eligere* significat, dicta fuerit *Chora*, quasi *Electorum* conventus, seu qui ad regendam Civitatem electi sunt. Vide Gevvoldum de Septemviratu cap. 10. Consuetudines villæ Arkarum an. 1231. in Tabul. S. Bertini: *Hominibus nostris de Arckes legem juratam, quæ Chora vulgariter appellatur, dedimus & concessimus in hunc modum, &c.* Infrà: *Jurare debent etiam omnes in villa manentes Choram & legem villæ.* Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1201. in eodem Tabular. *Et quia avus meus Theodericus Comes Choram apud Arkes vobis habendam juravit, & homines suos jurare fecit, concedo ut eandem perpetuò habeatis, & ut pax & justitia firmiùs in eadem villa teneatur, Churemanni vestri voluntate & assensu vestro & consilio hominum Ecclesiæ vestræ per emendationem semper legem Churiæ affirmare poterunt, & corroborare.*

Choremanni, Curiales, homines de *Curia*, qui in *Curia* Communiæ officio funguntur *Jurati*, diversi tamen à Scabinis. Consuetudines villæ Arkarum an. 1231. in Tabular. S. Bertini: *Scabini judicent de iis quæ pertinent ad Scabinos: Choremanni de pace tractent, & de utilitate communitatis villæ, & de forisfactorum emendatione &c.* Eædem Consuetudines: *Jurare debent Choremanni primò jus Ecclesiæ se servaturos, jus etiam Abbatis & Ecclesiæ S. Bertini, jura viduarum & orphanorum, pauperum & divitum, & omnium hominum tam externorum, quàm juratorum suorum; super causis quæ coram ipsis venerint, & adjuramentum suum pertinuerint: jus & legem dicere, nec obmittere propter gratiam vel timorem, odium vel amorem. Similiter Justitiarius jurare debet & addere juramento, quòd omni jus petenti justitiam faciet judicio Choremannorum. Jurare debent etiam omnes in villa manentes Choram & legem villæ.* Infrà: *Sciendum est etiam quòd feria 4. post Missam Choremanni in curiam veniant, & in placito sedeant, quandiu necesse fuerit: & si de Choremannis aliquis ad placitum non venerit, tenebitur domino in emenda 10. sol. nisi per Choremannos rationabiliter fuerit excusatus. Sedeant in placito reverenter, petitiones & responsiones cum diligentia audientes, & bonas consuetudines & laudabiles in placito observent, —— majores causæ, ut sunt raptus mulierum, rerof. . . . brant à Choremannis in Curia de Arkes audientur, &c.*

CHORARII. Tabular. Brivatense an. 1277. fol. 176. *Item modus creandi seu faciendi Clericos & Chorarios erit talis: quod bis in anno, scilicet in qualibet Ecclesia in festis Pentecostes & B. Germani & S. Clementis mittentur de*

Capitulo unus vel duo Canonici, quorum voluntate & assensu Sacrista & Clerici S. Germani, vel Prior S. Clementis, seu eorum locum tenentes, & Clerici Clericos in Ecclesiis prædictis mittent & Chorarios facient : aliter verò nullum mittere vel Chorarium facere poterunt vel debebunt. Infrà : *In Ecclesia S. Germani sint 24. tantum* (Clerici) *scilicet 12. Chorarii, & 12. Subchorarii, &c.* Vide *Corearius.*

CHORÆ, in Regula S. Donati Episcopi Bisuntini ad Virgines cap. 75, videntur esse distinctiones Psalmorum, singulæ psalmos aliquot continentes, ut sunt nostri Nocturni in officio Romano : *Ab Octavo Kl. Octob. crescit cursus usque ad summum ejus 25. choris.* —— *12. verò choræ in hyeme omni nocte cantandæ sunt, &c.* Occurrit ibi pluries.

CHORAULES, qui & *Caput scholæ*, in Synodo Helenensi an. 1027. Vide *Caput scholæ.*

CHORDICISTA, *Qui canit cum chorda.* Ugutioni.

CHOREPISCOPI, quasi τοῦ χώρου ἐπίσκοποι dicti, id est, ruris Episcopi. Unde *Villani Episcopi* nuncupantur in Capit. Car. M. lib. 7. c. 187. *Vicani*, apud Hincmarum Opusc. 33. cap. 16. p. 437. perperam enim Honorius Augustod. lib. 1. c. 182. à quo hausit Rabanus dictos *Chorepiscopos, quòd essent de choro Sacerdotum*, censuit. Canones Arabici Nicenæ Synodi : *Chorepiscopus, est loco Episcopi super villas, & Monasteria, & Sacerdotes villarum, quæ sub potestate ejus sunt.*

Primitus autem institutos ab Episcopis Chorepiscopos ferè constans est sententia, ut essent eorum Vicarii in vicis ac pagis, & Episcopalia in iis munera minoris momenti obirent. Quod potissimùm colligitur ex Concilio Nicæno I. c. 8. Regiensi c. 3. 4. ex Indiculo Ebonis Remensis Episcopi de Ministris Ecclesiæ Rem. edito à Sirmondo & Marloto, &c. Vide Capitul. Carlomanni tit. 2. §. 7. Hinc *Vicarii Episcoporum*, & *Vicarii Episcopi* dicuntur in Concilio Ancyrano can. 23. Neocæsar. c. 13. Antioch. c. 8. à Ferrando Diac. in Breviario, Isidoro lib. 2. de Eccl. off. cap. 6. Rabano lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. Hincmaro Opusc. 35. p. 602. in Capitul. Car. M. lib. 7. c. 318. &c. *Adjutores ministerii Episcoporum*, in Capitul. an. 828. Chronicon Ademari Cabanensis pag. 166. *Eblus 39. à Beato Martiale Episcopus* (Lemovicensis) *fuit, & ad onus Episcopale sufferendum ordinavit sub se Chorepiscopum Benedictum.* Canones Arabici Nicænæ Synodi c. 8. *Chorepiscopus & Archidiaconus sunt tanquam duæ manus, & duæ alæ quibus Episcopus volat.* Adde cap. 64. 73. Acta Episcoporum Cenomanensium pag. 193. *Tradidit ex rebus suæ sedis Ecclesiæ S. Mariæ & S. Gervasii villulas duas, quas & Petro adjutore & Chorepiscopo suo sua vice consignare ad eandem Ecclesiam præcepit.* Ibidem pag. 240. *Præfatum, Episcopatum Cenomannicum ei auferre noluit, sed Chorepiscopum ei* (qui cæcatus fuerat) *Seufredum ordinare præcepit, qui populum in eadem Ecclesia prædicaret, & Christo lucraret.* Adde pag. 241. 242. ubi idem Chorepiscopus à tribus Episcopis *Sacratus* dicitur, *ut ministerium Episcopale facere & exercere Canonicè atque perficere posset.* Unde alios fuisse Chorepiscopos ab Archidiaconis colligitur : contra quàm dixit Sigebertus, tametsi postmodum hac nomenclatura donatos constet.

Frequentes fuisse Chorepiscopos in Ecclesia Orientali colligitur ex subscriptionibus Conciliorum Nicæni, & Ephesini, quos gradu cæteris Presbyteris præstitisse docent eadem Synodus Nicæna can. 8. & Calchedonensis can. 11. & post Episcopos in Conciliis sedisse, Acta Conciliorum. Nec scio an ii sint, qui cùm non vacarent civitates, κωμωδείοις Episcopi præficiebantur, ut est apud Palladium in Vita Chrysostomi : quem tamen morem improbatum ab Ecclesia satis ipse insinuat Palladius. In Concilio Dusiacensi I. coacto contra Hincmarum Laudunensem Episcopum, non modò Franco Tungrensis Episcopus interfuit, sed & *Birico Tungrensis Chorepiscopus* ultimus consedit. Verùm id observatione dignum, quòd cùm de damnatione Hincmari ageretur, sententiam, ut Episcopi, non dixit, sed à Metropolitanis & Episcopis judicandum, eorumque judicium se se prosecuturum professus est.

Cùm igitur essent & dicerentur Episcoporum Vicarii, & ab iis solis, quibus subjecti erant, fierent, ut est in Concilio Antioch. c. 10. Episcopatus apicem illos non obtinuisse par est credere. Nam ex can. 3. Nicænæ Synodi, Episcopi, ab omnibus, vel saltem à tribus Episcopis ordinari debent : deinde *ad quandam civitatis Episcopalem sedem titulari*, ut est in Capit. Car. M. lib. 7. c. 187. quod de Chorepiscopis dici non potest. Præterea Concilium Neocæsariense can. 13. ait, Chorepiscopos instar 72. discipulorum institutos, ut hoc nomine ab Episcopis, qui vicem Apostolorum funguntur, diversos esse voluerit, uti hunc canonem interpretantur Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 168. lib. 7. cap. 310. 318. 329. Quanquam ex eo Nicolaus PP. Epist. 39. ad Rodulphum Bituric. Episcop. cap. 1. videatur eruere *Episcoporum habuisse officia.* Sed Episcopali non functos ordine, & eosdem esse Chorepiscopos cum Presbyteris, palam definiunt Damasus PP. Epist. 4. Leo I. Epist. 92. Concilium Metense an. 888. cap. 8. &c.

Non desunt tamen qui Chorepiscopos ordinem Episcopalem aliquando ac primitus habuisse contendunt: puta quia eo nomine ordinati erant, ut est in Concilio Laodic. can. 57. seu antea Episcopi essent, & à parœcia sua extorres, regionis cujusdam, vel castelli administrationem sub Chorepiscopi nomine accepissent, seu tanquam suffraganei Episcoporum essent ordinati. Deinde manus impositione ab Episcopis ordinatos, & *ut Episcopos Consecratos*, tradunt Capitula Caroli M. lib. 5. c. 169. Certè cum consensu Episcopi potuisse Presbyteros ac Diaconos ordinare, docent. can. 13. Synodi Ancyr. & Isidorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 6. Præterea in Hist. Lausiaca apud Palladium cap. 106. legimus Elpidium Monachum Presbyterum ordinatum à Thimotheo Chorepiscopo. Ecclesias etiam ab iis consecratas consensu & jussu Episcoporum legimus, apud Rudolphum Presbyterum in Vita Rabani Mauri Archiep. Mogunt. n. 16. 27. 46. Candidum in Vita Eigilis Abb. Fuld. cap. 19. & Brovverum in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 15.

Verùm eorum munia postmodum certis limitibus circumscripta sunt, ne paris juris ac gradus cum Episcopis, quibus subjecti erant, viderentur. Cùm ad hoc primitus essent instituti, ut in villis ac vicis plebes in officio pietatis continerent, promovendos in Clerum examinarent, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, & cæteros inferioris gradus Clericos auctoritate sua ex Episcopi sententia constituerent, ut est in can. 10. Synodi Antioch. Denique cùm intra officii sui definitos limites nequaquam se continerent, Presbyterosque, Diaconos, Subdiaconos, & Ecclesias consecrarent, repressa est non semel eorum audacia & temeritas, & Episcopi ordinationes ac consecrationes ab iis factas, ut irritas, reformare, & canonicè peragere jussi sunt, in Capitular. Caroli M. lib. 6. cap. 284. lib. 7. cap. 187. 310. 318. 329. in Concil. Paris. an. 829. lib. 1. cap. 27. Meldensi ann. 845. c. 44. Metensi an. 888. c. 8. Vide Flodoard. lib. 3. cap. 10. &c.

Tandem Chorepiscopi penitus abrogati sunt à Leone PP. in Capitul. Car. M. lib. 6. cap. 119. Balsamon ad can. 13. Ancyr. scribit etiam sua ætate apud Orientales Chorepiscoporum gradum omnino exolevisse. Auctor est præterea Gervasius Dorobernensis in Hist. Pontif. Ec-

Ecclesiæ Cantuar. habuisse hujus Ecclesiæ Archiepiscopum *Chorepiscopum quendam, qui in Ecclesia S. Martini extra Cantuariam manebat, qui adveniente Landfranco*(Archiep. Cant.) *dejectus est, sicut ubique terrarum factum esse audivimus,* inquit idem Scriptor.

Neque tamen *Chorepiscoporum* dignitas, vel certè appellatio, penitus abrogata, cùm adhuc vigeat in quibusdam Ecclesiis. Quippe, ut observat Molanus lib. 2. de Canon. cap. 32. in Ecclesia Ultrajectensi S. Martini Chorepiscopi nomen & titulum habet primus Subdiaconorum, quem Synodus Autisiodorensis can. 16. Archisubdiaconum vocat, penes quem incumbit officium Archipresbyterii, seu Decanatus ruralis. Præterea Coloniæ in omnibus Collegiatis Ecclesiis Chorepiscopus est primus *Cantorum*, qui etiam in Cathedrali Ecclesia cum *Cantore* officium faciens in solennitatibus, baculo utitur Episcopali. Ita quidem Molanus. Ubi fortè abusivè *Corepiscopus*, Primus Cantorum appellatur, quod chorum regeret, quasi χορεπίσκοπ☉. Corepiscoporum ejusmodi Coloniensium meminit Concilium Coloniense anni 1260. cap. 9. & 10. ubi *Cantoribus* junguntur. At Wazo Episcopus Leodiensis in Epist. ad Joannem Præpositum, apud Anselmum in eodem Wazone c. 85. videtur innuere id nominis incognitum in Ecclesia Coloniensi: *Coepiscopos & Archidiaconos ob insolentiam removit Ecclesia, unde & his caret usque in præsens metropolis Colonia, & tota provincia.* Siquidem *Coepiscopi* iidem sint qui *Chorepiscopi*, ut & in Vita Rabani Mauri n. 51. qua dignitate insignitur quidam Constantius in veteri Notitia Ecclesiæ Viennensis tom. 12. Spicilegii Acheriani p. 154. ubi statim post Adonem Viennensem Archiepiscopum nominatur: adeo ut exinde colligere liceat Ecclesiam Viennensem suos pariter habuisse Chorepiscopos. At in ipsius Wazonis Diplomate quod describitur à Fizenio in Hist. Leodiensi p. 319. subscribit *Joannes Chorepiscopus*, ita ut incertum sit, an per *Coepiscopos*, Chorepiscopos intellexerit. Habuit etiam Trevirensis Ecclesia suos Chorepiscopos, quippe Theganus qui Gesta Ludovici Pii scripsit, *Trevirensis Chorepiscopus* inscribitur. Alii occurrunt apud Brovverum lib. 10. n. 11. lib. 11. n. 112. Sed & hodie sunt in eadem Ecclesia dignitates quatuor hac nomenclatura, scilicet Chorepiscopus S. Petri, Chorepiscopus S. Lubentii in Dietkirken, Chorepiscopus S. Castoris in Cardona, & Chorepiscopus S. Agathæi in Longuiono.

Habuit etiam Lugdunensis: nam apud Adonem in Chron. ann. 810. & Hugonem Flaviniacensem an. 788. Agobardus, Ecclesiæ ejusdem *Chorepiscopus* Leidrado in Lugdunensi Archiepiscopatu suffectus fuisse dicitur. In veteri Charta ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 14. sub eodem Agobardo, *Audinus Ecclesiæ Lugdunensis Chorepiscopus* dicitur. In Charta an. 859. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 20. mentio fit *Constantii Chorepiscopi* ejusdem Ecclesiæ. In Concilio Suessionensi an. 853. subscribit statim post Episcopos, & ante Abbates, *Rigboldus Chorepiscopus sanctæ Remensis Ecclesiæ*: ut *Vtaus Cameracensis Ecclesiæ Chorepiscopus*, in Actis Concilii Tricassini an. 867. apud Sirmondum. In Carta Arnolfi Ducis Bajoariorum ann. 808. mentio fit *Chorepiscopi Ecclesiæ Frisingensis*, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 131. *Chorepiscopus sive Archidiaconus Ratisponensis Ecclesiæ*, ibid. tom. 3. p. 340. *Regimboldus Chorepiscopus Moguntinus*, ad quem Epistolam scripsit Rabanus. *Godefridus de Mulfort Chorepiscopus* Coloniensis in Charta an. 1259. apud Maximilianum Henricum in Apol. part. 2. p. 39. Habuit denique Ecclesia S. Stephani Metensis suos Chorepiscopos. Chartam quippe Angilranni Episcopi Metensis subscribit cum aliis *Fredalius Chorepiscopus*, Atque hi post Primicerium & Decanum recensentur in Charta Leonis IX. PP. apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 355. *Volumus——ut eadem Ecclesia & ipsa sacrosancta Domini Mensa in honore ipsius à nobis dedicata, tale privilegium inviolabiliter obtineat, ut præter Episcopos & Abbates, ac septem ejusdem Cœnobii Sacerdotes, & tres Canonicos de domo sancti Stephani, Primicerium, Decanum, & Chorepiscoporum primum, ad ipsum principale altare nullus unquam Missas celebrare præsumat.* Atque hi quidem *Chorepiscopi* non alii erant ab *Archidiaconis*, qui vices Episcoporum agebant in ruralibus Ecclesiis, quomodo nominantur in Charta Adalberonis Episcopi apud eundem Meurissium pag. 309. Nam *Chorepiscopi, Archipresbyteri, & Archidiaconi*, dicuntur *Ministri Episcoporum*, in Concilio Aquisgranensi II. an. 836. cap. 2. can. 4.

Scribit denique Brovverus lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 3. & in Notis ad 12. Poëma Rabani Mauri, Abbates eo tempore Chorepiscopi munus obiisse, exemplo S. Wigberti & Albuini Friteslariensium Abbatum. Quod certè firmari potest ex Tabulario S. Benigni Divionensis, in quo non semel occurrit *Bertilo Chorepiscopus Abba* ejusdem Monasterii sub an. 868. apud Perardum p. 148. 150. 151. 157. Sed quod per *Sacerdotem secundi ordinis* hoc loco Chorepiscopum intelligi putat, non omnino assentior viro erudito.

Chorepiscopos in Ecclesiis vacantibus creatos innuit Hugo Flaviniac. an. 776. & Bercarius in Hist. Episcoporum Virdunensium n. 13. *Post hunc Episcopatus istius Ecclesiæ per 12. annos vacuus extitit: sed quidam servus Dei Amalbertus nomine, juxta morem illius temporis Corepiscopus factus, ipsam regebat Ecclesiam, & in quodam oratorio sub honore omnium Apostolorum quasi solitariam vitam ducebat.*

Porrò de Chorepiscopis multi ex professo scripserunt, Duarenus lib. 1. de Sacris Eccl. minist. cap. 9. Bellarminus lib. de Cleric. cap. 17. Morinus lib. 1. Exercit. sacr. cap. 11. & de sacris Ordinat. part. 3. exercit. 4. Cellotius lib. 4. de Hierarch. cap. 14. Marca, lib. 2. de Concord. Sacerd. & Imp. cap. 13. Puccinellus in Zodiaco Mediol. part. 3. c. 16. &c.

CHORITÆ. Vide *Sanguinitæ*.

CHORIZANTIUM *secta*, in Germania & agro Leodiensi an. 1374. qui à dæmonibus possessi choreis in plateis & in Ecclesiis vacabant. De hac Radulphus de Rivo in Joanne *de Arckel* Episc. Leod. c. 9. & Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 69.

CHORUS, pro Mensura. Vide *Corus*.

CHORUS, Pars Ecclesiæ in qua Clerus consistit, ac concinit. Isidorus lib. 1. de Eccles. offic. c. 3. *Chorus ab imagine dictus est coronæ, & ex eo ita vocitatus.——Chorus enim propriè multitudo canentium, est, &c.* Honorius Augustod. lib. 1. cap. 140. *Chorus dicitur à concordia canentium, sive à corona circumstantium. Olim namque in modum coronæ circa aras cantantes stabant: sed Flavianus & Diodorus Episcopi choros alternatim psallere instituerunt.* Acta Episcoporum Cenomanensium p. 299. *Summo coepit studio——superiores ejusdem Basilicæ partes diligenti solicitudine laborare, oratorium scilicet, quod chorum vocitant, sedemque Pontificalem, &c.*

Certè hodieque apud Græcos ea pars ædis sacræ in orbem circumducitur, & subsellis Cantorum ac Clericorum munitur, ut ex Ichnographiis Ecclesiarum apud eosdem Græcos, quas repræsentat Goarus ad Euchologium, percipere licet. Sed & Chorum Sophianum in ovalem formam contractum perhibet Petrus Gyllius in Descript. CP. lib. 2. cap. 3. Concilium Turonense II. c. 4. *Ut Laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter Clericos, tam ad Vigilias, quam ad Missas, stare penitus non præsumant: sed pars illa quæ à cancellis versus altare dividitur, Choris tantùm psallentium pateat Clericorum* Concil. Toletan. IV. c. 18. *Sacerdos & Le-*

& Levitæ ante altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum populus. Vide c. 39. Milo Monach. Elnonensis in Vita S. Amandi:

Formabatque Chorus cantica mellifluus.

Chorus Abbatis, Chorus Prioris, in Vitis Abbatum S. Albani p. 90. *Et si fuerit electus* (Abbas) *de patre Prioris, quam nos Chorum Prioris appellamus, transferetur ad Chorum Abbatis, ubi supremus statuetur.* Dividebatur nempe Monachorum Chorus in Ecclesiis in duas partes, quarum una à dextris, altera à sinistris erat, sibique antiphonatim respondebat. Qua parte Abbas sedebat, *Abbatis*; qua Prior, *Prioris Chorus* dictus.

Chorus Conversorum, apud Cæsarium lib. 1. Mirac. c. 35. Apud Carthusienses Parisinos, *Chorus Conversorum,* Choro Fratrum præstructus videtur.

Chorus Invitatorii, Pars scilicet Chori Monachorum, à quibus *Invitatorium* incipitur, in libro Usuum Ordin. Cisterciensis c. 12. 23.

Choricanus, & *Choricista, Qui canit in choro, vel cum choro.* Joan. de Janua.

Chorus, Instrumenti musici species. Silvester Giraldus in Descript. Cambriæ c. 11. *Tribus utuntur instrumentis, cytharis, tibia, & choro.* Ita *Chorus,* in Gr. Edit. χόρ@, non semel habetur in Veteri Testam.

CHOSDRUS. Gloss. Ælfrici: *Chosdrus, vel Castros,* Beo-moðer. Somnerus in Gloss. Saxon. legit *Costrus,* i. dux, rex apum, dux examinis, apiastra.

CHRENECRUDA, in Lege Salica tit. 61. quid sit, omnino non constat. In hac, qui hominem occidit, nec in sua facultate habet unde legem, seu mulctam exsolvat, adjunctis 12. juratoribus, nihil sibi esse in bonis præter ea quæ tradidit, sacramento cavet. Tum proximiores agnatos ad reliquum mulctæ exsolvendum invitat, facta in eos bonorum suorum omnium cessione, hac ceremonia hocque ritu. Domum suam ingreditur, & collectum de quatuor illius angulis pulverem pugno tenens, ad limen revertitur, in eoque stans, ac vultu in interiorem domum obverso, sinistra manu pulverem in proximiorem agnatum trans scapulas mittit. Quo facto domo egreditur nudus, ac sola camisia indutus, & palum manu tenens supra sæpem salit. Tum agnati, sive unus, sive plures compositionem homicidii tenentur exsolvere. Si verò ii pariter solvendo non sint, aut ex iis aliquis, *iterum super illum Chrenecruda qui pauperior est, jactat, & ille totam legem componit.* Ex quibus videtur *Chrenecruda jactare,* idem esse quod *pulverem* ex quatuor domus angulis collectum projicere. Goldastus & Spelmannus *viridem herbam* interpretantur: ex Germanico *Gruen Kraut,* vel ex Belgico *Groen,* viridis, & *Gruid,* herba. Id improbat Wendelinus, aitque hac voce *denotari purificationis adprobationem,* ex *Chrein,* purum, castum, & mundum, & *Keuren,* probare: ita ut hæc vox referri debeat ad sacramenta 12. juratorum. Ut ut sit, legem hanc correxit Childebertus Rex in Decreto c. 15. quòd & paganorum ritus saperet, & plures in bonorum cessione involveret: *De Chrenecruda lex quam paganorum tempore observabant, deinceps nunquam valeat, quia per ipsam cecidit multorum potestas.*

CHREODIBA, Latrocinium in silva commissum, exusto ibidem corpore occisi, ne supersit indicium facinoris. Vox, inquit Wendelinus, confecta ex *Gruy,* & *diven,* quod est, *silvestres latrones.* De *Chreodiba,* est tit. 74. in Lege Salica Edit. Heroldi.

CHRESTUS, Utilis, commodus, ex Gr. χρηστός. Hincmarus Laudunensis: *Nec inde debetis acediari, si de his loquor, quæ scitis, quia nihil possum loqui de scripturarum tramite saltem si sit creston, quod nesciatis.*

CHRISMA, Oleum quod in Ecclesia consecratur. Duplex est: aliud enim oleo & balsamo conficitur, idque principale appellatur in Pontificali MS. Senonensis Ecclesiæ, & eo unguntur qui baptizantur; in vertice, & qui confirmantur, in fronte, denique qui ordinantur. Alterum verò est simplex oleum ab Episcopo consecratum, quo unguntur Catechumeni in pectore & scapulis & in fronte, antequam abluantur. Infirmi quoque & energumeni eodem oleo unguntur. Vide Durandum lib. 6. Ration. cap. 74. 84. & Steph. Durantum lib. 1. de Ritib. Eccl. cap. 20. De posteriori oleo agunt Capitula Caroli M. lib. 6. c. 77. 175. lib. 7. tit. 95. 310. & Addit. 3. Ludov. Imp. §. 1.

Chrisma, feminino genere, apud Montanum Episcop. in Epist. ad Thuribium Episcop. Palentinum cap. 2.

Chrisma, Chrismatis Sacramentum, quod usitatius *Confirmationis* appellamus, quoniam non manus impositione tantùm, ac signaculo crucis, sed & sacra unctione consummatur. Hinc *Chrismate ungi,* pro *Confirmari,* passim apud Patres, quorum locos congessere Baronius ann. 35. num. 14. 15. & seqq. & alii qui de hoc Sacramento ex professo scripsere. Vide Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 189.

Chrisma sanctum pro subvertendis judiciis dari, vetatur in Capitulis Herardi Turonensis Archiepisc. cap. 22. in Capit. Car. M. lib. 3. §. 55. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 27. *Presbyter, qui sanctum Chrisma dederit ad judicium subvertendum, postquam de gradu expulsus fuerit, manum amittat.* Burchard. Decret. lib. 19. *Bibisti chrisma ad subvertendum Dei judicium.* Vide Concilium Triburiense c. 4.

Chrisma sub prætextu medicinæ, vel maleficii donare Presbyteri pariter vetantur in Capit. Carol. M. lib. 5. c. 80.

Chrisma interdum sumitur pro jurisdictione Ecclesiastica, seu illius districtu: qua notione dicitur *la Cresme de Bourges,* in Consuetudinibus *de Maisieres* in Turonibus, & S. Cyrani in Brena, districtus jurisdictionis Archiepiscopi Bituricensis, intra quem *Chrisma* parochis distribuere ei licet.

Chrismal, Chrismale, Vas Ecclesiasticum, in quo Chrisma, seu sacrum Oleum asservatur, quod *Ampulla Chrismatis* dicitur Optato lib. 2. *Chrismale vasculum* Ivoni Epist. 3. *Vas ad oleum Chrismatis,* Anastasio in S. Innocentio Helmodus lib. 1. cap. 84. *Viderat namque nocturna visione chrismale in manibus suis, de cujus operculo succreverat novella plena viroris, quæ confortata validam crevit in arborem.* Adam Bremensis cap. 161. *Unum vas chrismale argenteum.*

Præsertim verò sumitur pro vase in quo Christi corpus asservatur. Liber Sacramentor. S. Gregorii in Cod. Remensi: *Præfatio chrismalis: Oremus, fratres carissimi, ut Deus omnipotens hoc ministerium corporis filii ejus Domini nostri Jesu Christi gerulum benedictionis, sanctificationis tutamine, defensionis donatione implere dignetur, orantibus nobis.* In Ordine Romano, hoc loco, iste præfigitur titulus: *Præfatio vasculi, in quo Eucharistia reconditur.* Proinde de eo vase intelligendus S. Columbanus in Pœnitentiali: *Qui oblitus fuerit Chrismal, pergens procul ad opus aliquod, quinis quinquies percussionibus.* Alibi: *Cui chrismal ceciderit, & nihil confringens,* 12. *percussionibus.* Halitgarius in Pœnitent. c. 10. *Qui non bene custodit sacrificium,* —— *qui autem perdiderit suum Chrismal, aut solum sacrificium in regione qualibet, ut non inveniatur, &c.* Adde Cumeanum de Mensura Pœnitentiarum cap. 13. & Vitam S. Comgalli Abbatis n. 22.

Chrismal sumitur etiam interdum pro Corporali, seu palla corporali. Glaber lib. 5. Hist. cap. 1. *De chrismale etiam, quod à quibusdam Corporalis appellatur, plurimùm expertum est præstare remedia.* —— Et infrà: *Pannus tamen ille Dominicus aura flante à contulo elapsus, plus minus duobus milliariis avolavit.* In Editis perperam *panis* habetur. Vide Bedam de Remedio peccator. cap. 13.

Chrismal præterea pro quavis palla, qua sacræ conteguntur reliquiæ, quomodo usurpat S. Audoenus lib. 2. Vitæ

Vitæ S. Eligii cap. 71. *Et adiens Basilicam, quam eo in loco veneranda ejus illustrabant pignora, præmissa oratione, cœpit ex fimbriis Chrismalis, quo tegebantur reliquiæ, fauces suas——perfricare.* Antiq. Fuld. lib. 2. trad. 38. *Trado Domino Deo & S. Mariæ, ad illas S. Mariæ reliquias, quæ propriæ meæ sunt, quæ ego ipsa conquisivi, & quæ in ipsa capsa mea propria sunt, & chrismale, ad quas ancillæ Dei, quæ in hoc eodem Monasterio Domino deserviunt, votum primitus sanctitatis & monasticæ conversationis——promiserunt.*

Chrismale, dicitur denique *vestis candida, quæ super caput baptizati ponitur*, apud Durandum lib. 6. Ration. cap. 82. num. 16. cap. 95. n. 3. *Chrismalis vestis*, apud Joannem Episcop. Abrincens. de Off. Eccl. pag. 48. *Chrismalis pannus*, in Synodo Exoniensi an. 1287. c. 2. Cicestrensi an. 1289. c. 30. & Belvacensi cap. 8. quod habetur apud Gratianum & Ivonem, ubi non esse absurdum refertur, *si quis voluerit chrismatis pannum iterum linire, & super alium baptizatum mittere.* Quæ aliis verbis habentur in Pœnitentiali Theodori c. 4. *Pannos chrismatos iterum super alium baptizatum imponi non est absurdum.* Quippe olim, ut & hodie, baptizatorum statim atque Chrismate in fronte ungebantur, ne Chrisma deflueret, capita panno candido obvolvebantur, qui octava demum die ab iis auferebatur. Hinc S. Augustinus Serm. 160. ad Neophytos: *Hodie octavæ dicuntur infantium, revelata sunt capita eorum, quod est indicium libertatis.* Dudo lib. 2. Actor. Norman. de Rollone recens baptizato: *Congruumque est tibi his septem diebus, quibus albatis Chrismatis & olei vestibus es indutus.* Et mox *Octavo die expiationis ejus, vestimentis chrismalibus vel baptismalibus exutus, &c.* *Mitra baptizatorum* dicitur Honorio Augustodunensi lib. 3. cap. 113. *In octava die baptizati mitras deponunt, & ab Episcopo in fronte per chrisma signantur.* *Chrismale capitium*, in Concilio Rotomagensi an. 1059. c. 17. *Ut in Albis baptizatorum, solummodo candela, & chrismale capitium donetur, nisi quid benignitas humana privato concesserit.* *Mysticum velamen*, Carolo M. in Epistola ad Odilbertum Mediolanensem de Baptismo. Statuta Ægidii Episcopi Sarisberiensis an. 1256. Et … *mulieres sequentes debent offerre chrismalia infantum; nec chrismalia debent alienari, nec in aliquos usus mitti debent, nisi in usus Ecclesiæ.* Vide *Capulla.*

Chrismalis Missa. Vide *Missa.*

Chrismales denarii, Præstatio quæ à Presbyteris pro chrismate quod circa Pascha ab Episcopo accipere solent, eidem Episcopo exsolvebatur, quæ ut simonia non semel damnata est à summis Pontificibus. *Nummi, quos Presbyteri solent dare eo tempore quo chrisma accipiunt*, ut est apud S. Anselmum lib. 4. Epist. 61. Innocentius III. PP. apud Gregorium de Simonia cap. 36. *Pervenit ad audientiam nostram, quòd cùm olim quidam suffraganei tui pro chrismate certā consueverint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, recipientes in Quadragesima, quod recipere consuevere post Pascha: & ut causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant, Denarios quos prius chrismales, secundo Paschales dicebant, Consuetudinem mediæ Quadragesimæ nuncupantes.* Alexander III. cod. tit. cap. 16. *Audivimus quòd nummos pro chrismate ab Ecclesiis extorquetis, quos nunc Cathedraticum, aliquando Paschalem præstationem, interdum Episcopalem consuetudinem appellatis, &c.* Ricardus Hagustald. lib. 2. cap. 3. *Nec propter Synodum, aut propter chrisma, nec propter aliquam Ecclesiasticam causam Episcopo Dunelmensi ——aliquod debitum sive aliquam consuetudinem debet.*

Chrismare, Confirmationis Sacramentum impertiri. Greg. Turo. lib. 2. Hist. c. 31. *Conversa est & alia soror ejus ——quæ in hæresim Arianorum dilapsa fuerat, quæ confessa æqualem Filium Patri & Spiritui sancto, chrismata est.* Ita lib. 4. c. 27. de Brunichilde: *Et quia Africanæ legi subjecta erat,——conversa, beatam in unitate confessa Trinitatem credidit, atque chrismata est.* Adde lib. 5. cap. 39. & lib. 1. de Mirac. cap. 6. Ex quibus locis observare est hæreticos, maximè Arianos, si ad Catholicam fidem converterentur, nec Sacramentum Confirmationis accepissent, chrismate consignari solere. Vide Avitum Epist. 24.

Ecclesiam consecrare & chrismare, in Vita S. Popponis Abbat. cap. 11.

Chrismatio, Baptismus. Charta Joannis Redonensis Episcopi an. 1240. apud Augustinum *du Pas* pag. 594. *Nullum ejusdem Ecclesiæ parochianum ad jura parochialia admittens, nisi in duobus casibus necessitatis, videlicet ad baptismum, sive chrismationem, & confessionem.*

Chrismarium, Vas in quo sacrum chrisma reponitur, in Concilio Autisiodor. an. 578. c. 6. Ast aliis videtur sumi pro theca reliquiaria, seu phylacterio. Gregorius Turon. lib. 4. Mirac. S. Martini cap. 32. *Sed ille de pulvere beati sepulcri secum habens, elevato chrismario contra ignem, &c.* Fortunatus in Vita S. Germani Parisiens. c. 47. *Cum chrismariis suis Diaconum direxit.* Steph. Eddius in Vita S. Wilfridi c. 32. *Regina verò ejus olim suprafata charismarium hominis Dei sanctis reliquiis repletum -- juxta se pependit.* Vita S. Aredii Abbatis Lemovic. c. 8. *Aliam de suo chrismario protulit ampullam, oleum, quod de S. Martini Ecclesia tulerat, continentem.*

Chrismarium, theca reliquiarum. Vita S. Aridii Episcopi Lemovic. *Chrismarium, quod beatissimus gestare consueverat, & reliquias habere Sanctorum, à se concitus excutiens, projecit in terram.* Supra: *Progressus exin accedit ad locum, ubi venerabilis Martyr jam longævis temporibus decollatus fuerat, & cum plenissima devotione de eodem loco parvissima saxorum, quod vulgò sabulum dicitur, in Chrismarium, quod collo suo gestabat, læto animo pro sacratis sancti Martyris reliquiis condidit.*

Chrismatarium. Hieron. Rubeus in Hist. Ravenn. auctor est, Maximianum Archiepisc. vascula 2. ex auro, in quibus sanctum chrisma servaretur, Ravennati Ecclesiæ dedisse, alterumque extare, cui sic inscriptum: *Servus Christi Maximianus Archiepiscopus hoc chrismatarium ad usus fidelium fieri jussit.* Occurrit etiam in Synodo Wigorniensi ann. 1240. c. 1. in Concilio Mertonensi ann. 1300. in decreto de ornamentis Ecclesiæ, &c.

CHRYSOBOLUM, Bulla aurea, χρυσόβουλλον Scriptoribus Byzantinis passim. Epistola Calo-Joannis Imperatoris Bulgarorum in Gestis Innocentii III PP. pag. 55. *Subsignat autem Imperium meum ad securitatem chrysobolum suum &c.* Infra: *Et ut præsens chrysobolum Imperii nostri ratum & firmum habeatur, &c.* Ubi perperam editum *Chirosobolum*, Vide *Bulla aurea.*

CHRISTIANI, primùm appellati Christi cultores, Anthiochiæ, ut auctor est in Actis Apost. D. Lucas. S. Augustinus lib. 1. Retract. cap. 13. *Res ipsa quæ nunc Christiana religio nuncupatur, erat & apud antiquos, nec defuit ab initio generis humani, quousque ipse Christus veniret in carne, unde vera religio quæ jam erat, cœpit appellari Christiana. Cùm enim eum post Resurrectionem, Ascensionemque in cœlum cœpissent Apostoli prædicare primum apud Antiochiam, sicut scriptum est, appellati sunt Discipuli Christiani.* Nicolaus I. PP in Resp. ad Consulta Bulgar. c. 92. *Antiochena* (Ecclesia) *in qua Conventus magno sanctorum facto, primùm fideles dicti sunt Christiani.* Eadem habent Isidorus lib. 1. de Eccl. offic. cap. 1. Vide Athanas. in Disput. contra Arium, Gregorium Nyssen. de Profess. Christ. Justinum, Tertullian. & alios.

Christiani

Christiani interdum, qui Clericatum, aut Ordines Ecclesiasticos susceperunt, undè dicuntur, in l. 50. 125. Cod. Th. de Decurion. l. 2. de Postlim. l. 11. de Pistor. uti observat Jacobus Gotofred. Ita *Christianos*, Monachos interdum intelligi à Patribus Græcis observatum à viro doctissimo Jo Bapt. Cotelerio tom. 1. Monumentor. Eccles. Græcæ p. 794.

Christiani de Cinctura, ita vocati olim *Christiani in partibus Ægypti degentes*, ut auctor est Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 8. sub an. 1230. Appellationis rationem prodit B. Odoricus de Forojulii in Chron. quod à mundo condito perduxit ad initium Pontificatus Benedicti XII. sub ann. 1307. *In ista autem Babylonia habitant multa millia Saracenorum——& multitudo Christianorum, qui dicuntur Centurini, vel de Cintura, quia cingulum portant latum, & vestimentum, per quod recognoscuntur ab aliis* (Jacobitis scilicet & aliis.) Similia habet Brocardus lib. 2. Horum etiam meminit Bernardus *de Breydenbach* in Itinerario Terræ Sanctæ, ubi de Japhâ: *Ad ostium autem speluncæ prædictæ Christiani de Cinctura, id est de Fide S. Pauli, de Rama & Hierusalem convenientes, &c.* Vide Belonum lib. 2. Observ. cap. 85. Academici Cruscani: *Cinturino, il medesimo che cintura, se non che e solo de gli huomini, differente, perche suole stringersi non fibbie, o puntali di ferro, o dal altri metalli.*

Christianismus, Populus Christianus. Chronicon Reicherspergense, de Saladini victoria: *Christianismum nostrum universum devicit.*

CHRISTIANITAS, Religio Christiana, Christianismus Annales Franc. an. 785. *Christianitatem quam pridem respuerant, iterum recipiunt.* Vetus Interpres Epistolæ ad Magnesios, quæ S. Ignatio tribuitur: *Non enim Christianitas in Iudaïsmum credidit, sed Iudaïsmus in Christianitatem.* Anastasius in Hist. Eccles. *Sicque dilatata est in Perside Christianitas.* Ita in l. 4. Cod. de Apost. l. 112. Cod. de Decurion. l. 19. Cod. de Judæis & Cælic. l. 5. Cod. Th. de Spectac. apud Will. Neubrig. lib. 4. cap. 13. & alios Scriptores passim. Crebrò etiam.

Christianitas, pro populis Christianis, seu qui fidem Christianam profitentur, usurpatur à Scriptorib. Matth. Paris an. 1245. *Congregati sunt Lugduni ex totius ferè Christianitatis latitudine Prælati.* Vide Lucam Tudensem æra 1020. Anastas. in Hist. Eccl. pag. 36. Sanutum l. 3. part. 11. cap. 12. &c. Joann. Villaneus lib. 6. c. 25. *Tradisce santa Chiesa, e tutta Christianita.*

Christianitas, pro Clericatu, in l. 123. Cod. Theod. de Decurionib. & leg. 11. de Pistorib.

Christianitas, Professio Christianæ religionis, seu Christianismi. Capitula Caroli Calvi tit. 11. *Ut Missi omnibus denuntient in illa fidelitate, quam Deo & Regi unusquisque debet, & promissum habet, & in illa Christianitate, qua pacem proximo unusquisque servare debet, &c.* Tit. 17. c. 5. *Mandat vobis, ut memores sitis Dei & vestræ Christianitatis.* Tit. 18. cap. 3. *Mandat etiam ut recordemini Dei & vestræ Christianitatis.* Tit. 30. c. 5. *Qualiter autem nepos noster Hlotharius non solum erga nos, & consanguinitatem nostram, verùm etiam contra Deum & sacram auctoritatem, & communem Christianitatem inde egerit, &c.* Cap. 9. *Timeat Deum & compescat istud scandalum, quod tam grande in ista Christianitate sine ulla necessitate est generatum.* Et infrà: *Pro amore & timore Dei honoret se & suam Christianitatem, & suum nomen regium.* Concilium Ænhamense ann. 1009. can. 20. *Unusquisque Christianus, prout fidei suæ in primis necessarium est, Christianitatem suam curet diligentiùs, & frequenter adeat confessionem, &c.* Charta S. Benedicti Abbatis Clarevallensis an. 1145. in Tabulario Eccles. Antisiod. *Nec etiam aliquam decimam Episcopus servientes, & homines Comitis tam per se quam Ecclesiasticos ministros per Christianitatem submonebit, &c.* Joan. Sarisberiens. Epist. 275. *Primò Deum, & ut dici solet, Christianitatem suam obsidem dabat.* Vide Procopium lib. 2. Vandalic. cap. 26. extremo.

A Christianitate separari, privari. Excommunicari, Hincmaro Remensi apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. apud Nicolaum I. PP. Epist. 8. Herimannum de Restauratione Monasterii Martini Tornacensis cap. 112. *Christianitatem auferre*, excommunicare. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 243. *Interim ipse Christianitatem mihi abstulit, ita ut nuptiales qui aliunde veniebant, Missam perdiderint, & corpus sepulturas.* Infrà: *Quæsivi Christianitatem, nec habui, —— Missam quæsivi, & non habui, &c.*

Christianitas, Titulus honorarius, qui Francorum Regibus potissimùm tribuitur, qui *Christianissimi* peculiari quodam jure ac prærogativa etiamnum dicuntur. Epistola Imp. Constantinop. ad Childebertum Regem to. 1. Hist. Franc. 39. 40. *Quæ nobis de Christianitate vestra opinio detulerat.* Occurrit ibi non semel, & in Epistola Pelagii PP. ad eundem Childebertum apud Baron. an. 556. n 25. in Epistola Stephani III. PP. ad Carolum & Carolomannum Reges, apud eundem Baron. an. 755. n. 3. in Epistola Pauli PP. ad Pipinum Regem to. 3. Hist. Franc. pag. 734. & sequenti Epist. in Epistola Ludovici II. Imp. ad Nicolaum PP. apud eundem Baron. anno 866. n. 39 apud Hincmarum Rem. in Quatern. p. 382. Sed & Gregorius Magnus scribens non modò ad Brunechildem Reginam, sed etiam ad Mauricium Imp. & Theudelindam Reginam Longobard. hocce titulo illos compellat. lib. 5. Epist. 63. lib. 7. Ind. 1. Epist. 5. Ind. 2. Epist. 42. lib. 12. Epist. 7. Vide Diurnum Romanum p. 45.

Christianitas, Functio. seu jurisdictio, audientia Episcopalis, vel forum Ecclesiasticum, cui Episcopus, vel alius illius nomine præest, quod vulgò *Curia Christianitatis* vocatur, *Christiani* enim dicti potissimùm Clerici, & *Christianitas*, Clericatus uti suprà observatum: vel denique quidquid ad sacramenta Christianæ religionis pertinet. Capitula Caroli Magni lib. 5. c. 114. & Addit. 3. Lud. Imp. c. 116. *Ut laici in eorum ministerio obediant Episcopis, —— & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam.* Charta Willelmi Conquest. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 845. *Præcipio vobis ut recipiatis Christianitatem de Episcopo Dunelmensi, & de Archidiacono suo, & prædicto Episcopo sitis obedientes de Christianitatis legibus, sicut justè debetis obedire vestro Episcopo.* Simeon Dunelm. lib. 4. cap. 8. *Si injunxit, ut per Archidiaconatus officium Christianitatis curam per totum ageret Episcopatum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Sunt alia quædam placita Christianitatis, in quibus Rex partem habet.* Eadmerus lib. 1. Hist. Novor. pag. 28. *Omnem auctoritatem exercendæ Christianitatis illi adimere cupiebat.* Adde lib. 4. p. 95. Charta an. 1060. ex Tabulario Ecclesiæ Abrincatensis: *Cogebantur venire Abrincas ad respondendum de quacunque accusatione contra Christianitatem.* Infrà: *Et denariatas ceræ matrici Ecclesiæ debent, ut sedi Episcopali, de qua recipiunt consilium animarum, Abbas per se, vel per Decanum suum oleum & chrisma ad erogandum Presbyteris ad Christianitatem faciendam*, Vide Baldricum lib. 3. Chr. Camerac. cap. 45. & 52. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 890. Hugonem Flaviniac in Chron. an. 1098. pag. 243. 244. Consuetud. S. Audomari in Probat. Histor. Guinensis pag. 194. Bibliothecam Sebusian. Centuria 1. cap. 14. Chronic. Andrense pag. 645. Vitas Abbatum S. Albani c. 21. Concilia Spelmanni tom. 1. pag. 311. Ordericum Vitalem lib. 9. & 10. pag. 721. 789. Chartam Willelmi Regis Siciliæ apud Baron. an. 1156. &c. In Tabulario Corbeiensi lib. 7.

Chr. 3.

Chr. 3. Robertus Dom. Bovenſis vendit Monaſterio quidquid habet in vico Thanenſi, *& le tere dehors le pont de Thanes duſque as Maillieres, enſi come les bonnes le demonſtrent, ſauve le Creſtienté de l'Egliſe devant dite, & che ki appartient à le Creſtienté*, id eſt, quod ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectat. Vide *Curia Chriſtianitatis.*

Chriſtianitas, pro abſolutione peccatorum in Confeſſionibus ſæpe ſumitur. Decretum Bonifacii IV. PP. apud Petrum Damiani poſt Epiſt. 19. lib. 5. & Holſtenium in Collect. Romana: *Sunt nonnulli—— aſſerentes Monachos, quia mundo mortui ſunt, & Deo vivunt, ſacerdotalis officii potentia indignos, neque pœnitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſolvere poſſe per ſacerdotalis officii divinitus ſibi injunctam poteſtatem: ſed omnino labuntur.* Eadem habentur in Concilio Nemauſenſi an. 1096. niſi quòd poſt *Chriſtianitatem*, additur, *ſeu abſolutionem.* Interdum pro Baptiſmo. Robertus Bourronus in Hiſt. Merlini MS. *Si toſt que leur enfant eſtoient né, maintenant qu'il avoient Chreſtienté, il les faiſoient apporter au Roy, &c.* *Le Roman de Jordain de Blaye MS.*

L'autre hier le fis baptizier & lever,
Et maitre el chief ſainte Chreſtienté.

Le Roman du Renard MS.

Drouin, fait-il, par S. Omer,
Tu le feras chreſtienner.
Si toſt con baptiſiez ſeront,
Jamais de ce mal ne cherront.

Chriſtianitas, pro officio Eccleſiaſtico. Hugo Flaviniac. pag. 260. *Cùm apud urbem Senonum Rex cum Regina ſua per 15. ferè dies remoratus fuiſſet clauſis tota urbe Eccleſiis, nulla facta eſt ei Chriſtianitas.*

CHRISTIFERUS, Vexillifer, *Alferez.* Ita appellatum *Alferum* in Charta Beremundi Regis obſervat Anton. *de Yepez*, in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. pag. 17. quòd in Regio vexillo *Chriſtus*, vel certè *ſignum Chriſti*, ſeu crux, effingerentur.

CHROCOMAGINA, *Confectio expreſſis aromatibus chronici unguenti.* Ita Papias MS. & Editus. Sed legendum videtur *Crocomagma.*

CHRYSOBULLUM, *Chryſobolium*, Bulla aurea χρυσόβουλλον Pachymeri lib. 2. cap. 5. Cantacuzeno, χρυσόβουλλος λόγος, Harmenopulo, & eidem Pachymeri lib. 1. cap. 10. Andr. Dandulus in Annalib. *Calo-Joannes Imperator Alexio patri ſuccedit, cui Dux* (Venetiarum) *Legatos miſit, ſibique criſobolium à patre conceſſum approbari petiit.* Idem an. 1126. *Tandem Auguſtus ad cor rediens, Ducem requirit, ut ſibi Legatos mittat, pollicens criſobolum pridem vetitum.* Epiſtola Joannicii Regis Bulgariæ in Geſtis Innocentii III. PP. *Subſignat antea imperium meum ad ſecuritatem chiroſobolum ſuum.* Ubi monuimus legendum *Chriſobolum*, in Notis ad Cinnamum pag. 486. Vide *Bulla aurea.*

CHRONICA *infirmitas*, Diuturna, χρονική. Rodericus Toletanus lib. 6 de Rebus Hiſpan. cap. 35. *Ferè per annum infirmitate chronica tenebatur.* Noti ſunt libri Cælii Aulii Aureliani Siccenſis περὶ χρονίων, & aliorum.

CHROTTA, Tibia, Cambris & Anglis, *Crovvde*; Inſtrumentum muſicum, κρόταλον. Fortunatus lib. 7. Carm. 8.

Romanusque lyra plaudat tibi, Barbarus harpa,
Græcus Achilliaca, chrotta Britanna placet.

Hîc multa commentatur Brovverus, quæ non placent.

CHRYSENDETUM, Vas aureum in auro illigatum, ex Græc. χρυσένδετος. Ælfricus in Gloſſ. Sax. *Cryſendela*, (leg. *Chryſendeta*, ȝẏlꝺena, vel ȝeȝẏlꝺc ꝼaꞇu. ȝẏlꝺen, aureum Saxonibus ſonat, ȝẏlꝺan, aurare, deaurare, ꝼaꞇ, ꝼaꞇa, vas.

CHRYSOCLAVUS, *Chryſoclabus.* Papias: *Chryſoclavus, aurata purpura.* Gloſſ. Græco-Lat. Χρυσόσημον, *Auriclavum.* Aureis clavis diſtinctus. Anaſtaſius in Leone III. *Cortinas albas holoſericas roſatas habentes in medio crucem de chryſoclabo.* Infrà pag. 122. *Item vela modica de ſtauracin—— ex quibus tria habent periclyſin de chryſoclavo.* Ibidem pag. 127. *Fecit veſtem chryſoclabam cum pretioſis gemmis ornatam.* Occurrit ibi pluries. Χρυσοκλαβαρικὸς apud Codinum de Offic. *Auroclavatus*, apud Scholiaſtem Juvenal. ad illud Sat. 6.

Aut latum picta veſtis conſiderat aurum.

Auro clavas veſtes miratur. Veſtes *auroclavatas* habet Vopiſcus in Tacito & in Bonoſo, ἐσθῆτας χρυσοκλάβους: auctor Vitæ S. Eudociæ Mart. c. 8. χρυσοκλαβαρίζειν dixit Emanuel Georgillas in Verſib. Politicis MSS. de Mortalitate Rhodi anno 1498.

Να χρυσοκλαβαρίζουσιν μ' ἀσήμιν ἢ χρυσάφιν.

CHRYSOGRAPHATUS, Auro ſculptus & inſignitus; χρυσογραφητός. Epiſtola Valeriani, apud Pollionem in Claudio: *Scuta chryſophata duo.* Vide *Aurigrafus.*

CHRYSOPRASOBERILLUS. Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini:

Quæ palla ex humeris mixto chryſopraſoberillis.

Ubi unicam vocem ex duabus confecit: nam & *chryſoberillum*, & *chryſopraſum* dicebant: ac *chryſoberillum* quidem, *cujus viriditas in aureum colorem reſplendet*, chryſopraſum verò, ex berillorum pariter genere, *qui colore porri ſuccum referunt*, ut eſt apud Iſidor. lib. 16. Orig. cap. 7. Sed, ut verum fatear, non omnino verſus ſenſum percipio. Quid enim eſt hic, *mixto?* an *mixto chryſo*, ſeu auro, cum *praſoberillis?* an verò unica vox, *mixto chryſopraſoberillis?* MS. Codex S. Germani Pariſienſis hîc præfert:

Quæ palla ex humeris mixto chriſophara berillis.

At verſus pariter obſcurus. An *palla Pharia*, id eſt, Alexandrina auro & berillis intexta? Certè meliùs divinent alii.

CHRYSULATUS, Auratus. Vide *Bribethus.*

CHSTIRINA. Ita appellatur menſura regalis apud Bohemos. Vide Chartam Ottocarii Regis an. 1262. in Bohemia ſacra p. 54.

CHUCRUM, Saccarum, Gall. *Sucre* Picardis, *Chucre.* Fulcher. Carnotenſ. lib. 2. cap. 1. *Mel ſilveſtre, id eſt, chucrum.*

CHULLEUS, Menſuræ liquidorum ſpecies. Vide in *Gomor.*

CHUNNA, *Chunnas.* In Lege Salica Editionis Heroldi, titulus 80. ita concipitur: *Incipiunt Chunnas.* Deinde in paragraphis ſequentibus deſcribitur quot *chunnæ* ſolidos efficiant, nempe in mulctis judiciariis. Eſt autem *Chunna*, quod Latinis *Centum*, Flandris *Hondert*, Germanis *Hundert.* Ita *Chunna*, eſt numerus centenarius, ſive centuria denariorum, ſecundùm quas centurias, omnes legum iſtarum pœnæ pecuniariæ conceptæ ſunt, & ſecundùm eaſdem denariorum ſumma reducta ſemper ad numerum ſolidorum, 40 denariis in ſolidum putatis. Sic porrò has *chunnas* exequitur hic titulus, quarum enodationem breviter hîc ex Wendelino proponemus.

1. §. *Hoc eſt unum tho-alafthi, ſolidis* 11ſ. *culpabilis judicetur.* Quæ quidem ex illius ſententia hac ſonant: ſemel duo cum dimidio, ſeu duo ſolidi cum dimidiato, qui ſunt denarii Salici centum: proinde pro *ſolidis* 11ſ. reſtituit 11s. id eſt, duobus ſolidis cum dimidio, qui centum denarios conficiunt. Ita Wendelino, *tho*, idem erit quod *zvver*, Germanis, ſeu duo, & *ahalepte*, idem quod *halfte*, dimidium. Atque ex his emendat §. 1. tit. 2. qui hiſce verbis concipitur: *Hoc eſt unum ahelepte CXX. denariis, qui faciunt ſolidos* 11ſ. *culpabilis judicetur.* Sicque legit: *Hoc eſt unum thue-halephthe C. denariis,*

qui faciunt solidos IIS. culpabilis judicetur. Verùm cum 120. *dorariis, qui faciunt solidos III.* præferat etiam Editio posterior Legis Salicæ hoc. tit. 2. & *thoalafti*, tit. 80. solidos 3. denotet, necesse est ut alia sit hujus vocis notio.

§. 2. *Sexan chunna, solid. XV. culpabilis judicetur*, sex chunnæ denariorum Salicorum, seu 600. solidi 15. solidos efficiunt, divisione facta per 40.

§. 3. *Septunchunna sol. XVII. culpabilis judicetur.* 7. chunnæ denariorum, seu denarii 700. divisi per 40. dant solidos XVIIS. unde omissam s palam est.

§. 4. *Theu vvalt* (leg. *vvalf*) *chunna, solid. XXX. culp. jud.* 12. chunnæ, seu 1200. denarii divisi per 40. dant solidos 30.

§. 5. *Thue septen chunna solid. XXXV. culp. judic.* bis septem chunnæ, seu denarii 1400. divisi per 40. dant solidos 35. Eadem mulcta legitur tit. 2. §. 10. *Thua septun chunna denar. MCCCC. qui faciunt solidos XXXV. &c.*

§. 5. *Theuvuenet* (leg. *nuenet*) *chunna, solid. XLV. culp. jud.* bis novem chunnæ, seu 1800. denarii divisi per 40. solidos 45. conficiunt.

§. 7. *Thoto condi vueth chunna solid. LXII. & dimidio culpabilis jud.* Ubi Wendelinus restituit: *Thuo tosondi vuef chunna, &c.* Id est, denarii bis milleni & 5. chunnæ, seu denarii 2500. divisi per 40. dant solidos 62.

§. 8. *Fitternu funde solidis C. culp. jud:* ubi leg. *Fitter thu sonde.* Id est, quatuor millia denariorum Salicorum constituunt centum solidos.

§. 9. *Actoe tu funde, sol. CC. culp. jud.* id est, octo millia denariorum 200. solidos conficiunt.

§. 10, *Theio to funde ter theo chunna, sol. DC. culp. jud.* Ubi Wendelinus sic restituit: *thueio tho sonde fitther chunna, &c.* id est, duo millia (denariorum) & 4. chunnæ, seu 2400. denarii Salici, sunt 600. solidi.

§. 11. *Fitterno funde thue aptheo chunna sol. DCCC. culp. judic.* quæ Wendelinus ita legit ac dispungit: *Fitternes honde tuvemael, achtheo chunna:* id est, quadringenta sumpta bis, sunt octo chunnæ, quæ conficiunt solidos 800. Ego verò sic legerim: *Fitter tosonde thue, achteo cunna.* id est, quatuor millia bis conficiunt 8. centenarios.

Ex his locis, & aliquot aliis numerandi apud priscos Francos rationem deprehendit idem Wendelinus, quibus *ani*, unum sonat: *thue, theu, theo,* 2. *tres, tri,* 3. *fitter,* 4. *vuef,* 5. *ses, sexan,* 6. *septun, septan.* 7. *acto, achtheo,* 8. *nuene, nuenet,* 9. *toc, toch,* 10. *anilaf,* 11. *thoalaf, thalapta,* 12. *thuotoc,* 20. *tritoc,* 30. *fittertuc.* 40. *vuestoc.* 50. *sestoc.* 60. *sebentoc,* 70. *acteotoc,* 80. *nuentoc,* 90. *hondi, chunna,* 100. *tosondi, tusonde,* 1000.

CHURCSED. Vide *Circset.*

CHYER, Dominus, ex Græco κύριος, seu potiùs κύρος, aut κύρις, uti recentiores Græci efferebant. Appendix Latina ad Histor. Willharduini pag. 230. *Dederunt ipsam terram Imperatori Chyer Micali Paleologo Græco, &c.* Ibidem, *Chyer Andronicus.* quem *Xor Andrinocho* vocat Raimundus Montanerius in Chronico Catalanico Regum Aragon. cap. 199. ubi *Xor*, effertur ut *Chor.*

CIATICA, Ischias, ischiaticus dolor, nostris *Ciatique.* Chronicon S. Trudonis lib. 12. *Accreverat ei passio jam dudum in clune, quam Physici solent ciaticam appellare Ciatica passio*, infrà.

CIBÆ, *Tesseræ quadratæ, scilicet taxillæ, à cibo* Ita Joan. de Janua: an à *Cubo* ?

CIBARIA. Frumentum, bladum. Fori Oscæ anno 1247. fol. 5. *Et faciat molas molere, ut de cibaria faciat farinam* Fol. 20. *Et cibariam molendo faciat ex ea farinam.* Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 49. *Unus mansus debet 12. den. 1. arietem, 4. sextar. de cibaria, 1. manducalem, una borderia quam tenebat Ranulfus debet 8. den. 3. sextar. de cibaria, &c.* Eadem notione accipi debet vox Cibarius pag. 981. ubi *Cibarius* aliud est ab avena, quam *Civatam* appellatam alibi ostendimus.

CIBARIUS. Acta Murensis Monasterii pag. 56. *Dederunt sancto Martino ad cibarios tres modios, & tres nucum.* Infra: *In Ried 4. modii de grano, 5. de avena, duo modii de Cibariis.*

CIANGA. Vide *Tzanga.*

CIBORIUM, appellant Scriptores Ecclesiastici, quod Ordo Romanus *tegimen,* & *umbraculum* altaris. Alcuinus Poëm. 117.

Hoc quoque Ciborium Farculfus fecerat Abbas.

Illud autem quatuor columnis, iisque prææaltis attollebatur, & in fastigiatam formam eductum totum altare contegebat. Raynerius in Historia Translationis SS. Martyr. Euticetis & Acutii: *Cujus claustri prominens pulcritudine decenti fastigium, columnis ambitum purpureis, sculptarum vario schemate figurarum insignitum, argenteum bajulat, quod vulgo Ciborium dicitur, nitens pyraterium: sub cujus Umbraculo altare similiter statuitur, argenteis undique redimitum tabulis, &c.* Vita sancti Baculi Episcopi Surrentini: *Ciborium quatuor columnis innixum supra altare fieri cura diligenti præcepit.* Anastasius in sancto Gregorio PP. p. 44. *Hic fecit ciborium B. Petro Apostolo cum columnis suis quatuor ex argento puro.* Ita passim p. 46. 62. 67. 68. 90. 128. 131. 132. 133. 134. 143. 186. &c. Edit. Reg. S. Chrysostomus homil. 42. in Acta Apostolorum, enarrans verba illa: *Faciebat delubra argentea Dianæ:* Καὶ πῶς ἐνὶ ναοὺς ἀργυροῦς γενέσθαι ἴσως κιβώρια μικρά. *Quomodo possibile erat fieri delubra argentea? fortassis ædiculas & coopercula, quæ Ciboria vocant.* Ciboria verò cereis ador. Denata & illuminata fuisse testatur Paulus Silentiarius in script. S. Sophiæ part. 2. v. 330. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 52. *Ciborium illuminatur, & ad majorem Missam omnes cappis utuntur.* Et cap. 77. *Ad octavum responsorium 24. cerei de ciborio accenduntur.*

Ejusmodi Ciboriorum passim mentio occurrit, apud Leon. Ost. lib. 1. cap. 20. lib. 3. cap. 31. Flodoard. lib. 4. Hist. Rem. c. 19. in Chronico Constantiensi p. 646. in Chr. S. Trudonis p. 349. apud Eckeard. Jun. de Casib. S. Galli cap. 5. Hariulfum lib. 3. Chron. Centul. cap. 3. Perardum in Burgundicis pag. 111. Ughellum tom. 6. Ital. Sacr. p. 548. &c. Aliquot ex iis locos dedimus in Descriptione S. Sophiæ ad Paulum Silentiarium n. 57. ubi de Ciboriis, eorumque forma ac usu multis egimus. His addo in iis Ecclesiis, ubi non extant ejusmodi ciboria, ut hodie ferè apud nos, supra altare umbraculum dependere. Synodus Coloniensis an. 1280. c. 6. *Item præcipimus ut sursum super altare ad latitudinem & longitudinem altaris pannus lineus albus extendatur, ut defendat & protegat altare ab omnibus immunditiis & pulveribus descendentibus.* Ceremonial. Episcopor. lib. 1. cap. 12. *Quod baldachinum etiam superstatuendum erit, si altare sit a pariete sejunctum, nec supra habeat aliquod ciborium ex lapide aut ex marmore confectum. Si autem adsit tale ciborium, non est opus umbraculo, &c.* Adde cap. 14 Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: 3. *Id Decemb. obiit Conanus Brittannorum Comes, pro cujus anima Berta Comitissa mater ejus altare hujus Ecclesiæ decoro exornavit ciborio.*

Cimbarium, perperam pro *Ciborium*, habetur apud Gillebertum Luniensem Episcopum de Usu Ecclesiastico: *Cimbarium, id est, altaris umbraculum.* Hispani *Cimborio* dicunt.

Ciboria plerumque Sanctorum corporibus imposita legimus, quòd ea sub altaribus recondi solerent, proindeque

deque unà cum altaribus unico umbraculo tegerentur. Glossator Histor. Scholasticæ lib. 3. Reg. c. 3. *Currum dicit cybureum*, 1. *Coopertorium, cibureum* 4. *columnis erectum, sub quo arca & cherubin essent, ut fit in multis locis supra corpora Sanctorum.* Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. c. 28. de æde Vaticana Romæ: *Habet etiam quatuor* (columnas) *in altari, præter illas quæ ciborium sepulcri* (S. Petri) *sustentant. Hoc enim sepulcrum sub altari collocatum valde rarum habetur. Ciborium S. Petri* dicitur in Epist. Adriani PP. ad Carolum M. quæ est 59. tom. 3. Hist. Fr. Illud autem construxerat Leo III. ut auctor est Anastasius in ejus Vita, & Baron. an. 1130. Meminit etiā Vita Urbani V. PP. apud Bosquetum p. 184.

Thiofridus Abbas Epternacensis lib. 2. Florum Epitaph. Sanct. cap. 1. de Sanctorum corporibus: *De auro & gemmis extractas & redimitas sortiuntur pyxides & capsulas, ciboria, & pyramides.* Et in versibus eidem operi præfixis:

Exstruo pyramides, ciboria, colligo flores,
Spargo super tumulos Sanctorum carne sacratos.

Et cap. 6. ejusdem libri 2. *ciboria* pariter & *pyramides* jungit, non quòd pyramides his locis aliæ sint à ciboriis, sed quòd ciboria pyramidum formam referant; ubi de Sanctis: *Et ò quàm dignè, quam congruè, Regum Reges, profectò pauperes spiritu, post habitationem cum habitantibus Cedar, operosissima ex auro & argento, ac lapidibus pretiosissimis ciboria & regias habent pyramides, quæ quadam similitudine arcæ Noë à latitudine excrescentes angustantur in altitudine: quia ignea virtus eas extra homines igne sancti Spiritus ardentes & dilatatos in visceribus Christi Jesu per mandatorum Dei latitudinem, per viam vitæ angustam & ascensu difficilem, ad interminabilis gloriæ evexit altitudinem. In forma quippe pyramide virtus ignea in ciboriis, quibus à cubis nomina sunt indita, pensatur animæ perfectio cubica.* Infrà: *In ciborii verò forma conoide, quæ columnarum sustentatur columine, &c.* Quæ quidem licèt prolixiora eo adduximus, ut præter ciboriorum formam, etiam vocis etymon, secundùm viri doctissimi sententiam, licèt minùs probabilem, Lectori indicaremus. Hinc in ciboriis reposita SS. corpora legimus, apud Anselmum in Episc. Leod. c. 30. Hugonem Flavin. in Chron. p. 166. in Vita S. Morandi apud Lambecium lib. 2. Comment de Bibl. Cæsarea p. 897. Vide Descriptionem ciborii ædis S. Marci Venetiis apud Sansovinum & Stringam in Venetia lib. 1. c. 41. 42. & Ambrosianæ Basilicæ Mediolanensis apud Puricellum in Monumentis ejusdem Basilicæ p. 127. & seqq.

Perperam verò hanc vocem interpretati sunt, Ugutio, qui *Ciborium vas esse ad ferendos cibos* dixit: Gropperus lib. 2. de Euchar. cap. 25. qui *Ciboria*, de quibus passim Anastasius, pro pyxidibus, in quibus asservatur Eucharistia, accepit: & Goldastus, qui *Ciborium*, apud Eckeardum, *flasconem* esse censuit.

Ciborium præterea pro quavis superiori concameratione, quæ quatuor potissimùm pilis vel columnis sustentatur, usurpat Gervasius Dorobernensis in descriptione Ecclesiæ Cantuariensis, quòd in ciborii speciem concludatur: *Quatuor pilarios erexit, id est, utrinque duos: peracta hieme duos apposuit, ut hinc & inde tres essent in ordine, super quos & murum exteriorem alarum, arcus, & fornicem decenter composuit, id est, claves utrinque. Clavem pro toto pono ciborio, eo quod clavis in medio posita partes undecunque venientes claudere & confirmare videtur.* Infrà: *Factum est itaque Ciborium inter quatuor pilarios principales, in cujus Ciborii clavem videntur quodammodo Chorus & cruces convenire. Duo quoque Ciboria hinc & inde ante hiemem facta sunt.* Vide *Supracælum.*

CIBOSUS, *Cibo plenus*, Joan. de Janua.

CIBUTUM, *Arca cibaria*, Joanni de Janua & Ugutioni. In Glossis MSS. *Magna arca.* Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici: *Cibutum, vel cistella*, Cyſt, *vel* Capc. Ex Gr. κιβωτὸς, arca, vel κίβος, capsa. Cambro Britannis *Cib*, est vas quoddam.

CICADATIO. Joan. Sarisberiensis lib. 2. Metalogici p. 120. *Gaudeant, inquit, Arist. species, monstra enim sunt, vel secundam novam translationem; cicadationes enim sunt, aut si sunt, nihil ad rationem.* Locus corruptus in utraque Editione.

CICINDELA, *Cicindile, Cecindillus, &c.*

Cicindela, λαμπυρὶς, in Gloss. vet. Nostris *Ver luisant.* Isidorus lib. 12. c. 8. *Cicendela, scarabeorum species, dicta quòd volans candet, id est, lucet.* Inde id nominis tributum lychno, *cujus vitrea natat ignis in unda*, ut loquitur Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini. Festus, seu Paulus Diac. *Cicindela, genus muscarum quod noctu lucet, videlicet a candore; unde etiam Candelabra putantur appellata.* Matth. Silvaticus: *Pyrilampis, & lampyris, Gr. cicendula, cincendule, noctiluca.* Gloss. Gr. Lat. Κανδήλα, *Cicendela.* Quo loco *Candela* est lychnus olearius, uti suprà observatum: *Cesendelo*, Venetis. Variè autem hæc vox scripta reperitur. Nam.

Cicindilis habetur apud Messianum Presbyt. in Vita S. Cæsarii Arelat. *Unus de cubicularriis, dum cicindilem concinnaret, de manibus super lapides lapsa est, quæ nec versa est, nec fracta, nec extincta.* Vita S. Nicetii Episc. Lugdun. n. 7. *Oleum cicindilis.*

Cicindile, apud Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. c. 5. 15. lib. 4. Hist. c. 31. de Vit. Patr. c. 8. Fulbertum Carnot. Epist. 68. in Vita breviore S. Sulpitii Episc. Bitur. n. 12. &c.

Cicendile, in Notis Tyronis.

Cincidele, apud Augustinum Serm. de Temp. 215. *Qui possunt, aut cereolos, aut oleum quod in cincidelibus mittatur, exhibeant.*

Cicendele, apud Papiam: *Inde* (à cicindelis) *cicendele, quia similiter luceat, quæ cicindelia, vitreas lampadas vocamus.*

Cicindelam, Ugutioni, & Joanni de Janua, *Thuribulum* (lego *Crucibulum*) *vel lychnus*, (aliàs *licinus*) *& ponitur pro candela.* Alibi: *Lucinium, cicendela lucernæ.* Ita Joannes de Janua, *Cicendulum, lychnum, vel candelam lucerna* vocat, ut Glossar. Lat. Gall. *Cicendellum, le Moucheron de chandele.*

Cecendele, apud Ughellum tom. 4. p. 616. & in Hist. Pergamensi tom. 3. p. 198.

Cecindillus, apud S. Audoënum lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 47. 50. 76.

Cicendelus, in Regula Magistri cap. 29. 44. 53. 95. & in Vita S. Vodali Benedicti n. 15.

Cincendela, apud Fulbert. Carnot. Epist. 68.

Cicentillus, in Vita S. Tilonis Mon. cap. 3. extremo.

Cicindella, in veteri Charta Cornutiana edita à Suaresio: *Cincindelas argenteas* 5. & in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. apud Ughellum tom. 1. p. 124.

Cicindulum, in Epist. 9. Leonis IX. PP. ubi perperam editum *acindulis.*

Cincendula, apud Petrum Comestorem in Histor. Scholast. exod. c. 62.

CICERCULUS *color*, qui vulgò griseus, ducto, inquiunt, nomine à cicerculo, qui auctore Plinio lib. 35. cap. 6. genus est sinopidis, seu rubricæ, quæ in Africa reperitur; est enim griseus color subrubeus. Joannes Baptista Confectius in Collect. privileg. Mendic. ubi de Honorio IV. PP. *Fratribus Carmelitanis hispida & inculta palla indutis, cappam albam super tunica & scapulari cicerculi coloris concessit.*

CICLAS, *Ciclaton.* Vide *Cyclas.*

CICLUM. Vide *Siclum.*

CICOMOLA. Charta anni 1245. in Tabul. Episc. Autissiod. *Cùm contentio verteretur——& super hoc quod amoveri faceremus cicomolas, quas levari feceramus pro pedagio à transeuntibus.*

CICONES. Glossæ antiquæ MSS. *Olores, Cignos, id est, Cicones.*

CICONIA. Ugutio & Jo. de Janua: *Ciconiam & Ciconium vocant Hispani lignum longum, quo in hortis hauriunt aquam, quæ imitatur illius avis levantis & deponentis rostra, dum clangit. Eam hortulani Telonam vocant. Tale lignum invenitur modò supra quosdam puteos cum catena ferrea.* Gloss. Lat. Gall. *Ciconium, Soignole de puis.* Gloss. Lat. Gr. *Ciconia,* πέλαργος, μηχανή. Hispani etiamnum *Ciconal* dicunt. Vide Sebastian. Cobarruviam in hac voce.

CICURRIS, *Domesticus sus,* Papiæ. Ugutioni verò *porcus natus ab apro silvestri & domestica porca.* Vide *Maialis.*

CICURIUS, *Prudens, gratus, cautus, astutus, vafer, placidus, mansuetus: unde Cicurare, prudenter vel mansuetè se continere, militare, mansuetè facere.* Jo. de Janua.

CID, *Dominus,* vox Arabica, qua celeberrimum illum Hispanicum Ducem Rodericum *Diaz* donarunt Saraceni, ob præclaram virtutem bellicam, animique magnitudinem. Vetus Epitaphium apud Brizium Martinezium lib. 1. Hist. Pinnatensis cap. 46.

In hac tumba requiescit Domna Eximina,
Cujus fama prænitescit, Hispaniæ limina,
Regis Sanctii fuit nata, felicemque me fecit,
Roderico copulata, gentes quem vocabant Cid.
Hæc in era millesima fuit hic tumulata,
Centum & seisagesima fuit atracta & balsamata,
Martii Nonas sepulta, maneat cum gaudio,
Bona quia fecit multa præsenti Cœnobio.

CIDELARII. Charta Ottonis M. Imp. an. 950. pro Ecclesia Paderbon. apud Meibomium: *Cum —— mansionariis, barschalkis, aureariis, brunneariis, cidelariis, molendinis, &c.* Infrà: *Cidelariis, mansionariis, barschalkis, &c.* Vide Metropolim Salisburgensem tom. 1. pag. 227.

CIDIMA, vel *Cadima,* Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis, *Lithargycum auri.*

CIFETUM. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5. *Unum runcinum ferrantem cum cifeto, & cum uno freno & sella, &c.*

CIFRÆ, *Chilfræ,* seu *Ziferæ,* nota numeralis. Nostris *Cifres,* dicuntur hæ notæ arithmeticæ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0. quarum prima est unitatis, secunda binarii, &c. 9. novenarii: o verò circularis nota, quam ex his solam alii vocant *Ziferam,* Georgius Valla *Ziphram,* per se quidem nihil significat; sed aliis notis addita, numerum multiplicat. Cujus gentis aut hominis hoc inventum sit, seu literæ sint, aut notæ, haud constat. Quidam ab Hebraïco *Saphar,* quod sonat, *numeravit,* originem accersunt Valla lib. 1. Arithmetices cap. 1. Indis, Orientalibus gentibus, inventum tribuit, argumento descriptionis quæ a dextris partibus in sinistras eat, quod Chaldæis, Syris, Ægyptiis, & toti denique Orienti est commune. Alia alii commentantur, ut Cobarruvias, Vossius in Mathemat. Reinhartus Robigius lib. 8. Robigal. c. 1. Octav. Ferrarius, Athanasius Kircherus in Arithmologia, Daniel Papebrochius in Serie Patriarch. Hierosoly. pag. 55. tom. 3. Maji, Daniel Huëtius in demonstrat. Evangel. pag. 647. &c. Breviloquus: *Cifra, figura nihili.* Parabolæ Alani de Insulis:

Inter narrantes chilfram juvat esse figuras.

Idem in Planctu naturæ: *Illic vespertilio avis hermaphroditica cifri locum inter aviculas obtinebat.* Et lib. 2. Anticlaudiani c. 7.

Qua ratione, quibus causis, H. littera non sit,
Cum sibi prætendat scripturam, nomen & usum,
Sed cifri loca possideat, solaque figura
Jus sibi defendens elementi præferat umbram.

Henricus Aquilonipolensis in Lubecca lib. 2. cap. 11.

Ut pupa præsumsit aquila esse, a singleo quondam,
Simia regnatrix, cifra figura fore.

Scribit Theophanes an. 2. Rhinotmeti, & 19. Copronymi, p. 314. & 362. Arabes neutiquam numeros sua lingua exprimere potuisse, ideoque in describendis publici ærarii codicibus, Christianos adhibere solitos fuisse.

CIFFO, Italis *Ciffone,* Garcio, garciunculus. Ugutio: *Histrio, quasi ciffo, i. gesticulator, joculator, qui diversos gestus & habitus hominum scit repræsentare.* Hinc fortè nostri *Chifon,* pro re nihili.

CIGNONES. Tabular. Priorat. de Domina in Delphinatu fol. 114. *Et 8. jornales pro corovata, & pro Kl. 6. den. de ublias, & 1. fassum de cignonis, & dimidiam boxiam: &c.*

CILIARE, *est detinere oculos avis* (falconis) *clausos cum palpebra inferiore superinducta usque ad cilium. Dicitur autem ciliare pro eo quod cum palpebra inferiore contegitur oculus usque ad cilium.* Ita Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 37. ubi ciliandi falcones modum pluribus describit.

CILIATUS, Εὔοφρυς, in Gloss. Gr. Lat.

CILICIUM, Vestis interior, seu subucula ex pilis animalium contexta, (unde nomen) quam Monachi & vitæ sanctioris viri ad domandam carnem, sub cæteris vestibus deferunt, ne dum cernitur, vanam procreet ostentationem: unde *Cilicium* ab ordinario Monachorum habitu rejicit Cassianus lib. 1. Instit. c. 1. dicens, sapere superbiam, & nullum corpori conferre emolumentum, impedire item laborantem, neque suo tempore in usu fuisse, nisi apud paucos. Glossæ Basilic. Κιλίκια, τράγοι ἀπὸ Κιλικίας οἱ δασεῖς· πάνυ γὰρ ἐκεῖσε ὑπερέχουσι οἱ τοιοῦτοι τράγοι, ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα Κιλίκια λέγονται. Jo. de Janua: *Cilicium velamentum factum de pilis caprarum, vel taxorum, unde tentoria fiunt, & mortui operiuntur.* Paulinus lib. 2. Vitæ S. Martini:

Quin & contexto setis coopertus amictu,
Exesa assiduo compunxit acumine membra,
Ut tereret tenuem vestis nimis aspera pellem,
Et cutis extensis stimulis attacta paveret.

De ciliciis, & cilicinis, consule Salmasium ad Solinum p. 488. Savaronem ad lib. 4. Sidon. Epist. 24. Lindenbrogium ad lib. 24. Ammiani & Haeftenum.

Cilicia, seu Κιλίκια, & Κιλίκια vocabant etiam Græci nuperi *Centones* ac *feltra,* quibus telorum & lapidum, è machinis emissorum, vim retunderent. Προκαλύμματα ἐκ τραγείων τριχῶν, ἃ δὴ καλοῦσι Κιλίκια, Procopio lib. 2. Persic. cap. 26. Vide Leonis Tactica p. 52. 61. 106. 231.

CILIO, Ugutio: *Hic cilix, quem vulgò Cilionem, vel Capsellam vocant.* Vide *Celio.*

CILLABA, aliàs *Cilliba, Mensa cibatoria, quæ finita comestione removetur; & dicitur à cilleo, es. hæc & assidela dicitur.* Jo. de Janua. Festo *Cilliba* est *mensa rotunda.*

CIMA, *Cocumula,* in Gloss. Isid.

CIMBARIUM. Vide *Ciborium.*

CIMBIA, *orum,* Joanni de Janua, *Pocula facta ad similitudinem cimbæ navis.* Ex Gr. κίμβιον. Ælfricus in Gloss. cap. de Vasis: *Cimbia,* ꞇcip-ꝼæꞇ.

CIMBRI, *Lingua Gallica latrones dicuntur,* inquit Festus. Glossæ MSS. Regiæ Cod. 2062. Κίμβρος, ὁ λῃστής. Indè fortè aut genti nomen, aut à gente latrocinante latronibus ipsis.

CIMBRIONES, in Jure Hungarico, dicuntur Custodes canum regiorum.

CIMENTUM. Gloss. Arabico-Lat. *Cimiento* Hispanis: *Fundamentum. Cimentarius, qui disponit fundamentum.*

CIME.

CIMELIA, *Cimilia*, Thesauri, vasa, donaria Ecclesiæ, ex Græc. τὰ κειμήλια: Supellex pretiosa, quam quisque habet. Lexicon Græc. MS. Regium: Κειμήλιον, τὸ ἀπόθετον χρῆμα. Hesychius: Κειμήλια, σκεύη, δῶρα, καὶ τὰ ἀπόθετα χρήματα. Homerus Iliad. ζ.

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,

Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.

Depositivæ pecuniæ, Senatori lib. 6. for. 8. Gregorius Magnus lib. 1. Epist. 10. *Quæ de diversis Ecclesiis cimelia sunt collecta —— serventur.*

Cimilia. Anastasius in sancto Vitaliano PP. *Sed & vasa sacrata, vel cymilia sanctarum Dei Ecclesiarum tollentes, nihil dimiserunt.* In Severino: *Et sigillaverunt omne vestiarium Ecclesiæ, seu cimbilia Episcopi, &c.* Alii Codd. præferunt *cimilia*. Adam Bremensis cap. 15. *Beati verò Remigii cimilia cum ingenti honore servavit Bremæ.* Vide Paul. Warnefr. lib. 5. Hist. Langobard. cap. 11.

Cimeliarcha, Thesauri & cimeliorum custos. Collatio quæ sub Justiniano facta est Constantinop. *Vir venerabilis Eusebius Presbyter & Cimiliarcha, sanctissimæ majoris Ecclesiæ.* Κειμηλιάρχης, in l. fin. C. de Bon. auctor. judic. possid. & Nov. 40. Κειμηλιοφύλαξ in Concilio Calched. Act. 10. Vetera Acta Ecclesiæ Mediolanensis apud Puccinellum in Vita S. Simpliciani: *Hic addidit magistros cum octo pueris Ecclesiæ Mediolanensis, necnon octo Lectores minores cum Scola S. Ambrosii, & cum Cimiliarcha, numero 20. inter masculos & feminas ad munus offerendum in persona totius populi.* Adde Ughellum tom. 4. pag. 616. 656. tom. 6. pag. 156. 159. 162. 170. 174.

Cimeliarchium, Locus ubi reponuntur Κειμήλια. *Sacrorum vasorum ærarium*, κειμηλιαρχεῖον, in Epist. 2. Gregorii II. PP. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo. Vide Gregorium Magn. lib. 1. Epist. 130. lib. 2. Ind. 11. Epist. 49. lib. 10. Epist. 45. Anastas. Bibl. in Vita S. Jo. Eleemos. num. 26. 84. l. 20. Cod. de Agricol. Χειμηλιοφυλακεῖον, in Nov. 70. cap. 4. Glossæ MSS. *Cimeliarchium, secretarium principale.*

CIMETUM, Panni species. Historia Abbatiæ Condomensis pag. 509. *Fecit fieri unam infulam cum tunica & dalmatica de bisso seu cimeto viridi, & tria vestimenta parata.* Leg. fortè *bruneto.*

CIMILINE, Ugutioni & Joanni de Janua, *dicitur vas aquaticum ad abluendas manus, ut dicunt bacinum.* Hac notione sumitur etiam apud Honorium III. PP. in 5. Compil. lib. 5. tit. 19. cap. 1. & cap. 29. de Verb. signif. pro eo nempe vase in quo Sacerdos sacra faciens manus abluit, & quo postmodum uti solent Diaconi aut Subdiaconi, qui eidem deserviunt, ad excipiendas oblationes quæ offeruntur inter Missæ solennia, dum patena populo osculanda præbetur: *Verùm quia postmodum Sacerdos prædictæ Capellæ asserens oblationum nomine minimè contineri ea quæ ipsi Capellæ in festivitate omnium Sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, seu ad domum Sacerdotis ejusdem intuitu defunctorum: necnon quæ in cimilini ponuntur, quod de altari suscipit, &c.* Testamentum Gualłæ Biccherii Card. Vercellensis an. 1227. apud Aug. *de la Chiesa* in Hist. Eccl. Pedemont. cap. 36. *Item relinquo hospitali S. Andreæ de Vercellis omnia vasa mea argentea, scilicet ciminialia, cupas, & cultellos, &c. Ciminile manicatum*, apud Thom. Archid. in Hist. Salonit. cap. 16. Quidam à κειμήλιον formatum vocabulum putant, sed ex *aquimanile* abbreviatum constat. Vide in hoc verbo.

CIMITERIUM, pro *Cœmeterium*, nostris etiamnum *Cimetiere*. Ebrardus in Græcismo cap. 8.

Est quoque dulce cimen, inde cimeterium.

Infrà:

Est statio terion, inde cimiterium.

Iso Magister in Glossis ad Prudentium: *Gymitron Græcè, Latinè dormitorium. Hinc cymiterium & cymiteria dicuntur, id est, dormitoria, in quibus sancti quasi dormire videntur usque ad diem judicii.*

CIMONA, Equi morbus, *cùm equus diu stetit infrigidatus in capite, in qua fluxus rheumatis fit per nares continuè, velut aqua, &c.* apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 28. Ubi vetus Interpres Gallicus habet *cimorra*, vertitque *Morve.* Italis *Cimorro*, est quod *Gourme* dicimus.

CIMOSUS. Constitutiones Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apost. in Cypro insula an. 1312. cap. 32. *Quòd solennes fiant Ecclesiæ per Prælatos, ubi factæ non sunt —— de opere bono & solido, tamen nullatenus cimoso, &c.*

CIMUSSA, *Cimussator.* Gloss. Lat. Græc. *Cimussa*, σιρά. Lego σιρούσα, id est, *Cerussa.* Gloss. Græc. Lat. MS. ψιμυθιον, *hæc Cerussa.* ψιμυθιστής, *Cimusator.* Editum habet *Cimussa*, & *Cimussator.*

CINCIDES. Tudebodus lib. 1. Hist. Hierosol. pag. 778. *Alii mittebant Cincidas in piscinam, & postea demittebant in os suum.*

CINCINNOSUS, *Cui capilli crispi dependent.* Papias.

CINCTORIUM, Ζώνη, Cingulum, Gall. *Cincture.* Ugutio: *Cinctorium, quo cingimur.* Testamentum S. Cæsarii Arelat. *Leoni Presbytero manutergium dari volo, Domino meo Cypriano Episcopo mantum, & cinctorium meliorem dari volo.* Chartha Hugonis Ducis Burgund. an. 1077. pro Ecclesia Avalonensi t. 6. Spicilegii Acheriani: *Amicti 10. aurei cinctoria 6. stolæ aureæ 8. &c.* Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imperial. part. 3. *Vide equidem cùm nuper Romæ essem, allatam Cardinali Magistro Petro Capuano corrigiam de corio salamandræ amplam velut cinctorium renum; & cùm ex contrectatione aliquas sordes contraxisset, in ignem ipsam vidimus ab omni inquinamento purgatam, & in nullo consumptam.* Adde Orderic. Vital. lib. 6. pap. 616. 622.

Cinctorium, Pugio. Gloss. Lat. Græc. *Cinctorium*, παραζώνιον. *Parazonium* verò μικρὸν μάχαιραν Græci exponunt. Gloss. Isidori: *Cinctorium, gladius.* Perperam *tinctorium*; & ita legendum apud Melam censent plerique: *Mars omnium Deus, ei pro simulacris enses & cinctoria dedicant:* pro *tentoria.* Martialis lib. 14. Epigram. 32. de Perizonio.

Arma Tribunicium cingere digna latus.

CINCTUS, *Cinctus judex*, à Principe delegatus, cingulo donatus. Senator in Psalm. 29. *Cingulum significat quod ad judicis pertinet dignitatem: nam cincta potestas in ipso vocabulo noscitur constituta. Sic enim cinctum dicimus, judicem, quando ejus fasces honoresque declaramus, &c.* Idem lib. 6. Variar. Epist. 2. in formula Patriciatus: *Hinc est quòd & honor ipse cinctus est, cùm vacaret, nihil jurisdictionis habens, & judicantis cingulum non deponens, &c.* Vide lib. 4. Epist. 4. Sidon. lib. 5. Epist. 7. &c. Anastasius in S. Silvestro PP. *Hic constituit ut nullus Clericus —— ante judicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesia.* Ivo Carnotens. Epist. 241. *Legibus autem non continetur, immo prohibetur ut Episcopus à judice sæculari ad causam Ecclesiasticam vocetur, vel cincti judicis sententiæ subjiciatur.* Adde Epist. 147. Papianus ad lib. 1. Sentent. Pauli tit. 5. *Qui apud cinctos, aut privatos judices fuerit de calumniæ objectione convictus.* Ubi Cellotius ad Concil. Duziacense, perperam reponit *civicos*. H. Rabanus Maurus Poem. 4.

Judex præcinctus migrans tibi rite ministret.

Non modò verò cinctus judex privato opponitur, sed & Ecclesiastico.

CINDADUS, *Cindatus.* Vide *Cendatus.*

CINDATOR, Incantator, Magus. Vetus Gloss. *Cindator*, γόης. Quid si legamus *Cinerator*, ut ejusmodi malefici intelligantur, qui *sortilegia sua faciunt in cinere*, ut est in Decretis S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. c. 31. Vide Notas nostras ad Cinnamum p. 480. 481.

CINDRA. Leges Forestarum Scoticar. cap. 7. *Iste est modus pannagii videlicet de qualibet cindra, id est, de 10. porcis, Rex habebit meliorem porcum, & forestarius unum hogastrum.*

CINEGILD. Vide *Cenegild.*

CINERAGIUM, apud Guid. Papæ Consil. 91. quibusdam est jus comburendi herbas in silva, & ex iis conficiendi cineres. In Arestis an. 1285. in Reg. *Olim* fol. 27. *Bresia & cineres* recensentur inter usagia forestæ de Leonibus in Normannia: sed legendum *Civeragium* docemus in hac voce.

CINERARIUM, Sepulcrum, conditorium in quo cineres mortuorum conduntur, in veteribus Inscript. apud Gruterum 418. 12. 663. 3. 850. 10. Hinc *Cinerarii fines, & sepultuarii*, apud Gromaticos p. 304.

CINERARIUS, qui pulvere unguentario capillos conspergit. Ugutio: *Cavillo, qui calamistrum calefacit, scilicet ferrum quo capilli crispantur, hic vulgò Cinerarius dicitur.* Vox Varroni, Catoni, & aliis nota. Gloss. Lat. Græc. *Cinerarius*, δοῦλος ἑταίρας. Concilium Eliberitanum can. 67. *Prohibendum ne qua fidelis, vel catechumena, aut comatos, aut viros cinerarios habeant: quæcunque hoc fecerint, à communione arceantur.*

Cinerarius, qui ex herbis desiccatis in nemore cineres conficit: *Cendrier*, in Statuto Francisci I. Regis Franc. an. 1518. pro Forestis art. 9. Charta an. 1103. ex Tabulario S. Arnulphi Crispiacensis: *Stephanus Comes volens ire Hierusalem, —— de iis quæ usurpaverat, satisfecit: usurpaverat namque Griariam, & Circam, exartos, & cinerarios, & molendinum, &c.* Charta Alienoræ Comitissæ S. Quintini an. 1193. in M. Pastorali Eccles. Paris. lib. 3. Ch. 1. *In prædicto nemore habeo cinerarium, pedicarium, archiarium, exartatorem, &c.* Occurrit etiam ibidem infrà. Inquisitio de Foresta Aquilinæ in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 118. *Cendrerius habet vivum nemus ad faciendum suum recos..um, unum scutellarium se altero ad suum usuarium.* Porrò cineres confici in forestis Regis absque licentia vetant passim Regum Statuta de Forestis, an. 1518. art. 9. ann. 1547. 1566. 1605. &c. apud Claudium *Rousseau* in Collectione Statutorum pro Fo estis.

CINERASTIUM *argentum.* Vetus Charta Longobardica apud Ughellum tom. 5. Italiæ sacræ pag. 1504. *Quia susceptum completum apud me habeo pretium a vos jam nominata Domna Maria Comitissa emptrice juxta lege vestra Romanorum, hoc est, argentum bonum Cinerastium spectatum libras undecim, ut inter nos statutum fuit, &c. Acendrado* Hispani dicunt. Vide Covarruviam de Veterum numismatum collat. cap. 2. num. 6.

CINERICII, Vocati Christiani à quodam Elindio, quòd cineres Sanctorum & reliquias servarent & colerent. Vide Durandum lib. 1. Ration. cap. 3. num. 26. At S. Hieronym. Epist. 53. ad Vigilantium *Cinerarios* dictos scribit: *Os fœtidum rursum aperire & putorem spurcissimum contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos qui eas suspicimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur. Ita Cineres Joannis Baptistæ adorare dixit idem* Hieronym. Epist. 17. Vide *Concineratio.*

CINEWERDUNIA. Lex Ripuar. tit. 33. §. 2. *Sic ei placitum super 14. seu super 40. vel 80. noctes detur, ut cinevverduniam suam in præsentia testium recipiat.* Occurrit rursum tit. 72. §. 3. 6. 7. Editio Heroldi habet *Cina, & Cinevverduniam.* Ubi Lindenbrog. Glossar. Lat. Anglo-Saxon. *Quaternio, cinevverdunia*, German. *VVerdung.*

CINGELLUS, Apex, summitas montis, *Cabeça de monte.* Charta Sancii Regis Aragonum, apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 23. *Et ascendimus in illo cingello ante S. Martinum, super illa fonte, unde apparet Izarbe villa, & exterminavimus illum terminum de illa Ecclesia sancti Victoriani de Isus, quomodo aqua vertit, &c.*

CINGILLUS, Στρόφιον, ζώνιον, in Gloss. Lat. Græc. Zonula, Strophium. Hinc

Cingilio, vel *Cingillio*, apud Pollionem in Claudio, uti rectè restituunt viri docti, pro *Singilio.*

CINGULA, *æ*, Equi cingulum, quo illius pectus cingitur. Gallis, *Cengle.* Glossæ Lat. Græc. *Cingula*, ὑπο ζώνη. Ebrardus Betuniensis:

Cingula sunt hominum, cingula stringit equum.

Rigordus an. 1188. *Aqua torrentis miraculosè tantùm excrevit, quod attigit usque ad cingulas equorum.*

CINGULUM, Dignitas, Magistratus, honor. Suidas: Ζώνη, τὸ ἀξίωμα. Fortunatus lib. 7. Poëm. 7.

Ad te confugiunt, te cingula celsa requirunt.

Et Poëm. 16.

Auxit & obsequiis cingula digna tuis.

Synodus Remensis apud Baldricum Cameracens. lib. 1. cap. 14. & Flodoardum lib. 2. cap. 5. §. 18. *Si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus, aut potestate suffultus, &c. Cingulum præfecturæ*, apud Gregor. Magnum lib. 8. Epist. 37. *Cingulum dignitatis*, in leg. 1. Cod. Theod. de Conductor. dom. aug. & l. 11. de Muner. Vide Edictum Theoderici cap. 73. & in Epilogo, Novel. Theodosii & Valentiniani de Metatis, Capitula Caroli Magni lib. 5. c. 228. lib. 6. cap. 71. 99. &c. præterea Jacobum Gotofred. ad l. 3. Cod. Theod. de Postul.

Cingulum militare, militiæ, non semel in Cod. Theod. & Justin.

Cingulo Militari decorare, Militem creare. Charta Philippi Magni Regis Franc. ann. 1313. pro Petro *Du Chemin* illius valetto: *Quem hac instanti die Dominica ordinavimus, disponente Deo Militari cingulo decorare.* *Le Roman de Jordain MS.*

Se mes chers peres nous ceinsist or le brans,
Et la colée vous donnast maintenant.

L'Ordene de Chevalerie MS.

Aprez en son estant le liéve,
Si le vous chaint d'une chainture,
Blanche & de petite faiture;
Sire, par chette chainture,
Est entendu que vo car nete,
Vorains, vo cors entierement
Devez tenir tout fermement,
Ainsi com en virginité.
Vos cors tenir en neteté,
Luxure despirer & blasmer,
Car Chevaliers doit mout amer
Son cor s a nettement tenir,
Car Diex het mout itel ordure.
Li Roy respont bien est droiture.

Cingulum Militare auferre, à Militia degradare. Sugerius in Ludovico VI. cap. 21. de Thoma de Marla: *Cono Prænestinus Episcopus —— anathemate scilicet generali detruncans, cingulum Militarem ei licèt absenti decingit, ab omni honore tanquam sceleratum & infamatum, Christiani nominis inimicum, omnium judicio deponit.*

Cingulum regale. Vita S. Bathildis Reginæ, de eadem: *Sed & ipsum regale, quo cingebatur, cingulum à sacris lumbis abstulit, fratribusque in eleemosynam dedit.* Fortunatus lib. 8. Poëm. 4.

Pulcra topaziacis onera tur zona lapillis.

Cingulum, inter vestes Ecclesiasticas vulgò recensetur. Stephanus Eduensis Episc. lib. de Sacrament. altar. cap. 10. *Cingulum quo alba constringendo renibus coaptatur, &c.* Vide Menardum ad librum Sacramentorum Gregorii pag. 260.

Cingulum inscriptionis accipere jubentur accusatores, quo se ad pœnam obligent per calumniam, non pro-

probantes quam exposcunt accusatis aut delatis infligi, in Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 14. ubi alii *vinculum* legunt.

Cingula dare hosti, Obsidere, obsidione cingere. Will. Brito lib. 7. Philipp.

Talia magnanimus hosti dare cingula novit.

Cingulum, Regio suis finibus definita, vel terminus, limes. *Cingulum Florentinum*, apud Frontinum de Coloniis, pro agro, regione: *Variæ autem regiones non habent æquales centurias vel mensuras. In cingulo Florentino, in centuriis singulis sunt pedes* 40. Notitia an. 1239. in Tabulario S. Bertini: *Extra cingulum meræ* (Paludis) *quod vulgò dicitur Bord.* Vita S. Romani Abbat. Jurensis num. 9. *Nam & propter locum ipsum in rupe valde edita, quæ superjacet naturali saxo, prominente quoque cingulo, quod cavernas spatiosissimas intus addebat de affectu parentali instituentes virginum Matrem, centum quinque illis religionis gubernaculo rexisse Monachas tradunt. Locus ipse, ut præcisa inaccessibili desuper rupe, ac sub cingulo prolixius naturaliter perexcisa, nullum ulterius cinguli præstabat egressum, &c.* Et num 19. *Germanam quoque suam, quam in cingulo illo, vel Balma, Gallico, ut reor, sermone vocatam* (leg. vocato) *Monasterio præfecerat puellari, &c.* Vide Ignotum Casinensem cap. 12. Et infrà, *Circulus*.

CINGULUS. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Erpes, cingulus, id est, impetigo.*

CINIFERUS, *Cinifio*. Joan. de Janua: *Cinifio dicitur ille qui cum folliculo ignis flammam excitat, vel qui calamistrum calefacit, scilicet ferrum quo capilli crispantur. Hic vulgò Ciniferus dicitur, & componitur à cinis & flo as.* Gloss. Lat. Gr. *Ciniflones, ornatrices.* Sic leg. in Gloss. Græc. Lat. Γυναικῶν κοσμητὴς, *Cinifio.* Malè Edit. *Cimnifo.* Occurrit in Notis Tironis pag. 199. & apud Horatium, Joan. Sarisberiens. in Policrat. lib. 3. c. 12. &c.

CINIS. *Cineres qui in Capite jejunii fratrum, olim pœnitentium, hodie fidelium omnium capitibus imponuntur, ex industria fiunt de cremitis sarmentorum, qui etiam studiosè mundantur & cribrantur, & benedicti conservantur ab Infirmario, ut morientibus fratribus cum cilicio substernantur.* Ita Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 64. Vide *Caput jejunii*.

CINNABAR, *Cinnabaris*. Papias: *Cinnabrium, pulvis rubri coloris, quidam hoc dicunt esse miniam.* Isidorus lib. 19. Orig. cap. 23. *Nonnullæ etiam gentes non solùm in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria, quasi insignia vendicant, ut videmus cirros Germanorum granos & cinnabar Gothorum.* Ubi *Cinnabar*, idem videtur quod Græcis κινάβαρι, neutro genere, ita ut id vocabuli referatur ad colorem vestium Gothicarum, quæ rubricatæ erant, vel quòd faciem cinnabari ac rubrica inficerent. Est autem *Cinnabris*, succus arboris, ut disertè habet Arriannus in Periplo maris Erythræi, tametsi secus alii sentiant. Vide Gorræum in Definit. medic. & Leonardum Fuchsium lib. 1. Paradox: medic. cap. 30.

Per cinnabarim subscribere solebant Impp. Constantinop. id est, rubris literis. Gregorius II. PP. in Epist. ad Leonem Isaurum Imp. *Cùm literæ tuæ & non alienæ sigillis Imperatoris obsignatæ essent, ac accuratæ intus subscriptiones per cinnabarim propria manu tua, ut mos est, Imperatoribus subscribere.* Extat Epigramma Joannis Euchaitarum Episc. Εἰς τὴν διὰ κινναβάρεως χαραγὼ τῶν σχεδῶν.

Ἡ Δεσπότου χεὶρ τῦ σοφῦ Μονομάχου
Ἀληθινὸν νῦν ἐντίθησι τοῖς νέοις,
Ἄνθει καταχρώζȣσα πορφυροχρόω,
Βασιλικῆς γνώρισμα λαμπρὸν ἀξίας.

Vide Annam Comnenam pag. 80. & Notas ad eandem pag. 253. Observant præterea Camillus Peregrinus in Hist. Benevent. tom. 1. pag. 232. & Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag. 649. Principes & Archiepiscopos Capuanos rubrica pariter sua diplomata subscripsisse.

CINNUS, *Torti oris*, in Gloss. Arabico-Lat.

CINNUS, Cygnus Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 2. de Pelicanis: *Hæ sunt aves magnæ ad modum cinnorum albæ, longum & latum habentes rostrum, sub quo habent pelliculam, quam aperiunt & claudunt piscando ad modum sagenæ.* Sed quod *Pelicanum* Fridericus *Onocrotalum* vocat Bellonus. Adde cap. 4. 9. 23. &c.

CINOCICLOCUTORIUM, in Gloss. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana, *Est loi a ré de moulin.*

CIONITÆ, Gr. Κιονῖται, qui & Stylitæ, Monachi, qui dies noctesque super columnam vitam exigebant: cujus instituti auctor fuit Simeon cognomento Stylita de quo pluribus egere Allatius in Diatriba de Simeonibus pag. 6. 10. Baronius, Bolandus, Raderus in Virid. Sanctor. & alii. Historia Miscella lib. 22. pag. 692. *Adeo ut omnes Monachos & Inclusos, atque Cionitas, qui Deo placere noscebantur, sub tributis redigeret.* Ex Theophane pag. 361.

CIPHUS, Canalis, ex Græc. σίφων, Vita S. Theotonii Canonici Regul. num. 11. describens tempestatem in mari: *Iterumque apertis undis in ima* (navem) *dejiciebant, atque, quod dictu mirabile est, aquam de mari, tanquam manifestum canale, quod nautæ Ciphum vocant, in sublime trahebant.*

CIPPATICUS. Capitulare de Villis cap. 8. *Cippaticos etiam de vineis nostris ad opus nostrum mittere faciant nostri. Ceps de vigne* dicunt nostri.

CIPPUS, *Ceppus*, Joan. de Janua: *Cippus, instrumentum quo reorum pedes constringuntur, quasi capiens pedes.* Ebrardus Bethuniensis:

Nervo torqueris, in cippo quando teneris,
Membraque firmantur nervis quibus ossa ligantur.

Passio SS. Chrysanti & Dariæ MS. *Tunc irati milites, mittunt eum in cippum novum & nodosissimum, ita ut tertio puncto ejus tibias coarctarent.* Passio sancti Lupercii Mart. apud Bosquet. pag. 165. *Deinde eum jussit in carcerem trudi, & in arcto cippo extendi.* S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 77. *Cippi etiam fracti, & claudorum bacterii in argumento ostenduntur.* Notkerus in Martyr. 2. Jan. *Diu in carcere maceratus, & in cippo missus, deinde in mare demersus.* Aldhelmus de Laude Virg. cap. 25.

Et suras iterum cipporum vincula claudunt,
Cruraque cum rigidis nectebant turgida lignis.

Vide Orderic. Vital. lib. 11. pap. 826. & quæ annotamus in Dissert. 19. ad Joinvillam. Græci κοῦσπον dicunt Lexic. Græc. MS. Reg. sign. 2062. Ζητρεῖν, ὁ κοῦσπος, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Alibi: Ῥωπόῤῥηξ, ὁ τὸν κοῦσπȣ ῥηγνύων. Ῥωπεῤῥηκτεῖν, ῥηγνύειν τὸν ῥωπὸν καὶ τὸν κοῦσπον. Aliud Lexic. sign. 930. Ποδοκάκη, ξύλον τὸ ἐν εἱρκτῇ, ἐν ᾧ τὺς πόδας ἐμβάλλοντες συνέχουσιν, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται κοῦπος.

Cippus, posterioribus, Carcer ipse dictus. Gloss. Lat. Gall. *Cipus, chep à mestre malfaiteurs.* Capitulare de Ministerialibus Palatinis cap. 3. *Similiter illum malefactorem usque ad cippum deportet, &c* Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 72. *Cives namque meliores & ditiores contumelia & injuriis afficiebat: alios indemnatos & injudicatos in cippo vilissimo concludens, &c.* Epist. G. Episc. Catalaun. tom. 4. Hist. Franc. *Captus est à justiciis meis, in vinculis, in ceppo conjectus.* Charta Grodegangi Episc. Metensis: *Ab Advocato in cippum conjiciatur.* Ibid. *In villa Flammersheim —— cippus habeat.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 349. *Cippos & conclusoria in singulis villis ad correctionem delinquentium.*

tium. Vide Hugonem Farsitum de Miracul. S. Mariæ Suession. c. 125. Fletam lib. 1. cap. 42. §. 1. Foros Beneharn. tit. 1. art. 31. &c. In Consuetud. Meldensi art. 209. furcæ patibulares, *Cippus, (Cep)* & *Pilorium* dicuntur esse signa seu argumenta majoris Justitiæ. In Perticensi art. 12. Cippus à carcere distinguitur, ut & in Blesensi art. 29. Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS.

Les deus enfans sans nul ator,
Mist en prisson en une tour,
En un cepiel cascun d'un pié.

Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Incippat, inludit*: leg. *includit.*

Cipparius, Carcerarius, commentariensis. Magnum Chartularium Corbeiense: *Item l'Abbé est Justichiers de Corbie, &c. & a en ledite vile ses Serjans qui prendent & arrestent, & mainent en le prison Monsf. l'Abbé les arrestés. lequelle est en le vile devant dite, & les vvarde uns siens Serjans, con appelle le Chepier de l'Eglise, & a Mesires li Abbés se droiture de cascune personne arrestée, & ses Chepiers ena aussy se droiture.* In Legibus Guill. Nothi cap. 4. *Ceper*, vel *Cepier*, est Carcerarius. Vide Consuetud. Hannoniensem cap. 23. 35. 70. & Valentianensem art. 143.

Cypiacus, Dignitas in Ecclesia S. Quintini in Viromanduis, qui *Cippi* seu carceris Ecclesiastici curam habet. Statuta antiqua Canonicor. S. Quintini apud Hemereum p. 115. *Die Pentecostes debet Cypiacus 10. sext. frumenti, &c.* Infrà: *In festo S. Michaëlis debet Cipiacus 10. sext. frum. cepas cum quarello recenti, &c.*

Cippus, Cepus, Rete. Charta Savarici de Verziaco Comitis Cabilon. apud Perardum p. 91. *Si aliquis homo cippum tetenderit in nemore, & bestiam ceperit.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol 31. *Venatio cadens in laqueos sive cepos, est ejus qui cepos paravit vel laqueos.*

CIRCA, pro *secundùm*, κατά, *Evangelium circa Joannem*, apud Anonymum de Baptismo hæreticorum edito a Rigaltio.

CIRCA, *Cerchia*, Vigiliæ, excubiæ, Gall. *la Ronde*, à circumeundo, quia qui urbium custodiæ invigilant, muros circumeunt. Charta Henrici III. Imper. ann. 1056. pro Canonicis Metensib. *Concedimus ut circas & vigilias non faciant, propter perpetuas Ecclesiæ observantias, nisi in obsidione civitatis.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 180. *Terram quoque Dineti, quam calumniabatur, vvirpivit, & circam castelli, quam vi extorquebat, similiter relaxavit.* Charta Agnetis Comitissæ Nivernensis an. 1191. in Tabulario Autisiodor. fol. 52. *Omnes illos —— ab exercitu & chevalchia & excubatione, scilicet à custodia villæ de nocte, quæ Cerchia dicitur, quittavimus & franchivimus.* Charta Guillelmi Decani Catalaun. ann. 1267. in Tabulario Campaniæ Bibl. Regiæ fo. 428. *Super eo quòd idem Rex asserebat se in nostris nemoribus villarum nostrarum —— grueriam & cerchiam habere, nobis contrarium asserentibus.* Occurrit iterum in alia Charta ejusdem anni ibid. Pactum inter Episcopum Lingonensem & Abbatem Besuensem an. 1342. in Regesto feodorum Eccl. Lingon. *Item, & super eo quòd cùm ad nos Abbatem & Conventum Bezuensem prædictos cerchia, seu vigilum cura, dictæ villæ Bezuensis pertineat, in quibus nos Reverendus Pater perturbavit, —— dicto videlicet Episcopo dicente & asserente, quòd ad ipsum tanquam Gardiatorem dictæ villæ Bezuensis redditiones, acceptiones, & custodia dictarum clavium, necnon proclamatio, cerchia seu vigilum cura pertinebat.*

Circam etiam faciebant Monachi in Monasteriis: quippe in Regula S. Benedicti statuitur, *ut deputentur seniores, qui circumeant Monasterium horis quibus vacant Fratres lectioni.* Vita S. Petri Abbatis Cavensis n. 20. *Fortè tunc senior quidam ex more Monasterii cum circam faceret, Monachum illum a longe, quasi cum alio loquentem, audivit.* Ubi perperam editum, *cùm circa faceret*, quod non adverterunt viri eruditi. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 248. *Nam circam matutinis exactis faciebam.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 4. de Priore Claustrali: *Egressis autem omnibus de Ecclesia, Prior accipit sconsam, quam ea hora candela intus accensa omni nocte parat illi hebdomadarius ad faciendam circam.* Vide Petr. Damian. lib. 6. Epist. 26. p. 554. Hinc qui circas facit Monachus.

Circa perinde appellabatur, Lanfrancus in Statutis c. 4. *Circuitores Monasterii, quos alio nomine Circas vocant, juxta S. Benedicti præceptum certis horis circuire debent Monasterii officinas, observantes injurias & negligentias Fratrum, & statuti ordinis prævaricationes.* Statuta S Dunstani: *Secundùm Regulæ præceptum constitui debet aliquis Frater, qui ab officio circuitus sui Circa vocatur. Est enim ejus officium circuire claustrum, ne fortè inveniatur frater acediosus, aut alicui vanitati deditus.* Adde Statuta Petri Venerabilis cap. 60. & Ekkeardum de Casib. S. Galli cap. 3. Idem &

Circator dictus, in Consuetudin. Floriac. p. 395. apud Joan. à Bosco. Joachim. Wadianus, de Officiis Monasticis agens: *Erat & qui vigilias agebant contra noctis incommoda, usque adeo non tædebat operæ ullius, ut oneris privatim obeundi, fratres illos, qui & illud in primis, ne qua frequentia alienorum hominum, quantumvis industriorum, professionis quietem interturbaret, summopere curabant.* Certè *dormitaria* obeundi curam spectasse *Circatores*, seu, ut vocantur, *Circinnatores*, docet Adhalardus in Statutis Corbeiensis Monast. lib. 2. cap. 6. *Ab ipsis etiam Circinnatoribus, horis quibus vacant Fratres lectioni, observanda, & inventa acriùs castiganda sunt.* Circatoris officium præterea ita describitur in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 40. *Circator eligatur de totius Congregationis religiosioribus & ferventioribus ordine, qui nec malitiose pro privato odio unquam clamet alios, nec pro privata amicitia taceat negligentias quorumcunque. Ad hujus officium spectat officinas Monasterii circuire, & observare negligentias fratrum, & ordinis prævaricationes. Quotiens circam facit, adeo religiose & ordinatè debet incedere, ut terrorem incutiat spectatoribus suis, & exemplum religiositatis ostendat. Adeo autem tacitè & severè debet facere circam, ut nulli unquam loquatur, vel signum faciat; sed tantummodo studiosè scrutari debet & inspicere offensiones & negligentias. Omni tempore potest facere circam excepta hora Capituli & Collationis, quando scilicet ostia claustri jam firmata sunt. —— Iste diligenter debet attendere, ne unquam aliquis sine causa horis regularibus desit, & ne quisquam loquatur, ubi vel quando non debet.* Antiqua Consuetudines Monasteriorum S. Benedicti n. 8. *Circatores etiam duos, qui omnibus horis, dum fratres vigilabant, circuibant monasterium, nequis frater deesset proprio loco: si autem defuisset, statim in tabulis notabatur, &c.* Ibid. num. 11. *Prædicti circatores hoc observabant, si aliquem ridentem, vel aliquid susurrantem conspexerant, statim tabulis notabatur, & benignissimè corripiebatur tempore opportuno.* Adde Bernardum Monach. in Consuetud. Cluniacensib. MS. c. 5. ubi quanta ii modestia incederent, iisdem pæne verbis, quibus liber Ordinis S. Victoris, declarat; quibus adjungenda quæ in hanc rem habet Lanfrancus in Statutis pro Ordine S. Benedicti cap. 4. Præterea S. Hieronym. Epist. 22. cap. 15. ubi de Cœnobitis: *Et quia nocte extra orationes publicas in suo cubili unusquisque vigilat circumeunt cellulas singulorum, & aure apposita quid faciant diligenter explorant, &c.*

Eorum

Eorum etiam munus erat *Fratres ad horas Canonicas colligere, signo pulsato*, ut est apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 3. *Primo signo ad vesperas pulsato, Circator fratres collecturus, ostio domus hospitii appropiat.* Unde eidem Scriptori *Exactores*, seu ἐπείκται dicuntur, cap. 6. *Tertia feria exactoribus, quos Circatores vocamus, culpas eorum magistro rememorantibus, omnes exuere jubentur.* Et infrà: *Ab exactoribus illum cur tardaret inclamantibus.* Ex B. Dorotheo Doctr. 11. colligitur Canonarchæ officium fuisse dormientes Monachos excitare ad vigilias media nocte in Ecclesia obeundas. Vide Capitula Monachorum S. Galli an. 817. c. 14. 25. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. c. 4. dist. 4. c. 8. Benedictum XI. PP. in Epist. apud Wadding. in Regesto to. 3. p. 18. &c. Dinamius Patricius in Vita S. Maximi Episc. Regiensis: *Quadam nocte imminente celeberrima B. Andreæ solennitate, cùm deputatus ego essem qui ad vigilias excitarem, &c.*

Circator, præterea officium fuit in Ecclesiis Cathedralibus. Narrat quippe Meurissius in Hist. Episcop. Metensium Circarii *(Cerchier)* seu Circatoris dignitatem abrogatam in Ecclesia Metensi à Cardinale Lotharingo Episcopo Metensi. Nec scio an hac olim donatus Adventius ejusdem Ecclesiæ Episcopus, qui in Epistola ad Nicolaum PP. apud Baron. an. 863. scribit se, priusquam Episcopatum adipisceretur, *in Excubiis templi Beati Stephani Protomartyris occupatum* fuisse. Id etiam rursum infert in alia Epistola apud eundem Baronium ann. 865. n. 58. tametsi *Excubiæ*, ut plurimùm sumuntur pro vigiliis seu horis & precibus nocturnis quæ in Ecclesia peraguntur. De excubiis verò quæ fiebant in Ecclesia Parisiensi in festo Assumptionis Deiparæ, sic Charta Joannis Regis Franc. an. 1268. *Dicebat etiam præfatus Episcopus, quod prædecessores sui & ipse fuerant & erant in possessione & saisina custodiendi Ecclesiam B. Mariæ Parisiensis, ac fieri faciendi Excubias, seu guetum in ipsa, & in certis locis prope ipsam, per Burgenses & Officiarios suos in vigilia festi Assumptionis B. M. Virginis in principio de* Te Deum, *qui cantatur in fine Vigiliarum, & ante principium Laudum, usque in crastinum diem: incedunt que & incedere consueverunt in dictis vigiliis Baillivus, Officiarii, & alii deputati ex parte Episcopi ad faciendum guetum in dicta Ecclesia, ne aliquod malum ibidem fiat.*

Circatores, qui *Visitatores*, in Concilio Laodiceno c. 56. in Gloss. MSS.

Circatio, Visitatio *Circada*. Charta Ludov. II. Regis Lud. Pii F. apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 516. *Cùm autem ipsi Episcopi circationes suas ibi agere deberent, ad eorum mansionatica daretur, quod in Capitularibus antecessorum nostrorum præscriptum habetur.*

Circatores, denique appellabantur, qui vice Generalis totius Ordinis domos & Monasteria visitabant, aliàs *Visitatores* dicti. Vita S. Gisleberti *de Sempringham: Sollicitudinem omnium Cœnobiorum Dom. Rogero Priori Maltonæ commisit.* ——— *sub eo verò singulis gradibus marium & feminarum unum vel duos, quos Circatores, vel summos Scrutatores appellant, qui omnium domorum statum diligenter aspicerent, & ut oporteret, corrigerent.* De his *Circatoribus* agunt idem Gislebertus in Regula sua p. 705. 706. tom. 2. Monastici Anglic. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 4. Burchardus Mon. de Casib. S. Galli cap. 8 extremo, & Gervasius Abb. Præmonstrat. Epist. 47.

Eos autem qui omine Episcopi Ecclesias diœcesis visitant, περιοδευτὰς *Circitores*, seu *Circuitores*, (qua voce utitur l. 6. §. 1 D. de Excusat.) vocant Concilium Laodicenum, & Justinianus l. 41. C. de Episc. & Cleric. *Per omnes Parochias & Monasteria mos est Episcopis circuire*, in Concil. Cabilonensi an. 650. c. 11. Auctor Prædestinati lib. 1. hæresi 22. *Hos Origenes ita perfectè superavit, ut eorum causa Periodeutes fieret, & per singulas quasque urbes per Orientem eundo prædicaret.*

Circatores, Inquisitores, apud Petrum de Vineis: *Per vos seu Inquisitores vestros, qui inter vos Circatores vulgariter nuncupantur.*

Circarias vocant Præmonstratenses districtus *Circatoris*, seu Visitatoris. Vide Statuta ejusdem Ord. dist. 3. c. 11. dist. 4. cap. 1. 2. 8.

Circare, *Circitare*, Circumire. Gloss. Lat. Græc. *Circitat & circat*, κυκλεύει. Gloss. MS. Bibl. Reg. *Circat, circam facit.* Historia MS. Bellorum Hierosolymit. vernacula: *Li fins du Marchis cierca la cité, pour voir se ele estoit bien garnie de vitaille. & si com il cerchoit, il trouva les bannieres de Salehadi.* Hinc efficta vox *Cercher*, pro *quærere* apud nos, quòd qui quærunt, loca circumeant. Vide Oct. Ferrarium, qui id etymi non probat, & à *quæritare* deducit.

CIRCADA, *Circata.* Census qui solvitur Episcopo aut Archidiacono ab Ecclesiis pro visitatione, ita dictus à circumeundo, quòd Episcopi aut Archidiaconi diœceses suas circumeundo visitent: Nam *circuire parochias suas* dicuntur Episcopi, apud Gregorium M. lib. 3. Dialog. cap. 38. unde quod Circadam alii. *Circumitionem* vocant Capitularia Caroli C. tit. 5. cap. 4. & 5. *Circuitionem*, libellus de Abbatibus Gemblacensibus, Acta Episcoporum Cenoman. in Sigenfrido cap. 29. & Tabularium S. Laudi Andegav. fol. 75. verso. Adde lib. 5. Capitul. Caroli Magni cap. 109. lib. 7. cap. 109. Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 8. & Hincmarus Epist. ad Ludov. II. Reg. cap. 9. *Ut Ecclesia in isto regno per occasionabiles circadas, & per indebitas consuetudinarias exactiones* ——— *non affligantur.* Notitia Isamberti Episcopi Pictav. apud Beslium in Episc. Pict. *Nec aliquid pro illis ulteriùs præter Synodam & circadam Pictavensibus Episcopis debeat.* Charta Philippi Episcopi Belvac. apud Louvetum l. 1. *Nequaquam tamen ad Synodum vadat, nec unquam censum illum qui Circada nuncupatur, persolvat.* Ivo Carnot. Epist. 286. *Ecclesiam de Mundonis villa liberam à Synodo & Circada & omni exactione. Redditio circadarum & Synodorum*, in Charta Landerici Episc. Parisiensis pro Monast. S. Dionysii. Vide Hist. S. Martini de Campis pag. 369. 495. 497. 507. & Tabular. Abbat. Hederæ fol. 75.

Circata. Charta Gosleni Episcopi Carnot. an. 1151. in Tabul. N. D. de Josaphat: *Circatam & synodalia jura.* Charta Guidonis Episcopi Belvacensis: *Neque tamen ad Synodum vadat, nunquam censum illum qui Circata nuncupatur, persolvat.* Charta Petri Episc. Paris. an. 1213. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 2. Ch. 117. *Sciendum est quòd hæc decima libera est, & penitus absoluta est à Synodo & circata.* Occurrit apud Innoc. III. PP. lib. 2. Ep. pag. 415. Beslium in Episc. Pictav. p. 57. Ordericum Vital. lib. 5. p. 553. in Chron. Beccensi p. 6. &c.

Circatura, apud Will. Hedam in Willelmo Episc. Traject. p. 299.

Circada nemorum, Charta Pacis oppidi Faræ an. 1217. *Capitagia hominum nostrorum,* ——— *& stallagia sotularium, & segniatam piscatorum, circadam etiam nemorum, & aqua custodiam: hæc omnia eis quitta clamamus, &c.*

CIRCADIUM. Tabularium S. Remigii Remensis: *Facit vineam dominicam ad tertium, donat exinde in circadio semimodium, facitque manoperam in prato in messe, vel ubicunque necessitas fuerit.* Infrà: *Summa de collectione vini, mod. 42. de circadio, mod. 2. census pulli 8. ova 40.*

CIRCAMANARIA, Limitum fixio, quæ fit coram judice, qui agros controversos inspicit; à *Circare*, agrum

agrum deambulare, & *man* homo, unde *Circamanni*, qui ex officio limites designt: *Cerquemaneurs*, in Consuetud. Montensi cap. 30. & 48. & Cameracensi tit. 25. art. 28. 31. *Cerquemaner*, Limites figere, in eadem Consuetud. Montensi c. 51. 54. Valentianensi art. 124. & Hannoniensi c. 103. *Cerquemanage*, ipsa limitum defixio, in Consuetud. Camerac. tit. 17. art. 5. Insulensi art. 232. 233. Hannoniensi c. 61. 64. Montensi c. 30. 54. Cameracensi tit. 25. art. 28. 30. 31. 32. 33. Peronensi, &c. Charta Willelmi Castellani S. Audomari an. 1245. *Cum vir nobilis M. Comes Pontivi ex una parte, ego ex altera collegissemus diem de communi assensu, videlicet ad feriam 6. post Pascha, ad circamanariam faciendam de feodo Pontivi, & feodo meo Belliremi, coram multis astantibus,* —— *postea vero dicta circamanariam feci in hunc modum. Ego siquidem adripam Alteiæ prope molendinum de Ponches accedens,* --- *ego repetii quæ de feodo meo superiùs sunt expressa, &c.* Vide Joan. Galli quæst. 270. *Cerquemanement*, in Summa rurali Butilerii.

CIRCANEA, *Avis quædam circuitum faciens in volando.* Ugutio.

CIRCELLA, Anatis species, quibusdam *Boscas, phoscas*, *Querquedula*, nostris *Cercelle*, apud Fridericum II. Imper. lib. 1. de Arte venandi cap. 5.

CIRCELLI, Circuli, monilia, armillæ. Gloss. Ψέλλιον, κιρκέλλια, δακτυλίδια. Anastasius in Leone III. *Obtulit circellos paria duo gemmis ornata.*

CIRCELLIO, *Circilio.* Isidori Glossæ: *Circellio, Monachus per cellas vagans. Circiliones, falsi Anachoretæ.* Glossæ MSS. *Circumcelliones, vel circilliones, per cellas vagantes.* S. Augustin. in Psalm 132. *Quid sibi vult nomen Monachorum? quanto melius dicimus nos quid sibi vult nomen Circellionum? sed non, inquiunt, vocantur circelliones, fortè corrupto sono eos appellamus. Dicturi sumus vobis integrum nomen ipsorum? fortè Circumcelliones vocantur, non Circelliones, &c.* Hos κυκλαεῖς videtur appellare Synodica Orientalium ad Theophilum Imp. Ἄλλος τις τῶν κυκλαείων ψευδερημιτῶν, &c. Vide *Circumcelliones*.

Circiliones. Papias: *Circiliones, dicti quòd agrestes sint, quos Scotopitas vocant, Bonosi hæresim sequentes, qui Christum filium Dei adoptivum non proprium esse dixerunt.*

CIRCENSES, pro *Circus*, non semel usurpat Alypius Antiochen. seu vetus auctor Descript. orbis cap. 32. de Nicomedia: *Habet autem & Circenses, structuram valde bonam.* Adde cap. 33. 43.

CIRCINARE, idem quod *Circitare*. Matthæus Vindoc. in Tobia:

Circinat, egressus scrutatur, compita quærit.

Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 105. §. 18. & Lex Longobard. l. 1. tit. 25. *Si quis caballum alienum apprehenderit, ipsumque diffiguraverit, aut circinaverit, furti pœna sit culpabilis in octolgilt.* Ubi *Circinare*, idem valet quod apud nos *Détourner*, abigere, avertere.

CIRCITARE. Vide *Circare*.

CIRCISSARII *agitatores*, Circenses venatores, aurigæ, muliones, qui in amphitheatris & circis currus ducunt. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Circissarius* * *Cormatibus partibus. Circissorium, Circentium.* Ubi Glossæ Isidori habent; *Circitorum, circantium.* Concilium Arelat. I. sub Silvestro: *De Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos, quandiu agitant, à communione separari.* Vide *Agitatores*.

CIRCITOR, *Circuitor*, Officium militare, custos exercitus, qui circuit castra, ne quid detrimenti milites recipiant. Glossæ Basilic. Κιρκίτορες, οἱ περὶ τοὺς μαχομένους περιιόντες, καὶ χορηγοῦντες ὅπλα αὐτῶν, μήπω ἐπισταμένοι μάχεσθαι. Gloss. Græc. Lat. Περιοδευτὴς, *Circitor, lustrator.* Περιοδία, *Circuitus, circitura.* Gloss. S. Bened. cap. de Agricultura: *Circitor*, κελευτής. Rectiùs alibi, κυκλευτής. Idem Gloss. *Circitus*, περιοδεία. *Circitura.* περιοδεία. Gloss. Isid. *Circitorum, circantium.* Circitorum militarium meminit S. Hieronymus ad Pammachium lib. Adversus errores Joannis Hieros. *Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde tiro.* Erant igitur *Circitores* militares, qui castra circuibant, *qui faisoient la ronde, & la sentinelle avancée*, ut vulgò loquimur. Ii porro deligebantur ex eorum equitum ordine, qui duobus equis, vel saltem uno cum servo merebant, quorum dignitas *Circitoria* dicitur in l. 2. Cod. Th. de Filiis militar. Hos *Circuitores* vocat Vegetius lib. 3. c. 8. Vide l. 2. Cod. de Offic. Præf. Præt. Afric. & l. 3. Cod. Th. de Agentib. in Reb. ubi de Circitoribus in schola Agentium in reb. Quod verò *Circitum* & *Circituram* Glossæ, Græci Tactici, κέρκιτον vocant, quam vocem per φυλακὴν vertunt. Vide Gloss. Rigaltii & V. C. Ægid. Menagium in Amænitat. juris c. 35. 2. Edit.

CIRCITORIUM. Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 57. *Circitoria ad altare S. Benedicti* 4. Cap. 73. *Circitoria magna & optima* 11. —— *Circitorium aureum, & alia* 4. *sine auro.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Cas. c. 13. *Dedit eis solidos 300. ex quibus emit circitorium optimum ad altare S. Benedicti.* Ubi *Circitoria* nescio an alia sint à pannis quibus tempore Quadragesimæ tegebantur ac velabantur altaria. Idem cap. 57. *Alias 2. cortinas, quæ appenduntur in circuitu chori tempore Quadragesimæ.* Vide *Velum quadragesimale*.

CIRCIUS, Gallis, dictus ventus qui flat ab Occidente, & Galliam Narbonensem infestat, ut auctor est Phavorinus apud Agellium lib. 2. c. 22. Vide Plinium lib. 1. c. 47. & Senecam lib. 1. Quæst. natur. c. 18. *Cierce*, Rabelaisio; *Cers*, Goudelino; *Cere*, Arvernis. *Cercius*, in veteri Charta apud Joan. Mariam *de la Mure* in Hist. Ecclesiast. Lugdun. p. 382. Ita apud Varronem in Orig. *Ventus cercius, cum loquare, buccam inflat &c.*

CIRCLARIA. Leo Ostiens. lib. 1. Chr. Cas. cap. 37. *Ingressi Ecclesiam S. Eliæ, tulerunt quidquid invenerunt. Inde per circlarias in ortum dominicum, perque pascuarium, &c.*

CIRCUITIO. Vide *Circada*.

CIRCUITORES, Hæretici, sic dicti, quòd terras circumirent, & quos in via inveniebant, cogebant eos ut interficerentur ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium. Philastrius libro de hæresibus. Vide *Circumcelliones*.

CIRCULA. Juncta in Vita B. Margaretæ de Cortona n. 140. ubi Christus sic Margaretam alloquitur: *Quare vis sine labore meæ suavitatis gustare dulcedinem & non facis circulam de meæ humilitatis connubio,* —— *& de ordine passionis.*

CIRCULAGIUM. Computus Baillivorum Franciæ an. 1337. *De circulagio, seu cerclago, Lochiarum, quod debent Joannes de Riparia & Joannes Mellier.* Videtur idem esse quod *serchellum* in Aresto Parisiensi pro teloneo, foragio & serchello vinorum venditorum Corbeiæ 25. Maji an. 1466. *Ratione jurium & deveriorum sequentium, scilicet foragii, thelonei, & serchelli, Gallicè, forage, tonnelieu & serchel, nuncupatorum: quæ jura pro vino per eos in quadam domo vendito debentur.* Vide *Cerchez*, & *Circadium*.

CIRCULATORIUS, *Qui lectulos tornatiles facit. Circulare, circumdare, tornare.* Joan. de Janua.

Circulatorium. Gloss. Græc. Lat. Ἀγύρτης, *Circulator.* Ἀγυρτία, *Circulatorium.*

CIRCULUS, Hominum cœtus, coetus, vox Latinis Scriptoribus frequens. S. Hieronym. *Dum audientiam & circulum lumina jam in plateia accensa solverent &c.* S. Augustinus l. de Utilitate credendi c. 9. *Dic mihi utrùm*

utrùm si quis fabellam libenter audiret, ——— vel in convivio, vel in aliquo circulo, ullove consessu, videretur-ne tibi curiosus? Rex Bajvvar. tit. 67. §. 5. *Cùm sex in Ecclesia conjuret, & cùm 12. ad staplum Regis, in circulo & in hasla, hoc est, in Ramo, cum verborum contemplatione conjurare studeat.* Quo loco *in circulo*, videtur esse *in hominum cœtu. Circulis coïre*, in l. 11. Cod. Th. de Hæretic. *Circuli Cardinalium*, de quibus Ceremoniale Roman. lib. 3. pag. 324. Vide *Haga*.

Circulus, Areæ seu campi spatium, quod pugilibus duello decertantibus dabatur, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 63. §. 6. 7.

Circulus aureus, Coronæ simplicioris species, quæ Patriciatus insigne erat apud Romanos, sub Imperatoribus Occidentalibus. Leo Ost. lib. 2. cap. 79. *Eidem Henrico IV. Patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque præter Imperialem coronam, aureo circulo uti decernunt.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 119. de Lothario Imp. *Ipse verò in civitate coronam, circuli Patricialis accepturus remansit.* Acerbus Morena in Histor. Rerum Laudensium pag. 117. de Friderico I. Imp. *Sequenti igitur proximo die Dominico prædictus Papa Paschalis cum suis Cardinalibus in ipsa Ecclesia S. Petri Missam honorificè & cum magno gaudio celebravit, ipsoque die in capite Imperatori circulum aureum tantummodo imposuit. Sequenti verò die Martis, in quo fuit festum S. Petri ad Vincula, prædictus Dom. Papa Paschalis Dom. Federicum Imperatorem & serenissimam Augustam Beatricem conjugem suam ex coronis auro purissimo, & multis pretiosissimis gemmis decoratis coronavit in in ipsa Ecclesia S. Petri. Circulum* eiam, non *coronam* Regibus tribuit Chronicon Montis-Sereni ann. 1134. *Imperator celebrat Pascha Halverstat, ubi quidam de Principibus Danorum Magnus nomine, hominium ei faciens, regnum Daniæ ab ipso suscepit, & postquam præstitit juramentum, Imperatori ad Ecclesiam procederti, circulo decoratus aureo, gladium præportavit.* An. 1152. de Friderico Imp. *Qui proximum Pentecoste Merseburg celebrans, Sueno Regi Daciæ Circulum Regium concessit.* Et an. 1158. *Dux Bohemiæ concesso sibi ab Imperatore Circulo nominatur.* De quo Ducum Bohemiæ Circulo, Wladislao Duci à Friderico Imp. indulto, multa commentatur Bohuslaus Balbinus in Epitome Rerum Bohemicarum lib. 3. cap. 10. 14. Vita S. Convvoionis Abbat. Rotonensis num. 11. *Salomon Rex* (Britanniæ Armoricæ) *appellatur, non quod revera esset; sed quia circulo aureo & purpura, concessione Caroli Augusti, utebatur: idcirco hoc nomine censebatur.* Vide Familias nostras Byzantinas pag. 139. & Dissert. 28. ad Joinvillam.

Circulis aureis Augustæ apud Occidentales usæ etiam leguntur, non coronis. Arnoldus Lubec. lib. 6. cap. 2. de uxore Philippi Suevi Imp. *Ibi quoque Regina, regio diademate, non tamen coronata, sed circulata processit.* Vide Corona Ducalis. Le Roman de Garin MS.

El fu vestu d'un paille Alexandrin,
Et en son chef un chapelet d'or fin.

Alibi:

Le cercle d'or li ert el chief asis.

Circulus, Orbiculatus & planus discus, *Assiete*. Gregor. Magnus lib. 5 Epist. 56. *Cocleares vero & circulos quos direxisti, suscepimus.*

Circuli ferrei, in pœnitentiam ab Episcopis aut Presbyteris olim imponi solebant, iis qui crimina quæpiam enormia commiserant, qui eos in brachiis induebant, nec deponebant, donec post multas peregrinationes ad Sanctorum sepulcra & memorias miraculo aliquo solverentur. Liber MS. Miraculorum SS. Floriani & Florentii: *Consuetudine antiqua partibus interioris Franciæ usque hodie mos inolevit, ut quisquis propinquiorem sibi parentum gladio jugulaverit, & postea pœnitentiâ ductus ad Pontificem crimen admissi facinoris detulerit, ipso decernente Pontifice, ex ipso gladio ferrei nexus componantur, & collum peccatoris, venter atque brachia strictim innectantur ex ipsis ferreis vinculis: sicque de propria patria & solo patrio pellatur: interim quousque divina pietas eadem vincula solvi præcipiat, primum Romæ, dehinc per diversa Sanctorum loca veniam criminis efflagitando peregrè proficisci cogitur.* De ejusmodi circulis pœnitentium agunt Capitulare Aquisgranense an. 789. c. 77. Capitul. 1. incerti anni cap. 45. & lib. 1. Capitul. c. 79. ubi de iis qui *nudi cum ferro vadunt, & dicunt se data sibi pœnitentia ire vagantes, &c.* Horum meminere præterea Scriptores complures, Gregorius Turonens. de Gloria Confess. cap. 87. de Vitis Patr. cap. 15. Bertha Sanctimonialis in Vita S. Adelheidis num. 26. Rudolphus Fuldensis in Vita S. Liobæ cap. 25. Vita S. Medardi ex Cod. Resbac. cap. 14. to. 8. Spicilegii Acher. Vita S. Willibaldi cap. 38. n. 7. apud Gretzer. Metellus in Quirinalib. Charta Alfonsi Regis Hispan. apud Bivarium in Addit. S. Braulionis pag. 65. Rodolphus Trotarius lib. 5. Miracul. S. Benedicti n. 19. Vita S. Nicetii Episc. Lugdun. num. 8. Acta S. Quirini Mart. n. 21. Acta S. Willelmi pueri Mart. num. 2. Hist. Relationis S. Richarii num. 14. Altfridus in Vita S. Ludgeri Episcopi Mimigard. num. 20. Radulfus in Vita S. Richardi Cicestr. lib. 1. num. 98. Miracula S. Remacli cap. 3. Histor. mortis S. Leonis IX. PP. num. 10. Miracula S. Bavonis lib. 3. Miracula S. Galli cap. 34. Reinerus in Catalogo Hæreticor. pag. 92. Miracula S. Walburgis num. 4. Vita S. Apiani Monachi n. 13. Matth. Westmonast. pag. 353. Vita S. Joannis Abb. Reomaensis num. 6. Vita ejusdem ex Roverio n. 3. Vita B. Stephani, Abbatis Obasin. lib. 1. cap. 24. Synaxaria in S. Arsenio 13. Decemb. Menæa in S. Acacio 26. Novemb. in S. Theodosio Antiocheno 11. Jan. & 5. Febr. in S. Romano Cilice 9. Febr. in SS. Cyro & Marama 28. Febr. 23. Mart. in S. Georgio. Mirac. S. Adalberti Egmund. cap. 26. Folcard. de Mirac. sancti Bertini cap. 4. lib. 2. cap. 25. Joannes Monach. in Vita S. Bernardi Pœnitent. num. 11. Miracula S. Winoci cap. 15. 16. Mirac. S. Bertæ cap. 1. 6. Aimoinus lib. 2. de Miracul. S. Germani cap. 13. Leges Alfonsinæ parte 1. tit. 4. lege 20. &c. His addenda quæ habet Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. 19. lib. 5. Epist. 8. lib. 6. Epist. 28. 30. lib. 7. Epist. 19. ubi de viris piis qui ultro ferreis circulis brachia ac corpus circumcingebant. Adde S. Hieronym. Epist. 22. cap. 12.

Circulus solidi. Est titulus in Cod. Theod. lib. 9. *Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, &c.*

Circuli signorum, qui funium campanarum extremitati apponi solent, & quos amplectuntur qui eas pulsant. Hariulfus lib. 3. cap. 3. *Septem ex ære circuli ad signa pendentes argentei 5. reliqui ex auricalco.*

Circulus. Tabularium Ecclesiæ Augustodun. ann. 937. *Missa S. Johannis aut redimat den. 1. circulos 12. prouvatia avena mod. 1. mense Mart.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Summa -- facularum 977. perticarum circulorum 157. scindularum 995. axilium 987.* Ubi circuli videntur esse *qui ad cupas* dicuntur in Lege Wisigot. lib. 8. tit. 3. §. 8. id est, quibus cupæ colligantur. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 108. *Et 5. sextarios avenæ de Caballaco, per vindemias 2. circulos plicatos ad tinam, &c.* Occurrunt eadem verba fol. 127.

Circulus, Instrumenti musici species. Lex Angliorum & Werinor. tit. 5. §. 20. *Qui harpatorem, qui cum circulo harpare potest, in manu percusserit, &c.*

CIRCUMACTUS *aratri*, quinque aut sex pedum latitudo, qua scilicet aratrum eat. apud Aggenum de Limitib. agror.

CIRCUMCELLIONES. Papias: *Circumcelliones dicuntur, qui sub habitu Monachorum usquequaque vagantur.* S. Augustinus in Psal. 132 *Circumcelliones dicti sunt qui circum cellas vagantur: solent enim ire hac*

hac atque illac, nusquam habentes sedes. Ab eo sumpsit quæ de iis habet Isidorus. Optatus lib. 3. de circumcellionibus: *Cùm hujusmodi hominum genus ante unitatem per loca singula vagarentur.* Monachus Sangallens. lib. 1. de Carolo Magno cap. 8. *Cùm autem itinerando venisset Carolus ad quandam grandem basilicam, & quidam Clericus de circumcellionibus ignarus disciplinæ Caroli in chorum ultro intraret, &c.* Meminit pariter *circumcellionum* Victor Vit. lib. 3. de Persecut. Vandal. in Edicto Hunnerici Regis. De iis etiam intelligendus canon. 42. Synodi Trullanæ. Περιασυνάγοι ες dicuntur in Codice Canon. Eccl. Afric. cap. 93. De iis præterea agit S. Hieronymus Epist. 22. Concil. Calched. Act. 15. can. 4. Vide Concil. Tolet VII. can. 5. Κυκλάειοι ψευδερεμῖται, in Synodica Orientalium ad Theophilum Imp. ψευδομοναχοὶ περιτρέχοντες μάτην, apud Nilum lib. 3. Ep. 119. dicuntur.

Circumcelliones, etiam dicti hæretici quidam, insano amore martyrii semetipsos perimentes, ut martyres vocentur. Ita Isidor. lib. 8. Orig. Hos *Circitores* vocat Philastrius in Catal. hæres. sed an ii, quos etiam *Circumcelliones* vocat lex. 52. Cod. Theod. de Hæretis, videant doctiores. Certè ibi inter infimæ sortis homines inter Donatistas describuntur, & à S. Augustino lib. de Hæres. cap. 69. dicuntur etiam fuisse genus hominum agreste & famosum, non solùm in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maxime præcipitiorum & aquarum & ignium, se ipsos necare consueverunt, & in ipsum furorem alios seducunt, ut seipsos occidant, &c. Idem Augustinus lib. 1. Contra Gaudentium cap. 28. hos sic appellatos scribit, *quòd maximè ab agris vacantes, & victus sui causa cellas circumirent rusticanas.* De istis circumcellionibus passim idem Augustinus Epist. 48. 50. 61. 68. Contra Parmenian. lib. 1. c. 11. Contra Crescon. lib. 3. cap. 42. 47. Collat. Chartag. 3. cap. 174. 281. Possidius in Vita S. Augustini cap. 10. 11. Auctor. Prædestinati lib. 1. hæresi 69. &c.

CIRCUMCISIO, Præputium. Itinerarium Burdegalense: *Ibidem Jesus filius Nave circumcidit filios Israël, & circumcisiones eorum sepelivit.*

CIRCUMFLEXUS. Rifferus Prior Cartusiensis in Statutis antiquis ejusdem Ordinis, 1. part. cap. 8. §. 9. *Exorcismus autem salis & aquæ non habet in fine versum, sed circumflexum.* Cap. 50. *In versibus qui habent interrogationem & circumflexum, non incipit modus interrogationis, nisi post circumflexum.*

CIRCUMPAGENSIS, *Accola*. Miracula S. Majoli: *Circumpagenses & ex alienis terrarum locis venientes.*

CIRCUMPEDES. Agrætius: *Circumpedes sunt obsequia servorum: antepedes, vel antipedes, amicorum.* Ita etiam Papias.

Circumpedes, alia notione, Ecclesiastici cap. 45. 10. *Circumpedes & femoralia & humerale posuit ei, &c.* Ubi Mamotrectus: *Circumpedes, id est, sandalia vel mala granata, &c.* Græca Edit. Περισκελῆ, καὶ ποδήρη, καὶ ἐπωμίδα, &c. Joan. Drusius: *Femoralibus, toga talari, & epomide, &c.*

CIRCUMROTATUS. Historia Episc. Autisiod. cap. 53. *Tria pretiosissima pallia mille solidorum pretii constantia, quorum unum viridis coloris leonibus multicoloribus circumrotatis fulget: secundum imaginibus Regum similiter circumrotatis regali modo equitantium pollet: tertium quoque leonibus auricoloribus circumrotatis aspicientibus arridet.* Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni lib. 4. cap. 84. *In abscidicula Gregorius in rota gypsea pictus ostenditur, &c.*

CIRCUMTEXTUS, *Vestis species, quæ Græcè Cyclas dicitur: dictum quòd sit rotundum pallium.* Papias:

CIRCUMSOCIUS. Aurel. Victor. in Epit. in Constantino Magno: *Annibalianus Delmatii Cæsaris consanguineus, Armeniam, nationesque circumsocias —— regendas habuit.*

CIRCUS, Circulus, consessus. Hugo Flaviniacensis in Chronico an. 1100. *Judicio Concilii ad primam Abbatis Divionensis vocem de Abbatia investitus, ast[illegible]tibus Canonicis Eduensibus & laudantibus, cappa & baculo donatus, in Circo residere jussus, post soluto Concilio, ad propria sum remissus.*

CIRICSETUM *Cyricseat, Circset, Chircheset, &c.* Vectigal. Ecclesiasticum, & Saxon. Cẏꞃic. Ecclesia Basilica, κυριακὸν, & ꞅceat, census, vectigal. Glossar. ad Leges Anglic. Cẏꞃicꞅceat, *Ecclesiæ census.* Alii à Cẏꞃic & ꞅæꝺ deducunt. Est autem ꞅæꝺ Saxonibus *semen.* Ita Cẏꞃicꞅæꝺ, erit *semen Ecclesiæ*, quod alii passim vertunt *Primitias seminum.* Kanutus Rex Danorum apud Ingulfum pag. 894. Radulfum de Diceto an. 1031. Willelmum Malmesbur. de Gest. Angl. lib. 2. cap. 11. & Florent. Wigorn. pag. 621. *Et mediante Augusto* (solvantur) *decimæ frugum, & in festivitate sancti Martini primitiæ seminum ad Ecclesiam, in cujus parochia quisque degit, quæ Anglicè* Ciricsceat *appellantur.* Cujusmodi autem esset is census, docet Fleta lib. 1. cap. 47. §. 27. *Chirchesset, certam mensuram bladi tritici significat, quam quilibet olim sanctæ Ecclesiæ die S. Martini, tempore tam Britannorum, quam Anglorum contribuerunt.* Leges Inæ Regis Westsaxiæ cap. 4. *Ciricseatta reddita sint in festo sancti Martini; si quis hoc non compleat, sit reus 60. solidorum, & duo decuplo reddat ipsum Ciricseattum.* Et cap. 62. *Cyricseattum debet reddere homo à culmine & mansione ubi residens erit in Natali.* Leges Henrici I. cap. 11. *Qui chericseatum tenebit ultra festum S. Martini, reddat eum Episcopo, & undecies persolvat, & Regi 1. solid.* Perperam apud Malmesburiensem, editum *Curescet.* Plures tamen Magnates post Romanorum adventum illam contributionem secundùm veterem Legem Moysi, nomine primitiarum dabant: prout in Brevi Regis Knuti ad Summum Pontificem transmisso continetur, in quo illam contributionem *Chircsed* appellant, quasi semen Ecclesiæ. Et vetus Scheda Gallica apud Lambardum: *Chirseed, ou Chirceomer, ou Chirceamber, fut un certein rent de bled batu, que chescun home devoit al temps des Brytons & des Englez porter à lour Eglise le jour seint Martin.* Verùm Spelmannus, Welocus, Somnerus, & alii linguæ Saxonicæ peritiores hanc damnant interpretationem, prioremque amplectuntur. Vide Concilium Ænhamense an. 1009. can. 11. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 986. & infrà, *Eleemosyna aratri.*

CIRICUS, Cera, Gall. *Cire.* Charta Rausini Tolonensis Episcopi an. 1205. apud Guesnaium in Annalib. Massil. *Cum lampade de cirico albo.*

CIRIOLUS, pro *Cereolus.* Charta ann. 1197. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placent. *Dare singulis annis 12. ciriolos ceræ, quisque illorum quantitatis unius libræ ceræ.*

CIRLISCUS. Vide *Ceorl.*

CIRLISTUS. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 76. *Eodem modo per omnia de Cyrlisti vel Villani vvera fieri —— diximus.* Saxonibus Cẏꞃiclice, est Ecclesiasticus. Fortè igitur hæc vox designat colonum vel servum Ecclesiasticum.

CIRMANAGIUM & *Cirimanagium*, vulgò *Cirmenage*; Census, seu vectigalis species in Beneharnensi Principatu. Joannes XXII. PP. tom. 3. Epist. 1559. *Molendinum etiam de Jusseo, & cirmanagia, quæ præfati Vicecomes (Beneharni) & ejus uxor habebant in locis de Montemartiani, &c.* Charta Gastonis Vicecon. an. 1282. apud Marcam in Hist. Beneharn. l. 5. c. 28. *Census totius villæ, quod vocatur vulgariter Cirimanatge* Vide eundem lib. 7. cap. 15. n. 4. cap. 30. n. 3.

CIROGRA-

CIROGRAPHUS. Vide *Chirographus.*

CIROGRILLUS. Vide *Chirogrillus.*

CIRPUS, Charta Philippi de Monteforti Dom. Tyri pro Communia villæ de Castris in Ocecitania an. 1264. *Quilibet de dicta universitate volens potest in ipsa villa de castris facere seu tenere, vel exercere salinum pro voluntate sua, dummodo nobis & nostris successoribus pro quolibet salino exercitores illius salini solvant pro censu annuo quolibet duo sextaria salis, & suos cirpos, prout est hactenus usitatum.*

CISA. Charta Italica sub an. 1028. scripta, apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 359. *Cohæret ab ipso campo & ab ipsa capella da mane sanctæ Mariæ, da meridie Petri de Saravia: & area & ipsa capella cum eodem campo insimul per mensuram justam, cum cisa sua vigias tres nominativè, quas mihi campo ipso ante hos dies per chartam venditionis advenit.* Ubi pro *vigias*, legendum puto *jugias*. Vide in *Jugis*. De *Cisa*, nihil succurrit. Vide *Assisa*.

CISALPINARE, Cis alpes ire. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensibus: *Hic est, inquit* (PP.) *qui gratiæ majoris honorem & reverentiæ potioris favorem Gallicanis, omnibus, ex quo cisalpinavi, nobis exhibuit.* Vide *Transalpinare*.

CISARA, Cicera, Leguminis species: Gallis *Vesse* Occurrit in Chronico Willelmi Thorn.

CISIL. Vide *Gisil.*

CISIMUS. Matthæus Paris an. 1248. *Dedit eis vestes pretiosissimas, quas Robas vulgariter appellamus, de escarleto præelecto, cum penulis, & fururiis de pellibus variis cisimorum.* Bernardus Silvester, Poëta eximius, uti ait Gervasius Tilleberiensis, part. 3. Otior. Imper. MS. cap. 46.

Cisimus obrepsit, & vestitura potenter
Marturis, & spolio non leviore Bever.

Rhenanus lib. 2. Rer. German. p. 95. de Legibus Francicis: *Nemo pluris vendito aut emito quàm sagum optimum & duplum 9. sol simplex 10. vilius autem minoris: roccum Martrinum seu optimum 30. solid. sismusium optimum 10. solid. &c.*

CISISPITACUM. Vide *Cespitaticum.*

CISTÆ *columnatæ*, quas vulgò *Buffets* dicimus. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 24. §. 2. *Cistas columnatas, id est, cum elevatis tecturis.*

CISTARCIA. Vide *Sitarcia.*

CISTELIUM. S. Aldhelmus lib. 1. cap. 42. de Laud. Virg. *Imperat Duci, quatenus patefactis cavearum cistellis, & apertis clatrorum obstaculis ursorum genuinis carperentur, & leonum rictibus roderentur.* Al. *crustellis*; sed legendum videtur *cistellis*: nam Varroni & Plauto *Cistella* est capsella, ut auctor est Fulgentius de Prisco serm.

CISTEROS. Constitutio Friderici de pace tenenda: *Si verò temerarius ipse absque percussione eum invadat, quod vulgò dicitur Cisteros, calida manu, ac verberibus contumeliisque malè tractaverit, &c.* Et Theut. *Citterhand*, calida manu.

CISURGIUM, χειρούργιον, Ferramentum chirurgi. Petrus Damian. lib. 3. Epist. 2. *Inter omnia vestræ sanctitatis studia, illud mihi multò est carius, quod saluti Monachorum pastoralis oculus vester invigilat, & occulta diu vulnera in lucem producere, & disciplinæ cysurgio secare non cessat.* Idem lib. 6. Epist. 30. *Tantam doloris vim in genitalibus pertulit, ac si revera materiale cisurgium partem corporis secuisset.*

CITACUS, pro *Psittacus*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Tunica & dalmatica de albo diaspro cum citatis viridibus in ramunculis, &c.* Alibi: *Casula de albo diaspro, cum citatis combinatis per loca in ramusculis, &c.* Occurrit ibi non semel.

CITAINATICUM, Jus Civitatis. Charta an. 1307. *Ipse D. Ianotus offert se paratum jurare citainaticum dictæ civitatis Terdonæ, & esse verum & fidelem civem dicti Communis.*

CITATIM, pro *Cito*. Utitur Alcuinus Epist. 9.

CITATORIUM, *Citatoriæ literæ, Citationis literæ*, in Constituit. Siculis lib. 1. c. 95. §. 1. & 2. quibus quis in judicium citatur, vocatur: κιτατώριον, apud Theophanem & Cedrenum, *Commonitorium* vertit Paulus Diac. lib. 20. Hist. p. 634. Edit. Canisii. *Citatorium* hac notione habetur in leg. 2. Cod. de Princip. Agent. in reb.

CITEBASA, *Fundamenta*, Ugutioni.

CITOLA, Instrumenti musici species. Guillelmus Guiart. an. 1214.

Qui le Roy de France a cele erre
Envelopa si de paroles,
Plus douces que sons de citoles.

CITONELLA. Charta ann. 1279. in Tabular. Eccles. Autisiod. fol. 521. *Episcopus faciet fieri citonellas, seu portas introitus villæ claudentes.* Apud Perardum p. 535. habetur *Ciconellas*.

CITOVART. Vide *Zedoaria.*

CITRATUS ager, qui citra est ut *Ultratus*, qui ultra: vox Agrimensorum. *Regio citra*, apud Hygenum de Limitib.

CITRIONES, Citonia mala. Matth. Silvatic.

CITROLUS, ex Italico *Citrollo*, nostris *Citrouille*. Occurrit in Charta an. 1178. apud Ughellum to. 7. p. 572.

Citrullus, eadem notione. Tidericus Langenius in Saxonia:

Sunt ibi nonnullis fabæ, melonesque, citrulli.

CITTADANTIA, *Cittadinantia*, Jus civitatis: ex Italico *Cittadinanza*. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 113. *Quidam ejusdem terræ tam nobiles quàm alii qui se cives novos appellant, sub nobilitatis & citadinanciæ prætextu conferre cum eis in daciis & collectis —— recusant* Occurrit etiam apud Rolandinum in Chron. lib. 2. c. 1. lib. 3. cap. 7. Vide præterea Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 123. v. 124.

CIVATA, Hordeum, vel avena, illa præsertim quæ domino feudi penditur: Occitantis *Cibado, sibado*: Hispanis *Cevada*, in Foris Beneharn. *Sibada*, Rubr. 1. art. 20. Academicis Cruscanis, *Civata*, dicitur *Legume d'ogni sorte*. Charta an. 1232. in Regesto Chartarum Comitatus Tolosæ in Camera Computor. Paris. fol. 28. *Habeatis vos & successores vestri singulis annis in messibus quarterium unum frumenti & alteram civatæ, pro alberga & bladada.* Regestum Comitatus Bigorrensis: *Civatam bis in anno liberi Militibus vicinii conferent, alteram in tempore milii, armigeris autem nunquam.* Charta Willelmi D. de Montepessulano an. 1103. *Vicarius pro eo manducabit in uno de albergis illis, & habebit civadam equo suo.* Historia expugnatæ Minoricæ edita à Michaële Carbonello: *Reposaren per refrescar, e donar civada als cavalls, &c.* Adde Bibliothecam Sebusianam Centur. 2. cap. 51. Gassendum in Notitia Diniensis pag. 83. Foros Bigorrenses art. 14. & Columbum in Manuasca lib. 2. n. 59. De vocis etymo, vide Conjecturas Sebastian. Cobarruviæ, & Oct. Ferrarii.

Civadagium Præstatio in avenis. Charta Occitanica an. 1312. in 48. Regesto Philip. Pulcri Reg. Franc. n. 29. *Item obtulerunt medietatem civadagii, —— quæ medietas potest ascendere usque ad 40. sextaria avenæ ad mensuram de Lautricho annis singulis.*

CIVERAGIUM, idem quod *Civadagium*, Tributi seu præstationis species apud Delphinates, quæ in avenis seu *civatis*, unde nomen, exsolvitur: perperam *cineragium* appellatum, vel editum apud Guidonem Papæ consil. 91. ut monet vir clarissimus Dionysius Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. part. 2. c. 97. Vide eundem cap. 67. p. 350. & suprà, *Avenagium*.

GIVERALIS. Historia Episcopor. Bremensium.

Erat Dacus nobilis sanguine regalis
Ex matre, sed genitor Miles civeralis.
Vide Dissert. 9. ad Joinvillam pag. 194.

CIVETATOR. Statuta Veronensia lib. 5. c. 108. *Nullus venator vel aucupator intrare debet terras alienas, &c.* Qui cum viverra venatur.

CIVILISTÆ, qui Juri civili operam dant, Jurisconsulti apud Joan. Fortescutum de Laudibus Legum Angliæ cap. 8. alibi non semel.

CIVILITAS, Jus civitatis. Glossæ veteres: *Civilitas* πολιτεία. Act. 22. *Ego multa summa civilitatem hanc consecutus sum.* Venericus Vercellensis de Unitate Ecclesiæ conservanda: *Quæ* (Roma) *cùm sit libera, facit etiā ut sint liberi, quotquot sunt sub civilitate sua.* Occurrit præterea in Charta Rogerii Regis Siciliæ pro Messanensibus apud Bonfilium Constantium parte 1. Histor. Sicil. lib. 4. p. 189. Vide Vitam S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 7.

Civilitas, Civium conventus, cives ipsi. Papias: *Civilitas, mansio hominum.* Senator lib. 8. Epist. 33. *Ut qui ad Natale S. Cypriani religiosissimè venerant peragendum, mercimoniisque suis faciem civilitatis ornare, egentes turpiter inanesque discederent.* Chronica Pisana an. 1177. *Et ad tantam penuriam civilitatem coëgit, ut canes & gattos——comederent.* Ita apud Marsil. Patavin. in Defensore pacis, 1. part. cap. 1.

Civilitas πολιτική. Apulejus de Philosophia: *Civilitatem quam* πολιτικὴν *vocat Plato.*

CIVILITER, Pacificè, in pace. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æra 690. *Expletis ergo Moabia principatus sui annis 20. quorum civiliter vixit 5. humanæ naturæ debitum solvit.* Idem æra 716. *Qui nullam unquam, ut hominibus moris est, sibi regalis fastigii causa gloriam appetivit, sed communiter cum omnibus civiliter dixit.* Et æra 753. *Romanorum 64. Philippus Imperio coronatur regnans civiliter quadram cum anno, &c.* Adde in æra 756. 759.

CIVITARE, *Civitatem colere, vel civem facere.* Isid. in Gloss.

CIVITAS. Urbs Episcopalis, cùm cæteræ *Castra* vel oppida dicerentur, uti attigimus in v. *Castrum* Innocentius III. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Eccles. Placentinæ Ch. 55. *Proviso congrue tam Episcopo, quam Clericis Civitatis, si tamen civitas sit dicenda, postquam Episcopalem amiserit dignitatem &c.*

Civitas publica, quæ ad fiscum regium pertinet. Charta Ludovici Pii. In vita Aldrici Episc. Cenoman. p. 45. sic clauditur *Actum Pictavis civitate publica.* Alia ibid. p. 70. *Actum ergo Cenomanis civitate publica.* Vide *Villa publica, vicus publicus.*

CIVITATENSES, Urbium & civitatum incolæ. Guibertus lib. 4. Hist. Hierosl. cap. 13. *Hi qui urbi obsidendæ relicti fuerant, & ipsi quoque cum civitatensibus acerrimè conflixerunt.* Occurrit etiam in Usaticis Barcinonensibus MSS. c. 125. apud Thvvroczium in Chronic. Hungar. & alios.

CIULA. Vide *Ceola.*

CIURMIA, Vox Italica & nautica, *Ciurma*, Gallis *Chiourme, propriamente gli schiavi di galea*, Lat Remiges: *largamente per ogni moltitudine di gente vile e inutile*, Lat Plebecula. Ita Cruscani. Charta Pisana, apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. an. 1312. n. 4. *Et ex alia galea tunc ente prope plagias civitatis Massiliæ, dum de jussu vestrò tota Ciurmia & marinarii omnes ipsius galeæ ipsam galeam solam relinquerent sine remige & rectore, &c.*

CLABATA. Gloss. Græc. Lat. Ὀχετὸς, *rivus, canalium, clabata.* Fortè *Cavata.* Vide *Cava.*

CLABULARIS, *cursus*, idem qui *angarialis*: angariæ autem erant vehicula capaciora publica. Vide eruditum Valesium ad lib. 20. Marcellini, & Jacobum Gotofredum ad l. 24. Cod. Theod. de Cursu publ.

CLACK & LOK. Charta an. 4. Edvv. I. apud Prynneum in Libertatib. Ecclesiæ Anglic. tom. 3. fol. 185. *Noverit universitas vestra nos vendidisse & concessisse—62. saccos lanæ de collecta Monasterii nostri, sine Clack & Lok, God & Card, nigra grissa vilem tuysun, & sine pellic.*

CLADOLG. Lex Frison. addit. tit. 3. §. 44. *Si quis alium unguibus crataverit, ut non sanguis, sed humor aquosus decurrat, quod Cladolg vocant.* Ubi Lindenbrogius: *Kleyen*, Germanis, unguibus scalpere; *Dolg*, pauperiem, aut vulnus significat: unde in veteri Glossario Latino-Saxonico, *Colchsuæda, cicatrix*; hinc ergo vox composita. Spelmannus verò ab Anglico deducit *Clavv*, unguis, & *dolg*, vulnus.

CLAMA, Tributi species, cujus mentio in Statutis Delphinalibus pag. 37. §. cujus titulus, *De remissione datarum vel clamarum.*

CLAMACTERIUS. Anastasius in Leone IV. PP. pag. 78. *Fecit coronas ex argento purissimo——habentes clamacterios argenteos subter pendentes 37.* Quidam Codd. præferunt *Clamasterios*; sed videtur legendum *Cremasterios*, ex Græco κρεμαστῆρες, id est, bullæ aut alii ornatus ex ejusmodi lychnis dependentes. Ita emendanda perinde Bulla Bonifacii IX. PP. anni 1033. apud Ughellum tom. 1. pag. 124. *Candelas verò pendentes cum clamasteriis, & cicindellas ad sufficientiam, &c.* Alibi: *Clamatariis* pag. 127. Scribendum enim fuit *Cremasteriis.*

CLAMARE, Vocare, Italis *Chiamare.* Gloss. Lat. Græc. *Clamat.* βοᾷ, κράζει, καλεῖ. Papias: *Clamare, vocare, insonare.* Luxorius in Epigrammatis, in lemmate unius. *De eo qui amicos ad prandium clamabat, ut plura exposceret xenia.* Testamentum Porcelli Corocottæ. cujus meminit S. Hieronymus: *Clamavit ad se suos parentes, ut de cibariis suis aliquid dimitteret eis.* Commodianus Instruct. 73.

Extinctos clamatis, quæ gratia? false, peristi.

Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Et clamavit me, & de caseo, quod mulgebat, dedit mihi quasi bucellam.* Lex Longobardor tit. 105. §. 1. *Clamosa venatio*, in Summa Raimundi, pag 92. in qua *clamantur* canes. Petr. Diaconus lib. 4. Chr. Casin. cap. 51. *Tunc illi obstupefacti, alios Saracenos clamare cœperunt, dicentes, Currite citiùs.* Vita S. Guidonis Abb. Pomposiani: *Voceque anxia Patrem Monasteri clamitavit.* Vita Ceddæ Episc. Lond. cap. 2. *Clamavit ad se virum Dei.* Et cap. 3. Vita S. Lietberti Episc. Camerac. cap. 29. *Mox clamato puero, &c.* Palladius in Hist. Lausiaca c. 42. Ἀπῆλθον σὺν φωνῆσαι αὐτήν. Domnizo:

Pontificem Christi, quem nomine clamo Giraldum.

Clamare, Vendicare, repetere, *Clamer*, in Consuetudinibus municipalibus passim: quod hodierni Practici Galli dicunt, *Former complainte*, ut observat Brodeus ad Consuet. Paris. tit. 4. Lex Salica, capitul. 2. cap. 1. *De Justitia Ecclesiarum, vel viduarum,—— ut in publicis judiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur.* In Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 10. *Ad Regalem dignitatem pro causis clamare.*

Acclamare, simili notione. Tabularium Prioratus Neronisvillæ: *Consuetudinem quam custodes pratorum in hac domo acclamabant, scilicet bis in hebdomada comedere.*

Reclamare, eadem notione, Repetere, in Lege Salica tit. 39. Simeon Dunelmensis an. 1116. *Spondens Regi & Archiepiscopo se, dum viveret, illum* (Pontificatum) *non reclamaturum. Reclamer*, in Consuetud. municipalibus Calvimontensi art. 93. Meldensi art. 204. Cameracensi tit. 24. art. 2. Insulensi art. 44. &c. Unde *Reclameum*, nostris

ſtris *Reclaim*, ſeu *Reclame*, ut eſt in veteri Conſuetudine Altiſiodorenſi, *Reclamatio*. Vita S. Leutfredi cap. 18. *Cùm à reclamationibus rerum Eccleſiaſticarum, quas apud judices ſæculares depoſuerat, reverteretur, &c.* Occurrit præterea in Capitulis Caroli M. lib. 4. Addit. 3. cap. 11. lib. 5. c. 134. 151. 223. in Lege Longobard. lib. 2. §. 26. in Capitul. Caroli C. tit. 5. §. 1. in Formula 125. apud Lindenbrogium, in Ep. 30. Goffridi Vindocin. lib. 2. &c. *Reclamare ſe de aliquo*, Queri de aliquo. Capit. Caroli C. tit. 16. §. 2. *Et mandat vobis, quia ſi aliquis de vobis ſe reclamat, quòd injuſtè alicui de vobis fecit, &c.* Adde tit. 32. §. 12. tit. 40. §. 1. 2. 3. *Reclamare ſuam violentiam ad palatium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 18. §. 2. *Pro cauſa ſua*, vel *cauſam ſuam* reclamare lib. 2. tit. 41. §. 1. 2. 3. *Ad Regem reclamare*, §. 4. in Capit. Caroli M. lib. 2. c. 26. *Juſtitiam reclamare ſuper aliquem*, in Lege Longobard. lib. 2. tit. 52. §. 15. lib. 3. tit. 32.

Reclamator, idem qui *Clamator*, Actor, *petens*. Lex Longob. lib. 2. tit. 53. §. 23. *De reclamatoribus vel cauſidicis, qui nec judicio Scabinorum acquieſcere, nec blaſphemare volunt, &c.*

Reclamatoria, Epiſtola, quæ ad Principem dirigitur ab eo qui ſe injuſtè poſſeſſionibus & prædiis ſuis vi aliqua ſuperiore ſpoliatum queritur, qua illius juſtitiam implorat. Ejus formulæ habentur in libro Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epiſt. 107. 115. 117.

Proclamare, idem quod *Clamare*, In jus vocare, rem ſibi vendicare, in Lege Salica tit. 39. in Lege Longob lib. 1. tit. 9. §. 26. lib. 2. tit. 26 in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 299. in Conſtitut. Sicul. lib. 1. tit. 41. &c. Simeon Dunelmenſis, & Radulfus de Diceto an. 1070 *poſſeſſiones quamplures ſui Epiſcopatus ab Aldredo Archiep ſcopo——ſua potentia retentas, quæ tunc eo defuncto in Regiam poteſtatem devenerant, conſtanter proclamabat, expetebat, &c.* Infrà: *Proclamatas & expetitas poſſeſſiones recepit.* Idem Radulfus ann. 1072. *Ventilata eſt cauſa de Primatu quem Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus ſuper Eboracenſem Eccleſiam jure ſuæ Eccleſiæ proc'mabat.* Gregorius Turonenſis lib. 8. c. 32. *Quod illa deſpiciens, & res patris ſui fuiſſe proclamans, ingreſſa eſt.* Adde W. Malmesbur. lib. 1. de Geſt. Pontif p. 206. & Vitam S. Willelmi Abbat. Roſchildenſis n. 21.

Proclamatio, idem quod *Clamor*, Actio qua quis rem ablatam repetit. Petrus Diacon. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 48. *Proclamationem fecit de Eccleſia S. Sophiæ, quæ violenter à ditione hujus loci ſubducta fuerat.* Adde cap. 49. 59. &c.

Proclamare, Appellare de judicis iniqua ſententia. Utitur ſemel ac iterum Lucifer Calaritanus pag. 1. & 7. *Proclamatio ad Palatium*, de actoribus qui à judicibus ordinariis audientiam Principis appellant, in Capitulari de Villis c. 57. Vide Guigonem Cartuſienſem de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 33. pag. 262. cap. 34. p. 274.

Proclamator, Qui cauſam agit, & litem intendit ad rem repetendam. Tradit ſanctus Iſidorus lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 11. & ex eo Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cler. c. 52. *Lectores* Eccleſiaſticos olim vocitatos *Præcones & Proclamatores*.

Reclamare, Joannes VIII. Papa Epiſt. 100. *Bernarius noſtram nuper adiens præſentiam ſe ſuper fratre Adalberto ſuffraganeo tuo, de quo jam Romæ proclamaverat, & libellum ſuæ reclamationis oſtenderat.*

Reclamium, in Chronic. Savigniacenſi an. 1259.

Diſclamare, A clamatione, ſeu actione ſua deſiſtere. In Statutis Roberti III. Scotiæ Regis cap. 18. *Diſclamare* dicitur vaſallus, *qui per ſe, vel per ſufficientem attornatum notificat, quòd tales terras non tenet, nec tenere intendit de tali Domino ſuperiori ſuo & cum tali ſervitio*: & *hoc ſubjacet ſe, & omne quod ſuum eſt, curſui juris communis, debitis locorum interſtitiis in hac parte requiſitis ad hoc faciendum & reſpondendum*, Vide Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 63. & 6. 7. & Covvel. lib. 10. cap. 8. Will. Thorn. in Chr. *Mariſcum quendam in tenura de Chiſtelet——in plena Curia ibidem diſclamavit.* *Diſclamer*, eadem notione apud Littletonum ſect. 145. & 691. *Deſcalanger*, in Conſuetudine S. Audomari art. 14. Inſulenſi, &c. Vide Raſtallum verbo *Diſclaimer*.

Clamare ſe ab aliquo, Patronum ſibi adſciſcere: Gallis, *ſe Reclamer de quelqu'un*. Adrianus PP. in Epiſtola ad Carolum M. *Præfatum Epiſcopum—— vobis commendari poſcimus, ut ſecundum ſuam certam fidem atque dilectionem, quam erga nos & vos gerit, ita conſolatus, prorſuſque totus, nobis poſcentibus à veſtra præfulgida regali potentia mercatur per ſe clamare, &c* Ubi Gretzerus ad marginem repoſuit, *f. amari*. *Se clamer en Cour ſouveraine*, in Conſuet. Andegav. art. 81. 406.

Clamare, & *Clamari* dicebantur Monachi in Capitulo, quoties de delictis alios accuſabant, aut ipſi accuſabantur. quippe apud Monachos, ut eſt in Carmine de laude vitæ Monaſticæ, edito à Sirmondo in Notis ad Goffridum Vindocin.

Lex communis habet viſas mox prodere culpas,
Ut naſcens vitium pœna ſequens reſecet.

Statuta Ordinis *de Sempringham*: *Minuti vel minutæ omnes die tertia poſſunt clamare, vel clamari in Capitulo.* Infrà: *Cæteri fratres petant venias, clament, diſciplinas ſumant, ſi quæ ſi mendæ fuerint.* Rurſum: *Diſtrictè prohibemus ne aliqua Monialis in Conventu exiſtens, ad Corpus Chriſti accedat Dominica, niſi ordinatè clamaverit in hebdomada, privatim vel publicè, ſi delictum privatum, vel manifeſtum viderit, unde regularis clamatio fieri debeat, exceptis valde juvenibus, vel valde vetulis.* Adde pag. 765. 783. Liber Ordinis *S.* Victoris Pariſienſis MS. cap. 6. *Si quid offenderit, clametur in Capitulo ſicut alter.* Cap. 22. *Quando in aliquo offendit, pro quo in Capitulo clamandus eſſet, corripiat eum Magiſter ſolus in ſchola——ſed & ſi plures fuerint, inſtruet illos ut de offenſis ſuis invicem ſe clament, & clamati veniam petant, ut aſſueſcant ordinem tenere, & cavere negligentias, & clamores modeſtè faciant.* *Proclamare*, eadem notione, in cap. 31. Rurſum cap. 33. *Dum clamores fiunt, nemo loquatur, niſi qui clamorem facit, & Abbas, & qui clamatur. Qui clamorem facit, in primis ſic dicat: Clamorem de fratre illo, qui autem clamatus fuerit, mox ut audierit nomen ſuum, nihil prorſus in ſe de ſua reſpondeat, ſed veniens coram Abbate, priùs inclinans, poſtea erigens ſe, coram ipſo ſtet, patienter expectans hoc quod frater ſuus ſuper ipſum clamare habet. Qui autem clamat, non exaggeret clamorem ſuum, nec quærat circuitiones verborum, ſed apertè dicat, Ille fecit hoc. Audito clamore, ſi culpabilem ſe cognoverit, ſtatim veniam petens, humiliter culpam ſuam confiteatur. Si autem ſe culpabilem non recognoverit, dicat breviter ſtans, Domine, non recordor me hoc feciſſe aut dixiſſe quod Frater dicit. Tunc ille qui clamavit eum, ipſam clamationem non repetat: ipſe verò priùs inclinans jubente Abbate, eat ſedere. Quòd ſi aliquis videt Fratrem ſuum negare quod verum eſt, bene licet ei de eo quod vidit vel audivit, teſtimonium perhibere. Sciendum verò eſt, quòd ille qui clamorem facit, non faciet clamorem ſuper illum qui clamavit, &c.* Similia habent Charta Charitatis Ciſtercienſis cap. 3. Uſus antiqui ejuſdem Ordinis c. 70. &c. Ejuſmodi *Clamationum* & *Proclamationum* meminit etiam S. Anſelmus lib. 3. Ep. 49. 91. ut & Concilium Biterrenſe an. 1233. c. 18. & Inſtitutiones Capituli gener. Ciſtercienſis diſtinct. 5. c. 1. 13. diſtinct. 6. c. 12. Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis part 1. c. 35. §. 12. part. 2. c. 6. §. 9. cap. 12. §. 8. c. 31. §. 6. c. 30. part. 3. c. 32. §. 5. Statuta ejuſd. Ord. an. 1368. part. 2. c. 4. §. 2. 15.

Statuta

Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 5. & alibi passim. Hinc formula nostris frequens, *Crier quelqu'un*, pro *increpare*. Gloss. Lat. Gr. *Conviciatur illi, & convitium facit*, καταβοᾷ. *Convicium*, καταβόησις.

Clamare, Canere. Charta Sergii PP. an. 910. apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 107. *Ita tamen ut quotidianis diebus Sacerdotes & Clerici ipsius Ecclesiæ pro remedio animæ nostræ clament in eadem Ecclesia centum Kyrie eleyson, &c.*

CLAMATOR, Litigator, actor vel reus. Lex Salica capitulo 3. §. 6. Capitul. 2. ann. 805. c. 8. & lib. 3. Capitul. c. 7. *De clamatoribus vel causidicis, qui nec judicio scabinorum adquiescere, nec blasphemare volunt. &c.* Lib. 3. c. 59. *De clamatoribus qui magnum impedimentum faciunt in Palatio ad aures Dom. Imperatoris.* Capitulare de Villis c. 29.
De clamatoribus ex hominibus nostris unusquisque judex provideat, ut non sit eis necesse venire, & ad nos proclamare. Adde Capitulare ann. 810. c. 1. Capitul. 2. ejusd. an. c. 8. Capitul. an. 823. c. 12. Hincmarus Remensis Opusc. 5. *Dictum est mihi, quoniam clamatores qui ad Palatium vestrum veniunt, nullam consolationem, nec etiam bonum responsum ibi accipiant.*

Clamator Angliæ Principalis, cum suis *Subclamatoribus*, in Parlamentis Anglicis: cujus officium *Clamatoria* dictum, olim solebat esse unitum *Ostiariæ*, seu Ostiarii officio, ut est in libro *de Modo tenendi Parliamentum*: ubi de munere Clamatoris ista habentur: *Clamator Parliamenti stabit contra ostium Parliamenti, & Ostiarius denuntiabit sibi clamationes suas. Rex solebat mittere Servientes ad arma ad standum per magnum spatium extra ostium Parliamenti, ita quòd nulli impressiones nec tumultus facerent circa ostium per quòd Parliamentum ingreditur, sub pœna captionis corporum suorum: quia de jure ostium Parliamenti non debet claudi, sed per Ostiarium & Servientes Regis ad arma custodiri.*

CLAMEUM, *Clamantia, Clamatio, Clamor*, Anglis *Claime* Practicis nostris *Clain*, Calumnia, seu actio, quam quis intentat ad recuperandam proprietatem vel possessionem rei suæ quam alius ei abstulit. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 9. §. 1. *Utroque litigantium in curia præsente & petente, clameum suum faciente, super injusto deforciamento terræ, &c.* Cap. 10. *Petens clameum suum, querelam in hunc modum ostendat & faciat.* Matth. Paris an. 1204. *De clameo suo prosequendo.* Tho. Walsinghamus an. 1354. *Si Rex Angliæ totum jus & clameum, quibus regnum Franciæ vendicabat, Regi Francorum remitteret.* Vide Monast. Anglic. tom. 1. p. 48.

Clameum continuum, Anglis, est quædam continua, id est annalis, feudi simplicis aut talliati, de quo quis dissaisitus est, & cujus possessionem recuperare ob metum potentis adversarii non audet, vendicatio, quasi dicis causa, ut sic tandem metu amoto, hæredem disseisitoris æquè possit sua auctoritate à possessione removere, ac si recenter spoliatus fuisset. Covvell.

Retroclamum. Curia Generalis Catalaniæ in Villa Perpiniani sub Petro Rege Arag. an. 1351. *Absque retroclamo, vel requisitione.*

Clamantia, eadem notione. Charta Edvv. II. Regis Angliæ in Monastico Anglic. tom. 2. *Concessionem etiam, remissionem, & quietam clamanciam, quas —— fecit Abbati —— de omni eo quod habuit, vel aliquo jure habere potuit in villa, &c.* Occurrit ibi pluries.

Clamatio, pari significatu. Matthæus Westmonast. an. 1189. *Et pro hac redemptione castrorum & quieta clamatione fidelitatis & ligantiæ de Regno Scotiæ —— dedit, &c.* Charta Edvv. II. Regis Angl. tom. 2. Monastici: *Concessionem etiam, remissionem, & quietam clamationem quas Aleonora —— fecit eidem Abbati, &c.*

CLAMASTERIUS. Vide *Clamacterius*.

CLAMODICUS. Capitula Caroli C. tit. 39. §. 3. *De illis liberis hominibus, qui infames, vel clamodici sunt de testeiis, vel latrociniis & rapacitatibus, &c.* Ubi Sirmondo *Clamodicus*, dicitur qui *magnam habet infamiam*, qui gravi criminis alicujus infamia laborat, de quo *clamores dicuntur* & feruntur, qui ab omnibus accusatur. Sed puto *clamodicum* hîc appellari, qui in judicio *clamatur* seu accusatur de crimine, quod sequentia videntur innuere.

CLAMOR, idem quod *Clameum*. Practicis nostris, *Clameur*. Vetus Consuetudo Normanniæ c. 57. *Plainte ou clameur est quant aucun monstre à la Justice en plaignant soy, le tort qui luy a esté fait, afin qu'il en puisse avoir droit en Court.* Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 11. *Si de possessionibus —— super eos clamor venerit.* Tabularium S. Petri Burgul. Charta 82. fol. 82. an. 1089. *Si servus meus vel conlibertus ibi manens, mihi servire voluerit, de eo ad Monachos clamorem faciam.* Infrà: *Si aliquis ex meis eos, vel eorum censum capiat, absolutè reddam, si clamorem inde habuero.*

Clamor judiciarius, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 62. §. 1. & 3.

Planus clamor. Charta libertatum Seiselli ann. 1285. *Qui contendit ponere fidejussorem de plano clamore, qui cognitus est, debet 3. solidos.* Chartular. Campaniæ Thuanum fol. 287. *Si aliquis hominum B. Martini clamorem faciat de alio homine B. Martini, Præpositus B. Martini deducit & tenet placitum sine Viario: & si fuerit planus clamor, videlicet usque ad valentiam 3. solidorum, totus clamor est Præpositi.*

Clamor falsus, in Consuet. Norman. cap. 7. 95. *Fausse clameur*, cùm quis contra jus rem quampiam *clamat*, & in judicio petit. Charta libertatum urbis Seiselli: *Si quis falsum clamorem fecerit, tres solidos debet.* Consuetudines MSS. S. Juliani de Saltu in Lingonibus, *& la clamors au Prevost vanca a 4. deniers de Tournois, & ne paiera l'en riens de fause clamor.*

Clamorem facere, apud Tyrium lib. 12. c. 25. *Si Veneticus super quemlibet hominem, quàm Veneticum, clamorem fecerit, in Curia Regis emendetur.* Goffrid. Vindoc. lib. 3. Epist. 16. *Cùm quondam de Sigebranno apud Comitem clamorem facturus Vindocinum venissetis.* Idem Opusc. 11. *Sæpe inter Monachos agitur, ut per eos qui de aliis in Capitulo clamores faciunt, &c.* Est queri de aliquo. Vide *Clamare*.

Clamor violentiæ, clamor aut vox popularis. Vide *Huesium*.

Clamor, Debitum, quod ab aliquo repetitur. Testamentum Amedei IV. Comitis Sabaudiæ an. 1252. apud Guichenonum: *Volo & præcipio quòd omnes clamores mei. & debita mea amicabiliter & sine strepitu solvantur.* Eadem occurrit formula in Testamento Beatricis Comitissæ Provinciæ an. 1263. Petri Comitis Sabaud. an. 1268. Thomæ Comitis Sabaud. an. 1288. & Aymonis Comitis Sab. an. 1343. apud eundem p. 64. 70. 75. 77. 98. 170. Adde V. Cl. Dionysium Salvagnium Boissium lib. de Usu feudor. p. 378. Charta an. 1187. in Tabulario Vindocin. fol. 277. *Guagia etiam, vel clamores alicujus forefacti, sine assensu Prioris reddere non potest, nec quittare.*

Clamor, Districtus. *Clamor de Almacillis*, in Foris Aragon. lib. 1. tit. Quod Ripacurcia, &c.

Clamor bellicus, qui in procinctu prælii, atque adeo in ipso prælio inclamari à Militibus solebat. Robertus Monachus lib. 2. Hist. Hierosol. *Et hoc signum erat bellici clamoris ipsorum. Signum clamoris*, apud Will. Tyrium. Sed de Clamore bellico consulendæ omnino binæ nostræ Dissertationes ad Joinvillam, 11. & 12.

Clamorem levare. Vide *Huesium*.

CLAMOSUS, qui *clamat*, vel resonat. Isidorus lib. 10. Orig. *Clamosus, quasi calamosus, à calamo scilicet quòd sonet.* Hoc sensu *clamosum* silentium dixit Senator lib. 4. Ep. 51. Abdias seu Julius Africanus lib. 6. Hist. Apostol.

Apostol. *Jube astare hîc qui sunt eloquentes in linguis, acutissimi in argumentis, & clamosi in vocibus.* Epistola Florentinorum ad Alexandrum PP. II. apud Baron. ann. 1063. n. 43. *Eligitur denique Abbatum unus clamosus voce, apertus lingua.* Ita Sugerius in Lud. VI. p. 289. Gesta Consul. Andegav. cap. 13. n. 6. &c.

Clamosus, Famosus, celebris. Silvester Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriæ cap. 2. *Locus ille de Breneboc magnus & famosus, quem & clamosum dicunt, patriam replet.* *Clamosissimus*, hac notione habetur apud Vegetium in Præfat. ad lib. 3. Artis veterin.

Clamosus, idem qui *Clamodicus*. Capitula Caroli C. tit. 39. §. 3. *Si servus alicujus ita clamosus est, Comes dominum servi commoneat, ut eum in mallo præsentet, & præsentatum, si aliquis comprobare voluerit, faciat, &c.*

CLAMUCIUM, Lorica, ut videtur, hamis seu maculis ferreis contexta. Gauffredus Malaterra lib. 2. cap. 35. *Comes —— Arcadium de Palerna —— splendenti clamucio, quo pro lorica utimur, armatum —— interficit.* Et mox: *clamucium quo indutus erat, nullis armis poterat violari, nisi ab imo in superius impingendo inter duo ferrea quæ per juncturas catenata sunt, ingenio potiùs quàm vi vitiaretur.* Nescio an legendum his locis *camicium*, aut *camisium*, pro *Clamucium*, ut sit quot nos Galli appellamus, *Chemise de maille.*

CLAN, apud priscos Scotos, qui montani & silvestres dicuntur, significat tribum, seu multitudinem, hominum ab uno communi parente seu stipite descendentium. Vide Skenæum ad Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 28. ubi de lege, quam Scoti vocant *de Clan Makduff.*

CLANCULARE, Celare, occultare. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Frustra talenti fenora subterraneis clanculantur defossa sablonibus.*

CLANGORIUM, Campanarium, campanile, turris Ecclesiæ, ubi clangunt *tubæ Ecclesiasticæ*: sic enim campanas vocant Walafridus Strabo & Honorius Augustod. Regula *S.* Pachomii c. 9. *Quando ad Collectam clangor tubæ increpuerit per diem, &c.* Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 74. *Qui resticulis nixus, quas desuper trabibus clangorii artificiosè innexuit, sparso latice ignem extinguebat.* Infrà. *Furiosus quidam ex Clericis in Clangorio sedens, in medio sagittam contorserat.* Chronicon Fontanellense cap. 7. *Et ecce fulmen per aera devolutum cum fragore horribili impegit Fontinellensis Ecclesiæ in clangorium, cujus tantùm crucem violenter, ac si gladio truncatam ad terram dejecit.* *Clangor signorum*, apud Ordericum Vitalem lib. 8. p. 684. & in Vita S. Guillelmi Gellonensis c. 33. Edit. Mabillonii. Concilium Lemovicense an. 1031. Sess. 2. *Cessantibus metallinis clangoribus*, Vide Erotianum in Lexico Hippocrat. in κ. αγγωδης. &c.

CLAPA. Charta ann. 1258. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part 2. Hist. Eccles. Placent. num. 98. *Et posuimus terminum unum lapidem signatum signo Crucis supra & infrà, locatum supra clapam vivam eodem signo crucis signatam.* Occurrit rursum infrà.

CLAPERIUS, Hara cunicularia, ubi nutriuntur cuniculi & multiplicantur, Gall. *Clapier.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro libertatibus Bastidæ in Petragoricis in 47. Regesto Tabularii Regii n. 38. *Item liceat cuicunque habitatori dictæ bastidæ loca sua propria explectare, & ibi columberia, pisqueria, & claperios pro cirogrissis* (sic) *facere, dum tamen jura dominorum à quibus tenentur ipsa loca, in aliquo non fraudentur.* Vox orta à *Clapa*, instrumento seu machina qua capiuntur cuniculi. Glossæ MSS. Reg. Cod. 2062. Ποδοκάκη, τὸ ἐν εἱρκτῇ ξύλο, ὅπερ κλάτα λέγεται καρτζικοῦ.

Claterium, eadem notione. Tabular. Fossatense: *Et quòd habeamus in toto territorio dictæ villæ, garannam perpetuò in qua non possint venari nisi ad lepores cum cane, —— & fecit ibi fieri Abbas multa clateria ad opus cuniculorum.*

CLAPERSEDRA, pro *Clepsydra*. Matth. Silvaticus in Pand. *Clasefedia, claperfedra, est species syringæ, qua injicitur medicina in vesicam propter impulsionem instrumenti solidi in concavum instrumentum.* Voci notio indita, à similitudine clepsydræ dolii, de quo vocabulo infrà agimus. Vide præterea *Classedra.*

CLARA *ovi*, Albumen ovi, *la Glaire de l'œuf*, in Miracul. B. Ambrosii Senensis instr. 27.

CLARASIUS, *Clario, Claro*, Lituus, à claro quem edit sono, ὀξυφωνότερος αὐλὸς, Græcis: Gallis, *Clairon.* Anglis *Clarions.* Cambro-Britannis *Clarivvn*, tuba. Willelmus Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. ann. 1101. *Clarasiorum melodia perstrepente.*

Claro. Charta ann. 1220. apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 1. *Congregati ibidem per præconem communem cum tuba, seu clarone, prout moris est, &c*

Clario Henricus Knyghton. ann. 1346. *Statimque clanxerunt clarriones & tubæ.* Et an 1360. *Clangentibus tubis & clarionis & aliis instrumentis musicis personantibus.* Jo. Joinvilla in S. Ludov. *Le Roy —— qui venoit à ung terrible tempeste de trompettes, clerons, & cors.*

CLARATUM. Vide *Burjuratus.*

CLAREDO. Gloss. Isid. *Claredines, claritudines.* Papias: *Claredo, est splendoris; claritudo, nobilitatis.*

CLAREFACERE, Notum facere. Occurrit non semel in Chartis Italicis apud Ughellum to. 7. p. 263. 506. 540. &c. to. 8. p. 418.

CLARENI *Fratres*, ex Franciscanorum Ordine, qui aliàs *Fratres spirituales* dicti, à Fratre Angelo de Cingulo Clareno eorum institutore nuncupati, qui usque ad Pii V. tempus perseverarunt. De iis agit Waddingus an. 1317. n. 16. 28.

CLARETUM, Germanis *Claret*, Hispanis *Clarea*, Vinum factitium dulce vel aromatites, quod Germanis, Gallis, &c. *Hipocras.* Mamotrectus ad 3. Reg. c. 20. *Pigmenta, i. confectiones ex vino & melle & diversis speciebus suaves & odoriferas. Hoc pigmentum, vulgariter Claretum.* Bartholomæus Anglicus lib. 19. de Proprietatibus rerum cap. 56. *Claretum ex vino & melle & speciebus aromaticis confectum: nam species aromaticæ in subtilissimum pulverem conteruntur, & in sacco lineo vel mundo cum melle vel zucara reponuntur. Vino autẽ optimo species perfunduntur, & reperfunduntur, quemadmodum fit lixivia, & tamdiu renovatur perfusio, donec virtus specierum vino incorporetur, & optimè clarificetur, unde à vino contrahit fortitudinem & acumen, à speciebus autẽ retinet aromaticitatem & odorem, sed à melle dulcedinem mutuatur & saporem.* Burchard de Casib. S. Galli c. 14. *Clareto permixta toxica.* Cencius Camerarius in Ceremoniali apud Baron. an. 1191 *Pincerna insuper & Marescallus tam de comestione, quàm de aliis donariis remunerantur similiter, excepto quod capita porcorum aptata non habent, neque claretum.* Chronicon Flandriæ cap. 69. *Si fut une nuit avec ses dames en son deduit, & leur prit talent de boire clarei en un pot d'argent, &c.* At Francis *Clairet*, est vinum rubellum.

CLARICARE, *Clarere, florere.* Papias:

CLARIFLUUS. Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis in Prolog: *Isidori præsentia simul & clariflua doctrina.*

CLARIGARIUS *armorum*, fœcialis, Heraldus, *Heraud d'armes*, apud Henricum de Knyghton. lib. 5. an. 1355.

CLARIO. Vide *Clarasius.*

CLARISSIMATUS, Clarissimi dignitas, in l. 74. 180. & 183. Cod. Theod. de Decurion. & apud Ammian. lib. 21. *Honor Clarissimatus*, in l. 8. & 10 eod. Cod. de Domest. Senatorum potissimùm erat, ut aliunde constat. Vide Juretum ad Symmachum lib. 10. Epist. 37.

CLARITAS, Titulus honorarius Proconsulis in Actis Claudii, Asterii, & alior. Martyr. apud Baron. an. 285. n. 4. *Ex*

n 4. *Ex iis unus astat in conspectu Claritatis tuæ.* Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 77. *Videlicet in missis celebrandis & in eleemosynis pauperibus erogandis, nec non & in Classicis per Ecclesias sonandis, & in aliis pluribus rebus quæ ad funebres exequias pertinere videntur.*

Claritudo regia in privilegio à Synodo Suessionensi concesso Monasterio Solemniacensi an. 866.

CLARO. Vide *Clarasius.*

CLASMA, seu potiùs *Clama, Clame* Gallis, Actio, vendicatio. Capitulare Sicardi Princip. Benevent. an. 836. §. 1. *Hoc enim stetit, ut si aliqua clasma facta fuerit in finibus vestri Ducatus Neapolitani, &c.* Et infrà: *Si per consilium & conscientiam nostram aliqua clasma à vestris hominibus facta fuerit, ut sacramenta perveniant à partibus, purificantes vos pe- personas quantas & quales volueritis, &c.* Vide *Clamare, Clamor.*

Clasma, aliud est apud Althelmum de laude Virgin. cap. 43.

Dum cernunt dominum picea fuligine tectum,
Autumat incassum fretas virtute magorum
Hoc sibi clasma tetrum sacras gestasse puellas.

Fortè *phasma.*

Κλασματικοὶ τόποι ἐν τῷ δημοσίῳ, videntur esse agri à fisco avulsi, & ad censum dati, vel alienati, in Nov. Constant. Porphyrog. de Alienat. fundor. Gloss. Basilic. Κλασματικὴ γῆ, ἤγουν ἐξαλειμματική.

CLASMATARIUS, in veteri Glossario Saxico, exponitur, Husbrucel, fortè à Græco Κλάσμα, fractura, ita ut sit domus effractor.

CLASSA, Fibula, vox Anglica, à *Claspe.* Monastic. Anglic. tom. 3. pag. 364. *Vetus Missale cum classis de cupro.* Adde pag 365.

CLASSEDRA, in veteri Gloss. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana, *Broiche de tonel.* Vide *Clepsedra,* & *Claperse dra.*

CLASSENDIS. Gloss. Sax. Ælfrici: *Classendis.* Sweordes sceað. Id est, gladii vel ensis pars.

CLASSICE, Cum classe, cum navali exercitu. Chronologia Regum Gothorum ex Cod. Moissiacensi; de Wallia: *Ad Africam classicè transire disposuit.*

CLASSICUM, Pulsatio omnium campanarum campanalis, nostris *Glas:* Occitanis: *Classes,* quia, ut ait Honorius August. in Gemma animæ lib. 1. cap. 73. *cum Campanæ sonantur, quasi per classica milites ad prælium incitantur, &c.* Joan. de Janua: *Propriè Classicum est concentus & concordia omnium instrumentorum simul sonantium, sive sint tubæ & cornua in bello, sive sint Campanæ.* Fortunatus lib. 3. Poëm. 4. de *Dedicatione Ecclesiæ suæ:*

Nunc Domini laudes, inter tua classica, canta
Et Trinitatis opem machina trina sonet.

Vitæ Abbatum S. Albani p. 87. *Pulsato solenni classico.* Decreta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti c. 1. sect. 2. *Pulsetur classicum, & post inchoetur Missa.* Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 370. *Classico pulsato, incipiant Vesperas* Anonym. in Miracul. S. Melanii Episcopi Rhedon. *Classicum in Monasterio B. Melanii ad Missam audivit Dominicam.* Matth. Westmonaster. an. 1243. *In classico campanarum, & incredibili accenso um cereorum numerositate.* Idem an. 1244. *In clangore tubarum, & classico campanarũ, &c* W. Brito l. 12. Philipp.

Classica per vicos resonant, ut multiplicato
Concentu majore sono se tota revelent.

Florent. Wigorn. an. 1139. *S. Oswaldi reliquias, albis indutis, tota ... classe, --- extulimus.* Bulla Gregorii XI. pro Collegio Gregoriano Bononiensi an. 1372. apud Ghirardac. cum lib. 23. Hist. Boninens. *Una capella cum campanili & duabus campanis, quæ per modum classis pulsari valeant temporibus opportunis, construatur.* Guillelmus Major Episcopus Andegav. de Vita sua cap. 10. *Campanisque per totam civitatem ad classicum pulsantibus.* Adde Ingulfum pag. 853. Matth. Paris p. 244. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 150. tom. 3. pag. 241. 242. &c. *Le Roman du Renard. MS.*

Les cordes cort tantost sesir,
Les sains sonne de grant air,
A glas sonne, & à quareillon.

Infrà:

A tant a fet le glas fenir.

Le Roman de Vacces MS.

N'ont chapelle en la ville où il eust clochier,
Ou li glas n'en sonnast por le Roi essaucier.

Charta vernacula tom. 2. Monastici Anglic. pag. 219. *Si sonnerent totes les cloches de l'Abbaye en maniere de glas.* Robertus Bourronus in Hist. Merlini MS. *Et ot un grans glas de chiens qui faisoient grant noise* —— Infrà: *Elle à dedans son cors brakes tout vis qui glatissent.* Arverni *Clar, cliar, & clias,* pulsationem campanarum pro mortuis vocant.

Classus, eadem notione, ex Gallico *Glas.* Codex MS. Monasterii novi Pictavensis: 10. *die Febr. celebratur obitus pro filio nobilis Comitis Pictavorum fundatoris nostri, cujus corpus sepelitur in Capitulo: pro quo sonantur omnia tympanistria, duo classus de sero, & unus de mane, ante Missam de Faya, per Officiarios seculares, Pistorem, &c.* Vide *Clangorium.*

CLASSIS, pro navi. Sampirus Astoricensis Episcopus in Ranimiro III. Rege Hispan. *Anno V. regni sui C. classes Ro. Normanorum cum Rege suo nomine Gunderedo, ingressæ sunt urbes Galleciæ, &c,*

Classis, corpus, Collegium. Ita *Classes urbis Constantinopolitanæ,* in l. 21. Cod. Theod. de Divers. Offic.

CLASSICUS, Auditor scholasticus, quod fortè scholarum ordines in quos scholastici distinguebantur, ut & hodie, Classes appellarentur. Ennodius Dict. 9. *Mihi classicus non meretur imperiis, quicquid non imponit obsequio.*

Classici, Milites qui in classibus militant, seu navibus armatis. De his est titulus in Cod. Justin. & Theod. *Classiarii milites,* apud Lamprid. in Commodo Anton.

CLASSITARIUS. Joan. de Janua. *Classitarius, id est, proreta, qui navi imponitur, & dicitur à classis.*

CLASSUS. Vide *Classicum.*

CLATERIUM. Vide *Claperius.*

CLAVARIUS, Ital. *Chiavaio* & *Chiaivolo,* cui claves fisci communis commissæ sunt: *Clavaire,* apud Provinciales, in aliquot Statutis Regis Caroli VII. ann. 1445. & Ludovici XII. ann. 1508. Charta ann. 1345. *Item quòd Potestas teneatur facere eligi in consilio unum Clavarium bonum & idoneum,* —— *qui juret salvare & custodire totum illum quod ad manus suas pervenerit de rebus communis, tam in denariis, quàm aliis rebus, & quòd non expenderet* —— *aliquid sine licentia Potestatis & consilii. Clavarius communis Terdonensis* in Charta an. 1368. Vide Joan. Dametum in Hist. Balearici regni p. 87. 92.

CLAVACA. Gloss. MS. Regium Cod. 1013. *Clavaca, Burca.* Gloss. Isid. habet *Cloaca, burca.*

CLAVATURA, Clavorum compages. Guillelmus Armoricus in Philippo August. an. 1202. *Erexit duas turres ligneas, cratibus hinc inde consutis, & indissolubili clavatura munitas.*

Clavatura, Ornamentum ex *clavis,* vel limbus veli. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutianensis apud Joan. Suaresium. *Vela auroclava clavatura quadra duo, vela linea auroclava paragaudata clavatura rotunda duo, vela linea paragaudata Persica clavatura coccomelina prasina 2. vela linea paragaudata Persica clavatura*

tura leucorodina duo. Epistola S. Bonifacii Mogunt. ad Cuthbertum Archiepisc. Cantii præfixa Concilio Cloveshoviensi: *Quia illa ornamenta vestium, ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur, latissimis clavis & vermium imaginibus clavata adventum Antichristi ab illo transmissa præcurrunt.*

CLAUDASTER, Ἀρνησίχωλος, in Gloss. Græc. Lat.

CLAUDICARIUS, *Qui cito claudicat, vel sæpe*: Ugutioni.

CLAUDICIUM. Vide *Clausum.*

CLAUDIRE. *Claudicare.* Infrà, *Claudicat, claudit*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 27.

CLAVELLARE, *Clavo claudere.* Gall. *clouër.* Libertates MSS. Brivatis veteris an. 1277. *Item voluit & concessit, quòd non claudantur ostia, vel clavellentur hominum dicti Castri, nisi pro homicidio vel contumacia, vel cum non possent cavere vel affidare de stando juri.*

CLAVELLUS, Clavulus, ornamentum vestium. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. *Toalias olicias duas, una cum argento, vel clavellos Spaniscos duos.*

CLAVICA. Falco Beneventanus pag. 303. *Iaquintus verò ille per clavicam, quæ sancti Renati vocatur, ingrediens, &c.* Vide *Clavaca.*

CLAVICARII. In Leg. 1. Cod. de Excusat. artif. lib. 10. in Basilicis, Καρδαράριοι, Clavium confectores, *Serruriers.* Vide *Cabidarii.*

CLAVICULARIUS. *Qui claves facit vel portat*, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. *Clavicularius, Clacelier, ou celui qui fait les clefs.* Κλειδοποιός, Nilo Mon. lib. 2. Epist. 217. Stephanius Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 59. *Gazophylacium Claviculario aperire præcepit.* Vetus Poëta Gallicus MS.

De tot l'avoir du siecle
Le fera clacelier.

Clavicularius, Carceris custos, cui carceris claves commissæ sunt, Κλειτοφύλαξ & Κλειδοῦχος in Synaxariis ad 25. Jan. in SS. Anania & Petro. Julius Firmicus lib. 3. Matth. cap. 6. *Seu clavicularii, vel carcerum custodes, &c.* Occurrit in vita S. Basilici Mart. n. 2. in Actis XL. Martyr. Sebasten n. 3. apud S. Eulogium lib. 2. Memorial. SS. cap. 1. &c. Καπικλάρειος, Græcis recentioribus, Libri Basilic. Ὁ δεσμοφύλαξ ὃν λέγομεν κλαβικάριον. Passio S. Basilei Episcopi Amaseæ n. 9. Ἐπεὶ οὖν παρεκέλλητο ὁ καπικλάρειος, θᾶττον αὐτοὺς εἰσεκαλέσατο. Menologium Basil. Imp. 9. Martii : ὁ φυλάττων αὐτοὺς καπικλάρειος.

CLAVIGA, *Clavica.* Charta ann. 1258. apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Eccles. Placentinæ num. 98. *Volentes terminare & dividere lectum seu fundum civi Templariorum à molendino ipsorum usque ad clavigam communis de Canalibus*, &c. Et num. 11. *Clavicam etiam aquæ, quam vobis concessit.* Jus Vicentin. lib. 1. *stratæ, aquæductus clavicæ, fossata*, &c. Statuta Veronensia lib. 5. cap. 1. *De & super clavicis, viis sive stratis, &c.*

CLAVIGER, S. Petrus, cui Ecclesiæ claves commisit Christus. Domnizo. lib. 1. de Vita Mathildis cap. 1.

Clavigeri Petri normam sancti quoque cleri
Semper amaverunt.

Apud Cummianum Hibernum de Controversia Paschali, dicitur *S. Petrus Clavicularis.*

Claviger, idem etiam qui *Archiclavis*, Ecclesiæ Thesaurarius : dignitas Ecclesiastica. Chartam Tabularii Burguliensis an. 975. subscribit apud Beslium pag. 292. *Savaricus B. Hilarii Claviger.* Monasticon. Anglic. to. 1. pag. 184.

Alter VVillelmus VValling ford clavigeratus.

Glossar. Pars I.

Id est, officio *Clavigeri* functus. Adde Histor. Abbatiæ Condomensis pag. 505.

Claviger, in Charta ann. 1335. apud Schefferum ad Chronicon Upsaliense pag. 160. idem qui *Custos* : *Halvardus Claviger sive custos Ecclesiæ Vpsaliensis, &c.*

Claviger. Fori Oseæ Jacobi I. Regis Aragon. anno 1247. fol. 3. *Omnis villa in qua Rex habet Clavigerum, est sedes &c.*

Clavigeri. Ita appellantur Richardo de S. Germano in Chron. ann. 1229. qui à parte Gregorii PP. contra Fridericum II. Imp. stabant, quòd effictæ essent claves in Pontificiis vexillis.

Clavigerii. Charta fundationis Hospitalis Montisbrusonis in Foresio : *Insuper præcipimus omnibus Vicariis & Clavigeriis nostris, &c.* Vide *Clavarius.*

CLAVIS, in Computis Ecclesiasticis, est *numerus variabilis datus anno ad inveniendum principia quinque mobilium festivitatum, scilicet Septuagesimæ, Quadragesimæ, Paschatis, Rogationum, & Pentecostes : & ideo sunt quinque claves, & qualibet prædictorum festorum habet 30. dies in quibus semper celebrantur.——& dicitur clavis per similitudinem : quia sicut per claves ostia reserantur, ita per talem numerum principia dictarum festivitatum nobis denotantur, &c.* Durandus lib. 8. Rational. cap. 12. In Kalendario S. Victoris Parisiensis: *7. Id. Ianuar. locus clavium. 5. Kal. Febr. claves XL. 5. Idus Mart. claves Paschæ 17. Kal. Mart. claves Rogationum. 3. Kal. Mart. claves Pentecostes.* Vide Honorium Augustod. lib. 2. de Imag. mundi cap. 101.

Clavis S. Huberti : Vide Joannem Robertum in Histor. S. Huberti p. 251.

Clavis in Musica. Vide *Notæ musicæ.*

Clavis in concamerationibus, quæ eas concludit, quam *fibulam* vocat Philander ad lib. 1. Vegetii cap. 6. Gervasius Dorobernensis in Descriptione Ecclesiæ Cantuariensis : *Hic verò nullo interstitio cruces à choro divisæ in unam clavem, quæ in medio fornicis magnæ consistit, quæ quatuor pilariis innititur, convenire videntur.* Vide *Ciborium.*

Claves Ecclesiæ, Potestas & jurisdictio Ecclesiæ : ex illo Christi ad Petrum, Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cælorum, &c.* Inscriptio in foribus Basilicæ antiquæ Vaticanæ :

Qui Regni claves & curam tradit ovilis,
Qui cæli terræque Petro commisit avenas,
Simplicio nunc ipse dedit sacra jura tenere.

Goffridus Vindocinensis lib. 2. Epist. 29. *Claves sanctæ Ecclesiæ agitare, & leges Catholicæ & Apostolicæ Sedis violare conatur.* Idem Opusc. 10. *Execranda promissio, quæ claves Ecclesiæ agitare & unicum ac singulare ejus ostium violare conatur.* Cur verò triplex interdum clavis S. Petro & Summis Pontificibus adscribatur, pluribus disputat Nicolaus Alemannus in Dissertat. de Lateranensibus parietinis cap. 10.

Claves S. Petri, quibus scilicet illius Confessio, seu sepulchrum, claudebatur. Poëta Saxonicus lib. 3. de Gestis Caroli Magni an. 796.

Confestim claves, quibus & Confessio sancti
Conservata Petri vexillaque miserat urbis
Romuleæ Carolo, pariterque decentia dona.

Adde Eginhardi Annales eod. an. Vigilius PP. in Encyclica : *Sed & super claves B. Petri Apostoli præstitissent corporale juramentum.*

Solebant etiam Summi Pontifices de Limatura catenarum S. Petri, quæ religiosè Romæ asservantur, ad Reges & Principes, aliosque viros primarios pro ingenti munere mittere, quam in aurea clavi instar illarum quibus confessio S. Petri claudebatur efficta, ab altari S. Petri accepta, includebant. Eam autem ad quos illa trans-

mitteba-

mittebatur, suspendebant ad collum, veluti sacrum contra mala imminentia amuletum. Ejusmodi clavium transmissarum meminere Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 47. lib. 5. Epist. 6. lib. 6. Epist. 23. lib. 7. Ind. 2. Epist. 128. lib. 10. Epist. 7. lib. 12. Epist. 17. Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 28. Fredegarius Scholast. in Chron. cap. 110. Gregorius VII. PP. lib. 7. Epist. 6. Vetus Chronic. tom 1. Hist. Franc. pag. 720. Aimoin. lib. 4. de Gestis Francor. cap. 57. 86. Chronicon Fontanellense cap. 9. &c. Vide Theodorum Studitam de SS. Imag. præterea Nicolaum Alemannum in Dissert. de Lateranensib. parietinis c. 14.

Claves remittere, insignum divortii, & renunciantis curam familiæ. S. Ambrosius Epist. 47. ad Syagrium: *Quo mulier offensa, claves remisit, domum revertit.* Apud nostros solent viduæ claves & cingulum supra mariti defuncti corpus projicere, in signum quod bonorum communioni nuntium dant, ne debitis exsolvendis teneantur, de quo more agunt Consuetudines municipales, Meldensis art. 52. 53. Lotharingica tit. 2. art. 3. Malinensis art. 8. Meledunensis art. 187. Calvimontensis art. 7. Victriacensis art. 91. Laudunensis art. 16. Catalaunensis art. 30. Ducatus Burgund. art. 41. &c. Vide Paschasium lib. 4. Disquisit. Francic. cap. 10.

Clavis, pro *Clavus*: Vita S. Lupercii apud Bosquetum: *Jussit Præses maganam fieri, & acutis eam clavavit clavibus, &c.*

CLAUSA, idem quod *Clusa*, & *Clusura*. Chon. Marcianense lib. 2. cap. 3. *Præmisit aliquos ex suis Proceribus ad custodiendas Francorum clausas.* Carolus IV. Imperat. de Vita sua: *Et devastavimus terras suas usque clausam quæ vocatur Linitz.*

Clausa, idem quod *Clausura*, *Clôture*. In Capitulis Caroli Magni lib. 5. cap. 148.

Clausa, Locus, seu ædes, in qua inclusi Monachi degebant. Vita S. Gamelberti cap. 2. num. 14. *Ad fenestram clausæ in qua latebat.*

Clausa, Excerptum, locus ex libro aliquo, Gallis *Clause*. Hugo Rotomagensis Archiepisc. in Præfat. ad lib. 1. contra Hæreticos: *Proinde placuit tibi super hæresibus insurgentibus nos aliqua scribere, quod & suscepimus tuæ jussionis auctoritate: sed succincto opere, sed brevi charactere: Trahatur itaque ex arcto commate clausa latissima, sumantur ex vase modico fercula copiosa, more Catholico, in S. Spiritu.* Joan. Sarisber. Epist. 158. *Et hæc mihi videtur esse duarum conceptio clausarum.*

CLAUSARIA, Modus agri sepibus septus, clausus, Andegavensibus *Closerie*. *Clausaria vinearum*, in Charta Philippi Aug. an. 1203. in ejus Regest. Herovallian. fol. 82.

CLAUSARIUS *vinearum Monasterii*, Necrologio Victorino Paris. 5. Kal. Sept. qui Clausariis præerat *serviens.*

Clausarius, Inclusus, Monachus qui in cella clausa habitat. Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis num. 43. *Volens -- dies sibi concessos apud beatissimum Apostolorum principem Romæ clausarius & privatus insistere otio.*

Clausarius, In Epist. Widonis Com. Matiscon. an. 1078. tom. 6. Spicileg. Acheriani, idem est quod *Clausum*, sive septum, Gallis *Closier.*

CLAUSTRARIUS *Artifex*. Lampridius in Heliogabalo: *Jussit & cursorem, jussit & cocum & claustrarium artificem.*

CLAUSTRUM. Breviloq. *Claustrum dicitur inhabitatio Religiosorum, vel domus includens Monachos & Moniales sub certa regula viventes.* Concil. Biterrens. an. 1233. c. 17. *Claustrum quoque diligenter observetur & claudatur, ut re & nomine Claustrum valeat appellari.* Concil. Forojuliense an. 791. cap. 12. *Ut Monasteria puellarum, quæ sub disciplina regula degunt, obstructius munitis claustris, nulla pateant, nisi fortè summâ compellente necessitate, aditu virorum. Claustra Monasteriorum*, in Concilio Turonens. III. can. 22. 29. Adde Capitul. 3. an. 789. cap. 3. Capitulare 1. anni 802. cap. 18. 20. Capitulare 2. cap. 5. Capitulare 1. ejusdem Imp. incerti anni cap. 35. &c.

Claustra, feminini generis. Chrodegangus Edit. Labbei cap. 3. *Ita instituimus, ut in illa claustra ille Clerus Canonicus, qui sub ipso ordine, Deo adjuvante, vivere debent, ut omnes in uno dormiant dormitorio, &c.* Ita alibi non semel.

Claustra Monachorum, in Capitulis Caroli Magni lib. 5. cap. 148. in Capitul. Caroli Calvi tit. 32. §. 9. apud Honorium Augustod. lib. 1. cap. 148. 149. &c. Vide Gazæum ad Cassianum.

Claustra Canonicorum, in Capitulari 5. an. 819. cap. 7. Capitul. Caroli Magni lib. 1. cap. 95. lib. 4. cap. 50. in Capitulis Caroli Calvi tit. 5. cap. 53. tit. 32. cap. 9. in Regula Canonicorum cap. 144. in Synodo Pontigonensi an. 876. can. 8. in Præcepto Ludov. Pii pro Ecclesia Tornacensi apud Miræum in Cod. Donat. Belgic. pag. 7. &c.

Claustra Clericorum, id est, Canonicorum, in Epistola Ledradi Archiepiscopi Lugdunens. ad Carolum Magn. apud Paradin. lib. 2. Histor. Lugd. cap. 20. In Concilio Meldensi an. 845. can. 53. in Capitulis Caroli Calvi tit. 5. c. 53. &c.

Capitula Caroli Calvi tit. 41. cap. 9. *Ut Episcopi in civitatibus suis proximum Ecclesiæ claustrum instituant, in quo ipsi cum Clero secundùm canonicam regulam Deo militent: & Sacerdotes suos ad hoc constringant, ut Ecclesias non relinquant, & alibi habitare præsumant.* Id ipsum statuitur in Synodo Rom. sub Eugenio II. c. 7. *Necessaria res existit, ut juxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium, &c.* Ubi morem, qui in Monasteriis diu obtinuit, observare est, cùm in claustris lectioni vacarent Monachi, ut est in Epitome Ludovici Imp. in Regulam S. Benedicti, in Concordia S. Dunstani cap. 5. & in Actis S. Wolphangi cap. 7. *Studium claustri*, seu scholæ, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 144. Petrus Blesensis serm. 25. varias Monasticas functiones in singulis claustri lateribus exactas annotat: *Inde est quòd in claustro Conventuum quatuor loca cum propriis deputantur officiis: in latere claustri occidentali est scholaris subjectio: in eo quod contingit Ecclesiam lectio moralis: ad Orientalem in Capitulo materialis.* In claustris etiam certis horis dabatur copia fratribus invicem confabulandi, ut docent Lanfrancus in Constitut. sect. 3. Petrus Venerabil. in Staut. Cluniac. cap. 5. &c. unde creatus est *Prior Claustri*, qui disciplinæ claustri curam ageret, de quo suo loco agimus. Prælectiones etiam scholasticas in claustris factas videtur innuere Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 3.

Claustrorum forma fuit quadrata. Carmen de Laude vitæ monasticæ edit. à Sirmondo ad Goffrid. Vindocin.

Quadratam speciem structura domestica præfert,
Atria bis binis inclyta porticibus.
Quæ tribus inclusæ domibus, quas corporis usus
Postulat, & quarta quæ domus est domini,
Quarum prima domus servat potumque cibumque
Ex quibus hos reficit juncta secunda domus.
Tertia membra fovet vexata labore diurno,
Quarta Dei laudes assiduè resonat.

Petrus Damian. lib. 6. Epist. 26. *Ipsam claustri tui fabricam respice: ecce enim quadrifida est, ut nimirum ipse loci situs evidenter edoceat, quod undiq; te à mundanæ conversationis strepitu semotum esse oporteat.* Adam Bremensis cap. 103. *Composita ergo mensa, manum vertit ad claustrum, quod ille dum priùs ligneum esset, lapideum fecit, forma, ut mos est, quadrata, vario cellarum ordine distinctum.* Iisdem verbis Albertus Stadensis ann. 1095. Vide Durand. lib. 1. Ration. cap. 1. n. 42. 43.

Clau-

Claustrum, Monasterium ipsum, Germanis *Klooster*: in Actis Murensis Monasterii pag. 14. *Disertinense claustrum*, quod infrà, *Disertinense Monasterium*, dicitur. Pag. 17. *Discessit hinc & rediit in suum claustrum*. Pag. 35. *More aliorum Monasteriorum & claustrorum*. Pag. 37. *Claustra regularia*: Compositio inter Patriarcham Constantinop. & Francos, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 106. *Claustra verò omnia tam intra civitatem, quàm extra libera erunt Ecclesiæ, &c.* Henricus Rosla:

Ecclesias quantas, quot, claustraque quanta dicarim.

Occurrit præterea in Vita B. Mariani Abb. Ratispon. n. 17. 18. 20. 23. 26. 27. & in Charta an. 1153. in Chronico Reicherspergensi pag. 188. Henricus Aquilonopolensis in Adolpheide c. 12.

Christivaræ claustrum in Kylo Dux struxit Adolphus.

Claustrare, Monachum, vel Sanctimonialem facere, vel in Monasterium relegare. Summula Raimundi Ordinis Prædicat. *Claustrare poteris, licet adultera negat.* Utitur semel Alibi.

Claustra Montium, quæ recentioribus *Clusæ*, *Clusuræ*, & *Clausuræ* dicuntur. *Claustra Pyreneorum*, apud Orosium lib. 7. cap. 40. quæ *Puertos*, seu *Portus* appellant Hispani. Gunther. lib. 4. Ligurini:

Difficilesq; vias, & tristia claustra sequentes. Infrà:
Ventum erat ad fauces, angustaq; claustra viarum,
Quà se nubiferis horrendæ nivibus Alpes
Exiguo tantùm penetrandas limite præbent,
Uniusque capax scopuloso semita calle,
Arcta laboranti pandit vestigia turbæ.

Claustra Italiæ, apud Warnefridum lib. 5. de Gestis Longobard. cap. 2. Senator lib. 7. Epist. 4. *Rhetiæ namque munimina sunt Italiæ, & claustra Provinciæ.*

Claustra carceris, in l. 2. 3. Cod. Th. de custod. reor. *Claustra carceralia*, l. 23. eod. Cod. de Pœnis.

Claustrales, Monachi, qui intra *claustra* Monasterii recluduntur, ac degunt. Joan. de Janua: *Claustralis, Monachus vel Monacha stans in claustro.* Ordericus Vitalis in Præfat. lib. 1. *Quia claustralis cœnobita ex proprio voto cogitor irrefragabiliter ferre Monachilem observantiam.* Lib. 3. *Dum adhuc claustralis esset Monachus.* Petrus Blesensis Epist. 13. *Quid est Claustralem redire ad seculum, nisi cæli habitatorem cadere in infernum?* Hildebertus Cenoman. Epist. 38. *Claustrales, quibus conventicula plebis & sermones otii lex arctior interdicit, plateis pro claustro, scurrilitatibus, pro lectione utuntur.* Joan. Sarisberiensis lib. 7. Policrat. cap. 21. *Claustrales, qui planè verè religiosi sunt, dum professionibus serviunt: ab hac malitia immunes sunt. Nulla vita fidelior, nulla simplicior, nulla felicior, quàm eorum qui humiliter in claustris degunt, abjectione sua gaudentes, &c.* Tidericus Langenius in Saxonia:

Degunt claustrales sanctæ Christi Moniales
In claustris, clausæ remanent concentibus ausæ.

Scripsit Trithemius librum *de Triplici regione Claustralium*: Thomas à Kempis alium *de Disciplina claustrali.*

Claustrenses, Moniales, quæ in claustro seu Monasterio educatæ sunt, vocat Andreas Monachus Fontevraldensis de morte B. Roberti de Arbresello, hisque opponit Laïcas: *Quomodo poterit qualibet claustrensis Virgo exteriora nostra convenienter dispensare, quæ non novit nisi psalmos cantare, &c.* Infrà: *Hinc factum est, ut Robertus noster generale præceptum Abbatissæ quam elegerat, dedisset, ut nunquam aliqua ex Claustrensibus in Fontevraldensi Monasterio Abbatissa fieret.*

CLAUSTURA, ex Gallico, *Closture*, septum, inclusio. Will. Thorn. in Chron. ann. 1363. *Pro fossatura & claustura civitatis.* Fit mentio cujusdam tributi quod *Clausturæ* appellant, in Computo domanii Comitatus Pontivian. 1540. fol. 183. *Recepte du droit de closture, que le Roy a accoustumé de prendre chascun an a Moustiers, neant, pour ce que durant l'année de ce present compte n'a eu aucunes bestes vendues au dit lieu.*

CLAUSULA, Diomedi lib. 1. de Orat. & Victorino lib. de Arte Grammat. *est Compositio verborum, plausibilis structuræ exitu terminata.* Gloss. Lat. Græc. *Clausula*, Νόημα. Papias: *Clausula est in oratione brevis sententia.* Vide Quintilian. lib. 8. Instit. cap. 5. Gregorius Magnus lib. 1. Epist. 6. *Quòd verò causæ & nominis similitudinem faciendo per scripta vestra clausulas declamationesque formatis, certè, Frater carissime, simiam leonem vocas.* Adde Hieron. in Job. cap. ult. & Cyprian. de singular. Cleric.

Clausula, Parvum clausum, seu area septo clausa, apud Willelm. Thorn. Accipitur etiam pro clausura, vel angusto montium aditu, in Chronico Reicherspergensi p. 262. & apud Baldricum Noviom. lib. 3. cap. 70.

Clausula, Cella, in qua inclusi, seu Eremitæ, morabantur, aliis *Inclusorium*. Chronicon Mariani Scoti ex Bibl. Vaticana num 1058. de S. Paterno incluso: *Hic ambiens martyrium, pro nullo foris exivit, sed in sua clausola combustus, per ignem transivit in refrigerium.* Usurpatur hac notione non semel ab Eckehardo de Casib. S. Galli cap. 4. 9. 10. ab Hepidanno Minore in Vita Wiboradæ lib. 1. cap. 15. & 19. & in Rythmis de eadem apud Canisium tom. 5. pag. 789. & à Florentio Wigorn. an. 1058.

CLAUSUM, & *Clausus*, Gallis *Clos*, Locus aut ager sepibus vel muris septus aut clausus: seu ut loquitur lex 1. Cod. Theod. de Rei vindicat. *Spatium certum septis quibuslibet conclusum*: cujusmodi *Arcifinales* agros vocant Siculus Flaccus & Frontinus, quòd videlicet à septo suo & spatio, seu finibus, finalem, id est vicinum arcerent. Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Totum illum clausum, quem nos jussimus plantare, &c.* Infrà: *Et illum clausum in ipso Ariaco, &c.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis, *5. mansos cum clauso dominico.* Alia apud Columbum in Episc. Vivar. lib. 1. *Rostagnus collatis mansis 8. & in Blarbavo clauso indominicato.* Conventus Pistensis an. 864. tom. 2. Spicilegii Acher. *Id est, mansa in gyro Monasterii sita, & ut vulgò loquimur, clausi vinearum.* Charta Thomæ Comit. Maurianнæ an. 1216. *Decem sometas vini meri de suo clauso.* In alia Umberti II. Comit. Sabaudiæ. *Clausi vineæ indominicati.* Vide Suger. lib. de Administrat. sua cap. 20. Histor. Vastinensem pag. 296. &c.

Claudicium, eadem notione *in Tabulario Majoris Monasterii.*

CLAUSURÆ, Claustra montium, angusti aditus, aliis *Clusæ*, Græcis recentioribus κλεισοῦραι. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. ἐμβολὴ, εἴσοδος στενὴ. *Clavaguera*, in Chron. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 4. Senator lib. 2. Epist. 5. *Præcepimus 60. militibus in Augustanis clausuris jugiter constitutis annonas —— præstare, —— decet enim cogitare de militis transactione, qui pro generali quiete finalibus locis noscitur insudare, & quasi à quadam porta provinciæ gentiles introitus probatur excludere.* Anonymus Barensis in Chron. ann. 1097. *Et per montibus vel clausuris Vulgariæ, similiter Ungariæ multi sunt occisi & necati fame.* Conradus Usperg. *Ad quædam itinera angusta, quæ Lombardi vocitare solent Clausuras Volerni.* Tageno Pataviensis: *Inde transivimus ad primam clausuram, &c.* Passio S. Andeoli MS. *Cumque ad clausuras ipsius Monasterii pervenissent, &c.* Utuntur passim Scriptores, Lex 2. §. 4. Cod. de Offic. Præf. Prætor. l. 4. Cod. de Offic. Magistri Offic. Egica Rex in Concilio Tolet. XVII. Willelmus Malmesb. lib. 2. de Gestis Anglic. cap. 11. Rogerius Hoveden. an. 1031. Florent. Wigorn. & Simeon. Dunelm. eod. ann. Julianus Episc. in Hist. Wambæ Regis non semel: Lucas Tudensis æra 902. &c. Vide Notas ad Alexiadem pag. 300.

Clausura, Septum in quo animalia custodiuntur, vel quo vineæ, prata, vel arva muniuntur. Brito in vocab. *Septum, ambitus, clausura*. Bulla Celestini PP. an. 1196. pro Monast. S. Joan. Ambian. in Tabul. ejusdem Monast. *Clausuram piscium, quæ vulgò dicitur exclusa*. In Legib. Aleman. tit. 84. *Clausuram in aqua facere*. Vide Legem Salicam tit. 8. §. 8. Legem Ripuar. tit. 82. Legem Burgund. tit. 23. §. 3. tit. 49. §. 2. Legem Bajvvar. tit. 13. §. 3. Legem Longobard. lib. 1. tit. 29. §. 2. tit. 25. §. 45. lib. 2. tit. 36. §. 3. lib. 3. tit. 4. §. 1.

Clausura, ager clausus sepibus, clausum. Vide Ughellum tom. 1. pag. 137.

Clausuria, apud Ughellum tom. 8. pag. 607.

CLAWA, Modus agri, apud Anglos. Charta Edvvardi III. Regis Angl. in Monastico Angl. tom. 2. pag. 250. *Unam clavvam terræ, cum omnibus suis pertinentiis.*

CLAVUS. Vide *Statua*.

CLAXENDIX, Classicum. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 25.

Claxendix tonuit, comites Rex promptulus auxit.

Liber 2. de Miraculis S. Bertini c. 3. *de Turrili*, seu campanario Ecclesiæ; *Cujus longitudo consistentis in terra aquabat altitudinem culminis Ecclesiæ, cui superponendum erat. Nec mirum, tristegum enim (ut vulgariter loquamur) trium tripodum ordinibus factum fuerat excepta summa claxendice.* Id est, supremo ordine campanularum, qui in eminentiori parte campanarii collocari solet, ut in inferiori, majorum campanarum ordo. Prisciano lib. 5. *Claxendix* est *concha, qua signum tegitur*. Ubi Glossæ MS. S. Germani Paris. κλαοσένδιξ, *quasi* καλαοσένδιξ, *à* καλέω *voco, vel custodia tubæ, id est, conca, qua tegitur tuba.*

CLEDARE. Vide *Cleia*.

CLEIA, *Claia*, *Cleta*, *Clitella*, *clida*. Hæc omnia idem sonant: Crates, tabula viminibus aut virgultis contexta, Gall. *Claye*. Vetus Gloss. Lat. Gall. *Crates, Creil, ou Cloie*. à Græc. κλείειν deducunt viri docti.

Cleia. Sugerius in Ludov. VI. cap. 16. *Cadavera tam illius quàm sociorum compositus cleiis, rastris, & funibus superligata per fluvium demittunt.* Will. Thorn. cap. 27. *Dedit prædicto Abbati —— quingentas cleias de virgis —— ibidem quærendas.* Nicolaus Trivettus an. 1190. *Se illuc in serica culcitra deportari fecit, sedensque super cleia, sua, cujus peritus erat, utebatur balista, &c.* Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

Sour quatre ruées fist engiens,
Et de cloies & de merriens,
A pons tournois & castiaux, &c.

Cloja, in Tabular. S. Quintini in insula. Locum vide in *Tesura*.

Cleta. Gloss. Ælfrici: *Cleia, cratis*, Hẏꝑdel. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 92. *Si murdrum inveniatur alicubi, —— custodiatur septem diebus super cletam unam elevatus*; scilicet homo murdritus.

Cletella dimin. à *Cleta*. Gregorius Turonens. lib. 7. Hist. cap. 37. *Plaustra enim cum arietibus, cletellis, & axibus erant texta.*

Clida, eadem notione in Lege Bajvvar. cap. 77. *Coram testibus in quadrivio in clida eum levare debet, &c.* *In clida mittere*, in carcerem compingere, vel certè intra quatuor parietes, quod dicimus, includere. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 22. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Si quis alterius ingenuam de crimine, seu stria aut herbaria si sit, & eam priserit, & ipsam in cleida miserit, &c. —— Si in clida missa non fuerit, & prisa & tempta à te fuerit, &c.* Occurrit ibi pluries. Annales Francor. ann. 776. *Præparaverunt etiam clidas ad debellandum per virtutem ipsum castellum. Cledo* Occitani dicunt.

Cledare, Clidis claudere. Charta an. 1231. *Quæ scilicet dum prædicta paxeria fuerit cledata, & postea dum fuerit discledata, quòd possunt piscari ubicumque voluerint.* Regest. Tolosan. an. 1243. fol. 89. *Excepto devesio de paxeria Do. Comitis, quæ paxeria est ante Blanhacum, scilicet, dum prædicta paxeria fuerit cledata, & postea dum fuerit discledata, quòd debent & possunt piscare ubicunque voluerint.*

Clades. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind fol. 190. *Item pro 18. cladibus faciendis ad ovile 6. den. &c.*

Claga, in Fleta, idem quod *Cleia*.

CLENODIUM. *Clenodia*, Κειμήλιον, res quævis pretiosa, Gallis, *Un bijou*. Historia Australis an. 1276. *Eique tradiderat, videlicet duas coronas aureas —— & alia quamplura clenodia aurea, quæ —— usque nunc in Ungaria fuerant conservata.* Et an. 1293. *Excellentissimus xeniis & clenodiis à Rege excellenter honoratus.* Epitaphium Petri Episc. Moguntini in Metropol. Ecclesia apud Serrarium & Brouverum lib. 17. Annal. Trevir. n. 60.

Redditibus, donis, & clenodiis sibi pronis
Ecclesiam ditat, res auget, crimina vitat.

Occurrit præterea in Epist. S. Ludgeri cap. 9. apud Surium 1. Mart. in Diplom. Sigismundi Imp. an. 1413. apud Joan. Lucium lib. 5. De Regno Dalm. cap. 5. In Annalib. Colmariens. 1. part. an. 1277. apud Albertum Argentin. p. 119. Albert. Stadens. an. 1196. 1225. Gobelinum Personam in Cosmodromio p. 295. Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ p. 147. 154. 159. lib. 6. p. 197. in Metropoli Salisburgensis to. 1. p. 132. & alibi non semel. In Chronico Windeshemensi lib. 1 p. 237. lib. 2. c. 2. 70 in Charta Caroli IV. Imp. in Bohemia pia p. 58. in Statutis Facultatis Medicinæ in Academia Viennensi, in Austria tit. 2. §. 8. &c. De Facult. artium tit. 17 §. 6. &c.

Vox ut quidam putant, efficta ex Alamannico, aut Flandrico *Clenneten*, aut Germanico *Cleinnot*, quia *exiguæ necessitatis* & parvi usus sunt. Sed cùm Κλεινώδιον, hac notione habeatur apud Græcos Scriptores inferioris ævi, probabilius est à Græcis arcessendum etymon. Nam hæc vox occurrit apud Nicetam de Orthod. fide lib. 5. c. 27. & in aurea Bulla Alexii Comneni, in qua Ludovicus de *La Cerda* malè legit *Dinodia*, pro *Clinodia*.

CLEOPARE, *Contingere*, Ugutio.

CLEOTHEDRUM. Vide *Cliothedrum*.

CLEP & *Call*, Solennia verba usitata in actionibus civilibus apud Scotos. Vide Quoniam attachiamenta cap. 49. §. 3. & Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 21. §. 7.

CLEPO *Clericorum, id est, faldestorium*. Ita Papias Edit. At MS. Collegii Navarrensis, *Clepo Deorum faldestorium.*

CLEPSYDRA, seu *Aquatile*, uti vocatur à Senatore in divinis institut. Horarium ex aqua, cujus inventionem Scipioni Nasicæ tribuit Censorinus. Idem Senator: *Horologium aliud ubi solis meatus sine sole cognoscitur, & aquis guttantibus horarum spatia terminantur.* Vide Nicephorum Blemmydem in Epitome Physicæ cap. 31.

Clepsidra, *Clepsedra*. Ugutio & Joan. de Janua: *Clepsedra Ducillus (al. docillus) qui obdit foramen dolii, quia per illum quis furatur liquorem, &c. Item Clepsidra dicitur quoddam instrumentum quod immittitur in dolium superius per foramen causa furandi vinum.* Gloss. Lat. Gall. *Clipsedra Broche de tonnel.* Olla patella:

Dolia, quartalium, fundum, clepsedra, lagena.

Hugo Parisiensis de Institut. Novitiorum: *Hi profectò non solùm arguendi, sed etiam deridendi sunt, qui quasi caupones ad omnem clepsedram eliciendi gustus gratia palatum extendunt.* Saxo Grammaticus lib. 2. *Egesta dolio clepsidra, fuso flammam humore sopivit, mediasque incendii pœnas tempestivo liquoris beneficio repressit.* Continuator Florentii Wigorn. ann 1138. *Reperit unam de cupis, quam hesternâ die plenam reliquerat, usque ad foramen obicis, qui usitato nomine Clepsydra dicitur, evacuatam.* Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Im-

Imperialibus decisione 3. cap. 88. *Sed & dolia vino plena in ipso cellario nostro vidimus, nonnunquam extracta clepsedra, vinum nullum effundere.* Tabularium S. Bertini: *Omnes ponentes vinum in domibus vel in cellariis in Arques, sive pro vendendo in grosso, sive ad clepsedram, debent, &c.* Charta Waldemari Regis Danor. an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum. Danicar. *Vinum quod personaliter apportarint, possunt in suis Viceon ad clepsydras vendere & alienare.* Thomas Cantiprat. lib. 2. cap. 1. §. 6. *Quem ut transeuntem vidit mulier quæ in cellario stabat, & vinum trahebat è dolio cum clepsedra in manu oblita, in plateam occurrit.* Vide *Ducillus.* Sic porro ita appellata *Clepsedra*, quòd ex ea vinum de dolio, ut aqua de clepsydra horaria, defluat.

Clepsedraria. Ugutio *Tabernarius, Tabernio, Crustarius, ganeo: unde hæc caupona, tam pro muliere, quàm taberna, quæ aliter dicitur Tabernaria, Cæsaria, Crustaria, Propino, Meraria, Ganearia, Clepsedraria, Pandochium.*

CLEPTES, *Cleptor, Fur, latro:* Κλέπτης Nonius Marcellus: *Clepere est furari, tractum ἀπὸ τοῦ κλέπτω, verbo Græco, &c.* Papias: *Clepere, clam rapere, furari; Cleptes fur, Græcè.* Gloss. Græco-Lat. *Clepit, κλέπτει.* Baldricus Novion. lib. 2. cap. 4. *Quin raperent, cleperent, detraherent, &c.* Petrus Damiani in Vita S. Odilonis Abbatis Cluniacens. cap. 8. *In illis partibus deprehendi cleptes sacrilegus timuit.* Idem lib. 5. Epist. 13. *Cleptica fraus.* Herigerus Lobiensis de Vita S. Ursmari Abbat.

Morosum cleptem converterat ille ferocem.

Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guiffredum Archiepisc. Narbonensem ann. 1076. *Et unum ex eis, qui erat consanguineus meus, pependit in ligno, & occisit morte crudeli quasi cleptem.*

Cleps. H. Rabanus Maurus Poëm. 29. de diabolo.

Et fontem sibi subdidit,
Quem cleps ipse non condidit.

Cleptor, eadem notione. Simeon Dunelm. de Gestis Angl. & ex eo Hovedenus an. 946. *Dum suum dapiferum leonem è manibus pessimi cleptoris, ne occideretur vellet eripere.* Vide Florentium Wigorn. pag. 604.

Cleptim, Furtim. Utitur Thiofridus Abbas Epternacensis in Floribus epitaph. Sanctor. lib. 2. cap. 2.

CLERICA, *Corona Clericorum*, Breviloq.

CLERICI, inquit Isidorus lib. 2. de Eccl. Offic. c. 1. dicuntur *Omnes qui in Ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt.* Ita enim Honorius Augustodunensis lib. 1. c. 174. Ugutio: *Clerici generaliter dicuntur, qui in Ecclesia Dei deserviunt, duntaxat ordinem habeant, &c.* Lex 2. Cod. Th. de Episc. *Qui divino cultu ministeria religionis impendunt*, id est, *hi qui Clerici appellantur.* S. Hieronymus Epist. ad Nepotianum: *Igitur Clericus, qui Christi servit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse, quod dicitur. Si enim κλῆρος græcè, sors latinè appellatur propterea vocantur* Clerici, *vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est pars Clericorum est.* *Clerici Ecclesiastici ordinis*, in Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 37. lib. 1. Capit. c. 38. Sic autem appellatos, ait idem Isidorus, *eo quòd in sortem hereditatis Domini dentur, vel pro eo quòd ipse Dominus sors illorum est, sicut de eis Scriptum est, loquente Domino, Ego hæreditas eorum*, quæ hausit à S. Hieronymo in Epist. ad Nepotianum. Adde Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 2.

Laicos olim ad Clerum invitos interdum assumptos, & in Presbyteros consecratos, testatur S. Augustin. lib. 2. de Adulterin. conjugiis c. 20. & Serm. de Diversis 49. Ut & Epiphanius Cypri Episcopus, Epistola 60. inter Epist. S. Hieronym. cap. 1.

De Clericorum vestium colore, hæc annotat Baronius an. 393. n. 48. Cùm *vestes puellas & candidas* iis internodicat S. Hieronymus de Vita Clericor. ac pullæ Monachis propriæ fuerint, ut constat ex eodem Hieronymo in Epitaphio S. Marcellæ, & ex Epist. 22. existimat Clericalium vestium colorem fuisse castaneum vel violaceum, cujus usum perantiquum esse in Ecclesia palam est; irrepsisse autem colorem nigrum in Clerum videri, cùm & monachismus in nonnullis Ecclesiis à Clericis receptus est, & ex Monachis Episcopi creati sunt: reliquos autem Clericos alio usos esse colore, ut distinguerentur etiam à Laicis, qui incedebant atrati.

Clericus, qui in gradu est, in Lege Aleman. tit. 16. in Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 309. *Clericus, cujus superior gradus est*, apud Halitgarium Cameracensem in Pœnitent. c. 2. Anastasius in S. Hygino PP. *Hic clerum composuit, & distribuit gradus.* Nam varii erant Clericorum gradus: quippe Presbyteros, Subdiaconos, Lectores, & Cantores, πάντας κληρικοὺς καλοῦμεν, inquit Justinianus in Nov. 123. cap. 19. In Concilio Carthaginensi III. c. 21. *Clericorum nomen etiam Lectores, & Psalmistæ, & Ostiarii retinent.* Sed & Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, *Primi Clerici*, dicuntur in lib. 13. Cod. Th. de Judæis & Cælicol. ut cæteri, *inferioris loci*, in l. 41. eodem Cod. de Episcop. Vide Capitulare Adelchisi Principis Beneventani ani 851. c. 6.

Clerici, Canonici, maximè *regulares*, qui Ecclesias Cathedrales deserviunt, apud Ledradum Archiepiscopum Lugdun. in Epist. ad Carolum M. & in Capitulis Caroli C. tit. 5. §. 53. *Clerici Canonici*, in iisdem Capitulis Caroli C. tit. 31. c. 30. *Canonici, id est, regulares Clerici*, in Excerptis Egberti Archiepisc. Eboracens. in Præfat. Capitulare Aquisgran. an. 789. c. 71. *Similiter qui ad Clericatum accedunt, quod nos nominamus Canonicam vitam, volumus ut illi canonicè secundum suam regulam omnimodis vivant, & Episcopus eorum regat vitam, sicut Abba Monachorum.*

Clerici Cathedrales, Canonici, apud Joannem de Collemedio in Vita S. Joan. Episc. Morin. n. 12.

Clerici de Scammello, qui in scammellis, seu in sedibus inferioribus in Ecclesia, sedent, ut

Clerici de Stalone, qui in stallis, &

Clerici de Choro, qui in Choro deserviunt, in Charta Minorensis Episc. an. 1270. apud Ughellum tom. 7. p. 419.

Clerici Matutinales. Charta an. 1267. in M. Pastorali Eccl. Parisiens. lib. 2. c. 61. *Sexaginta solidos Parisiensium ad opus distributionum inter confratres, & Clericos matutinales dictæ Ecclesiæ.*

Clericorum nomine intelliguntur etiam interdum Monachi. Fortè quod dum sacra officia in Ecclesia concinunt, Clericorum munus impleant. Sozomenus lib. 8. cap. 18. ait, Rufinum Ecclesiam SS. Apostolis Petro & Paulo sacram excitasse; deinde addit: πλησίον δὲ μοναχοὺς συνῴκισεν, οἳ τῆς ἐκκλησίας κλῆρον ἐπλήρουν. S. Germanus Parisiensis Episcopus in Charta exemptionis Monasterii S. Vincentii, quod ejusdem S. Germani donatur nomenclaturâ, apud Brolium lib. 2. Hist. Parisiens. *Insuperque sancimus ut nullus Metropolitanus aut aliquis suffraganeus ejus causâ alicujus ordinationis illuc ingredi præsumat, nisi solummodo ab Abbate ejusdem loci vocatus venerit ad sanctitatis mysterium celebrandum, —— aut ad benedictiones Clericorum vel Monachorum instituendas, &c.* Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 36. *Clerici qui Monachorum nomine non pleniter conversare* (ita leg. pro *conservare*) *videntur, & ubi regulam S. Benedicti tenent, &c.* Abbo Monach. Serm. 5. *Videmus Monasteria à Clericis derelicta.* Gregorius Turon. lib. 2. de Glor. Mart. cap. 28. Aredii Monachum *Clericum Aredii Lemovicini Abbatis* vocat. Ita lib. de Glor. Confess. cap. 82. ubi de Eutychio Recluso, lib. de Vitis Patr. cap. 6. & lib. 1. de Glor. Mart. cap. 76. Rudolphus in Vita S. Liobæ c. 1. Stephanus

II. PP.

II. PP. in Diplomate pro Monasterio sancti Dionysii edito à Mabillonio tom. 4. p. 337. Jonas in Vita S. Columbani, Aigradus in Actis S. Ansberti Episc. Rotomag. Eigil in Vita S. Sturmii cap. 16. Acta S. Mareulfi Abb. Nantensis, Vita S. Sigolenæ, Miracula S. Leufredi cap. 1. Chron. Fontanell. cap. 13. Hist. Translat. SS. Chrysanti & Dariæ c. 27. Canones Hibern. lib. 38. cap. 10. Vita S. Medardi ex Cod. Resbac. c. 17. Dudo lib. 3. de Actis Norman. pag. 153. Adso de Mirac. S. Waldeberti n. 13. &c. Vide Cassianum lib. 11. Collat. cap. 14. & ibi Gazæum, & Valesium lib. 17. Rerum Francicar. pag. 556. & lib. de Basilicis cap. 6. Quibus addo in Pontificali Ecclesiæ Senonensis MS. haberi *Orationem ad Clericum faciendum* quæ solos Monachos spectat, ut ex his patet: *Oremus pro hoc famulo suo ill. qui ad deponendam comam capitis sui pro ejus amore festinat, ut donet ei Spiritum sanctum, qui habitum religionis in eo perpetuum conservet, &c.* Infra: *Cui in tuo sancto nomine habitum sacræ religionis imponimus.* Ordericus Vitalis lib. 8. ita Monachos Molismenses loquentes inducit: *Nos autem & ordine & officio Clerici sumus, & Clericale servitium summo Pontifici, qui penetravit cælos, offerimus, ut sortem supernæ hæreditatis ipso adjuvante obtineamus.*

Sed & Canonicos Regulares *Clericos* non semel indigitat Stephanus Tornacensis, Epist. 96. 104. 115. 152.

Clerici conjugati. Capitula Caroli M. lib. 7. c. 373. *Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant, (Clerici) aut certè unius matrimonii vinculo fœderentur.* Inconsulto Episcopo vetantur Clerici uxores ducere, in Concilio Toletano IV. c. 43. Immunes erant ab omni tallia, non verò eorum uxores, ut colligitur ex pacto inito inter Communiam Meldensem, & Clericos conjugatos ejusdem Communiæ an. 1320. in Regesto Cameræ Computor. sign. E. Sed quæ fuerint *Clericorum conjugatorum privilegia*, pluribus docet Lindvvodus ad Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 1. tit. 12.

Clerici nudè, in Capitulari 1. an. 802. cap. 23. qui *Clerici parochiarum* dicuntur in Concilio Emeritensi c. 18. & sæpius *Clerici Scholares*, qui in singulis Ecclesiis Curionibus in sacris officiis deserviunt, & Scholas tenent. Leo IV. PP. de Cura Pastorali: *Omnis Presbyter habeat Clericum Scholarem, qui Epistolam vel lectionem legat, & ad missam respondeat, cum quo & Psalmos cantet.* Ordo Romanus habet hoc loco: *Clericum aut Scholarem.* Hincmarus Remensis in Capitulis de Rebus Magistri, &c. c. 11. *Si habeat Clericum, qui possit tenere scholam, aut legere Epistolam, aut canere valeat.* Capitula Walterii Episcopi Aurelian. c. 6. *Ut unusquisque Presbyter suum habeat Clericum, quem religiose educare procuret: & si possibilitas illi est, scholam in Ecclesia sua habere non negligat, &c.* Vide Synodum Coloniensem an. 1280. c. 1. Statuta Alexandri Episcopi Coventriensis an. 1237. cap. *de Aquabenedicta, &c.* *Clerici seculares*, in Capitul. Aquisgran. an. 817. c. 42. ad discrimen *Clericorum Monachorum*, de quibus mox supra.

Clerici dicti etiam qui literis imbuti erant, viri literati ac docti, quòd Clericos potissimum literatura ac eruditio spectaret. Quippe ad Clericatum non promovebantur nisi γραμμάτων ἐπιςήμονες, ut est in Nov. 6. Justiniani cap. 4. & Nov. 123. cap. 12. *Qui enim litteras nescit, Clericus esse non potest*, apud Julianum Antecess. Et ut ait Speculum Saxonicum lib. 1. artic. 5. §. 4. *Impossibile est aliquem Clericum nominare, nisi sit doctus, ordinatus, & tonsuratus.* Ordericus Vitalis lib. 3. *Clericus cognominatus est, quia peritia literarum, aliarumque artium apprime imbutus est.* Jo. de Garlandia in Æquivocis:

Fur aurum, virgo flores, mare nautaque, libros
Clericus æquivocè singula quisque legit.

Chronicon Andrense: *Aliquibus Romanis annitentibus, Hispanum quemdam Burdinum nomine, satis Clericum, ei fecit subordinari.* Id est satis literatum ac doctum. Historia Episcoporum Eystetensium: *Iste Joannes Episcopus —— magnus Clericus in jure Canonico fuit.* Willelmus Gemetic. lib. 7. cap. 10. *Cognomento Clericus, quia copiosè literatus erat.* Joan. Villaneus l. 4. cap. 3. *Gran cherico in iscrittura.* Martialis Parisiensis in Arestis amorum:

Apres avoit les Deesses,
Toutes legistes & Clergesses,
Qui sçavoient le decret par cœur.

Hinc *Clergie*, nostris pro ipsa scientia ac literatura. Robertus Bourronus in Merlino: *Li Clerc sevent mout par force de Clergie, que autre gent ne sauroient mie.* Vide Steph. Paschasium lib. 8. Disquisit. Francic. cap. 13. & Seldenum in Dissert. ad Fletam cap. 9. Hinc etiam *Clerkois*, pro lingua Latina: Vetus liber MS. cui titulus *le Miroir: Li quars pechié de pereche, con apelle en clerkois Accide.*

Clerici, qui vulgò *Scholares*, apud auctorem de Disciplina Scholarium, quem, quem perperam Boëtium nominant, c. 4. quomodo olim appellati Scholastici in Academia Parisiensi, unde etiamnum mansit nomen Parisiis, *Prati Clericorum*, quod prædium fuit, seu ager eidem Academiæ proprius. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Ille qui frequentat magis scholas, & diligentiùs Magistrum audit, debet melior Clericus reputari. i.* Scholasticus, literis ac eruditione præ cæteris instructus. Alibi: *Sicut ergo demens esset Clericus, cui certissimè diceretur vel mandaretur à Cancellario, In isto libro eris solùm examinatus, quando petes licentiam legendi Parisius, &c.*

Clerici præterea dicuntur, Scribæ, Actuarii, & Amanuenses judicum, vel officialium Regiorum, aut qui sumptus quotidianos ad officia ac munera spectantes, in acta referunt, aliaque obeunt munia, quæ sine qualicunque doctrina præstari nequeunt, cujusmodi erant *Chartularii*, in singulis judicium, vel officiorum scriniis: sic appellati, inquit Seldenus in Dissert. ad Fletam, *ob Doctrinam, seu scientiam, seu artem illam qualemcunque, quam Clergie vocabant Galli nostrates.* Lambertus in Vita S. Heriberti Archiepiscopi Coloniensis n. 22. de quodam fure: *Adducitur, sistitur, de arte disquiritur, disquisitus scriptorem se fatetur.* Et mox: *Non*, inquit, *ultio finit te vivere, qui fœdissima te subegeris infamia, & Clericale decus ad dedecus violentus intorseris.* Acta S. Erconvvaldi Episcopi num. 20. *Quidam venerabilis Clericus, cujusdam magni nominis notarius, &c.* Ubi nihil mutandum, quidquid censeant viri docti. Joann. de Condato MS.

A Nonneguin le fil Martin
Le singe, qui bien sot latin,
Et qui estoit clers couronnez,
D'escrire à Court & de conter,
Que li frait pooient monter.

Clerici Regis, qui & *Notarii*, & postmodum *Secretarii*, appellati, Regiis Diplomatibus *in dorso* nomina sua adscribebant. Matthæus Paris an. 1250. *Clerici quoque nomine, Regis Consiliarii, &c.* Epitaphium Guillelmi Matisconensis Episc. Ambian. apud Adrian. Morlerium.

Clericus Angelici fuit hic Regis Ludovici.

Horum passim mentio occurrit, qui iidem sunt, quos hodie *Clercs Notaires & Secretaires du Roy* appellamus.

Clerici, judicum Secretarii, apud Fletam lib. 1. cap. 18. §. 6. 9.

Clerici ceremoniarum, in Ceremoniali Rom. lib. 3. pag. 296.

Clerici Cameræ Apostolicæ, ibid. p. 320.

Clericus Coquinæ, cujus officium describitur in Fleta lib. 2. c. 18. Hujus etiam mentio fit in legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 6. §. 3. & in Testamento Caroli Pulcri Regis Franc. an. 1324.

Clericus Marescalciæ equorum, cujus officium describitur in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 4. & c. 20.

Clericus Nundinarum, in Fleta lib. 2. c. 64. §. 24.

Clericus Panetariæ, & *Buticulariæ*, cujus officium describitur in Fleta lib. 2. c. 19.

Clerici seculares, in Ecclesia Leichefeldensi, vocati vulgariter *Clercs viscars*, id est, *Clerici vicarii*, in statutis ejusdem Ecclesiæ in Monastico anglic. tom. 3. p. 244. Ubi ii videntur quos vulgò *Chantres*, seu Cantores dicimus.

Clericus Pipæ, in Scaccario, seu fisco Regio, apud Anglos, qui nomen accepisse videtur à magno rotulo, cui debitas Regi pecunias, cæteraque ad coronam pertinentia vectigalia inscribit, quem Angli à fistulæ similitudine à *pipe* vocant, ut habet Spelmannus. *Clericus pipæ*, olim ingrossator magnæ rotulæ. *Contrarotulator pipæ*, olim *duplex ingrossator*; & *Cancellarius scaccarii*, est *Contrarotularius pipæ*.

Clericus placitorum aulæ, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 31. *Clerc des arrests*, qui hac tempestate, *le Greffier du Parlement* nuncupatur, in Edicto pro Parlamento postridie Epiph. an. 1277.

Clerici de scacario, in to. 2. Monastici Anglic. p. 371.

Clerici Templi, seu Thesauri Regii, qui in Templo Parisiensi asservabatur, *Clercs du Temple*, in Computo Thesauri an. 1322. Vide *Templum*.

Clerici scantionariæ, *Clercs de l'Eschançonnerie*, in Testamento Caroli Pulcri an. 1324.

Clerici forrariæ, *Clercs de la Fourriere du Roy*, in Testamento Ludovici Hutini Regis an. 1316. & Caroli Pulcri an. 1324.

Clerici liberationis domus Regis, in Legib. Malcolmi II. Regis Scotiæ §. 2. Galli dicerent, *Clercs des livrées de la maison du Roy*.

Clericus mapparum, *Clerc des nappes*, in Testam. Caroli Pulcri an. 1324.

Clerici arcubalistariorum, *Clercs des Arbalestriers*, quorum numerum ad unicum redegit Carolus V. tum Galliæ Regens Edicto 27. Febr. an. 1359.

Clerici eleemosynæ, *Clercs de l'Aumône*, in Statuto pro hospitio Ludovici Hutini an. 1317.

Clerici Cameræ Computorum, *Clercs de la Chambre des Comptes*, qui nuncupantur *Petits Clercs* in Edicto Caroli V. Regentis an. 1359. *Clercs d'embas*, in Edicto Caroli VI. Reg. 7. Jan. an. 1407. in Regesto *Pater*. Atque hi Clerici Cameræ Computorum, juxta Edictum publicatum Vivarii in Bria an. 1319. & in Camera Comput. Paris. 17. April. an. 1320. à Dom. *de Sully*, emendabant computa tam vetera quàm nova, eorum non modò examini aderant, sed & de iis referebant ad Magistros, in quorum cæteroquin ædibus habitare iis haud licebat.

Clerici Capellæ Regiæ, *Clercs de la chapelle du Roy*, in Testamento Ludov. Hutini Regis 1316. & alibi.

Clerici scutiferiæ, *Clercs de l'Escurie*, in Testamento Caroli Pulcri an. 1324.

Clerici Consilii, *Clercs du Conseil*, in Statuto pro hospitio Regis & Reginæ an. 1285.

Clerici Cokete Regis, Vide *Coketa*.

Clericare, Clericum ordinare, facere. Anastasius in S. Hadriano PP. *Dom. Paulus Papa eum clericari jussit.* Donatio Constantini M. *Quem proprio consilio clericare voluerit, & in numero religiosorum clericorum connumerare, &c.* Lex Longob. lib. 1. tit. 33. §. 2. *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui clericaverit.* Guill. de Podio Laurentii in Præfat. ad Chronicon. *Et Episcopi quales pro tempore poterant, clericabant.* Testamentum Roberti Comitis Arvern. ann. 1276. apud Justellum: *Guodafredum filium meum clericari volo.* Vide Joannem VIII. PP. Epist. 295. Vita S. Gaugerici Episcopi Camerac. MS. lib. 1. cap. 4. &c.

Clericio, Tonsurâ donatus, Clericulus, Gallis, *Clericon*. Agobardus lib. de Privileg. & Jure Sacerd. num. 11. *Habeo unum Clericionem, quem mihi nutrivi de servis meis propriis, —— volo ut ordines eum mihi Presbyterum.* Proinde *Clericio* iste erat ex eorum Clericorum ordine, quos *Nutritos* appellat Hincmarus in Capitulis an. 874. *Clerjons, dans le Roman de Vacces MS.*

Et tant estoient explottiés,
Que ne sai laquelle lechons
Ert alez lire un des Clerjons. Alibi:
Chantent li maistre Clerc, & chantent li Clerjon.

Atque id nominis etiamnum tribuitur quibusdam Præbendariis in Ecclesia Viennensi, ut auctor est Joannes *le Lievre* in Antiq. Viennensibus cap. 54. Vide *Corona*.

Clerificari, de eo qui Clericus fit. Occurrit in Vita S. Judoci à Mabillonio edita cap. 2.

Clerimonia, Clericorum, Canonicorum, vel Monachorum Collegium. Gloss. Lat. Gall. *Clerus & Clerimonia, idem.* Catholicon Armoricum: *Cloareguiez, Gall. Clergie, Clericatus, item Clerimonia, item Clerus, Congregatio Clericorum.* Liber Aganonis in Tabulario S. Petri Carnot. de Aganone Episcopo Carnotensi: *Clerimoniæ quoque seriem instituens, quæ laudes Deo debitas redderet.* Ipse Agano in Charta fundat. ejusd. Monasterii: *Illudque à fundamento reædificare, & canonica institutione Clericorum cunctorum graduum inibi Deo servire, sanctam exercendo religionem, jussimus.* Charta Hugonis Episcopi Noviom. & Tornac. an. 1039. pro fundatione Monasterii Phanopinensis, apud Haræum in Histor. Castellanor. Insul. lib. 2. p. 163. & Buzelinum lib. 2. Galloflandr. c. 26. *Quatenus ibi ædificaret Abbatiam in honore B. Martyris Christophori, & ibi statueret pauperum Clerimoniam, eamque sub obtentu charitatis dotaret appendiciis terrarum atque familiarum, unde haberent ipsius Abbatiæ Clerici alimoniam.* Ubi *Clerimoniam* Haræus & Buzelinus *Clericorum alimoniam* perperam interpretantur.

CLERONYMUS, Hæres, ex Gr. κληρονόμος, Charta Eadgari Regis Angliæ in Monastico Anglic. to. 3. pag. 129. *Quandam telluris particulam, 30. videlicet casatos —— perpetua largitus sum hæreditate, ut ipse vita comite cum omnibus utensibus*, (utensilibus) *pratis videlicet, pascuis, voti compos habeat, & post vitæ suæ terminum quibuscunque Cleronymis impunè derelinquat.*

CLEROPROXIMI, dici videntur S. Cypriano Ep. 24. qui ad clericalem ordinem, tanquam idonei, deligebantur ab Episcopo ex totius Cleri consensu, ita ut cùm necessitas emergeret, Diaconum aut subdiaconum in Ecclesiis ordinari, ex eorum cœtu aliquem idem Episcopus ad id muneris promoveret: *Fecisse me autem sciatis Lectorem Saturum, & Hypodiaconum Optatum Confessorem, quos jam pridem communi consilio Cleroproximos feceramus.*

CLERUS, Ordo Clericorum. Anastasius in S. Hormisda PP. *Hic composuit Clerum, & psalmis erudivit.*

Clerus, pro *Clericus*. Anastasius in S. Victore PP. *Hic fecit sequentes* (f. frequentes) *Cleros* i. Clericos. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis c. 16.

Ecclesiæ Christi vendebantur maledictis
Presbyteris, Cleris, quod erat confusio plebis.

Cap. 17.

Usus cum Clericis non ni tantum duodenis.

Vide Chartam Amati Archiep. Salernitani apud Ughellum tom. 7. p. 506. d. & Chrodogangum Episcop. Metensem in Regula Canonicor. c. 63.

Cleri, libri novi & veteris Testamenti. Papias.

CLESONISTA, appellatus reus. Constitutiones Caroli M. in Lege Ripuaria cap. 3. *Clesonista aut 600. sol. componat, aut cum 12. juret: aut si ille qui causam quærit, 12. hominum sacramentum recipere noluerit, aut cruce, aut scuto & fuste contra eum contendat.* Vocis etymon à Gr. κλήζω, *appello, nomino*. Spelmannus; à Germanico Amerbachius accersunt.

CLETA. Vide *Cleia*.

CLIBA, *Clibola.* Papias: *Clibola, inclinata. Cliba, aspera, difficilia.* Legendum *Clivosa, & cliva.*

CLIBANUS, Græcis κλίβανος, sive κρίβανος, est instrumentum ex ferro aut opere figlino, aut alia materia confectum, sub quo non solùm panis, sed aliud quidvis coqui potest. Campanam (*Cloche*) Galli vocant, quòd ad eam figuram proximè accedat. Differt autem à furno, tum quia mobile sit, tum quia minus, aliaque insuper materia constet. Ita Gorræus. At abusivè pro furno vox hæc postmodum sumpta. Hariulfus lib. 3. cap. 32. *Simulque reditum publici clibani cessèt.*

CLIBANUS, vel *Clibanum*, Thorax ferreus, quo pectus tegitur, Græcis recentioribus κλίβανον. Vide Rigalt. in Gloss. Anonymus de Re bellica post Notitiam Imperii de Thoraconacto: *Ut hoc induta primùm lorica vel clivanus, aut his similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non læderent.*

Clibanarii, Cataphracti equites, clibano seu thorace tecti. Gl. Lat. MS. Regium: *Clibanaris, quasi tunica ferri.* Papias: *Clibanaris, quasi tunica ferrea.* Infrà: *Clibanarius* habet. Gloss. Isid. *Clibanarii, quasi tunici-ferrei.* Glossæ Basilicῶν κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι, κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σίδηρα καλύμματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ καλαμῖνα. Nazarius in Panegyr. Const. *Operimento ferri equi atque homines pariter obsepti: Clibanariis in exercitu nomen est. Supernè omnibus tectis equorum pectoribus, demissa lorica & crurum tenus pendens, sine impedimento gressus, à noxa vulneris vendicabat.* Ammian. lib. 16. *Sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Persæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, &c.* Horum præterea meminit Lampridius in Alexandro, Vegetius lib. 3. cap. 6. Lex 9. C. Theod. de Annon. civic. Notitia Imperii, &c. Vide Salmasium ad eundem Lamprid. p. 234.

CLIDA. Vide *Cleia.*

CLIENS, Armiger, *Escuier.* Monachus Florentinus de Expugnat. Acconensi: *Sunt triginta Milites, & horum Clientes.* Willelmus Brito lib. 6. Philipp. p. 162.

Ter denosque equites, & septuaginta clientes.

Utitur non semel. Libertates MSS. Villæ Franchæ concessæ ab Archembaldo Dom. Borbon. an. 1217. *Si Miles vel Cliens petit corpus hominis, non potest eum probare esse suum per suum servientem, &c.*

Cliens armorum, Aulicus. Vide *Serviens armorum.*

Cliens, Vassallus, in veteri Charta apud Beslium in Comitib. Pictav. p. 574.

CLIENTELA, Domestica familia: *Multitudo servorum*, Joanni de Janua. Thomas Archid. Spalat. in Hist. Salonitana cap. 34. *Habuit autem Militem unum, & 1. Notarium, Clientelam bonam, 2. dextrarios,* Item *Clientelam*, pro concubina, focaria, usurpat S. Columbanus Epist. 5. *Post in Diaconatu adulterium, absconsum tamen, dico cum Clientelis adulterium.* Idem de Pœnitentiarum mensura c. 20. *Siquis autem Clericus aut Diaconus vel alicujus gradus —— post conversionem suam iterum suam cognoverit Clientelam & filium iterum de ea genuerit, sciat se adulterium perpetrasse &c.*

CLIENTIA, Refugium, protectio. Gloss. Gr. Lat. *Cliens*, πρόσφυξ. Gloss. Lat. Gr. προσφυγὴ, *Cliencia.* Vita S. Eucherii Episcopi Aurelian. n. 9. *Qui metu perterritus, ne silenter cum ipsis, clientiâ additâ ad Alpinam munitatem convolaret, clam tutiori loco —— cum tradidit custodiendum.*

CLIMA, ex Gr. κλίμα, *inclinatio cæli*, Vitruvio lib. 1. Septem autem climata, quæ sunt κατὰ θέσιν recensent antiqui Græciæ magistri. Ab Abulfeda Arabs climata ita distinguit ut aliud *Clima verum* unum è septem prædictis: alterum, *Clima cognitum*, quæcumque regio, aut regnum plurimas provincias & tractus continens dicatur. Ab Arabibus igitur videntur Græci Byzantini regionibus ac provinciis *Climatis* nomen indidisse. Paulus Diac. lib. 23. Hist. misc. *Ast Imperator rebelles cæsos & tonsos exilio damnavit, & apud Chersonam deportatos fore decrevit, & climata illa sub custodia & munitione conservanda.* Anastasius in Hist. Eccl. pag. 137. *Missus est in exilium apud climata eremi.* Ubi Theophan. Εἰς τὰ κλίματα ἐρήμου. Sed ii à Græcis vocem hausere. Glossæ Basilic. Οἱ βικάριοι τοῦ Πόντου, ἢ ἑτέρου τινὸς ὅλου κλίματος. Ita usurpant Palladius in Vita Chrysostomi p. 23. Constantinus de Adm. Imper. cap. 1. Cantacuzenus lib. 1. c. 4. initio, &c. Hinc κλιματάρχαι Climatum Præfecti, apud Simocattam lib. 3. c. 9. lib. 4. cap. 7. & Constantinum Manassem p. 139. & 168. edit. Meurs. Dudo lib. 3. de Morib. Norman-nor. *Fama ilico per Franciæ climata celeriter penetravit.* Ordericus Vital. lib. 3. p. 491. *Totam regionem in illo climate pacificavit.* Egidius Parisiensis MS. lib. 1. Karolini:

—— Navarro in climate genti
Pampilona situs & inexpugnabile castrum.

Climata etiam Græci nuperi vocabant urbium regiones. Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ c. 93. 94. ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ δευτέρου κλίματος. Ubi Editio Lat. *In Basilica regionis secundæ.* Ita κλίματα vocant regiones urbis CP. Socrates lib. 2. c. 30. & Novella Justiniani 43. c. 1. §. 1. & Alexandriæ, Epiphanius lib. de Ponderib. & mensuris p. 536.

Clima, Papiæ, *Mensura pedum* 60. Et mox: *Climata sunt in 60. mensuris agrorum, quæ undique habent pedes 60.* Scriptor Gromaticus: *Majores —— territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in climata, climata in actus, perticas, passus, gradus, &c.* Infrà: *Actus minimus est latitudine pedum 4. longitudine 140. climata quoque undique versus pedes habent 60.* Alter: *Clima dicitur pars agri quadrata, quæ habet ex omni parte pedes 60. id est, perticas decempedas undique sex.*

CLIMPIA, *Species colorum*, Papiæ.

CLINICI dicuntur, qui lecto ex ægritudine detinentur, à voce κλίνη, *Lectum*: unde Papias *Clinicum Paralyticum* interpretatur. Ugutio: *Clinicus, qui de lecto non descendit, & præcipuè paralyticus.* S. Hieronymus Epist. 27. cap. 2. *Quis clinicorum non ejus facultatibus sustentatus est?* Epist. 30. cap. 3. *Quem nudum, clinicum, non Fabiolæ vestimenta texerunt.* Historia Translat. S. Sebastiani num. 36. *Mulier quædam clinica, &c.* Vita MS. S. Magnobodi Episcopi Andegavensis c. 45. *Homo quidam clinicus advenerat, erectus repedavit.* Drogo in Miracul. S. Winnoci Abb. cap. 8. *Puer clinicus ex utero matris, contractusque membris, &c.* Vide Sugerium in Ludovico VI. cap. 2. & Salmasium ad Spartianum p. 57.

Clinicos præterea appellatos à quibusdam, qui in ægritudine baptizabantur: qui nempe aqua salutari non loti, sed perfusi erant, tradit S. Cyprianus Epist. 76. Cùm enim propter ægritudinem immergi in sacro lavacro, atque intingi (quod baptizari propriè est) ægri non possent, aqua salutari perfundebantur, sive aspergebantur. A quo more profluxit occidentalis Ecclesiæ mos, qui nunc in usu est, ob teneritudinem infantium recèns natorum, cùm jam rarissimus esset adultorum baptismus. Vide *Superfusus. Grabatarii* dicuntur in Concilio Autisiod. c. 18. Addit. II. Capit. cap. 8. & Concil. Parisiense VI. lib. 1. c. 8. *Hi qui in ægritudine baptismatis suscipiunt Sacramenta, —— quos vulgaris sermo Grabatarios vocat.* Vide Euseb. lib. 2. Histor. Ecclesiast. cap. 42. S. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ, & in Epitaph. Paulinæ, Fridegodum in S. Wilfrido c. 55. Rudolphum Presbyter. in Vita Rabani Mauri n. 37. Baron. an. 384. num. 13. & Justellum ad Canones Eccl. pag. 170. 1. edit. &c. Ejusmodi verò in extremis *Baptismus, ad succurrendum* dicitur in libro Sacramentorum Ecclesiæ Remensis, ut me monuit vir doctissimus Joan. Mabillonius.

Negat

Negat porrò Hieronymus Mercurialis lib. 3. Variar. lection. c. 22. *Clinicorum* vocabulum ipsis ægrotantibus esse tributum à veteribus Scriptoribus: Hippocratem quidem 1. de Morbis, decumbentes, κλινοπετεῖς vocasse, & Plutarchum ac Athenæum κλινοῦρας: at ubi κλινικοὺς dicant, non legisse. Probat ibidem *Clinicos* vocatos Medicos, à Chirurgis & Empiricis eo modo, atque etiam magis, antiquitus fuisse sejunctos, quo temporibus nostris Physici nuncupati ab iisdem Chirurgis & Cæretanis vocatis separantur. *Medicus* Clinicus, *Chirurgus ocularius*, in vet. Inscript. apud Gruter. 400. 7. Vide Scalig. ad Auson. lib. 2. c. 4.

CLINTINNA. Glossæ MSS. in Prudentii Apotheosin, ex Bibl. S. Germani Paris. *Scutulatam vestem appellat orbiculatam, quam rustici Clintinnam vocant.* Ubi Glossæ Isonis Magistri: *Scutulis, variatis: scutulatis vestibus, pro omni veste opere vario interserta ponitur.*

CLIOTHEDRUM, *Cleothedrum*, Sella plicatilis, seu *plectilis*, uti vocatur à Gregorio M. lib. 10. Epist. 23. quæ claudi potest. Vocabulum ex Græco κλείω, *Claudo*, & ἕδρα, *Sella*, malè compactum & concinnatum. Glossæ MSS. *Exedra, vel Cliothedrum, sedes Episcopalis.* Papias: *Cleothedrum, in quo plumæ sternuntur sessoris.* Panegyricus Berengarii Imp.

——— *Postquam conscenderat omnem*
Adjcensum, aureolo Præsul surgens Cliothedro,
Oscula figit ovans, dextramque receptat amicam.

Ad quem locum Glossa quæ in MS. adscribitur: *Cliothedrum, Græcè dicitur sella plectilis, quæ vulgò Valdestolum vocatur.* Fulco Carnot. lib. 3. Histor. Hierosol. cap. 61. *Confidente autem Boamundo super Cliothedrum suum Principe effecto, diploideque decentissima vestito, &c*, Historia Episcopor. Autisiod. cap. 45. *Cliothedrum optimum auro argentoque constructum.* Occurrit præterea in Notis Tyronis pag. 164. Ex his emendanda Historia Translationis S. Sebastiani n. 26. *Ut Cliothetro sedebat, violentia somni subitò deprimitur.* Legendum enim *Cliothedro*, ut apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 4.

Sedis Apostolicæ viso primùm Cliothedro.

CLITONES, non modò Regum primogenitos, quod vult Spelmannus, sed universim filios omnes, appellarunt Anglo-Saxones, tanquam Κλειτοὺς, id est, *inclytos, claros*, Lexic. Græc. MS. Reg. Κλειτὸς, ὁ ἔνδοξος, Joan. de Janua: *Clito, filius Regis, vel Imperatoris, qui multa resplendet nobilitate, à cluo, cluis, pro splendeo.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Clito*, Æðeling. In Charta Ethelredi Anglor. in Additam. ad Matth. Paris pag. 158. *Ethelstanus, Ecbryth, Eadmundus, Eadvvard, Eadvvig, & Eadgar*, cum *Clitonis* epitheto subscribunt, qui in aliis, quas laudat Watsius, *se Regis filios* appellant. Extant apud Seldenum in Notis ad Eadmerum Eadgari Regis Statuta pro Reformatione Monasteriorum, quæ in hunc modum subscribuntur: *Ego Eadgar, &c. Ego Eadmund Clito legitimus præfati Regis filius crucis signaculum infantili florens ætate propria indidi manu. Ego Eadvveard eodem Rege Clito procreatus præfatam patris munificentiam crucis signo consolidavi.* Radulfus de Diceto in Abbrev. Chron. ann. 1037. *Innocentes Clitones Aluredus, & Edvvardus Ethelredi Regis quondam filii:* qui *Clitunculi* dicuntur Simeoni Dunel. de Gestis Regum Angl. an. 1017 Rogerus Hovedenus an. 918. *Clito Ethelvvardus Regis Eadvvardi Germanus ——— defunctus est.* Vide eundem an. 957. & p. 436. 438. Simeon Dunelm. de Gestis Regum Angl. an. 860. & 866. *Elfredus Clito*, Ann. 866. *Elfredus, id est, Clito Adeling:* ubi emendat Somnerus, *Elfredus Clito, id est, Adeling.* An. 955. *Cujus fratruus Clito Edvvius, Regis scilicet Eadmundi ——— filius.* An. 957. *Suus germanus Clito Eadgarus ab eis Rex eligitur.* Ordericus Vital. lib. 5. pag. 566. *Tunc Aluredus & Edvardus Clitones in Anglia exulabant.* Lib. 7. pag. 655. *Canutus ——— Edmundum ac Edvinum Clitonem Edrici dolis peremerat.* Lib. 8. p. 672. de Henrico postmodum Rege Angliæ: *Henricus Clito Constantiniensis Comes in Angliam transfretavit.* Et infrà pag. 689. *Eodem tempore Constantiniensis Henricus Clito strenuè regebat.* Lib. 11. pag. 838. de Guillelmo Normanno postmodum Flandriæ Comite: *Robertus* (genuit) *Guillelmum Nothum, qui genuit Robertum patrem Guillelmi Clitonis.* De eo lib. 12. pag. 854. *Ibi Guillelmus Clito Rodberti Ducis Normannorum filius armatus est.* Infrà: *Guillelmus quoque Adelingus Guillelmo Clitoni consobrino suo palafridum quem in bello perdiderat remisit.* Eidem Guillelmo *Clitonis* epitheton tribuunt Chronica S. Stephani Cadomens. ann. 1110. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 21. *Inferias cæso dantes mœrendo Clitoni.* Vide Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 17. 203. &c. Seldenum, & suprà in *Adalingus.*

CLOACA, Latrina, in Chronico Montis-Sereni an. 1183. *Hi duo in cloaca, quæ erat in extrema parte domus* (quæ deciderat) *mersi sunt.*

Cloacarius, qui latrinarum Monasterii curam habet, vel ut est in Mamotrecto ad Legendam S. Hippolyti, *Qui purgat cloacas.* Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 37. *Sed minimum est hoc humilitatis indicium, quod aliquando etiam ad confutandam superbiam nostram silere non possum, se Cloacarium domus nostræ humillima seu extrema servitute dejectus exhibuit.* Aliàs

Cloacarius, Δεσμοφύλαξ, in Glossis MSS. Carceris custos, sed præsertim carceris istius partis, quam *Bassefosse*, nostri dicunt.

Cloacare. Μολύνειν, in Gloss. MSS. apud Vossium: commaculari quippe & conspurcari dicuntur qui in cloacas labuntur.

CLOBO. Anniversarii Ecclesiæ Alaman. *Resignavit decimam persolventem 7. maltra frumenti & 6. clobones lini.* *Globos* fortè. In Gloss. Græc. Lat. κλωβὸ, est *cavea*, Ζωγρεῖον ὀρνίθος, quomodo κλωβίον interpretatur Eustathius ad Dionys. pag. 135. qua voce utitur etiam Laonicus lib. 2. pag. 40. edit. Genev. præter Oppiani Scholiasten laudatum à Meursio.

CLOCA, *Clocca*, Campana: nostris *Cloche.* Papias: *Amplare, ris*, (leg. *applare*) *Cloca, signum, Campana.* Capitul. Caroli M. an. 789. cap. 17. *Ut cloccæ non baptizentur.* S. Bonifacius Moguntin. Epist. 9. *Et si vobis laboriosum non sit, ut cloccam unam transmittatis.* Ibidem Epist. 89. *Clocam, qualem ad manum habui, tuæ Paternitati mittere curavimus.* Alcuinus Poem. 203.

Semper in æternum faciat hæc clocula tantùm
Carmina, sed resonet nobis bona clocca cocorum.

Vita S. Anscharii Archiepiscopi Bremensis num. 54. *Insuper etiam, quod antea nefandum Paganis videbatur, ut cloca haberetur in Ecclesia, consensit.* Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 126. *Plenam & legalem vestituram per Cloccas & ostia senioris ipsius monasterii ——— solenniter fecerunt.* Hariulfus lib. 2. Chron. Centul. cap. 10. *Cloccaria auro parata 3. Cloccæ optimæ 15. cum earum circulis, skillæ 3.* Vita S. Remberti Archiepisc. Bremens. num. 8. *Signumque Ecclesiæ unum, quod nos cloccam vocamus.* Tabular. S. Remigii Rhemensis: *Cloccas 3. de metallo, 1. de ferro.* Anonymus Thuanus MS.

Dic cloquam turris, scalam, testamque limacis.

A Saxonico *Clugga* deducit Somnerus; alia à Germanico *Clocke*, Campana. Jacobus *Bourgoing* lib. de Orig. & usu vulgar. vocum p. 66. à Græco κέκληται, *vocare*: vel à *glocitu* gallinarum, &c. Anglo-Britannis, *Clocc*, est Horologium, *Cloch*, Campana, nola, *Clochdy*, Campanarium. Apud Somnerum in Gloss. Saxonico, Cloccan, est glocire, glocitare, singultire, bombum sive sonitum edere: sed has fortean voces à Germanico *Clock* hauserant

rant Anglo-Saxones, atque hi etiam à Latino, *Glocire*, vel potiùs ab ipso sonitu.

Cloquemannus, Presbyter, cui campanarum Ecclesiæ cura, easque pulsare incumbit: ita etiamnum appellatur, in Ecclesia Ambianensi. Tabularium Episcopat. Ambian. an. 1327. *Item super alia captione Thomæ Cloquenandi & sex pulsatorum dictarum campanarum, &c.* Ita dictus quasi *homo campanarum*. Id enim sonat vox *man*. Ubi observandum præterea dici præfectum cæteris pulsatoribus. Vide *Campana*.

Clogga, Idem quod *Cloca*, Campana. Antiq. Fuldenses lib. 1. Tradit. 46. *Duo tintinnaabula, una glogga, duo scrinia.* Lib. 2. Tradit. 39. *Glocka 4. & unum tintinnabulum, &c.* Rhabanus in Epist. ad Simeonem: *Mitto vobis unam gloggam, & unum tintinnabulum.* Ita etiam Eigil. in Vita S. Sturmii Abb. Fuld. cap. 24.

Glocca, in Vita S. Wnebaldi Abbatis Heidenhemensis cap. 25. *Illa glocca in Ecclesia sine manibus hominum —— se commovere cœpit.*

Klockum, in Vita S. Liobæ Abbatissæ c. 6. Vide *Crocea*.

Clocarium, Gall. *Clocher*, Campanarium. Glossæ MSS. *Toral, sedes vel clocarium, vel longa mappa. Vita Aldrici Episcopi Cenomanensis num 44. In præfata seniore & matre Ecclesia Civitatis duodecim signa ex metallo optimo fundere, & firmare studuit, quæ in jam dicta Ecclesia decenter in Clocariis collocavit.* Ademarus Caban. *Ibidem Clocarium incœptum est.* Gaufredus Vosiensis lib. 1. cap. 40. *Signa clocarii, claustra, officinæ, —— igne cremata sunt.* Adde cap. 66. Chron. Dolense ann. 1210. *Cecidit Clocarium Dolense.* Occurrit præterea non semel apud Henr. Knyghton. in Chron. & in veteri Charta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 668. 671. 673.

Clocherium, apud Nangium in Chron. an. 1283. *Cloquerium*, apud Gariell. in Episc. Magalonensib. p. 143.

Cloca, Vestis species, quæ equitantium & peregrè euntium propria fuit: sic nuncupata, quia fortè campanæ aut circuli, uti apud Græcos *Cyclas*, speciem referebat, quæ in superiori parte strictior, in ima largior, circulum quodammodo formabat, cujusmodi Flandrenses Domicellæ utuntur. Angli etiamnum *Cloake* pallium vocant. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 164. *In equitando cloca rotunda competentis longitudinis, capello nigro, freno, calcaribus, botis, & aliis ornamentis utuntur.* Statuta Synodalia Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. an. 1298. *Inhibitum* (fuit) *ne Abbates, Monachi, Priores, & alii Religiosi, qui secundùm instituta majorum cappas clausas de panno nigro deferre tenentur, houcias & clochias deferre præsumerent, &c.* Occurrit ibi rursum. Charta fundat. Hospitalis S. Joannis in civitate Covventriæ in Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 430. *Sorores velo albo utantur cum togis & mantellis talaribus, vel clochis clausis, cùm proficiscuntur, quibus etiam, ubicumque fuerint extra domum, religiosè utantur.* Concilium Londinense ann. 1342. can. 2. de Clericis: *Epitogiis ac clocis furratis uti —— non verentur.* Concilium Andegavense ann. 1365. can. 20. de iisdem: *Nec clamydes fixas super humerum, sed clausas, largas, longas & honestas, nec clocas sericatas sive consutas de serico alterius coloris quàm fuerit cloca, vel mantellus seu cappa, deferant.* Cap. 19. *Rotundellos* appellavit: ex Gallico fortè *Rondeaux*. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. Capite *des Pennes & Fourrures pour le Duc d'Orleans. Pour fourrer 2. paires de robes de 4. garnemens chascune, &c. Pour les 2. surcos de chacune robe 2. fourrures de menu vair tenant chacune 240. ventres, manches 50. chaperon 100. & la cloche 280.* Infrà: *Pour fourrer sa robe de Noël, &c. Pour les 2. surcos 2. fourrures de menu ver, tenant chacune 240. ventres, pour manches 50. pour le chaperon 100. & pour la cloche 306.* Alibi: *Une livre d'or de Chippre en canet pour faire rubans aux chloches de Nosseigneur.* Ibidem: *Pour 8. letices à pourfiller les cloches d'icelles robes.* Computum incipiens 28. Aug. 1350. *Pour tondre deux marbres bruns de Saint Omer, pour faire cloches à chevaucher ausdites Damoiselles.* Vide *Rotundellus*.

CLOCERIUM, *dimidius denarius.* Ugutioni:

CLOCIRE. Alexander Jatrosophista lib. 1. Passion. cap. 102. de signis Hydropisis: *Aschitem ergo scias cum venter repletus humoribus, quasi in utre aliquo huc illucque commoto clociendo decurrit.* Ubi Glossæ MSS. *Cloco, clocis, verbum factitium: clocit enim venter in aschite, id est, sonat sicut aqua in utre.* Vetus Epigramma lib. 4. Epigram. veter.

> *Percutit & frangit vas, vinum defluit, ansa*
> *Stricta fuit, glut glut murmurat unda sonans.*

CLODIT. Papias: *Clodit, fabricat, excutit.*

CLODUS, pro *Claudus*, in Edicto Rotharis Regis Longobardor. tit. 121. §. 19. ubi Lex Longobard. lib. 1. tit. 6. §. 6. *Claudus* præfert. Nostri olim *Clos*, hac notione efferebant.

CLODWITH. Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 1. Monastici p. 133. *Retineo etiam in dominio meo meas domos villæ, —— & habeant socam, sacam, & tol & Theam, & Infangenethef & Grithbrith & Hamsocne, & Clotvvith, & Forstall, &c.*

CLOERIA. Libertates MSS. Villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Retinuimus autem nobis infra leucam bannatam furnos, molendina, halas, cloerias, & staulos, & hæc bannalia erunt domino, nec aliquis præterquam nos infra leucam bannatam furnos, molendina, cloerias, halas habere poterit, exceptis cloeriis quæ tempore literarum istarum infra leucam bannatam confectæ erant.* Ubi *Cloeria* videtur sumi pro *Clauseria*, seu loco clauso.

CLOES, *Pluvia, vel navigium*, in Gloss. Isid. *Folles, vel pluvia*, apud Papiam, & Ugutionem.

CLOPPUS, Χωλὸς in Gloss. Lat. Græc. Hinc nostri *Clopiner*, pro *Claudicare*. Lex Alamannorum ex Cod. Corbionensi apud Baluzium cap. 65. §. 31. *Si quis alium in genuculo placaverit, ita ut Cloppus permaneat, &c.* Editus *Claudus* habet. Capitulare de Villis c. 23. *Et habeant* (Judices in unaquaque villa) *quando servierint ad canes dandum, boves cloppos, non languidos, & vaccas, sive caballos non scabiosos, aut alia pecora non languida:* ubi legendum, *non cloppos*. Philippus *Mouskes* in Carolo Magno:

> *Et li commanda que tout cel*
> *Ne franc, ne sierf, ne bon, ne vil,*
> *Ne clop, ne rous, ne blanc, ne noir,*
> *Qui vourroient à Ais manoir,*
> *De tous usages fussent frans,*

Joannes. *Le Gogue* in Histor. MS. Principum *de Deols* in Biturigibus: *De son espée tellement le frappa ou piè devers le talon, que tout le temps de sa vie en va clocher, & pour ce fust appellè le Cloup de Chauvigni.*

CLOSTRUM, Claustrum, Κλεῖθρον, in Gloss. Græc. Lat. Ibidem, κλειδοποιὸς, *Clostrarius.*

CLOYPHA. Vide *Coffia*.

CLUARIUM, Locus ubi ferrantur equi, à clavis, quos Galli *Clous* vocant. Historia Fundationis Prioratus Wellebecensis in agro Nothingamensi in Anglia, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 598. *Tenuit duas carucatas terræ de Domino Rege in Capite pro tali servitio; deferendo palefridum Domini Regis super quatuor pedes de cluario Domini Regis, quotiescumque ad manerium suum de Maunsfeld jacuerit: & si inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum quatuor marcarum.* Ubi *inclaudare*, est nostrum *Enclouer*. Species porrò *Sergenteriæ* hisce verbis describitur.

CLUERE, *Cluentia, Cluvion.*

Cluere, Pollere, ex[illegible]*lere, vigere, protegere*, Papiæ. Zixylanes Episcopus Toletanus in Vita S. Ildefonsi Episcopi Tolet. *Cujus statim virtus enucleata cluens in sede Romulea refulsit.* Epitaphium Aligerni Abb. Casin.

Nativa bonitate cluens summus & inclitus orbi.

Dudo in Præfat. ad Acta Norm.

Qui bonitate cluens & bonitate.

Occurrit apud veteres Scriptores non semel.

Cluis. Glossar. Arabico-Lat. *Cluis, nobilis.* Panegyricus Berengarii Augusti:

Stoicus hic noster, cluibus quia pollet Athenis.

Vita S. Gudilæ Virg. n. 21. *Ut decebat personam cluentissimæ propaginis.*

Cluentia. Jonas in Præfat. ad Vitam S. Columbani: *seu plerorumque, quos cluentia memorabiles reddit.* Et infrà: *Cluant alii si dignum imitatione quid gesserint.*

Cluvior, nobilior, Isidoro & Papiæ.

Præcluis, inclytus, valde gloriosus, eidem Isidoro. Aliæ Glossæ: *Præclues, prænobiles. Præcluibus, honestis.* Martianus Capella lib. 1.

Paret præcluibus libens profatis.

Dudo lib. 3. de Morib. Normannor. *Richardus juvenis præcluis.* Utitur etiam Thiotfridus lib. 2. cap. 5.

Clueclancus, Gloriosus, famosus: Vox composita ex *Cluo* & *Klang* Germanico, *sonitus, sonus, clangor*: Cujus gloria & laus per hominum ora cum sonitu volitat. Fortunatus lib. 6. carm. 12.

Nunc cape parva cate, & pollens clueclance Dynami,
Clare decore tuo, clare favore meo.

Quæ quidem vox restituenda etiam videtur lib. 10. carm. 22.

Promptus in effectu Sigoalde benigne cluence.

Hodie edit. *Clienta*: tametsi non diffiteor *Clienta* veteres, atque adeò ipsum Sidonium dixisse pro *Cliente*. Vide Savaronem ad lib. 2. ejusdem Sidonii Epist. 2.

CLUNABULUM. Papias, ex Isidoro: *Clunabulum, dictum quòd ligetur ad clunem, id est, pugio. Est enim parvus gladius lateri adhærens, vel spata.* Gloss. Ælfrici Saxonicum: *Pugio, vel clunabulum*, ꝼꞇæꞅ liȝeꞃe, *vel* hẏpeꞇex.

CLUNICULUM, Ensis, *Spatha, splendona, quòd pendeat à clune, vel quòd defendat. Et cluniculum etiam dicitur foramen quod fit in camisiis feminarum circa inguina, vel generaliter quod fit in pannis earum circa latus.* Ugutio, à quo hausit Joannes de Janua. *Clunaculum* habet Festus.

CLUNIFRAGIUM. Gariopontus lib. 1. cap. 12. de Melancholia: *Et fit ex veneni potu, vel canis rabidi morsu, vel ex frequenti clunifragiorum seu calidorum antidotorum acceptione.*

CLUSA, idem quod *Clausura*, angustus montium aditus. Charta Aistulfi Regis Longobard. an. 753 apud Ughellum tom. 2. p. 107. *In quibuslibet locis & civitatibus seu clusis regni nostri.* Eginhart. an. 817. *Omnes aditus, id est, clusas, quibus in Italiam intratur, impositis firmavit præsidiis.* Luithprandus lib. 1. cap. 2. *Quibusdam namque difficillimis separata* (Hungaria) *a nobis erat interpositionibus, quas Clusas nominat vulgus.* Eadem habet c. 5. Lambertus Schafnab. an. 1077. *Omnes vias, omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Clusas vocant, appositis custodibus anticipasse, &c.* ut & Adelbadus Trajectensis Episcop. de Gestis S. Henrici Imp. p. 459. Chron. Hildesheimense an. 1133. *Cùm ad locum quendam pervenisset, qui propter situs angustiam Clus, quasi præclusus vocatur: quippe ex una parte excelsissimo monte adjacente, ex altera parte profundissimo flumine currente, via in medio, 4. seu 5. itinerantium simul spatio patente.* Ditmarus lib. 6. *Montem clusis superpositum occupabat.* Superest etiamnum castrum *Clusæ* nomine in præruptis & altis Rhodano imminentibus saxis positum, de quo Historia Episcopor. Autisiod. cap. 54. & Rhellicanus ad Cæsaris lib. 1. de Bello-Gall. illud idem quod Ennodius *Clusuras* vocat. Utuntur præterea hac voce Nicolaus I. PP. Ep. 27. Anastasius in Stephano III. PP. p. 84. 86. Annales Francor. an. 755. 773. Fredegarius, Hincmar. Opusc. 9. cap. 6. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 20. Edit. Lindenbrogii, Rolandinus in Chron. lib. 4. c. 13. Milo in Vita S. Amandi Episc. Traject. num. 6. Metropol. Salisburgensis tom. 2. pag. 208. Chron. Petri IV. Reg. Arag. lib. 3. cap. 22. &c.

Clausa, in Chronico Franc. edito à Lambecio lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea pag. 372. Vide *Exclusa, Inclusus.*

CLUSELLA, arx, castellulum in clusis ædificatum. Statutum Raimundi Comitis Tolosæ an. 1223 contra Albigenses: *Et omnes cabanæ suspectæ à communi castrorum habitatione remotæ, & speluncæ inforciatæ, & clusellæ in locis suspectis & diffamatis destruantur, vel obturentur.*

CLUSIATICUM, Tributum quod penditur à clusas transeuntibus. Charta Otton. III. Imp. ann. 998. in Bibl. Sebusiana: *Has igitur supradictas valles cum Clusiatico, quod solummodo exigitur de valle Saturiana concedimus.* Occurrit ibi non semel.

CLUSOR, *Qui gemmas auro concludit*, in Glossis Arabico-Lat. Andreas Mon. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcop. Bamberg. cap. 46. *Additque de suo auri quantitatem & gemmas: & clusorem conducens, in signe 300. argenti marcas valiturum, ad honorem & utilitatem Ecclesiæ fabricatus est.* Vide *Inclusor.*

Clusor statarius. apud Sidonium lib. 8. Epist. 6. qui feras cassibus includit: verbum venatorum, de quo Savaro ad eundem Sidon.

CLUSARES *anguli*, apud Hygenum de Limitibus. *Latera clusaria portio quadrata clusaris* apud eundem. *Et cardinis omnes lapides in frontibus inscribamus: reliquos in lateribus clusaribus. Omnes enim centuriæ singulos angulos habent clusares.* Id est, qui centurias cludunt.

CLUSORIA, *Clusuria*, Idem quod *Clusa.* Novella Theodosii de Ambitu, 15. *Quemadmodum se militum numerus habet, Castrorumque ac Clusoriarum cura procedat.* MSS. habent. *Lusuriarum.*

CLUSORIUM, Operculum, seu quod vas aliquid claudit, in Vita S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 2.

Clusorium, idem quod *inclusorium.* Vide in hac voce.

CLUSTRUM, κλύστης, in Gloss. Græc. Lat.

CLUSURA, idem quod *Clausura*, septum, in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 3. §. 14. tit. 4. §. 29.

Clusura, est etiam idem quod *Clausura*, angustus montis meatus. Vide in hoc verbo.

CLUNAGITARE. Catholicon Armoricum: *Laezaff*, Gall. *Clunagiter*, Lat. *Clunagitare.*

CLUSELLUM, Parva clusa, seu angustiæ quævis. Statuta Raymundi Comitis Tolosani contra hæreticos, apud Catellum: *Omnes cabanæ suspectæ à communi habitatione castrorum remotæ, & speluncæ infortiatæ, & clusellæ, in locis suspectis & diffamatis destruantur, vel obturentur.*

CLYPEATURA. Vide *Hereschild.*

CLYPEOCENTRUS, apud Anonymum de rebus bellicis, subjectum Notitiæ Imperii, est *Parma*, seu *Modicus clypeus, fixoriis minutis ad soliditatem sui diligenter munitus*, qui *in fronte tichodifri oppositus, vel in temone suspensus, munit inferiùs latitantes ab impetu cominus venientium.* Figura ibi describitur.

CLYPEUS. *Clypeum*, Armorum insigne, quod in eo depingi solebat. Gloss. Lat. MS. *Clypeum, ubi imagines proponuntur.* Ita porro neutro genere vocem hanc interdum efferre Grammaticos observat Pollio in Claudio. Caper: *Clupeum, Imago, Clipeus, ἀσπίς.* Olim vetò in

ro in Clypeis eorum, quorum essent, vel etiam avorum, imagines effingi solitas, colligitur passim ex veteribus Scriptoribus, Tito Livio lib. 5. Histor. Plinio lib. 35. c. 2. Silio Italico lib. 17. & aliis: qui quidem Clypei, siquidem in templis appenderentur, aurei ut plurimum erant, quod de Lucii & Caji Cæsaris Clypeis observat Xiphilinus ex Dione, & auctor Panegyrici Constantino dicti, de ipsiusmet Augusti scuto, sub finem: *Meritò igitur tibi, Constantine, & nuper Senatus signum Dei dedit, & paulò antè Italia scutum & coronam cuncta aurea dedicarunt, ut conscientiæ debitum aliqua ex parte revelarent. Debetur enim & divinitati simulachrum aureum, & virtuti scutum, & corona pietati.* Atque in Clypeorum ejusmodi dedicationibus epulas datas civibus docent inscriptiones aliquot veteres, 441. 7. 496. 4. 6. Vide Salmasium ad Pollionem p. 325. 326.

Clypeus. Tabular. S. Germani, Parif. an. 1253. *Et 15. solidos Paris. annui reditus, quos percipiebant, ut dicebant, pro Clypeo in Ecclesia B. Germani de Pratis.*

Clypeus sepulchris Militum appensus, in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 83. Baldricus Abbas Burguliensis *in Scutum Raherii viri fortissimi:*

A Domino viduata tuo jam parma quiesce,
Cui par Raherio nullus erat dominus.

Mox:

Qui te conspicient pro tanto Milite plorent,
Tuque diu valeas in titulo posita.

Inscriptio Clarevallensis, in Notis Claudii Menardi ad Hist. Joannis Joinvillæ p. 366. edit. postremæ, de Gaufredo Joinvillæ domino: *Et pour ce qu'il trespassa en la terre (sainte) sans hoirs de son cors, pour ce que renommée ne perisse, en apourta Iean cils de Ioinville son escu, apres ce qu'il demeura au service d'ou S. Roy Louys outremer l'espace de sept ans. Li dit Sires de Ioinville mist son escu à S. Lorent, afinque non priast pour li.* Ex quibus colligitur scuta virorum nobilium tumulis jam olim appensa, ac proinde eorum, quibus illa decorari solebant, armorum insignia: quod etiamnum fieri passim novimus. Id olim pariter in usu fuisse, ut arma mortui sepulchro imponerentur, habet præ cæteris Quintilianus Declam. 369. *Quidam arma de sepulchro viri fortis, suis consumptis sustulit, victor reposuit, reus est violati sepulchri.* Notum istud Virgilii 6. Æneid.

At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaque arma viro, &c.

Morem etiam fuisse veteribus, cùm militia se abdicarent, arma sua in Deorum templis suspendere, addita inscriptione, pridem observarunt Lipsius ad Tacitum, & Meursius ad Lycophron. p. 251.

Clypeus, Prærogativa ac dignitas: speculum Saxonicum lib. 1. art. 3. §. 2. *Clypeus seu cingulus militaris in septimo terminatur: & primum habet Rex Romanorum, secundum Episcopi, Abbates & Abbatissæ, qui & Superillustres dicuntur: tertium laici Principes, ex quo facti sunt Episcoporum subditi & vassalli, qui illustres nuncupantur; quartum Nobiles & liberi Domini: quintum prædictorum Nobilium vassalli, & etiam Banniti: ipsorumque ulteriùs vassalli tenent sextum.* Et lib. 3. art. 72. *Legitima & ingenua proles clypeum patris sui, & hæreditatem suis, matrisque obtinet, si sit æqualis generationis, vel melioris.*

Clypeus, Vassallus, qui domino cum clypeo servitium debet, militari servitio obnoxius. Libellus de Fundatione Monasterii Bigaugiensis p. 255. *Idem ab Adelgoto Magdeburgensi Episcopo præfecturam mille clypeis, & quingentis talentis præditam in beneficium suscepit.*

Clypeus. Familia nobilis. *Clypei prostrati* apud Matthæum Paris an. 1245. p. 463 i. familiæ nobiles extinctæ. Matthæus Westmonasteriensis eodem anno, de familia Pembrochiensi extincta: *Sic nobilis clypeus ille Marescallorum tot & tantis hostibus Angliæ formidabilis evanuit.* Albertus Argentin. de Gestis Bertoldi Episcopi Argent. *Cujus progenies Landgraviorum de Buckete nullus de masculino genere remansit, & vacat Clypeus aureus cum tribus rosis rubeis à summo deorsum de Buchete.* Ita δεῖγμα, seu armorum insigne, quod in clypeis effingitur, in Leonis Imperatoris Oraculis pro familia usurpari monuimus in Notis ad Cinnamum pag. 451. Vide *Herschild*, & *Scutum*.

Clypeus versus. Turpini Historia cap. 9. *Clypeo verso, ut mos nuntiorum belli est, cum solo milite venit ad urbem.*

Societas de clypeo S. Georgii Militaris, de qua vide Chronicon Elvvagense an. 1440.

Clypeus, Vis armorum. Helmodus lib. 1. Hist. Slavor. c. 88. *In omni terra Slavorum, quam ipse vel progenitores sui subjugaverint in clypeo suo & jure belli.* Lib. 2. cap. 9. *In Slavorum provinciis, quas ipse jure belli in clypeo suo & gladio possederat.*

Clypeo impositos, elatos, & proclamatos Imperatores, docent passim Scriptores, Libanius in Paneg. Juliani Imp. Ammianus lib. 20. Zozimus, Corippus lib. 2. de Laudib. Justini Zonaras in Justiniano, Acropolita cap. 53. 77. Pachymeres lib. 2. cap. 4. lib. 9. cap. 1. Joannes Cantacuzenus lib. 1. c. 41. Codinus de Offic. c. 17. &c. Eodem perinde ritu Francicos Reges *elevatos* & inauguratos, ex Gregorio Turonensi lib. 2. c. 40. lib. 7. c. 9. Aimoino lib. 3. Hist. c. 61. & aliis. Pithœus lib. 2. Advers. c. 6. & Hotoman. in Francogall. c. 6. ut Gothicos Reges Cassiodorus lib. 10. Epist. 31. prodidere.

CNIPULUS. Vide *Canipulus*.

CNODAX, apud Vitruvium, fibula est ferrea, velut subcudica, in capitibus axium vel scaporum adfixa & adplumbata, per quam in armillis scapi vel axes versantur. κνωδάκων hoc sensu mentio est apud Heronem. Generaliter κνώδαξ est acutum quidè ferro, ut fibula ferrea, quæ immittitur in armillam. Hesychius: κνώδαξ, κέντρον, ἄξονος γνώμων.

COACTILIARIUS, qui centones conficit. *Coact[illegible]*, in vet. Inscriptione: πιλωτοποιὸς, in Gloss. Gr. Lat perperam πηλοποιὸς in Lat. Græc. Idem Gloss. πιλωτὸν, *Coactile. Coactilia*, in l. 25. §. 1. D. de Auro arg. &c. Marcellus Empir. c. 14. *Lixivium unde operantur Coactiliarii.* Plinius lib. 8. c. 48. *Lanæ & per se coactæ vestem faciunt, & si addatur acetum, etiam ferro resistunt, imò vero etiam ignibus.* Vide Cujacium lib. 5. Observ. c. 2. Salmasium ad Hist. Aug. & infrà in *Gambeso*.

COACTOR, Papiæ, *Agitator aselli*. Gloss. Isidori, *Coactores, argentarii.* De hac voce hac notione consule Salmasium lib. de Usuris p. 497. 498.

COADJUTOR dictus qui Episcopo etiamnum vivente, ad ejus Ecclesiam promovetur Episcopus, illius futurus successor, ut munia Episcopalia obeat, propter alterius Episcopi infirmitatem corporis, vel ægritudinem, aut causas alias: cujus moris antiquissimi exempla congesserunt Petrus Marca lib. 6. de Concord. Sacerd. & Imper. cap. 8. num. 10. 11. Altaserra lib. 1. Dissertat. Juris Canonici cap. 2. 3. & seqq. & alii. Vide Albertum Stadensem ann. 887. 908. & infrà in *Episcopi vacantes*.

COALTERARE, *vel Coalterari, ensemble tancer*, in Gloss. Lat. Gall. id est, jurgiis invicem contendere, *Alterquer*.

COANGELICUS. Vide *Angelus*.

COAVETUS. Vide *Cavanna*.

COBEBUS. Formulæ Andegavenses n. 6. *Quia ante hos dies aliquos homo nomen illi litem in via publica aput illo ei habuit, & cobebus super eum ipsi, illi posuit, sic taliter convenit, ipsius homo ad mediantis bonis hominibus, ut hunc securitate ipsius homo de ipsius cobebus, seu de ipsa lite, quem aput mihi abuit facere debuerit, quod ita & fecit.* Videtur usurpata vox pro *Cobibus*, ita ut sic legen-

legendum sit, & *Cohibentia*, seu *Convenientia*, intelligatur, vel *Conviventia*.

COBRANCIA, Acquisitio: Arvernis, *Cobre*. Charta Guillelmi *de Castaigners* Militis an. 1237. apud Duchesnium in Hist. istius Familiæ p. 189. *Idem volo & præcipio quòd vinea de Bezardie, quæ ad me spectat ratione cobranciæ, remaneat successoribus meis in bonis ex parte patris mei.* Alia apud Sammarthanos in Abbatib. Brolii-Gallandi: *Item dono eis & concedo omnes cobrancias, quas in terra mea facere poteram, ita ut baroniam meam non perdam, & hominia non amittam.* Ex *recuperare*. Alia an. 1300. ex Tabul. Nantoliensi in Pictonib. *Do & concedo pro me & meis——totam meam partem——in omnibus cobranciis seu conquestis omnium bonorum tam mobilium quàm immobilium, ubicunque sit, quas cobrancias & conquestus——fecerunt.* Tabular. Absiense fol. 41. *Scilicet in unaquaque sextariata terræ unum denarium de tota terra, quam jam habet cobratam & quam cobraturi sunt.* Tabular. Nantoliense in Pictonib. an. 1300. *Cobranciæ & conquestus.* Ex Lat. recuperare & Gall. *recouvrer*. Vide *Cuperamentum*.

COCARIUS. Glossar. Saxon. exaratum sub Edvv. III. post Leges Henrici I. *Cocsede, Cocarius*. Saxonibus Coc, idem valet ac *Coquus* : Cocc verò est *Gallus*.

COCATRIX. Catholicon Armoricum: *Cocatrice, Gall. id. Basiliscus*. Occurrit familia Parisiensis hoc cognomine in veteribus Tabulis:

COCCINARE. Vide *Cocinare*.

COCCINUM. Vita B. Mathildis Reginæ n. 19. *Post obitum Regis Henrici assiduè induit coccinum unius coloris, non in publico, sed sub lineo vestimento, & pro decore ornamenti an se gessit parum auri.* Fortè *Cottinum*, à *Cotte*, vestis inferior. Vide *Cottum*.

COCCOMELINUS. Vide *Melinus*.

COCCONES. Vide *Coggo*.

COCCULA, *Cocula*, Sagum Hybernicum villosum, absque sutura, & quod marginem inferiorem planam exhibet, superiorem arcuatam, cirrisque sive limbis lanéis fimbriatam. Vita S. Cadoci Cambrensis, apud Spelman. *Atque quot jubæ in tua coccula (quod vulgariter vocatur quodd. i. genus indumenti quo Hibernenses utuntur, deforis plenum prominentibus jubis, seu villis, quæ in modum crinium sunt contextæ) tot homines per te à pœnis perpetuis eruentur.* Hinc discere est quid sit *Cocula* apud Bonifacium Archiep. Moguntin. Epist. 74. *Caligas, & peripsemata, orarium, & coculam, & genuam brevem nostro more consutam.* Et in Concilio Cloveshoviensi an. 747. c. 28. de Monachis : *Nec imitentur sæculares in vestitu crurum per fasciolas, nec per coculas in circundatione capitis, modò pallii laïcorum, contra morem Ecclesiæ.* Aliàs.

Cocula vel *Coculum*, est *vas quodlibet ad officium coquinæ paratum*, ut ait Ugutio. Gloss. Ælfrici: *Cocula*, Olfata. Gloss. Arabico-Lat. *Coculum & Cucuma*.

COCCUM. Chronicon Fontanellense cap. 16. *Dalmaticas——6. Roccum Subdiaconalem unum: Coccum unum, tunicam Sacerdotalem Indici coloris, cum vestimento integro unam.* Sed legendum videtur *Cottum*. Vide suprà *Coccinum*.

COCHA, stipes, truncus arboris, nostris *Choque*. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 49. *Ipse habet chaufagium suum in haiis, de nemore mortuo, & ad faciendum suum herbegamentum, cum visione servientis Domini. Postea homines domini Matthæi habent cocham & le scot, & ramum caducum tali modo, quòd si serviens domini fortè invenerit, & ipse capiat : pro ramo fide sua liberabitur.*

COCHETUS. Vide *Cogge*.

COCHLEA, Vas quo bibitur, in formam Cochleæ confectum. Jonas in Vita S. Eustasii Abb. Luxoviensis: *Nequaquam reor esse contrarium religioni, si cochlea, quam Christianus lambit, vel quodcunque vas aut poculum, Crucis signo munitur, cum per signi adventum dominici pellitur pestis adversantis inimici.*

Cochlea, Isidorus lib. 15. Orig. c. 2. *Cochleæ sunt altæ & rotundæ turres, & dictæ Cochleæ quasi cycleæ, quòd in eis tanquam per circulum orbemque conscendatur.* Will. Brito in Vocab. & auctor Mamotrecti 3. Reg. c. 6. *Cochlea & Cochleare, est amfractuosum deambulatorium, sicut solent fieri in turribus Ecclesiarum. Unde quidam ait :*

Per Cochleam curris scandens ad culmina turris.

Rursum :

Dic Cochleam turrim, scalam, testamq; limacis.

Durandus lib. 1. Ration. c. 1. num. 37. *Cochleæ, sunt viæ muris intervolutæ latenter.* Angelrannus in Miraculis S. Richarii n. 6. *Venit ad introitum cochleæ, quâ culmina templi alta petebantur, &c.* Vide Procopium lib. 1. Persic. c. 24.

Cochlea, species sortilegii. Indiculus Paganiarum, seu superstitionum, in Concilio Liptin. ann. 743. *De tempestatibus, & cornibus, & Cochleis.* Vide *Cauculariі*.

COCHLEAR, Isidoro lib. 14. cap. 25. *Mensurarum pars minima, quod est dimidia pars drachmæ, appendens siliquas novem.*

Cochlear, inter vasa Ecclesiastica reponitur apud Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 5. *Cochlearia quoque 12. & salarium argenteum.* Tabular. Monasterii S. Theofredi in Velavis : *Vinearia stagnea, id est ampullæ, vinum & aquam continentia, vasa quoque lignea, tornatili opere facta, quibus oblatæ servantur, cum cochleari argenteo quo in patenta ponuntur.* Necrologium Eccl. Parisiensis prid. Id. Nov. *Obiit B. M. Dom. Ranulphus quondam Parisiensis Episcopus, qui dedit Ecclesiæ nostræ & nobis unum Calicem aureum, cum patena & cochleari ponderis 3. marcarum & 5. sterlingorum.* Adde Ingulfum pag. 907. & Ughellum tom. 7. pag. 1274. Brovverum lib. 8. Annal. Trevir. num. 114. &c. Græci *Corpus Domini & sanguinem sumunt de Calice, cum cochleari ad hoc deputato*, inquit Reinerus in Catalogo hæreticor. Λαβίδα vocant, ut pluribus habet Goarus ad Euchologium p. 152. ubi & formam exhibet : Georgius Decapolita de Miracul. S. Georgii Mart. num. 47. Καὶ πάλιν εἶδε ὁ Σαρακηνὸς ἐν τρίτῳ τὸν ἱερέα μεταδιδόναι ἐκ τοῦ σώματος τε καὶ αἵματος τοῦ παιδίου μετὰ τῆς λαβίδος τοῖς μεταλαμβάνουσιν.

COCHLEARIUM, ait Papias, *pondus retinet 1. scrupulum & semis.* Et mox : *Cochlearium, quod pendet, Græcum est.* κοχλιάριον Polluci, *Cochleare*, Martiali. Vide Agricolam. Rob. Cenalem, & alios.

COCHLEARIUS, Jo. de Janua : *Cochlearius, est lapis marinus, cochleis, & arenis, & lapillis concretus, & asperrimus.*

Cochlearii. Vide *Cauculatores*.

COCHO. Vide *Cogo*.

COCHONUS. Contract. datior. Bergom. lib. 6. cap. 46. *Qui desigillaverint aliquem cochonum vel aliquam spinam*, &c. Ital. *Coccon, Coperchio della botte*, operculum.

COCIA. Vide *Cossa*.

COCINNULA. Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. p. 252. *Cùm ad benedicendum oleum, annis singulis, competentibus diebus, in baptisterio venisset & ingrediens cocinnulam ad consignandos infantes, &c.* Vide *Cogina*.

COCIONES, *Cocciones*, *Cogciones*. Monachus Sangall. lib. 2. c. 18. *Quidam coccio derasus & insaniens, linea tantum & femoralibus indutus, &c.* Capit. Caroli M. lib. 1. & Capitulare Aquisgranense ann. 789. cap. 79. *Ut isti mangones & cogciones qui sine omni lege vagabundi vadunt, per istam terram non sinantur vagari.* Adde Capitul. 1. Caroli M. incerti anni cap. 45. Ubi Rhena-

Rhenanus lib. 2. Rer. Germ. p. 95. ait, ejusmodi *Mangonum adhuc nomen & res apud Germanos manere: die Mengen.* Hincmarus Opusc. 5. de Coercendis militum rapinis: *Per villas in quibus non solum homines Caballarii, sed etiam ipsi Coccones rapinas faciunt.* Le *Roman de Garin MS.*

Truans estoit, pantoniers & coquins.

Cociones appellabant veteres, qui aliis *Arilatores* dicuntur. Festus: *Arilator, qui etiam Cocio appellatur, dictus videtur à voce Græca, quæ est, αἶρε, i. tolle, quia sequitur merces ex quibus quid cadens lucelli possit tollere.* Ubi Jos. Scaliger, *Arilatores* dictos vult ab *arra*, atque ita nuncupari empturientes, qui data arra postulant sibi credi, unde à cunctando *Cunctiones, Cuctiones* & *Coctiones*, inquit, dicti. Quod idem Festus videtur innuere, dum ait *Coctiones dictos videri quòd in emendis vendendisque mercibus tardè perveniant ad justi pretii finem.* Gloss. Isidori, *Arilator, Cocio.* Ex quo emendandus Papias: *Coccio, Arillatio*: legendum enim *Arillator*, ut apud Isidorum. Auctor veteris Gloss. apud H. Stephanum pag. 310. *Cocio*, μελαβολη, ubi leg. μεταβολεύς, ut & in Gloss. Græco-Lat. μεταβολος, *Dardanarius, cociator, arillator.* Est autem μεταβολεύς, Scholiastæ Aristoph. ὁ καλάκοτύλω πωλῶν, ὥσπερ οἱ νῦν λεγόμενοι κάπηλοι, qui ad cotylam, seu mensuram vendunt, quos vulgò *Regratarios* dicimus. Atque rursum emendandum Glossarium Græco-Lat. κάπηλος, *Cauponarius, Cogo.* Legendum enim *Cocio.* Usos hac voce Laberium apud Agellium lib. 16. c. 7. & Plautum in Asinaria pridem observarunt viri docti. Ex quibus tandem colligere est *Cociones*, priscis, & ætatis mediæ Scriptoribus, dictos qui fora venalium & nundinales mercatus sectantur, qui dum contantur, licitantur, & de pretio cum mercatoribus contendere simulant, merces ipsas subripiunt & auferunt: cujusmodi sunt qui apud nos *Coquins*, vulgò vocantur, quos non pauci hactenus à *Coquinis* nuncupatos putarunt, quòd istius farinæ homines tabernas & popinas circumeant, quò aut locis ipsis inserviant, aut obsonii particulas avellant. *Cozzoni* etiamnum Italis dicuntur, quos nostri *Maquignons* vocant. Neque alii videntur, quos *Coquinos* appellavit inferior ætas. Vita Clementis VII. apud Bosquetum: *Carcassonæ & Tolosæ populares, quos vulgariter nuncupabant Coquinos, contra Nobiles insurrexerunt.* Auctor est Chapeavillus in Erardo à Marca Episc. Leod. c. 26. extare Leodii *Hospitale*, quod *Coquinorum* vocant. Coquos porro qui furibus habitos auctor est Plaut. in Aulularia:

——*Mihi omnis angulos*
Furum implevisti in ædibus misero mihi,
Qui mihi intromisisti in ædes quingentos coquos.

Idem in Pseud.

Forum coquinum qui vocant, stultè vocant,
Nam non coquinum, verum furinum est forum.

Donatus ad Terent. Eunuch. *Manipulum furum, coci discipulos dici putant.* Vide Casaubonum ad Athen. lib. 14. c. 22. A *Cocionibus* dicta

Cociatura, Cocionatura, ipsa cocionis nundinatio, actio. Gloss. Lat. Gr. *Cociatria* μεταβλητική. Alibi: *Cociatura* legitur. Gloss. Gr. Lat. μετάπρασις, *Cocciatura.* In MS. *Coccionatura.* Aliæ Glossæ pag. 512. *Coccionatura*, μετάπρασις. Ita enim emendandum. Caper de Verbis dubiis: *Cociaaria, non Cocionatoria.*

COCINA, Culina. Gloss. Gr. Lat. MS. Μαγείριον, *hæc Cocina, carnificina.* Editum habet μαγειρεῖον, *Cucina.* Itali *Cucina* & *Cocina* etiam dicunt, pro *Coquina*, nostri *Cuisine.*

Cocinare, Coccinare, Cocinarius. Ugutio: *Cocino, as, sæpius coquere, & Cocinarius, i. coquus & cocinator.* Pactus Legis Salicæ, tit. 67. §. 1. *Inium* (ænæum) *ubi striæ cocinant.* Perperam in edit. Pithœi *concinunt.* Crodogangus Metensis Episcop. in Regula Canonicor. c. 13. *Laici cocci ad coccinandum tantùm ingrediantur.* Sed an à *Cocina*, efficta sic vox *Cozine*, pro tumultu, contentione, rixa, vel prælio, ita ut primitus usurpata fuerit pro Coquorum vel *Cocionum* mutuis inter se rixis, nolim temerè definire. Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS. in Chilperico:

Ensi par cete dame sote
Commença cozine & ribote.

In Ludovico Pio:

Asseurez fu de la tierre,
Kil n'iot cozine ne guerre.

In Ludovico VIII.

....*Puis ot anui*
Entraus deux & cozine grant.

COCKA. Petrus de Dusburg in Chron Prussiæ cap 1. *Fundaverunt Hospitale in tentorio suo facto velo cujusdam navis, dictæ Cocka Theutonicè, ubi dictos infirmos colligentes, &c.* Vide infra in *Cogo.*

COCLERIUM, Campanile, *Clocher.* Falco Beneventanus in Chr. initio: *Arma & belli apparatus super Campanili imposuerunt.*—— *Tunc Episcopus ipse in cocleria arma imponi aspiciens.* Vide *Cloca.*

COCODONES, Monetæ Gallicæ species. Thomas Walsinghamus in Edvvardo I. sub an. 1300. *Prohibita est moneta alienigenarum surreptitia, & illegitima, quam Polardos, & Cocodones atque Rosarios appellabant, qui paulatim & latenter loco erepserunt sterlingorum.* Vide *Crocardus.*

COCSETI. Leges Henricici I. Regis Angl. cap. 29. *Villani verò vel Cocseti, vel Perdingi, vel qui sunt viles, vel inopes personæ, non sunt inter legum judices numerandi.*

COCTa. Vide *Cota.*

COCTANUM, Mensuræ annonariæ species. Oliverius Scholasticus de Captione Damiatæ: *Adeò enim in ea fames invaluit, ut cibi desiderabiles deessent —— durabilis enim non est annona Ægypti, —— & sicut audivimus, coitanum unum XI. Bisantiis vendebatur in ea.* At MS. Thuani *Coctanum* habet, ut & Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 87.

COCTARIUS, *Coctuarius.* Gloss. Gr. Lat. ὁ πλανάριος, *Assator, Coctarius.* Gloss. Gr. Lat. ἑψητής, *Coctuarius.*

COCTERIA. Guill. Brito in Vocab. MS. *Stigma, tis, dicitur punctum, signum, caracter, cicatrix, cocteria, ustio, quæ fit calido ferro: ita dicit Vgutio, unde versus.*

Dico genus stema, sed materiam voco tema,
Stigmaque cocteriam signat, dat stema figuram.

Vox malè compacta ex *Cauteria*, vel *Coctaria*, aut *Coctura*: nam ejusmodi inustiones *Carnem coquere* dicebantur. Vide *Ferrum candens.*

COCTIA. Vide *Torra.*

COCTILE, quod Græcis ἄκαπνον, Carbo, seu lignum coctum. Vide Casaubonum ad Capitolinum & Pollionem.

COCTUM, Caro decocta, vel etiam legumen. *A cocto & vino suspendi*, pœnitentiæ species. Joannes VIII. PP. Epist. 302. *Et nostra Apostolica auctoritate à vino & cocto suspensi manete usque ad nostram præsentiam.* Charta Stephani PP. an. 890. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravennate lib. 5. *Laicus verò qui contradictor apparuerit, à vino & cocto suspensus existat, quousque ad prædictæ solutionis gratiam pervenerit.*

COCTUS, *Coctio, Coctura.* Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 14. *Quòd si coctus est*, (Novitius) *ut vulgariter ajunt, coctionem ex more non videt; neque legat, nisi ante Primam.* Lib. 3. cap. 26. *Tertius famulus ad hoc est maximè deputatus, ut lavet pannos ad cocturas omnium, ut ajunt, fratrum coctorum necessarias.*

COCTUS,

COCTUS, *Exustus*, vel potius lento igni admotus, seu, ut Galli dicimus, *brusle a demi feu*. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. n. 13. *Statim productus non modo extortus; sed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia postremo exustus est.* Idem n. 15. *Omnis sexus & ætatis homines ad exustionem rapti.* Rursum n. 21. *Qui cum deligati fuissent, subdebatur primo pedibus lenis flamma, tamdiu donec callum solorum contractum igni ab ossibus revelleretur.* Et mox: *Tunc per multum diem decocta omni cute vis ignis ad intima viscera pervenisset.* Acta Episcoporum Cenomanensium in Hoello cap. 34. *Utrasque genas illius ferri candentis adustione coxerunt.* Ennodius Carm. 21.

Nil lenta perdit coctio.
Intrat latenter abdita

Vide locum Hincmari in V. *Aqua fervens.*

COCUELUS. Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Lezdis, §. 1. *Si aliquis Nobilis teneat domos in civitate —— si habeat loca in quibus teneat larem, & familiam, solvet coçuelos: quia ex hoc non dicitur vicinus civitatis.*

COCULA, Vide *Coccula.*

COCULÆ, Italis Grana, baccæ; sed & variolæ. Matth. Silvaticus in Pandect. Medic. *Aluhumeta, id est, variolæ, quæ nostro idiomate vocantur Coculæ.*

COCULLA. Vide *Cuculla.*

COCUS. Formula barbare scripta 14. ex Baluzianis: *Non vales uno Coco, non simulas tuo patre, non gaudeas de dentes, deformas tuos parentes.*

COCZUMBER, *Cozimber, Cotzumber*, pretiosum suffimenti genus. Epist. 148. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. *Direximus cinamomum uncias 4. costum uncias 4. piper lib. 2. cozumbrem lib. 1. &c.* Epistola 149. *Transmisimus —— aliquantum coczumbri, quod incensum domino offeratis temporibus Matutinis & Vespertinis, sive dum Missarum solemnia celebratis, miri odoris atque fragrantiæ.* Baronius his in locis habet *Cotzumber* ann. 742. 745. Serrarius putat vocem effictam à voce *Cecha*, quæ Arabibus suffimentum est, & *zumbri*, cortex odoratus.

CODA, Modus agri apud Anglos. Charta Willelmi Comitis Sussexiæ tom 2. Monastici Anglic. p. 275. *Cum —— una acra turbarum in marisco de Bristugham, & 5. Codis prati in villa de Semere.*

CODDUS, Mensura annonaria, Anglis. Vetus Charta tom. 1. Monast. Anglic. p. 175. *De Ecclesia de Humptoma 11. denarios, & 2. Coddos bladi.*

CODEX. Charta Amati Archiepiscopi Salernitani an. 990. apud Ughell. to. 7. p. 508. *Nullam angariam aut servitium pars nostri Archiepiscopi illorum imponere queat, neque ad cruces levandum, vel codices, aut baptismum faciendum, aut illos excomunicare, &c.*

CODICIUM, Codiculus, parvus codex. Interpres Histor. Apollonii Tyrii: *Apertoque scrinio Codiciorum suorum, inquisivit omnium quæstiones auctorum & Philosophorum.* κωδίκιον, Græcis. Pachymeres lib. 5. Καὶ αὐὰ μὲν τ' κωδίκιον τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑ... προεκομίζετο. Vide Gloss. Meursii & Fabroti ad Cedren.

CODICELLA, pro *Codicellus*. Willelmus Thorn in Chron. an. 1168. *In qua combustione multæ codicellæ antiquæ perierunt* Id est, donationum tabulæ, Chartæ.

CODRA, *Quadra.* Gloss. Græc. Lat. Κόδρα, *Codra, Quadra.* Vide Meursium in Κοδράντης.

CÆLICOLA. Gloss. Græc. Lat. Οὐρανοκάτοικος, *Cælicola.* Priscianus lib. 5. *Cælicola, id est, cælum colens.* Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Cælicola, eo quod cælum colat: Est enim Angelus: Continens non solum in castitate dicitur, sed in cibo, in potu, mira quoque & vexatione mentis & detrahendi libidine continens, & quod se à multis malis abstineat.* Beda de Orthographia: *Cælicola, cælum colens, ut Angelus.* Dudo lib. 3. de Morib. Normann. *Bis quino namque cælicolarum ordine creato, decimoque lapso, &c.* Vide S. Augustinum lib. 10. de Civit. Dei cap. 1.

Cælicolæ etiam appellantur Monachi, propter sanctum & angelicum vitæ institutum, quomodo Braulio Episcopo. Cæsaraugust. in Vita S. Æmiliani cap. 5. num. 55. Antonium & Martinum *Cælicolas* vocat. Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis num. 42. edit. Mabillonii: *Nec moram inde ponendi comam fieri passus est, qui in —— aurotextis depositis vestibus, Christicolarum induit habitum, sese Cælicolarum adsciscit numero quantocius congaudens.* Davidi Monacho dicuntur Monachi οἱ τοῖς ὄρεσιν οὐρανοπολῖται. Monasteria vero τὰ ὄρη οἱ οὐρανοί. In Vita S. Nicolai Studitæ p. 904. Consule Notas nostras ad Alexiadem p. 264.

Cælicolæ, Hæretici qui cælum ut Deum colebant. Gl. Græc. Lat. Ο' σέβων τὸν οὐρανὸν, *Cælicola.* Extitit hæreticorum secta quædam sub Honorio, de quibus est titulus in Cod. Theod. & Justin. de Judæis, Cælicolis, & Samaritanis. Judaica & Christiana religione permixta. De hac copiosè egit Jacobus Gotofredus ad leg. 19. d. tit. de Judæis & Cælicol. in Cod. Theod.

CÆLILOQUUS, Propheta. Commodianus Instr. 60. *Céliloquus autem Esaias doctor & auctor.*

CÆLUM, Concameratio, ex Anglico *Seeling*, quod idem sonat. Itali etiam *Cielo di camera*, laquearium vel lacunar vocant. Gervasius Dorobern. de Combustione & reparat. Dorobern. Ecclesiæ: *Deinde tigni grossiores cum ligaturis suis —— succenduntur. Cælum inferius egregiè depictum, superius vero tabulæ plumbeæ ignem interius ascensum celaverunt.* Thomas Stubs in Pontificibus Eborac. *Totamque Ecclesiam à Presbyteris usque ad turrim, —— superius opere pictorio, quod Cælum vocant, auro multiformiter intermixto mirabili arte construxit.*

COEMETERIUM, locus in quo humantur fidelium corpora. *Loca sepulcris apta*, in leg. 2. Cod. Theod. de Hæretic. Vide Cœmeteria sacra Spondani, & Baron. an. 226. num. 9. & seqq. Tantum addo, monere Gillebertum Lunicensem Episcopum l. de Usu Eccl. alico, *adjacuisse Cœmeteriis Sanctorum alia loca, in quibus submersorum & occisorum fidelium corpora conderentur, quia ipsorum animæ Deo commendari non prohibentur. Nam infidelium & sceleratorum corpora longè sunt à fidelium projicienda: quibus enim vivis non communicamus, nec mortuis.*

Cœmeterium, Ecclesia, in qua scilicet fidelium corpora humantur. Innocentius I. PP. Epist. 1. ad Decentium cap. 5. *Non longè portanda sunt Sacramenta, nec nos per diversa cœmeteria constitutis Presbyteris destinamus.* Præfatio ad Libellum Precum Marcellini & Faustini: *Per cœmeteria Martyrum stationes sine Clericis celebrabat.* S. Athanasius Apolog. 1. de fuga sua: τῇ γὰρ ἑβδομάδι κατὰ τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ὁ λαὸς νηστεύσας ἐξῆλθε περὶ τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι. In lib. 3. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 103. extat: *Missa in Cymeteriis.* Infrà: *Omnium fidelium Catholicorum orthodoxorum in hac basilica quiescentium, &c.* Vide Gregor. Turon. lib. de Glor. Confess. cap. 73. & Baron. an. 226. n. 12. Chartam Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016 apud Anton. de Yepez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 5. *Theobegildus Abbas de Cimeterio S. Stephani*, subscribit. Vide *Atrium*, & *Confessa.*

Cœmeteria, seu oblationes sepulturarum, Laici olim usurpavere. Guigo in Vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani n. 4. *Adversus Laicos qui Ecclesias, decimas, ac cœmeteria sacrilegi detinebat.* Adde n. 9. Vide *Sepultura.*

COENA. Auctor Græcismi:

Jentamus mane, cœnamus vespere facto.

Regula Magistri cap. 28. *Erubescamus nos, qui sumus spirituales, fugere hora nona jejunium: cùm vetusta consuetudo antiquitus cognoscitur prandia ignorasse, sed semper vesperam, hoc est, cœnam suis refectionibus ordinavit.* Charta Sugerii Abbatis S. Dionysii: *Refectionibus quoque eorum vespertinis, quas dicunt Cenas,* —— *& in eo decem solidorum refectioni suæ à Monacho Cenatore recipiant.*

Cœna, pro quovis *pastu*, seu jure refectionis aut prandii vel procurationis. Hieron. Blanca in Aragon. rerum Comment. *Nonnulla oppida Ricis hominibus, quas vocabant Cenas, ipsorum Regum more persolvebant.* Charta Petri II. Regis Aragon. ann. 1283. pro Libertatibus Cataloniæ: *Cœnas, albergas, & acapita non accipiamus nec exigamus in locis Baronum, Militum, &c.* De ejusmodi *Cœnis* Regiis præsertim, audiendus Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in v. *Filius*: *Filii Regum Aragoniæ, antequam hereditentur, non solùm primogenitus, sed etiam alii filii exigunt cœnas per totum regnum. Et est ratio, quia filii Regum debent vivere in regno. Tamen ex quo filii sunt hæreditati, & habent de quo possunt vivere, non exigunt cœnas. Vide in Observantia unica, titulo Fori editi apud Exeam, fol. 134. Et reperi scriptum in antiquis scripturis Foristarum, quòd tria sunt, quæ in Aragonia debentur filiis legitimis D. Regis Aragoniæ. Primò debetur filio primogenito, eo ipso quod natus est & juratus, debetur sibi gubernatio generalis. Secundò quòd alii filii D. Regis à primogenito quousque hæreditati fuerunt, possunt ire liberi per totum regnum comedendo. Et nisi populi ministrent eis necessaria, possunt per se recipere ab hominibus regni: licet non à vassallis, seu hominibus Varonum, Nobilium, Militum, Civium, & Infantionum. Tertiò quia filia D. Regis habent demandam, cùm contrahunt matrimonium semel, &c.* Idem in verbo *Nobiles*: *Nobiles Aragon. non possunt exigere cœnas aut servitia in locis Domini Regis, Vide in foro unico tit. de Nobilib. lib. 9. pag. 130.* De cœnis verò Regiis, tit. de Cœnis Dom. Regis lib. 4. p. 104. Adde lib. 1. pag. 20. & Observantias Regni Aragon. p. 27. v.

Cœna Domini, Κυριακὸν δεῖπνον, in priore ad Cor. 11. 20. olim, pro Sacramento Eucharistiæ, vox usurpata. S. Hieron. in verba Pauli, *Dominica Cœna debet omnibus esse communis. Cœna autem dicitur, quia Dominus in Cœna tradidit Sacramenta.* S. Augustinus. Epist. 118. c. 5. *Apostolus dicit, Convenientibus ergo vobis in unum, non est Dominicam cœnam manducare, hanc ipsam acceptionem Eucharistiæ Dominicam Cœnam vocans.* Gloss. Gr. MS. Regium Cod. 2062. Κυριακὸν δεῖπνο, τοῦ κυρίου, ἢ τὸ ἐγκληρονὲν ἐκκλησία ἄριστον.

Quærunt Patres atque in iis S. Cyprianus Epist. 63 Cur δεῖπνε potiùs, seu Cœnæ, quàm ἀρίστου, vel prandii nomine hocce Sacramentum donaverit S. Paulus, cùm probabile sit Corinthios manè Eucharistiam celebrasse, qui fuit priscæ Ecclesiæ ritus. S. Chrysostomus caussam affert, παραπέμπων αὐτοὺς ἤδη τῇ ἑσπέρᾳ καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ Χριστὸς, *Ut remitteret illos jam inde ad illam vesperam, qua Dominus tremenda mysteria tradidit.* Dicta igitur *Cœna* in honorem primæ institutionis. Aliam rationem reddit Gregorius M. in Evang. Homil. 36. *Hoc convivium Dei, non prandium, sed Cœna vocatur, quia post prandium Cœna restat; post Cœnam vero convivium nullum restat: & quia æternum Dei convivium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit, ut hoc non prandium, sed cœna vocaretur.*

Cœna Domini, dicta etiam quinta feria ultimæ hebdomadis Quadragesimæ, quâ scilicet mysterium Dominicæ Cœnæ à Christo fuit institutum. S. Eligius serm. 11. *Vocatur hæc festivitas Cœna Domini, eo quòd hoc die Dominus cœnaverit cum Discipulis, ejusque Sacramentum Corporis & Sanguinis sui tradiderit.* Concilium Meldense an. 845. can. 46. *Nemo sacrum Chrisma, nisi in quinta feria majoris septimanæ, id est, in Cœna, quæ specialiter appellatur Dominica, conficere præsumat.* Vide Isidorum de Offic. Eccl. lib. 1. cap. 28. & Honorium Augustod. lib. 3. cap. 74.

Cœna Valdensium Hæreticorum. Concilium Narbonense ann. 1235. *Aut Cœnæ Valdensis, ubi die Cœnæ, mensa posita, & pane superposito, Valdensis unus benedicens, & frangens, dansque astantibus, credit secundum damnabilem sectam conficere Corpus Christi, &c.*

Cœna libera, dicebatur illa, inquit vir doctissimus Henricus Valesius, quam cœnabant in publico, qui ad ludum, vel ad bestias damnati erant, pridie antequam pugnarent: sic nuncupata, vel quòd quidquid postulassent, vel quòd summa cum libertate & licentia perageretur. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Pridie quoque cùm illa Cœna quam* Liberam *vocant, quantum in ipsis erat, non cœnam liberam, sed agapem cœnarent, eadem constantia ad populum verba ista jactabant.* Fragmentum Petronii: *Venerat jam tertius dies, id est, expectatio liberæ cœnæ.* De hac cœna intelligendus Tertullianus in Apologet. cap. 42. *Non in publico liberalibus discumbo, quòd bestiariis supremam cœnantibus mos est.* Meminit etiam ejusdem cœnæ Scholiastes Juvenalis Sat. 11. ad hæc verba,

Sic veniunt ad miscellanea ludi.

Genus, inquit, *miserabile ferculi, miscellanea, cibus gladiatorum, id est, ultima cœna. Ideo miscellanea, quia omnia quæ apponuntur eis, miscent. & sic manducant.*

Cœna pura. Vett. Glossæ c. de Festis p. 274. *Cœna pura*, παρασκευή. Gloss. Latino-Arabic. & Papias: *Parasceve, cœna pura. id est, præparatio quæ fit pro Sabbato.* Tertullianus lib. 5. in Marcion. *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos, & Sabbata, ut opinor, & cenas puras & jejunia, & dies magnos.* Sanctus Augustinus in Joan. *Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, quando tam propter Parasceven, quam cœnam puram Judæi Latine apud nos usitatius vocant, facere tale aliquid non licebat.* Vetus Interpres Joan. Chrysostomi serm. in Natalem Joan. Bapt. *Qua die conceptus est Dominus, eadem die & passus est. Eadem ipsa dies cœna pura fuit, in qua & Luna decimaquarta occurrit.*

Baronius, inquit Scaliger, negat esse Parasceven, quia cœna pura apud Festum habeat offam [illegible]. Sed non advertit *puram* dici, non quia careat carnibus, sed quia religionis & dicis caussâ fit. Nam & Parasceuæ Judaïcæ habuere carnes, & nihilominus dicantur *Cœnæ puræ*, quòd dicis caussa coquebantur, coquunturque hodie pro Sabbato, quia in Sabbato coqui non licet. Vide eundem Baron. anno Chr. 34. num. 154. & Scaligerum ad Festum. & de Emendat. temp. p. 532. 5[illegible].

COENACLARIUS, Caupo. Gloss. Græc. Lat. *Cœnaclarius*, [illegible] MS. *Cœnaculatius* habet, & post [illegible], addit, [illegible] Δεσπότης.

COENAGIUM. Vide *Cœnaticum*.

COENALE, Taberna, cœnaculum. *Cœnatio*, Sidonio. Interdum cœna ipsa, refectio quævis. Charta G. Episc. Autissiod. an. 1249. in Tabul. Eccles. Autissiod fol. 235. *Super eo quod idem Balduinus dicebat, quod ipse poterat tabernam facere, & alia cœnalia quæ ad nundinas pertinent.* Tabularium S. Bertini an. 1205. *Minutam verò decimam, oblationes tam publicas quam privatas, cenalia, legata, &c.* Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Per fora, per vicos celebrant certamina cunctis
Publica, nec prohibet cœnalia dives egeno.
Sed passim comedunt diffuso nectare venis.

COENATICUM, idem quod *Cœna*, pastus, vel refectio: sed ea præsertim, quam milites exigebant ab hospitibus

spitibus suis, dum in stationes suas se se conferebant. Has autem sustulit lex 12. Cod. Theod. de Erogat. militaris annonæ; ubi, *Grave atque inauditum quoddam nomen Cenaticorum introductum dicitur.* Sed apud nostros diu postmodum mansit. Charta Caroli Calvi ex Tabulario S. Germani Parisiensis, apud Beslium in Episcopis Pictav. *Aut Cespitaticum, aut Cœnaticũ, aut pastionem, aut laudaticum, &c.* Odo Abbas Glannafol. in Translat. S. Mauri cap. 6. n. 32. *Firma sive census piscium, toto quadragesimali tempore, quem more provinciæ Cœnaticum vocant.* Occurrit non semel in Chartis.

Cœnagium, eadem notione accipitur in Tabulario S. Albini Andegav. *quod in exclusis molendini de Varenna* habebat idem Monasterium. Tabular. S. Albini Andegav. *Decimam cenagii mei infrà & suprà exclusam meam.* Idem Tabular. an. 1146. *Cum Canonici ab antiquo sextam partem censuum terragii —— nec non vendarum totius terræ, vinagii, cenagii, in lampredis & alosis, & omni genere piscium haberent.* Alibi: *Cœnatio* appellatur. Locum vide in *Ductus*.

COENATIO. Cœnaculum, vel pars domus in qua cœnabant, apud Sidonium lib. 2. Epist. 13. & carm. 22. Gloss. Græc. Lat. Τρίκλινος, *Triclinum, Cœnatio.* Vide Julian. Antecess.

Cœnatio violentia, in Charta Gaufredi Comitis Andegav. ann. 1061. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Florentii Salmur. idem quod *Cœnaticum*, de quo diximus.

COENATOR, *Cœnarius*, officium Monasticum, penes quem erat cura reficiendorum Fratrum æstivis diebus vespere. Apud S. Dionysium in Francia, in claustri latere quod est secundum Ecclesiam, visitur tumba cum hac inscriptione: *Cy gist Monsieur Iean de Montmorency, jadis Cenur de ceans.* Vide Doubletum in Histor. Sandionys. lib. 1. pag. 425. 861. *Cœnarius* in Tabulario Fossatensi. *Cœnator Monachus*, dicitur in Charta Sugerii proximè laudata. Tabularium S. Dionysii: *Rainaldus de Pompona pro quodam feodo, quod ad jus uxoris suæ pertinere videbatur, singulis annis à Monacho qui cœnam fratrum dispensare solet, 5. modios annonæ ex decima S. Leodegarii exigebat, &c.* Glossarium vetus: *Cœnatores* δειπνηταὶ, *Cenatorium* οἴκημα, δειπνητήριον. Inscriptio Romæ ad D. Pauli, extra muros: *Hic jacet nomine Matrona C. F. in pace uxor Cornelı Primiceri cenariorum, filia Porphori Primiceri monetariorum, &c.*

COENENTARIUS, *Qui victum manibus quæritat.* Ugutio.

COENOBIUM, κοινόβιον. Vim vocis explicat Cassianus Collat. 18. cap. 18. *Licèt a nonnullis soleant indifferenter Monasteria pro Cœnobiis appellari: tamen hoc interest, quòd Monasterium nomen est diversoru, nihil ampliùs quam locum, id est, habitaculum significans Monachorum: Cœnobium verò etiam professionis ipsius qualitatem disciplinamq; designat, & Monasterium potest etiam unius Monachi habitaculum nominari; Cœnobium autem appellari non potest, nisi ubi plurimorum cohabitantium degit unita communio.* Agellius lib. 1. c. 9. de Pythagoræis: *Id quoq; non prætereundum est, quòd omnes simul qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque verbo appellabatur Κοινόβιον.*

COENOBITA. Isidorus lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 15. *Primum genus Monachorum est Cœnobitarum, id est, in commune viventium, &c.* Cassianus Collat. 18. cap. 4. *Cœnobitæ scilicet, qui in congregatione consistentes, unius senioris judicio gubernantur.* Horum institutæ preclarè describit S. Hieronymus Epist. 22. ut & Zachæus lib. 3. Consultationum cap. 3. qui hæc de iis habet: *His conveniendi unus omnibus locus, sed dispar manendi, &c.* Sed hæc nota. Vide Haeftenum lib. 3. Disqu. sit Monastic. Cellotium lib. 5. Hierarch. cap 5. & alios passim.

COENOBOLIUM, *Concilium, Conventio*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013. Alibi: *Concilium, Cœnobolium, cœtum*, ex Græco κοινοβούλιον.

COENODOQUIUM, pro *Xenodochium*, quasi κοινοδοχεῖον, Commune receptaculum. Charta Ferdinandi Regis Hispaniæ æræ 1099. apud Anton. *de Yepez*, in Chronico Ord. S. Benedicti t. 5. pag. 31. v. *Vt —— sit Cœnòdoquium Dei in susceptionem pauperum, &c.*

COENOPOLIUM, *Locus ubi ponuntur & ornantur cibi*, Ugutioni. Ex Græc. κοινοπώλιον, forum rerum venalium.

COENOCOPERIUM, pro *sepulcro*, vel *feretro*. Epitaphium Bartholomæi Episcopi Iscłani, apud Ughellum tom. 6. p. 275. *In hoc Cœnocoperio reconditus fuit Bartholomæus Lombardus —— Episcopus Isclanus* 1389.

Cenodorium, eadem, ut videtur, notione in Hymno MS. in S. Ildevertum Episcopum Meldensem: *Suscitatus puer fuit, Prece cunctis emicuit, Gerebatur Cenodorio, Corpus means Gornaio, &c.*

COENOVEHUM. Will. Brito in Vocab. *Cœnum, lutum. Cœnovehum, Cœnovectorium, instrumentum est cum quo portatur cœnum.* vulgò nostris *Civiere*, Manuarium ferculum quo *cœnum vehitur*, vel aliunde egeritur ac defertur.

Cœnovexia, eadem notione. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudin. cap. 118. *Sic igitur debemus innocentia, beneficio, & prælatione uti in faciendo & recipiendo, sicuti usualiter portatur Cœnovexia. Quippe qui illam subeunt, faciem ad locum quò tendunt: ad locum autem unde veniunt, dorsa vertunt. Tribus enim aliis modis potest, sed non convenienter portari: videlicet ut facies sint contra facies, vel dorsum, contra dorsum, vel facies ad locum unde procedere, terga verò quò ire debeant, convertantur.*

COEPISCOPUS. Gloss. Lat. Gall. *Coepiscopus, Evesque Compain.* Apud S. Augustin. Epist. 34. accipitur pro eo Episcopo, quem *Coadjutorem* vocamus, ut & apud Paulinum Epist. 46 ad Romanianum.

Coepiscopi præterea videntur dicti Chorepiscopi. Vide in hac voce.

COESSE, Simul esse, apud S. Bernardum Epist. 118. & Petrum Blesens. Epist. 134. & serm. 47. Occurrit præterea in Miracul. S. Marculfin. 16.

Coessentes, Sodales, Compagnons. Papias: *Coessentes, socii.* Ordericus Vitalis lib. 3. p. 477. *Tam manu quam consilio in bellico discrimine præclarus inter coessentes suos multoties probatus est.* Utitur passim, p. 544. 552. 586. 600. 664. 688. 759. 861. &c. ut & Vita sancti Ephremi apud Boland. n. 3. Hugo Flaviniacensis in Chron: p 256. &c.

Coessentia. Passio S. Vitalis Martyris n 6. *Gaude & lætare felix Ravenna, —— quæ beati Vitalis sepulchrali meruisti coessentia insigniri.*

COETUS, pro *quietus*, ἥσυχος, in Gloss. S. Benedicti, quomodo nos vulgò dicimus, *Se tenir cois*, id est, quietus.

COFANUS, Avis Apuleio, quæ aliis *Pelicanus* seu onocrotalus. Vide Frideric. lib 2. de Venatione c. 2. 4. 34.

COFFERUM, *Cofrum*, Gall. *Coffre*. Cista, arca, ex Cambro Britannico *Coff*, quod idem sonat. Statuta Willelmi Scotiæ Regis: *De scrinio seu coffero suo.*

Cofrum, in Monastico Anglic. to. 3. p. 312 Gervasius Dorobern. an. 1182. *Iussit hoc scriptum reservari — in cofris suis & thesauro Cantuarensis.* Testamentum Geraudi de Abbatis villa an. 1271. in Historia Comitum Pontivens. p 204. *Et unum cofrum ad custodiendum supradicta.* *Cofri Lemovicenses*, in Charta Petri Episcopi Parisiens. an. 1218. apud Sammarthanos, id est, ex opere Lemovicino.

Coffrarius, *Arcarius*, qui *coffra*, seu arcas Regias servat, in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 3. Anglis *The cofferer of the Kings houshold*, Magni Oeconomi seu Dispensatoris Regis Contrarotulator, Vicarius, cujus munus est aliis familiæ Regiæ Officiariis sua salaria seu stipendia erogare. Steph. Skinnerus in Etymologico Angl.

COFIA. Vide *Cupha*.

COFINUS, Cophinus, fiscina. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de buticis & cofinis, id est, scriniis, &c.*

Cofinellus, Minor cophinus, in Regula Templariorum, cap. 44.

COFRA. Observantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Salva Infantion. §. 9. *Verumtamen quoad munera personalia, vel cofram præstandam, vel faciendam domino loci, talis infantio non tenetur.*

COGBELLINUS. Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1274. *Extra parietem, juxta Cogbellinos ejusdem Petri.*

DOGCIO. Vide *Coccio*.

COGEEHULST, *Cogschult*, Navium debitum, naviticum, tributum quod ex *Coggis* penditur: Germanis enim *Schuld*, est debitum. Vetus Charta apud Willelmum Hedam in Odibaldo Episc. Traject. *In Almere Regalis census, qui vocatur Cogeehulst.* Alia Ottonis Imp. ann. 949. apud eundem: *Insuper & tributorum, quæ Huslata, & Cogschult dicuntur, &c. Teloneum Coggonum* videtur nuncupari in Diplomate Waldemari Daniæ Regis apud Pontanum lib. 7. Histor. Danicæ: *Telonea Coggonum maneant prout fuerant ab antiquo.* Vide *Cogo*.

COGINA, inter vasa & ministeria sacra recensetur in Charta Ferdinandi Imperatoris Hispaniæ æræ 1191. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 7. *Tres concos, & 3. aceres, & 2. orceolos, & 2. coginas, & candelaria unam, & candelabra duo, omnia hæc de laton.* Vide *Cocinnula*.

COGITARE, Existimare, putare. Gesta Regum Francor. cap. 35. *At illa cogitans, quod Landricus esset, &c.* Id est, *putans*.

COGITAMEN, Cogitatio, apud S. Eulogium lib. 3. Memor. SS. cap. 5. & 7. Gloss. Lat. Græc. *Cogitamentum*, ἐνθύμημα.

COGNABO, *Igniarium unde ignis excutitur*. Papias.

COGNATI *germani*. Patrueles, vel sobrini, *Cousins Germains*. Charta Communiæ Peronensis ann. 1207. *Consanguinei, qui vulgò Cognati germani appellantur. Cousin remué de germain*, in Chron. Flandr. cap. 6. id est, remotus gradu à germano.

COGNATIO *Spiritualis*. Vide *Generatio*.

COGNIDIUM. Potionis species apud Ægyptios, vel saltem Alexandrinos. Papias: *Cognidium, genus potionis ad bibendum.* Gregorius Magnus lib. 6. Epist. 37. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: *Suscepi autem benedictionem S. Evangelistæ Marci, juxta breve vestris Epistolis insertum. Sed quia collatum ac Iuritheum non libenter bibo, præsumens Cognidium requiro, quod in hac urbe post multa tempora, vestra innotescere transacto anno Sanctitas fecit. Nam nos hic à negotiatoribus nomen Cognidii, & non substantiam comparamus.*

COGNITAMENTUM, idem quod *Adcognitatio*, Promulgatio. Capitula Caroli Calvi tit. 27. c. 3. *Sed & illa capitula —— adcognitent, & cognitamentum quod modò apud Confluentes fecimus, omnibus innotescant* Infrà: *Qui deinceps talia præsumpserit, sicut incognitamento illorum continetur, —— hoc emendare cogantur.* Vide *Adcognitare*.

COGNITIO, Homagium, nostris *Reconnoissance*. Consuetudines Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 49. *Debent facere instrumentum protestationis quod faciant directum Domino majori, seu cognitionem, vel homagium, vel aliquod aliud de quo teneatur*

COGNITIONES, Insignia, arma, seu potius saga militaria armis & insignibus depicta, quibus Nobiles à se invicem discernuntur, & innotescunt: Anglis, *Cognizance*. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 855. *Petrus de Maulia, aliique nonnulli fugientium, cognitiones suas ne agnoscerentur, projecerunt.* Matthæus Paris ann. 1250. *Cum viderent hostes Christi armis, vexillis, & cognitionibus picturatis, quas bene noverant, cum derisionibus superbire.* Δείγματα, Græcis. Vegetius lib. 1. cap. 18. de Militibus: *Diversis coloribus diversa in scutis signa pingebant, ut ipsi nominant, δείγματα, sicut etiam nunc moris est fieri.* Oracula Leonis Imp. de Andronico Comneno, qui Agnetem Philippi Augusti Regis Francorum filiam in uxorem duxerat. Ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος. *Le Roman de Rou MS.*

N'i a riche homme ne Baron,
Qui n'ait ces lui son gonfanon,
Ou gonfagnon, ou autre enseigne,
Ou sa mesme se restraingne,
Connoissances, ou entresains,
De plusieurs guises escus pains.

Le *Roman d'Aubery MS.*

Sa connoissance fu d'un pail mult cler.

Guill. Guiart, ubi de prælio Boviensi, de vexillo Ottonis Imp.

Cils dragons soutint la baniere
Des connoissances l'Emperiere.

Idem in S. Ludovico, ubi de Manfredo occiso:

En la chace est Mainfroi tué,
Més onc nus homs ne pot à dire
Pour certin qui le pot ocire:
Car le jour de celes nuisances
Porta estranges connoissances.

Hoc est, eo in prælio, alterius, seu inusitata insigna detulit. Et infrà, ubi de Henrico Consentino, qui Caroli Regis arma induerat in prælio quo Conradinum fudit:

El premerain pour le conduire
Est li preus Henris de Cosances,
Cel jour porta les connoissances
Du Roi, par quoi plustost peri.

Vide Gobelinum lib. 9. Comment. Pii II. PP. p. 223. & Hemricurtium de Bellis Leodiensib. cap. 41.

COGNITIO *placiti*, Anglis Jurisconsult. *Conusance de plée*, est privilegium quo urbs vel civitas donatur à Rege, ut intra *libertatis* suæ procinctum jus habeat tenendi placita de omnibus contractibus & prædiis: cujus ea vis est, ut si qui horum locorum incolæ in jus pro quavis re vocentur in Curiam Regis, Majores seu Baillivi ejusmodi libertatum possint petere cognitionem placiti: id est, ut res ante ipsos pertractetur & judicetur. Rastallus. Adde Covvellum. In Assisiis Hierosolymitanis MSS. passim occurrunt hæ formulæ, *Se mettre en l'esgard ou connoissance de Court*: *La Court esgarde & connoist, &c.* Eædem c. 45. *Seignour ne doit faillir a esgard, ou de connoissance de Court a home, ne à feme, qui la requiert en la Court.*

COGNITOR, Judex, in Codice non semel.

Cognitor qui vice sacra judicat, ibidem.

Cognitores etiam dicuntur ii, quos Pontifex retractandis & recognoscendis Episcoporum & Conciliorum sententiis pro data occasione committebat: hos ἐπιγνώμονας vocat Concilium Sardicense can. 3. De iis Morinus lib. 1. Exercit. Eccles. c. 20.

COGNOSCERE, Coire, misceri. *Stupro cognita*, apud Lampridium in Heliogabalo. Vetus Pœnitentiale MS. *Qui in Quadragesima ante Pascha cognovit uxorem suam, &c.* Ordericus Vital. lib. 10. *Postea sponsam suam ——cognovit, quæ sequenti anno filium ei peperit.* Michaël Scotus de Physion. c. 7. *Nec se permittat cognosci à viro per 7. dies.* Occurrit passim in Sacris libris. Vide Appendicem ad Concilium Lateranense III. part. 6. c. 10. 17.

Cogno-

Cognoscere, Fateri, agnoscere, nostris, *Avouër, reconnoitre.* Ordericus Vitalis lib. 11. *Et proditionem, quam fecerat, palam cognovit.* Ita *cognoscens latro*, est *confitens* in Legibus Edvv. Confess. cap. 26. *Justitia cognoscentis latronis sua est.* Adde Bracton. l. 3. tract. 2. c. 33. 34. 35.

COGO, *Coggo*, *Cogge*, *Cocco*, Navigii genus, quod *Cogs*, Angli dicunt, Galli *Coquets.*

Cogo, Matth. Paris an. 1218. *Præparatis cogonibus, Galeis & aliis navibus onerariis.* Thomas Walsingham. in Ricardo II. p. 199. *Cujus summa se extenderat ad 37. galeias, 8. cogones, & nonnullas bargias.* Occurrit infrà non semel, pag. 201. 318. 319. 320. 322. ut & apud Vincentium Bellovacens. lib. 31. Speculi Histor. cap. 83. 84. Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. p. 1136. in Chronico Sclavico incerti auctoris apud Erpenium Lindenbrogium an. 1361. &c.

Coggo, apud Godefridum Monach. in Chron. ann. 1218. Matth. Westmonast. ann. 1066. & 1296. pag. 221. 429. & in Diplomate Waldemari Daniæ Regis an. 1326.

Kogge in Hist. Archiepiscop. Bremensium: *Posuerunt magnam navim, vulgariter dictam Kogge, cum armatis viris.* Vide Pontanum lib. 1. Rerum Francic. cap. 9. p. 53.

Cogga. Hist. Hierosl. 50. *Naves, quas vulgo* Coggas *dicunt.* Matth. Paris an. 1218. 600. *naves & 24. Coggas bene paratas.* Ita etiam Matth. Westmonast. ann. 1216. p. 276.

Cocca, apud Joannem Villaneum lib. 11. cap. 107. lib. 12. cap. 38.

Coqua apud Nangium in Philippo III. Rege Francorum pag. 519.

Cocha, in Memoriali Pauli de Paulo apud Joan. Lucium in Hist. Dalmatica pag. 431. 437.

Cocho, apud Richardum de sancto Germano in Chron. an. 1217.

Cocco, apud Oliverium Scholasticum de Expugnat. Damiatæ: *Quatuor coccones, super quos ædificata fuerant propugnacula ad capiendam civitatem.* Et infrà: *Coccones propugnaculis & castellulis, viris etiam armati, cum galeis & aliis navibus sequentibus —— immersionem evaserunt.* Utitur etiam non semel Godofridus Monach. ann. 1218. ut & Matth. Westmonaster. ann. 1066.

Cochetus. Charta Philippi Augusti an. 1216. pro Comite Bellimontis: *Si verò contineatur in baco vel in cocheto merrenum ad dolia facienda, &c.* Cochet & Coquet, Gallis. Will. Guiart an. 1304:

Ains refait ses vessiaus hourder;
Dont il ot la quoquez & barges;
Et grans nez profondes & larges.

Infrà:

Environ les nés n'a batel;
Tant soit bien fermé à loquet;
Petite barge, ne coquet.

Eodem anno:

Aucuns d'eus haut és mas repuient;
Pour traire & pour lancier a plain.
Chastel & coquet son ja plain
D'autres gens que de garçonciaus, &c.

Anglis *Cocket*, est Schedula à publicanis mercatoribus tradita, quâ significatur mercatorem debitum vectigal solvisse. Vide Stephan. Skinnerum in Etymolog. Anglico tit. de Vocib. forensib.

A voce Gallicâ *Coque*, id est, concha, testa, deducit Spelmannus, quòd ejusmodi navigia concharum formam referant. Certè ab ejusmodi navium figura, vel usu, currus nostros publicos viminibusque contextos, appellatos admodum probabile est: vel quòd, non ut hodie, in longum porrecti, sed rotundi quodammodo essent: vel certè quia ut Cogones ad transvehendos itinerantes addicti potissimùm essent, ita & currus isti publici. Alia de vocis *Coche* Commentantur Ludovicus *de La Certa*, in Adversariis cap. 125. num. 12. & V. Cl. Ægidius Menagius in Orig. Gall.

COHIBERE; *Cohibentia.* Vide Conhibere.

COHORTALES, *Cohortalini*, *Curtalini*, dicti primùm Officiales Præfecti prætorio; ut docet lex 1. Cod. Th. de Cohortal. & lex 4. eodem Cod. de Diversis offic. Glossæ veteres: *Cohortalinus*, Θυρωρὸς τῦ πραιτωρίυ. Postmodum Rectorum provinciarum Officiales ita appellati: *Apparitores cohortales*, in l. ult. de Cohort. *Cohortalis militia*, l. 1. hoc tit. *Cohortalini*, l. 26. 28. hoc tit. de quibus plenè eod. titulo. Martianus Imperat. in Edicto contra Eutychen parte 3. Concilii Calched. c. 12. Ἀλλ' οὐδεμίαν μετιέναι στρατείαν ἀνεχόμεθα, εἰ μή τι ἄρα τὴν τῶν κορτιαλίνων, ἢ τὴν λιμιτανέαν. Τ... στρατείαι τῆς κόρτης, auctori Vitæ S. Georgii Episcopi Amastreni num. 29. Notitia Imperii p. 107. 182. *Ab actis, Subadjuvam, Exceptores, & reliquos Cohortalinos; quibus non licet ad aliam transire militam sine annotatione clementiæ principalis.* Horum etiam mentio in Novellis Theodosii Imp. Paulinus Epist. 7. ad Severum: *Nos adeant & revisant conservuli & compallidi nostri; non vestibus pictis superbi, sed horrentibus ciliciis humiles, nec chlamyde curtalini, sed sagulis palliati.* Chlamys autem propria erat militum. Sic porro appellatos videtur innuere Paulinus, quòd *in Curti* Præfectorum militarent, hoc est in Prætorio, vel Palatio. His præerat Κόμης τῆς κόρτης, de quo Glossæ Basil. in V. δομέστικος.

COHUÆ, vulgò *Halles*, Porticus nundinariæ, interdum ipsa placitorum fora. Charta Aymerici Vicecomitis Thoarcensis an. 1250. *Quòd ipse Aimericus successoresque sui, sive Podii Bellicardi possessores, pro anima prædicti Thesaurarii 4. libras annui reditus solvere teneretur de reditibus & proventibus Cohuæ prædicti Podii Bellicardi; vel de aliis proventibus prædicti Castri, si dictam Cohuam processu temporis contingeret deperire.* Alia Gaufredi de Lisiniano, an. 1232. *Platea in qua ædificata est Cohua mercati Volnenti, & quidquid in ipsa cohua ædificatum est, &c.* Cohua Niortensis, in Chartis an. 1353.

Cohuagium, Vectigal & tributum ex *Cohuis* pensitari solitum. Arrestum S. Michaelis in Norman. an. 1278. 2. Regesto Joan. de S. Justo fol. 39. in Camera Comput. Paris. *De Templariis qui dicebant quòd homines sui debebant esse liberi à solutione Cohuagii per cartam ipsorum. Concordatum fuit, quòd si Cohuam intrare velint, Cohuagium solvant.* Charta fundat. Monasterii Guerchensis in Britannia: *Dono etiam eis decimam molendinorum, & decimam Cohuagii de Guerchia, —— ad usum autem Sacristæ dono 60. sol. Subsacristæ 30. sol. in redditu Cohuæ meæ.* Alia fundationis Abb. Saviniaci ab Henrico II. Angl. Rege: *Quietâ de omni teloneo, —— pasnagio, pontagio, Cohuagio, pallagio, &c.*

In plerisque Normaniæ & Pictonum viciniarumque regionum municipiis, *Cohuæ* vocantur judicum auditoria, quòd in his porticibus ut plurimùm judicia sua exerceant judices pedanei: unde Chopinus in Consuet. Andeg. *Cohuas* veteri Normannico idiomate dictas censet, subtili magis quàm veraci etymo, à *Coeunte illuc litigatorum multitudine*: cùm potior sit sententia à voce Latina *Chaos* deductum vocabulum. Est enim *Cohua*, indiscreta & promiscua hominum multitudo. Ordinationes Scaccarii Normanniæ an. 1383. *Item que les Baillifs & Vicomtes soient diligens d'aller en Cohuë dedans prime le premier jour de leur auditoire, & aux autres jours subsequens, continuellement dedans sept heures du matin, & dedans deux heures de relevée, afin que le peuple puisse estre mieux & plustost expedié.*

COHUM, *Corrigia, qua jugum ad temonem religatur.* Joan. de Janua.

COINQUINARE, per στιχωματισμόν pollui apud Columbanum de Pœnitent. mensura.

COIPHA. V. de *Cuphia*.

COINTISES. Matthæus Paris an. 1252. *Mille enim Milites & ampliùs vestiti serico, ut vulgariter loquamur*, Cointises, *in nuptiis ex parte Regis apparuerunt.* Galli *Coints* dicebant cultos, ornatos, elegantes, *Comptos*, unde vocis origo. Hinc *Cointoier*, pro *ornare*, in Statutis S. Ludovici lib. 1. *Et son lit & sa robe à cointoier, & un fermail, &c.* In libro MS. cui titulus, *Le livre des Moralitez*, ponitur *Cointise* inter virtutes: ubi sic describitur. *Il ne'st est departie en 4. choses, en Cointise, en forche, en droiture, en atempranche. Cointise est une vertu qui fait connoistre les bonnes choses des mauvaises, & enseigne à departir les unes des autres.*

Sed aliud est *Cointise* apud Matthæum Paris. Sunt enim vestes elegantiores, & levioris materiæ, cujusmodi sunt saga militaria ex serico vel subtiliori alio panno: & vittæ tenuiores, aut lemnisci, quibus Cassides, hastæ, & equi ipsi exornabantur. Quo sensu vocem *Cointise* perpetuò usurpat Willelmus Guiart in Hist. Franc. MS. Sic enim ille ad an. 1105.

La ot tante enseigne orfresée
Du lonc des rens en lair assise,
Tant hyaume brun, tante Cointise
Do soie parfaite & tissuë.

Sub an. 1304.

Cil Escuier ot le jour mise
Sus ses armes une Cointise
De gueules sans euvres tremées
Fors molettes d'argent semées.

Infrà describens navalem Francorum exercitum ante Ziriczeam:

Couleurs jaunes, indes, & rouges,
Vers, vermeilles, & desguisées
Pevent ilenc estre avisées
Es Cointises qui leur apendent.

Alibi:

La nef croist, galies chancelent,
Qu'en ajoignant des bors assises,
De tuniques & de Cointises.

Sub an 1268.

La veissiez Cointises bruire,
Et aval le vent freteler.

Et ann. 1304. de prælio in Monte Pabul. commisso, has *Cointisas* bellè describit.

Les atours de diverses guises,
Les paremens & les Cointises
Dont li flos, d'eus est assené
Ne deviseroit homme né,
Comment que il i entendist,
Le païs luist & resplendist
Aussi clerement comme espars
De Gensarmez de toutes pars.
Car le soleil s'est embatus,
Es garnemens à or batus,
Que cil ont sur leur armeures,
A beles entrelaceures,
Si très gentes que ç'est merveille,
De soie Inde, blanche, vermeilles,
Jaune, vert, sore, ardant, & perse,
Netoiée de tache terse,
Et n'est pas mise par monciaus,
Qui bien prend garde aux lionciaus,
Aus oiselez, aus besteletes,
Qui d'euvres polies & netes,
Sont la par diverses couleurs,
Ne li souvient de ses doulours.
Or fin, qui tant est agreable,
Rose, sinople, argent & sable,
Vermillon & azur & mine,
Que les biaus atours enlemine,
Reflamboient par est ancelles
En riches escus & seles,
En çaintures & en tissus,
Sus ceus qui sont aus chams issus.

COITANUM. Vide *Cochanum*.

COITINERARIUS, Socius itineris, in Actis XXXVII. Martyrum Ægypt. n. 4. apud Boland. 18. Jan.

COKET, *Coketa*, mensuræ species, fortè ex latino *Concha*: nam *Concha* mensura aridorum fuit, uti in hac voce docemus, apud Anglos. Fleta lib. 2. c. 9. §. 1. *Panis de Coket de eodem blado & eodem bultello, &c.* Infrà: *Panis verò integer quadrantalis frumenti ponderabit unum Coket & dimidium.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 39. *Ordinatum est quod sit trona ad lanas ponderandas ——— & sit ibi Clericus ad tronum, qui ——— potest convenienter esse Clericus Cokete Regis.* Vide *Cogo*. Steph. Skinnerus in Etymologico Anglico, ait *Cocket bread*, videri dictum panis quoddam medium genus inter purissimum, seu similagineum, & vilissimum furfureum: illudque quod *Coketo*, seu cymba in urbem advehitur, quemadmodum Parisienses *Pain chaland* vocant, quod *Chelandio* deportatur. Vide *Chelandium*.

COLA, *Colatorium*. Vide *Golum*.

COLACIUM, *Collecium, Collatium*. Charta Adelfonsi Imp. Hispaniæ æræ 1184. apud Anton. *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. p. 447. *Cum suis solaribus, cum colaciis, & cum suis terminis ubicunque sint, &c.* Alia Ferdinandi Regis Castellæ æræ 1227. apud eundem tom. 1. *Cum colleciis & solaribus, cum pratis, pascuis, aquis, nemoribus, defesis, cum montibus & fontibus, &c.* Alia Honorii III. PP. ibidem: *Ecclesias cum decimis, collatiis, possessionibus, & aliis pertinentiis, &c.* Adde Colvenacezium in Hist. Segoviensi cap. 16. §. 1. 8. cap. 18. §. 3.

COLACUS, *Colagus*, Piscis species. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1125. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon. fol. 75. *Confirmavi etiam pro remedio peccatorum meorum, ut quicunque adduxerit pisces, ex quacunque parte ad Pampilonam de unaquaque carcata, donec ad sanctam Mariam de lezna, (leg. lesda) unum colacum, aut ejus pretium.*

Colagus. Consuetudines Ecclesiæ de Regula, to. 2. Bibl. Labei: *Si extraneus portaverit duodenam lampredarum, denarium dabit, si 12. colagos portaverit per aquam, unum dabit.*

COLÆPIUS. Fragm. Petronii: *De bulla faciet piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colæpio gallinam.*

COLÆRIGERATUS. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Casula de rubeo sameto, quæ fuit Fulconis Episcopi, cui opponitur dorsale colarigeratum interlaqueatum de fino auro, &c.*

COLAPHISTA, *Moneta*. Ita Ugutio. Fortè pro *Collybista, Monetarius*.

COLAPHUS, *Colli percussio*, Joanni de Janua, unde *Colaphizare, collum cædere*, eidem. Vide *Alapa*.

Colaphus sumitur etiam pro ictibus virgarum viminearum in servo per tormenta interrogato, in lege Salica edit. Heroldi tit. 43. *Similiter servus 121. colaphos accipiat.* Pithœana *Ictus* habet. Infrà §. 7. *Ictus flagellorum*. Monet Bignonius in eadem lege MS. tit. 19. §. 1. pro his verbis, *Et colpus ei fallierit*, legi *Colaphus*: unde evincitur vocem *Colpus*, ex *Colaphus* deductam.

Colaphi Judæorum. Charta Amelii Episcopi Tolosani apud Catellum, lib. 3. Rerum Occitan. pag. 520. *Leddam etiam quam a festivitate omnium SS. ad festum B. Saturnini Episcopi in Burgo, pro Colapho Judæorum datam injustè Canonicis auferebat, (Ecclesia S. Saturnini) absolvo, reddo, dimitto Clericis S. Saturnini præsentibus & futuris.* Describit idem Catellus p. 523. Chartam

Chartam aliam Guillelmi Episcopi Biterrensis an. 1160. qua remittit *Judæis commorantibus in civitate Biterris, illum impetum & insultum, & lapidationis bellum, quod jure vel injuria more solito solebant Christiani adversus Judæos hujus villæ facere, à prima hora diei Sabbati ante Ramos palmarum, usque ad extremam horam secundæ feriæ post Pascha, die vel nocte,* idque remittit pro ducentis solidis Melgorensibus, quos à Judæis accepisse se fatetur. Ex quibus patet Judæos iisdem ignominiis in urbibus passim affectos, quibus olim Christum dehonestarant: & ut ab iis eximerentur, subinde tributa exsolvisse. Hujus autem Judaicæ colaphizationis originem pluribus indicat Vita S. Theodardi Archiep. Narbonensis apud eundem Catellum p. 750. & seqq.

Colaphus Militaris. Vide *Alapa.*

Colafisari, in Gloss. Gr. Lat. κολαφίζεσθαι: ubi leg. *Colafizari.*

COLARE, Colum. Apitius lib. 7. c. 5. *Assatura in colari elixatur, & infunditur in fretali piper.*

COLARE, Fluere, *Couler.* Fori Oscenses an. 1247. fol. 31. *De molendino, quod colat de nocte & de die, molendinarius tenetur, quod amittitur, emendare.*

COLARIUM, idem quod *Collare*, ornamentum Ecclesiasticum, quod Sacerdotis aut Diaconi collo aptatur. Historia Episcoporum & Comitum Engolismensium c. 35. *Tres tunicas, septem amictus argenteos, & aureos, colarium unum, 4. stolas, 8. manipulos.*

COLATORIUM. Vide *Colum.*

COLAX, Acropolis, Arx, Castellum. Raymundus de Agiles, de Arce Antiochena: *In colle autem septemtrionali Castellum quodam est, & in medio collis castellum aliud, quod Græca lingua Colax vocatur.* Atqui Græca lingua, non Attica & antiqua, sed barbara, hic intelligitur: nam κουλὰ acropolim Antiochenam vocant Anna Comnena lib. 11. Alexiad. & Scylitzes in Nicephoro Phoca, ubi perperam καλὰ pro κου-λὰ irrepsit. Neque tamen propria fuit arcis Antiochenæ appellatio, cùm cæteris arcibus quibusvis eadem adscribatur, uti jam monuimus in Notis ad Alexiadem.

Unde patet κουλὰ in universum acropoles Græcis dictas, voce fortean à Latio ducta, à colle scilicet, quia in editioribus locis exstrui olim solebant acropoles. Jo. de Janua: *Sunt colles præeminentiora juga montium, quasi colla, vel ipsi ascensus circa summitates montium.* Eò fortè referendus locus Saxonis Grammatici lib. 10. Hist. Danicæ pag. 167. *Toko in consimili genere laudis suam ausus conferre virtutem, apud collam rupem editæ professionis experimentum præbere compellitur.* Sed & Hebræi *Cora* colles vocant, ut auctor est Isidorus lib. 14. Orig. cap. 25.

Verùm probabilius videtur κουλὰ, vocem esse Saracenorum: nam & etiamnum Turci Heptapyrgium Constantinopolitanum, semiturcico vel hybride potiùs *Heptagulades*, seu ἑπταγκλάδων vocant: ubi per *Gulades* turres innuuntur: ex quo etiam obiter intelligi potest, inquit Leunclavius in Pandecte Turcico n. 139. quod Africanæ *Guletæ* sit etymon, sive notio. Thomas Smithus in Epist. de moribus & institut. Turcarum pag. 18. idem Heptapyrgium *Jedi Kola* hodie etiam appellari testatur. *Gula* igitur & *Cula* idem sunt, turrimque sonant. Vide *Collarum.*

COLDA. Testamentum Andreæ Episcopi Dertonensis exaratum Hugone & Lothario in Italia regnantibus, apud Ughell. in Appendice tomi 4. *Facistergios 2. ara unam, plagione duos, velo uno, calices argenteos duos cum patenis, corona argentea cum cruce una, coldas tres.*

COLERES, *Humores.* Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. Humores biliosi, fortè ex Gr. χολέρα. Passionarius sub nomine Galeni editus lib. 1. cap. 4. de Cephaloponia: *Et tunc ex stomacho fit capitis dolor, tunc malefactio & nausea fit ex cholerum co..ec.ione in stomacho.* Adde cap. 5. 7. 9. & 10. lib. 2. cap. 16. 32. 36. 38. &c. Utuntur non semel ejusce ævi Medici hac voce, quam nuper ex MSS. Codd. restituerunt apud S. Augustinum tom. 1. eruditi Benedictini in præclara illa sancti doctoris operum editione, quæ sub prælo est.

COLERIUS, idem qui *Colladerius*, de qua voce infrà. Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *De cera, de una libra unum denarium in amplius ab illo qui vendet, & si Colerius portaret, non daret ampliùs quam is qui vendit.*

COLETTUM, Anglis, ut auctor est Spelmannus, est Sigillum Regio telonio constitutum, ipsumque breve eodem sigillatum.

COLDEUS. Vide *Colideus.*

COLICA, vestis species. Lambertus Ardensis: *Arnoldus eidem scurræ, qui nullo nomine dignus habetur, duas colicas denegavit scarlatinas.*

COLHARES *de prata*, cochlear argenteum in chartha Lusitan. to. 4. Monarchiæ Lusitan. pag. 304. Galli *cuilier* dicunt.

COLIBERTUS. Vide *Collibertus.*

COLIDARIA, *Panis, qui vulgò dicitur Ficta collida.* Ugutio.

COLIDEI, *Culdei, Keldei, Keledei*, dicti apud veteres Scotos Monachi, qui, quòd sedulo prædicationi vacarent, essentque frequentes in oratione, ab iis ita appellati sunt, quasi *Cultores Dei*, ut auctor est Hector Boethius lib. 6. Hist. Scoticæ, & ex eo Buchananus. Subdit idem Boëthius, *invaluisse id nomen apud vulgus in tantum, ut Sacerdotes omnes ad sua pene tempora vulgò Culdei, i. Cultores Dei sine discrimine vocitarentur.*

Alii, in quibus est Thomas Dempsterus in Apparatu ad Histor. Scoticam, existimant *Colideos* non tam fuisse Monachos, quam Canonicos Regulares, seu Presbyteros Monachatu nondum indutos, qui in Occidente, seculis in illis primitivis haud ita in usum acceptus erat. Interdum *Ministri*, interdum *Clerici* nuncupantur in Historia Fundationis Hospitalis S. Leonardi infra civitatem Eboracensem tom. 2. Monastici Angl. pag. 367. 368. ubi agit de Colideis, qui Ecclesiam Eboracensem deserviebant, quam, si non Ethelstani Regis temporibus, saltem postmodum à Monachis, deinde à Canonicis, ut plerasque alias in Anglia possessam constat.

Ajunt præterea Scotici & Anglici Scriptores penes eos fuisse Episcopum ex suo ipsorum Collegio eligendi, qui & ipsis, & Diœcesi præesset; quod jus etiam fuit omnium fermè Collegiorum Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus. Nolim cætera præstare quæ addit Seldenus de Colideis, nempe, non Pontificem duntaxat sibi elegisse sed ordinasse & consecrasse sine Episcopi alicujus ope singulari & necessaria: aut *Colideos* Presbyteros fuisse, qui sine titulo Episcopali, sed ex Presbyterii sui jure præeunte, neque ex Episcopali aliunde petita consecratione, tam quæ ordinis, quàm quæ jurisdictionis Episcopalis sunt, munia peragerent, cujusmodi fuisse ait Chorepiscopos in Gallia & Germania: nam cùm hæc probatione indigeant, censuerim inquirendum ampliùs.

Interim nescio an sententia eorum magis arrideat, qui existimant *Colideos*, aut Canonicos Regulares, aut Clericos fuisse, qui in majoribus Ecclesiis divina celebrabant officia. Id certè probat quod ex Joanne Meyo Archiepiscopo Armachano, & ex bulla Nicolai V. PP. refert Spelmannus, *Colideatus* officium in eadem Ecclesia Armach. beneficium fuisse Ecclesiasticum sine ulla animæ, ut ajunt, cura, *Colideosque* fuisse seculares Presbyteros.

Habuere

Habuere etiam Ecclesiæ Anglicanæ suos Colideos, uti mox innui: sed & Hibernicæ & Gvvallenses, ut testatur Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 4. *Capellam, cui pauci Cælibes, quos Cælicolas vel Colideos vocant, devotè deserviunt.* Et in Itiner. Cambriæ lib. 2. cap. 6. exertè Monachos vocat: *Insula modica quam Monachi inhabitant religiosissimi, quos Cœlibes vel Colideos vocant.*

Keledeorum Scoticorum, meminit Diploma Davidis Reg. Scotiæ tom. 2. Mon. Angl. p. 1055. de quibus etiam multa habet Jacob. Usserius Armachanus de Britanicarum Ecclesiarum primordiis c. 15. At quid sibi velint quæ præfert Chron. Dunelmense MS. sub Turgoto Ep. S. Andreæ, qui electus fuit an. Chr. 1108. *Totum jus Keledeorum per totum regnum Scotiæ transivisse in Episcopatum S. Andreæ;* pluribus disputat idem Seldenus in Præfat. ad Script. Anglic. quem consule, si lubet.

COLIFARIUS, Isidoro in Glossis, & in Excerptis Pith. *Bos operarius.*

COLIMPHIA, quasi *Colymba*, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν natare, navicula urinatoria, in qua qui foret, etiam ea aquis obruta, non indigeret lumine, quia speculi electrini, vel vitrei beneficio pelluceret. Ita Vossius ad hunc locum Hieronymi: *Ajunt in ipsas colimphas ipsum Alexandrum introisse, & profundum conscendisse, & usque ad imum, ut sciret Oceani profundum, & differentiam maris & abyssi.* Aliàs *Colimbi* dicuntur *tubi per quos currit aqua per loca occulta*, in Glossis Isonis.

COLINELLATUS. Historia Episcopor. Autisiod. cap. 20. *Gabatam anacteam colinellatam pensant. lib. 3.* Leg. *columellatam*, ut ibi non semel.

COLISEUM, seu Colosseum: sic Amphitheatrum Titi Romæ vocant, de quo id Bedæ Vaticinium extat in Excerptis seu collectaneis ejusdem Bedæ: *Quandiu stabit Colyseus, stabit & Roma: quando cadet Colyseus, cadet & Roma: quando cadet Roma, cadet & mundus.* Anastasius in Stephano II. PP. pag. 93. *Dum ad Colisseum advenissent, &c.* Ugutio: *Coloseum, quidam locus Romæ, ubi olim erant imagines omnium provinciarum, & in medio erat imago Romæ tenentis pomum aureum, utpote domina & regina omnium, & erant i....... dispositæ arte nigromantiæ, quia quando aliqua Provincia volebat insurgere contra Romanos, statim imago Romæ obvertebat dorsum imaginis illius provinciæ: vel ubi Dominus, imago illius provinciæ insurgebat contra Romæ imaginem, & tum Romani ex improviso mittebant illùc exercitum, & provinciam illam subjugabant. Tali arte Romani Trojani mundum subjugabant.* Risum tenete.

COLITOR, *Dominus fundi*, Isidoro in Glossis & in Excerptis Pithœanis.

COLLABORATUM. Vide *Conlaboratio.*

COLLACTEUS, pro *Collactaneus*, coævus, ὁμογάλακτος. Saxo Grammaticus lib. 3. *Inter quos fortè quidam Amlethi collacteus erat.*

COLLADERIUS. Vide *Collaterius.*

COLLANA, *Torques*, ex Ital: in Statut. Mediolanensibus 2. part. cap. 450.

COLLARE, *Collarium*, Armaturæ species, quâ scilicet collum militis tegitur: Gloss. Lat. Gr. *Collarium*, περιτραχήλιον. Glossæ Gr. Lat. περιτραχήλιον, *Monile, hic salarus, collare*, περιτραχήλια σιδηρᾶ, apud Leonem in Tactic. cap. 5. §. 4. Gall. *Collier*. Willel. Brito lib. 11. Philippid.

Qua ligno junctum est ferri transegit acumen
Per collare triplex, & per thoraca trilicem.

Collarium. Matth Paris an. 1252. *Carens collario, lethaliter vulnerabatur.* Tho. Archidiac. in Hist. Salonit. c. 28. *Venitque ictus inter cassidem & collarium, dejecitque caput ejus multum à corpore.* Vide *Carcannum, Collistrigium.*

COLLATA, Vectigal, tributum quod ab universis subditis Domino confertur. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 2. editum à Camillo Peregrino: *Spopondistis nobis —— per unumquemque, annum dare nobis collatam, & pristinam quam consueti fuistis dare.* Et capitis 32. titulus ita concipitur, *Ut coloni tertiatores non dent in collata, nec in pactum.* Charta Ludov. Imp. in Chr. Farfensi: *Vel quidquid ex largitate Regum —— vel ex collatis populi vel cæterorum fidelium eidem Monasterio legaliter confirmatum fuerat.* Eckehardus Junior de Casibus S. Galli c. 11. —— *Cum paupertatulas quas habent in medium collatas conjunxerint, subsistere non poterunt.* Adde Chron. Laurisham. p. 60.

Collata, Collatio pro eleemosynis, vel Ecclesiis. Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii: *Quidquid ibidem datum fuit de conlata populi, & ipse populus mihi dedit.* Infrà: *Quantumcunque ad ipsas aspicere videntur, & conlata populi ibidem delegavit, &c.*

Collata. Glossæ MSS. ad Canones Conciliorum: *Collatis, simbolis.*

COLLATERALIS, Socius, amicus, qui alterius latus claudit: qua notione vocem hanc usurpant Constitutiones Siculæ lib. 2. tit. 10. Speculum Saxonic. lib. 1. art. 17. §. 3. Petrus Blesensis Epist. 15. Sugerius in Ludovico VI. pag. 318. &c. Vide Duchesnium in Hist. Drocensi p. 316.

Collateralis, qui ad latus est alterius. Statuta Ordinis S. Gilberti *de Sempringham*, pag. 765. *Quæ cum sederint in claustro, in quocumque latere sederint, collaterales sedeant, non fronte opposita.* Pag. 724. *Collaterales sedeant, nec fronte opposita, sed tergo unius alterius vultui verso.* *Collaterales provinciæ*, apud Castridum Monemuthensem lib. 1. cap. 21. & alibi. Adde Suenonem in Legib. Castrensib. cap. 5.

Collateraliter. Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Sueorum, de Diis S[illegible]ecorum Paganorum: *Thor, Odden, & Frigga collateraliter [illegible].* Lib. 4. *Assumens eos fecit collateraliter [illegible].*

COLLATERANTAS. Vide *[illegible]*.

COLLATERARE. Tabularium Vindocinense ch. 20. *Ma[illegible] de Valle [illegible], quæ collaterata est rivo cujusdam [illegible], &c.*

COLLATERII, qui [illegible] Anglis *Cotarii*, *Cotiers*, *Gens de C[illegible]*, qui [illegible] tributis obnoxii erant. Vitalis Episcopi Oscensis: *Fuerunt etiam quandoque villani, qui Collaterii vocabantur, qui tamen [illegible] subditi servituti [illegible] etiam inter filios Dominorum suorum ducerentur [illegible] dendi.* Hinc fortè emendandus Martinus D[illegible] *Daux*. Justitia Aragon. lib. 6. Observantiar. tit. de Privilegiis Domini Infantionis §. 9. *Villani [illegible] antiquitus vocabantur Collatii tendelli: erant servituti subditi, ut etiam inter filios Dominorum suorum ducebantur gladio dividendi, &c.* Ubi legendum *Collaterii*, vel *Colladerii*: nam

Colladerii, iidem videntur qui *Collaterii*, in Charta libertatum villæ Motisalbani an. 1144. in Regesto Comitatus Tolosæ fol. 27. *Colladarius extraneus, qui att[illegible]lit sal, ibi præbeat domino unum meall. & Colladerius extraneus qui traxerit sal, præbeat 1. pug.* ubi Catellus in Comitibus Tolosanis pag. 323. habet *Collandarius*. Vide *Colerius*.

COLLATIO, idem quod *Collata*. Edictum Theoderici Regis c. 69. *Quisquis Curialem, aut Collegiatum, aut servum, per 30. annos possederit, qui nullam patriæ suæ collationem subiisse monstratur, eos prædiorum dominis jubemus adquiri.* Id est, qui nullam pensitationem Reipublicæ aut tributum exsolverunt. Charta Gaufredi Comitis Mauritaniæ in Biblioth. Cluniac. *Neque per teloneum, neque per Vicariam, neque per collationem nostrorum Militum, neque per aliam quamvis consue-*

consuetudinem Monachos de servitio Dei disturbent. Vide Confertum.

Collatio, apud Monachos præsertim, dicitur Sacrorum librorum lectio, quæ statis horis, maximè post cœnam, coram iis fiebat. Sic autem dicta quasi *Collocutio vel confabulatio*, inquit Smaragdus in Regula c. 42. quòd *de Scripturis divinis aliis conferentibus interrogationes, conferunt alii congruas responsiones; & sic quæ diu latuerant occulta, conferentibus patefiunt perspicua.* Honorius Augustod. lib. 2. c. 63. *Quod Religiosi ad collationem conveniunt, hoc à sanctis Patribus acceperunt, qui in Vesperis solebant convenire, & de Scripturis insimul conferre, & quæ ipsi tunc invicem contulerint*, Collationes *dicebantur, & hæc his similia ad collationem leguntur.* Regula S. Benedicti c. 42. *Mox ut surrexerint à cœna, sedeant omnes in unum, & legat unus* Collationes, *vel Vitas Patrum, aut certè aliud quod ædificet audientes.* Regula S. Isidori c. 8. *Ad audiendum in collatione Patrum tribus in Hebdomada vicibus fratres post celebratam Tertiam, dato signo, ad collectam conveniant: audiant seniorem docentem, instruentem cunctos salutaribus præceptis. -- Ipsa quoque Collatio erit vel pro corrigendis vitiis, instruendisque moribus, vel pro reliquis causis ad utilitatem cœnobii pertinentibus; -- cunctis pariter congregatis præcepta Patrum regularia recensenda sunt. --- Sedentes autem omnes in Collatione tacebunt, nisi fortè quem auctoritas Patris præceperit ut loquatur.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 36. *Collationi & completorio omnes interesse debent. -- Eodem modo quo pulsatur Capitulum, pulsetur Collatio.* De ejusmodi Collationibus Monachorum agunt passim Scriptores, Cæsarius Arelat. serm. 12. Capitula Ludov. Imp. Addit. 1. c. 70. Regula Canonicor. in Concil. Aquisgran. c. 123. Regula Canonicar. c. 10. Concil. Cabilonense II. cap. 59. Vita S. Wulstani Episcopi Wigorn. num. 18. Chronicon Trudonense lib. 8. p. 438. Durandus in Rationali lib. 5. c. 9. §. 11. & alii quos laudat Haeftenus lib. 9. Disquisit. Monastic. tract. 5. Ejusmodi porro Collationes scripserunt Cassianus & Odo Cluniacensis.

A Collationibus Monasticis, quibus finitis, ad bibitionem ibatur, serotinæ cœnæ *Collationum* appellationem sortitæ sunt. Nam vix est ut probem quod quidam volunt, vocabuli etymon hauriri debere à cœnarum antiqua collatione, quam Concilium Laodicenum ἐκ συμβολῆς συμπόσια vocat. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 13. *De Collatione surgunt ad charitatem, & de vino quod tunc propinatur, nullus omnino præsumit abstinere; ut non aliquantulum gustet.* Idem cap. 18. *Post vesperas cœna, post cœnam cœna servitorum, post cœnam servitorum, officium pro defunctis, post officium* Collatio, *& ita ad completorium.* V. cap. 41. Monasticum Anglicanum to. 2. p. 370. *Et legat unus frater tam in prandio, quàm in cœna &* Collatione, *&c.* Petrus Abaëlardus: *Post vesperas autem vel statim cœnandum est, vel potandum. Et inde etiam secundùm temporis consuetudinem ad Collationem eundum.* Regula Templarior. c. 16. *Audito signo, ut est ejus regionis consuetudo, omnes ad completas oportet incedere vos, ac priùs generalem collationem sumere peroptamus. Hanc autem collationem in dispositione & arbitrio Magistri ponimus, ut quando voluerit de aqua: & quando jubebit misericorditer, & vino temperatò competenter recipiatur.* Quomodo autem Collationes fierent, vide in libro Usuum Ordinis Cisterciensis c. 81.

COLLATIVUM, Collatio, in l. 3. Cod. Th. de Proxim. Comitib. &c.

COLLATORES, Qui conferunt tributa, tributarii, in l. 5. Cod. Th. de Milit. veste, apud Julian. Antecess. c. 532. 534. 553. 555. &c. Auctor. de Rebus bellicis subjunctus Notitiæ Imperii: *Erit igitur curæ prudentiæque tuæ, optime Imperator, repressa largitate, & collatori prospicere, & in posterum nominis tui gloriam propagare.* Alibi: *Accedit etiam judicum execranda cupiditas, collatorum utilitatibus inimica.* Rursum: *Et laborum desiderio potiti, erunt ex milite collatores.*

COLLATUM, Genus potionis. Gregorius M. lib. 6. Epist. 36. *Sed quia collatum ac jurutheum non libenter bibo, præsumens coquidium requiro.* Ubi legendum fortè *Colatum*, ut intelligatur *Vinum colatum.* Papias: *Colatum, vinum purum, vel vas proprium in quo deponatur.* Vinum autem & alii liquores per *colum*, ut jucundiores fiant, transfunduntur, defecantur, & depurantur.

COLLATUM, *Collum*, jugum montis, vox etiamnum nota in Alpibus & Pyrenæis. *Collatum* & *Collum de campastro*, in Charta Alfonsi Regis Hispaniæ æræ 1130. apud *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 1.

COLLAUDARIUS. Vide *Collaterius*.

COLLECTA, idem quod *Collata Collatio*. Gloss. Lat. Græc. *Collecta*, ἔρανος. Otto Frisingens. lib. 2. de Gest. Friderici Imp. c. 11. *Rex à toto exercitu collectam fieri jussit, & sic non modicam coadunatam pecuniam --- dividendam statuit*, Charta Alexandri Comitis Cupersanensis an. 1102. *Data, vel angaria, vel adjutorium, quod ex nostræ gentis* (Normannorum) *consuetudine Collecta vocatur.* Matth. Paris an. 1245. *Jussit --- quasdam collectas, & tallias tam in clero, quàm in populo, fieri graviores.* Idem an. 1239. *Talliæ & collectæ Clericis --- imponuntur.* Occurrit præterea apud eundem pag. 590. 405. & apud Gregorium M. lib. 7. Epist. ult. &c.

Collectio, eadem notione, apud Leonem III. PP. Epist. 5. *Colletage*, apud Monstrelletum 1. vol. cap. 78. In Computo Thesaurariæ Comitatus Bononiensis in Morinis an. 1479. mentio fit *du Colletaige d'Estaples.* Inter jura Comitum Augensium, illud habetur: *Item à ledit Seigneur au lieu de S. Martin droit de cullage quand on se marie.*

Collectare, Collectam seu tributum exigere. Jo. Hocsemius in Adolpho à Marca Episc. Leod. cap. 15. *Quia populus se non patitur collectari.*

Collecta, Eleemosynarum collectio. S. Leo M. Homil. de Collectis: *Ventura igitur Dominica dies, collectarum futura est. Hortor & moneo sanctitatem vestram, ut singuli quique pauperum memineritis, & vestri, &c.* Et homil. 2. *Collectarum dies saluberrimè à sanctis Patribus institutus, hoc exigit, ut unusquisque, prout votivum atque possibile est, in usus atque alimoniam pauperum de vestris facultatibus conferatis.* Infrà: *Proinde, dilectissimi, in secundam feriam spontaneas collectas vestras sollicitè præparate, & quidquid vobis de temporalibus substantiis dempseritis, id multiplicatum in æterna retributione sumatis.* Homil. 3. *Quoniam ad destruendas antiqui hostis insidias, in die quo impii sub idolorum suorum nomine diabolo serviebant, providentissimè in sancta Ecclesia prima est instituta collectio, volumus Dilectionem vestram tertia feria per omnes regionum vestrarum Ecclesias cum voluntariis oblationibus eleemosynarum convenire. &c.* Adde Homil. 4. 5. 6. Alibi in Sermone de Collectis: *Providenter --- à sanctis Patribus pieque dispositum est, ut in diversis temporibus quidam essent dies, qui devotionem fidelis populi ad collationem publicam provocarent, --- ad cujus operis desideratum vobis, ut credimus, fructum dies vos vicinus invitat, ut ad Ecclesias regionum vestrarum sabbato proximè futuro misericordiæ munera deferatis.* Hæc consultò descripsimus, ut ejusmodi Collectarum ritus innotesceret.

Collecta, Conventus, *Assemblées*. Concilium Nannetense can. 15. *De Collectis, vel Confratriis, quas Consortia vocant.* Vide Capitula Hincmari ad Presbyteros Parochiæ suæ c. 14. Guillelmus Abbas S. Theodorici l. 1. Vitæ S. Bernardi c. 8. *At ubi ne hoc quidem permisit intolerantia rei, tunc demum collectas deserere, & seorsim secum habitare compulsus est.* Vita S. Joannis Eleemosynarii, interprete Anastasio Bibl. num. 68. *Cum collecta celebraretur juxta cellulam ejus in Ecclesia Metræ, convenientes quadam mulierculæ harum, ad alterutras dicebant,*

dicebant, Eamus, eamus, iterum: Abbas V... ... collectam habet; & venientibus eis curabat eos.

Collecta, interdum & sæpius sumitur pro populo ad resistendum, aut vim faciendam coacto & armato. Capitula Ludovici Imp. c. 78. *Collectæ ad malè faciendum fieri omnimodis prohibeantur*: Capitula Caroli Calvi titul. 12. cap. 3. *De Collectis, quas Theudisca lingua Heri-zuph appellat.* Eadem habentur tit. 29. capite 4. *Collecta manu resistere*, ibidem titul. 31. cap. 18. *Cum collecta & armis venire*, in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 64. & lib. 1. Legis Longob. tit. 12. §. 3. *Cum collecta assilire*, ibidem lib. 3. tit. 4. §. 5. Adde Capit. an. 779. c. 17. Capit. an. 788. c. 3. Capitul. 2. an. 806. c. 3. &c. *Cueillée*, eadem notione in Usaticis Ambian. MSS. *Cil amendera pour tous les laids, & pour tous les forfais, pour la cuellée qui aura esté faite, &c.* Vide Colligere.

Colta, eadem notione. Charta an. 1220. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 110. v. *Et quòd facient coltam, milites, quandocumque facient, & eodem modo: & quòd facient exercitum, &c.*

Collecta, Familia. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi c. 24. *Cum fortè quidam de nostris fratribus, tunc adhuc Canonicus in Collecta domini Geraldi gradiebatur.*

Collecta, σύναξις, Sacrum Missæ sacrificium, ad quod Christiani coire & colligi solent: populi ad sacra Ecclesiarum officia peragenda conventus, atque adeo quodvis officium Ecclesiasticum. Papias: *Collecta dicitur eo quòd colligatur populus in unum, ut ostendat Christum in Evangelio venturum.* S. Hieronymus in Epitaph. Paulæ: *Post Alleluya cantatur, quo signo vocabantur ad collectam, nulli residere licitum erat.* Pachomius in Regula cap. 17. *In die Dominica, in collecta, in qua offerenda est oblatio, absque Præposito domus & Majoribus Monasterii -- nemo psallendi habeat potestatem.* Et mox: *De collecta in qua offerenda est oblatio.* Adde cap. 9. 19. 28. 91. 100. 181. 186. Epiphanius Salaminæ Episcopus Epist. ad Joan. Episc. Hierosl. *Cùm igitur celebraretur collecta in Ecclesia villa.* Liberatus Diac. cap. 18. *Et extra collectas facientes, non passi sunt nomini ejus communicare.* Zacharias PP. in Ep. ad Pipinum: *De Presbyteris & Diaconis, qui se à ministerio Ecclesiastico subtrahunt, & seorsim collectas faciunt.* Cæsaris Arelat. Serm. 12. *Qui enim ad collectam vel Ecclesiam veniens vana vel otiosa cogitare voluerit, &c.* Anastasius in Histor. Eccles. an. 21. Copronymi: *Festivitate Paschali ingressus est ad sanctam collectam, in catholica Ecclesia.* Et mox: *Eduxerunt eum & incluserunt in carcere, & alius complevit sanctam collectam.* Quo loco Theophanes ἁγίαν σύναξιν habet. Historia Tripart. lib. 1. cap. 10. *Cùm Collecta celebraretur.* In Actis SS. Saturnini & soc. Mart. num. 6. 7. 9. 15. *Collectam celebrare, facere.* In Synodo S. Patricii & Auxentii can. 7. *Ad collectas mane & vesperè occurrere.* *Collecta Dominica*, apud sanctum Augustinum in Breviculo collat. diei, & S. Hieronym. Epist. 60. Grimlaicus in Reg. Solitar. cap. 33. *Eamus ad Collectam, ubi fratres ad vigilias congregantur.*

Collecta major. Duplicem collectam statuit S. Pachomius cap. 181. *Collectam* scilicet quam *domus* vocat, *& aliam majorem: Præpositus domus, & qui secundus ab eo est, hoc tantùm habebit juris, ut compellat fratres in collecta domus, sive in collecta majore, hoc est, omnium fratrum, subjacere pœnitentiæ.* Et cap. 186. *Sex orationes facere vespertinas, juxta exemplum majoris collectæ, in qua omnes fratres pariter congregantur, summæ delectationis est.* Ubi *Major collecta* est cùm omnes fratres simul congregati officium divinum persolvunt in Oratorio: Minor, quæ in singulis classibus, seu domibus à fratribus ejusdem classis seu domus in ipsis domibus fiebat.

Colligere, ad Collectam pergere, *Collectam* facere. Tertullianus lib. de Fuga in persecut. cap. ult. *Sed quomodo colligemus? inquis, quomodo solemnia celebrabimus? hoc est*, quomodo in templum congregabimur? Acta S. Saturnini & soc. num. 6. *Christiani sumus nos, nos, inquit, colligimus*, id est, collectas facimus, uti ibi non semel. Arnobius lib. 2. *Locum ubi colligerent non habebant.* Acta S. Philippi Mart. *Ait Bassus: Legem Imperatoris, jubentis nusquam colligere Christianos?* Vide infrà Colligere.

Collecta, idem quod *Collatio* Monastica. Regula S. Isidori c. 8. *Fratres post celebratam Tertiam, dato signo ad collectam conveniant, audiant seniorem docentem, &c.* Regula S. Fructuosi cap. 20. *Ter per omnem hebdomadam collecta facienda est, & regula Patrum legendæ, differendum, &c.* Adde Regulam sancti Pachomii cap. 113.

Collecta, Oratio, quam is qui Clero vel Monachis præest, finito & expleto quolibet canonico Officio, velut omnium astantium vota & preces in unum colligens, publicè & voce altiori recitat: sic dicta, inquit, Micrologus de Observat. Eccles. cap. 3. *eò quòd Sacerdos, qui legatione fungitur pro populo, ad Dominum omnium petitiones ea oratione colligat atque concludat.* Rupertus lib. 1. de Divin. offic. cap. 19. *Collectæ quæ dicuntur ad complendum, orationes sedentis in cælo capitis nostri Iesu Christi signant.* Alcuinus lib. de Divin. offic. *Collecta, dicta est à collectione, eò quòd ex auctoritate divinarum Scripturarum sit collecta, quæ in Ecclesia leguntur.* Vide Udalricum lib. 1. Consuet. Cluniacens. cap. 31. præterea Amalarium lib. 4. cap. 7. eundem in Eclogis pag. 1363. Walafridum Strab. de Eccles. offic. c. 22. Innocent. III. lib. 2. de Mysterio Missæ c. 27. Durandum lib. 4. Ration. cap. 15. ubi multa habet de earum terminationibus, & Card. Bona lib. 2. Rer. Liturg. cap. 5. num. 3.

Atque inde petenda notio vocis *Collecta*, in libro Sacramentorum S. Gregorii, ad 3. Non. Febr. ubi inscriptio est, *ad Collectam*; est enim oratio, quæ dicitur ante Missam, ut hîc disertè innuitur, & in Ordine Romano: nec enim placet Baronii ad 2. Febr. explicatio, qui putat Missam ea die dici solitam sic inscribi, quòd tunc eleemosynæ publicè colligerentur.

Ejusmodi *Collectas*, Græcis συναπτὰς, dici observat Goarus ad Euchológ. Græc. de quibus etiam consulendus Meursius. *Collectæ* autem à Gelasio & Gregorio Magno compositæ creduntur, ut auctor est Berno Augiensis lib. de Missa cap. 1.

Collectam tenere, dicitur is qui in sacris Officiis id muneris obit, ut *Collectam* dicat, in Statutis Ordinis sancti Gilberti *de Sempringham* pag. 763. & alibi.

Orationem colligere, pro *Collectam dicere*, dixit Cassianus lib. 2 de Orat. noct. cap. 7. *Cùm autem is qui orationem collecturus est, è terra surrexit, omnes pariter eriguntur, &c.* Ordo celebrandi Concilii: *In reliquis diebus cunctis astantibus oratio colligenda est.* Concilium Agathense can. 30. *Plebs collecta oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedictione dimittatur.*

Collecta magistra. Vitæ Abbat. S. Albani: *In festis verò & profestis diebus, omnes Horas, exceptis Prima & Completorio, per magistram Collectam quam tempus & hora exegerint, terminari instituit. In Quadragesima tamen dicatur Collecta ad Vesperas.* ubi Watsius *Collectam magistram* interpretatur quæ diei aut festi est propria.

COLLECTACULUM. Anonymus Gromaticus: *Collectaculum de carbonibus in calce miscitato.* In alio: *Collectaculum vallium*, locus urbi rivi coëunt. *Collectacula aquæ*, apud Innocentium de Casis literar.

COLLECTANEUM, Liber Ecclesiasticus, in quo *Collectæ* ad quævis officia dicendæ continentur. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniacens. cap. 31. *In privatis autem noctibus habentur in Collectaneo hæ Collectæ quæ dicendæ sunt ad Nocturnos, & Laudes, &c.* Utitur & lib. 2. c. 22. lib. 3. cap. 3. ut & Ordericus Vitalis l. 3. pag. 470. & liber Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 55.

COL-

COLLECTARIUM, idem quod *Collectaneum*, liber *Collectas* continens. Ditmarus lib. ult. *Collectarium cum impensis propriis & etiam nostris decoratum, &c.* Utuntur Ratbert. de Casib. S. Galli cap. 9. 10. Christian. in Chron. Mogunt. Hugo Flaviniacensis in Chronico parte 2. p. 166. Gaufredus Vosiensis part. 1. cap. 73. Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 32. &c.

Collectarium præterea vocat Rodolphus in Vita Rabani Mauri num. 50. quod alii Collectionem: *In Epistolas quoque Pauli -- Collectarium fecit, colligens de diversis Opusculis SS. Patrum sententias eorum, &c.* Num. 51. *Fecit Collectarium unum de sententiis divinorum librorum, &c.* Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Eodem quoque tempore in Collectario canonum in hac cella non modicum laboravit.* Dicitur etiam

Collectarium, aut *Collectarius* liber Canonum ab Isidoro compositus, ut est apud Bernaldum Presbyt. de Reconciliatione lapsorum pag. 275.

COLLECTARII, iidem qui *Coactores*, qui scilicet mercede conducti ab Argentariis sive mensariis rerum quæ in auctionibus publicis sub hasta vendebantur, præfecti, pecunias ab his quibus quod addictum fuerat, cogebant & colligebant. Acro in Horat. *Coactores dicuntur argentarii in auctionibus, qui pecunias cogunt: ipsi sunt Collectarii.* Suidas & Glossæ Basilicæ: Ἀργυραμοιβὸς, ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, ὁ τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης, Κολλεκτάριος. Gloss. Lat. MS. Regium: *Nummularius, collectarius, mensarius.* Symmachus lib. 10. Epist. 49. *Vendendis solidis, quos plerumque usus publicus exposcit, Collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum pretium subministrat.* Infrà *Nummularios* eosdem appellat. Vide Novellam Theod. de Pretio solid.

Collectarius, Tributorum & vectigalium exactor, apud S. Augustinum lib. 22. de Civit. Dei cap. 8.

Collectarius. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 31. *Sub ipsis ministris Centenariorum, sunt adhuc minores, qui Collectarii, Quaterniones, vel Duumviri possunt appellari, quia colligunt populum, & ipso numero ostendunt se Decanis esse minores.*

COLLECTARIOLUM, *Cribrum*, in Glossis MSS.

COLLECTIO, Gallis *Assemblée*, in Lege 36. Cod. Th. de Hæret. & in Lege Longobard. lib. 3. tit. 12. Exemplar diffinitivæ sententiæ in Concilio Toletano I. *Ne quis communione depulsus, collectiones faciat per mulierum domos, & apocrypha, quæ damnata sunt, legant, ne communicantes his pari societate teneantur.*

Collectio. Vita S. Alberti Abbatis Gambronensis n. 12. *Cùm post Collectionem fratrum gratia quiescendi ad lectum suum venisset, &c.*

Collectio, idem quod *Collecta*, Oratio quæ post Antiphonas dicitur, in Concilio Agathensi can. 30. & in Capitulis Theodori Cantuar. c. 80.

COLLECTORES, Exactores, qui à summo Pontifice ad vendicandas ex bonis Ecclesiæ partes ac malè congestas opes per provincias mittebantur. Vide Baronium an. 397. n. 65.

COLLECTUS, *Collectio. Colligi* dicuntur infantes *expositi*, cùm ab aliquo nutriendi suscipiuntur: tum enim illius sunt qui eos collegit, nisi intra 10. dies quæsiti, agnitique fuerint, ut est in Synodo Arelatensi. II. can. 22. Valensi sub Leone I. PP. can. 16. & in Capitulis Caroli Magni lib. 6. cap. 142. Vide Cod. Theod. & Justin. tit. de Expositis, & Jacobum Gotofred. ad eundem tit.

Collectus infans, pro *Expositus*. Gloss. Lat. Græc. *Collectitius*, σύλλεκτος, χαμαιριφής. Canones Hibern. lib. 41. cap. 27. *Non venient delicta membrorum diaboli super membra Christi, id est, super sanctos, nec Monachorum fugientium, neque eorum qui jaciuntur super Ecclesia, id est, collectorum, &c.* Ubi, *jaciuntur super Ecclesia*, idem valet ac *in Ecclesiam.* Vide ibidem cap. 22. Extremis seculis, is ritus invaluerat, ut, qui liberos exponerent ad ostia Ecclesiarum, quò eos sacrum baptismum non suscepisse innuerent, sal intra pueriles fascias deponerent, ut est in Regesto Temporalitatum, ex Camera Computor. Parisiensi fol. 134.

Collectionis Epistola, in veteribus formulis, est Diploma quod dabatur illi qui infantem expositum ad ostium Ecclesiæ, & à matriculariis *collectum*, certo pretio ab iisdem emerat secundùm legem Romanam. Vide in hanc formulam eruditum Bignonium.

Collecti & Collicti, alia sed incerta mihi notione, non semel in Chartula plenariæ securitatis exarata Ravennæ sub Justiniano apud Brisson. lib. 6. Formul. pag. 646. & seq.

COLLECTRA, Suppellectilis vestiariæ species: Vide in *Acitara.*

COLLEGANTIA, Confœderatio, societas, ex Italico *Colleganza*, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 36. lib. 3. cap. 2. 3.

COLLEGARIUS. Papias: *Collega, à colligatione societatis dicitur. Collegarius, unus ex ipsis sociis.*

COLLEGIATI, Isidoro lib. 9. Orig. cap. 4. & ex eo Papiæ, *dicuntur, quòd ex* (abest *ex* apud Papiam) *eorum Collegio custodiisque deputentur, qui facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum patre incerto genitum.* Sanè inter servos ponuntur, & eos qui Curiæ addicti sunt, in Edicto Theoderici Regis c. 69. *Quisquis curialem, aut collegiatum, aut servum, per 50. annos possederit, &c.* Neque alii videntur Collegiati in Cod. Theod. tit. *de Collegiatis*, ubi ita appellantur qui publico manuariam aliquam artem, operam, & ministerium præbebant, qui sæpe plus æquo & ita prægravabantur, ut è civitatibus fugerent, quod iis minimè licebat. Præterea Collegiatorum filii eorum conditionem sequebantur, proindeque non modò servilis & obnoxiæ conditionis, sed etiam ut plurimùm servi nativitate erant, ut colligitur ex lege 1. Cod. Theod. de Collegiat. Vide Jacobum Gotofredum ad hunc tit. Aliàs,

Collegiati dicuntur *Corporati*, alicui collegio addicti. Præsertim verò in veteri urbis Constantinop. Descriptione ita appellantur, qui è diversis corporibus artificum ordinati, incendiorum casibus subvenire tenebantur, quos 560. fuisse tradit eadem Descriptio, vel 563. ut lex pen. Cod. Just. de Commerc. & mercator.

Collegiatus, Carpentarius, apud eundem Papiam.

COLLEGIUM, Papiæ, idem est quod *Societas collegarum in uno honore positorum. Collegia civitatum*, in Edicto Theoderici Regis c. 64. Vide Jurisconsult. Propriè de Canonicis dicitur. Ludovicus Pius Imp. in Epist. ad Sicharium Archiepisc. Burdegalensem: *Sed & his qui in uno collegio canonicè degunt* (Regulam statutam in Concilio Aquisgranen.) *tenendam observandamque --- conferas.*

COLLERIDA. Vide *Collyrida.*

COLLERIUS. Regestum castri Lidi in Andibus fol. 39. *Pedagium porcorum quisque porcus ob collerius conductus, ob collerius sine pretio, nihil, &c.* Ita fol. 45. v.

COLLESTRUM, Collare, Italis *Colletro.* Charta Italica apud Ughellum tom. 4. pag. 1289. *Nunc verò collestrum tollit, & sic expoliat eos, quòd cùm aliquid voluimus accipere, nequimus.* Galli dicerent, *Lever le collet.*

COLLIBERTI, *Coliberti*, dicuntur in jure Civili qui ab eodem domino seu patrono cujus servi fuerant, libertate donati sunt. Gloss. Lat. Græc. *Conlibertus*, συναπελεύθερος, σύνδουλος. Gloss. vet. *Collibertus*, συναπελεύθερος. Gloss. Lat. Gall. *Colibertus, Franc, ou ensemble affranchi.*

Sed Collibertorum, seu Colibertorum conditio alia apud nos fuit; nam nec inter omninò liberos, nec inter omninò servos accensebantur, sed mediam quandam inter utrosque conditionem tenebant, ita ut nec liberis, nec servis annumerarentur, licèt ad servorum statum

ſtatum propiùs accederent, cùm eorum inſtar eſſent in commercio, dominos haberent, quibus cenſum de more exſolvebant, & ab iis in libertatem non ſecus ac ſervi aſſererentur. Petrus Malleacenſis lib. 1. cap. 1. *In extremis inſulæ, unde agitur, ſupra Separis alveum quoddam genus hominum piſcando quæritans victum, nonnulla tuguria confecerat, quod à majoribus* Collibertorum *vocabulum contraxerat, quod nomen quamquam quædam ſervorum portitio ſortita ſit, videtur tamen quòd in iſtis conditione aliqua derivatum ſit. Unde quoniam adeſt occaſio, ipſius vocabuli perſcrutetur interpretatio. Etenim Collibertus à cultu imbrium deſcendere putatur ab aliquibus. Progenies autem iſtorum Collibertorum hinc fortè iſtud ore vulgi multa interdum ex uſibus rerum vera dicentis contraxit vocabulum, quoniam ubi inundantia pluviarum Separis excreſcere fecit fluvium, relictis quibus incolebant locis, (hinc enim procul habitabant nonnulli) properabant illò causâ piſcium.* Sed quæ de vocabuli etymo hìc ſubduntur, procul omnino abſunt à vero.

Diverſos porrò ſtatu & conditione, à ſervis Colibertos, docet etiam vetus Charta, quæ extat in Tabulario Vindocin. num. 161. *Notum ſit --- quòd quidam ſervus S. Martini, & noſter nomine Hildradus duxit uxorem quamdam Colibertam Hugonis --- de qua habuit 4. pueros. Poſt mortem Hugonis filius ejus calumniatus eſt nobis medietatem filiorum propter Colibertam patris ſui, de qua re Domnus Aſcelinus Monachus tunc Præpoſitus obedientiæ Buziaci iniit placitum apud Montorium in feria S. Laurentii, ibique judicatum eſt quòd nati de ſervo & Coliberto non debent partiri, ſed patrem ſequuntur cujus ſunt filii, ideoque calumniam ejus eſſe injuſtam. Et cùm ille contenderet illum fuiſſe Colibertum, guadiavit ei Domnus Aſcelinus jurare, quòd ille ſervus fuerit, non Colibertus, quod jusjurandum fecit ei fieri per unum hominem ejusdem villæ, &c.*

Erant igitur Coliberti potioris conditionis quàm ſervi, etſi, æquè ac illi dominis ſuis obnoxii *Cenſum de capite*, ſervorum inſtar, exſolverent. Liber Chartarum Eccleſiæ S. Cyrici Nivernenſ. num. 83. *De Colibertis S. Cyrici & ſuorum Canonicorum, qui uno quoque anno ſolvere debent de capite 3. den.* Certè in liberorum numero connumerari videntur in Lege Longob. lib. 1. tit. 29. §. 2. lib. 2. tit. 21. §. 16. tit. 27. §. 1. tit. 55. §. 11. 13. Verùm iis in locis *Conliberti* accipiuntur pro hominibus ejusdem conditionis, vel ejusdem pagi: quo ſenſu fortè id vocabuli uſurpatur apud Gregorium Magnum lib. 3. Dial. cap 24. ubi inducit B. Petrum quendam Eccleſiæ cuſtodem alloquentem: *Colliberte, quare tam citiùs ſurrexiſti?* Ubi Zacharias Papa habet σύντροφε, id eſt *ſodalis.*

Erant tamen in commercio non ſecus ac ſervi, ita ut & venundari, & donari poſſent. Tabular. Vindocinenſe Thuanum Ch. 41. *Hunc Colibertum -- S. Martino hac ratione obtulit, ut non ſolùm ipſe, verùm etiam omnis ex eo naſcitura progenies Abbati hujus loci debitum reddat obſequium, & eorum ſubjaceat ſervituti.* Ch. 104. *Duos quoque Colibertos à fratre ſuo dudum emptos ita nobis autorizavit, ut 10. pro hoc ſolidos ab ipſis, 5. acceptaret à ſingulis.* Ch. 115. *Gaudelinus --- dedit S. Martino Majoris Monaſterii Colibertum quendam nomine Guiſmandum cum parvulo ejus filio David & omni deinceps poſteritatis ſuæ fructu. --- Comes autem Gaufredus de cujus illum fevo Colibertum tenebat Gaucelinus gratis huic dono pro liberalitate ſolita favit.* Adde Loiſellum in Belvac. Hiſtor. pag. 253. & Ægidium *Bry* in Hiſt. Pertic. lib. 2. c. 9. p. 50.

Ita etiam ſervis accenſebantur, ut perinde ac illi in libertatem aſſererentur: quod teſtantur paſſim Chartæ veteres. Tabularium Burgulienſe: *Theobaldus cognomento Paganus de Villanova -- Not. facio -- me quemdam meum Colibertum Lambertum nomine libertati condonaſſe. Et ut hoc perpetualiter inconvulſum permaneret, hanc Chartam in publico Conventu, aſtante & teſtante omni populo in Eccleſia S. Chriſtophori die Dominico, ante Proceſſionem, tam ego quàm omnes qui tunc ſucceſſores eſſe poterant, crucibus noſtris firmavimus. Actum tempore Philippi* Regis *Franc. & Wolfridi Pariſior. Epiſcopi, Milonis quoque ac Widonis fratris ejus, Magni Milonis de Monteletherici filius, &c.* Tabularium S. Albini Andegav. *Gauslenum Colibertum ſuum ab omni jugo nativæ ſervitutis, quantùm in ipſis erat abſolverunt, & liberum in perpetuum cum omnibus ſuis permiſerunt. Ipſe autem libertus factus, poſtmodum ſuperiorum ſeniorum, de quorum beneficio in jus prædicti Hamelini*, (à cujus liberis libertatem conſecutus erat) *auctoritates & firmitatem diverſis opportunitatibus temporum, & perquirere & impetrare ſtuduit.* Charta Ludov. VI. Regis Francor. an. 1103. apud Loiſellum: *Deprecatus ſum autem eosdem Canonicos, ut pro amore noſtro Landulfum Eccleſiæ eorum Colibertum liberum eſſe permitterent.* Charta Gaufredi Comitis Andegav. ex Tabulario Eccleſ. S. Laudi Andegav. fol. 81. *Dedi iterum modium hordei, quem de liberandis Colibertis habebam ubicumque liberabam, ſi quidam ex* Clericis *Eccleſiæ adeſſet.*

Ita Colibertorum conditio obnoxia erat, quod teſtatur etiam juramentum Canonicorum Eccleſiæ Cenomanenſis in ejusdem Tabulario ſub an. 1408. *Ego N. juro quòd fidelis ero huic ſanctæ Cenomanenſi Eccleſiæ, ac Decano & Capitulo ipſius obedientiam & ſubjectionem exhibebo, ſtatutaque & conſuetudinem ejus ſcriptas & non ſcriptas approbatas ſervabo, conſiliaque capituli celanda celabo; quodque non ſum aſcriptitius, libertus, collibertus, libertus, nec collibertinus, nec ſervi, aſcriptitii, liberti, colliberti, neque libertini aut collibertini filius, nec alius talis quam propter conditionem Canonicæ ſanctionis ad ſacros ordines, vel Eccleſiaſtica beneficia prohibeantur promoveri.* Simile juramentum Canonicorum Carnotenſium habetur in Veteri Codice ejusdem Eccleſiæ, quod hic etiam deſcribemus: *Et poſtea in Capitulo juramentum factum ad caput B. Annæ tale eſt: Cantor, ſeu locum ejus tenens, dicit canonizando: Vos juratis ſuper ſacras iſtas reliquias, quòd vos eſtis de legitimo matrimonio procreatus: item quòd eſtis liberæ conditionis, nec eſtis colibertus, nec filius coliberti. Item quòd iſta præbenda, cujus inveſtituram expectatis, non dediſtis, nec promiſiſtis, nec alius pro vobis dedit vel promiſit vobis ſcientibus aurum vel argentum, vel pecuniam aliquam, vel aliud quod per pecuniam aliquam debeat aut valeat comparari: & ſi promiſſum fuerit per vos, non ſolvetur. Item juratis quòd in percipiendis diſtributionibus fraudem aliquam non facietis: Sic vos Deus adjuvet & hæc ſancta.* Adde V. CL. Jacob. Petitum ad Pœnitentiale Theodori pag. 490. Denique Ebrardus Betunienſis in Græciſmo cap. 9. ſervos fuiſſe ait Colibertos:

Libertate carens Colibertus dicitur eſſe;
De ſervo factus liber, Libertus: at ille
Libertinus erit, quem Libertus generavit.

Ex prædictis evidenter patet non multùm aberrare, qui *Colibertos* ejusdem fuiſſe conditionis & ſtatus cum iis quos ætas anterior *Colonos* appellavit, de quibus ſuo loco; unde & *Coloni*, appellantur in Domesdei: *Tempore Regis Edvvardi erant 9. burs id eſt, Coliberti cum 4. carucis.* Apud Agardum verò *Burs, colonus*, dicitur. Interdum, hac voce, *Sokemanni* intelliguntur: quippe apud Edw. Cokum hæc lego: *Coliberti, id eſt, qui tenent in liberum ſocagium per redditum, & quandoque appellantur Radchenestres, id eſt, liberi homines, qui tamen arabant, herciabant, falcabant, metebant, &c.* quæ quidem erat colonorum conditio, ut infrà docemus. Colliberti igitur erant ſervi in libertatem, non quidem plenariam, ſed *conditionalem* aſſerti: unde etiam *Conditionales* dicuntur ejusmodi homines alicui conditioni vel ſervituti obnoxii, à qua rurſum aſſerebantur interdum in potiorem libertatem. Neque enim rectè Souchetus ad Epiſt. 132. Ivonis Carnot. cenſuit Colibertos appellatos, qui ex ſervo & libera, aut contrà, nati

nati erant, cùm essent liberti ex servis facti; sed ut dixi, potioris conditionis, licet integram libertatem non essent adepti. Extant complures Chartæ manumissionum ejusmodi Colibertorum, atque in primis ea quam describit Tabularium Vindocinense fol. 151. n. 336. *Quicumque in nomine S. Trinitatis quemlibet suorum ex servili vel collibertina familia ad libertatis honorem pro Dei amore disponit accedere, sciat sibi veraciter ejus misericordiam acquirere. Ego igitur Rodbertus de Marcilliaco te Durandum, & tuam mulierem, atque tuos pueros, & Fulcagium fratrem tuæ mulieris, quos teneo ex Hilgodo Giselberti filio, à vinculo servitutis absolvo. Ab hac ergo die quidquid Deo & vobis in bono placito fuerit, liberi, francique in reliquum tempus vitæ vestræ absque ullius donationis inquietudine, tanquam ab ingenuis parentibus nati, licenter agatis. Perculsare verò quod nunc habetis, vel quod deinceps assequi potueritis, sicut vobis placitum fuerit, absque calumnia possideatis, & quietè, prout volueritis, disponatis. Hæc autem libertatis auctoritas ut in perpetuum firmior habeatur, propriis manibus eam firmare curavi. S. Rodberti qui hujus testamenti cartam fieri præcepit. S. Giliæ ejus uxoris. S. Ernulfi & Rodberti filiorum ejus atque Radulfi. S. Richildis ejus filiæ. S. Drogonis ex Lavaciaco. S. Tethelini nepotis ejus. testimonio Richardum Majorem suum. S. Emelini. S. Galterii filii sui. S. Godefridi fratris sui. S. Viviani qui istam chartam fecit.* Tabular. Majoris Monasterii ch. 184. *In nomine Regis æterni, Ego Hugo Præses S. Martino & Majori Monasterio Ragmaldum Belinum quendam meum Colibertum pro redemptione animæ patris mei Archembaldi dono: atque mulierem ejus Milesendem quam calumniaveram liberam esse, concedo, fructusque eorum, &c.* Tabularium S. Stephani Lemovicensis: *Alexander Vicarius Domino Deo & S. Stephano, & Episcopo Itherio, & Canonicis sibi subitis donum simul & gurpitionem fecit de Colibertis, viris scilicet & mulieribus, qui pertinent ad molendinos de subtus muros, ita ut ab hodierna die inantea sint liberi absque ulla servitute, tam ipsi quam progenies eorum ventura.*

Denique haud omnino diversos fuisse ab *hominibus de capite* docet vetus hæc notitia ex Tabulario Burguliensi fol. 135. 136. *Miles quidam de Burgolio Alo, homo de capite suo S. Petri Burgul. sub Baldrico Abbate hominium suum denegavit --- termino constituto, die definito super hac causa disceptaturi, quinimo duellum habituri, in Curiam Gaufridi Episcopi Andegavensis convenerunt: Episcopus judicium distulit, causam non examinavit: Alo confessus est se esse hominem de capite suo altaris Abbatis, & facturum* (hominium) *promisit, quod & fecit. Badrico Abbate Archiepiscopatus (Dolensis) sedem adepto, Wiberto in loco illius substituto, Alo sine consilio Dominorum suorum Abbatis & Monachorum, ingenuam & nobili genere uxorem duxit, dante sibi jurejurando, liberum, & ab omni servitutis jugo extraneum se esse contestans.--- Monachi contradicunt, Alonem suum esse Colibertum proclamant, ad disceptationem provocant. --- apud Salmurium castrum tractaturi veniunt in Curiam Comitis Fulconis sui apud Salmurium, cujus quamvis præsentia non affuit, tamen Baronum illius S. & Arevini Magistri Militum auctoritas, & quod superest, judiciaria lex non defuit. --- Pugna duorum virorum affirmantis, & negantis approbatur. Curia requiritur, defensio Gauterii de Monteforelli eligitur, dies indicitur, pro tempore ab utraque parte cum concionatoribus convenitur. Exposito judicio, expediti pugiles veniunt ad Sancta Sanctorum manus elevant presto juraturi. Alo differt causam, consilium quærit: quid plura? promittit se in capitulum venturum, altaris Abbati & Monachis hominem de capite professurum. Hoc modo Conventus dimittitur. Act. an. 1114. Indict. 7. &c.* Tabularium S. Mauricii Andegavensis: *Notificamus igitur præsentibus & futuris quòd Odo filius Bernerii Brunelli, Colibertus S. Mauricii dedit filiam suam cuidam ingenuo sub nomine ingenuitatis. Quod cùm Canonici S. Mauricii audissent super filiam marito traditam calumniam fecerunt: maritus verò audita calumnia patri suo eam remisit. Odo igitur inprimis se Colibertum S. Mauricii denegavit: postea verò in Capitulum vocatus, ut de hac re cum Canonicis ageret accepto saniori consilio, veritatem rei recognovit, & in conspectu Raynaldi Episcopi junioris se Colibertum S. Mauricii esse professus est, & 4. denarios in signum professionis in manu Episcopi posuit, videntibus istis Richardo Decano &c.* Tabularium S. Cyrici Nivern. ch. 65. *Cum duobus colibertis & progenie illorum quæ de illis in posterum ventura est, &c.* Ibid. ch. 81. *quendam colibertum, nomine Tegbergum, cum omni prole, quæ ex eo processit vel processura est.* Et ch. 83. *De Colibertis S. Cyrici qui unoquoque anno debent solvere de capite suo denarios &c.*

COLLIBIUM, *dicitur à Collibeo, es, & dicitur Collibium, parvum munusculum, vel fructus, ut pomum, nuces, cicer, frixum, uva passa, quod & Bellarium dicitur & Antepomentum: & dicitur à Collibet, quia simul placet: post enim carnium fercula fructus solent diligi per se non tantùm. Unde Collibista, dicitur qui recipit Collibia & hujusmodi munuscula pro usura vel aliquo servitio. Dicitur etiam Collibista, qui vendit Collibia.* Hæc Joannes de Janua, cui consona habet quædam Ugutio, quæ expendet cui per otium licet.

COLLIBRUM, *Genus certæ pecuniæ*, Ugutioni Joan. de Janua: *Collibrum genus pecuniæ, vel tota pecunia simul collibrata.*

COLLIFICIUM. Leges Aluredi Regis Westsax. c. 30. apud Brompton. & 31. apud Lambardum: *Si eum* (hominem cirlicum, seu paganum) *reddat* (leg. *radat*) *in contumeliam ad collificium*, 10. *sol. emendet.* Saxonicum habet, Ꞇohomelan, quod Lambardus vertit, *morionis in morem.*

COLLIFURIA, Papiæ, *Boves opus facientes.*

COLLIGATIO, Confœderatio, Gallis, *Ligue. Conjurationes vel colligationes*, in Concilio Tolosano anni 1228. cap. 8. Charta Alexandri PP. an. 1258. in Hist. Episc. Cadurcens. n. 129. *Ut colligationes & coadunationes hujusmodi factas omnino dissolvi.* Occurrit etiam lib. 5. Feud. in Bulla Caroli IV. Imp. &c.

Colligantia. Ericus Upsalensis lib. 5. Hist. Suecicæ p. 190. *Principes colligantiæ supradictæ, &c.* l. 6. *Maximè propter colligantiam regnorum.* Vide *Liga.*

COLLIGERE, absolutè, Coïre, cœtus celebrare, ἐκκλησιάζειν συνάγειν, *Collectas facere*, in l. 4. Cod. Th. de Fide Cathol. l. 21. de Hæret. l. 1. de His qui super religione. *Congregationes colligere*, l. 14. de Hæred. eod. Cod. *Collectiones interdictæ*, l. 36. eod. tit. Leges Luitprandi Regis tit. 110. §. 10. & Lex Longob. lib. 1. tit. 17. §. 3. *Si pro quacunque causa homines rusticani se collegerint, id est, consilium & seditionem facere præsumpserint, &c.* Anastasius Bibliothecarius in Præfat. ad octavam Synodum: *Favebat autem his quidam Senator sæcularis administrationis fungens officio, A secretis, nomine Photius, qui ad Patriarchale conscendere fastigium affectans, cum eis seorsum colligebat, &c.*

Colligere, Suscipere, defendere, tutari, in l. un. Cod. Th. de His qui plebem audent contra publicam disciplinam colligere.

Colligere, Associare, in partem dominii quempiam adsciscere, Gall. *Apparier.* Ita *Colligere alium in lecto suo*, in Concil. Turon. II. c. 14. est adsciscere Charta Ludovici VII. Regis an. 1177. in Regesto Philippi Augusti Regis Herouvalliano fol. 96. *Notum facimus --- quòd Hugo Niger de Merreolis nos collegit & recepit in territorium de Flagiaco quod est de feodo Gilonis de Moreto ad hospitandum ad consuetudinem Lorriaci, --- eo quidem pacto quòd nos & Hugo cum hæredibus nostris & suis dimidiabimus per omnia reditus, & omnes exitus & justitias de Flagiaco: & similiter nos & Hugo --- dimidiabimus* per

per omnia redditus & exitus; & justitias de Becherello, &c. Alia Ludovici Regis an. 1155. in Hist. Vastinensi lib. 3. c. 2. extremo: *Abbas ejusdem loci Gilbertus assensu Capituli sui collegit nos ad medietatem totius villæ in quibuscunque reditibus, &c.* Alia Philippi Aug. an. 1196. pro monasterio S. Mellonis Pontisarensis: *Henricus Abbas B. Mellonis & ejusdem Ecclesiæ Capitulum colligunt nos in boscis Ecclesiæ suæ ad Henoncivilla ad villam ibi construendam, --- associant autem ibidem nos tam in bosco quàm in plano & in aquis, ut medietatem per omnia exinde percipiamus omnium proventuum, &c.*

Accolligere, eadem notione. Charta Philippi Regis an. 1179. pro Pariagio Bonævallis: *Henricus Abbas Bonævallis Senonis nos adiit, ibique nos participem & socium fecit, &, ut vulgò dicitur, Accollegit in villa quæ dicitur Lorri super Lunam, in aqua, & in molendinis, &c.*

Colligere, Excipere, domi detinere. Joannes VIII. PP. Epist. 303. *Illas mulieres quas nunc in sua mansione collectas detinet.* Vide *Collecta*.

Colligere se ad aliquem, Adire. Charta Caroli Crassi Imp. ann. 887. ex Tabul. Lingonensi. *Hujus itaque rei causa ad nostram se colligens Majestatem, humiliter postulavit, &c.* Vide *Recolligere*. Eadem formula habetur in Charta Caroli C. an. 34. in Tabulario S. Stephani Divionensis.

Colligere diem. Concilium Remensis Provinciæ an. 1235. MS. *Consensit Concilium, quod Dom. Remensis non tenetur respondere super homicidio --- nec super alia, nisi fuerit in defectu si non colligit diem coram Dom. Rege, &c.* Alibi: *Cùm non fuerit in defectu, nec reputet eum Dom. Rex, si non colligit diem coram ipso contra eos, &c.* Rursum: *si recesserunt in partem, & habito consilio, in hoc convenerunt, quòd diem illam colligerent, &c.*

COLLINA, Colliculus, Gallis *Colline*. Innocentius Gromaticus de Casis literarum: *Habet & super se duos montes, --- super se verò collinam extensam.* Infra: *Per collinum autem via excurrit.*

Collinum dixit Columella lib. 2. c. 2. ut & Otto Morena in Hist. Rerum Laudens. p. 71.

COLLISA *porta*, Cataracta, Gallis, *Porte coulice*, Chronicon Senoniense c. 13. *Quidam verò Columbariensium timens ne plures in adjutorium illorum subintrarent, ascendit portam & portam collisam ab alto ad ima demisit.* *Le Roman de Renard.*

Et mangoniaus de plusieurs guises,
Et bonnes portes couleices.

Le Roman de la prise de Hierusalem MS.

De ciment mult durable furent fait li crinel,
Les portes colaices, fort & roit li flael.

COLLISTRIGIUM, idem quod *Pilorium* Gallis *le Carcan*, & *le Pilori*: Palus scilicet, cui affixus est circulus ferreus, quo damnatorum colla constringuntur. Nonius Marcellus: *Collare, est vinculi genus quo collum adstringitur.* Vide l. 7. D. ad Leg. Jul. de vi publ. Fleta l. 2. c. 10. *Pilorium, sive Collistrigium.* Leges Burgorum Scoticor cap. 21. *Justitia de eo vel de ea fiet; videlicet pistor ponatur super Collistridium* (al. *Collistrigium*) *quod dicitur Pillorie.* Ita cap 121. §. 2. Walsinghamus in Ricardo II. p. 273. *Æstimant se infortunatos, --- quòd caput Militis --- ad terrorem ubique terrarum judicum, & falsorum justitiariorum, viriliter amputassent, & super Collistrigium collocassent.* Matth. Paris ann. 1201. *Eodem anno Rex fecit generaliter proclamari, ut legalis assisa panis inviolabiliter sub pœna Collistrigiali observaretur.*

In Legib. Kanuti Saxonicis cap. 42. Healsfange dicitur ejusmodi pœna, voce ab healf, quod collum, & fang, captum, sonat, composita: atque ita healsfange ad verbum, est collum obstrictum. Concilium Ænhamense an. 1009. c. 31. *Pœna seu animadversio colli obstricti.* Vide Cujac. l. 16. Observat. c. 1. & quæ observant Critici ad illud Suetonii in Nerone c. 49. *Legitque se hostem à Senatu judicatum, & quæri ut puniatur more majorum. Interrogavitque quale id genus esset pœnæ: & cùm comperisset nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, &c.*

COLLISUM *argentum*. Gloss. Gr. Lat. MS. συντεθλιμμένον. ἤτοι συνεσφιγμένον ἀργύριον, *Collisum argentum*: Editum: συντεθλιμμένος, ἤτοι συνεπτυγμένος ἄργυρος. *Conlisum argentum.*

COLLOCARE, *Culcare*, Cubare. Julius Africanus l 9. Hist. Apost. pag. 116. *Extinctis igitur lucernis, collocaverunt se custodes.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis c. 5. de Priore majore: *Faciet --- orationem in Dormitorio ad collocandum.* Cap. 41. *Nocte similiter postquam omnes tam officiales quam alii fuerint collocati.* Infrà: *Si infirmi se collocaverint.* Udalricus l. 1. Consuetud. Cluniac. c. 41. *Si aliquando contingit nobis invitis --- ut lux diei adhuc clarè non appareat, quando dormitum collocamus.* Lib. 3. c. 3. *Postquam nox fuerit, portatur ante illum* (hospitem) *per omnia laterna, tam in conventu, quàm extra, usque ad lectum: ubi qui portat obsequitur illi ad collocandum & ad levandum.* Adde c. 8. & 9. Liber Usuum Ordinis Cisterciensis c. 84. *Collocet se in dormitorio sicut & alii.* Concil. Copriniacense c. 31. *Prohibeant Sacerdotes mulieribus ne collocent pueros parvulos in lectis suis sub pœna excommunicationis.* Iisdem verbis Concilia alia non semel. Ita etiam Bernardus Monachus in Consuetud. Cluniacens. MSS. cap. 24. & alibi passim. Est igitur *Collocare*, quod nostri *Coucher*, dicunt, unde & vocis etymon, seu nosmet ipsi in lecto *collocemus*, seu ab aliis collocemur: vox pronubis propria. Terentius in Eunuch. *Deinde in lecto illam collocant.* Catullus in Epithalamio:

Vos unis senibus
Cognitæ bene feminæ
Collocate puellulam.

Hinc etiam discere est quid sit *Solem collocare*, in Lege Salica, seu, ut aliæ editiones habent, *Culcare*, quod idem valet: ubi enim vendicabat quis rem aliquam, possessorem in jus vocabat, eique Solem seu diem occasum, vel *culcatum*, præfigebat, intra quem juri stare ad respondendum deberet: quo elapso certum numerum noctium, seu inducias in jure respondendi, rursum reo interdum concedebat. Nam per noctes, non per dies, Franci nostri ejusmodi terminos dinumerabant. Proinde actor reo solem *culcabat*, id est, solem occasum præfigebat, seu diem integrum, quo elapso, reus, si juri non stetisset, causa excidebat: ut auctor, perinde si defecisset, nulla scilicet missa excusatione. Quod disertè indicat Gregorius Turon l. 7. c. 23. *Injuriosus tamen ad placitum in conspectu Regis Childeberti advenit, & per triduum usque occasum solis observavit. Sed cùm hi non venissent, neque de causa hac ab ullo interpellatus fuisset, ad propria redit.* Hæc porro formula, *Solem culcare*, crebrò occurrit in eadem Lege Salica. tit. 39. *Nec solem secundum legem culcaverit.* Tit. 42. §. 9. *Continuò ipse qui repetit, domino servi solem collocet, & ad septem noctes placitum concedat.* §. seq. *Si infra septem noctes servum ad supplicia distulerit tradere, solem ei iterato is qui repetit collocet, & sic ad alias septem noctes tribuat, id est, ut 14. noctes à prima admonitione compleantur.* Atque ita hæc verba, *Solem culcare*, vel *collocare*, usurpari certum est in eadem lege tit. 52. §. 2. tit. 54. tit. 59. Hinc etiam *Culcatus sol*, pro unaquaque admonitione, t. 52. §. 2. & t. 60. §. 2. 3. Etiamnum Occitani *Coulca*, *Coucha*, pro *Coucher*: & Soulel Coulc, solem occasum dicunt. *Ameto*:

Incomincio & il sole à colcarsi

Nescio an eò referenda sit vox *Sceute*, pro submonitione juridica, quæ cum *adjornamento* jungitur, in Consuetudine Insulensi tit. 1. art. 45. *Et apres les saisines deffenses, ajournemens & sceultes faites en la maniere accoustumée, &c.* Infrà: *Sceute.* Ita ut *Sculta*, vel potiùs *Sculca*, fuerit *Sol collocatus*, seu occasus, atque adeò denuntiatio in jure. Certè in eodem art. & seq. ejus-

ejusmodi *Submonitionum* juridicarum inducias ad solem occasum, seu *à heure d'estoilles*, id est, cùm stellæ apparere incipiunt, terminatas disertè indicatur: adeò ut *Solis culcati* formulam videantur retinuisse insulenses. Sed hæc sunt meræ conjecturæ, donec melior occurrat. Vide *Solsatire & stella*. Atque ex his haud ægrè conjici datur unde dicti

Exculcatores apud Vegetium l. 2. c. 15. & in Notitia Imperii, ubi mentio occurrit *Exculcatorum juniorum & seniorum*, & *Proculcatores*, apud Ammianum l. 27. p. 351. qui non alii sunt à castrorum excubitoribus. In Etymologico Suidæ, si Meursio fides, ἐξκυλκεύειν est παρακροάσασθαι, i. *Subauscultare*, quod faciunt Excubitores. Ita Græcis recentioribus σκυλκάτορες, iidem sunt qui *Exculcatores*: sic enim legendum apud Mauricium l. 2. Strateg. c. 3. & Leonem in Tacticis, pro σκυλκάτορες ubi dicuntur κατάσκοποι & βιγλάτορες. Rectiùs apud eundem Leonem c. 12. §. 56. ἐξκυλκάτορες, ἤγουν βιγλεύοντες, ut & c. 17. §. 100. Qui enim excubias agunt, *Excubant*, i. haud cubant, ἐκκοιτεῦσιν, seu ex cubili surgunt, vel ut cum Scriptoribus ævi inferioris loquar, haud *culcant*, i. *ils découchent, ils ne se couchent pas*, vigilant. Vetus interpres Catalanicus MS. Vegetii l. 3. c. 5. ubi signa ait vocalia quotidie mutari debere, ne ex usu ea hostes agnoscant, & *Exploratores* inter nostros versentur impunè, sic ille hæc reddidit: *Es asaber que estas palabras de senales se deven mudar, que non sean toda via unas, porque non entiendan los enemigos lo senal por uso, & por que los Esculcas que andan entrellos non escapen syn pena*. Inde.

Sculca, pro *Exculca*, Excubiæ, vocabulo truncato, ut *Cubiæ* pro *Excubiæ*, apud Gregorium M. lib. 12. Epist. 23. *Hostem collectum habet, --- & si huc cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos loca ipsius --- deprædamini, aut certè sculcas quos mittitis, sollicitè requirant, ne dolens factum ad nos recurrat.* Ita enim prorsus reponendum pro *Scultas*, ut est etiam in lege Longobard. l. 1. tit. 14. §. 6. *Si quis in exercitu ambulare contempserit, aut in sculcam*. Ubi *sculcam*, *Cavalcadam* interpretatur Papias: nam & sic σκοῦλκαν usurpant passim Græci Scriptores ævi inferioris, Theophylactus Simocatta l. 6. c. 9. Chronicon Alexandrinum pag. 904. Leo in Tactic. cap. 6. §. 13. cap. 17. §. 98. 101. & Mauricius in Strateg. laudatus à Rigaltio, qui perperam σκοῦλτα legit, ut originem vocis à Latina *Auscultare* accersat. Neque feliciùs Meursius *Sculcas*, quasi *Exculcas* dictas putavit, quòd κοῦλκα, Græcis recentioribus *culcita* sit, ut & Turnebus l. 24. Adv. c. 12. qui *Exculcatores* appellatos vult, quòd *glandes exculcarent & ejicerent*: fatendum tamen *Scultatores*, habere Vegetium l. 2. c. 15. & 17. Vide Vossium, & Ferrarium in *Scolta*.

Hispanis *Escuchar*, est auscultare, diligenter attendere, & *Escucha*, quod vulgò Centinelam dicimus. Leges partitæ seu Alfonsinæ, parte 2. tit. 26. l. 10. *Atalaxas son llamados aquellos omes, que son puestos para guardar las huestes de dia, veiendo los enemigos de lexos, si venieren de guisa que puedan apercebir a los suyos, que se guarden demanera que no perezcan, e por ende son llamados Esculsados, e esto es demanera de guerra que tiene gran pro, ca por yn saben mostrar quantos son los enemigos que van o vienen, y en que manera. Eso mismo de las Escuchas, que son guardas para de noche, &c.* Vide *Excubiæ*, *Excubitus*.

COLLOMELLINUS. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutianæ edita à Suaresio: *Vela linea paragaudata, Persica clavatura collomellina prasina* 2.

COLLUCIANISTÆ, Ariani dicti: quippe Arius S. Lucianum Presbyterum Antiochenum Martyrem hæresis suæ auctorem jactitabat, ac proinde sectarios suos *Collucianistas* dicere consueverat. *Lucianus* enim, dum in Sabellium concitus nimis fertur, lineam quodammodo visus est transisse rectæ sententiæ, materiamque Ario hæresis suæ præparasse. Vide Marium Victorem adversus Arianos lib. 1. Epiph. hæresi 69. & Theodoret. l. 1. c. 5.

COLLUM, *Collo suo usque ad mercatum malefactorem*, quem quis occuluerit, *deportare*, in Capitulari de Ministerialibus Palatinis edit. Baluzianæ c. 3.

COLLUS, *Urceus bibendi, vel napus*. Matth. Silvatic.

Collus, ex Italico *Collo*, Onus navis, in Statutis Venetis l. 6. c. 76. *Colli, sive balla, sive pondera*.

COLLYRIDA. Jo. de Janua. *Collyrida, dicitur à collum, & est panis tenuis, & quasi subcinericius: vel Collyrida est panis modicus & triangulus coctus, & frictus de tersus*. 2. Regum cap. 6. *Collyrida panis*. Gr. κολλυρίδα ἄρτου. Hinc κολλυρίζειν cap. 13. *Opus pistorium facere*. Ad de Leviticum c. 7. & 8. Eadmerus de Similitudinibus S. Anselmi c. 16. *Cùm nimis avidè collyridæ eduntur, quæ quasi nix candidæ videntur, sponteque manibus vel dentibus sic atteruntur, ut resonare audiantur*. Hugo Parisiensis de Institut. Novitiorum: *Alii semicorrosas crustas, & præmorsas collyridas, cibariis iterando infigunt, & reliquias dentium suorum offas facturi in poculis dimergunt*. Alexander Poëta:

Collyridam panis quoddam genus esse memento.

Nescio an huc pertineant *Colleridæ* in Itinerario Gregorii XI. PP. *Hilariter Colleridas spargebant, velut rosarum flores*, Vide Hesych. in κολλύρα.

COLMENA *apum*, in Charta an. 1271. tom. 5. Monarchiæ Lusitan. p. 306. *Vas apum* ex Hisp. *Colmena*.

COLNA. Charta Stephani Regis Angl. ann. 1038. in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 8. *Et colnam S. Andreæ, & duos rathenichtes, & unam Ecclesiam cum una hida terræ, &c.*

COLOBIUM, Tunica absque manicis, vel certè cum manicis, sed brevioribus, & quæ ad cubitum vix pertinerent: ex Gr. κολοβὸς, curtus. Gloss. Græco-Lat. κολόβιον, *Colobium, subucula*. Servius ad hæc Virgilii lib. 9.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Nam Colobiis utebantur antiqui. Isidorus libro decimo nono, capite 32. *Colobium dictum, quia longum est, & sine manicis. Antiqui enim magis hoc utebantur*. Glossarium Cambronense: *Colobium vestis cuculli similis, nisi quòd cucullo caret. Pectoralis tunicula sine manicis* dicitur Ammiano l. 14. Ugutio: *Colobium, pallium virginale, ut quod ad talos descendens sine manicis, & dicitur Colobium, quasi Colubium, a collo depensum, vel quòd sit longum*. S. Ambrosius Ep. 53. *Duos juvenes ephebos vestibus candidissimis, id est, Colobio & pallio indutos, &c.* Ordericus Vitalis l. 2. *Vestitur Colobio albo clavato purpura, induitur pallio albo, &c.* Vestis honestioris genus esse notavit Pithœus lib. 1. Advers. c. 16. ex Cod. Theod. Pauperibus tamen *Colobia* erogari providet Pelagius PP. in Epist. ad Sapaudum Arelatensem Episcopum, apud Baron. an. 556. n. 21.

Colobium, postmodum propria fuit vestis Monachorum. Cassianus de Habitu Monachi c. 5. *Colobiis quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus*. Quærit B. Dorotheus Doctr. 1. quare Monachi deferrent κολόβιον μὴ ἔχον χειρίδια, τῶν ἄλλων ἐχόντων πάντων χειρίδια, cùm cætera Colobia manicata essent: atque manicas esse signa manuum, manus autem ad practicen pertinere, Monachos verò habere non debere manus ad operandum quidpiam pristini hominis. Mox ait Colobium Monasticum habere τὸ σημεῖον τὸ πορφυροῦν, signum purpureum, cujus significationem pariter exequitur. Palladius in Histor. Laus. cap. 47. Τὸ δὲ ἔνδυμα ἦν αὐτῷ ὁ λεβιτῶν, ὅνπερ τινὲς κολόβιον προσαγορεύουσι. Tabular. Prioratus S. Vicentii Laudun. ann. 1281. *Quilibet Monachus habeat singulis annis 2. frocos, seu 2. colobia cum cucula.*

Colo-

Colobium etiam fuit Episcoporum vestis propria. Honorius Augustod. lib. 1. c. 211. de vestibus Pontificis: *Colobium erat cucullata vestis sine manicis, sicut adhuc videmus in Monachorum cucullis, vel nautarum tunicis, quod Colobium à S. Silvestro in Dalmaticam est versum & additis manicis infra sacrificium portari instituta, quæ ideo ad Missam à Pontifice portatur, &c.* Adde Alcuinum de Offic. divin. Author. Vitæ S. Silvestri PP editæ à Combefisio, de Euphrosyno Pamphyliæ Episcopo scribens, ait Euphrosynum Romam venientem Colobium S. Jacobi fratris Domini secum attulisse, eoque indutum sacra peregisse, χρῆσαι λέγων τ͂ ἱερώμϑον, κ̀ μέλλοντα θυσίαν τῷ Θεῷ ποιαύτλω προσκομίζειν, μὴ μόνον τὴν ψυχὴν σὺν τῷ σώματι καθαρὰν ἔχειν, ἀλλὰ γὰρ κ̀ ἐσθῆτα λευκὴν περιβεβλῆσθαι, indeque factum ut Romani hactenus Sacerdotes colobiis usi sint: ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ τῶν βραχιόνων γυμνὸν ἐψέγετο, δαλματικὰ μανίκλεια μᾶλλον συνέβη ὀνομασθῆναι, εἴπερ κολόβια. Id etiam astruit Anselmus Decretorum Collector, ex Eusebio: *A sancto Silvestro & Presbyteris ejus colobiorum usus sumpsit initium, & Marcus ac Julius & Liberius ex ordine sunt usi. Post hos autem Colobia in Dalmaticas commutata sunt.* Colobium Episcopis præterea tribuunt Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 8. Pius I. PP. in Epist. apud Joan. à Bosco in Vienna p. 24. Ademarus Caban. an. 1010. & alii.

Colobium dicitur etiam cucullus ille, sive superhumerale, quo induuntur Servientes ad legem in Anglia. Fortescuëin Encomio legum Angliæ c. 51. *Nam Serviens ad legem ipse existens toga longa instar Sacerdotis cum caputio penulato circa humeros ejus, & desuper Colobio cum duobus labellulis, qualiter uti solent Doctores legum in Universitatibus quibusdam, cum suprà descripto birreto vestiebatur. Sed Justitiarius factus loco Colobii, chlamide utebatur.*

Colobium Danicum, apud Ingulfum p. 866. *Exuebat eum de cuculla sua, & dato Danico Collobio, jussit eum ubique vestigia sua imitari.*

Colobium, insignibus & vestimentis Regum Aragonensium accensetur, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 135. & in Epistola Martini IV. PP. tom. 5. Hist. Franc. p. 878.

COLOMA, *Calamus cum spica sua, & dicitur à culmus* Joan. de Janua. Nostris *Chaume*.

COLONUS, *Colonia, Colonaticum, &c.*

Colonus, vici incola, παροικος. Isidorus l. 9. c. 4. & ex eo Papias: *Coloni sunt cultores advenæ, dicti à cultura agri; sunt enim aliunde venientes atque alienum agrum locatum tenentes, ac debentes conditionem genitali solo propter agriculturam sub dominio possessoris, pro eo quòd iis locatus est fundus.* Quæ quidem hausit Isidorus à sancto Augustino lib. 10. de Civitate Dei, cui *Coloni* dicuntur, *qui conditionem debebant genitali solo propter agriculturam sub dominio possessorum.* De his præclarè Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Nonnulli eorum de quibus loquimur, qui aut consultiores sunt, aut quos consultos necessitas fecit, cùm domicilia atque agellos suos pervasionibus perdunt, aut fugati ab exactoribus deserunt, quia tenere non possunt, fundos majorum expetunt, & Coloni divitum fiunt. Aut sicut solent hi qui hostium terrore compulsi, ad castella se conferunt, aut qui perdito ingenuæ incolumitatis statu ad asylum aliquod desperatione confugiunt: ita & isti qui habere ampliùs vel sedem, vel dignitatem suorum natalium non queunt, jugo se inquilinæ abjectionis addicunt: in hanc necessitatem redacti, ut exactores non facultatis tantùm, sed etiam conditionis suæ, atque exulantes non à rebus tantùm suis, sed etiam à seipsis, ac perdentes secum omnia sua, & rerum proprietate careant, & jus libertatis amittunt.--- Illud gravius & acerbius, quòd additur huic malo servilius malum. Nam suscipiuntur advenæ, fiunt præjudicio habitationis indigenæ, & quos suscipiunt ut extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios: quos esse constat ingenuos, vertunt in servos.*

Hinc patet ejusmodi Colonos prorsus fuisse *adscriptitios*, & conditionis servilis ac obnoxiæ, licèt non omnino essent servi, sed culturæ agrorum ad certa loca addicti. Unde in Glossar. Basilic. colonus definitur δουλοπάροικος, & μισθωτός. Vide Glossar. med. Græcit. Formula vetus apud Bignonium pag. 197. 1. edit. *Eo quòd genitor suus nomine ille colonus sancti illius de villa illa fuisset.* Prostant aliæ formulæ apud eundem, *de evindicatis colonis*, p. 196, 201. 202. ubi disertè opponuntur *francis* & ingenuis, ut & in Constit. Justiniani de Ascriptitiis & colonis; & perinde ac servi, si de Coloniis suis se substraxerint, judicio evindicationis ad Colonatum reducuntur: quod etiam præcipitur in Constit. Just. Imp. de Filiis liberarum in Africam directa, in Pragmatico Tiberii Imp. de Filiis colonor. & in Edicto Theoderici Regis c. 84. cujusmodi evindicationis exemplum profert Flodoardus l. 2. Hist. Remens. c. 19. initio. Denique non modò cum servis junguntur passim, ut in Capitulis Caroli C. tit. 28. sed & *servi* appellantur. Donationes factæ Ecclesiæ Salisburg. c. 8. *Ad Chiemgovv Trucharium servum cum colonia sua & alia possessione.* Cap. 10. *Manentes servos cum colonus suis.* Cap. 1. *Servi manentes in colonus, &c.* Quin etiam iisdem, quibus illi, pœnis coercebantur, fustuario nempe & flagellis, ut colligitur ex Lege Burgund. tit. 39 §. 3. iisdem Capitulis Caroli C. tit. 9. part. 2. c. 9. tit. 12. c. 5. tit. 28. c. 1. tit. 31. c. 15. 16. 20. 22. tit. 38. c. 2. & Capit. Carlomanni tit. 2. c. 4. Sed & S. Remigius Remensis Episcopus in Testamento suo, apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. c. 18. alios Ecclesiæ Colonos libertate donat, alios in servitute permanere decernit.

Verùm licèt Coloni servis accenserentur, quòd certis conditionibus ac servitiis obnoxii essent, inter liberos plerumque habebantur. Gregorius M. l. 3. Ep. 21. *Hi verò qui in possessionibus eorum* (Judæorum) *sunt, licet & ipsi ex legum districtione sint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutiùs adhæserunt, utpote conditionem loci debentes, ad colenda quæ consueverant rura permaneant, pensionesque prædictis viris præbeant: & cuncta quæ de colonis vel originariis jura præcipiunt, peragant, extra quod nihil eis amplius oneris indicatur, &c.* Atque inde percipitur cur *liberi* dicantur in Lege Aleman. tit. 9. *Quicumque liberum Ecclesiæ, quem Colonum vocant, occiderit, &c.* Et tit. 23. §. 1. *Liberi Ecclesiastici, quos Colonos vocant, sicut & coloni Regis reddant ad Ecclesiam.* Charta Caroli C. an. 22. in Tabul. S. Dionysii n. 38. *Proclamaverunt se & dixerunt, eo quòd ipsi & nascendi liberi colonos esse debent, sicut alii coloni S. Dionysii, & prædictus Deodatus Monachus eis per vim in inferiorem servitium inclinare vel affligere velit injustè.*

Erant igitur Coloni mediæ conditionis inter ingenuos seu liberos, & servos: proindeque iidem ferme qui *Conditionales* etiam appellati, ac *Originarii* & *Tributales*, de quibus suis locis agetur. Sed de Colonorum variis conditionibus copiosè egit Jacobus Gotofredus in Paratit. tit. de Fugitivis colonis l. 5. Cod. Th. & ad leg. 3. de Censu.

Coloni Ecclesiarum, qui Ecclesiarum ac ædium sacrarum proprii erant, & earum agros colebant: *Liberi Ecclesiastici*, vel *Ecclesiæ, quos Colonos vocant*, in Lege Aleman. tit. 9. tit. 23. §. 1. tit. 57. *Coloni vel servi Ecclesiæ*, in Lege Bajuvar. tit. 1. c. 14. §. 1 *Coloni Ecclesiastici* & *De casis Dei*, in Capitulis Caroli C. tit. 31. c. 29. 30. Rhenanus lib. 2. Rerum Germ. p. 97. *Quidam etiam in illo recenti Christianismo res suas Ecclesiæ donabant, & rursum agros aut domum in beneficii modum recipiebant ad vitæ suæ tempus, non circa tamen pensitationem: nec filius post mortem patris, aut hæres, vendicare sic donata poterat, ii Coloni Ecclesiastici dicebantur.* Horum autem ea erat prærogativa, ut ab omni seculari jurisdictione & servitio soluti, Ecclesiæ soli obnoxii essent. Charta Ottonis Imp. an. 965. pro Eccl. Hamburgensi: *Servos*

Servos verò & colonos in eisdem proprietatibus habitantes, nulli nisi eisdem Episcopis servituros, ab omni etiam nostri juris servitio absolvimus, & sub nullius banno vel disciplina illos nisi sub illarum Ecclesiarum Advocatis esse volumus. Vide Chartam Agapeti PP. apud Sanjulianum in Antiquitat. Matisconens. p. 277. & aliam Caroli C. apud eundem in Antiq. Tornutii p. 510.

Coloni fiscales, qui Fisci prædia excolebant, qui in *Coloniis* fiscalibus manebant, in edicto Pistensi c. 26. *Coloni Regis*, in Lege Alemann. tit. 23. *Coloni & fiscalini*, in Capitulis Caroli M. lib. 3. c. 36. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. c. 6. Adde Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 20.

In Regno Cyprio, regnantibus Luzinianis, plebs divisa erat in παροίκους, & ἐλευθέρους ὑπερπυριακούς. Parœci erant conditione servi: Liberi verò, servi libertate donati, obnoxii tamen Dominis ratione tributi, *Thomaso Porcacchi nella Descrit. del isole del mondo: I Parici erano una condition di huomini schiavi, obligati fin della vita a lor patroni. I Lefteri erano quei Parici, che, o con danari, o per carità, o per altro erano servi della borsa, obligati a pagare ogni anno a Principe XV. Perpiri, o piu.* Eadem habet Leunclavius in Pand. Turc.

Colones, pro *Coloni* in vet. Ch. apud Hemeræum de Acad. Par. c. 4. *Nec de liberis hominibus, Albanisque, ac colonibus in supradicta commanentibus, &c.*

Colona, Femina colonariæ conditionis. Formula vetus apud Bignonium pag. 382. *Feminam illam interpellabat, --- eò quod Colona esset sancti illius de curte sua, quæ dicitur illa, &c.* Chronicon Besuense p. 523. *Dedit præfato cœnobio ancillam unam -- ut ibidem deserviret cum omni semine suo ex ea progenito, -- ut cateræ colonæ servitium omne facerent.* Vide Testamentum S. Remigii Episcopi Remens. c. 18.

Colonarius ordo, Colonorum conditio. Donatio Haganonis ad S. Martinum Turon. imperante Ludovico: *Fridegiso Abbati trado mansum nostrum indominicatum --- cum hominibus ibidem commorantibus, quos colonario ordine vivere constituimus.* Id est, ut coloni vivere solent. *Colonaria conditio*, in Concilio Arausicano I. c. 7. Arelatensi II. c. 33. *Jus Colonarium*, apud Gregorium M. lib. 3. Epist. 21.

Colonatus, eadem notione in Charta Ludovici Reg. Fr. an. 1179. in Tabul. S. Genovefæ Paris.

Colonaticum, Servitium quod colonus domino debet, vel præstat, quod *Colonorum tributum* dicitur in Epist. S. Remigii ad Falconem Episc. Tungrensem Formulæ veteres Lindenbrogianæ cap. 163. *Repetebat ei, quod genitor suus aut genitrix sua ill. coloni sui fuissent, & ipse ill. colonus esse debebat, & malo ordine de ipso Colonatico se abstrahebat & negligens erat.* Et infrà: *Et in præsente pro Colono ipsius ill. se recredidit & recognovit.*

Colonitium, idem quod *Colonaticum*, apud Lindenbrog. in form. 163. 164. 166. 167. apud Bignon. pag. 197. 201. 203. 204. 247. 382. 1. edit. Cujusmodi verò erant ea Colonorum servitia, operæ, ac tributa, pluribus habetur in Lege Bajwariorum tit. 1. cap. 14. & in Capitulis Caroli Calvi tit. 23. cap. 14. *Ædificent villas vestras moderatis castitiis, --- laborent & excolant terras & vineas in tempore, cum debita solicitudine; sal vent & dispensent laborata cum fideli discretione, faciant nutrimenta congrua & necessaria: custodiant silas unde habeant pastiones: defendant & excolant prata, unde habeant pabula.* Adde tit. 31. §. 29.

Colonicatus, qui ad Colonum spectat. *Casæ colonicatæ, res Coloniciatæ*, non semel in Tabular. Catauriensi 1. part. cap. 94 ch. 3. ann 902. *Una cum casis & rebus manualibus, & rebus coloniciatis, & rebus censuitis, cum terris, vineis, &c.* Charta Leonardi Episcopi Cæsenatis an. 1175. apud Ughellum tom. 2. p. 460. *Concedimus quoque vobis fundum unum integrum --- quem vos domnicatum habeatis, & ex parte colonicatum.* Charta Conradi Imp. an. 1028. ibid. pag. 707. *Sive curtibus, salatiis, sive in donecatis, vel colonecatis, &c.* Alia Friderici II. Imp. ann. 1220. ibid. pag. 712. *Cum hominibus, castris, tam de donicatis, quam locatis.*

Colonaria mancipia, quæ Coloniis addicta erant. Testamentum sancti Aredii: *Addimus etiam mancipia quæ Colonaria appellantur & nobis tributaria esse perhibentur.*

Colonia, est Villa, seu villula, cum modo agri quantùm colonus unus colere potest. Aliis, (quod probabilius) est habitaculum rusticum cum sufficienti prædio ad alendum colonum, vel familiam rusticam, breviùs, Coloni ædes, prædium. Gregorius Turon. lib. de Gloria Confess. cap. 15. *Ad hoc levitas ejus, inimico ingrassante, convaluit, ut colonias Basilicæ concupisceret, quæ agro ejus erant proximæ, pervadere non timeret.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi c. 24. *Non paucos ex ruricolis obvios habuit, qui derelictis coloniis suis in aliam provinciam transmigrabant.* Mox: *Suadebant ut eos verberari juberet, & ad domunculas unde discesserant redire compelleret.* Donationes factæ Ecclesiæ Salisburg. c. 1. *Et comparavit ad eum villam, quæ dicitur Pindinga, cum servis ibi manentibus in colonus suis.* Cap. 3. *Comparavit ad Milonem colonium unam.* Adde c. 8. Tradit. Fuld. lib. 2. c. 25. *In prædicto loco novem trado colonias (hoc sunt Hobunnæ) integras, cum omnibus adjacentiis & finibus suis, in arialis, in terris arduris, in sylvis, in campis, &c.* Guillelmus lib. 2. Vitæ S. Bernardi c. 5. *Adduntque -- locum esse spatiosum ad omnes Monasterii necessitates, ad prata, ad colonias, ad virgulta, & vineas &c.* Et lib. 2. c. 7. *Ecclesiæ ruinas restaurat, colligit exules, Ecclesiis antiqua servitia, depopulatas colonias expulsis restituit.* Chron. Besuense pag. 569. *Tradidimus S. Petro 4. colonias in vico qui Altrisiacus dicitur.* Occurrit passim apud Scriptores, Hincmarum Opusc. 60. p. 832. Flodoardum lib. 2. Hist. Remens. cap. 5. 6. 7. 11. 17. 18. 19. Hariulfum lib. 3. cap. 7. Baldricum lib. 2. Chron. Camerac. cap. 5. Gerbertum Epist. 159. Baldricum Dolensem in Translat. capitis S. Valentini num. 2. in Vita S. Barbati Episcopi Benevent. cap. 2. in Conventu Pistensi an. 864. tom. 2. Spicil. pag. 589 in lib. 2. Miracul. B. Bertini cap. 10. 15. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 107. 109. 119. Perardum in Burgund. p. 70. Sammarthanos in Abbatibus Vallis S. Stephani p. 889. in Spicilegio Acheriano tom. 7. p. 185. &c.

Colongia, idem quod *Colonia*. Charta Henrici Theobaldi Comitis Campaniæ filii an. 1149. pro Abbatia Jurensi: *Grangiam S. Eusebii cum hominibus suis, & colongiis & aliis possessionibus, &c.* Infrà: *Cum hominibus suis, & terris, & aquis, & nemoribus & undecim collongiis ad eandem (villam) spectantibus.*

Observandum verò *Colonias* istas ad ipsos colonos jure proprietatis ac hæreditatis spectasse, sub onere & conditione tributi, pensitationis, & operarum, de quibus agitur in Lege Bajwar. & aliis locis mox indicandis: quod colligitur ex Capitulis Caroli Calvi tit. 31. cap. 30. *Et quoniam in quibusdam locis coloni tam fiscales, quàm & de casis Dei, suas hæreditates, id est, mansa quæ tenent, non solùm suis paribus, sed & quibuscumque hominibus vendunt, & tantummodo sellam* (id est ædem) *retinent, & hac occasione sic destructæ sunt villæ, ut non solùm census debitus inde non possit exigi, sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt, jam non possint agnosci, &c.* Mansum enim idem esse cum colonia mox docemus.

Dimidia colonia, in Chronico Besuensi pag. 575. & in Charta Caroli Calvi in Antiq. Augustodun. part. 2. pag. 25.

Colonia: Ægidius Monachus Aureæ vallis cap. 118. *Patronus Legiæ, quem suis volebatis spoliare alodiis, in nostram coloniam vos redegit.* Albertinus Mussatus lib. 4. cap. 11. *In Colonia Patavii, quem Curte vocant, natura* adeò

adeò in animante vagata est, ut equa pullulam novipedem enixa sit.

Colonica, idem quod *Colonia*, Coloni habitatio & prædium. Lex Burgundion. tit. 38. §. 7. *Si quis in agro regio, vel Colonica voluerit adplicare, & non permissus fuerit, colonus fustigetur.* Tit. 67. *Quicunque agrum aut colonicas tenent, &c.* Gregorius Turon. in Vita S. Aridii: *Dum Noniaco colonica sua in honore B. Juliani Martyris oratorium conderet, &c.* Vetus Charta apud Doubletum lib. 3. cap. 2. *Villa quæ vocatur Matrius -- cum termino vel colonica sua ad se pertinente.* Præceptum Caroli Calvi pro Ecclesia in Magniaco in pago Nivernensi: *Quas quindecim mansis & colonicis quatuor, quæ solvunt in censum denarios duodecim.* Vetus Charta in Chronico Besuensi pag. 585. *Dedit S. Petro unum mansum cum colonica sua, & cæteros mansos ad ipsum pertinentes, cum colonicis suis.* Ubi *Colonica* differt à *manso*, atqui in Concilio Valentino an. 853. videtur sumi pro manso: *Sed & ipsi seculares & fideles Laici, si condere voluerint Basilicas in prædiis suis, unam colonicam vestitam cum tribus mancipiis donationis gratia eis conferant.* Agitur enim hoc loco de *manso Ecclesiastico*. Charta Caroli Regis in Historia Augustodun. part. 2. p. 48. *Concessit etiam Ecclesiam S. Dionysii cum colonicis quinque.* Chronicon S. Benigni pag. 412. *In Lariaco colonicas* 10. Alibi: *Sunt in Dienato colonicæ* 15. *curtilli* 20. *& terra absque æstimatione.* Occurrit præterea apud Marculfum lib. 1. Form. 30. in Præcepto Barnoini Archiepisc. Viennensis an. 881. tom. 10. Spicilegii Acheriani pag. 141. in Testamento Widradi Abbatis Flaviniacensis, in Synnodo Ravennensi ann. 904. c. 8. in Hist. Episcopor. Autisiod. cap. 20. in variis Chartis agud Sanjulia. num in Matiscone pag. 285. Perardum in Burgundicis pag. 40. 67. 149. 150. &c. Vita S. Aldrici Episc. Cenoman. num. 6. 30. &c.

Colonica dimidia, apud eundem Perardum pag. 150.

Calonica, idem quod *Colonica* in Chartis aliquot Provincialibus, quas habent Joan. Columbus & in Episcopis Vivariensibus l. 1. num. 25 28. 29. & Sammarthani in iisdem Episc. num. 34. p. 1179. & 1180.

Colonicula. Conventus Pistensis an. 864. *Vultumniacus cum coloniculis, in Aliaco mansa tria cum farinariis, &c.*

Colonitia. Concilium Ravennense an. 904. can. 8. *Ut patrimonia seu suburbana, atque massæ, & colonitiæ -- reddantur.*

Colonatus, idem quod *Colonia*. Synodus Romana Leone IV. PP. can. 40. apud Holstenium in Collect. Roman. *Hi autem* (Presbyteri) *qui colonatus possessiones retinent, nihilominus volumus ad Episcopi indifferenter venire concilium. Nam si quasi per contumaciam se, quasi in alterius potestate subtraxerint, & proprio non subjiciuntur Episcopo, Canonicis correptionibus subjaceant.*

Coloneta, simili notione in Charta Eygili Abbat. Flaviniac. apud Mabillon. to. 6. Vitæ SS. Ordin. S. Benedicti p. 241. semel ac iterum. Sed fortè legendum *colonecca*.

COLORES, pro ipsis Factionibus Circensibus, quæ suis Coloribus distinguebantur, Veneta, Prasina, Russea, & Alba, apud Senatorem, lib. 1. Epist 20. 32. lib. 3. Epist. 51. Vide Bulengerum lib. de Circo Rom. c. 48.

Color, pro *Prætextus*: *Colorare*, pro *Prætexere*, non semel in Cod. Th. & Justin.

Color, apud Leguleios Anglos, est ficta materia, qua reus vel tenens utitur in suis exceptionibus. Vide Rastallum in Exposit. vocum Leg. Anglic.

Colore officii, apud eosdem: quæ verba, ait idem Rastallus, semper accipiuntur in malam partem, denotantque rem aliquam perperam à judice perpetratam sub officii sui prætextu, &c.

Color græcus. Vide *Lazarius*.

Colorarius, Ἐυχρώμων, in Gloss. Græc. Lat.

Colorator. Gloss. Lat. Græc. *Colorator*, σιλβωτής. *Colorator*, Ἰνδικοπλευστής. leg. ἰνδικοπλάστης.

Coloratus, σιλβ.., in Gloss. Lat. Græc. Est etiam pudore suffusus, pudibundus. Rathbertus de Casib. S. Galli c. 11. p. 89. *At juvenis voce magistri coloratus, &c.*

Colorati solidi. Vide *Prætextati*.

Coloratura, χρωσμὸ, in Gloss. Græc. Lat.

COLOREUS, *Colorea vestes*, vario colore tinctæ, modò hoc, modò illo, apud Vopiscum. Nos dicimus, *de couleur*.

Colorus, Coloratus. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in Vita S. Adalardi cap. 8. *Erat tamen decoris gratia venustus, discreta macie, satis colorus.*

COLPINDACH, vox Hybernica, priscis Scotis usitata, hodiè corruptè *Quyach*, significat juvencam quæ vitula esse desiit, & nondum apta tauro, injustam magnitudinem non excrevit: in Legibus Malcolmi Regis Scotiæ cap. 7. §. 3. cap. 8. §. 1. & 2. Vide Steph. Skinnerum in Etymol. Anglic. c. de Vocib. forensibus.

COLPO, *onis*, Frustum, nostris *Copon*. quasi particula abscissione avulsa: nam nostri *Couper* & *Coper* abscindere dicunt, ex Græco κόπτειν, unde κόπαρον & κόπεον in Glossis, pro *frusto* rei cujuslibet & fragmento. Propriè autem usurpatur de cereis candelis minutioribus, *Copon de cire*. Rogerus Hovedenus an. 1194. *Cùm autem Rex Scotiæ ad Curiam Regis Angliæ venerit, quàm diu ipse in Curia moram fecerit, habebat quotidie de liberatione* 30. *sol. &* 12. *vastellos dominicos --- &* 40. *grossos longos colpones de dominica candela Regis, &* 80. *colpones de alia candela.*

COLPUS, Ictus, Gallis, *Coup*, Italis, *Colpo*, diminutivum ex *Colaphus*, ut rectè censet Wendelinus. Occurrit passim in Lege Salica tit. 19. §. 1. 7. Aleman. tit. 95. Ripuar. tit. 19. §. in Formulis vet. apud Bignon. in Legibus Athelstani cap. 6. apud Bromptonum, & Henrici I Regis Angliæ cap. 80. &c. Vide *Procolpus*, *Colaphus*.

COLTA, idem quod *Collecta*, tributum, vox ea notione usurpata in Tabulis Dalmaticis apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. pag. 275. 277.

COLVEKERLIA, *Colvekerli* Chronicon Abbatiæ S. Bertini, de Rodulfo Guinarum Comite: *Qui in terra sua servitutem induxit, quæ Colvekerlia vocatur, per quam populares astrinxit, ut arma nullus nisi clavas deferret & inde Colvekerli dicti sunt, quasi rustici cum clava. Nam eorum vulgare, Colve clavam, & Kerli rusticum sonat.* Lamberdus Ardens. in Hist. Comit. Guin. *In diebus illis fuerunt homines quidam clavati, sive clavigeri, quos vulgò Colvekerlos nominatos audivimus, in terra Ghisnensium habitantes: qui clavati sive clavigeri, à clava dicebantur agnominati, &c.* Eadem ferme habet quæ suprà Chron. S. Bertini. Vide *Colum*.

COLUM, *Fastigium templi*, Papiæ; pro *Tholus*, ni fallor.

COLUM, *Cola*, *Colatorium*.

Colum. Glossar. Vetus cap. de Vasis argenteis: *Colum*, ἠθμός. Accensetur vulgò sacris ministeriis, estque vasculum quoddam subtilissimis foraminibus ab imo fundo perforatum, per quod vinum ex amulis in calicem refundebatur. Vetus Charta Cornutian. edit. à Suaresio: *Hamulam oblatoriam, colum, thymiamaterium, &c.* Ordo Romanus: *Archidiaconus sumit amulam Pontificis cum vino de Subdiacono, & refundit super colum in calicem.* Infrà: *Archidiaconus --- accipiens Calicem ab Acolyto Archidiacono apportet vinum per colum, quod sinistra manu Romanus Ordo Archidiaconum auriculari digito ferre jubet purgandum. Quod utique vas in id opus ex aliquo metallo formatum, in medio sui plurima quasi acus foramina ad excolandum vinum ostendit, & illud Archidiaconus per totum Missæ officium in sinistra manu, illo quo prædiximus digito, annulo suspensum portaturus est.*

Cola

Cola. Christianus Arch. Moguntin. in Chronico pag. 384. *Erant colæ argenteæ novem, per quas vinum poterat colari, si necesse fuisset, præter eam quæ attinebat calici aureo, & hæc aurea erant.* Chron. Laurisham. *Baccina, thuribulum, cola, & ampullæ pondo 8. marcarum.*

Colatorium, idem quod *Colum*. Papias: *Colatorium, liquatorium*, Idem: *Colum, Colatorium, à colando mustum.* Ordo Roman. *Archidiaconus sumit amulam Pontificis de Subdiacono Oblationario, & refundit in calicem super colatorium.* Alibi: *Gemelliones argenteos cum colatorio argenteo & aureo.* Hist. Episcop. Autisiod. cap. 20. *Colatorium pens. unc. 2.* Anastasius in Sergio II. *Colatorium de argento, quod in sacro utitur officio, deauratum unum.* In Benedicto III. *Patenam unam, colatorium unum.* In Leone III. *Vasa colatoria argentea deaurata.* Latini *Colare*, dicunt per Colum transmittere. Manilius:

Et colare vagos inductis retibus amnes.

Vide Chartam Philippi Episcopi Bellovacensis ann. 1217. in Hist. Drocensi pag. 244. & Cardinal. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 25. num. 5.

COLUM, Clava, ex Flandrico *Kolve*. Chronicon Andernense an. 1231. *Plebeæ multitudini utriusque sexus relinquentes exposuerunt, & vix de rastris & flagellis, de furcis, colis, & baculis se se subtrahentes, &c.* Vide Colvekerli.

COLUMBA, Vas in Columbæ speciem effictum, supra altare appensum, in quo pyxis ubi Dominicum corpus ad infirmorum viaticum asservari solet, includitur. Testamentum Perpetui Episcopi Turon. tom. 5. Spicilegii Acheriani: *Amalario Presbytero capsulam unam communem de serico: item Peristerium & Columbam argenteam ad repositorium -- do, lego.* Anastasius in Hilario PP. *Columbam argenteam pensantes libras duas.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacens. MsS. cap. 37. & ex eo Udalricus lib. 2. *Prædictam autem pyxidem --- Diaconus de Columba jugiter pendente super altare -- abstrahit*: Breve de vasis Ecclesiasticis in Tabulario S. Theofredi in Velavis: *Columba desuper altare aurea, ubi Dominicum reponitur Corpus in linteo mundo servandum.* Adde lib. 1. cap. 9. Amphilochium in Vita S. Basilii Cæsar. cap. 6. lib. 1. Miraculor. S. Dionysii cap. 2. Hermannum lib. 3. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 28. &c. Vide Durantum de Ritibus Eccles. cap. 16. & quæ hac de re adnotamus in Descript. S. Sophiæ num. 64. & Diurnum Romanum cap. 4. tit. 2.

Columba, alia notione. Charta ann. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. *Et ferent tres Clerici crucem, baculum S. Vedoali, & columbam, aquam benedictam, & thuribula, &c.*

Columbas de more ante Reginas præferre, apud Galfridum Monemuthensem lib. 7. cap. 4.

Per columbam electi Episcopi, id est, per Spiritum sanctum, qui per columbam adumbratur. Concil. Ravenn. ann. 1311. can. 10. *Et quòd de festo B. Apollinaris, & de omnibus sanctis Præsulibus Ravennatibus per Columbam electis fiant festa per totam Ecclesiam Ravennatem suis diebus.* Vide Vitam S. Evertii Episcopi Aurelianensis, & S. Honoratum Massiliensem in Vita sancti Hilarii Arelatensis.

Columbas vendere. Concilium Aquisgranense ann. 816. can. 38. *Columbas quippe vendere, est impositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitæ meritum, sed ad præmium dare.* Leo IV. PP. in Epist. ad Episcopos Britanniæ: *Requiritis de his qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescunt, &c.* Vide Joannem VIII. PP. Epist. 94.

COLUMBAR, Genus vinculi, proprieque ipsum vinculi foramen. Joan. de Janua: *Columbar, genus vinculi, à collo, quòd sit aptum collo.* Vita S. Genulfi Episcop. num. 11. *Ut solis catenarum compedibus, durisque lacertorum columbaribus arcerentur ab hominum morsibus, &c.* Utitur Plautus in Rudent.

COLUMBARIUM, pars navis, Italis *Columba*, lignum supra carenam extensum à prora usque ad puppim. Gaufredus Grossus in Vita B. Bernardi Abb. Tiron. num. 31. *Remiges autem fulminum juxtà cadentium fœtoribus affecti, mortuis similes in transtris prosternuntur, strampisque rumpentibus, remis fervientibus undas à columbariis extrahuntur.* Vide Columba.

COLUMBRUS. Charta an. 1281. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 301. *Deferrent arbores cum floribus, & magnis columbris rosarum.* Infrà: *Cum arbore & Columbro rosarum.*

COLUMELLI. Ugutio, ubi de dentibus: *Horum primi Præcisores dicuntur, quia omne quod accipitur ipsi priùs incidunt: Canini dicuntur, quorum duo in dextra maxilla, & duo in sinistra sunt; dicuntur quòd ad similitudinem caninorum dentium existunt, -- hos vulgus pro longitudine & rotunditate Columellos vocant.*

COLUMGERIUS. Charta Gerardi Comitis Matiscon. an. 1180. in Bibliot. Cluniacens. pag. 1443. *In nemore de Domenge, habet Comes 4. Columgerios, in quibus Monachi nihil accipiunt.*

COLUMNÆ *altaris*, quibus altare sustentatur, & quas prehendere solebant qui confugiebant ad Ecclesiam. Epistola Clericorum Italiæ tom. 1. Concil. Gall. p. 296. *Quo viso sanctus Papa columnas altaris complexus est*, Aimoin. l. 2. Hist. Franc. c. 32. *In Basilicam S. Euphemiæ confugit, tenuitque columnam altaris.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi c. 16. *Strato autem in parte Orientali ex quadris lapidibus pavimento, altare subnixum columnis loco congruo collocavit.* Theophanes an. 20. Justiniani, Ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως, τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ μάρτυρος μονῆς τῶν Ὁρμίσδου προσέφυγεν, κἀκεῖθεν ἑλκόμενος, κατεῖχεν τοὺς βασταζόντας τὸ θυσιαστήριον κίονας, &c. Adde Pachymer. lib. 7. c. 17. p. 31. Erant autem hæ columnæ numero quatuor; nam, ut ait Honorius Augustod. lib. 3. cap. 106. *Mensa in tabernaculo Dei erat 4. pedibus fulta.* Interdum quinque. Vita S. Theodardi Archiepisc. Narbonensis apud Catellum p. 761. *Fecit autem idem B. Pontifex Audardus eidem Ecclesiæ ex magno & candidissimo marmore aram miro opere sculpturæ celatam, quinque nihilominus marmoreis stipitibus, quibus erant bases & epistylia marmorea locis opportunis ac congruis, fultam.* Vide Codicem Carolinum Epist. 92. & quæ notamus in Descript. S. Sophiæ cap. 55.

Columna, Navium recta pars, in Glossis Græco-Barbar. Hrabani Mauri, qua notione occurrit in Glossis Ælfrici pag. 71. Vide Columbarium.

COLUMNATIO, Περίστυλος. Gloss. Græc. Lat. Ordo Columnarum, locus columnis exornatus.

COLUMNELLI, seu ut habet Papias, *Colomelli*, *dentes qui Canini dicuntur, quia sunt longi & rotundi ad modum columnæ.* Ugutio, Joan. de Janua. Vide supra.

COLURNUS, ex Corylo arbore. Glossæ Græco-Lat. Καρυέα, δένδρον, *Colurnum*, *Cornus*. Λεπτοκάρυον, *Avellanum, corylum.* Λεπτοκαρύινον, ἠχράινον, *Colurnum*. Papias: *Colurnus de corylo, sicut Quernus de quercu.* Vox Latinis nota. *Colurna vasa*, apud Metellum in Quirinalibus pag. 153. *Colurna virga*, apud Hericum Monach. de Miracul. S. Germanni Autis. cap. 7. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15.

Oppida diffuso HRipis amplificare colurno.

Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 25.

Populnus, quernus, ficulnus, tolle colurnus, &c.

COLYMBUS, ex Græc. Κολυμβος, Natatio Glossæ Isid. *Colymbus, locus ubi vestes mundantur.* Ugutioni, *Est herba crescens in aqua, vel tirsus virens, vel aquæductus, scilicet locus per quem discurrit aqua.* Papias: *Colimbus, ubi mundantur vestimenta, vel aquarum influens locus.* Passio B. Thomæ apud Ordericum Vital. lib. 2. *Fecit colimbos & lacus aquarum influentes.* Prudentius de fonte:

Nunc pretiosa venit per marmora, lubricatque clivum
Donec virenti fluctus Colymbo.

Lampridius in Heliog. *Marina aqua colymbos exhibuit.*

COMA, *Comam deponere.* Vide *Capilli.*

Coma equi, pro juba, in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 3. *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam curtaverit.*

COMACINUS, & *Magister Comacinus*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 9. & 10. videtur appellari qui vulgò *Macio*, Gallis *Maçon*, unde fortè vocabuli origo. Hoc loco *Comacini* vocem à loco effictam tradit Glossarium apud Lindenbrogium, à Comacina fortè insula in Romanula, ubi Longobardorum ævo periti architecti fuerint.

COMARCHUS. Vide *Commarchia.*

COMATI. Vide *Comes*, seu *Comitus.*

COMATIO. Leges Henrici I. Regis Angliæ. *Si quis Dominum suum occidat, si capiatur, nullo modo se redimat, sed de ejus comatione, vel ejus cautione, vel ita primò severa gentium animadversione damnetur, &c.* Id est, nî fallor, comæ abscissione, seu decabuatione.

COMATORES, *dicuntur argenti tonsores, qui de sordida massa lucidum comant argentum.* Ugutio.

COMBA. Vide *Cumba.*

COMBARO, Dominatus particeps, *Par*, Compar, vel *Baro*, æquè ac alii, Gallis *Conseigneur*. W. Thorn. in Chron. an. 1270. *Dominus Abbas est Combaro de Sandvvico, & Par eorum.*

COMBIBIOSUS, *Qui frequenter bibit*, Ugutioni.

COMBINÆ, Διπλαῖ, Duplomata, Tractoriæ quæ dantur cursu publico utentibus. Vide Casaubonum & Salmasium ad Hist. Augustam, Meursii Gloss. in κουβῖνα, & V. Cl. Philippum Priorium in Dissertat. de Literis tractoriis num. 10.

COMBINALE. Habetur liber olim editus hoc titulo: *Incipit partionale Grammaticæ juvenum, virtutes Donati junioris simul & regularum breviter complectens.* In fine hæc leguntur: *Explicit Partionale Grammaticæ, & dicitur Partionale, quasi de partibus orationum juvenes primordialiter agens. Sequitur Combinale ejusdem.* In fine: *Explicit Combinale Grammaticæ juvenum, & dicitur Combinale, quasi de combinatione dictionum sub forma congruitatis.*

COMBINARE, Conjungere, innectere, copulare, συνδυάζειν. Gloss. Lat. Græc. *Combinat*, Ζευγνύω, συνάπτω. Gloss. Græc. Lat. ζευγίζω, *Combino.* ζεῦξις τῶν δύο, *Combinatio.* S. Eulogius lib. 1. Memorial. SS. c. 8. *Ego ille peccator, ego dives iniquitatum, qui à principio martyrii sui ejus amicitia fruitus sum, combinatus manibus meis cicatrices reverentissimi & delicati illius verticis attrectavi, &c.* Item lib. 3. c. 10. *Ipsum denuò arbitrum, quare se talibus sacrilegiis combinaret, blandis admodum verbis hortatur.* Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 21. *Et sic Deus necessitatem ac bonam voluntatem pro varietate negotiorum combinans, &c. Combinata dilectio*, apud Petrum Blesensem Epist. 50. Occurrit apud S. Hilarium in Psalm. 140. Paulinum Nolanum Epist. 5. & in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 59. §. 2. Vide *Conternare*, & Gloss. Meursii in Κομβινεύειν.

Combinari, Matrimonio jungi. Hugo Archiepiscop. Rotomag. lib. 3. de Hæretic. cap. 4. *Proinde si fuerit accusatum, & ordine judiciario comprobatum, quòd in linea consanguinitatis septimo gradu vel infrà fuerint combinati, oportet eos auctoritate Apostolicæ sedis ab invicem separari.*

COMBONA, Terminus, limes. Charta Ordonii Regis Navarræ æræ 950. apud Antonium *de Yepez* tom. 4. Chron. Ord. S. Benedicti p. 435. *Cum omnibus suis bonis, & cum suo stario integro, & cum suas cambonas integras, quæ sunt inter ambas ipsas Ecclesias, &c.* Vide *Bonna.*

COMBRI, *Cumbri.* Gesta Regum Francor. cap. 25. & Chronicon Ademari Caban. p. 152. *In sylvam confugit in Arelauno, fecitque combros, totam spem suam in Dei pietate transfundens.* Gregorius Turonens. lib. 3. Hist. cap. 28. rem eandem narrans: *Et concides magnas in silvis illis fecit, totamque spem suam in Dei pietatem transfundens.* Unde conficitur, *Combros* his locis usurpari pro lignis & arboribus excisis, quibus viæ impediuntur, unde vox nostris nota *Encombrer*, pro impedire, viam obcludere. Sed & pro quibusvis arboribus excisis, atque iis quæ ad *exclusas* in aquis desiguntur, ad vivaria in iis conficienda, usurpat Tabularium Vindocinense ch. 231. *Apud Curcellos una masura habetur cum plexitio, & cumbris, quæ sunt in flumine Ledi.* Charta Guillelmi de Rupibus Senescalli Andegav. ann. 1219. apud Sammarthanos in Abbat. Boni loci: *Item duo molendina in Lido apud Pontem de Curia Hamonis, cum piscariis & combris, &c.* Vide *Concisa.* Alia Ricardi Regis Angl. in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 89. *In aquis quæ sunt infra pontem habet Comes Combros & non Archiepiscopus.* Vide *Ramata.*

Incumbrare, Impedire, quasi *Combros* opponere. *Incumbramentum*, impedimentum, voces practicorum, apud Bractonum lib. 4. tr. 2. cap. 6. §. 6. l. 5. tr. 4. c. 9. §. 14. & in Fleta lib. 5. cap. 19. Vide Vastallum verbo *Quare incumbravit. Ingombrare* Itali, *Encombrer* nostri dicunt. *Ingomberare*, in Vita S. Zitæ Virg. Lucensis num. 35. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Et li traitres le vait contreratendant
Par quoi le fait, c'est ses encombremens.

Charta Libertatum Pontallerii ann. 1257. apud Perardum: *Et se aucuns de mes homs de cels leus, ou ces choses estoient prises, ne encombrées, pour ma dete cogneuë, ge lou dois par mon serement delivrer.* Viri docti à Germanico *Kommer*, seu *Komber*, quæ inquietudinem, ærumnam, afflictionem significat, vocem deducunt. Sed potiùs videtur à *Combris* etymon arcessendum. Ita *decombrer*, est impedimentum auferre. *Le Roman du Chevalier au Barisel MS.*

Et Diex tout maintenant i euvré,
Qui son cuer descombre & descuevre.

Sgombrare, disgombrare, Itali hac notione dicunt.

Encombratum maritagium, cùm bona uxoris à marito distrahuntur aut alienantur. Primum Regestum Joannis de S. Justo in Camera Comput. Paris. *Inter Scacaria Norman. De maritagio encombrato hæredes mariti qui encombravit maritagium uxoris suæ, re evicta à possidente, tenetur ei reddere pretium.* Infrà: *Mulier quæ post mortem maritagium encombravit, agit contra possidentem, postea facit pacem, itaque dat ei 10. libras: consanguinei mulieris volunt retrahere veniam istam: quæritur an possint; Respondetur quòd non.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 2. part. cap. 43. *L'en dit que li home encombre le mariage sa femme, quant il fet en quelque maniere que ce soit, que ele en soit desaisie.* Ubi editio Latina habet *maritagium impeditum.* Vide novam Consuetud. art. 3. Ita etiam in Charta ann. 1294. in Regesto Philippi Pulcri incip. ann. 1299. fol. 2. *Non veniet, nec venire aliquatenus attentabit, ratione dotis, donationis propter nuptias, maritagii impediti, aut alia ratione quacumque, &c.*

COMBUSTIO, Stigma, cùm rei facies ferro calido notatur. Burchardus Episcopus Vormaciensis in Lege Familiæ: *Constituimus ut ei tollantur corium & capilli, & in utraque maxilla ferro ad hoc facto comburatur, & Weregeldum reddat, &c.* Infrà: *Corium & capillos amittant sine combustione.* Rursum: *Corium & capillos amittant, & supradictam combustionem patiantur.* Occurrit ibi præterea semel ac iterum. Vide *Arsura.*

COMBUSTURA, Ustura, Gallis *Bruslure.* Apitius lib. 5. de Re culin. cap. 5. *In alterum cacabum transferes ne fundum contingat, ad evitandam combusturam.*

COMDATUM. Itinerar. Willebrandi ab Oldenborg. de monte cui institit olim castrum Margath in Syria: *Qui in pede latissimus, & paulatim in altum conscendens, annuatim largè quingenta plaustra comdati novem suis dominis ministrat.*

COMES,

COMES, *Liber Comitis*. Papias: *Comes vocatur ab Ecclesiasticis congregatio cælestium lectionum*. Quibus verbis innuitur *Lectionarius*, quem à sancto Hieronymo ferunt compositum, qui *Comitem* eum inscripserit, ut observavit Pamelius in Epist. ad Micrologum. Verùm si quem nuper edidit vir doctissimus D. Lucas Acherius to. 13. Spicilegii p. 253. Prologus ad Constantium in eundem librum, revera est Hieronymi, longè ante eum id nominis obtinuerat, quod ex illius initio colligere est, unde quæ de eo habet Papias excerpserat: *Quanquam licenter adsumatur in opere congregatio cælestium lectionum, & ipsum opusculum ab Ecclesiasticis viris Comes quidem soleat appellari, &c.* Utcumque sit de Prologi auctore, constat eam lectionario inditam ac receptam nomenclaturam an. 471. ex Charta Donationis Ecclesiæ Cornutianæ hoc anno scripta, & edita à Suaresio: *Item Codices, Evangelia 4. Apostolum, Psalterium & Comitem*. Unde liquet nomenclaturam istam perantiquam esse. *Liber Comitis* dicitur apud Bernonem Augiensem c. 4. & in Vita S. Felicis Archiep. Trevir. n. 8. Quidam sic appellatum volunt quòd Ecclesiastici eum ut *Comitem* semper habere debeant, ut loquitur Phocas Grammaticus:

Te longinqua petens comitem sibi ferre viator
Ne dubitet; parvo pondere multa vehis.

Ita Paulus Ægineta in Præfat. Ἰὸς συντόμους ἢ συνεκδήμους ejusmodi libros vocat. Alii quod *ad Comitem* scriptus dicatur in antiquioribus MSS. in aliis *liber Comiti* inscribatur. In Chartis aliquot Hispanicis ferè semper *Comicus* & *Commicus*, pro *Comitus* appellatur, apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti. Charta Ordonii Regis Navarræ æræ 936. to. 2. p. 10. Appendic. *Libros Ecclesiasticos, Psalterium, Comicum, Antiphonarium, Manualium, Orationum, Passionum, Sermonum, Precum, & Horarum, &c.* Ita in alia ejusdem Regis tom. 3. p. 20. Appendicis, in Charta Gennadii Episcopi Astoriensis æræ 953. tom. 4. in Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. tom. 4. In alia æræ 1060. tom. 5. p. 435.

Servatur in Bibliotheca Ecclesiæ Bellovacensis Codex Evangeliorum MS. noni sæculi, quibus subditus legitur *Comes*, hocce titulo: *In Christi nomine anni circuli liber Comitis incipit auctus à Theotincho indigno Presbytero, rogatu viri venerabilis Hechiardi Comitis Ambianensis: Ita tamen ut sancta Evangelistarum dicta, necnon & Apostolorum & Prophetarum immota atque inconcussa servarentur, &c.* Qui quidem *Hechiardus* fortè is fuit qui *Echardus* appellatur in Proclamatione Caroli Calvi adversùs Wenilonem Archiepiscopum Senonensem in Synodo apud Saponarias an. 855. missusque ejusdem Regis fuisse dicitur in Append. Capitul. Reg. Francorum. Occurrit etiam nescio quis Eccardus Comes, in veteri Charta an. 840. apud Perardum p. 22. quem eundem esse cum Hechiardo existimat vir doctissimus, à quo editus nuper hic *liber Comitis*: verum is potiùs fuerit Eckeardus qui in eò prælio, quod actum est an. 844. in pago Inculismensi inter Pipinum filium Pipini quondam Regis, & exercitum Caroli, cum filiis duobus vitam amisit uti narrant Annales Francorum Bertiniani. Lectionarium porrò longè antea Caroli Magni cura & mandato emendarat Paulus Diaconus Aquileiensis, ut in v. *Lectio* & *Lectionarius* attigimus. Sed & Alcuinus, eodem Augusto præcipiente, ut observatum à viro doctissimo Jo. Mabillonio to. 5. Vitar. SS. Ordinis sancti Benedicti p. 767. Vide Cardin. Bona l. 2. Rerum Liturgic. c. 6. & infrà in *Lectionarius*.

COMITES, à comitando primùm dicti aulæ Romanæ ac Imperatorii Palatii Proceres, quòd ii Principem sectarentur, ejusque lateri adhærerent, seu domi maneret, seu in expeditionem proficisceretur. Spartianus in Hadriano: *Cùm judicaret, in consilio habuit non amicos suos & Comites solùm; sed Jureconsultos, &* Hinc *Comites Imperatorum*, vel *Augustorum*, in veteribus Inscriptionibus passim Romæ: *Necessarius Augg. & Comes per omnes expeditiones eorum.* Alia: *Comes Divi Theodosii Aug. in omnibus bellis atque victoriis.* Ita in Inscriptione Græca quæ Ravennæ extat, Ἰσαάκιος τῶν βασιλέων ὁ σύμμαχος dicitur. Gloss. Lat. Græc. *Comes*, συνστρατιώτης. S. Ambrosius in Concione in obitu Valentiniani: *Cœpit ita frequentare jejunium, ut plerumque ipse impransus convivium solenne suis Comitibus exhiberet.* Infrà: *Ecce rescriptum accipio, ut sine mora pergendum putarem, eo quòd vadem fidei tuæ habere me apud Comitem tuum velles.* Idem Serm. 26. *Sapiens vir & religiosus Comes, qui quantùm in bello Imperatori militat, ---sapiens, inquam, qui sicut Comes Imperatoris est, ita & Comes Christi esse desiderat.* Adde Epist. 15. & l. 14. Cod. Theod. de Accusat.

Postea cùm ex eorum numero adsumerentur qui ad provincias regendas mittebantur, *Comites* illi, non ampliùs Principis à quo aberant, sed Provinciæ dicebantur, quam ipsi cum Comitiva dignitate gubernabant. Ita etiam qui sacri Palatii ministeriis ac officiis præficiebantur, eorumdem ministeriorum ac officiorum Comites dicti, ut ex infrà observandis constat. Papias: *Comes, socius à comitando dictus vel à commeando, seu à comeotis, quod in usu non est: unde Consules Romani Comites dicti sunt, quia semper duo erant. Inde etiam ex ea consuetudine unius cujusque Comitatus provisor adhuc Comes vocatur, quamvis nonnisi unus sit.* Vide Salmasium ad Spartianum p. 47. 48.

Comes, Judex civitatis, ac *pagi* circumjacentis. Ita appellabant nostri Præfectos majorum civitatum: quam vocem à Romanis hausisse existimant plerique, alii à Comitibus Germanicis, de quibus Cæsar & Tacitus, ut Cluverius l. 1. Germaniæ antiq. cap. 48. Christoph. Besoldus in Dissertat. de Comitibus, & Rulandus in Tract. de Commissar. part. 2. l. 5. c. 4. n. 26. Lex Ripuar. tit. 55. *Si quis judicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* Fortunatus l. 4. de Vita S. Martini, de Avitiano Comite Turonensi:

Judicis inde feri conjux ægra Avitiani:

Infrà:

Territus hinc Judex, &c.

Supra:

Moribus ut tumidus Comes Avitianus agebat.

Idem l. 10. Poëm. 25. ad Galactorium Comitem:

Judicio Regis valuisti crescere Judex.

Auspicius Episcopus Tullensis ad Arbogastem Comitem Trevirorum: *Tu autem vir eximie, judex multorum providus.*

Comites Provinciales, qui in provincias ad eas regendas delegantur, in Capit. 1. Caroli Magni an. 802. c. 1. Ita usurpant passim Scriptores, Senator l. 6. Epist. 22. & seq. Gregor. Turon. l. 6. Hist. c. 8. 22. l. 7. l. 10. c. 15. c. 42. idem de Vitis Patr. c. 8. Lex Ripuar. tit. 53. Chronicon Moissiacense ann. 815. Concilium Cabilonense II. can. 21. Asserus de Ælfredi rebus gest. p. 21. &c. Extat formula institutionis ejusmodi Comitis in Charta Caroli Magni apud Meibomium ad Witikindi l. 2. *Qua propter in illa parte Saxoniæ Trutmannum virum illustrem ibidem Comitem ordinavimus, ut resideat in curte ad campos, in mallo publico, ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda: iuque advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos quos sub se habet, diligenter inquirat, & animadvertat ut officia sua sedulò peragant: tandem idem Comes omnia sua sibi singulariter à nobis præscripta toto conatu ac viribus perficiat, &c.* Adde Alcuinum Epist. 35. Ut autem illi mallis, seu judiciis publicis præsederint, docent Judicata & Notitiæ veteres, in Chronico sancti Benigni & Besuensi non semel, & apud Perardum in Burgundicis pag. 34. 35.

147. 149. præterea Vita S. Walarici Abbat. Baudemundus in Vita S. Amandi n. 13. Charta Ludovici Pii pro Hispanis tom. 2. Hist. Franc. p. 321. &c.

Neque *Comites* Judicum duntaxat obiere officium, sed & populares suos in prælia, & castra eduxerunt: ac demum, qui à Principe pro libito creabantur, inclinante Caroli Magni principatu, ad hæredes dignitates suas transtulerunt, Regum ipsorum nutu, vel potiùs impotentia, cùm eo usque post Normannorum incursus imminuta Principum potestate, Comitum crevisset auctoritas, ut ægrè ab iis quibus præfuerant præfecturis amoveri possent filii ac hæredes. Quod tum primùm sub Carolo C. obtinuisse ostendunt illius Capitularia tit. 43. sub finem c. 3. *Si Comes de isto regno obierit, cujus filius nobiscum sit, filius noster cum cæteris fidelibus nostris ordinet de his qui eidem Comiti plus familiares & propinquiores fuerint, qui cum ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo in cujus parochia fuerit ipse Comitatus, ipsum Comitatum prævideat, usquedum nobis renuntietur, ut filium illius qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus. Si autem filium parvulum habuerit, cum ministerialibus ipsius Comitatus & Episcopo, in cujus parochia consistit, eundem Comitatum prævideat, donec ad nostram notitiam perveniat. Si verò filium non habuerit, filius noster cum cæteris fidelibus nostris ordinet, qui cum ministerialibus ipsius Comitatus & Episcopo proprio ipsum Comitatum prævideat donec jussio nostra inde fiat. Et pro hoc illè non irascatur qui illum Comitatum praviderit, si eundem Comitatum alteri cui nobis placuerit dederimus, quam illi qui eum hactenus prævidit.* Et cap. 10. *Si aliquis ex fidelibus nostris post obitum nostrum Dei & nostro amore compunctus, sæculo renuntiare voluerit, & filium vel talem propinquum habuerit qui reipublicæ prodesse voluerit, suos honores, prout meliùs voluerit, ei valeat placitare.* Similia habentur cap. 9. Ex quibus patet non temere ademptas dignitates liberis ac propinquioribus Comitum hæredibus; ad quos, interveniente tamen Regum concessu, plerumque transmittebantur. Atque inde primam hæreditariorum in Francia principatuum fluxisse constat originem, qui sub secundæ Regum stirpis exitum, prostata ferè ac dilapsa Regia auctoritate, agnosci cœpere.

Comes apud Burgundos, *nullus vocabatur, nisi is qui Ducis honorem possidebat*, inquit Ditmarus l. 7. p. 92. Eadem habentur in Chronico Magdeburgensi MS. ex Bibl. S. Germani Paris. an. 1014.

Comites promiscuè ac *Duces* sese inscripsisse Armoricæ Principes palam est, ut & interdum Normanniæ Dynastas. De postremis vide Hugonem Flaviniacensem in Chronico p. 184. 186. 191. Ordericum Vitalem & Ademarum non uno loco; Glabrum Rodulfum l. 2. c. 8. Gaufredum Malaterram l. 1. c. 40. Chronicon Fontanell. in Appendice c. 3. Anonymum de Miracul. S. Fidis c. 14. Adamum Bremensem c. 91. Guibertum l. 1. de Pignerib. Sanctor. c. 4. §. 1. Translat. S. Sulpitii apud Bolandum tom. 2. p. 788. Miræum l. 1. Diplomat. Belgic. c. 29. l. 2. c. 29. Chron. Rotomag. ann. 1025. 1033. Hemeræum in Augusta Viromand. ann. 1015. Spicilegium Acherian. to. 2. p. 671. 673. Hist. Monmorenciacam p. 13. &c.

Comitum etiam nomen interdum attributum legitur Advocatis Ecclesiarum Cathedralium, quod potissimùm eruitur ex Charta Udonis Episcopi Tullensis an. 1069. apud Hieronymum Vignerium in Familia Alsatica p. 127. ex qua omnino docemur hosce Comites vassallos fuisse Episoporum, ab iis institutos & depositos & Advocatorum officio functos. Ejusmodi fuere Comites Cameracenses, & Virdunenses, quarum civitatum Episcopis ab Imperatoribus data est facultas *eligendi Comitem, absque hæreditario jure*, ut est in Charta Virdunensi seu *eligendi Comitem* nudè, ut in Charta Henrici Imp. pro Ertwino Episcopo Cameras. ann. 1007. apud Colvenerium in Notis ad Baldricum. Neque, opinor, alii fuere Comites qui ratione Comitatuum suorum Ecclesiarium & Episcoporum erant vassalli, de quibus aliàs.

Comites, Centuriones qui centuriis & turmis militaribus præerant in exercitu, dicti apud Græcos recentiores. Constantinus Porphyrogenit. l. 1. de Them. c. 1. Κόμητας, τοὺς νῦν στρατηγούς. Leo in Tact. cap. 3. §. 10. Κόμης δέ ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος, ἤτοι βάνδου ἀφηγούμενος. Idem: Οἱ κόμητες, ἤγουν οἱ τῶν λεγομένων βάνδων ἄρχοντες. Idem Constantinus in Tactic. p. 9. Ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν καὶ κόμητα ἔχειν φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον, δυνάμενον πολεμεῖν μετὰ τῆς ἰδίας χειρός.

Comes, Comitus, Italis *Comito*, *Quel che nelle gallee commanda alla ciurma*, Gallis *Comite*, qui turmis ac copiis militaribus in navigiis præest. Leges Alfonsinæ Part. 2. tit. 34. lege 4. *Comitres son llamados otra manera, que son cabdellos de mar, so el Almirante, e assi cada uno dellos, ha poder de acabdellar bien los de su navio. Otrosi pueden Judgar las contiendas, que nascieren entre ellos, &c.* Acta Alexandri III. PP. *Comites Galearum cum pecunia quam ferebant, ad vestigia Præsulis accesserunt.* Pactum initum inter Michaëlem Palæologum Imp. CP. & Genuenses an. 1261. in Probationibus Historiæ nostræ Gallobyzant. p. 12. *Comites uniuscujusque Galeæ Perpera 6. & dimidium.* Infrà: *Teneantur Admiratus, Comites & Naucleri dictarum Galearum, &c.* Eadem notione κόμης apud Græcos occurrit non semel. Nicetas in Isaacio lib. 1. cap. 6. Οἱ τοῦ βασιλικοῦ στόλου κόμητες. Vide Leonem in Naumachicis, Annam Comnenam p. 336. & alios à Rigaltio & Meursio citatos. Δεύτερος κόμης, apud eandem Annam p. 290. qui post Protocomitem erat: πρωτοκόμης verò Amiralio suberat.

Comitus, eadem notione. Sanutus l. 2. part. 4. c. 19. *Comiti & Naucleri in magno numero necessarii sunt habendi.* C. 20. *Indiget qualibet Galearum uno* Comito. Hinc emendandus Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 78. *Comati quarumdam galearum.* Legendum enim *Comiti galearum*, ut in Charta Caroli Regis Sicil. an. 1274. apud Joan. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. p. 180.

Comites, in Anglia, appellantur Ducum, ut Vicecomites, Comitum filii. Vide Thomam Smith. de Republ. Anglor. c. 17.

Comes ærarii. Comites sacri at privati ærarii, in l. un. Cod. Th. Qui à præbit. tiron. & eq. id est, *Comites sacrarum & privatarum largitionum*, de quibus infrà: qui *Comites utriusque ærarii*, in l. 2. C. Th. de Quæstor. Dicuntur etiam *Comites ærarii* nudè. *Comites largitionum per diœceses*, in l. 28. & 39. eod. Cod. de Appellat.

Comites Alani, una è Vexillationibus, quæ erant intra Italiam, in Notitia Imper. l. 2. cap. 27. Erant autem ejusmodi Comites qui sub Magistris militum militabant, diversis cognominibus appellati: alii enim Comites Juniores, alii Seniores, alii Sagitarii, alii aliter dicebantur. Vide Henricum Valesium ad lib. 15. Ammiani.

Comes Annonæ, cui cura incumbebat annonam in urbem transportandi: in Chronico Alexandr. p. 894. Κόμης τοῦ ὀψαρίου.

Comes Aquarum & Aquaticus, appellatur Robertus Frisius à Galberto in Vita S. Caroli Comitis Flandr. num. 110, quòd Citeriorem Frisiam, quam expugnarat sub ann. 1070. Zelandiam, & vicinas regiones, quas aquæ undique alluunt, obtineret. Ita *Aquaticos Frisones*, vocat Baldricus Noviomensis l. 3. c. 22. Eigil Fuldensis in Vita S. Sturmii Abbat. *Aquosa Fresonum arva.* Versificator hujusce ævi, apud Henricum Rebdorff. an. 1247. de Frisia:

Frisia, sentina mundi, cui munda borina
Est focus, urina laxiva, serumque vina.

Vide Jacobum Eyndium l. 1. Chron. Zeland.

Comites Archiatrorum sacri Palatii, de quibus est titulus

tulus in Cod. Theod. & Justinianeo. Ita appellabantur ex Archiatris Palatinis ii quibus Imperatores *Comitivæ* dignitatem, interdum *primi ordinis*, interdum *secundi* pro merito concedebant, ut liquet ex lege un. hoc tit. Apud Gothos ea erat istius dignitatis prærogativa, ut illius sententia obortæ de re medica quæstiones dirimerentur, Senator lib. 6. Ep. 19. in formula ejusdem dignitatis: *Esto arbiter artis egregiæ, eorumque distingue conflictus, quos judicare solus solebat affectus.* Arcadii ἰατρῶ ἡγεμὴ· & meminit Himerius Sophista pag. 71. Vide *Archiatri*.

Comes Capellæ. Chartam Ludovici Regis Hungariæ ann. 1355. in Historia Cortusiorum lib. 11. cap 12. ita subscribit: *Ladislaus Præpositus Calmensis Comes Capellæ nostræ.* Apud Bohemos Episcopi Olomucenses, *Comites Capellæ regiæ* inscribuntur: de qua dignitate dissertationem instituit Bohuslaus Balbinus l. 5. Epitom. Rer. Bohemicar. pag. 346.

Comes Castrensis, qui castrum à Principe feudi titulo possidet, ut ejus *Guardiam*, seu *Castaldiam* gerere debeat, Alemannis *Burggravius*. Petrus de Andlo l. 2. de Imperio German. cap. 12.

Comes Castri, in Gestis Innocentii III. PP. p. 66. Vide *Castrensis*.

Comites Cataphractarii, una è decem Vexillationibus Comitatensibus, quæ erant sub dispositione V. I. Magistri Militum per Orientem. Notit. Imp. l. 1. c. 46.

Comes Civitatis, qui in civitate judicis munus implet, eique præest: cujus dignitatis formulam exhibent Senator lib. 6. cap. 22. 23. & Marculfus lib. 1. Form. 8. Sidonius l. 7. Ep. 1. *Summatibus deinceps & tunc Comiti civitatis non minus opportunis quàm frequentibus excubiis agnosci, &c.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum: *Armentarius Comes, qui Lugdunensem urbem his diebus potestate judiciaria gubernabat.* In Concilio Toletano XIII. subscribit *Valdericus Comes civitatis Toletanæ.*

Comes Civitatis. In Dalmatia & Croatia singulæ civitates Prætores extraneos sub titulo *Priorum* eligebant, quos sæculis labentibus *Comites* passim vocarent. Hi à Regibus confirmabantur, & cum judice, qui ex ejusdem civitatis Nobilibus eligebatur, jus reddebant, cum fas non esset Comitibus solis sine judicibus sententiam ferre, neç ipsorum ullo modo prævaleret opinio. Horum munus ut plurimùm annuum erat, in Italia *Potestati* dicebantur. Vide Jo. Lucium l. 3. de Regno Dalmat. c. 12. l. 4. c. 5. 9. l. 6. c. 2.

Comites Clibanarii, Vexillatio Palatina, sic dicta, sub dispositione V. I. Magistri Militum Præsentalis, in Notit. Imp. l. 1. c. 31.

Comes Comitum. Hunc titulum habere Comites Loretelli in Regno Neapolitano sub Normannicis Regibus, qui interdum etiam *Palatini Comites Loretelli* inscripti leguntur, in variis tabulis laudatis in Notis ad Cinnamum p. 455. ubi de eorum familia fusè satis egimus. Hanc autem dignitatem in Regno Siculo videntur obtinuisse, qualem apud Francos nostros Comites Campaniæ, apud Anglos Comites aliquot Palatini, apud Germanos Comites Palatini Rheni, & apud Reges Italiæ Comites Lumelli: quam quidem in Sicilia Comitis Palatini dignitatem habuit etiam, ni fallor, Henricus de Claramonte, qui in Charta anni 1412. apud Ughellum tom. 1. p. 268. *Admiratus Regni Siciliæ & Comes Palatinus* inscribitur. Vide infrà *Comes Palatinus*, & Ughellum tom. 6. p. 868. 873. tom. 8. p. 357. 359. 364.

Comites Commerciorum, quorum munus erat, ne ultra civitates destinatas commercium cum Barbaris esset, neve privati illicitas species emerent, lege secunda, Cod. Quæ res venire non poss. & leg ult. Cod. de Commerc. At ne illicitæ species ad Barbaros transferrentur, *Curiosorum* munus erat, qui per littora & portus ad hoc dispositi erant. *Comites Commerciorum*, in Imperio Orientali sub dispositione Comitis sacrarum largitionum plures recenset Notitia Imp. l. 1. c. 73. *Per Orientem & Ægyptum, per Mœsiam, Scythiam & Pontum*: in Occidente unicum *per Illyricum*.

Comites sacri Consistorii, vel *Consistoriani*, qui sacro Augustorum Consistorio intererant, quorum dignitas magna primùm fuit; adeo ut ad eam admissi tantùm Præfecti Prætorio, Quæstores, Magistri officiorum. Comites sacrarum largitionum, &c. Postmodum ita appellati etiam *Comites ordinis primi*, de quibus mox. Τῷ περιβλέπτῳ κόμητι τοῦ θείου συνεδρίου, in Concilio Calchedonensi Actor. 1. Vide Epistol. Anastasii Imp. ad Hormisdam PP. post Ep. 6. ejusdem Pontificis, Gruteri Inscript. p. 438. 1. 1053. 10. Ambros. lib. 2. Ep. 13. Jacobum Gotofredum ad Codicem Th. dicto tit. & ad l. 2. eod. Cod. ad Legem Cornel. de Sicar. pag. 100. Salmasium ad Spartianum pag. 47. ubi plura de Consistorianis & Comitibus sacri Consistorii.

Comes Contariorum, seu Præpositus militibus qui *Contis* utebantur, quæ κοντάρια Græci nuperi appellant. Hos κονταράτους vocat Leo in Tact. c. 12. n. 41. Passio S. Basilii Presbyteri n. 15. Καὶ ἐκέλευσεν κόμητα — Κονταρίων δέροτομεῖν αὐτὸν.

Comes Cortis. Vide Gloss. med. Græc. in Κόρτη.

Comes Cubiculariorum, dignitas in Palatio Regum Gothicorum Hispaniæ, cujus mentio in Concil. Toletano IX. & in Charta Cindesvinti Regis æræ 684. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti, to. 2. *Comes Cubiculi* in Concil. Toletano XIII.

Comes Curiæ, in Decretis Andreæ Hungariæ Regis ann. 1222. §. 6. qui *Comes Curialis*, in Charta Colomani Regis Hung. ann. 1111. apud Jo. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. cap. 4. & in Historia Salonitana Thomæ Archid. c. 39. ubi inter Proceres Curiæ Hungariæ recensetur. Hauserant, ut probabile est, Principes Hungari hanc dignitatem à Regibus Croatiæ, in quorum Palatiis præcipuum locum obtinebat, ut constat ex Crescimiri Reg. Diplomate ann. 1067. apud eundem Lucium lib. 2. c. 8. in quo subscribit *Boleslaus Curialis Comes*. Horum fortè eadem fuit functio, quæ apud Germanos & Gallos Comitis Palatii.

Comes Curtis. Vide *Cohortales*.

Comes Dispositionum, qui *Dispositionibus* Principis præerat, in Cod. Theod. & Justin. tit. *de Proximis*: *Comitibus dispositionum, cæterisque qui in sacris scriniis militant*: de qua dignitate copiosè egerunt Pancirolus ad Notit. Imp. lib. 1. c. 97. & Jac. Gotofredus ad d. titul. Cod. Th. Vide *Dispositio*.

Comes Domesticorum, qui equitibus vel peditibus Prætorianis, ita nuncupatis, de quibus suo loco, præerat. In Concilio Ephesino part. 1. c. 35. *Candidianus* dicitur *religiosorum domesticorum Comes*, κόμης τῶν καθοσιωμένων δομεστίκων. Ita in Concilio Calchedonensi Act. 1. Hac dignitate functi Diocletianus, ut auctor est Zonaras, & Aurelius Victor, Justinianus & Michaël Balbus, antequam imperarent. Vide 37. Hormisdæ PP. Hujus mentionem agunt præterea Inscriptiones Grut. 192. 1. 412. 4. & apud Ægid. Gelenium in Sacrario Coloniensi p. 408. Notitia Imp. l. 1. c. 89. l. 2. c. 42. 43. Senator qui formulam exhibet l. 8. Ep. 12. S. Augustinus Ep. 70. Ammianus l. 14. 20. 26. 27. 31. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. c. 8. 9. Eginharti Annal. an. 821. Anonymus in Gest. Constantini M. pag. 479.

Comes Domesticus Ordinis primi, in veteri Inscript. apud Gruter. 406. 1.

Comes Domorum, dignitas cujus non semel mentio in Codice Theodosiano, & in Notitia Imperii. Hic autem præerat possessionibus seu prædiis ad Principem spectantibus. Vide Jacobum Gotofredum ad l. 2. C. Th. de Palatin. sacr. larg. & Scholiastem Juliani Antecessor. c. 82.

Comes

Comes & Dux. Testamentum seu Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Ant. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. subscribunt *Veremundus Princeps*, deinde *Episcopi* aliquot & *Abbates*, quos subsequuntur alii, singuli cum hoc titulo, *Comes & Dux*, quorum postremus est *Meneonus Gavini nunc Comes nunc Dux*, postmodum nudi *Comites*, & alii.

Comes Equorum Regiorum, τῶν βασιλικῶν ἵππων Κόμης, apud Pachymer l. 1. c. 11. Vide *Comes stabuli.*

Comes Excubitorum, qui Excubitoribus Principis præerat, apud Vigilium PP. Epist. 15. Gregorium M. l. 1. Epist. 31. l. 2. Ind. 11. Epist. 62. Joannem Biclariensem an. 4. Justini, Theophanem p. 229. in Chronico Alexandr. p. 879. &c. In sexta Synodo Act. 1. fit mentio Anastasii τοῦ κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτου. Vide *Excubitus* & *Excubitores.*

Comes Fœderatorum, apud Anastasium in Hist. Eccl. p. 66, qui Theophani, Cedreno p. 341. & aliis, κόμης τῶν φοιδεράτων. Τουρμάρχης τάγματος τῶν φοιδεράτων, Zonaræ p. 104. ἡγεμὼν ὁ τῶν φοιδεράτων τάγματος, Scylitzæ p. 487. qui præterea meminit ταγματος τῶν φοιδεράτων p. 755. postmodum Εταιρειάρχης dictus. De Fœderatorum cohorte in Palatio Principis militante dixi ad Annam Comnenam p. 227. Vide infrà in *Fœderati.*

Comes Formarum, qui Aquæductibus publicis instaurandis vel extruendis præfectus erat, in urbe Roma potissimùm. Sub dispositione Præfecti urbis recensetur in Notitia Imp. lib. 2. c. 4. 7. *Ædilis formarum* in lapide Neapolitano apud Capacium lib. 1. cap. ult. *Curator formarum* Senatori l. 7. Ep. 6. ubi hujus dignitatis formulam exhibet. Istius Magistratus meminit etiam Gregorius M. l. 10. Ep. 22. Vide *Forma.*

Comes Franciæ. Vide *Comes Palatinus Franciæ.*

Comes Galliæ. Vita S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 8. *Vir quondam illustris Agrippinus sagacitate præditus singulari, atque ob dignitatem militiæ sæcularis Comes Galliæ à Principe constitutus.* In Charta Caroli C. apud Joannem à Bosco in Vienna; *Odulfi Comitis Galliarum* fit mentio.

Comes Gildoniaci patrimonii, sub dispositione Comitis rerum privatarum, in Notit. Imp. l. 2. c. 41. quod Gildo Comes in Africa possederat, qui cùm esset utriusque militiæ Magister in eadem provincia, post Theodosii Magni decessum arrepta Tyrannide, à Fratre Mescelzere jussu Honorii profligatus & necatus est, ejusque bona publicata, quæ Gildonis patrimonium dicta sunt. Vide Pancirolum.

Comes Hirsutus, apud Anonymum de Fundat. Monasteriorum Germaniæ post Chronicum Montis Sereni p. 277. Et in vita Balduini Lutzemburg. Episcop. Trevir. l. 3. c. 5. Idem qui *Comes Silvester*, de quo infrà. *Georgius Hirsutus Comes* anno 1323. *Henricus, Georgius, Conradus, Rupertus Hirsuti Comites, Fridericus Silvestris Kirchpergæ, Joannes Silvestris Dunæ Comites*, apud Brouverum l. 17. Annal. Trevir. p. 978. 986. 1. Edit. *Le Comtepelu*, in Chronico Flandriæ vernaculo p. 34. 52. Gloss. Gr. Lat. δασύς *hirsutus pilosus.*

Comes horreorum, in l. un. Cod. de Pist. l. 11. Pistrini Principis Curator.

Comites Italiciani & Galliciani, in l. un. Cod. Th. de Consularib. sunt Comites Largitionalium titulorum, reique tributariæ & thesaurorum per Præfecturam Prætorianam Italiæ & Galliarum, qui alias *Comites diœceseon*, vel *Comites largitionum per diœceses* dicuntur.

Comes largitionum Comitatensium, ὁ τῶν κομιτατησίων λαργιτιόνων κόμης in Epistola Petri Alexandrini apud Theodoritum lib. 14. c. 22. id est, thesaurorum, qui in Comitatu Principis unà cum ipso Comite versabantur. Erant enim & alii Imperatorum thesauri, in provinciis scilicet & urbibus singulis, de quibus in l. 3. Cod. Th. de Privileg. eor. qui in sacro palat milit. qui *Comites largitionum per dioeceses* dicuntur in Not. Imp. lib. 1. c. 73. & in l. 3. Cod. Fin. regund. Hinc *Largitionales Comitatenses*, in l. 6. Cod. Th. de Divers. offic. dicuntur Officiales Comitis largitionum Comitatensium.

Comes sacrarum largitionum. Magno de Notis Juridicis: S C L. C M. *Sacrarum largitionum Comes*, qui thesauris sacris ac publicis præerat & largitionibus Principis, quas ille Magistratibus, militibus & subditis erogabat. Mamertinus in Gratiarum actione: *Primùm thesaurorum omnium mandata custodia & dispensatio largiendi. Ærarii publici curator*, eidem Mamertino, sed maximè illius pecuniæ quæ ex Imperatoriis thesauris advecta erat, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν ταῖς μάχαις τὰ προσήκοντα κομίζεσθαι γέρα ut loquitur Agathias lib. 3. unde & *Comes sacrarum remunerationum* interdum appellatus. Claudianus in Consulat. Manlii Theodori:

Hinc sacræ mandantur opes, orbisque tributa.

Sed de hac dignitate passim Notitia Imperii, Codex Theod. & Justin. Senator lib. 6. Ep. 7. & alii Scriptores. Vide *Largitiones.*

Comes sacrarum interdum nudè dictus legitur, ut apud Senatorem lib. 5. Ep. 40. lib. 8. Ep. 16. Acta Conciliabuli Ephesini: Ιωάννης κόμης τῶν σακρῶν, ubi perperam vetus Interpres *Comitem sacrensem* vertit. Alibi: Κόμης τῶν σακρῶν λαργιτιόνων appellatur. Ita etiam in l. 120. Cod. Th. de Decurion. in Inscript. apud Gruter. 1056. 8. & in Historia S. Clementis I. PP.

Comes largitionum, nudè. Magno de Notis: C. LARGN. *Comes largitionum.* Ita porrò sæpè etiam appellatur *Comes largitionum per diœcesim*, id est, specialis, qui titulo Perfectissimi gaudebat, cùm Comes sacrarum largitionum inter illustres militaret. Vide Gothofr. ad l. un. Cod. Th. de Consularib.

Comites largitionum per omnes diœceses, in Notitia Imperii, qui in singulis Præfecturis Palatii, sacras largitiones administrabant, sub dispositione Comitis sacrarum largitionum, cui respondebant. Ejusmodi fuit *Comes largitionum per illyricum*, in eadem Notitia, &c.

Comes à latere. Vide *Comes Palatinus.*

Comes legum, seu Professor in Jure. Epitaphium Rebuffi J. C. Magalonæ: *Orate pro Domino Jacobo Rebuffi legum Comite Monspelii, cujus anima in domino requiescat, qui obiit anno ab Incarnat. Dom. 1428. die 21. mensis Martii.*

Comes Liber, ut Fragipani, Ursini, &c. hoc est Zlunii, Blagai, &c. Ita Sambucus in Gloss. ad leges Hungaricas, & Auctor de Statu Hungariæ.

Comites limitum, vel limitanei, qui limitibus Imperii Romani præerant, & castris vel castellis in iis extructis. De his copiosè egit Pancirolus in Notit. Imp. Orient. c. 139. Sidonius Carm. 2.

——— Comitis sed jure recepto,
Danubii ripas, & tractum limitis ampli
Circuit, hortatur, disponit, discutit, armat.

Annales Eginharti ann. 826. *Ad Baldericum & Gerholfum Comites & Avarici limitis custodes.* Infrà: *Cum suis Optimatibus & Hispanici limitis custodibus.*

Comes littoris Saxonici per Britanniam, in Notitia Imp. Occid. c. 72. cujus munus erat littus per opportuna loca præsidiis ad Barbarorum latrocinia communire. Cùm autem Romani è Britannia cessissent, Vortigernus, qui maximæ Britanniæ parti cum imperio præfuit, Cantio Guorongum præfecit, id est, Proregem: quo nesciente, hanc regionem (ut habent Nennius & Malmesburiensis,) statim Hengisto Saxoni, in gratiam Rowennæ ejus filiæ, quàm misere deperibat, gratis concessit. Hinc primùm Saxonum in Britannia regnum constitutum, illis *Cantuaria-ric* dictum, quod post annos 320. Baldredo ultimo Rege defuncto, in Occidua-

Occiduorum Saxonum potestatem devenit, quibus ad Normannorum usque imperium paruit. Igitur contra hos Saxones Romani limitem Britannicum, qui supererat, servavere, quibus Comitem præfecerunt. Vide Cod. Th. & Justin. tit. *de Littorum & itinerum custodia*, Camdenum in Cantio, Pancirolum in Notit. Occid. c. 72. Isaacum Pontanum in Disquisit. Histor. &c.

Comes Mansuariorum. Nithardus lib. 3. p. 372. *Mandaverant etiam huc avunculus ejus, necnon & Gislebertus Comes Mansuariorum, &c.* Idem fortè qui *Mansionarius* in Regum Francorum aula, de qua dignitate, suo loco: &

Comes Mansionarii, in Annalibus Francor. Metens. ann. 895. *Cùm in regnum reverteretur, Folconem Episcopum, & Adalongum Comitem sui Mansionarii ad Arnulfum cum exeniis à Carolo missis, venientes in media via offenderunt.*

Comites marcarum, iidem cum Marchionibus. *Comites marcæ Hispanicæ*, apud Eginhartum in Annalib. ann. 822. *Aureolus Comes qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pireneum --- residebat*, apud eundem an. 809. Annales Fr. Bertiniani an. 799. *Wido Comes qui in marca britannica præsidebat*. Vide sub an. 821. Hinc ejusmodi marcarum Præfecti promiscuè *Comites* & *Marchiones* dicuntur.

Comes Marescallus, in Anglia dictus ex Comitibus qui Marescalli dignitate donabatur, cùm non nisi *Comitibus* conferretur. Ita porrò potissimùm dicti Comites Penbrochiæ, quos & Strigulíæ vocant, quòd quasi ex hæreditaria successione hac dignitate donati fuerint. Tradit Matth. Paris ann. 1241. *Comitem Marescallum*, Gilbertum nempe Penbrochiæ Comitem, in hastiludio occubuisse. Et an. 1245. *Comes Marescallus VValterus viam universæ carnis ingressus est*. Adde p 432. Extincta verò prima Comitum Penbrochiensium stirpe, aliis Comitibus eadem dignitas collata. Ricardus II. Rex Angliæ Thomam *de Mowbray* Comitem Notinghamiæ per Chartam suam dat. 12. Jan. an. 9. *Comitem Marescallum* Angliæ denuntiavit. Liber feodalis scriptus anno 20. Edw. III. *Prior de Massingham tenet in magna Massingham quartam partem feodi Militis de Comite Marescallo.* Vide Thomam Walsing. pag 327.

Comes maritimi tractus, in Britannia, apud Ammianum lib. 37. *Custodes littorum*, in Chron. Normann. tom. 2. Hist. Franc. pag. 524. Chronicon Moisiacense an. 814. *Disposuit & marchas suas undique: nam & præsidia posuit in littore maris, ubi necesse fuit.* Vide Annales Francor. Bertinian. an 820.

Comites Maritimæ, qui *ad custodiendam maritimam deputati erant*, ut est in Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 5. Hariulfus lib. 2. Chron. Centul. cap. 6. *Cui etiam ad augmentum Palatini honoris totius maritimæ terræ Ducatus commissus est.* Lib. 3. cap. 9. *Ejusdem Regis Caroli --- dono & prece Comitatum maritimæ provinciæ suscepit.* Adde cap. 10. Vide eundem in Vita Angilberti cap. 1. §. 3. *Custodia maritima*, apud Eginhardum Epist. 22. & in Capitul. Caroli Cal 13. c. 2. Annales Francorum Bertiniani an. 800 *Littus Oceani Gallici perlustravit, & in ipso mari, quod piratis infestum erat, classem instituit, præsidia disposuit, Pascha in Centulo apud S. Richarium celebravit.* His suberant *Vicecomites*, qui *Maritimæ* pariter appellabantur: ut & in veteribus Chartis ii quos hodie *Vicontes de Marennes*, in Santonibus, dicimus.

Comes Metallorum per illyricum, sub dispositione Comitis sacrarum largitionum, in Notitia Imperii cap. 73. qui ex auro in metallis invento portionem Principum debitam exigebat, in fluminibus etiam, vel fodinis aurum legentes. Vide l 1. C. de Metallar. & l. 7. & 8. Cod. Th. eod tit.

Comes Notariorum, dignitas in aula Regum Gothicorum Hispaniæ, cujus mentio in Concilio Toletano VIII. IX & XIII & in Charta Cindasuinthi Regis æræ 684. ad Anton. *de Yepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 2. Præcipuus forte inter Notarios, & idem qui *Primicerius Notariorum.*

Comes novellus dictus Bertrandus de Balcio Comes Montiscaveosi & Andriæ, *Il Conte novello*, apud Joann. Villaneum lib 9. c. 72. &c. Albertus Argentin. ann. 1345. *Socer autem prædicti Humberti, quem uxor ejus clam receperat, Comes Novellus à novitate est dictus.*

Comes numeri, seu cohortis, eidem præfectus. Simeon Metaphrastes in Martyrio S. Georgii n. 2. καλῶς οὖν ἐκτινηθεὶς τὰ πολέμια, Κόμης τοῦ Νουμέρου τῶν Ἀνικήτων ἐπιφανεῖ προχειρίζεται. Vide Anonymum in Miraculis ejusdem S. Georgii ex Bibl. Ambrosiana n. 9.

Comes obsequii, qui *Obsequio* & comitatui Imperatoris præerat. Epistola 1. Gregorii II. PP. septimæ Synodo præfixa: *Nezeuxias, qui tum Comes obsequii ejus erat, -- in peccato suo interiit.* Ubi Interpres Græcus, κόμης της πομπῆς αὐτοῦ. Et Epist. 2. *Si quis à te purpuram --- abstulerit & regii obsequii ordines*: τὰς τάξεις τῶν πομπῶν. Meminit præterea eadem septima Synodus Petronæ Κόμητος τοῦ θεοφυλάκτου βασιλικοῦ ὀψικίου. In sexta Synodo, Act 1. fit mentio Nicetæ Κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ὀψικίου, καὶ ὑποστρατηγοῦ Θράκης. Habetur in Diurno Romano c. 1. num. 4. formula Epistolæ seu superscriptionis ad *Comitem Imperialis obsequii & Exarchum*: ubi non intelligitur quivis Palatii Comes, ut censuit Editor. Vide *Obsequium.*

Comes Officiorum, ὀφφικίων Κόμης, in Clementina Epitome de Gestis sancti Petri cap. 164. qui Κόμης τῶν θείων ὀφφικίων, in Martyrio sancti Clementis c. 15. apud eruditissimum & amicissimum C. V. Joannem Bapt. Cotelerium: nescio an alius à *Magistro officiorum*: de qua dignitate suo loco. Lex 2. Cod. Th. de Metallis inscribitur *ad Rufinum Comitem officiorum*: sed Jacob. Gotofredus *Comitem Orientis* scribendum censet.

Comes ordinis primi. Cujacius & alii observant Comitum gradus in Palatio primùm distinxisse Constantinum M. quod ex Eusebio in Vita ejusdem Constantini lib. 4. & lib. 18. colligunt, quòd ante Constantinum nulla Comitum ejusmodi mentio occurrat. At longè ante Constantinum Comitivam hanc obtinuisse contendit Henricus Valesius ad Eusebium. In tres autem gradus divisi isti Palatini Comites, quorum primus *Comitum ordinis primi* dictus est. Magno de Notis: C. O. P. *Comites ordinis primi*. Porrò Comitis ordinis primi prærogativa gaudebant præcipui ex Magistratibus Palatinis, de quibus in Codice Theod. lib. 6. tit. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. & in antiquis Inscript. apud Gruterum 347. 8. 406. 1. & apud Sirmondum in Notis ad Sidon. Carm. 9. Horum alii *Comites ordinis primi intra Palatium* dicebantur, qui scilicet in Palatio militabant, ut in aliis inscript. apud eundem Gruter. 361. 1. 363. 2. 407. 8. 493. 5. 1094. 6. vel *Comites ordinis primi in Consistorio*, apud eundem 438. 1. 465. 8. Ea enim Comitum ordinis primi fuit prærogativa, ut iis Consistorium Principis ingredi fas esset, si vocarentur, ut est apud Senatorem in formula *Comitiva primi ordinis*, lib. 6. Epist. 12. Vide eundem lib. 2. Epist. 28. lib. 6. Epist. 13. & Salmasium ad Poll on. p. 307.

Comitum ordinis secundi mentio est in l. 2. Cod. Th. de Comitibus rei milit. l. 27. 18. de Proxim. Com. dispos. l. 8. de Agent. in reb. & apud Gruterum 361 1. 363 2. & 438. 1. Ex quibus colligitur Comitivam ordinis secundi gradum fuisse ad Comitivam primi. Vide Senatorem l. 7. Ep. 26.

Comitum denique *ordinis tertii* mentio est in l. 127. Cod. Th. de Decurionib. l. 9. & 20. de Suariis, & l. 17. de Proxim. Comit. dispos. Iidem videntur qui *Comites minores & inferiores*, in quorum numero erant Tribuni, dicuntur in l. 2. Cod. Th. Ne Comitib. & Tribun. lav. præstentur. Gloss. Gr. Lat. κόμης, ἤτοι τριβοῦνος.

Comes ὀψωρίου, seu obsoniorum, qui eorum curam gerebat, in Chronico Alex. p. 894. Vide Comes *Annonæ.*

Comes Pagi, id est provinciæ, vel civitatis, apud Lupum Ferrariensem Ep. 24. Ratpertum Monachum de Casib. S. Galli cap. 1. & in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 100. in Fragment. Capitular. Edit. à V. C Steph Baluzio cap. 8. &c. Additio 4. Ludovici Imp. ad Capitula Caroli M. c. 79. *Comites autem reddant rationem de eorum pagensibus, &c.* Vide Marculfum lib. 1. Form. 8.

Comites Palatini, generatim dicti, qui in Palatiis Regum militabant, seu qui in eorum erant obsequio, quos vulgò nude *Palatinos* alii nuncupant *Comites à latere* appellantur à Jona in Vita S. Columbani cap. 28. *Is Virum Dei summo gaudio excepit, seque curaturum ait, ut ad Theodeberti aulam perveniat, nec opus esse aliis à Regis latere Comitibus.* Chronicon Morimacense lib. 2. p. 366. *In curia Amaurici de Monteforti, post Palatinos Comites in Provincia ista viri excellentissimi.* Vide *Palatinus*. Sed præ cæteris.

Comites Palatini appellati, qui in Regum Palatiis *Juris auctoritate* judicum officio fungebantur ut est apud Joannem Sarisber. Ep. 263. Illud autem sic describitur ab Hincmaro Opusc. de ordine & offic. Palatii. c. 21. *Comitis Palatii inter cætera pene innumerabilia, in hoc maximè sollicitudo erat, ut omnes legales quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium Palatium aggrediebantur, justè ac rationabiliter determinaret, seu perversè judicata ad æquitatis tramitem reduceret, &c.* Cognoscebant igitur Comites Palatini de causis omnibus quæ nullo medio ad Palatium devolvebantur, quæ quidem *Palatina* inde appellantur in Capitulis Caroli M. an. 797. c. 4. & alibi passim. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 31. *Quemadmodum sunt in Palatiis Præceptores, vel Comites Palatii, qui sæcularium causas ventilant: ita sunt & illi quos Capellanos Franci appellant, Clericorum causis prælati.* Ut porrò causas ad Palatium pleno jure cuivis licitum fuerit adducere, satis colligitur ex Lege Longob. lib. 2. tit. 53. §. 23. tit. 55. §. 20. Cap. Carol. M. l. 3 c 59. &c. Vide præterea Capitulare 2. Ludov. Pii an. 819. c. 4.

Cognoscebant præterea de *Causis reipublicæ*, seu *publicis*, id est, quæ Regem spectabant, aut Regiam dignitatem, vel publi-

publicam utilitatem, uti pluribus probatum in Dissertat. 14. ad Joinvillam, ubi de Comitib⁹ Palatii fusè satis disseruimus.

Erant denique certæ causæ, quæ ex Principum privilegiis solum Comitem Palatinum spectabant. Charta Pipini Regis Aquitaniæ pro Ecclesia S. Juliani Brivatensis ann. 835. *Liceat eis qualemcunque sibi sua sponte elegerint advocatum habere, ipsumq; advocatum nemo præsumat temerario ausu distringere, vel in tortum mittere: sed nostro coram Comite Palatii Ecclesiam prælibati Martyris videlicet S. Juliani absque alicujus inquietudine vel morarum dilatione liceat inquirere.* Capitulare Ludovici Pii Imp. de Monasterio S. Crucis Pictaviensi c. 3. *Ut res Monasterii quas modò habent, non priùs ab ullo auferatur, quàm aut ante Domnum Pipinum, aut ante Comitem Palatii illius, præfata ratio reddatur.*

Sedebant autem Comites Palatini in Palatio cum Assessoribus, quos *Scabinos Palatii* vocat Chronicon S. Vincentii de Vulturno. Hinc legimus apud Monachum Sangallensem *Comitem Palatii in medio Procerum suorum concionantem.* Vita S. Præjecti: *Ad Palatium properat, & ut mos est, apud Regis aulam, in loco ubi causæ ventilantur, introiit.* Vita S. Pharonis cap. 79. *Dum leges publicè, quæ quotidie discutiebantur ipso in palatio, multos constringerent ad sæcularia judicia.*

Interdum & sæpè Reges ipsi Palatinis istis placitis intererant, cum ipso Comite Palatii, ac causas dijudicabant. Cujus moris exempla aliquot in eadem Dissertatione indicavimus, aliudque extat apud Ughellum tom. 1. part. 2. p. 337. quibus addere hoc loco lubet identidem Reges ipsos ac Principes subditis suis jus dixisse. Fortunatus lib. 6. Poëm. 4. de Chariberto Rege:

> *Si veniant aliquæ variato murmure causæ,*
> *Pondera mox legum Regis ab ore fluunt.*
> *Quamvis confusas referant certamina voces,*
> *Nodosa litis solvere fila potes, &c.*

Capitulare 3. Ludovici Pii, cap. 3. *Sciatis ob hanc causam nos velle per singulas hebdomadas uno die in Palatio nostro ad causas audiendas sedere: ut per hunc aut illum Comitem & providentia Missorum, & obedientia populi manifestiùs appareat.* Adde c. 14. Capitul. Wormatiense ann. 829. c. 14. Addit. IV. Capit. c. 83. al. 115. & Concilium Parisiense VI. lib. 2. cap. 3. &c. Ut porrò inter tertiæ stirpis Reges sanctus Ludovicus populis sibi subditis ad portam Palatii jura dixerit, fusè ostendimus in Differt. 2. ad Joinvillam. His autem addam quæ in hanc sententiam habentur in secunda Curia Generali Catalaniæ sub Jacobo Rege Arag. M. Febr. ann. 1299. *Item quòd nos & successores nostri in quacumque civitate vel villa terra nostræ erimus, qualibet hebdomada in die Veneris teneamus personaliter aud entiam gentibus nostris pro tenendo jure ipsorum de eo quod coram nobis exposuerint. Etsi in die Veneris non possemus intendere, quod in prædictis intendamus & faciamus die crastina.* Adde Foros Aragonenses p. 15. Edit. 1624.

Neque tantùm in Palatio jus dixere Comites Palatini, sed etiam in provinciis. Auctis enim & longiùs productis Regni ac Imperii finibus, quò subditorum levaretur labor, ac eorum impensis parceretur, mittebantur subinde Comites Palatii, qui supremo jure *Justitias*, ut tunc loquebantur, *facerent*, & causas, quas ab iis dirimi ac judicari necesse erat, terminarent. Nullis quippe, ait Theodericus apud Senatorem l. 4. Ep. 40. necessitatem longinquitatis imponebant Reges nostri, nisi qui suis hoc commodis expedire cognoscebant. Hinc sæpè legimus missos in Italiam Comites Palatinos, *ad justitias faciendas.* Vide Ughellum tom. 1. part. 2. p. 337. Neque tamen iis fas erat *Potentiorum causas sine Regia jussione finire, sed tantùm pauperum, & minùs potentum*, ut est in Lege Longob. l. 2. tit. 45. §. 1. in Capitul. 3. n. 812. c. 2. & l. 3. Capitul. c. 7. Ejusmodi autem Comites Palatini postmodum in singulis majoribus provinciis constituti ab Imperatoribus, qui vice Regia supremo jure causas dirimerent, præsertim apud Alemannos. Speculum Saxonicum l. 3. art. 55. *Quælibet provincia terræ Theutonicæ habet suum Palansgravionatum,* (i. Comitatum Palatinum) *Saxonia, Bavaria, & Franconia.*

Comitum Palatinorum in Bajoaria mentio est apud Conradum Urspergens. an. 1102. in Vita & Translatione S. Domitiani Ducis Carinthiæ. n. 3. in speculo Saxon. lib. 3. art. 53. §. 1. V. Differt. ad Joinvill. pag. 231.

Comites Palatini in Saxonia non semel etiam occurrunt, quorum Genealogiam contexuit Rhineccius in Appendice ad Witkindum de quibus etiam copiosè liber de Fundatione Monasterii Gozecensis.

Comites Palatini ad Rhenum in Franconia notiores sunt, quàm ut de iis dici quidquam debeat.

Comites Palatini in Lusatia, habentur apud Lambertum Schaffnaburg. an. 1057.

Comitem Palatinum Ottonem filium in Burgundiæ Comitatu instituisse Fridericum I. auctor est Golutus lib. 2. Rerum Sequan. cap. 37. Ita in Anglia hanc dignitatem aliquot Comitibus attributam infrà docemus.

Jam verò Comitum Palatinorum summa erat auctoritas, ut qui vice sacra judicarent, & supremo jure. Chronicon Mauriniacense p. 365. de Theobaldo Comite Campaniæ: *Qui Comes Palatinus, & infra Franciam secundus à Rege, &c.* Charta Caroli M. apud Ughellum tom. 2. Italiæ sacræ pag. 187. 188. *Hujus nostræ confirmationis pagina concedimus ejusdem Episcopi Misso vel Vicedomino, ut sit noster Missus, & habeat potestatem deliberandi atque adjudicandi tanquam nostri Comes Palatii.* Adde p. 200. 203. & tom. 4. p. 900. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 522. *Quid loquar de Odone Bajocasino Præsule, qui Consul Palatinus erat, & ubique cunctis Angliæ habitatoribus formidabilis erat, ac veluti secundus Rex passim jura dabat? principatum super omnes Comites & regni optimates habuit, & cum thesauris Cantiam possedit, &c. Regalem habere potestatem in omnibus* dicuntur, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 8. §. 4. & in veteri Constitutione, quam edidit Goldastus, Comes Palatinus refertur *adeo amplam potestatem, jurisdictionem & auctoritatem habere, ut dempta Regia dignitate, nullus omnino justitiariorum ampliorem, sed neque parem habeat.* Ex eo etiam fortè Comitis Palatini dignitas *Monarchia Palatii* appellatur. Liber de Fundatione Gozecensis Monasterii ann. 1153. de Dedone Comite Palatino Saxoniæ: *Unde in expeditione Hungarica per Regem Henricum in anno Incarnationis Domini 1040. facta, quia cunctis virtute militari se prætulit, primus stirpis suæ Monarchiam Palatii à Rege promeruit.* Mox: *Eo defuncto, quia filium legitimum non habuit, Monarchiam Palatii Dominus Fridericus Germanus ejus à Rege suscepit.*

Comites Palatinos habuit Francia nostra, ut pluribus docuimus in eadem Differtat. 14. ad Joinvillam, ab ipsis Regum nostrorum incunabulis, qui in eorum Palatiis, causis publicis præerant, easque dijudicabantur. Idque probavimus potissimùm ex eorum serie, quam hoc loco iterum describi haud gravatè, ni fallor, feret eruditus lector, cùm rem præsertim haud adeò tritam Scriptorum auctoritate firmari intersit. Hacce itaque dignitate insigniti occurrunt. *Gucilio*, sub Sigiberto Rege Austrasiæ, apud Gregor. Turon. l. 5. cap. 19. *Trudulfus* & *Romulfus*, sub Childeberto, apud eundem l. 9 c. 12. 30. *Tacilo*, sub Dagoberto I. in Gest. Dagob. Regis cap 37. *S. Wandregisilus* sub eod. Dagob. *Comes Palatii*, in Vita MS. S. Godonis Monachi, *Comes Palatinus* indigitatur in illius Vita, in Chronico Malleacensi & apud Molanum, ut & *Badefridus*, pater sanctæ Austrebertæ, in Vita ejusdem sanctæ cap. 1. num. 4. *Aigulfus*, sub Clodoveo II. in ejusdem Regis Diplomate pro Monasterio Sandionysiano. *Berthorius*, sub eodem Clodoveo, in Chron. Fredeg. cap. 90. *Rigobertus* S. Berta paren , in Vita ejusdem sanctæ. *Andobaldus*, sub Chlotario III. in Tabulis Mon. S. Benigni. *Marso*, sub Clodoveo III. in Placito quod habetur tom. 2. sæculi 3. SS. Ord. S. Bened. p. 617. *VVarno*, sub eodem Clodoveo & Chilperico ibid. p. 618. 622. *Andramnus* sub eodem Clodoveo, ibid. p. 619. *Chrodebertus*, sub Theodorico II. in Vita S. Leodegarii c. 14. qui idem videtur qui *Chunrodebaldus* nominatur apud Doubletum & Miramontium. Denique *Temulfus*, sub Childeberto II. apud Gregor Turon. l. 4. de Mirac. sancti Martini c. 6. Alios præterea Comites Palatii Francici sub prima Regum stirpe memorant veteres chartæ, apud eruditum Mabillonium in libros de Re Diplomatica, *Dructtoaldum* scilicet sub Theoderico, p. 470. *Hociobertum, Ghislemarum, Berthoaldum, Sigofridum & Grimberchtum* sub Childeberto, p. 478. 480. 482. 483. *Yvaningum* sub Chlodoveo Jun. p. 378. *Ansoaldum, Arnonem, Marsonem*, & Audramnum sub Chlodoveo III. pag. 117.

Sub secunda Regum stirpe recensentur hocce titulo donati complures, atque in iis, *VVicbertus*, sub Pipino, apud Doubletum p. 693. *Anselmus*, qui subscribit testamentum Fulradi Abbat. S. Dionysii an. 778. *Voradus*, seu *Voradinus*, & *Treautus*, sub Carolo M. apud Eginhardum. *Ragonfredus* sub Ludovico Pio an. 817. in ejusdem Charta apud V. CL. Steph. Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 34 nescio an idem qui *Reginerus* dicitur in Vita ejusdem Imp eodem an. 817. qui etiam *Ragenarius* vocatur in vita Aldrici Episcopi Cenomanensis, cum quo eandem dignitatem *Fulco*, ut est in p 125. 130 172. *Bernardus*, sub eodem Ludovico, in veteri Charta, an. 819. *Ranulfus* sub eodem

eodem Imp. in eadem Charta. Et in eadem vita Alduici pag. 171. *Adhalardus*, ſub eodem Principe, apud Eginhardum ann. 822. 823. 824. cui ſucceſſere ſub eodem Imp. *Bertricus*, de quo idem Scriptor, *Morhardus*, cujus meminit Theganus c. 45. *Gebuinus*, & *Ruodbertus*, apud eundem Eginhard. Epiſt. 9. *Ansfridus*, ſub Lothario, in Notit. Eccl. Belg. cap. 32. *Hucboldus*, ſub Lothario & Ludovico, apud Ughell. tom. 3. pag. 43. 35. *Rudolfus*, ſub Ludovico IV. in Annal. Franc. Fuld. an. 857. *Adhalardus*, ſub Carolo Calvo, in Capitul. Caroli C. tit. 43. *Bodradus*, ibidem: *Hilmeradus*, in Chron. Fontanell. apud Catellum in Hiſt. Occitan. p. 559. & V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capit. num. 59. *Boſo*, apud Camuſat. in Antiq. Trecenſ. p. 85. & in Tabul. Dervenſi. *Fulco*, apud Flodoard. lib. 3. Hiſt. Rem. cap. 26. eandem dignitatem obtinuere ſub eodem Carolo: qui quidem Fulco in Tabulario Sancti Dionyſii dicitur obtinuiſſe iſtud munus Kl. April. anno 22. regni Caroli: fuit poſtmodum Archiepiſcopus Rotomagenſis: *Elannus*, ſub Odone, *Guido*, ſub Carolo Simplice, in Tabulario Aremarenſi, *Robertus*, ſub Rodulfo, in Chron. S. Benigni p. 426. *Ragenarius*, ſub Ludovico IV. in Pancharta nigra S. Martini Turon. denique *Heribertus* III. Viromandenſis & Trecenſis Comes, ſub Lothario, apud Camuſatum p. 86.

Habuere etiam tertiæ ſtirpis Reges Francici ſuos Comites Palatinos. Nam

Hugo Bellovacenſis, hac dignitate donatus legitur ſub Roberto apud Glabrum Rodulf. lib. 3. cap. 2. quam etiam ſibi aſſeruere Comites Toloſani aliquot, atque in iis *Poncius*, *Willelmus*, & *Raymundus Sanctegidianus*, ut ex eorum Diplomatibus & monetis probavimus. Sed hanc præſertim retinuere, ab Heriberto, ut probabile eſt ſibi delatam & jure quodam hæreditario devolutam, cæteri Comites Campaniæ & Bleſenſes. Nam in Tabulis Abbat. Vallis Secretæ, *Odo Francorum Comes*: apud Sammarthanos in Gallia Chriſt. Idem in Charta fundationis Eccleſiæ S. Martini Sparnacenſis ann. 1032. *Odo Comes Palatinus Francorum Regis*, tom. 13. Spicileg. Acheriani p. 282. Theobaldus III. in Charta originali ex Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis an. 1083. ſic inſcribitur: *Ego Tetbaldus Palatii Comes &c.* *Theobaldus* IV. Stephani Comitis filius in Diplomate an. 1147. *Glorioſus Francorum regni Comes Palatinus*, & *Henricus* I in Necrologio S. Martini Trecenſis, ut prodit Camuſatus, *Comes Palatinus Galliæ* inſcribuntur. Idem Theobaldus IV. in Chronico Mauriniacenſi lib. 2. *Comes Palatinus, & intra Franciam ſecundus à Rege* indigitatur. Interdum ſuppreſſo & omiſſo Palatini vocabulo, *Comites* ſe *Franciæ*, aut *Francorum* dixerunt. Ita *Heribertus* Viromandenſis & Trecenſis Comes, quem Lotharius Rex *Comitem Palatii ſui* appellat in Charta quæ eſt in Tabulario Dervenſis Monaſt. in alia ann. 27. ejuſdem Regis in eodem Tabulario *Francorum Comes inclytus*, & in Tabulis an. 969. ab eodem Camuſato deſcriptis, *Glorioſus Francorum Comes* vocatur. *Eudo* apud Wipponem in Vita Conradi Salici an. 1036. *Odo de Francia* apud Wibertum in Vita Leonis IX. PP. c. 14. *Viuinæ commarchiæ Francorum Comes*, in Tabulario Aganonis Carnot. *Comes Palatii*, denique in Diplomate pro Abbatia S. Germani Pariſ. *Comes quarumdam provinciarum Galliæ ſcilicet & Franciæ* inſcribitur. *Theobaldus* III. Campaniæ & Stephanus Meldenſium Comites, fratres, *Gratia Dei Francorum Comites* ſe ſe appellant in Tabulario Eccleſiæ Ambianenſis. Idem *Theobaldus Comes Palatii* in Charta Henrici Reg. in Tabul. Carnot. *Comes Bleſenſis & regni Francorum Procurator*, apud Rogerum Hovedenum pag. 524. & in Charta ann. 1076. apud virum Doctiſſimum Joan. Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 761. *Comes Franciæ Palatinus*, in Diplomate quod habetur tom. 6. Spicilegii Acheriani p. 449. & in Tabulario Burgulienſi fol. 37. *Francorum Comes*, & *Comes Franciæ* vocatur, quo poſtremo titulo donatur *Stephanus* Comes Bleſenſis & Carnotenſis, cui tanquam primogenito Palatina dignitas competebat, apud Hugonem Flaviniac. in Chr. ann. 1095. Notkerum in Tranſlat. S. Baſoli p. 155. & apud Annam Comnenam lib. 11. Alexiad. p. 324. cui Κόμης Φραγκίας dicitur. Denique Henricus Comes Campaniæ in Charta data in Hieruſalem ann. 1179. pro Eccleſia Ebronenſi, *Franciæ Comes Palatinus* pariter indigitatur. Legitur illa in Adverſariis Docheſnianis. Obſervandum etiam ex Mejero an. 863. Comites Flandriæ interdum ſe ſe *Comites Francorum & Franciæ* inſcripſiſſe. Comitis Palatini titulum Balduino Comiti tribuit Willelmus Brito in Philipp.

——— Et Balduinus honoris
Jure Palatini clarus, pravisque ſuperbus.

Et in Miraculis S. Agili lib. 1. c. 17. apud eruditum Mabillonium, eadem Palatini Comitis dignitas Comiti Flandriæ adſcribitur. Sed vereor ne his locis *Comites Palatini* appellentur, quòd *Pares Franciæ* fuerint, quemadmodum Matthæus Paris an. 1249. ait Epiſcopum Noviom. idem fuiſſe *Comitem Palatinum & unum de duodecim Paribus Franciæ*. Vel certè quia is Comites Regum vaſſali. Tabular. S. Florentii Salmurienſis an. 1062. *Ego Gaufridus* (Martellus Andegavenſis Comes) Dei gratia non pauci populi ſui Princeps, & Francorum Regis Comes. Chr. ... MS. S. Stephani Lemovic. *an. 1137. 5. Id. April. --- obiit Willelmus Palatinus Comes Pictavienſis ultimus Dux Aquitanorum.* Habetur in Tabulario S. Florentii veteris Andegavenſ. Charta Gaufridi Comitis Andegavenſ. an. 1062. cujus initium ita concipitur: *In nomine Domini, notum facere volumus. Ego Gaufridus ipſius gratia non pauci populi ſui Princeps, & Francorum Regis Comes &c.*

Comites Palatinos habuere pariter Reges Aquitaniæ ex Familia Francica, ut colligitur ex Capitulari Ludovici Pii pro Monaſterio S. Crucis Pictavenſis cap. 3. ut & Burgundiæ Reges. Habetur enim in Tabulario Cluniacenſi Charta Chunradi Regis an. 6. ubi *præſens fuiſſe* dicitur *Odolricus Comes Palatii*.

Comites Palatini in *Anglia* quatuor recenſentur à Covvello lib. 2. tit. 2. § 7. Lancaſtrenſis, Dunelmenſis, Ceſtrenſis, & Elienſis. Primus autem hanc dignitatem obtinuit Ceſtrenſis, quam Willelmus Nothus Hugoni ex ſorore nepoti conceſſit. Comitatum enim Ceſtriæ ei dedit *adeo liberum ad gladium ſuum, ſicut ipſe Rex totam tenebat Angliam ad coronam ſuam*. Quibus verbis dignitas Palatinatus innuitur, cujus autoritas Regiæ æquiparatur, ut ſuprà annotavimus. *Ceſtrenſis Palatini Comitis* meminit præterea Matthæus Paris an. 1236. ubi illius inſignem adeo fuiſſe dignitatem ſcribit, ut *Regem, ſi oberraret, de jure poteſtatem habeat cohibendi.* Vide Matth. Weſtmonaſt. p. 394. 2. Edit. & Monaſticum Anglic. tom. 2. pag. 187. Eandem poſtmodum dignitatem Lancaſtrenſi Comitatui adjunxit Edvvardus III. Vide Sarisber. in Polycratico lib. 6. cap. 16. & Willelmum Stanfford. lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 27. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 666. Odonem Bajocenſem Epiſcopum, Guillelmi Nothi fratrem uterinum, *Palatinum Cantiæ Conſulem* fuiſſe ait. Præterea in Statuto an. 33. Henrici VIII. cap. 10. mentio occurrit *Comitatus Palatini de Hexham*, qui ſub eo ſæculo ad Archiepiſcopum Eboracenſem pertinebat. Sed labente jam priùs re Eccleſiæ, inquit Spelmannus, Palatinatuum juriſdictio inſigniter diminuta eſt an. 27. Henrici VIII. c. 24. eorumque juriſdictio ſub nomine Regis conſtituta. Comitatus verò de *Hexham* Statuto an. 14. Elizab. cap. 13. omni Palatinatus privilegio exutus eſt, & in portionem Comitatûs Northumbriæ redactus. Palatinatus etiam dignitatem habuere Epiſcopi Dunelmenſis & Elienſis. De Dunelmenſi Palatinatu vide Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 47. & Gul. Prynneum in Libertatib. Eccleſiæ Anglic. tom. 3. pag. 562. 563.

Comes Palatinus Loretelli. Vide supra *Comes Comitum.*

Comes Palatinus, in Sicilia. Vide ut suprà.

Comes Palatii Ticinensis. Hujus mentio fit apud Joann. VIII PP. Epist. 140. & Petrum Diaconum lib. 4. Chron. Casin. cap. 18. cujus hæc sunt: *Quæ Berta filia Compalatii Ticinensis obtulit B. Benedicto.* Quæ vox *Compalatii*, eadem est ac *Conspalatii*, de qua suo loco, id est, *Comitis Palatii Ticinensis*, seu Regiæ Regum Longobardorum, atque etiam Italiæ; qua quidem dignitate functi videntur *Comites Palatini Lumelli*, quod est castrum in districtu Papiensi, ut observatum à nobis in Dissert. 14. ad Joinvillam. Papias: *Lomellum, castrum maximum in Liguria* Laumellum vocat Ammianus lib. 15. Itiner. 1. Anton. Tabula Peutingeri, &c. *Manfredus* Comitivam Palatii in Italia sub Widone Imp. an. 892. obtinebat, ut ex Diplomate colligitur, quod habetur apud Ughellum tom. 2. pag. 120. Horum Comitum stirpem arcessit vetus Chronicon laudatum ab eodem Ughello tom. 5 pag. 1555. à Cadoto Comite de Lomello, qui uxorem duxerat Alaxiam filiam Pipini Regis, sororem Caroli Magni; sed hæc admodum incerta sunt. Memoratur *Sigefridus sacri Palatii Comes*, in Chartis aliquot Ludovici Imp. an. 901. & Berengarii Regis ann. 903. in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 404. 406. 409. Vide Chronicon Novalicense pag. 639. & Ughellum tom. 4. pag. 602. 604. tom. 5. pag. 1575.

Comes Palatinus in Tuscia. Vide Ughellum tom. 3. Ital. sacr. pag. 818. 821. 824.

Comites Palatii habuere etiam Beneventani in Italia Principes, ut colligitur ex Diplomate Pandolpli & Landulphi Principum quod extat in Chronico S. Sophiæ Benevent. pag. 661.

Comitem Palatii nescio quem Hamedeum Adalberonis I. Episcopi Metensis Diplomatibus anni 942. subscripsisse inter Comites alios ac proceres, observo apud Meurissium pag. 307. & 309. qui quidem in Lotharingia hac dignitate donatus fortean fuit ab Ottone Imp. postquam hanc subjugavit, uti narrat Hermannus Contractus ad an. 939.

Comites Palatii habuere denique Gothici Hispaniæ Reges, quos inter in Ranimiro I. Rege æra 880. recenset Sebastianus Salmanticensis Episcopus, vetus Scriptor, *Nepotianum, Aldretum, & Piniolum*, qui subinde in ipsum Regem insurgentes Regiam dignitatem usurpare annixi sunt; unde magnam ejusmodi Comitum in Hispania auctoritatem fuisse, licet conjicere.

• *Comites Palatii Lateranensis*, qui olim fuerint, quæve eorum dignitas & prærogativa, docemur ex Formula concessionis istius dignitatis Castrucio Duci Lucano ab Imp. Ludovico IV. factæ ann. 1328. quam descripsit Goldastus tom. 1. Constit. Imp. pag. 329. qua ex assensu procerum eidem Castrucio, & successoribus masculis Comitatum sacri Palatii Lateranensis, quem ad fiscum & sacrum Romanum Imperium justis & legitimis causis devolutum & applicatum pronuntiat, concedit, cum omnibus honoribus & privilegiis eidem dignitati adnexis. Quorum quidem privilegiorum prærogativam hisce verbis exequitur: *Declarantes & nunc per hoc nostræ Serenitatis indultum tibi & prædictis successoribus tuis ex prædicta Comitatûs dignitate competere jus assistendi perpetuò benedictioni, sacræ unctioni, & coronationi successorum nostrorum Principum Romanorum, & omnibus, & singulis ipsius coronationis solennitatibus: & præcipuè sociandi & deducendi ipsos Romanos Principes tempore coronationis faciendæ de eis, ad sacram unctionem de ipsis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores successores nostros tenendi & juvandi in ipsa sacra unctione & actu ipsius, & eadem unctione perfecta, eos reducendi & sociandi ad altare & thalamum, prout & quoties Principes expediunt redire. Item jus levandi & tenendi imperiale diadema, de nostro & successorum nostrorum Romanorum Principum capite, tempore quo Imperialis coronationis solennia celebrantur, & etiam quocumque alio tempore, quoties publicè ipsum diadema expedierit elevare de capite nostro, & successorum nostrorum Romanorum Principum reponi.* Aliæ istius dignitatis prærogativæ & jura pluribus recensentur in Charta MS. Caroli IV. Imp. pro Amizino de Bozullis legum doctore & Milite & Joanne de Bozullis, Cataneis, Papiensibus civibus, quam ex veteri Regesto Cameræ Comput. Paris. eruimus: *De certa nostra scientia & Imperialis plenitudine potestatis sacri Lateranensis Palatii Comites facimus, erigimus, nobilitamus, attollimus, & gratiosiùs insignimus, decernentes & hoc Imperiali statuentes edicto, quòd vos & liberi ac descendentes vestri præfati ac vestrûm quilibet ex nunc in antea omnibus privilegiis, juribus, immunitatibus, honoribus, consuetudinibus & libertatibus frui debeatis & gaudere, quibus cæteri Lateranensis Palatii seu cujuscumque gradus hactenus Comites fruiti sunt, seu quomodolibet poterunt. Quodque vos & liberi descendentes vestri & vestrûm quilibet possitis & valeatis per totum Romanum Imperium facere & creare Notarios publicos, seu Tabelliones & Judices ordinarios -- de prædictis per pennam & calamarium investire, -- Concedimus & auctoritate præsentium plenam damus & omnimodam potestatem & omnes & singulos & singulas spurios & spurias, bastardos & bastardas, mauzeres & nothos & nothas -- seu defectum natalium patientes, illustrium Principum spectabilium Comitum, & nobilium Baronum natis duntaxat exceptis auctoritate vestra -- legitimare valeatis, -- ad honorem & actus legitimos, atque jura ac successiones paternarum hæreditatum & aliorum bonorum, sine præjudicio tamen legitimorum filiorum, ita tamen ut ipsi sicut alii legitimi æqualem hujusmodi hæreditatum obtineant & bonorum portionem, &c. an. 1370. Comites Lateranenses* memorat. Leo Ost. lib. 2. c. 101. At unde Palatio Romano Laterani nomen inditum, pluribus observat Baronius ann. 312. n. 83. 84. V. de Falconem Benevent. p. 303

Habuisse summos Pontifices suos Comites Palatinos videtur erui ex Bulla Joannis XIX. PP. quam descripsit Ughellus tom. 1. p. 115. cujus frater *Albericus Comes Palatii* interest Judicato quod ipsemet Pontifex protulit in Ecclesia S. Silvestri infra Palatium Lateranense.

Comes Palatii. Glossæ MSS. *Nomenculator, Comes Palatii.* Vide *Nomenculator.*

Comitis Palatini & Palatii titulus tribuitur Ebroino Majori-domûs, in Vita S. Drausii Episcopi Suession. n. 14. & apud Philippum *Mouskes* loco laudato in Dissert. 14. ad Joinvillam. V. de *Major domûs.*

Comites Palatinos, Franciæ Pares Episc. Noviomensem, & Belvacensem, Matthæus Paris an. 1257. p. 634. vocat, uti suprà observatum.

Conspalatius, Comes Palatii, in Charta Heriberti Comitis Viromanduorum & Tricassium apud Camusatum p. 85. Fulco, qui Palatii Comitem Carolo Calvo imperante egerat, ut auctor est Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 26. dicitur fuisse *ejusdem Imperatoris Conspalatius.* Notitia anni 896. quæ extat in Tabulario Arremarensi apud Duchesnium in Probat. Hist. Vergiac. subscribitur ab *Elduino Comite & Conspalatio.* Apud Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. c. 18. fit mentio *Bertæ filiæ Compalatii Ticinensis.* ubi malim *Conspalatii*: est autem, ni fallor, *Comes iste Palatii Ticinensis*, Comes Lomelli, de quo pluribus egimus ad Joinvillam. Scriptor MS. *de la Mappemonde cap.* 14.

Si manda son fil Loeys,
Et les Barons de lor pays,
Evesques, Dus, & quens Palais.

Le Roman de Garin:

Et dit li més, Merveilles ai oï,
Quant Cuens Palés Roy de France aatist
De tornoier, & il li faut einsi.

Alius Poëta MS.

Gadifer l'engendra li Gentil Cuens Palais.

Theo-

Theobaldus Navarræ Rex in Tabul. Campaniæ Thuano, *De Champagne & de Brie Cuens Palais* inscribitur.

Comites Patrimonii, quod *privatum* Imperatorum dicitur in leg. 8. Cod. Th. de Jure fisci. In Codice Just. est titulus de *Comite sacri Patrimonii*. Habuerunt etiam Gothi *Comites Patrimonii*, seu *Patrimoniorum*, qui patrimonium Regis & mensam procurabant. Epitaphium Senarii, qui hoc munere functus est sub Theoderico Rege, apud Pithœum l. 4. Poëm. veterum:

Aulica quippe Comes rexi patrimonia clarus.

Hujus dignitatis apud Gothos non semel mentio est apud Senatorem l. 1. Epist. 16. l. 5. Epist. 7. 18. 19. 20. & lib. 6. Epist. 9. ubi formulam *Comitivæ patrimonii* exhibet. in Concilio Cæsaraugust. II. æræ 630. Toletano IX. XIII. & XVI. apud Ennodium l. 4. Ep. 7. in Lege Wisigoth. l. 12. tit. 1. §. 2. & in Charta Cindaunthi Regis æræ 684. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 2.

Comes Parochialis, apud Hungaros dicitur proprius regionis cujusque Præfectus, qui à Rege cum consilio Prælatorum & Baronum ex illis de eodem Comitatu eligitur. Illius Vicarius est *Vicecomes*, qui eligitur à Comite ex potioribus Nobilibus, & *Judex Nobilium* dicitur: qui ambo judicare & promulgare sedes seu assisias in suo Comitatu possunt. Vide Decretum Andreæ Regis ann. 1222. §. 6.

Comes per utramque Germaniam, apud Ammianum lib. 27.

Comes perpetuus, apud Hungaros dicitur, cum dignitate natus, qui sol us Regis judicio nititur. Sambucus.

Comes Pilosus, apud Alemannos, idem qui *Silvester*, de quo infrà. Gl. Gr. Lat. δασύς, *Hirsutus pilosus*. Will. el. Brito l. 10. Philipp. ubi de prælio Bovinensi v. 407.

Et Comitem, quem Theutonici dixere Pilosum.

Chronicon Flandriæ c. 15. de eodem Comite: *Et un Comte d'Alemaigne qu'on appelloit le Comte Pelu.* Quo loco Sauvagius contra MSS. fidem restituit ex Meiero, *Le Comte Palatin du Rhin*, ut & c. 21. ubi inter Electores seculares Imperatorum primus post Ecclesi sticos *Le Pelu du Rhin* recensetur, quem Comitem Palatinum Rheni esse constat. Caspar Barthius ad hunc locum Will. Britonis: *Raugraffen, non Rauchgraffen intelligimus, asperarum regionum Dominum, non ipsum hirsutum, aut pilis obsitum.*

Comes Portûs Romæ, qui navibus onerariis, seu victum & annonam in urbem ex mari per Tiberis alveos invehentibus præfectus erat, ne quid iis & mercatoribus detrimenti accideret. Extat apud Senatorem l. 7. Epist. 9. formula istius dignitatis, quæ erat sub dispositione Præfecti Urbis, ut est in Notit. Imp. c. 4. & 9. Vide eundem Senator. l. 2. Epist. 12.

Comes Præsenti, Κόμης πραισέντε, apud Theophanem p. 141. qui militibus in *Præsenti* præerat. Vide *Præsens*.

Comes Provinciæ, idemque *Rector Provinciæ*, qui provinciæ, Comitiva primi ordinis decoratus, præest. Hujus dignitatis formula extat apud Senatorem lib. 7. Epist. 1. ex qua colligitur dignitatem fuisse etiam militarem: *Tua tamen dignitas à terroribus ornatur æquè gladio bellico rebus etiam pacatis accingitur*; præterea jus habuisse vitæ & necis, functumque officio Judicis. Habetur titulus in Cod. Theod. & Justin. de *Comitibus qui Provincias regunt. Provinciarum Comites*, in Lege Wisigoth. l. 8. tit. 1. §. 9. Plures ejusmodi provinciarum Comites recenset Notitia Imperii l. 2. c. 70. & seq. Comitem Africæ, Tingitanæ, Britanniæ, Italiæ, Argentoratensem, Hispaniarum, &c. quos *Comitiva rei militaris* etiam functos constat. Joannes Sarisber. Ep. 263. de Comitibus: *Et quidem qui hoc officii gerunt in Palatio juris auctoritate, Palatini sunt: qui in provinciis, Provinciales.*

Comes Provincialis, qui & *Landgraffen* Germanis, *Landgravius*, Judex seu Comes territorii Mediterranei, ad discrimen Marchionum. *Dominus Provincialis*, in Speculo Saxon. l. 1. art. 58. §. 2. Præsertim verò & per excellentiam ita nuncupatur apud Scriptores Landgravius Thuringiæ. Arnoldus Lubec. l. 2. c. 35. *cui occurrit Ludovicus Comes Provincialis, &c.* Ita & lib. 3. c. 9. In Priv Iegiis Ecclesiæ Hamburg. Diplomata Friderici Imp. subscribit idem *Ludovicus Comes*, non semel, pag. 182. 184. 185. Quin & ipsi Hessi, *Provinciales* dicuntur in Libro Miracul. S. Ludgeri Episc. Mimigard. n. 3. apud Bolandum: *Provinciales, qui Hassi dicuntur.* Anonymus in Fragm. Hist. post Albertum Argentin. ann. 1238. *Henricus Comes provincialis Alsatiæ, &c.* qui *Landgravius Alsatiæ. Landgravius de Wincenbourg*, apud Albertum Stadensem an. 1112. *Landgravius de Kirchberg*, apud continuatorem Lamberti Schaffnab. ann. 1304. &c. *Ludovicus Comes provincialis de Isenac* apud Joan. Mauritium Gudenum l. 1. Hist. Erfurtensis n. 10.

Memorantur autem in Germania varii Landgravii qui Principum titulo gaudent: *Alsatiæ, Thuringiæ, Hassiæ, Leuchtenbergiæ, & Franconiæ*: alii qui non sunt Principes, sed in Comitum dignitate: scilicet *Barensis, in der Baar, Brisgoviæ; Burgendiæ seu Burgundiæ Helveticæ, in Burgendum; Kletgoviæ, seu Kleckoviæ, Nellenburgi; Sisgoviæ; Stefrungensis; Suntgoviæ; Susenbergæ, Tullingæ, vel Stuelingiæ; Turgoviæ; & Walgoviæ.* Vide Metropolim Salisburgensem to. 2. p. 533.

Comes Orientis, sub cujus dispositione erant Orientis provinciæ, quas Marcellinus l. 14. & Notitia Imperii l. 1. c. 1. recensent, ut auctor est Zozimus lib. 5. unde hanc dignitatem μεγίστην ἀρχὴν vocat Libanius. Magno de Notis: COM. OR. *Comes Orientis*. Hujus dignitatis non semel meminit idem Ammianus, Notitia Imperii lib. 1. c. 104. S. Ambrosius Ep. 17. &c.

Comes & Rationalis summarum Ægypti, sub dispositione Comitis sacrarum largitionum, in Notitia Imperii l. 1. c. 74. Vide *Summa*.

Comes Regalis Odo Fossatensis in Vita Burchardi Corboliensis Comitis: *Dedit Hugo Rex sibi fideli Militi castrum Milidunum, --- Comitatumque Parisiacæ urbis, taliterque Comes regalis efficitur*, id est, Comes clientelæ jure Regi obnoxius.

Comes rei Castrensis, apud Ammianum l. 30. *Post dignitatem Protectoris atque Tribuni, Comes præfuit rei Castrensi per Africam: unde furtorum suspicione contactus, digressusque, multò postea parti potestate Britanniarum rexit exercitum.*

Comites rei militaris qui ad provincias defendendas militie credito destinabantur, ut in l. 3. Cod. Theod. de Comitib. rei milit. *Comes Militaris*, in Notit. Imperii l. 1 c. 141. Vide Jacobum Gotofred. ad C. Th. d. tit.

Comes rerum nitentium. Magno de Notis: c. 9. C. R. N. *Comes rerum nitentium*. Vide *Tribunus rerum nitentium*.

Comes riparum & alvei, sub dispositione Præfecti urbis Romæ, in Notitia Imperii lib. 2. c. 4. cui cura incumbebat aquarum & alvei Tiberis, & ut illius navigatio non impediretur. Is primum dictus *Curator alvei & riparum Tiberis & cloacarum urbis*, ut est in veteri Inscriptione: quam dignitatem Augustum adinvenisse auctor est Suetonius c. 43.

Comes rerum privatarum, qui præerat ærario, quod *privatis* Principis usibus erat dicatum, cùm aliud esset ærarium, quod Largitionum appell. tione donabant, quod nempe publicis necessitatibus addictum erat, cui qui præerat, *Comes sacrarum Largitionum* dictus est. Istius dignitatis formulam habet Senator. l. 6. Ep. 8. Variè autem indigit tur, nam etiam interdum *Comes rei privatæ* nuncupatur, ut apud Magnonem de Notis, Ammianum l. 22. & in leg. 27. Cod. Th. de Petitionib. Vetus Inscriptio:

Privatæ Comes atque rei provectus in altum,
Sacrarum meruit sumere jura Comes.

Comes privatarum, absolutè in l. 120 eod. Cod. de Decurion. apud Senatorem loco laudato, & Gregorium Magnum l. 11. Ep. 26. ubi perperam *Comes privatorum* editum est. *Comes privatarum largitionum*, in l. ult. eod. Cod. de Incorpor. & in Notitia Imp. l. 2. c. 4. Paulinus in Eucharist.

——*Privatæ* Comitivam *largitionis*
Dans mihi.

De hac dignitate passim Codex Th. Notitia Imperii, & Scriptores, præter neotericos, Cujacium, Panciro-lum, Jacobum Gotofredum, Henricum Valesium, &c.

Comes sacrarum remunerationum, in veteri Inscriptione, 449. 7. Petronius Maximus *Sacrarum remunerationum per triennium Comes* fuisse dicitur, id est, sacrarum largitionum: ita enim appellatur in l. 20. Cod. Theod. de Palat. & l. 2. de Commeatu. Vide Senatorem l. 5. Ep. 27. Idem nudè *Comes sacrarum* dicitur in Gestis Constantini Magni: unde emendandus videtur Ordericus Vitalis l. 2. p. 437. *Publius Torqueanus sacrorum Comes multitudini Christianorum invidit*: legendum enim *sacrarum*: tametsi nescio an sub Trajano id nominis steterit.

Comites sagittarii Armeni, una è 6. Vexillationibus Palatinis, quæ erant sub dispositione V. I. Magistri militum Præsentalis, in Notitia Imperii l. 1. c. 40. *Comitum sagittariorum* meminit Marcellinus l. 18.

Comites sagittarii minores, una è 5. Vexillationibus Palatinis, quæ erant sub dispositione V. I. Magistri militum Præsentalis, in Notitia Imp. l. 1. c. 31.

Comes Scanciarum, quo titulo subscribunt nonnulli Proceres in Concilio Toletano VIII. & XIII. inter *viros illustres officii Palatini*, & in Charta Cindalumthi Regis apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 2. Eosdem esse par est credere cum iis, quos alii *Scanciones* appellarunt, nostri *Escançhons*, qui à poculis Regum sunt: hodie enim vulgari Hispanorum lingua *Escanciar*, est poculum porrigere.

Comes Scholarum, qui *Scholis Palatinis*, putà Scholis Scutariorum, Gentilium, &c. de quibus Notitia Imperii, præerant. De his Comitibus est titulus in Cod. Theod. & Justin. de *Comitibus & Tribunis Scholarum*, ubi multa suo more congessit Jacobus Gotofredus. *Licinius Comes Scholæ*, in Suggestione Germani Episcopi tom. 1. Ep. Rom. Pont. in Hormisda. Κόμητες σχολῶν apud Theophanem p. 118.

Comites Seniores, una è 6. Vexillationibus Palatinis sub dispositione Magistri militum in Præsenti. Notitia Imp. l. 1. c. 40. l. 2. c. 7.

Comes Siliquaticorum, apud Senatorem l. 2. Epist. 12. qui ponderibus & mensuris præerat, & ne in iis fraus admitteretur, invigilabat. Vide *Siliquaticum*.

Comes Silvester, in Chronico Augustensi an. 1247. & in Chron. Moguntino an. 1251. qui vulgò *le Comte Sauvage du Rhin*. Chartam Emichonis Comitis Scynensis an. 1273. subscribit *Emicho Comes Silvester*, apud Freherum in Orig. Palat. part. 2. p. 28. apud Serrarium in Rebus Moguntinis p. 850. *Hugo Comes Silvestris & Rheni*, an. 1311. *Comes Transsilvestris*, apud Albertum Argentin. p. 112. Vide *Comes Hirsutus*, *Comes Pilosus*.

Comes solenniorum, apud Ammianum l. 15. p. 35. ubi vir doctus *Somnorum* restituit.

Comes Spathariorum. Dignitas Palatina in aula Regum Gothicorum Hispaniæ, cujus mentio in Subscriptionibus Concilii Toletani VIII. in Charta Cindalumti Regis æræ 684. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 2. & apud Rodericum Toletanum l. 3. de Reb. Hispan. cap. 19. *Comes Spatharius*, in Concilio Tolet. XIII. qui scilicet militibus circa Principem excubantibus præerat. Vide *Spatharius*.

Comes Stabuli, Comestabilis, Conestabilis, &c. qui Regii stabuli, & equorum Principis curam gerebat: *Tribunus stabuli*, in lege un. Cod. Th. de Comitib. & Trib. & apud Ammianum l. 14. 28. 30. *Tribunus Cæsaris stabuli* 1. 20. *Comes stabuli*, in leg. 3 Cod. Theod. de Equor. conlat. & l. 29. de Annona & tribut. Procop. l. 1. Gothicorum c. 7. Κωνσταντιανὸν μὲν ὃς τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἦρχεν, εἰς Δαλματίας ἔπεμψε. In veteri Inscript. Stilicho *Comes Domesticorum & stabuli sacri* dicitur. Vita S. Licinii Episcopi Andegavens. n. 7. *Comitem sui stabuli, & omnium equorum, eorumque custodem constituit.* Aimoinus l. 3. Hist. Franc. c. 71. *Regalium Præpositus equorum, quem vulgo Comistabilem vocant.* Dignitatem ipsam *Comitatum Stabulorum* appellat Gregorius Turonens. l. 5. Hist. c. 48. Regino ann. 80. *Burchardum Comitem Stabuli sui, quem corrupte Constabulum appellamus.* Vide eundem Gregorium Turon. d. l. 5. c. 40. l. 9. c. 38. l. 10. cap. 6. Gesta Regum Francor. c. 26. & Hincmarum de Ordine Palatii c. 22.

Habuerunt Gothorum in Hispania Reges suos *Stabuli Comites*, ut liquet ex Concilio Toletano XIII. in quo subscribit *Guisclamandus Comes Stabuli.*

Petrus Pantinus observat apud Castellæ Reges Comitum Stabuli dignitatem esse perinsignem, sine administratione tamen, ac titulo tenus. Vide Blancam in Comment. rerum Aragon. pag. 785.

At quæ primùm in Equorum cura versabatur dignitas, militaris postmodum facta est: ita ut *Comites Stabuli* copiarum Duces præcipui fuerint. Marbodus in Vita S. Licini Episcopi Andegavensis num. 5. *Factum est ut à Rege flagitantibus cunctis Tribunus militum crearetur, qui nunc more nostro Comes Stabuli nuncupatur.* Benè ille, *more nostro*: nam longè secus dignitatis istius munus describitur, qua donatum S. Licinium ajunt, in vetustiori Vita ejusdem Sancti: locum supra descripsimus. Certè Comitibus Stabuli apud nostros copiarum & exercituum ducatum comissum interdum fuisse docent Fredegarius cap. 2. Poëta Saxonicus ann. 782. & Annales Francor. ann. 807. Leges Edvvardi Confess. seu Additamenta ad easdem cap. 35. de Heretochiis Anglicis: *Latinè verò dicebantur ductores exercitus, apud Gallos Capitulares Constabularii vel Marescalli exercitus. Conestabilem* Boëmundi Principis Antiocheni copiarum non modò ducem, sed & signiferum facit Petrus Tudebodus lib. 3. Hist. Hierosol. statim initio. In Monastico Anglicano tom 1. refertur Hugonem Comitem Cestriæ, Nigellum quendam fecisse *Marescallum & Constabularium suum, ita ut quandocumque dictus Hugo Comes exercitum moveret versus Walliam, dictus Nigellus & hæredes sui in eundo præcederent, & in redeundo cum exercitu, ultimi remanerent.* Matthæus Westmonast. ann. 1254. *Coram Comite Herefordiensi, qui secundum antiquum jus, Constabularius esse dignoscitur regii exercitus.*

Ex quibus Scriptoribus colligitur non omnino verum, sub Philippo Augusto demum datum Comitibus Stabuli copiarum ducatum, post extinctam *Senescallorum* dignitatem, quod post Stephanum Paschasium vult Duchesnius l. b. 3. Hist. Mommorenciacæ c. p. 1. pag. 112. tametsi non diffiteatur Senescallos non modò apud Reges nostros, sed etiam apud alios exercitus duxisse, ac vexilla prætulisse.

Jura verò, privilegia, ac prærogativæ istius dignitatis habentur in veteri Rotulo Cameræ Computor. Paris. quæ hoc loco inserere haud absurdum forte fuerit, etsi Chartæ istius meminerit Tillius: *Le Connestable de France a tel droit pour le fait des Guerres. Premierement, le Connestable est par dessus tous autres, qui sont en l' Ost, excepté la personne le Roy, se il y est, soient Dux, Barons, Comtes, Chevaliers, Escuyers, sodoiers tant de cheval, comme de pié, de quelque estat qu'ils soient & doivent obeir à luy. 2. Item, les Mareschaux de l' Ost sont dessous luy, & ont leur office distincte de recevoir les Gens d'armes, Dux, Comtes, Barons, Chevaliers, Escuiers, & leurs compagnons; & ne puceat, ne ne doivent chevaucher,*

ne

ne ordonner Bataille, se n'est, par le Conneſtable, ne faire Bans, ne proclamations en l'Oſt ſans l'aſſentement du Roy ou du Conneſtable. 3. Item le Conneſtable doit ordonner toutes les Batailles, les Chevauchées, & toutes les Eſtablies. 4. Item, toutesfois que l'Oſt ſe remuë de blace en autre, le Conneſtable prent & livre toutes les places de ſon droit au Roy, & aux autres de l'Oſt, ſelon leur eſtat. 5. Item le Conneſtable doit aler en l'Oſt devant les Batailles, tantoſt aprez le Maiſtre des Arbaleſtriers, & doivent eſtre les Mareſchaux en ſa Bataille. 6. Item le Roy s'il eſt en l'Oſt ne doit chevaucher, ne les autres Batailles ne doivent chevaucher, fors par l'ordonance & le conſeil du Conneſtable. 7. Item, le Conneſtable a la cure de envoier meſſages & eſpies pour le fait de l'Oſt, par tout où il voit qu'il appartient à faire, & deſcouvreurs, & autres chevauchies, quant il voit que meſtier en eſt. 8. Item le Conneſtable a de tous ceux qui ſont retenus à gages le Roy une journée pour ſon droit, déſque ils ſont retenus, & dés que ils prennent le premier paiement, puet le Conneſtable recevoir ſon droit ſe il li plaiſt. 9. Item, de ceux qui ne prennent gages du Roy, mes ont aucun certain ſalaire, ou reſtitution d'argent, ou d'autre choſe, puisque l'en chevauche à Banniere deſploiée, le Conneſtable doit avoir ſon droit pour le ſervice deſſus dit, ſur ceuls qui prennent gaiges, deſpens, ſalaires, ou reſtitution, ſi comme deſſus eſt dit. 10. Item, le Conneſtable prant devers les Treſoriers de la Guerre ſes droitures de tous ceuls qui comptent pardevers luy. C'eſt aſſavoir une journée autant comptent par jour, quelle ſomme que ce ſoit. 11. Item, le Conneſtable prant une journée de ſodoiers de cheval & de pié qui ſont devers la retenuë du Meſtre & du Clerc des Arbaleſtriers, & le Meſtre & le Clerc des Arbaleſtriers en prennent un autre. Et ainſi eſt il accouſtumé dés tousjours du temps paſſé. Iſta jura Conſtabularii Franciæ fuerunt extracta de quodam Regiſtro antiquo Cameræ Computorum D. Regis cooperto corio viridi, in quo ſunt III c XXXVI. *folia virtute Litterarum Regis de mandato in dicto Regiſtro ſutarum fol.* IX. xx. III. *& de præcepto Dominorum die* XXVIII. *Novembr.* CCC. IIII xx. *michi facto. Signat. Radulphi.*

Præallatis hæc etiam lubet addere ex MSS. Peiresciianis deſcripta. *Philippe par la Gr. de D. Roy de France, Sçavoir faiſons à tous preſens & à venir. Que ſur ce que noſtre tres-cher & feal Couſin Raoul Comte de Eu, Conneſtable de France, diſoit & maintenoit que ceux de noſtre lagnage, & les Princes & Prelats, & Barons dehors de noſtre Royaume, & toutes maniers de gens de cheval & de pié de quelque condition qu'ils ſoient, qui prengnent gages ou argent ſur Nous, luy doibvent telles droitures, comme ſes predeceſſeurs oudit Office ont auccouſtumé, à prendre ſur les ſoldoiers qui prengnent gages, ou argent ſur Nous, & que de ce nul ne prengne gage ou argent ſur Nous, ne s'en puet, ou doit exempter; aucun de noſtre lignage & autres maintenant le contraire, Nous voulons ſur ce ſavoir la verité, nous en ſommes informez par ceux qui miex en pevent & doibvent ſavoir la verité. Et aucuns trouvent que noſtredit Couſin, & ſes predeceſſeurs oudit Office, doivent prendre & avoir droiture de toute maniere de gens d'armes & de pié qui prenoient gages ſur Nous, ou ſomme d'argent, pour nous ſervir à certain nombre de gens d'armes ſoient avec ceux de noſtre lignage, ou autres de noſtre Royaume, & de hors, de quelconque eſtat & condition qu'ils ſoient, qui ſervent és hoſts de Nous, ou de nos gens pour Nous, exceptez toutevoies les perſonnes de noſtre lignage, ceux de leurs hoſtieux, leſquiex il maintiennent de cous & de frais. & qui ne prennent nus gages, ou ſommes d'argent, comme dit eſt, & tous ceux qui nous ſervent au leur ſans prendre gage ſur Nous, ou ſomme d'argent en la maniere deſſus dite, & exceptez les ſoudoiers de la Mer, eſquiex noſtredit Couſin n'a nul droit. Et ce declarons-nous par ces Preſentes au proffit de noſtredit Couſin & de ſes Succeſſeurs, & voulons qu'il puiſſe demander, prendre, lever, & avoir doreſnavant leursdites droitures à la maniere deſſus dite ſans nul empeſchement, lequel empeſchement Nous pour le temps à venir mettons du tout a neant, ſaouf toutefois noſtre droit en autres choſes, & en toutes l'autruy. Et donnons en mandement par ces meſmes Lettres à tous ceux à qui il puet, & pourra appartenir, que des droitures devant dites a tous jours mais laiſſent jouir paiſiblement noſtredit Couſin & ſes ſucceſſeurs oudit Office, & les baillent & delivrent à noſtredit Couſin & à ſes ſucceſſeurs Conneſtables de France ſans nulle difficulté, & ſans autre mandement attendre de Nous, ou de nos ſucceſſeurs Roys de France. Et pour ce que les choſes deſſusdites ſoient fermes & ſtables à tousjours, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes Lettres. Donné à ſainte Levine, l'an de Grace* 1340. *ou mois de Febvrier.*

Conſtabularius Caſtri, ſeu Tribunus militum, qui caſtri aut oppidi cuſtodiæ adhibetur. Concilium Turon. an. 1163. can. 10. *In villis verò vel urbibus vel caſtellis, quæ Regis ſubſunt dominio, in quibus Conſtabularii ad tempus ſtatuuntur, &c.* Willelmus Brito l. 3. Philippidos:

Septuaginta viros equites peditesque trecentos
Gaſcolides ſecum Gilbertus habebat in arce,
Qui præfectus erat & Conſtabularius illis.

Hugo de Cleeriis: *Goffridus autem veniens præmiſit Conſtabularios ſuos, rogans ut oſtenderet ei qua parte ſederet.* Occurrunt ejusmodi Conſtabularii apud Richardum de S. Germano ann. 1193. Matth. Weſtmonaſt. pag. 309. Rogerum Hovedenum pag. 534. Robertum de Monte an. 1173. Walſinghamum p. 118. 226. &c. Vide Ducam c. 144. Fletam l. 1. c. 15. §. 3. c. 20. §. 78. l. 2. c. 31. ubi eorum officium deſcribitur, &c. & Edvvardum Cokum ad Littleton. ſect. 379. Apud noſtros etiam, vox eſt frequens. *Conneſtable de S. Malo*, apud Froiſſartem 1. vol. c. 17. *Conneſtable de Bourdeaux*, apud Berrium in Hiſtor. Caroli VII. de qua ultima dignitate, ac illius functione habetur Statutum Edvv. Regis Angliæ in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. Cameræ Comput. Pariſ. fol. 78. & 145. *Coneſtabiles portarum* in Statutis Mediolan. part. 2. c. 163. In Computo Bartholomæi *du Drach* Theſaurarii Guerrarum an. 1338. paſſim fit mentio *des Conneſtables des Communes, des Portes des Villes, des Sergeants, &c.* In Regeſto Cameræ Comput. Pariſ. ſignato C. D. fol. 231. deſcribitur Statutum Joannis Regis Franc. quo ſtatuitur, ut in poſterum, *tous pietons ſoient mis par Conneſtablies ou Compagnies de 25. ou. 30. hommes, & que chaque Conneſtable prenne doubles gages, & que les Mareſchaux pour les Genſdarmes & les Maiſtres des Arbaleſtriers pour les pietons aſſiſteront aux monſtres deux fois le mois.* Hinc *Conſtabularius Turris Londinenſis* non ſemel occurrit apud Scriptores Anglicos, de cujus Juriſdictione videndus Bractonus l. 5. de Eſſoniis c. 13. §. 4. Thom. Walſinghamus p. 147. &c. Hinc *Conſtabulatio Caſtri*, apud Continuatorem Florentii Wigorn. an. 1126. *Conſtabularia*, pro Centuria militari, apud Anonymum de Geſtis Friderici II. Imp. pag. 797. Ita vocem *Conneſtablie* pro turma militari, cui præeſt *Conſtabularius*, uſurpat. *Le Roman de Garin MS.*

Quinze mil furent en la Conneſtablie,
A cleres armes, as deſtriers de Nubie.

Willelmus *Guiart* ſub an. 1304.

Cil trouvent let autres mi voie,
Dont chaſcune Conneſtablie
Leur venoit au pont en aie.

Infrà;

Aſſemble ſes Conneſtablies.

Rurſum;

O eus une Conneſtablie
De ſoudoiers de Piguardie

Adde Chron. Flandr. cap. 113. & vide Meurſium in Κοντοσταῦλος.

Con-

Constabularii Parochiarum, seu villarum, *Conestables des Parosses* apud Froissartum 2. vol. c. 96. in sublevamen *Constabulariorum Hundredi*, ævo, ut dicitur, Edwardi III. introducti sunt, talem in villis potestatem habentes, qualem in Hundredis Constabularii Hundredorum. Sunt verò apud Anglos duo plerumque in quovis Hundredo Constabularii, totidemque in quavis Villa seu Parochia: & hi quidem *inferiores* & *Subconstabularii* appellantur, illi autem *superiores* & *capitales*. De ejusmodi Constabulariis egit Thomas Smith. l. 2. de Republ. Angl. c. 25.

Constabulariorum apud Italos quod fuerit munus, ita docet Marsilius Patavinus in Defensore pacis part. 1. c. 9. *Unus quidem cum Monarcha statuitur ad aliquod unum opus determinatum circa regimen Communitatis: tamen ut ducatum exercitus, sive cum generis successione, sive pro solius unicæ personæ periodo, quomodo instituebatur dux exercitus Agamemnon à Græcis. Vocatur autem officium hoc in Communitatibus modernis Capitaneatus, aut Conestabiliaria. Hic verò exercitûs dux de nullo se intromittebat judicio tempore pacis: exercitu tamen militante, dominus erat occidendi aut aliter puniendi transgressores.*

Constabularios, seu Κονοσταύλους habuere etiam Byzantini Imperatores inter officia Palatina. Hi præerant Francis ad Palatii custodiam addictis, uti exertè docet Pachymeres l. 1. c. 7. & nos pluribus ostendimus in Notis ad Willhard. n. 210. & ad Alexiad. p. 395. Francos verò à primæva sui origine Imperatorum custodiæ adhibitos, videtur innuere Ammianus l. 15. *Malarichus --- adhibitis Francis quorum ea tempestate in Palatio multitudo florebat, exactius jam loquebatur.* Erat autem is *Rector Gentilium*, adeò ut incertum sit an *Gentiles* appellati fuerint *Franci* ad Palatii custodiam adhibiti.

Conestabulus, Officium Monasticum, de quo ita Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacensibus MSS. c. 13. *Est frater cui est commissa obedientia, ut de equis curam habeat & mulis, quem nos vulgariter Conestabulum vocamus: ipse habet agasonem suum, qui capit curam de equis, qui ad ejus observantiam pertinent: --- habet autem in custodia sua totam avenam & hordeum Monasterii. --- sellas calcaria, frena, ferra habet in custodia sua, &c. Stabularium* vocat Udalricus l. 3. Consuetud. ejusdem Monast. c. 23.

Variè porrò *Comitis Stabuli* dignitatis appellationem efferunt Scriptores.

Comes Stabulariorum, apud Ordericum Vital. l. 3. p. 501.

Constabulus, habet Regino an. 807. Robertus de Monte an. 1173. &c.

Constabularius. Ugutio: *Stabularius, Stabuli Custos: unde Constabularius, & Conestabularius, & designat dignitatem officii, vel officium* Matth. Westmon. p. 356. & alii.

Conestabilis, Tudebodus l. 3.

Connestabulus, Fredegarius c. 30. 42. Gesta Dei per Francos p. 1179. Falco Benevent. an. 1113. &c.

Comestabilis, Petrus de Vineis l. 2. Ep. 58.

Comistabilis, Aimoinus l. 3. Hist. Franc. c. 71.

Constabulatus, Dignitas Comitis Stabulorum, apud Will. de Podio-Laurentii c. 34.

Comites Taifali, una è Vexillationibus Palatinis sub dispositione Magistri militum præsentalis, in Notitia Imperii l. 1. c. 31. *Taifalorum* septentrionalium populorum meminit Ammianus l. 17. Vide Pancirolum.

Comes de tertio denario, appellabantur Comites in Anglia, quod Comitatuum reditus pars tertia ad illos, qui iis donati erant à Principe, pertineret: quod ab ipso Caroli M. ævo obtinuit. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 18. & Lex Longob. l. 1. tit. 2. c. 10. *De compositionibus quæ ad Palatium nostrum pertinent, si Comes ipsam causam commoverit ad requirendum, illam tertiam partem ad eorum recipiant opus, duas verò ad Palatium, &c.* Capitula Ludovici Pii ad Legem Salicam c. 1. *Compositionis duæ partes ei contra quem testati sunt, dentur; tertia Comitis est.* Adde Capitula Caroli M. l. 3. c. 68. Liber Monasterii de Bello, apud Camdenum, & in Monastico Anglicano tom. 1. p. 315. *Consuetudinaliter per totam Angliam mos antiquitus inoleverat, Comites provinciarum tertium denarium sibi obtinere, inde Comites dicti.* Item alius Anonymus: *Comes est qui tertiam portionem eorum quæ de placitis proveniunt in quolibet Comitatu percipit: sed non omnes Comites ista percipiunt; sed hi quibus Rex hæreditariè, aut personaliter concessit.* Leges Edwardi Confess. c. 31. *De istis octo libris Rex habebat centum solidos, & Consul Comitatûs quinquaginta, qui tertium habebat denarium de forisfacturis.* Joan Brompton. p. 1038. *Præter tertium denarium, unde Hugo Bigoth est Comes.* Nec in Anglia duntaxat, sed etiam in Hungaria id obtinuit. Otto Frising. lib. 1. de Gestis Frideric. cap. 31. ubi de Hungariæ descriptione: *Hinc est ut cum prædictum regnum per 70. vel amplius divisum sit Comitatus, de omni justitia ad fiscum regium duæ lucri partes cedant, tertia tantùm Comiti remaneat.* Decreta Colomani Regis l. 1. *De tributis autem & vectigalibus, sicut Comitibus tertiam partem dari decrevimus, ita &c.* Quæ quidem vectigalium tertia pars, *jus Comitatus* dicitur in Decretis Andreæ Regis c. 24. *Comites jure Comitatûs sui tantùm fruantur: cætera ad Regem pertinentia, --- & duas partes castrorum Rex obtineat.* Vide *Advocatorum jura*.

Comes Thesaurorum, in l. 14. & 22. Cod. Th. de Divers. Offic. & Appar. Qui in provinciis Thesauros Principis servabat. Κόμης θησαυρῶν apud Palladium in Vita Chrysostomi p. 72. editionis V. Cl. Emerici Bigoti. *Comes Thesaurorum per Thracias* apud Ammianum lib. 29.

Dignitas etiam fuit in Palatio Regum Gothicorum Hispaniæ, ut ex Concilio Toletano XIII. colligitur.

Comites vacantes, qui post munus seu officium aliquod gestum, *Comitivam primi ordinis* consecuti sunt. Ita Jacobus Gotofred. ad leg. un. Cod. Th. de Comitibus vacant. ubi multa.

Comes vestiarii, in Notitia Imperii Occidentalis sub Comite sacrarum largitionum refertur, pro quo in Oriente, *Magistri lineæ vestis*, & *Magistri privatæ* ponuntur: illius erat *scrinium*, quod *Vestiarii sacri* appellatur in eadem Notitia, præeratque susceptioni earum vestium, quæ largitionibus Principis inferebantur.

Comes sacræ vestis, inter *Illustres* recensetur in leg. un. Cod. Th. Qui à præbit. Tiron. &c. præeratque vesti Principis ipsius.

Comes Urbanus, in Vita S. Adalberti Egmundani cap. 23.

Comes & Magister utriusque militiæ, in vet. Inscript.

COMESSALITER. Sidonius l. 1. Ep. 5. *Ticini cursoriam (sic navigio nomen) ascendi: qua in Eridanum brevi delatus, cantatas sæpe comessaliter nobis Phaëtontidas, & commentitias arborei metalli lacrymas risi.*

COMESTES. Chronicon S. Bartholomæi de Carpineto l. 4. p. 1273. apud Ughellum to. 6. Ital. sacr. *Constituens Gualterum de Camarda Comestem suum hujus restitutionis executorem.* Fortè Comestabulum. nisi *Comestes*, sit σύσσιτος, Conviva. Vide in hac voce.

COMESTIONES, quæ aliàs dicuntur *Pastus*, *gistum, prandium, convivium, &c.* vulgò *Mangeries*. Fori Bigorrenses art. 17. *Ex præcepto Comestiones non recipit Comes, nisi sex, unam à Vicecomite de silvis, &c.* Vetus Charta apud Labeum to. 2. Miscellan. *Exactiones quas Joannes --- Episcopus precibus Regis Ludovici prædicto Monasterio remiserat, videlicet in Quadragesima & Adventu Domini Comestiones, vel earum redemptiones, &c.* Charta Hugonis Comitis Marchiæ & Inculismensis an. 1241. in Regesto Inculism. *Pro Comestione verò rendali & jure quod habebamus in villa & in hominibus villæ*

Magniaci

Magniaci Prior de Botavilla reddet nobis & successoribus nostris Comitibus Engolism. centum solidos rendales. Adde cap. 3. de Præscriptionibus, Specul. Saxon. lib. 2. art. 12. §. 4. Bullam Gregorii IX. PP. ann. 1235. apud Ughellum tom. 1. pag. 83. &c.

Comestus. Charta Raimundi Abbatis Moissiacensis ann. 1212. in Regesto 30. Tabularii regii ch. 13. *Nuncius autem Comitis qui venerit ad recipiendum hæc prædicta, mittet panem suum, & Prior loci, ad quem venerit, faciet ei alia necessaria Comestûs bona fide.*

Comestio matutinalis, vulgò *le déjeuner*. Chronicon Montis Sereni ann. 1171. *Matutinalem Comestionem, quæ puerorum esse solet, &c.* in monasteriis scilicet.

Esus, eadem notione. Tabular. Nantoliense in Pictonib. an. 1342. *Amplius Dominus Prior habet à me unum esum cum duobus paris Epularum* coxatarum & assatarum ad opus & personam ejusdem Prioris.

COMESTORES. Isidor. lib. 10. Orig. *Comestor, à Comedendo satis.* Gloss. Gr. Lat. *Comestor*, κατα φαγάς. Ita MS. Sic autem appellabant nostri vel milites, vel potiùs apparitores & *servientes*, quos creditores, ex Decreto judicis, in debitorum ædes immittebant, qui illorum sumptibus alebantur, donec debita sua extolvissent. *Mangeurs*, in Consuetud. Turnacensi tit. 27. art. 17. *Mangeurs & gasteurs*, in Manuale placitatorum in Parlamento 1. Decembr. an. 1372. & in Charta laudata in Dissert. 29. ad Joinvillam. Concilium Turonense an. 1282. cap. 9. *Item Statutum provincialis Concilii contra illos qui ponunt Comestores in religiosis domibus dudum editum, ad illos extendimus qui ponunt hujusmodi Comestores vel custodes in domibus Prælatorum, aut aliarum Ecclesiasticarum personarum, etiam quarumcunque, quas simili sententia, auctoritate præsentis Concilii, innodamus.* Adde Concil. Redonense an. 1273. c. 4. & Andegav. an. 1365. c. 24. Charta Ludovici Hutini Reg. 1. April. 1315. pro Occitanis: *Item cum peterent quod Garnisiones servientium, seu Comestores non ponerentur pro debitis nostris vel aliis exequendis, sed exequerentur in bonis & personis debitorum per bajulos & ordinarios locorum suorum, quod pro debitis concessimus inter privatas personas contractis sub sigillis suis: serviens noster requiret ordinarium loci quod ea exequatur, nec exequetur dictus serviens noster, nisi dictus ordinarius negligens, vel plus debito differens fuerit super hoc requisitus. Et si ad hæc debitor se opponat, remittatur cognitio ad judicis sigilli sui examen, qui cognoscat de dubio evidenti. Nostra vero propria debita ubicumque sunt, per manum nostram, & non per aliam exequentur, nec pro hujusmodi debitis ponentur Comestores, seu servientium garnisiones, quamdiu invenire poterunt bonorum emptores, nisi hoc exigeret potentia, seu proterva contumacia debitoris.* Aresta Parlamenti Pentecostes an. 1285. in Reg. B. fol. 70. verso: *Quia per saisinas, custodes, sive Comestores qui in Viromandensi, Ambianensi, & Silvan. balliviis, in domibus & in locis debitorum pro debitis quæ debent, poni consueverunt, creditoribus ad nullum cedebat commodum, sed ipsis debitoribus ad maximum incommodum, cum bona sua consumerentur, de quibus deberent sua debita solvere, nullo de dictis debitis relevamine subsequente: Ordinatum fuit quod pro debitis, catallis, conventionibus, pro executione literarum D. Regis, seu aliarum quarumcumque personarum, hujusmodi saisinæ, custodes sive Comestores de cætero non ponantur; dum tamen ipsi debitores per captionem bonorum & corporum instituentur, si necesse fuerit. Poni tamen poterunt tantummodo pro enormi facto, vel in casu criminis, vel si aliquis vellet subterfugia quærere, & bona sua abscondere, seu distornare, seu ad alienum dominium transferre, vel esset ita inobediens justitiariis, quod non posset aliàs commodè justitiari.* Charta Ludovici Regis Franciæ ann. 1315. in 2. Regesto Philippi Pulchri Reg. ex Tabulario regio n. 209. *Cum peterent quod garnisones servientium, seu Comestores non ponerentur pro debitis nostris, &c.* Alia ann. 1318. in Tabular. Episcop. Ambian. *Cum peterent quod garnisiones servientium, seu Comestores non ponerentur pro debitis, &c.* Vide Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. c. 41. p. 362. Ludovicum Charondam ad Summam Ruralem Butelerii p. 234. Loisellum de Offic. lib. 2. c. 4. n. 51. &c. Cæterùm *Comesor*, pro *Comestor* dixit l. 18. D. de Ædilit. Edict.

COMETANEI, vel *Commetanei*, in Jure Hungarico, Contermini, quorum territoria & agri eadem *meta* iisdemque terminis distinguuntur.

COMETIA. Vide *Comitia*.

COMIATUS, Ital. *Comiato*, Licentia, venia, ex Latino *Commeatus*, quod verbum usurpatur non semel pro abeundi licentia: unde Græci recentiores κομιάτον & κομέατον eadem notione induxerunt, apud Hesychium & Leon. in Tact. cap. 7. §. 4. Atque inde Galli suum *congé*, vel *congé*, mutuati sunt. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 16. *Mulier si sine Comiatu viri sui velum in caput suum miserit.* Cap. 42. *Si --- aliquid de suo officio sine Comiatu facere præsumpserit.* Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 5. *Ut nullus eos debeat recipere in vassallatico sine Comiato Senioris sui, &c.* Tabular. Casauriense 1. part. c. 94. ch. 3. an. 901. *Ego Rimizo --- vendidi vobis Elperimo --- ad vestram proprietatem possidendum omnes ipsas res proprietatis meæ quæ mihi per cartulam obvenerunt à Ramburga filia quondam Gilonis conjuge Otteberti, per Commiatum memorati Otteberti viri sui, sicut in ipsa cartula mea continetur.* Alibi: *Ego Flora -- per consensum & Comiatum Petri viri mei dono & trado pro anima mea, &c.* Ibidem: *Ego Raymundus Comiatum dedi, (uxori) & consentiens sum.*

COMICILIUM. Descripsit Henricus Meibomius in Andronici Imp. CP. Aurea bulla. Diploma Alberti Ducis Brunsvvicensis an. 1309. in quo hæc habentur: *Et si proprietas bonorum jure terræ consuetudinario dari debet in comicilio: verùm quia id in desuetudinem propter defectum abiit, propter defectum comicilii, necessariò aliis adminiculis quæsitu & habitis, hujusmodi datio in publicam redigitur notionem.* Nescio an pro *Concilium* hæc vox sumatur.

COMICTIA, aut *Comictium*. Capitulare 5. Caroli M. incerti anni cap. 6. de Presbyteris seu Curionibus: *Neque ea quæ pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, sed semper Comictiis & contritionibus, aut rapina vivunt.* Dicant eruditiores, quid sibi hæ duæ voces velint, hîc enim hæreo: an *Comictiis*, positum pro *Comessationibus*, vel etiam pro *Conviciis*? Sed cum *rapina* adjungantur hæ voces, vix id crediderim. *Contritiones* videntur esse *oppressiones*.

COMICUS, pro libro Ecclesiastico sic appellato. Vide *Comes*.

COMINUS, Prope, juxta. Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis ch. 73. *Testamentum & breve memoriale de Ecclesia B. Martialis quæ est in pago Tolosano cominus fluvium, quod vulgariter dicitur Saucia.*

COMISTÆ, Valdensium sectarii, in Constitut. Friderici Imp. de Hæretic. ab urbe *Como* in Lombardia, cujus incolæ potissimùm hac infecti erant hæresi. Vide Matth Paris pag. 589.

COMITALADUS. Charta Raimundi Berengarii Marchionis Provinciæ ann. 1229. apud Jo. Columbum in Episcopis Sistaricensibus lib. 3. n. 10. *Damus Radulpho Sistaricensi Episcopo Albergum sive Comitaladum de Revesto & de Fontiana castrorum nostrorum.* Idem fortè quod *Comitatus*, seu feudum vel dominium.

COMITANTIA, Comitatus, comitiva, apud Ericum Upsaliensem lib. 1. Hist. Suecorum. p. 17. *Quanta fit virorum pugnatorum in nostrâ Comitantia multitudo.*

COMITARE. Vide *Comitari*.

COMITATENSIS, Qui in sacro Principis Comitatu militat, vel qui ad sacrum Comitatum spectat, ut

Comitatensis fabrica, apud Ammianum lib. 18. *Comitatense auxilium*, apud eundem lib. 19. *Comitatense exercitium*, apud Ennodium lib. 4. Epist. 33. ubi Senarium *virum Comitatensis exercitii* appellat, qui inter Exceptores merebat. Præsertim vero *Comitatenses* appellabant *Palatinos*, qui scilicet in officio erant utriusque Comitis largitionum, ex quorum numero seligebantur qui in provincias mitterentur; unde & *Mittendarii* dicuntur, ut est in Glossis Basilic. de quibus suo loco.

Comitatenses numeri, qui in Comitatu & Palatio merebant. Horum mentio apud Ammianum lib. 29. in Notitia Imperii, & in Cod. Th. non uno loco. Vide Jac. Gotofredum ad l. 18. de Re milit.

Comitatenses largitiones, in l. 7. Cod. Th. de Palatinis, eædem quæ *Sacræ largitiones*. Vide *Comes largit*.

COMITATURA, idem quod *Comitatus*, dominium, *Seigneurie*, in Tabulario S. Bertini. Vide infrà *Comitatus*.

COMITATUS, Palatium, aula regia, locus ubi Rex aut Imperator moratur, seu, ut definit Anianus ad l. 20. Cod. Th. de Decurion. *Ubi rerum domini fuerint; à Comitibus* dictus, seu Proceribus qui in aula commorabantur: sic enim Proceres Curiæ appellatos supra ostendimus. Κομιτάτ☉ Palladio in Vita Chrysostomi p. 73 77. &c. Marcellinus Comes: *Divi Valentiniani Magni cadaver Theodosius Princeps ab Italia reportatum apud Comitatum regio in sepulchro recondidit.* Alibi: *Amputata apud Comitatum auricula.* Iterum: *Solus Laurentius Anastasium Imp. in Palatio pro fide Catholica sæpe convincens apud Comitatum, ac si in exilio relegatus, retentus est.* Acta S. Sebastiani c. 4. *Proficiscentes ad Comitatum cœli.* S. Ambrosius in Obitu Valentiniani: *Jussit eam ad Comitatum venire.* Sulpitius Severus de Vita S. Martini lib. 3. *Eodem ferme tempore quo primùm Episcopus datus est, fuit ei necessitas adire Comitatum.* Capitula Caroli M. lib. 6. c. 257. *Presbyteri qui contra Canones adversùm nos ad Comitatum -- ire voluerint.* Hincmarus in Opusc. LV. Capitulor. adversùs Hincmar. Laudun. c. 6. *Ad quamlibet provinciam sine meis litteris regulariter proficisci vel mittere longiùs ad Comitatum comministrum tuum non potes. Gloriosissimus Comitatus*, apud S. Augustinum Epist. 68. 129. 152. Senatorem lib. 1. Ep. 78. 27. lib. 2. Ep. 20. lib. 3. Ep. 22. &c. occurrit passim. Vide Fragmenta S. Hilarii p. 49. Canones Eccl. Afric. c. 93. 97. 106. Liberatum Diacon. c. 10. Alypium Antiochen. in Descript. orbis c. 25. & Juretum ad Symmachum, lib. 2. Ep. 83.

Comitium, Comitatus. Acta Episcopor. Cenoman. p. 303. *Vir quoque illustris, præfulgens in sæculo divitiis, usque in sui potestate, Comitii idem videbatur locus fore, &c.*

Comitatus, Comitis, seu judicis dignitas, districtus, jurisdictio, territorium. Papias, & Jo. de Janua: *Comitatus, Comitis dignitas, vel terra, sive tantum spatium, quantum unus Comes tenet.* Guillelmus Apul. lib. 1. de Gest. Norman.

——— Numero cum viribus aucto
Omnes conveniunt, & bis sex nobiliores,
Quos genus & gravitas morum decorabat & ætas,
Elegere duces: provectis ad Comitatum
His, alii parent. Comitatus nomen honoris
Quo donantur erat.

Comitatus, apud Anglos, est locus publicus in quo Vicecomes uniuscujusque provinciæ, quæ apud illos Comitatus nomen obtinet, jurisdictionem suam exercet. Cowell. Ingulfus, de Alfredo Rege Angliæ: *Exemplo namque, Danorumque colore, etiam quidam indigenarum latrociniis ac rapinis incendere cœperunt. Quos cupiens Rex compescere, & de hujusmodi excessibus cohibere, totius Angliæ pagos & provincias in Comitatus primus omnium commutavit, Comitatus in Centurias, i. Hundredas, & in Decimas, i. Trithingas, divisit. &c.* Joan. Fortescutus de Legibus Angl. c. 24. *Regnum Angliæ per Comitatus, ut regnum Franciæ per ballivatus distinguitur; ita ut non sit locus in Anglia, qui non sit infra corpus alicujus Comitatûs. Comitatus quoque dividuntur in Hundreda, quæ alicubi Wapentagia nuncupantur: Hundreda verò dividuntur per villas, &c* Vide leges Henrici I. c. 31. 41. 48. 51. 59.

Comitatus, Conventus juridicus qui fit in Comitatu seu provincia, vulgò *Assisia*, Comité. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 51. *Summoneatur Comitatus 7. dies antea.* Cap. 53. *Qui secundùm legem submonitus à justitia Regis ad Comitatum venire supersederit, &c.* Quoniam Attachiamenta cap. 48. §. 14. *Quod debet diebus fori, vel in Ecclesia proclamari, vel in Comitatu diversis vocibus.* Statuta secund. Roberti I. Scotor. Regis cap. 21. §. 1. *Et ad hoc probandum invenerit plegium ad proximum Comitatum, seu ad proximam curiam, &c.* Fleta lib. 2. cap. 52. §. 2. *Nullus Comitatus teneatur nisi de mense in mensem.* Vide Leges Willelmi Nothi cap. 64. & Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 11. §. 1.

Comitatus, Territorium urbis, jurisdictio loci alicujus suis finibus circumscripta. Charta Dagoberti Regis Francorum apud Freherum lib. de Lupoduno: *Omnes res juris nostri in pago Laudenburgensi, & quidquid ad nostram urbem ambulare visum est, & omne quod ad fiscum nostrum pertinebat; excepto stipe & Comitatu, ex eo nihil dimittentes, tradimus totum ex integro* Quæ quidem repetuntur in variis Regum & Impp. Confirmationibus p. 22. Charta divisionis Imperii Caroli M. *Has civitates cum suburbanis & territoriis suis atque Comitatibus, quæ ad ipsas pertinent -- accipiat Karolus.* Charta Henrici II. Regis Angl. apud Rogerum Hoved. *Castellum de Notingham cum Comitatu: &c.* Matth. Paris ann. 1234. de Civibus Romanis: *Præterea Comitatum suum --- metis novis & amplis, jubente Senatore, voluerunt sibi appropriare.* Mox: *Infra metas illas continentur quædam prædia & etiam civitates & castra --- quas Comitatui suo assignare præsumunt.* Albertinus Mussatus lib. 10. c. 2. *Ne licentiosior his abutatur concessionibus, timendum esse & urbi & Comitatui.*

Hanc porrò *Comitatûs* pro territorio appellationem à Longobardis fluxisse tradit Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Frid. cap. 12. *Cumque tres inter eos ordines i. Capitaneorum, Vavassorum, & plebis esse noscantur, ad reprimendum superbiam; non de uno, sed de singulis prædicti Consules eliguntur, neve ad damnandi libidinem prorumpant, singulis pene annis variantur. Ex quo fit ut tota illa terra intra civitates ferme divisa, singulæ ad commanendum secum diocesanos compulerunt, vixque aliquis nobilis, vel vir magnus, tam magno ambitu inveniri queat, quin civitatis suæ non sequatur imperium: consueverunt autem singulis singula territoria ex hac comminandi* (f. commanendi) *potestate, Comitatus suos appellare.* Hodie Itali *Contado*, villam, pagum, rus, vicum vocant: unde *Contadini*, rustici, qui ex pagis aut ex rure sunt. Academici Cruscani: *Contado propriamente tutto il paese fuori della citta che sia sotto al dominio d' essa.*

Comitatulus, exiguus Comitatus, in Diplomate Henrici I. Imp. apud Baron. an. 1014. n. 9. quo sensu usurpasse Italos vocem *Comitatus* observavimus: *Quatenus --- quemdam Comitatulum, qui in valle Auxula infra ipsius Episcopatûs parochiam adjacere dignoscitur, prædictæ Ecclesiæ cum omnibus functionibus, quæ de ipso Comitatulo publicæ parti pertinent, concederemus.*

Comitatum, neutro gen. Joannes VIII. PP. in Epist. ad Bosonem: *Ideo rogamus, ut eorum Comitata in Provincia posita --- securiter habeant.*

Comitatus. Dominium, *Seigneurie*. Lambertus Ardensis: *Eò quòd totus terræ Popelingharum Comitatus, & universi juris & denominationis potestas ad ipsum pertinebat*, Infrà: *Hic unum Polkinum vel bussellum frumenti, hic duos vel plures, --- hic quantamcunque possessiunculam, hic quemcumque terræ alicujus Comitatum --- obtulit.* Idem; *In primis arbores quasdam quæ in Comitatu*

Ghisuensis Comitis -- plantata erant, abscindere cœperunt. Charta Guillelmi Comitis Flandr. ann. 1128. *Guillelmo Grosso homini meo, Comitatum mansionum suarum quas in Ministerio S. Bertini possidet, benevolè concessi & dedi.* Alia ann. 1211. *Emerunt 2. mensuras maresci --- scilicet in Comitatu, & in omni jure alio liberè ... possidendas.* Chronicon Andrense ann. 1214. *Quosdam homines nostros de Hottinghem occasione Comitatûs diu & multum vexaverat --- calumniam remisit, & eundem Comitatum Ecclesiæ possidendum perpetuò concessit.* Idem Chronicon: *Coram nobis recognovit se quemdam Comitatum, quem super quosdam homines cœnobii Andrensis habuerat, ipsi cœnobio in eleemosynam contulisse.* Charta Guidonis Comitis Pontivi in Tabul. S. Judoci: *Dedi Ecclesiæ præfati Confessoris 7. aquatias apud Waben, & unam apud Stapulas, & Comitatum à mari usque Montavvis &c.* Charta ann. 1228. *Confirmo Ecclesiæ S. Bertini Comitatum totius terræ suæ apud Sauvinghem.* Alia ann. 1241. 14. *denarios cum omni Comitatu & dominio quod ibi habebam.* Charta Widonis Episcopi Ambianensis: *Dimisit totam advocationem & Comitatum villæ Costenceii, atque sibi adjacentis territorii, excepto quod Milites ejus de ipso Comitatu suo beneficio possidebant.* Charta Friderici Episc. Tarvanensis ann. 1270. apud Miræum in Donat. Belg. cap. 120. *Ut sit regalis, franca, sine resorto, aut Comitatu -- villa S. Hermetis.* Ita veteres passim Chartæ in Hist. Guin. pag. 25. 26. 27. 262. apud Malbrancum lib. 8. de Morinis cap. 46. 85. lib. 9. cap. 5. 31. 35. lib. 10. cap. 10. 18. 38. 40. lib. 11. cap. 21. Miræum in Donat. Belg. lib. 1. cap. 65. lib. 2. cap. 25. 56. 57. in Diplom. Belg. lib. 1. cap. 66. lib. 2. cap. 34. 41. 44. in Cod. donat. cap. 50. 68. 70. 75. in Hist. Francomerovingica pag. 809. 810. 837. 880. 1026. 1028. 1031. 1036. 1048. apud Ubbon. Emmium in Groninga pag. 53. 54. 55. in tom. 2. Hist. Leod. pag. 108. apud Ughellum tom. 5. Ital. sacr. pag. 182. 245. &c. *Comté*, in Tabulis Gallicis. Charta Arnulphi Comitis Guinensis ann. 1264. apud Duchesnium: *A vendu Espelleke & le fons & le Comté, & toute la droiture laquelle li devant dit Gilles avoit en iceluy.* Alia anni 1280. *Et en rente ke jou avoie à Campaignes, & en le Contée, & és ruës, & és Communitez, &c.*

Comitatus, pro ipsa quæ dominii jure pensitatur præstatione interdum sumitur. Charta Eustachii Com. Boloniæ ann. 1122. apud Malbrancum lib. 9. de Morin. cap. 35. *Ab omni Comitatu & omnimoda consuetudine, necnon ab omni prorsus exactione liberam --- terram, &c.* Alia Philippi Regis Fr. ann. 1063. *Sex mansa terræ liberæ à Comitatu.* Alia Idæ Comitissæ Bonon. ann. 1096. *Ab omni Comitatu & censu tributario libera.* Eadem habentur apud Miræum in Cod. Donat. Piar. cap. 50. 68. 70. 75.

Comitatus, pro, *facultas*, Commeatus, Ital. *Comiato.* Vetus diploma apud Ughellum in Sulmonens. Episcop. *Ut Domnus Carolus Rex judicavit, & in suo Capitulare affixit, ut quæcumque fœmina potestatem habeat per comitatum viri sui res suas vendere*, hoc est viro suo Comitata, nisi legendum sit *Comiatum*, quod puto. Vide *Comiatus.*

COMITES, *Modioli, vel humeruli.* Glossæ MSS.

COMITIA, *Cometia*, Comitatus, seu Comitatus districtus, vel etiam Dominium, uti vox *Comitatus* sumitur. Charta Henrici Comitis Palatini Rheni ann. 1197. apud Brouverum lib. 15. Annalium Trevir. & Freher. in Orig. Palat. 1. part. c. 11. *Nos à Comitibus de Spanheim 650. marcas mutuò accepimus, & pro hac pecunia Comitiam in Meinevelde ex illa parte Mosellæ super petitione annonæ & denariorum & aliorum quæstuum, eis in pignore dedimus.* Et infra: *Impignoravimus eidem Comiti pro eadem pecunia sub eodem tenore villas quasdam Engelstad & Hedeneshem has 2. villas cum Comitia pro 550. marcis.* Chronicon. Episcopor. Mindensium pag. 730. & 745. *Ecclesia Mindensi in ejus gratiam donat Comitiam liberorum in Steynvverd, &c.* Charta Ludovici Comitis Palatini Rheni ann. 1273. apud Freherum Part. 2. Orig. Palat. *Godfrido Comiti Seynensi Seynensem propter suæ probitatis merita & servitia --- Comitiam cum omnibus suis pertinentiis contulimus titulo feodali.* Vide eundem parte 1. pag. 81. 82. *Comitia de Monte*, apud Cæsarium lib. 8. cap. 26. *Comitia de Rinecke* lib. 9. cap. 48. Occurrit præterea in Speculo Saxonico lib. 3. art. 53. 64. in Jure feudali Saxonum cap. 36. in Chron. Aulæ regiæ c. 1. 5. 9. &c. in Hist. Archiep. Brem. ann. 1133. 1144. & 1350. apud Hermannum de Lerbeke in Chron. Comitum de *Schovvenberg* non uno loco, Henricum Aquilonipolensem in Adolpheide cap. 3. & de Primordiis Lubicanæ Urbis c. 2. in Chronico Mindensi ab H. Meibomio edito non semel. *Comitia Palatina*, dignitas Comitis Palatini, in libro de Fundatione Monasterii Gozecensis pag. 229. Vide Notas nostras ad Cinnamum.

Cometia, eadem notione. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 3. *Sub iisdem ferme diebus -- Rusticus Desiderii Germanus Archidiaconatûs officium in urbe Ruthena suscepit: Siagrius quoque hoc tempore Cometiæ indeptus est.* Helmodus lib. 1. c. 50. *Adolphus accepit Cometiam terræ Nordalbingorum.* Adde Albertum Stadensem an. 1106. 1112. 1133. 1138. 1139. Arnoldum Lubec. lib. 3. c. 1. lib. 4. cap. 9. 11. 22. & Metropolim Salisburg. tom. 3. p. 497.

Comitia, tiæ, pro Curia generali. Vetus Charta in eadem Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 30. *Dum præfatus Dux in civitate Ratisbonensi celebrem postea ageret comitiam, causa nostra coram principibus & optimatibus terræ nostræ, ipsis Advocatis astantibus, solenniter innotuit.*

COMITIACUS, Dignitas, cujus formulam exhibet Senator lib. 6. Ep. 13. lib. 7. Ep. 31. Erat autem ille Vicarius *Principis* (officialis ita dicti) in urbe Roma. Vide *Senatorem.*

COMITIANA, κομιτιανὴ, in Novella 8. Justin. c. 2. pro *Comitiva*, vel *Comitatu.*

COMITIANI, Officiales *Comitis Orientis*, in l. 18. Cod. Th. de Cohortal. Sic etiam appellantur Officiales *Comitis domorum*, in Novella Justin. 30. cap. 1. & 2. Concil. Calchedon. act. 10. p. 302. τίς ποτε γυμνώσας ... -- Κομιτιανοὶ ταχα ..., ἦλθε.

COMITIARI, Colloqui, conversari cum aliquo. Isidor. in Gloss. *Comitare, loqui in Conventu, eundo, redeundo, ambulando*; forte *Comitiare.* Ducta autem metaphora ab iis, qui *Comitiis* publicis interesse solent. Guillelmus Bibliothecarius in Vita Paschal. II. PP. *Comitiari cum excommunicatis, Rex, nosti nos non debere, nec posse, eò maximè, cùm Comitiis tuis interesse non liceat, dum contingat abesse, qui omnium nostrûm debuit interfuisse primus*; ubi *Comitium* est colloquium. Vide Salmasium ad Tertulliani Pallium p. 388.

COMITIVA, Comitis dignitas. *Sacri Patrimonii Comitiva*, in vet. Inscript. apud Sirmondum ad Sidonium: *Apparitor illustris Comitivæ sedis*, in Collat. Carthag. 1. I o. tunatus de Vita S. Medardi c. 6. *Pontificatûs in Ecclesia culmen, & in privatis Comitivam honoribus exercuit.* Occurrit passim in Codice Theodos. & Justinian.

Comitiva idem quod *Obsequium*, Comitatus viæ, Italis *Comitiva*, *Compagnia propriamente che accompagna per honorare*: Gallis, *Suite.* Bromptonus in Henrico II. *Filio suo mandavit ut sororem suam & comitivam ejus reverenter susciperet.* Henricus Rebdorf, an. 1360. *Cum solemni Comitiva armatorum illuc venientibus.* Matth. Paris. an. 1249. *Pro recuperatione & defensione jurium nostrorum tam in cismarinis quàm in transmarinis partibus, ad quas nuper misimus comitivam, &c.* Thwrocz. *Perrexit cum bona comitiva militum.*

Comitivæ, etiam dictæ Prædatorum militarium Cohortes, quas vulgò *Societates* appellabant. *Comitiva*, Bri-

Brigata, *Compagnia di Gente*, Italis. Bulla Urbani V. PP. apud Waddingum an. 1364. n. 12. *Impietas quorumdam virorum crudelium, quos sub titulo Comitivarum, seu Societatum immanitas congregavit.* Alia an. 1365. n. 2. *Litteras ipsas & processum, quem contra Comitivas impias fecimus vobis, per harum bajulum destinamus.* Bulla Gregorii II apud eund. an. 1373. n. 8. *Ne faciant comitivas --- suis colligatis & fidelibus morituras.* Thomas Walsinghamus an. 1366. *Interpellaverunt auxilium Regis Angliæ contra magnas Comitivas quæ debacchabantur in Francia, &c.*

COMITIUM, Placitum. Charta an. 1123. apud Hieron. Vignerium in Stemmate Alsatico p. 110. *Cartam D. Leonis PP. & avi sui Gerardi fecit legere coram se ac principibus suis, quæ nihil quæstûs Advocatis in familiam S. Crucis ostendit, nisi tria Comitia per annum, in quibus quidquid judicio vel decreto Scabinorum, conditionaliter fuerit conditionatum, duas partes Abbatis Villicus, tertiam partem accipiet Advocatus.* Vide *Advocatus*, & *Comitiare*.

COMITORES, apud Catalanos dicuntur, qui in ordine Militiæ, seu Vassallatûs post Vicecomites, & ante *Vavassores*, recensentur in Actis antiquis. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 2. *Qui interfecerit Vicecomitem, vel vulneraverit, sive desonoraverit in aliquo, emendet eum sicut duos Comitores, & Comitorem sicut duos Vavassores.* Cap. 19 *Placitare verò debent cum Comite Vicecomites, & Comitores, & Vasvassores sui, nec non & Milites ubicumque eis mandaverit infra suum Comitatum.* Cap. 71. *de Curia Principis: Sunt in ea Principes, Episcopi, vel Abbates, Comites & Vicecomites, Comitores & Vasvassores, Philosophi & sapientes, atque Judices.* Vox etiam nostris nota. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 75. *Comitores de Lugerac prius condonaverant Deo & S. Eparchio illum mansum de Chasenvilla, &c.* adde fol. 123.

Comptores, in Charta Philippi Regis Franc. an. 1306. pro Ecclesia Mimatensi, in Regesto Philippi Hutini Regis Fr. fol. 55. *Et super Barones, Comptores, Castellanos & alios nobiles, &c.* Ita fol. seq. Et in Tabulario Celsiniacensi: *Petrus Monachus de Cazlada acquisivit in guadio totum censum de obedientia S. Maximini: videlicet de annona & de denariis, & de uno de Comptoribus de Murol, de Petro Comptor, & de uxore Calixti, & donavit ipse Petrus Monachus propter hunc censum ad supradictos Compsores 60. solidos Claromontenses, ad unumquemque 20. solidos.* Vide quæ de ejusmodi Comitoribus commentatur Andreas Boschus in Catalania p. 317.

COMITULUS, *Comitellus, parvus comes*, Joanni de Janua.

COMITUS. Vide *Comes*.

COMMALLIOLARE, Malleo in ære incidere. Hygenus: *Quicumque modus limitem excedit, commalliolari debet.*

COMMANDA. Vide *Commenda*.

COMMANENTES, Manentes, incolæ. Donationes factæ Eccl. Salisburg. c. 8. *Tradidit villam -- commanentes 30. cum sylva & venatione.* Vide *Mansuarii*, *Manentes*. Dictæ eæ mulieres, quas Concilia συνεισάκτους vulgò vocant, in veteri Cod. apud Henric. Valesium ad lib. 7. Eusebii cap. 30.

Commanentes, *Manentes*, &c.

COMMANENTIA, Mansio, *demeure*. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 20. *Unanimi benignitate consenserunt, ut cum ipsis & inter ipsos, quanto tempore vellet, commanentiam & consortium haberet.*

COMMANIPULARIS, *Simul cum alio manipularis*, Joanni de Janua. Gildas de Excidio Britan. *Sanguinarios, superbos, parricidas, commanipulares, & adulteros, Dei inimicos.* *Commanipulones*, & *Commanipulatio*, apud Spartianum in Pescennio nigro. Vide *Manipulus*.

COMMA. *Commaticus.* Gloss. Isid. *Commatibus, disciplinis. Commaticus, versificator.* V. infrà *Commaticus*.

COMMARCHIA, Confine, limes, Gallis, *frontiere*. *Comarque* in Consuet. Solensi tit. 14. art. 27. Wibertus in Vita Leonis IX. PP. cap. 14. *Odonem vicinæ Commarchiæ Francorum Comitem in B. præsulem concitavit.* Leges Alfonsinæ seu *Partida*, part. 2. tit. 1. lege 11. *Marques tanto quiere dezir como sennor de alguna gran tierra que esta en comarca de Reynos.* Tabular. Deiparæ Santonens. *Matrona nomine Hildegardis, mater Commarci Santonicæ civitatis nobilissimi Viri, fecit piscationem in flumine carentæ super montem & tenuit eam cum filio, usque quo Franco tenuit Commarcum in capitolio in prehensione sua captivum & compeditum, quem Fulco Comes veniens Santonas, secundum seniorum patriæ judicium liberavit.* Infrà verò Commarcus is vocatur *Gaufridus cognomine Martellus, &c.* Vide to. 4. Analect. Mabillonii p. 358. Acta Sancti Isidori Agricolæ num. 13. & Papebrochium tom. 3. Maji p. 418.

Commarchiani, Quorum *marchæ* vicinæ sunt. Histor. Erchemberti n. 32. *Invitatus itaque Lodoguicus Cæsar --- à Beneventanis, Capuanis, cunctisque Commarchianis ad tuitionem patriæ perditæ, &c.* Occurrit in Lege Bajwar. tit. 11. §. 5. tit. 16. §. 2. tit. 21. §. 11. & in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 695.

Commarchus, seu *Comarchus*, ut habet Joannes de Janua, *Princeps super Comites*. Gloss. Lat. Gall. *Commarchus*, *Prince ou Comte*.

COMMATER, Mulier dicitur esse ei, cujus filium vel filiam de fonte baptismatis suscepit: vel è contra, mulier *Commater* est illius qui filium suum aut filiam suam de fonte baptismatis suscepit. Lex Longob. lib. 2. tit 8. §. 5. *Nullus præsumat Commatrem suam ducere uxorem.* Ita in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 100. lib. 6. cap. 316. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 6. *Non potero te habere conjugem, cùm Commatris adepta sis nomen.* Andreas Silvius in Chronico Marcianensi: *Domina mea, ex filia baptizata, Commater tua effecta est.* Vide Concil. Rom. sub Gregorio II. PP. cap. 4. Petrum Damian. lib. 2. Epist. 15. &c. *Commater spiritalis tam de sacro fonte, quàm de confirmatione*, in Responsis Stephani II. PP. c. 4. & in Concilio Wormatiensi ann. 868. cap. 34. in Conciliis vetantur Monachi pueros de fonte baptismatis suscipere, *Commatres habere*, aut *facere*, apud S. Gregorium lib. 3. Ep. 40. in Concil. Autissiod. c. 25. in Addit. Cap. 1. c. 16. Vide Filesaci Selecta lib. 1. c. 3.

Commaternitas, Affinitas inter *Commatres*, apud Hoclemium in Adolpho Markano cap. 3.

COMMATICUS, Incisus, brevis, ex Gr. Κομματικός. Gregorius III. PP. in Pœnitent. *Hanc Epistolam Commatico sermone perstrinximus.* Vide S. Hieron. Ep. 89. c. 2. & Epist. 21.

COMMEARE, Iter facere, non semel in Cod. Theod. leg. 16. 23. 27. de Cursu leg. 6. de Curiosis, &c. Breves *Commeare* dicuntur in leg. 2. e d. Cod. de Bonis vacant. cùm mittuntur. *Commeandi officium*, id est, navicularii, leg. 27. eod. Cod. de Navicul. *Frequentet maritimos Commeatus*, in leg. 7. eod.

COMMEATUS, idem quod *Comiatus*, de qua voce suprà: Licentia, facultas rei alicujus peragendæ. Concilium Vernense an. 755. can. 9. *Si quis Presbyter ab Episcopo degradatus --- aliquid de suo officio sine Commeatu facere præsumpserit.* Adde Concilium Compendiense an. 757. can. 3. 13. 16 Chrodogangum Metensem in Regula Canonicorum c. 15. Editionis verò Labei c. 5. in ejusdem Charta an. 763. apud Meurissium p. 167. Utuntur etiam Latini Scriptores veteres.

Commeatus, Scriptoribus Christianis, est vitæ prorogatio,

gatio, ſeu facultas vitam producendi à Deo impetrata. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: Domina ſoror, jam in magna dignatione es, tanta ut poſtulem viſionem, & oſtendatur tibi, an paſſio ſit, an Commeatus. Apud Palladium in Lauſiacis c. 86. Melania Evagrjo letaliter ægrotanti impetrat à Deo Καιρὸν κομιάτου, ἢ προθεσμίαν ζωῆς, vitæ prorogationem. Paulinus in Vita S. Ambroſii, Stiliconem & Magnates ad Ambroſium ægrotantem miſiſſe ſcribit, qui perſuaderent illi, ut ſibi vivendi peteret à Domino Commeatum. Marius Mercator l. Subnotat. c. 7. Si autem Deus vitæ Commeatum dederit, & ad retractandos hos optimos libros tuos --- tempus indulſerit, &c. Paulinus Nolanus Ep. 16. Deniqueſi dominus Commeatum donaverit, ut ad eum uſitato ſolenniter nobis tempore recurramus, &c. S. Fulgentius Ep. 1. de Conjugali debito: Sic ſum repentina corporis ægritudine correptus, ut febrium violenta nimietas Commeatum mihi vitæ præſentis auferret, niſi verus animarum corporumque medicus --- dignaretur medicinæ ſuæ largiri ſubſidium.

Commeatus, pro Refectione. Concilium Ænhamenſe an. 1009. can. 1. Canonicis honor fuerit, ſi Commeatum in Refectorio, ſomnum in dormitorio capeſſentes, Monaſterium teneant in caſtitate juxta Regulæ ſuæ rationem, & ut juſtum eſt.

COMMEMORARE, pro Commonefacere, admonere, ad memoriam revocare, crebrò utitur S. Auguſtinus, l. de Unitate Eccleſ. c. 11. l. poſt Collat. cap. 20. l. 1. Contra Creſcent, c. 38. &c.

COMMEMORATIO. Hanc vocem uſurpant Latini Patres pro ea recitatione nominum eorum quos Fideles vocant, quæ fiebat in ſacris Miſſæ Liturgiis. Avitus Viennenſis Epiſt. 4. Quos ſi abſque capitalibus culpis, in uſu conjugalis copulæ dies ſuprema recipiat, nec damnatione dignos putamus, nec à ſacrificio commemorationis excludimus. Adde Ep. 11. ſub finem.

Commemorationes defunctorum, in Concilio Bracarenſi can. 39. Vide Dyptichum.

COMMEMORATORIUM, Optato Milevitano l. 1. idem eſt quod brevis, ſyngrapha, libellus, Hadrianus PP. Epiſt. 71. Cod. Carolini: Obtulit nobis Commemoratorium, ut aſſerebat, veſtræ Excellentiæ exaratum, ſcilicet de electione Epiſcoporum Ravennatis Eccleſiæ.

COMMENDA, Commendatio, Commendare, &c. Commenda, Depoſitum. Curia Generalis Catalaniæ in Villa Montiſſoni an. 1289. ſub Alphonſo Rege Arag. MS. Statuimus quod aliqui homines non poſſint capi vel retineri in perſona pro aliquo debito, niſi eſſet commanda. Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1304. Scriptura commandæ ſeu depoſiti. Vide Foros Aragon. l. 1. tit. de Immunitate Eccleſiar. Geſta Innocentii III. PP. pag. 106. Columbum in Manuaſca l. 2. n. 42. Foros Morlanenſes. cap. 11. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. c. 1. Foros Jaccæ apud Blancam in Comment. rerum Aragon. p. 595. &c.

Commendare, Rem mutuo dare, apud alium deponere, Gloſſ. Lat. Græc. Commendavit, παρακατέθετο. Gregorius Turon. lib. 7. Hiſt. cap. 22. Quod verò commendatum habuit, publicatum eſt. Capitula Caroli Calvi tit. 32. cap. 5. Si ad caſum Dei aliquid commendatum habent, ipſe Epiſcopus, vel rector Eccleſiæ, ubi commendata ſunt, aut illis præſentaliter in præſentia Miſſorum noſtrorum reddant qui eas commendaverunt, &c. Adde Legem Alamann. tit. 5. §. 1. Bajwar. tit. 14. cap. 4. Longobard. lib. 2. tit. 27. &c.

Commendatio, eadem notione, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 45.

Commenda, Dare in Commendam, vel Commendare, Prædia, ac beneficia Eccleſiaſtica vel Monaſtica ſæcularibus vel aliis fiduciario jure concedere. Gloſſ. Græc. Lat. παρακαταθήκη, commendatio. Παρακατατίθημι, demando, commendo, παρατίθημι τὸ φυλακτησόμενον, commendo, depono. Luithprandus lib. 4. cap. 3. Commendavit illi, ſeu, quod verius eſt, in eſcam dedit Eccleſias. Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 13. Vetamus autem, ut nullus homo aut femina in ipſum jamdictum alodem guardam nec commandam neque nullam tullam non habeant, niſi ſolus Dominus, & beatiſſima virgo Fides, & Monachi Conchacenſis Monaſterii. Ch. 29. Et illum meum alodem, quæ habeo in Sentres, & tota commanda, & boſcos, & Pratos, &c. Ch. 250. Illam terram de Condadenſe, quæ eſt ſancti Salvatoris & ſanctæ Fide de Conchas, mittimus in commanda Bernardo de Naiago, & filio ſuo Umberto, &c. Radulphus de Diceto an. 1176. Eccleſiam Carnotenſium indulgentia Domini Papæ tempore longo commendatam obtinuit. Vita Benedicti XII. PP. Revocavit omnes commendas factas per prædeceſſores ſuos de Eccleſiis Cathedralibus & Abbatiis, quibuſcumque perſonis, Cardinalibus & Patriarchis duntaxat exceptis. Chronicon Senonienſe c. 20. Omnes obedientias fere ita ſibi retinuit, ut nullus Monachorum ſtatum Monaſterii --- ſcire poſſet; unde in aliis locis quæcumque habebat, commendabat. Atquæ ita vox Commenda accipi debet tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 355. Vide Ingulphum p. 871.

Commendarum auctorem fuiſſe aiunt Leonem IV. PP. ſed qui eum ab hoc abuſu eximere conantur, eas revera excogitaſſe propter irruptionem & invaſionem Saracenorum, & deprædationem Siciliæ, & maximæ partis Italiæ, in gratiam Epiſcoporum & Clericorum, qui ſuis Eccleſiis pulſi erant: factumque poſtea ut abuſus iſte longiùs ſerpſerit & propagatus fuerit.

Commendatio. Lex Longobard. l. 2. tit. 44. §. 2. Cæteri verò homines liberi, qui vel Commendationem, vel Beneficium Eccleſiaſticum habent. Id eſt, qui domino alicui ſe commendarunt, accepto ab eo beneficio, ſeu prædio.

Commendari dicebantur prædia, vel feuda, quæ ad vitam & ad tempus utenda alicui concedebantur. Pactus Legis Salicæ tit. 72. Si quis alteri avitam terram ſuam commendaverit, & ei noluerit reddere, &c. Will. Malmesburg. l. 2. de Geſt. Reg. Angl. c. 7. Provincia quæ vocatur Cumberland, Regi Scotorum ſub fidelitate jurisjurandi commendata eſt. Vide Henricum Huntindon. l. 5. p. 355. Hugonem de Cleeriis, &c. Guillelm. de Podio-Laurentii c. 40. Comes Toloſanus dictam terram --- Comiti Fuxenſi tenendam tradidit ex Commenda, reddendam ei quandocumque requireret ſine mora, & eam in vita ſua tenuit uſque modo. Adde cap. 45. Charta an. 1218. in Regeſto Carcaſſonenſi fol. 9. Noverint, &c. quòd nos Amalricus Dei Providentia Dux Narbon. Comes Tholoſ. & D. Montisfortis tradimus in Commenda dilecto & fideli noſtro Stephano Ferriol caſtrum de Monteaſtruc, ſalvo in omnibus jure noſtro, & ipſe ſub ſacramento nobis facto ab ipſo, nobis promiſit quòd in caſtrum illum non receptabit Pontium Manerii vel aliquem alium de inimicis noſtris, &c. Et ego Steph. Ferriol recognoſco me recepiſſe caſtrum de Monteaſtruc de Commenda dicti D. mei Amalrici, --- ſalvo in omnibus jure ſuo, & promiſiſſe ei ſub ſacramento homagii à me ſibi facti, quòd in dicto caſtro &c. Alia Charta Bernardi de Mercorio menſ. Januar. an. 1226. Not. fac &c. quòd D. Ludovicus Rex Franc. &c. mihi conceſſit caſtrum ſuum Gredonenſe cum omnibus pertinentiis ejus & cum omnibus illis quæ pertinent ad Vicecomitatum Gredonenſem tenenda de eodem Dom. Rege per totam vitam meam & poſt deceſſum meum hæc omnia ad ipſum -- revertentur. Diplomatis titulus ita concipitur, De recognitione D. Bernardi de Mercoria de Commenda Caſtri & Vicecomitatûs de Greiza ad vitam ſuam à Dom. Rege ſibi tradita. Ejusmodi Commendarum aliæ habentur formulæ ac diplomata in eodem Regeſto fol. 38. & in Regeſto Viennenſi fol. 59, Willelmus Guiart in Philippo Auguſto.

Si ravoit en ſa Commandie
La Duchée de Normandie.

Ut plurimùm autem commendabatur feudum à vassallo, cùm in longinquam aliquam expeditionem, aut peregrinationem, non continuò reversurus, pergebat: ut esset qui eo absente & militiam, & alia feudalia servitia Domino exhiberet, ne in commissum eorum defectu feudum caderet. Bifariàm verò commendabatur feudum à vassallo: interdum enim Domino ipsi, quandoque extraneo. Prioris Commendationis meminit Tabularium Monasterii Longi-Pontis in diœcesi Paris. *Dom. Guido Trossellus, postquam terram suam in manu Dom. Ludovici commendavit, eum subnixè rogavit, ut Ecclesiam sanctæ Mariæ de Longoponte ejusque habitatores custodiret, & omnes consuetudines & res quas ubique habebat, sicut in diebus suis, & decessorum suorum tenuerat, liberas & immunes esse concederet. Cujus precibus cum omni humilitate Dominus libentissimè annuit, &c.* Charta Ottonis Ducis Meraniæ & Comitis Burgundiæ an. 1225. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 313. *Nos non possumus commendare Comitatum Burgundiæ alicui, neque ponere extra manum nostram, nisi in manum Comitis Campaniæ.*

Prioris istius Commendationis rationem pluribus exponunt Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 182. *Qui se veaut partir dou pais, ou en aucune autre maniere laisser son Fié, il le doit commander au Seignor: car la Commande est plus seure chose; & mains y a de peril que l'extraier, par tel raison que se home commande son Fié, par l'assise & l'usage du Roiaume de Hierusalem, il le peut ravoir aprés un an & jour, toutes les fois que il le requerra sans autre amende que le Seignor y peut avoir, se il ne li comandoit au point que il fu semons d'aucunes de semonces, que aprés son dites, par que on pert son Fié toute plevine qui en deffaut, & se le Seignor l'a en sa main par la comande, & aucun autre se veaut mettre, le Seignor le li doit garentier, que autre ne s'i met. Et qui commande son Fié au Seignor, ou a son baill, par l'assise & l'usage doudit Royaume, le Seignor, ou le baill à qui lon le comande, le doit recevoir, ou dire que il ne veaut le Fié recevoir, se Court ne l'esgarde que recevoir le doie, & dire aucune raison pourquoi. Car il est plus seure chose au Seignor de recevoir le par esgart de Court, ou par connoissance, que autrement, &c.*

Non poterat tamen vassallus feudum suum domino *Commendare*, cùm ab eo ad aliquod servitium erat submonitus: quia commendatio ista dolo facta præsumebatur. Infrà: *Ne il ne le peut comander par raison, puis que il est semons de service, tant com celle semonce dure.* Quod c. 255. & 256. pluribus exponitur. Ratio autem quare vassallus commendatum domino feudum ab eo repetere non poterat, nisi post annum exactum, ea erat, ut nullum domino ejusmodi commendatio damnum afferret, & ut dum feudi reditibus fruitur, suis sumptibus, si aliqua necessitas urgeret, quempiam qui feudum deserviret, præficeret: unde si dominum intra anni curriculum contingeret decedere, licebat hæredi reliquo anni tempore feudum commendatum tenere: ut è contra, si vassallus intra annum fato fungeretur, illius hæres feudum, nisi exacto anno repetere non poterat. Denique licet ad plures annos feudum posset commendari, ea tamen commendatio vassalli vitam non excedebat.

Atque hinc percipimus, cur Guillelmo Episcopo Parisiensi, in Terram Sanctam profecto, anno 1102. Ecclesiæ Regalia in manu Regia remanserint, cum quoad spiritualia vicarios constituisset, uti docemur ex Tabulario Maurigniacensi ch. 90. in qua hæc habentur: *Hanc rem confirmaverunt Stephanus Archidiaconus, Fulco Decanus, Rainaldus Archidiaconus, in quorum manu Guillelmus Episcopus dimisit curam & providentiam Episcopalium rerum.* Et sub finem: *Tempore, quo hæc firmata sunt, erat in Hierusalem Guillermus Parisiorum Episcopus, & Episcopatus erat in manu Philippi Regis, qui benigno animo hæc omnia concessit, & regali auctoritate firmavit, &c.*

Ju[illegible]que Aragonum licebat vassallo feudum ad tempus Domino commendare, quo durante, ab omni servitio liber erat, licebatque ei non aliis modo, sed & Regi guerram facere: super qua re audiendus Eximinus Salanova Justitia Aragonum: *Per quem forum habes qualiter potest infancio se expedire à domino Rege, dimittendo beneficia Regi, si quæ tenet ab eo, & commendando uxorem, filios, & bona sua fidei Regis, quam expeditionem & comandam debet Rex recipere, & custodire fideliter, sicut dominus naturalis; qua expeditione facta, potest cum alio, vel aliis, guerram Regi facere: salvo quod non potest ignem in terram Regis apponere: & si ad campale bellum cum aliquibus venerit contra Regem, debet transire in adjutorium Regis cum equo & armis.* Vide Foros Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionatûs, & tit. seq. Præterea lib 7. tit. de Omnibus locis; &c.

Commendatio Vassallorum. Fulbertus Carnot. Epist. 6. *Hoc à vobis exigo, securitatem de mea vita & membris, --- de receptu Vindocini castri ad meum usum & meorum fidelium, qui vobis assecurabunt illud: commendationem vestrorum Militum, qui de nostro casamento beneficium tenent, salva fidelitate vestra, &c.* Id est, ut vassalos vestros, qui mei etiam sunt, mihi *præstare* velitis, Gall. *Prester.*

Commendare Ecclesiam dicuntur Patroni Laïci Ecclesiarum, qui Presbyteros ad eas deserviendas Episcopis offerunt, in Concilio Salegunstadiensi an. 1022. can. 13. Vide Concilium Bituricense an. 1031. cap. 22.

Commendatia, Concessio beneficii seu feudi ad vitam, Præstaria. Hujus formula habetur in Formulis veteribus apud Bignonium pag. 409. 1. Edit. Domesdei apud Spelmanuum: *Ibi liber homo Edrici Commendacia* (tenet) 20. *arc. & 3. bordag. & dimid. cer. fil. ad 10. porc. & valet 5. sol.*

Commendatio, Beneficium, seu prædium in *Commendam* alicui datum, in Lege Longobardor. l. 2. tit. 44. §. 2.

Commendare, Mandare, præcipere: *Commendatio*, præceptum, mandatum: *Commandement*: in Capitulis Caroli Calvi tit. 28. tit. 30. c. 6. tit. 31. c. 2. 23. 24. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 8. *Nemo ignotum vel vagantem ultra triduum absque securitate detineat, vel alterius hominem sine commendante vel plegiante.* Hinc potuisset Seldenus c. 46. Legum Willelmi Nothi interpretari: *Nuls ne receit hom ultre 33. nuis, si cil ne li comand od qui il fust avis.* Id est, nisi ei præcipiat ille cum quo est, vel cum quo venit: quo casu legendum fuerit *venu*. De hac voce vide Jacobum Gotofredum ad l. un. Cod. Theod. Quod jussu.

Commendati, dicuntur liberti, qui libertatem consecuti Patroni, seu manumissoris patrocinio se commendaverant. Quippe per *Chartam ingenuitatis* servo in libertatem adserto facultas, seu Ecclesiæ, seu alterius cujuscumque personæ, quæ ejus ingenuitatem tueretur, patrocinio se commendandi, ut patet ex Marculfo *l. 2. Form.* 32. &c. Canon Lugdunensis in Canonibus selectis apud V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 242. *Quicumque contrà libertos Ecclesiæ commendatos actionem habet, non audeat magistratui eos tradere, sed in Episcopi judicio, quæ sunt veritatis audiantur; quia justum est ut contra calumniatorum versutias defendantur, qui immortalis Ecclesiæ patrocinium concupiscunt.* Concilium Toletanum IV. can. 72. *Liberti qui à quibuscunque manumissi sunt, & Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, --- sacerdotali defensione à cujuslibet insolentia protegantur.*

Legibus verò Scaniæ editis ab Andrea Suenonis Archiepisc. Lundensi l. 6. cap. 5. servum, statim atque libertatem consecutus erat, *ex auctoritate consuetudinis approbatæ, ingenuorum aliquis suo generi conjungebat, eum in suum consanguineum eligendo, & qui pro factis ejus se sponderet*

deret responsurum, & hoc facto pro parte tertia præstandæ satisfactionis onus sentiebat, vel pro parte tertia recipiendæ satisfactionis lucrum percipiebat cum liberto, duplo minore semper liberto quàm ingenuo satisfactione pro homicidio attinente.

Neque tantùm liberti, sed quivis villarum incolæ, liberi & ingenui, qui sub dominorum tutela & protectione vivebant, & in signum ejusmodi protectionis certam præstationem annuam vel servitium iis exsolvebant, *Commendati* dicuntur. Scribit Lactantius l. de Mortibus persecutor. num. 21. apud Persas eum fuisse morem, *ut Regibus suis in servitium se addicerent, & Reges populo suo tanquam familia uterentur.* Leges Wisigoth l. 5. tit. 3. §. 1. *Si quis ei, quem in patrocinio habuerit, arma dederit, vel aliquid donaverit, ad ipsum quæ sunt donata permaneant Si verò alium sibi patronum elegerit, habeat licentiam cui se voluerit commendare; quoniam ingenuo homini non potest prohiberi, quia in sua potestate consistit, &c.* Adde §. 3. & 4. & Legem Longobardorum tit. 9. Tabularium Burgul.ense fol. 94. *Guillelmus Castri Mirabelli Princeps requirebat in Vosallia villa pravas consuetudines, & homines, quos Commendatos vocant.* Neque alii sunt de quibus agit Conventus Ticinensis an. 853. c. 3. *De liberis hominibus qui super alterius res resident, & usque nunc a ministris reipublicæ contra legem ad placita protrahebantur, & ideò pignerabantur, constitutum est, ut secundùm legem patroni eorum vos ad placitum adducant, &c.* Domesdei: *In eadem* (villa) *tenet Ailvvi commendatus antecessori* (Mallet) *60. acr. pro manerio, tempore Regis Edvvardi.* Alio loco: *Soca Abbatis in eadem 11. liberi homines 70. acr. & fuere commendati antecessori Malet, præter unum qui fuit* Commendatus *antecessori Rogeri Bigot, nomine Harainus.* Ex quibus patet Commendatos fuisse liberos homines, quibus licitum fuit cui vellent se se commendare. Ranfredus Jurisconsult. qui vixit sub Frederico II. in Ordine judiciario, tit. de Villanis: *Recommendati dicuntur, qui veniunt sub alienis partibus, & habitare volunt in civitate tua, elegit patrocinium tuum, & dicit, Domine, volo esse tuus recommendatus, ut habeamus tuam defensionem annis singulis, & serviam in Pascha vel in Natali duas gallinas, vel libram piperis, vel aliquid aliud. De istis multos invenies apud Neapolim in villis eorum & Bononiæ. Isti de jure nihil aliud debent conferre: sed Neapolitani ab illis multa exigunt, & ferè omnia, quæ exigunt Domini à vassallis.*

Interdum tamen ita clientelæ ac patrocinio Domini alicujus se se commendabant, ut obnoxiæ conditionis censerentur, & tanquam servi, si fugitivi essent, retraherentur, ut est in Lege Ripu. tit. 72. §. 5. Hac enim lege alterius potestati se commendabant, ut quoad viverent, de victu ac vestitu sibi ab illo caveretur, cui *ingenuili ordine*, hoc est absque ingenuitatis ac libertatis præjudicio, servitium & obsequium se se præstituros profitebantur, hoc addito quòd ab eo se subtrahendi potestatem non haberent, ut est in Formulis secundùm Legem Roman. c. 44. Diploma Ludovici Imp. filii Lotharii an. 24. pro Monasterio Casauriensi in Tabul. ejusdem Monasterii: *Vel quæ extrinsecùs ad eandem respiciunt cum servis & ancillis, cartulariis, commenditis, aldionibus, libellariis, &c.* Aliud ibidem: *Necnon etiam universos commenditos, cartularios, vel libellarios ipsorum.* Alibi *Commendati* dicuntur. Occurrunt passim in Chartis, apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ p. 215. 216. 226. 228. 231. Ughellum to. 2. p. 580. to. 5. p. 646. Perardum in Burgundicis p. 276. Duchesnium in Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 34. Vide *Affidati.*

Interdum ejusmodi Commendati servis ipsis accensebantur. Quoniam Attachiam. c. 57. §. 7. *Est autem tertius modus nativitatis & bondagii, cum aliquis liber homo pro Domino habendo vel manutenentia alicujus Magnatis, reddit seipsum illi Domino, suum nativum sive bondum in Curia sua per crines anteriores capitis sui, &c.*

Commendatio, Præstatio pro tutela & protectione. Vide infra, & *Salvamentum.*

Commendatus. Vassallus Domino fidelitate ac hominio astrictus: interdum obnoxius ratione beneficii & feudi, quod olim *Commendabatur* seu ad vitam concedebatur. *Qui in vassallitico commendati sunt*, in Capitul. Pipini Regis Italiæ cap. 36. Charta Caroli Magni pro divisione Imperii c. 5. *Et unusquisque liber homo post mortem Domini sui licentiam habeat se commendandi inter hæc tria regna ad quodcumque voluerit, similiter & ille qui nondum alicui est commendatus.* Nithardus l. 1. sub an. 840. *Et quoniam olim regnum Aquitaniæ Carolo donaverat, ut illi se commendarent, hortando suasit, jussit. Qui omnes commendati, eidem, sacramento fidem firmarunt.* Vide eundem l. 3. p. 371. Capitul. 3. an. 811. c. 8. Capitul. Pipini Regis Italiæ c. 13. Præceptum Lud. Pii pro Hispanis an. 816. Chartas 44. & 74. in Appendice ad Capitul. V. Cl. Steph. Baluzii, Legem Longobard. l. 2. tit. 9. §. 1. Concilium Duziacense I. part. 4. cap. 3. p. 253. & to. 13. Spicilegii Acher. pag. 314. 315.

Se in vassaticum alicui commendare, in Charta Privilegiorum concessorum Hispanis to. 2. Hist. Franc. *Noverint tamen iidem Hispani sibi licentiam à nobis esse concessam, ut se in vassaticum Comitibus nostris more solito commendent.* Alia an. 816. ibidem: *Se ad Comites, sive vassos nostros, vel etiam ad vassos Comitum commendaverat. Se in manus alicujus commendare*, apud Eginhardum Epist. 27. 28. *Se solenni more commendare* apud eundem Ep. 26. Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversùs Guifredum Archiepisc. Narbon. *Insuper, quod pejus est & inhonestum, commendavit se manibus ad Comitissam Urgelli. Homo manibus commendatus.* Usatici Barcinonenses MSS. c. 68. *De donatione facta à parentibus: Constituerunt Principes sæpe dicti qualiter omne donum stet inconvulsum perenniter --- talem convenit adhibere firmitatem, quòd etiam postmodum voluntatem suam nullatenus mutare possit, hoc scilicet ut recipiat eum ad hominem manibus commendatum, aut donet ei potestatem de Castro, &c.* Cap. 70. *Sed postea non possunt mutare suam voluntatem, si adquisitor jam erat homo illorum manibus commendatus, aut propter illud ad hominem receperint.* Cap. 116. *Statuerunt etiam quòd si parentes cum filiis, aut filii cum parentibus intentionem vel placitum habuerint, parentes sint judicati & seniores, & filii velut manibus propriis commendati.* Cap. 128. *Et utraque parte sacramenta fiant per singulos homines qui sint Christiani, & homines illorum manibus propriis commendati.* Joannes VIII. PP. Ep. 303. *Joannes Diaconus, fidelis Commendatus noster.*

Non multùm absimile fuit quod *jus applicationis* Romani appellabant, quod ab Atheniensibus ortum ajunt, apud quos peregrini se alicui opulento civi in clientelam dabant dicabantque. Hinc *Commendare se in clientelam*, apud Terentium in Palliata. Vide quæ in hanc rem congessit Turnebus l. 24. Advers. c. 32. Sed & hac voce *applicare* eadem propemodum notione utitur Charta Ludovici Comitis Sacricæsaris an. 1219. ex Tabul. S. Satyri: *Quòd si aliquis de omnibus hominibus S. Satyri hominem se domini de Sancero esse dixerit, & ei se applicare voluerit, ubi Abbas tres legitimos homines jurare fecerit, quod eum vel eos Ecclesia S. Satyri per unum annum & unum diem sine calumnia tenuerit, deinceps eum vel eos in pace habebit, sine campo, & batalia, vel aliqua contradictione.*

Commendare se ad curtem Regis, in Lege Longobardor. l. 2. tit. 11. §. 1. & 3. dicitur puella libera, de crimine accusata, cùm illius protectionem ac *mundium* implorat.

Commendarius, Qui aliquem in *Commendatum*, seu in suam

suam tutelam suscipit. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781. apud Sandovallium: *Et nullus ex eis tamen damus licentiam neque potestatem ullum dominum accipere, neque habere Commendarium, nisi soli Deo & B. Mariæ matris ejus, & Abbatem & Monachis in loco isto sancto de Obona Deo servientes, &c.*

COMMENDATIO, Tutela, protectio. *In Commendationem* aut potentiorum, se & res suas *ponebant* inferioris conditionis homines, ut essent qui se & sua tuerentur & protegerent contra inimicos aut bonorum invasores, iisque in tuitionis mercedem alicujus censûs pensitationi se se adstringebant. Vetus Charta apud Duchesnium in Hist. Ducum Burgund. pag. 52. *Philippus Abbas Ecclesiæ S. Benigni --- villam prope Divionem, quæ dicitur Longus vicus --- Hugoni Duci Burgundiæ in commendationem posuit pro centum solidis annuatim solvendis, &c.* Alia Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1148. in Tabulario Vindocinensi Thuano fol. 203. *Robertus Abbas volens devitare injurias & infestiones malefactorum, posuit in commendatione mea duas villas suas quas habebat in partibus Vindocinensibus 10. solidos Blesensis monetæ mihi reddendo ad festum* S. *Joannis Baptistæ, --- pactum etiam fuit, quòd ego vel hæredes mei commendationem illam de manu nostra non ejiceremus, alicui eam tribuendo.* Ejusmodi præstatio

Commendatio passim dicitur. Tabular. S. Albini Andegavensis: *Vicecomes de Toarcio expetebat Guardam, quam Commendationem vocant de villa, quæ dicitur Brociacus. Quare Losdelinus Monachorum Præpositus de Mairono Vicecomitem Haimericum adiit, fecitque hac de re tale placitum cum eo: Monachus de* Brociaco *dabit per singulos annos ad Pascha 5. solidos de* Commendatione *Vice Comiti: qui solidi si ipso die Paschæ redditi non fuerint, ad 8. dies reddentur sine lege. Igitur pro hac re promisit Vice* Comes *prædictus supradictam villam, & omnes homines ipsius villæ se ubiq; servaturum, & etiam ipsos homines de Brociaco, qui morantur in burgo Monachorum apud Monasteriolum, custodiet euntes & redeuntes, quamdiu de Brociaco fuerint,* &c. Tabular. S. Cypriani Pictav. *Neque bidannum, neq; alium debitum ab illis hominibus, qui habitaverint, exigant, solummodò* Commendationem *salvum faciendi, propter amorem Dei nobis retinemus, &c.* Charta an. 1076 apud eundem Duchesnium in Hist. Ducum Burgundiæ: *Salvamentum sive commendationem quam in Nerontis villa accipiebant.* Alia Gaufredi Comitis Andegavensis in Tabulario S. Laudi Andegavens. *Et de tertio sive lembo, sive navi, unum sextarium salis, & dimidiam partem commendationis.* Alia ejusdem Comitis in Gallia Christ. Sammarthanorum to. 4. pag. 394. *Commendatio vinearum, Commendatio asinariorum vinum deferentium.*

Commenda, Præstatio quam Libertus pro jure tutelæ Patrono suo exsolvit. Charta Guigonis Comitis Nivernensis & Forensis an. 1229. *Cum aliqui homines de villa S. Regneberti census sive comandas nobis olim super suis capitibus contulissent nos ea quittavimus & gurpivimus Priori S. Regneberti, &c.* Charta an. 1278. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. l. 1. c. 68. *Salvis similiter & retentis nobis --- duabus denariis de Commenda, semel in anno solvendis à quolibet uxorato, &c.* Alia an. 1285. apud eundem c. 70. *Quoties verò aliquis ab extrà venerit, & voluerit esse homo noster, in signum homagii solvet semel in vita Priori dicti loci 2. den. de libera Commenda.* Vetus Notitia. *Anno Dom.* 1285. *Cùm* Dominus *Simon Archiep. Bituricensis esset apud S. Nazarium die Martis post festum S. Michaëlis Gaudinus Dominus de Ramefort, filius & hæres Gaufridi Lobe, de Remefort quondam Domini, Militis, concessit coram Domino literas manumissionis centum puellarum, quas pater suus manumitti jusserat in terra sua de Maignec & de Remefort, ab omni tallia & Commenda. Cui manumissioni consenserunt coram nobis executores dicti defuncti.* Consuetudo localis Castellinovi in Biturigib. art. 22. *Sont tenus lui paier par chascun an. 4. den. T. en reconnoissance, qui s' appelle la Commande.* Tabular. S. Theofredi in Velavis: *Demisit Commendam, quam exigebat in ipsa villa, &c.* Vide eundem Thomasserium ibid. p. 127. & 150.

Commendisia, idem quod *Commendatio*, tutela, &c. Charta an. 1229. in Tabular. Campaniæ Thuano fol. 361. *Ego Theobaldus, &c. Quòd ego retinui sub me in Commendisia mea Reinaudum Seiguer civem Tolosanum. Concessi si quidem ipsum peregrinum quamdiu sub me morabitur, in Commendisia mea fore liberum ab omni tallia, tolta, & demanda, à justitia villæ, turris & gabiolæ ab omni exercitu & chevaucheia & ab omni alia exactione. Propter hoc autem dictus Renaudus tenetur mihi vel mandato meo reddere annis singulis in nundinis S. Aigulfi 60. sol. Pruvin. pro uno scypho argenti, unius marchæ, interius deaurato. Actum, &c.* Alia an. 1200. in eodem Chartul. *Ego recepi in Commendisia mea bona fide Margaretam uxorem Petri Raymundi Tolosani. Ita tamen quòd dicta Margareta reddet mihi, &c. scyphum argenti, &c. & per hoc volo eandem Margaretam esse immunem ab omni tallia, &c.* Tabularium Absiense fol. 52. *Pro quibus annuatim reddant Fratribus de Massigne 4. nummos de Commendiza.* Tabularium S. Trinitatis Vindocinensis an. 1083. *Terram quæ vocatur Balneolus, misit Amelina in Commendisiam Odonis Comiti. talem videlicet, ut unusquisque qui in ea terra bordam vel domum haberet, minam avenæ redderet illi ob tutamentum.* Cur verò Amelina prædium suum Odoni commendaverit, sic prodit in Charta 289. fol. 67. *Sed quia* (terra apud Balneolos) *contigua cætero non erat meo casamento, & ab illo longè manebam, ideò ad Odonem Comitem accessi, qui me valentior erat, eam tueri deprecans, ut ipsam à suis omnibus receptis ob amorem meum, ac si propriam, suo tutamine defensaret, dans illi loco mercedis 60. arietes, &c.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1236. *Ex præmissis igitur plenius attendentes quòd memoratus avunculus noster D. Guill. de Vergeiaco, aut aliquis alius nullam habet guardiam aut Commendisiam in Abbatem & Conventum aut homines villæ Besuensis, nisi de voluntate Episcopi Lingonensis, &c.* Vide *Gardia*.

Est etiam *Commendisia* ipsa præstatio pro *Commendisia*. Charta ex Tabulario Vindocinensi, cujus titulus *De Comandisia de Domzei*, concipitur: *Paganus de Montedublello promisit Deo & D. Gaufrido Vindoc. Abbati se servaturum obedientiam de Domzeio, cum omnibus quæ ad eam pertinent, & ab omnibus cum quibus pacem haberet, defensurus, eo pacto ut pro quadriga in terra singulis annis daretur unus sextarius frumenti, & pro dimidia quadriga, una mina.* Idem Tabularium, Charta 86. *Donavit Consuetudines omnes quas habebat in terra de Loirs & de Forgetis; vicariam scilicet & Commendisiam & carreium, &c.* Charta fundationis Abbatiæ omnium SS. Andegav. an. 1049. *Similiter perdonat* (Comes) *Commendisiam villanorum Montisfortis, &c.* Chronicon vernaculum laudatum à Duchesnio in Hist. Vergiac. *Et avec ce donna ausdits Abbé & Convent la Commendise qu'il avoit des hommes de Givry & de Veanne, sans vouloir en aucune chose venir contre la Charte de Hugues Duc de Bourgogne son pere, par la quelle il ne devoit prendre en Commendation les hommes de l'Eglise de Cluny.* Vide Chopinum lib. 3. de Sacra polit. tit. 7. § 5. Louvetum in Hist. Bellovac tom. 2. p. 182. 183. Guichenonum in Probat. Hist. Bress. pag. 23. &c.

Commendatia idem quod *Commendisia*, in Gestis Consul. Andegav. cap. 11. num. 3. & in Charta Joannis D. Balgentiaci an. 1196. in probat. Histor. Blesensis p. 16.

Commendatitiæ Consuetudines eadem notione. Gesta Dominorum Ambasiensium cap. 4. num. 12. *Goffridus Pruliaci Consul Vindocinensis effectus, Consuetudines, quæ vulgariter Comendatitiæ vocantur, ab Ambasiensibus auferre excupiebat.* Adde cap. 6. num. 1.

COM-

Commendatela, simili significatu, in Tabulario S. Cyrici Nivern. ch. 94.

COMMENDATIONES, Officium vel Orationes pro defunctis. Ἐντολαί, apud Clementem lib. 8. Constitution. Apostol. cap. 43. *Officium Commendationis*, in Statutis ordinis *de Sempringham*; *quia in eo fit Commendatio animæ defuncti a Sacerdote*. Ebo Remensis, de Ministris: *Mortuos cum commendationibus animæ & orationibus, dignis obsequiis sepulturæ venerabiliter tradere.* Vita S. Deodati Abbatis n. 9. *Interea jam exanimem & quasi sopore depressum vultum roseum mitissimi Deodati aspicientes, odorem suavissimum trahentes, cum salutaribus commendationibus operuerunt.* Concilium Milevitan. II. c. 12. *Placuit & illud, ut preces, vel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, sive Præfationes, sive Commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur.* Παραθέσεις in Cod. Canonum Eccl. Afric. can. 103. Vide Concil. Carthag. III. can. 29. Concil. Toletan. IV. c. 13. & Tolet. XI. c. 12. *Commendare*, ἁπλῶς, vel *diis Commendare*, est εὔχεσθαι ὑπέρ τινος, ut observatum à Casaubono ad Spartianum, ex eodem Spartiano & Lampridio.

Commendationes morientium. Ordericus Vital. lib. 5. *Denique mortem sentiens, fratres acciri fecit, ac ut sibi morientium Commendationem facerent rogavit.*

COMMENDATITIÆ *Literæ, Epistolæ*, quæ ab Episcopis dabantur ad alios Episcopos, quibuscumque, sive Clericis, sive Laïcis suæ diœceseos peregrinaturis, ut ab iis ut fideles in sacris synaxibus admitterentur, vel ut Clerici ad ordines promoverentur, vel ut in peregrinatione eorum solatiis foverentur, vel propter alias causas: has συστατικὰς vocant Græci Gloss. Lat. Græc. *Commendatitiæ literæ*, συστατικαί. Gloss. Græc. Lat. συστατική, *Commendatitia*. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Συστατικαὶ ἐπιστολαί, αἱ ἐγχειριζόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀποδημοῦσιν, ἢ ἀναγνώσαις, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι. *Literæ Commendatitiæ, quas Formatam vocant*, apud Reginonem in Inquisit. de Presbyt. c. 79. & in Formula 39. ex Baluzianis Συστατικῶν mentio est in Canonib. Apost. Can. 33. in Concilio Sardic. c. 9. in Concil. sub Menna Act. 1. &c. *Commendatitiarum* verò in Concilio Andegav. c. 1. Venetico. c. 5. Agath. c. 38. Remensi c. 12. Francoford. an. 794. cap. 27. Turon. c. 13. Parisiensi VI. lib. 1. c. 34. apud Hieronym. Epist. 48. c. 5. Criscomium cap. 15. 35. Zachar. PP. in Epist. ad Pipinum cap. 27. in Capit. Caroli M. lib. 1. c. 3. lib. 7. c. 195. in Capitul. 1. Caroli M. incerti anni c. 2. in Addit. 3. Lud. Imp. c. 49. apud Nicolaum I. Epist. 70. Innocent. III. PP. cap. 3. de Clericis peregrin. in Decretis Calomani Reg. Hungar. lib. 2. c. 19. apud Joannem VIII. PP. Epist. 273. &c. Harum autem formulæ & exempla prostant apud Fortunatum lib. 5. Poëm. 19. l. 10. Poëm. 19. Desiderium Cadurcensem Episc. Epist. 16. Ruricium lib. 2. Epist. 7. 8. 11. 43. 52. Bedam l. 2. de Wiremuthensi Monasterio, seu in Vita S. Benedicti Biscopi cap. 18. Lupum Ferrariensem Epist. 101. 102. 106. 107. Alcuinum Epist. 51. 73. Simeonem Dunelmensem de Gestis Reg. Angl. an. 1125. in Formulis veterib. cap. 12. apud Bignonium, apud Pithœum in Gloss. ad Julianum antecess. V. *Commendatoriæ*, in Concilio Exoniensi an. 1287. c. 37. &c.

Commendatitiæ literæ Abbatum, Monachis ad aliam Ecclesiam transire volentibus datæ, apud Rainardum Abbatem Cisterciens. in Institut. c. 11. Vide Bullarium Cluniacense p. 39.

Commendatoriæ literæ etiam dicuntur Sidonio lib. 9. Epist. 10. & Juliano antecessori constit. 6. §. 3. in Synodo verò Nugarolensi an. 1302. cap. 1. *Recommendatoriæ*, cap. 2.

COMMENDATITIUS *indiculus*, Epistola Commendatitia ab Episcopis pro Clericis suis ad Principes & illustres viros scripta, ut euntibus & redeuntibus res necessarias & solatia iis impendant. Hujusmodi indiculorum formulas binas exhibet Marculfus lib. 2. for. 50. 51.

COMMENDATOR, Officium seu dignitas in Ordinibus Militaribus Religiosis, verbi gratiâ S. Joannis Hierosol. *Magister sive Commendator. Commendator domorum*, in Militia B. Jacobi, apud Innocentium III. lib. 13. Ep. 11. *Præceptor* eadem notione in Militia Templi.

COMMENDIRE, pro *Commendare*, licentia Poëtica. Utuntur Alcuinus Epigr. 124. 164. 170. 214. 267. & Candidus Monach. in Vita metrica Eigilis Abbatis Fuld. cap. 24.

Commenditi. Vide *Commendati*.

COMMENSALIS, ὁμοτράπεζος, σύσσιτος, *Conviva*, convictor, qui ex Principis aut alterius familia & *mensa* est. Charta an. 1172. apud Perardum in Burgundicis: *Accipiant de expensa Curiæ, tanquam Commensales Ducis in perpetuum duos solidos pro pane, 4. sextarios vini, &c.* Charta Caroli IV. Imp. pro Galterio *de la Rocha* Papiensi an. 1380. *Te in judicem, officialem, seu Auditorem causarum Imperialis Palatii nostri, & Consiliarium, familiarem nostrum, domesticum & Commensalem constituimus.* Vox nostris notissima, qui hac appellatione domûs regiæ officiales donant. Vide *Conviva*.

COMMENSALIA, Symbola, quæ ad communem *mensam* conferuntur. Concilium Laodicenum can. 54. Οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν. Quæ sic reddidit Isidorus Mercator: *Non oportet ministros altaris --- ex symbolis, (quæ vulgus commensalia appellat) convivia celebrare.* Atto Episcopus in Capitulari cap. 55. habet *Commessalia*. Vide *Confertum*.

COMMENTARIENSIS, Custos carceris, sic dictus, quòd *Commentarios*, id est, rationes custodiarum & reorum conficeret, & inscriptiones criminum (nostris *Escroues*) reciperet. Hesychius: Κομμενταρήσιος, τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος. *Escroue* verò ab ἐκκρούειν, quod est contrudere, conjicere in carcerem, deducit Cujacius. Firmicus lib. 3. Mathes. c. 9. *Erunt Corniculari aut Commentarienses, quibus damnatorum cura committatur, seu claviculari, vel carcerum custodes, & quibus publicarum catenarum cura mandatur.* Vetus Arestum Parlam. Paris. an. 1394. *Uxor Commentariensis claves sibi carcerum tradere noluerat.* Occurrit non semel in Cod. Th. & apud Scriptores.

Commentariensis, Notarius. Gloss. Ælfrici: *Commentariensis, Gerefa. Commentariensis Imperii*, in Vita Ludov. Pii an. 812. Vide Fortunatum de Vita S. Medardi cap. 20.

COMMERCIUM, Permutatio. commutatio. Gloss. Lat. Gr. *Commercium*, συνάλλαγμα. Papias: *Commercia, commutatio mercis. Commercia, negotia.* Chronicon Besuense: *Et pro tali Commercio dedit illi 25. sol. & unam combam.*

Commercium, Merx ipsa. Glossæ antiquæ MSS. *Mercimonia, Commercia.* Gloss. Lat. Gall. *Commercium, mercerie, ou marchandise.* Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini:

Oceanusque negat commercia ferre Britannis.

Capitulare Lud. Pii an. 821. c. 1. *Ut nullus teloneum exigat, nisi in mercatibus, ubi communia Commercia emuntur ac venundantur.* Charta ejusdem Imp. ex Tabulario S. Germani Autisiod. *Teloneum de 4. navibus quæ per Ligeris flumen, seu cætera flumina propter sal & cætera commercia discurrebant, &c.* Vetus Charta sub Carolo C. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 746. *Et de quocunque Commercio ex quo telloneus exigitur vel portaticus, &c.*

Commercium, Tributum quod pro mercibus seu pro Commercio, à mercatoribus pensitatur. Charta Balduini Regis Hierosol. ann. 1109. apud Ughellum in Episcop. Genuensib. *Commercium nullum dabitis in tota terra quam habeo, vel acquirere potero.* Sanutus lib. 2. part. 2. c. 4. *Quòd præfata tributa, datia, & Commercia, aliaque necessaria nequaquam transferri valeant.* Conventio-

ventiones Michaëlis Paleologi cum Genuensibus ann. 1261. in Hist. nostra Gallo-Byzantina: *Item promisit & convenit quòd non imponet, aut exiget, aut exigi faciet aliquod novum commercium, dacitum, seu exactionem in toto imperio prædicto.* Vide Ughellum tom. 7. p. 1362. Glossæ Basilic. τελώνιον, κομμέρκιον. Anna Comnena lib. 6. Alexiad. p. 162. Μήτε μὴν ὑπὲρ κομμερκίου, ἢ ἑτέρας τινὸς ἐν πράξεως τῷ δημοσίῳ εἰσκομιζομένης παρέχειν ἄχρι καὶ ὀβολοῦ ἑνός. Sæpe hac notione occurrit apud Græcos Scriptores sequioris ætatis. Vide Glossar. Meursii & Fabroti. Hinc

Commerciarius, Κομμερκιάριος, pro tributorum exactore in Chronico Alexandrino pag. 900. apud Constantinum Porphyrog. de Administr. Imp. cap. 43. & in Actis S. Anastasii Persæ cap. 4.

Commercius, Negotiationis socius, commerciarius. Gloss. Gr. Lat. συνωνητὴς, *Comparator*, *commerciarius*. Veteres formulæ cap. 45. *In quoscumque portus civitatis, seu mercada, nullo contradicente suus venditor, vel Commercius quodlibet negotium potestatem habeat vendendi.* Gloss. Ælfrici: *Comercimus*, Cepena Ƿinȝa ȝeƿƿixle. Sed legendum *Commercium*, quod Saxonica videntur sonare, *rei venalis permutatio.*

Commercium, idem quod *Merces*. Vide in hac voce. Charta Caroli C. Reg. Francor. ann. 3. Ind. 7. ex Tabul. S. Cyrici Nivernensis: *Nam Domnus & avus æquivocus noster, sicut in auctoritate genitoris nostri continetur, ad petitionem Hieronymi quondam ejusdem loci & urbis Episcopi, pro Commercio animæ suæ ac remuneratione ipsius sancti loci ejusdemque Ecclesiæ, ex ipsis rebus propriis villas & cellulas reddit, &c.*

Commercium, idem quod *Commarchia*, Confine, limes. Tabula Pentingeriana VII. *Fines exercitûs Syriatici & Commercium barbarorum.* Annales Francor. an. 809. *Aureolus Comes, qui in Commercio Hispaniæ atque Galliæ --- residebat.* Frustra hîc *Confinio* reponunt viri docti, quod idem est quod *Commercium*, quod ita apud Eginhardum legi advertant: neque enim id factum vitio librariorum: nam ita etiam præferunt Annales Bertiniani, & alii. Hinc

Commerciones, qui aliis *Commarchani*, qui in confinibus ac limitibus habitant. Leges Inæ Regis Westsaxonum cap. 11. *Si quis inter Commerciones regni nostri roboriam & violentam captionem faciat.* Saxonica editio habet ȝemeƿƿum, limites, confinia.

Commercatrix Romanorum barbaries, in Vita Lietberti Episcopi Cameracensis cap. 1. id est, Gentes barbaræ Romanorum finibus vicinæ.

COMMESSALIA. Vide *Commensalia*.

COMMINARE, idem quod *Minare*, ducere, Gallis *mener*. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 27. *Si qualibet persona in finibus regni nostri ignem in silva comminare ausa fuerit, &c.*

COMMINELLI, *Communelli*, Hæretici Valdensium sectarii, sic fortè dicti quòd omnia sibi invicem communia essent: nam *Communalis*, idem valet ac *Communis*. Horum mentio est in Constitutione Friderici II. Imp. contra Catharos & Patarenos, apud Waddingum in Annalib. Minorum ann. 1254. n. 16. Vide *Communalis*.

COMMINISCENTIA, Compensatio, merces, *reconnoissance*. Charta Willelmi Episcopi Acconensis an. 1163. apud Ughellum tom. 7. p. 268. *Et mihi pro hac libertate donoque prælibato* 130 .. *Byzantios de Comminiscentia atque eleemosyna B. Andreæ, ac proborum hominum Malfetanorum ex propria deliberatione dederunt.*

COMMISCULARE. Vide *Misculare*.

COMMISSARII, apud Italos dicuntur Executores testamentorum. Rollandinus in Summa Notariæ c. 8. rubr. de Legatis & fideicom. *Commissarii dicuntur quibus committitur legatum animæ solvendum: unde in multis locis appellantur Executores testamentorum, qui exequuntur legatum animæ.* Vide Statuta Venetor. an. 1242. l. 4. c. 17. & seqq.

Commissaria, actio Commissarii, executio testamenti, ibidem, & in Constitutionibus Nicosiensibus c. 30. extremo.

COMMISSIONATUS, Delegatus, qui mandatum seu *Commissum* alterius defert. Gallis, *porteur de Commission*. Gloss. Gr. Lat. ἐπιτροπὴ, ὁ ἐπὶ ἐντολῇ, *Commissum*. W. Thorn. in Chron. *Archiepiscopus Aquinensis fuit à D. Papa Commissionatus.*

COMMISSI, qui aliis & nostris *Commendati*, de quibus suprà. Charta Henrici Imp. an. 1082. apud Ughellum in Episc. Fulginatensib. *Largimur etiam atque confirmamus ejusdem Ecclesiæ Priori, vel ei qui successor fuerit, ut habeat potestatem suos liberos homines suosque commissos judicare secundùm legem, & justum arbitrium corripere.* Ita *Committere se alicui*, pro *Commendare* eadem notione, quâ suprà, usurpat Flodoardus in Chr. ann. 922. 924. & 940. Gloss. Lat. Gr. *Committit* ἐμπιστεύει.

Commissi, apud Casinenses, dicuntur, qui aliis *Conversi*. Vide Haeftenum l. 3. Disquisit. Monast. tract. 2. disq. 8.

COMMISSORIUM, *donatio* testamentum, seu diploma. Vide Anton. Brandaonum lib. 8. Monarch. Lusitan. cap. 15.

COMMITTERE, Confiscare, quando nempe Cliens patronum agnoscere non vult, & temerè Clientelam inficiatur. Budæus ad L. *Herennius*, de Evict. *In jure civili & apud JC. commissum appellatur, quod ob vectigal non solutum, vel omissam apud publicanos professionem fisco vindicatur.* Jure verò feudorum *in commissum cadere* dicuntur dominia, quæ ex delicto vassalli ad dominum fendi redeunt. Gloss. Lat Gr. *Commisit*, ὑπέπεσεν ἐναντιώθη. *Commisit in legem*, ὑπέπεσεν τοῖς νόμοις. *Committit*, ἁμαρτάνει. *Commettre son fief*, in Consuetudinibus municipalibus nostris passim. *Commissi legem incurrere*, in leg. 2. Cod. Th. de Susceptor. Charta Ottonis Imp. an. 953. apud Willel. Hedam: *Terram quam Hatto in loco Ecki habere videbatur, & ad nostrum regale jus pro sui ipsius commissu fiscata erat, ad prædictam Ecclesiam tradidimus.* Alia an. 1250. *Eadem* (bona) *tenebant ab Ecclesiis antedictis, & ideo si ea commiserunt, non Domino Regi, sed potius ipsis Ecclesiis fuerant applicanda.* Vide *Feudum perdere*, & Ferrarium in *Scomettere*.

COMMODATIONES *Carrucarum*. Vide *Carruca*.

COMMODOLARE pro *Commodare*, in Formulis Andegavensibus n. 58.

COMMODUM, Stipendium, salarium. Gloss. Lat. Gr. *Commoda*, λυσιτελῆ, χρήματα. Suidas: Κόμοδα, δόσις ἐπὶ τῷ σιτηρεσίῳ παρεχομένη. Perperam editum κόμοδα, quod non advertit Meursius. S. Augustinus, seu quivis alius, homil. 19. de Verbis Domini. *Fraudes suas ac rapinas commodum vocant, cùm ipsa prædâ inferatur incommodum.* Joannes VIII. PP. Epist. ad Rostagnum Archiep. Arelatensem: *Quibusdam narrantibus agnovi quod in Galliarum --- partibus, nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perveniat.* Vide Vitruvium in Præfat. lib. 1. Senatorem lib. 4. Epist. 27. lib. 5 Epist. 5. lib. 7. Epist. 15. lib. 9. Epist. 14. lib. 11. Epist. 8. privilegium Emmonis Episcopi Senonensis in sæculo 3. SS. Ord. S. Benedicti to. 2. p. 614. & quæ observarunt Salmasius de Usuris p. 96. Savaro ad Sidon. l. 6. Epist. 9. Cujacius, Carólus Labeus, Jacobus Gotofredus, & alii. Hinc

Commodum, pro quavis pensitatione vel etiam exactione usurpat Gregorius M. lib. 1. Ep. 42. 59. Ut & Diurnus Romanus cap. 4. tit. 2. Interdum sumitur pro pecunia quæ pro mulcta exolvitur. Auctor Queroli sub finem: *In loxu autem & ossibus loco motis, usque ad deuncem solidi injuriarum commodum placuit extendi. Censum sive Commodum aliquod imponere*, in Conventu Pistensi ann. 864 to 2. Spicilegii Acheriani.

Commodum facere. Vide Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 79.

COM-

COMMODUM, *Comodium*, Cubiculum, hospitium. Isidorus in Glossis: *Comodia, hostiaria.* Perperam in Excerptis Pithœanis *Comedia*: est enim hoc loco *Commodium*, hospitium, quod per *Ostiarium* expressit Histori Aust. alis an. 1298. *Et venerunt cum tanta multitudine Ungarorum & Comanorum, quòd vix poterant invenire hospitia in civitate, imò circumquaque extra partes civitatis receperunt se cum equis suis, in cubiculis, & stabulis, & cameris, in stupis, de suis Comodiis hominibus ejectis.* Bulchius in Chronico Windesem. lib. 2. c. 45. *Missam in portatili in commodo ubi decubuit coram ipso celebravi.* Lib. 2. c. 57. *Cùm Prior in civitates, oppida, loca, domus, & commoda hospitum suorum divertere contigisset.* Et c. 5. *Commodo satis pulchro inclusus.* Ex his emendandus Anonymus in Modo examinandi Valdenses: *Quotiens audivisti prædicationes eorum? ubi primam? in quot domibus istius loci? in quo coramodo istius domus?* Legendum enim in *Commodo.*

COMMONITORIUM, Epistola quâ aliquid præcipitur, quâ quis *commonetur* ut rem mandatam exequatur. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Κομμονιτήριον, ἐνταλτήριον εἰς ὑπόμνησιν, κατὰ Ῥωμαίους. Qua notione pro memoriali quodam libello, quo scilicet memoria juvatur, usurpat Vincentius Lirinensis contra Hæres. in Præfat. *Me verò sublevandæ recordationis, vel potiùs oblivionis meæ gratia, Commonitorium mihimet parasse suffecerit.* S. Augustinus lib. de Hæresib. *Quæ cùm dicis, unum quasi Commonitorium de his omnibus te desiderare significas: audi ergo unde commonearis, quid petas.* Nicolaus I. PP. Epist. 27. *Dicitis enim vos præfatum commonuisse Hlotarium, sicut in Commonitorio nobis à vobis directo legere prævaluissemus, &c.*

Aliàs & ferè semper pro Epistola quâ mandata dantur. Suidas & Glossæ Basil. Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας, vel, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Commonitorium, vel pictacium,* Ærend--ʒeƿriꞇ. i. *Epistola.* Proterius in Epist. ad S. Leonem PP. *Ex illo tempore, quo Commonitorium vestrum accepi.* Anastasius in Hist. Eccl. p. 52. *Decepit Imperator Macedonium per Celerem Magistrum, Commonitorium faciens ad eum, in quo se primam -- confitebatur suscipere Synodum.* Alio loco: *Per Commonitorium scriptum omnibus Ecclesiis præcepit Trisagium in letaniis cum additamento dicendum.* Ubi Theophanes pro *Commonitorium*, ὑπομνηστικὸν habet. Glossar. Græco-Lat. ὑπομνηστικὸν, *Commonitorium.* Balsamon. ad Synod. Carthag. Κομμονιτόριον, ἤτοι ἔγγραφον ὑπόμνημα. Utuntur passim Scriptores, Concil. Ephesinum pag. 289. edit. 1618. Concil. Carthag. 6. c. 6. Cod. Canon. Eccl. Afric. cap. 93. Codex Theodosian. Paulinus Epist. 9. S. August. Ep. 99. & alibi, Gregorius M. l. 3. Dial. c. 10. Innocentius I. PP. Epist. 18. c. 1. Guillelmus Bibliothec. in Hadriano PP. p. 228. Flodoard. l. 3. Hist. Rem. c. 28. pag. 564. edit. Colvener. Vita Ludovici Pii ann. 836. Lex Wisigoth. l. 7. tit. 5. §. 3. Fulbertus Carnot. Epist. 7. 63. 92. Lanfranc. Epist 26. Ægid. Aureævall. in Adalberone Leod. Episc. c. 34. Odo Clun. in Tract. de Reversione B. Martini à Burgundia, Vita S. Fulgentii Rusp. Episc. c. 24. Concil. Ticinense an. 855. &c. Vide Juretum ad Symmachi l. 5. Ep. 22. & Lindenbrogium ad Ammiani lib. 28. pag. 178.

Commonitoriæ litteræ. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. c. 23. *Pro litteris Commonitoriis, quas jussione Regis mittebat Hugoni, &c.* Cap. 28. *Quibus etiam pro reversione ipsorum Commonitorias direxit litteras.*

Commonitoria rescripta, Scripta. Anastas. Bibl. in Greg. II. *Rescriptis Commonitoriis, nisi ad Catholicam converteretur fidem, etiam extorrem à Sacerdotali officio esse mandavit.* Et in Greg. III. *Ut ab hoc resipiscerent ac se removerent errore, Commonitoria scripta, vigore apostolicæ sedis instituta, -- direxit.*

COMMORSUM. Lex Bajvvar. tit. 36. §. 11. *Acceptorem non domitum pro 3. sol. tribuat, Commorsum Gruarium pro 6. sol. tribuat, acceptorem mutatum pro 12. sol. tribuat.*

COMMOTUM, *Comotum*, apud Cambrobritannos, quarta pars Cantredi. Silvester Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriæ c. 2. *Gruffino filio Resi -- unius Commoti solùm, id est, quartæ partis Cantredi -- tunc domino, &c.* Et cap. 10. *In his autem de Cantref-Mawr finibus, Commoto videlicet de Caos, &c.* Occurrit non semel in Statutis Walliæ an. 12. Edw. 1. apud Spelmannum, qui perperam *Commotum* dixit esse dimidium Cantredi, cùm ex Giraldo constet fuisse quartam partem tantùm. Vide *Cantredus.*

COMMUNALIS, Communis, *Communale* Boccacio. *Partes Communalis*, in Charta an. 1178. apud Ughellum tom. 7. p. 410. *Communalis*, familiaris, amicus. *Le Roman de Garin*:

Ferez François, tuit sommes communal.

Philippus Mouskes:

Et tout li bien sont communels.

Gaces Brulés:

Mes trop parest communaus.

Villharduinus n. 100. *Ensi furent mult communel li Grieu & li François de totes choses, de merchandises & d'autres biens.* Adde n. 123. & Perardum in Burgundicis pag. 488. a. Vide *Comminelli*, & *Communis.*

Communale, Occitanis *Coumudal*, Pastura communis. *Communaux & pasturages*, in Consuet. locali Castrimeliandi art. 64. Charta an. 1072. in Hist. Pergamensi to. 3. pag. 273. *Extra pasculum & Communalia.*

COMMUNE, Pensitationis species, tam à Clericis quàm Laicis pro *sustentatione & defensione securitatis & pacis* publicæ, quam *Treugam Dei* vocabant, in Comitatu Ruthenensi, fieri solita: in Bulla Alexandri III. PP. ad Hugonem Ruthenensem Episcopum edita à Marca, ad Canon. 1. Concilii Claromontani: sic porrò appellata, quòd *in Commune* & ab omnibus ea pecunia conferretur: *Commune autem istud per singulas parochias debet reddi cum Scripto unius parochianorum, &c.* Mox: *Quisquis autem res suas amiserit, postquam Commune, sicut prædictum est, solverit, in integrum restituatur.* Rursum: *Sed non dato Communi, si fortè res suas perdiderint, eis nequaquam emendabuntur.* Vide *Compensum.*

COMMUNE, *Communia, Communio, Communitas*, Incolarum urbis aut oppidi universitas, domino, vel rege concedente, sacramento invicem, certisque legibus astricta. Variè autem hanc appellationem efferunt Scriptores:

Commune enim appellatur, apud Ciceron. in Verrina 4. Innoc. III. PP. lib. 13. Ep. 95. & Rodericum Tolet. lib 8. de Reb. Hisp. c. 9. Ita κοινὸν, & *Commune* usurpant l. 37. D. de Judiciis l. 5. D. ad Leg Jul. de Vi publ. l. 6. §. 2 D. de Excusat. tutor. l. 25. D. de Appellat. l. 16. Cod. Th. de Legat. Inscriptiones veteres, Symmachus, & alii: κουμούνιον apud Pachym. lib. 12. cap. 28.

Communia. in Gestis Lud. VII. Fr. Reg. c. 3. apud Matth. Paris, Rigord. Willelmum. Briton. l. 2. 3. Philipp. Sugerium Epist. 83. Radulfum de Diceto, & alios passim.

Communio, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua c. 7. Will. Malmesb. lib. 2. Hist. Novellæ p. 189. in Charta Baldrici Noviom. Episc. apud Vassorium p. 805. &c. Nicolaum de Braia in Ludovico VIII. p. 315.

Communitas, in Gestis Lud. VII. c. 1. & apud Ordericum Vitali lib. 11.

Communa, non semel apud Radulfum de Diceto, & Rogerum Hoved.

Communantia, in Bulla Honorii III. apud Ughellum to. 1. p. 821.

Primus verò ejusmodi *Communias* in Francia Ludovicus VII. Rex multiplicavit & auxit. Nam cùm regnan-

regnante Philippo parente regalis potentiæ vigor elanguisset, invaluissetque in omnibus ferme provinciis Procerum tyrannis, qui in Regem perinde ac subditos delæviebant, *Ludovicus in primis ad comprimendam ejusmodi tyrannidem prædonum & seditiosorum, auxilium totam per Galliam deposcere coactus est Episcoporum. Tunc ergo Communitas in Francia popularis instituta est à Præsulibus, ut Presbyteri comitarentur Regi ad obsidionem vel pugnam, cum vexillis & parochianis omnibus.* Verba sunt Orderici Vitalis lib. 11. p. 836.

Hinc crebrò legimus in præliis adfuisse & dimicasse urbium *Communias*, quibus prævii erant ipsi Presbyteri seu Curiones cum vexillis Ecclesiæ, quod testatur rursum Ordericus lib. 12. p. 855. & 856. *Episcopi & Comites aliaque potestates regni tui ad te conveniant, & Presbyteri cum omnibus parochianis suis tecum quò jusseris eant, &c.* His adjungenda sunt quæ habet Sugerius in Vita Ludovici VI. cap. 8. *Cùm communitates patriæ parochiarum adessent, cujusdam casu Presbyteri suscitavit fortitudinis Roberto spiritum, cui contra opinionem humanam datum est possibile, quod armato Comiti & suis contingebat impossibile, &c.* Charta Communiæ Crespiacensis an. 1223. *Et ipsi nobis debent exercitus & equitationes, sicut aliæ Communiæ nostræ.*

Ita quæ in Oppidis Regi ipsi obnoxiis duntaxat erant Communiæ, postmodum, Regibus concedentibus, in aliis, quæ Episcoporum erant, inductæ sunt. Sed ipse Ludovicus VII. novas statuit in iis quæ sui juris erant, quibus leges dixit. Nam pleraque ex iis quæ supersunt Communiarum instrumenta & diplomata ejusdem Ludovici sunt, firmata deinceps à Ludovico VIII. Philippo Aug. & aliis Regibus. Sed & regii vassalli in suis oppidis Communias pariter statuerunt, quibus statuendis eò magis assensum præbuere Reges nostri, quòd in bellis opem ab iis exposcere licebat: unde Ludovicus VIII. in Hist. Episc. Autissiod. cap. 57. *reputabat civitates omnes suas esse, in quibus Communiæ essent*: nec injuriâ, cùm eo ipso deinceps oppidorum incolæ quodammodo à dominorum dominio absoluti, Regi ipsi directè parerent. Quod prodit auctor Historiæ Ludovici VII. p. 418. ubi tradit *Vezeliacenses Communiam inter se facientes, communiter conjurasse, quòd Ecclesiæ dominio ulteriùs non subjacerent.* Eadem habet Aimoinus l. 5. Hist. c. 65. Guibertus verò l. 3. de Vita sua c. 10. *Inter Missas sermonem habuit de execrabilibus Communiis illis, in quibus contra jus & fas violenter servi à dominorum jure se subtrahunt.* Idem verò Scriptor Regia potissimùm auctoritate erectas ejusmodi *Communias* innuit c. 14. *Post funestum excidii Laudunensis eventum, Ambiane Rege illecto pecuniis fecere Communiam, cui Episcopus nulla vi exactus debuisset præstare favorem, præsertim cùm & eum nemo urgeret, & infaustorum civium confligium non lateret.*

Assensum verò Reges ejusmodi à vassallis Communiarum institutionibus factis præbuisse docet Charta Baldrici Episcopi Noviomensis descripta à Vassorio p. 805. Sed ut plurimùm in vassallorum civitatibus & oppidis supremo jure, & inconsultis vassallis Communias Reges instituebant, auferebantque, si peccassent incolæ, ut Laudunensibus, post cæsum Galdricum Episcopum, Ludovicus VI. apud Sugerium in illius Vita p. 306. & Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 7.

Ad id denique instituebantur *Communiæ*, ut & dominorum suorum, & sua propria jura subditi tuerentur. In Charta ann. 1204. Alienor Regina Angliæ & Ducissa Aquitaniæ, dicitur concessisse *Universis hominibus de Pictavia & eorum liberis in perpetuum Communiam juratam apud Pictavum, ut tam ipsius jura, quàm sua propria meliùs defendere possint, & magis integrè custodire.*

Inter Communiæ verò jura præcipua recensentur *Scabinatus, Collegium, Majoratus, Sigillum, Campana, Berfredus, & Jurisdictio*, in Aresto an. 1322. De sigillo hæc habentur in Charta S. Ludovici Regis an. 1235. pro Episcopo Remensi: *Dicebat etiam quod* (cives Remenses) *non debebant habere sigillum, cùm non habeant Communiam.*

In Chartis Communiarum describebantur præterea leges, quibus delinquentes incolæ subdebantur, & pensitationes, quas præstare dominis vel Regi debebant. Guibertus l. 3. de Vita sua c. 7. *Communio autem novum ac pessimum nomen sic se habet, ut capite censi omnes solitum servitutis debitum dominis semel in anno solvant, & si quid contra jura deliquerint, pensione legali emendent: ceteræ censuum exactiones, quæ servis infligi solent, omnimodis vacent.* Unde percipimus cur ejusdem odi Communiarum institutiones in plerisque oppidis *Libertatum* nomine donentur: quia videlicet incolæ ex iis ab omni jugo servitutis eximuntur, & sibi invicem confœderati & juramento adstricti jura sua tuentur. Hinc *Communiæ juratæ* dictæ, & oppidorum incolæ *jurati* appellati. Vide Zonaram lib. 6. Annalium n. 15

Communiarum à Regibus nostris concessarum non pauca prostant instrumenta, præsertim in Regesto Philippi Aug. Herovvalliano, & in aliis veteribus Codicibus, quæ ipsi perlegimus: sed multò plura à variis Principibus seu Regni Proceribus regiisque vassallis, eorum subditis indulta prostant in Tabulariis ac Regestis Regii Chartophylacii & Monasteriorum, quæ ferè semper *Libertatum* titulo donantur. Horum diplomata, præsertim quæ *Communiæ* titulum præferunt, indicasse haud inutile fortasse fuerit: aliorum qui *Libertatum* aut *Franchisiarum* nomine edita leguntur sparsim in variis hujusce Glossarii locis indicantur, tametsi in mergitum acervo acum quærere sit.

Abbatis villæ in Pontivo Communiam indulsit Willelmus Cogn. Talvacius, Comes Pontivi, deinde Joannes ex filio nepos mense Jun. an. 1184. Extat in Hist. Comitum Pontivi cap. 18.

Atheiis in Viromanduis, Philippus Augustus Rex an. 1212. Extat in Regesto Philippi Aug. Herowalliano fol. 164.

Ambiano in Picardia, Philippus August. an. 1190. & 1209. Extat in eodem Reg. Philippi Aug. fol. 43. & in Regesto Scabinatûs Ambian.

Ariæ in Attrebatibus, Philippus Comes Flandriæ an. 1188. Habetur in to. 11. Spicilegii Acheriani p. 35.

Aurelianensis Communiæ mentio est in Vita Ludovici VII. cap. 1.

Ausonæ in Ducatu Burgundiæ, Communiam indulsit Stephanus Comes Burgundiæ & Joan. Comes Cabilonensis an. 1229. Chartam descripsit Parardus p. 412.

Argilleio in Ducatu Burgundiæ, Hugo D. Burgund. an. 1234. Chartam habet idem Perardus p. 436.

Aquismortuis in Provincia, S. Ludovicus an. 1246. Chartam descripsit Gallandus in Tract. de Franco alodio.

Arcis (vulgo *Arkes*) prope S. Audomarum, Abbas S. Bertini an. 1231. M. Febr. Extat Charta in Tabul. S. Bertini.

Attrebato, Ludovicus, Philippi Augusti Regis Filius, an. 1211. Extat. to. 11. Spicilegii Acheriani p. 362.

Belnæ in Burgundiæ Ducatu, Hugo Dux Burgundiæ an. 1203. Extat Charta apud Perardum in Burgundicis p. 274. & seqq.

Bellovaco, Ludovicus VI. confirmavit Ludovicus VII. an. 1144. Habetur Charta apud Loisellum pag. 271. & in Reg. Philippi Aug. f. 36.

Biturigensibus, Ludovicus VII. an. 1245. & Philippus Aug. an. 1181. Habetur Charta in Regesto Philip. Aug. fol. 34. 53. & apud Thomasserium in Consuet. Bituric. lib. 1. cap. 44. 45.

Brueriis, Caraco, Norgis & Vallobo, Philippus August. Rex Fr. ann. 1186. assensu Bartholomæi Episc. Laudunensis. Extat in Regesto Ph. Aug. f. 39.

Burgo

Burgo in Bresia, Amedeus VII. Comes Sabaudiæ 5. Jul. an. 1397. Charta habetur apud Guichenonum in Probat. Hist. Bress. p. 22. 23.

Baugiaco, Guido Dom. Baugiaci. Charta habetur apud Guichenonum in Hist. Bress. p. 63.

Buxiaco, in Ducatu Burgund. Beatrix Comitissa Cabilonensis. Chartam descripsit Perardus p. 311.

Barro superſequanam, Theobaldus Comes Campaniæ anno 1234. Chartam habet Perardus p. 430.

Bapalmis, Philippus Aug. an. 1196. Extat Charta in Regesto ejusd. Regis f. 46.

Britolio in Normannia, idem Rex. Vide Reg. fol. 58.

Braio in Picardia, Philippus Aug. an. 1210 Habetur Charta in Regesto ejusdem Reg. f. 61.

Crispiaco in Comitatu Vadensi, Ludovicus Rex Fr. an. 1223. Extat. to. 10. Spicilegii p. 642. & in Reg. Philippi Aug. f. 151. 16.

Credulio in bellovacis, Ludovicus Comes Blesens. & Claromont. an. 1197. MS.

Compendio Ludovicus VII. ac deinde Philippus Aug. an. 1186. Habetur Charta in Regesto Phil. Aug. fol. 36. 50.

Cramdela, Troisiaco, Cortetono, & Malevalli, idem Phillip. an. 1186. V. id. Reg. f. 37.

Castro-Meliandi in Biturigibus, Ebo de Dolis Dominus ejusdem Castri-Meliandi an. 1220.

Coicheio in Ducatu Burg. Hubertus D. de Monthelone & de Coicheio. Chartam descripsit Perardus pag. 476.

Cerniaco, &c. in Laudunesio, Philippus Aug. ann. 1184. Habetur Charta in Reg. ejusdem Regis f. 38.

Calvomonti, Philippus Aug. an. 1182. Extat Charta in eodem Reg. p. 50.

Corbeiæ, Ludovicus VII. deinde Philippus Aug. an. 1180. in eod. Regesto. f. 56.

Castronovo in Turonibus, Philippus Aug. an. 1181. in eod. Reg. f. 61.

Carrofio seu *Charrot* in Biturig. Gauterius Dom. Carrofii ann. 1194. apud Thomasserium l. 1. c. 53.

Capellæ d'Angillon in Biturigibus, Archenbaldus de Soliaco an. 1212. apud Thomasserium l. 1. c. 55.

Cellis in Biturigib. Robertus de Cortiniaco. Charta an. 1216. descripta ab eodem Thomasserio l. 1. c. 58.

Divioni in Burgundiæ Ducatu, Hugo D. Burgundiæ an. 1187. Extat Charta apud Perardum in Burgundicis p. 274. 333. 346. 356.

Dullendio in Ambianis, Guido Comes Pontivi, deinde Willelmus Comes, Guidonis ex filio nepos, confirmavit an. 1203.

Duno in Biturigib. Ludov. VII. & Philippus Aug. Vide Regestum. Phil. Aug. f. 35. & Thomasserium l. 1. c. 47. 48. 49.

Erviacensi Castellaniæ in Campania, Theobaldus Trecensium Comes Palatinus an. 1199. MS.

Falesiæ in Normannia. Vide Normannica Duchesnii p. 1066.

Ferrariis in Normannia, Philipp. Aug. an. 1204. Vide ejus Regest. fol. 58.

Graciaco in Biturigib. Petrus Dom. Graciaci. Charta an. 1246. descripta à Thomasserio l. 1. c. 61.

Hamensi urbi in Picardia, Odo Hamensis Dominus an. 1158. Extat in Regesto Marchionatûs Incrensis.

Hiermonti in Pontivo, Willelmus Comes Pontivi an. 1192. Extat Charta in Hist. Comitum Pontivi cap. 28.

Lauduno, Ludovicus Rex an. 1138. Extat in Regesto Philippi Aug. f. 49.

Lorriaco, Philippus Aug. an. 1187. Habetur in Hist. Vastinensi p. 170. & apud Galandum l. de Franco alodio p. 375.

Luriaco, in Biturig. Hervæus Dom. Virsionis. Charta an. 1213. descripta à Thomasserio l. 1. c. 56.

Mellento, Robertus Comes Mellenti. Habetur Charta in Regesto Philippi Aug. f. 52.

Montidesiderii in Picardia, Ludovicus VII. Chartam exhibet Regestum Phil. Aug. f. 50.

Medanto in Vilcassino, Ludovicus VII. an. 1150. Habetur Charta in Reg. Philippi Aug. f. 46.

Monasteriolo in Picardia, Philippus Aug. an. 1188. in Reg. Phil. Aug. f. 37.

Martello in Lemovicino an. 1219. Raimundus Vicecomes Turenæ. Extat Charta apud Justellum in Probat. Hist. Turen. pag. 40.

Monbarro in Ducatu Burgundiæ, Hugo Dux an. 1231. Extat Charta in Burgundicis Perardi. p. 419.

Montiregali in Bressia, Humbertus Dom. *de Thoire & de Villars* an. 1207. Extat Charta in Probat. Hist. Bressensis p. 202.

Marquenterra in Comitatu Pontivi, Willelmus Comes Pontivi mense Sept. an. 1199. in Hist. Comitum Pontivi c. 35.

Meldu in Campania, Henricus Comes Campaniæ an. 1279. Extat Charta in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 299. & apud Fabium Canterellum tract. de Feudis p. 272.

Machau, villæ ita dictæ in Comitatu Regitestensi, Hugo Comes Regitest. assensu *Feliciæ* uxoris & Hugonis filii, in MSS.

Montibrisonis in Comitatu Forensi, Guigo Comes Forensis mens. Nov. an. 1223. MS.

Noviomo, Baldricus, Episcopus concedente Ludovico VI. Vide Vassorium in Hist. Noviom. pag. 805. & Reg. Philippi Aug. f. 46.

Nivernensi urbi, Petrus Comes Nivernensis an. 1194. Habetur Charta in eod. Regesto f. 55.

Niorto in Pictonibus, Philippus Aug. an. 1204. Vide idem Regest. f. 58.

Nonencurti in Normannia, idem Rex ann. 1204. Vide idem Reg. f. 58.

Pontallerio in Ducatu Burg. Guillelmus de Champlita Vicecomes Divionensis an. 1257. Chartam descripsit Perardus p. 486.

Pontisaræ in Vilcassino, Philippus August. an. 1188, Chartam exhibet Regestum ejusdem Regis f. 52.

Pisiaco, Philippus Aug. Habetur Charta in eodem Reg. f. 52.

Pictaviæ, Alienor Regina Angliæ, ac deinde Philippus Aug. an. 1204. Habetur in eod. Regesto f. 53.

Ponti Audomari in Normannia, Philippus Aug. 1204. Vide idem Regest. f. 58.

Peronæ in Picardia, Philippus Aug. an. 1207. Habetur Charta in eod. Regesto f. 58.

Prulliaco in Biturigib. Radulfus Dom. Magduni an. 1177. apud Thomasserium lib. 1. c. 52.

Riomo in Arvernis, Alphonsus Comes Pictavensis & Tolosan. mense Julio an. 1270. Habetur Charta to. 11. Spicilegii Acheriani.

Rouvreio in Burgundiæ Ducatu, Hugo Dux Burg. an. 1215. Chartam descripsit Perardus p. 316. 317.

Rotomago in Normannia, Philippus Aug. Rex. Fr. an. 1207. Extat in Normannicis Duchesnii p. 1062. 1066. & in Regesto Philippi Aug. f. 57. 60.

Roiæ in Picardia, Philippus Aug. Habetur Charta in Reg. Philippi Aug. f. 47.

Suessioni, Ludovicus VI. confirmavit Philippus Rex an. 1181. Extat in Regesto Philippi Aug. fol. 37. apud Perardum p. 336. & to. 11. Spicil. Acheriani.

Salicibus (*Saux*) in Ducatu Burgund. Jacobus D. *de Saux*, an. 1246. Chartam descripsit Perardus p. 460.

Semuro in Burgundiæ Ducatu, Robertus Dux Burgundiæ an. 1276. Extat Charta apud Perardum in Burgundicis p. 529.

S. Desiderii urbi in Campaniæ Comitatu, Guillelmus D. de Domna Petra prid. non. Maii an. 1228. MS.

S. Quintini urbi in Viromanduis, Philippus Augustus an. 1195. Charta extat apud Hemereum in Augusta Viromand. in Regest. p. 47. & in Regesto ejusdem reg. f. 66.

S. Richarii oppido in Comitatu Pontivensi, Ludovicus Rex Franc. an. 1126. Describitur in Regesto Philippi Aug. f. 135.

Soliniaco in Arvernis, Delphinus Comes Clarimont. MS.

Senonensi urbi ∴. ac deinde Philippus August. an. 1189. Habetur Charta in Reg. Philippi Aug. fol. 54. Communiæ Senonensis meminit Vita Ludovici VII. cap. 3.

S. Ramberti oppido in Bressia, Ludovicus Dux Sabaudiæ 20. Jun. 1442. Chartam descripsit Guichenonus in Hist. Bress. p. 235.

Seisello in Bressia, Amedeus Comes Sabaudiæ an. 1285. Chartam habet Guichenonus in Hist. Bress. p. 244.

Saigeio in Ducatu Burgund. Aimo de Sabaudia D. Baugiaci. an. 1246. Chartam descripsit Perardus pag. 509.

S. *Germano de Bosco* in Biturigib. Ludov. VII. &c. an. 1202. apud Thomasserium l. 1. c. 54.

S. Joanni Angeriacensi in Pictonibus, Philippus Aug. an. 1204. Habetur Charta in Regesto ejusdem Regis f. 53.

Silvanecto, Philippus Aug. an. 1201. Vide idem Regest. f. 55.

Teneræmundæ, Robertus ejusdem urbis Dominus an. 1233. Extat Charta apud Lindanum in Teneræmunda p. 93.

Tornaco, Philippus August. an. 1187. Habetur Charta in Regesto Phil. August. f. 35. in 30. Regesto Chartophylacii Regii ch. 382. & tom. 11. Spicilegii Acheriani.

Vitriaco in Campania, Theobaldus Comes Campan. mense Aprili an. 1230. MS.

Viconovo in Campania, idem Theob. an. 1228. Extat Charta in Tabulario Campaniæ Thuano f. 155.

Villæfrancæ in Burbonesio, Archembaldus D. Burbon. & Agnes uxor, mens. Decemb. 1217. MS.

Vauliaco, &c. Ludovicus VI. ac postmodum Philippus Aug. an. 1185. Habetur Charta in Regesto ejusdem Reg. f. 42. & to. 13. Spicilegii Archeriani p. 323.

Wabano in Pontivo, Willelmus Comes Pontivi an. 1192. Vide Hist. Comitum Pontivi c. 35.

Villanovæ in Bellovacis, Philippus Aug. an. 1200. in Regesto Philipp. Aug.

Vizeliacensis in Ducatu Burgundiæ meminit Histor. Ludovici VII. p. 418.

Villanovæ in Belvacino, Philippus Aug. an. 1200. Habetur Charta in Regesto ejusd. f. 45.

Vernolio, Philippus Augustus. Vide idem Regest. f. 58.

Communia, quæ Festo dicitur, *Compascuus, ager relictus ad pascendum communiter vicinis*. Rastallus: *Common, est le droit que home a de mitter ses beasts à pasture, ou de user & occuper le terre qui n'est son proper soile.* Bracton. lib. 4. tract. 1. c. 38. §. 1. *Est enim Communia in eo quòd dicitur pastura, de omni quod edi poterit, vel pasci, largè sumpto vocabulo, vel strictè: largè, ut si quis habeat in alieno communiam pasturæ scilicet herbagii, pessonæ, sive glandis, sive nucis, & quidquid sub nomine pessonæ continetur; item foliorum & frondium: strictè, scilicet aliquod istorum unum vel duo.* Vide Fletam lib. 4. cap. 19. Formulæ veteres: *Cum terris, sylvis, campis, pratis, pascuis, communiis.* Speculum Saxon. l. 2. art. 47. §. 4. *Qui pecora sua in communia alterius præsidii, seu villæ, pascua immiserit, &c.*

Communiarum originem observat Aggenus Urbicus de Controvers. agror. *Relicta sunt & multa loca quæ veteranis data non sunt. Hæc variis appellationibus per regiones nominantur. In Etruria Communalia vocantur.* Frontinus de Limitib. Agror. *Est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune, propter quod ea compascua multis in locis in Italia Communia appellantur.* Varias autem species Communiarum recenset idem Rastallus, quem consule in verbo *Common*.

COMMUNIA, Bona quæ in commune possidentur à Canonicis Ecclesiæ alicujus Cathedralis; vel quidquid ex iisdem bonis ac proventibus in commune iisdem distribuitur. Charta Paschalis II. PP. ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Ad hæc præceptum est & repetita præceptione firmamus, ne Viennensis Episcopus ulteriùs in illa parte Gratianopolitanæ Ecclesiæ aut partem, aut Communiam, aut aliquam exactionem requirat.* Alia Hugonis Episcopi Gratianopolit. an. 1105. ibid. *Cum consilio Canonicorum nostrorum scilicet Gratianopolitanæ Ecclesiæ S. Donati Nantelmo Ulcensis Ecclesiæ Præposito, & omnibus successoribus ejus, ut eis obedientiam promittant, & præmissa secundùm Dominum in omnibus & per omnia teneant, & professionem illis faciant, & totam Communiam ipsius Ecclesiæ, quam modo habent, vel in futuro justè acquisituri sunt, eis perpetuo jure dono, salva obedientia & reverentia, subjectione & potestate Gratianopolitani Episcopi*, & Statuta Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Anglic. to. 3. p. 165. ubi de Residentia Canonicorum: *Facta verò prædicta quotidiana distributione, quod residuum erit de Communia -- inter solos Canonicos qui residentiam fecerunt, distribuetur: præterea soli Canonici Communiam percipiant.* Statuta Ecclesiæ Leicheteld. ibid. p. 244. *Si Vicarius scriptus fuerit in tabula ad cantandum, & defuerit, duas Communias amittet, scilicet diei illius, si quam accepturus fuerit, & diei sequentis. Et si propter carentiam commune* (leg. *Communiæ*) *absentaverit se per tres dies, &c.* Infrà *Communio* appellatur: *Si Vicarius ensigne fuerit, duas noctes solummodo quietis habebit, Communionem non amittat.* *Commune*, ni fallor, apppellatur in Charta Alexandri Conventrensis Episcopi, ibid. p. 233. Matthæus Paris p. 590. *Congregati igitur Scholares, collectam fecerunt, & contribuerunt, scilicet quilibet secundùm posse suum; & cujuslibet Communia hebdomadalis abbreviata est, ut inde Romanæ Curiæ pro parte satisfieret.*

Communuarius, vel *Communarius*, Canonicus seu alius, qui *Communia*, vel *Communias* aliis Canonicis distribuit, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 237. *Et si contingat quòd Communuarius, qui pro tempore fuerit, de bonis Ecclesiæ communibus, in manibus suis non habeat, unde nobis seu successoribus nostris Canonicis residentiariis singulis anni studiis, ac Vicariis, singulis anni mensibus, quotidianas Communias solvere valeat, ex tunc ad solvendum Communias hujusmodi, de pecunia reposita per viam præstiti, summam in hac parte necessariam mutuetur.* Pag. 249. *Communarius*,

COMMUNICALES, Vasa argentea vel aurea, quorum inter communicandum usus fuit, quæ in stationibus præferebantur: hæc Belengerus. Anastasius in Leone III. PP. pag. 146. *Fecit vero Communicales ex argento purissimo per singulas regiones, qui præcederent per stationes per manus Acolythorum numero 24. pens. simul lib. &c.*

COMMUNICARIUM, Papiæ, *Participarium, communicatio*. In Glossis Isid. *Partiarium*.

COMMUNICATORIÆ *Literæ*, Κοινωνικαὶ, κοινωνικὰ γράμματα. Palladio in Vita Chrysostomi pag. 24. κοινωνικὸν, in Nomocanone edito à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio cap. 454. dicebantur eæ, quas Episcopi dabant lapsis, & exacta pœnitentia ad Communionem receptis: interdum etiam fidelibus peregrinaturis, & in alienam diœcesim profecturis, quò à cæteris fidelibus in Communionem reciperentur. Neque enim licebat *Clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec Laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinaret sine conscientia ejus Episcopi, de cujus plebe erat.* Verba sunt Concilii Carthag. I. can. 5.

Harum

Harum mentio occurrit non semel apud D. Augustinum Epist. 162. & 163. & lib. 3. Contra literas Petiliani c. 1. in Concilio Eliberitan. can. 25. 58. Arelat. I. can. 9. & Agath. can. 52. Auctor est præterea S. Augustinus dicta Epist. 163. Communicatorias easdem esse cum *Formatis*: sed *Formatarum* nomen genericum esse contendit Bernardinus, atque complecti Communicatorias, Dimissorias, Pacificas, &c. Vide *Epistolium*.

COMMUNICATURA. Synodus Herbipolensis an. 1287. c. 10. *De habentibus duas vicarias: Presbyteris duas communicaturas recipere prohibemus omnino, cùm impossibile sit quòd sufficienter possit Ecclesiis servire duabus.* Id est, duas Ecclesias in quibus *communicat*, seu Missam celebrat, nisi legendum sit *Vicariaturas*, pro *Vicarias*.

COMMUNIO, *Communicare*. Hæ voces variè sumuntur apud Patres & in Conciliis: nam *communicare* dicuntur, qui cum aliquo communionem invicem habent, ut Christiani ac fideles. Deinde *communicare* dicitur qui sacram Eucharistiam percipit. Pœnitentiale MS. Thuanum: *Sciendum est quòd 4. modis communicatur in Ecclesia, vel Corpus Domini sumendo, vel pacem dando, vel benedictionem sumendo ut in fine Missæ, vel quando dicitur, Humiliate vos ad benedictionem, quod ideo institutum est, ut si quis hoc modo non communicet, communicet illo*, De priori notione, sic Papias: *Communio dicitur spiritualis esca, quia in commune ad vivificandas animas à cunctis percipitur dignis.* S. Joannes Damascen. lib. 4. de Fide cap. 4. *Communionem* nuncupari, quia per ipsam communicamus Christo, & quia participamus ejus carne & deïtate, & quia communicamus & unimur ad invicem per ipsam. Concilium Turonense II. can. 4. *Ad orandum verò & communicandum, Laïcis & feminis, sicut mos est, pateant Sancta Sanctorum* Concilium Toletanum IV. can. 18. *Nonnulli Sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, &c.*

Communione Dominica privari dicitur Episcopus, qui contra Ecclesiasticam disciplinam deliquit, & à perceptione sacræ Communionis abstinere jubetur in Concilio Taurinensi can. 5. quæ *Communio Dominicorum Sacramentorum*, in Concilio Venetensi can. 3. appellatur.

Communio Viatica, idem quod *Viaticum*, in Concil. Aurelian. III. can. 6. Vide *Viaticum*.

Communio Ecclesiastica, Ἐκκλησιαστικὴ κοινωνία, in Concilio Ephesino can. 5. à qua privantur quivis gravioribus obstricti criminibus, (neque enim soli Clerici, quod vult Morinus) in Concilio Venetensi can. 1. Aurelianensi III. can. 10. 22. Aurelianensi V. can. 17. *Communio Ecclesiæ*, in Aurelianensi I. can. 1. Aurelianensi IV. can. 16. *Ecclesiæ Catholicæ Communio*, in Concilio Arvernensi an. 533. can. 14. quæ quidem Communio non alia est à communione fidelium.

Communio Sacerdotalis dicitur, quæ Sacerdotum erat, à qua qui deliquerat, abstinere jubebatur, donec *ad sanitatem rediret*, ut est in Concilio Arelat. II. can. 49.

Communio Pacis, in Concilio Eliberit. can. 47. quæ fit per manus impositionem pœnitenti in extremis agenti. Vide *Pax*.

A Communione abstinere, in Concilio Eliberit. can. 50. *Communionem ab Episcopo accipere debetis à quo abstentus in aliquo crimine fuerit*, in eodem Concilio Eliberit. can. 53. Concil. Nicæn. can. 5. &c.

Accipere in fine Communionem, aut *ea privari*, est in articulo, ut ajunt, mortis absolvi vel non absolvi ab excommunicatione, in Concilio Eliberit. can. 1. 2. 3. 5. 7. 10. 12. 13. & ibi passim. Ancyr. can. 6. 15. Toletan. XVI. can. 12. in Pœnitentiali Gregorii III. PP. can. 4. 14. &c. apud Innocentium I. Epist. ad Exuperium Tolosan. Bernaldum Constantiensem de Reconciliatione lapsorum p. 244. &c.

Acta pœnitentia ad Communionem admitti, in Concilio Eliberit. can. 5. 14. 22. 31. 59. 76. post exacta in classe Pœnitentium tempora præstituta.

Communione reconciliare, Absolvere ab excommunicatione, in Concil. Eliberit. can. 72. 79. *Dominicæ Communioni reconciliari*, in eodem Concilio Eliberitan. can. 78.

Communicantes, nudè, dicuntur orationum cum populo participes, absque oblatione. Concilium Arelatense II. can. 10. *De his qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntate fidem negaverint, hos de eis Nicæna Synodus statuit, ut quinque annos inter Catechumenos exigant, & duos inter Communicantes: ita ut Communionem inter Pœnitentes non præsumant.* Ubi Nicæna Synodus can. 11. Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιςοὶ, κ̓ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.

Communio Laïca, est illa quæ Presbyteris aut Clericis, ex delicto aliquo imponebatur per pœnitentiam, vel in pœnam, ut videlicet non ut Presbyteri & Clerici, sed inter laïcos communicarent, hoc est in laïcorum ordine deinceps censerentur, ita ut neque Missam facere, neque cum Clericis in Choro communicare possent. Sanctus Cyprianus Epist. 52. *Admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non --- locum Sacerdotis usurpet.* Epist. 68. *Episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere deponens --- satis gratulans, si sibi vel laïco communicare contingeret.* Et Epist. 72. *Eos quoque hac conditione suscipi cùm revertuntur, ut communicent ut laici.* Ita in Canonibus Apostolorum c. 14. Presbyter, qui in aliena Parochia commoratur, inscio Episcopo, λειτουργεῖν vetatur, jubeturque ibi κοινωνεῖν ὡς λαϊκὸς, id est, *Communionem inter laïcos recipere*, ut loquitur Gregorius Magnus l. 4. Epist. 5. 16. Et can. 60. Clerico qui pœnarum metu Christianam fidem abjurasset, Clerici dignitas abrogatur, si tamen pœniteat, ut laïcus recipitur, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω. In Concilio Sardicensi c. 19. hæreticis quibusdam interdicitur Episcopi nomen, & dignitas, εἰ δὲ λαϊκὴν κοινωνίαν ἀπαιτοῖεν, μὴ χρῆναι αὐτοῖς ἀρνεῖσθαι. Libellus precum Marcellini & Faustini p. 47. *Nullo genere talibus Episcopis posse communicari, qui fidem illo modo quo supra retulimus, prodiderunt, nisi si laïcam postulaverunt Communionem.* Et pag. 49. *Quis est enim, qui considerans vim divinæ religionis pacem perfidorum Deo placere confidat, nisi, ut à Patribus decretum est in laicorum se numerum tradant, suæ perfidiæ dolentes?* Annales Franc. Bertin. an. 868. ubi de Gunthario Episcopo: *Communionem inter laicos ab Adriano PP. accepit.* Ex mox: *Accipiens autem isdem Papa à Gunthario consistente inter laïcos hanc professionem relectam inter laicos ab ipso publicè coram omnibus dixit illi, Tibi concedo laicam Communionem, ea conditione, ut ita quamdiu vixeris observes, sicut modo professus fuisti.* In illa verò professione Guntharius ait: *Judicium depositionis in me --- canonicè datum non reprehendo, sed humiliter porto; unde nec ulterius sacrum ministerium contingere præsumo, nisi per misericordiam mihi subvenire volueritis.*

Hæc quidem obtinebant, si levior esset culpa Clerici, aut Sacerdotis, vel Episcopi: nam si esset gravior, interdum ne laïca quidem donabantur Communione, sed ad poenitentiam relegabantur ad fores Ecclesiæ donec eidem reconciliarentur. Concil. Sardic. can. 1. Episcopum, qui à parva civitate in aliam migraverit ne quidem laica Communione donari debere decernit: Ἡγούμεθα γὰρ μηδὲ λαϊκὴν ἔχειν τοὺς τοιούτους χρῆναι κοινωνίαν. Concilium Agripin. sub Julio I PP. *Quia Euphrata Christum Deum negat, consentio eum Episcopum esse non posse, qui nec laicam debet Communionem accipere.*

Illi igitur quibus etiam interdicebatur *laica Communio* propter criminis gravitatem, inter Poenitentes agebant, nec ad illam admittebantur, nisi purgato & expiato per diuturniorem poenitentiam crimine. Concilium Tolet. I. can. 4. Subdiaconus qui tertiam uxorem duxerit *abstentus biennio, postea inter laïcos, reconciliatus*

per

pœnitentia communicet. Concilium Tolet. IV. can. 45 *Oportet Canonibus in tali scelere proditum à Clericatus ordine submoveri, & pœnitentiæ triennio deputari.* Clericorum qui propter facinoris attrocitatem & depositione mulctabantur & laïca Communione privabantur, exempla extant in Can. Apost. can. 29. 30. 51. 62. in Concilio Elliberit. can. 20. in Concil. Neocæsar. can. 1. Laodic. c. 36. Agath. c. 68. Trull. c. 61. Tolet. IV. c. 5. Tolet. VIII. c. 7. apud Vigilium Ep. 1. c. 6. Apud Theophilum Alexandr. in Commonitorio, apud Balsamonem, &c.

Postremò denique Clericis exauctoritatis vel excommunicatis, laïca Communio in fine tantùm, vel ne in fine quidem concedebatur. Quibus in fine tantùm, ii ab omni fraternitatis Communione arcebantur toto vitæ tempore, præterquam quòd morituris & animam agentibus restituebatur, ita ut tunc in laicam reciperentur Communionem, iisque quemadmodum cæteris laicis Viaticum, seu Eucharistiæ sacramentum præstaretur. Synodus Romana sub Felice III. can. 2. de Clericis qui se rebaptizari passi erunt, *Usque ad exitus sui diem in pœnitentia si resipiscant, jacere conveniet, nec orationi modò fidelium, sed nec Catechumenorum omnimodis interesse, quibus Communio laica tantùm in morte reddenda est.* Vide Concil. Eliberit. can. 3. & Theophilum Patr. Alexandr. in Commonitorio quod accepit Ammon.

At qui severiore mulctabantur judicio, iis ne quidem in morte laica Communio concedebatur, proinde nec Eucharistiæ viatico potiri fas erat. Concilium Sardicense can. 2. statuit ut Episcopus qui artibus & fraudibus plebem alienam concitavit, quò postuletur Episcopus, ne in fine quidem laica Communione dignus habeatur, Μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. Hac igitur notione accipiendam *Communionem laicam* constat in Epist. Innocentii I. PP. ad Marcian. c. 4. in Ep. 1. Siricii PP. cap. 11. in Libello precum Marcellini & Faustini p. 47. in Concilio Eliberit. can. 76. In Synodo Roman. sub Leone IV. PP. in Synodo Agath. c. 51. Aurelian. III. c. 2. 19. Synodo Suession. act. 2. in Canonibus Romanorum ad Gallos Episc. c. 14. apud Flodoardum lib. 3 Hist. Rem. c. 11. Reginonem an. 865. Auxilium de Causa Formosi PP. &c. De Communione ista laïca, multa habent Baronius, Pamelius, Durantus, Binius ad Concil. Nicæni c. 19. Suares Disput. 40. quæst. 73. Cellotius lib. 6. de Hierarch. cap. 16. § 1. Altaserra in lib. 4. Epist. Gregor. M. Morinus lib. 2 Exercit. cap. 1. & alii.

Communionem in oratione accipere dicebantur ii, qui post peractam pœnitentiam ad publicas quidem admittebantur preces, non autem ad sacræ Eucharistiæ perceptionem: Εὐχῆς μόνης κοινωνῆσαι, in Concilio Ancyrano can. 4. & Nicæno c. 12. 13. idque stato & definito tempore, quo elapso ad perfectionis gratiam, ἐπὶ τὸ τέλειον perveniebant, id est, ad Communionem μετὰ προσφορᾶς, *cum oblatione*, admittebantur, ut loquitur idem Concilium Ancyr. can. 5. 6. seu μετὰ τῆς Εὐχαριστίας, ut Nicænum can. 13. id est, in oblatione & Eucharistia communicabant, ut est in Pœnitentiali Gregorii III. P. c. 19. *Sine oblatione communicare*, in Pœnitent. Halitgarii cap. 6. *Absque oblatione tantummodo populis in oratione sociari*, in Capit. Caroli Magni lib. 5. cap. 69. 71. lib. 7. cap. 295. Addit. 4. Lud. Pii cap. 43. &c. Vide Albaspinæum lib. 1. Obs. 6. Cellotium lib. 6. de Hierarch. cap. 16. &c. Triplicem hanc Communionem prodit suprà laudatum Concilium Ancyranum can. 16. ex veteri Interprete: *De his qui cum pecoribus mixti sunt, aut more pecudum incesta cum consanguineis aut cum masculis concubuerunt. Qui igitur ante vicesimum ætatis suæ annum tale crimen admiserunt, 15. annis in pœnitentia exactis orationi tantùm incipiant participare:* (ubi Glossa MS. superlineatis, *ut orent cum pœnitentibus*) *& quinquennio altero in Communione simplici perdurantes* (ubi Gloss. *Ut offerant oblationem*) *post vicesimum cum oblatione ad Communionem suscipiantur. --- Quotquot verò ultra 20. annorum ætatem & uxores habentes in hoc crimen inciderint, 25. annis pœnitentia acta ad Communionem orationis* (Gloss. *ut simul orent tantum*) *admittantur, altero verò quinquennio perdurantes, ad plenam Communionem cum oratione recipiantur*, & Concil. Nannetense c. 18. de pœnitentia ejus qui non volens fecerit homicidium: *Biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat: post biennium in Communione orationis offerat, non tamen communicet: post quinquennium ad plenam Communionem recipiatur.* Adde can. 17. Ejusmodi Communionis meminit Ruffinus lib. 1. in Hieronymum: *Qui usque ad ipsum tempus etiam videre me, & salutare, & in oratione communicare solitus erat.* Et Cumeanus Abbas de Mensura pœnitentiarum cap. 3. *Plena pœnitentia acta ad communionem oratione* (f. orationis) *permittantur.*

Communio peregrina ea est, quæ peregrè cum Formatis advenientibus Ecclesiasticis vel Laïcis concedi solebat: ita ut si Episcopus peregrinus cum Metropolitani Formatis in alienam diœcesim veniret, nullo quidem in ea dignitatis suæ munere fungeretur, sed in consessu Presbyterorum, seu ut vocabant, Presbyterio, ante Presbyteros sederet, & ab Episcopo civitatis, cum cæteris Presbyteris diœcesanis sacram Eucharistiam sumeret, sicut in can. 18. Nicenæ Synodi dicitur. Idem porrò erat de peregrinis Presbyteris & Diaconis, qui intra Cancellos sedebant, ut peregrini tamen ab officio cessabant, sed tantùm communicabant tum in oratione tum in Eucharistia, cum aliis Presbyteris, cùm ea quæ erant sui ministerii exercere iis non liceret injussu Episcopi, ad cujus diœcesim accedebant. Quæ quidem Communio ideo Peregrina dicitur, quòd Episcoporum & Presbyterorum peregrinorum propria esset. Qua quidem notione Communionem peregrinam accipi in Concilio Regiensi an. 439. can. 3. observat Sirmondus; quippe peregrinis Episcopis & Presbyteris cum formatis proficiscentibus *Communionem* datam liquet ex Concil. Milevitano II. can. 20. Afric. can. 73. Venetico can. 5. 9. Aurelianensi III. can. 15. &c. Sed & Cælestinus PP. Epist. 4. scribit S. Athanasium Ario persequente fugatum, Romæ *redintegratum ei fuisse statum, & in hac sede quietem Communionis invenisse, à qua semper Catholicis subvenitur.*

Factum postea ut instar peregrinæ Communionis propriè dictæ, pœnalis quædam Communio dicta sit Peregrina, rei effectu inspecto: quoties Episcopo adimitur Episcopatus, ad quem ordinatus est, administratio: nomen verò, ordo, & dignitas reliquitur, sedet, communicat cum Episcopis, abstinet tamen ab officio dignitatis, atque, ut verbo dicam, communicat ut peregrinus. Ita in Concilio Calched. Act. 11. & 12. Episcopatus Ephesinus adimitur Bassiano & Stephano, qui contra Canones occupaverant Ephesinam sedem, nominis tamen honor relinquitur: unde conficitur leviorem fuisse Communionis hujus pœnam, quàm laicæ, cùm hac postrema Clerici gradu suo carerent in perpetuum: priori verò, si resipiscerent, locum suum reciperent, ut est in Concilio Agathensi can. 2. Communionis peregrinæ, ut pœnæ, mentio est in Concilio Agathensi can. 2. & 5. Ilerdensi can. 16. Vide Sirmondum in Historia Pœnitentiæ publicæ c. ult. Franciscum Florentem ad t. 7. Decret. Gregorii IX. PP. de Translat. Episcop. Albaspinæum, Cellotium l. 6. de Hierarch. c. 16. Altaserram ad Gregor. Magn. l. 4. Ep. 5. Bosquetum ad l. 13. Innocentii III. PP. Ep. 50. 147.

Communicare tertio gradu. Benno Cardinalis de Gestis Gregorii VII. p. 41. 46. *In quibus manifestè à fide Catholica erravit, cum injustè excommunicatum Imperatorem, & Episcopos communicantes ei, excepit ab excommunicatione tertio gradu communicantes ei.* Infrà: *Ecclesiasticam scidit unitatem, dum Cæsarem & Episcopos communicantes Cæsari absque judiciario ordine excommunicabat, & tertio*

& tertio gradu communicantes eis ab excommunicatione, nova pietate excipiebat, quos hujusmodi artibus & Regi subducere, & sibi allicere festinabat.

Communio, Antiphona, vel cantus Ecclesiasticus, qui, dum communicant fideles, à Cantoribus cantatur, à Gregorio Magno inventus, quem ille in Missa cantari instituit, ut habent Honorius Augustod. lib. 1. cap. 90. Auctor Chronici Reichersperg. an. 424. & alii. Vide Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 17. num. 1. & al.

COMMUNIS, Accessu & affatu facilis, qui cum omnibus *communiter* versatur. Victoris Epit. in Pertinace: *Communem affatu.* In Theodosio: *Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se cæteris putans.* Ita Terentius in Seipsum cruciante, *animum communem & lenem* dixit.

Communis, Amicus: quippe, ut est in Proverbio, πάντα τῶν φίλων κοινά. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 23. *Pro Evrardo, quem communem suum vocat, & ipsius filium, ut pro eo apud Ludovicum Regem --- intercedat, obsecrat.* Villardhuin. num. 100. *Ensi furent communel li Grieu & li François de totes choses.*

Communis esse præterea dicitur, qui alteri assentitur. Gregorius Turon. lib. 9. Hist. cap. 28. *Illo quoque recusante non se his verbis esse communem.* Anastasius in S. Anastasio PP. *Fotino, qui communis erat Acacio*, id est, qui eadem sentiebat quæ Acacius.

COMONIA, Tabularium Ecclesiæ Uticensis ann. 1208. *In eis habere debes Comonias seu cavalcadas ad defendendum bona Ecclesiæ Uticensis, & pacem vel treugam, &c.* pro *Communias*, id est, plebem congregatam & armatam.

COMODIUM. Vide *Commodum.*

COMORBANUS. Vide *Corba.*

COMORTHA, Collecta, Contributio, à voce Saxon. Cymborth, subsidium, auxilium. In Statut. an. 4. Henrici IV. cap. 27. Choraula prohibetur *Comorthas facere.*

COMOTUM. Vide *Commotum.*

COMPACTARE, Compingere, formare, fabrefacere. S. Eulogius lib. 2. Memorial. cap. 10. *Non filiarum affectus societati Sanctorum est præponendus, cùm & illas potest Deus in sæculo enutrire, qui compactavit in utero.* Idem lib. 3. cap. 10. *Non talem habet Christus sponsam, quæ immutari de pristina compactione arrarum ejus prævaleat.*

COMPACTUM. Gloss. Lat. Græc. *Conclusio & compactum*, συνδοιασμός. *Compactum facit*, συνδοιάζει. Concilium Copriacense can. 37. *Prohibemus Clericis, ne ex uno eodemque contractu mutui, emptionis bladi, vel vini, ad secundum deveniatur compactum, vel tertium, & sic deinceps: ne emant illicitè altàs, vel ut revendant.*

COMPADIATIM. Paulus Diaconus Emerit. de Rebus gestis Episcoporum Emeritensium in S. Paulo c. 1. apud Bivarium ad S. Maxim. pag. 516. *Atque ipsum infantulum* (ex alvo matris) *jam putridum membratim compadiatimque abstraxit.* Sed legendum opinor *competiatim*, per petias, seu frusta: Galli dicerent, *par pieces & par morceaux.* Vel potiùs *copadiatim*, per κοπάδια, per frusta. Vide *Copadium.*

COMPAGINA. Vide *Pagina.*

COMPAGNIA, ex Ital. *Compagnia*, Militum centuria. Κομπανία. apud Nicetam in Alexio lib. 1. num. 1. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 3. *Compagniæ projiciunt symbola, sumunt arma.*

Hac autem appellatione donabant nostri *Ruptarios*, seu militarium turmas, cujusmodi erant eæ, quas anathemate non semel damnarunt Summi Pontifices Bullis suis, quæ habentur in Chartophylacio Regio, in scrinio, cui titulus, *Contra magnas societates & compagnias.* Hæ potissimùm floruere sub Carolo V. Rege Franc. sicque describuntur in Chronico MS. Bertrandi Guesclini:

Mais ou noble Royaume avoit confusion
D'une grant Compaignie, & estoient foison,
Gens de maint pays & de mainte nation,
L'un Englois, l'autre Escot, si avoit maint Breton,
Hanuyers & Normans, y avoit à foison,
Par li pays aloient prandre leur mansion,
Et prenoient par tout les gens à raençon,
Vingt-cinq Capitaines trouver y pouvoit-on.
Chevaliers, Escuyers y avoit ce dit-on,
Qui de France exillier avoient devotion
Et il n'y demeuroit buef, vache, ne mouton,
Ne pain, ne char, ne vin, ne oye, ne chapon;
Tout pillart, meutrier, traisteur & felon
Estoient en la route dont je fais mention.

Postmodum *Compagnias* istas in Castiliam traduxit idem Guesclinus, quibus à candida Cruce, qua insigniri voluit, nomen sumpserunt *de Compagnie blanche.* Idem Chronicon:

Et je vous chanteray une bonne chançon
De Bertrand de Glaiequin, dont je fais mention,
De la Compagnie blance, dont je fu compaignon,
Il n'y avoit en l'Ost Chevalier ne garçon,
Qui ne portast la Croix blance comme coton,
Pourtant la Blance Compaigne les apeloit-on.

Vide editum Chronicon ejusdem Guesclini p. 181. 183. Matthæum Villaneum lib. 9. cap. 109. lib. 10. c. 84. 92. 94. Chronicon Petri IV. Regis Aragon. lib. 6. cap. 10. &c.

Societates & Comitivæ. Latinis potissimùm Scriptoribus vocantur. Thomas Walsinghamus ann. 1357. *Sub his diebus surrexit in Francia illa famosa societas, quæ Gens sine capite vocabatur; quæ primò parva, postea magna aggressa, magnam Franciæ partem occupans sine legibus, expulsis vel subactis locorum Dominis, subjugavit, erantque non tantùm de una gente vel natione, sed de pluribus regionibus congregati.* An. 1361. *Magna & famosa Comitiva de diversis nationibus adunata, &c.* Adde eumdem ann. 1369. Henric. de Knyghton an. 1361. *Eodem tempore crevit quædam societas virorum fortium, vocata Societas fortunæ, & per quosdam vocata est La Grant Companie: & adunati sunt de diversis partibus non habentes unde vivere, &c.* Adde eundem an. 1366. Vitam Innocentii VI. PP. pag. 127. 128. Edit. Bosqueti, Albertum Argentinensem an. 1354. Waddingum an. 1364. num. 12. an. 1366. num. 1. 2 Ammiratum tom. 2. de Famil. Neapolit. pag. 239. Catellum in Episcopis Magalonensibus pag. 405. & seqq. &c.

COMPAGO. Gariopontus lib. 3. Passion. cap. 26. *Multa enim intervalla atque spatia sunt intrinsecus membrorum, multaque compagines, unde ante excoquitur virtus medicaminum, quam perveniat ad locum, qui patitur.* Lib. 4. cap. 1. *Sciaticos apprehendimus primùm ex parvo dolore ossis, qui de ilio descendit in vertebrum coxæ, sive in compaginem.*

COMPAGUM. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 93. *Si quis in humero plagietur, ut glutinum compagum effluat, 30. solid. emendetur.*

COMPAGUS, Ejusd. pagi. Ethelwerdus lib. 4. c. 3. *Cernit reliquias sui compagi socii.* ubi, *socii*, vox, videtur Glossema. *Compaganus* in vet. Inscript. ap. Gruter. 209. 1. Hinc nostri *Compagnon* dicunt, quam quidem vocem quidam aliunde arcessunt. Lipsius Cent. 3. Epist. 44. à *Combino*: Henricus Stephanus a *Combenno*, qui eodem curru utitur. Albertus Acarisius à *Compages*, Alii denique à pane, ut sint qui eodem pane vescuntur, quia veteribus *Compains* dicti qui posterioribus sæculis *Compagnons*: qua voce utuntur Chronicon Flandriæ vernaculum cap. 79. & Berrius in Carolo VII. Vide *Companio*, & Stephannm Paschasium lib. 8. Disquisition. Francicar. cap. 24.

Compagus, perperam pro *Compagus* editum in Bullario Cluniacensi pag. 24. 36. Vide in hac voc.

COMPANAGIUM, *Companaticus*, Quidquid cibi præter panem & potum sumitur, id est, cibus qui *cum pane* in escam datur. Will. Brito in Vocabul. M. & auctor Mamotrecti ad 14. Numer. *Pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus præter panem, Companage in Gallico*, seu, ut efferunt Occitani, *Coumpanatge*, quæ vox id potissimùm denotat, quod in hospitio præter panem & vinum expenditur. Ita Lombardi, ut auctor est Pergaminus in *Camangiare*, *Companatico dicono, cioe ogni cosa da mangiare, toltone il pane*. Ugutio & Joan. de Janua: *Obsonium, quilibet modicus & delicatus cibus inter alios sumptus: dicitur obsonium, quòd vulgò Companaticum. Pulmentum*, & *pulmentarium* Latinis, Græcis προσφάγιον. Leges Athelstani Regis Angl. cap. 12. *Si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem, & companagium pro anima ejus.* Leges Hoëli Boni: *Companagium 60. panum debet esse porcus, &c.* Custumar. de Hecham, *ad Nonam 4. panes, & 8. harinis* (haleces) *vel aliud Companagium quod tantum valet.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 419. *Abbas Aucherius constituit domum leprosorum, —— ad quorum sustentationem dantur singulis diebus singuli cantelli dimidium panis habentes, & dimidium galonis cervisiæ mediocris. Præterea singulis mensibus cuilibet eorum dantur ab Eleemosynario 5. denarii ad Companagium emendum.* Statuta Hospitalis S. Lazari Placentini an. 1214. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 2. part. Ch. 62. *Simul in Refectorio uno conveniant, edentes & bibentes de eodem pane, vino, & eodem companatico.*

Companaticus. Statuta antiqua Corbeiensis Monast. cap. 4. *Ceteris verò pauperibus —— solet dari quartarius, vel juxta quod Hospitalarius praviderit in majori vel minori numero aut necessitate compedire, Companaticus, aut secundùm consuetudinem tribuatur.* Vetus Inscriptio Epitaphii an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 433. *Distribuentes unicuique dimidium panem frumenti, tres fialas vini, companaticum juxta modum, &c.*

COMPANIUM, Contubernium, societas, *Compagnie*. Pactus Legis Salicæ tit. 66. §. 2. *Si quis hominem ingenuum, qui Lege Salica vivit, in hoste in Companio de Companiei suorum occiderit, in triplo componat.* Id est, si quis hominem ingenuum Lege Salica viventem, in castris in contubernio ac societate suorum contubernalium occiderit, Galli dicerent, *En la compagnie de ses Compagnons*. Ubi Wendelinus hoc Castrensi vocabulo dictos putat, qui communi pane ac distributione buccellati, & in eodem contubernio sodalitium fovent cum altero, indeque *Compagnon* & *Compagnie* vocum Gallicarum etymon hauriri debere. Vide *Compagus*.

COMPAR, Conjux. Gloss. Lat. Gr. *Compar*, σύζυγος. Vetus Inscriptio: *Manilia Paulla de patrimonio suo sibi & Aurelio Paullino compari suo domum æternam.* Alia: *Julia Matrona Aur. Aquilino comp. cum quo vixit, &c.* Vid. *Par*.

Compares præterea dicti *Pares*, inter se comparati respectu superioris Domini. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 572. *Helias quoque Vicedominus* (Gerberiaci in agro Belvacensi) *cum compari suo exulem gratanter regium suscepit, --- moris enim illius castri, ut ibidem duo pares Domini sint, & omnes ibidem fugitivi suscipiantur.* Idem l. 11. p. 807. *Pacem igitur inter eos obnixè feramus, ut hero comparique nostro legitimè proficiamus.* Hinc

Comparitas, Paritas conditionis ac dignitatis, in Charta Alsatica exarata sub Leone IX. PP. apud Glareanum lib. 2. Rerum German. pag. 102. *Liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post 7. dierum inducias cum totidem suæ comparitatis testibus: plebeius autem & minoris testimonii rusticus aquæ frigidæ se expurget judicio.*

COMPARAGIUM. Charta an. 1230. in Tabular. Abbatiæ Frigidimontis fol. 92. *Eadem vinea debet 4. sextarios vini pro comparagio dominis de Noëtel.* Fortè idem valet quod Gallis *comperage*. Vide *Filiolaticum*.

COMPARARE, *Comparatum*. Papias: *Comparare, emere, cum alio æquare.* Gloss. Græc. Lat. *Comparare*, συνωνητιάζω. Vide Legem Salicam. tit. 39. Aleman. tit. 83. & Longob. lib. 2. tit. 14. §. 4. 28. 38. Hinc

Comparatum, Proprium, labore & parsimonia acquisitum, emptum. Gloss. Gr. Lat. *Comparata*, συνωνηθέντα. Atque in eo differebat *Comparatum* ab *alode*, quia *alodis* dicebatur quidquid hæreditario jure possidebatur. Chronicon Laurisham. an. 764. *Hoc est, villam nostram --- quæ mihi de parte genitoris mei nomine Adelhelmi Legibus obvenit, vel undecumque tam de alode, quàm de Comparato, seu de quolibet adtractu ad nos noscitur pervenisse, &c.* Charta Caroli Magni ibid. *Seu quod pro collata populi, vel de comparato, vel de quolibet adtractu augmentare, vel immeliorare, seu adtrahere potuerit.* Hincmarus Rem. opusc. 54. *Ut in mansis suis de alode, vel naturali, vel comparato feminas habeant, quæ illorum pannos lavant, &c.* Marculfus lib. 2. For. 7. *Tam de alode, quàm de Comparato.* Et infra: *Tam de hæreditate parentum, quam de Comparato.* Adde Cap. de Villis c. 32.

Comparatio, eadem notione, in Concilio Francofurd. an. 794. c. 41.

COMPARATORES, apud Julianum Antecess. nov. 49. §. 2. Ἀντεξετάζοντες τὰ γράμματα, τοῦτ᾽ ἐστὶ οἱ συγκρίσεις ποιούμενοι, qui scripturas inter se comparant, ut scripti falsitas aut veritas comprobetur.

COMPARES. Ita appellabant certum *Leidæ*, seu pensitationis genus, Narbonensibus Vicecomitibus in Narbon. urbe exsolvi solitum, ut auctor est Catelius lib. 4. Rerum Occitanarum pag. 586. Cujus vocis notionem videtur indicasse Suidas, cui Κόμπαξ, est ὃς συνέζευκται εἰς ὑπηρεσίαν τινὶ ὁμοίαν τὴν αὐτὴν ἐκτελῶν χρείαν, qui scilicet in aliqua pensitatione alteri *Compar* est.

COMPARICIA, vel *Comparicium*, Comparatum. Charta Henrici I. Imp. apud Baronium an. 1014 num. 9. *Cum --- terminis, concessionibus, comparicijs, aliisque universis redhibitionibus, &c.*

COMPARIETICI, Papiæ, *Consortes, vicini, quasi unum parietem habentes.*

COMPARILE, Compar, par, simile. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 2. §. 5. *De minore verò quod Scopar appellant, cum solido uno componat, & universa comparilia restituat*, ubi Cod Reg. habet *parilia*, Gall. *La pareille*.

COMPARITAS, Paritas conditionis & originis. Conventio pacis publicæ instituta ann. 1051. apud Goldastum tom. 2. Constitut. Imperial. p. 48. *Si quis aliqua intentione quasi reus acclamatus fuerit --- liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post 7. dierum inducias cum totidem suæ comparitatis testibus; plebeius autem & minoris testimonii rusticus, aqua frigida se expurgabit judicio.* Vide *Jurare*, & suprà in *Compar*.

COMPARTIRE, Partiri, *Partager*. Abbo in Epist. ad Desiderium PP. to. 1. Hist. Franc. p. 886. *Melius est aliquid cum eo Compartire, quàm solus nihil habere.*

Compartimentum, Divisio, in Observantiis Regni Aragon. lib. 6. tit. Interpretationes, §. 11. & tit. de Munerib. agnoscend.

COMPASSIO, codolentia, συμπάθεια, apud Arnulfum Lexov. Epist. 12. & alios non semel. Anastasius in Adeodato: *Peregrinis Compassionem exhibuit.*

Compassiosus, Qui facilè compatitur, vel Compassione dignus, apud Knygthonum. *Compassionevole* Italis.

COMPATER, Joanni de Janua: *Quasi simul ejusdem filii pater, qui filium alicujus baptizat, vel Christianum facit, vel ad baptismum, vel ad Confirmationem tenet.* Raymundus Ord. Prædic. in Summula:

Patrem, Compatrem, fratrem mihi fons parit iste,
Me levat inde pater, carnalis filius hujus
Fit mihi tunc frater: sic commater mea mater.
Sexus femineus tot depingit tibi gradus.

Folcardus in Vita S Bertini c. 7. de eodem Sancto: *Nec non & compater fuit* (Walberto) *secundùm sæculi lauda-*

laudabilem ritum ad conjungenda fraternæ caritatis fœdera conservatum. Versus descripti in libro Evangeliorum, qui Tolosæ in Ecclesia sancti Saturni asservatur:

Præsulis officio tunc Adrianus functus in arvis
Culmen Apostolicum Romana texit in urbe.
Principis hic Caroli clara natalibus auctam
Karlinam sobolem mutato nomine Pipin,
Fonte renascentem, & sacro baptismate lotum
Extulit oblatum sacratis Compater undis.

Inter Epistolas Stephani III. PP. extat una cum hac inscriptione: *Pipino Regi & nostro spirituali compatri.* Chron. Fontanel. cap. 11. de Raginfredo Archiep. Rotomag. *Pipini magni Regis, &c.* Anastasius Bibl. in Vita S. Joann. Eleemosynarii n. 21. *Talis autem amborum confirmata est ex tunc à Deo charitas, ut Compater supradicti fieret Patricii.* Quo loco Metaphrastes habet, ὡς ἢ ἀνάδοχον των αὐτῦ παίδων γενέϑαι τὸν Πατριάρχλω.

Compaternitas, Cognatio spiritualis quæ inter Compatres intercedit: *Comparatico*, Italis: *Comperage*, Gallis. Petrus Damiani lib. 2. Epist. 17. *Duo quidam viri, qui & amicitiæ invicem fœdere, & Compaternitatis necessitudine tenebantur.* Thvvroczius in Gersa Rege Hung. cap. 66. *Apud quem aliquamdiu commoratus, Compaternitatis vinculo Regi sociatur.* Vide cap. 1. & 3. de Cognatione spirit.

COMPATERNICUM, Bona paterna aut materna, patrimonium. Vetus Diploma apud Wadianum: *Quidquid genitor meus -- vel mater mea Beata de Compaternico, vel seu conquisito, aut comparato mihi dereliquerunt.*

COMPATESCERE, pro *Compati.* Liber Epistolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epist. 83. *Compatescere infirmitati.*

COMPATRIANUS, pro *Compatriota*, apud Eckeardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 2.

COMPATRIOTA. Gloss. Lat. Gr. *Compatria*, συμπατριώτης, ubi fortè legendum, *Compatriota.* Gloss. Gr. Lat. συμπολίτης, *Compatriota.* Nicolaus PP. in Epist. ad Egilonem Archiep. Senonensem: *Ad te & tuos Compatriotas & consacerdotes literas direximus. Universi Compatriotæ regni*, in Legibus Edvv. Confess. p. 138. edit. Lambardi. Vide Folcardum in Vita S. Bertini n. 4. Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 6. &c.

Compatrienses, in Miraculis S. Ursmari n. 21.

COMPELLATIVUM. Leges Athelstani Regis Angl. *Debet etiam* (Episcopus) *sedulò pacem & concordiam operari cum sæculi judicibus qui rectum velle diligunt, & in Compellativum adlegiationem docere, ne quis alii perperam agat in jurejurando, vel in ordalio.* Quidam *Compellationum* legunt, ut Foxus & Spelmannus. Sed fortè hoc loco *in Compellativum*, idem valet ac *Compellando*; ut sensus sit, Episcopum compellare debere accusatorem, eumque docere non temere adversarium ad *adlegiationem* per sacramentum vel per *ordalium* adigendum.

COMPENDIARIA, Via brevior, σύντομ☉ ὁδὸς, in Gloss. Gr. Lat.

COMPENSUS, *Compensum.* Concilium Autissiodorense can. 3. *Non licet Compensos in domibus propriis in festivitatibus Sanctorum facere, nec pervigilias in festivitatibus Sanctorum facere.* Hîc hærent viri docti. Sunt enim qui, *Compensos facere*, sic explicant, ut sit serotinos cœtus habere, quibus mulieres certum lanæ, aut staminis pensum, in votum sancti alicujus nendo, texendove conficiunt, quod pensum subinde sacris altaribus offertur: quem quidem morem adhuc in nonnullis Galliæ provinciis perstare aiunt. Hoc autem fit in pervigiliis Sanctorum, & in pervigilio Natalis Christi. Sic auguratur N. *le Maistre* lib. 1. de Decimis & Oblat. cap. 41. quò spectant quæ habet Martinus Bracarensis c. 75. *Non liceat mulieres Christianas aliquam vanitatem in suis lanificiis observare, sed Deum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi dedit.* Subdit idem Nicolaus *le Maistre*, nisi fortasse velit aliquis *Compensos in domibus facere*, nihil aliud esse, quàm stare domi in otio certis diebus, præsertim Majo mense, quo superstitiosè feriari solebant veteres Galli, ut liquet ex eo sermone qui refertur inter tractatus Augustini tract. 20. creditur que esse Egidii Noviomensis.

At Innocent. Cironius lib. 3. Observat. Jur. Canon. c. 8. & Lalandus ad hunc canonem, *Compensos* hoc loco oblationes interpretantur quæ in domibus privatis fiebant, in quibus & vigilias quidam in festis Sanctorum peragebant, derelictis Ecclesiis: quod vetat Synodus Laodicena can. 58. Gangr. c. 5. 6. Antioch. can. 5. Carthag. c. 2. Matiscon c. 1. & Fertandus Diac. c. 72. unde Tertullianus lib. de Spectac. c. 81. *Prohiberi* ait *ceremonias & religionem deorum domesticorum.* Idque firmant ex genuina vocis significatione, quam profert Glossarium Rhabani, Laudatum à Barthio in Adversariis: *Compensum* enim ibi dicitur esse *oblata, collata.* Qua certè notione *Compensum* videtur usurpari in Charta Ludovici Regis an. 1156. pro Raimundo Uticensi Episcopo: *Adhuc etiam concedimus tibi & Ecclesiæ Uticensi in perpetuum redditus omnes Pacis, qui per totum ejusdem Episcopatum pro pace persolvuntur, quod etiam Compensum dicitur.* Ibi enim *Compensum* est collatio, præstatio. Concilium Monspeliense an 1214. c. 33. *Qui commonitus à Paciariis infrà 15. dies ad cognitionem Paciariorum facere vel firmare noluerit, Episcopus eum excommunicet, & de Pace dejiciat, & terram ejus interdicto supponat, Quòd si & homines sui ei faverint, post 14. dies ejiciantur à Pace, & restituatur eis Compensum, si quid dederunt. Sed si homines ipsi velint mandatis parere, dimittantur in pace.* Cap. 39. *Si pax fracta fuerit ab iis qui sunt intra terminos pacis, debet pax fracturam pacis quærere utroque gladio: & si non poterit recuperare, debet emendare de Compenso, vel de nova collecta: de quo Compenso seu nova collecta, si Compensum non sufficit, debent expensa fieri Equitibus qui cum armis pacem sequuntur.* Quod verò hîc *Compensum* dicitur, *Commune* appellatur in Bulla Alexandri III. PP. Vide in hac voce.

COMPERNOLA, Textus vel contextus aliquot perularum seu margaritarum. Monasticum Anglic. to. 3. part. 2. p. 87. *Quinque Compernoles integri de auro, cum cavillo aureo, & saphyro in fine, & quatuor Compernolæ de auro.* Vide *Perna.*

COMPESCATIO. Gloss. Gr. Lat. σωφρονισμὸς *Compescatio.* σωφρονισμὸς, *Coercitio.* ἐπι τιμωρίας. Ita etiam Codex MS. ibidem: σωφρονίζω, *Compesco.*

COMPETENTES, Baptismi Candidati, qui baptismum postulabant. Unde Gennadius de Scriptorib. Ecclesiast. ait, Nicæam Romanæ civitatis Episcopum *Composuisse sex Competentibus baptismum instructionis libellos.* Catechumenorum enim alii fuere *Audientes*, sic dicti, quòd verbo Dei erudiri eos necesse esset, priusquam ad baptismum accederent; alii verò jam eruditi & instructi qui ad baptismum admitti postulabant, dicebantur *Competentes*, quòd unà & simul baptismum peterent, & expectarent id temporis quo baptismus conferri solet, Sabbatum nempe, quod Pascha aut Pentecosten præcedit. Isidorus lib. 8. c. 4. *Competens vocatur qui post instructionem fidei competit gratiam Christi. Inde à petendo Competens vocatur.* Idem lib. 2. de Eccl. offic. cap. 21. & ex eo Papias: *Competentes sunt qui post doctrinam fidei, post continentiam vitæ ad gratiam percipiendam petendo festinant. Ideoque appellantur Competentes, id est, gratiam Christi petentes: nam Catechumeni tantùm audiunt, necdum petunt.* Leidradus Episcop. Lugdun. de Baptismo c. 1. *Differt sanè inter Catechumenos & competentes. Catechumeni itaque sunt, qui primùm de gentilitate veniunt, & habentes voluntatem credendi in Christo, audiunt verbum fidei, sed nondum appellantur Fideles. Competentes autem sunt, qui jam post doctrinam fidei, post continentiam vitæ, gratiam Christi percipere festinant.*

Ideoque appellantur Competentes, *id est gratiam Dei petentes*. S. Augustinus lib. de Cura pro mortuis habenda c. 12. *Pascha appropinquante, dedit nomen inter alios Competentes*. Et Homil. 49. *Quod dico Competentibus & fidelibus audiant pœnitentes*. Lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. *Qui cùm dedisset nomen ad baptismum*. Idem lib. de Fide & operib. c. 6. *An usque adeò dissimulamus à sensibus nostris, ut vel nosmetipsos non recordemur quàm fuerimus attenti atque solliciti quid nobis præciperent à quibus catechisabamur, cùm fontis illius sacramenta peteremus, atque ob hoc etiam* Competentes *vocaremur?* Idem Epist. 155. *Desiderio --- te nomen dedisse inter Competentes vel daturum esse jam jamque cognosceret*. Serm. 7. de Diversis cap. 1. *Ipsum vestrum nomen quòd* Competentes *vocamini ostendit: quid enim aliud sunt* Competentes, *quàm simul petentes?* Infrà: *Competentium vocabulum non aliunde quàm de simul petendo, atque unum aliquid appetendo, compositum est*. In Psalm. 62. de Baptizando: *Ante Pascha enim cœpit petere de Ecclesia Christi medicinam*. Vide eumdem Homil. 49. cap. 2. de Divers. Serm. 8. Concilium Agath. can. 13. *Symbolum etiam placuit publicè in Ecclesia Competentibus prædicari*. Ferrandus Diac. Carthaginensis in Epist. ad S. Fulgentium, de quodam Æthiope baptizando: *Propinquante solemnitate Paschali, inter Competentes offertur, scribitur, eruditur*. Vide S. Hieron. Epist. 60. ad Pammachium cap. 16. S. Fulgentium Homil. 78. S. Pacianum Barcinon. Episcop. Serm. de Baptismo initio. Isidor. lib. 1. de Eccl. offic. cap. 27. S. Ambrosium lib. 2. Epist. 13. Zenon. Veronensem Serm. 7. de Paschate, Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 26. lib. 3. c. 35. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 53. Missale Romanum vetus pag. 472. Edit. Roman. 33. &c.

COMPETERE, Invadere, rapere, pervadere. Concilium Parisiense III. cap. 1. *Is qui res Dei competit, &c.* Matisconense II. c. 24. *Res alienas competere*. Turonense II. c. 14. *Res Ecclesiæ --- quaqua temeritate pervadere, competere, vel confiscare*. Chlotarii Regis Constitutio c. 10. *Ut oblationes defunctorum Ecclesiis deputatæ nullorum competitionibus auferantur -- præcipimus*. Vide Concil. Parisiense V. c. 9. Capitul. 1. an. 769. c. 18. lib. 7. Capitul. c. 140. &c. Hujus autem vocis notio deducta videtur ab iis qui *Competitores* dicuntur in l. 1. Cod. Th. de Quinquen. præscr. qui bona damnatorum, mortuorum, aut proscriptorum vacantia à principe impetrabant, atque pervadebant. Vide tit. de Petitionibus.

Competitio, pro querela, in l. 5. Cod. Th. de Censu, l. 4. & pen. de Censitorib. Vide Concilium Aurelianense III. c. 22. & Lugdunense II. c. 3.

COMPETIÆ, *frusta*. Vita 2. S. Carthaci Episcop. num. 24. *Et per viam egrediens invenit cratem stridentem & mobilem in competiis positam, quæ ab artificibus in aquæductu supradicti stagni causa lædendi facta est, &c.* Vide Petia.

COMPLACABILIS, Gratiosus. Gallis *Complaisant*. Vita B. Coletæ n. 8. *Gratiositas complacabilis*.

COMPLACITATIO, Placitum, pactum initum inter quosvis. Charta Arnulphi Imperatoris: *Qualiter Tuto -- & fœmina quædam quandam complacitationis inter se more populari perpetratæ Chartam nostris præsentavit obtutibus, supplicantes nostri edicti tenore consolidari*.

Complacitum, in Capitulari Caroli M. an. 802. c. 9. 35.

COMPLAINTA, vox præstationibus tributa, quæ per vim imponuntur, ansamque præbent querendi, quæ vis est vocis *Complainte* apud nos. Charta an. 1314. apud V. Cl. Dionys. Salvagnium in Tractatu de Placito Dominico pag. 35. *Quòd ipsi sint liberi & immunes omni tallia, tolta, corvata, complainta, quæsta, angaria, parangaria, &c.* Alia an. 1322. apud eundem lib. de Usu feudor. pag. 136. *Quitum & immunem ab onere totæ, talliæ, manuoperæ, coroatæ, complaintæ, specialis vel generalis, gaschæ, clausuræ castri, &c.* Charta R. Comi Forensis & Dom. Bellijoci an. 1270. *Cum Castellani nostri, qui pro tempore fuerint in Castro nostro S. Baldomeri levaverint & levare consueverint tallias seu complaintias ab hominibus de Ruias, &c.* Alia an. ejusd. *exactiones, collectas, complaintas, chavalgatas, &c.*

COMPLANGERE, Queri, Gall. *se complaindre*. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 37. *Explicare debent ipsi Missi qualiter Domino Regi dictum est, quòd multi se complangant legem non habere conservatam*.

Complanctus, Querela, *plainte, complainte*. Fulbertus Carnot. Epist. 17. *Et ecce mitto vobis utrumque scriptum, & complanctum suum, &c.* Epist. 42. *Episcopum, qui Complanctum facit de te*.

COMPLANTARE, *Complantum, complanctum*.

Complantum vocant agrum jure usufructuario ad complantandas vineas, certis quæ in diplomatibus recitantur conditionibus, datum. Gloss. Græc. Lat. φυτεύω, *Planto, Complanto, novello*. καταφύτευσις, *Complantatio*. καταφυτεύω, *Complanto*. Tabularium S. Joannis Angeriac. *Erantque illius complancta in rem S. Andreæ, & est sita in pago Pictavo infra Quintam ipsius civitatis*. Charta anni 1028. *Dono medium junctum de vinea, quam per complanctum acquisivi, cum una mansione & horto*. Tabularium Absiensis Monasterii fol. 4. *Concesserunt --- scilicèt terragium & complantum & 4. denarios census annuatim, tali conditione, ut qui hanc terram excoleret, &c.* Extat præclara & vetus *Dationis in Complantum* Charta inedita Abbatis Nobiliacensis in Pictonibus, quam hoc loco præstat describere. *Legis legum sanxit authoritas, & Theodosiana editio divulgatur (ut) uniuscujusque provinciæ jus quæ à legali authoritate sibimet discrepare non videtur, jure legitimo custodiatur. Idcirco egomet Raynalidus æthereâ deliberatione ex cœnobio Nobiliacensi Abba, libuit mihi, atque proprio fruitus sum arbitrio, unà cum consensu Monachorum ibidem degentium, ad quendam virum... nomine, & uxore sua nomine Aldagardim, & filio suo nomine Constantino, juctum 1. ad complanctum impertiri deberet, quod & ultro videmur fecisse, eo demum rite, & postquam in agro Falernico per quinquennium bene fuerit redacta, rector ejusdem Ecclesiæ medietatem in proprios usus partibus ejusdem Ecclesiæ retorqueri faciat. Ex alia nempe de parte, ipsi excultores annis singulis, sicut mos provinciæ docet, sumptus reddant. Quòd si propter aliquam insolentiam contemptores extiterint, legali institutione mulctentur. Alienare verò si rector ipsius Ecclesiæ conatus fuerit, emere nullatenus præsumant: de repetitione vero, id absit, si nos ipsi, quam minimè credo, aut de universa mundi climata qui fuerint, qui contra hanc Chartam aliquam calumniam inferre tentaverit, minimè vindicet. Insuper is cui contra litem intulerit, sol. xxx. cogatur exsolvere. Ut hæc verò carere valeat omnimodo titubationis pœna, & ubi firmitatis rigorem adipisci, manu subterfirmavi propria & subjectorum manibus ad firmitatem & stabilitatem perducere non destiti. Sign. Raynaldo Abbate, &c. Data in mense Januario anno 8. regnante Karolo Rege* (Chr. 898.)

Dare ad complantandum. Gaufridus Comes Pictavens. in Charta fundationis Abbatiæ S. Mariæ Santon. *Ibi quoque juxta de silva nostra dominica tantùm delegamus ad complantandum & hospitandum cultores, &c.* Tabular. Burguliense, sub Hugone Capeto: *Placuit nobis, atque bona decrevit voluntas, ut aliquid de terra nostra, coadjuvante Domino, ad complantandum dare deberemus, quod ita & fecimus -- tali modo ut per 5. annos optimè excolatis, & advineare faciatis*.

Medium plantum, idem quod *Complantum*. Charta exarata ann. 7. regnante Radulfo Rege Burgundiæ, ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *In Christi nomine, Notum esse volumus quòd laboratores quidam Folcherius & Ascherius venientes postulaverunt Domnum Odonem Episcopum, ut aliquid terræ ex ratione S. Andreæ, quam per precariæ largitatem adquisivit, sibi & uxoribus, & hæredibus eorum tradidit ad medium plantum, secundùm*

dùm Galliarum morem, quod & fecit. Prædicta cespis sita est in pago Gratianopolis, in agro Salmoriacense, in villa Cotonaco, & cingitur undique ex eadem arva infra hanc definitionem, prædictus Episcopus, ut suprà taxavimus, prælibatis viris tradidit morem Burgundiorum ad medium plantum. Si quis verò chartulam hanc, &c. Extat ibidem alia ejusdem tenoris anni 10. Radulfi Regis. Alia Isarni Episcopi Gratianopol. anni 39. Chunradi Regis: *Isarnus Gratianopolitanensis sedis Episcopus, quandoquidem Adalbert & sorore sua Guittrud nostram expetierunt paternitatem quod & fecerunt, & siquidem petierunt à nobis campum ad medium plantum, & ipse campus est in Comitatu Gratianopolitano, in agro Taulianense, in villa similiter, & habet fines & terminationes de uno vero latus Fura aqua volvent, de secundo silva quæ nominatur Sinsei, quantum ædificare potuerits usque ad quinque annos possideant, ædificent, & plantent, & de una medietate quod voluerint, post quinque annos alia medietas ad potestatem sanctæ Mariæ, & sancti Vincentii revertatur, nec vendere, nec alienare non præsumant nisi à successoribus sanctæ Mariæ & sancti Vincentii, & si emere noluerunt, faciant quod voluerint, hoc est vendendi, habendi, donandi, seu liceat commutandi. Si quis ego ipse aut Canonici nostri contradicere voluerint, non hoc vindicent, sed componant nobis tantum, & alium tantum, quantum medium plantum valere potuerit, & inantea firma & stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. Signum Isarni Episcopi, &c.* Alia ibidem sub Artaldo Episcopo: *Nos donatores donamus aliquid de hæreditate nostra, quæ nobis per medium plantum advenit & advenire debet, domino Deo & ad supradicto loco, --- tali verò tenore, ut dum ego vivo usum & fructum possideam, &c.* Alia ex Tabulario S. Andreæ Viennensis: *Dono etiam tibi ego Gaidinus terram ad medium plantum, ad vineam construendam usque ad annos 7. tali convenientia, & Aimo & uxor sua Arey unam medietatem habeat ad alodum, id est, habendi, vendendi, donandi seu liceat commutandi. &c.* Tabularium Brivatense ch. 156. *Advenerunt quidam homines -- expostulantes à nobis & petentes ut ei quandam terram -- ad medium plantum concederemus -- infra autem hos dictos terminos jamdictam eis terram concedimus, ut ædificent & plantent eam, & ad perfectum usque perducant. Quinto autem anno quando vinea perfecta fuerit, à ministerialibus nostris dividatur, & quam partem meliorem prospexerint, partibus S. Juliani in stipendiis scilicet fratrum subjiciant, & reliquam partem eis habere permittant. Quam partem ipsi ab illo die & deinceps habeant, teneant, atque possideant, vendendi aut commutandi, aut in alienam potestatem tradendi licentiam non habeant, donec præsentibus nobis in pleno capitulo denuntient: si in commune fratrum eam emere voluerint, utantur arbitrio suo, & si in commune noluerint, & aliquis ex Canonicis eam voluerit emere aut commutare, viliùs quàm aliquis extraneus habeat eam. Si autem & hoc noluerint, commoneat tertiò: quod si nec tunc, ab ipsa die & deinceps liberam atque firmissimam in omnibus habebit potestatem faciendi quidquid voluerit. Actum Kl. April. anno 8. regni Caroli Francorum sive Equitanorum.* (907.) Extant similes Chartæ in eodem Tabulario ch. 230. 300. *de terris ad complantandum medietariè concessis*, ubi eædem *complantus* conditiones recitantur, dicunturque *Chartæ Semiplantariæ* in eadem ch. 300. *Facta cartula ista, quæ dicitur Semiplantaria, in mense Marcio, &c.* Tabularium Ecclesiæ S. Cyrici Nivernensis char. 54. *Roclenus dat cuidam villano nomine Bercherio & uxori Adaliardi arpentos 2. qui conjacent in pago Nevern. in villa Valleda ad medietatem plantationis.* Et ch. 58. *Nantrannus Episcopus concedit terram in villa Pusco ad medietatem plantationis Adraldo an. 15. Lotharii.* Hac formula: *Concessimus illi hanc terram ad medietatem plantationis, eo tenore, ut infra quinquenium eam teneant & possideant: & expleto quinquennio unam medietatem advineatam, & bene constructam nobis reddant, & ex altera faciant quod voluerint.*

Complantagium. Præstatio ex Complanto, Tabular. Absiense fol. 229. *Rupturam terræ ejusdem vineæ, tali pacto, ut de vinea reddatur complantagium, & denarius recepti.*

De hujusmodi *Complantis* agunt Consuetudines Andegavensis art. 160. Cenomanensis art. 177. Santonensis art. 18. 21. 127. Rupellensis art 62. Pictavensis art. 59. 82. 101. Pensitatio verò quæ ex iis Domino solvitur, *Complanterie* dicitur in Pictavensi art. 75.

COMPLERE dicitur qui officium suum rectè exequitur, implet. Ita *Monachum complere*, dixit Sidonius l. 4. Ep. 9. *Personam religiosi complere*, l. 7. Ep. 14. Vide Savaronem ad eundem. p. 448.

Complere dicitur is, qui officium quodvis Ecclesiasticum *Collectâ* seu oratione concludit & complet. Gregorius M. l. 3. Dial. c. 7. *Cumque diu orassent, complere orationem quadragesimum Subdiaconum servus Dei jubet.* Græca habent τέλος τῇ εὐχῇ ἐπιθεῖναι. Ordo Romanus: *Surgit Pontifex cum Archidiacono,* (finita Missa) *& veniens ad altare, dat orationem ad complendum.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Incumbentibus jam noctis tenebris dum ad complenda & quæ sunt Deo reddenda cogitaret, ad domum Dei de more processit, præeuntibus ante se Clericis cum ceroferariis non minimi ponderis.* Rupertus de Divin. off. l. 1. c. 19. *Collectæ quæ dicuntur ad complendum, orationes sedentis in cælo capitis nostri I.C. signant.* Regula Magistri c. 50. *Complenti Abbati genua osculetur.* Cap. 52. *Omnes audiant Abbatem complentem.* Cap. 53. *Orationes illas Quadragesimæ puras compleant.* Cap. 83. *Nihil aliud eis* (Sacerdotibus) *in Monasteriis liceat, nisi orationes colligere, complere, & signare.* Adde S. Epiphan. Episcop. Cypri Epist. ad Joan. Hierosol. inter Epistolas S. Hieron. Ep. 61. c. 5. Dynamium Patric. in Vita S. Maximi Episcopi Regiensis sub finem, Walafridum Strab. de Reb. Eccles. cap. 22. &c. Vide *Collecta.*

COMPLETA, *Completorium*, *complenda*, Officium Ecclesiasticum, quod cætera diurna officia complet & claudit: unde dicitur sub noctis initium.

Completorium. Amalarius lib. 4. de Eccl. offic. c. 8. *Completorium ideo dicitur, quia in eo completur quotidianus usus cibi sive potûs. qui necessario sumitur ad sustentationem corporis, seu locutio communis. Unde & apud Monachos tenetur usus ex Regula S. Benedicti, ut ab eo officio claustra oris muniant, & ea aliena faciant à communi colloquio usque dum iterum ad opera redeant.* Adde eundem lib. de Ordine Antiphon. c. 7. S. Isidorus in Regula cap. 7. *Ante somnum autem, sicut mos est, peracto Completorio, valedictis invicem fratribus cum omnia cautela & silentio quiescendum est, usque quo ad Vigilias consurgatur.* Regula S Benedicti cap. 7. *Completorium trium Psalmorum dictione terminetur. Hora* Completoria, in Concilio Cabilonensi II. cap. 59.

Completa. Vita S. Agili Abbat. c. 19. *Consuetudo talis erat, quòd Janitor ut signum pulsabatur ad Completam, confestim portas Monasterii firmans, Abbati claves referret.* Regula Monast. *Quidquid ab hora nona mens maculæ adtraxerit, ante Completam confitendum est.* Necrologium Cenomanense: *horaque completæ complevit dies suos,* &c. Ita S. Isidor. lib. 1. de Off. Eccl. cap. 21. Vita S. Bercharii lib. 2. p. 101. &c.

Complenda. Pilichdorffius contra Valdenses c. 29. *Ultimis collectis, quas Complendas vocamus, agimus gratias pro perceptis beneficiis.* Hanc *Complendam consummationem Missæ* vocat Missale Gotthicum pag. 2-2. Alia Sacramentaria *orationem super*, vel *ad populum*, vel etiam *benedictionem populi*, ut in voce *Oratio* documus: de qua etiam egimus in Glossar. med. Græcit. in V. ἐυχή. Vide Durandum in Rat. lib. 5. c. 10 Durantum de Ritib. Eccl. lib. 3. c. 11. Menardum in Concord. Regul. & alios passim.

COMPLETOR, *fidejussor*, qui pacta *complenda* fidejubet. Tabul. Fossatense an. 1272. *Fecerunt & constituerunt plegios & principales debitores & redditores ad completores erga dictos religiosos, &c.*

COMPLEXIONATUS. Auctor de Disciplina Scholarium c. 3. *An inferioris naturæ complexionata virtutem sive eclipsim contrahant ex planetis, an ex primis generantibus.*

COMPLICES, Scelerum socii: nos vulgò *Complices*, Isidorus l. 10. Orig. *Complex, qui in uno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum: ad bonum verò nunquam dicitur.* Joann. de Janua: *Complicitas, concors inter duos vel plures dolositas, in malo consensus.* Utuntur Prudentius, Salvianus, Sidonius, Senator, & alii passim. Vide Olai Borrichii Cogitationes p. 68. Vide Gl. med. Gr. in κομπλαλίων.

COMPLIFICARE, Papiæ, *Multiplicare.*

COMPLUVIUM, Pluvia densior. Vita S. Lupicini Abbatis Jurensis n. 11. *Si Frater forsitan --- uspiam processisset in frigore, vel forsitan hyemali compluvio rediisset infusus.* Alias: *Compluvium, est locus ad quem multæ pluviæ confluunt.* Jo. de Janua.

COMPONERE, Delictum transactione & compositione interveniente expiare, ac luere, & cum læso, aut ejus hæredibus, de mulcta ac pœna propter illud irroganda, pacisci. Nam apud Germanos quævis delicta certâ pecuniæ summâ æstimabantur, neque homicidia ipsa morte lui Lex erat, præterquam in Majestatis crimine, ut docemur ex leg. Bajwar. c. 1. tit. 7. §. 3. cap. 2. tit. 1. §. 4. quod & pridem observarat Tacitus; *Luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus.* Gregorius Turon. l. 3. Hist. c. 31. *Ad Theodatum legationem dirigunt, exprobrantes de morte ejus, atque dicentes, Si hæc quæ egisti nobiscum non composueris, regnum tuum auferemus, & simili pœna te damnabimus. Tunc ille timens quinquagena eis millia aureorum transmisit.* Lib 7. c. 3. *Composuit tamen filiis Saxo ille mortem ejus.* Lib. 9. c. 18. *Tamen quæ contra rationem gessimus, cuncta componere non moramur.* Et c. 19. *Magnas mihi debes referre grates --- eò quòd interfecerim parentes tuos, de quibus accepta compositione, aurum argentumque superabundant in domo tua. De vita Componere*, in Capitulis Caroli C. tit. 31. c. 25.

Quòd si in judicium crimen vocaretur, nec partes de compositione inter se convenirent, tunc judex reum cum accusatore componere cogebat. Idem Gregor. l. 7. c. 2. *Comitibus pax usque in audientiam data est; scilicet ut in die quo judicium erat futurum, pars quæ contra partem injustè exarserat, justitia mediante, componeret.*

Quandoque & crebrò mulctam ipsam pecuniariam definiebat judex pro delicti vel criminis modo & qualitate nisi mulcta ipsa à lege definita esset. Tunc enim mulcta quæ à lege præscripta erat reo irrogabatur: *quæ legalis compositio* dicitur in Capitulis Caroli C. tit. 29. c. ult. Unde *legem & bannum componere, Secundùm legem componere*, dicunt Leges antiquæ & Capitularia passim. *Compositio legalis*, in Capit. Caroli C. tit. 29. quæ *Compositio secundùm legem suam*, dicitur in Capit. Caroli M. l. 3. c. 65. & alibi.

Interdum etiam mulcta à lege definita, secundùm criminis atrocitatem multiplicabatur, idque *Bannum dupliciter aut tripliciter componere, Bannum aut legem in triplum componere*, dicunt Capitularia. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 38. *Quid plura? quatuor millibus solidorum Archidiaconum condemnavit. Quod in præsentia Regis Sigeberti veniens, quadrupla satisfactione, insequente Jovino, composuit. Compositio simpla*, in Legib. Frisicis, quæ non duplicatur, aut triplicatur. *Compositio duplex*, quæ ad Regem spectat ex Lege Astulphi Regis Longob. apud Heroldum p. 256. *Compositio tripla*, in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 63. & alibi non semel. *Quadrupla satisfactio*, apud Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 38. Vide *Bannum*, *Niungeldum*, *Triniungeltum.*

Quòd si crimen vel delictum, de quo mulctam pecuniariam lex statuit, publicum esset, id est, Regem vel Principem spectaret, tunc reus *cum fisco*, vel *ærario componere* tenebatur, mulctâ à lege definitâ, vel à judice statutâ. Sæpe etiam duplicem mulctam in delictis privatis statuunt leges antiquæ, alteram actori, alteram ærario & fisco, quod passim observare est.

Si denique compositionem complere non posset reus, tunc *semetipsum invadiare* tenebatur, *usque dum plenam compositionem adimpleßet*, ut est in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 10. & in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 65.

Compositio non semper læsum, vel occisi hæredes, sed & ipsos agnatos & cognatos spectabat, inter quos dividebatur, ut ex Tacito docuimus. Andreas Suenonis l. 5. Leg. Scaniæ c. 5. *Secundùm antiqua jura, sic est persoluta pecuniæ facienda distributio, ut unaquæque tertia principalis in tres tertias principales divisa, per vices singulas una semper partialium cadat in commodum hæredis occisi, & agnatis secunda cognatisque tertia debeatur. Sic per agnatos omnes & cognatos distributio pecuniæ facienda, ut semper prior gradus duplo majorem partem quàm posterior consequatur, &c.* At Lege Longob. l. 1. tit. 9. §. 18. compositio ad propinquiores parentes, seu agnatos vel cognatos pertinebat, siquidem filia occisi tantùm superesset.

COMPORTIONALES *termini*, apud Latinum Agrimensorem, quos Veterani vel Consortes posuerunt in portionibus suis.

COMPOSCIONALIS. In formula Andegav. 31. & 33. *Seu & strumenta sua quam pluremas* venditionis, dotis composcionalis, contulitionis, pactis, commutationis, &c. Videtur hæc vox usurpari pro *Compositionalis*, ita ut dos sit, de qua conventio facta est, non verò ex lege fit: quam vulgò *doüaire conventionel* appellamus.

COMPOSTUM, Fimus, quo impinguatur terra, Anglis *Compost.* Charta Henrici Regis Angl. apud Matth. Paris an. 1258. *Insuper & manerium de Kingsburg cum omnibus pertinentiis suis, & cum 5. hominibus in villa de Westvvike, cum composto Curiæ S. Albani, ad prædictum manerium meliorandum.*

Compostare, Fimo terram impinguare. Charta Thomæ D. *de Moubray* to. 2. Monastici Anglic. p. 243. *Item concessi eis -- dictas terras excolendas & compastandas, sive per carectam, sive per ovile, & ad dictas terras seminandas, & blada sua metenda, colligenda & carianda.* Vide Fletam l. 2. c. 73. §. 5. Idem forte sonat *Componere*, in Capitulari de Villis c. 37. *Ut campos & culturas nostras bene componant, & prata nostra ad tempus custodiant.* Nam à *Componere* facta vox *Compostum.*

COMPOSTILE, Repositorium, Petronio, à compositis in eo lancibus obsoniorum. Ita nimirum fiebat, ut non singulas mensæ lances apponerent, sed multas simul in uno compostile, seu repositorio congestas. Extat Epigramma Ennodii, *de Compostile habente septem gavatas.* Vide ibi Sirmondum. Gregorius Turon. l. 3. Hist. c. 15. *Verum enim dico tibi, quia etiam si Regi epulum cupias præparare, fercula regia componere possum.*

COMPOTIRE, *Investire, ut, Mando vobis ut compotiatis eum præbenda sua: & derivatur à Compos.* Ita Joan. de Janua.

COMPOTUS. Vide *Computus.*

COMPRARE, pro *Comparare*, emere, in Foris Aragon. p. 146. Hispanis *Comprar.*

COMPREHENDERE, Comparare: *Comprehensio*, comparatum, acquisitum. Charta Germanica an. 796. apud doctissimum Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episcop. Mimigard. num. 22 & seqq. *Tradidi -- parti-*

particulam hæreditatis & proprii laboris, id est, totam comprehensionem in silva, quæ dicitur. Heissi, in Aquilonari ripa fluvii Ruræ, quam ibi dudum comprehendi, inter montem & ipsum fluvium, communionemque in eandem silvam. Alia an. 797. *Cum illis comprehensionibus in silva, quæ notæ sunt juxtà Hulam.* Alia an. 799. *Sed ipse venerab. Abbas Ludgerus hanc traditionem quæ dudum comprehensio mea esse dinoscitur, simul cum illa terra, quæ ibidem jam culta esse videtur, &c.* Alia an. 801. *Tradidit --- in eleemosynam suam comprehensionem illam, quam ipse Helembaldus in propria hæreditate & in communione proximorum suorum proprio labore & adjutorio amicorum suorum legibus comprehendit, & stirpavit, id est, in loco, &c. --- & postea postulavit ut dimidiam ipsam comprehensionem in beneficium accipere deberet diebus vitæ suæ, &c.*

COMPRESBYTERIUM, jam olim vocabatur, inquit Holstenius ad Synodum Roman. sub Bonifacio II. PP. Concessus Presbyterorum, qui ab Episcopo, vel Summo Pontifice, pro emergente quapiam difficultate congregabantur. Vide *Presbyterium.*

COMPRESSARE. *Comprimere.* Aimoin. l. 2. de Miracul. SS. Georgii & Aurelii n. 1. *Compressantibus se hinc & inde turbis.*

COMPRIMOTÆ, Primores. Ingulphus: *Tam Abbas, quàm Monachi sui universi cum omnibus comprimotis occiduntur.*

COMPROMISSUM. Inter electionum in Episcopos aut Abbates formas, quarum mentio est in Decretal. Gregor. IX. tit. de Electione l. 1. una est quæ *per Compromissum* appellatur. Cùm videlicet dissidentes invicem Electores, transferunt potestatem eligendi tribus vel pluribus, juramento plerumque astrictis, qui omnium vice eligant personam idoneam, & secundùm formam Concilii Generalis. Hujusmodi electionis per Compromissum exemplum extat apud Sidonium l. 7. Ep. 9. in Gestis Innocentii III. PP. p. 83. in Actis Joannis Majoris Episcopi Andegav. tom. 10. Spilegii Acheriani, &c. Vide Leges *Alfonsinas*, seu *Partidas*, part. 1. tit. 5. lege 20. & infrà in voce *Medianus.*

COMPTORES. Vide *Comitores.*

COMPULSARE. Vide *Pulsare.*

COMPULSORES, Fiscalium onerum exactores, qui publicis functionibus obnoxios ad solutionem compellunt ἐπείκται, & ἐκβιβασταὶ, in Basilicis, Ἐπείκτης τοῦ βασιλέως, apud Cedrenum in Leone Philos. Κατεπείγοντες Libanio Orat. contra Florent. Gloss. Lat. Gr. *Compulsio*, εἰσπράξις, ἀπαίτησις. Glossæ Gr. Lat. ἔπαξις, *instantia compulsio.* Occurrunt ejusmodi *Compulsores* passim apud Ammianum l. 22. Senatorem l. 5. Epist. 39. l. 7. Ep. 45. lib. 9. Epist. 4. l. 10. Epist. 30. l. 12. Ep. 8. Ennodium l. 7. Epist. 10. in l. 7. de Executoribus l. 3. de Luc. advoc. l. 12. Cod. l. 5. Cod. Theod. de Offic. Rector. provinc. l. 16. de Jure fisci l. 34. de Annona, & l. 15. de Exaction.

* *Compulsores exercitûs*, apud Gothos, qui milites in hostem exire compellebant. Lex Wisig. l. 9. tit. 2. §. 2. *Servi Dominici, id est, compulsores exercitûs, quando Gothos in hostem compellunt exire.* §. 9. *Inferiores sanè viliores que persona, Thyaphad scilicet, omnuque exercitûs compulsores, &c.*

Compulsores, in Monasteriis, qui officii Canonici Horas indicant, Monachos ad Ecclesiam cogunt: apud Cassianum l. 3. de Coenob. instit. cap. 2.

COMPURE, Papiæ, *bene, diligenter.*

COMPURGATORES. Vide *Juramentum.*

COMPUTARE, Narrare, Gall. *Compter.* Regino l. 2. de Ecclesiast. disciplin. c. 231. & Burchardus l. 7. c. 25. *De illa parentola, quam dicunt esse inter illum & istam ejus conjugem, quicquid inde scis vel audîsti computare à tuis vicinis, aut tuis antecessoribus, quod tu per nullum ingenium --- celabis Episcopo tuo, &c.*

COMPUTATRICES Vide in *Cantatrices.*

COMPUTUS, *Computus, vel Compotum, & Compotum.* Joan. de Janua: *Computus, à Computo, as, numeratio, vel numeri assignatio, vel doctrina, vel ars. Antiqui tamen dicebant Computus, quod nos abhorremus propter vocis absonantiam.* Est igitur Computus *numeratio*, vel *numeri assignatio*: qua notione Julius Firmicus, si Scaligerum audimus, primus usus videtur. Idem Firmicus l. 1. c. 2. *Cursus hos syderum assidua observatione computationis invenimus.* Infrà: *Vides ut primos discentes computos digitos tarda agitatione deflectant?* Libro tertio capite undecimo. *Cælestium rerum scrutatores, alii enim computos exercent, alii difficilium litterarum aut inventores aut magistri oriuntur.* Lib. 4 c. 1. *Scient Computos, scient Musicam, &c.* Cap. 2. *Cælestibus religionibus occupatos, seu peritis computationibus syderum cursus interpretantes.* Lib. 6. c. 30. *Et quantacumque computus fecerit summam.* S. Hieron. Epist. 58. c. 2. *Omnes propositionum vestrarum calles ad unum computum confluunt.* Utitur etiam Innocentius de Casis litterarum. Versus antiqui apud Hariulfum l. 4. Chron. Centul. c. 36.

> *Ex his thesaurus fit mercibus amplior unus,*
> *Quem numerare nequit, vel si quis compota novit.*

Leges Edwardi Confess. ubi de Urbe Londinensi: *In ea itaque supersunt ardua compota, & ambigua Placita coronæ, & curiæ Domini Regis.*

Computator. Gloss. Gr. Lat. συμψηφιστής, *Computator.* σύμψηφος, *Computator.* S. Hieronymus in Quæst. Hebraicis. *Ipsi enim erant doctores computatores & magistri sive ad festivitates celebrandas, sive ad cætera.*

Compotus, seu *Computus*, apud Scriptores, *Ecclesiasticus* potissimùm intelligitur, uti definitur à Durando l. 8. Rational. c. 1. *Notitia cursus lunæ ac Kalendarum*, seu *scientia certificandi tempus secundùm solis & lunæ progressum.* Quæ quidem methodus à Græcis ψηφισμὸς τῶν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης ἐτῶν dicitur, Hebræis *Embolismus*, seu *mysterium embolismi*, à parte totum. In Computo autem præsertim docentur, tempus Paschatis, Cyclus decemnovennalis, Epactæ, Bissextus, saltus Lunæ, 4. Tempora, Kalendæ, Idus, &c. Concurrentes, & alia hujusmodi. Eadmerus in Vita S. Wilfridi c. 10. *Quatuor ab eo libros Evangeliorum, rationabilem Paschæ terminum, aliaque nonnulla quæ in patria sua nequiverat, didicit.*

Compoti notitiam Presbyteris & Clericis adeò necessariam censuerunt veteres, ut Statuta Ecclesiastica seu Episcoporum pro suis diœcesibus, pene omnia, illud iis magna cum sollicitudine ediscendum præscribant. Cap. Aquisgran. an. 789. c. 70. & Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 68. *Ut Scholæ legentium puerorum fiant, Psalmos, Notas, Cantus, Compotum, Grammaticam, --- discant.* Lib. 4. addit. 1. §. 5. *De Computo, ut partes discant omnes.* Eadem habentur lib. 6. cap. 226. & in Capitulari ejusdem ad Salz c. 5. Herardus Turon. Archiepisc. in Capitulis: *Ut Presbyteri compotum discant.* Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros, & Inquisitio de Presbyt. apud Reginonem c. 92. *Compotum minorem, id est, Epactas, Concurrentes, Regulares, Terminum Paschalem, & reliquos, si est possibile, sapiat.* Ità apud Hincmarum in Capit. an. 852. c. 8. Haitonem Basileensem Episc. in Capit. c 6. Walterium Aurelian. Episc. in Capitul. cap. 22. Joann. Abbatem S. Arnulfi in Vita B. Joann. Abb. Gorziensis c. 3. num. 18. &c. Adde Lambecium l. 2. Comment. de Bibl. Cæsar. p. 212. Ea etiam notione *Compotum* usurpat Aimoinus in Vita S. Abbonis Floriac. cap. 7. *Post exaratas Compoti calculationes, post solis ac lunæ viarum declaratas dimensiones, in divinas quoque animum intenait.* Rudolphus Presbyter auctor est Rabanum *de Computo confecisse dialogum unum.* Hunc nuper edidit Steph. Baluzius lib. 1. Miscellan. Scripserunt præterea *Compotos* Beda in Carminib. quæ inscribuntur *de Variis Computûs regulis*, & lib. *de Ratione Computi*: Manfredus cujus Compotus habetur tom. 1. operum

operum ejusdem Bedæ: Gilda, cujus Compotum haberi MS. in Bibliotheca Cottoniana monet Usserius Armachanus in Epistol. Hibernic. Pandulphus Capuanus, ut auctor est Petrus Diacon. de Viris illustrib. Casin. cap. 26. Fulbertus in Poëmat. p. 180. Chilpericus, vel Helpericus Abbas, apud Vincentium Belvac. l. 25. cap. 9. Trithemium & Mabillonium. Cassiodorus, Richardus Præmonstr. Abbas apud Pithoeum p. 256. Magister Anianus. Durandus l. 8. Rational. Joannes de Janua, ut ipse testatur in V. *Concurrens*, & alii, præter veteres, qui de Cyclo Paschali scripsere. Cujusmodi è Græcis, S. Maximus, Andreas Cretensis, Nicephorus Gregoras, Isaacus Argyrus, & alii, quorum computos collegit Petavius, in Uranologio.

Compotista, *Qui docet Compotum, vel qui vacat Compoto*, Joanni de Janua. *Artis computatoriæ magister*, apud Monachum Egolismensem in Vita Caroli Magni an. 787. *Calculator*, apud eundem eod. anno: ἐμβολιστὴς Judæis, ut auctor est Scaliger. Honorius c. 88. *Victorius natione Aquitanicus, calculator studiosissimus composuit Paschalem Cursum post quatuor priores Compotistas, id est, Hippolytum, Eusebium, Theophilum, & Prosperum.* Charta Sancii Regis Navarræ 1061. apud *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 4. *Sunt praterea bene instructi ad Ecclesiastica officia Psalmistæ, Computistæ Cantores, Lectores, & fide sancta pleni.* Thwroczius in Carolo Rege Hungariæ c. 97. *Quorum Walachorum numerum ibi per Ungaros occisorum subtilis solummodo infernalis Compotista collegit.* Epitaph. Joannis à Sacrobosco:

De Sacrobosco qui Compotista Joannes, &c.

Computus, Sertum globulorum, vulgò Rosarium. Hispani *Cuentas*, numerorum calculos, seu rationes vocant. Guill. de Thoco in Vita sancti Thomæ Aquin. num. 106. *Computum suum, cum quo quotiens diceret orationem Dominicam, numeraret.* Vide *Capellina*.

Compotus. Charta Jacobi II. Regis Aragon. an. 1307. in Foris Aragon. l. 9. *Nobis humiliter supplicarunt quod faceremus augeri & cudi dictam monetam Iaccensem, sub eadem lege, pondere, & figura, usque ad quatuor Compotos & dimidium, sic quòd esset dimidius compotus obolorum, & nos quatuor Compotos & dimidium faceremus cudi à festo S. Michaelis proximi ad tres annos continuè numerandos.* Eadem habentur in Charta Petri II. Reg. Arag. ann. 1350. ibid.

Computarius, eadem notione, apud S. Columbanum Epist. 5.

CONA. Joan. de Janua: *Merga, furca cum qua cona segetis portatur. Merges, garba segetis: scilicet gononus, sive cona, vel manipulus.*

CONA, Clina, vel angulus, ex Gall. *Coin*. Poëta anonymus de Pontificib. Eboracensib.

Harmoniam cæli, solis lunæque labores.
Quinque poli conas, errantia sidera septem,
Astrorum leges, &c.

CONCOENA. Gloss. Græc. Lat. MS. σύνδειπνος. *Conviva, Concœna*. In Edito, *Concena*. Gloss. Lat. Græc. *Concœnæ*. σύνδειπνοι.

CONCAGATUS, Concacatus, sordidatus: Gallis, *Foireux, Breneux*. Lex Salica tit. 32. *Si quis alterum cenitum clamaverit --- si quis alterum concagatum clamaverit, 120. denar. --- culp. Jud.* Gloss. Lat. Gr. *Crucientatus, conchié, de sang. Le Roman du Renard MS.*

Renard se pense qu'il fera,
Et comment le chunchiera,

Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. in Henrico I.

Et de ses hueses emboées
Qui grandes estoient & lées,
Et del tai divier cunchiés,
Le foula plus de sept fiés.

Alibi:

Ce m'est vis que vous redoutez,
Que mon maniel si cunciiés, &c.

Mox:

Quar li mantiaus fu depeciés,
Descirés, & cunciiés.

Vide suprà *Cenitus*, & Marcam. l. 1. Hist. Beneharn. c. 16. n. 6.

CONCAMBIUM, *Concambire*. Vide *Cambiare*.

CONCAPTIO, idem videtur quod *Comprehensio*, de qua voce suprà. Charta Aleman. Goldast. 71. *Convenit nos unà cum consensu fratrum nostrorum, & Advocati Emichonis, ut in Concaptione, quæ sita est in marcho Wangon --- hobas 3. dari deberemus.* Vide *Cœptus*.

CONCAPULARE. Vide *Capulare*.

CONCASUS, Collisus, collisio. *Dentium concasus* apud Cælium Aurelian. l. 2. Acut. c. 12.

CONCATHEDRARE, Cathedræ, seu honoris sui consortem & participem facere. Pseudo-Ovidius l. 3. de Vetula:

Te superexaltans, cælosque locans super omnes,
Et sibi concathedrans.

Infrà:

Non opus est ut eam velit exaltare gradatim,
Sed simul assumet, simul & sibi concathedrabit.

CONCAVARIUM, Aquarum receptaculum, cantharus. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 29. *Refectorium, -- in cujus introitu fecit vestibulum, in quo per subterraneos meatus aquæ ductum fecit, quæ sursum ebulliens ibidem scaturire videtur. Concavaria huic superiori receptaculo præparata, quæ per 4. foramina in supposita alia aquam cribrans, sufficientem fratribus administrationem aquæ distillat.*

CONCEDENTIA, *Concessio, indulgentia, remissio, inducia*, συγχώρησις, in Gloss. Græc. Lat.

CONCEILUM, *Concelamentum, concelatio*, voces forenses apud Anglos. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 827. *Et sint quieti --- de murdro, & latrocinio & conceylis, & Utflat, & hamsoka.* Eadem habentur in Charta alia laudata in *Utflat*.

Concelamentum, idem quod *Conceilum* apud Bractonum & in Fleta lib. 1. cap. 38. §. 2. *Cùm de perjurio vel concelamento non fuerint convicti, &c.*

Concelatio, idem quod *Concelamentum*. Vetus Charta to. 2. Monastici Anglic. pag. 201. *Sint quieti de Shiris, & Hundredis, & placitis, & querelis, & geldis, & Denegeldis, & Themanatale, & Concelationibus, & Scottis, & assisis, &c.* *Conceler*, celare, abscondere, in Consuetudine Normanniæ art. 394. Regestum Feodorum Comitatûs Claromontensis in Bellovacis, Cameræ Comput. Paris. *Le Prevost prend amende de 60. sols en plusieurs choses seur non nobles, c'est asavoir se un homs concele pour quel cas que ce soit les drois de son Seigneur, il doie 60. sols.* Infrà: *Concelement d'espaves.*

CONCELLANEUS. Vide *Cellulanus*.

CONCELLITA, Monachus qui in eadem cella vel Monasterio habitat, ejusdem cellæ cohabitator. Sidonius l. 8. Ep. 14. *In illo quondam Cœnobio Lirinensi spectabile caput, Luporum concellita, Maximorumque &c.* Vide *Syncellita*, *Cellulanus*, *Concellaneus*.

CONCENTRICUS, Oppositus. Paraphrasis symboli apud Guillelmum de Guilevilla in Peregrinatione hominis:

Nunquam volo nec effici
Ut Planeta erraticus,
Malo mori quam infici
Erroribus hæretici,
Legi Dei concentricus.

CONCERGERIA, Sergenteriæ species. Tabular. S. Dionysii an. 1201. *Cum Abbas & Conventus S. Dionysii concessissent Joanni de Cyris sergenteriam suam de Cyris, quæ dicitur Concergeria ——— pro qua concergeria, facienda ipse percipiebat annuatim in granchia B. Dionysii de* Cyris

Cyris 2. *modios bladi &c.* ——— *Custodiebat segetes, & pro iis custodiendis accipiebat domus & messaginus, faciebat submonitiones ad mandatum Præpositi B. Dionysii vel servientis ipsius & debebat facere fidelitatem ipsi Præposito vel servienti ipsius de segetibus custodiendis fideliter &c.*

CONCESSUS, *Concessio*, idem quod *Favor, consilium, laudimium*: consensus nempe Domini in feudi, vel prædii distractione, seu præstatio quæ eidem fit pro ejusmodi consensu. Tabularium Brivatense ch. 110. *Et habet concessum, & ubladas, & nebulas, & pigmentum.* Tabularium Vindocinense Charta 343. *Haimmnius emit de Engilberto duos pratorum agripennos 25. sol. horum de uno Canonici S. Georgii de concessu habuerunt 3. sol. quia de potestate eorum erat.* Ordericus Vitalis lib. 3. p. 467. enumeratis aliquot donationibus addit, *Hæc omnia supradicta concessit dominus eorum, &c.* Et p. 496. *Nec omnia quæ Fulcoius dederat Monachis, concessit Robertus de Calvimonte, qui Capitalis Dominus erat.* Et p. 575. *Et pro concessione auri unciam habuit.* Adde pag. 582. &c. Concessionem facere præterea dicebantur infantuli, quibus ut ii concessisse seu donationibus assensum præbuisse putarentur, dabatur nummus seu denarius. Tabular. Absiense fol. 126. *Et filia Petronilla & Nigra, & quæ non poterat loqui, sed nummus ei datus est pro concessione cum esset in Chauvin Ugo, & qui nummum accepit pro concessione, cum esset infantulus, quod fecerunt in villa, quæ vocatur Chillos.* Fol. 137. *In crastino verò apud Jalceroiam Petrus filius Joannis Marot, & Joannes ejusdem Petri frater, qui non loquebatur; sed in ulnis matris suæ nummum pro concessione accepit.* Et fol. 175. *Et alius, qui erat infantulus, pro cujus concessione nutrix sua nummum accepit.* Tabular. Vindocinense an. 1130. *Notandum verò & sciendum est, quod Haldeburgis minor filia Amelinæ sorori Rainaldi sexto loco superius nominata in cunabulis erat, quando hæc concessio facta est. Mater verò ejus, quæ eam nutriebat nomine filiæ suæ, sicut mos est, concessionem fecit.* Idem Tabular. ch. 747. *Infantesque ipsius, qui præfatæ nón interfuerunt conventioni, Burchardum scilicet & Aremburgem & Joannem, tangendo eam, firmare seu annuere fecit, datis pro hac singulis denariis.* Tabular. S. Eparchii In... fol. 131. *Statuimus ut denarios pellitiis eorum dedi...s, qui de infra nominatis obedientiis in Natali Domini ...liter debentur, unus è Monachis, quem Abbas & Capitulum elegerit, recipiat.* Tabular. Monasterii S. Joannis Ambian. fol. 221. *Cum autem Beatrix filia mea non haberet ætatem creantandi, recepit denarios, qui dari solent pueris in consimili venditione secundum consuetudinem patriæ approbatam. Act. an.* 1226. *mense Majo.* Idem Tabular. fol. 288. *Alii verò cum nec dum haberent ætatem, quoad jurare possent, habuerunt denarios pro concessione, qui solent dari pueris secundum terræ consuetudinem approbatam. an.* 1225. ita rursum fol. 29.. 258.

CONCHA, Labrum, vas concavum, ac superiùs patulum instar conchæ. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 3. *Pelves, conchas, in quibus pedes lavant, ut vasa fictilia*, ποδόνιπτρα. Paulus lib. 3. Recept. Sentent. *Delphicæ, pelves, conchæ, aquimanilia, &c.* Ennodius:

> *Parturit unda sitim, quam splendens concha ministrat.*

S. Hieronym. Epist. 2. de Vita Clericorum: *Baccarumque succum non calice bibere, sed concha.*

Concha verò recensetur vulgò inter vasa ac ministeria sacra, cujus varii fuere usus. Anastasius Bibl. in Paschali PP. *Pariterque & concham ad spongiam pro nocturnis diligentiis ibidem ex argento constituit.* Vide p. 26. 28. 32. &c. Chronicon Casin lib. 3. c. 57. *Concham argenteam cum aquimanili suo.* lib. 4. c. 90. *Conchas duas librarum 8. &c.* Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 37. *Urceus argenteus cum concha argentea.* Hariulfus lib. 2. Chron. Centul. cap. 10. *Concha argentea major cum imaginibus argenteis una.* lib. 3. cap. 3. *Conchæ argenteæ pendentes duæ*, scilicet lucernarum vel candelabrorum. Idem Bernardus in Consuetudin. Cluniacens. MSS. cap. 56. *Candelabrorum pateras ac cereorum conchas diligenter abradat.* Κρατῆρας vocat Paulus Silentiarius in Descriptione S. Sophiæ. Concilium Eliberit. can. 48. *Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, nummos in concham non immittant, ne Sacerdos quod gratis acceperit, pretio distrahere videatur.* Conchæ ad Baptismum meminit etiam Chronicon Petri Regis Aragon. editum à Michaële Carbonello, lib. 1. cap. 2. *E per ço en la dit dia nos nos batejaren en la cambra en una concha. Cum concha aut cum manibus infanti in infirmitate posito aquam super caput fundere, & sic baptizare*, in Responsis Stephani II. PP. cap. 12.

Conchæ ad Chrisma. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis: *Candelabros cum argento 4. conchas æreas 2. ad Chrisma conficere, &c.* Vide Sacramentarium S. Gregorii Magni pag. 71. 73. edit. Menardi.

Concha, Navigii species in *Conchæ* formam efficta, ut sunt *Gondolæ Venetica*. Epistola Jacobi Regis Aragoniæ ad Carolum Regem Franc. an. 1326. tom. 8. Spicilegii Acheriani: *Quædam navis seu concha, cujus erat ductor sive patronus Bernardus de Ilario.* Caresinus Scriptor Venetus an. 1378. *Destinatis quampluribus usseriis, seu galeis grossis, conchis, aliisque navigiis, &c.* Chronicon Petri Regis Aragon. Edit. à Mich. Carbonello, lib. 1. c. 12. *Encara hic venguer en altres navilis, e moltes naus, é quoques, e vexeills de la ciutat de Valencia.* Cap. 14. *Parti donchs le Senior Infant ——— en la quoqua d' En Bernart, &c.* Etiamnum nostri *Coquets* vocant vasa lignea in quibus eluuntur panni linei.

Concha, Mensuræ frumentariæ species, quæ in Consuetudine Bayonensi tit. 23. art. 9. quinquaginta quatuor librarum esse dicitur. Adde tit. 22. art. 2. tit. 23. art. 3 & Consuetud. Solensem tit. 10. art. 7. tit. 16. art. 7. Historia Abbatiæ Condomensis p. 4.. 3. *Quatuor conchas tritici, totidem sextarios vini.* pag. 483. *Hæc terra sita est in Cirisol, mensura decem concarum.* Hinc

Concada terræ, Modus scilicet agri conchæ frumenti reditus. Historia Abbatiæ Condomensis pag. 491. *Et unam concadam terræ in pago sancti Gorgonii, quæ reddit* 12. *concas tritici.* pag. 476. *Dedit B. Petro --- unam concadam de terra & dimidiam, & unam cartaladam ad Fontem de Pisol, &c.* pag. 480. *Dedit --- concadas terræ, & æstimante una denar...ta de vinea pro salute animæ suæ.* Adde pag. 491. 496.

Concha, Pars ædis sacræ, in qua scilicet sacra mysteria peraguntur, & ubi stat altare; sic dicta, quòd qua parte est ..., seu *Βῆμα*, quidam in hemicylindri formam effingatur recessus, qui supernè in *Conchæ* figuram clauditur. Paulus: *Totum verò extra concham Basilicæ spatium alto & lacunato culmine geminis utrinque porticibus dilatatur.* Sed de *Conchis* ædium sacrarum, pluribus egimus in Descript. S. Sophiæ num 50.

Concha. Charta Willelmi Aquitanorum Ducis c. an. 1137. apud Sammarthanos in Abbatib. Angeriac. *Dono & concedo -- quidquid in concha de Esnenda habebam, cum omni libertate & sine aliqua mala consuetudine. Hac enim concha tenet a--- quæ est in via usque ad portum Savarici, & in eadem concha molendina, piscatorias, vel aliud quodlibet ædificium, &c.* Nescio an utrobique *Comba* legi debeat. Vide in hac voce.

CONCHYLIOLEGULI, vel *Chonchylegul*i, vel *Conchylolegul*i, in Cod. Theod. leg. 5. & 17. de Murilegul. l 9. de Lustrali collat. iidem qui *Murilegul*i, piscatores ac nautæ conchylii seu muricis, πορφυρεῖς. Joan. de Janua: *Conchilegus, qui conchilia legit, colligit.* Vide *Murilegul*i. Vide Glossar. med. Græcit. in κογχυλευτάς.

CONCIBIONES, in Gloss. Isid. *Quædam stellæ quæ per astrologiam concipientibus aptantur.* Joan. de Janua: *Concipiones, stellæ quæ concipientibus aptantur & favent.*

CONCIBUS, Conlactaneus, σύντροφος, in Gloss. Gr. Lat.

CONCICLA. Apicius lib. 5. cap. 3. *Concicla cum faba coques, &c.* Ubi Humelbergius legendum putat *Conchicla*, intelligique fabam, quam Martialis lib. 13. Epigram. 7. *conchin* vocat, fabam scilicet quæ *solida* dicitur Plinio, hoc est integra & cum cortice suo decocta, ad discrimen fabæ fresæ, quæ molliter fracta sine cortice coquitur: eadem quæ faba *Concicula* appellatur à Marcello Empirico cap. 33. pag. 227.

CONCIDUA. Vide *Concisa*.

CONCIENIA, *Imbrium collectio, quasi continens aquas.* Ugutio. Vide *Concinium*.

CONCILIABULUM, *Locus ubi in Concilium convenitur*, Festo; *ubi plures sui juris sedent*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. MS. Regium. Cod. 1013. *Conciliabulum, locus in quo multi homines sui juris sunt.* Frontinus: *Prius fuere conciliabula, & postea sunt in municipii jus relata.* At proprie

Conciliabula dicuntur furtivi & clandestini conventus, congressus. Concilium Carthag. IV. can. 71. *Conventicula hæreticorum, non Ecclesiæ, sed Conciliabula appellantur.* *Conciliabula hæreticorum*, in lege 2. Cod. Th. de Fide Cathol. *Conciliabula Judæorum*, in leg. 1. eod. Cod. de Judæis. Ψευδοσύνοδος, & ψευδοσύλλογος, in VII. Synodo Act. 1. Συνέδριον ἀποστατικόν, in Concilio Ephesino part. 2. Act. 1. *Latrocinium Ephesinum*, quod contra Flavianum Constantinop. à Dioscoro Alexandrino coactum est, vocant Gelasius I. PP. Epist. 13. Liberatus Diac. cap. 12. & 13. & Nicolaus I. PP. Epist. 8. Λῃστρικωτάτη ἐν Ἐφέσῳ δευτέραν σύνοδον, auctor Vitæ sancti Sabæ. *Concilium Latrocinale*, Concilium Constantinop. de depositione Ignatii Patriarch. CP. Nicolaus I. PP. Ep. 9. Hincmarus Remensis, apud Flodoard. l. 3. Hist. Rem. capite 14. *Ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari Synodum vetuistis.* Vide *Martyrium*.

CONCILIALES, Consiliarii, apud Steph. Edium in S. Wilfridi Vita cap. 44.

CONCILIARE, Colligere, συναθροίζειν, in Glossis. Hac notione usurpatur in Cod. Theod. l. 2. de Liber.

CONCILITAS, διαλλαγή, *Reconciliatio*, in Gloss. Græc. Lat. *Reconcilitas*, διαλλαγὴ φιλίας, in eodem.

CONCILIUM, Cœtus, corpus & universitas hominum simul & unà convenientium. *Concilium Deorum*, apud Tertullianum *Concilium Patrum*, pro Senatu, apud Symmachum lib. 1. Epist. 89. *Concilium Navicularioriorum*, in leg. 32. Cod. Theod. de Naviculār. Vide Gruteri Inscript. 305. 8. 325. 15. 321. 10. 467. 4.

Concilium, Nundinæ, apud Eugraphium Terentii interpretem.

Concilium, Parlamentum. Vide Prynneum in Libertatibus Anglic. tom 1. pag. 1248.

Concilium Catholicæ, Ecclesia Catholica, vel certè cœtus Clericorum Ecclesiæ, ac ædis sacræ, in leg. 1. Cod. Just. de SS. Ecclesiis: *Habeat unusquisque licentiam sanctissimo Catholicæ venerabilique Concilio decedens bonorum quod optaverit relinquere.* Ubi Basilic. lib. 1. tit. 1. ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις vertunt.

Concilium Martyrum, Sanctorum, Locus ubi multorum Martyrum ac Sanctorum corpora conquiescunt, *Confessio*, vel etiam ipsa Basilica: *Martyrum sedes*, in lege 6. Cod. Theod. de Sepulch. violat. Acta Stephani PP. III. apud Baronium an. 259. num. 24. *Nemesius autem gratia Christi roboratus, circuibat criptas & Concilia Martyrum, & ubicumque reperisset Christianum egentem, de suis facultatibus ei ministrabat.* Anastasius in sancto Damaso PP. *Hic multa corpora sanctorum Martyrum requisivit, quorum etiam Concilia versibus decoravit.* *Martyrum Conciliabula*, apud S. Hieronymum in Epistola ad Heliodorum. Adde Martyrolog. Rom. 23. Junii: συνάξεις Μαρτύρων, in Concilio Gangrensi can. 20. ubi vetus Interpres vertit *Confessiones Martyrum.* *Martyrum tumuli*, apud S. Hier. Ep. 7. *Martyrum limina*, Ep. 15. *Martyrum sepulchra*, Ep. 17. *Martyres*, nudè Ep. 22. c. 6. Ep. 50. c. 6. Vide *Martyrium*.

Concilium Sanctorum. Gaudentius Brixiensis in tract. in Dedicat. Basilicæ 40. Martyrum: *Habemus ergo & hos 40. & prædictos decem Sanctos ex diversis terrarum partibus congregatos: unde hanc ipsam Basilicam eorum meritis dedicatam, Concilium Sanctorum nuncupari oportere decrevimus.* Ausonius in Ephemer.

> *Et modo Conciliis animarum mista piarum*
> *Fata tui certè nota nepotis habes.*

Vide *Custodes Martyrum*.

Concilium, Episcoporum conventus de rebus Ecclesiasticis deliberantium. Gloss. Lat. Græc. *Concilium* συνέδριον, συμβούλιον, σύνοδος. Vetus Codex Canonum Bibl. Regiæ qui fuit S. Petri Pictavensis: *Synodum autem ex Græco interpretari Comitatum, vel Cœtum. Concilii autem nomen tractum ex more Romano: tempore enim quo causa agebatur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant; unde & Concilium à communi intentione dictum, quasi Comcilium: nam cilia oculorum sunt, unde est & Concilium dictum, D, in L. littera transeunte.* Idem Codex: *Canones autem generalium Conciliorum à temporibus Constantini cœperunt: in præcedentibus namque annis, persecutione fervente, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde christianitas in diversas hæreses scissa est, quia non erat licentia Episcopis in unum convenire nisi tempore supradicti Imperatoris: ipse enim dedit facultatem Christianis licere congregari.* Facundus Hermianensis lib. 5. c. 5. *Neque enim est alia faciendorum Conciliorum utilitas, quàm ut quod intellectu non capimus, ex auctoritate credamus, & sicubi ratio minùs nobis occurrerit, fides ne labamur citò succurrat.* Arnulfus Sagiensis Archid. contra Girardum Egolism. Episc. c. 2. *Ad hoc Concilia celebrari Sanctorum Patrum sanxit auctoritas, ut inde virtutum doctrina malorumque correctio proveniret, & velut exercitûs sui facultate conspecta, ipsam se pleniùs Ecclesia mater cognosceret, ut adversùm vitia, everiùs insurgendo, instantium bellorum triumphos posset confidentiùs auspicari.* De Episcoporum in Conciliis consessûs ratione, vide Concilium Toletanum IV. can. 4.

Conciliorum verò quadruplex distinctio est. Unum *Episcopale* Episcopi cujusque, quod Parœciæ unius Presbyteri frequentant. Alterum *Provinciale* Metropolitani, quod ex provincia Episcopos habeat suffraganeos. Tertium *Primatus*, ad quod ex integra diœcesi singularum provinciarum Metropolitani convocantur. Quartum ad quod diversarum Occidentis diœceseon Primates conveniunt, cui præest summus Pontifex Romanus, qui diœceses illas omnes præcipuo jure ac potestate subjectas habet.

Concilium Magnum, quod aliàs *Oecumenicum* dicitur: *Synodus Magna*, in Concilio Arelat. II. cap. 56. Ita passim Nicænum Concilium appellant veteres, ut Sardicense, Athanasius Apolog. 2. in princip. *Magnum & universale Concilium*, apud Liberatum Diacon. cap. 6. Agobardus lib. de Dispensatione c. 20. *Bina per annos singulos Concilia fieri, & Romani Pontifices decreverunt, & Magna Concilia sollicitè commendarunt.*

Concilium Oecumenicum, seu universale, vel generale, cui adesse possunt, & ad quod evocantur totius orbis Episcopi. Sulpitius Severus, l. 2. Hist Sacræ, de Concilio Nicæno: *Concilium ex toto orbe convocatum.* S. Augustinus Ep. 162. de eodem: *Plenarium universæ Ecclesiæ Concilium.* Lib. 1. Contra Donatist. c. 7. *Plenarium totius orbis Concilium.* Adde lib. 2. cap. 4. 8. &c.

Concilium universale, interdum idem quod *Provinciale.* Joannes VIII. PP Epist. 56. & 57. *Auctoritate Apostolica decrevimus Reverendorum fratrum & Coepiscoporum*

porum nostrorum Italici regni universale, id est, totius provinciæ advocare Concilium.

Concilium plenarium dicebatur etiam illud, cui Metropolitanus cum cæteris suæ diœcesis Episcopis intererat. *Concilium plenarium totius Africæ*, apud S. Augustinum Epist. 47. 170. 235. *Concilium plenum, & Tractatus plenus*, apud Vigilium Tapsensem lib. 1. Contra Palladium pag. 488. Leo IX. PP. Epist. 4. *Decus Ecclesiarum Africanarum ita conculcatum a gentibus nimiùm dolemus, ut modò vix quinque inveniantur Episcopi, ubi olim ducenti quinque solebant per Concilia plenaria computari.* In Concilio Bracarensi II. c. 9. *Integrum & perfectum* Concilium dicitur illud, *in quo Metropolitanus Episcopus fuerit.* Concilium Antiochen. c. 16. Τελείαν δ' ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ᾗ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς Μητροπόλεως.

Concilium universale anniversarium, ad quod singulis annis ex omnibus provinciis Africæ Episcopi convenire in unum consueverant, in Concilio Carthag. III. c. 7. *Generale Concilium*, in præfatione Concilii Wormaciensis an. 868. Vide Concilia Africana c. 64. 65. Epistolam Aurelii Episcopi Carthag. apud Baron. an. 419. n. 59. Ferrandum Diac. in Breviario c. 21. &c.

Concilia Provincialia. Bernaldus Constantiensis Presbyter de Reconciliatione lapsorum pag. 267. *Sunt & Provincialia Concilia, quæ post illa universalia necessariò recipere debemus, quia & in illis multa Ecclesiasticis negotiis necessaria reperimus. Horum etiam observationem ipsa decreta Romanorum Pontificum & statuta universalium Synodorum nobis indicunt, quæ per singulas provincias annuatim hujusmodi Concilia celebrari sæpissime præcipiunt.* Quæ quidem Concilia Provincialia bis in anno teneri, vel saltem semel, sanxerunt passim Concilia, Nicænum c. 5. Antioch. c. 20. Carthag. III. c. 2. Carthaginense V. c. 7. Concil. Afric. c. 60. Calchedon. c. 19. Toletan. III. c. 18. Tolet. IV. c. 3. Emerit. c. 7. Regiense c. 8. Arausic. I. c. 29. Agath. c. 48. Aurelian. I. c. 1. Aurelian. II. c. 1. &c. Vide Avitum Viennensem Epist. 80.

Concilium regionale, apud Augustin. lib. 7. Contra Donatist. c. 53. *Locale*, in Concilio Bracar. I. c. 18.

Concilium civile, Synodus Episcopalis, seu quæ ab Episcopo in sua *civitate* fit cum Presbyteris suæ diœcesis. Epistola 18. Hadriani II. PP. ad Carolum Calvum, de Causa Herlefridi Presbyteri: *Sed nunc meliùs faceretis si quod in civili Concilio apud suum Episcopum perperam gestum est, in provinciali Synodo apud vos rationabiliter & apud fratrem nostrum Hincmarum cassaretur.* *Concilium Episcopi*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 60. Ubi V. C. Steph. Baluzius.

Concilia Palatina. Concilium Tullense an. 859. c. 7. *In eorum quoque* (Regum) *Palatiis saltem semel intra biennium generalis Episcoporum Conventus agatur.* In Concilio Calchedonensi, Anatolius Episcopus Constantinopolitanus interrogatus à judicibus cognitoribus in causa Photii, *an Synodum appellare oporteat Conventum Episcoporum, qui in Regia civitate diversantur*, ita respondit: *Tenuit pridem consuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur sanctissimi Episcopi, cùm eò temporis occasio vocat, de emergentibus quibusdam Ecclesiasticis causis conveniant, ac singula definiant, responsoque eos dignentur qui precantur aliquid.* Vide Marcam in Dissertat. de Primatib. c. 16.

CONCINERATIO, Reliquiæ SS. Mirac. S. Ursmari n. 5. *Sumptis de concineratione sanctissimi corporis in sepulchro ejus duobus dentibus.* Hinc *Cinerarios*, Catholicos appellabant Hæretici, uti suprà in hac voce observatum. S. Hieron. Epist. 53. *Ais Vigilantium --- os fœtidum rursum aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos qui eas suscipimus, appellare Cinerarios, & Idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur.*

CONCINNARE, *Concinnatio*, voces in *luminaribus* Ecclesiæ præsertim usurpatæ, apud Interpretem Biblior. non semel: *Ad luminaria concinnanda, ad concinnandas lucernas*, Exod. c. 25. 35. Levit. 24. numero 4. Ἔλαιον εἰς τὴν φαῦσιν, Græco Interpreti. S. Hieronym. Epist. 26. cap. 6. *Vel lucernas concinnant, vel succendunt focum, pavimenta verrunt, &c.* Nicolaus I. PP. Epist. 2. *Quoniam irrationabile est ut Ecclesiastica possessio, unde luminaria & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quavis potestate subtrahantur.* Concilium Metense an. 888. c. 2. *Ipse* (Presbyter) *eas* (decimas) *cum integritate accipiat in sui sustentationem, & ad luminaria concinnanda, & Basilicæ ædificia, &c.* Leo IX. PP. Epist. 9. *In ædificandis parietibus, picturis, tignis tectis, imbricibus, & præterea luminariorum concinnationibus assiduis olei & ceræ, nec non lampadibus vitreis & cicindulis, &c.* Adde Braulionem in Vita S. Æmiliani cap. 29. apud Bivarium.

CONCINNATURA, κόλλησις, in Gloss. Gr. Lat.

CONCINNUS, *Potio ex multis herbis sibi congruentibus facta.* Glossæ. MSS.

CONCIO, Multitudo, congregatio, Concilium. Gloss. Gr. Lat. ἐκκλησία, *Concio, Concilium.* Glossarium Lat. MSS. Regium: *Concio, conventio populi, vel conversatus, vel Ecclesia, vel oratio.* Idem: *Concionem, convocationem populorum.* Adde Papiam. Vita Hadriani PP.

Auribus intentis expectet concio plebis.

Matthæus Vindocinensis in Thobia:

Israëlitarum concio jussa facit.

Infrà:

Concio Claustralis tibi sit, plebs Israël, herba
Disciplina, vigor olla, Propheta Deus.

Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 3.

Gaudet turba Petri, turbatur concio Regis.

Adde cap. 6. & 7. Utuntur passim Scriptores, Hariulfus in Vita S. Angilberti Abbatis Centul. n. 23. Bonifacius in Vita S. Livini Episcopi cap. 9. Jonas Monachus Bobiensis in Vita S. Bertulfi Abbat. cap. 3. Osbernus in Vita S. Elphegi Archiep. Cantuar. num. 6. Gosselinus in Vita S. Wereburgæ virg. cap. 3. Harmerus in Miracul. S. Maurilii Episcopi Andegav. Willelmus Brito lib. 4. & 8. Philipp. p. 136. 185 Abbo Floriac. in Encyclica, Auctor vitæ S. Madelgisi n. 3. Acta Concilii Remensis apud Baron. tom 10. Vita S. Aicadri c. 30. Vita S. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 51. Vita S. Joannis Abbat. Reomaensis lib. 2. cap. 2. Historia Invent. S. Secundini cap. 1. Charta Roberti Regis Fr. apud Sammarthanos in Episcopis Andegav. Orderic. Vital. p. 468. 547. 588. 708. Dudo lib. 3. p 158. Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 21. 46. Hildericus Abbas Casin. in Epitaphio Pauli Diaconi, &c. Ea etiam notione usurpatam vocem hanc à Suetonio in Vespasiano cap. 8. observavit pridem Casaubonus. Vide Festum.

Concio legum Conradus Urspergensis in Lothario Imp. *Nuptias cum ea apud Augustam civitatem, convocatis ferè omnibus Principibus, magnificè celebravit, in loco, qui dicitur Concio legum.* Meminit rursum istius loci in Henrico VI. qui videtur esse *Campus* ille, quem *Martium* vocabant, de quo Velserus in Augusta Vindelicor. Ubi scilicet conveniebant Imperatores & Imperii illius Proceres pro sanciendis Legibus.

Conciola, seu Conciuncula, congregatiuncula. Glossæ MSS. *Conciola, congregatio.* Erkembertus in Hist. Longobard. p. 47. *Post hæc Pando creato Marino a conciolis, Cæsarium cum universis libertati restituit.* Vita S. Hugonis Abbatis. S. Martini Eduensis: *Perparva primitus fratrum conciola est in eodem constituta loco, quoniam idem Princeps dominium in promptu non habebat, quod daret.* Occurrit præterea apud Thietfridum Abbat. Epternac. in Florib. lib. 4. cap. 7. &c

CONCIONABULUM, Conciliabulum, vox deducta pariter à *Concio*, conventus Innocentius PP. in Decretis: *Si statim cederes de tuo pessimo concionabulo.* Vita

S. Deicoli Abbatis Lutrens. n. 5. *Concionabulum Diaboli fecerunt Ecclesiam Christi.*

CONCIONARIUS, *Qui populum alloquitur*. Papias.

CONCISA, *Concida, Concidua, Concisia, &c.*

Concisa, Arborum eversarum strages itineri præcludendo: *Concides*, Cæsari, Tacito lib. 1. Annal. Vegetio lib. 3. cap. 23. S. Ambrosio in Orat. de Excessu satyri, Silvestro Giraldo in Hibernia expugn. cap. 5. 26. &c. *Lignorum cædes*, Agellio lib. 19. cap. 19. *Cæsa nemora, truncarum arborum coagmenta*, Saxoni Grammatico lib. 14. Hist. Danicæ. Δένδρων ἐκκοπή, Polybio, Ξυλοκλασία, Annæ Comnenæ lib. 13. Alexiad. p. 389. Paulus Warnefrid. lib. 3. Hist. Longob. cap. 4. *Factis etiam concisis per devia silvarum, irruit super eos.*

Concæsa, apud Ammianum lib. 16. *Difficiles vias -- concæsis clausere solerter.* Sic enim in MSS. legi monet Valesius, ubi Codex editus habet *concædibus*.

Consides, eadem notione. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. *Franci simulato metu se in remotiores saltus receperunt concidibus per extrema silvarum procuratis.* Alibi: *Qui conjunctis arborum truncis vel concidibus superstantes, &c.*

Concisa, in Lege Salica tit. 18. §. 4. aliud sonat: *Si quis concisam, vel sepem alterius capulaverit, vel incenderit, &c.* Hoc enim loco Wendelinus *Concisam* sepimentum interpretatur, quod fit circum agros & fundos, cùm leviter semicæsa virgulta proclinantur, implicanturque invicem perpetuâ texturâ, eaque interim succrescente: quod firmissimum est sepium genus, cujusmodi in agro seu Comitatu Perticensi complura cernuntur. Nec ab hac sententia procul abest Salmasius in lib. de Jure Attico. Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 2. *Inter quorum confinia plantabantur arbusculæ, quæ, ut cernere solemus, abscissæ atque projectæ comas caudicum foliorumque proferunt.*

At posterioribus sæculis hæ ferè voces pro *silva cædua usurpantur*: *Silva* autem *cædua*, illa est *quæ cujuscunque existens generis arborum, in hoc habetur ut cædatur, & quæ etiam succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur*, in Provinciali Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 16. lib. 5. cap. ult. Charta Caroli C. Regis in Tabulario Dervensi: *Simul etiam quidquid memorati fratrum famuli de jam dictis silvarum concisis extirpare poterunt, totum in usus fratrum absque subtractione alicujus permaneat.* Atque inde silvæ juxta Lavallum in Armoricis, *Concisæ* nomenclatura etiamnum manet: cujus quidem appellationis meminit Stephanus Episcopus Redonensis in Vita S. Guillelmi Firmati n. 7. Hac igitur notione

Concisum usurpat Charta Caroli C. apud Hariulfum lib. 3. cap. 16. *De prato bunnaria 2. & quadrellos 48. & de silva bunnaria 20. & de conciso bunnaria 5. &c.* Tabularium S. Bertini an. 1205. *Cùm super quadam decima unius campi juxta concisum Columbel sibi quæstio verteretur, &c.* Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 110. *Quidquid in eodem loco possidebat, Basilicæ S. Vitoni condonavit, in mansis, campis, oleis, pratis, pascuis, concisis, silvis aquis, &c.*

Concisiæ. Charta venditionis prædii dicti *Caseaux*: *Sive consistant in terris cultis & non cultis, vineis, pratis, pascuis, seu pasturellis, nemoribus, silvis, garennis, dumis, concisiis, arboribus, fructiferis & non fructiferis, &c.* Tabularium Prioratûs de Paredo fol. 69. *In bordelariis, in campis, in vineis, in silvis, rispis, in concisiis, in terris cultis & incultis, &c.*

Concida. Vetus precaria apud Sirmondum in Notis ad Capitul. Caroli C. *Hoc est in mansis, campis, oleis, pascuis, pratis, concidis, sylvis, aquis, &c.* Charta alia apud Baldricum in Chr. Camerac. lib. 1. c. 27. *Hos igitur mansos cum terris, concidis, pascuis, &c.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Habet de concide ubi potest colligi clausura, &c.*

Concidua. Charta Alberti Comit. Viromand. ann. 986. apud Hemereum: *Vineam bunarii unius, pratum 1. sylvam bunariorum 7. conciduas bunariorum 10. cambam unam, &c.* Copeis dicuntur ejusmodi silvæ cæduæ in Libertatib. villæ S. Paladii in Biturigib. ann. 1279. apud Thomasserium p. 113.

CONCITARIUM, *Donum Imperatoris, quia excitat animos militum ad obediendum ei.* Ugutio, Joan. de Janua.

CONCIVILITARE, Civem efficere. Theodericus Monachus de Inventione S. Celsi Episcopi Trevirensis cap. 2. *B. Celsum, --- quem hactenus in supernis sedibus concivilitavit (Deus) frequentiis Angelorum.* Vide *Civilitare.*

CONCIVIUM, Civium cœtus Adso Abbas Dervensis, in Vita S. Basoli cap. 11. *Eodem tempore urbis Remorum florente concivio, &c.* Ægidius Parisiensis in Karolino lib. 5.

> ——— *Illum sublimia sacri*
> *Eloquii quondam ructantem pectore pleno:*
> *Illum in concivio tacitum pro voce legendi*
> *Præfectum gradibus, &c.*

Ita enim legendum pro *Concinio*, apud Duchesnium pag 324.

CONCLAMARE, pro *Clamare*, causam agere, dicere. Lex Alemann. tit. 36. §. 5. *Ut in ipso placito pauperes conclament causas suas.* Gloss. Isid. *Conclassare, Conclamare.* Vide *Clamare.*

CONCLAVE, Vestiarium, *Gardaroba.* Matth Paris an. 1245. *Domini Papæ camera, quæ Conclave, id est, Guardaroba dicitur.* Sic etiam vocant locum ubi coeunt Cardinales ad eligendum summum Pontificem, qui pluribus describitur in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 1.

CONCLAVUM. Gloss. Gr. Lat. συνοικία, *Conclavum, Conclavia, insula.*

CONCLUSIO, Clusa, *Ecluse. Conclusiones aquarum* in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 30. *retenues d'eaux.*

CONCLUSUM, *Conclusus*, idem quod *Clausum*, *Clos* Gallis, locus, seu ager sepibus septus, in Leg b. Wisigoth. lib. 8. tit. 3. §. 6. tit. 4. §. 25. lib. 10. tit. 1. §. 13.

CONCORDANTIÆ, apud Walsinghamum in Edvv. 1. p. 47. *Hujus* (Johannis de Derlington Ordin. Prædicat.) *Studio & industria editæ sunt Concordantiæ magnæ, quæ Anglicanæ vocantur.*

CONCORDENSES, Valdentium sectarii hæretici, de quibus Constitutio Friderici Imp de Hæreticis, & Reinerus contra Valdenses cap. 6. à *Concordia* Lombardiæ oppido dicti: iidem qui interdum *Concorezenses* appellantur.

CONCORDIOSUS, *Concors*, Ugutioni.

CONCORDIUM, pro *Concordia*, Pactum, fœdus, *accord*: apud Micham de Barbazanis in Hist. cap. 6. & Cortusios lib. 8. Hist. cap. 5. & alibi.

CONCREDERE se, dicebatur ille qui judici vel parti se tradebat, & delictum illius arbitrio, compositione expiabat. Capitula Caroli C. tit. 16. §. 3. *Quia si se concrediderit & humiliaverit, & emendare voluerit, &c.* Flodoardus lib. 3. Hist. Remens. pag. 558. edit. Colvener. *Quod placitum eidem Presbytero denuntietur ad 30. dies, ut ita præparatus veniat, quò se vel Canonicè purificet, vel concredat.* Definitio Concilii Duziacensis II. de Duda Monacha c. 4. *Et si ipse Presbyter se concrediderit, facilior ei erit pœnitentia: sin autem in pertinacia sua perstiterit, &c.*

CONCUBA, *Concubina.* Decretum Synodi Sardicensis in Fragm. S. Hilarii p. 20. *Probra multa criminaque objecit, quod diceret illum, concubas & habuisse & habere.* Hinc conbatus pro *concubinatus*, in lib. 3. D. de Concubinis.

CONCUBIALITER, Continuò, perpetuò. Vita S. Vitalis Siculi n. 6. *In hoc --- Monasterio concubialiter perseverans.*

CONCUBINA, Ugutioni, *quæ ad usum venereum non legi-*

legitime tenetur. Tria sunt, inquit Casaubonus ad Spartianum in Ælio Vero, conjunctionis nomina apud juris auctores & alios, *Uxor*, *Pellex*, *Amica*. *Uxor*, ajebat Verus, *nomen est dignitatis, non voluptatis*. *Pellex* honestior est quàm Amica, ut quæ accedat propriùs ad uxoris naturam: est enim παλλακὴ quasi legitimæ conjugis dimidium. Balsamon: παλλακὴ δέ ἐστιν ἡ νομίμως τινὶ συζῶσα χωρὶς γάμου· ἡ δὲ ἧττον τιμιωτέρα φίλη λέγεται. Canones Apostolorum ex versione Dionysii Exigui can. 17. *Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, &c.* Concilium Toletan. I. c. 17. *Si quis habens uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. Caterùm qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: tantùm ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus.* Quibus in locis, ut observat Turrianus l. 1. pro Canonib. Apostol. c. 13. non intelligitur concubina fornicaria, sed sicut Scriptura sancta vocat concubinas Patriarcharum, ea scilicet concubina quæ secundùm legem matrimonii, infrà dignitatem tamen uxoris ducitur: *Quæ uxor concubina* dici videtur in Charta Ludovici VI. pro Monast. S. Cornelii Compendiensi: *Ut Clerici ejusdem Ecclesiæ sicut usque modo vixerunt, permaneant: hoc tamen præcipimus, ut Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, nullatenus deinceps uxores concubinas habeant: cæteri verò cujuscumque ordinis Clerici, propter fornicationem, licentiam habeant ducendi uxores.* Eadem etiam *Concubina legitima* dicitur, ad discrimen *ejus quæ quæstum facit*, apud Bractonum lib. 3. Tract. 2. c. 28. § 1. cui ita appellatur uxor matrimonio copulata, quod *legitimum est quantum ad hæredem & hæreditatis successionem, & tamen illegitimum, quoad dotis exactionem cùm dos constituta fuerit alibi quàm ad ostium Ecclesiæ, propter verba in intentione mulieris contenta*, ut idem Bracton. ait l. 4. de Actione dotis, c. 8. §. 2. Vide Cujacium in Paratit. ad tit. Cod. de Concubinis, ad Nov. 18. & lib. 5. Obser. c. 6. Concubinas præterea olim toleratas, vel non omnino prohibitas, vel denique adeò hunc invaluisse abusum, ut eas tolerari necessum judicarint Pontifices, tametsi subinde variis in Conciliis damnatus sit, colligere licet ex Concilio Vermeriensi an. 752. c. 7. ex Nicolao I. PP. Epist. 59. & in Respons. ad Bulgar. c. 3. ex Joanne VIII. Ep. 198. &c. Vide Criscon um inBrev. c. 230. 231. adeò ut etiam cum uxore legitima concubinam habere quodammodo licuerit, quam uxoris appellatione donant Capitula Herardi Archiep. Turon. c. 110. Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei, de Concubinis: *Quippiam dici forsitan etiam injustum esse videatur: quia hoc in comparatione supradictorum quasi genus castitatis est, uxoribus paucis esse contentum, & intra certum conjugii numerum frenos libidinum continere. Conjugium dixi, quia ad tantam res impudentiam venit, ut ancillas suas multi uxores putent: atque utinam sicut putantur esse quasi conjuges, ita solæ haberentur uxores.* Sed & cum concubina perinde ac cum uxore alterius adulterium fieri dicebatur. Vita S. Columbanum Ep. 5.

Concubinatica luxuria, in Concilio Meldensi an. 845. cap. 74.

CONCUBITOR, Qui concubinam habet, apud Julianum Antecessor. Nov. 82. c. 12. Nov. 34. c. 5. *Concubitor masculorum*, ἀρσενοκοίτης. *Concubinus*, παιδίον, Quintiliano l. 1. c. 3.

CONCULCATURIA Epistola, quâ Dominus servi qui ingenuam uxorem duxit, *Conculcato* & irrito facto ob agnationem, quæ inter eos intercedebat, matrimonio, mulierem libertati suæ reddit. In Chartis quæ *Parensales* dicuntur, apud Bignonium. Formulæ 10. titulus sic concipitur: *Conculcaturia quam Abbas facit ad hominem suum.*

CONCULMA, *Maxima bellua, de cujus sanguine tingitur purpura.* Ita Ugutio MS. an *Concalina*?

CONCURRENTES, sic Epactas solis vocat Latinus Computus, Æthiopicus Græco & vetusto nomine πλινθίον. Scaliger l. 1. Canon. Isagogic. *Concurrentes, est numerus dierum nunquam excedens septenarium, qui cum regularibus compositi componunt feriam dierum.* Dionysius Exiguus de Ratione Paschæ: *Concurrentium hebdomadarum ratio, quæ de solis cursu provenit, septeno annorum jugi circuitu terminatur.* Joannes de Janua: *Concurrens, secundùm quod sumitur à Compotistis, est supercrescentia unius diei vel plurium supra 52. septimanas, vel plurium: ideo dicitur quia in anno Bissextili supercrescunt duo dies, in reliquis verò annis unus tantùm, unde versus:*

Hebdomadæ decies quinæ numerantur in anno,
Atque duæ post quas, lux una, duæve supersunt.

Et ab illo incremento originem habent Concurrentes. Alii postea formantur uno addito, sic tamen quòd septimanarum numerum non excedant, unde scias quòd primus annus cycli solaris habet unum pro Concurrente, secundus habet duos, tertius habet 3. quartus habet 4. quintus 6. propter bissextilem, sextus habet 7. septimus habet 8 & sic procedendo usque ad 28. annos invenitur, qui postea revertitur ad caput procedendo per ordinem sicut prius: unde & appellatur Circulus solaris, sive Concurrentium. Si autem vis scire quantus sit annus Concurrentium, adde annis Domini 9. annos, & à totali summa subtrahe 28. quoties poteris, & quotus sit annus cycli solaris quod residuum fuerit demonstrabit, & si nihil remanserit, ultimus annus erit. Vide eundem Scaliger. l. 7. de Emendat. tempor. pag. 748. 775. 776. Fulbertum Carnotensem in Compendio Computi, Honorium Augustod. l. 2. de Imagine mundi cap. 87. 88. 97. Durandum l. 8. c. 5. num. 6. 7. 8. & alios Compotistas.

CONCURRENTIA. Observantiæ Regni Arragon. l. 6. de Privilegiis Militum §. 1. *Non enim contribuent cum peyteriis in exactionibus regalibus, nisi tempore guerræ, vel concurrentiæ ad constructionem, refectionem, & sustentationem fossatuum, portarum villæ &c.* id est, cùm omnes ad ejusmodi opera publica *concurrere* seu pergere tenentur.

CONCURRERE *cum aliquo*, Consentire alicui: Gallis, *Concourir avec quelqu'un*. Phrasis familiaris Tertulliano l. de Spectac. Optato l. 4. S. Augustino l. de Unico Bapt. c. 14. & Epist. 164. Dicebant etiam *concurrere alicui*: Ita Cyprianus l. 1. Ep. 4. l. 2. Ep. 3. Augustinus l. 2. Contra Cresçon. c. 19. l. 7. Contra Donat. c. 15.

CONCURSUS, Submonitio, vel evocatio civium ad vindicanda maleficia. Vitalis Episcopus Oscensis: *Si eas (junctas) exercitum facere contigerit, vel repentinum concursum, Appellitum vulgariter appellatum, &c.* Infrà: *Sed flagitante maleficio, & concursu subitaneo concurrente, si maleficium fuerit manifestum, &c.* Vide Huesium.

CONDAMINA, vel *Condomina*, Narbonensibus *Condomine*, quasi, *Condominium* à jure unius Domini dicta. Vel ut alii volunt, quasi *Campus Domini* nam in Occitania, maximè versus Sevennas *Camp*, aut *Con*, *Campum* sonat: ubi hæ Condaminæ ab omni onere agrario immunes censentur. *Condomina* legitur in Glossis Isidori, & est agrorum σύγκτησις Gloss. Græco. Lat. σύγκτησις, *saltus*. Placitum Attonis Arelatensis Archiepiscopi, in Chartulario Archiepiscopi Arelat. fol. 22. *Et laxaverunt similiter Archiepiscopo Attoni affrontationem suæ condaminæ quæ est juxta domum, cum juncariis quantum prædicta condamina tenet.* Chronicon S. Benigni Divion. *Dedit partem unius condaminæ. Condamina mea dominicaria*, in Tabul. Belliloc. num. 174. Vita S. Gallæ apud Bolandum 1. Febr. p. 740. *Cùm messium tempus advenisset, nuntiatum est S. Gallæ ab actore suo, -- quòd condaminam suam quidem Presbyter cum messe tulisset.* Sic enim legendum, pro *Condanimam*, uti præfert Codex MS. Vide Bibl. Sebusianam Cent. 2. c. 7. Anton. Ruffium in

in Comitib. Provinciæ p. 61. tom. 6. Spicileg. p. 455. Perardum p. 208. V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 90. &c.

Condomina, in Charta an. 1088. apud Catellum in Comitib. Tolos. p. 134.

Condemina. Charta an. 937. in Tabul. Eccl. Augustod. *Sunt ibi mansi absi novem, & solvunt reditus terræ. Sunt aliæ condeminæ 3. ad sationem mod.* 100. Infrà: *In villa Ploado invenerunt condeminas 3. ubi possunt seminare modios* 13. Alia Caroli Regis an. 18. Ind. 6. ex Tabulario Eccl. S. Cyrici Nivern. *Mercatum ibi adhærentem, condeminam adhærentem fronti jamdictæ Ecclesiæ, &c.*

Conduma, eadem notione. Papias: *Conduma, domus cum curia & cæteris necessariis.* Glossæ MSS. *Cond. ma, vel Cumma, domus elevata.* Gregorius M. l. 9. Epist. 14. *Unam illi de jure Ecclesiæ deputare condumam debuisses.* Idem lib. 10. Epist. 12. *Percepta priùs donatione legitima, id est, fundos campulos cum conduma una.* Occurrit rursum l. 11. Epist. 20 Charta Caroli C. Reg. Fr. an. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervensi: *In Almiaca corte terras indominicatas, ubi conduma Monachorum fieri debeat, cum prato & mansis undecim & dimidio.* *Condoma*. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum tom. 8. p. 35. *Concessimus innominato Monasterio S. Sophiæ condomas 4. ex ipso Gastaldo.* Infrà: *In ipso loco cortes & condomas tres.* Adde p. 40. 41. 576. 583. 585. 590. 615. 618. 625. 638. Quibus omnibus in locis *Conduma*, & *Condoma*, idem valet quod *Condamina*: neque à *dumetis* vox formata, ut censet Ludovicus de la Cerda.

Contaminia, eodem perinde significatu. Charta Falconis de Jaligniaco an. 1056. *Dedi --- omnia quæcumque in Tressalio --- possidebam: scilicet in contaminiis, in molendinis, in olchis, in ordeis, &c.*

Contaminea. Charta an. 1020. apud Guichenonum in Bibl. Sebusiana Cent. 1. c. 40. *Vineam indominicatam unam medietatem, contamineam indominicatam unam medietatem, &c.*

Condominicatus. Hist. Episcopor. Autissiodor. c. 53. *Et campos, qui vulgò Condominicati vocantur, Episcoporum ditione restituit.*

CONDARE, *Condator*. Gloss. Lat. Gr. *Condatoribus*, συντελεσταῖς. *Condavit*, προσένειμεν.

CONDATE, vox Gallica vetus, vel certè in Gallia familiaris, quæ confluentem denotat, quasi *a condando, seu congregando, seu confluendo*, uti vult Nicolaus Bergerius l. 3. de Itinerib. Romanis c. 39. num. 15. Unde quæ hodie supersunt oppida id nominis, seu vernaculum *Condé* præferentia, ad ejusmodi fluviorum confluentes sita esse constat. Ita *Condate* in Aquitania, ad confluentes Durantiæ, & Insulæ, *Libourne* hodie, apud Auson. Epist. 6. & Paulinum in Epist. ad eundem Auson. v. 156. *Condate* in Turonib. ad confluentes Vigennæ & Ligeris, apud Gregor. Turon. l. 1. Hist. c. 43. l. 8. c. 40. & l. 10. ubi obiit S. Martinus, hodie *Condé*. *Condate*, hodie *Cosne*, ad confluentes Ligeris & fluvii dicti *Noain*. *Condatum*, hodie *Condé* ad confluentes Scaldis & fluvii dicti *Haisne*, apud Antoninum in Itinerar. & in Capitul. Caroli Calvi tit. 37. *Condate* in Brigiensi agro, Principum Borboniensium nobilissimus Principatus, ad confluentes Matronæ & alterius fluvioli qui Brigensem saltum percurrit. Tabularium S. Remigii Remensis an. 861. *Episcopatûs autem Domni Hincmari 17. veniens Missus Domini Regis Caroli in villam Condatum, situm super fluvium Matronam, &c.* *Condate* in diœcesi Ebroïcensi ad confluentes Itonis fluvii, quo loco insulam efficit vulgò *Condet*. *Condate* in diœcesi Suessionensi ad confluentes fluviorum d'*Aisne*, & de *Vesle*. *Condate* in Cestrensi agro in Anglia, hodie *Congleton*, ut censet Camdenus in Britan. pag. 486. Edit. 3. ad confluentes Dani & alterius fluvioli. Hæc verò præmisimus, ut intelligatur quid velit auctor Vitæ S. Romani Abbatis Jurensis c. 1. *Reperit tandem ulteriùs inter saxosa convallia culturæ patulum locum, qui altrinsecus trijugi montium paululum arduæ secedente natura, in planitiem aliquantulum relaxatur. Illic namque bifidi in solidum concurrente natura, mox etiam ab unitate elementi jam conditi, Condadiscena loco vulgus indidit nomen.*

CONDEMNARE *terram*, vel *domum*. Lex Salica tit. 71. *Si quis terram alienam condemnaverit, & ei fuerit adprobatum*, IID. *den. qui faciunt sol.* LXII. *culpabilis judicetur.* Ubi *terra condemnata*, nihil aliud est, quàm ager cujus fructus exciduntur: in quo damnum fit. Rogerus Hoved. pag. 804. *Captus est Thomas Præpositus, captique sunt complures sui quidam & incarcerati: quidam autem illorum fugerunt, relictis domibus & facultatibus suis. Rex quidem Franciæ iratus fecit domus illorum demoliri, & vineas & arbores illorum fructiferas extirpari.* Ita & domus judicis decreto diruta, *condemnata* dicitur in Speculo Saxonico lib. 3. art. 1. § 1 *Ædificia prædiorum seu villarum propter nullam aliam injuriam succidi, seu ad terram prosterni debent, nisi in ipsis fuerint virgines, aut mulieres violenter oppressæ, aut post factum introductæ: tunc enim domus illa per jus condemnantur, si non, ut juris est, excusentur. Postquam condemnata jam fuerint ædificia ejusmodi, si reus postmodum absolvitur ab actione, destructa jam ædificia non exsolventur, &c.* Art. 68. *Castrum condemnatum à judice*, quod exciditur & destruitur sententiâ judicis. *Facultatum condemnatio*, in l. 16. Cod. Th. de Re militari. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. §. 32. *In Aragonia quantumcunque fuerint facta diffidamenta, non possunt bona talari, vel comburi, vel bona occupari, nisi tantùm in personis guerræ, &c.*

Porrò is olim atque adeò in Francia mos invaluerat, ut non corporis modò pœna, vel morte, mulctarentur rei, sed & eorum diruerentur domus, nisi id pecunia data redemissent. Joannes Presbyter apud Chappeavillum ad Joannem Hocshemium cap. 3. *Cum tunc esset mos in civitate prosterni ædes malefactorum.* Charta Philippi Aug. an. 1195. pro Communia Sanquintin. *Si quis forisfactum fecerit, de quo clamor in præsentia Majoris & Juratorum factus sit, Major judicio Juratorum super hoc emendationem accipiet talem, quòd domus forisfactoris diruetur, si eam habeat, aut pro domo ad voluntatem eorum pecunia accipietur. De redemptione verò domorum diruendarum, muri & firmitates villæ reficiantur.* Mox: *Si quis intra villam hominem occiderit, --- de eo justitiarius noster faciet justitiam, -- & si ille malefactor domum habuerit infra banleucam, diruetur.* Guntherus l. 8. Ligurini:

> *Qui pacis jurare modum formamque tenetur.*
> *Improbus abnuerit, qua possidet omnia vulgò*
> *Diripienda patent, evertendique penates.*

Philippus *de Beaumanoir* c. 61. *Quiconque rachete un ban, & fet le bannissement. se mesons doit estre abatuë. & est l'amende en la volenté du Seigneur, &c.* Vetus Consuet. municipalis Ambianensis MS. *S aucune mesons est jugié à abatre pour le forfaiture de celi cui le mesons est, ja pour chiaus à cui li cens sont, ne le laira-on à justichier.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. 3. sect. c. 6. *Sçachiez que les mesons des forsbannis doivent estre arses el temoignage de leur dampnement, & que la memoire de ceux qui vendront apres, le tiengnent en leur cuers, & que il en aient poor & criente: & se les mesons des forsbannis sont en tel lieu, que il ne puissent estre arses, la couverture & le mesrein en doivent estre ostez & esrachiez. & portez en tel lieu où il puisse estre ars, si que aucun n'y puisse avoir dommage.* Ubi observare licet domus damnatorum incendio absumptas, quod etiam apud Suecos obtinuisse tradit Joan. Loccenius l. 2. Histor. Suecanæ p. 65. quo loco scribit, Amondum vel Amundum Regem, *Carbonarium* cognominatum, *quod legem tul sset de incendenda parte domus, aut tota ædibus delinquentis pro noxa danda, pro dati portione*; quamtamen legem abrogasse postea ait.

Charta

Charta Odonis Domini Hamensis an. 1227. *Et si forefactor captus non fuerit, Major potest bannire eundem de villa Hamensi in perpetuum, & domum suam diruere infra 40. dies quotiescumque voluerit, postquam dies unus & nox una, sicut dictum est, post factum transierit. Et si forte infra 40. dies Major forefactoris domum non diruerit, domus stans Domino remanebit. Et si domus diruta fuerit, meremma & fundus domûs Domino remanebit, & de alia hæreditate faciat quod debebit.*

Interdum quodam privilegio ad id indulto urbium incolæ ab hac ædium condemnatione exempti leguntur. Charta Guillelmi Archiepiscopi Remensis ann. 1182. pro Scabinagio Remensi: *Concedimus etiam quòd si Burgensis in banno nostro constitutus aliqua occasione in causam tractus fuerit, quamdiu ordine judiciario se tractari voluerit, neque ipse, neque res ejus capientur, sed nec domus ejus diruetur, si domum vel hæreditatem Remis habuerit, sed fidem dabit, quòd pro exequenda justitia obsides interponet, &c.* Edictum Philippi Pulcri an. 1302. pro Reformatione Regni: *Item volumus, quòd si nos mandavimus aut præcepimus bona alicujus Prælati, seu alterius personæ Ecclesiasticæ, vel Clerici clericaliter viventis, capi, seu ad manum nostram poni, quod virtute prædicti mandati seu præcepti nostri bona eorum rectè mobilia non capiantur saisiantur, aut ad manum nostram ponantur, neque domus eorum discooperiantur, seu destruantur.* Vide Excerpta Dionis ex Edit. Valesii pag. 582. & ejus notas. Concilium Nugarolense ann. 1190. can 7. Concil. Tolosan an. 1229. can. 6. Epistolam Innocentii IV. PP. ad Potestates, Rectores, &c. cap. 20. 26. Privilegia urbis Ratisponensis an. 1230. 1380. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 238. tom. 2. p. 380. Foros Benehatnenses rubr. *de Sententias* art. 7. Fortescutum de Laudib. Legum Angliæ c. 26. Duchesnium in Probat. Hist. Guinensis pag. 195. Molineum tom. 3. pag. 2147. præterea Bouclerum lib. de Crimine læsæ majestat. pag. 101.

Condemnatio, pro mulcta pecuniaria, apud S. Ambrosium Epist. 33. Lampridium, & in Cod. Theod. Vide Jacob. Gotofred. ad. l. 12. eod. Cod. de Re militari.

CONDENSA, Papiæ, *Spissa, constipata, opaca: significat secreta divinæ Scripturæ.*

CONDESCENDERE, Consentire, alicujus sententiam sequi. Will. Brito in Vocab. *Condescendere, deorsum à re scandere, vel de vigore propositi desistere, mitigari.* Marius Mercator in Sermone Nestorii 12. §. 8. *Sciebat namque etiam Paulus talia facere, ne scissuræ fierent per aliquam justitiam coloratam, cùm gratiam prædicabat, legisque inutilitatem confitenter arguebat: sed Hierosolyma veniens docetur ab Apostolis condescendere debere ibidem habitantibus, ut non fierent scissuræ in Ecclesia, &c.* Auxilii Libellus de Formoso Papa: *Denique id approbo, condescendo tibi, quasi tuis assertionibus favens.* S. Isidorus lib. de Justitia Principum: *Prodesse ergo debet populis principatus, non nocere; nec dominando premere sed condescendendo consulere, &c.* Gregorius Magn. Homil. 34. in Evang. *Qui de falsa justitia superbire solent, cæteros quoque despiciunt, nulla infirmantibus misericordiâ condescendunt.* Lupus Ferrar. Epist. 113. *Ut vestra sublimitas mea humilitati dignaretur condescendere.* Adde Ivonem Carnotens. Epist. 5. & 19. &c.

Condescendere, Alienare. Wichbild. Magdeburg. art. 20. §. 1. *Proprium si unus alienare, aut resignare jure municipali velit, extinctis qui condescendere seu alienare intendit &c.* Et mox: *Quærat per sententiam quo pacto proprium alienare & condescendere debeat, &c.*

CONDESCENSIO, apud Hungaros Leguleios, ut auctor est Sambucus, est *citatio irrita, vel litis in alios translatio*: apud Albertum Molnarium, *depositio & collapsio causæ.*

CONDIARIUM, *Ærarium* in Gloss. Isid.

CONDICARE, pro *condicere*. Acta Episcoporum Cenomanensium p. 254. *Et postea ante domnum Carolum condicavit suum placitum, & conquæsivit jam dictum monasterium ad jus suæ sedis Ecclesiæ.*

CONDICTUM, in Concilio Cloveshoiensi an. 747. cap. 4. 7. quod *decretum* appellatur c. 10. 13. *mandatum.* c. 11. 18. *Edictum* c. 12. &c.

CONDICTUS Henricus à Gandavo scribit Gerardum Monachum Sancti Quintini in Insula, edidisse Antiphonas & Responsoria pro festo S. Elizabeth Turingicæ, iisque Hymnos adjecisse Petrum Canonicum Sancti Autberti Cameracensis, & composuisse etiam *Cantica, quæ vulgo Condictus vocant.*

CONDIGNARE, Condignum putare. Annales Francor. S. Nazarii an. 786. *Rex nempe suscitabatur ab eis, si verum an falsum fuisset quod &c. --- illic enim nullo modo poterant, neque condignaverunt hoc negare.*

CONDIRIGERE, Dirigere, mittere. Capitulare de Villis c. 8. *Aliunde vinum peculiare comparando emere faciant. unde ad villas dominicas condirigere possint.* Vita S. Bathildis num. 7. *Theodefredus nunc Episcopus, tunc vero Abbas, magno gregi fratrum præfuit, quem de Lexovio Monasterio -- ad prædictum fratrum cœnobium condirexit.*

Condirigere, interdum est frui, uti re aliqua, eam possidere, regere, instruere, &c. Formula incerti auctoris 27. apud Bignon. *Sic taliter ut tempore vitæ meæ ipsas res habere & usare, vel condirigere debeam.* Alia quæ proximè sequitur: *Quod & ita fecimus, sic taliter, ut tempore vitæ suæ ipsas res per nostrum beneficium habere, vel condirigere, sive usare debeas.* Form. 50. *Et usque ad annos tantos fructum quem tibidem Deus dederit, ad partem tuam habere debeas, & ipsam vineam condirigere facias.* Formulæ Pithœi c. 38. *Tibi ipsa portione ad excolendum & condirigendum, &c.* Usatici Barcinonenses MS. c. 65. *Rochas namque habeant Potestates in tali dominio, ut quicumque eas habet in suo fevo, vel in suo alodio, non condirigat super eas, nec juxta eas, fortitudinem aliquam, nec castrum, nec Ecclesiam, sive Monasterium, sine licentia & consilio Principis: quòd si fecerit aliquis, qui suum honorem habeat juratum Principi, perjurus erit, & hoc sine aliqua intermissione, donec dimittat condirectionem.* Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversùs Guiffredum Archiepisc. Narbon. an. 1056. *Ego autem consensi ipsam meam medietatem condirectioni ipsius Ecclesiæ, sed ille non in ejus condirectionem, sed in destructionem misit, &c.* Charta Ludov. VII. Regis Franc. an. 1165. pro Ecclesia Narbonensi: *Et ut liceat jam dicto Pontio Archipræsuli & successoribus suis omnia castra, quæ nunc habet, & possidet, sive aliquis Narbonensis Ecclesiæ, condirigere, & efforsare, & in alio loco de novo construere & transmutare &c.*

Condirectum, Condirecta, & condricta terra, crebrò occurrit in Chartis Occitaneis: cui vocabulo annectitur, vel opponitur, *Erema: Terra erema & condirecta.* Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonensis an. 1082. *Eremum & condirectum. sensos. usaticos. &c.* Charta Berengarii *de Belpin* Militis Comitatûs Cerritaniæ ann. 1238. *Molendina condirecta & destructa.* Litteræ vernaculo idiomate, hoc est Occitano scriptæ an. 1244. *Terras heremas & condrezellas, & albres, domesgues, &c.* Aliæ anni 1246. habent *condrechas.* Hinc emendanda Charta Trincavelli Vicecom. Biterrensis an. 1211. apud Gallandum. *In fortiscapiis & laudamentis, in heremis locis & conductis.* Leg. *condritis*, vel *condrictis.* Nam occurrit.

Condrictus eadem origine & notione. Capitulare Caroli Magni an. 807. c. 7. *Ut scire possimus qui sint, aut qui suum beneficium habeat condrictum aut destructum.* Capitul. 1. an. 809. c. 9. *De Beneficiis nostris non bene condrectis.* Adde Capit. 2. an. 810. c. 9 Capit. 3. an. 812. c. 6. *Condirectum* habet Capitul. 1. Caroli Magni incerti anni c. 50. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 81. *Quomodo eadem beneficia condricta sint, aut quis de beneficio suo alo-*

alodem comparavit. Capitula ejusdem Imp. an. 7·9. c. 19. *Ut Missi nostri provideant beneficia quomodo sint condricta, & nobis renuntiare sciant.* Ubi Cod. alius *condirecta* præfert. Adde ejusdem Imp. Capitulare 2. an 802. c. 11. Charta an. 1204. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 229. *Et quod unusquuque vel unaquæque teneat condrictam carreriam, quæ est ante suum honorem, cognitione Consulum, ita quòd aqua posset transire, sicut debet Consulum cognitione.*

Condrictus. Lex Ripuar. t. 26. §. 11. *Bruniam bonam pro* 12. *sol. tribuat, helmum cum directo pro* 68. *sol.* ubi quidam Codd. habent *condrictum*, alii *condrecto.* Vide *Directum.*

Condritus. Regestum Comitum Tolosan. *Acquisitiones & proprietates, heremos & condritos.* Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Dono illam honorem meam quæ est in pago Caturnico,---totum vel integrum, vel eremo vel condricto S. Stephani remaneat.*

CONDIS, Modus agri apud Burgundos. Tabular. Prioratûs Persiaci in Burgund. an. 933. apud Perardum p. 42. *Dono --- condem meam quæ resedit in Bargias, quæ terminat de uno latus, &c.* Charta an. 1367. apud W. Thorn. *Quandam parcellam cujusdam condos juxta campum ipsorum.* Infrà: *Et in condos, ut prædicitur, &c.* ubi legendum videtur *condis.* At Somnerus, mendosè, inquit, fortè pro *condot*, al. *condol*, quod Gallis dorsum terræ, porca vulgò *à ridge.* Vocis Gallicæ vestigium non agnosco.

CONDITA, Annonæ in horreis reconditæ, repositæ ad militarem usum, & ad erogationem militaris annonæ, quæ *horreorum condita* dicuntur in leg. 10. Cod. Th. de Numerar. *frumentorum condita*, Senatori l. 9. Epist. 5. *condita militaria*, Spartiano in Adriano. Ὀψία εἰς ἀποθετασίαν & est in Chron. Alexandr. 7. Anastasii. Horum frequens mentio apud Symmachum, Capitolinum, Gregorium Magn. & alios. S. Cyprianus Epist. 16. *Ut tritici jam purgati & conditi.* Et Epist. 51. *Ut cùm coeperit frumentum dominicis horreis condi.* Ammian. lib. 4. *Ubi conduntur nunc usque commeatus.* Et l. 17. *Ex annona --- portionem subtractam in iisdem condidit castris.* Denique l. 18. *Horrea quin etiam extrueret, ubi condi posset annona.* Arnobius in Psalm. 118. *Triticum non est in horreo, oleum non est in vasculo, vestimentum in conditis non est. &c.* Vide titulum Cod. Th. de Conditis in publicis horreis, & Epist. 16. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Cæterùm hujusce vocis crebra occurrit mentio in Actis Episcoporum Cenomanensium, p. 78. 190. 213. 272. apud Mabillonium tom. 3. Analector. & in Vita Aldrici Episcopi Cenom. num. 26. 27. 28.

CONDITA, Locus certus, territorium, villa. Formulæ secundùm Legem Romanam c. 1. 4. & 5. *Villam juris mei nuncupantem illam, sitam in loco illo in condita illa, cum terris, ædificiis, &c.* Tabularium S. Mauri ad Ligerim: *Hoc est alodum nostrum, qui est in pago Andegavensi, in condita Marciacense, quæ est in Vallegia, loco nuncupato Maiminias.* Charta Isomberti Episc. Pictav. in Tabul. S. Cypriani fol. 100. *Trado in quemdam alodum situm in pago Pictavino, in condita Calviniacensis castelli.* Tabularium S. Junii Nobiliacensis: *Ego Ingelgerus & uxor mea Aldegardis fratri --- meo Launoni (trado) alodum nostrum in pago Pictavo, in Vicaria Igoradinse, in condita Niverniacense, in villa Marciacus, &c.* Et mox: *Alodum nostrum in ipso pago, in condita Briocense, in Vicaria Icioninse --- anno 16 regnante Carolo Rege.* Vita S. Ritmiri Abbatis apud Cenomanos c. 4. *Ordinatisque Fraterculis, quos jam in suo proprio, in condita super fluviolum sub sancta regula congregaverat.* Vita S. Thuribii Episc. Cenoman. n. 3. *Ecclesiam quam consecraverat --- in condita Labricinensi.* Ita enim legendum pro *condito.* Nescio an vox hæc sit ab horreorum *conditis*, ita ut sic appellata fuerint loca in quibus illa erant, quæ *horrea fiscalia* dicuntur in l. 16. Cod. Th. de Susceptor. cujusmodi erant in Provinciis quorum meminit Ammian. l. 28. p. 385. edit. Valesii.

CONDITIO, Obnoxiatio, tributum, pensitatio. Append. Codic. Theodos. Const. 5. *Inverecunda arte defenditur, si hi ad conditionem vel originem reposcuntur, quibus tempore famis, cùm in mortem penuriâ cogerentur, opitulari non potuit Dominus, aut patronus.* Gregorius Turonens. l. 2. de Mirac. S. Martini c. 4. de servo manumisso, sanato à S. Martino: *Qui uno ictu unoque momento, sine numismate auri, & corpus à debilitate, & conditionem solvit ab onere.* Concil. Carthaginense sub Reparato Episcopo an. 535. *Neque Ecclesiasticis eos conditionibus aut angariis subdens.* Martinus Bracarensis c. 46. *Si quis obligatus est tributo servili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet domus, &c.* Chron. Casin. l. 3. c. 60. (al. 61.) *Ut omni tempore navis nostra cum nauclero & nauticis suis libera maneat ab omni conditione, & debito pensionis.* Charta Hugonis Episcopi Noviomens. an. 1039. apud Buzelinum l. 2. Gallo-Flandr. *Curam animarum Episcopus electo ab ipsis Fratribus Priori delegabit ipsi catervulæ, & sic erit libera ab omni conditione, necnon & Principis potestate.* Adde Diplomata Innocentii III. & Alexandri PP. apud Ughellum tom. 1. p. 783. t. 3. p. 725. & Puricellum in Ambrosi. Basilica p. 929.

Conditio pro ipsis verendis apud Sueton. in Augusto Capitolinum in M. Antonino & Lampridium & Heliogabalo. *Conditia* eadem ferè notione in Statutis Mediolanensibus part. 2. c. 231. *onera conditia, &c. Conditio*, pro re creata, vel creatione, non semel usurpat vetus Interpres Irenæi.

Conditiones, Negotia. Epist. Desiderii Episc. Cadurcensis ad Grimoaldum Majorem domûs: *Conditiones Monasterii nostri --- digneris recipere per omnia commendatas.* Passim in Epistolis ejusdem Desiderii tom. 1. Hist. Franc. 52. 55. 56. 66. 71. 74. 75. 81.

Conditiuncula, eadem notione, ibidem, Epist. 53. *De Condiciunculis etiam Ecclesiæ nostræ & pauperum suorum singulari mercede studete habere, easque per omnia habere commendatas.* Adde Epist. 56.

CONDITIONALES, in Jure Civili, dici putant quidam *Tabularios*, ex lege 11. C. Qui potior. in pign. hab. quia apud Isidorum l. 5. c. 24. *Conditiones* dicuntur, dicta seu depositiones testium. Alii sic dictos censent, quòd conditioni servili obnoxios esse tabularios, actuarios, annonarios, & similes voluerunt Imperatores: *Utilitate suadente Annonarios & Actuarios conditionales esse præcipimus*, ait lex 3. Cod. Theod. de Numerar. Actuar. &c. Adde l. 8. eodem tit.

Certè constat ævis posterioribus *Conditionales* appellatos, qui alicui servitii seu servitutis *Conditione* obligati erant: *Conditionez*, in Consuetud. Arvernensi c. 27. art. 3. & seq. *Gens de Condition*, in Nivernensi c. 8. art. 13. & seq. *Originali aut alicui conditioni obligati*, apud S. Leonem in Epist. ad Episc. Campan. c. 1. Tabul. S. Dionysii an. 1283. *Bona sic decedentis vel decedentium ad amicos carnales eorum propinquiores in hac parte qui non sunt conditionis, vel homines de corpore, licet sint proximiores eis alii homines conditionis seu de corpore &c.* Innocent. III. PP. l. 15. Ep. 7. *Vesprimensis Episcopus conditionales homines, qui certa ei servitia exhibent, eximit à præstatione decimarum integrarum.* Infrà: *A Regis vel Reginæ Conditionalibus, qui vulgò Regales servi vocnatur* Ejusmodi, ni fallor, erant qui à servitute manumittebantur sub operarum, aut aliis conditionibus. Apud Leonem Ost. l. 1. c. 11. Leo quidam *servos suos & ancillas omnes per chartulam libertate donavit, --- ea scilicet lege, ut singuli eorum quatuor per mensem operas, ubi necesse esset, Monasterio impenderent, res suas atque substantias nulli omnino nec inter se vendere, aut donare præsumerent, &c.* Et cap. 16 *Servos autem suos & ancillas omnes libertati donavit: ita tamen ut essent sub ditione & tutela Monasterii, singuli que singulas annuatim operas Monasterio ubi eis præciperetur, exercerent.* Atque hæ *Conditiones* dicuntur Marculfo l. 2. Form. 33. *Servitium, Libertinitatis obsequium*: in Formulis vett. Bignonii c. 48. *Libertaticum*: servitium

tium ſcilicet quòd in libertis ſeu manumiſſis ſibi reſervabant patroni: cùm è contra in manumiſſionibus *directis*, id eſt plenariis, ab *omni noxiæ conditionis ſervitio* eximerentur, ut eſt in Chartis Alemannicis Goldaſti cap. 7. *Conditionales villæ*, apud Thvvroczium in Belo Cæco cap. 64. *conditionibus*, & oneribus ſervilibus obnoxiæ.

CONDITIONARE, Conditionem imponere, modum ponere, *Mettre ou appoſer une condition.* Vetera acta Aragonenſia, apud Molinum in Repertorio: *Et conditionarunt poteſtatem Regis.* Id eſt, *Ils bornerent le pouvoir du Roy.*

CONDITIONARII, Iidem qui **Conditionales**, de quibus mox Ivo Carnotenſ. Ep. 147. *Conditionarios de familia Carnotenſis Comitis, qui de legitimo conjugio nati fuerint, & regios fiſcalinos, &c.* Charta Fundationis Abbatiæ S. Steph. Cadom. quæ eſt Guillelmi Nothi: *Cum colonis, & conditionariis, ſeu liberis hominibus, &c.*

CONDITORIUM, Sepulchrum monumentum. Epitaphium Caroli Magni Imp. *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni atque orthodoxi Imperatoris.* Utuntur hac notione Suetonius in Auguſto cap. 18. in Caligula cap. 52. Petronius in Satyr. Plinius lib. 7. cap. 10. Quintilian. Decl. 8. Sidonius lib. 5. Epiſt. 17. &c. Sed & *condi* dicuntur, qui humantur. *Quolibet in loco Sanctorum eſt aliquis conditus*, in leg. ult. Cod. Theod. de Sepulchr. violat. Generatim, *Conditoria* ſunt ὑπόγαια, loca depreſſa, ſubterranea, quæ Seneca Epiſt. 683. *conditiva* appellat.

CONDITORIUM FRUCTUM, apud Ammianum lib. 31.

CONDITUM, Vini ſeu potionis genus, aromatibus & aliis odoriferis fragrantibusq; rebus variis concinnatum, elegans, & ſuave. *Conditum paradoxum, Conditum melizomum*, apud Apicium lib. 1. cap. 1. 2. 3. &c. ubi Gabriel Humelbergius pag. 42. Lampridius: *Condito piſcinas & folia temperavit.* Cælius Aurelianus lib. 5. Chronion. cap. 1. *Diocles probat conditum bibendum, quod pleríque Latini Mulſum vocant.* κονδῖτον, Palladæ lib. 1. Anthol. Aëtio, Myrepſo ſect. 1. cap. 45. & aliquot aliis è Græcis medicis. Acta SS. Fructuoſi & ſocior. num. 3. *Cumque multi ex fraterna caritate eis offerrent, uti conditi permixti poculum ſumerent, &c.* Tabularium Monaſteri S. Theofredi in Vellavis: *Procuraret exhibere fratribus refectionem aliquo certo die de piſcibus, & aliis, quibus poſſet eſcis, cum potione conditi.*

CONDITURA, *Impenſa*, in Gloſſ. MS. Regio Cod. 1013. Ita etiam Iſidorus & Papias. Lampridius in Heliogabalo: *Piſces ſemper quaſi in marina aqua cum colore ſuo coctos conditurâ Venetâ comedit.* Vide *Impenſa.* Eſt etiam *Conditura*, Humelbergio, ipſa condimenti cum aromatis & aliis intrimentis elegans & delicata factura & opus.

CONDIUM. Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 11. *Concavum in lapide parvulum, in modum ciſternæ, faciens, tenentem quaſi condia duo.* Videtur legendum *Congia.*

CONDOLOMATUS, pro **Condylomate** laborare, apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 33.

CONDOLIUM, *Annulus*, à *Condo*, *is.* Joan. de Janua.

CONDOMA, pro *Condamina*, de qua voce ſupra egimus. Occurrit in Teſtamento Bertichramni Epiſcop. Cenoman. pag. 143. Edit. Mabillonii tom. 3. Analect.

CONDOMINA. Vide *Condamina.*

CONDONATUS, idem quod *Donatus*, *oblatus.* Charta an. 1232. tom. 9. Spicilegii Acheriani: *Cùm* ——— *diu tanquam condonati noſtri in Eccleſia & membris Eccleſiæ noſtræ manſiſſent.* Occurrit non ſemel in Chartis in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andegav. pag. 10. 73. 74. Vide *Donatus*, *Oblatus.*

CONDONES, *Gladiatores*, in Gloſſis Iſidori. Vide *Condis.*

CONDRITUS. Vide *Condirigere.*

CONDUCERE, Salvum & incolumen præſtare. Græcis διασώζειν. Dudo de Actis Norman. lib. 3. pag. 145. *Miſit qui conduceret ad ſe Epiſcopum ſalvum & incolumem.* Charta Alexandri PP. in Chronico Reicherſpergenſi an. 1176. *Non erat nobis tutum Teutonicum regnum intrare, præſertim cùm prædictus Marchio, qui nos conducere pollicebatur, puer ſit annorum tredecim. Le Roman de Garin MS.*

Qui le conduira, Sire, dit Lancelins,
Sil ne pooit envers vos aſovir,
Que il s'en r'alaſt ſeins & ſaus & gariz,
Je le condui, dit Bue de Belin,
De par le Roy qui France a a tenir.

Adde Froiſſartem 4. vol. cap. 6.

Hinc vulgò *Conducere aliquem* dicimus, cùm abeuntem deducimus & comitamur. Ugutio: *Conducere eſt deducere amicum abeuntem, proſequi, comitari, quod vulgale quoddam redolet.*

Conductores, Qui conductum præſtant, *duces conductorii*, Gauterio de Bellis Antiochenis pag. 460. Διασῶσαι & ἀποσῶσαι, Conſtantino Porphyrogenito de Administrat. Imp. cap. 7. Luithprando in Legat. & Pachymeri lib. 10. cap. 6. Gloſſ. Lat. Græc. *Deductores* καθοδηγοὶ, ἀρχηγέται. Laurentius Leodienſis in Hiſt. Epiſcoporum Virdunenſium: *Ab eis conductum pro ſalute ſui corporis quæſivit, pollicitantibus quos vellet conductores denominavit, &c.*

Conductus, noſtris *Sauvegarde*, Conſtantino de Adminiſt. Imp. cap. 12. διάσωσις. Charta Lotharii Regis Francor. apud Vaſſorium in Annalib. Noviomenſ. pag. 925. *Suſcipimus etiam eum in conductu & cuſtodia noſtra.* Philippus Eyſtetenſis Epiſcopus in Vita S. Willibaldi cap. 16. *Ut quocunque pergere vellet, eorum conductu cum pace iret ac rediret.* Occurrit præterea in Capitulis Caroli Calvi tit. 11. c. 9. tit. 31. c. 31. apud Ratherium Veronenſem in Itinerario. pag. 265. Fulbertum Carnotenſ. Epiſt. 93. Joannem Sariſberienſem in Procemio Policratici, Hildebertum Cenomanenſem Epiſt. 26. Ordericum Vitalem lib. 2. p. 392. Matthæum Paris pag. 445. &c. Philippus de Bellomanerio in Conſuet. Bellovac. Ms. cap. 67. *Toutes les fois qu'aucuns n'oſe venir à droit, de peur de ſes anemis, le Signor li doit bailler conduit. Mais li conduit & li envoi qu'il fet en autrui cort, eſt aus couſts de cix qui les requieront. Le Roman de Garin MS.*

Mes l'Empereres n'ot pas mis en obli
La felonie que li ot fet Garin,
En ſon conduit li ot Guillaume ocis,
Grant felonie & grant pechié en fiſt.

Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Le Heraut ſe parti, & le cheval brocha,
Le ſaufconduit du Seigneur droit à ſon col porta.

Saufalant dicitur in eodem Chronico:

En coſte lui ala, & manda ſaufalant.

Vetera Statuta MSS. oppidi Arearum (*Yeres*) in Provincia an. 1237. *Item és eſtatuts que degum trop d'aver gros vo menut non auſe jacer deſoras, ſinon que ſia en ſoubalat ſufficiement, non ſi entent de bous laurans ſot a la pena de 10. ſols.* Formulæ conductus extant apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 51. & 125. Formulam aliam habemus apud Heſychium Mileſium lib. περὶ σοφῶν, & Suidam in Potamone.

Conductus, Quod pro rerum quæ exportantur ſecuritate, Domino exſolvitur; aliàs *Guidaticum.* Charta Rodulphi Viromanduorum Comitis: *Conceſſimus & dedimus Eccleſiæ B. Medardi de Capi ad luminaria facienda ſingulis annis 10. ſolidos in conductu mercatorum, quod vulgò dicitur Guionagium, capiendos Peronæ, & in feſto S. Remigii percipiendos, &c.* Charta Adolfi Imp. an. 1293. de Inſulis Rheni: *In Comitatu alicujus Comitis, qui in ipſo flumine recipit teolonia & conductus, &c.* Charta Ludovici VII. Regis Franc. an. 1153. in Tabulario Foſſatenſi

fol. 19. *Quòd in villa quæ dicitur de Seaux, Ecclesia Fossatensis habeat totum fundum terræ, & omnimodam justitiam in hospitibus ibi commorantibus, & Nos in eadem villa semel in anno herbergagium, conductum, & pedagium, &c.* Vetus Charta apud Augustinum *Du Pas* in Stemm. at. Armoric. part. 1. p. 246. *Ita dico, ut nullus mihi consuetudines, id est, teloneum & conductus reddat.* Ita *Conduit* appellatur in Regesto Peagiorum Parisiensis urbis, tributum, quod exsolvitur pro mercibus quæ per urbem, & ultra ejus banleucam transvehuntur.

Conductus. Tabularium Palense in Hist. Benearn. lib. 4. cap. 11. *Dedi ei in fiscum & filiis suis 12. conductus, quos ipse Guillelmus Dux Aquitaniæ habebat in Clairag, & à Clairag usque ad Arganjon in Bearn, & à Maria in Eleron, & omnia quæ pertinent ad ipsos conductus de re Comitis.* Quo loco Marca *Conductus* appellari ait *les rentes affectées à l'entretenement des Comtes de Gascogne, lors qu'ils venoient faire leurs visites & chevauchées dans le pays.* Sed videtur potiùs esse id quod *Albergatam* vocabant, seu *Mansionaticum*: nam & *conductus* hospitia appellarunt Latini Scriptores. Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 5. *Nec conductum meum, quanquam sis Dominus, intrabis.* Petronius: *Paulo antè in conductum meum accurrit.* Julius Africanus lib. 2. Hist. Apost. *Mansit toto biennio in conducto suo, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum.* Infrà: *Ipse autem Paulus mansit Romæ toto illo biennio in conducto suo.* Agobardus contra Judæos: *In ipsa autem Roma biennio in suo habitasse conductu, &c.* Concilium Bituricense an. 1336. can. 12. extremo: *Omnes tamen tales & similes & singulos auctoritate hujus Concilii excommunicamus in his scriptis, eorumque familiam seu Conductum Ecclesiastico supponimus interdicto.* Sed & ita *Conductus* accipitur in Capitulis Caroli Calvi tit. 12. cap. 9. & in Edicto Pistensi cap. 31. Hinc *Conductor*, pro hospite & stabulario, apud Rutilium.

Conducere, Hospitio excipere, *Mansionaticum* præbere. Charta Leonis IX. PP. in Tabulario S. Vitoni Virdunensis: *Eo tenore eis contulisti* (altaria, &c.) *ut Abbas vel Fratres liberè quam voluerint personam eligant, & per se prebenda investiant. & procura tantùm animarum suscipienda, Episcopo vel Archidiacono conducant. Conductus verò Abbati, vel Fratribus fidelitatem faciat, & duo servitia per annum Abbati cum comitatu 15. Equitum in domo sua faciat, & 12. nummos in festivitate S. Vincentii pro servitio solvat, &c.* Alia Nicolai PP. ibid. *Deinde pro cura suscipienda Episcopo & Archidiacono conducant, postea fidelitatem Abbati & Fratribus faciant, & bis in anno Abbati cum 14. Equitibus & uno summario serviant, & 12. nummos in festivitate sancti Vincentii solvant.*

Conductus thesauri, cui obnoxii erant urbium incolæ Charta Edvvardi III. Regis Angl tom. 2. Monastici Anglic. pag. 71. *Sint quieta de omnibus placitis, querelis, --- & de pontium & castrorum ædificatione, & de conductu thesauri, &c.*

Conductus. Tabularium Prioratûs de Domina in Delphinatu fol. 12. *Unus mansus debet porcum unum --- & multonem denariorum 8. & agnellos 2. pro recepto, excepto eo conducto, quem dederit recipienti eos.* Infrà: *Et de his omnibus bene recipere ipsum villanum, aut suum missaticum qui ista conduxerit.*

CONDUCIBILE, Quod conducit, utile est, in l. 3. Cod. Th. de Indictionib. l. 3. de Tironib. l. 4. de Itin. munit.

Conducibilitas, Utilitas, in Glossis MS. S. Germani Paris. Cod. 524.

CONDUCTELA, Conductio. *Vectigalium conductela*, in l. unica Cod. Theod. de Vectigalib. Joannes Biclariensis an. 2. Mauricii: *Contra Longobardos, Francos per conductelam movet.*

CONDUCTIO, Morbi species, quam Græci σπασμὸν vocant. Vide Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. c. 6.

CONDUCTURA, pro *Conductio*. Occurrit in lege Longobard. tit. 21. §. 4.

CONDUMA. Vide *Condamina*.

CONDUS, *Scyphus, patera, poculum unde bibitur*. Ita Gloss. Arabico-Lat. Papias, & Joan. de Janua.

CONE & *Keye*, seu ut in Bractoni MSS. Codicibus legi annotat Gowellus, *Kover & Key*, ad verbum significat operculum & clavem: metonymicè autem illas res quæ sub operculo, aut clavi à prudentioribus matribusfamilias custodiri solent. Apud eundem Bractonum in lib. 2. c. 37. §. 2. femina, in Sockmannis, dicitur esse plenæ ætatis, *cùm possit & sciat domui suæ disponere, & ea facere quæ pertinent ad dispositionem & ordinationem domûs, ut sciat quæ pertineant ad Cone & Keye, quod quidem esse non poterit ante 14. annum vel 15. quia hujusmodi ætas requirit discretionem & sensum.* Idem §. 3. *Quia in tali ætate potest disponere domi suæ, & habere Cone & Keye.*

CONESTABILIS. Vide *Comes stabuli*.

CONFABULATI. Vide *Gamales*.

CONFANO, Vexillum, *Gonfanon*. Orig. Murensis Monast. p. 29. *Sunt hic & 2. offertoriola. & linteum, analogium subter Evangelium ponendum in festivis diebus, & 5. confanones & 1. sericum super sedile Sacerdotis ponendum.* Vide *Gonfano*.

CONFARREATIO, *Consacrorum communicatio*. *Confarreatus, consociatus*, in Glossis Isidori Gloss. Lat. Græc. *Confarreatus*, συμβιώσεως χάριν ζευχθεῖς. *Farre convenire in manum*, apud Ulpianum tit. 9. Charta Clodovei I. Regis Franc. pro Fundat. Abbat. Miciacensis tom. 5. Spicilegii Acheriani p. 303. *Miciacum concedimus, & quidquid est fisci nostri intra fluminum alveos, & per sanctam confarreationem & annulum inexceptionaliter tradimus.*

CONFECTIO, *Confectionarius*. *Confectio*, vulgò *Medicina*. *Confectionarius*, qui confectionem parat, Apothecarius. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 34. §. 3. *Confectionarii verò facient confectionem expensis suis cum testimonio medicorum.* Infrà: *De simplicibus confectionibus & medicinis. Confectiones venenatæ*, apud Cortusios lib. 8. Chron. c. 4. Vide Statuta Facultatis Juris Civilis Academiæ Viennensis in Austria tit. 11. §. 4.

CONFECTOR, Carnifex, qui hominem conficit. Gloss. Lat Græc. *Confector*, ἀναιρέτης. *Confectores*, καλαβόλια, ubi Scaliger καταβόλοι restituit. Glossar. Basilic. Κομφακτωρ, ταταιχειαστής. Ado in Martyr. 26. Jan. in S. Polycarpo: *Ad ultimum videntes scelerum ministri corpus igni non posse consumi, jusserunt propiùs accedere confectores, & corpus, si ignis cesserat, mucrone transfodere.* Euseb. lib. 4. c. 14. de eodem Sancto: Ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι τὸ ξίφος. Adde Epistolam Ecclesiæ Smyrnensis de Martyrio ejusdem S. Polycarpi n. 16. Apud Suetonium in Augusto cap. 43. *Confectores ferarum*. *Malis artibus inimicos conficere*, in l. 5. Cod. Th. de Maleficis.

Confectuarii, Qui bestias conficiunt, carnifices. Vetus Inscript. *Confectuariorum & suariorum corpus*.

Confectorium, Locus ubi bestiæ trucidantur. Gloss. Græc. Lat. χοιροσφαγεῖον, *Confectorium*.

CONFECTURA, Clades, nostris *Déconfiture*. Rigordus an. 1198. *In illa verò confectura capti fuerunt viri nominati, &c.* Utitur rursùm an. 1208. Vide *Disconficere*.

CONFECTURÆ, Dulciaria, Gallis, *Confitures*. Occurrit in inquisitione de Vita & moribus B. Joannis Episc. Vicentini.

CONFERNOVA, Una è 12. speciebus auguriorum, de quibus in verbo *Venta*, quæ describitur à Michaële Scoto de Physionomia cap. 56. *Conferuova est augurium quando prius invenies hominem vel avem euntem vel volantem, & se repauset ante te in dextra parte tui, vidente te: & istud est tibi bonum signum super negotio.*

CONFERENTIA, Papiæ, *Collatio, confœderatio, sacrorum communicatio*. Isidorus in Gloss. *Conferentia, collatio*, nos etiamnum *Conference* eadem notione dicimus.

CON-

CONFERT, Unum è 12. Auguriis, de quibus mox. Vide *Fert*, & *Venta*.

CONFERTUM. Gloſſæ MSS. *Confertum, conlatum, plenum.* Item *Confertum, comportatum, plenum.* Collectio Canonum Martini Bracarenſis c. 61. & Gratianus Diſt. 44. c. *Non liceat Sacerdotibus vel Clericis, ſed nec religioſis Laïcis convivia facere de confertis.* in MS. *Non licet Sacerdotes vel Clericos, ſed nec religioſos laicos convivia facere de confertis.* Atto Epiſcopus in Capitulari cap. 55. habet *collatis*: *Quòd non oporteat Sacerdotes aut Clericos ex collatis, vel commeſſalibus convivia celebrare.* Hæc autem ſumpta ſunt ex Concilio Laodic. cap. 54. Οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν: ubi Iſidorus Mercator, *Ex ſymbolis, quæ vulgus commenſalia appellat*, vertit. Sunt igitur *conferta*, ſymbolæ, ſeu *collationes*, uti appellantur in Gloſſis veterib. *Collatio*, σύγκρισις δείπνου. Collatio, συνεισφορὰ, συνεισένεξις, συντέλεια. Gloſſ. Græc. Lat. συνεισφέρω, *collationem fero, confero.* συνεισφορα, *collatio. Fertum* dixerunt veteres, pro *oblatione*, ut eſt apud Iſid. lib. 6. cap. 19. Unde *fertores, ferto libantes*, in Gloſſ. Iſid.

CONFERVETUS, Una è 12. ſpeciebus auguriorum, de quibus in verbo *Venta*, quæ ſic deſcribitur à Michaële Scoto de Phyſionomia cap. 56. *Confervetus eſt augurium, quando priùs invenis vel vides hominem vel avem ſe repauſantem in dextra parte tui, te vidente: & iſtud eſt tibi malum ſignum ſuper negotio.*

CONFESSA. Vide *Confeſſio*.

CONFESSARIUS. Vide *Confeſſor*.

CONFESSIO, Profeſſio, reſponſio, in leg. 4. Cod. Theod. de Maleficis: *Augurum & vatum prava confeſſio. Confeſſiones teſtium*, depoſitiones, in l. ult. ad Legem Juliam de Vi, eod. Cod.

CONFESSIONES appellarunt veteres Sepulchra Martyrum, ſeu *Confeſſorum*, quibus ut plurimùm impoſita erant ipſa altaria: unde propriè ita dictus locus ſub majori altari poſitus, quo Sanctorum reliquiæ ac corpora reconduntur. Ceremoniale Epiſcop. lib. 1. c. 12. *Locum, qui in pleriſque Eccleſiis ſub altari majori eſſe ſolet, ubi SS Martyrum corpora requieſcunt, qui Martyrium, ſeu Confeſſio appellatur, &c.* Ordo Romanus de Dedicatione altaris: *Hac expleta* (oratione) *ponat Chriſma in Confeſſionem per angulos quatuor in Crucem, dicendo, &c. -- tunc ponat tabulam ſuper reliquias.* Gervaſius Dorobernenſis in Deſcriptione Eccleſiæ Cantuarienſis: *Ad hæc altaria nonnullis gradibus aſcendebatur à Choro Cantorum, quam Cryptam vel Confeſſionem Romani vocant. Hiſtor. Translat. S. Auſtremonii: Hæc demonſtratio facta fuit ſubtus majus altare, in inferiori crypta, quæ vocatur Confeſſio.* Ita uſurpant Senator lib. 10. Epiſt. 2. Anaſtaſius Bibl. in Vitis PP. p. 26. 28. 31. 32. 33. 34. 46. 108. 117. 173. &c. Guaiferius Monachus in Vita S. Secundini Epiſcopi num. 10. Triumphus S. Remacli cap. 22. & alii paſſim Scriptores. Nolim verò fidem præſtes Perdixæ Epheſio de Thematib. Hieroſol. verſ. 139. ſcribenti de vocis origine planè ridicula. Porrò καλάβαιον, *Confeſſionem* vocat Theophanes pag. 362. quòd ad eam per gradus aliquot deſcenſus pateret. Sed & ipſum Martyrium *Confeſſionem* appellat Lactantius lib. de Mortib. Perſecut. num. 15. *Comprehenſi Presbyteri & Miniſtri, & ſine ulla probatione ad Confeſſionem damnati.*

Confeſſio interdum ſumitur pro ipſo *Confeſſionis* ſeu altaris ornamento, quod Anaſtaſius in S. Joanne PP. *Ornamentum ſuper Confeſſionem* appellat: *poſitum eſt ornamentum ſuper Confeſſionem B. Pauli Apoſtoli de gemmis praſinis & hyacinthinis.* Idem in S. Hilario: *Confeſſionem S. Joannis Baptiſtæ fecit ex argento quæ penſabat libras* 100. Ita in S. Anaſtaſio, S. Symmacho, Honorio I. Leone III. &c. p. 31. 33. 46. 123. 132. 150. 156. &c.

Confeſſio etiam aliquando pro Baſilica, vel potiùs oratorio uſurpatur. Joannes Archidiaconus Barenſis de Invent. S. Sabini cap. 1. *Illi autem retulerunt et reſpondentes eandem fuiſſe Archiepiſcopatûs Eccleſiam, quæ modo eſt Confeſſio.* Id eſt, Eccleſia particularis, non Metropolitana. Infrà: *Altare prædictæ Confeſſionis, —— altare vetus quod erat in Confeſſione.*

Caput ponere ſuper Confeſſionem B. Petri. Bulla Gregorii IV. PP. in Privilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis p. 145. *Et poſito capite & pectore ſuper corpus & Confeſſionem S. Petri Apoſtoli, tibi tuiſque ſucceſſoribus vicem noſtram perpetuo retinendam, publicamque evangelizandi tribuimus auctoritatem.*

Capillos (Monachi) *tonſurati in Confeſſione deponere.* Regula S. Aureliani cap. 4. *Si quis Laïcus tonſurandus eſt, de capillis illius in Confeſſione mittatur, ut ei teſtimonio ſit.* Id eſt, in Eccleſia.

CONFESSIO, Ἐξομολόγησις, quâ delictum noſtrum Domino confitemur, non quidem ut ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentiâ Deus mitigatur. Ita Baronius an. 50. n. 17. & ſeqq. ubi plura de Confeſſione & ejus apud veteres uſu: de quo etiam conſulendi Menardus ad Sacramentar. Gregorii M. p. 225. 231. & ſeqq. vir doctiſſimus Joan. Mabillonius in Præfat. ad tom. 3. Vitarum SS. Ordinis S. Benedicti n. 73. & ſeqq. & Steph. Baluzius ad Reginonem p. 616. & alii paſſim, ubi de formulis Confeſſionum, maximè generalium.

Confeſſiones recipere, & pœnitentiam pœnitentibus judicare dicuntur Sacerdotes in Concilio Remenſi II. can. 12. ubi perperam *indicare*; nam *judicare* eſt decernere: hinc *judicia pœnitentium*, de quibus in voce *Pœnitentialis*. Vide Addit. III. Capitul. c. 31.

Confeſſiones facere, id eſt, illud *Confiteor* dicere. Joannes Epiſcop. Abrinc. de Off. Eccl. *In capite jejunii, Nonâ dictâ, Clerus & populus ante altare ab uno quoque confeſſione ſingulariter factâ, & pœnitentiâ acceptâ, proſternantur, & ſic ab Epiſcopo vel à majore Eccleſiæ Sacerdote abſolvantur.*

Confeſſiones exigere, pœnitentiam cum cautione imponere jubentur Chorepiſcopi in Charta Ebonis Remenſis de Miniſtris.

Confeſſiones dare dicebantur Monachi, vel Canonici, qui ad Primam canendam in Eccleſia convenientes, completo ipſo officio, ante Pſalmum 50. viciſſim *donabant Confeſſiones ſuas*, dicentes: *Confiteor Domino, & tibi Frater, quòd peccavi in cogitatione & opere, propterea precor te, ora pro me*; & ille reſpondet: *Miſereatur tui omnipotens Deus, &c.* Ita Chrodegangus Metenſis in Regula Canonicor. cap. 18. Pœnitentiale S. Columbani cap. 1. *Statutum eſt —— ut demus confeſſionem ante menſam, ſive ante lectorum introitum, aut quandocunque fuerit facile, quia confeſſio & pœnitentia de morte liberant.* Dicebantur etiam revera *Confeſſiones dare*, qui ad exomologeſim ad Presbyteros accedebant, ut apud Theodulfum in Capit. c. 31. 36. Herardum Turon. in Capitul. c. 75. Ordericum Vital. lib. 7. pag. 643. lib. 11. pag. 835. in Vita S. Bertilæ Abbatiſſæ Kalenſis cap. 6. &c. Hugo Flaviniacenſis p. 267. *Sed qui ad Patris ire diſtulit exequias, ipſe eo (ejus, qui ſibi confeſſionem daret, viaticum porrigeret, morienti exequias faceret) obſequio caruit, ſubita & inopinata morte defunctus.* Vide S. Columbanum de Pœnitentiarum menſura cap. 42. & infra. Ut & *Libellum Pœnitentiæ*.

Confeſſio, Oratio quæ à voce *Confiteor*, vulgò incipit, de qua conſulendus Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 2. num. 5.

Confeſſio, Locus in æde ſacra, ubi Sacerdos priuſquam ad Miſſam celebrandam accedat, confeſſionem ſeu exomologeſim pronuntiat, ut auctor eſt Beletus de Divin. offic. cap. 53.

Ita etiam appellabatur cellula in qua Presbyteri fidelium confeſſiones excipiebant. Hariulfus lib. 4. cap. 27. *Erat enim ſuper hoc officii ei deputata cellula, quam*

Fratres Confessionem vocabant, in qua -- Virtutes multorum hominum scelerum enormitate devias per confessionis humilitatem, & sua precis interventionem divina misericordia restituit animas.

Confessio, Emolumentum quod ex fidelium confessionibus, seu exomologesi Sacerdotibus obvenit. Tabular. S. Cypriani Pictavensis fol. 27. *Arbertus de S. Jovino & Tomasia uxor ejus concesserunt monachis S. Cypriani Ecclesias de Braja in honore S. Joannis & S. Petri constructas, & sepulturam, & baptismum, & confessiones, & offerendam, & decimam de vino & pane, & oblationes de rogationibus, & quicquid offertur ad Ecclesias, & ad altaria, &c.* Tabularium Episcopatus Ambian. ann. 1281. fol. 27. *Habebit insuper Curatus gratuita quæ sequuntur: videlicet oblationes confessionum, visitationes, vina nuptiarum, &c.* Charta Petri Episcopi Inculismensis an. 1160. ex Tabul. S. Eparchii fol. 11. *Quicquid etiam in Confessionibus oblatum fuerit dividatur.* Tabularium Burguliense an. 1005. ch. 51. *Ego Alo Aionis filius --- do Ecclesiam de Villa quæ dicitur Nioli & fevum Sacerdotalem cum pane & candelis, & cum sepultura, simulq; cum confessionibus, & decima lanæ, porcorum, atque agnorum, &c.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 29. *Ecclesiam S. Sulpitii cum cunctis redditibus, scilicet baptisterio, offerenda, decimis, & confessionibus, &c. Oblationes confessionum*, in Charta an. 1234. apud eundem p. 434. & in alia apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 274. Goffridus Vindocinens. lib. 3. Epist. 40. *Si dicitis quòd ille oblationem confessionis habere debet, cui pœnitens confitetur: simili modo dicere potestis, ut oblationem altaris habeat, à quo Missa cantatur, & oblationem mortui, à quo mortuus sepelitur, & sic minister noster totum accipiat, ut nihil oblationum in Ecclesiis, quibus die ac nocte servimus, nobis relinquat.* Vetus Charta apud Augustinum *du Pas* in Stemmate Tinteniacensi pag. 572. *Sed si parrochiani Tinteniacensis Ecclesiæ qui extra castellum habitant, aliquid oblationis obtulerint, id sanctæ Mariæ & Abbatissæ proprium erit ad Nativitatem Domini, ad confessionem in Quadragesima, ad adorandam Crucem, ad baptisterium, ad festivitatem S. Mariæ requirant parochiam suam matrem Ecclesiam, Quòd si fortè ibi, in capella scilicet, baptismum factum fuerit, vel sponsus benedictus cum sponsa, sive confessio data, vel hujuscemodi alia, quod inde Presbyter Guillelmus habuerit, per Tinteniacensem habeat Sacerdotem.*

Confessio, Pœnitentia quæ per confessionem injungitur; sed maximè ea quæ in Monasterio exigitur. Sampirus Episcopus Astoricensis in Ordonio II. Rege Hispaniæ: *Aliam quoque duxit uxorem ex partibus Galleciæ nomine Aragontum, quæ postea ab eo fuit spreta, quia non fuit illi placita, & postea tenuit inde confessionem dignam.* Idem in Adefonso Rege æra 964. *Huic consistenti in regno voluntas evenit arripiendi viam confessionis; & in illius operibus satagens nuntios misit pro fratre suo Ramiro in partes Virci, dicens, qualiter vellet à regno discedere, & fratri suo tribuere.* Rursum ibidem: *Ad Legionem reversus, ab omnibus Episcopis, Abbatibus valde exoratus, confessionem accepit, & vespere Aparitionis Domini ipse se proprio regno abstulit, &c.* Vetus Charta apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 5. p. 37. *Ut faciatis ibidem Confessionem in vita sancta, & teneatis ibi Monasterium de nostro dato.* Epitaphium Ansurii Episcopi Orensis, apud Ambrosium Moralem lib. 16. c. 3. *En quem cernis cavea saxa tegit compago sacra præsulis auri per omnia illustrissimi viri, affatim fuit dogma sancta, & vita militavit clara, non extitit anceps de Domini vita, quia sic prorsus faleravit confessio pia. Sinens cathedra prædicta. conglutinans se norma monastica, ibique egit cuncta, qui Domino congruit, subsequens domini voce, requievit in pace, &c.* æra 960. Bulla Lucii PP. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 157. *Liceat quoque vobis Clericos vel Laïcos è sæculo fugientes liberos & absolutos ad confessionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere, &c.* Charta æræ 976. apud Sandovalium in Episcopis Pampilonensibus pag. 23. *Simul & orationibus fratrum ibidem in confessione nominis Christi deservientium commendarem, &c.* Vide mox, *Confessor*.

CONFESSORES dicti olim qui martyrio vitam pro Christo, quem palam confessi & contestati sunt, finierunt. Joannes Antiochenus & Synodus Orientalis in Epistola ad Cyrillum, apud Facundum Hermianensem lib. 8. *Quis autem deceptorum hominum de istis occasionem assumens, non Confessorem vocaverit, veluti propter illum passum, qui passus est ea, quæ etiam illi, qui in Ecclesia fulserunt, passi sunt.* S. Ambrosius lib. 2. ad Imp. Gratianum: *Jam satis, omnipotens Deus nostro exitio, nostroque sanguine Confessorum neces, exilia Sacerdotum, & nefas tantæ impietatis eluimus.* Paulinus Epist. 28. sub finem: *Niveas sacratorum Antistitum vittas & floridas Confessorum purpuras occurrentium manus afferent Angelorum.*

Confessores interdum etiam dicti ii, qui Christum palam & coram tyrannis, seu fidei hostibus confessi, quolibet tormentorum vel pœnæ genere affecti, superstites tranquillam mortem obierant. Cyprianus lib. de Simplicitate Prælator. *Confessio exordium gloriæ est, non meritum coronæ: non perficit laudem, sed initiat dignitatem.* Mox: *Post Confessionem majus periculum est, quia plus adversarius provocatus est.* Idem Serm. de Lapsis 5. *Religiosa vox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est, &c.* Adde eundem Epist. 7. 9. 10. 15. 30. 37. 52. 81. Pontius Diacon. in Vita ejusdem S. Cypriani: *Quis tot Confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrii superstites reservatos, incentivo tubæ cælestis animaret?* Lactantius de Mortibus persecut. num. 15. *Comprehensi Presbyteri ac Ministri, & sine ulla probatione ad Confessionem damnati cum omnibus suis deducebantur.* Idem n. 16. *Novies enim tormenta cruciatibusque variis subjectus, novies adversarium gloriosa Confessione vicisti.* Acta S. Saturnini & Socior. num. 1. *Confessionis etiam ipsorum pugnas atque victorias cum in literis digerimus &c.* Infrà. *Aggrediar sanctissimorum Martyrum felicissimam Confessionem.* Adde num. 13. Victor Tunnensis in Chron. *Hunericus Vandalorum Rex persecutioni per totam Africam insistens -- Monachos atque Laïcos circiter millia exiliis durioribus relegat, & Confessores & Martyres facit, Confessoribusque linguas abscidit.* Alibi, de quodam Archimimo Christiano: *Qui cùm fortis atque invictus maneret, jubet eum subire sententiam capitalem: ——— sed ille ut columna immobilis, Christo solidante, fortis effectus, Confessor revertitur gloriosus, & si Martyrem invidus hostis noluit facere, Confessorem tamen noluit violare.* Acta Passionis S. Maximini: *Bis Confessor est, tertiò Martyr eris per gladium.* Alexander Monachus de Inventione S. Crucis, ubi de Episcopis qui Synodo Nicænæ interfuere: Ὧν οἱ πλεῖστοι ἦσαν ὁμολογηταὶ, καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες. Vide Anastas. Bibl. in S. Fabiano, & S. Cornelio PP. p. 7. & Sidonium lib. 7. Epist. 17. &c. Obtinuit postmodum usus, ut omnes qui sancta & laudabili vita vixissent, sanctoque demum ac probato fine in Domino quievissent, Confessores appellarentur, inquit Baronius. Egbertus Archiepiscop. Eborac. in Excerpt. cap. 28. *Sancti Patres, quos Confessores nuncupavimus, id est, Episcopi, Presbyteri, qui in castitate servierunt Deo.* Odo Cluniac. Præfat. in Vitam S. Geraldi Auriliac. *Cùm igitur Confessor à confitendo vocetur, Geraldus tantò rectiùs Confessor dici potest, quantò justioribus factis Deum est confessus.* Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis:

Omnis Martyr Confessor: non sic quoque Martyr
Omnis Confessor.

Innocentius III. PP. de Myster. Missæ lib. 3. c. 10. *Ecclesia post tempus B. Silvestri cœpit sanctorum Confessorum memo-*

memoriam celebrare. Vide Filesacum ad Vincentium Lirinensem p. 105.

Confessores, Cantores & psalmistæ qui sunt in inferiori Clericorum gradu, in can. 11. Concilii Carthag. ita dicti, inquit Menardus in libr. Sacram. S. Gregorii, quia *confiteri* passim in sacra Scriptura, est Dei laudes decantare. Concilium Toletanum can. 9. *Nulla professa vel vidua, absente Episcopo vel Presbytero, in domo sua Antiphonas cum Confessore vel servo suo faciat.* Et can. 6. *Itemque puella Dei nec familiaritatem habeat cum Confessore.* Sacramentar. S. Gregorii: *Oremus & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis, Confessoribus, Virginibus, Viduis, & pro omni populo sancto Dei.* S. Hieronym. in Quæstion. in Genesin. *A confessione itaque nomen Confessoris est dictum: veruntamen hic confessio pro gratiarum actione, aut pro laude, accipitur, ut frequenter in Psalmis & in Evangelio, &c.* Idem in c. 5. Esaiæ: *Omnis lingua cunctarum gentium barbararum non in Synagogis; sed in Christi Ecclesiis confitetur Deum.* Vide Clement. l. 8. Constit. Apost. c. 23.

Confessor, Qui hodie Confessarius. Walafridus Strabo de Visione Vettini Monachi.

Confessor Fratrum, gnarus conferre medelam.

Occurrit apud Ditmarum l. 8. Aigradum Monach. in Vita S. Ansberti Archiep. Rotomag. num. 22. In Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 1. p. 8. & apud recentiores non semel. *Pater confessionis*, in Regula Ordinis *de Sempringham* c. 3. *Sacerdos confessionis*, cap. 5. Vita S. Bertini c. 7. *Huic verò VVauberto & conjugi pater confessionum fuit B. Bertinus. Cui Abbas officium confessionum injunxerit*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 31. Vide eruditum Mabillonium in Præfat. ad tom. 3. Vitarum SS. Ordinis S. Benedicti num. 86. 87.

Confessarius Regis, quo nomine subscribit Didacus Fernandus Chartam Ordonii II. Regis æræ 947. apud *Tepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 4. p. 450.

Confessor pauperum, Vita S. Hugonis Abbatis Bonævallis num. 8. *Quidam famulus cellerarii infirmatus est usque ad mortem, & confessus est peccata sua Monacho pauperum Confessori, --- & injunxit illi infirmo, ut hoc confiteretur* (peccatum) *Abbati, &c.* Occurrit rursum infrà.

Confessores, Monachi, qui pro expiandis delictis *confessionem*, seu pœnitentiam, abdicata vita sæculari, Monasticam inennt. Vetustissimum Epitaphium Amansvindi Monachi, qui obiit æra 1020. apud Bernardum Aldretum l. 3. de Orig. linguæ Castellanæ c. 18.

Requiet in hunc tumulo, migravitque à sæculo,
Conlocatus in gremio nunc Confessorum cætuo.

Chartam *Froylæ*, fratris Rudelindi Episcopi Dumiensis, æræ 974. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 427. subscribunt *Ovato, Hermenegildus, & Salomon Episcopi*; deinde subjicitur, *Confessores: Franquila Abbas testis, Ranecaldus Abbas testis, Busianus Abbas. Islarius Confessor, Lupus Confessor*, & plures alii hoc titulo. Aliam ejusdem Rudesindi æræ 930. *Ermoigius Episcopus Confessor.* Aliam ejusdem Rudesindi æræ 1016 *Vitisanus Præpositus & Confessor.* Aliam Sanctii Regis æræ 965. *Trasómius Confessor.* Charta alia apud eundem *Yepez* eod. tom. pag. 28. *Sic eam* (Ecclesiam) *concedimus sub manibus Pontificis Domini Rudesindi Episcopi, ita ut qui in prædicto loco in vita sancta perseveraverit, tam Presbyter, Confessor, vel quem Dominus ibi duxerit, sub religione ipsius Pontificis sit in præfato loco.* Alia Beremundi Regis æræ 1007. eod. tom. *Et ab eis constitutum est in hæreditate propria Monasterium construere, vocabulo S. Laurenti territorio Deza, prope flubio Ulia, loco prædicto Algali, vocabulo Carbonario, ut esset illic habitatio Confessorum, advenientium hospitum atque pauperum refrigerium, & in illorum memoria in vita sancta ibi habitantium, sicut in eorum vita actum, & Deo annuente completum est. Post excessum vitæ vero illorum, ut fieri adsolet, de ipsorum genere nati & geniti sunt, qui literis eruditi, & in confessione nutriti, confessionis gradum adepti sunt, quorum unus Arias Pelagii gradum Episcopatûs percipiens & tenens, &c.* Infrà: *Et faciatis ibidem Confessionem, in vita sancta perseverantes, &c.* Ibidem: *Abinde vobis jam dictis Ansicario Presbytero & Transvario Confessori in nomine Domini do & concedo, &c.* Rursum: *Teneatis ipsum Monasterium de nostro dato, ——— & post vos obtineant eum sancti homines & eximii Confessores, &c.* Apud Græcos recentiores συνθήκην & ἐξαγόρευσιν ποιεῖν dicebatur qui in monasterio votum emittebat. Vide Archieraticon Haberti pag. 575. & supra in *Confessio*.

Confessa, Monialis, sanctimonialis: quæ *confessionem* seu pœnitentiam exigit in Monasterio. Charta Muniæ Abbatissæ *de Sobrado* in Hispania an. 922. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. tom. 4. pag. ult. *Ego Munia, quamvis indigna Confessa, unà cum consensu fratrum vel sororum permanentium in cimiterio Superadi, sive & ego Gutier Abbas cum omne collegium Clericorum vel Monachorum normam sanctitatis obtinentium in ipso præfato Monasterio, &c.* Ita mox subscribit. Vetus Epitaphium, apud eundem tom. 6. p. 17. *In hoc reclusо lapide requiescit famula Dei Ildontia defuncta Confessa septimo Kalendas Septembris æra centesima prima post millesimam.*

CONFESSORIÆ *literæ* dicebantur quas *Confessores*, seu qui persecutionis tempore gloriosâ voce Christum confessi erant, lapsis dabant, quibus pacem ab Episcopis acciperent, jusque Communionis reciperent, relaxatâ scilicet præscriptâ ab iis pœnitentia & satisfactione. Ejusmodi literas cùm temere lapsis darent *Confessores*, eorum importunitate victi, (de quo Cyprianus non semel conquestus est) statuit Eliberitanum Concilium can. 25. ut pro Confessoriis, *Communicatoriæ* quæ ab Episcopis scribuntur, darentur: *Omnis qui attulerit literas confessorias* (al. *confessionis*, *sublato nomine Confessoris, eò quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, Communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.* Quod in Concilio Arelatensi I. can. 9. postea fuit confirmatum. Vide Bernardinum Ferrarium, & Philippum Priorium de Literis Canonicis.

CONFESSUS, vel *non confessus mortuus* qui dicatur, vide *Intestatus*.

CONFIDA, *Dubitator*, in Gloss. MS. Regio 1013. & Isid.

CONFIDELES, Qui fidelitatem, seu hominium cum fidelibus præstiterunt, in Hist. Cortusiorum lib. 10. cap. 8.

CONFIDENTIA, Habere confidentiam in aliquo, *Avoir confiance en quelqu'un*, in Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 3. lib. 6. cap. 6.

CONFINIUM, Συνορία, in Gloss. Græc. Lat. *Vicinitas, locus ubi fines duarum terrarum conveniunt*, apud Joan. de Janua. Siculus Flaccus: *Alii in confinio Domini erant.* Charta an. 1231. apud Catellum in Hist. Occitan. p. 901. *Hæc omnia sunt in uno confinio. Item in alio confinio sunt 2. bacini, &c.* Occurrit ibi pluries. Qua quidem voce nostra *Coin*, angulus, videtur intelligi, unde & derivatur. Occurrit pluries in Cod. Theod.

Confinati, *Confinates*, eadem notione non semel in Tabulario Brivatensi ch. 172.

Confiniales, Contermini, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 3. apud Monachum Egolismens. in Carolo Magno an. 773. & in Annal. Bertinianis ann. 774. Hinc

Confinare, *Confinatio*, in Historia Cortusior. nostri *Confiner* dicunt.

CONFINIUS, *Urbanus*. Papias.

CONFIRMARE *populum* dicitur Archidiaconus, Diaconus, aut Subdiac. dum post porrectam à Sacerdote Eucharistiam eidem Dominicum sanguinem hauriendum præbet. Ordo Romanus: *Archidiaconus -- tradit*

dit calicem Subdiacono regionario, qui tradit ei pugillarem, cum quo confirmet populum. Infrà: *Descendit Pontifex à sede, tenentibus ei manus qui eum duxerunt, ut communicet eos qui in Senatorio sunt, post quem Archidiaconus confirmat. Postea Episcopi communicant populum, innuente Pontifice, & post eos Diaconi confirmant, Presbyteri autem jussu Pontificis communicant populum, & ipsi vicissim confirmant.* Occurrit ibi non semel vox *confirmare*, hac notione. Ita in Expositione Missæ, de Pontifice sacra faciente, *Confirmari de calice* dicitur, *tenente eam Archidiacono.* Adde Eclogas Amalarii sub finem. Vide Rabanum l. 1. de Instit. Cleric. c. 29.

CONFIRMATIO, Sacramentum Christianorum, sic dictum, quòd baptismum quodammodo confirmet ac compleat: unde ejus τελείωσις appellatur à Dionysio Areopag. de Eccl. Hierarch. cap. 4. *consummatio*, à Cypriano Epist. 73. & *perfectio* à S. Ambrosio l. 3. de Sacram. c. 6. *Confirmatio* igitur dicitur, quia hujus vi Sacramenti id in nobis confirmat Deus, quod baptismo jam operari cœperat, nosque admirabili quadam ratione sancto Spiritu vestit, ut loquitur Tertullianus l. de Præscript. hæretic. seu virtute & alto induit, quod Apostolis dictum fuit, in quibus præ cæteris vis illa divini Spiritûs, & efficientia mirabiliter eluxit. Recèns autem baptizati statim confirmabantur ab Episcopo, postea communicabant de Corpore Domini, ut habent Alcuinus de Offic divin. de Sabbato S. Paschæ p. 259. Rabanus l. de Instit. Cleric. c. 29. Isidorus & alii: de quo in Ecclesia servari solito perinde ritu, agunt etiam Patres, Dionysius de Eccl. Hierarch. c. 2. Tertullianus de Præscript. c. 40. de Baptismo c. 7. Cyprianus Epist. 70. 73. Cyrillus Catech. 2. 3. Concil. Laod. can. 48. Toletan. I can. 20. Ambrosius l. de Initiand. c. 6. & lib. de Sacrament. c. 1. &c. Capitula Theodori Cantuar. Archiepis. c. 4. *Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione Episcopi; tamen non desperamus.* Hinc Jonas Aurelianensis Episc. lib. 1. de Institut. Laïcali c. 7. reprehendit eos, qui Sacramentum istud differebant.

Quòd igitur Baptismum *Confirmatio* statim subsequeretur, pro ipso Baptismo interdum usurpatur. Simeon Dunelmensis de Gestis Regum Anglor. an. 994. *Quem Rex honorificè suscepit, confirmari ab Episcopo fecit, sibi in filium adoptavit, regioque munere donavit.*

Ad confirmandum tenere, levare, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 30. in Concil. Mogunt. c. 55. Concil. Liptin. apud Fulbertum Epist. 13. Burchardum l. 19. &c. Vide *Tenere, Patrinus.*

Confirmatores testes. Testium (qui instrumenta subscribebant) non eadem semper ratio fuit. Ad duplicem enim effectum in antiquis monumentis apponebantur. Alterum siquidem pro eorum robore & firmitate, quòd fit de solennitatibus substantialibus contractuum, ut testes illorum stipulationi interfint; atque hos testes *Visores* & *Auditores* appellabant, & ita appellati inveniuntur: alterum verò ad temporis notationem, quo talis contractus celebrabatur, inducendam, quasi potentiores, qui tunc apud eos degebant, nominando. Atque inde Optimatum, quod Ricos homines & Seniores illa ætas vocavit; interdum etiam Magistratum sæcularium & Ecclesiasticorum nomina instrumentis apposita leguntur: quos ne talium contractuum celebrationi, ut priores, interfuisse inducerentur, *testes confirmatores* appellare consueverunt. Hæc autem hujusmodi testium confirmatorum appositio in solennibus tantummodo Regum aut Principum privilegiis adhiberi consuevit, unde paulatim ad privatorum negotiorum contractus defluxit. Hæc Hieron. Blanca in Præfat. ad Commentar. Rerum Arag. Vide eundem p. 599.

CONFLASCERE, pro *Conflare*, Smaragdus in Præfat. Commentarii ad Regulas S. Benedicti:

Adhibeat pravum, justum conflascat ut aurum,
Limat & examinat, & poliendo librat.

CONFLATIM, *Copulatim contextè* Gloss. Isid.

CONFLARE, *Conflator, Conflatura.*

Conflari pecunia dicitur, in l. 1 1. Cod. Theod. Si quis pecun. conflav. Gloss. Lat. Græc. *Conflare* χωνεύω, ἐκχωνεύω [?].

Conflator, Qui pecuniam conflat, in l. 1. Cod. Theod. de Conlat. æris. Gloss. Lat. Græc. *Conflator*, χωνευτής.

Conflatorium, *Locus ubi ferrum vel argentum conflatur.* Joan. de Janua.

Conflatura. Julius Firmicus l. 6. Matthes. c. 30. *Falsarios faciet, aut qui pecunias publicas conflaturarum adulterinis artificiis imitentur.*

CONFLIGATIO, *Prælium, congressio*, συμβολή, ἐπὶ μάχαις [?] Gloss. Gr. Lat.

CONFLIGIUM, pro *Conflictus* Guibertus l. 3. de Vita sua c. 18. *In ultimo carnis spiritusq. confligio*, &c. Utitur & c. 3. & 14. eod. lib. *Fluctuum confligia* dixit Solinus c. 15.

CONFORANEUS, Ejusdem artis: ἀγοραῖοι enim dicti opifices & mercatores, quia & in foro habitant, aut in forum deferunt cum aliis institoribus quæ habent venalia opificia Gl. Lat. Gr. *Conforaneus*, σύντεχνος. Gloss. Isidori: *Conforaneus, unius fori.* Vide Salmasium de Usuris p. 340, 341.

CONFORMIA. Anonymus de Gestis Frederici II. Imp. p. 864. *Est Romæ locus ab utroque Tiberis latere circum se positi divisus, ad quem præstant aditum pontium munita conformia, Insula Lycaonia ex antiqua nuncupatione vocatus.* Vide *Forma.*

CONFORTARE, Corroborare firmare. Pseudo-Ovidius l. 1. de Vetula:

Sed quod sic fauces sitibundas impleat, ut non
Confortetur eo sua virtus.

Utuntur alii.

CONFOSCERA. Vide *Gunfus.*

CONFRAGANEUS, pro *Consufraganeus*, Coëpiscopus, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbonensis apud Catellum p. 759.

CONFRATRES *dicuntur quasi simul fratres, sive in Ecclesia, sive in alio loco, vel consortio, sive etiam secundùm carnem.* Joan. de Janua. Collegæ, qui eodem officio funguntur. Utuntur Ivo Carnotens. Ep. 133. & Galfridus Monemuth. l. 11. c. 3. &c.

CONFRATRISSA: *Consoror, vel congregatio confratrum, vel consororum*, eidem Januensi.

CONFRATRIA, Societas, *Confrerie.* Hincmarus Remensis in Capitul. ad Presbyt. parochiæ suæ c. 16. *De Collectis, quas Geldonias, vel Confratrias, vulgò vocant*, &c. Infrà. *Conventus autem talium confratrum*, &c. Guillelmus de Podio-Laurent. in Chron. c. 15. *Obtinuit Tolosæ magnam fieri confratriam, confratres omnes consignans Domino signo Crucis*, &c. Ibidem *Confratria candida, alia nigra.* Helias de Ruffiaco in Abbatib. S. Martialis Lemovicens. *Exactionem, quam Episcop. Lemovicensis vel Canonici sub nomine confratriæ à populo violenter expetebant --- irritam fecit.*

Confratria & *Confraternitas*, in malam partem Concil. Arelat. an. 1234. c. 9. *Quia propter conjurationes & conspirationes, quæ Confratriæ vocantur, in civitatibus & villis & castris quammulta discordiæ & dissensionis materia suscitantur.* Concilium Avenionense an. 1326. can. 37. *Qui in nostrarum provinciarum partibus nobiles, plerumque & interdum alii colligationes, societates, & conjurationes faciunt, tam canonibus quàm humanis legibus interdictas, semel in anno sub nomine Confratriæ se in loco aliquo congregantes, ubi conventiculas & conventiones faciunt, & pacto juramento vallata ineunt, quòd se adversus quoscunque, præterquam Dominos suos, ad invicem adjuvent, & in omni casu unus det auxilium, consilium, & favorem: & interdum se omnes veste consimili cum signis aliquibus exquisitis vel characteribus inducentes, unum majorem se eligunt, cui jurant in omnibus obedire.* Ex quibus

justitia

justitia offenditur, mortes & depradationes sequuntur, pax & securitas exulant, innocentes & inopes opprimuntur, &c. Agunt pluribus de ejusmodi Confratriis Concilium Monspeliense an. 1214. c. 45. Tolosanum an. 1229. c. 38. Campinacense an. 1238. c. 31. Valentinum an. 1248. c. 20. & Avenionense an. 1281. c. 8.

Confraternitas. S. Stephanus in Regula Grandimontensiu... c. 20. *Comessationes, quas populus Confraternitates vocant, nullo pacto faciant apud vos.*

Confreria, in Charta anni 1296. in Probat. Hist. Sabaudiæ p. 45.

CONFUGA, Πρόσφυξ, qui ad Ecclesiam confugit. Lex 4. Cod. Th. de His qui ad Eccl. *Quidquid fuerit interjacens confugas interioris templi vice tueatur.* Vide l. Si qua per calumniam. Cod. Just. de Episc. & Cleric.

CONFUGIUM *facere*, Fugere, confugere, in Capitulari Pipini Regis Ital. an. 795. c. 28. in Capitu. an. 793. c. 16. in Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 74. in Form. ... 10. ex Baluzianis, apud Glabrum in Vita S. Guillelmi c. 1. *Confugium facere ad Ecclesiam*, in Decretione Childeberti c. 4. in Lege Bajwar. tit. 1. c. 7. §. 1. in Capitulatione de partibus Saxoniæ c. 2. in Capitulari Saxonum an. 796. c. 10. in Cap. 2. an. 805. c. 3. lib. 1. Cap. c. 34. lib. 1. Legis Longobard. t. 40. §. 5. &c.

Confugium, Charta an. 906. ex Tabulario Brivatensi: *Dantur etiam et decima de ipsa villa Blaneda, totum & ad integrum, & omne confugium ejus.*

CONFUNDERE, Pudore suffundere, nostris *Confondre*. S. Ambrosius l. 1. de Offic. c. 18. *Quæ abscondenda accepimus, & si casu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia: si studio, impudentia æstimatur.* Vide l. 4. Ne Christ. mancip. l. 3. 13. de Re milit. l. 25. de Episc. & l. 8. de Fide test. in Cod. Theod.

CONFUSANEUS, pro *Confusus* apud Gellium l. 20. c. 11.

CONGEARE, Dimittere, licentiam abeundi dare, Gallis, *Congeer, Congedier*, Aresta an. 1265. in 1. Regesto Parlamenti fol. 59. *Inquesta facta --- utrum Major & Pares usi fuerint licentiare, seu congiare à civitate Belvacensi homines de sua Communia. ——— Item utrum Episcopus Belvacensis usus sit congiatos seu licentiatos à civitate Belvac. per Majorem & Pares Belvac. in villam retinere seu revocare, &c. --- ejiciantur extra villam tanquam licentiati.* Compositio de hac re ipsa, anni 1266. apud Loisellum in Histor. Bellovac. p. 295. *Nec ipsum poterunt deadvocare propter hoc de sua Communia, vel congeare de villa.* Et pag. 296. *Fuit concordatum quod ex nunc in antea dicti Major & Pares in aliquo casu congeare non poterunt hominem de villa Belvacensi, nec puniendo uti hoc vocabulo, congeare, vel bannire: sed poterunt deadvocare de Communia sua, &c.* Ex quibus *congiationem*, fuisse speciem *bannitionis*, tametsi *bannitione* mitiorem, colligimus, cùm bannitio per sententiam judicis, *congiatio* ex mero Principis decreto fieret. Denique *deadvocatio* mitior etiam fuit *congiatione*. Assisiæ Hi...tosol. c. 207. *Le Roy Aimery congea Messire Raoul de Tabarie dou Royaume de Hierusalem, &c.* Cap. seq. *Se il avient que un Seignor de sa volenté congee un de ses homes de sa Seignorie, sans ce que il attaint de chose de quoi il le face congéer par esgard, ou par conoissance de court, &c.*

Congearium. Charta an. 1346. apud Seb. Rouillardum in Lehuno: *Item (Præpositus) habet ratione sui officii, jus & potestatem dandi omnia & singula congearia in tota terra nostra, percipiendique omnes profectus provententes ex illis congeariis, &c.*

Congedia, ex Gall. *Congé*, in Itinerario Gregorii PP. XI. apud Massonum.

CONGELLUS, pro *Concellaneus*, occurrit apud Notkerum in Martyrolog. Vide *Concellaneus*.

CONGENERI, dicuntur duarum sororum mariti, σύγγαμβροι apud Harmenopul. l. 4. t. 6. §. 14. Gl. Gr. Lat. Σύγγαμβρος, *Congener*. Hesychius & Lexic. MS. Reg. Cod. 930. Ἄλιοι, σύγγαμβροι. Hinc συγγαμβρεία, affinitas. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Κηδεία, ἡ ταφὴ, καὶ ἡ συγγαμβρεία. Vide Notas ad Annam. Comnen. p. 274.

CONGERIES, *Congeria*, Gl. Lat. Gr. *Congeries*, σωρὸς λίθων ἢ ξύλων. Vitalis Gromaticus: *Aliis locis congeries lapidum fecimus.* Utuntur non semel Agrimensores. Nescio an huc pertineat quod habet Gregorius Turonens. l. 1. de Miracul. c. 45. *Et ascendentes ita Alpium juga, neque alium congeriorum oppleta multitudine pertransierunt, atque Arvernum perlati sunt.* Quæ quidem manca sunt: sed leg. videtur, *nivalium congeriorum*, &c. V. *Ramata*.

CONGERMANUS. Sebastianus Salmanticensis in Chron. *Post Froylanis interitum congermanus ejus in primo gradu Aurelius, filius Froylani fratris Adefonsi Magni successit in regnum.* Eadem verba habet Sampirus Episcopus Astoricensis. Alius Scriptor ejusdem ævi: *Post Froilanis interitum, confrater ejus successit in regnum.* Ubi *congermanus in primo gradu*, est quod Hispani dicunt *primo hermano*, Græci infimæ ætatis πρωτεξάδελφος, nostri *Cousin germain*. Proinde *Confrater* idem sonat. Vide Ambrosium Moralem l. 13. c. 21.

CONGERO. Charta an. 1029. apud Catellum in Comitib. Tolos. p. 103. *Nos simul in unum reminiscentes peccatorum nostrorum pondera, --- seu etiam timentes congeronis antiqui timorem & terrorem, & ut eruat nos Dominus ab ejus machinamentis, & convertat cum suis astringis in cubilibus regni calestis, &c.* Ita hîc innuitur diabolus, dæmon, fortè quòd peccata peccatorum congerat, ut ea divino juditio exhibeat.

CONGERRONES, Qui divitias & opes congerunt. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. I P. *Filii congerrones infrontati omnia congerunt.*

CONGESTE, pro *confusè* sine ordine. Capitolinus in M. Antonio: *Et quidem hæc breviter & congestè.* *Congestim* dixit Apulejus in Apologia.

CONGILDONES, Vide *Geldum*.

CONGLESCERE, Coalescere. Candidus Monachus in Vita Egilis Abbat. Fuldensis c. 21.

--- *Templumque Deo conglescit in almum.*

CONGREX, Ejusdem *gregis*, contribulis. Gloss. Gr. Lat. Ὁμόφυλος, *tribulis, congrex, gentilis.* Hinc *Congregare*. Vide Josephum Scaligerum l. 1. Ausonian. lection. c. 17.

CONGREGATIO, pro *Collecta* seu Synaxi. Ferrandus Diac. in Breviario c. 184. *Ut nullus ad Angelos congregationem faciat.* Ubi Concilium Laodic. c. 35. Οὐ δεῖ χριστιανοὺς -- καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν.

CONHIBERE, *Cohibere*, quasi *Connivere*, apud Ugutionem, *assentiri*. Gloss. Lat. MS. Regium *Cohibentibus, faventibus. Cohibet, adquiescit, connivet. Conhibere, capitis motu adquiescere*, Gloss. Græc. Lat. Ἐπιμύω, *Conhibeo.* Μύω, *Conhibeo.* Gloss. Lat. Græc. *Cohibet*, καμμύει, καταμύει. Glossæ MSS. ad Concilia Africana: *Conspirantes, conhibentes, vel conscientes, sive conjurantes.* Eædem Glossæ: *Cohibere, adquiescere. Conhibet, consentit. Conspiratio, conibentia, consensio.* Martianus Capella lib. 9. Philolog. *Alia cohibentia, alia discrepantia.* Aurelius Victor Schotti in Claudio: *Sceleribus conhibentes.* Facundus Hermian. lib. 2. cap. 2. *Sancta illa Synodus hæresi Nestorianæ cohibuit.* Cap. 5. *Videtur illa Synodus, ut non dicam, hæresi cohibuisse, aliquid certè minus fecisse, &c.* Ita l. 5. c. 3. l. 6. c. 4. l. 8. c. 1. Anastasius in Hist. Eccl. p. 110. *Non enim cohibebat tyranno.* Hincmarus Rem. de Prædestinat. *Timeo ne cohibere sit hoc tacere. Conhibere*, in l. 66. Cod. Th. de Hæret. l. 7. de Decurion. eod. Cod. in Novella Theodosii de Lenonibus in Capitular. Caroli M. l. 6. c. 245. in Cap. Caroli Calvi 35. p. 375. 1. edit. apud Atton. in Cap. c. 41. &c.

Cohibentia, Conclusio, ita legendum in Glossis Isid. pro *conclusio*, Joan. de Janua. *Cohibentia, assensus*, item *conniven-*

niventia & collibentia. Gloss. Lat. Græc. *Cohibentia*, Ῥαθυμία, συνοχή. Gloss Lat. Gall. *Conhibentia*, *Assentement*. *Conhibere*, *Assentir*. Carolus M. in Præfat. ad libros de Cultu Imag. *Quod opus aggressi sumus cum cohibentia Sacerdotum*. Utuntur passim hac notione Codex Theodosianus, Novella Theodosii de Tyronibus, Xystus PP. in Epist. apud Holstenium in Synodo Rom. pag. 93. S. Augustinus de Unitate Eccles. cap. 2. & Epist. 93. S. Hilarius in Fragm. p. 28. Facundus Hermianiensis l. 2. c. 6. l. 7. c. 3. l. 8. c. 5. Concilium Toletanum æræ 648. Synodus Ticinensis an. 850. c. 9. Lex Wisigoth. lib. 3. c. 21. Capitula Caroli Magni l. 5. c. 129. Concilium Duziacense I. part. 5. p. 298. Vita S. Sulpitii Episc. Bituric. num. 28. Vita alia ejusdem n. 1. Chronic Reichersperg. p. 189. Gregorius Turon. de Gloria Confess. c. 75. Warinus Abbas Metensis in Ep. &c. Vide Casaubon. ad Apuleji Apolog. p. 148.

Cohibenda Concilium Arelat. II. can. 27. *Professas viduas, si in cohibenda perstiterint, cum raptoribus esse damnandas*. Ad marg. *Cohabitatione*, perperam: idem est enim *Cohibenda*, ac *Cohibentia*, seu conniventia, consensus.

Cohibuli, aliàs: *Conivoli*, *concordes*, *juncti*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. Gr. *Cohibilis*, *facilis*, εὐχερής. Gl. Lat. MS. *Conjuga*, *conhibulus*.

CONJECTARE, *Conjectus*, *Conjectum*, *Conjectio*, *Conjectura*.

Conjectare, Contribuere. Lex Salica tit. 45. § 1. *Omnes mortis illius compositionem conjectent* Capitulare an. 807. c. 2. *Et unicuique ex ipsis qui in hoste pergunt, fiant conjectati solidi quinque a suprascriptis pauperioribus*, &c. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 59. *Si furtum redimendum sit, captale redimentis conjectent*. Adde c. 58. 68. 92. *Weram & compositionem mortui conjectare*, in Legibus Aluredi Regis West-Sax. c. 21. & 32.

Conjectus, Contributio, symbolum, collecta: quod quisque in unum confert ad exsolvendam certam pecuniæ summam. Maximè quod à populis Regiis Missis in itinere exsolvebatur. Capitulare tertium Ludovici Pii c. 9. *De Comitibus & Vicariis eorum, qui in aliquibus locis tantum accipiunt de conjectu populi ad minorem legationem, quantum ad majorem*. Cap. 10. *Volumus ut talem conjectum Missi nostri accipiant, quando per Missaticum suum perrexerint: hoc est, unusquisque accipiat panes 40. friskingas duas*, &c. Annales Francor. Bertiniani ann. 886. *Juxta quod unusquisque Regni primorum de honoribus habuit conjectum tam in argento quàm & in vino*, &c. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. c. 19. *De conjecto Normannis dando*. Capitula Caroli Magni l. 3. c. 35. *Ut illi qui heribannum solvere debent, conjectum faciant ad Heribannatorem*. *Conjecto* respondet *Schot*, seu *Scot*, Germanicum & Anglicum. Charta Ludovici Imp apud Wil. Hedam: *Ut nec bannum, aut fredum, aut conjectum, quod ab ipsis Geschot vocatur, contingere, aut exactare præsumeret*. Vide Capit. 5. an. 803. c. 17. Capitul. 1. an. 812. c. 7. Capitul. an. 819. c. 26. Capit. Caroli M. lib. 4. c. 69. Legem Langob. lib. 3. tit. 1. §. 38. tit. 6. §. 2. 3. Capitularia Caroli Calvi tit. 5. §. 4. tit. 27. pag. 254. tit. 42. pag. 423. tit. 42. §. 30. Chartam Dagoberti Regis Franc. apud Brovverum lib. 7. Annal. Trevir. pag. 421. 1. Edit. aliam Henrici III. apud Meurissium in Episc. Metensib. pag 359.

Conjecta, in Chron. Laurisham. an. 776.

Geta, pro *Conjecta*. Observantiæ ad tit. de Muneribus agnoscendis in Foris Aragon. fol. 31. apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 75. v. *Quando debent facere getam pro cœna Domini Regis vel Domini infantis, vel pro subsidiis eorumdem*, &c. Occurrit ibi pluries.

Conjectio. Capitulare Sicardi Principis Beneventani cap. 14. *De tertiatoribus, & conjectionibus illorum*.

Conjectura. Gloss. Lat. Græc. *Conjectura*, Στοχασμὸς, εἰκασία. Gregorius Turonens. lib. 6. Hist. c. 45. *Nihil de fisco suo Rex dari præcepit, nisi omnia de pauperum conjecturis*.

CONJECTORIUM *Danielis*, Liber sic inscriptus de divinatione. Illius meminit Joan. Sarisberiensis in Policrat. l. 2. c. 17. Ὁράσεις seu *Visiones Danielis* vocat Luithprandus in Legatione. Vide Descriptionem nostram Constantinop.

CONINÆ *pelles*, Cuniculorum, *Peaux de Conins* vel *de Conils*. Rainardus Abbas Cisterciensis in Institut. ejusd. Ord. distinct. 14. c. 15. *Pelles silvestres non operentur Conversi nostri, non catinas, non coninas, non varias, non grisias, seu alias hujusmodi*, &c. Ubi antiquæ Definitiones ejusdem Ord. dist. 14. cap. 6. habent *caninas*.

CONJUGA, pro *Conjux*. Burchardus Wormaciensis in Lege familiæ: *Si quis cum manu conjugæ suæ cum bono testimonio aliquam traditionem -- fecerit*, &c.

CONJUGLA, *Conjuncla*, Lorum quo vinciuntur ac conjunguntur boves. Gloss. vet. *Conjugla*, ζευκτῆρες. Gl. Lat. Gr. *Jungla*, ἡνίαι ζευκτικαί.

Conjuncla. Gl. Saxon. Ælfrici, c. de Instrumentis agricolarum; *Conjuncla*, ᚹᚱi ᛏᚹa. Saxonibus ᚹᚱi ᛞa est lorum. Statuta antiq. Corbeiensis Monast. l. 2. c. 1. *Deut unusquisque ad hortum cui deservit in tertio anno, aratrum, 1. jugum cum amblacio & conjunclis quando necesse fuerit*. Chr. Besuense p. 538. *Accessit ubi boves juncti erant, & juncturas super capita eorum, quas rustici convinculas appellant, omnes truncavit*. Sed legendum *conjunculas*, *aut conjunclas*, quas *juncturas* revera vocant Paulus 3. Sentent. t. 6. & Capitolinus in Vero.

CONJUGIUM pro *Conjuge*, in l. 3. de Re milit. & l. 14. de Episc. in C. Th. Vide *Matrimonium*.

CONJUNGERE. Pervenire aliquò. Nos etiamnum dicimus, *Joindre quelqu'un*, cùm quempiam convenimus. Vita S. Macarii Romani c. 3. *Post hæc verò decem & septem dies ambulantes, conjunximus Jerusalem, & sanctam Resurrectionem Jesu Christi, & Crucem adoravimus*. Anastasius Biblioth. in Stephano III. PP. *Et dum hæc agerentur, conjunxit Romam Joannes Imperialis Silentiarius*. Infrà: *Et dum validè --- opprimerentur, subito conjunxit Missus Regis à Francorum nomine*, &c. Ibidem: *Conjungente verò eo Papiam*. In S. Adriano: *Et dum reversus fuisset Sacellarius, Ravennamq; conjungeret*. Occurrit non semel, in Epist. Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem, in Epistolis Summorum Pontific. tom. 3. Hist. Franc. p. 745. 748. 760. 777. &c. Gregorii Magni lib 10. Ep. 3. in Actis S. Anastasii Persæ cap. 6. num. 38. &c. Theophylactus Simocatta l. 8. c. 11. Ἀναζεῦξαι τε πρόσαντον ἀνὰ κῶ.

Jungere, eadem notione. Epistola 4. ad Desiderium Episc. Cadurcensem apud Canisium to. 5. Ant. q. lect. *Flavianus autem denunciavit, ut quinta feria apud ipsum jungamur*.

CONJURARE. Simul jurare, simul sacramento firmare. *Communiam conjurare*, in Charta Theodorici Comitis Flandriæ an. 1147. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Concesserim hominibus S. Bertini ad Poparingehem pertinentibus ejusdem pacis securitate per omnia gaudere, qua Furnenses fruuntur, quam conjuraverunt, in qua & confirmati sunt*. Vide Galliam Christian. to. 1 p. 100. a. Vetus Inquesta an. 1228. apud Petrum Mariam Campum. in Hist. Eccl. Placent. l. 17. *De Fratribus dicit, quòd nescit aliquid emendandum in iis, nisi quod conjuraverunt simul, excepto Joanne & Magistro Alberto & inde debuit esse instrumentum, sed nescit, utrum sit destructa illa conjuratio, vel non*. Vide *Confratria*.

Conjuratio, Quodvis juramentum. Capitulare 3. ann. 779. cap. 10. *Et istas conjurationes quas faciunt per sanctum Stephanum, per nos, aut per filios nostros, prohibemus*.

Conjurare, Submonere, in jus vocare, per fidem & sacramentum, quo domino feudali obstrictus est, quema

quempiam citare. Charta an. 1081. apud Sammarthan. in Archiepisc. Turon. *Quapropter prædictus Radulphus ad Curiam Regis ab ipso Rege fide & juramento conjuratus, ut de hac re justitiam sibi faceret, ire non ausus est.*

Ut porro vassallum conjurare poterat dominus, ita dominum vassallus, si de jure deficeret. Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 241. *Ce sont ceaus qui peuvent gager, ou semondre, ou conjurer le Seignor de sa foi. Celui à qui le Seignor doit aucune chose de son fié, le peut semondre, ou gager dou service, que il li doit de celui fié, ou conjurer de sa foi, &c.* cap. 244. *Il doit conjurer le Seignor de sa foy, que il le paie, ou face paier de ce que il li doit.* Cap. 247. narratur vassallum non posse conjurare suum dominum de ejus fide, nisi post ratas aliquot submonitiones, quarum hæc erat formula: *Si vous conjur come a mon Seignor par la foi que vous me devez, come à vostre home, que vous m'en aiés paiés, ou fait paier dedans tel jour. Et si le Seigneur ne le faisoit dedans le terme, le vassal le pouvoit gager de son service.* Propriè autem *Conjurari* dicuntur *Pares* feodorum, cùm ad judicium exercendum in Curia sua à Domino evocantur. Eædem Assisiæ Hierosol. c. 206. *Doit requerre & conjurer ses Pers, si comme il doit, que ils destraignent le Seignor, si comme ils peuvent & doivent.* Et cap. 207. *Quant le Roy Aimery congea Messire Raoul de Tabarie, Messire Raoul requit & conjura ses Pers, que ils le menassent à droit, comme leur Per, & que il en offroit à faire à droit.* Adde vetus Chron. Flandrense vernac. c. 14. & 34.

Quòd si *Pares* post *Conjuramentum*, Domini superioris judiciis non interessent, ad id feudorum suorum interceptione compellebantur. Statutum Caroli V. Reg. Franc. an. 1363. mens. Jun. *Statuimus & ordinamus quòd præfati homines feodales ad judicium faciendum & reddendum ad locum consuetum, ut moris est, evocati, infra statutum & eisdem assignandum tempus accedere & comparere teneantur sine defectu, nisi causam veram & legitimam habuerint absentiæ, quæ si vera & legitima non fuerit, & ad judicium evocati minimè comparuerint, eorundem hominum feoda in manu dicti fratris nostri ad causam prædictam poni volumus & arrestari, & in ea detineri per Baillivum dicti loci Guysiæ, quousque dicti homines sic contumaces & absentes pro suo defectu & absentia, vel contumacia emendam præstiterint condecentem.*

Conjuramentum, Submonitio Parium. Regestum Andegavense in Camera Comput. Paris. fol. 76. 77. ann. 1363. *Homines prædicti feodales, qui in dicta villa & castellania Guisiæ in Viromandia, ratione & ex debito feodorum suorum ad conjuramentum Baillivi dictæ castellaniæ Guisiæ judicia facere & reddere tenentur, &c.* Quod porrò hîc *Conjuramentum* dicitur, *Conjure & semonce* eadem notione vocant Consuetudines municipales S. Audomari art. 16. Tervann. art. 8. Bethun. art. 30. 38. Valentian. art. 1. 2. 4. Hannon. c. 56. & Summa Ruralis.

Conjuratio, eadem notione, Charta. an. 1260. in Probat. Hist. Guinensis pag. 528. *Per legitimam monitionem nostram & conjurationem super hoc sibi factas.*

Conjuratio, Communia, *Commune*, Juratorum conventus: *Jurati* enim & *Conjurati* dicuntur cives unius oppidi. Charta Friderici I. Imp. ann. 1161. apud Brovverum lib. 14. Annal. Trevirens. pag. 801. 1. Edit. *Communio civium Trevirensium, quæ & Conjuratio dicta, quam nos in ipsa civitate destruximus, &c.* Vide *Juratus*.

Conjuratio in Legibus Canuti Regis Angl. idem videtur quod *Adjuratio*, seu, ut vocant, *Exorcizatio*.

Conjuratores, pro *Conjurati*, in Conventu Alsatico an. 1050. §. 3. 5. apud Goldastum tom. 2. Constitut. Imper. & Freherum.

Conjuratus, Eodem astrictus juramento. Ὁμότης, συνομότης, Nicetæ in Man. lib. 7. n. 1. Historia de Expedit. Asiatica Frider. I. Imp. *Offerentes auxilium tam de se quàm de ipsorum conjuratis & amicis.* Vetus Inquesta t. 1. Monastici Angl. pag. 207. *Ernaldus Marescallus juratus idem dicit per omnia, quod Ac. filius Andreæ conjuratus suus.* Vide Dissert. 21. ad Joinvillam.

CONLABORATIO, *Conlaboratus*, Vide *Labor*.

CONLATOR, Adulator. Vita S. Præjecti Episcopi tom. 1. Hist. Franc. p. 675. *Sed ut est Conlatorum mos, amici cœperunt eum cogere, ut tali pro causa non differret dare responsum.*

CONLUDIUM, *Colludium*, *Conludius*, *Conludio*, Glossæ MSS. ad Codic. Theodos. lib. 1. *Conludium est jurgium, rixa.* Glossæ aliæ MSS. *Colludium, dolus.* Gl. Græco-Lat. συμπαιγνία, *Conlusio, Conluaio.* συμπαίζω, *Conludo.* Gloss. Lat. Græc. *Conludium*, συνδόλως. *Conludit*, συνδυάζει, συμπαίζεται. Vide Gregor. Turon. lib. 10. cap. 11. Leges Wisigoth. lib. 2. tit. 3. Edictum Theoderici Regis §. 114. Legem Burgund. tit. 6. §. 3. 6. Addit. 2. ad Leg. Burgund. §. 8. Decretum Chlotarii Regis §. 1. 4. 9. Capitula Caroli Calvi tit. 31. c. 21. Occurrit passim in Cod. Theod.

Colludium. Gildas de Excidio Britan. *Illam cuius colludio ac suggestione tantæ sunt peccatorum subitæ moles, &c.* Utuntur Sidonius, Ammianus, Symmachus Claudianus, Mamertus, Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 17. lib. 6. tit. 5. §. 14. lib. 7. tit. 1. §. 5. tit. 2. §. 6. Leg. Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 57. lib. 2. tit. 6. §. 6. tit. 12. §. 6. tit. 30. §. 4. tit. 36. §. 1. tit. 53. §. 24 tit. 55. §. 14. &c.

Conludio, in Lege Bajvvar. tit. 8. §. 6.

Conludius, in Decreto Chlotarii Regis §. 7.

Collusio, apud Jurisconf. Anglos quid sit, vide apud Rastallum in Exposit. vocum Leg. Anglic.

Conludiosus, in Charta an. 981. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 55. *Ego eam (Chartam) silens, aut occultam aut conludiosam habuissem, aut detinuissem, &c.*

CONNA. Charta Longobardica in Chron. Benevent. S. Sophiæ: *Et pascuum in ipsa insula ad peculia eorum qui ibi residentur, & de ipso Panatano connas & paleas tollendum, &c.*

CONNIVENTIA, Pactum, conventio. Gregor. Turon. lib. 7. Hist. *Ecce manus vestræ subscriptiones, quibus hanc conniventiam confirmatis.* Lib. 9. c. 29. *Sed ille non obvius de hac conniventia, consilium ad confirmandum pacem præbuit.*

Conniventia, Assensus apud Lampridium in Severo: *Vel per conniventiam seditionem fecissent exercitus.* Facundus Hermianensis lib. 4. c. 1. *Intelligis igitur, Auguste, quòd Ecclesiæ conturbatores evidentissimam conniventiam suam, quam Eutychianis contra sanctum Concilium præstant, nequicquam exemplo B. Cyrilli obumbrare nitantur.* Vita S. Præjecti n. 8. *Ex permisso & conniventia VVarnecharii optimatis.* Adde Præfat. ad Concil. Turon. II. idem Concil. c. 24. Arnulfum Lexoviensem in Epist. ad Episcopos Angliæ, Saxonem Grammat. lib. 14. &c.

Connivere, Consentire, Vetus Inscriptio Massiliæ: *Augustius Augustalis tutor connivente Dunnio fratre ejus & herede ponendum curavit.*

CONNUBERE, pro *Concumbere*, apud Anastasium in Hist. Eccl. pag. 175.

CONOPPI, Papiæ, *Somnia attendentes*, fortè *Somnopti*, vox hibrida, pro ὑπνόπται.

CONPERONES, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 24. sed legendum *Copertones*. Vide *Ceppagium*.

COMPESCATIO, Σωφρονισμὸς, in Gloss. Gr. Lat.

COMPRIMITIALIS. Orig. Murensis Monasterii p. 17. *Cùm ad villam Othuigen convenissent penè cuncti comprimitiales Principes, &c.* Fortè comprovinciales.

CONQUADRATUS. Vide *Quadrivium*.

CONQUATERNO, Ζευγνύω καὶ τέσσαρα, in Gloss. Græc. Lat. *Conquaternatio*, ibidem, ζεῦξις καὶ τέσσαρα.

CONQUESTARE, Bello & armis acquirere, apud Thomam Walsinghamum pag. 573.

Conquestio, Conquestus, Armis aut bello quæsitum, partum, apud Bromptonum & alios: Gallis *Conqueste*.

Conquestratio, idem quod *Conquestio*, apud Thvvrocz. parte 1. Chr. Hungar. c. 24. *Conquestrare*, vincendo acquirere, apud eundem part. 2. c. 9. Hinc Willelmus Nothus, Britanniâ subactâ, *Conquestor* vulgò dictus Scriptoribus passim.

CONQUISITUS, Bona quæsita, vel simul quæsita, *Aquests*, vel *Conquests*. Capitula Caroli C. tit. 26. *Illorum alodes de hæreditate & de conquisitu, & quod de donatione nostri senioris habuerunt*. Capitula Ludov. ad Legem Salicam c. 2. & Capit. Car. M. lib. 4. c. 74. *Si quis* —— *de qualibet causa fuerit interpellatus, verbi gratia de conquisitu suo, vel de mancipiis suis, &c.* Vide Skenæum de Verborum significat. V. *Conquestus*.

CONQUISTUM. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: —— *Totum & sub integro vobis impignoravimus pro solid. unius quadrannos duos de moneta decima; & debet de conquisto de musto modio unos duos, &c.* Alibi: *Vobis impignoravimus pro solid. 12. usque ad annos 5. & debet in conquisto de musto in quisque annos modios tres, &c.* Rursum: *Ut singulis annis 12. modios de vino in conquisto reddatur*, Ubi *Conquistum* sumitur pro *censu*.

CONRAGIUM. Vide *Conredium*.

CONREATORES, Gallis *Conréeurs*, qui pelles parant, præparant, vox ejusdem originis qua *Conredium*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1345. *Tennatores corii, conreatores, baudrarii, cordubanerii & suerii. Conroieur de Cordouën*; alibi: Charta Ludovici Reg. Franc. an. 1160. *Noveritis quod nos dedimus & concessimus ex nunc & in posterum Theci uxori Ivonis la Choë & ejus hæredibus magisterium cavatorum, baudreorum, sutorum, mesgeyciorum, & burseriorum in villa nostra Parisiensi, &c.* Lemma Gallicum habet: *Lettre des cinq mestiers, c'est assavoir, Conratiers, Baudroieurs, Sueurs, Mesgissiers & Boursiers donnez par le Roy.*

CONREDIUM, *Conradium, Conragium, Corredum, Corrodium, &c.*

Corredium, Quiquid ad alimentum, ad cibum, ad mensam datur, cibus, mensæ apparatus, alimonium, convivium.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Or li Quens l'ot souvent bien conreé.

Conredium, Præbenda Monachi, vel Canonici. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 149. *Abbas & Monachi ejus loci per totum annum post obitum suum totum conredium, sicut in vita sua perceperint, habere debent, quod alicui indigenti pro anima sua erogabitur.* Alibi: *Totam decimam conredii domus suæ.* Et pag. 777. *Insuper concessimus quod ipsi* (Monachi) *& successores sui ad pensionem, corrodium, seu sustentationem aliquam alicui de Prioratu prædicto, &c.* Tom. 2. p. 32. *Duo conradia Monachorum.* Ibidem: *Conradium quotidianum.* Vide Will. Thor. p. 1872. Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 16. §. 7. &c.

Conredium, interdum pro *Procuratione*, seu conviviis, quæ Dominis præstabantur à vassalis ex jure definito, quoties per illorum terras pergebant. Diploma Ludovici VII. Regis Franc. an. 1157. apud Hemereum de Academia Paris. c. 3. ex M. Pastorali lib. 19. Ch. 48. *Ut nec nostro, nec aliorum tempore quædam convivia, quæ vulgò Coreedè, vel Giste vocantur, in villis prænominatis exigere, vel quærere liceat.* Charta Willelmi Comitis Cabilonensis an. 1180. in Bibl. Cluniac. *Et in universa terra ejus non habet talliam, vel procellagium, vel besonagium, vel messionagium, seu annonagium, vel corredum.* *Hæreditaria conradia*, in veteri Charta in Additamentis ad Matth. Paris pag. 110. Charta Walteri Giffardi in Tabul. Fiscanensi fol. 13. *Eidem Ecclesiæ liberum & quietum clamavi conredium, quod per singulos annos in eadem Ecclesia habebam in feodo.* Speculator tit. de Feud. lib. 4. part. 3. p. 306. ait. *Imperatori servitium à vassallis deberi pro corredo Imperiali, ut videlicet quando Imperator transierit per illum locum, contribuat in sumptibus ejus.* Adde Constit. Sicul. lib. 3. tit. 18. Leges Inæ Regis Westsax. c. 74. apud Bromptom. Gervas. Dorobern. in Stephano Rege pag. 1347. & Rastallum in verbo *Corredy*.

Corrodium. Henricus Huntindon. lib. 6. pag. 367. *Tosti igitur furibundè discedens à Rege & fratre suo perrexit ad Hereforde, ubi frater suus corrodium regale maximum paraverat: ubi ministros fratris sui omnes detruncans, singulis vasis vini, medonis, cervisiæ, pigmenti* —— *crus, humerum, vel caput, vel brachium imposuit.* Adde Leges Ethelredi Regis c. 2. Statutum 2. Westmonast. cap. 29. tom. 2. Monast. Angl. pag. 321. 355. 430. 532. 933. Fletam lib. 4. c. 1. §. 16. c. 6. §. 2. &c.

Correda, & Corredum. Vetus Charta an. 1279. apud Ammiratum in Familia Caldora t. 2. p. 190. Famil. Neap. *Præpositus corporum & corredorum navis curiæ nostræ quæ dicitur Comitissa.* Contractus navigii Regis S. Ludovici cum Venetis, tom. 5. Hist. Franc. *Quarum prædictarum 5. navium quælibet cum corredis & apparatibus suis.* Vide Joannem Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. pag. 180.

Conragium, idem quod *Conredum*. Vetus Charta Corbeiensis Monasterii inscripta, *de Mensa Abbatis: De bonis istis tenetur Abbas facere hoc quod debet erga Dominum Papam, sicut in conragiis & exercitibus suis, &c.* —— *& debet Celerarius dictis famulis suum conragium de pane & vino & carne.*

Conreium, apud Perardum in Burgundicis p. 138.

Corrogium, idem quod *Conredum*. Charta an. 1247. in Regesto Comitum Tolosæ: *Fontes, rivi, aquæ, & piscaria, questæ, & albergii, corrogia, & adempriva, & servicia & hommagia, &c.*

Corrodarius, Cui Corrodium, vel alimentum datur, *Præbendarius*. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 390. *Decedente vel cedente fratre non leproso, aut Corrodario dicti Hospitalis, loco ipsius* —— *alius subrogetur.*

Conreer, nostris *Conrodia* parare. *Le Roman d'Aubery MS.*

La nuit le fait en sa maison jesir,
Et conreer, & richement servir.

Le Romaa d'Amile & d'Amy MS.

Li mangiers fu richement conreé.

Alibi:

Et le manger ferez bien conraer.

Hinc apud Scriptores nostros formata vox *Conroy*, pro quolibet apparatu. Tractatus MS. de Torneamentis Militum Tabulæ rotundæ: *Et ainsy par cét ordre se mesloient tant qu'il y avoit de batailles, ad ce que les conrois estoieni assemblez.* Chronic. Flandriæ vernaculum cap. 78. *Ils approcherent la navie du Roy de France, & tantost se meirent les François en conroy.* Cap. seq. *Quant la chevalerie, qui à S. Omer estoit, veirent les Falmans arrangez au bout des fauxbourgs de la Ville par routes, & sans conroy, adonc issirent tous les bannerets à toutes leurs batailles.* Chr. MS. *Saint Loys ordonna & mist en conroi ses batailles.* Guill. *Guiart* an. 1270.

Tost sont en conrois devisez
Des Reaumes & de l'Empire.

Alibi:

Toute la gent que li Rois a;
Et qui s'est ô lui arréée;
Se retient d'autre part serrée
En conroi, nul ne s'en eslche.

Conréé, in Poëmate cui titulus *le Roman de Garin:*

Conreé d'armes, apresté, & garni.

Le Roman de Merlin MS. Ains s'empassent outre ambedui mal arréé & tout desconréé. *Cavalieri di corredo*, apud J. Villaneum lib. 9. c. 277. *Chevaliers de Conroy*, bene apparati. Vide Octav. Ferrarium in *Corredo*.

CONSA.

CONSA. Vide *Absconsa*.

CONSACRAMENTALES. Vide *Juramentum*.

CONSACRANEUS, Συμμυςής, in Gloss. Gr. Lat. id est, eorumdem sacrorum particeps. Gloss. Lat. Græc. *Consacraneo*, συνμύςη. Maximinus apud Capitolinum in tribus Gordianis: *Sacrati commilitones, imo etiam mei consacranei*. Tertullianus Apologet. c. 16. *Sed & qui Crucis nos religiosos putat, consacraneus erit noster, &c.* Hinc emendandus Anonymus Barensis in Chron. ann. 1048. *Rebellavit Tornikei cum Makedonis & Botazzi consocraneo suo perrexit Constantinopolim, ut faceret se Imperatorem.* Legendum *Consacraneo*, id est, eodem sacramento obstricto, conjurato. *Consacrare*, pro *Consecrare*, occurrit in aliquot Inscript. 18. 6. 867. 5. ut *Sacranea Deæ Cereris*, pro *sacrata*.

CONSALANEUS, Σύναλος, in Gloss. Lat. Gr. Contubernalis, qui eodem sale utitur, conviva.

CONSANARE, neutraliter: *si consanaverit*, in l. 10. D. de Ædif.

CONSARSUM, *Plumatum, vel acutè textum*, Papiæ. Vide *Sarsoria ars*.

CONSCAPLIUM, Interscapulium. Gloss. vet. cap. de Membris humanis: *Conscaplium*, μεταφρενον.

CONSCAPULA, Κύςιν, in Gloss. Græc. Lat.

CONSCEMATIZARE. Vide *Scematizare*.

CONSCRIPTI, Charta, contractus, libellus. Vetus formula 49. inter Lindenbrogianas: *Quicunque contra hanc donationem, unde inter nos uno tempore conscriptos firmavimus, venire aut infringere voluerit, &c.*

CONSCRIPTIO. Julius Firmicus lib. 8. Mathes. c. 30. *Qui ex sororum vel affinium conscriptione filios suscipiant, ex incestuoso coitu conquisitos.* Fortè leg. *Coitione*.

CONSECRARIA, *Pernitialis*, Papiæ.

CONSECRARE, Terminum constituere, figere: vox Agrimensorum. Gloss. Lat. Græc. *Consecravit*, καθίδρυσεν.

Consecrare. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Dedicat Pontifex atrium, templum, altare, tabulam altaris. Dedicare enim est locum Deo offerre, benedicere & sanctificare. Consecrat autem Episcopus utensilia Ecclesiæ, quæ ferè omnia Sacerdotibus sunt communia, vestimenta videlicet sacerdotalia, & pontificalia, altaris velamina, calicem, patenam, & corporalia, & vasculum Eucharistiæ, chrisma, oleum, vas chrismale, thus, & thuribulum, baptisterium, arcam vel scrinium reliquiarum, ciborium, id est, altaris umbraculum, crucem, tintinnabulum, & ferrum judiciale. Ea enim tantùm consecrat quæ à communi usu in cultum divinum separantur.*

Consecratio, τελετή, in Gloss. Græc. Lat.

Consecratio Virginum, in Concilio Carthag. III. c. 4. Carthag. IV. c. 11. apud Leon. PP. Epist. 92. c. 15. in Concilio Wormaciensi an. 868. can. 8. 20. in Legibus Luithprandi Regis Longobard. tit. 12. §. 1. & in Capitulari 1. incerti anni Caroli Magni c. 20. ubi ante 25. annum ætatis consecrari vetantur. *Monialis consecrata*, pro *Abbatissa*, in Concilio Oxoniensi ad. 1222. c. 38. *Et sola Monialis consecrata deferat annulum, & uno sit contenta.* Vide *Benedictio*.

Consecrari, Baptizari; *Consecratus*, Baptizatus. Paschazinus Lilybitanus Episcopus in Epist. ad Leonem PP. de Paschate: *In cujus* (Ecclesiæ) *baptisterio, nocte sacrosancta Paschali baptizandi hora, cùm nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint consecratis, cùm deductorium nullum habeat, ut venerat aqua, ex se se discedit.* Infrà: *Usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt.* Hinc ἁγιαςήριον, pro *baptisterio*, apud Theophanem pag. 98.

CONSECRETALIS. Gloss. Ælfrici: *Symmistes*, vel *Consecretalis*, ȝehala, *vel* ȝeƿunna, id est, domesticus. Charta Ottonis Imp. an. 980. ex Tabulario S. Vitoni Virdunensis: *Quare noverint omnes consecretales Palatii, cæterique fideles nostri, &c.* Occurrit in aliis in aliis Imperatorum Chartis ibid.

CONSECTANEUS, *Ejusdem sectæ*, in Glossis vett. qua notione vocem usurpat Sidonius lib. 1. Epist. 2. lib. 5. Epist. 6. & lib. 7. in Concion. & Epist. 14.

CONSEDERE, Invadere, per vim auferre. Antiq. Fuldens. lib. 2. Tradit. 45. *Villiperaht & uxor ejus tradiderunt ad S. Bonifacium partem hæreditatis suæ. Tunc contigit quòd Villiperaht obiit, —— & gener ejus VVolfhart injustè consedit illam traditionem, quam tradiderat VVilliperaht & uxor ejus.* Infrà: *Et ille VVolfhart supra dictam rem injustè concessam coram Centurione illo —— & coram hominibus multis reddidit, cum suo jure, & emendavit quòd injustè consedit illam traditionem, &c.* Et Tradit. 209. *Hanc traditionem accepit VVolfmant Advocatus Abbatis, Albuin Monachus, & N. Vilicus, & consederunt in dominium S. Bonifacii.*

CONSENTIATIVUS, Consentaneus, σύμψηφος, apud veterem Interpretem Concilii Constantinopolit. sub Mena. & Concilii Hierosol. sub Petro.

CONSEQUENTIA, Consensus, Lambertus in Vita S. Heriberti Archiepisc. Colon. num. 8. *Favet in idipsum tota curia una consequentia.*

CONSEQUUTIVUM, Consequentia, apud Petrum Cellensem lib. 1. Epist. 15.

CONSERGIUS, Custos, nostris *Concierge*, quibusdam quasi *Conservus*. *Consergius forestæ*, in 1 Reg. Parlam. fol. 40. De vocis etymo, vide an arrideat V. Cl. Ægidii Menagii conjectura.

CONSERVATOR. *Conservatores libertatum* Angliæ, apud Matth. Paris ac. 1244. p. 433.

Conservatores, qui, ut est in Concilio Herbipolensi an. 1287. c. 39. *personis religiosis & Monasteriis maximè dari consueverunt, exemptis per summum Pontificem aut Legatos ejus missos a Latere, &c.*

CONSERVATORIA, Rescripti Apostolici species, de qua Concilium Andegavense an. 1365. can. 1.

CONSERVATORIUM, in Jure Hungarico, *Sacristia*.

CONSIDERARE, Decernere, re expensa & considerata judicare. Epistola Caroli M. de victoria Avarica: *Sic consideraverunt Sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, &c.* Nicolaus I. PP. in Resp. ad Consulta Bulgar. c. 26 *Pœnitentia, quam Antistes loci —— consideraverit, submittantur.* Hincmarus Remens. Opusc. 34. *Mandavit suos homines ad se venire præterita die Sabbathi, & voluit considerare de servitio Regis, & de illa opera ad suam Ecclesiam.* Capitulare an 828. *Item consideravimus ut Missos nostros per universum regnum nostrum mitteremus, &c.* Capitulare Tolosanum Caroli Calvi c. 2. *Accipiant 2. solidos, —— sicut consensu Episcopi considerasse dicuntur.* Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 23. *Sanxit quoque antedictus Aldricus Episcopus, —— & consideravit, ut in die ordinationis ejus &c.* Infrà: *Est namque à præfixis Sacerdotibus & Dei servis consideratum & decretum, ut &c. Sicut Curia consideraverit*, in Fleta lib. 1. c. 34. §. 33. Vide Leges Luithprandi Regis Longobard. tit. 42. §. 5. & Capitulare Caroli M. an. 807. c. 3. Hinc

Consideratio Curiæ, Decretum, judicium Curiæ. Lex Longobard. lib. 1. §. 21. de Mulctis pro occiso homine: *Majores verò, secundùm quales personæ fuerint, ut in nostra consideratione vel successorum nostrorum, debeant permanere; quomodo ipsa compositio usque ad 300. sol. debeat ascendere, ampliùs non.* Epist. 58. ex iis quæ habentur tom. 4. Hist. Franc. *Ita quòd de querelis, quæ inter nos sunt, mittantur in consideratione Archiep. Remensis.*

Remensis. Charta Communiæ Meldensis Henrici Comit. Trecensis ann. 1170. in Tabulario Campaniæ Bibl. Thuan. f. 298. *Si quis alicui de Communia injuriam illatam ad considerationem scabinorum emendare voluerit.* Charta anni 1240. in Tabul. Campan. Bibl. R. f. 366. *Consideratione Majoris illud emendabit,* Iterum: *Ad considerationem Majoris illud emendabit.* Additam. ad Matth. Paris p. 97. *Semper paratus est stare ad considerationem Parium suorum, quod nunquam de maritagio se intromisit.* Monastic. Anglic tom. 2. pag. 221. *Abstulit ei dictam terram per considerationem Curiæ suæ.* Adde Regiam Majest. lib. 1. c. 13. §. 2. Brompton. pag. 937. &c. Duchesn. in Probat. Hist. Momorenc. p. 87. Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 438. &c.

Consideratio, interdum Jurisconf. Anglis est illud συνάλλαγμα, quod contractibus vires dat. Vide Covvellum lib. 3. Instit. tit. 16. §. 4.

CONSIGILLATIO. Leges Athelstani Regis c. 19. *Insigilletur manus ejus, & inquiratur die tertia si mulaminum sit intra consigillationem.* Versio Saxonica, *manus* (ordalio probati, projecto jam ferro ignito, è vestigio) *obsignetur, & inquiratur die tertia si munda sit, vel immunda,* (inusta scilicet nec ne) *intra obsignationem.*

CONSIGNATIO, Probatio per *signa,* seu per chartas. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani c. 18. *Omnes homines qui sub tua potestate sunt, ex quocunque habeat prædicta munimina sua perdita, si contentio fuerit de rebus aut servis aut ancillis aut Aldionibus eorum, si aut per consignationem, aut per pugnam approbare potuerint, quousque ad ipsum tempus quo barbaricum exortum est inter nos & vos, &c.*

Consignatio judicis. Veteres precariæ in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 62. 66. *Nos rectores S. Gervasii sine ulla judicis consignatione, aut heredum meorum contradictione in vestram faciatis revocare dominationem, &c.*

CONSIGNARE, Fronti baptizati oleo signum Crucis imprimere, seu *Confirmationis* Sacramentum impertiri baptizato, quod solius est Episcopi. Innocent. I. PP. Epist. 1. c. 3. *De consignandis vero infantibus, manifestum est non ab alio quam Episcopo fieri licere.* Infrà: *Frontem ex eodem oleo* (chrismate) *signare solis debetur Episcopis, &c.* Adde cap. 6. Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Cùm ad benedicendum oleum annis singulis, competentibus diebus, in baptisterio venisset, & ingrediens cocinaulam ad consignandos infantes, &c.* *Consignationem pontificalem adhibere,* in Epist. 9. Gelasii I. PP. *Spiritum sanctum per impositionem manus Episcopalis in consignatione accipere,* in Capitul. Caroli Calvi tit. 29. §. 1. Concilium Romanum ann. 904. can. 6. *Consignationes autem sacri chrismatis & olei, &c.* *Consignatio infantum,* apud Riculfum Suessionensem Episcopum in Constit. cap. 5. Anastasius in S. Silvestro PP. *Et privilegium Episcopis dedit, ut baptizatum consignarent propter hæreticam suasionem.* Hac notione usurpant Concilium Arausican. I. can. 1. Arelat. II. can. 26. Toletan. XI. can. 8. Crisconius c. 93. Diurnus Romanus cap. 3. tit. 7. Statuta Mainardi & Joannis Cardinalium an. 1067. apud Baron. hoc an. num. 9. vetus inscriptio Christiana apud eundem an. 367. num. 5. Capitularia Attonis Episc. c. 77. Bruno Signiensis de Vestimentis Episc. p. 95. &c. Vide Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccl. lib. 6. cap. 43.

Consignare, Signo sanctæ Crucis alicui benedictionem impertiri, in Vita S. Theotonii Canonici Regul. num. 10. & apud Cyprianum in Vita S. Cæsarii Arelat. sub finem, &c.

CONSIGNATORIUM, Locus in quo baptizati confirmantur. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis in Joanne, qui vixit an. 616. *Hic pulcrum construxit ædificium marmoreis columnis affabre suffultum, atque nobilibus picturis decoratum, quod Consignatorium Albatorum vocabatur, inter Fontes nempe majores quos Soter Episcopus fecerat, & Ecclesiam Stephaniam per cujus januas duas, qui sacrum Baptisma recepissent à dextera parte ingredientes, Episcopo qui illorum in medio residebat, offerebantur, & benedictione accepta, ordinatim a sinistra parte exirent.* At Alcuinus lib. de Divin. offic. c. de Sabbato sancto Pasch. ait recèns baptizatos in sacrario confirmatos: *Pontifex ergo à Fonte in sacrarium* (procedat) *& habens ibi compositam sedem, sedeat in ea, ut cùm vestiti fuerint infantes, confirmet eos, &c.*

CONSILIARE, Consiliari, Consilium inire adversùs aliquem, mortem alicui clam machinari. *Mortem viri sui consiliare,* in Concilio Vermeriensi an. 752. can. 5. *Consiliare in mortem Regis,* in Capitul. Francoford. an. 794. c. 7. Annales Francor. & Chron. Reichersperg. an. 788. *Comprobatus est ad Avaros se postea transtulisse, & in vitam fidelium Regis consiliasse.* Regestum Petri Diac. Casinensis num. 409. *Contra animam nostram cogitaverunt & consiliaverunt, ac inimicos infra nostram provinciam invitaverunt, & conduxerunt, & propterea res eorum nostro fisco deductæ sunt.* Vide Concil. Francoford. an. 794. c. 9. Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 598. &c. Vide Suidam in ἀλογιστραγεῖν.

Consiliare, consilium dare. Passio S. Maximiliani: *Dion ad Victorium patrem ejus dixit: Consiliare filium tuum. Victor respondit, ipse scit Consilium suum.*

Consiliari, eadem notione. Lex Saxonum tit. 3. §. 1. *Qui in regnum, vel Regem Francorum vel in filios ejus de morte consiliatus fuerit, capite puniatur. Consiliari contra animam Regis,* in Lege Longobard. lib. 1. tit. 1. §. 1. *In vita Regis consiliari,* in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 35. *In alterius mortem consiliari,* in Legib. Rotharis Regis Longobard. tit. 3. qui inscribitur *De consilio mortis.* Paulus Warnefridus de Gestis Longobard. lib. 6. c. 6. *Postquam hoc consiliati sumus,* Anastasius in Hist. Eccl. *Consiliati sunt milites Salomonem in templo perimere.* Ubi Theophanes habet ἐπεβουλεύσαντο. Eadmerus lib. de Similitudinib. S. Anselmi cap. 30. *Ut cùm aliquis intuetur & auscultat quosdam, quos consiliari conspicit, & de quibus suspicatur aliquid mali.* Ubi *Consiliari* propriè est secretò colloqui. Historia Belli-sacri vernacula MS. *Saladin les trait à conseil comment il porroit esploitier, &c.* *Parler conseil,* apud Joinvillam in S. Ludovico. Vetus Poëma cui titulus *le Doctrinal:*

Certe j'ay grant merveille d'une caitive gent,
Qui blasment les preudomes à conseil coiement.

Robertus Bourronus in Merlino MS. *Et quant il se departi de vous, il vous dist en conseil, en riant, &c.* Christina Pisana 2. part. *du Tresor des Dames,* cap. 7. *Et s'acointeront à conseil, &c.*

Consilium malum, seu *Consilium mortis,* in Legibus Luithprandi Regis Longobard. tit. 105. §. 3. tit. 108. §. 1. Alias, Latinis.

Consiliari, est *Consultare,* Ad consilium convenire, consilium inire de re aliqua. Vide Gloss. Jacobi Gotofredi ad Cod. Theod.

CONSILIARIS, Consiliarius. Passio S. Victoris Massiliensis:

Ultra quemque parem faceret tibi consiliarem.

Occurrit etiam apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 3. qui *ministrum, consiliarem* vertit.

CONSILIARIUS, Consiliorum particeps: Gallis, *Conseiller. Consiliarii Regis,* in Lege Burgund. in Proœmio, & in Capitul. Caroli Calvi tit. 16. c. 12. & tit. 30. Constantinus lib. 1. de Them. Κονσιλιαρίοι, τουτέστι βουλευτάς. Glossæ Græco Lat. Γνώμη, *sententia,* Γνωμοδότης, *Consiliarius, consiliator, suasor.*

CONSI-

CONSILIATOR, *Consiliarius*. Gloss. Græc. Lat. συμβουλος, *Consultor, Consiliator, Consiliarius*. Occurrit in Charta Roberti Comitis & Abbatis S.Martini Turon. apud Sammarthanos in Archiep. Turon. n. 54. Utitur etiam Plinius lib. 4. Epist. Lactantius lib. 2. & 4. vetus Interpres Juvenalis Sat. 7. v. 124. Annales Francorum Fuldenses an. 887. &c.

CONSILIATORIUM. *locus consiliorum*, Ugutioni.

CONSILIOSUS, Prudens, consilio præstans Fredegarius in Chronico cap. 61. *Cùm esset cautior cunctis, & consiliosus valde, & plenissimus fide*. Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperial. cap. 94. *In omnibus augustiis consiliosus*. Hinc *Consiliosior* & *Consiliosissimus* apud Sidonium lib. 1. Epist. 1. & in Concion. apud Joannem Sarisberiensem in Policrat. in Prol. lib. 6. cap. 25. Epist. 282. Guillelm. Pictavinum in Gestis Guill. Ducis Norman. p. 184. & in Gestis Domini Ambas. c. 2. n. 4.

Consiliosè, Prudenter, cum consilio, apud Fredegar. in Chron. c. 61. Petrus Blesensis Epist. 12. *Quidam omnia consiliose disponunt, & semper in contrarium eis cedit. Consiliosissimè perpendens*, apud Willelm. Malmesbur. lib. 5. Hist. p. 166.

Consiliosè, Per insidias, apud Fredegarium in Epitome cap. 71.

CONSILIUM. Hæc vox variè sumitur.

Consilium, seu *dies consilii*, qui concedebatur reo, ut ei de actori respondendo caveretur: *Jour de conseil*, in Consuetudine Senonensi art. 143. & in Stabilimentis sancti Ludovici lib. 2. cap. 13. §. 1. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 46. *In aliis quærat accusatus consilium, & habeat ab amicis & paribus suis, quod nulli jure debet defendi, &c.* Cap. seq. *Si quis à justitia Regis inplacitatus ad consilium exierit, &c.* Adde cap. 48. 49. 51. Ordericus Vitalis lib. 11. *Cumque Robertus licentiam, ut moris est, eundi ad consilium cum suis postulasset, eademque accepta egressus, purgari se de objectis criminibus non posse cognovisset, &c.* Arestum an. 1260. in Probat. Hist. Guinensis pag. 374. *Et habuerat super hoc diem consilii & ostensionis*. Vetus Franciæ Consuetudinarium: *Selon l'usaige de Court-laye, il y a grande difference entre deliberation & advis. Car jour d'avis est prins par le deffendeur au commencement de la cause; mais deliberation est prinse par le demandeur, quand sur le jour d'advis le défendeur propose aucunes exceptions ou défenses, sur lesquelles le Procureur du deffendeur a à parler à son Maistre*. Cap. seq. *Le défendeur comparant en personne ou par Procureur aura advis de 40. jours, & puis aura veue*. Cato vernaculus MS.

Amis, quant tu as à plaidier,
Et tu n'as qui te voeille aidier,
Ton jugeour conseil demande,
La Loi du droit si le commande.

Vide Magnum Recordum Leodiense p. 60.

Consilium eruditum, apud Jurisconf. Anglos, *conseil erudit*, qui aliàs Attornatus, seu Advocatus vel Procurator, qui pro quovis reo & accusato in jure respondet, illius jura plenè edoctus. At in crimine læsæ majestatis reus per se respondere tenetur, non verò per atornatum. Vide Stanfordium in Placitis Coronæ lib. 2. cap. 63.

Consilium, pro *Concilium*, Cœtus, quomodo *Consilium* vocamus cœtum Consiliariorum. Gloss. Basilic. Κονσίλιον, συνέδριον ἐκ φανερῶν ἀνδρῶν. Vide Jacobum Gotofred. ad l. 1. Cod. Theod. de Legat.

Magnum Consilium: ita passim in veteribus Tabulis Gallicis appellatur Consessus Consiliariorum intimorum, quod & *Privatum* interdum, ut & hodie dictum. Guill. *Guiart* ann. 1276.

Cil du Privé Conseil connurent,
Qu'il n'iert pas tans de l'estriver.

Consilium strictum, seu *Conseil estroit*, in Ratificatione Testamenti Philippi Pulcri per Ludovicum Hutinum mense Decemb. an. 1314. Postmodum peculiari appellatione donata Curia, quæ hodie *le Grand Conseil* nuncupatur, instituta à Carolo VIII. Edicto dato Donjoni in Boiis 2. Aug. ann. 1497. & verificato Molini: in Magno Consilio 13. Septemb. seq. quo idem *Magnum Consilium* in *Collegium* redegit, conflatum ex Cancellario, Magistris Requestarum, & 17. Consiliariis ordinariis per trimestre tempus cum eodem Cancellario servientibus, qui cum eo de Cancellariæ negotiis, & majoris momenti litibus tum hæreditariis, tum beneficiariis, quæ in Magno Consilio dirimi solebant, judicarent.

Consilium, Favor, consensus, laudimium. Charta Guillelmæ filiæ Guillelmi D. de S. Michaële an. 1203. *Videlicet albergium duobus Militibus & tertiæ partis alterius Militis, & dominium, & consilium, & laudimium, &c.* Charta Willelmi D. Montispessulani an. 1103. *Pertinent etiam Vicariæ omnes, donationes, & omnia consilia omnium honorum, & omnium pignorum totius Montispessulani*. Alia an. 1246. apud Gariellum in Episc. Magalon. pag. 256. *Omnia laudimia, acapita, seu consilia omnium honorum, &c.* Vide eundem pag. 293. Regestum Comitatus Tolosæ an. 1231. *Petebat atque idem Abbas quartam partem justitiarum quæ fuit dominorum de Lauriaco, quia dicebatur esse de feudo Ecclesiæ Galliacensis; & quidquid sine consilio ejus Comes emerat, dicebat emptionem non valere de jure*. Statuta Monspelliensia an. 1204. cap. 13. *Qui comprez maison o sol non bastit à Monpell. dona daqui per consell la quinta al senhor*. In Statut. iisdem Latinè editis: *Quicumque comparat domum vel solum fortè inædificatum in Montepessulano, dat inde pro consilio quintam domino: hoc est, si venditor habuerit de pretio centum solidos, dat emptor 25. solidos, &c.* Cap. 57. *Dominus Montispessulani vel ejus Bajulus nullatenus donare, vel vendere, vel concedere potest consilium, vel laudimium alie. jus rei quæ ab ipso teneatur, donec ipsius rei venditio vel alienatio sit contracta*. Vide *Consiliare*.

CONSIMULARE, idem quod *Assimilare*, Simul cogere, *Assembler*. Leges Luithprandi Regis Longobard. tit. 110. §. 4. *Quia non potuimus mulierum collectionem ad Arschild consimulare, &c.*

CONSISTENTES, dicti ii qui cum aliis fidelibus stantes orabant, necdum tamen ad Sacramenta admittebantur: preces enim fideles stantes peragebant: συνεστῶτες in Concilio Ancyrano can. 24. 25. & in aliis apud Allatium lib. de Narthece veteris Eccles. p. 25. Concilium Agathense can. 60. *In pœnitentium loco standi & orandi humilitatem ita noverint observandam. Consistentes feminæ* in Concilio Romano sub Eugenio II. PP. in quo præcipitur *ne viris sociari permittantur*. Id est, viduæ, vel virgines quæ *pœnitentiæ benedictionem* acceperunt.

CONSISTERIUM, Papiæ, *Rupis alta*.

CONSISTOR, Dignitas aliqua urbana, Consiliarii Consistoriani fortè. Charta Walteri *de Gant* in tom. 2. Monastici Angl. pag. 848. sic clauditur: *Testibus Roberto de Gaunt, Willelmo consistore Cestriæ, Will. de Mandeville, Lamberto consistore*. Academici Cruscani tradunt in Republica Senensi esse Magistratum, qui *Consistoro* appellatur.

CONSISTORIUM, est quivis locus ubi consistitur. Ita Tertullianus de Resurrect. mortuor. cap. 20. *terram in qua homines consistimus. Consistorium* vocat. De vocabulo, Latinumne sit, an barbarum, videndus Olaus Borrichius lib. de Variis Linguæ Latinæ ætatibus p. 73.

Consistorium, Joanni de Janua, est *vestibulum, porticus, locus ad consistendum*, quod iis scilicet in locis consistant qui ad januas ædis præstolantur, donec in eas admittantur. Liber Esther cap. 5. *Et ille sedebat super solium*

lium suum in Consistorio Palatii contra ostium domus. Quod quidem Regis Consistorium non erat exterius Palatii vestibulum, seu Græcorum τὸ χυλεῖον, sed interius; nam paulo antè: *Induta est Hester regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius intra basilicam Regis, Et ille sedebat, &c.* Qua quidem notione *Consistorium*, exterius cubiculum, ex quo in *Silentiariorum*, & ex eo in ipsum Principis cubiculum ibatur, à consistente multitudine, & Principis audientiam præstolante, appellatum auctor est Cyrillus Scythopolitanus apud Alamannum ad Procopii Historiam arcanam. Ita etiam usurpavit Ordericus Vitalis lib. 2. *Ecce januas hîc disponam, & ad ortum solis ingressum: primo Proaulam, secundo Salutatorium, in tertio Consistorium, in quarto Tricorium, &c.* Sed & ejusmodi.

Consistorium locus fuit Cubiculariis potissimùm addictus, in quo excubabant potiùs quàm cubabant, quo paratiores essent ad Domini præcepta. Sidonius lib 2. Epist. 2. *Interjecto Consistorio peranguſto, ubi somnolentia Cubiculariorum dormitandi potiùs quam dormiendi locus est.* Ita Monachus Sangallensis lib. 2. de Caroli M gest. cap. 8. ait quosdam Legatos, priusquam ad Imperatoris admitterentur conspectum, *reperisse in Consistorio Cubicularios Imperatoris circa magistrum suum.* Cùm igitur in hisce locis consisterent qui Principis audientiam præstolabantur, ipseque Princeps ex interiori cubiculo in illud exterius progrederetur & veniret, quò supplices audiret, & causas ac negotia dirimeret subditorum, in eo pro tribunali sedebat, quinetiam inquirentibus in negotium & dispicientibus Consistorianis, ut Ammianus lib. 15. ait. Atque inde.

Consistorium, appellavere generatim locum in quo Princeps de rebus publicis consultat ac deliberat cum suis Consistorianis. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod 2062. Κονσιστώριον κατὰ Λατίνους, θεῖον συνέδριον. Glossæ Basilican: Κονσιστώριον, βασιλικὸν σέκρετον. Alibi: Κονσιστώριον, σεκρετάριον βασιλικόν. Ita enim legendum, pro συγκάθεδροι. Concilium Calchedonense Act. 1. Σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου. *Acta in Consistorio Gratiani Augusti*, seu *Commentaria rerum gestarum, ipsaque judicia*, habet Lex 3. Cod. Theod. de Offic. judic. cujusmodi præterea habentur in l. 2. Qui bonis ex lege Jul. in l. 1. de His quæ administ. & in l. 5. & 8. de Fide test. eod. Cod. *Consistorii* Gratiani meminit Ausonius in Gratiar. actione: *In illa verò sede, ut ex more loquimur, Consistorii, ut ego sentio sacrarii tui, nullus unquam superiorum aut dicenda pensiùs cogitavit, aut consultiùs cogitata disposuit, aut disposita maturiùs expedivit.* Postmodum Justinianus juri dicundo *novum consistorium* extruxit in ea urbis parte, quam Hebdomum vocabant, de quo pluribus egimus ad Villharduinum n. 85.

Stetisse autem, non adsedisse Consistorianos in *Consistoriis* Principum, videtur indicare S. Ambrosius Epist. 133. *Ubi sedit in Consistorio, ingressus sum: assurrexit ut osculum daret, ego inter Consistorianos steti.* Et Lex 5. Cod. Theod. de Fide test. *Pars actorum habitorum apud Imperatorem Julianum ---- Constantinop. in Consistorio, adstante Jovio viro clarissimo Quæstore, Anatolio Magistro officiorum, &c.* Certè stetisse Imperatorem, cum sententiam diceret, aut alloqueretur Concilium, observare est ex Sguropulo in Histor. Concilii Florent. Vide Glossar. med. Græcit. in Σιλέντιον. Interdum tamen adsedisse Consistorianos constat, ut ex Vopisco in Aureliano, Ammiano lib. 22. Procopio, & aliis observare est.

Consistorium, Exedra ædi sacræ adjuncta, in qua fortè consistebant Sacerdotes de rebus sacris cum Episcopo disceptaturi. Charta donationis Ecclesiæ Cornutianæ edita à Suaresio: *Item ante regias basilicæ vela linea plumata majora fissa numero tria. Item vela linea pura tria, ante consistorium velum lineum purum. In Pronao velum lineum purum 1. & intra basilicam pro posticia* (sic legendum) *vela linea rosulata 6. & ante secretarium vel curricula vela linea rosulata pensilia, habentia arcus 2.*

Consistorium postmodum etiam appellaverunt consessum Episcoporum aut Presbyterorum, qui pro emergente quapiam inopinata difficultate congregabantur, ex loco ubi consistebant, appellationem sortitum, uti observat Holstenius ad Synodum Romanam sub Bonifacio II. pag. 228. quomodo etiamnum vocant Cardinalium consessum coram Pontifice. Joannes Villaneus lib. 7. cap. 63. *Il. Papa pieno concistoro fece loro questa risposta.* Adde lib. 8. cap. 5. Gesta Innocentii III. PP. *Ter in hebdomada solenne consistorium, quod in consuetudinem jam devenerat, publicè celebrabat, in quo auditis querimoniis singulorum minores causas examinabat per se tam subtiliter & prudenter, ut omnes super ipsius subtilitate & prudentia mirarentur.* De Consistorio Papali multa habet Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 9.

Consistoriani. Vide *Comites Consistoriani.*

CONSOCER, Græcis συμπένθερος, de qua voce diximus in Notis ad Alexiadem pag. 281. Adde Nomocanonem editum à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio c. 492.

CONSOCRANEUS. Vide *Consacraneus.*

CONSOLAMENTUM, Ita manus impositionem & Baptismum appellabant *Cathari* hæretici, ut auctor est Reinerus contra Valdenses cap. 6. p. 60. & 71. Ermengardus verò contra eosdem, cap. 14. ritum conferendi *consolamenti* pluribus refert.

CONSOLATI, Paterini hæretici, sic appellati in Lombardiâ qui *Boni-Homines* in Theutonia. Reinerus contra Valdenses cap. 6. & Ermengardus contra eosdem cap. 14. ita dictos ajunt, quod *Consolamentum*, seu *Consolationem*, uti habet Concilium Narbonense anno 1235. can. 29. quo nomine, *manuum impositionem* & Baptismum appellabant, suis impertirent.

CONSOLATIO, Serotina cæna, quæ post *collationem* fiebat à Monachis, qui quod vice *Consolationis*, & gratuitæ refectionis, post impensas orationi & lectioni horas complures iis impertiretur, detorto inde vocabulo, *Consolationem* hanc refectionem pro collatione appellarunt. Grodegangus Metensis Episc in Regula Canonicorum cap. 8. novæ Edit. 23. *Si verò contigerit quòd vinum minus fuerit, & istam mensuram Episcopus, vel qui sub eo est, implere non potest, ---- impleat de cervisia, & eis consolationem faciant.* Idem cap. 36. novæ Edit. 30. *Postquam de refectorio exierint, in caminada bibant duabus vicibus aut tribus, qualiter consolatio fit, & ebrietas non dominetur,* Conventus Aquisgranensis an. 817. & Additio 1. Capit. c. 11. *Ut certum phlebotomiæ tempus non observent, sed unicuique secundùm quod necessitas expostulat, concedatur, & specialis in cibo & in potu tunc consolatio præbeatur.* Charta ann. 862. apud Doubletum p. 793. & in Tabul. S. Dionysii Ch. 31. *Et consolatione carnium in famulos eorum censita quæ illis dabatur in iisdem tribus festivitatibus, & initio Quadragesimæ.* Concilium Moguntinum an 847. can. 16. *Sanctimoniales verò ---- horas canonicas ---- celebrent, & omnibus diebus ad consolationem veniant, & ut cætera servent, quæ in regula sanctimonialium continentur.* Atque hac notione usurpatur in variis Tabulis apud Brovverum in Antiquitatib. Fuldensib. pag. 207. 269. 270. Vita S. Nili Junioris pag. 80. Ἠνέγκε τις ἰχθύας ἐν τῇ μονῇ καλοὺς καὶ μεγάλους, ---- ἵνα μικρὰν παράκλησιν λάβωσιν οἱ ἀδελφοὶ ἐκ τῆς πολλῆς καὶ μακρᾶς νηστείας. Vide *Caritas.*

Consolatio, Solatium, auxilium, in Form. 33. apud Lindenbrog. & Gloss. med. Græcit. in παράκλησις.

CONSONANTER, *Convenienter*, in Gloss. MSS. ad Canones Concilior. ad can. 20. Concilii Nicæni.

CONSORTES. Gloss. Lat. Græc. *Consortis*, κοινόβιος, σύγκληρος. *Consors*, σύκληρος. Vetus Inscriptio: *L. Ælius ---- L. Ælio Antigon. lib. consorti.*

Consortes

Consortes propriè dicuntur ejusdem agri vel dominii participes, qui sortes suas vicinas habent, ut apud Frontinum de Limit. agror. pag 47. Constitutio Tiberii Cæsaris, apud eundem: *Est & aliud quod proximis ædibus unusquisque miles vel consors condidit in portionibus suis*, quo sensu sumitur non semel in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 5. §. 5. lib. 10. tit. 1. §. 4. 6. 7. tit. 5. §. 5. in Lege Burgund. tit. 49. §. 3. apud Senatorem lib. 7. Epist. 3. &c.

Consortes coloni, Qui vicinos agros coluntꝫ arant. Vita S. Domitiani Confessor. apud Guichenon. *Concedimus——vineam unam supra villam quæ dicitur Deserta, & terminatur à manè; interque consortes colonos & campum de ipsa ratione subtus viam à meridiè via à sero inter consortes colonos, &c.*

Consortes, Fines agrorum, termini, limites, quos *lineas consortales*, id est, quæ consortium agros dividunt, vocat Frontinus de Coloniis: *Nam sunt termini proportionales, quos milites inter se veterani posuerunt; & custodiunt lineas consortales.* Charta an. 1032. in Chronol. Lerinensi pag. 365. *Est autem inter consortes de uno latere fluvius, qui nominatur Lupus; de alio; rivus Malvanus; & de uno fronte Mare magnum, de alio fronte, mons qui est supra Ecclesias, sicut demergit aqua in imo, vel si qui alii consortes sunt.* Charta Riculphi Forojuliensis Episcopi apud Sammarthan. *Consortes de uno latere Mare magnum, de altero latere castrum Gorgia, &c.* Charta Manassis Archiepisc. Arelat. apud eosdem: *Commutamus vobis campo culto ad ipsa Elseria consortes de uno latus, Bermundus de alio latus, &c.* Vide Petrum Joffredum in Nicia pag 159. *Consors*, non semel in Consuet. *de la Perouse* an. 1260. *Scabinos*, quasi *Consortes*, appellari putat Editor Thomasserius, sed videtur pro *Consules* vox usurpata.

Consortales stratæ, in jure Vicentino lib. 1. quæ juxta *consortes* protenduntur.

CONSORTIARE, In consortium admittere; vel simul partiri. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Arag. an. 1247. f. 17. *Si unus frater ante divisionem paternorum bonorum ex ipsis bonis aliquid acquisierit, tenetur cum aliis fratribus aut sororibus consortiare.*

CONSORTIUM, Conventus, & congregatio Presbyterorum, cùm scilicet invicem de rebus Ecclesiasticis & parochiarum suarum deliberant. Concilium Nannetense can. 15. *De collectis, vel confratriis, quas Consortiu vocant, &c.* Walterius Aurelian. Episc. in Capitul. can. 17. *Ut quando ad Conventum, quod ipsi* (Presbyteri) *Consortia vocant, religiosè equitent, juniores prioribus fratribus honorem impendant.* Vide *Gildonia*.

CONSPALATIUS. Vide *Comes Palatii*.

CONSPARSUS; Aspersio aquæ benedictæ; quæ *Aqua aspersionis* dicitur Anastasio in S. Alexandro PP. Liber 3. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 75. 76. *Benedictio aquæ spargendæ in domo. Item alia. Item ad Consparsum faciendum.* Visio S. Baronti num. 1. *Tunc tremefactus Frater, ad quotidiana arma conversus cœpit se signare, & cum gemitu gravi rogabat consparsum in ipsam domum facere, ut turba malignorum spirituum exinde fugaretur.* Vide *Aqua benedicta*. Vide Cujacium lib. 11. Observ. cap. 7.

CONSPICABILIS, Qui conspici potest, visibilis. Vigilius Tapsensis lib. 7. de Trinitate pag. 260. *Dum dicitur mihi, quod multifariè à Patribus in conspicabili materia visus fuerit, ignoras in præfigurationem operis assumpti hominis, sive futuri judicii hæc cuncta in eo præostensa fuisse.* Occurrit præterea apud Prudentium.

CONSPIRATIO, apud Cistercienses, dicitur Contra ordinis disciplinam & majorum instituta confœderatio. Ita Institutiones Capituli general. ejusdem Ordinis ann. 1256. distinct. 10, c. 7. *Conspiratrix* Monialis, distinct. 15. cap. 8.

CONSPIRATORES, Leguleis Anglis; dicuntur duo aut plures, qui sacramento invicem sibi dato & firmato crimen feloniæ vel litem injustè alteri intentant. Statutum Bervvicense Edvvardi III. Regis Angliæ anni. 20. *Quicunque voluerit conqueri de conspiratoribus falsarum querelarum, sustentoribus; & inventoribus falsarum querelarum, & inde partem habentibus, & contraversiarum barganizatoribus, &c.* Statutum Edvvardi I. an. 35. *Conspiratours, sont ceux queux se entrelient par serement, convenant, ou auter aliace, que chescun aidra & sustiendra auters entreprise, de falsement & maliciousement enditer, ou falcement mover plees, ou maintener, & auxi ceux queux sont enfantés deins age appeler les gens de felonies, per qui ils sont emprisonnez, & molt grievez, ou de ceux queux receivont gentes de pays à lour robes, ou à lour fées, pur maintenir lour malici use emprises, & pour verite esteinder, &c.* Vide Stanfordium lib. 3. de Placitis Coronæ cap. 20.

CONSPOLIUM, apud Arnobium lib. 7. Libi species.

CONSPONSALIS, Commater. Leges Presbyterorum Northumbrensium c. 53. *Ut nemo matrimonium contrahat in cognati ne sua, scilicet infra gradum seu geniculum quartum, nec cum consponsali sua ad sanctum fontem.*

CONSPONSUS, *Janitrix*, σύνυμφος, in Gloss. Gr. Lat.

CONSTABILITOR, in Charta Roberti II. Principis Capuani. apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano p. 643.

CONSTABULARIUS, *Constabulatio*, &c. Vide *Comes stabuli*.

CONSTAMENTUM, *Constangia*. Vide *Custus*.

CONSTANTINUS. solidus, Moneta aurea Imperatorum Constantinop. Charta Petri Salernitani Episcopi an. 6. Principatus Gaimarii Principis mense Martio circa an. 877. apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 501. *Obligamus nos & successores nostros ad componendum vobis——mille aureos solidos Constantinos.* Et p. 504. *Componat ipsi patruo, & nepotibus eorum 50. aureos solid. Constant.* Ita p. 500. 978. to. 6. p. 844. to. 8. p. 302. 714. 718. At to. 7. p. 509. *Quatuor millia solidos Constantinopolitanos* habetur. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imperatorum Constantinopolit.

CONSTAPHOLARII, Germanis ad Rhenum *die Const fler*: Assessores judicii, à stapfolo seu tribunali, in quod gradibus ascendebatur, sic appellati. Ita Brovverus lib. 8. Annal. Trevir pag. 473. 1. Edit. Vide *Staph lum*.

CONSTARE, pro *Stare*, *Demeurer*. Lex Bajvvar. tit. 3. cap. 11. *Si quis liber à facie inimicorum suorum fugerit, & aliusem per vim constare fecerit, &c.*

CONSTELLATIO, Θέμα τοῦ ἀνθρώπου, in Gloss. Græc. Lat. Papias: *Constellationes Latini vocant superstitiones Mathematicorum, id est, notationes siderum, quomodo habeat unusquisque.* Poëta infimi sæculi MS. ex Bibl. Thuana:

Constellatio, mors, parcæ, responsa deorum,
Eventus rerum, signantur nomine fati.

Spartianus in Ælio Vero: *Quid si non rectè constellatio ejus collecta est, quem credimus esse victurum?* S. Gregorius Nazianzenus Carm. de Vita sua:

Ἔθος γὰρ ἐγχρόνιζον εἰς νόμον τέλει.

S. Cæsarius quæst. 47. Ἐν τοῖς μὲν τὸ γράμμα, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια.

CONSTIPS, Papiæ, *Particeps*.

CONSTITUTIO, Census, consuetudo, præstatio quæ ex *constituto* exsolvitur. Orig. Murensis Monasterii pag. 23.

pag. 23. *Iste locus Mura cum omnibus justitiis & constitutionibus legitimis ad se pertinentibus, &c.* Pag. 25. *De constitutionibus autem rusticorum, ne penitus memoriæ decedat, necesse est ut scribatur, &c.*

CONSTITUTUM, Decretum. Gloss. Lat. Græc. *Constitutum*, Συςαθὲν, συνταγὴν. Aliæ Glossæ: *Constitutum*, ὅρος, τύπος. *Constitutum*, σύνταγμα. Vopiscus in Probo: *Miraris fortassis quòd ego imberbem Tribunum fecerim contra Constitutum D. Adriani.* Vigilius PP. Epist. 15. *Rogo te piissimum Principem, ut edita sua quæ præcepit appendi, removere digneturr, & Constitutum commune expectare, id est, ut scandalizati Episcopi Latinæ linguæ ad Synodum veniant.* Vide Codicem Justinian. Anastasium in Vitis PP. passim, Lupum Ferrar. Epist. 80. Baronium an. 553. n. 213. an. 601. n. 12. an. 721. n. 1. &c.

Constitutum, Dies constitutus, præfinitus. Lex Longobard. lib. 2. tit. 41. §. 3. *Si talis causa fuerit, quam deliberare minimè possit, ponat constitutum, & distringat hominem illum de judiciaria sua, &c.* Id est, diem constituat, ut lib. 2. tit. 21. §. 1. Aliàs ita etiam usurparunt Varro, Cicero, & alii è Latinis Scriptoribus.

CONSTREINUS. Fragmentum Petronii: *Destinavi illum artificii docere, aut constreinum, aut præconem, aut certè causidicum.* Apparitorem fortè, quòd reum constringat.

CONSUETUDO, Lex municipalis. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 12.

Mos est antiqua consuetudoque probata,
Est Consuetudo jus scriptum more statutum.

Ammianus lib. 29. *Cum objiceretur illi, quamobrem Constellationem Principis collegisset.* Althelmus de laude virginitatis: *Fato & genesi gubernantur futura, juxta Mathematicorum Constellationem.* Vide Firmicum lib. 4. Mathes. c. 3. Hinc dictus *Constellator*, Mathematicus. Vide *Cantellator*.

NB. Hæc nota ad v. *constellationem*, illa ad *consuetudinem* ferenda:

Usatici Barcinonenses MSS. editi à Raimundo Berengarii Comite Barcinon. & Adelmodi uxore, cap. 130. *Unaquæque gens propriam sibi ex consuetudine eligit legem: longa consuetudo enim pro lege habetur. Lex autem juris est species, Mos autem longa consuetudo est, de moribus tractat tantundem. Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod per legem habetur: nam quod Rex vel Imperator edicit, Constitutio vel Edictum vocatur. Omne autem jus legibus & moribus constat: Mos verò est vetustate probata consuetudo. Institutio æquitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Privilegia autem sunt leges privatorum, quia privatæ leges: nam privilegium inde dictum, quòd in privato feratur.* Ita porro vulgò appellamus Leges municipales civitatum, de quarum tanta diversitate ac varietate liceat dicere, quod de variis gentium Legibus, quæ olim in Francia obtinuere, Agobardus lib. adversus Legem Gundobadam cap. 14. *Atque utinam placeret omnipotenti Deo, ut sub uno piissimo Rege una omnes regerentur lege, ea ipsa ad quam & ipse vivit, & proximi ejus respondent.*

Consuetudo, Regula monastica, seu vivendi ratio monastica, ab alia diversa. Orig. Murensis Monasterii pag. 18. *Qui cùm constitutus esset, non tamen benedictus ad Abbatem, cœpit secundum priorem conversationem suam non tam regulariter vivere, &c.* Mox: *Contigit verò interim ut fratres de cella S. Blasii —— mutarent suam priorem consuetudinem.* Occurrit ibi pluries. Et p. 16. *Interrogavitque fratres qui sub anteriori consuetudine hic fuerunt, si vellent obedire fratribus quos ipse huc adduxit.* Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. c. 14. §. 15. *Secunda die & tertia leguntur fratribus consuetudines post capitulum Monachorum.* Quibus verbis intelliguntur Statuta, seu Consuetudines ejusdem Ordinis à Guigone II. descriptæ, uti appellantur part. 2. c. 1. §. 7. c. 3. §. 2. c. 22. §. 19. quarum hic est titulus: *Incipiunt capitula Consuetudinum Domini Guigonis Prioris Cartusiæ.* Ita *Cluniacenses Consuetudines* dicuntur ejusdem Ordinis Regulæ, editæ primùm à Bernardo Monacho, postmodùm Archiepisc. Toletano, cujus MS. Codex servatur in Bibliotheca Sangermanensi: deinde ab Udalrico, quòd non primariæ essent regulæ, quæ forte nullæ ab institutoribus descriptæ fuerant, sed quod suos more vitæ rationem ac institutum, aliis eorundem Ordinum Monasteriis, à quibus rogati fuerant, scripto mandarent.

Consuetudo, Menstruus sanguis feminarum, qui consueto tempore redit, nostris etiamnum, *Ordinaire*. Vetus Interpres Alexandri Iatrosophistæ MS lib. 1. Passion. *Cognoscens quòd non purgabatur menstruis, pro qua re magis exinde ei expediebat detrahi sanguinem: & hoc adjutorium duplex ei fuisse remedium, manifestum est: nam & consuetudo (id est, menstrua, sic Glossæ MSS.) regressa est, & à passione est liberta.* Mulier τὰ συνήθη ἔχουσα, in Nomocanone seu Pœnitentiali Græc. cap. 337. 544. συνήθεια ἔχουσα, c. 419. apud eruditissimum Coteler. tom. 1. Monumentor. Eccl. Græc.

Consuetudo, Præstatio, pensitatio quæ ex consuetudine, præstatur, cujus initium ignoratur, & à quo inducta. Charta Pipini Regis apud Doubletum lib. 3. p. 691. *& unumquemque hominem ingenuum 4. dinarius dare fecissent, & hoc eis malo ordine tulerunt, & postea Gairehardus Comes Parisii, vel agentes sui ipsam deprecationem, quomodo invenerunt per consuetudinem ipsos homines hoc expectabant.* Gregorius Turon. lib. 9. c. 30. *Et ille cum juramento promisit, ut leges consuetudinesque novas populo non infligeret.* Hist. Miscella: *Ne illos priùs aliqua participatione conferendarum consuetudinum, &c.* Ubi Theophanes: Μηδὲν αὐτοῖς ἀποςερεῖν τῶν εἰωθότων παρέχεσθαι. Utuntur passim Scriptores, & Chartæ veteres, Senator lib. 1. Ep. 10. lib. 3. Ep. 23. lib. 7. Ep. 2. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 19. Capitula Caroli Magni lib. 4. c. 47. Willelmus Tyrius lib. 3. c. 1. lib. 12. c. 15. lib. 20. c. 20. Anastasius in Vit. PP. p. 213. Henricus Rebdorf. an. 1360. &c. Συνήθειαι, Græcis, eadem notione in Justiniani Nov. 123. 128. apud Annam Comnenam lib. 3. Alexiad. p. 85. Leonem in Tactic. c. 19. §. 18. &c. Gloss. Lat. Gr. *Salarium*, συνήθεια. *Consuetudinario more aliquid tollere*, in Charta Hugonis Regis Italiæ apud Ughellum to. 7. p. 193. id est, vice tributi.

Consuetudo sæcularis. Ordericus Vital. lib. 4. p. 541. *Ab omni reditu atq; consuetudine sæculari omnimodis absolvit.*

Consuetudo Consularis, quæ Comiti debetur. Charta an. 1068. apud Beslium pag. 448. *Repertum est omnem omnino terram S. Trinitatis Cœnobii Vindocinensis —— ab omni consuetudine Consulari liberam penitus & quietam esse.*

Judiciaria Consuetudo, Districtio, mulcta à judice irrogari solita. Charta Balduini Cancellarii Henrici Reg. Franc. an. 1047. apud Hemereum in Aug. Virom. *Dedi quoque prædictum alodium —— liberum ab omni judiciaria consuetudine.*

Consuetudo parochialis. Charta an. 1100. in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegavens. *Retenta Canonicis parochiali consuetudine burgensium, videlicet annualibus, oblationibus, decimis, sepulturis, & si qua alia eis parochialiter competunt.*

Consuetudines Episcopales, apud Ordericum Vitalem lib. 6. p. 604. lib. 9. p. 722. Vide *Denarii Paschales.*

Malæ & pravæ Consuetudines. Vide in *Malatolta.*

Consuetudinarium. Gregor. Magn. lib. 12. Epist. 12. *Visum autem nobis est, ut Consuetudinaria, excepta ejus utilitate, debeatis inferre.*

Costuma, eadem notione, ex Gallico, *Coustume.* Charta Roberti Regis Franc. in Tabul. Fiscanensi fol. 21. *Neque*

Neq́, in fredis, aut in aliquo uſu indebito, quem Coſtumam vulgò nuncupant, &c. Charta Fulconis Andegavenſis Comitis apud Sammarthanos : *Quòd nullus homo poteſt in eis aliquam coſtumam reclamare:* Infrà: *Vendas vel coſtumas perſolvat ſecundùm conſuetudinem loci.* Vide eoſdem in Abbatib. p. 25.

Cuſtuma, in Legibus Burgor. Scoticorum cap. 141. 142. 143. in Itinere Camerarii Scotici c. 12. 13. in Statut. Davidis II. Regis Scotiæ c. 49. apud Will. Thorn. p. 1796. Henr. Knyghton. an. 1340. Tabular. Albæripæ in Diœceſi Lingonenſi an. 1176. *Qui autem in maſo domini Huonis manſerit, allodium atque cuſtumam cuſtumabit, & ejus terragium domini Huonis erit.* Rurſum: *Neque hi, qui in maſis eorum manent, cuſtumabiles erunt*, &c.

Ita *Cuſtumia*, Mos, Conſuetudo, apud Baldric. lib. 3. Chronici Camerac. cap. 40.

Coſduna, idem quod *Conſuetudo*, Tributum. Tabularium Burgulienſe fol. 156. *Mauricius Dominus Credonis conceſſit Eccleſiæ & Canonicis omnes homines quos H. habebat in ſuo feodo, abſolutos ab omnibus coſdunis.* Infrà : *Conceſſit omnes coſduneas tam de advena, quam de talliata ſua de tota terra quam acquiſierat, &c.* Occurrit præterea in Monaſtico Anglic. tom. 1. pag. 562. Charta Gaufridi Archiepiſc. Burdegal. *In curte vero de Faia —— habere ſolebat quinque ſolidos coſdunales in anno.* Ibidem : *Quòd in curte de Renays habere debebat talliatam ſuam quantum vellet : avenas quoque, gallinas, & caſeos coſdunales, &c.*

Coſduma, in Charta Gaufredi Comitis Andegav. apud Sammarthanos in Epiſcop. Andegav. p. 125. *Conceſſi etiam ut omnia quæ habent —— ſine retinaculo ullius meæ coſdumæ quitta habeant.* Chopinus lib. 3. de Sacra polit. tit. 1. §. 8. qui eandem Chartam deſcribit, *coſdunæ* habet. At in alia an. 1108. apud eoſdem Sammarthanos in Abbatib. S. Nicolai Andegav. pag. 690. & in alia an. 1108. apud Ducheſnium in Hiſt. *des Chaſtaigners*, p. 4. *coſduma* etiam ſcribitur. Tabular. Dalonentis Abbat. *Exactionem unius navis, quæ nominatur la Coſduma, ſcilicet 4. denarii & 1. ciphum ſale plenum.*

Conſuetudinarii, Conſuetudinibus ſeu tributis obnoxii, *Villani, Cotarii : Couſtumiers*, in Conſuetudinibus municipalibus paſſim. Charta an. 1092. apud Beslium : *Quicunque voluerit habitare in ipſo burgo, cujuſcunque homo ſit, exceptis noſtris dominicis & conſuetudinariis hominibus, habitet liberè.* Alia Guillelmi VIII. Ducis Aquitan apud eundem : *De cetero villam —— liberam concedo eo tenore, ut deinceps null[illegible] conſuetudinarium meum ibi recipiant.* *Tannatores, homines conſuetudinarii*, in aliis Tabulis apud eundem p. 504. 505. 467. Notitia ſub Gaufrido Martello Comite Andegav. an. 1111. pro Eccleſia S. Laudi : *Volens contra conſtitutionem illuſtriſſimi Comitis habitatores prædicti loci conſuetudinarios ſibi facere.*

Cuſtumarii, eadem notione. Vetus Inquiſitio apud W. Dugdalum in Antiq. Warvvicenſis provinciæ pag. 665. *Et etiam omnes illi qui tenuerunt in bondagii tenura, ſolebant vocari Cuſtumarii.* Inquiſitiones de forisfacturis foreſtar. c. 19. in Addit. ad Matth. Paris: *Si aliquis eorum habeat cuſtumarios reddentes illis redditus annuos, &c.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 838. *Cum homagiis & ſervitiis tam liberorum hominum, quam cuſtumariorum, &c.* Tom 2. p 243. *In liberis hominibus & redditibus, in nativis & cuſtumariis, &c.* Adde pag. 398. Fletam lib. 2. c. 71. §. 15. &c. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. *Se gentis feme prent home vilain couſtumier.* Paſſim in Legib. Francorum municipalibus, locis à Raguello indicatis, in quibus *Nobiles* opponuntur *Cuſtumariis.*

Cuſtumaria, Locus ubi *cuſtuma*, ſeu tributa exiguntur, verbi gratiâ in viis. *Couſtumiere*, in Conſuet. Andegavenſ. art. 50. *Couſtumiere*, in Cenoman. art. 62.

Cuſtumare, Cuſtumam, ſeu tributum exigere, noſtris, *Lever la couſtume.* Charta an. 1270 in Regeſto Conſtabulariæ Burdeg. fol. 224. *Ita tamen quòd nullus cuſtumare debet ſine dicto Elia.* *Bona cuſtumanda*, in Itinere Camerarii Scotici c. 13. *Pecunia non cuſtumata*, in Statut. Davidis II. Regis Scotiæ cap. 49. §. 9.

Cuſtumarius, Cuſtumator, Publicanus, qui tributa exigit. Iter Camerarii Scotici c. 1. *Cuſtumatores, ſeu cuſtumarios tam parvæ quàm magnæ cuſtumæ, cuſtumarios tronæ, &c.* Cap 12. *Cujus lemma de cuſtumariis parvæ cuſtumæ ; Primò capiunt cuſtumam largiori modo quàm impoſitum eſt à D. Rege, &c.* Cap. 13. *De cuſtumariis magnæ cuſtumæ*, Ubi *magna Cuſtuma* dicitur, quæ exigitur à ſubditis pro modo bonorum, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 49. §. 7. *Cuſtumarii burgorum qui de mandato Camerarii in dicta cuſtuma levanda intromiſerunt.*

Conſuetudinaria terra, Conſuetudinibus ſeu tributis obnoxia. Vetus Formula : *Ita ut ab hac die ipſo campo & vinea cum grato ipſius Monaſterii habeas, teneas, atque poſſideas, & quidquid ex eo, ſicut mos eſt aliis ingenuis ſuper terram conſuetudinariam faciendi, facere volueris liberam in omnibus habeas facultatem.*

Conſuetudinaria lex. Charta Roberti Ducis Burgundiæ an. 1042. ex Tabul. S. Germani de Pratis : *Inter cætera in villa quæ dicitur Gilliacus —— plures accepi conſuetudines, ſicut ab eis didiceram, lege conſuetudinaria.* Vide Probat. Hiſt. Burgund. Ducheſnii p. 7.

CONSUETUDINARIUS, Φιλοσυνήθης, Gloſſar. Gr. Lat.

CONSUETUDINARIUS, Ritualis liber, in quo officiorum divinorum ritus formulæque deſcribuntur, in quo Conſuetudines Conventuales & Monaſticæ exaratę ſunt. Bromptonus de Oſmondo Sariſberienſi Epiſcopo : *Hic compoſuit librum Ordinalem Eccleſiaſtici officii, quem Conſuetudinarium vocant.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Duos Textus auro & argento & gemmis ornatos, ſine Ordinalibus, Conſuetudinariis, Miſſalibus, &c.* Infrà : *Hic quoque conſuetudines quas tranſmiſit ſcriptas Lanfrancus Abbati Paulo, approbavit & conſervari perſuaſit, quas qui videre deſiderat, in Conſuetudinario ſcriptas poterit invenire.* Quibus verbis innuuntur *Ordinationes* Lanfranci Archiepiſc. Cantuarienſis, *quas Monachi tum in Monaſteriis, tum etiam in Eccleſiis Cathedralibus obſervare debent.* Ejuſmodi ſunt *Udalrici Conſuetudines Cluniacenſes*, editæ ab R. P. D. Luca Acherio viro doctiſſimo, & *Conſuetudines Floriacenſes*, à Joan. à Boſco.

CONSUFFUGARE. Vide *Suffugare.*

CONSUL, & *Conſulatus*, quid ſit in hoc Fredegarii Chronici loco, cap. 110. video inter eruditos controverti: *Eo etenim tempore bis à Roma ſede S. Petri Apoſtoli, beatus Papa Gregorius claves venerandi ſepulcri, cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis, legatione, (quod antea nullis auditum aut viſum his temporibus fuit) memorato Principi* Carolò Martello *deſtinavit, eo pacto patrato, ut à parte Imperatoris recederet, & Romanum* Conſulatum *præfato Principi ſanciret.* Variant hic Editiones quotquot extant. Nicolaus Alemannus in Diſſert. de Lateranenſib. parietinis cap. 14. *Conſulatum*, Patriciam dignitatem, & civilem urbis adminiſtrationem intelligi contendit. Id negat vir doctiſſimus Carolus Cointius in Annalibus Eccleſiaſt. Francor. anno 796. num 12. Nam præterquam quòd pro *Conſulatum* apud Fredegarium, *Conſultum* legi debere exiſtimat, ſecundùm Editionem Brolianam, quoquo modo ſe res habeat, *Conſulatus* voce Imperatoriam dignitatem intelligi inde opinatur, quòd in

Caroli M. Edicto de Legibus Longob. emendandis apud Sigonium lib. 4. de Regno Italiæ an. 801. quod etiam descripsere Vitus Amerbachius & Steph. Baluzius, hæc verba reperiantur: *Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 801. Indict. 9. anno regni nostri in Francia 33. in Italia 28. Consulatus autem nostri primo.* Unde conficit per *Consulatum*, Imperium necessario designari, cùm Augusti eo anno titulum consecutus fuerit Carolus: adeo ut de Patricii titulo accipi non possit, quem longè antea obtinuerat, & à quo abstinuerat factus Imperator, ut Eginhardus, & alii scribunt. Tametsi valida videatur prima fronte viri admodum eruditi conjectura, nolim tamen negare Consulatum hocce loco Fredegarii pro Patriciatu accipi posse, qui & Martello oblatus fuit, & ab eo acceptus. Nam aliàs *Patricii* & *Consulis* diversæ fuere ea tempestate in Italia dignitates, quod ex diurno Romano cap. 1. tit. 3. &c. colligere est: ubi *Consul* is intelligitur, qui Romæ vel certe Ravennæ, tum præerat, quemadmodum Ὕπατοι in cæteris Italiæ urbibus, quod exertè indicat idem Diurnus cap. 2. tit. 4. 5. 6. & cap. 3. tit. 7. Extr.

Quod verò ad Caroli Magni Diploma spectat, vox *Consul*, non tam revera Imperatoriam dignitatem designat, quàm receptam apud sequioris ætatis Græcos Augustos formulam, abrogata scilicet à Justiniano ea dignitate, quam sibi solis deinceps reservarunt Imperatores, tanquam *Consules perpetui*, quem sibi titulum arrogasse Vitellium legimus: quod & ipse Justinianus exertè ait in Novella 5. Tum enim ii Diplomatibus annos Imperii cum annis Consulatus adscribebant, ita ut ferè semper idem fuerit & Imperator & Consul, cùm Consulatum unà cum Imperio inirent. Sed longè antea Consulis titulum adscribunt Carolo Magno Versus inscripti libro Evangeliorum anno 780. tom. 1. Histor. Francor. p. 187.

Tempore vernali transcensis Alpibus ipse
Urbem Romuleam voluit quo visere Consul.

Quandoque tamen non Consulatûs annus in iis descriptus legitur, sed alia formula, quomodo sub Justiniano obtinuit, scilicet, *Post Consulatum anno, &c.* quam quidem ferè semper servatam constat à subsequentibus Augustis, qui ipso primo Imperii anno in Diplomatibus, *Post Consulatum anno primo*, subdebant: verbi gratiâ, in Actis liberatæ à dæmonio virginis, apud Baron. an. 713. n. 6. *Imperante domino nostro piissimo perpetuo Augusto Anastasio* (Artemio) *magno Imperatore anno primo, & post Consulatum ejusdem Serenitatis anno primo.* Ita Bolandus in Præfat. tom. 1. cap. 4. §. 3. ad hæc verba Ptolemæi Silvii in Laterculo: *Ab urbis exordio mille & ducentis completis annis, Posthumiano & Zenone Consulibus, Asterio Consule tamquam primus annus incipit*; rectè conjectat, Protogenem, qui Constantinopoli designatus est Consul cum Asterio an. 449. hic non adscribi, quòd necdum Romæ, ubi Silvius scribebat, qui Constantinopoli Consul designatus fuisset, sciretur. Idem Silvius suffectos Consules, & Prætores designari solitos 5. Non. Januarii scribit. Videatur & Godefridus Henschenius tom. 3. Act. SS. p. 216. Ita tamen Consulatûs annum cum Imperii anno conjungebant, si sub anni initium utramque consecuti essent dignitatem: si enim secus, Consulatûs annum à Kal. Jan. subsequentis auspicabantur. Verbi gratiâ, Epistola Theodori PP. ad Babolenum Bobiensem Abbatem, apud Ughellum & Margarinum, *data legitur quarto Nonas Maji, Imperii domini piissimi Augusti Constantini anno secundo, Consulatus primo, Indictione prima.* Unde colligitur, Constantinum, qui & Heraclius dictus est, Heraclii majoris ex filio nepotem, Consulatum iniisse Kal. Januari Indict. 15. anno Imperii 2. quod inierat mense Junio Indict. 14. Id pluribus disceptamus in ea Dissertatione quam de Imperatorum Constantinopolitanorũ, seu inferioris ævi vel Imperii, uti vocant, numismatibus instituimus.

Quò igitur Carolus Magn. recens Augustus dictus, eadem qua Constantinopolitani Imperatores dignitate se se donatum ostenderet, vel in se translatam totius Imperii auctoritatem ac dignitatem, iisdem quibus ii titulis uti voluit, adscripto scilicet Consulatûs perinde titulo, quem Imperatorio ii semper adjunxere. Quinimo in Diplomate a Sigonio laudato, omissus fortè, notarii vel exscriptoris vitio, Imperii annus primus, qui Consulatus annum præcedere debuit, prout fieri consueverat in Byzantinorum Augustorum Tabulis, quod etiam in Caroli successorum Chartis factitatum observamus. Extat siquidem Hadriani II. PP. Epistola ad Actardum Namnetensem Episcopum, quæ est undecima inter ejusdem Pontificis Epistolas, quæ sic clauditur: *Quinto Kalendas Martias —— imperante domino nostro piissimo perpetuo Augusto Ludovico magno Imperatore anno 19. & post Consulatum ejus anno 18. Indict. 1.* Ubi observandum annum Imperii, anno uno Consulatûs annum præcedere. Quippe Ludovicus II. à patre in Italiam missus, à Leone IV. PP. in Imperatorem unctus fuit ann. 850. ut est in Annalibus Francor. Bertinianis. Consulatum autem iniit, aut sanè auspicatus est Kl. Januarii, an. 851. quibus hæc dignitas iniri solebat, uti mox docuimus. Prostat Diploma aliud Joannis VIII. PP. pro Monasterio Herensi diœcesis Pictavensis, in Spicilegio Acheriano tom. 12. pag. 554. datum *Imperante domino piissimo Augusto Karolo à Deo coronato magno Imperatore, post Consulatum ejus anno primo.* Præterea aliud pro Monasterio S. Medardi Suessionensi p. 151. datum *mense Januario Indict. 9. quarto Non. Januar. Pontificatus nostri anno 4. anno 1. regnante domino piissimo Carolo Imperat. à Deo coronato, & post Consulatum ejus anno 1.* Pro quibus quidem verbis, *post Consulatum*, alia ejusdem Pontificis Charta pro Monasterio Trenorchiensi, apud Chiffletium, ista habet, *& post Coronationem ejus anno 1.* Sed perperam, ni fallor, cùm Imperator appellari cœperit demum, cùm coronatus fuit. Porrò dictus est imperator Carolus Calvus die Christi natalitio anno 875. Indict. 9. Aliud Diploma Joannis PP. VIII. in Tabulario Flaviniacensi, sic clauditur: *Scriptum per manum Gregorii Notarii Regionarii & Scriniarii S. R. E. in mense Mai Indict. 10. Bene valete. 4. Kal. Junias, per manum Anastasii Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domino piissimo perpetuo Augusto Karolo a Deo coronato magno Imperatore anno 2. & post Consulatum ejus anno 2. Indict. 10.* Eandem denique formulam in Diplomate Formosi PP. pro Monasterio S. Theuderii diœcesis Viennensis descriptam legimus: *Datum Kal. Decemb. per manum Sergii Primicerii Defensoris sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante domino piissimo perpetuo Augusto VVidone a Deo coronato magno Imperatore anno primo, & post Consulatum ejus anno primo.*

Consulatus Curiæ, Summa rerum ac præcipua administratio. Albertus Stadensis an. 1066. *Albertus Archiepiscopus Consulatum Curiæ adeptus est, æmulisque remotis, solus primatum arcemque Capitolii possedit.* Idem an. 1068. de eodem: *Summam rerum, quod est Vicedominatus, jam septies Consul meruit.* Vide *Vicedominus.*

Consul, Comes. Bracton. lib. 1. de Rer. divis. c. 8. §. 2. *Comites a Comitatu, sive à societate nomen sumpserunt, qui etiam dici possunt Consules, à consulendo: Reges enim tales sibi associant ad consulendum & regendum populum Dei, &c.* Leges Edvvardi Confess. c. 2. *Quod modo vocatur Comitatus, olim apud Britones temporibus Romanorum in regno isto Britanniæ vocabatur Consulatus; & qui modò vocantur Vicecomites, tunc temporis Viceconsules vocabantur.* Vita S. Guillelmi Ducis Tolosani scripta à coætaneo cap. 3. *Ambo quidem de summis Franciæ Principibus, Consules ex Consulibus, &c.* Cap. 4.

Cap. 4. *Igitur Willelmus——suscipit nomen Consulis & Consulatum, in rebus bellicis primæ cohortis sortitur principatum.* Et cap 5. *Adjudicatur etiam conclamante exercitu, ut totius Aquitaniæ, quoniam dignus est, investiatur Ducatu, & de Consule sublimetur in Ducem.* Ordericus Vitalis libro 6. ex eadem Vita sancti Guillelmi: *Guillelmus ex patre Theodorico Consule & matre Abdana natus est.——nomen Consulis & Consulatum, & in rebus bellicis primæ cohortis sortitur principatum.* Abbo Mon. lib. 1. de Bellis Paris. de Odone postmodum Rege:

Hic Consul venerabatur, Rex atque futurus.

Et lib. 2.

Belligeri fuerant Uddonis Consulis ambo.

Petrus Abaelardus p. 143. *Vicem Imperatoris, cui per omnia obeditur, obtinet Diaconissa; sex verò aliæ sub ea, quas dicimus Officiales, Ducum sive Consulum loca possident.* Ita usurpant passim Scriptores, Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbat. Corbeiensis lib. 2. cap. 6 Capitula de Weregildis post Concilium Grateleanum ann. 928. Hildebertus Episc. Cenoman. Epist. 18. 25. 26. & in Vita S. Hugonis Abbatis Cluniacensis, Rob. Monachus lib. 3. Hist. Hierosol. Sigebertus ann. 439. Vita S. Leodegarii cap. 5. Matth. Paris. pag. 13. Gaufridus Grosſ. in Vita S. Bernardi Abbat. Tiron. c. 22. Ordericus passim, &c. Vide Marcam lib. 3. Hist. Bearn. cap. 3. num. 2. 3.

Consules in civitatibus, qui in aliis vulgò *Scabini* vocantur, quorum dignitas antiqua. Ausonius in Urbibus:

Diligo Burdigalam, Romam colo, civis in illa,
Consul in ambabus, cunæ hic, ibi sella curulis, &c.

Consul Barcinone, in veteri Inscriptione apud Gruterum 429 9. *Consules municipales*, apud eundem 90. 8. 351. 5. 438. 7. Statuta MSS. Monspeliensia art. 125. de forma juramenti Consulum: *Statutum est ut XII. probi & legales viri Montisp. jam electi ad Communitatem Montispessulani jurare debeant, quod bona fide consulant eum quem Dominus loco suo statuerit in hac terra, & ille requirere teneatur consilium dictorum XII. & eorum stare consiliis, &c.* Et art. 139. *Qualiter eligitur Bajulus Curiæ: Similiter consulant Domino & Bajulo Curiæ, & ei quem Dominus loco suo statuit in hac terra.*

Consules etiam dicuntur, qui in emporiis, seu portubus maris mercatorum jura ac merces tuentur. Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1268. pro Barcinonensib. *Concedimus & donamus integram licentiam & potestatem vobis——ponere & eligere Consulem, vel Consules, quem & quos volueritis, in partibus ultramarinis, & in terra de Romania, &c.*

Habebant porrò ii jurisdictionem in mercatores suæ nationis, exceptis tamen majoribus criminibus. Charta Guidonis Regis Hierosol. an. 1190. apud Guesnaium in Annal. Massil. *Damus etiam vobis Curiam in Accon, & ut Vicecomites & Consules de hominibus vestræ gentis habeatis, ita quòd si aliquis extraneus contra quemlibet de vestris querelam moverit, ante Vicecomites vestros debeat devenire, & ibidem judicium recipere, excepto furto, homicidio, tradimento, & falsamento monetæ, violatione mulierum, quod Rapt vulgariter dicitur, quæ omnia Curiæ nostræ reservamus. Vicecomes autem quem vobis ibidem ordinare placuerit, sacramentum fidelitatis nobis faciet, & jurabit quòd secundum terræ Consuetudinem, Curia vestra causas judicabit & discernet.* Habetur etiam in Statutis MSS. urbis Monspeliensis Sacramentum, quod ejusmodi mercatorum Consules, cum magistratum suum ineunt, faciunt, linguâ vernaculâ sic conceptum: *Jen hom elegat en Cossol dels mercadiers navegans de Montpeslier promet à vos XII Cossols, que bon lial Cossel donarai à é tos à cascuns dels dits mercadiers é des autres que sonni seran desotz mon regimen, & lur proficq en querrai, el dan esquivarai, é la honor del Commun de Monpeslier, é de la Universitat desdit mercadiers farai & procurerai, é dels constrats, & del clams que seran entrels mercadiers, &c. é totas aquestas causas entendrai per tot lo temps de mon oficizi, gitadas tota amistatz, é tota enemistat, &c.* Quotannis ii eligebantur. Dicuntur etiam *Regens dels mercadiers que van per mar*, in Charta an. 1328. De iis Consulibus, & eorum officio, pluribus egit Andreas Bosch in libro *dels Titols de honor de Cathaluny a* lib. 4. c. 24. Maximè verò liber Italicus, cui titulus, *il Consolato del mare*, editus Venetiis an. 1576. Codinus lib. de Offic. cap. 7. num. 9. Pachymeres lib. 2. cap. 32. & Gregoras lib. 4. observant Pisanorum Magistratum qui Constantinopoli degebat, *Consulem* appellatum, qui apud Venetos *Bajulus* dicebatur.

Consulares, appellati provinciarum Rectores, quorum dignitatem & munus primus invexisse videtur Hadrianus Imp. qui, ut auctor est Spartianus, *quatuor Consulares per omnem Italiam judices constituit.* Postmodum aliæ etiam Imperii provinciæ per *Consulares*, aliæ per *Præsides, Duces, Comites, &c.* gubernatæ. Per Orientem quindecim, per Occidentem viginti-duo à Consularibus gubernatas recenset Notitia Imperii, quorum etiam mentio passim occurrit in veteribus Inscriptionibus.

A *Consularibus* etiam urbes præcipuas gubernatas, auctor est Constantinus Porphyrog. l. 2. de Themat. Anastasius in Adriano PP. *Tradidit Paulum Consulari Ravennatium urbis.* Infrà: *Accersito Consulare Ravennatium urbis, præcepit ei ipsum interficiendum Paulum.* Vide Valesium ad Ammiani lib. 14. & IC.

Consulares honorarii, seu codicillarii. Julianus Antecessor Constit. 56. c. 200. *Urbicaria præfectura omnibus aliis præsideat dignitatibus, id est, antè sedeat, & post Præfectum cæteri Patricii numerentur, & Consules quidem & qui inter eos Consularibus insignibus decorantur secundùm Consularem ordinem & prærogativas Consulatus sui sedeant, ut tamen anteponantur ordinarii Consulares honorariis Consularibus.*

CONSULARITAS, Dignitas *Consularis*, non *Consulis*, uti vult Jacobus Gotofredus in l. 74. Cod. Theod. de Decurion. ubi agitur de honoribus & dignitatibus Codicillaribus, quas inter præcipua fuit *Consularium*, quæ excertè *Consularitas* appellatur in l. un. eod. Cod. de Consularibus & Præsid.

Consularitas, Comitatus, dignitas Comitis. Charta Joannis Macloviensis Episcopi an. 1149. sic clauditur: *Actum apud Andegavum —— Eugenio Papatum obtinente, ——Consularitatem verò Gauffredo.*

CONSULARIUS, Consiliarius, consiliorum particeps. Vigilius PP. in Epist. ad Rusticum & Sebastianum apud Baron. an. 550. an. 27. *Cum Joanne Episcopo & Surgentio Primicerio, atque Saturnino Consulario nostro, &c.* Freculfus in Chron. tom. 1. lib. 2. cap. 16. *Quidquid Diceneus eorum Consularius præcepisset, hoc modis omnibus expetendum, hoc utile dijudicantes fore.* Ita *Consularium* haberi in MSS. Codd. Ammiani lib. 28. movet Henr. Valesius, ubi *Consiliarium* ex ingenio restituit. Apud Hesychium, Κονσουλάριος, est ὑπατικὸς, Consularis.

CONSULATOR, Consiliarius, vel Consiliator. Joan. Brompton in Chron. *Totius subversionis Regni Angliæ Consulator extitit.*

CONSULATUS, Comitatus, Comitis districtus, jurisdictio. Leges Edvvardi Confessoris & Willelmi Nothi c. 1. *Fecit summoniri per universos Angliæ Consulatus nobiles, sapientes, & sua lege eruditos.* Cap. 12. *Quodmodò vocatur Comitatus, olim apud Britones temporibus Romanorum in Regno isto Britanniæ vocabatur Consulatus, &c.*

Consulatus, Dignitas Amiralii, seu supremi rerum aut classium Præfecti, apud Saracenos. Eulogius Toletan. lib. 2.

lib. 2. Memorial. Sanct. de Abderramen Rege Arabum: *An. Incarnat*, 850. *æra* 888. *Consulatus autem Habdarrahgman* 29. Occurrit apud hunc Scriptorem non semel. Willelmus Rishangerus ann. 1272. *Admiralius Joppensis, natione Saracenus, quæ dignitas apud nos Consulatus vocatur.* Sed an revera *Consulatus*, uti hæc vox apud Classicos Scriptores sumitur, viguerit apud Saracenos aut Arabes, quod vult vir doctus, pluribus disceptamus in Gloss. med. Græcit.

Consulatus, Consiliariorum conventus. Joan. à Leydis in Chron. lib 32. cap. 21. *Postquam autem Dominus de Arkel in civitate Ducis VVillelmi esset, idem Dominus de Arkel tribus vicibus coram Consulatu prænarrati Ducis VVillelmi vocatus, cum juramento narravit & manifestavit omnem traditionem.* Vide *Consul.*

Consulatum dare, Ὑπατεῖαι, Missilia spargere quod Consules facere solebant, cùm magistratum adibant. Vetus Chronicon Latino-Barbarum, apud V. Cl. Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsarea cap. 8. p. 858. *Justinianum ab honore Imperii dignitate conantes ejicere, factionem quidam* (quodam) *die Iustinianum hortantes ut Circumexpectaret, & Consolatum populus* (populo) *daret, electum quemdam nomen Florianum volentes Imperio sublimare, &c.* Vide Gloss. med. Græcit. in Ὑπατεία.

Post Consulatum, Formula literis vel actis adscribi solita, cùm scilicet qui tum hoc anno quo scribebantur, Consules creati essent, ignoraretur, & necdum nuntius Constantinopoli, ubi designari solebant, in regiones remotiores, scilicet in Africam, ubi ejusmodi formula præsertim adscripta legitur, allatus esset. Ut in Conciliis laudatis, & in Cod. Canon. Eccles. Afric. cap. 56. 103. 127. Concil. Milevitan. II. can. 20. *Formatæ autem quæ à Primatibus, vel à quibusdam Episcopis Clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quòd si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet, Post Consulatum, in publicis gestis adscribi.* nempe cùm Consulatus istius anni incertus est. Tametsi genuina videatur istius canonis interpretatio, de hac tamen quidam subdubitant; cùm verbi gratiâ Concilium Carthaginense V. celebratum dicatur post Consulatum Cæsaris & Attici mense Majo. Carthaginense VII. post Consulatum Honorii XII. & Theodosii IIX. 3. Kal. Julii: Ephesinum inceptum 10. Kal. Julii. quibus tum mensibus vix (inquiunt) credi potest, novorum istius anni Consulum creationis nuntium Carthaginem aut Ephesum nondum pervenisse. Verum id mirum videri non debet, cùm certum sit Consules non semper Kalendis Januarii suos iniisse magistratus, nec tum creatos, sed eorum interdum proclamationem ac institutionem dilatam in aliquot post Calendas Januarias menses, pro libitu Principum; quod docet præ cæteris Libellus de Præfectis Urbi, editus à Cuspiniano, Panvinio, & Bucherio: in quo nominari solent post singula Consulum paria. At anno Christi 307. hæc leguntur: *Maximiano VII. & Maximiano. Ex mense Aplili factus est VI. Consulatus, quod est novies.* (Cusp. & Panvin. addunt hîc *Diocletiano.*) *VI. Kal Septembris, Justeius Tertullus P. V.* Et anno subsequenti: *Consules quos jusserint DD. NN. Augusti Ex XII. Kalendas Maji factum est, Maxentio & Romulo: quod est decies & Maximiano.* Anno 311. *Consules quos jusserint DD. NN. Augusti. Ex mense Septembri, factum est, Rufino & Eusebio* Anno 317. *Consules quos jusserint DD. NN. Augusti. Ex die XIII. Kalendas Martii, Gallicano & Basso.* Denique anno 345. *Amantio & Albino*, scilicet Coss. Denique anno sequenti: *Post Consulatum Amantii & Albini.* Quo quidem anno nulli Consules creati: aliis verò annis, horum post aliquot à Kalendis Januarii menses, atque adeo usque in Septembrem interdum, dilata creatio. Unde non mirum si in remotioribus Imperii provinciis ea persæpe in incerto esset, vel etiam ignoraretur. Vide præterea quæ in hanc rem commentantur Baronius, Panvinius, & V. C. Stephanus Baluzius in Notis ad Capitul. p. 1252. & seqq. Ut porro abrogatis Consulibus ordinariis sub Justiniano eadem formula obtinuerit, plura adnotamus in Syntagmate de Imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus. Idem argumentum in Gloss. med. Græcit attigimus.

CONSULTARE. Aurelius Victor Schotti in Antonino Pio: *Quientiam maribus frustratus, filiæ viro, Reipublicæ consultavit.* Id est, filiæ virum dans Reipublicæ consuluit. Idem in Philippo: *Usum virilis scorti removendum honestissimè consultavit*, id est, consultiùs existimavit.

CONSULTUM. Sermo, *res ipsa de qua consulitur.* Est etiam *Consilium*, per quod alicujus utilitati consulitur. S. Eulogius l. 2. Memorialis Sanctor. c. 10 *Suscipit lætantibus animis venerabilis mulier pium viri consultum.* Cap. 11. *Ibi se famuli Dei alterno fovent consultu, roborantur invicem.* Idem in Documento martyrii: *Nostrum consultum——ut pii patris mentibus tuis reponas.* Gregorius Magnus lib. 4. Moral. cap. 36. *Videat sanctos Apostolos sic susceptam Ecclesiam regere, ut ei prædicationis verbo non desinant consultum præbere.* Vide eundem lib. 1. Epist. 47.

Consultum, Relatio ad Principem super aliquo dubio à judice facta, in leg. 11. Cod. Theod. de Appellat. *Consultatio*, alibi non semel.

Consultum, Judicium synodale, in Glossis Regiis MSS. Cod. 1197.

CONTAGIUM, in Gloss. Græc. Lat. exponitur ἀφὴ νοσῶντος προβάτου. Virgilius Ecl. 1.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Acta *S.* Quirini Mart. lib. 2. n. 42. *Bos infectus contagiò, non ampliùs pedibus insistens, putabatur confestim moriturus.* *Contagionem* dixit Salustius: *Post ubi contagio, quasi pestilentia invasit, civitas immutata.* Hinc nostri *Contagion*, pro *pestilentia.* Vide Gloss. Jacobi Gotofred. ac Codic. Theod.

CONTAGIARE, Citare, in jus vocare, idem quod *Attachiare*. Petrus de Cugneriis Advocatus Regius: *Faciunt contagiari & compelli per suos Præpositos Clericorum mulieres viduas, & nituntur habere eorum cognitionem.* Vide *Attachiare.*

CONTALAGIUM. Charta Guillelmi Comitis Forcalcariensis an. 1206. pro Manuascensibus: *Nec teneantur solvere bladagium, sive albergam, nec contalagium, sive civatam, nec cossias,—— de eorum bladis, & rebus quæ ad mensuram sestarii venduntur & mensurantur.* Idem fortè quod.

CONTALIA. Liber Rubeus Archiepiscopatus Aquensis ex Bibl. Regia: *Item habet Dominus Archieres annuatim in castro de Tollono pro contalia in festo S. Michaelis sol. Coro.* 100. Occurrit ibi pluries.

CONTAMINIA. Vide *Condamina.*

CONTECTALIS, Sub eodem tecto habitans, uxor, conjux, apud Ditmarum l. b. 2. p. 15. lib. 3. p. 29. in Vita S. Kunegundis Imperat. cap. 1. &c. Perperam edit. *Antectalis*, pro *Contectalis*, apud Ughellum to. 1. p. 501.

CONTEMPLABILITER, *palam.* Utitur Ammianus lib. 20. p. 174.

CONTEMPORALIS, Æqualis, æquævus, coætaneus, *Contemporain.* σύγχρονος. Ditmarus lib. 6. p. 77. *Carus cunctis suimet contemporalibus.* Utitur l. 3. 7. & alibi non semel. *Contemporaneum* dixit Agellius lib. 19. c. 14.

CONTENEMENTUM. Vide *Continere.*

CONTENTARE, Satisfacere, nostris, *Contenter.* Synodus Sodorensis in Hibernia: *Si vir aut mulier obierit, & nulla bona ad contentandam Ecclesiam pro sua sepultura habuerit, &c.*

CONTERATI, Italis *Terrazzani.* Conterranei, ex eadem *contrada, de mesme cotreé.* Anonymus Barensis in Chr. an.

Chr. an. 1040. & 1041. *Et ipsi conterati interfecerunt Chirosfacti Criti.* Perperam apud Lupum Protospatham *Contracti* scribitur anno 1040.

Conterranei, eadem notione. Brocardus in Descript. Terræ Sanctæ: *Tales sunt hodie in Terra Sancta non pauci, qui spoliant peregrinos & conterraneos suos.*

CONTERNARE, *Conternatio*. Higenus de Limitibus agror. *Quod si illis permissum erit, ut inter convenientes conternentur, conternati sortiri debebunt, qui tres primam Centuriæ sortem accipere debeant. Conternationum factarum singula sortibus nomina inscribemus, &c.* Sic *Conternatio* fuit sors ea quæ in tres partes dividebatur. Gloss. Lat. Græc. *Conquaternat*, ζυγόει κατὰ τεσσάρων.

CONTERNARE. *Vitulam conternantem*, apud Isaiam cap. 15. v. 5. Hierem. cap. 48. v. 14. Μόσχον τριετίζουσαν vertunt Græci Interpretes.

Conternans, dicitur ille qui est in completione tertii anni: unde dicitur Conternans, quasi complens tertium annum, quasi triennis, vel trium annorum existens. Unde Isaias c. 15. Vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem, id est, vitulam trium annorum: vel Segor civitatem parvam dicit vitulam conternantem id est, robustam: quia secundum Glossam, animalia sunt robusta tertio anno, sicut homo in trigesimo anno. Hierem. cap. 48. dicitur: A Segor usque ad Oraniam vitulam conternantem. Ubi quidam libri falsi habent, vitulam consternantem; & secundum Papiam, conternans est vitula tertium annum agens. Joan. de Janua. Vide S. Hieronymum in Epitaphio S. Paulæ.

CONTESTABILIS. Vide *Comes Stabuli*.

CONTESTADA. Vide *Contestatio*.

CONTESTARE, Donare, veluti testamento, in Chartha Ranimiri Regis Lusitaniæ æræ 939. apud Rodericum *da Cunha* in Hist. Episcop. Portensium 1. parte c. 13. p. 150.

Contestare, Admonere, monere, seu potiùs repugnare, pro *Contrastare*, quomodo *Contester*, usurpamus. Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 5. §. 6. *Si servus hoc fecerit, capitali subjaceat sententiæ: dominus verò ejus omnia similia restituat, quia servo suo non contestavit, ut talia non faceret.* Capitula Caroli Magni lib. 6. c. 15. *Si bos cornupeta fuerit, —— & contestati sunt dominum illius, nec reclusit eum, occideritque virum, aut mulierem, &c.* Adde Anastas. in Vit. PP. pag. 50. Vide *Contrastare*.

CONTESTATIO, Litis contestatio, in Lege Longobard. lib. 2. tit. 21. §. 2. Gloss. Græc. Lat. Προκάταρξις ἐπὶ δίκης, *Contestatio*.

Contestatio, Libellus, scriptura, in l. 8. Cod. Theod. de Famosis libell. & apud Gregor. Magn. lib. 5. Epist. 30. *Nocturno silentio, in civitatis loco, contestationem posuit in ejus crimine loquentem.*

Contestatio, Testatio. Concilium Arelat. II. sub Siricio PP. can. 32. & ex eo Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 142. *Si expositus ante Ecclesiam cujuscumque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam.* Id est, qua testatur se eum collegisse. Anastasius in S. Hormisda: *Portantes epistolas confortatorias fidei, & contestationes secretas numero 19. &c.*

Contestatio. Ordo Romanus de Consecratione Episcopi: *Pontifex ponit manum super caput ejus, & dicit unam orationem in modum Collectæ, alteram in eo modulamine, quo solet Contestatio cantari.* Gregorius Turon. lib. 2. de Miracul. S. Martini cap. 14. *Cumque nos rite sacrosancta solennia celebrando Contestationem de Domini virtutibus narraremus, &c.* Quibus locis *Contestatio* idem sonat quod

Contestada: ita enim appellari in Codice Remensi MS. monet Menardus, *Præfationem*, seu Orationem quæ Canoni præmittitur, qua disponitur Sacerdos & populus ad tremendorum mysteriorum confectionem, quod, ut est in alio Codice Thuano, *contestetur Sacerdos fixam ac veram professionem populi, id est, gratias referre Deo dignum esse.* Ita etiam in veteri Liturgia, apud Cardinalem Bona lib. 1. Rerum Liturgicar. cap. 12 num. 5. Præfatio *Contestatio Missæ* appellatur. Eundem vide lib. 2. cap. 10. n. 1. Et in lib. 3. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 106. in Missali Gothico pag. 270. 288. quo spectant ista Gennadii de Scriptorib. Eccles. in Musæo: *Composuit Sacramentorum egregium & non parvum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum & temporum pro lectionum textu psalmorumque serie & decantatione discretum: sed supplicandi Deo & contestandi beneficiorum ejus sodalitate sui consentaneum.* Glossæ Lat. Græc. *Contestatur*, συνμαρτυρεῖται, ἐπισφραγίζεται, διαμαρτύρεται. Festus: *Contestari, est, cùm uterque reus dicit, Testes estote.* Paulinus Natali 9.

Quid Paschale epulum? nàm certè jugiter omni
Pascha die cunctis Ecclesia prædicat oris,
Contestans Domini mortem cruce, de cruce vitam
Cunctorum.

Annales Francor. Fuld. an. 888. *Salubri utens consilio, contestans se malle suum regnum gratia cum Regis pacificè habere, quàm ulla jactantia contra ejus fidelitatem superbire.* Papias: *Contestari, ad judices; obtestari verò, ad adversarios pertinet.* Glossæ Græc. Lat. Μαρτυροποίημα, *Contestatio, testificati*. *Contestari sacramentum fidelitatis*, in Capitulari 3. an. 789. c. 2.

Contestata, in Missali vet. Francor. p. 422.

CONTHORALIS, Conjux, uxor. Tidericus Langenius in Saxonia:

Huic conthoralis Mechtildis erat specialis.

Utuntur Beka, Thwroczius, & alii.

CONTICINIUM, Concubium, nox intempesta, cùm cuncta silent; Isid. lib. 5. Orig. cap. 31. Gloss. Lat. Gr. *Conticinium*, ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος. *Noctis conticinium*, apud Ordericum Vital. pag. 508. Historia Translat. S. Sebastiani cap. 13. num. 66. *Cùm jam conticinii tempus incumberet. Primum conticinium*, in Miraculis S. Adelardi Abbat. num. 5. Utitur Plautus.

CONTIFICIUM, vox Circi; cùm bestiæ *contis* conficiuntur, aut *figuntur*: unde & quidam *Contifigium* legunt apud Vopiscum in Probo, ubi de leonibus in Circo: *Qui omnes contificiis interempti sunt.* Lampridius in Commodo: *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.*

CONTILE, Dominium, Comitatus: Italis enim *Conto*, est *Comes*. Pactum inter Thomam Comitem Sabaudiæ & Abb. S. Mariæ Pinarol. an. 1246. *Pronuntiaverunt quòd prædictus Comes & ejus hæredes habeant in perpetuum pacem & guerram, & plenum contile in tota prædicta valle, & in omnes homines in ea habitantes.* Infrà: *Cum omni jure, jurisdictione, & contili, ut suprà & dominio.*

CONTINÆ, Slavica linguâ, Templa dicta, ut auctor est Andreas Abbas lib. 2. de Vita S. Othonis cap. 30. apud Gretzerum in Divis Bambergensibus, ubi ad quæstionem; *Quare illa templa vocabant Continas?* respondetur: *Slavica lingua in plerisque vocibus Latinitatem attingit, & ideo puto ab eo quod est Continere, Continas esse vocatas.* Adde cap. seq.

CONTINENTES, Græcis ἐγκρατεῖς, dicti potissimùm, qui & in castitate vivunt, & à secularibus prorsus abstinent: est enim continentia (ἐγκράτεια) ut ait Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. neglectus corporis juxta factam Deo professionem, quæ non solùm versatur circa castitatem, sed etiam circa alia omnia, quæ pravè desiderat anima, necessariis non contenta, &c. quam ἐγκράτειαν profitentur Monachi. Hesychius, ἐγκράτεια, ἄσκησις. S. Hieronymus Epist. 24. ad Marcellam: *Nos quia serica veste non utimur, Monachi judicamur: quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissolvimus, Continentes vocamur & Tristes.*

Præsertim tamen *Continentium* vocabulo intelliguntur viri qui ab uxoribus, & feminæ vicissim quæ à maritis abstinent. Ita S. Epiphanius hæresi 59. & in Expos. fidei Tertullianus lib. de Præscr. c. 40. *Habet & Virgines, habet & Continentes diabolus & Marcion.* Et S. Gregorius Nazianz. Ὁ μὲν ἀλλότριος ευνῆς, ἴσος ἀγγέλοις ὑπάρχει, ὁ δὲ τὴν ἐγκράτειαν ἀσκῶν μετὰ παρθένων τετάχθω. Ruffinus Aquileiensis lib. 2. in S. Hieronymum: *Nam Porphyrius te docuit ac Christianis male loqui, concidere Virgines, Continentes, Diaconos, Presbyteros. &c.* Zachæus l. 3. Consultation. cap. 3. *Quidam etiam velut in postremo sectæ istius gradu parva observatione contenti, tantùm cælibes vivunt, ut nunquam experti matrimonia respuentes, vel amissorum recordatione commoniti, secunda, si prima habuere, devitant, &c.* ubi multa de hoc vivendi genere. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Quomodo igitur talis ipsos pœnitentiam se egisse non pœnitet? Sicut etiam illos de conversione ac Deo aliquid cogitasse, qui à conjugibus propriis abstinentes, à rerum alienarum pervasione se non abstinuerunt, & cùm profitentur continentiam corporum, in incontinentiam debacchantur animorum. Novum prorsus est conversionis genus, licita non faciunt, illicita committunt, temperant à concubitu, & non temperant à rapina.* Lex 20. C. Th. de Episc. *Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui Continentium se volunt nomine nuncupare, viduarum ac pupillarum domos non adeant.* Similia habentur in Concilio Carthag. III. can. 25. Horum præterea meminit Novella Majorani de Test. Clericor. ut & S. Augustinus lib. 5. Contra Faustum c. 9. *Quàm multi continentes in Ecclesia & Monasteriis, victum & tegumentum commune habentes, & in his ipsis professionibus multi fallaces.* Et Serm. 53. V. D. cap. 8. *Sunt Continentes humiles, sunt & superbi, &c.* Idem Serm. de Tempore 248. *Continentia & sobrietas non in sola integritate carnis consistit, sed etiam in cultu & ornatu, vita pariter & moribus consistit.* Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituricensis cap. 5. n. 23. *Monasterium —— in quo virginum ac continentium feminarum incluserat agmen.* Mox: *Quæ dum sapientiæ studio semper vestiunt, non solùm corpora, sed & animas virginitati consecrant, præparantes vasa munda ad sapientiam, ex quibus divini verbi conubitus sanctos & immortales expetunt.* Vide S. Cyprianum Epist. 62. & lib. de Disciplina & habitu virgin. Possidium in Vita S. Augustini cap. 28. ipsum S. Augustinum de Urbis excidio cap. 2. lib. de Utilitate credendi c. 17. S. Ambros. lib. 6. Hexaemer. c. 5. &c. *Veneris continentiam* dixit Curius Fortunatus lib. 3. de Arte Rhetor. *Continentiam supercilii* Hieronymus ad Marcellam, id est, Christianorum ab omni fastu continentiam: *Continentiam vovere,* Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 9.

Quos verò *Continentes* Latini, ἐγκρατεῖς Græci vocant: iidem ipsis Græcis ἀσκηταὶ appellati. Ita τάγμα τῶν ἀσκητῶν, in Concilio Laodiceno can. 24. Item Concilium c. 30. Οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ ἀσκητὰς, ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι. Quibus locis ἀσκηταὶ, *Continentes* dicuntur Dionysio Exiguo & Isidoro Mercatori. Joan. Phocas in Descript. T. S cap. 11. Καὶ διαφορὰ οἰκήματα καὶ κελλία εἰς ἀσκητῶν καταμονάς. Gl. Græc. Lat. *Cœlibes,* ἄγαμοι, ἀσκηταί.

Continentes dicti præterea Fratres & Sorores Tertii Ordinis Fratrum Minorum, instituti ab ipso S. Francisco, qui & *de Pœnitentia* nuncupabantur, in Bullis Joannis XXII. PP. an. 1319. & 1320. apud Waddingum.

CONTINERE, Alere, sumptus suppeditare: nostris, *Entretenir.* Gregorius M. lib. 2. Indict. 1. Epist. 28. *Et locum velationem provideat, ex qua cotidianis stipendiis valeat contineri.*

Contenementum, Æstimatio, & conditionis forma ac ratio, quâ quis in republica subsistit, Spelmanno: seu potiùs quod cuique ad sumptus necessarios sufficit, ex voce *continere*, de qua mox. Magna Charta Libertatum Angliæ cap. 14. *Liber homo non amercietur pro parvo delicto, nisi secundùm modum illius delicti, & pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo sibi contenemento suo, & mercatori eodem modo salva merchandisa, & villanus —— salvo vvainagio,* Glanvilla lib. 9. cap. 8. *Secundùm quantitatem feodorum suorum, & secundùm facultates, ne nimis gravari inde videantur, vel suum contenementum amittere.* Id est, ne conditioni suæ derogare cogantur, amissis, vel certe imminutis suis facultatibus: nam ea est vocis notio, quidquid dicat Somnerus. Nos dicimus *Entretien,* seu *Intertenementum,* quod cuique ad suam conditionem manutenendam necessarium est, vel sufficit.

CONTINENTIA, Synopsis, argumentum, tenor instrumenti, συνοχὴ, περιοχὴ, in Gloss. Lat. Græc. Gallis *le Contenu.* *Continentia venditionis,* in leg. 29. Cod. Theod. de Petit. *Continentia edicti,* in l. 11. eod. Cod. de Liberali causa. *Continentia scripturæ,* in l. 31. de Testam. eodem Cod. Thomas Catabrig. Episc. apud Radulfum de Diceto: *Fraternitatis vestræ scriptum suscepimus, —— cujus continentia plus videtur habere mordacitatis quàm solatii.* Gervasius Dorobern. *Litteras Regi Franciæ porrexerunt, quarum continentia erat, &c.* Adde Cæsarium de Mirac. lib. 2. c. 10.

Continentia, idem quod *Contenementum.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 5. *Miror autem quòd in me collatas continentias vestras ex hac moderna pastoralis officii continentia distraxistis, in qua sub colore Episcopatus, ad sæculum sum reductus.* Idem Epist. 43. *De ancilla Dei, quæ cum Theodosio fuit, Extranea nomine, videtur mihi ut ei continentiam facias, si utile conspicis, aut certè donationem quam fecit, reddas.* Lib. 4. Epist. 30. *Sed quia vos valde in continentia nostra benignos invenimus, eidem benignitati vice simili respondemus.* Ita hanc vocem usurpat lib. 1. Epist. 18. 42. lib. 2. Indict. 1. Epist. 28. lib. 4. Epist. 50. & Julianus Antec. Const. 59. *Hæc constitutio —— jubet ut si quis rem immobilem eidem Ecclesiæ dederit, —— & adjecerit, ut in continentia pauperum reditus administretur, &c.* Vide *Pactimonium.*

Continentia, Contrectatio. Cælius Aurelianus lib. 3. Acut. cap. 5. *Utendum etiam articulorum blandi tactus continentia.*

Continentia, Habitus, moris & gestus conformatio; Gallis *Contenance.* Anonymus de Miracul. S. Ursmari per Flandriam num. 6. *Stupuerunt, oculos humiliter demiserunt, & quis inter eos delatus fuerit, etiamsi nescirent, satis patenter ipsa sua continentia ostenderunt.*

CONTINIUM, Gratuitæ ad fines muniendos operæ, & militum submissio, Sambuco in Gloss. ad Leges Hungar. Albertus Molnarius habet *Continuum,* aitque Hungaris dici *Tortenethol Valodolgoc.*

CONTIQUA, *Imbrium collectio,* Papiæ. Addit Joan. de Janua, *quasi continens aquam.*

CONTOGATUS, Socius, sodalis, qui toga pariter utitur. *Sodalis & contogatus,* apud Ammianum lib. 29.

CONTRA, pro *Circa,* Versùs. Leges Edw. Confess. cap. 39. *Consueverant animalia in foro mercari sine plegio ad occisiones contra Natale Domini faciendas.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149. *Ad formictas verò in Adventu Domini debent habere 14. summas contra Natale Domini, contra Quadragesimam tantundem, contra Pascha totidem, &c.*

Contra, Erga, versùs. Tabularium Viennensis Ecclesiæ sub Rostanno Archiepiscopo fol. 60. *Pro amore & benevolentia quam contra te habeo, &c.* Tabularium S. Andreæ Viennensis: *Ego igitur in Dei nomine Rotgerius pater tuus ego in pro amore & bona voluntate mea, quam contra te habeo, in pro ipsa amore dono tibi vineam unam, &c.*

Contrase,

Contra se, E regione, ἀπέναντι, ἄντικρυς, Gallis *Contre*. Vetus Inscriptio : *Item contra se porticus & ariola cum memoria ad hoc monimentum pertinet.* Vide Salmatium ad Solinum pag. 1094.

Contra, Pro. Lex Alemann. tit. 20. *Nullus Presbyter* —— *potestatem habeat vendendi Ecclesiasticam terram, nisi contra aliam terram.* Nos dicimus, *Contre une autre terre.* Capitulare 5. an. 806. c. 18. & lib. 1. Capitul c. 125. *Sed propter cupiditatem comparat annonam aut vinum, verbi gratiâ de duobus denariis comparat modium unum, & servat usquedum iterum venundari possit contra denarios quatuor aut sex, aut ampliùs.* Adde cap. 19. Liber Epistolarum S. Bonifacii Mogunt. Epist. 100. *Tradidit eos* (servos) *in Saxoniam contra equum unum.* Usi sunt hoc loquendi modo veteres. Varro lib. 1. de Re rust. *Poma væneunt contra aurum.* Vide Scaligerum ad hunc locum.

Contra, Propè, juxtà : Gallis *Contre*. Lactantius lib. de Mortib. Persecutor. num. 23. *Servi quique fidelissimi contra Dominos vexabantur : filii adversus parentes suspendebantur, &c.* Vita S. Henrici Imper. c. 6. *Contra Urbem* —— *Ecclesiam sub Canonico ordine initiavit.* Charta Caroli C. Imp. ap. Mabillon. lib. 5. de re diplomat p. 404. *Et omne teloneum annualis mercati, cum prato, ubi contra Venittam congregari solet.* S. Audoënus de Vita S. Eligii cap. 10. *Sedebat fabricans indefesso* (tom. 1. Histor. Franc. pag. 628. perperam *indefossum*) *& contra eum Thilie vernaculus ejus, &c.* Cæsarius lib. 1. Miracul. cap. 23. *Veniensque contra Monasterium nostrum, loci nomen requisivit.* Historia fundat. Monasterii Gladbacensis cap. 4. *Et omnibus affluenter epulantibus, nuntiisque Regis contra Episcopum honorabiliter residentibus, &c.* Le Roman de Garin MS.

> *Et amandé par Renaut de Baugi,*
> *Q e a Dijon fusent contre lui Samedi.*

Ita Κοντὰ, hac notione dixerunt Græci nuperi pro *Contra*, Anonymus de Locis Hierosol. c. 6. Καὶ κοντὰ εἰς τὸν τάφον εἶναι ὁ λίθος ὃ τοῦ ἐκάθησεν ὁ Χριστός. Cap. 9. Καὶ κοντὰ τῆς Ραϊθοῦ εἶναι ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα. Alibi sæpe.

Contra, Capitulare 3. an. 811. cap. 6. *Dicunt ipsi Comites, quod alii eorum parenses non illis obediant, nec bannum Domini Imperatoris adimplere volunt, dicentes quòd contra Missos Domini Imperatoris pro heribanno debeant rationem reddere, nam non contra Comitem.* Ubi *Contra Missos*, pro *Missis* nudè ponitur.

CONTRACAUSATOR, vox forensis, Reus, in jus vocatus, in legibus Henrici I. c. 61.

CONTRACLAVIS, nostris *Contreclef*. Charta an. 1250. *Prohibuit hominibus & mulieribus diebus solennibus, ne offerrent, clavibus sanctæ Ecclesiæ faciens quodammodo contraclavem.*

CONTRACTORIUM, Musculus qui astringit rectum intestinum, ne intempestivè excrementa effluant. Gloss. Lat. Græc. *Contractorium*, σφιγκτήρ.

CONTRACTUM. Vide *Adtrahere, Adtractum*.

CONTRACTUS, Mancus, membris captus, *Attratto* & *Ratratto* Italis. Glossæ MSS. ad Canones Concilior. *Contractis, clauďis*, Tabularium Bellilocense in Lemovicib. num. 65. *Adolescens etiam qui deportabatur ad tumulum contractus, fuit in ipsius intercessione cum magna felicitate* (liberatus,) *& ad altare B. Petri currendo festinus pervenit.* Vita S. Willibaldi : *Et manus ejus contractæ sunt solutæ.* Occurrit passim in Vitis SS. Robertus Bourronus in Merlino MS. *Ursins l'emmena, si trouverent un contrait, quant il furent issu de l'ost, & li Rois passa pardevant lui, & li contrais li crie, Rois, &c.*

Contractio, Ipse contracti morbus, in Historia Translat. S. Gorgonii cap. 15. Glossæ S. Bened. cap. de Medicina : *Contractio*, παράλυσις

CONTRADA. Vide *Contrata*.

CONTRADICERE, Interdicere, vetare. Concilium Moguntinum an. 847. can. 30. *Contradicimus quoque ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur.* Synodus Vernensis an. 755. *Ut nec Episcopus, nec Abbas, nec ullus Laicus pro justitiæ facienda sportulas contradictas accipiat : quia ubi dona intercurrunt, justitia evacuatur.* Capitulare 1. an. 802. c. 39. *Ut in forestes nostras feramina nostra nemo furari audeat, quod jam multis vicibus fieri contradiximus.* Concilium Wormatiense an. 868. c. 78. *Contradicimus quoque ut in quarta generatione nullus ampliùs conjugio copuletur,* Occurrit præterea in Statutis Nicolai II. PP. promulgatis in Synodo Romana an. 1059.

Contradicere, Renuere denegare, &c. Concil. Francoford. an. 794. *Si quis contradicit eos* (denarios) *in ullo loco, in aliquo negotio emptionis vel venditionis, &c.* id est, accipere non vult. *Res suas ei contradixit*, in formula 119. apud Lindenbrogium, id est, denegavit, reddere noluit. Eadem notione in Lege Alemannorum tit. 85. *Si contradixerit eum* (servum,) *& reddere noluerit. Proprietatem terræ alicui contradicere*, tit. 84. *Contester la proprieté à quelqu'un. Servile opus ancillæ contradicere*, tit. 18. §. 2. impedivit. *Contradicere jussionem*, in Lege Bajwvar. tit. 2. c. 8. nolle recipere. *Contradicere scrutinium*, in Lege Ripuar. tit. 47. §. 2. Id est, domum ad quærendum intrare cupientem prohibere. *Contradicere viam*, in Capitul. pro partibus Saxon. cap. 26.

CONTRADICTORIA, & *Contradicens pars*, Opposita, contraria, apud Alanum de Insulis de Planctu naturæ pag. 283. ult. Edit.

CONTRADRUTUM, quasi *Contra directum, drectum*, Contra jus, nostris *Contredroit*. Charta Alemannica Goldasti 99. *Cum resideret Unfredus vir inluster Retiarum Comes in mallo publico,* —— *ibique veniens homo aliquis nomine HRothelmus proclamavit, eo quod in contradrutum suum mansum ei tollutum fuisset.*

CONTRAGAGIUM, Jus quod dominis feudalibus competit, quo possunt pro rei suæ ablatæ ab aliis vindicatione, eorum pariter res sibi adferere ac retinere : *Contregage*. Usatica Aquarum mortuarum an. 1246. *Quicumque extranei ad dictum locum venerint, salvi ibidem cum suis rebus consistant, nec possint occasione guerræ supervenientis, vel occasione contragagii, vel aliqua causa simili detineri.* Vide *Contravadium*.

CONTRAMANDARE, *Contramandatum, Contramandatio*.

Contramandatum est excusatio legitima, quam quis in judicium vocatus, coram judice, per Procuratorem, aut per alium proponit, quominus juri stare possit. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 59. *Si dies placiti sit contramandatus, &c.* *Contramandatio*, ibidem, & cap. seq. ubi tota materia Contramandati expenditur. Ordinationes Parlamenti : *Diem habens in Curia, ipsa die veniat, vel Procuratorem constituat in casibus, in quibus constitui potest Procurator, vel contremandet, si contremandatum locum habeat ; alioquin sequenti die infra prandium deficiens reputetur.* Chronicon Mauriacense lib. 2. *De quo Rainaldus Abbas, ante Ivonem Episcopum Carnotensem placitum acceperat : & quia nec interfuerat, nec legitimè contramandaverat, deciderat à causa.* Chronicon Beiuense pag. 684. *Duellum inde firmaverunt, sed statuto die pugnæ, Roberto convenienter adstante, Humbertus & sui non advenerunt, neque contramandaverunt.* In Assisiis Hierosol. MSS. cap. 44. qui *contramandatum* seu excusationem proponit, id facere tenetur per duos viros *ex lege Romana*, (*de la Loy de Rome*) id est, Christianos Romanos, quique ex iis non sint, *qui ne n'ont vois ne respont en Cour, & que il soient a tems, & heure, à jour que la Cour li aura donné, &c.* Atque viri isti sacramento supra Evangelia præstito

affirmare

affirmare debent excusationes, quas afferunt, esse legitimas. *Contramandatorum* solennia sic pluribus explicant Usatica MSS. urbis Ambianensis: *Quiconques est e.. tres en gages de loi de bataille, & en ait jour de venir souffisament devant midi, & lui presenter contre l'autre partie, & garder jen jour, si come il doit ou il par droit la querelle, si n'avoit contremande, pourtant que l'averse partie viengne avant souffisament à jour, & se presente aussi, & gart son jour, si come il doit. Dereckief quiconques soit entrez en vvages de loi de bataille, & ait jour de venir à lostel de chelui & à la Justiche, de Soleil luisant, le jour devant puet contremander dusques a quinzaine, & trois fois puet ainssi de quinzaine en quinzaine contremander, pourt n est contremant suffisamment de Soleil levant le jour devant à le Justiche & à lostel chelui, si veat seura: & sil avenoit que li uns des parties que che fu bait au de ses contremans, l'autre partie porra de novel trois fois ensievans contremander, & seront li contremant kil..voit fait devant, nul. Derekief quiconques ait fait ses trois contremans continuelement, venir ni envoier ne li convenra plus à court, si ne veut, dusques à chou kil sera rajornés. Derekief quiconques che soit qu on envoie contremander à le Justiche & à lostel à chelui envers qui il contremande, envoier home pour lui li convenra, & li contremanderes dira kil contremande dusques à quinzaine, & doit nommer chelui pour kil contremande, & cil envers qui il contremande par non & par seurnon, & doit dire que chil n'a ne bien, ne a droit n'a dit le contremant, se li avoit chil pour qui il contremande, bien & souffisament baillié, & ainssi sera li contremans souffisamment fais, & sera li contremanderes retenus: ou fera souffisant seurté, ou prouvera souffisamment que de par chelui est envoiés & venus pour le jour de lui contremander. Derekef quiconques contremande par desagié, ou par mal de son cors, où il meimes en contremans soit, & vient, li contremans ne vaurra riens, ains perdra le querelle, se au jour kil a contremandé souffisamment ne vient. Derekief quiconques soit en gages de loi de bataille, ja soit che kil ait fait ses trois contermans continuement de mal de son cors contremander & estre en se maison descaus & sans braies, puet estre dusques à un an, & au kief de l'an sera rajourné, & venra souffisamment pour faire che kil devera, ou il perdera le querelle: & sil avenoit cose que chil qui contremande du mal de son cors, & vausist dedens l'an aler avant en ses gages & le querelle, il puet chelui par le Justiche rajourner dedens le quinzaine d'aler avant en le querelle; mais il ne porra plus contremander le mal de son cors: & sil avenoit que chil des parties qui avoient contremandé le mal de son cors, & l'averse partie puist monstrer par tesmoins que chil qui contremande, fois seur piés, cauchiés & vestus. & le puisse montrer par tesmoignage, chil aroit perdue sa querelle, sin'en voloit aler a nouviaus gages, & les tesmoins de cel tesmoignage lever. Derekief se contremans est fais à le Justiche & à lostel chelui envers qui on contremande, & chil le noie & nit, chil qui à contremandé par tesmoins le contremant trouvera kil a fait en se maison où il a contremandé & par son sairement aveuc son passera, se chil ne veut lui ou ses tesmoins tenir, & revenir de che a uns autre nouviaus gages. Derekief quiconques sont en vvages de loi de bataille, la Justiche puet de s'auto ité trois fois de son droit contremander, ou le jour aloncier ou continuer.* Reliqua vide in verbo Campio. Ex his emendanda Charta ann. 1153. descripta tom. 11. Spicilegii Acheriani pag. 338. *His dictis itum est ad judicium: sed judices de judicio alium diem quaesierunt, & nos praefiximus alium diem. Episcopus venit, Dux contramandavit. Iterum dedimus alium diem. Episcopus venit, Dux rursus contramandavit, &c.* Ubi perperam commendavit editum. Adde quae observamus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 2.

CONTRAPELLARE, Calumniare, repetere. Liber Mirabilis, seu Tabularium Monasterii Conche.. in Ruthenis, ch. 23. *Guirpimus nos & exuacuamus, & securitatem facimus tibi Domina Garsinde omtissa de ipsum alodem suprascriptum quae nos tibi antea contrapellabamus, ut nec de ista hora inantea &c.* Charta 113. *Et si homo est qui istum alodem contrapellaverit, &c.* Adde ch. 158. 188. 206. 313.

CONTRAPLEGII, Sponsorum sponsores, *Plegiorum plegii*: *Contrepleges*, in Consuetudine S. Severi tit. 1. art. 9. 14. 15. 18. nostris *Certificateurs*. Vide Rastallum in verbo *Counterplee*.

Contraplegium. Will. Brito lib. 6. Philipp.

Obtulit & se se duo fortia tradere castra
Botavan & Tileras, sic assignando Philippo
In Contraplegium, &c.

Charta Henrici Archiepisc. Remensis an. 1227. *Haec est autem securitas quam dictus Comes debet dare; videlicet ponere Brayam, & Castrum-celsum, cum feudis & appendititis omnibus in securitatem, & contraplegium.*

CONTRAPOSITIO, Repositio, responsio; *Deffenses en droit.*. Leges Henrici I. Regis Angliae cap. 34. *Si quis in placito per justitiam posito, sui, vel suorum causam injustis conterminationibus vel contrapositionibus difforciet, hanc perdat.*

CONTRARATIOCINATIO, Syllogismus, in Glossis Isonis ad Prudentii Apotheosin.

CONTRARATIO *Sanctorum*, Sortilegii seu praestigii species. Halitgarius Cameracensis Episcopus in Poenitentiali cap. 6. *Si quis sortes habuerit, quas Sanctorum contrarationem vocant, vel aliquas sortes habuerit, &c.*

CONTRARCHA. Papias: *Annas, Contrarcha.* Papias Edit. & MS.

CONTRARE, pro *Contraire*, nostris *Aller à l'encontre.* Vide Ughellum tom. 7. Italiae sacrae p 509.

CONTRARIA, Pars altera, Gallis, *Contrepart.* Notitia Judicati an. 1028. in Tabulario Casauriensi: *Et reclamaverunt ipse Abbas & Monachi de ipsis pontibus, unde habebant contrariam, propter exitum & introitum de ipso Monasterio.* Aliud Judicatum ejusdem an ii, ibidem: *Pro damnietate aut contraria de ipso Monasterio quantumcumque ei pertinet in Comitatu Marsicano, qui hoc fecerit componat de auro libras centum.*

CONTRARIUS, Daemon, Diabolus. Glossarium vetus: *Satan, adversarius.* S. Hieron. de Nominibus Hebraicis: *Satanas, παραβάτης, Contrarius.* Alibi: *Satanas, adversarius, sive transgressor.* & Epist. 33. *Vade retro Satana, quod interpretatur, adverse.* Interpres vetus Epistolae S. Barnabae: *Cum sint ergo dies nequissimi, & contrarius habeat hujus saeculi potestatem.* Ita apud Paulum Silentiarium in Descript. aedis Sophianae 1. part. vers. 140. ἀντίξοος dicitur:

——— ὅσον ἤελξεν
Δαίμονος ἀντιξόοιο βαλαντλήτοισι ῥιπαῖς.

Contrarius, Qui molestiam infert, qui alterum in rei cujuspiam possessione turbat. Bulla Benedicti VIII. PP. in Bullario Cluniacensi pag. 7. *VVarulfus de Branceduno & frater ejus VValterius Matisconensis Praepositus, qui eis contrarii sunt de precaria quam tenebat de Sancto Petro, &c.* ——— *Girardus de Centarpennis, qui eis contrarius est de villa Fontanedo, &c.*

Contrarium facere, Molestiam inferre. Capitulare Caroli M. an. 797. apud Holstenium in Collect. Rom. §. 6. *De Presbyteris statuerunt, quod si aliquid eis, aut eorum hominibus quis contrarium facere, aut tollere praesumpserit contra justitiam, omnia in duplum restituat & ei componat.*

Contrarietas, Molestia. Diurnus Romanus cap. 7. tit. 22. *Neque ullam laesionem aut contrarietatem malam in ipso Beati III. Monasterio ——— inferre audeat.* Epistola Eugenii III. PP. ad Narbonensem

nensem Archiepisc. in Bullario Cluniacensi p. 57. *Qui quoddam molendinum antefati Monasterii fregit, & ex eo molestiam & contrarietatem fratribus ipsius loci contra justitiam inferre præsumit*

CONTRASIGILLUM. Tide *Sigillum secreti.*

CONTRASIMILIS. Vide *Par.*

CONTRASTARE, Adversari, se se objicere: Italis *Contrastare.* Historia obsidionis Jadrensis lib. 1. c. 27. *Jadertini potenter contrastabant.* Vox Sidonio nota lib. 2. Epist. 2. 9. Hinc nostris *Contrester*, & *Contester. Maistre Vacces au Roman de Rou MS.*

N'i a ne fort ne fieble qui a Rou contrestace.

Chronicon Flandriæ Vernaculum cap. 72. *Ils se doutoient que les Gentils hommes ne peussent contrester à leurs rebellions.* Adde c. 1. 51. &c.

Contrastare aliquem, Accusare, alicui crimen objicere. Capitula ad Legem Alamannor. c. 22. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Et si ipsam vir contrasteterit culpabilem, & ille propter quem ei reputatur, mortuus fuerit. ille qui feminam contrasteterit VViregildum ejus desolvat.*

CONTRATA, Regio, vel tractus, Italis *Contrada*, Gallis *Contrée.* Anglis *Country*, quasi *Conterrata*, ut quibusdam placet. Acarisius, à *Contraho*: alii denique à *Contado*, seu potiùs à *Contea*, Comitatus vocem effictam putant. Occurrit apud Albertum Argentin. p. 117. Joan. Hocsemium in Theobaldo à Barro Episc. Leodiensi cap. 32. Sanutum lib. 1. part. 1. c. 6 lib. 2. part. 2. c. 2. Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 54. lib. 3. Ep. 11. Fridedericum II. lib. 2. de Arte venandi cap. 11. 43. Joan. Carmessonium in Vita S. Petri Thomasii c. 2. in Constit. Siculis lib. 3. tit. 38. &c.

Contracta, non semel eadem notione apud Ericum Upsaliensem in Histor. Suecor. lib. 1. p. 6. lib. 4. p. 115. & alibi.

CONTRATENERE, Leges Alfredi & Godrini Daci Regis Eastangliæ, c 9. apud Bromptonum: *Si quis decimam contrateneat, reddat Lashlite cum Dacis, VVitam cum Anglis.* Saxonica Editio habet Foꞃhealꝺan, quod *contra legis præceptum, ex contemptu tenere*, vel *detinere*, sonat.

CONTRIBULES, *Contribunales, Contribuni* Consanguinei, cognati. Gloss. Isidori: *Contribules, consanguinei, quasi ex eadem tribu.* Rursum: *Contribuni, consanguinei, parentes.* Leges Edmundi Regis Angl. cap. *De assultu in itinere: Si quisquam cognationis suæ firmet eum postea, reus sit omnium quæ habebit erga Regem, & portet faidam erga contribunales mortui, qui primitus reprobaverat eum*, Saxonica apud Lambardum p. 75. Ƿeȝe ða Fæhðe Ƿið ða mæȝðe, id est, is jam cognatis interfecti pro inimico habetor.

Contribulitas, *Cognatio*, *vel consanguinitas*, apud Will. Britonem in Vocabulario MS.

CONTRITIO. Vide *Comictia.*

CONTRITUS *assensus, id est, impeditus; unde pulsus contritus, id est, debilis, ut velox in principio paroxismorum.* Math Silvatic.

CONTROPATIO, quasi *Contrapactio*, Compensatio. Lex Wisigoth. lib. 6. tit. 1. §. 5. de Servo qui in tormentis mortuus est: *Verùm ut de servorum meritis omnis ambiguitas esset contentionis, non pro artificii qualitate excusatio videatur haberi, sed pro servis quæstionandis, contropatio adhibeatur ætatis & utilitatis, &c.* lib. 10. tit. 1. §. 17. *Utrique domino æqualiter sexûs, numeri, vel ætatis contropatione noverit dividendum.* Lib. 4. tit. 5. §. 3. *Contropactis his quæ tempore nuptiarum promeruit.* Id est, compensatis. Apud Butilerium *Contrepaner* est Compensare: ubi fortè legendum *Contrepacter.*

CONTROVERSIONES, Controversiæ, in Epist. Clementis PP. apud Bromptonum.

CONTUBERNIUM. Gloss. Lat Gr. *Contubernium*, συνοικέσιον, συνσκήνιον, σύνσιτον ϛρατιωτῶν. Gloss. Græc. Lat. ἀνδρῶν σύϛημα, *Contubernium.* Lex Salica tit. 16. §. 1. *Si quis villam alienam adsalierit, ipse & omnes qui convicti fuerint, quòd in ejus contubernio fuissent, &c.* Tit. 44. *Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsalierit, &c.* Id est, *Contubernariis*, vel *Contubernalibus*, uti appellantur à Festo: *Contubernium dicitur Contubernalium habitatio.* Idem Gloss. *Contubernarius*, σύνοικος, σύνοικος. Gloss. Lat. Gr. ὁμοδίαιτος, *Conversator, contubernalis.* Apud Tacticos, *Contubernium* dicitur constitisse decem aut minoris numeri militibus. Vide Gloss. Rigaltii.

Contubernales & apparitores, in Relatione Symmachi apud Baron. an. 419. n. 6.

CONTULITIO, Collatio, donatio. Gloss. Lat. Gr. *Contulisse*, εἰσκεκομικέναι. Formulæ veteres secund. legem Romanam c. 18. *Ego in Dei nomine ille, dulcissimæ conjugi meæ illi, dono tibi per hanc Epistolam Contulitionis, donatumque esse volo locellum rem proprietatis meæ, &c.* Infrà: *Si fuerit ullus de heredibus nostris, vel quælibet persona quæ contra has duas contulitiones uno tenore conscriptas aliquid agere —— præsumpserit.* Charta Roberti Comitis & Abbatis S. Martini Turonensis apud Sammarthanos in Archiepiscopis Turon. n. 54. sic clauditur: *Data est hæc contulitionis, seu potius restaurationis auctoritas, &c.*

CONTUMAX *capitis*, id est, *vertex.* Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph.

CONTUMELIARE, *Contumelia afficere.* Ado Viennensis in Chron An. 799. *Jussit eos, qui Pontificem Leonem tam inhonestè & indecenter deponendo contumeliaverant, sibi exhiberi.* Occurrit præterea in Actis Martyrii S. Didymi & Theodoræ n. 6. apud Christianum Grammaticum in Mathæum, in Legibus Henrici I. Regis Angl cap. 39. &c.

CONTUMIA, *Derisio*, in Gloss. Arabico-Lat. *Contumelia*, Joanni de Janua. Marcianus Capella lib. 4. extremo:

Populum Cecropidarum bene quo palliatarum
Bromius conciperet contumias nosse dolore.

Porrò *Contumeliam* propriè pro adulteris dici annotat Jacobus Gotofredus ex l. 2. Cod. Th. ad L. Jul. de Adult.

CONTUPICTA. S. Columbanus Ep. 5. *Licet enim mihi nimirum micrologo, illud cujusdam egregium sapientis elogium, quod dixisse fertur, quandam videns contupictam, non admiror artem, sed admiror frontem.* Ubi leg. fortè *comptam*, vel *acu comptam* id est capillos acu discriminatos, vel denique, ut Editor censet, *comptè pictam.*

CONTURBIUM. Capitulatio Caroli Magni pro partibus Saxoniæ cap. 28. apud Holstenium in Collectione Romana: *Si fortè inter eos aliqua discordia, aut conturbium ortum fuerit.* Annales Franc. an. 773. *Sine læsione, vel aliquo conturbio clusas apertas —— introivit.* Occurrit præterea in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 35. & in Diplomate Egicæ Regis, quod præfigitur Concilio Toletano XVI. Vide *Disturbium.*

CONTURNUS. Marculfus lib. 2 Form. 16. de Puella invita rapta: *Dum & te, faciente conturno, contra voluntatem parentum tuorum, rapto scelere, in conjugio sociavi.* Bignonius reponit *Contubernio*, id est, copiis contractis, ope sociorum & amicorum, uti vox *Contubernium* sumitur in Lege Salica: quo casu, erit *Contubernium*, non auxilium, sed illicita conjunctio, uti usurpatur in l. ult. C. de Incestis nuptiis, quâ Anastasius Imp. decernit ea rescripta viribus carere, *quæ quibusdam personis permiserunt scelesto contubernio nomen matrimonii imponere.* At cum *Conturno* præferant Codd. MSS. ea vox accipi potest, quomodo apud nostros *Contour*, ita ut virgo deceptam se raptoris suasionibus, ejusque calliditate circumventam, seductam, & sollicitatam dicat. Quippe.

Conturnus, pro Flexu, deflexu, circuitu accipitur, in veteri Charta ex Tabul. S. Benigni, apud Perardum p. 20. *De uno fronte terra S. Benigni, de alio latere conturno*

turno S. Benigni & S. Stephani, &c. Alia apud eund. pag. 53. *De uno fronte strada publica pergit; & de alio fronte conturnus.* Adde p. 99.

Coturnus, pro *Conturnus*. Chronicon Besuense pag. 531. *Habentes terminationes de uno latere terram S. Vincentii, de alio stratam publicam, de una fronte fiscum, de alia fronte coturnum vicinorum.*

CONVALLIA, *Convallia loca*; Convalles, apud Agrimensores.

CONUCULA, Colus, Gallis *Quenouille*, Italis *Conocchia*. Gloss. Latino-Theotisc. *Colus, Chunchla.* Lex Ripuar. tit. 59. §. 18. *Si ingenua Ripuaria servum Ripuarium secuta fuerit, & parentes ejus hoc contradicere voluerint, offeratur ei à Rege, seu à Comite, spatha & conucula. Quod si spatham acceperit, servum interficiat; si autem conuculam, in servitio perseveret.* Vide V. Cl. Steph. Baluzium ad Capitul. Reg. p. 996.

CONVENANZERIUS, ex Italico *Convenenza*, pactum, in Charta Longobardica, apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ p. 566. *Convenanzeriis suis Convenanzam dare judicavit.*

CONVENIA. Tabularium S. Benigni an. 679. apud Perardum p. 8. *Si ego ipsa, aut ullus de hæredibus meis, vel qualibet alia opposita convenia vel persona —— venire temptaverit, &c.*

CONVENIENTIA, Pactum, Conventio, Contractus. Sicul. Flaccus de Condit. agror. *Omnes ex convenientia terminos ponebant.* Idem: *Terminos autem convenientia possessorum confirmabat.* Occurrit passim, in Capitul. ann. 779. cap. 16. Addit. 4. Capitul. c. 134. in Capitul. 1. an. 805. c. 16. in Capitul. Caroli Calvi tit. 1. c. 4. tit. 6. c. 14. tit. 75. c. 8. tit. 6. 11. tit. 26. c. 12. tit. 30. c. 1. in pacto Caroli & Henrici, in Lege Longobardor. lib. 2. tit. 12. §. 9. lib. 3. tit. 19. §. 1. apud Fredegar. in Chron. c. 187. Leonem Ost. lib. 1. c. 24. (al. 26.) lib. 2. c. 6. 90. in Chron. Farfensi p. 657. in Concilio Cloveshoviensi c. 29. apud Egbertum in Dialogo c. 13. In Vita Aldrici Episcopi Cenom. n. 69. &c. V. *Connimentia*.

Convenientia, Pars quæ alicui in re quapiam ex pacto competit. Charta, seu Testamentum Rogerii Comitis Carcassonensis an. 1062. apud Catellum p. 627. *Et dono ad ipsum Raimundum convenientia de Comitatu Redensi, quæ habeo cum fratre meo Odone Comite, & cum filio suo Arnaldo, si Odo moriatur, & filio suo Arnaldo remaneat, ad te Raimundo ipsa convenientia de ipso Comitatu, & alia convenientia, quæ habeo cum fratre meo Odone de Castello de Corba, &c.*

Convenientia, pro *Conniventia*, in Concilio Vermeriensi an. 752. c. 4 & alibi sæpe.

CONVENIRE, Per pactum vel conventionem promittere, stipulari. Charta Ildefonsi Regis Aragon. æræ 1218. *Promitto & convenio, quòd ero vobis bonus adjutor & defensor per bonam fidem, &c.* Occurrit ibi non semel, apud Marcam in Hist. Bencharn. lib. 6. c. 1. & 5. & in Chartis Hispanicis passim. Alia Aragonensis anno 1250. apud Diago in Hist. Regni Valentiæ lib. 7. c. 45. *Demas juro & convengo, & otorgo que tendre totas estas convenientias, &c.*

Convenium, Conventio. Charta Ildefonsi Regis Aragon. æræ. 1218. *In eodem pacto atque convenio*: in Forit Aragon. lib. 3. de Ordine cognit.

CONVENTARE, Convenire, conventum agere, apud Cæsarium Heysterbach. lib. 5. c. 22.

CONVENTICULUM, de hæreticis propriè dicitur; ut in l. 10. & 20. Cod. Theod. de Hæret. in l. 4. & 5. eodem Cod. de His, qui super religione. Concilium Carthaginense IV. can. 71. *Conventicula hæreticorum, non Ecclesiæ; sed Conciliabula appellantur.* Ubi alii Cod. habent *Concilia diaboli.* Hugo Diensis Episcopus in Ep. ad Gregor. VII. PP. apud Hugonem Flaviniac. p. 202. *Si pateretur uspiam, ubi posset, Conventicula, & quasi Concilia, (sic ea vocans) celebrare, &c.* Vide infrà *Conventus*.

CONVENTIO. Jus feudale Saxonum cap. 7. §. 3. *Dominus potest duobus solum feudum conferre, uni possessionem, & alteri expectationem, quæ dicitur Conventio; si moriatur absque hærede feudali possessor.* Cap. 9. §. 4. *Si moriatur possessor, quia feudum Domino non vacavit, nisi forte Conventio facta fuerit, &c.*

CONVENTIONARE, Pactum, conventionem inire, paciscendo convenire, promittere, pacisci. Radulfus de Diceto: *Omnes homines Scotiæ conventionaverunt Regi, quod si, &c.* Matth. Paris. *Omnia, quæ conventionavit Domino Regi.* Brompton: *Pro quibus conventionavit illi Regi de terris Baronum Northumbriæ 300. marcas dare.*

CONVENTORES, Partes, quæ invicem de re quapiam conveniunt, paciscuntur, in Capitulis Caroli Magni lib. 5. cap. 127.

CONVENTUM, Mallum; placitum publicum. Gloss. Lat. Gr. *Conventus*, συνεδία, σύνοδος, ἀγορὰ συνέλευσις, ἄθροισις. Lex Alemann. tit. 36. §. 1. *Conventus secundùm antiquam consuetudinem fiat in omni Centena coram Comite, aut suo Misso, aut Centenario. Ipsum placitum fiat de sabbato in sabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius voluerit, &c.* Vide *Campus Martii*.

Conventus, Græcis, σύναξις, Ecclesia, ad quam conveniunt fideles. Concilium Agathense an. 506. can. 21. *Si quis extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque Conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitatibus, ut ibi Missas teneat propter fatigationem familiæ, justa ordinatione permittimus, &c.* Cæsarius Arelat. Serm. 12. *Quia vos ad audiendas lectiones divinas video ad Conventum Fratrum, vel ad Ecclesiam fideliter accurrere.*

Conventus, Districtus, diœcesis Episcopi. Concilium Toletan. IV. can. 35. *Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non adimit. Ideoque Basilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum procul dubio Episcopum pertinebunt, cujus conventus esse constiterit.* Vide Gratianum 16. q. 2. *Possessio.* 16. q. 3. *Sicut diœcesim*, & Burchardum l. 3. c. 147. Ubi diœcesis est Ecclesia parochiana; *Conventus* verò, diœcesis, seu districtus jurisdictionis Episcopalis. Adde can. 53.

Conventus, Collegium Monachorum. Ebrardus in Græcismo c. 12.

> *Est Monachorum Conventus, nec non Monachorum,*
> *Vel diversorum collectio discipulorum.*
> *Sed Conventiculum dicas pietate carentum.*

Ordericus Vitalis lib. 4. p. 542. *Ut greges dum Cœnobiorum permitterent adunari, Deique ad laudem sub uno Abbate, & sub una Regulà unum Conventum effici.* Lib. 3. p. 480. *Dum Uticense Cœnobium aucto Conventu 40. Monachorum gloriosè corroboraretur.*

Conventus, Locus, seu Camera, ubi conveniunt Monachi, de rebus suis invicem deliberaturi. Chronicon Fontanellan. c. 16. *Jussit præterea aliam condere domum juxta absidam Basilicæ S. Petri —— quam Conventus, sive Curiæ, quæ Græcè Buleuterion dicitur, nomine appellari placuit, propter quod consilium in ea de qualibet re perquirentes convenire fratres soliti sunt.* Chronicon Lobiense p. 635. *Locum Conventus, quo videlicet ad sedendum & legendum Fratres conveniunt, decentiori opere —— adimplevit.* Chronicon Trudon. lib. 6. pag. 401. 402. *Per eum locum, quem tunc appellabamus, & nunc habemus, Conventum.*

Conventum tenere dicitur, qui primus occurrit inter Monachos, absente Abbate vel Priore in Officiis divinis, vel in Refectorio, in libro Ordinis S. Victoris Parisiens. c. 27. & in libro Usuum Ord. Cisterciensis c. 81.

Conventuales fratres, Monachi, qui collegialiter in Conventibus vivunt. Matth. Paris an. 1233. *Rex Angliæ Henricus quamdam decentem Ecclesiam & congregationem conventuali sufficientem -- fabricavit.* Vide Waddingum in Annalib. Minor. an. 1252. n. 18. & an. 1375. n. 44.

CONVERSÆ, Mulieres, quæ à prava & dissoluta vita ad meliorem transeunt, vulgò nostris; *Converties.* Honorius Augustod. lib. 2. Gemmæ animæ cap. 242.

Conversæ

Conversæ, quæ eundem habitum (ac viduæ) *gerunt, à Maria Magdalena formam sumpserunt*. Iis verò recludendis binæ olim extitere domus Constantinopoli, prior à Justiniano M. extructa, cui Μετανοίας, ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ, seu *Pœnitentiæ* nomen imposuit, ut auctor est Procopius lib. 1. de Ædif. Justin. altera quam τὴν νέαν Μετάνοιαν vocat Theophanes anno 1. Heraclii, nostris, *Maison des Repenties*. De utraque pluribus agimus in nostra Constantinopoli Christiana.

Conversa uxor, quæ cum mariti consensu Deo se dedicavit, in Concilio Arelat. II. cap. 3.

CONVERSARE, Vitam religiosam seu monachicam profiteri. Charta Pipini Majoris Domus apud Doubletum lib. 3. p. 693. *Ipsi Monachi de ipso sancto Cœnobio, qui in ipsa sancta casa conversare, vel vitam degere videntur*. Marculfus lib. 2. form. 48. *Supplicaturia pro eo qui in Monasterio conversare desiderat*.

Conversari, eadem notione. Lex Aleman. tit. 15. *Monachus qui sub Regula in Monasterio conversatus fuerit*. S. Bernardus in Apol. de Vita & morib. Relig. c. 3. *An fortè qui juxta alium ordinem conversari videor, propterea huic suspectus habeor*. Et cap. 8. *Sic Patres in Ægypto conversati sunt?*

Conversatio, Monachismus, vita monachica. Rathbertus de Casib. S. Galli c. 5. *Cum conversatione habitum mutavit, & tunc demum monachicis indutus vestimentis susceptus -- Abbas est ordinatus*. Epistola Dagoberti Regis in Vita S. Desiderii Cadurc. Episcopi cap. 7. *Sub habitu seculari Christi militem agere, ac mores angelicos & sacerdotalem conversationem habere. Sancta conversationis fundamenta jacere*, apud S. Hieron. in Epist. 8. ad Lætam. *Sanctæ conversationis habitum tradere*, apud Gregorium Magnum lib. 2. Dial. c. 1. *In sancta conversatione permanere* apud Petrum Damian. de Vita S. Romualdi cap. 15. *Habitus sanctæ conversationis*, apud eundem lib. de Perfect. Monachor. cap. 15. Vide Bedam in Vita S. Cuthberti cap. 28. Ordericum Vitalem pag. 477. 518. S. Anselmum lib. 1. Epist. 13. &c.

Conversatio, interdum vox generica, pro quorumvis vivendi ratione. Gloss. Lat. Græc. *Conversatio*, ἀναστροφὴ, διαγωγὴ, βίος. S. Hieronymus lib. 1. in Ruffinum c. 3. *Eo quòd te dicerent cum sodalibus tuis indigna nomine Christiano de mea conversatione jactitare*. Adde Epist. 4. 24 S. Valerianus Cemelenensis lib. de Bono disciplinæ: *In hoc solùm constat conversationis nostræ ratio, ut boni simus*. Hetto Episcop. Basileensis in Visione Vuettini Monachi Augiensis num. 9. *Quàm terribilem verò sententiam de conversatione Comitum intulerit, quis enarrare sufficiat?* Vide Capitul. 2. an. 811. c. 1. Capitul. 5. Caroli M. in certi anni c. 1. 2. &c.

Conversatio, *Conversatio publica*, Usus publicus, propriè de moneta, *Cours de la monnoie*, in Cod. Theod. l. 1. de Conlat. æris, l. 2. Si quis pecun. confl. & l. 3. de Suariis.

Conversio, *Conversus*, *Converti*, voces de vitæ monasticæ professione usurpatæ.

Converti, dicitur, qui Monachus fit. Gregorius Magn. lib. 2. Ind. 11. Epist. 6. *In qua lege continetur, ut nulli qui in manu signatus est, converti liceat*. Idem lib. 7. Epist. 11. *Ne militiæ, vel rationibus publicis obligati ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in Monasteriis convertantur*.

Conversi, Monachi. Concilium Aurelianense I. can. 2. *Monachus in Monasterio conversus*. Salvianus lib. 4. ad Ecclesiam Cathol. *Et licèt de conversorum [illegible]erabili choro esse videaris, licèt religionem vestibus similes, &c.* Extat Isid. liber *de Conversis* id est, Monachis. Conversi autem propriè dicebantur qui à sæculari vita, quam aliquandiu professi fuerant, vitam monachicam amplectebantur, & ad morum conversionem veniebant differebantque ii à *Nutritis*, qui scilicet ab infantia in Monasteriis enutriti eandem vitam amplexati erant. Ita enim *Conversi* intelligendi apud Anselmum l. Similit. c. 78. non verò ii, quos *Fratres Conversos* dicimus, ut vult Haëftenus.

Conversio, Monachismus. Beda lib. 4. Hist. Eccl. c. 5. *Monachi in ea permaneant obedientia, quam rem tempore suæ conversionis promiserunt*. Capitula Caroli Magni l. 1. cap. 63. in Lemmate: *De conversione liberi hominis*. *Ad conversionem venire*, pro, Monachicam vitam amplecti, in Regula S. Benedicti cap. 4. apud Petrum Venerab. lib. 1. de Miracul. c. 4. in Chronico Fontanell. cap. 4. apud Ordericum Vital. lib. 3. pag. 477. in Chron. S. Benigni pag. 402. 415. 416. 419. in Orig. Murens. Monast. pag. 40. 48. in Vita S. Hermelandi n. 5. &c. Formula promissionis monachalis: *Ego promitto stabilitatem & conversionem morum meorum*. Vide Filesacum lib. 1. Selector. pag. 161.

Conversio dicitur præterea de iis qui abjurandæ vitæ sæcularis proposito facto, ad strictius vitæ genus pervenire student. Ita in Concilio Arausicano 1. can. 22. Arelat. II. can. 43. & Agath. can. 16. statuitur, *non ordinandos Diacones conjugatos, nisi priùs conversionis proposito professi fuerint castitatem*. Idem de Presbyteris conjugatis statuitur in eodem Concilio Arelat. II. can. 2. de Episcopis & Presbyteris qui de laïcali statu ad eas dignitates provehuntur, in Concilio Arelat. IV. can. 1. & 2. in Epistola Felicis IV. PP. ad Cæsarium Arelat. in Concil. Aurel. III. c. 6. Aurel. V. c. 9. & Cabilonensi c. 5. in quibus requiritur annalis conversio. De viduis verò & puellis quæ ad propositum servandæ in posterum castitatis aspirant, vide Epaonense c. 21. & Aurel. V. c. 19. præterea Filesacum lib. 1. Selector. pag. 162.

Conversi, in Monasteriis, dicuntur laïci Monachi, laïcis exercitiis & Monachorum obsequiis addicti, vulgò *Freres Convers*. Sic autem appellati quòd primitus viri laïci pietatis, seu etiam quærendi victûs gratiâ Monasteriis totos se darent, offerrent, & addicerent, operam suam locantes ad vitam suam: unde & *Laici*, & *Oblati*, & *Donati*, sæpe dicti leguntur, ut suis locis docemus. *Conversi, qui Monachi non sunt*, in Epistola Innocentii II. PP. tom. 10. Spicilegii Acheriani. Guigo in Vita S. Hugonis Episcopi Gratianop. num. 11. *Duos Laïcos, quos appellamus Conversos*. Vide eundem in Statutis Cartusiensib. c. 78. & Statuta antiqua ejusd. Ord. 2. part. c. 26. §. 3. Heloïsa Abbatissa Paraclet. *Religionis erat de cultu terrarum & labore proprio vivere, sed quia ex debilitate non possumus, admittimus Conversos & Conversas, ut quæ per nos administrari non permittit rigor religionis, per eos adimpleatur*. Raymund. Ordin. FF. Prædicat. in Summula:

Si fugit ex claustro laïcus conversus, & inde
Duxerit uxorem, cùm crimen constat ab isto,
Hac eat, & repetat correctus apostata claustrum,
Si fuerit sua nota professio: conjugium stet,
Si nullum fecit: tamen illos æqua voluntas
Separat, ut castè vivant injungitur istis.

Vide Institutiones Capituli General. Cisterciens. distinct. 14. & Haëftenum lib. 3. Disquisit. Monastic. tract. 1. disquisit. 8.

Conversus ad succurrendum. Necrologium Monast. S. Petri Remensis: *XII. Kl. Febr. Margareta Chauchons Conversa ad succurrendum*. Vide *Monachus ad succurrendum*.

Conversos præterea vulgò appellabant qui à Judaïca vel Mahumetana superstitione ad religionem Christianam convertebantur. Narrant Matthæus Paris & Matthæus Westmonasteriensis sub an. 1233. Henricum III. Anglorum Regem extruxisse Londini *Domum Conversorum* pro errorem Judaïcum relinquentibus, *in qua ii sub honesta vivendi regula, certum haberent in tota vita sua domicilium, tutum refugium, & sufficiens vitæ sustentamentum*. Istius domus meminit rursum Parisius an. 1244. pag. 436. quam quidem, expulsis postmodum Judæis Edwardus III. anno regni sui 51. in Scriniorum custodiam commutavit, ut auctor est Spelmanus.

Ejusmod. Conversis victum & vestitum primò conferebant Reges: verùm cùm iis impensis ob ingruentia bella sufficere minimè possent, eorumque numerus sat magnus esset, in Abbatias & Monasteria singulatim illos amandabant, à quibus victûs necessaria perciperent, quod potissimum ex Gul. Prynneo in Libertatib. Eccl. Angl. to. 3. p. 835. & sequentibus docemur, ubi nomina Conversorum, & uxorum interdum, ut & Monasteriorum quibus alendi tradebantur, recensentur.

Ejusmodi in Gallia *Conversorum*, qui ex partibus ultramarinis adducebantur, cùm è Judæis, tum è Mahumetanis, frequens occurrit mentio in Computis Baillivorum Franciæ: verbigratiâ in Computo an. 1233. *Pro expensis Conversorum de partibus transmarinis* 108. *sol. 6 den.* In alio an. 1302. *Philippotus Conversus filiolus Regis pro roba, pro medio 30. sol.* In alio 1333. *Philippus filiolus Regis 8. den. per diem, & pro roba pro med 30 sol. Isabella Conversa filiola Reginæ Angliæ 3 den. per diem. Huguenînus Conversus filiolus Hugonis Ducis Burgund. 2. den. per diem.* In aliis Computis, vulgò sub *Baptizatorum* appellatione recensentur, ex quibus percipimus Reges & Magnates istorum Conversorum in Baptismo fuisse patrinos, iis que certos attributos reditus ad victum & vestitum, quos *Bursam Baptizatorum* appellat aliud Computum anni 1285. De Baptizatis istis habetur istud Arestum datum in octavis Nativitatis B. M. an. 1260. *Placuit Domino Regi quòd Majores bonarum villarum habeant justitiam de baptizatis in villis suis manentibus, quando delinquunt, in iis tamen in quibus justitia pertinet ad ipsos.* Vide Matth. Westmonast. an. 1254. & Notas nostras ad Joinvillam pag. 112.

Conversus. In Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo, occurrit crebriùs quidam *Guigo Conversus*, ferè semper primus in subscriptionibus Chartarum ejusdem Episcopi. Habentur etiam ejusdem Guigonis literæ aliquot. At fol. 86. idem Guigo dicitur *Conversus Episcopi*, hacce ratione: *Inde sunt testes videntes & audientes Guigo Conversus Episcopi, in cujus manu hæc donatio sive laudatio facta fuit, & Petrus Presbyter, &c.*

Convertere, Ad conversionem venire, seu vitam monachicam amplecti. Vetus Charta ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ *Quia ingredientibus Monasterium convertendi gratiâ ulteriùs nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem Monasterii juris fiant, aperta legis definitione decretum est, &c.*

CONVIARE, Comitari, ire cum aliquo. Anastasius in S. Zacharia PP. *Ipsa verò nubes cum eis usque ad Basilicam S. Apollinaris -- tegendo conviavit.* Infrà: *Rex egressus -- eidem sancto viro conviatus eum deduxit.* Vide Theodor. Campedon. de S. Magno cap. 16. 19. 21. Chronicon Besuense p. 574. Consecration. Lamberti Episcopi Atrebat. tom. 5. Spicilegii Acheriani p. 544. Vitam S. Deicoli num. 15. Petrum Damianum lib. 1. Epist. 10. & alibi non semel, &c.

Conviator, Comes itineris, comperegrinans. Anastasius in S. Zacharia PP. *Cum suis Sacerdotibus & Clero conviatoribus &c.* Ubi perperam editum, *cum viatoribus.* Occurrit præterea in Chronico Augustensi an. 1101.

CONVICANEUS, Ejusdem vici ac parœciæ. Orig. Murensis Monasterii pag. 42. *Populus autem istic vadit ad conductum Episcopi, quo & cæteri ejus convicanei vadunt, -- ibique Ecclesiasticum jus audiat.*

CONVINCLA. Vide *Conjugla.*

CONVINERE. Apitius lib 6. de Re culin. c. 6. *Et jus scissuris infundes, ut convinet; & ubi convinerit, assabis.* Ubi *convinere*, est imbibere: at Humelbergius legit, *combiberit.*

CONVITARE, Invitare, unde nostris, *Convier.* Gregorius VII. PP. lib. 4. Epist. 22. *Volumus etiam ut fratrem nostrum Hugonem venerabilem Cluniacensem Abbatem tecum Synodo interesse ex nostra parte convitare rogando & multùm instando procures.*

CONVIVÆ *Regis*, Ex familia, ex domo Regia, *Ministris Regis*, nostris vulgò, *Officiers Commensaux de la Maison du Roy.* Gloss. Græc. Lat. Συμβιωτὴς, *Conviva.* Ὁμοδίαιτος, *Conviva.* Gloss. Lat. Græc. *Convictor & Convivator*, συμβιωτὴς, συνεστιάτωρ. Ἐσιοντες τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως, in cap. 1. Danielis: seu ἀπολαύοντας τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς, ut vertit Chrysostomus in hoc cap. Chronic. Alexandrin. an. 13. Theodosii Junior. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος παυλῖνον ὡς φίλον, καὶ μεσάσαντα τῷ γάμῳ, καὶ συναριστῶντα αὐτοῖς, ἐποίησεν διὰ πάσης ἄξιος ἐλθεῖν. Epitaphium Probi viri illustris:

Lætabar priùs mensæ regalis honore,
Principis alloquio, Regis amicitia:

Lex Salica tit. 43. §. 6. *Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit.* Lex Burgund. tit. 38. *Quicumque hospiti venienti tectum aut focum negaverit, 3. solidorum inlatione mulctetur: si conviva Regis est, 6. solid. mulctæ nomine solvat.* Fortunatus de Conda Domestico:

Jussit & egregios inter residere penates
Convivam reddens proficiente gradu.

Jonas in Vita S. Columbani cap. 24. *Tum unus è convivis Chrodoaldus nomine, cujus conjux erat amita Theodeberti Regis.* Et cap. 18. *Vir nobilis Hagnericus Regis Theudeberti conviva, vir sapiens & consiliis Regis gratus.* Adde Vitam S. Agili Abbatis. Vetus Scheda reperta in tumba S. Canuti Regis Daniæ an. 1582. apud Isaacum Pontanum lib. 5. Hist. Danic. *Gloriosus Rex Protomartyr Danorum Canutus pro zelo Christianæ religionis & justitiæ operibus, ut Christus, à proprio conviva Blacone traditus &c.* Qui quidem Blaco in Versibus ibidem repertis, *Minister*, id est, Officialis domus Regiæ, Saxoni Grammatico lib. 11. *primam Regis familiaritatem adeptus* dicitur. Vide Ordericum Vital. pag. 534. Proinde Convivæ Regis, ii sunt, *qui honore mensæ regalis aliis anteponuntur: quos participes mensæ suæ efficit*, ut est in Concilio Toletano XII. can. 3. & quos *divinis epulis adhiberi, & adorandi Principis facultatem* habuisse ait l. 1. Cod. Theod. de Comitib. & Tribun. scholar. ubi Jacobus Gotofredus plura congessit de honore mensæ Regiæ, ut & Bignonius ad Legem Salicam, Savaro ad lib. 1. Epist. Sidonii, & alii. Charta Ottonis M. Imp. an. 962. & Henrici III. an. 1045. apud Zyllesium: *Ipsi quoque quoties ad Regalem curiam venerint, de Regia mensa pascantur, & inter curiales & domesticos Regis & Reginæ qui regio cibo vescuntur, non infimi semper habeantur.* Vide Dissertat. 2. ad Joinvillam.

Conviva Apostolorum, & Martyrum consors, dicitur S. Thomas Cantuariensis Archiep. à Gervasio Doroberni. lib. de Combustione Dorob. Eccles. pag. 1293.

CONVIVIARIUM & *Convivatorium, Locus ubi convivantur*, Ugutioni & Joanni de Janua.

CONVIVIUM, vulgò *Pastus, Droit de past*, cùm tenens aut vassallus tenetur ex conditione feudi aut tenementi, domino *Convivium* semel aut pluries quotannis exhibere. Marculfus lib. 2. form. 1. *Nullas functiones, vel exactiones, neque exquisita & lauta convivia, neque gratiosa vel insidiosa munuscula -- de ipsa facultate penitus non requirantur.* Regularis concordia Monachorum Anglicæ nationis, apud Seldenum ad Eadmerum p. 150. *Potentibus verò non causa convivandi, sed pro Monasterii utilitate atque defensione, quotiens expedierit, obviandi intra infraque Monasterium licentiam habent.* Charta S. Audomari Episc. Tarvanensis apud Folcardum in Vita S. Bertini cap. 6. *Neque in agris ipsius convivia ego, vel Pontifices successores nostri, vel Archidiaconus præparare non præsumant. &c.* Charta Henrici Regis Franciæ an. 1058. ex Tabul. Fossatensi f. 15. *Nec ullas molestias ullus suorum servis Dei inferre præsumat, nec convivia sibi præparare jubeat.* Tabular. Ecclesiæ Cadurcensis: *Damus unum mansum qui vocatur Castinel, unum convivium cum 10. Militibus, unum porcum optum, & alium vivum.*

Ibi-

Ibidem: *Ego Raterius de Belloforte concedo convivium illud, quod accepi in pignore pro 300. sol. de Vicecomite de S. Cirico.* Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession an. 1232. pro Communia Aisiaci: *Non quitavimus dictis hominibus totam talliam, quam Ecclesia nostra consuevit accipere super eos, & 4. libras nigrorum, quas Ecclesiæ nostræ debebant de conviviis & tensamentis.* Vide *Prandium, Parata, Procuratio, Pastus, Coenaticum.*

A conviviis fidelium ejici, Excommunicari: neque enim licebat cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum capere, ut est in Concilio Autisiod. cap. 38. Concilium Andegavense can. 4. *Non solùm à communione habeantur alieni, sed nec conviviorum quidem admittantur esse participes.* Turon. I. c. 8. *A communione Ecclesiæ, vel à convivio fidelium extraneus habeatur.* Concilium Veneticum c. 3. *Non solùm à communione divinorum Sacramentorum, sed etiam à conviviis fidelium submovendos.* Ita passim in Conciliis Aurel. I. can. 1. 3. 11. Epaonensi c. 15. Arvern. c. 6. Lugdunensi II. c. 2. Parisiensi V. can. 13. &c.

Convivia defunctorum. Concilium Coyacense an. 1050. *Clerici & Laici qui ad convivia defunctorum venerint, sic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant; ad quæ tantùm convivia vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.* Vide *Parentalia.*

CONVOTUS, Conjuratus, *eodem voto astrictus, obligatus*, Festo, & Joanni de Janua. Gerardus Abbas Silvæ Majoris in Vita S. Adelardi c. 5. *Quatenus eum separent à latere Regis firmantur convoti, ut justitiam ulteriùs non habendo, defensorem Regnum amitteret, &c.*

CONUS, *Cuneus monetalis, Coin.* Leges Ethelredi Regis c. 36. *Eos etiam qui conos faciunt in occultu, & vendunt falsariis pro pecunia & incidunt monetam alterius nomine, &c.* Vide *Cuneus.*

COOPERTIO. Additamenta ad Matthæum Paris: *Inquiratur qui ceperint coopertiones, coppagia, & escaetas quercuum, sive aliarum arborum.* Ubi Wats. sius *coopertiones* interpretatur, *capita sive ramos arborum succisarum.*

COOPERTORIUM, Stragulum quo lectus insternitur. Καλυπτὴρ in Chronico Alexandrino p. 902. S. Augustinus in Psalm. 35. *Nolite interrogare stratos pretiosis vestibus lectos, & carnem multis divitiis obvolutam.* Vegetius l. 3. Re veterin. *Calidis coopertoriis involutus.* S. Bernardus de Vita & morib. religiosor. c. 10. *An non posset dormiri nisi supra varium stratum, aut sub peregrino coopertorio?* Vincentius Belvac. l. 28. c. 95. habet, *sub silvestri coopertorio. Coopertorium matrinum, & Coopertorium de alfanex*, in Testamento Arnoldi Episc. Tolosani. Vide Statuta Ordinis *de Sempringham* p. 719. Petrus Cluniac. in Statutis Cluniac. c. 17. *Nil se habere non parva piorum, eisque adhærentium multitudo putabat, nisi ex pilosis illis & condensis Numantinorum, hoc est, juxta modernos. Amorensium cattorum pellibus contexto multi pretii coopertorio, lectus muniretur pariter & ornaretur.* Rotulus Ca... etæ Comput. Paris. à nobis laudatus ad Joinvill. p. 66. *Pro scallatis radiatis & Tiretan. persia & viridi pro coopertorio.* Ibidem: *Unum coopertorium foratum de erminis Convertoirs Hermins*, in Poem: *de Garin le Loherans.* Confule Notas nostras ad Joinvillam p. 65.

Coopertoria inter vestes sacras vel ministerio sacra, recensentur ab Anastasio in Sergio I P. *Hic fecit coopertoria, vel vasa aurea & argentea plura per diversas Ecclesias ad usum & ornatum Ecclesiarum Christi.* Gregorius Turon. de Vitis Patru. c. 8. *Dans coopertorium Sarmaticum, quo altare Dominicum cum oblationibus tegeretur.* Et mox: *Coopertorium verò, quia rarum est, non ponatur super munera altaris, quia non exinde plenè tegitur mysterium Corporis Sanguinisque Dominici.* Decreta Stephani Regis Hungar. l. 2. c. 34. *Vestimenta verò, corporalia, & coopertoria Rex (Ecclesiis) provideat.* Vide *Palla*, & *Pallium.*

Coopertoria equorum, quibus ii insternuntur. Vegetius l. 3. Artis veterinariæ c. 77. *Animal calidis coopertoriis involutum deambulet.* Κοπερτόριον, apud Codinum de Offic. c. 3. n. 8. V. de *Sagum.*

Coopertorium, idem quod *Festum*, Culmen. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 813. *Concessi eisdem fragium, focalia, & coopertoria sufficientia in omnibus mariscis & communibus villæ, &c.*

Coopertoria, Fridericus II. l. 2. de Arte venandi c. 24. *Pennæ majores sunt recollectæ sub duabus, quæ dicuntur Coopertoria.* Cap. 48. *Pennas caudæ tenet recollectas sub duabus mediis superioribus, quæ duæ vocantur Coopercula.* Vide *Coopertum.* Et Gl. med. Græcit. in Καλυπτῆρες.

COOPERTURA, Prætextus, Italis *Copertura*, nostris *Couverture*, in Statutis Venetis an. 1242. l. 1. c. 5.

Coopertura, vox forensis apud Anglos, Matrimonium, *Couverture.* Rastallus: *Coverture, est quant un home & un feme sont espousé ensemble: ita ut quòd constante matrimonio de bonis uxoris disponit maritus, dicatur factum esse durant la coverture, & le feme est appel un feme couvert.* Statutum Henrici VI. Regis Angliæ an. 20. c. 9. *En quel Statut n'est mis mention fait, coment femes Dames de grande estate, per cause de lour Barons, Pieres de la terre, convertes, ou soules, sçavoir Duchesses, Countesses ou Baronesses, seront mises à respondre, &c.* Vide Littletonem sect. 31. 380. 403. 559.

Coopertura, Stragulum, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 82.

COOPERTUM, vox forestarum, Gall. *le Couvert*, Dumetum, locus nempe in forestis, arbustis & dumetis consitus, ubi feræ latitare solent, cùm venatores eas insectantur. Charta Joannis Regis Angl. de Forestis apud Matth. Paris an. 1215. *Unusquisque liber homo de cætero sine occasione faciat in bosco suo, vel in terra sua quam habet in foresta molendinum, vivarium, stagnum, marleram, fossatum vel terram arabilem, extra coopertum in terra arabili*, Monast. Anglic. to. 2 p. 318. *Et illum campum adhuc tenent ad voluntatem usque ad præsens tempus, qui est de propriis dominicis terris, & extra coopertum forestæ.* Et tom. 3. pag. 236. *Habeant & teneant boscos prædictos cum venatione, vasto, & omnibus pertinentiis suis quibuscumque, tam infra coopertum, quàm extra, deafforestatos, liberos & quietos de foresta & placitis, foresta, &c.* Adde Fletam lib. 2. cap. 41. §. 2. 3.

Coopertorium, eadem notione. Leges forestarum Scoticarum cap. 1. § 1. *Inhibitum est -- ne qui coopertorium silvarum intrent cum animalibus suis.*

Coopertus mansus, qui aliàs *vestitus.* Charta Ermengardis Comitissæ Ceritanensis an. 993. *Et in aliis locis in rio Ferrario superiore mansos coopertos, cum curtes, ortos &c.* Infrà: *Videlicet omnes supra nominatis mansis casis, casalibus, coopertis, & discoopertis (id est, ablis) quintanalibus curtis, curtalibus, hortis &c.*

COPA, *Coponagium.* Vide *Cupa.*

COPADIUM. Κοπάδιον Papias: *Copadium, particula carnis, quod Græci Copadium dicunt.* Ita MS. habet pro *Copium.* Apicius lib. 7. cap. 6. *In copadiis jus album, jus in copadiis. Jus in elixa.* Pelagius in libello 4. num. 63. *Et accipiens Archiepiscopus unum copadium, dedit juxta se recumbenti.* Glossæ veteres: *Copadia*, κοπάδια. Gloss. Græc. Lat. Τέμαχος, *Copadium, frustum.* Vide Apophtegmata Patrum in Theophilo cap. 3. & Meursium in Κοπάδιον. & supra in *Compadiatim.*

COPHINUS, Corbis qua terra portatur, apud Vegetium lib. 2. de Re milit. cap. 20 & ult. & lib. 1. de Re veterin. c. 56. lib. 2. cap. 33. & Isidor. lib. 20. cap. 9. Monachus Pegaviensis pag. 11. *Wigberto consuluerunt, ut propriis humeris per 12. angulos fundamenti totidem cophinos lapidum primus deferret, scilicet, imitando factum*

factum religiosissimi Principis Constantini, qui primus ac potissimus Ecclesiarum fundator inter Principes exstitit.

Cophinus, ministeriis sacris. Anastasius in Vit. PP. p. 188. *Necnon & super columnas ipsius Ciborii, propter amplam pulcritudinem ex argento purissimo fecit cophinos numero 4. pensant. lib. 42.*

In Cophino servire Psalm. 80. *Manus ejus in cophino servierunt.* Id est, *in servitute*, uti interpretantur Eucherius & Senator. *Ismaëlita cum cophino*, apud Sidonium l. 7. Ep. 6. Gregorius Turon. l. 5 Hist. c. 48. *Sed quia lippis erat in adolescentia oculis, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus à pistillo, promovetur ad Cophinum. Sed dum inter fermentatas massas se delectari consimulat, servitium fugam iniens dereliquit.*

COPHTI, à Mahumetanis, confictum vocabulum, quo Christianos Ægyptios, seu Monachos, aliosque religiosæ vitæ sectatores, quasi *incisos*, per contemptum appellare solent. Diversos porrò à *Coptis*, à quibus lingua Coptica, seu Ægyptia antiqua nomen deduxit, pluribus ostendit Athanasius Kircherus in Prodomo Copto cap. 1. De iis etiam agit. Franc. Quaresmius l. 1. Elucidat. Terræ Sanctæ c. 49. Vetus Scheda continens seriem Regum Ægypti edita à Drusio post Hist. Severi Sulpitii: *Secundus* (Ægyptiorum Rex) *Cabtim, unde denominati sunt Cophti.* Vide Scaligerum l. 7. de Emendat. temp. p. 705.

COPIA, Exemplum scripti, Chartæ, πρωτοτύπε, seu originalis, ἀπόγραφον, ἀντίγραφον, ἰσότυπον, Gallis *Copie*. Vetus Interpres Concilii Constantinop. sub Menna, ἴσον πράξεως συςάσης, &c. *Copia actionis formatæ contra Petrum, &c.* Occurrit apud Joan. Hocsemium in Adolpho à Marka Episc Leod. c. 6. in Statuto Philippi Pulcri pro reformat. Regni art. 13. in Chronico Magno Belgico p. 318. &c. Vocem ita efficiam à recentioribus censet Reinhartus Robigius l. 10. c. 15. quòd instrumentis multiplicatis inde eorum *copia* emergat. Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital.

Copia rotulorum Curiæ, est Exemplum aut antigraphon actorum quæ in Curia Baronis expediuntur: quorum hoc unum est in plerisque, si non præcipuum, scilicet, *Venit talis tali die, & ad petitionem suam admissus est ad talem terram, &c.* Qui autem sic tenet, hujus acti solum exemplum tituli loco habet. Cowellus. Atq; hi.

Copitenandi, Anglis *Copiholders*, appellantur: villani scilicet, Sokmanni, Costumarii, quòd, ut dictum est, nullum aliud tenementorum suorum habeant instrumentum, quàm *Copias Rotulorum Curiæ*, unde & Tenents *par Copie du roole de Court*, dicuntur. De iis agit Littletonus sect. 73. 75. Vide præterea Spelmannum in *Bocland*.

Copiatæ, Vespillones. Gl. Lat. Gr. *Bispelliones*, Νεκροθάπλαι, Κοπιαταί. Epiphanius l. 3. Contra Hæretic. Κοπιαταί. Κοπιάλαι, οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. Clericis videntur accenseri in l. 1. Cod. Theod. de Lustrali conlat. quæ est Constantii, ubi recèns instituti dicuntur, sed & in l. 15. de Episc. quæ Juliani: unde eosdem, quos *Fossarios* vocabant haud absurdè conjectant viri docti. De iis etiam, tacito licèt nomine, agit l. 2. Cod. de Veteranis: *Dum se quidam vocabulo Clericorum, & infaustis defunctorum obsequiis occupatos, non tam observatione cultus, quàm otii & socordiæ amore defendunt.* Adde Novell. Justin. 59. Vide *Fossarius.*

COPIDERMUS, Κοπίδερμος, in Gloss. Gr. Lat.

COPKINUS, Moneta argentea, cujus mentio fit in Legibus Opstalbomicis Frisicis cap. 21.

COPLA. Acta Proconsularia sub Munacio Felice, ap. Baron. an. 303. n. 12. *Tunicæ muliebres paria 47. coplæ rusticanæ 19.*

COPONAGIUM. Vide *Cupa.*

COPPA, *Cæsio, sectio*, Gallis Couppe: Coppare, cædere. secare. Couper. Will. Thorn. in Chronico: *Pacti sunt homines de Halmoto — fruges omnes suas coppare ex tunc & de inceps, & sic per coppas omnes, decimas suas ipsi & hæredes sui amodo & in æternum legitimè dare.* Vide *Cupa.*

Coppa, Cataplasma quod ponitur juxta patientem partem. Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph.

COPPETELLA, Parvula *coppa*, seu vasculum. Chron. Casin. l. 3. c. ult. *Coppetella de pernis tres, calices onychinos 2,*

COPPUS, Tegula, Itali *Coppo*, in Pacto inter Venetos & Traguriensés 1322. apud Joan. Lucium l. 4. de Regno Dalmat. c. 14.

COPTUMUM, *Coustuma*, Tributum præstatio. Bulla Honorii III. PP. an. 1217. apud Ughell. in Episc. Interamn. *Si dominus molendini retinuerit molendinum, ita quod non det aliis ad partem, vel coptumum, similiter solvat unum raserium annonæ; &c.* Occurrit ibi semel ac iterum. Vide *Consuetudo.*

COPULA. Charta Communiæ Hamensis: *Nullus famulus Hamensis domini, neque Castellani. accipiat copulam, aut funem in foro, nisi tantùm bis in anno, in Martio videlicet & in Semptembri.* Eadem Gallicè: *Nus Sergans li Seigneur, ne li Chastellain de Ham ne prenge couplel ne corde au marquié, fors que tant seulement deux fois en l'an &c* Vide *Cupla.*

COPULARIUS, *Vinculum in collo canis.* Joanni de Janua.

COQUA. Vide *Cogones.*

COQUINARE, vulgò, Coquinam facere. Regula Magistri c. 19. *Post Sextam inchoent coquinare, ut dictâ Nonâ omnes exeant ad mensam.* Regula Canonicorum Metensium Chrodegangi c. 3, *Laici coqui ad coquinandum tantùm ingrediantur.*

Coquinator, Coquus. Sanutus l. 2. part. 4. cap. 10. *Qualibet galearum habet unum coquinatorem, qui semel in die pro gente galeæ coquinare tenetur, &c.* Utitur & c. 20.

COQUINUS Vide *Cocio.*

COQUUS, *Magnus coquus*, Dignitas in Palatiis Principum, eorum scilicet qui coquinæ ac cibis præsunt. *Coquorum Præpositus* in Legibus Wisigoth. l. 2. t. 4. §. 4. Fortunatus l. 6. Poëm. 10. de Coquo Regio:

Venimus ut Mettin, Cocus illic regius instans
Absenti nautas abstulit, atque ratem.
De flammis ardente manu qui diripit escas, &c.

Apud Hermannum de Restauratione Monasterii S. Martini Tornacensis c. 94. Fulcherius Episcopus Noviomensis dicitur fuisse *spurius generatione, ex parte scilicet ignobili natus, filiusque Principis Cocorum Regis Franciæ.* Ita apud Gregorium Nyssenum lib. 1. Contra Eunom ium, quidam Demosthenes dicitur ὁ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων τεταγμένος, ὁ μαγείρων ἄρχων, & apud Theodoritum lib. 4. cap. 17. Τῶν Βασιλικῶν πρoιςάμενος ὄψων. Theodulfus Episc. Aurelian. lib. 3. Carm. pag. 187.

Pomiflua solers veniat de sede Menalcas,
Sudorem abstergens frontis ab arce manu.
Quam sæpe ingrediens pistorum sive coquorum,
Vallatus cuneis jus Synodale gerit.
Prudenter qui cuncta gerens, epulasque, dapesque
Regis honoratum deferat ante thronum.

De eodem Menalca, Alcuinus Poëm. 221.

Ipse Menalca coquos nigra castiget in aula,
Ut calidos habeat Flaccus per fercula pultes.

Fleta lib. 2. cap. 75. ait *officium Coqui esse de singulis ferculis ratiocinium reddere singulis diebus.* Nostri ejusmodi officiales in Palatiis *Grans Queux* vocant, id est, *Magnos coquos. Le Roman de Garin:*

N'ot Panetier qui le deüst servir,
Queu de cuisine, ne Eschançon de vin,
Ne Chamberlanc, qui puist avoir roncin, &c.

Alibi:

Cuez de cuisine plus de quarante cinq.

Chr. MS. Bertrandi *du Guesclin*:

Dignes d'estre Queux pour les souppes manger.

Joannes de Condato MS.

Gibiers li Cus fu en saisine
D'estre grand Queus en la cuisine,

Vetus

Vetus Poema MS. de Vulpe Rege coronato :

Ranginer, mesire Talpa,
Furent maistre de la cuisine.

Idem Poëta *du Roman de Garin*; describens nuptias Pipini Regis:

Vers la cuisine fu Bues le Marchis
Qui del mengier devoit li Rois servir.

Id autem muneris in Regum nostrorum Palatiis obiisse leguntur.

Robertus Coquus; sub Henrico I. & Philippo I. anno 1060. & 1095. In Martinianis p. 6. 17.

Herius Coquus; sub eodem Philippo I. an. 1070. In Martinianis pag. 19.

Harcherius Regis Franciæ coquus, & Miles insignis an. 1124. Apud Ordericum Vitalem lib. 12. p. 878.

Adam Coquus, sub S. Ludovico, an. 1243. Veteres Tabulæ S. Martini de Campis.

Guillelmus de Haricuria, D. de Salceia, Magnus Franciæ Coquus sub Philippo Pulcro an. 1312.

Joannes de Dampetra, Dom. S. Desiderii & Vangionis rivi M. Coquus, sub Carolo VI. an. 1360.

Joannes de Castellione, Dom. *de Gandelus* M. Franciæ Coquus, sub Philippo VI. an. 1344.

N. Castellanus Bellovacensis, M. Coquus, sub Carolo VI. an. 1388.

Guillelmus de Castellione, D. Feritatis in Pontivo, M. Franciæ Coquus, sub Carolo VI. an. 1418. Vide Duchesnium.

Antonius de Pria, Dom. *de Buzançois*, M. Franciæ Coquus an. 1431.

Ludovicus de Pria, Antonii filius, M. Franciæ Coquus, an. 1490. Vide Probat. Hist. *des Chastaigners*, pag. 103. Suppressa postmodum hæc dignitas, uti habet Tillius, qui observat præterea Comites Campaniæ habuisse suos *Magnos Coquos* hæreditarios.

Porrò Magno Coquo suberant Officiales, seu Ministeriales aliquot, qui ita recensentur in Computo Hospitii Regis & Reginæ an. 1385. *Queus, Aideurs, Asteurs, Paiges, Souffleurs, Enfans, Saussiers du Commun, Saussier devers le Roy, Sommiers, Poullier, Huissiers.* In alio Computo facto Lorriaci an. 1317. *Escuiers, un Maignen, Clerc saussier, Clerc de Cuisine.*

COR, Medium cujusvis rei. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 767. *Tyrum opulentam urbem, in corde maris sitam, per mare obsedit.* Adde pag. 849. 856.

Corde; Ex corde, cordetenus; Memoriter, nostris *par cœur*, Occitanis *Decourd*.

Corde. Rainerus contra Valdenses cap. 3. *Magnam partem veteris* (Testamenti) *sciunt corde.*

Corde tenus. Vita MS. S. Magnobodi Episcopi cap. 5. *Corde tenus omnem peragens perlegit libri paginam.* Alphanus Archiep. Salernitan. Carm. ad Transmundum;

Fertur corde tenus sic homilias
Quadraginta legens scire, &c.

Utuntur liber Ordinis S. Victoris Parisiensis, S. Bonaventura in Specul. part. 1. c. 14. Willelmus Abbas Andrensis in Chron. pag. 456. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 108. Herbertus lib. de Mirac. c. 32. Petrus Blesensis Epist. 101. Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 41. & Lib. de Viris illustr. Casin. cap. 36. Andreas Abbas in Vita Ottonis Bambergensis Episcopi c. 5. Regula Ordinis de *Sempringham* p. 718. 770. Matth. Paris in Vit. Abbat. sancti Albani pag. 70. Silvester Giraldus de Topogr. Hibern. c. 34. Thomas de Cantiprato, Radulfus de Hengham in Summa pag. 1. & alii.

Ex corde. Hincmarus Rem. in Capitul. ad Presbyteros parochiæ suæ cap. 1. *Psalmorum etiam verba & distinctiones regulariter & ex corde cum Canticis consuetudinariis pronunciare sciat.* Occurrit etiam non semel apud Scriptores, in Regula S. Benedicti cap. 9. 12. in Vitis Patrum lib. 5. Libell. 4. n. 57. Libell. 10. n. 91. in Capitulari Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 4. apud Ratrannum Monachum Corbeiensem in Synodica ad Presbyter. &c. Ita Græci recentiores ἀποςηθὺς usurpant, ut Joannes Tretzes in Chiliad. pag. 6. Unde ἀποςηθίζειν formarunt, pro *memoriter dicere* Vide Meursium in hac voce. Ἀποςομαστίζειν, in Synaxariis 22. Jan. in S. Anastasio Persa. Ex supra laudatis Scriptoribus liquet, Psalmos memoriter & *ex corde* Clericos ac Monachos tenuisse. Vide præterea Altaserram ad lib. 4. Epist. 45. Gregorii Magni, & Stephanum Paschasium lib. 8. Disquisit. Francicar. 8.

CORABELLA, Corbis ex Gallico, *Corbeille*. Kalendar. Eccles. Lemovicens. apud Labbeum tom. 2. Biblioth. *Unam Capellam viridis coloris munitam, & duas Capellas nigras, cum novem corraballis.*

CORACULUM. Statuta Veronensia lib. 4. cap. 33. *Nec apud ipsum fluvium habeo per tres perticas aliquod coraculum, dugale, vel fossatum, &c.*

CORAGIUM, *quod ex toto & intimo corde petitur; à Cor, & ago.* Ita Joan. de Janua. Ugutio: *Coragium, suffragium: & coragium est virginale signum, vel pompa virginalis, quam solent virgines facere in quibusdam locis contra mortuum, scilicet chorea, & qualibet chorea sic potest dici.* Græci χορήγιον, χορηγεῖον, & χοραγεῖον locum vocant, in quo chori & choreæ ducuntur. Gloss. Ælfrici: *Coragium*, meðena beꝛȝen. Vox meðen, puellam & virginem sonat. Sed quid hoc loco beꝛȝen velit? mihi non liquet. Occurrit vox *Choragium*, non omnino certæ notionis, in Vita S. Wilfridi cap. 9.

Utpote præteritæ recolens choragia vitæ.

CORALIS. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 35. de quadam lue, seu dysenterico morbo: *Ea verò quæ ex ore projiciebantur, colore croceo, aut certè viridia erant; à multis autem adserebatur venenum occultum esse. Rusticiores verò Corales, hoc est, Pusulas, nominabant.* Papias; *Coralis*, est *regionarius*, à χῶρος fortè.

CORALES *pennæ*. Vide *Vannus*.

CORALLUM, *Interior pars.* Glossæ MSS. ad lib. 2. Passion. Alexandri Jatrosophistæ: *Corallum abietis.* Nos dicimus etiamnum *le Cœur d'un arbre*. Olim verò *Corailles* corporis interiora, seu intestina appellabant nostri, quæ Itali *Corata* & *Coratella*. *Le Roman de Garin MS.*

L'escu li tranche & auberc li failli,
Que la coraille del cuer qui desoz tint,
Bien le sachiez, li a trenchié parmi.

Robertus Bourronus in Merlino MS. *Et se fiert de si tres-grant forche parmi la coraille, qu'il en fait la pointe paroir parmi le dos de lautre part.*

CORATIUM, Thorax ferreus: Ital. *Corraza*, Gallis, *Cuirace*, Κοράτζα & κουράτζα. Græcis recentioribus. Sanutus lib. 2. parte 4. cap. 8. *In maris navigio tot coratia debent esse cum collariis & ferreis chirothecis.* Joan. Villaneus lib. 7. cap. 144. *Armati di Corazze.*

Corrazarii, Thoracum confectores, *Cuiraciers*, apud eundem Sanutum cap. 4. 21. *Corrazarii & etiam, qui sciant facere arma capitis.*

CORAULA, seu *Choraula, Jocularius*, in Gloss. Isid. ex Græc. χοραύλης. Annal. Franc. Metenses an. 837. *Cum coraulis & cytharistis.* Fragmentum Petronii de Cœna Trimalcionis pag. 37. *Nam & comœdos emeram, & malui illos Attelam facere, & choraulem meum jussi Latine cantare.* Ordericus lib. 12. pag. 881. *Indecentes de me cantilenas facetus coraula composuit ad injuriam mei cantavit.*

CORAULARE, *Conculcare, concutere, concussare, complodere.* Ugutio.

CORBA, *Corbanus*, apud Hibernos idem sonat, quod apud nos Plebanus, Decanus ruralis, Archipresbyter, Chorepiscopus, unde & nomen sortitum videri quidam censent. Isidorus Moscovius de Majestate militantis Ecclesiæ lib. 1. cap. 13. *Corbonatus, sive plebanatus, dignitas est.* —— *In matrice Ecclesia debet necessario esse, initiatus*

tiatus sacris Ordinibus, omnesque decimas pertinentes ad hanc debet habere: & beneficia adjuncta huic, ipsius sunt, eorumque, conferentiam habet & præsentationem. Dictum hoc nomen quia populo & plebi Ecclesiasticæ matricis Ecclesiæ præsunt. Certum numerum Sacerdotum quasi Collegialium debet habere secum. Primum stallum vacuum in Ecclesia Cathedrali, & vocem in omni Capitulo tam publico quàm privato. Inscribitur Romano registro, ideoque dignitas est.

Comorbania sive Rectoria, in Chartis ann. 1406. & 1473. apud Spelmannum, *Corbanatus*, dignitas *Corbæ*. Colganus ad 17. Febr. in Vita S. Lomani ait, *Comorbanum* successorem significare. Vide præterea Jacob. Waræum in Antiquit. Hibernic. pag. 91. 95. 152.

CORBECULA, *Corbula*, Corbis, *Corbeille*. Ermentarius lib. 3. de Vita & Translat. S. Philiberti c. 19. *Advehitur humeris hominum in quodam vasculo, quod Corbes dicitur, quadam femina, &c.* Cap. 27. *Videres —— aliquos carrucis, corbeculis, sellis gestatoriis, atque scalis advehi. Corbulus, parvus corbis*, apud Joan. de Jan. Gl. Gr. Lat. Κόφινος, *Corbis, hæc corbula. qualus.* κοφβελας ἀμπελώνων, apud Joannem Cananum de Bello Constantinopolitano p. 189. *vitium truncos* vertit Allatius.

Corbelia, Corbula, ex Gallico *Corbeille*. Charta Guillelmi Episcopi Carnotensis ann. 1166. in Histor. Perticensi p. 195. *Durare autem forum dicitur, quamdiu tres Corbeliæ sutorum cum mercibus in foro invenientur.*

Corbilla, in Charta pro Vicariis Bituricensib. ex Tabulario sancti Sulpicii Bituric. *Sutores non mittent corbillas suas in foro sine jussu Vicarii, &c.*

Corbillarios, seu *Corbilliers*, Canonicos Semipræbendatos in Ecclesia Andegavensi vocari auctor est Renatus Chopinus lib. 1. de Sacra politia tit. 3. num. 4.

Corbelli, Pollinctores, libitinarii, vulgò *Corbeaux*, aves mali ominis. Miracula S. Wlfranni Episcopi num. 32. *Quidam ex eorum hominum genere, quos vulgus* (in Oximensi pago Normannico) *Corbellos vocat, equum quasi suo domino, qui ad villam erat, apud Curiam ducendum, accepit, &c.*

CORBIS, Mensuræ frumentariæ species apud Bononienses Italos Rollandinus in Summa Notariæ c. 5.

CORBITA, *Navis oneraria, & dicitur à Corbis.* Joan. de Janua.

CORBITARIA. Legis Rotharis Regis Longobardorum Edit. Heroldi titulus 10. inscribitur *de Unegvvorfin*, id est, *Corbitaria*. Ubi agitur de iis qui *viam antestant*, vel *in via se anteponunt*, quod Lex Fresionum vocat *alteri viam contradicere*, quod crimen Germani *Straetschenderye* dicunt. Sed hic non *Corbitaria*, sed *Chorditaria*, vel *charditare* legendum censet Goldastus in Notis ad Paræneses Tyrolis Regis Scotorum, quòd *chorda* expansa, vel vimineis cratibus viam clauderent, ac ita homines expoliarent. Nescio an huc pertineat vox *Corbiere*, in Chronico MS. Bertrandi Guesclini:

Bertran le chosi bien emmi une corbiere.

CORBIUS, *vel Corbinus, Qui duplex habet cor: versipellis, inconstans.* Joan. de Janua.

CORBONA, Gazophylacium. Papias: *Corbonam, gazophylacium, ubi pecunia Sacerdotum erat, & interpretatur oblatio, & ut dicitur in historiis super Actus Apostolorum, Corbonan erat arca in qua reponebantur donaria Sacerdotum.* Ugutio: *Corban interpretatur oblatio, unde hæc Corbona, æ, vel Corbonam, indeclinabile, ultima acuta, id est, gazophylacium, ubi divinæ oblationes reponuntur.* Cyprianus lib. de Oper. & eleem. *Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non respicis,* Vide Bernardum Aldretum in Antiquit. Hispan. lib. 2. c. 2. p. 192.

CORBULO. Papiæ: *Gestator manualis, laturarius.* Ita MS. pro *latuarius*. In alio MS. est *Corbillo*.

CORBUS, idem quod *Corbis*: Mensura frumentaria. Capitulare de Villis cap. 9. *Volumus ut unusquisque Judex in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum —— corborum eo tenore habeat, sicut & in palatio habemus.* Adhalardus in Statutis Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 6. *Volumus ut singulis annis veniant de spelta bene ventilata atque mundata corbi 750.* Chronic. Trudonense lib. 1. *Habent ipsi Fratres ad proprium usum deputatam speltam ad panem faciendum, corbos centum & viginti, quod colligitur ad modios mille sexcentos: ad cerevisiam faciendam ordei corbos 192. quod colligitur ad modios 1920. &c.* Tabularium S. Remigii Remensis. *De spelta solvit in corbe modios 10. pullos 2. ova 25.* Infrà: *Donat annis singulis in corbo de spelta mod. 12. aut inter frumentum & sigalam modios 6. & debent unum corbum inter se compartire.*

Corba, Crescentio in lib. de Agricult. est etiam mensuræ species: *Tre para di Colombi sanno una corba di columbina.*

In Gloss. Anglos. *Corbus* exponitur, Ƿadul-boȝa. In alio, Ƿa-ol-boȝa, *carpella*. Fortasse, inquit Somnerus, arcus ephippii, pars anterior ephippii, *a Sadlebovv*, Anglis, Belgis verò. *Sadel-bogen.*

CORCULA, *Joculator*, Ugutioni: *Joculatrix*, Joanni de Janua. Sed videtur legendum *Coraula*.

CORDA, Modus agri terræ, *Corde*, in Consuetudine Dunensi art. 51. ubi *Corda* 22. pedibus, & aripennis centum cordis constare dicuntur. Charta ann. 1167. *Ego Guillelmus Dominus Montispessulani filius Sibiliæ —— concedo Ecclesiæ S. Mariæ de Cazano, & tibi Joanni Priori, & successoribus tuis, spatium & locale duarum cordarum terræ, inædificatum, vel ædificatum, ubi acquirere poteritis extra vallum Montispessulani: si verò ampliùs usque ad tertiam cordam acquirere volueritis, liceat vobis, &c.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1216. *Nos 38. arpennos terræ ad cordam nostram —— concessimus.*

Corda, Tributi species, apud Occitanos. Charta an. 1066. *Medietatem cordæ & piscationem Atacis, scilicet de molendino, de filo usque in stagnum.* In Tabul. Episc. Autisidior. *Costumæ de cordis & polanis, & minagium sunt Comitis.* Charta Raymundi Comitis S. Ægidii ann. 1164. in Bibl. Sebusiana lib. 2. c. 50. *Et in corda & in leda de mercato medietas erit mea, & medietas illorum.* Alia an. 1242. in Notis ad Concilia Narbonensia: *Item medietatem ledde majoris, & medietatem ponderis ferri & mensuræ cordæ, & medietatem mensuræ vermeilh.* Usatica Aquarum mortuarum: *Item molendina, quintale, & corda, & furni erunt omnes nostri, cum leudis & omnibus usaticis, & accipietur ad quintale, & cordam tantùm.* Charta an 1066. *Habeat medietatem leddarum quæ veniunt in civitate sive per terram, sive per aquam, medietatem cordæ & piscationem Atacis, justitias & balhias, & forchias, & gistos, & Albergas, & Acaptes, &c.*

Cordarum tormenta, quibus, quasi super equuleum, reus tensus torquetur, eliciendæ veritatis causâ, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio pag. 258.

CORDAVIA, apud Papiam MS. *Interior cella*. Edit. *Corclavia*: sed videtur legendum *Conclavia*.

CORDAX. Fragm. Petronii: *Nemo, inquit, vestrûm rogat Fortunatam meam, ut saltet: credite mihi, cordacem nemo melius ducit.* Κορδακισμὸς, Græcorum.

CORDEBISUS, Pellis de Corduba, corium caprinum alutariorum arte præparatum. Gallis *Cordoüan*, Italis *Cordoüano*. Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Alutarius, Cordoanniers. Aluta, Cordoan.* Ugutiò: *Aluta, pellis canuta cavata, vulgò Cordouan.* Chronicon Fontanellense pag. 246. *Ad pelles hircinas 60. compositas lib. 3. ad cordebisos 40. comparandum lib. 3. ad coria bovina 20. lib. 1.* Tabularium Casauriense anno Caroli Calvi in Italia 3 *Et censum vobis do, Romane Abbas, vel successoribus tuis reddendum annualiter de mense Maio bovem unum bonum, & inter pannos & argentum & cordebisi valentem usque ad solidos quinque Franciscos.*

Cordovesus. Charta Ludovici Pii apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandionys. c. 7. *Ad Cordovesos, & in solas eorum componendas, modia uncti 200.* Alia Caroli Calvi in

Tabulario ejusdem Monasterii Ch. 31. *Et pro* 200. *unctis qui dabantur fratribus per singulos annos ad Cordovesos eorum, & coria componenda, & diversis aliis fratrum necessitatibus.*

Cordevvan, idem quod *Cordebisus*. Statuta Ordinis *de Sempringham* pag. 783. *Nec sotulares de Cordevvan, ab aliquo accipiant.* Matthæus Paris in Vitis Abbatum sancti Albani: *Calceamenta quæ de vili corio, quod vulgariter bazan dicitur, in alutam, id est, cordevvan civiliter commutavit.* Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 715. *Melega civitas, ubi fit copia de cordovvan vermeil. Sotulares corduani*, apud Ordericum Vitalem pag. 591. 396. Tabularium Vindocinense Ch. 508. *Dedit VVillelmus Monachus calceos de cordovano.* Vide Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 61. Willelm. *Guiart* an. 1202.

Nus & de chauces deschauciez,
Et de soulers & de courdoüan.

Le Roman de Jordain MS.

Chauces de paille, sollers de cordoant.

A *Corduba* Hispaniæ oppido celeberrimo deducta hæc vocabula, vulgò *Cordoua*, ubi præparabantur pelles, &, ut ait Rebuffus Tract. de Mercator. min. vend. Gloss. 11. *Quia ab ea urbe deportari adcæteros solent pretiosi corii species. Unde* subdit quasi *Cordubones* dictos *Cordones Cordovvaniers. Calcei de Corduba*, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 11. Theodulfus lib. 1. Carm. pag. 138.

Iste tuo dictas de nomine Corduba pelles,
Hic niveas, alter protrahit inde rubras.

Inde *Cordubanarii*, Sutores, in Diplomate Ludovici VII. Regis Franc. an. 1144. apud Gallandum de Franco-allodio pag. 343. *Cordoüanniers*, Monstrelleto 1. vol. p. 319. qui nostris hodie *Cordonniers*.

CORDELIA, Chordula, *Cordelle*. Occurrit apud Rigordum an. 1214.

CORDEX, *Qui facit cordam*, Joanni de Janua. Fortè *Cordifex*.

CORDICITUS, *Corde tenus*, Joanni de Janua: Penitus, intimè. Sidonius lib. 4. Epist. 6. *Prudentibus cordicitus insitum est vitare fortuita.*

CORDIPUNGUS *Versus, vel quodlibet corda pungens.* Papias.

CORDISCERE. Gloss. Arabico-Lat. *Cordisco, agnosco*: ubi viri docti emendant, *condisco, scio*: ego verò sic puto, *cordisco, scio*: est enim *cordiscere, ex corde*, seu memoriter discere, scire. Vide *Cor*.

CORDONA. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 685. *In Ecclesia verò S. Dei Genitricis Mariæ --- præceptum obtulit de duodecim cordonis servorum.*

CORDOLENS, *Cardiacus*, apud veterem Interpretem Juvenal. sat. 5.

CORDUBANARII. Vide *Cordebisus*.

CORDUELLUM, idem fortè quod *Corduanum*, de quo suprà. Regestum Castri-Lidi in Andibus fol. 31. de Pedagiis: *Quadriga onerata de corduello, equus* 4. *den. ad tractum quadrigæ.* Occurrit alibi.

CORDUS, *Serotinus, dicitur à Cor: unde & uvæ quæ tardè veniunt ad maturitatem, Cordæ dicuntur, secundùm Ugutionem & Papam. Cordum, serotinum, quod tardè nascitur.* Joan. da Janua.

CORETES. Hist. Landavensis Ecclesiæ, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 188. *Et cum finibus istis ——— usque ad mare totum infra Taf & Elei, cum piscibus & coretibus suis omnibus, & cum omni sua dignitate, &c.* Pag. 195. *Et cum corporibus suis ad sepulturam suam, in eleemosina. & cum suis piscibus, & coretibus anguillarum, & cum toto territorio suo, &c.* Et pag. 211. *Et cum libera applicatione navium in ostio Taroci, & cum coretibus suis omnibus sine ullo censu ulli homini terreno, &c.* In Glossario Wallico-Cambrico Buxhornii *Cored, cataracta* exponitur.

CORETUS, Mensuræ Germanicæ species. Wichbild Magdeburgense art. 19. *Proconsul -- potestatem judicandi habebit super injustas mensuras potabilium, & pondera & injustos coretos, & cujuslibet cibi & potûs mercimonia.*

COREUM, pro *Corium*. Statuta Ordinis *de Sempringham* pag. 784. 720. *Non fiant maursupia ——— nisi de coreo albo, & sine serico colorato.* Alibi: *Omnium Canonicorum sotulares, tam diurni quam nocturni, rubei corei sint.* Utitur etiam Cæsarius lib. 4. cap. 12. 13.

CORFICINA, *Macellum*. Papiæ, & Gloss. MS. Regio Cod. 1013. pro *Carnificina*.

CORGENARIUS. Charta Ludovici D. Bellijoci pro Libertatib. Villæ Bellijocensis an. 1274. *Judæi non debent commorari in franchesia Bellijocensi, nec Corgenarii ludere in eadem, nec Corsini debent commorari in villa Bellijoc. nisi voluntate domini & burgensium dictæ villæ.*

CORIAGO, Morbus in armentis, cum *corium* adhæret costis. Vide Vegetium lib. 3. Artis veterin. cap. 54. & Columellam lib. 6. cap. 12.

CORIARE, idem Architectis quod *Loricare*, apud Varronem lib. 1. de Re rust. cap. 57. tectorio & crusta parietem tegere. *Coriis loricare* dixit Plinius lib. 8. cap. 24. *Loricare de saxo*, apud veterem Scriptorem de Re architectonica cap. 19. Ubi Charta an. 1223. in Tabulario Ducatûs Guisiæ fol. 46. dixit, *fossatum coriare de lapidibus*, versio Gallica habet ibidem, *& porra embraidir le fossé de pierre.* Est autem nostris, *brai*, limus, seu terra humida. Vide Philandrum ad Vegetium lib. 7. c. 1. & 3.

CORICILLUM, pro *Corculum*. Fragmentum Petronii pag. 71. *Virtute mea ad hoc perveni, coricillum est quod homines facit, cætera, quisquilia omnia*

CORIMBATA, *Navis*, Isidoro in Glossis.

CORINDA, in Lege Aleman. tit. 99. §. 19. Editiones Heroldi & Lindenbrogii *Corniculi*, Tiliana habet *Corinda*.

CORINEUS, *Accrvus lapidum*. Papias.

CORIOCUS. Vide *Caragus*.

CORIOSUS, *Corio vestitus*, Ugutioni. Papias verò, *Coriosum, spuma, corio vestitum.*

CORISCUM. Charta Willelmi Archiepis. Rotomag an. 1196 apud Radulf. de Diceto: *Quia verò authenticum non inspexeramus, cujus mentio Literis nostris imprimi debuerat, tanquam illi cohærentibus, & vigorem, si quem habituræ erant, contrahentibus, corisco, cooperto, & scripto nobis ignoto assensum nobis præbere, vel illud confirmare, quod detectum tenebamur abhorrere detestari & redarguere minimè voluimus.* Fortè *Codisco*, parvo codici.

CORITA, *Equus masculini generis*, Papiæ. In MS. *Coritha*

CORIUM. Apicius lib. 4. c. 2. *Et in patella alterius de trulla refundes cum piperis granis integris, & nucleis spineis, ita ut per singula coria substernas diploidem in laganum.* Ubi Humelbergius: *Per coria intelligo impensarum in struendo ordines, quemadmodum Vitruvius* (lib. 2. c. 8. lib. 7. c. 3.) *laterum in parietibus struendis ordines Coria etiam vocat, quæ vulgò turba opificum Cursus appellat.*

Corium cervi. Vide *Cervicorium*.

Corium forisfacere, Ad verbera damnari, vapulare, quæ erat servorum pœna. Leges Inæ Regis West-Saxon. cap. 6. *Si quis corium suum forisfaciat, & ad Ecclesiam incurrat, sit ei verberatio condonata.*

Corium perdere, eadem notione, in Legibus ejusdem Inæ cap. 3. apud Brompton. *Si servus sine testimonio domini sui operetur, corium perdat.* Leges Alfredi & Godwini c. 11. *Si liber festis diebus operetur, perdat libertatem ——— servus corium perdat, vel higildum.* Eadem habentur in Legibus Kanuti cap. 68. & in Legib. Presbyterorum Northumbriensium cap. 40. Lex familiæ Burchardi Episcopi Wormaciensis: *Constituimus ut ei tollantur corium & capilli.* Infrà: *Corium & capillos amittant, perdant, &c.*

Corio carere, eodem etiam significatu. Leges Kanuti c. 71. *Si servus tale quid egerit, careat corio, vel redimat solutio-*

solutionem corii pro facti qualitate. Adde ejusdem Kanuti Leges de Forestis cap. 22. & infrà in V. *Crinis*.

Corium redimere, Virgas redimere, vel componere de flagello. Lex Frisionum tit. 3. §. 4. *Servus vapulet, nisi dominus ejus 4. solidis corium ejus redimere voluerit*. Leges Kanuti cap. 41. suprà laudato: *Redimat solutionem corii*.

Corio componere, Virgis cædi. Leg. Ethelredi c. 2. *Si quis jejunium suum infringat, servus corio suo componat*, &c. In Lege Salica t. 42. §. 2. *Solidos pro dorso suo reddere*.

Pretium corii sui domino reddere in signum manumissionis, in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 78. Vide *Hidgilde*, & *Decorticare*.

Corium tollere & capillos. Charta Henrici Claudi Imperat in Chronico Laurishamensi pag. 75. & apud Brovverum lib. 3. Antiquit. Fuld. cap. 15. *Si quis —— aliquem servorum S. Bonifacii —— vel ejus curtem, sive domum infregerit, —— illi qui hujus facti Dux & Princeps fuerit, tollatur corium & capilli, & utraque maxilla ferro candenti comburatur, reliqui ejus sequaces cute & capillis priventur*. Vide *Capilli*, & *Decorticare*.

CORLINUS, seu potiùs *Corlivus*, Avis, quæ nostris *Corlieu* Fridericus II. Imperator de Venat. lib. 1. cap. 12. *Ut sunt genera corlinorum, vanelli, pluerii, & speciei suæ similes, habentes rostrum longum ad modum corlinorum, quorum major pars vitæ est cavare sub terra*. Adde cap. 13. 14. 18.

CORNAGIUM, Præstationis aut tributi species. Fleta lib. 3. cap. 14. §. 9. *Sunt etiam aliæ præstationes, ut auxilia in Comitatu Vicecomitum —— hydagia, cornagia, cariagia, secta, &c.* Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 1032. *Et sint quieti & homines servientes sui —— de geldo, —— scuagio, & hidagio, carvagio, & cornagio, & summagio, &c.*

Cornagium pariter apud nostros, præstationibus accensetur. Charta Theobaldi Comitis Franciæ Senescalli & Aalidis uxoris in Histor. Blesensi p. 301. *Nec cornagium ultra capient*. Testamentum MS. Humberti D. Bellijoci Conestabilis Franciæ, mens. Julii an. 1248. *Et concessi hominibus & burgensibus meis & hominibus Ecclesiarum pro cornatgio sicuti continentur in libertate quam dedi hominibus meis & hominibus Ecclesiarum: & hujusmodi cortnagium juravi pro me & hæredibus meis, quod de cætero in terra mea non sit factum*. Libertates Villæ de Moneto ann. 1269. in Biturigib. apud Thomasserium lib. 1. c. 65. *Si Milites mei cornagium vel aliud donum mihi dederint in bestiis terræ meæ, &c.* Libertates Sacri Cæsaris an. 1327. apud eundem lib. 3. c. 16. *Videlicet cornagium, hoc est, pro cornu cujuslibet animalis certam pecuniam, &c.* In Computo de Bladis Comitatus Campaniæ an. 1348. est titulus: *De la recepte de froment & d'avoine de la Ferté-sur-Aube, des cornages de Villers, de la ville d'Essoy, &c. tant de boissels de bled & d'avoine*. Alibi: *Des cornages de bestes traihens de Montigny 10. razeaux, 2. bichots*. Infra: *De cornaiges & des eschiez des bestes trahiens de Montigny*. Ubi *Bestes traihens*, sunt animalia aratoria, vel quæ carris aptantur: præsertim verò ea quæ *cornibus* instructa sunt, ut boves, unde præstationi nomen inditum. Inde Callimacho hymno in Dianam v. 179. boves dicuntur κεραελκέες, διὰ τὸ τοῖς κέρασι ἕλκειν τὸ ἄροτρον, inquit Scholiastes. Rectè enim Raguellus ait, Cornagium esse præstationem bladi, quæ pro quovis bove arante domino exsolvitur. Tabular. Montismorilionis in Pictonibus fol. 59. *Ipsi agricolæ ex una quaque domo, ubi boves arabiles erunt, reddent nobis unum sextarium avenæ, de fossore verò eminam*. Id præterea docet Consuetudo localis *de Troi* in Biturigib. art. 5. *Et aussi (a droit de prendre) sur chascun ayant beufs 4. Parisis pour couple de beufs, & se appelle ledit droit de Cornage*. Vide *Hornegeld*.

Cornagium, & *Tenere per cornagium*, quid fuerit apud Anglos, docet pariter Littleton sect. 156. *Item, il est dit que en le marches de Scotland, ascuns teignent de Roy per cornage, c'est à sçavoir, purventier un cornu, pur garner homes de pais, quant ils oyent que le Scottes, ou autres enemies veignont, ou voilent entrer en Engleterre, quel service est graund serjaunty, &c.* Camdenus in Muro Pictico: *Sed cùm murus nunc jaceat & tubulus sit nullus multi hic circumquaque prædia & fundos in Cornage (ut Juridici nostri loquuntur) à Regibus nostris tenent, videlicet ut cornu irruptiones hostium vicinis significent, quod à veteri Romanorum instituto deductum nonnulli existimant*. Vide *VVarde corne*.

CORNALIA, Vicus, pagus, districtus; *Cornau*, apud Vascones, & in Consuetudine Aquensi tit. 11. art. 19. vel vici, seu pagi regiones, *Quartiers*. Regestum Constabulariæ Burdegalensis fol. 92. *Præpositura de Vasato, & primo de parochia d'Eston, & dicta parochia dividitur in pluribus partibus, quæ nominantur Cornalia*.

Cornalia. Concilium Avenionense an. 1326. can. 57. ubi Judæi *jubentur deferre signum rotæ in veste circa pectus*. Mox additur: *Mulieres autem Judææ à 12. annis & suprà, cornalia deferant extra domum*: ad marg. al. *cornu*.

CORNARE, Cornu inflare, Gall. *Corner*. Charta Forestarum apud Matth. Paris pag. 181. *Faciat cornari, ne videatur furtivè facere*. Froissartes 1. vol. c. 19. *Et faisoient grand bruit de corner & de huier*. *Cornu sufflare* venatores dicuntur in Speculo Saxon. lib. 2. art. 61. §. 2. Robertus Gaguinus in Poëmat. vernaculo:

Par ce moyen il est permis
Aler gayement par les bois
Corner, chasser dains & conins.

De cornibus vice buccinarum, plura Olaus Wormius lib. de Cornu aureo pag. 25. &c.

Cornare, Cornu inflato rem quampiam promulgare, vulgare: voce præconia nuntiare, *Publier à son de trompe*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 112. *Facerent cornare, ut nobiles & ignobiles venirent, &c.* Curia Generalis Barcinon. an. 1291. *Et quòd nos possimus ibi cornare & eligere Officiales*. Guibertus lib. 1. de Vita sua c. 11. *Sacrosanctæ verecundiæ pallio tegebantur indigna, ac idonea cornabantur*, id est, disseminabantur. Ubi frustra *coronabantur* restituit vir doctus. Vide *Cornagium*.

CORNARIUS, Κεραοξόος, in Gloss. S. Benedicti c. de Artificibus.

CORNEOLUS. Fragm. Petronii: *Sed corneolus fuit, ætatem bene ferebat, niger tanquam corvus*.

CORNERIA, Angulus, *Corniere*, Vasconibus: nostris *Cornet*. Vetus Charta in Monastico Anglicano to. 2. pag. 874. *Versus Hamburi usque ad corneriam prati de Adgaref*. Infrà: *Usque ad corneriam haiæ VValteri Karles*. Alia an. 1303. in Regesto 49. Chartophylacii Regii num. 32. *Jusques à la corniere de ladite maison, laquelle corniere est par devers la porte du Seigneur de ladite Ville*. Vide Leges Maris Oleronenses cap. 26.

CORNERIUM. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 107. *Sciendum est quòd isti supranominati tenent de illo burgagio ad Cornerium, de quo burgagio prædicta domus Hospitalis debet solvere domino Regi per annum 12. denar. —— Item de Cornerio quod Adam Pelliparius tenet —— ad Orientalem partem sancti Nicolai ultra pontem per annum 2. solid.*

CORNESAGIUM. Charta Guillelmi Episcopi Carnotensis ann. 1166. apud Ægidium *Bry* in Hist. Perticensi pag. 195. *Botagium & Cornesagium Vicecomitis est* (Castriduni.) Idem fortè quod *Cornagium*. Vide in hac voce.

CORNETA, Bireti species in cornu formam desinens, quomodo hodie Ducum Venetorum, ex Gall. *Cornette*, quæ vox etiamnum usurpatur pro tegumentis capitis nocturnalibus mulierum nostratium. Concilium Rotomagense an. 1343. can. 32. *Item inhibet ne Clerici præsertim*

præsertim in sacris Ordinibus constituti longas & amplas cornetas in suis capuciis deferant, sed breves & decentes.

CORNEIUM, Angulus, idem quod *Corneria*, Gallis, *Cornet*. Monasticum Anglican. tom. 2. p. 318. *Item alius locus vocatus - juxta cornetum del Haydale*. Alias *Cornetum* est l . . . ubi *corni* crescunt.

CORN GAVEL. Vetus Charta Cantabrigiensis apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind*, pag. 16. *Et quòd 4. swillingæ residua tenebantur & tenentur de prædictis Abbate & Conventu per fidelitatem & relevium, & per redditum & servitium vocatum Corn-gavel, videlicet reddendo eisdem Abbati & Conventui & successoribus suis annuatim in festo S. Michaëlis Archangeli de qualibet swallinga earundem 4. swallingarum quindecim quarteria, & 5. buschellos ordei palmalis, &c.* In alia Charta ibidem dicitur *Gavel-corn*.

CORNICARE, Cornu inflare, cornare. Westmonast. an. 870. *Recessit venator,——— & canes cornicando ad se vocavit.* Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 90.

> *Nec jam venantum voces, nec cornua posset,*
> *Latratusve audire canum.*

Silvester Giraldus lib. 1. Itinerarii Cambriæ cap. 2. ubi de Cornu S. Patricii: *Cujus virtus ex fatua & inepta Bernardi Presbyteri cornicatione, &c.*

Cornicare, In aurem alicujus aliquid insusurrare, quod faciunt qui tardis per *corniculos* ad aurem appositos sua insinuant. Marius Mercator libro Subnotationum ad Pientium Presbyter. *Nec ea* (quæstio) *palam profertur, sed ab ipsis, qui de ea cornicantur, velut Catholicis intra Ecclesias, interim retinetur.* S. Hieronymus Epist. 4. *Alii sublatis in altum humeris, & intra se nescio quid cornicantes, stupentibus in terram oculis, tumentia verba trutinantur.* Joan. Monachus lib. 1. Vitæ Odonis Abbatis Cluniac. *Cœperunt interea rabido latratu omnes Canonici cornicari contra eum. Quid agere vis, inquiunt, &c.* Galli dicunt, *Corner aux oreilles de quelqu'un.* Persio Sat. 5. *Cornicari*, est vocem cornicis imitari:

> *Nescio quid tecum grave cornicaris ineptè.*

Gozechinus Scholasticus in Epist. ad Discipulum: Profecto non ut *Cornicaris*, dedi ei libellum repudii, non elogii notam, sed honoris coronam.

Corniculare, eadem notione. Matth. Westm. an. 940. *Insilva corniculantium strepitus resonabat venatorum.* *Chasser à cor & à cry*, in Consuetudine Meldensi locali.

CORNICIUS, apertura fluminis, per quam deri vantur aquæ in agros, in Statutis Mediolan. c. 329.

CORNICULA, Cornix, Gallis, *Corneille*, Ital. *Cornacchia*. Glossæ veteres: *Cornicula*, Κορώνη. Vita S. Sori Eremitæ apud Petragoricos num. 19. *Aliasque domesticas aves, quas vulgò Corniculas dicimus, transmisit.*

CORNICULARIUS, Officium ac munus, cujus frequens mentio in Notitia Imperii, & apud alios Scriptores. *Cornicularius Præfecti Prætorio*, in Inscriptionibus apud Gruterum 350. 1. 475. 1. & in l. 8. Cod. Theod. de Divers. offic. *Cornicularii Præfecturæ*, in l. 8. Cod. Theod. de Divers. offic. Vide Acta SS. Valeriani, Tiburtii, &c. num. 14. *Cornicularius Secretarii Prætoriani*, apud Senatorem lib. 11. Epist. 36. *Cornicularii cujuscumque provincialis officii*, in leg. 32. Cod. Theod. de Erogat. milit. annon. *Corniculārius Consulis*, in veteri Inscript. Vide in *Adjutor*. *Cornicularii legionum*, in Inscript. apud Joffredum in Nicia pag. 19. & Gruter. 17. num. 9. 545. 5. *Cornicularius Subpræfecti Vigilum*, Gruter. 523. 4.

Salmasius ad Solinum *Cornicularios* dictos ait à *Corniculo*, seu apice galeæ, qui κεράτιον Græcis nuncupatur, eosdemque esse qui κεραιοῦχοι, Hesychio: quasi verò *Corniculariorum* munus fuerit militia. Quin potiùs constat *Cornicularios* fuisse Exceptores & Commentarienses: iis enim accensentur à Firmico lib. 3. cap. 6. *Erunt ——— Exceptores earum sententiarum quæ de hominum capitibus proferuntur, aut Cornicularii, aut Commentarienses.* Unde rectè à *Corniculis* appellatos censent viri docti, id est, atramentariis: quam appellationis rationem attigit Senator lib. 11. Epist. 36. ubi de Corniculario *Præfuit enim cornibus Secretarii Prætoriani, unde ei nomen derivatum.* Eorum autem munus fuit ad *Cornua* Secretarii stare, & ministrare judici agenti, loquenti, scribenti, rescribenti, cujusmodi fuit *Caniclinorum* apud Byzantinos. Horum munus annuum erat, ut colligitur ex l. 8. Cod. Theod. de Divers. offic. De eorum dignitate vide quæ annotant Jacobus Gotofredus ad leg. 10. Cod. Theod. de Cohortalibus, ex Symmacho lib. 10. Epist. 56. eodem Senatore lib. 11. Epist. 18. 19. & Juretus ad eundem Symmachum.

Corniculo merere, apud Suetonium. *Post transactos corniculos*, id est, post exactum *Cornicularii* munus, in l. 8. Cod. Theod. de Divers. offic. Vide Inscript. Gruteri 431. 9. & Eckeardum junior. de Casibus S. Galli cap. 10. pag. 81.

CORNIFICIUM opus, Ex cornibus confectum. Vita S. Sori Eremitæ cap. 4. *Atque in adjutorium ædificii ostium ei opere cornificio aptatum misit.*

CORNIX, Gallina. Joannes Italus in Vita S. Odonis Cluniacensis lib. 3. *Ibat autem circa pedes grex cornicum, quas nos Gallinas vocamus.*

CORNOLIUM, Cornus, arbor, *Corno* Italis, *Cornolier* Gallis. Vetus Scheda apud Ughellum in Episcopis Anglonensib. *Castaneis, fagis, quercubus, cornoliis, & reliquis hujusmodi arboribus.*

CORNU, Vas quo bibitur. Cornibus usos Veteres ante pocula observat Scholiastes Homeri ad Iliad. Θ. πρὸ δ᾽ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, εἰς κέρας ἔπινον. Vide auctorem Etymologici in κεράσαι. *Corneus scyphus*, apud Saxonem lib. 7. & Ordericum Vitalem lib. 5. *Scyphus cum cornu & argento* in Testamento S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. Belgic. cap. 21. Charta Witlafii Regis Merciorum, apud Ingulfum: *Et cornu mensæ meæ, ut senes Monasterii bibant inde in festis Sanctorum, &c.* Vetus Chronicon laudatum ab Camdeno in Brigantibus, & Olao Wormio ad Fastos Danicos: *Ulphus Toraldi filius Eboracum divertit, & cornu quo bibere consuevit, vino replevit, & coram altari DEO & Petro Apostolorum Principi omnes terras & redditus flexis genibus propinavit.* Eadmerus de Similitudinibus S. Anselmi cap. 18. *Aliquando delectat domum interiùs ornatam conspicere, ebriosos in ea decantantes audire, ibidem & vinum cornibus deauratis potare, & flores per domum dispersos olfacere, ipsosque, vel cornua aurea, vel alia tactu delectabilia contrectare.* *Tenere per cornu* terram aliquam, apud Malmesbur. In Concilio Calchutensi an. 787. can. 10. vetatur *ne de cornu bovis calix aut patena fieret ad sacrificandum, quòd de sanguine sunt.*

Observat idem Wormius in veteribus Fastis Danicis festum Nativitatis Domini *cornu* indicari, quod inquit, id temporis lætitiæ & exhauriendis poculis idoneum habitum sit. Vide eundem in Dissertatione de Cornu aureo, pag. 23. ubi multis probat, ut & Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 127. jam olim poculorum vicem obtinuisse cornua, & Janum Dolmerum ad Jus aulicum Norvegicum vetus pag. 461. & 533.

Cornu pastorum, in Lege Aleman. tit. 79. §. 1.

Cornu metallinum, pro tuba, apud Joan. Bekam in Hereberto Episcopo Ultrajectensi.

Cum cornu clamorem levare. Vide *Huesium*, & Judicia Withredi Regis Cantuarior. cap. 28. Charta Raimundi Comitis Forensis an. 1262. *Quitam, francam, liberam & immunem ab omni toulta, tallia, cavalgata, cornu, crito, messe Præpositi, Chastiani recognitionibus & complementia, & ab omnibus aliis exactionibus, & servili conditione &c.* ubi *Critus*, idem valet ac *clamor*, ex Gallico *cri*. Vide *Huesium*.

Cornu sufflare dicuntur venatores, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 61. §. 2. *Cornea tuba*, in Chronico Novalicensi.

Cornu, Atramentarium. Hugutio: *Calamarium, cornu quo tenetur incaustum*. Will. Brito in Vocab. *Atramentarium dicitur vas in quo reponitur atramentum, cornu etiam scriptoris*. Nostris *Cornet*. Charta Hervei D. de Stafford tom. 1. Monastici Anglic. pag. 559. *Testibus his -- & Ilberto Vicecomite, & ipso domino Radulfo testante, qui tenuit cornu, dum scriptor notavit --- supradicta*. Statuta antiqua Cartusianorum 2. part. cap. 16. §. 8. de supellectile scriptoria: *Pennas, cretam, pumices duos, cornua duo, scapellum unum, ad radenda pergamena novaculas sive rasoria 2. & punctorium 1. subulam 1. plumbum, regulam, postem ad regulandum, tabulas, graphium*. Vide Cornicularius.

Cornu sub cornu. Historia fundationis Abbatiæ Saltreensis in agro Huntindonensi, tom. 1. Monastici Angl. p. 853. *Convenerunt -- ut pastura eis esset omnibus communis, id est, cornu sub cornu, pro pace & concordia inter se tuenda, per se sine scitu & permissu aliorum Dominorum concesserunt*.

Cornibus ventilare. Joan. Sarisber. lib. 7. Policrat. c. 21. *Et quasi cornibus geminæ potestatis Ecclesiam in cujus sinu quiescunt, & proteguntur umbra, ventilare non cessant*. Chronicon S. Vincentii de Vulturno: *Positoque præsidio pugnatorum in Canusi.t, præcipuè eo cornibus ventilabat*. Utitur etiam Stephan. Tornac. Epist. 152. ex Psalmo 44. Machab. lib. 1. c. 7. v. 46. Zachar. c. 2. v. 21.

Cornu, Vas Ecclesiasticum. Chronicon Fontanellense cap. 14. *Urceos Alexandrinos cum aquamanilibus duos, cornu fabricatum unum, &c.* Hugo Flaviniacensis in Chronic. pag. 167. *Capsam auream insignitam reliquiis 12. Apostolorum, & cornua 2. eburnea identidem reliquiis conferta*. Charta Ethelstani Regis in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 40. *Quatuor magnas campanas, & 3. cornua auro & argento fabricata, & 2. vexilla, &c.* Vide tom. 3. pag. 313. 1. Samuelis cap. 16. v. 1. & Canisium tom. 5. Antiq. lect. pag. 786.

Cornua ensis, apud Gregorium Turonensem lib 4. Hist. cap. 38. *Evaginat gladium, cornuaque ensis pedibus calcans, acumen ad pectus evexit, &c.* Capulum qua parte reflectitur, ut manum tegat.

Cornu altaris. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 60. de templi dedicatione agens: *Post hæc quatuor cornua altaris signavit, dum quatuor mundi partes cruce salvavit. Ante cornu altaris ad Ecclesiasticos ordines promovere*, in Capitul. Carol. Magn. c. 88. & Form. 101. ex Lindenbrogianis. *Ante cornua altaris* manumittere, in Formula 91. 97. apud eundem Lindenbrogium. in Capitulari Aquisgran. an. 816. c. 6. &c. Theophylactus Simocatta lib. 8. cap. 8. Ἡνίκα Μαυρίκιος τῶν κεράτων τῆ θυσιαστηρίȣ κάτοχον τὸν Γερμανὸν γεγονέναι. Occurrit passim apud Moysem & alios.

Cornu in maleficiis. Indiculus superstitionum & paganiarum an. 743. cap 22. *De tempestatibus, & cornibus, & cocleis*.

Cornu, vox in hac notione nota Carmen de Curia Romana. v.

Femina siqua suo quæsivit cornua sponso.

CORÖATA, *Corroata*, idem quod *Corvata*, Gall. *Corvées*, in Statutis Delphinalibus pag. 38. *Corroata*, apud V. Cl. Dionysium Salvagnium in Tractatu de Juribus dominicis pag. 395. 397. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Similiter de pascuis de Liars non constringam homines de Crisinciaco, neque per consuetudinem requiram eis coroatam, aut aliquod beneficium, nisi gratis mihi fecerint*.

CORONA *Clericalis*, Tonsura Clericorum, & eorum qui sacris Ordinibus initiati sunt in modum coronæ, παπαλήθρα Græcis recentioribus, cujus auctorem S. Petrum Apostolum fuisse scribit Gregorius Turon. lib. 1. de Miraculis cap. 28. & quam instar Coronæ spineæ Domini nostri effictam docet Beda lib. 5. Hist. c. 22. Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi Episcopi Eborac. cap. 6. *Etenim servus Dei Wilfridus desiderio concupiscens tonsuræ Petri Apostoli formulam, in modum Coronæ spineæ caput Christo cingentis à sancto Dalfino Archiepiscopo libenter suscepit*. Idem cap. 44. *Ad verumque Pascha, & ad tonsuram in modum coronæ, quæ antea posteriori capitis abrasa vertice, secundum Apostolicæ Sedis rationem totam Ultraumbrensium gentem permutando converterent*. Ubi coronam Scotorum primævam indigitat. Vide Jacob. Waræum in Antiq. Hibernic. c. 21.

Ita autem Clericorum erant olim coronæ, ut superior omnis capitis pars nudaretur, circulus in infimâ capillitii parte coronam formaret, ut colligitur ex Gregorio Turon. in Vitis Patrum cap. 17. Joanne Diacon. in Vita Gregor. Mag. PP. lib. 4. cap. 48. Concilio Aquisgran. cap. 1. Toletano IV. c. 40. Ænea Parisiensi Episc. adv. Græcos cap. 194. Concilio Albiensi sub Zoeno Avenionensis Episc. Legato S. A. c. 15. &c. *Coronæ apertæ* appellantur in Concilio Vercellensi an. 1050. c. 7. *Patentes* apud Ailredum Abbat. Rievall. apud Selden. ad Eadmer. p. 161. in Concilio Londiniensi an. 1102. & in Vita S. Gilleberti *de Sempringham* pag. 672. *Patulæ*, in Concilio Rotomagensi an. 1189. can. 5. Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 62. *Iste est ordo tonsuræ: Comam desubtus in rotundum attondeant, usque ad summum auricularum, fronte libera apparente, & collo prorsus detecto: corona desuper lata & similiter rotunda formetur, scilicet ut ambitus capillorum inter medium caput cingens latum modicus & æqualiter rotundus appareat*. At posterioribus sæculis coronulam sub frontem detulisse Clericos, auctor est Ethelvredus lib. 4. cap. 9.

Advenit & populus pariter sine nomine turma,
Quin etiam ferro sincipite rasi corona, &

Guillelmus de Podio-Laurentii in Præfat. ad Chron. *Clerici quoque si prodirent in publicum, coronas modicas prope frontem pilis occipitis occultabant*. Atque id observare est in veteribus Tabellis. Vide Concil. Toletan. IV. can. 41. Quid autem in Clericis denotet corona, pluribus docent, Isidorus lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 2. Æneas Parisiensis loco laudato, Joannes Abrincensis Episc. de Offic. Eccles. pag. 2. 3. Hugo Archiepisc. Rotomag. lib. 3. de Hæretic. cap. 2. Hucbaldus Monachus Elnonensis in Vita S. Rictrudis cap. 15. Joannes de Janua in verbo *Clericus*, Durandus in Rationali lib. 2. c. 1. Francisc. Turrianus lib. 5. pro Epist. Pontific. cap. 19. Haeftenus lib. 5. tract. 9. disq. 4. & alii. Vide Baron. an. 58. num. 127. & seqq. & Menardum ad Concord. regular. & in Sacramentar. Gregor. Magn. Haeftenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 9. disq. 1. &c.

Coronas facere, dare, id est, Tonsuras, primas nempe: *Donner la Tonsuré*. Liber S. Petri Carnotensis, qui *Apothecarius* inscribitur: *Die Lunæ D. Episcopus in dicta Ecclesia fecit coronas multas, & tonsuravit*. Joannes Episcopus Signiensis in Vita S. Berardi Episcopi Marsorum: *Hujus viri constantiam cernens, corona, & cæteris Ecclesiasticis ordinibus, certis temporibus rite datis, — Acolythum ordinavit*.

Benedictio coronæ, Prima tonsura. Concilium Pictavense an. 1109. can. 1 *Ut nullus præter Episcopum Clericis coronas benedicere præsumat, exceptis Abbatibus, qui illis tantummodo coronas faciant, quos sub Regula B. Benedicti militaturos susceperint*. Extat in Tabulario S. Bertini Bulla Alexandri IV. PP. qua Abbati ejusdem Monasterii & successoribus facultatem concedit *benedicendi pallas altaris, corporalia quoque, ac alia indumenta sacerdotalia, dandique benedictionem primæ tonsuræ, seu coronæ*. Statua Ord. Præmonstr. dist. 1. c. 15. *Nullus vestiatur, antequam tonsuram habeat Clericalem, nisi in illis Ecclesiis, ubi Abbates habent à Domino Papa indulgentiam specialem suis Monachis faciendi coronas.*

Bene-

Benedictionis verò coronæ Monachorum, quæ ad Abbates pertinent, mentio est in Usibus antiquis Ordinis Cisterciensis c. 102. 110. 111. in Statut. Ordinis Præmonstr. dist. 1. c. 15. dist. 2. c. 1. & apud Bernardum Monachum in Consuetud. Cluniacensib. MSS. c. 16. 61. de qua etiam Vita B. Bernardi Abbatis Tironensis c. 59. *Ad extrema veniens, quod hactenus celaverat, innotuit, benedictionem coronæ, quam necdum acceperat, cum viatico accepit, & obiit.*

Coronas benedictas habere dicuntur Clerici in Concilio Rotomagensi an. 1072. can. 11. *Qui coronas benedictas habuerunt, & reliquerunt, usque ad dignam satisfactionem excommunicentur.* Id est, qui clericatum dimiserunt.

Coronam capitis amittere. Clericatu excidere, in Regula S. Fructuosi c. 16.

Corona, Clericus, *Coronatus*, tonsuratus. Magister Robertus de Flamesbura, in Pœnitentiali MS. laudato à V. Cl. Jacobo Petito in Notis ad Pœnitentiale Theodori p. 155. *Instituuntur autem ministri Ecclesiæ non à quolibet, sed ab Episcopo suo vel Sacerdote, ut ordo Psalmistæ, sive ille qui dicitur Corona apud nos, à Lombardis Clericio,* id est, *Clericio*, nisi ita legendum sit. Vide in hac voce.

Mala-corona. Sic appellati olim quidam Clerici, qui Clericatus charactere abutebantur. Willelmus Gemeticensis l. 7. c. 10. *Rodulfus autem frater ejus cognomento Clericus, quia copiosè literatus erat; & Mala-corona quia militaribus exercitiis inserviens, Clericatus gravitatem malè servabat.* Ordericus Vitalis l. 3. de eodem Rodulfo, p. 464. *Clericus cognominatus est, quia peritia literarum ——— apprime imbutus est. Hic & Mala corona vocabatur, eo quòd in juventute sua militaribus exercitiis & levitatibus detinebatur.* Adde p. 477 Arnoldo Patriarchæ Hierosolymitano id nominis etiam, eandem fortè ob causam, adscribit Willelmus Tyrius l. 12. c. 6.

Corona, Dignitas Clericalis, Sacerdotalis, Episcopalis, Pontificalis: quia *corona* est insigne præcipuum Clericatus & Sacerdotii. S. August. Epist. 147. ad Proculianum: *Per coronam nostram nos adjurant vestri, per coronam vestram vos adjurant nostri.* Lex unica Cod. Theod. de Ep. tc. ord n. *Cùm igitur Sedis Apostolicæ Primatum S. Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, &c.*

Hac etiam voce, ut illustri honoris titulo, compellabantur Summi Pontifices & Episcopi. Ennodius l. 4. Epist. 22. ad Symmachum PP. *Erigat parvulos implorata coronæ vestræ miseratio.* Tarraconenses Episcopi Epist. 2 ad Hilarium PP. *Provinciali literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes.* Anastasius in S. Cornelio PP. *Cornelius respondit. Ego de corona Domini* (Cypriani Episcopi) *literas accepi non contra rempublicam.* Marculfus l. 1. form. 26. quæ inscribitur, *Indiculus commonitorius ad Episcopum: Præsentem indiculum ad coronam beatitudinis vestræ direximus.* Epistolæ Francicæ ex Edit. F. her. Ep st. 17 *Non tamen credit coronæ vestræ magnitudo sufficere, &c.* Epist. 24 *Humilitati meæ coronæ vestri . postolatus veniam dare dignaretur.* Adde Ep 30. 44. Ita passim utuntur S. Hieronymus Ep. 81. Paschasinus Lilybit. in Epist. ad Leon. Florianus in Epist. ad Nicetium, Quodvultdeus Diac. in Epist. ad sanctum Augustinum to. 6. Oper. ejusdem August. Sidonius lib. 6. Epist. 4. Paulinus in Epist. 18. 45. Braulio Cæsaraugust. in Epist. ad Isidorum Hispalens. Andreas Episcopus Prevalitanus in Relat. post Epist. 39. Hormisdæ PP. Fortunatus in Epist. præfixa libris de Vita S. Martini, & lib. 5. in Epist. ad Martinum Gallic. Episcopum, Beda in Præfat. ad Vitam S. Cuthberti Episc. n. 2. S. Bernardus Ep. 205. ad Episc. Rossens. &c.

Eadem notione Græci Patres Στέφανον usurparunt. Ἀλλὰ καὶ νῦν αἰτοῦμεν τὸν ὑμέτερον Στέφανον, εἰ καὶ, &c.

Coronati, Clerici, Tonsurâ seu coronâ clericali donati, Hispanis *Clerigos de Corona*, quibus opponuntur *Clericos de Orden sacro*: in l. 38. Cod. Theod. de Episcop. & Cleric. Asserus de Rebus gestis Ælfredi p. 14. *Injustum mihi videbatur illa tam sancta loca, in quibus nutritus, & doctus & coronatus fueram, atque ad ultimum ordinatus, pro aliquo terreno honore & potestate relinquere.* Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 6. *Vidi ego-met ipse Conrado Imperatore Ingilenheim Pascha agente, S. Galli Monacho Scholas Moguntiæ curante, officium ut solitum est, in medio chori crebrò coronati inspectu agere.* Ordericus Vitalis l. 4. p. 523. *Sicut tyronibus ità à Principibus erogabantur stipendia militiæ, sic quibusdam coronatis pro famulatu suo dabantur à Laicis Episcopatus & Abbatiæ, Ecclesiarum præpositura, &c.* Ita l. 12. & 13. p. 867. 904. *Le Roman du Renard MS.*

Nul ne doit estre Chapeleins,
Se cil n'est couronné au mains.

Infrà:

Se je puis un rasoir trouver,
Je vous voudroi ja couronner.

Le Roman de Vacce MS.

Jehan fu clers & coronnez.

Apud Petrum Cellensem lib. 7. Epist. 16. *Postulat ut de manu vestra primitias Clericatus, id est, coronam accipiat.*

Coronati, appellati etiam gentilium Sacerdotes. Innocentius PP. in Epist. ad Episcopos in Synodo Tolosana constitutos: *Neque de curialibus aliquos ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum coronati fuerint, vel Sacerdotium, quod dicitur, sustinuerint, & editiones publicas celebrant.* Firmicus lib. 3. Math. cap. 4. *Alios per totam vitam suam faciet coronatos.* Cap. 7. *Faciet etiam coronari infulis & coronis.* Et cap. 14. *Erunt autem aut coronati, aut Sacerdotibus præpositi, aut sacrorum bajuli simulacrorum.* Vide Carolum Paschalium lib. 4. de Coron. cap. 13. 19.

Corona Imperialis, seu Imperatorum Occidentis, sic describitur ab Honorio Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 224. *Corona Imperatoris est circulus orbis. Portat ergo Augustus coronam, quia declarat se regere mundi Monarchiam. ——— Arcus super coronam curvatur, eo quòd Oceanus mundum dividere narratur.* Et in Ceremoniali Romano l. 1. sect. 5. cap. ult. *Differt forma coronæ Imperialis ab aliis: nam ea sub se tiaram quamdam habet in modum ferè Episcopalis mitræ, humiliorem tamen, magis apertam, & minùs acutam: estque ejus apertura à fronte, non ab aure, & semicirculum alium habet per ipsam aperturam aureum, in cujus summitate crux parvula eminet.* Porrò corona aurea illa est quâ Romæ à Summo Pontifice donatur, tanquam Imperator: quippe triplici corona coronatur Imperator Germanicus, argentea, ferrea, & aurea: argentea, tanquam Germaniæ Rex Aquisgrani: Modoetiæ ferrea, ut Rex Longobardiæ: demum aurea Romæ, ut Imperator. Albericus in Indice, verbo *Corona*: *Imperator triplicem coronam recipit, primam argenteam pro Alemannia, ferream in Modoëtia Comitatus Mediolani, & auream in diversis locis.* Tradit Otto Frisingensis Fridericum I. coronis quinque aureis fuisse decoratum: primam de Regno Francorum apud Aquisgranum, secundam Ratisponæ de Regno Germaniæ, tertiam Papiæ de Regno Lombardico, quartam Romæ pro Romano Imperio ab Hadriano IV. quintam verò Modoëciæ pro Regno Italico suscepisse. Ita legimus in Annalibus Francor. Fuldensibus an. 869. Carolum Calvum Regem, comperta Hludovici fratris sui infirmitate, Regnum Hlotarii invasisse, & in urbe Metensi diadema capiti suo ab illius civitatis Episcopo imponi, & se Imperatorem & Augustum, quasi duo Regna possessurum, appellari præcepisse. Vide Hieronym. Balbum l. de Coronatione c. 3.

Corona argentea illa est qua Imperatores adornantur, cùm Aquisgrani inaugurantur, Regesque Alemanniæ renuntian-

renuntiantur. Beka de Coronatione Willelmi Regis: *Rex Bohemiæ Regis Pincerna de consensu Coloniensis Archiepiscopi coronam argenteam capiti suo superimpresit.* Similia habent de Adulpho Ferretus lib. 2. Hist. sui tempo ris, de Henrico VII. idem Ferretus & Georgius Merula lib. 7. Vicecomit, antiquit. de Carolo IV. Marius Æquicola in Commentar. Italic. rerum Mantuanar. Ex quo errare auctorem Vitæ Clementis VI. PP. colligitur, qui tradit Archiepiscopum Coloniensem in oppido suo Bunnensi supra Rhenum Adolphum coronasse corona ferrea quòd Aquisgranum tunc Bavari partes sectaretur.

Coronâ ferreâ Modoëciæ, quæ Radevico *Modoicum*, Gunthero lib. 8. *Modionum*, (nisi restituendum sit *Modoicum*, quod puto) Italis *Monza* dicitur, donatur Imperator, postquam argenteam Aquisgrani excepit, tanquam Longobardici Regni & Italiæ Rex. Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 39. *Anselmus* (Archiepiscopus Mediolanensis) *in Castellis habitans, intellexit quòd Clerus & populus Mediolanensis nobilem Principem Conradum cum Ecclesiastica pompa & civili triumpho conveniente Regi naturali suscepit. Cùm autem Clerus & populus, idem Anselmus à Leuco descendit ad Modoëtiam, qui est primus locus coronæ Regis, ibique pernoctavit, &c.* Infrà: *De cætero ipse, quasi consentiente communi omnium gentium voto, in Ecclesia S. Michaëlis, quæ est Modoëtiæ, benedixit, & unxit, & coronam electo Conrado in festo S. Petri posuit, altero Episcopo astante Regi coronando.* Deinde; *Eandem quoque solennitatem coronationis in Ecclesia S. Ambrosii --- celebravit.* Radevicus de Friderico I. *Princeps Romanus à Mediolano castra movens apud Modoicum sedem Regni Itali coronatur.* Guntherus:

Tunc demum victa Fridericus ab urbe recessit,
Modoinumque petens, prisco dignatus honore
Illustrare locum, sacro diademate crines
Induit, & dextra gestavit sceptra potenti.

Interdum tamen alios Imperatores non Modoeciæ, sed Mediolani in Ambrosiana Basilica *corona ferrea* coronatos legimus, ut Henricum VII. apud Albertinum Mussatum lib. 1. Histor. Rubr. 12. Levoldum Northovium in Chron. Markano an. 1310. in Historia Cortusiorum lib. 1. cap. 12. apud Continuatorem Nangii an. 1310. Ughellum to. 4. pag. 1109. 1110. & Corium in Hist. Mediolan. part. 2. qui observat Henricum Modoecensibus concessisse diploma, quo eorum juribus cautum decrevit. Idem de Ludovico Bavaro scribunt Albertus Argentin. pag 124. & Continuator Nangii an. 1327. De Carolo IV. testantur illius Tabulæ, quas descripsit Auctor Bohemiæ sacræ pag. 59. & Marius Æquicola in Comment. rer. Mantuan. præterea Albertus Argentin. pag. 163. Ita Fridericus III. Romæ coronâ ferreâ donatus est à Nicolao PP. ob pestem quæ Modoëtiæ grassabatur. Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 4. *Et corona Regni Longobardici sive Italici, quam superiores Imperatores Modoëciæ suscipere consueverunt, cùm Fridericus pestis timore illuc accedere non potuisset, Pontificis manibus coronatus est in Basilica Petri apud altare majus, quæ corona ferrea, licèt ærea sit, nuncupatur.* Infrà de eadem corona sect. 5. *Quæ quidem corona ideo appellatur ferrea, quòd laminam quandam habeat ferream in summitate, alioquin aurea & pretiosissima.* Vita Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 2. c. 10. *Et ibidem dictus D. Henricus Rex sequenti die Epiphaniæ Domini in S. Ambrosio à Mediolanensi Archiepiscopo unà cum sua Regina corona ferrea ad instar lauri margaritis pretiosis, ornata, de calibe tamen per ipsum Henricum Regem cunctis successoribus facta, eo quod corona Regum antiqua ex negligentia esset amissa; nam à nullo Regum de tempore Frederici Imperatoris fuerat requisita. gloriosissimè extitit coronatus, &c. Lauream* à Modoëcensibus peculiari vocabulo appellatam coronam istam ferream auctor est Rollandinus in Chron. ut & Albertinus Mussatus lib. 1. Rubr. 12. Vide Constitut. Imper. Goldasti tom. 1. p. 320. Zucchum in Historia ferreæ coronæ, Puricellum in Ambrosiana Basilica, ex Galvaneo Flamma, & aliis, pag. 177. 178. 179. 277. 278. 580. 583. 1091. &c. Sed an ea corona à temporibus Caroli Magni obtinuerit, quod tradidit Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ, pluribus disquirit vir doctissimus Carolus *le Cointe*, in Annalib. Ecclesiast. Franc. an. 774. n. 30.

Corona Ducum, Comitum. Continuator Aimoini cap. 32. de Carolo Calvo: *Romam exiens, Papiam venit, ubi & placitum suum habuit, & Bosone uxoris suæ fratre Duce ipsius terræ constituto, & corona Ducali ornato, --- ad Monasterium S. Dionysii pervenit.* Rogerus Hovedenus de Joanne Comite Moritaniæ, postmodum Rege Angl. *Accinctus est gladio Ducatus Normanniæ, in matrici Ecclesia per manum Walteri Rotomagensis Archiepiscopi: & prædictus Archiepiscopus posuit in capite Ducis circulum aureum habentem in summitate per circuitum rosas aureas.* Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniæ: *Post hæc imponit Episcopus capiti Ducis circulum aureum, cum oratione ista, &c. Le Roman de Garin*, cujus auctor vixit sub Ludovico VII circulum aureum Ducibus tribuit:

Pranz cette Dame, gentis Dus Segnoris,
Ains de ces els plus brele ne vis,
Sire seras de tresiot cest païs,
Le cercle d'or tenrez el chief assis.

Ægidius de Roya an. 1313. *Rex Franciæ solennem Curiam Parisius tenuit, in qua omnes Principes sub corona fuerunt, dempto Roberto Comite Flandriæ, unde Rex mirabatur, &c.* Vide Observata ad Joinvillam.

Coronam de racemis, quam annuatim debebant Abbas & Conventus Humolariensis, remittit Ludovicus Rex. Charta an. 1223. quæ habetur apud Hemereum in Aug. Virom. p. 52. Nescio an huc spectet quod habet Capitulare de Villis c. 22. *Coronas de racemis qui vineas habuerunt, non minùs tres aut quatuor habeant* (judices.)

Corona oblationis, Panis benedictus in modum coronæ, seu formâ rotundâ confectus. Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 55. *Tunc duas secum oblationum coronas detulit.* Et mox: *Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum.* Græca Zachariæ habent, Δυο σὺν μεθ' αὐτοῦ πέσφο ας λαβὼν, &c. Vide *Oblata*.

Corona, Nimbus, circulus qui circa Sanctorum capita depingitur. Honorius August. lib. 1. cap. 133. quod de Corona in Ecclesia inscribitur: *Lumina quæ circa capita Sanctorum in Ecclesia in modum circuli depinguntur, designant quòd lumine æterni splendoris coronati fruuntur. Idcirco verò secundùm formam rotundi scuti pinguntur, quia divina protectione, ut scuto, nunc muniuntur, &c.*

Coronæ, vox Agrimensorum: Loca circumposita, quibus scilicet oppida circumducta sunt. Vide Frontinum pag. 96. 115.

Corona, Nummus aureus Francicus. In veteri Regesto 7. Febr. an. 1339 *Fiebant coronæ ponderis 45.* Vide *Moneta*.

Corona HRabanus Maurus in Glossis Latino Barbaricis: *Circulus, quo à pupilla albæ partes oculi separantur, discreta nigredine Corona dicitur.*

Corona Candelabrum in modum coronæ ac circuli, variis lucernis instructum, ab Ecclesiarum laquearibus dependens. Anastasius in S. Silvestro PP. *Coronam ex auro purissimo, quæ est Pharus cantharus, &c.* Vide S. Desiderii Episcopi Cadurc. c. 9. *Micant coronæ, candelabra resplendent.* Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitan. *Multas ibidem fecit æreas coronas, è quibus scilicet lucernæ seriatim dispositæ dependerent.* Gervasius Dorobernensis in Descript. Ecclesiæ Cantuariensis: *In medio Chori dependebat corona deaurata viginti quatuor sustinens cereos.* Ægidius Aureæ Vallis Monachus cap. 53. *Augusta operositatis corona, quæ pendebat in medio Monasterio.* Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis cap. 10. *Taceo coronas tam luminoso fulgore à laquearibus dependentes.*

Ver-

Versus inscripti à Theoderico Episcopo Metensi *Coronæ*, quæ etiamnum in æde sacra Metensi conspicitur, apud Meurissium:

Cujus in æde sacra rutilans micat ista corona,
Ad lumen turbæ, vel decus Ecclesiæ.

Continuator Historiæ Episcoporum Virdunensium n. 4. *Templum S. Mariæ ita coronis ornavit, ut si manu primam tangeres, usque ad novissimam omnes moverentur.*

Coronæ pharales, apud Anastasium in Vitis PP. pag. 25. 26. Vide *Phara*.

Corona cum delphinis & liliis, apud Gregorium Magnum lib. 1. Ep. 66. & Anastasium in Vitis PP. p. 17, 18. Vide Descriptionem nostram sanctæ Sophiæ n. 48. Ejusmodi coronas recensent passim Scriptores, Honorius Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 141. Hariulfus lib. 2. Chron. Centul. c. 10. Anastas. in S. Silvestro, in S. Cælestino, in S. Marco, in Sergio p. 13. 16. 17. 19. 60. Ardo. Mon. in Vita sancti Benedicti Anian. c. 5. n. 23. Vita S. Silvini Episcopi c. 2. n. 21. Continuator Hist. Episcop. Virdunensium n. 3. Ratbertus de Casib. S. Galli c. 9. Iso Magister de Mirac. S. Galli c. 8. Udalricus in Statutis Cluniac. c. 11. Petrus Venerab. in Statutis Cluniac. c. 52. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. c. 5. lib. 4. c. 13. Chronicon Casinense lib. 3. cap. ult. Milo Monachus Elnonensis in Præfat. ad Vitam S. Amandi, S. Bernardus de Vita & morib. Cleric. cap. 11. Fulcardus de Mirac. S. Bertini c. 2. Chronicon Atinense pag. 501. &c.

Coronæ, inter cimelia & ministeria sacra, non semel occurrunt in Chartis Hispanicis. Charta Christinæ filiæ Bermundi II. Regis apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 5. *Ad ministeria Ecclesiæ, cruces duas argenteas, calices duos argenteos, cum suis patenis, coronas duas argenteas, cum candelabro uno argenteo, signos de metalos, &c.* Alia æræ 1016. ibid. *Cruces, & calices, & coronas pro in Ecclesia, &c.* Alia æræ 1111 to. 6. *Capsa argentea exaurata pensante solid. C M. dictatos pensante sol. 10. corona argentea pensante sol. 30. &c.* Alia Ferdinandi M. Regis æræ 1101. apud eundem tom. 6. *Alios similiter tres frontales argenteos singulis altaribus, coronas tres aureas, una ex his cum sex alphas* (unionibus) *in gyro, & coronas de..intus in ea pendens, alia est de..cum olovitreo aurea, tertia verò est diadema capitis mei aureum, & arcellinam, de crystallo auro coopertam, &c.*

Corona consecrata, apud Anastas. Bibl. in sancto Zepherino:

Corona linea. Constitutiones Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apostol. in insula Cypro an. 1313. *Nec coronam lineam ut Miles laicus, seu vayletus* deferant Clerici.

Coronæ innuptiis. Tertullianus de Corona Militis c. 13. *Coronant & nuptiæ sponsos.* Sidonius lib. 1. Ep. 5. *Jam quidem virgo tradita est, jam corona sponsus, jam palmata consularis, jam cyclade pronuba, jam toga Senator honoratur.* Nicolaus I. PP. in Responsis ad Consulta Bulgaror. c. 3. *Post hæc* (post peractam benedictionem nuptialem) *de Ecclesia egressi coronas gestant, quæ semper in Ecclesia ipsa solita sunt reservari.* Anonymus in feminam loquacem p. 6. Ὥστε μικρῦ μὲν ῥίψας τὸν στέφανον ἐκ μέσων τῶν γάμων. λαμβάνειν τῦ γάμυ στέφανα, apud Theophanem in Chronico pag. 374. 307. 409. Theophanes Cerameus Homil 6. Καὶ τὸν στέφανον ἐνεχοπόλει, ἐ τὴν παστάδα τὸν ὑμεναῖον. Adde Leonem Grammaticum p. 449. 458. 479. Hinc Στεφάνωμα pro nuptiis, in Euchologio, & Στεφανῖται, conjugio nexi, ap. Theophanem in Chronico p. 368. & ejus Continuatorem pag. 441. Bigami autem non coronantur, ut est in Nicephori Confessoris canone 10. Vide Chronicon Orientale ab Ecchellensi editum pag. 137. & Goarum ad Euchalog.

Corona in mundo muliebri. Vetus Statutum an. 1283. *Nul Bourgeois ne Bourgeoise ne portera verd ne gris, ne ermine, & se delivreront de ceux qu'ils ont de Pasques prochain en un an, & ne porteront & ne pourront porter or, ne pierres precieuses ne ceinture d'or ne à perles, ne couronnes d'or ne d'argent.*

CORONAMENTUM, Festum Regium, Curia Regalis, in qua Reges coronari solenni ritu solebant. Hugo de Cleriis de Senescallia Franciæ: *Si verò ad coronamenta Regis Comes ire voluerit, Senescallus præparare & liberare faciet hospitium, &c.* Occurrit ibi non semel hac notione, ubi & *Dies coronæ Regis* dicitur. Vide *Curia coronata*.

CORONARI dicitur civitas, cum festa gaudia concelebrat. Luitprandus lib. 3. cap. 7. *Tota mox civitas coronatur, & Romanus Pater Basileos appellatur.* Otto de S. Blasio cap. 39. *Tota coronatur civitas, tapetibus sertisque diversi generis & pretii compita illustrantibus, thure, myrrha, aliisque speciebus odoriferis, intus & extra civitatem redolentibus plateis.* Et cap. 51. *Ottonemque Regem regali ambitione coronata civitate cum maximo triumpho susceperunt.* Theophanes in Constantino Magno de Constantinopolitanis: Τὴν πόλιν στεφανώσαντες εἰσεδέξαντο μετὰ χαρᾶς τὸν νικητὴν Κωνσταντῖνον, &c. Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 10. de Nuptiarum Mauricii solennitate: Ἡ δὲ πόλις ἐπανηγύριζεν ἐν ἡμέραις ἑπτὰ, ἀργυρέοις τε ἐστεφάνωτο σκεύεσι, &c. Ex Tertulliano in Apol. c. 35. ad Uxor lib. 2. c. 6. & de Idol. c. 15. docemur in hisce occasionibus ædium postes corollis exornari solitos. Vide Glossar. med. Græcit in Στεφανῦσθαι.

CORONARIUS, Στεφανοπλόκος, in Glossario Gr. Lat.

Coronarii, iidem qui *coronatores*, de quibus infrà, apud Radulfum in Miracul. S. Richardi Episcop. Cistercens. n. 11.

Coronarium, Ἐπιστεφάνωμα, in Glossis Gr. Lat. Vide *Aurum*.

Coronarium opus, apud Vitruvium lib. 7. c. 6. & Anonymum de Re architecton. c. 23. de quo Philander ad eundem Vitruvium.

Coronatorum cohors, cujus Tribunus extitit Valentinianus, postmodum Imperator, ut scribit Theophanes p. 43. Τελδῦντος τότε τῦ τάγματος Κορωνάτων λεγομένων νεμέρυ. Sed Κορνύτων restituunt viri docti.

CORONATOR, Anglis, dicitur Judex placitorum *Coronæ*, seu quorum cognitio ad *Coronam* speciatim pertinet; verbi gratiâ de homicidiis, murdris, & aliis hujusmodi criminibus Coronam Regis spectantibus Spelmannus: *Coronator, apud nos Coronæ Officialis pervetustus est, ad tuendam pacem & dignitatem Regiam in quovis Comitatu populi suffragiis constitutus. Olim non minor equite, aurato, sed diminuta hodie potestate, quatuor plerumque eliguntur, qui in exquirendis homicidiis operam præsertim navant. Universis præest Capitalis Justitiarius Banci Regis, qui ideo summus Angliæ Coronator habitus est.* De ejus officio & auctoritate multa habent Leges Malcolmi II. Scotor. Regis c. 15. 16 Statutum 1. Westmonasteriense c. 10. Bracton. lib. 3. tract. de Corona c. 5. Fleta lib. 1. c. 18. 20. Joannes Brito Herefordiensis cap. 1. Guillelmus Stanfford. lib. de Placitis Coronæ c. 51. 52. Rastallus in Exposit. vocum Juris Anglici, & Skeneus lib. de Verbor. significat. verbo, *Coroner*.

Addit idem Stanffordius lib. 2. c. 31. Majorem Londinensem *Coronatoris* officio semper fungi, id est, illius jurisdictionem ac cognitionem eandem esse ac *Coronatorum*, ex indulto scilicet Henrici I. quod habetur in Legibus ejusdem Regis post caput secundum. Id etiam privilegii concessum Sandvvico & *Stonores* tradit Willelmus Thorn. an. 1367. *Nec est in prædicta villa de Sandvvico & Stonores aliquis Judex Coronæ, qui vulgò dicitur Coroner, nisi ipse Major cum suis juratis.* Ejusmodi Coronatorum passim mentio occurrit apud Scriptores & Historicos Anglicos. Vide *Placita Coronæ*.

CORO-

CORONATUS, Nummus aureus Ducum Burgundiæ & Comitum Flandriæ. Vide Froissartem 4. vol. cap. 67. extremo,

COROPLATES, *Corpolatius.* Vide *Curopalata.*

CORPODICINA, in Gloss. Lat. Græc. Μακελλίτης. Vide *Corficina.*

CORPORALE, Palla, qua *Sacrificium* contegitur in altari. Leges Alphonsi IX. Reg. Castellæ part. 1. tit. 4. lege 57. *Corporales, son dichos aquellos pannos blancos, que ponen sobre el caliz, con que lo cubren, quando faze el clerigo el sacramento del Corpus Domini, e estos non deven ser de sirgo, nin de panno tinto, mas de panno de lino puro e blanco. Sindone, quam solemus Corporale nominare,* apud Amalarium lib. 1. de Eccles. offic. c. 19. *Chrismale, quod à quibusdam Corporalis appellatur,* apud Glabrum Rodulfum lib. 5. cap. 1. *Corporalis palla,* in Ordine Romano, & in Libro Sacramentor. Gregorii Magni, in Missali Francor. vet. p. 400. in Capitul. Caroli Magni lib. 7. c. 234. in Vita S. Theotonii Canonici Regular. c. 1. n. 5. apud Innocent. III. PP. lib. 2. Myster. cap. 56. & Durandum. lib 4. cap. 29. *Corporale pallium,* in Ep 11. S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini: *Pallium altaris, Pallium quo sacra munera conteguntur,* apud Gregorium Turon. lib. 7. cap. 21. *Coopertorium, quo altare dominicum cum oblationibus tegitur: quod ponitur super munera altaris,* apud eundem de Vitis Patrum cap. 8. *καλυμμάτιον,* in Vita sancti Lucæ junioris cap. 6. n 42. Bernardus Monachus in Consuetudinibus Cluniacensibus MSS. cap. 37. de Corporali: *Nam & alterum simplum semper servatur in scriniolo super sinistrum cornu altaris, sicut ego accepi, propter hoc maximè, ut ad manum possit esse contra periculum ignis, contra quod, si fortè contigerit, creditur à multis quòd multùm valet expansum.* Atqui *Corporale Dominico corpore consecratum ad extinguendum incendium* projici vetat Concil. Salegunstadiense an. 1012. can. 6. *Corporalia* autem linea esse jubentur. Alcuinus lib. de Divin. offic. & ex eo Remigius Autisiodor. lib. de Celebrat. Missæ: *Corporale, cui superponitur Dominicum corpus, non aliud quàm lineum oportet esse, quoniam Joseph linteum mundum emit, unde Corpus Dominicum involvit.* Honorius Augustod. lib. 1. c. 89. *Silvester PP. lineo corporali offerri statuit.* Vide eundem cap. 46. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 20. *Corporalia autem de purissimo & nitidissimo panno præparari oportet, & in capsulis mundis vel lineis sacculis diligenter complicata reponi.* Quomodo autem ea abluantur, habes in Libro Sacram. Gregorii Magni p. 235. apud Udalricum in Consuet Cluniac. lib. 3. cap. 14. & Lanfrancum in Decretis pro Ordine sancti Benedicti cap. 6. Vide Ditmarum p. 108. Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. c. 72 Rigordum an. 1183. Durandum lib. 4 Ration. c. 29. n. 2. &c.

CORPORALE crimen, Lapsus carnis, *lapsus corporalis,* & *carnale delictum,* apud Isidorum Ispalensem in Epist. ad Massenum Episcopum. Gregorius M. lib. 1. Epist. 34. *Paulum Diaclynæ civitatis Episcopum inter alia mala in corporale crimen lapsum. Corporale peccatum,* apud Ferrandum Diac. in Brev. c. 117. ex Concil. Neocæsar. c. 8. al. 9.

CORPORALITER, *& legitimo jure prædia possidere,* in Edicto Theoderici Regis c. 142.

CORPORARE, *Sauciare, ferire,* in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Apud Joannem de Janua, est *Corporeum facere, vel impinguare, vel in corpus immittere, vel ad sustentamentum & augmentum corporis sumere.* Glossæ Isonis: *Indidit, corporavit:* ubi Prudentius Hymn. 11. v. 51.

Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spiravit, & limo indidit,
Sermone carnem glutinans.

Vide *Incorporare.*

CORPORATI, Urbium incolæ, qui ex certis *Corporibus* erant, præsertim artificum: quippe, ut est apud Lampridium, Alexander Severus Romæ *Corpora* constituit, penæ omnium omnino artium. In Provinciis etiam extitere. Corporatos civitatis Alexandrinæ memorat lex unica Cod. de Alexandr. pleb. primat. Id etiam patet ex Cod. Theod. non uno loco Liberatus Diac. cap. 20. *Habens autem consentaneos aliquantos ex Clero, & possessores civitatis, & corporatos, & milites, & nobiles.* Erant autem *corpora publicis obsequiis deputata,* ut est in Novella Severi 2. cujus meminit Papianus tit. 46. Relatio Symmachi P. V. apud Baronium an. 418 n. 73. *Corporatos Officii quoque interminatus sum.* Infrà, an. 419. n. 32. *Ego autem tam corporatis directis, quàm omni Officio, ideo illuc ire non potui, &c.* Vide titulum Codicis Theod. de Privileg. corporat. & ibi Gotofredum.

CORPORATIO, Christi incarnatio, in Missa Mozarabum. Vide *Corporare.*

CORPORATIO, Vox Leguleiorum Anglicorum, qua denotant rem permanentem quæ potest habere successionem. Est verò *corporatio* composita ex diversis partibus, & in unum corpus coacta, quarum aliæ caput sunt, aliæ membra, totum verò simul junctum *corporationem* faciunt. Multiplex autem est *corporatio*: alia enim spiritualis, quæ constat ex personis religiosis & manumortuis in Lege, ut sunt Abbas & Conventus: alia spiritualis & personarum quæ in Lege sunt, ut sunt Decani, & Capitula, & Magistri Collegiorum, vel Hospitalium: alia est præterea *corporatio temporalis* ex Legis auctoritate, ut sunt Majores & Communitates: denique est *corporatio temporalis* ex usu recepto & communi Lege, uti sunt Parlamentales Conventus. Ita Rastallus.

CORPORATURA, Σωμασκία, in Gloss. Gr. Lat. Exercitatio corporis. In MS. habetur *corporatum.* Occurrit vox *corporatura* in Notis Tyronis.

CORPORICIDA, Lanio, macellarius, μακελλίτης, in veteribus Glossis.

CORPOROSUS, *Corpulentus,* ἔνσωμος. in Gloss. Gr. Lat.

CORPUS, *Homo de corpore* Vide *Homo.*

Corpus Domini, Hostia sacra. Joann. Villaneus lib. 8. c. 80. *Promise tutto per sacramento in sul Corpus Domini.* Idem lib. 12. cap. 2. *Giurato sopra il Corpus Domini.* Adde cap. 15.

Corpus Politicum, dicuntur Episcopi, Abbates, Priores, Decani, Ecclesiarum participes, & ejusmodi, qui succedunt personaliter tantùm Rastallus.

Corpus castri. Castrum ipsum, absque adjacenti *Burgo.* Constitutio Petri I. Reg. Aragon ann. 1228. MS. *Item mansiones aliquis non incendat, vel alius ignem subponat ad nocendum Si verò Barones nostri vel Milites guerram inter se habuerint, & ad expugnandum castrum vel fortitudinem inimicorum suorum venient, & in expugnando ipso corpore castri vel fortitudinis, si ignem supposuerint, non teneantur pro pace fracta.* Villharduinus n. 203. *D'autre part le bras de S. George ne tenoient que le cors de l'Espigal, & tote la terre si tenoit Toldres Lascres.* Adde Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 38. 59.

Corpus Juris, ita vulgò Codices Juris civilis appellamus. Formula 16. ex Baluzianis: *Ut lex mundana Theodosiano Corpore arbitratus discernit.*

CORR. Capitulare Ludovici II. Imp. tit. 3. cap. 16. Edit. Baluzianæ: *Porcellum unum, annonam ad caballos modios sex, fœnum corr. tres, mel, &c.* Vide *Conredum.*

CORRATA. Charta Guidonis Fulcodii apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vasion. *Corratas insuper & ligna in vigilia Natalis Domini in omnibus hominibus totius civitatis eidem Domino Episcopo adjudico, exceptis Clericis & Militibus.* Legendum fortè *corvatas.* Vide *Coroata.*

CORRATERIUS, Proxeneta, pararius, *Courtier*, seu *Couretier*, nostris: *Courratier*, in Consuetud. Burbonensi art. 131. Nivern. cap. 32. art. 21. Aurelian. art. 338. 429. & aliis, sic dictus *ab intercurrendo*, ut ait Salmasius. Verdala in Episcopis Magalonensibus sub ann. 1278. *Item quod homines partis Episcopalis recipiantur per Curiam Regis in Corraterios vel Proxenetas. Corraterii peilha*, seu pellium, in Consuetudine Tolosæ part. 2. Joannes de Condato in Poëmate contra Dominicanos MS.

De maint marcié sont couratier,
Encore plus il sont curatier
De mariages.

CORREARIUS. Charta Gulielmi Episcopi Gratianopolit. an. 1279. *Coreario, seu Procuratori nostro, &c.* Bulla Gregorii X. PP. an. 1274. apud Paradinum lib. 2. Hist. Lugd. cap. 52. & Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentinæ in Regesto 2. part. num. 188. *Curiam verò supradictam infrascripto modo decernimus ordinandam: videlicet ut ipse Archiepiscopus rectorem & directorem Curiæ, Correarium, sive Præpositum, vel aliter, prout ipse voluerit, nominandum, ac judicem, sive judices, necnon & sigilliferum instituat.* Vide Petrum Columbum in Hist. Episcop. Valentin. pag. 212. 228. *Correarios*, seu *Courriers*, etiamnum hodie judices ordinarios & Matricularios Confraternitatem vocant Lugdunenses.

CORRECTOR *Literarum Apostolicarum*, apud Innocent. III. lib. 15. Epist. 166. Vide Vorstium.

CORREDUM. Vide *Conrodium*.

CORREGIONALIS, *Ex una regione*, Joanni de Janua. Utitur S. Augustinus Epist. 76.

CORRELAGIUM, Præstationis species. Compotus Baillivorum Franciæ an. 1295. *Partes domaniorum Castellaniæ de Loches. De correlagio de Loches, pro toto 29. solid.*

CORRESPONDENTER, Eadem tempestate. Ericus Upsaliensis lib. 2. Hist. Suecor. *Circa hæc tempora Romanum Imperium regebat Otto Ruffus, seu Rubeus, correspondenter huic Hacquino.*

CORRIGIA, Modus agri. Diploma Roberti Regis Neapol. an. 1321. apud Waddingum: *Item alia petia de terra arbustata, quæ est quasi duæ corrigiæ de terra, una juxta aliam conjuncta.*

Corrigia jugalis, apud Innocentium Agrimensorem: *Montem in medio usque in jugalem corrigiam permittit.* Id est, qua parte mons vel collis in jugem sese erigit.

Corrigia. Charta an. 1122. ex Tabulario Fontevraldensi fol. 102. *Ego Aimericus Prior de Brajerra propria manu subscripsi, & in corrigia, quæ in charta dependet, nodum feci.* Infra: *Ego VVillelmus de Scannis propria manu mea præsenti chartæ signum Crucis impressi, & nodum in corrigia quæ de † pendet, feci.*

Corrigiam super tumulum projicere, id est, bonis defuncti renuntiare. Vide tom 8. Spicilegii Acheriani pag. 264. & Pithœum in Consuetud. Trecens. tit. 2. art. 12.

Corrigiam sibi in collo ponere, in signum servitutis. Chronicon Mosomense pag. 641. *Corrigiam sibi in collo posuit, ancillatui se subdidit, capitaticum suum repromisit.* Anonymus de Miraculis S. Vedasti num. 6. *Surrexit ire ad capitium, quasi per corrigiam sui vestimenti Sancto seipsum dediturus.* Hist. Translat. S. Gorgonii cap. 17. *Corrigia discinctus collum suum circumdedit, atque per eundem se sancto Gorgonio famulum contradidit, &c.* Joan. Villaneus lib. 6. cap. 65. *Venne à Firenze col le corregge in collo, chiedendo mercè.*

Corrigiæ boum, inter malas consuetudines recensetur in vet. Charta ex Tabul. Celsinianensi: *Et agnos, & eivadam, quam apprehendebat, & corrigia boum, & fænum & paleas, &c.* Corrigiæ scilicet, quæ bobus aratoribus ministrare tenebantur tenentes.

CORRIGIUNCULA, Nola, seu campanula quæ percutitur in Monasteriis, cùm *Disciplinæ* dari debent: à *correctione* dicta. Liber Revelationum Anonymi cap. 6. *Quò perveniens audivi mox sonitum corrigiunculæ post me factum a fratre illo a quo disciplinas expectabam suscipere. Relictis itaque his quæ ibi videram, nescio quali modo in capitulum confestim deveni; & post, disciplinas, ut priùs feceram, accepi sex vicibus, &c.*

CORREATA. Vide *Coroata*.

CORRODIUM. Vide *Conredium*.

CORROGATA. Tabularium S. Remigii Remensis: *Ad hibernaticam sationem map. 1. continentem in longitudine perticas 40. in latere perticas 4. ad estivaticam simul facit corrog. 9. donat annis singulis in hostelina denar, &c.* Infrà: *Facit in anno corrog. 9.* Rursum: *Aroldus tenet mansum ingenuilem 1, facit in anno map. 2. habens in unaquaque in long. perticas 40. in lat. 4. & corrogat. 3. donat pullos 3. ova 15.* Occurrit ibi pluries. Tabularium Deiparæ Santonensis: *Tres dies plenæ corrogatæ.* Idem videtur, quod *Corvata*, quòd ejusmodi operæ à singulis corrogentur. Glossæ veteres: *Corrogatio*, ἐξ ἐράνου. Vide *Corvata*.

CORROGIUM. Vide *Conredium*.

CORRUPTICOLÆ, Hæretici, qui Corpus Christi perinde ac nostrum decrimenta pati, propter quæ reparanda esuriret, opusque haberet cibo, & fatigaretur, ac egeret requie ad reficiendas vires asserebant. De his Liberatus Diaconus in Breviario c. 9. 19. 20. ubi consulendus vir eruditissimus Joannes Garnerius ad idem cap. 19.

CORRUPTIO *sanguinis*, apud Leguleios Anglos, dicitur, cùm quis feloniæ vel Majestatis criminis convictus est: tunc enim illius *sanguis corruptus* dicitur, quia neque liberi, neque ullus ex illius sanguine, sive consanguineus, illius hæreditatem percipere potest. Præterea si nobilis sit, ejus liberi ignobiles fiunt, ita ut paterna nobilitate frui non possint, nisi auctoritate Regia. Rastallus.

CORSERIUS, Ratis amnicæ species, apud Occitanos. Charta anni 1231. in Regesto Comitum Tolosæ p. 89. *Possunt piscari quandocumque voluerint per Garonnam, & per Arigiam, & navigare, & ārripare cum eorum corseriis libere.* Et infrà: *In istis duabus aquis prædictis ubi possunt ingredi cum eorum corseriis.* Vide *Cursoria*.

CORSINI. Vide *Coarsini*.

CORSNED. Gloss. Sax. tempore Edvv. III. exaratum: Coꞃꞅneꝺ, *panis conjuratus*. Anglo Saxonibus, ait Lambardus, erat in more positum, panem certis quibusdam devotatisque sententiis consecratum reo gustandum offerre: habebant enim penitus insitam opinionem, non posse quenquam mali conscium panem hoc modo dedicatum deglutire. *Offam judiciariam* dixerunt. Coꞃꞅ autem, Saxonibus, *execratum* sonat: ꞅneꝺ, vel ꞅnid, est offa, bolus, vel neꝺ, aut neoꝺ, id est, *necessitate ductum*. Unde Neꝺbꞃeaꝺ iisdem coactus panis. Reus enim, seu accusatus, crimen objectum qui negabat, panem vel offam illam sumere & comedere cogebatur in purgationem. Leges Kanuti Regis cap. 6. apud Bromptonum: *Si quis altari ministrantium accusetur, & amicis destitutus sit, cùm sacramentales non habeat, vadat ad judicium, quod Anglicè dicitur Corsned, & fiat, sicut Deus velit, nisi super sanctum Corpus Domini permittatur ut se purget.* Cap. seq. *Si quis Ordinatus homicidii particeps, vel auxilio fuisse compellatur, purget se cum parentibus, quorum interest occisionis factionem tolerare, vel emendare. Si parentes non habet, cum sociis se purget, vel jejunium ineat, si opus sit, & applicetur ad Corsned, & fiat voluntas Dei.*

Extat hujusce purgationis exemplum apud Ingulphum pag. 898. *Cùm Godvvinus Comes in mensa Regis de nece sui fratris impeteretur, ille post multa sacramenta tandem per buccellam deglutiendam abjuravit, & buc-*

cella gustata continuò suffocatus interiit. Id ipsum ille enarrat Philippus *Mouskes* in Hist. Francorum MS.

En dementiers que il mangoient,
Et de mult de coses parloient,
Li Quens seoit devant le Roi,
Sire, dit-il, entendes moi,
Bien sai que vous me mescréés,
De vo frere ki fu tués,
Mais trestout aussi voirement,
Puisse jou manger sainement
Cest morsel de pain que je tieng,
Que par efort, ne par engien,
N'eue coupe en la mort vo frere,
Ne adonques de ralt bien nere,
Ne dont ne or ne m'ensu biel.
Lors saina li Rois ie morsiel
De cuer & de projiere douce,
Et li Quens le mist en sa bouce,
Li fu esranment estranlés.
Voiant le Roi ki fu d'alés,
Qui l'esgarda mult volentiers,
Confu li miracles premiers
Que Dieux fist pour le Roi Euvart
Ki pourfu sains en son esvvart.

Vaçces au Roman de Rou MS. de eodem Godvvino:

Godvvine puis remaint issi,
Le Rois en pais le consenti,
Je ne sai combien il dura,
Més je sai bien qu'il s'estrangla,
D'un morsel que le Roi seigna,
A Odihan où il manja.

Ubi observandum buccellam panis cum aliquot precibus signo Crucis à Rege signatam.

Huc etiam referri potest quod habet Historia Trevirensis pag. 235. *Post multum verò temporis cùm idem Dux* (Limburgensis Henricus) *inflictum sibi anathema parvipenderet, & in malis supradictis & similibus perseveraret, accidit ut quidam de Militibus ejus die quadam in domum ejus advenisset, & factâ horâ prandii, appositâ mensâ coram ipso, panem comedere debuisset, & Dux illi illudens, Surge, ait, & foras egredere, coram me comesturus non es, excommunicatus enim es. Et ille, Ubi, inquit, & quis me præter eum qui & te excommunicavit? Cui Dux ait: Ecce nunc vide, & jam parebit, si ita sumus excommunicati, ut aliquid nobis exinde molestiæ possit accidere: si hic canis, (qui fortè illis edentibus aderat) buccellam quam illi dedero, comederit, non pertimesco. Sin autem, timenda est nobis excommunicatio. Et hoc dicto, misit buccellam, quam canis ut naribus adhibuit, ultra contingere non curavit: & ne quis hoc saturitati canis posset imputare, cùm alius illi buccellam mitteret, festinus arripuit. Unde omnes qui aderant summa admiratione ducti, una voce dixerunt: Oportet eos ad satisfactionem venire; & ita fecerunt.*

Extat apud Lindenbrogium post veteres Formulas *Exorcismus panis hordeacei, vel casei ad probationem veri*, p. 107. Orationes verò quæ in hoc e judicio recitabantur, ejus effectum satis declarant; ac prima quidem ex iis: *Fac eum, Domine, in visceribus angustiari, ejusque guttur conclude, ut panem vel caseum istum in tuo nomine sanctificatum devorare non possit hic qui injustè juravit ac negavit illud furtum vel homicidium, aut adulterium, seu maleficium quod quærebatur, & jusjurandum pro nihilo habuit, & nomen tuum nominavit, &c.* Altera: *Præsta quæsumus per sanctum ac mirabile nomen tuum, ut qui reus erit hujus furti vel homicidii, aut adulterii seu maleficii, de quo hic requiritur, vel in facto vel in conscientia, ad adpositam ei pro ostensione veritatis creaturam panis sanctificati vel casei faux ejus claudatur, guttur ejus stranguletur, & in nomine tuo ante illud rejiciatur, quam devoretur.* Hinc nostris loquendi formula manavit, *Que ce morceau de pain m'étrangle, si ce que je dis, n'est vray.* Sed cur panis hordeaceus potiùs adhibitus fuerit quàm alius, non comperi. Hanc porrò divinationis aut sortis speciem videtur intellexisse Concilium Autisiodorense an. 578. can. 4. ubi *sortes de pane & ligno vetantur.* Huc etiam referri potest ἄρτος τῆς μεγάλης τῆς πέμπτης, de quo Matthæus Blastares Litt. M. cap. 1. Vide *Eucharistia.*

CORTIBALDUS. Vide *Curcinbaldus.*

CORTINA. Vide *Cortis.*

CORTIS, *Curtis.* Palladio lib. 1. de Re rust. cap. 22. *Cors*, Varroni lib. 1. cap. 13. lib. 3. c. 3. *Cohors*, est atrium rusticum stabulis & aliis ædificiis circumdatum. Velius Longus de Orthographia: *Talis quæstio est circa cohortes & coortes: ubi diversam esse significationem voluerunt Grammatici, ut coortes sint villarum, unde homines cooriuntur, —— at cohortes militum, à mutua cohortatione. Nam cortes quidem audimus vulgò, sed barbarè dici.* At Scriptoribus inferioris ævi, est villa, habitatio rustica ædificiis, colonis, servis, agris, personis, &c. ad rem agrestem necessariis instructa, aliàs *Colonia* dicta. Lindvvodo ad Provinciale Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 16. *Curtis* est mansio vel manerium ad inhabitandum, cum terris, possessionibus, & aliis emolumentis ad tale manerium pertinentibus. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 71. *Deinde 4. domos sive mansiones, quas abusivè Curtes vocamus, in pago Tornacensi* —— construxit. Cap. 79. *In his itaque domibus, sive ut usitatius dicamus, curtibus, quæ in diversis locis, construxit, plusquam 60. carucas posuit.* Canones Concilii Tricassini an. 878. can. 2. *Mansa, cortes, villas, patrimonia, &c.* Petrus Damianus lib. 4. Epist. 7. *In tantum dives erat ac præpotens, ut gloriaretur se plures habere curtes atque castella, quàm dies sint, qui numerantur in anno.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 21.

Ejus quocirca tribuit sub jure Filinam,
Egregiam curtem dantem fruges sat abundè.

Conradus Usperg. in Frider. I. *Præcepit muros & fossata dejicere —— & quatenus in una corte non consistat plus ædificiorum quam una domus.* Charta Hlotarii Regis Franc. ex Tabul. S. Trinitatis Pictav. *Curtes duas cum suis appenditiis nostro daremus præcepto, &c.* Infrà: *Altera verò cors vocatur Secundiniaca, &c.* Charta alia apud Gallandum: *Monachi S. Albini & Canonici S. Licinii habebant* —— *2. Ecclesias, & 2. curtes ad illas pertinentes, in omnibus earum redditibus inter se sine divisione communes.* Aug. Mussatus lib. 2. Rubr. 11. *In Colonia Patavii, quam Curte vocant.* Vetus Formula: *In curtibus vel villis.* Sic passim usurpant, Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 1. §. 4. Lex Burgund. tit. 23. §. 1. tit. 54. §. 4. Addit. 1. ad eand. Legem tit. 5. Lex Salica tit. 6. §. 3. tit. 36. Lex Aleman. tit. 10. 11. 31. 81. §. 2. tit. 82. §. 6. Lex Longobard. lib. 1. tit. 8. §. 29. tit. 23. 24. Lex Bajvvar. tit. 8. cap. 2. §. 1. tit. 20. §. 6. Capitula Caroli Magni lib. 3. c. 19. Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 17. Adam Bremensis c. 86. Capitula Ludov. II. tit. 2. c. 2. Goffridus Vindoc. lib. 4. Epist. 44. Leo Ost. lib. 1. Chr. Cas. c. 6. 11. 20. & alibi passim, Liber de Feud. 2. tit. 52. §. 1. &c.

Curs, in Diplomate Henrici I. Imp. apud Baron. an. 1014. num. 9.

Cohortis, in Traditionib. Fuld. pag. 250.

Curtis indominicata. Tabularium Bellilocense num. 176. *Tradimus villam seu curtem nostram indominicatam Bellomontem.*

Cortes dominicales, apud Lambertum Schafnab. an. 1073. & Adamum Brem. cap. 161.

Curtis dominica, in Pancharta Nigra S. Martini Turon. apud Beslium in Comit. Pictav. pag. 209 210.

Curtes villicales, Quibus præſunt villici, in Chronico Reicherſperg. pag. 192.

Cortis, *Curtis*, Atrium, impluvium ædificiis cinctum, noſtris, *Court*. Monachus Sangallenſis lib. 2. de Carolo M. cap. 31. *Pauperes pannos jucundiſſimè dealbati Kyrie eleiſon Ludovico beato per latiſſimam curtem, vel curticulas Aquarum grani, quas Latini uſitatim Porticum nomine vocant, uſque ad cœlum voces efferrent, &c.* Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. c. 1. *Juſſit portari in ſuæ domus atrium, quod vulgus Curtem dicit, & ut fieri aſſolet, ante januam jactari.* S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. 8. *Quadam nocte per contiguum infra cortem domui hærens tugurium, celſum parietem, Deo juvante, ſcandens, &c.* Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 10. *At equus exaltanter eum geſtans, in poſtem valvarum curtis hominem —— impegit.*

Curtis Monaſterii, apud Joannem Diac lib. 4. de Vita S. Gregorii Magni cap. 97. id eſt, *clauſura*, uti *Cortis* appellatur in Lege Salica tit. 8. §. 1. ubi Pactus Legis Salicæ habet *clauſuram*. Vide *Curia*.

Curtis clauſa. Charta Alaman. Goldaſti 66. *Hoc eſt, caſa cum caſalibus, curte clauſa cum omnibus officinis ejus.* Ch. 64. *Curte clauſa, aliiſque ædificiis, &c.* Vita Burchardi Wormacienſis Epiſcopi: *Curtim ſuam muro, civitatem inſtar caſtelli circumdedit.*

Cortis, Tentorium Principis, vel Ducis exercitus. Jornandes de Rebus Geticis, ubi deſcribit Attilæ tentoria: *Videres triclinia ambitu prolixiore diſtenta, porticus in omni decore diſpoſitas. Area verò curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipſam regiam aulam oſtenderet.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. *Aulam incendit quæ dicebatur Cortis Crummi.* Ubi Theophanes: Ἐπύρωσε δὲ καὶ τὸ τοῦλδον, χρήματά τε καὶ ἵππους, καὶ τὴν κόρτην, μετὰ πάσης βασιλικῆς ὑπουργίας. Eadem habet Cedrenus. Ita hanc vocem uſurpant ex Græcis, Leo in Tacticis cap. 11. §. 21. Conſtantinus Porphyrogen. in Baſilio cap. 15. (ubi vim vocis non percepit Interpres Allatius) Codinus de Offic. cap. 5. num. 52. & in Orig. Conſtantinop. ubi de Columna Fori, pag. 23. Edit. Regiæ. Hinc

Cortinarii, qui & *Cortelini*, qui *Cortem* ſeu tentorium Principis obſervabant & ſervabant, qui inter ἀτίμους & εὐτελεῖς reponuntur à Conſtantio lib. 1. de Themat. cap. 5. & in Gloſſis Baſilic. Κορτελινων, τῶν εὐτελῶν. Κορτελῖνοι, εὐτελεῖς, θυρωροὶ τοῦ πραιτωρίου. Nam his locis eoſdem eſſe cum *Cortinariis*, (quidquid dicat Meurſius) ex Codino de Offic. cap. 5. num 52. ſatis conſtat: ſiquidem, ut *Cortinarii*, miniſtrabant ad tabernaculum Imperatoris, & in ſymbolum viliſſimæ conditionis, ex veteribus tabernaculi pannis veſtes confectas habebant. *Cortinariorum* meminit Pachymeres lib. 4. cap. 29. *Cortalini* autem videntur dicti primitus *Cohortales*, de quibus ſupra.

Curtis, Regia, Aula, Palatium ipſum, Incinctus Palatii. Ugutio: *A Cura hæc curtis, tis, pro diſtrictu alicujus caſtri vel villæ.* Lambertus Schafnaburg. an. 1066. *Qui ſtatim raptis armis curtem regiam circumdederunt.* Mox: *Ejectus eſt de curte Regia cum omnibus tyrannidis ſuæ fautoribus.* Warnerius MS. in Macrum Scottum Poëtam:

> *Per totam cortem verſus ructabat oberrans,*
> *Dignos confertis ſtercore paginulis.*

Vide Legem Bajvvar. tit. 2. cap. 12. §. 1. cap. 13. §. 1. Monachum Sangal. lib. 1. c. 12. 33. & Eckehardum juniorem de Caſib. S. Galli cap. 10.

Curtis, Comitatus: noſtris, *La Cour du Prince*. Hincmarus Remenſis Opuſc. 17. *Cùm valde veſperi a corte Regis noſtri ad manſiones noſtras —— feſtinarem.* Mox: *Cui reſpondi, ut teneret ipſum hominem ſecum, —— donec ad cortem redirem.* Capit. Caroli Magni tit. 11. *Qualiter honeſtè & ſine indigentia in curte noſtra, ſicut anteceſſores noſtri fecerunt, vivere poſſimus.* Tit. 26. & 27. *In hoſtem, vel ad placitum ſive ad curtem veniens:* Tit. 39. c. 1. *Si ad cortem noſtram venerit.* Capit. Carlomanni tit. 2. §. 6. *Dum ad curtem pergunt.* Vide Synodum Confluentinam ſub finem, & Capitula Caroli Calvi non uno loco, Ditmarum pag. 88. &c. Idem: *Interrogati ſunt qui in corte degebant.* Ratherius Veronenſis in Qualit. conject. *In exercitum nunquam, ad cortem rariſſime, &c.* Ratbertus de Caſibus S. Galli c. 9. *Harmotus —— omnes labores & itinera, ſive ad curtem, ſive in expeditionem, & ad omnes alias neceſſitates vice illius ſtrenuè accepit.* Agio Narbonenſis Epiſcopus apud Catellum in Comitibus Toloſanis pag. 83: *Audivimus, quòd vos curtim pergere his diebus debetis.* Ita apud Brunonem de Bello Saxon. & alios non ſemel.

Curtis, Familia & domus Principis. Epiſtola Epiſcoporum provinciarum Remenſis & Rotomagenſis ad Ludovicum Regem: *Quin potiùs habeatis undè ſufficienter & honeſtè cum domeſtica corte veſtra poſſitis vivere.* Vide Capitula Caroli Calvi tit. 11. c. 5. tit. 23. c. 14.

Curtis Regia, Fiſcus Regius. Lex Longobard. lib. 1. tit. 2. §. 9. *Compoſitionem duplicem exigere videtur, —— ſicut curtis Regia exigere videtur.* Tit. 9. §. 12. *Tunc ipſa compoſitio —— ad curtem Regis perveniat.* Tit. 10. §. 1. & 2. *Tunc illi curtis Regia ſuccedat.* Lib. 2. tit. 14. §. 1. *Et ſi intentio fuerit contra curtem Regis, &c.* §. 6. *Tunc curtis Regia ſuſcipiat ipſas 4. uncias.* Lib. 3. tit 1. §. 17. *Et tam curtis Regia, quàm Longobardi, talis ibi habeant dominationes, &c.* Adde §. 13. 18. 19. 25. tit. 35. §. 1. &c. Quæ verò his locis compoſitiones ad *Curtim Regiam*, alibi, *ad Palatium* pertinere dicuntur, lib. 1. tit. 2. §. 10. tit. 25. §. 50. & alibi paſſim.

Curtis Regia, ut *villa Regia*, quæ Regis propria eſt. Chartæ Alamannicæ Goldaſti Ch. 18. *Actum in curte Regia Zurich.* Annales Francor. Fuldenſes an. 889. *Placitum curte Regia Franconofurt haberi cum Francis Regi complacuit.*

Curtis publica, quæ ad Regem & Rempublic. ſpectat. Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1038. apud Buzelinum lib. 3. Gallo-Flandr. cap. 20. ſic clauditur: *Hoc placitum fecerunt 4 Milites advocati. Udo, Urſio, Garderus, Mambodo. Actum Atrebati, curte publica, in Capella S. Benedicti, &c.*

Curtes dominicæ, quæ domini ſunt, in Capitulari de Villis c. 27.

Curtes villicales, quæ à ſuis *villicis* reguntur, in Metropoli Salisburgenſi tom. 1. p. 373. *Curtes villicanæ*, tom. 3. pag. 494.

Curtes ſtabulariæ. Charta anni 1136. in Metropoli Salisburgenſi tom. 3. p. 371. *Aream ubi curia quondam, modo novella vinea plantata eſt, cum curte ſtabularia, &c.* Adde tom. 2. p. 531. 532. 549. 556. tom. 3. p. 383.

Cortem bonam recipere dicitur, qui convivio lauto excipitur. Ita Itali vocem *far buona corte* uſurpant. Vide Joannem Villaneum lib. 7. c 88. Cæſarius lib. 1. Mirac. cap. 34. *Tale dictum propoſuit: Si aliquis eſſet, inquit, qui veris indiciis vera mihi de anima patris mei dicere poſſet, bonam cortem à me reciperet.* Et infrà: *Domine, cortis veſtra vobis maneat, ego cogitabo quid animæ meæ expediat.*

Curta, pro *Curtis*. Charta Ludovici VII. Regis Franc. in Tabul. Maurigniacenſi ch. 9. *Dederunt etiam eis curtam, quæ ibi erat foſſis limitata, &c.* Occurrit pluries.

Curtus, pro *Curtis*. Tabular. Brivatenſe Ch. 118. *Caſam dominicam cum curto & orto, cum campis, &c.* Item Regius Comitatus, aula Regia. Aſſerus de Ælfredi reb. geſt. *Cùm —— ab omnibus nimiùm diligeretur, & in Regio ſemper curto inſeparabiliter nutriretur, &c.* Infrà: *Eadvverd & Ælfthryth ſemper in curto Regio nutriti cum magna nutritorum & nutricum diligentia.* Rurſum: *Cùm igitur ad eum veniſſem in villa Regia —— cum eo illa vice 8. menſibus in curto manſi.* Occurrit adhuc ſemel.

semel. Ita ubi de eodem Ælfredo, Florentius Wigorn. pag. 587. *curtum* habet.

Curticula, Minor curtis. *Curticula Abbatis*, in Statutis antiquis Corbeiensis Monasterii.

Curticula, Atrium Ecclesiæ, vel Palatii, porticibus circumdatum, atque adeo ipsa Porticus. Monachus Sangall. lib. 1. cap. 33. *In Ecclesia, vel in porticu, quæ tunc Curticula dicebatur, &c.* Lib. 2. cap. 31. *Per latissimam curtem, vel curticulas Aquarum Grani, quas Latini usitatiùs Porticuum nomine vocant, &c.*

Curticlus. Charta Odonis Episcopi Belvacensis an. 875. apud Louvetum: *In suburbio nostræ civitatis molendina 2. & cambas 11. & hortos cultos 2. & curticulos 10. pratum 1. &c.* Idem videtur cum *Curtillus*, de quo infrà.

Curticella. Curtis minor. Ruricius, seu Rauracius Epist. ad Desider. Cadurc. Episc. tom. 8. Antiq. lect. Canisii: *Simulque suggerimus, ut de ipsa curticella, vel hominibus inibi consistentibus sub vestra defensione —— dignetis habere corticella.* Notitia an. 1041. apud Augustinum *de la Chieza* in Chron. Pedem. c. 19. *Addidit quoque præfato Monasterio corticellam unam inter Cercinaschum & Schalengiam, quæ ab incolis Gorreta dicitur.* Infrà: *Curticellam unam in territorio Suavis.* Adde Miracula S. Columbani Abbat. cap. 29. & Chartas Longobardicas apud Ughellum passim.

Curtifer, idem quod *Curtis*. Donationes factæ Ecclesiæ Salisburgensi cap. 8. *Tradidit quoque ad Chuchil casam cum curtifero suo & territorio, & manentes novem cum coloniis & aliis appendicis suis.* Occurrit iterum cap. 4. & alibi. Traditiones Fuldenses lib. 2. cap. 148. *Trado S. Bonifacio —— unum integrum curtiferum.* Chronicon Besuense: *Mansum cum suprapositis, campis, pratis, curtiferis, silvis, &c.* Alibi: *Mansa, servos, ancillas, curtiferos, terras, silvas, &c.* Adde Perardum pag. 44. & Formulas veteres 18. 19. 50. 58. 79. & Metropolim Salisburgensem passim, ubi Wiguleius Hondius tom. 3. pag. 2. *curiam* & *curtiferum* confundit.

Cortarium, idem quod *Cortis, Curtis, Curtilis*. Charta Hugonis de Feritate in Hist. Monasterii sancti Audoëni Rotomag. pag. 460. 462. *Et in ipsa villa terram unius carrucæ, & unum mansum, & 10. cortaria.* In alia Hugonis, prioris filii: *In eadem villa octo cortes, &c.*

Curtarii, Curtium possessores, vel tenentes. Charta Anselmi Abb. Lauresham. apud Freherum in Origin. Palatin. *Aream & vineas in Scriezeseim, cum hobariis atque curtariis, præter ea quæ in servitio habuerunt, sub annua pensione jure hæreditario contradidi.* Infrà: *De 12. hobariis pro servitio & reditu solvuntur 8. libræ: de dimidiis vero hobariis & molendinariis & aliis curtariis 8. talenta & 14. solidi.*

Cortina, Minor *Cortis*, seu rustica area, quæ muris cingitur: *Cortis clausa*, in laudatis Chartis Alamannicis Goldasti 60. & 64. Vetus Notitia apud Ughellum tom. 5. pag. 1538. *Domuncula minor cum cortina, vinea, &c.* Paulus in Vita S. Hilarii Abbatis Galeatensis n. 8. *Antequam ad cortinam ipsius Monasterii ingrederetur, &c.* Alia an. 1210. apud Guichenonum in Bibl. Sebusiana cent. 1. c. 78. *Cum terris, cortina, justitiis, pedagiis, albergiis, &c.* Tabular. Casauriense: *Concambiavi curtinam meam de terra & vinea sub ipsa curtina cum ficariis super se habentem.* Thvvroczius in Salomone cap. 52. *Milites autem Ladislai agmina Salomonis tanquam in cortinis concluserunt.* Paulus in Vita S. Hilarii Abbat. num. 8. *Antequam ad cortinam hujus Templi accederet, &c.*

Inde murorum loricæ, seu prominentes urbium muri, *Cortinæ* appellari videntur nostris, quòd iis veluti *Cortes* incingantur. *Cortes* enim *rotundæ sunt*, ut ait Varro in Origin. Unde *Cortina*, seu Tripodis Apollinis, etymon accersit Jos. Scaliger, etsi Varro & Servius aliter censeant. Anna Commena lib. 11. Alexiad. pag. 309. Κορτίνας vocat muros urbis, seu loricas, inter binas turres: Τοὺς πύργους, καὶ τὰς μεταξὺ κορτίνας ἔδειξεν αὐτοῖς διενείματο. Synod. Romana sub Silvestro PP. c. 1. *Quoniam bonum est ut fixas cortinas habeat Ecclesia, ut regia Ecclesiæ non vacillet, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem.* Neque aliunde petenda origo *cortinarum*, seu velorum, vel aulæorum, quibus altaria clauduntur apud Christianos, atque adeo lecti ipsi nostrates. Ebrardus Bethun. in Græcismo:

Velum Cortina, velum Tectura vocatur,

Alibi:

Aulæ dicuntur Aulæa: Petasmata Templi:
Cortinæ Thalami: Velaria, vela Theatri.

Iso Magister in Gloss. *Aulæa, propriè Umbhang, ab aula Attali Regis dicta, propriè Cortinæ.* Auctor Breviloqui: *Cortina est ornamentum Ecclesiarum, vel tabernaculorum, sicut vela depicta, quæ in lateribus altarium suspenduntur, ne Sacerdos aspectu circumstantium confundatur.* S. Augustinus lib. 2. Quæst. super Exod. c. 174. Αὐλαίας, *quas Græci appellant, Latini Aulæa perhibent, quas Cortinas vulgò vocant.* S. Hieronymus lib. 1. in Lamentat. Hierem. cap. 2. *In tentorii nomine & tabernaculi, quamvis unum videatur sonare, eo quod tabernacula inde sint dicta: quòd cortinæ distentæ funibus tabernaculis intra stantibus appenderentur, quæ tentoria sustinerent.* Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 2. ex emendatione Codicis Cæsarei apud Lambecium: *Tunc adolescens ille, quem post cortinam, juxta quam consederat Rex, stare præceperat, ut audiret quomodo singuli supplicarent, cum ipsa cortina ipsum circumplexus, in hos quæstus erupit, Domine, &c.* Anastasius in Leone III. PP. *Fecit cortinam sericam albam habentem periclysim & crucem de fundato.* Occurrit apud eundem non semel, Continuatorem Florilegi pag. 672. in Gestis Regum Francorum cap. 14. & alios. Vide Durandum lib. 1. Ration. cap. 3. num. 39.

Cortinæ Regiæ, Signa, vela regia, quæ bonis debitorum Fisco addictis appendebantur, tituli. S. Ambrosius Epist. 33. *Dum hæc tracto, suggestum est mihi cortinas Regias esse collectas, refertam autem populo Basilicam præsentiam mei poscere.* Infrà: *Postea verò quam cognoverim cortinas Regias inde esse sublatas.* Vide *Titulus, Velum.*

Cortina, Panni vel serici species, sic dicta, ut *pallium*, pro pallii materia. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP. *Item 4. camisas de cortina, cum pectoralibus & gramiciis de opere Cyprensi. —— Item tria superpellicia de vinipa & cortina.*

Incortinare, Tapetibus & aulæis ornare. Matth. Paris an. 1259. *Jussit autem Rex ut civitas mundata stipitibus, truncis, luto & fimo, incortinaretur.* Boccacius: *Un bellissimo letto incortinato.* *Curtiner*, includere, apud Brittonem p. 144.

Cortinum, idem quod *Cortina*, Cortis, seu rustica area. Charta 33. inter Alamannicas Goldasti: *Vendiderunt cortinum aruncale, quem habuerunt de sui patris, &c.* Occurrunt ibi pluries.

Cortinale, Atrium, *La court d'une maison.* Verdala in Episcopis Magalon. apud Gariellum pag. 105. *Lavatorium claustri superioris similiter fecit, cortinale & portalia & murum quo clauditur.*

Cortisani, qui *Cortes* curant, vel colunt aut incolunt. Charta Longobardica an 774. apud Ughellum in Archiepisc. Benevent. *Necnon in Gastaldato Bifernensi concessimus cortisanos, hi sunt cum uxoribus suis & omnibus sibi pertinentibus.* Alia ibid. *Sed & substantiam Calendini cortisani nostri qui habitare visus fuit in Uriniano.* Chronicon Monasterii S. Sophiæ Benevent. *Sub-*

Substantiam quæ Auroaldi fuit curtisani nostri. Charta Ludovici Pii in Chronico S. Vincentii de Vulturno: *Statuimus quoque ut nullus ex servis, aut ex familia ejusdem Monasterii, vel eos, quos Cortisanos vocant, audeat inquietare, aut quodlibet pensum ejus exactor tollere, vel exigere præsumat.* Adde eundem Ughellum tom. 6. pag. 297.

Servatur ejusce appellationis memoria in fœcialium libris, uti appellant, *Provincialibus*, in quibus, inter Flandrensium nobiles familias, mentio fit *Cortisiani Flandriæ*, ex Curtriaca gente, cui pro insignibus tres cantherios miniatos in campo aureo adscribunt. Idem videtur cum eo qui *le Sire de Cortesiex* dicitur non semel Guillelmo Guiarto. Chronicon Flandr. vernaculum cap. 72. *Si feit prendre un Chevalier de Flandres, qu'on appelloit Courtoisien.* Adde cap. 46.

Curtisani, vel alterius Principis aulici, *Courtisans*, qui in Regis *Corte* versantur, apud Godefridum Personam in Cosmodromio ætate 7. cap. 77. 88. in Chronico Montis S. Agnetis, & apud Gersonum in Serm. de sancto Antonio.

Curtile, Curtillum, Spelmanno, Locus vel sedes curtis: Vadiano, villula aliqua paucis ædificiis constructa, domus rusticana prædiolo conjuncta: rectiùs, cui adjunctus est hortus, nam *Curtile* propriè hortum rusticum, seu curtis sonat. Gloss. Lat Gall. *Ortus*, *Courtil.* Charta Caroli Calvi: *Cellulam S. Clementis unà, cum curtili in quo Monachi ibidem Deo famulantes labores manuum exercere videntur, vel in quo res illorum consistunt, &c.* Ita Chartæ Alamann. Goldasti n. 28. 62. Tradit. Fuld. lib. 2. cap. 210. Chronica S. Benigni & Besuense pag. 419. 451. 512. 544. Gesta Abbatum Gemblacens. p. 533. 534. & Scriptores alii passim. *Le Reclus de Moliens* in *Miserere* MS.

Il convoita par grant foiblece,
La piour pome de courtil.

Le Roman du Renard MS.

La bonne femme du Maisnil
A ouvert l'uis de son courtil.

Cortile, in Chronicò Gemblacensi pag. 533. 534.

Curtilio, eodem significatu, in Charta Rainoldi Archiepiscopi Remensis apud Locrium in Chronico Belgico an. 1129.

Curtillum, idem quod *Curtile*. Leges Inæ Regis Westsaxiæ cap. 42. *Rustici curtillum debet esse clausum æstate simul & hieme, &c.*

Curtilagium, idem quod *Curtile*, Lindvvodo ad lib. 3. Provincialis Cantuar. tit. 16. Locus adjunctus curti, ubi leguntur herbæ vel olera. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 466. *Tertiam partem decimæ, & quinque cortilagia.* Monasticum Anglican. tom. 1. p. 256. *Et etiam si in curtilagio alicujus bladum seminaretur, decimam gerbam illius bladi, sicut in campis, percipiet.* Tom. 2. p. 89. *De una virgata terræ, in Stodleya —— cum duabus curtilagiis ad eam pertinentibus.* Pag. 306. *De uno mesuagio cum curtilagio in villa de Mellyng.* Will. Thorn. pag. 2098. *Minutas decimas, cum decimis fœni & curtilagiorum.* Pag. 2101. *Super decimis quibuscumque garbarum & bladorum de ortis seu curtilagiis aut aliis terris, & locis plantatis, &c.* *Courtilages*, in Consuetudine Montersi c. 50. Will. Guiartus an. 1298.

Et s' espandirent fols & sages
C, à & là par les courtillages.

Charta Stephani Comitis Burgund. & Joannis Comitis Cabilonensis an. 1229. pro Libertatibus oppidi Aussonensis: *Li courtilagie de la Ville seront sehur en telle maniere que l'on n'y peut riens prendre de par nous, si par achat non: iceux deux choses de foin & de courtilaige sont sans ceance, &c.* Infrà: *Cils qui fera dommaige de la closon de la ville, & de la closon des courtils, & des courtillaiges, & des fruits & des arbres, s'il le fait à aiciant, il doit amender le dommaige, &c.* Vide Innocent. III PP. lib. 13. Epist. 76. Statutum 2. Westmonast. c. 50. Fletam lib. 2. cap. 71. §. 3. Brittonum pag. 109. v. &c. Vetus Charta: *Courtillage est toute maniere de poirée, poix nouveaux, fèves nouvelles, en cosse, &c.*

Curtilarius, Officium monasticum, cujus curæ potissimùm incumbebat, ex curtili Monasterii, aut aliunde olera & pulmentaria Monachis subministrare, quod postea in beneficium & feudum Ecclesiasticum Summo Pontifici obnoxium transiit, ut docemur à Doubleto in Hist. Sandionysiani Monasterii lib. 1. cap 59. quem lingua vernacula *Courtillier* appellari annotat. Catholicum parvum: *Ortilio, Ortelain, Courtilleur.* Gloss. Lat. Gall. *Olitor, Courtiller.* Alibi: *Ceparia, Courtilliere*, Rursum: *Orticola, Courtiller.*

Alia interdum notione videntur nuncupari *Curtilarii*, seu *Curtiliers*: dicti enim qui domini sui principalis seu capitalis *Curiam* sequi tenentur, & ejus placitis interesse. Charta an. 1244. in Tabul. Corbeiensi: *Aprés en autel fait il tort de le terre le Visconte, ki est Courtilliers de l'Eglise.* In altera Joan. *de Mainieres* Militis anno 1283. ibidem: *Chest assavoir que come li Abés desist que je fusse leur Courtilliers, & voloit que je alasse à ses plais, & jujaisse aussi come autre Curtillier, il est ensi ordené que je & mi hoir irons à trois plais generaux chascun an, & jugerons & ferons aussi come li autre Courtillier.*

CORTALINI. Vide in *Cohortales.*

CORVA, *Corvis*, Prædium, vel modus agri. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum in Archiepisc. Beneventan. *Concessimus & prædicto Monasterio S. Sophiæ corvam quæ videtur esse in campo Senercunis, —— integram sanctæ Sophiæ Monasterio concessimus possidendam. —— Sed & corvum ad Pontem Bajanum, quam comparavimus à Joanne, &c.* Infrà, semel ac iterum *Corvis* scribitur, ut & crebrò in Chronico S. Sophiæ Benevent. p. 585. 586. 587. 589. &c.

CORVANA. Charta Lusitanica apud Brandaonum in Histor. Lusitanica to. 3. p. 382. *Homines de Bolon dent vobis quartam partem, & nos corvana.*

CORVATÆ, *Curvatæ*, *Corveiæ*, *Courbiæ*, Operæ quas subditi ac rustici dominis suis præstant e ex Lege tenentur: *Corvées*, nostris, quas Cujacius ad l. un. C. Ne operæ à collatorib. exig. lib. 10. ait operas esse *à nostris sic dictas* quasi *Corpées*, *scilicet opera corporalia*: quomodo dicuntur *corporales molestiæ*, in leg. 126. Cod. Theod. de Decurionib. Nam & Lugdunensibus *Reé*, operam significare addit. Alii à *curvando* deducunt, quia præstando hujusmodi operas homines curvantur: unde *Curvadæ*, *Curvatæ*, & *Courbiæ*, interdum appellantur. Alii quasi *Corrogatas* dictas putant. Vide in hac voce Rigaltius in Gloss. ab *Angariis* deducit. Sed potior videtur Cujacii sententia, non quòd sint *operæ corporalia*, sed quod præstarentur ab iis quos *homines de corpore* appellabant, qui ejusmodi operis soli obnoxii erant.

Corvata. Chronicon Besuense: *Tali servitio, ut omnibus annis in corvata Monachorum, jornalem unum de tritico, & alium de avena persolverent.* Alibi: *In villa nostra —— voluerunt aliquando corvatam consuetudinaliter facere.* Tabularium Burguliense Ch. 97. *Curtis verò ipsa libera est ab omni hominum extraneorum consuetudine, corvata, biduanno, &c.* Adde Libertates villæ Montis Regal. an. 1287. apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 206.

Curvata, & *Curvada.* Epistola Abbatis S. Germani to. 4. Histor. Franc. p. 737. *Curvadas suas in melioribus terris nostris ponit.* Charta anni 1101. to. 1. Spicilegii Acheriani p. 238. *Curvatæ rusticorum.* *Droit de courvage*, in Consuet. Pertic. art. 39.

Corvada. Capitulare de Villis cap. 3. *Non corvadas, non materiam cedere, &c.* Charta an. 1058. apud Duchesnium in Hist. Castrovillana: *Neque bannum neque corvadam, neque ullam ibi accipiet consuetudinem.*

Croada, idem quod *Corvada*. Charta an. 950. apud Meurissium in EpiscopisMetensib. —— *Forestam quæ dicitur Heis, cum integro banno, eidem loco concedimus, in omnes usus, cum redditibus suis, id est, croada & suffusa, quas debent solvere quicumque de adjacentibus exinde voluerit forcariam de mortua silva habere, & plaustra ad aratra sua, stabula etiam facere.* Chronicon Senoniense cap. 9. *Adveniente tempore veris, quo agricolæ ad colenda arva & hortos procedere solent: ille malorum adinventor Renaldus prohibuit, ne homines Ecclesiæ Senoniensis croadas debitas persolverent, nec agros nec hortos, prout solebant, excolerent.* Cap. 10. *Præcepit ut homines Ecclesiæ nostræ croadas & hortos, sicut antea solebant, excolerent.* Tabularium S. Vitoni Virdunensis: *In Meraldi curte habebamus antiquitus croatam unam indominicatam, quam quidem Præpositus noster sine consensu & consilio Capituli cuidam homini ejusdem villæ Duranno nomine vendidit, &c.* Ibidem: *Solum mansa 1. carratam de virgis, & 40. noctes, & 12. croadas. unam herbæ, alteram fœni, idem tres carratas herbæ, alteram feni.* Rursum: *Duos dies ad croadam homo de potestate facit cum bestiis suis, quibus si caret, cum fossorio totidem dies.* Hinc, ni fallor, emendanda vetus Charta Luxoviensis, edita in operibus S. Columbani p. 335. *Similiter & decimas proprii laboris omnium dominiorum quoquo modo laborantium, & croacarum bovariarum, jugerum, coloniarum, nemorum &c.*

Corveia. Charta an. 960. apud Hemereum in Augusta Viromand. *Quòd eandem terram tenentes* —— *et bis in anno carrucam corveiam facerent.* Id est, agrum domini gratis ararent. *Corveias submonere.* Regestum Philippi Aug. f 125. *Singulis annis in Natali Domini submonebat corveias suas. Corveiæ vanni, facci, baleii, carrugarum.* in Charta an. 1230. ex Tabular. Fossat. f. 50.

Courbia, in Consuetudinibus *de Boidecenc.* in Pictonibus an. 1265. *Habent courbiam in terra, sed sciendum quale: tale est enim ad domos faciendas in estagiis suis, & in illis estagiis claudendum & * emand* (f. eundum) *cum tot bobus cum quibus terram suam unusquisque coluerit, vel cum corpore suo, si dominus submonere ipsum fecerit. Habent etiam courbiam ad ligna adportandum, &c.*

CORVESARII, Sutores veterinarii, qui Corio veteri utuntur: Gallis, *Sueurs de vieil, Savetiers.* Charta Ranulfi Comitis Cestriæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 987. *Quapropter prohibeo super amorem meum, ut nec mercator, nec institor, nec permentarius, nec corvesarius, nec ullus minister volens vendere vel emere, non vendat, &c.* Diploma Henrici I. Regis Angl. in Regesto Chartarum Normanniæ: *Sciatis nos concessisse Willelmo Canuto & Osberto filio Huardi, & sociis Cordevvanariis & corvesariis Rotomag. ut habeant gildam suam bene & honorificè & plenariè de ministerio suo, sicut eam habuerunt.* In Regesto Feodor. Carnoti pag. 16. *Les Corvoisiers qui vendent soulers ou marchié, doivent chascun obole.*

CORVILLA, Corbula, *Corbeille.* Glossæ Bibl. MSS. *Cartallum. Corvilla.*

CORUS, *Chorus*, Mensuræ annonariæ species apud Anglos & Germanos. Bracton. lib. 2. cap. 16. §. 7. *Decem coros tritici, sive decem quarteria.* Nicol. Trivettus an. 1194. *Coros frugum, vel modios rerum venalium, sive quascumque mensuras* —— *fieri statuit uniformes.* Apud Isidorum lib. 14. Orig. cap. 26. *Corus 30. modii impletur. Hic ab Hebraïco sermone descendit, qui vocatur Cora à similitudine collis: Cora enim Hebraïcè colles appellantur. Coacervati enim modii 30. instar collis videntur, & onus cameli efficiunt.*

Chorus, eadem notione. Chronicon Montis Sereni an. 1217. *In Szobertz quidem 25. chori, hoc est, Wischepele tritici: reliquis vero duabus 6. chori siliginis, & 19. marcæ, fertone minus. Porro mansi de Nienborch in foribus Ecclesiæ positi solvebant 80. choros de 4. generibus frumenti, & servitium rusticorum.*

CORUSCUS, Fulgetrum, Ἀστραπή; *Esclair*, nostris. Plinius: *Fulgetrum priùs cernitur, quàm tonitrum auditur. Coruscare*, apud Apuleium de Mundo, *Esclairer*, ἀστράπτει. Gloss. Lat. Græc. *Fulget*, ἀστράπτει. *Coruscatio* apud Solinum, & Matth. Westmonast. an. 1198. 1218. 1230. 1246. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo;

Sol radiat, mucroque micat, fulgorque coruscat;
Quum fulgor supra nos paret, tunc fulgurat æther.

Vetus Interpres Juvenalis Sat. 13. v. 223. *Nam ex nimio flatu vel certamine ventorum nubes inter se conlisæ tonitrua & coruscos faciunt, veluti saxa inter se collisa ignem faciunt.* Gregor. Magn. lib. 2. Dialog. cap. 15. *Roma à gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis, turbinibus, ac terræ motu fatigata, marcescet in semetipsa.* Cap. 33. *Tunc vir Dei inter coruscos & tonitruos atque ingentis pluviæ inundationem, &c.* Gregorius Turon. lib. de Mirac. S. Martini cap. 29. *Factus est super illos splendor corusco similis.* Fortunatus lib. 3. Poëm. in Epist. ad Felicem Episcop. *Et soporantes oculos, quos mihi aperuistis tonitruo, clausistis corusco.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 245. *Inter coruscos & turbines tempestatis imminentis.* Occurrit præterea apud Bedam lib. 4. Hist. Angl. cap. 3. Petrum Damian. lib. 6. Epist. 23. extrema, Cæsarium lib. 2. Miracul. cap. 27 &c.

Coruscus. Ugutio: *Coruscus, splendidus, crispus, tremulus.* Gloss. Græc. Lat. Ἀστραποειδής *coruscus.*

CORYNETUS, Petrus Damian. lib. 1. Epist. 20. *Si à Corynetis suis matrona potens negligit arcere petulcum, quid mirum si in eam quoque ille postmodum vesaniæ suæ porrigit appetitum* Ubi Editor ad marginem, *famulabus* Sed legendum videtur ex *cœtonisis*, ex Græc. Κοιτωνίτης cubicularius, eunuchus.

COS, *ocularis, id est, qui oculis valet, & est viridis coloris.* Sic interpretantur. Glossæ MSS. ad lib. 1. Passion. Alexandri Jatrosophistæ.

COSA, pro *Causa*, Res, in veteri Charta apud Ughellum tom. 3. Ital. sacr. pag 40. 41.

COSCEZ & *Coscet*. Domesdei tit. *Wiltshire*, *Rogerius Comes: Octo villani, & octo Coscez cum quinque carucis.* Vox, inquit Spelmannus, in lustratione hujus Comitatus frequens, uti & *Coscet*, quæ *bordariorum* loco villanos plerumque sequitur. In burgo autem Malmesburia cum bordariis sæpe jungitur. Agardus opinatus est operarios pauperes significare: nos, ait idem Spelmannus, id quod *Cotmanni* & *Cotarii*, id est, *Cotorum* babitatores: nam *Coshe* idem apud veteres Anglos quod *Cote*, id est, tugurium. Iidem videntur qui *Cothsets*, in Legibus Henrici I. c. 30. & 31. Vide *Cota*.

COSCINUS, *Coscina*, Mensuræ frumentariæ species apud Italos. Bulla Alexandri III. PP. an. 1179. apud Ughellum in Archiepiscopis Benevent. *De quo sex coscinos frumenti unoquoque mense & alia quædam proveniunt, &c.* Vide *Capisa*.

COSCINUS, Mensura annonaria, in Charta Alexandri IV. Pontif. apud Petrum Mariam CAMPUM in Histor. Eccl. Placentina, in Regesto Privileg. pag. 364.

COSDUNA Vide *Consuetudo*.

COSIA, Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 30. *Nullo etiam fossato, aut cosia, nullis arboribus inter utramque partem existentibus.* Ubi legendum *cesia*, ex Cod. MS. monet Felix Osius, quæ vox, vel *cesa*, Italis sepem sonat. Vide *Concisa*.

COSIMENTUM, Protectio. Homagium Mariæ Vicecomitissæ Beneharnensis æræ 120 . factum Ildefonso Regi Aragon. ap. Marcam lib. 6 Hist. Beneharn. c. 1. §. 2. *Ego recipio vos in Dei cosimento & meo, & promitto vobis, &c.*

COSINUS. Vide *Cussinus*.

COSMARIUS, *Dominus mundi*, Joan. de Janua. Ex κόσμος.

COS-

COSMETA, Ornator, exornator, cujus circa cutim occupatur industria: interdum vespillo, pollinctor. Hesychius: Κοσμητὴς ... Gloss. Græc. Lat. Κοσμήτρια, *ornatrix*. Erotianus in Lexico Hippocrat. Κοσμέας λέγουσι ... Papias: *Cosmetæ, dicuntur ornatrices crinium, à comando*. Petrus Damian. lib. 7. Ep. ult. p. 680. de nobili Constantinopolitana Ducis Venetiarum uxore: *Corpus ejus omne computruit, —— ut nec quispiam tantam perferre narium injuriam potuit, non cosmeta, non servulus, vix una duntaxat ancilla, non sine speciei redolentis auxilio, in ejus obsequii sedulitate permansit*. Κοσμητὴς ἐφήβων, *exornator adolescentum*, in veteri Inscript. 79. 6. 317. 3. dignitas apud Græcos, qua qui insignitus erat, κοσμητεύειν dicitur ead. p. 317. 1. Vide Casaubonum ad Spartianum in Adriano.

COSMUS, Κόσμος, Mundus. Turpinus de Vita Caroli M. c. 11. *Cosmi potentiores, fortiores, &c.* Alius Codex MS. habet *mundi*. Lib. Miracul. S. Bertæ Abbatissæ parte 1. c. 1. *Sciatis vos ipsos non hu us cosmi cum honore esse residuos*. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 4.

Cosmica si spreto repetam contagia Christo.

Adde Itinerar. S. Willibaldi n. 7. Edgarum Regem Angl. in Legibus Monachorum Heydensium cap. 2. Epitaphium Isidori Hispal. in ejus Vita n. 39. &c.

COSSA, *Cossia, Cocia*, Pensitationis species Provincialibus nostris nota.. *Coisse, ou droit de mesurage*. Exponitur in Histor. Monast. S. Barbaræ Lugdun. cap. 40. n. 4. Charta Beatricis Comitissæ Provinciæ ann. 1245. *Salvis —— lesdis, & cossis, & pedagiis, & boagiis consuetis*. Charta Willelmi Comitis Forcalcarii an. 1206. pro Manoscensibus, apud Columbum pag. 470. *Nec teneantur solvere —— bladagium, sive albergam, nec contalagium, sive civitatam, nec cossias, sive medias cossias de eorum bladis, & rebus quæ ad mensuram sestarii venduntur & mensurantur*.

Cocia, Eadem notione. Tabularium Eccl. Dignensis: *In cociis bladorum, leguminum, nucum, &c.* Quo loco Gassendus, *jus cociarum*, mensuræ jus in divendendis frumentis, leguminibus, & nucibus interpretatur p. 21. Notitiæ ejusdem Ecclesiæ. Vide Claudium Expillium orat. 15 pag. 169

COSSÆ, Siliquæ, Gallis *Cosses*, ut siliquæ fabarum, &c. Hist. Translat. S. Guthlaci n. 17. *Porcum quasi bimum spe futuræ utilitatis nutriverat, & siliquis, & cossis, & migmate depastum impinguaverat*.

COSSATUM Pensitationis species, eadem fortè quæ *cocia*. Vide *Esbonagium*.

COSSUS. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 12.

Præterea Andreæ germana dianlia sancti
Ingressus, dictu mirabile! poplite cosso
Ingentes animos labiis patefecit apertis.

Id est, *genibus flexis*. Pomp. Porcaria, apud Nonium: *Sciunt omnes, quantum est, qui cossim cacat*.

COSSI, Vermes qui in equis nascuntur. Vegetius lib. 1. de Arte veterinaria cap. 52. *Ita omnes vermes, quos Cossos appellamus, & tineolas purgabis*. Festus *Cossos*, vermes ligno editos appellari auctor est, nos *Cossons* vocamus.

COSSIO, Porcellus, ex Gallico *Cochon*, in Charta Arcembaldi D. Borbonii ann. 1217. pro libertatibus Villæ franchæ.

COSTA, Clivus, latus montis, Italis *Costa*, nostris *Coste*. Charta Hugonis. & Lotharii Regum Ital. apud Joan. à Bosco in Vienna: *Donamus atque largimur costam unam juris nostri, quæ Castaneto inferiore nuncupatur —— una cum mansis, casis, terris, vineis, —— ad ipsam costam aspicientibus*. Alia an 1196. in Probat Hist. Sabaudicæ: *Costam totam quæ est à muro inferiùs ex parte Abbatiæ, & domum confrariæ retinuimus nobis*. Crescentius de Agricultura: *Nolla quale assai presso à Salerno è una costa supra il mare riguardante, la quale gli habitanti chiamano la Costa d' Amalfi*. Dantes in Inferno cant. 19. *Vidi per le coste & per lo fondo*. Adde Ottonem Morenam in Hist. Rer. Laudens. pag. 30. 34. tom 5. Ughelli pag. 1553. &c.

Costa maris, apud Matth. Paris pag. 179. Gall. *Coste de la Mer*, Ora maritima. Ital. *Costa*.

Costa, alia, sed incerta mihi notione. Anastasius in S. Silvestro PP. *Fecit .. Angelos 4. ex argento, qui sunt in pedibus quinis, costas cum crucibus tenentes*. Hinc *Costula*, Capitolinus in Maximino juniore: *Reticulum de prasinis unaccum, dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor*. Vide ibi Salmasium pag. 255.

Costæ circulorum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 110. *Et 5. sextarios avenæ, & 1. de fabis, & tascham, & dimidium decimum, & 2. boxias, & 3. costas circulorum, & 4. pulzinos, &c.* Fol. 114. *Et 50. essendulas, obra & manobra, & per vindemias a. costas*. Ch. 171. *Præterea* prædicti fratres *promiserunt se redditures omni anno prædictis Monachis mense Septembrio 30. costas circulorum, & in Nativitate Domini 2. solidos & dimidium*.

COSTAREZ Charta Ricardi Regis Angliæ, apud Sammarthanos in Archiepisc. Turonensib. *Et foagium de Maumine, & unam sauman mellis, cum vasis, quæ dicuntur Costarez, &c.* In alia Henrici Regis Angl. an. 1277. in Regesto Castri Lidi in Andibus, fol. 3, v. scribitur *Costerez*. Vide *Costrelli*.

COSTARIUM, *Locus costarum*, Ugutioni.

COSTELLUM. Vide *Fiecarius*.

COSTER. Inventar. sacræ Capellæ Westmonaster. in Monast. Angl. tom. 3. parte 2. pag. 81. *Panni. In primis duo costers panni magni de velveto, pro principalibus festis, &c.*

COSTERA, Ora maritima, Gallis *Costiere*, Magna Charta libertatum Angliæ: *Omnes bedelli deponantur per Tamisium, Medelweiam, & per totam Angliam, nisi per costeram maris*. Bromptonus: *Qui voluerit transire à capite Turkiæ per costeram Romaniæ, transibit, &c.* Historia Bellorum Hierosol. vernacula: *Ala conquerre au Roiaume ke fou .. par del a Tabarie en la costiere de la mer*. Crescentius de Agricultura: *Nella costiera del monte*. Alibi: *Interno aue sue co tiere*. Vide Leges Maris Oleronenses pag. 101. & suprà *Costa*.

COSTILATUS, seu potiùs *Costulatus*, Costulis distinctus, vel in costularum speciem dispertitus: Gall. *Costé*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis anno 1295. in Monastico Anglic. tom. 3. pag 310 *Duæ phialæ argenteæ costilatæ & deauratæ cum ... vineis, quarum una deaurata &c.* Salmasius ad Pollionis locum in Salonino Galieno, *His auratos costellatosque baltheos rapuisse ...*, monet in Codice Palatino legi *costilatos*, ubi nescio an bene restituat *pistillatos*. Hunc vide & expende.

COSTIS. Lex Ripuarior. tit. 32. §. 4. *Quod si ipse strudem contradicere voluerit, & ad januam ... cum spatha tracta accesserit, & eam in porta, sive in coste posuerit, tunc judex fidejussores exigat, &c.* Id est, ad latus, Gallicè, *à costé*.

COSTIS, Prædii rustici species, fortè pro *Cortis*, Charta Hugonis & Lotharii Regum Italiæ an. 945. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 12. *Donamus atque largimur costem unam juris nostri quæ Castaneto inferiore nuncupatur &c.* Infrà: *Cum --- servis quoque & ancillis, aldionibus & aldiabus ad ipsam costem & res aspicientibus*.

COSTUM. Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in illius Vita n 31. *De vino autem optimo modios 4. insuper & de Costo ... modium unum*.

COSTRELLI, Pocula vinaria, chaucero. Lexic. Cambro Britannicum, *Costrel*, lagena, uter, obba. Matth. Paris

ris an. 1258. *Vasa quædam quæ Costrelli vocantur, veneno repererunt plena.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 550. *Habebit de Celerario 5. albos panes, & costrellos suos plenos cervisiæ.* Vide *Costarez.*

COSTUMA. Vide *Consuetudo.*

COSTURA. Vide *Cultura.*

COSTUS, *Costagium.* Vide *Custus.*

COT, *Cotta, Cottus,* Tunica Clericis propria, Gall. *Cotte*, Germ. *Cutt.* Concilium Moguntiacense apud Regionem lib. 1. cap. 335. & Burchard. lib. 2. cap. 208. *Vt laïcalibus vestimentis Clerici non utantur, id est, mantellum, vel cottam sine cappa, &c* Alexander IV. PP. lib. 6. Ep. 256. *Clerici induti vestimentis sericis, aut superpelliciis, sive cotis vadant processionaliter.* Idem Epist. 24 an. 7. ex Regula Canonicorum S. Marci de Mantua: *Canonicis non liceat uti cottis, nisi tantùm in Capitulo & in Choro, divinis officiis, & obsequiis circa altaria exhibendis, & cùm ad opus Dei vadunt, & inde redeunt, & in afferendo ignem & aquam, & alia quæ necessaria sunt divinis officiis.* Infrà: *Cottas minùs subtiles vel etiam sumptuosas nullus faciat.* Charta an. 1418. in Histor. Eccles. Placent. lib. 17. *Item dicit, quod fratres bene intersunt divinis officiis, & in detenti habitu, cum cappis & cottis &c.* Statuta Synodalia Alberici Episcopi Placentini an. 1298. *In decenti habitu, scilicet in cappa clausa, vel cotta &c.* Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium an. 1280. n. 5. *Lineis togis superpelliceis, sive cottis.* Charta Petri Episc. Anagnini apud Odor. Raynald. an. 1299. n. 30. *Diaconus stet cum cotta & stola, & Subdiaconus & Acolythus cum cotta* Concilium Budense cap. 29. *Rectores & simplices Sacerdotes cum cottis, seu superpelliciis & stolis tantùm, inferioris vero status vel ordinis Clerici cum cottis Synodum intrent.* Constit. Joannis Archiepisc. Nicosiensis an. 1320. c. 3. *In hieme Canonici capis, & Assisii & alii Beneficiati capis in æstate superpellicio sine cotta, & Canonici cum almutiis.* Eadem notione usurpat Michas Madius in Hist. Spalatensi c. 25. Apud Ughellum to. 3. pag. 633. *Cotta seu camisia superanea*, ubi perperam bis editum *Cocca.*

Cottus. Concilium Metense an. 888. can. 6. *Nemo Clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id est, cottos vel mantellos sine cappa non portet.*

Cocta, in Concilio Ravennensi an. 1314. can. 6. *Et in Missa parati coctis, amictis, pluvialibus, &c.* Suprà: *Cum coctis & pluvialibus.*

Cotte à armer, Paludamentum, chlamys militaris, tunica quæ armis superinduitur. Vide in *Zatouin. Cotte à plates*: Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. *Pour deux aunes de camocas de Lusques à or à faire autres cottes à plates.*

Vocem *Cotta* Josephus Scaliger in Append. ad Virgil. & alii à *Crocota* derivant, decurtata parte anteriori. Vide *Cottum.*

COTA, Tugurium, latibulum, à Saxonico Cote, spelunca, latibulum. Hinc rusticorum mansiunculæ, quæ nostris *Bordariæ*, ita appellatæ sunt, à qua voce sequentes deducuntur.

Cotagium, Tenementum villanum, rusticum, *villenagium, Borderie.* Ingulphus & Charta Witlafii Regis Mercior tom. 1. Monastici Anglic. pag. 167. *Tres bovatas terræ, unam mansionem, & tria cotagia.* Vetus Charta tom. 1. ejusdem Monastici pag. 306. *Istos servos meos & omnia bona & catalla eorum, cum omnibus cotagiis meis situatis in Orientali parte fluminis, &c* Charta alia pag. 427. *Et dicunt quòd prædicta 34. messuagia valent per annum ultra reditum resolutum 11. sol. 3. den. & non plus, quia non sunt nisi cotagia.* Tabular. S. Dionysii an. 1236. *Super quodam censu, quem ipsi dicebant esse cotagium, &c.* Vide to. 2. p. 196. 279. 293. 401. 461. Edvv. Cokum ad Littlet. sect. 69. & Dugdalum in Antiquitat. Warvvic. p. 665. *Cotage*, in Charta Gallica to. 1. Monast. p. 903.

Cotagius census, in Charta an. 1233. apud Gallandum de Franco alodio p. 89. *Cens cottier*, apud Philippum de Bellomanerio cap. 23. Idem qui *Surcens*, nempe census qui præter *rectum censum* prædio imponitur.

Cotarius, Cottarius, Coterius, Cotæ habitator, *bordarius, mansionarius*, nostris. Domesdei tit. Midlesex *S. Petrus. Unus cotarius de 5. acris qui reddunt per annum 40 sol. pro hortis suis.* Alibi, ex Monast. Anglic. to. 3. p. 305. *Ibidem 12. brodi, & 16. cottarii, 11. servi, &c.* Apud Seldenum in Præfat. ad Eadmeri Histor. pag. 15. *Hic subscribitur inquisitio terrarum; &c. Deinde quomodo vocatur mansio, quis tenuit eam tempore Reg. Edvvardi, quis modò tenet, quot hidæ, quot carrucatæ in dominio, quot hominum, quot villani, quot cottarii, quot servi, quot liberi homines, quot Sochemani, &c.* Charta Alexandri Conventrensis Episcopi to. 2. Monastici Anglic. p. 266. *Decimam 8. acrarum, quas cotarii dicti Prioris tenebant.* Charta Aliciæ Comitissæ Augi, ibidem p. 976. *Ipsos nativos cum omni sequela sua —— & 6 coterios in Hoton, videlicet Rogerum qui tenet 2. coterios, VVillelmum, &c.* Vide to. 2. p. 480. & Knyghton. an. 1340. *Tenans cottiers*, in Consuetud. Ambianensi art. 42. 43. Pontivensi art. 72. 93. Monstroliensi art. 5. 8. Fulliensi art. 1. Audomarensi art. 18. *Hommes cottiers*, in Artesiensi art. 1. Boloniensi art. 46. 52. 55. Cameracensi tit. 5. art. 2. &c.

Cotlanda, Cotlandum, idem quod *Cotagium*, Terra cotalis, ex Cot, & Land, terra. Charta Roberti de Albincio to. 1. Monastici Anglic. pag 325. *Item una virgata terræ, cum dimidia unius cotlandi tota, sicut fuerat VValteri.* Alia tom. 2. pag. 128. *Vendiderunt—— scilicet unam vvaram, & 2. cotlandas cum dominio & prato quod ei in matrimonio dederamus* Infrà scribitur *cotslanda.*

Cotsethlanda. Liber Ramesiensis sect. 265. *Dedit prædictus Abbas prædicto Hugoni —— unam cothsethlandam cum libero servitio.* Et mox: *Et insuper 60. sterlingorum solid. cotsethlandam.*

Cotseti, Cotarii. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 30. *VVillani verò vel Cotseti, vel Perdingi, vel qui sunt hujusmodi viles vel inopes personæ, non sunt inter Legum judices numerandi.* Adde cap. 18. Vide *Cosces.*

Cotmanni, Cotarum possessores, qui aliàs *Cotarii, gens de cote.* Domesdei apud Spelmann: *8. bordari & cotmanni cum 2. carucis.* Vide *Coterelli.*

COTALATA. Charta Guidonis Fulcodii, apud Columbum in Episcopis Vasion. lib. 3. pag. 396. *Hoc salvo, quòd Dominus Comes in civitate & castris supradictis cotalatam, seu albergam habeat, quantum hactenus Comites habere consueverunt, & cavalcatam, &c.* In alia Guillelmi Comitis Forcalcarii pro Manoscensibus, apud eundem, scribitur *contalagium*, nescio an pravè: *Nec bladagium, sive albergam, nec contalagium sive civatam, &c.*

COTARDIA, Cotæ, sagi vel tunicæ species, viris perinde ac feminis familiaris. Statuta Massiliensia MSS. an. 1276. & 1293. *Item de cotardia sine penna cum collario, & 12. botonis positis in utraque manica 20 denar.* Homagium Gerardi de Ventadorio an. 1362. *Amotis caputiis & in pileis, & remotis zonis, & cultellis & in Cotardia, cum desubtus Cotardiam, ut dixerunt, tunicam aliam decentem non haberent, genibus flexis, &c.* *Cottardita*, apud Matthæum Villaneum lib. 3. cap. 79. *Cotte hardie*, in Computo Stephani *de la Fontaine* anno 1351. *Desdits garnisons pour 2. marbres bruns des Cours de Broisselles baillez à Huistace du Brulle, pour faire cottes hardies fourrées d'aigneaux, & houces à chevaucher en estat d'Escuirie, pour nosseigneurs qui furent fais Chevaliers à la feste de l'Estoile, c'est à savoir Messeigneurs Jean & Philippe de France, Loys de Bourbon, Philippe & Loys

& *Loys de Navarre, & Charles d'Artois.* Neant. In Capitulo *des pennes & fourrures : Pour fourrer une cote hardie que ledit Seigneur ot ou mois de Juillet, &c.* Alibi: *Il est à savoir que des draps dessusdits pour la Chevalerie des Seigneurs dessus nommez, l'en a delivré à chascun pour cote hardie & houce six aunes & demie, &c. Pour fourrer une cote hardie de camelin à bois, que ledit Seignor ot aprez la feste de S. Michiel, &c. Pour fourrer une cote hardie d'un blanc caignet, &c. Pour fourrer a chascun une cotte hardie d'un brun tanné qu'il orent de livrée ensemble, & avec eux ceux qui furent faits Chevaliers en leur compagnie, pour chascune cote une pennie d'aigneaux noirs, & un chapperon fourny de semblables aigneaux d'Arragon, pour chevaucher en estat a Florence.* Alibi : *Pour un fin camelin de Chasteaulandon ... pour ledit Seigneur cotes hardies fourrees de menu ver, & houces semple pour aller en son dedult.* In Computo ejusdem anni 1349. 20. *aunes de draps tennez de Louvain, pour faire 6. cotes hardies à relever de nuiz pour les Damoiselles & Femmes de chambre de ladite Duchesse.* Alibi : *Cotte hardie d'hyver.* Litteræ Joannis Regis Franc. de institutione Ord. militaris Stellæ, 6. Novemb. 1351. *Porteront une cote blanche, un fercot, & un chaperon vermeil, quand ils seront sans mantel, & quand ils vestiront mantel, qui sera fait à guise de Chevalier nouvel à entrer & demourer en l'Eglise de la noble maison, il sera vermeil & fourré de vair, & non pas d'ermines, de sendail ou samit blanc, & faudra qu'ils aient dessous ledit mantel surcot blanc, ou cote hardie blanche, chauces noires, & souliers dorez, & porteront continuelement un annel, entour la verge duquel sera escrit leur nom & surnom, auquel annel, &c.* Balduinus de Condato vetus Poëta MS. de Joculatoribus :

Il ont mis jus les heraudes,
Et vestent les cotes hardies,
Et les robes as Chevaliers.

Continuator Gallicus Nangii an. 1378. de Rege Carolo V. *Et estoit vestu d'une cote hardie d'une escarlate vermeille, & d'un manteau à fonds de cuve fourré.* Guillelmus Guiart sub anno 1248. ejusmodi saga intellexit :

Li Rois & son Conseil privé,
Ou gens à hardies & à oses,
Parlent entre eux de maintes choses.

Denique Christiana Pisana *au Tresor de la cité des Dames*, 2. part. cap. 11. *Comptoit l'autre jour ung Taillandier des robes de Paris, qu'il avoit fait pour une Dame simple, qui demeure en Gastinois, une cote hardie, ou il y a mis cinq aunes à la mesure de Paris de drap de Bruxelles à la grand moison, & traine bien par terres trois quartiers de que ..., & aux manches à bonbardes qui vont jusques aux piez.*

COTERELLI. Iidem qui Cotarii. Domesdei, in Monast. Anglic. to. 3. p. 305. *Septem villani quisque de una virgata, & 16. coterelli, & 2. serv.* Charta Edvv. III. Regis Angl. tom. 2. ejusdem Monastici pag. 94. *Cum vvardis, releviis & escaetis, nativis, & coterellis suis, & eorum catellis & sequelis.* Charta alia to. 3. p. 69. *Una cum omnibus villanis, coterellis, & eorum catallis, servitiis, sectis, &c.* Extenta manerii apud Spelman. *Inquirendum est de coterellis, quæ cotagia & curtilagia tenent & per quæ servitia.* Hinc

Coterelli, Prædones militares, qui aliàs *Ruptarii*, quos à Philippo Augusto anno 1183. deletos narrant Rigordus pag. 11. Willelmus Brito lib. 1. Philip. p. 108. & de Gestis ejusdem Regis pag. 72. Guillelmus *Guiart*, Nangius in Chron. ann. 1183. & alii Francorum Historici, Albericus anno 1183. & Guillelmus Armoricus in Philippo Augusto an. 1182. *Coterelli, qui vulgo dicuntur Ruptarii.* Hoveden. p. 585. *Basculi & Coterelli.* Historia Franciæ MS. vernacula ex Bibl. Memmiana, fol. 199. *En cette année furent occis en la contrée de Bourges en Berry sept mil hommes & plus, appellés Coterеaux, que aucuns gens appeloient Brigans. Tels gens comme Coteriaux, Brigans, gens de compagnies, pillars, ribaus, larrons, c'est tout un ; & sont gens infames & dissolus & excommuniez. Ils ardoient les Monasteres & les Eglises, ou le peuple se retraioit, & tourmentoient les Prestres & les Religieux, les appelloient Cantatours, par desrision, & leur disoient quand il les battoient, Cantatours cantez.* Agunt de Coterellis præterea Concilium Lateranense an. 1179. c. 27. Chronicon Vosiense cap. 73. Chronicon Marcianense pag. 894. Chronicon M. Belgic. pag. 190. Rad. de Diceto ann. 1199. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. num. 117. 141. Stephanus Tornac. Epist. 90. &c.

Censet Marca lib. 6. Hist. Benebarn. cap. 14. *Coterellos* nuncupatos ejusmodi prædones, quòd majoribus cultellis armati & instructi essent, *quos Tolosani vulgò* Cotterels *vocant*, eosdemque esse qui *Cultellarii* dicuntur in Statutis Raymundi Comitis Tolosani ann. 1152. apud Catellum lib. 2. Hist. Tolos. p. 218. 209. Certè ita gladios istos vocari docet *le Roman de la Prise de Jerusalem par Titus MS.*

Vestu ont les clavains, & les bons coteriaus,

In Regesto Ducis Andegavensis fol. 93. fit mentio *de cotellerie, & de ceux qui vendent & achetent ferremens esmolus.* Alii *Cotarellos*, a *Cotis*, & *Cotariis*, & *Cotarellis* dictos volunt, ita ut collectitia illa prædonum manus conflata fuerit ex agricolis & rusticis, qui bellorum abusi licentia prædationi se se addixerant.

COTERETUM, Mensura liquidorum, fortè pro *quarteratum*. Tabular. Fossatense : *Percipit Ecclesia Fossatensis in pressorio ——— unum coteretum vini albi.*

COTHSETI, & *Cosetz.* Vide *Cota.*

COTIONES. Vide *Cociones.*

COTIS, *Dignitas corporis.* Papias. An *Dotes?*

COTMANNI, *Cotsetland.* Vide *Cota.*

COTTA, *Cottarius.* Vide *Cota.*

COTTUM, *Cotus*, Culcitra, ex Gallico *Coite.* Statuta antiqua Monasterii Corbeiensis lib. 1. c. 3. *Cappam verò de sago & pelliciam, cottum, aut lectarium, sive sagum in tertio anno accipiant.* Statuta antiq. Cartusiens. 2. part. c. 16. §. 1. *Accipit incola cellæ ad lectum paleam, filtrum, si possit haberi, sin autem pro eo pannum grossum simplicem, non duplicatum, pulvinar, cotum, vel coopertorium de grossis ovium pellibus, & panno grosso coopertum.* Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. c. 11. *Ad lectum, capitale, coopertorium, cottum, stragulatum, brachiolineum quo femoralia succinguntur, &c.* Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 72. *Nec jaceant super cotos, præter minutos & infirmos qui extra chorum sint.* Cap. 90. *Super cotos in lecto quiescere.* Bernardus Prior Portarum in Epist. ad Inclusum: *Ad lectum habeto stramen, filtrum, coopertorium de grossis ovium pellibus, rustico panno coopertum, vel cotum, & pulvinar.* Petrus Damian. lib. 2. Epist. 15. de Monacho : *Qui sese in lectulum membra projiciens, jacendo Canonicas Horas complebat. Tunc, ait,* (Dæmon) *ille es, qui sub cotto quotidie Completorium insusurras?* Malè Vossius *cottum* pro casa seu tuguriolo usurpari hic putat.

Cotus. Statuta Ordinis *de Sempringham : Non jaceant super cotos, præter minutos & infirmos.* Vide *Cota.*

COTUCA. Thomas Walsinghamus in Edvv. II. p. 114. *Ad arma prosiliunt, & Milites quidam super armatura cotucas induerunt, vocatas Quarteloys : armigeri verò indumenta bendas habuerunt.* Legendum fortè *cottas*, nostris *Cottes d'armes, quartilatas*, quadrifido colore distinctus. Vide *Quartilatus.*

COTULOSUS *campus*, in Provincia ad Rhodanum, qui vulgò *la Crau* dicitur, quod inspergatur *lapidibus cotulosis*, est, qui quaquaversum latera habent acuminata, fortè in modum *Costæ*, uti vocem *Cotu* nostri usurpant.

Vetus Charta de juribus Ecclesiæ Arelatensis apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. an. 1266. n. 40. *Possidebat insuper eadem Ecclesia pleno jure Campum cotulosum, qui Cranus (leg. Cravus) dicitur, plenam ibi jurisdictionem privatam & publicam exercendo.*

COTUM, Pactum inter Dom. & Consules Bragеracian. 1372. MS. *Item quòd in Castro & Castellania Brageracensi sit cotus sive gardiagium: videlicet in terra dicti Domini & districtu qui nunc est vel erit in futurum, inter flumen vocatum La Yla, &c. cujus quidem coti seu gardiagii erit guagium 4. solidorum, & infrà secundùm consuetudinem villæ prædictæ, in quibus damnum dare tenebitur ratione guatgii, & ultra hoc emendare damnum passo. Itaque pro dicto coto de cætero infra dictos terminos guagium novem, nec sex solidorum, quod consuevit exigi seu levari, de cætero non levetur.* Ad marginem scriptum *Droit de Quet.* Vide *Quota.*

COTURNUS, Major calceus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. *Subtalares majores, id est, cothurnos, vel etiam minores cotidianos.*

Coturnus, pro *Conturnus*. Vide in *Conturnus*.

COTUS, pro *Quota*, seu quantitas pecuniæ. Fori Cæsar-augustæ an. 1301. sub Jacobo II. Rege Aragon. *Cùm per cartam seu statutum usurarum —— sit statutum quod omnes Christiani teneantur jurare in contractibus usurariis, quòd in illo contractu non erat usura, nec machinatio ultra cotum in dicta carta usurariâ contentum, &c.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. tit. Interpretat. §. 7. & infrà in *Quota*. Vide etiam *Cautus*.

COTZIA. Chronicon Casauriense lib. 4. *Stans in ipso ponte ante portam insulæ in habitu peregrini cum cotzia & palma ei apparuit.*

COTZUMBER. Vide *Coczumber*.

COVA, Cavea, locus cavus. Lucas Tudensis p. 72. *Ecce in ista cova inclusa est maxima pars militiæ Gothorum, &c.* Infrà *spelunca* dicitur. Leg. f. *Cava*.

COVALUM. Hist. Cortusiorum lib. 7. cap. 12. *Et capitur covalum de Custoza, quod multis deliciis spoliatur.*

COUCA. Consuetudines Ecclesiæ de Regula apud Labeum pag. 745. *Molendinarius de unoquoque molendino unam coucam unoquoque die, si voluerit, accipiet ad molendum.* Sed legendum *concham*.

COVENUM, *Indigestio*, Papiæ. Idem: *Covium, inane vel vacuum.*

COVINA. Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace*, p. 69. v. *Si aliqua persona ex earum conspiratione & covina aliqua falsa facta & munimenta imaginati fuerint, seu fabricaverint, &c.* Vox Anglica *Covin*, ex vetere Francico *Convine*, quæ vox agendi rationem significat, interdum rerum statum. Vide Glossarium nostrum ad Villharduinum.

COVINUS, Gallorum & Britannorum veterum currus. Gloss. Lat. Græc. *Covinnus*, καῤῥιον καθεδρωτὸν, id est, currus cathedrâ instructus. Papias: *Covinum genus vehiculi quo Belvacenses utuntur.* Belgas enim Bellovacos alibi interpretatur: *Belga, est Belvacum civitas.* Pomponius Mela de Britannis: *Dimicant non equitatu modo aut pedite, verùm bigis & curribus Gallicè armati. Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.* Martial. lib. 12. Epist. 24.

> *O jucunde covine, solitudo,*
> *Carruca magis essedoque gratum*
> *Facundi mihi munus Heliani.*
> *Hic mecum licet hic, Juvence, quicquid*
> *In buccam venerit, loquaris, &c.*

Lucanus lib. 1.

> *Et docilis rector monstrati Belga covini.*

Ubi quidam legunt *constrati*. Willelm. Brito lib. 9. Philipp.

> *Belga covinorum Lucano teste repertor.*

Inde *Covinarius*, apud Tacitum, pro auriga. Monet Cambdenus hodieque Anglis, *Covays*, *vehiculo vehi* significari.

COUQUACIUM, Cubatio, pernoctatio, Gall. *Couchage*, seu ut Picardi efferunt, *Couquage*: nam & *Couquer*, pro *Coucher* dicunt. 1. Regest. Parlament Paris. in Aresto an. 1257. fol. 8. *Petunt costumam in foresta de Leonibus —— herbagium & couquagium ad oves, vaccas, boves, porcos, & alia animalia, exceptis capris*, hoc est, facultatem immittendi oves, &c. in forestam ad pernoctandum.

COURBIA. Vide *Curvata*.

COUSTURA. Charta Buchardi D. Marliaci ann. 1240. apud Duchesnium in Hist. Monmorenciaca pag. 410. *Absque alio servitio, consuetudine, vel coustura.* Sed legendum *coustuma*.

COUTHUTLAUGHE, Qui exlegem scienter recipit: vox Saxonica, ex Couð, sciens, uꞇlauȝh, exlex. Ita Bractonus lib. 3. tr. 2. cap. 13. §. 2.

COWYLL, vox Wallica, Vestimenti mulicbris species, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 13.

CRAMESINUM, à voce *Kermes* Arabica, Coccus: unde *Kermesinus color* pro purpureo lucidiore. Ita Gorop. Bekanus lib. 5. Gallic. pag. 139 nostris *Cramoisi*. Laonicus lib. 3. extremo: Φορῶσι δὲ κεκαλλισμέναν οὕτω καλούμενον πορφυρᾶν, ἐπὶ τὰ ἱμάτια, τοῦτε ἀπὸ ἐρίων καὶ σηρῶν, βαφὰν ἐνδεικνύμενα ἀξίαν λόγου.

COXÆ, Cubiti, versuræ: vox Agrimensorum. Siculus Flaccus: *Termini in omnibus angulis coxisque posit.*.

COXALE, *Lumbatorium*, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Italis *Cosciali* est *armatura da gambe*. Boccacius in Philocal. *Primieramente gli fece calzare due bellissime calze di maglia: sopra le calze gli mise le gambiere, & un paio di cosciali.* Chron. Bertrandi Guesclini MS.

> *Leurs cuissieres ostèrent trestout communément,*
> *Pourquoi aler puissent trop plus legierement.*

Coxale, Os, quod ad coxam extenditur, apud Adamannum in S. Columbano.

COZARDUS, Aviculæ species. apud Fridericum II. Imperat. in lib. 1. de Arte venandi cap. 46.

COZUMBER. Vide *Coczumber*.

COZZO, Vestis species Historia de Fratribus conscriptis tom. 2. Alamannicorum Goldasti: *Aut camisile subtile ac grande, seu cozzonem, sive lenam opere plumario contextam——perceperunt.*

CRAGENTES, *Graciles*. Papias. Infrà: *Creantes, graciles.*

CRAMACULUS. Capitulare de Villis c. 42. inter utensilia rustica villarum recenset *andedas, catenas, cramaculos, delaturas, secures, &c.* Ubi *andedæ*, videntur esse *andenæ*, (*landiers*) & *cramaculi*, cremailleres focarii, *Cramailleres* Pro *delaturas*, leg. *dolaturas*.

CRANOHARI, seu *Commorsus gruarius*. Lex Bajvvariorum tit. 20. c. 1. §. 1. *Accipiter qui Cranohari dicitur* MS. *Cranihari*, sed legendum censet Lindenbrogius *Cranichapich*: Germanis enim *Cranich* & *Cranen*, est *grus*; *hapich*, accipiter: atque is ipsus est qui in Lege Alemannorum tit. 99. vocatur *Accipiter qui gruem mordet*: de qua accipitrum specie, Heildebertus Rex Cantiæ in Epist. ad S. Bonifacium Episc Moguntin. *Unam rem præterea a vobis desidero mihi exhiberi, quam vobis acquirere valde difficile esse, juxta quod mihi indicatum est, nullatenus reor, hoc est, duos falcones, quorum ars & artis audacia sit grues velle libenter captando arripere, & arripiendo consternere solo. ——quia videlicet perpauci hujus generis accipitres in nostris regionibus, hoc est, in Cantia, reperiuntur, &c.* Vide Baron. an. 715. 18.

Anglo-Saxonibus Cƿæn, Cambro-Britannis Ʒaran, gruem, & machinam elevatoriam significat: unde *Cranagium*, tributum pendi solitum pro usu gruis seu tollenonis, machinæ ad trahendas è nave merces. Steph. Skinnerus in Etymol. Angl.

CRAPAL-

CRAPALDUS, Bufo, ex Gallico *Crapaud*. Lucas Tudensis lib. 3. contra Vald. cap. 15. *Mira magnitudinis bufo, qui alio nomine Crapaldus vocatur.*

CRAPPA. Fleta lib. 2. cap. 82. §. 2. *Abjectio vero bladi, ut crappæ hujusmodi quæ in anno remanserint, recolligatur, ac potius trituretur.* Etiamnum Galli *Crappe*, fæces appellant.

CRASPISCIS, qui aliàs *Piscis crassus* nostris & Anglis dicitur, ncut Balæna: & ad Regem peculiariae Regio jure pertinet: unde Piscis Regius vulgò dictus, ut in hac voce docemus: Spelmanno *Grampes*, quasi *grand poisson* dicitur, Bractono *crassus piscis* lib. 2. cap. 5. §. 7. c. 24. §. 1. lib. 3. tract 2. c. 1. §. 4. *Poisson claca*, in Legibus Maris Oleronensibus art. . 3 . 4 . Leges Æthelredi Regis c. 23. *Qui ad ... cum ... cum bato, ubi piscis inest, 1. obolus dabatur in teloneum, & de majori navi 1. denar. Homines de Rothomago qui veniebant cum vino vel craspisce —— mo strabant res suas & extolneabant.*

Neque tamen semper Regis erat *Crassus* piscis, sed interdum dominorum feudalium, si hoc jus aliès iis per chartam indultum esset. Charta Guillelmi Nothi Regis Angliæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 317. & apud Prynneum in Libertat. b. Angl. tom. 1. pag. 1192. *Et si piscis, qui Craspeis. vocatur, illic advenerit, Abbatis & Monachorum sit totus.* Charta Henrici III. Reg Angl. apud eundem Prynneum tom. 2. pag. 739. *Cum nullus in regno nostro jus habeat hujusmodi regium piscem vendicandi, ubicumque applicuerit, nisi de jure speciali à nobis vel prædecessoribus nostris ei fuerit indultam.* Adde pag. 982. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 961. *Totam terram quam Acclinus Clericus ibi in Sotevilla tenuit, & duas naves ad crassum piscem, & 2. salinas, & dexteram alam de craspisce, & frustum unum de crasso ejusdem piscis, & aliud de macro.* Charta Roberti Comitis Augi an. 1059. ex Tabulario S. Michaelis de Ulterioriportu: *Si homines Abbatis piscem qui dicitur Sturjon, capiunt, totus erit S. Michaëlis. Crassus piscis, si captus fuerit, ala una & medietas caudæ erit Monachis.* Idem habetur in Charta Philippi Regis Franc. an. 1301. Radulfus de Diceto an. 1194. *Circa dies istos piscis quidam vocatus vulgò Crassus piscis, vi ventorum & impulsu maris appulsus est ... —— villam Canonicorum S. Pauli Londoniæ: cum quæstio moveretur utrum ad Regem, an ad Canonicos piscis pertinere deberet, sententiatum est, piscem non ad Regem, sed tam ad Decanum, quàm ad Capitulum ... .* Arresta Pentec. an. 1271. in Regest. Parlam. fol. ... *Super eo quod D. Guillelmus Crispini ... se esse in possessione & usu habendi grossum piscem quocumque nomine vocetur, qui valeat 50 libras, vel plus aut minus, quando contingit quòd idem piscis arrestatur ad littus maris apud Popevillam, &c. Ballivo contradicente pro Rege, quòd consuetudo generalis est in Normannia, quòd quandotalis piscis invenitur in littore maris, quòd Baro, nec Miles, nec alius, qui a Rege teneat, talem piscem habet, si valeat ultra 50. libras, nisi per cartam cum habeat ——Pronuntiatum fuit quod dictus Guillelmus ipsam balenam non debebat habere, nec erat super hoc audiendus.* Vide Argentræum lib. 1. Hist. Britan. c. 9. & suprà in voce *Aquaria*.

Campartura crassi piscis, in Charta Richardi de Haya, apud Columbum in Blancalanda pag. 550. Vide *Geaspecia*.

CRASSANTIA. Albertinus Mussatus lib. 2. de Gest. Italicor. p 84. *Viro sapienti, nobiliq; expedire, inquiens, non ob juvenis Ubertini impetum, crassantiæq; unius excessum, statum hujus periculosum urbis concutere.* Utitur alibi: pro *crassatione* dictam quidam putant.

CRASSANTUS, Piscis species. Eucheria lib. 4. veterum Poëmat p. 188. & to. 1. Analector. Mabillon. p. 368.

... Crassantus amet saxatilis Anguem,
Et ... pariter nunc sibi ... petat.

CRASSATUS & *Incrassatus porcus*, Gallis, *Un porc mis en graisse*. Speculum Saxonicum lib. 1. art 24. §. 1. *Crassati autem porci non hic, sed domesticis cibariis applicantur.* Lib. 3. art. 51. §. 3. *Porci incrassati.*

CRASSEDO. Apud Fulgentium Placiadem de Virgiliana continentia. *Adipata crassedo ingenii.*

CRATARE, ex Gallico *Grater*, radere, vel scalpere. Addit. Legis Frisionum tit. 3. . *Si quis alium unguibus cratavit, &c.* Sicama vocem a Græco χαράττειν, seu Latino *Caraxare* deducit.

CRATENA. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 432. *Quartam vero ad ... ationem aquæ vivarii—— & ejusdem cratenæ moderationem, ac divisionem prati, &c.*

CRATER, Lampas, seu discus lampadis. Itinerarium S. Willibaldi n. 18. *Et ibi stant in loco 15. crateres aurei cum oleo, ardentes diu noctuque.* Ἐγγιάς κρατῆρας, eadem notione, apud Paulum Silentiarium. Vide Descriptionem ædis Sophianæ à nobis editam cum Cinnamo n. 58.

CRATICULÆ. Vita S. Pardulphi: *Et rursum se erigens ad craticulas, ubi fratres ad psallendum se supponere soliti sunt.* Polycandeli species in formam cratis efficta.

CRATIS, Repagulum ferreum in modum cratis, quo Sanctimonialium locutoria clauduntur, nostris, *la Grille*, Regula Monialium Damianitarum cap. 5. *Non liceat Sororibus loqui ad locutorium, vel ad cratem, sine licentia Abbatissæ, &c.* Mox: *Ad cratem verò pannus interius apponatur, qui non removeatur, nisi cum proponitur verbum Dei, vel aliqua alicui loquereiur.* Crates ferrea per quas Communio accipitur, in Regula Clarissarum, *quibus apponitur pannus interius, ita ut nulla inde valeat exterius in Capella aliquid intueri.*

CRATONES, Cibi genus. Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 4. *Pro signo rufeolarum, vel ut Theutonici loquuntur cratonum, (al. crafonum) præmisso signo generali panis, simula cum duobus digitis illas minutias involutas esse, quia in eis sunt facta ex ea parte quia sunt complicatæ, & quasi rotundæ.* Fortè legendum *flatonum*. Vide in hac voce.

CRAVARE, Postulare, impetere, in judicium mittere; vox Anglo-Saxon. Cꞃaꝼian, quæ idem sonat. Leges Henrici I Regis Angl. cap. 80. *Si homicida divadietur ibi, vel cravetur, fiwvitam recipiat.* Cap. 94. *Si homines unius hominis (al. domini) pugnent cum sanguinem faciente, vel non faciente, sive in præsenti, sive postea, quoniam cravetur, non remanet vvita domini. Si sint duorum dominorum, & alius alium verberet cæcis ictibus & non cruentis, sive cravatus ibi sit, vel non convictus noxæ, vvitam emendabit domino cujus hominem verberavit. Si sanguinem ei faciat, & recedat sine cravatione & divadiatione, vvitam domini retulit, & non habebit eam dominus, cujus hominem vulneravit.* Hinc *Miscravatio*, in iisdem Legibus cap. 22. pro injusta postulatione.

Crebro etiam in iisdem Legibus *curvare*, & *curvatus*, pro *cravare*, & *cravatus*, legitur, cap. 41. 81. 82. 88. & 94. ubi tamen plerique Codd. MSS. *cravare* præferunt. Interdum.

Gravatio scribitur, ut in Legibus Ethelredi Regis c. 19. *Et qui permanet sine gravatione & calumnia, &c.*

Ingravare, Impetere, postulare, in Legibus Edmundi Regis apud Culintonam editis, §. 7. *Omnes infamati, & accusationibus ingravati sub plegio redigantur.*

CRAVER, Ξυρὸν κουρέως, in Gloss. Græc. Lat. MSS. Editum habet *Traver*.

CREANTARE, ex Gallico *Creanter*, Fide aut sacramento interpositis promittere, cavere, stipulari Catholicon Armoricum: *Cret*, Gall. *Plege*, *Fidejussor*. *Creat Pleiger*

Pleiger, Fidejubere. Charta Roberti Episcopi Claromont. an. 1212. apud Justellum : *Nos autem creantavimus quod castrum illud bona fide custodiemus.* Alia apud eundem : *Ego Rainaldus & Ida Comitissa uxor mea creantavimus D. nostro Philippo Regi Franciæ, quòd nos Mathildem filiam nostram dabimus in uxorem Philippo ejusdem Regis filio, &c.* Tabularium Abbatię S. Joan. Ambian. an. 1226. *Cùm autem Beatrix filia mea non haberet ætatem creantandi, recepit denarios qui dari solent pueris in consimili venditione secundùm consuetudinem patriæ approbatam.* Alia an. 1225. *Alii verò cùm necdum haberent ætatem, quoad jurare possent, habuerunt denarios pro concessione quæ solent dari pueris secundùm terræ consuetudinem approbatam.* Ibidem fol. 290. *Joannes etiam filius meus habuit denarios qui solent dari pueris pro concessione venditionis secundùm terræ consuetudinem approbatam.* Fol. 338. *Cùm autem Elizabeth soror Ingerranni nondum ætatem haberet jurandi, habuit denarios concessionis quæ solent dari juxta consuetudinem terræ approbatam.* Adde fol. 458. *Le Roman de Garin :*

Est craantez, & li jors est assis.

Chronicon Flandr. cap. 71. *Et leur fit creanter par la foi du corps, comme fils à pere, qu'il tiendroit celle alliance jusques à la fin.* Ubi perperam editum *creancer.* Vide Glossar. ad Villharduinum.

Creantum, Cautio de re quapiam facienda, *Creant.* Statutum Philippi Augusti Regis Franc. apud Rigordum an. 1188. *Faciant creditoribus per fidejussores, vel per vadia, creantũ suum solvendi debita ad prædictos terminos. Crant ou seureté,* in Consuetudine Hannoniensi c. 88. 89. 90. *Promesses, grez,* in Consuetudine Britanniæ art. 686.

Grantum, eadem notione. Forma pacis inter Reges Franciæ & Angliæ apud Rogerum Hovedenum p. 729. *Si autem Hugo noluerit obedire ad Regem Angliæ cum terra, quam de Rege Franciæ tenet, —— oportebit Regem Angliæ facere grantum Hugoni rationabiliter.* Infrà p. 730. *De Driencurt, & de Archis, Senescallus Normanniæ faciet pro victualibus & custodia ad grantum & voluntatem Archiepiscopi Remensis. Faire grant,* apud Littletonem sect. 259. & in veteri Consuetudine Britanniæ art. 177.

Grantare, idem quod *Creantare.* Hist. Fundationis Prioratus Wigmorensis in Anglia to. 2. Monast. Angl. p. 214. *Et l'Abbé granta lour request, & envoia illecques 4. freres nées & norris en Engleterre, &c.* Ibidem pag. 215. *Si jeo usse, (dit-il un Abbe) tuiz les biens que Olyver lor donna, lor granteray, & plus à ceo lor dorray.* Ita vocem hanc usurpant Chartæ aliquot Gallicæ apud Knyghtonem p. 2558. 2689.

Gratus, Gratum, idem quod *Creantum,* & *Crantum*: unde nata vox nostris usitata, *Gré,* pro assensu, voluntate, quòd qui *creantat,* seu cavet alicui, ultro fidẽ præstet. Capitula Caroli Calvi tit. 24. *Ipse autem de suo gradu respondit, quòd in illud scriptum non intraret.* Ubi Sirmondus, fortè *de suo gratu,* sua sponte, ultro. At Itali *grado,* pro *grato,* eadem notione dicunt. Vetus Charta apud Beslium p. 392. *Tu qui meus es, quomodo teneas hoc quod ego non dedi tibi extra meo gratu?* Ratherius Veronensis de Qualitat. conjectura : *Sufficeret ei quòd ipse dederat castrum, & ille remandasset ei, quòd sic vellet eum tenere pro suo gratu, sicut pro uno fellone.* Infrà : *Numquid verò non satis haberem ad meum vivere terram, si eum saltem. quam parochiani mei sine gratu meo tenent, tenerem?* Charta an. 1197 in Probat. Hist. Vergiac. p. 122. *Idem feodum a manu Monachorum alienare non possumus, nisi grato & voluntate Ducis Burgundiæ.* Adde aliam an. 1243. in Probat. Hist. Ducum Burgundiæ p. 138. *Faire gré,* Creantare, in Usaticis MSS civitatis Ambianensis ; *Se il avient que uns hom fesist semonrre en autre pardevant le Justiche por dete, & cil de qui on se clameroit, ne seroit mie de le quemugne, si connissoit le dete, il seroit tantost à 2. sols & demi, & se li convarroit faire son grés'il avoit de coi ; & s'il desconnoissoit le dete, il en demoueroit quites.*

Malo-grato, Gallicum *Malgré, Maugré,* Invitus, nolens. Matth. Paris an. 1245. *Libertatem Ecclesiæ, quam ipse nunquam auxit, sed magnifici antecessores ejus malo-grato suo stabilierunt.* Id est, Gallicè, *Malgré lui.* Idem sub an. 1252. *Malo-grato Dei,* id est, *Malgré Dieu,* invito Deo. *Le Romam de Rou MS.*

Guert out si le Conseil troublé,
Que puis n'i out home escouté,
Qui de faire pais ait parlé,
Qui des plus riches n'ait malgré.

Hemricurtius de Bellis Leodiensibus cap. 38. *Car ilh s'estoient tos bin vvardeis, sans avoir mal greit de nulle des parties.*

Gratare, idem quod *Creantare.* Charta Joan. Ducis Britan. an. 1239. apud Argentreum lib. 5. *Insuper gratamus & concedimus, quòd hæredes nostri, &c.* Nostris olim *Gréer.* Hinc in Chartis Gallicis ann. 1292. 1307. *Gréer,* Loër, *Approuver,* apud Duchesnium in Probat. Hist. Drocens. p. 288. & *Aggréer,* ratum habere.

CREARE. Glossæ MSS. ex Cod. Regio 1013. *Gnatus, natus, generatus, filius, creatus, vel nexus, vox Gallica.* Paulo aliter Glossæ Isid. *Gnabat, natus, generatus, filius, creatus, vel enixus, lingua Gallica.* Ubi Pithœus, f. *gnatatus.* Sed hæc aliter emendanda censuerim, ut *gnatus,* vel *gnabat,* Gallis, fuerit idem quod *netus, filatus, creatus, vel nexus,* sicque omnino legendum sit. Vocem *creare* usurpat Joannes Gillemannus de SS. Herlinde & Renilde Virgg. n. 5. *Simili etiam modo in universi operis arte, quod manibus feminarum diversis modis ac varia compositione fieri solet, honestissimè fuerant instructæ, videlicet nendo, ac texendo, creando, ac suendo, &c.*

CREARE, Acquirere. Fori Alcaçonenses : *De omnibus, quæ seminaverint & plantaverint, & quæ acquisiverint & creaverint.*

CREATORES, Qui ad publica munera alios nominant, in leg. ult. Cod. Theod. de Decurion. & l. 1. de Curator. Kalend. *Creare magistratum,* vox frequens apud Jurisconsult. ut *Creer,* apud nostros in ejusmodi nominationibus Glossæ Græc. Lat. Χειροτονητὴς, *Creator,* Χειροτονία. *Creatio, procreatio, creatura.* Adde Glossas Lat. Græc.

CREATURA, Res quævis. Vetus Pœnitentiale MS. *Si aliquis creaturam perdiderit, hoc est, thus, thuribula, tabulas, aut scedulam, &c.*

CREBANTARE. Fori Alcaçonenses eræ 1267. *Et qui Crebantaverit final cum sua muliere, pectet ad judic. —— & mulier, quæ leixaverit maritum suum, de benedictione pectet 300. sol. à palatio Episcopi: Et qui Crebantaverit brachium, aut oculum aut dentem, pro utroque membro pectet 100. sol. alifiado.*

CREBARE Formula barbarè scripta, quæ est 14. ex Baluzianis : *Non est homo, hic miser talis latrat, sed non ut canis : psallat de trapa ut linguaris dilator major, nullis talis falsator grunnit, post talone buccas inflat, in rotore crebat, & currit in sudore, fleumas jactat in pudore, &c.*

CREBE. Isidorus Pacensis in Chronico, de Heraclio Imp. *Seductus à laudibus populi, non Deo, sed sibi, ut ferunt, honorem victoriæ exaggerando, increpationum per visum non modicum graviter præsagando crebem, expavit,* (leg. *expiravit.*)

CREBRARE. Fori Alcaçonenses : *Qui linde alieno crebraverit, pectet 5. st. & 7. à palatio Episcopi.* Ubi fortè leg. *Liude.* Vide *Leudis.*

CREBROSITAS, Frequentia, in Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis : *Regalis crebrositate servimi-nis —— impeditus, &c.*

CRECHE,

CERCHE, Hydria, situla, crater: Gallis *Cruche*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 104. *In æstate vero constituit ad cœnam fratrum lac acidum in vasis pulcherrimis, quæ Creches vulgari onomate dicuntur.* Mox: *Vas vero quod Creche nuncupatur, 7. pollices continet, videlicet ad profunditatem à summitate unius, usque ad profundum lateris alterius.*

CREDENTES, Fide digni, *Hommes de creance*. Lex Longobard. lib. 2. tit. 52. §. 15. *Ut judex unusquisque faciat jurare ad Dei judicia per civitates homines credentes, &c.* Infrà: *Et si credentes homines fuerint, in manu Comitis sui dextram dent.* Charta Ludovici II. Imp. pro Ecclesia Volaterrana: *De rebus seu familiis Episcopi ipsius, tanquam Dominicatis nostris, per idoneos & credentes homines inquisitionem fieri jubemus.* Charta Udonis Episcopi Tullensis an. 1069. *Utrorumque decernant res sacramento 7. hominum bene credentium.* *Tesmoins de credence*, Fide digni, in Stylo Normannico, qui simpliciter ac nudè deponunt *se ita credere*.

Credentes, Qui hæreses sectantur, aut hæreticis opinionibus imbuti sunt. S. Augustinus lib. de Utilitate credendi cap. 1. discrimen statuit inter *Hæreticos*, & *Credentes*. *Hæreticos* enim esse ait, *qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque gratiâ, falsas ac novas opiniones vel gignunt, vel sequuntur*: illos autem *qui hujusmodi hominibus credunt, homines esse imaginatione quadam veritatis & pietatis illusos.* In eandem sententiam Salvianus libro quinto de Gubernatione Dei, de Hæreticis: *Veritas apud nos est, sed illi apud se esse præsumunt. Honor Dei apud nos est, sed illi arbitrantur honorem divinitatis esse quod credunt.* —— *Errant ergo, sed bono animo errant, non odio, sed affectu Dei, honorare se Deum atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei existimant charitatem. Qualiter pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sint, nullus potest scire, nisi judex.*

Quos porro *Credentes* appellarunt nostri, cùm in hæreticos Albigenses graviùs animadverterent, docet Concilium Narbonense an. 1295. can. 29. *Sanè inter culpas ex quibus credentes possunt judicari, ne ulteriùs dubites, has esse firmiter arbitramur, si reverentiam fecerunt hæreticis, ubi credentes, orationes ipsorum implorantes, & Bonos homines profitentes, quasi adorant illos: si Consolationes eorum, ubi eum, quem consolantur, in hæreticum recipientes, per impositionem manuum se salvare proditionaliter mentiuntur: aut servitio eorundem, ubi Majore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum, quasi sub generali Confessione, remissionem intelligunt fieri peccatorum: aut Cœnæ Valdensi* —— *nos causâ prodendi vel reprehendendi eos, vel aliâ commendabili seu excusabili affuerunt: si eisdem Valdensibus peccata sua confessi sunt, &c.* Infrà: *Quæ etsi quidam ex his similiter negent se illorum errores audivisse, vel auditis credidisse, à participatione tamen credendi eisdem erroribus, saltem implicite, immunes esse non sinunt.* Jacobus I. Rex Aragon. in Constitut. Cataloniæ MSS. ann. 1233. *Statuimus ne aliquis credens vel hæreticus puniatur, nisi per Episcopum loci, vel personam Ecclesiasticam, quæ habeat potestatem cognoscendi, sive credens vel hæreticus habeatur.* Infrà, *contra hæreticos & eorum credentes.* —— *Eligantur qui hæreticos vel credentes & receptores eorum in suis parochiis perquirere teneantur.* Gesta Innocentii III. PP. pag. 135. 136. *Receptatores, fautores, defensores, & credentes eorum* (Patarenorum.) Guillelm. de Podio-Laurentii in Prologo ad Chron. *Domos latissimas in quibus hæreses publicè publicarent suis credentibus, venditantes.* Adde Concilium Tolosanum ann. 1229. cap. 17. Arelatense an. 1234. cap. 4. 21. & alia passim Concilia acta contra Albigenses.

CREDENTIA, Abacus, Tabula seu mensa, in qua vasa ad convivia reponuntur, vel etiam mensula quæ vasa altaris continet: Italis *Credenza*. *Credentiaria*. Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 3. *Credentiam appellant mensam supra quam vasa argentea, sive aurea ad convivium opportuna præparantur: & similiter in divinis, supra quam ad sacrificandum necessaria continentur.* *Dicitur & Credentia actus ipse pergustationis cibariorum, & aliarum rerum.* Describitur pluribus in Ceremoniali Episcopor. lib. 1. cap. 12. Credentia Ecclesiæ.

Credentia, Locatio, conductio, *Bail*. Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 59 §. 1. *Sancimus, ut omnes Camerarii & Bajuli, priusquam in gabellam vel credentiam bajulationes nostras administrandas susceperint,* —— *corporalia subeant sacramenta, &c.* Tit. 61. *Locorum Bajuli* —— *quamquam in credentiam, vel in extalium bajulationem recipiuntur, &c.* Tit 68. de iisdem Bajulis: *Sive in extalium, sive ad credentiam collocentur.*

Credentia, Fides data, interposita, *Creance* Gallis, *Credenza* Italis, quibus etiam *Far la credenza*, est securitatis gratiâ cibos prægustare, ut observat Scipio Ammiratus in Stemmatibus Neapolitanis tom. 1. pag. 53. Annales Francorum an. 785. *Petentibus illis ut credentias haberent, quod inlæsi fuissent.* Charta divisionis Imperii Caroli Magni c. 8. *De obsidibus autem qui propter credentias dati sunt, &c.*

Literæ de credentia, apud Matth. Paris ann. 1252. *Litteræ credentiæ & favoris*, apud eundem ann. 1259. Litteræ scilicet, per quas quis petit, ut Legato aut Misso suo plenè credatur, ac fides habeatur in iis negotiis pro quibus mittitur. *Credentiales literæ*, apud Ericum Upsalensem lib. 2. Hist. Suecorum pag. 37. Nostris, *Lettres de creance*.

Credentiam tenere, Italis *Tener credenza*, Secretum servare. Charta an. 1179. *Item juraverunt quod credentiam tenebunt Consulibus Papiæ, & illi qui regimen Papiæ habuerit.*

Credentia. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi in Prologo: *Quædam* (instrumenta) *sunt in instruendo ipsas* (aves rapaces) *exire de manu & ad manum redire, ut id quod Fileria, seu Credentia dicitur, loyrum cum carnibus & sine carnibus, & alia cum quibus revocantur ad homines.*

• *Credentia*, Creditum. Italis *Credenza*, Gallis *Credit* & *Creance*, ut in Consuetudine Pictavensi art. 79. Matthæus Paris an. 1247. *Et cùm sacros apices Papalis mandati eminus dejurantes præcipuè de credentia pecuniæ, nam* —— *sex millia videlicet marcarum ex Episcopatu suo exigebant.*

Credentiam, vel *Creditionem* habere dicebantur domini, jure quodam peculiari, in rebus præsertim ad victum necessariis, quas emebant à subditis, quasve ab illis mutuò sumere iis fas erat, quæ *Creditio rationabilis* appellatur in Charta Communiæ Meillentensis, quòd ea certis finibus coarctaretur, nec obvia ac indefinita esset. Quippe in tabulis, seu potiùs pactis initis inter dominos & subditos, plerumque definiebantur pecuniarum summæ, ad quas creditio ista extenderetur. Charta ann. 1243. de Lege Landousiarum in Tabulario Fossniacensi: *Ditior nihil credet communibus dominis, nisi panem, vinum aut carnes, & hæc usque ad 5. sol. mediocriter dives usque ad 3. sol. pauper usque ad 12. denarios.* *Du Pas* in Familiis Britann. pag 398. & 500. *Guigueneus Archiepiscopus dedit Ruellano fratri suo* —— *feuda 12. Militum, & masuras quas habet in burgo S. Mariæ, & creditiones mille solidorum in Dolo.*

Interdum etiam res ipsæ designabantur, quas dominis mutuò sumere jus erat, quæ ferè semper eæ fuere quæ ad victum sunt necessariæ, ut panis, vinum, & carnes. Nam mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero & mensura consistunt, ut est in l. 2. D. de Rebus

 creditis.

creditis. Tabularium S. Dionysii de Capella, Charta 17. & 23. *Habebit quoque creditionem in villa in pane & in carnibus, & in omnibus aliis rebus venalibus usque ad 14. dies. In vino autem quod venditum fuerit, habebit creditionem post 14. dies venditionis vini.* Lex Vervini an. 1233. art. 26. *Ditior nihil credet domino nisi aut panem, aut vinum, aut carnes; & hæc usque ad 5. solidos: mediocris dives usque ad 3. solidos, pauper usque ad 12. den. nec plura, donec dominus ea solverit.* Vide Thomasserium pag. 239.

Rerum creditarum pretii exsolvendi tempus ipsis interdum tabulis præfinitum erat. Charta anni 1145. in Tabul. Episcop. Autissiod. *Credentiam habet Episcopus in omnibus victualibus 40. diebus, & inde donec reddiderit, ab eis quibus debetur, nihil ei credetur.* Consuetudo Lorriaci an. 1187. *Lorriaci autem habebimus creditionem in cibis ad nostrum & Reginæ opus ad dies 15. completos persolvendam.* Charta Libertatum Bellevillæ an. 1233. *Bellijocensis Dominus debet habere credentiam in villa Bellevillæ per 14. dies.* Charta Libertatum villæ S. Laurentii super Barenjonem an. 1234. art. 11. *In villa autem sancti Laurentii habebimus creditionem in cibis ad nostrum & uxoris nostræ opus ad dies 25. completos persolvendum.* Alia Ludovici Comitis Blesensis & Clarimontis pro villa Creduliensi an. 1197. *Creditionem in cibis meis & Comitissæ Credulii emendis ad 3. menses habeo persolvendum.* Ita etiam in Charta Communiæ Suessionensis, & in alia an. 1310. apud Duchesnium in Hist. Monmorenc. p. 339. Adde Perardum in Burgundicis pag. 274. 333. 529. Thomasserium in Consuetud. Bituric. lib. 1. cap. 58. 61. 65. 66. lib. 3. c. 6. &c.

Interdum præterea dominis res ad victum necessarias mutuò à subditis sumere licuit, sed dato pignore, vel vadimonio præstito. Charta Joannis II. Comitis Pontivi an. 1184. pro Communia Abbatisvillæ cap. 16. *Nec credent mihi, neque alicui dominorum, sine vadimonio, nisi ex propria voluntate, nisi tale fuerit tenementum, cujus possessor certam summam domino suo ex debito credere teneatur.* Charta Libertatum urbis Aussonæ an. 1229. apud Claudium *Jurain* in Histor. urbis istius, & Cchiffletium in Beatrice Cabilon. *Li Courtilaige de la ville seront schur en telle maniere que l'on n'y peut riens prendre de par vous, si par achat non. iceux deulx choses de foin & de courtilaige sont sans creance, mais que par le gaige rendant, tant que cils qui le vent, en ait son grantey, & qui se brisera, il lui coustera 60. sols. A ceux qui vendent à derraul, comme cil qui achetent pour revendre, avons nous 40. jours de creance, en tel maniere que ce qui vendront les danrées, doivent avoir bon gaige en bonne seurreté: & aprés les 40. jours cil qui auront les gaiges, les pourront vendre sans toutes accusons, se il ne sont payé.*

Rei creditæ & mutuò datæ pretium imponebant, ex condicto, viri selecti. Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *In eadem villa habebit dominus appretiationes escarum suarum, sive eodem modo quo Comes Flandrensis habet in villa Ypræ, & expectabitur de debito, sicut expectatur dictus Comes in dicta villa.* Charta Henrici D. Solliaci ann. 1301. pro Libertatibus oppidi *des Ais* in Biturigibus: *Credentiam meam habebo, & cibos meos & uxoris meæ, ita quòd tenebor pagare de tribus mensibus in tribus mensibus, & duos legitimos homines, sicut credam, in dicta villa bona fide eligam, qui per sacramentum suum cibos meos appreciabunt.*

Quòd si dominus jure credentiæ abuteretur, nec pretium rerum creditarum exsolveret, eo excidebat, donec satisfecisset. Tabularium Monasterii S. Sergii Andegav. fol. 143. *Tali convenientia, ut credentiam habeat in burgo, sicut priùs habuerat cum omnibus hominibus illius burgi, usquequo injuriam illis faciant: & si injuriam illis fecerit, perdat credentiam, donec reddat; & postquam reddiderit, suam habeat sicuti priùs credentiam.* Pactum inter Clericos Ecclesiæ Lugdunensis & Guigonem Comitem Forensem an. 1167. *Archiepiscopus & Comes communiter habent per totam civitatem, excepto claustro, credentiam in cibo & potu tantùm, eo excepto quòd ab extraneis vendendi causâ defertur, ita tamen ut quater in anno credentias persolvant. Si verò persolvere noluerint, credentiam amittant, quousque solverint.* Charta Communiæ Meldensis an. 1170. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 290. *Homines mihi de pane & vino & carnibus, & aliis victualibus die quo Meldis venero, & in crastino, si tamen ibi fuero, creditionem facient: & si infrà 15. dies credita non reddidero, nihil ampliùs mihi credent, quousque iis debita persolvantur.* Charta Petri filii Regis Ludovici VI. an. 1170. pro Montargiaco: *Homines de Monteargo domino suo de rebus suis pro victu creditionem per unum mensem facient. Et si Præpositus Montisargi debitum domini non persolverit, dominus facta conquestione à creditoribus illud infra mensem alium persolvi faciet.*

Denique adeo invaluerat jus istud Creditionis, ut pro ordinario & ab omnibus recepto haberetur: ita ut cùm domini subditis suis immunitates ab consuetis oneribus impertiebant, ferè semper *Creditionis* immunitatem adjungerent. Charta Radulfi de Balgenciaco in Tabulario Vindocinensi fol. 193. *Et in dicto burgo, vel in omnibus rebus ad jus Monachorum pertinentibus ipse per vim nihil faciet, nec quenquam suorum facere jubebit, aut consentiet, sed à nullo burgensium creditionem quæret, aut mutuum & hospitalitatem in domibus eorum, vel suorum, vel extraneorum.* Charta Libertatum Villæfrancæ apud Gallandum: *Non hospitabitur ibi Archembaldus, nec habebit ibi credenzam.* Charta Communiæ Medantensis in Regesto Rerum Normannicarum signato P. ex Camera Computor. Paris. *Ut qui in eadem permanebunt Communitate, ab omni talliata, injusta captione, creditione, & universa rationabili exactione sint liberi & immunes.* Vide Miræum in Diplomat. Belgic. lib. 2. cap. 44. & Thomasserium in Consuetudinib. localib. Bituricensib. cap. 29.

CREDENTIA, dictus in Italia publicus civium conventus de rebus publicis deliberandi causâ coactus. Quippe cùm in civitatibus Consules essent qui curam Reipublicæ gererent, litesque ac controversias civium dirimerent, siquando res majoris momenti agenda incumberet, & singulis artificum corporibus seligebantur, qui consiliis istis publicis interessent, suasque in iis sententias rogati expromerent, quos inde *Credentiarios* appellabant, quòd in *Secretorum* Reipublicæ partem adhiberentur, cùm eorum fidei prudentiæque publica negotia à contribulibus *crederentur*. Atque inde Sigonius lib. 7. de Regno Italiæ an. 995. *Credentiæ nomine* appellatos dixit reliquos cives, *qui artes opificiave tractabant.* Charta Friderici I. Imp. an. 1185. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1031. 1032. *Idem etiam sacramentum faciemus præstare Regem Henricum filium nostrum in anima sua, & parabola sua faciendum, ad terminum quem Consules Mediolani cum consilio credentiæ nobis dixerint,* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 5. *Quo sic peracto, prædicti Laudenses à Curia discedentes, Laudamque redeuntes, ac convocato Consulum consilio aliorumque Sapientum de Laude, qui Credentiam Consulum pararent, omnia quæ ad Regno fecerint, per ordinem eis patefecerunt.* Infrà: *Omnes Consules aliosque de Laude Sapientes qui de Credentia fuerant, ad se insimul venire præcepit.* Eadem Hist. pag. 109. *Qui cùm venissent Laudam, & totam insimul Laudensium Credentiam habuissent, &c.* Vide Felicem Osium in Notis ad hanc Historiam.

Cre-

Credentiarii, Italis, *Credenzeri*, de quibus suprà. Regestum Privilegiorum civitatis Vercellarum ann. 1358. *Convocato & congregato generali consilio Credentiæ communis Vercellarum, ——— ad quam Credentiam interfuerunt centum Credentiarii & ultrà in dicto consilio.* Alia: *Prædicti omnes Credentiarii seu Consiliarii.*

Credendarii, in Concilio Ravennensi an. 1311. can. 26. *Consiliarios verò, Credendarios & Præsidentes ipsi civitati, &c.*

Credenzerii, in Charta Joannæ Reginæ Siciliæ ann. 1378. apud Ughellum tom. 9. pag. 211. 213.

CREDITANTIA. ex Gallic. *creance*, eadem notione. Tabular. Maurigniacense: *Creditantiam facere non cogantur.*

CREDITARIUS, Fidus: Joanni de Janua, *Consiliarius, vel Camerarius, cui secreta committuntur.* Fredegarius Scholasticus in Historia Francorum epitomata cap. 11. *Misit puerum creditarium sibi cum media parte aurei, &c.* Fortunatus Pictavensis in Vita S. Radegundis cap. 8. *Curam domus committens creditariis, &c.* Vide Ludovici Pii an. 814. *Per universas regni sui partes fideles ac creditarios à latere suo misit.* Vide Baronium an. 259. num. 25. πιϛικὸς vocant Græci. Acta SS. Sadothi Episcopi & socior. 20. Febr. Ἄρχοντες ϗ πιϛικοὶ: ubi de vocis notione nescio an rectè conjicit vir doctissimus.

Creditaria, in Glossis Isidori, & apud Joannem de Janua, *Cameraria.*

Creditarius, alia, ut videtur, notione. Charta S. Bernardi Abbatis Clarevallensis an. 1145. in Tabulario Ecclesiæ Autissiodor. *De illis qui pisces vendunt, Comes habebit quatuor creditarios, in quibus Episcopus nihil accipiet.* Ubi *creditarii* sunt, aut viri fidi & amici, aut piscarii propolæ, qui Comiti soli, non verò Episcopo pisces sub crediti fide dare tenebantur.

CREDITUS, idem qui *Creditarius*, Fidus, cui creditur, & fides adhibetur: Gallis: *Accredité.* Gloss. Græc. Lat. πίϛεως ἄξιος, *credibilis, fidelis.* Gregorius Turon. lib. 7. cap. 40. *Statimque misit Rex viros qui hæc deferre deberent, cum uno puero, quem valde creditum Mummolus habens, hæc ei commendaverat.* Lib. 9. cap. 10. *Transmitte Abbates, & creditos tuos, ut hæc quæ loquor, exponant.* Vita S. Eligii lib. 2. cap. 74. *Multos ex publica moneta misit solidos per creditam personam.* Occurrit ibi suprà semel. Capitulare de Villis c. 5. *Missum bonum de familia nostra, aut alium hominem bene creditum ——— dirigat.*

CREDRA. Fragmentum Petronii: *Lana, credræ, piper, lac gallinaceum, si quæsieris, invenies.*

CREDULITAS, Professio fidei Christianæ, vel potiùs fides ipsa: Gall. *Croyance.* S. Cyprianus Epist. 78. *Dum non desinis tractatibus tuis sacramenta occulta nudare, sic nos in fide facis crescere, & de sæculo homines ad credulitatem accedere.* Sedulius lib. 1. Paschalis operis cap. 22. *Hæc est vera fides & firma credulitas.* Ratherius Veron. in Synodica ad Presbyteros: *Fides autem, id est, credulitas Dei, &c.* Adde eundem in Itinerario pag. 271. Anastasius in S. Urbano PP. *Hic sua traditione multos convertit ad baptismum & credulitatem.* Idem in S. Victore: *Christiana confessione credulitatis clarificata.* Vita MS. S. Arnulphi Archiepisc. Turon. *Discedens enim confundebatur iniquitas, & gaudens augebatur in Christo credulitas.* Occurrit in Concilio Eliberitano can. 42. 44. apud Salvianum lib. 3. de Gubern. Dei. Nicolaum I. PP. in Resp. ad Bulgaros cap. 1. Gennadium de Script. Eccl. in Pastore Episcopo, Petrum Chrysologum serm. 159. Valerianum Cemeliensem Epist. ad Monachos, Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 45. lib. 9. cap. 15. Theodulfum de Ordine Baptismi c. 7. & 8. Odon. Cluniac. in Credulitate, Othlonum lib. 2. Vitæ S. Bonifacii Mog. cap. 10. in Capitulari Gregorii Magni PP. apud Canisium tom. 1. Antiq. lect. in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 1. apud Aimoinum lib. 1. Hist. Franc. cap. 16. lib. 3. cap. 41. Saxonem Grammat. lib. 14. Alanum lib. 6. Anticlaud. cap. 1. Stephanum Eddium in S. Wilfrido cap. 17. &c.

CREDULITAS. Apud Leidradum Episcop. Lugd. lib. de Baptismo, cap. V. inscribitur *de credulitate.*

CREISAMENTUM. Vide *Cressimentum.*

CRELIACA. Hist. Trevirensis tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 245. *Ventris fluxu, quod Creliacam nuncupant, vexabatur.* Sed legendum *cœliacam*, κοιλιακὴν, nemo non videt.

CREMA. Papias: *Opium, crema vitium appellatur, quoniam apud renas nascitur: est autem succus lassar, herbæ.*

CREMATIUM, pro *Cermatium*, ex Gr. Κερμάτιον. Excerpta Pithœana: *Crematium, colibum*, κερμάτιον. Perperam apud Isidorum, *Crematum, Collybum.*

CREMIUM, *à Cremare: siccamentum lignorum vel frixorum in patellâ: & etiam quod remanet in patellâ aridum de carnibus post pinguedinem liquefactam, dicitur Cremium: unde Propheta, Ossa mea sicut cremium aruerunt.* Joan. de Janua. Passio Sanctarum Hilariæ, Dignæ, &c. apud Velserum in Augusta Vindelicorum: *Implete memoriam cremiis, & siccis spinis, & claudite super eas ipsam memoriam, & ita demum ignem supponite, ut nulla ex eis evadat.*

CREMUM, Cremor, nostris, *Creme*, Fortunatus lib. 11. Poëm. 13.

Assexi digitos per lactea munera pressos,
Et stat picta manus heic ubi crema rapis.

CREMUTIUM, *Holocaustum*, in Gloss. Isid. Joannes de Janua *Cremium* habet.

CRENKINARII, ut scribit Chapeavillus in Ernesto Episcopo Leodiensi cap. 14. dicuntur *Justitiæ ministri*, apud Leodienses: *Crenqueniers*, in Stylo Leodiensi cap. 12. art 5. sic nuncupati ab arcubalista quam deferebant, quæ *Kraencke* Kiliano dicitur. Apud Froissartem 4. vol. cap. 77. Monstrelletum 3. vol. pag. 44. 59. & Comineum in Ludovico XI. cap. 11. *Crannequiniers* sunt milites arcubalistâ instructi, ut plurimùm equites. De vocis origine egit Fauchetus lib. de Militia Francica.

CREPA Vide *Repa.*

CREPARE *oculum*, Phrasis Gallicâ, *Crever, l'œil.* Oculum ita à capite avellere, ut exeundo crepet. *Excutere oculos* dixit Pautus, & Suetonius in Julio: *Oculos exculpere*, Terentius; *eruere*, Valerius Max. lib. 3. cap. 2. *effundere*, Ulpianus. Leges Henrici I. c. 93. *Si quis alii crepet oculum, solvat ei 60. sol.* Vide *Abacinare.* Italis *Crepare*, *rompersi, fendersi.* Virgil. lib. 5. Æneid.

——— *Et acuto murice remi*
Obnixi crepuere.

CREPATIÆ, Morbus equinus, *inter juncturam cruris & ungulam, ubi corium rumpitur & caro ad similitudinem scabiei &c.* apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 45. ubi vetus ejus Gallicus Interpres vertit *Crevace.*

CREPATURA, Italis *Crepatura*, Fissura, rima. *Crepatura apostematis*, apud Constantinum Afric. lib. 5. de Morborum curat. cap. 4. *Creveure d'aposteme.* Magister Ægidius de Urinis:

Mictio fit pura venæ chilis ex crepatura.

Charta an. 1320. apud Julianum Saracenum in Histor. Anconit. pag. 162. *Visa etiam crepatura, sive scissura aliorum murorum &c.* Hinc fortè emendandus Michaël Scotus lib. de Physionomia cap. 20. *Animalium quædam habent dentes in ore, ut homo, canis, &c. quædam scripaturam, & non dentes, ut anser.* Legendum enim *crepaturam*, id est, fissuram. Vide *Criptura.*

CRE-

CREPECTATOR. Vitalis Episcopus Oscensis, apud Hieron. Blancam in Comment. Rerum Arag. *Crepectatorum officium, quod Cambium appellatur.*

CREPEDO. *Rima.* Kecellus in Miracul. S. Joan. Beverlac. num. 8. *Unde penitus defectis humoribus rimarum crepedine circumquaque dehiscens, &c.*

CREPEREGICUS. Fortunatus lib. 3. Poem. in Epist. ad Felicem Episcop. *Et si res exigeret, plausum creperegico Oetan Thirynthiam, cum Pindaro spirante, pulsassem.*

CREPERUS, vox antiqua, pro *dubius.* Papias: *Creperum, asperum, dubium, incertum, inde & crepusculum. Crepere, spissare, dubitare.* Utuntur Ausonius, Martianus Capella lib. 1. Symmachus Epist. 1. Ennodius lib. 2. Epist. 20. Hepidannus lib. 1. de Vita S. Wiboradæ cap. 33. Gerardus in Vita S. Adelardi cap. 19. Ratherius Veron. in Vita S. Ursmari cap. 1. Conradus de Fabaria de Casibus sancti Galli capite 19. &c.

CREPITUDO, Gariopontus lib. 3. Passionarii cap. 34. *Emanatio sanguinis, & venarum, & renum crepitudo & loco dolenti deducitur.* Cùm crepant.

CREPOLUS, *Madidus*, Papiæ.

CRESAMENTUM, *Augmentum*: Gallis, *accroissement.* Placitum Childeberti III. Reg. Fr. apud Mabillonium de Re diplomat. pag. 477. *Interrogatum fuit ei, se ipsi genitur suos Ibbo quondam ipsa portione sua in supra scripto loco ordinio ipsius Hiemoni Abi ut per suo Cresamentum delegasset vel firmasset.* Sup. a: *Quicquid ibidem sua fuit possessio pro suo Cresamentum delegasse vel firmasse.*

CRESCERE. Prima Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo Rege Arag. an. 1291. MS. *Quod si aliquis fuerit reptatus de baudia, quod ille qui reptabit, non possit crescere de divitiis parem, quem sibi voluerit dare: et quod si ipsi fecerint, quòd divitiæ sint, sui & suorum in perpetuum, sic quòd non possint renunciare ipse ante dominationem, vel postea.* Capitis lemma sic concipitur: *Qualiter ille qui reptat, potest crescère parem, quem voluerit dare batayam.*

CRESSEMENTUM, *Creisamentum, Creisendarii porci.* Ramardus Abbas Cisterciensis in Institut. Cistercienf. cap. 26. *Nullam cum secularibus societatem in pecoribus nutriendis, seu terris excolendis habere permittimus: videlicet dando vel accipiendo medietariam vel cressementum.* Tabularium Monasterii S. Gemmæ in diœcesi Santonensi: *Cùm Seguinus Beraldi charnal, tum peteret de porcis creisendariis, quos Monachi S. Gemmæ susceperant ad creisamentum.* Ubi *creisamentum*, est id quod *Bail à croist & à chaptel* nostri vocant. cùm scilicet pecus datur, sed æstimatum, ita ut id in fructu & augmento habeatur quod pretium pecoris excedit, ut ait Raguellus. Proinde *Porci creisendarii* hic dicuntur, qui locati sunt sub hac augmenti conditione. Vide veterem Consuetudinem Bituricensem editam a Thomasserio cap. 87.

CRESSO, Nasturtium, *Cresson.* Matth. Silvaticus: *Olus aquæ, id est, senationes, vel cressones.*

Crisonium, eadem notione. Vita S. Amalbergæ: *Herbam, quam vulgo Crisonium vocant, circa irrigua Sennæ fluminis, &c.*

CRESTA. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli London. an. 1295. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 309. *Morsus VVillelmi de Ely argenteus, &c. Cresta ejusdem argentea cum triphorio exterius aureo, & lapillis insitis, &c.* Habetur ibi pluries. Vide *Crista.*

CRETELLÆ, *Cletellæ*, vel *Clitellæ*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1013. & Isidori.

CRETICARE, In crisin, ut vocant Medici, incidere, quam scitè *passionis atque naturæ conflictum* vocat Cælius Aurelianus lib. 2. Acut. cap. 19. Philippus Eystetensis Episcop. in Vita S. Willibaldi cap. 33. *Eadem die creticavimus, & brevi post in tempore, janitati omnimodè restituti sumus.* Thomas Cantipr. lib. 2. de Apib. cap. 54. num. 14. *Tertia igitur die, digestâ materiâ, creticavit, & ad se rediit compos mentis.* Alexander Jatrosophista lib. 2. Passion. cap. 66. *Critica, id est, determinativa febrium. Creticos dies*, ait Isidorus lib. 4. Orig. cap. 9. *Medici vocant, quibus ut credo, ex judicio infirmitatis illud nomen impositum est, quod judicent hominem, & sententia sua aut puniant: aut liberent.*

Creticare, Crocitare. Vetus Gloss. Lat. Gall. *Creticare, Grailler à la maniere de corneille.*

CREVEDELLA, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis, cap. 70.

CREVENTIA. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani cap. 27. *Si vero populus partionis meæ cum populo vestræ partis ierint per creventiam in exercitu, quocumque, & quolibet modo occiderint vel apprehenderint vestros honoratos ac vassallos, &c.*

CRIAGIUM. Charta Philippi Regis Franciæ ann. 1182. in Tabul. S. Dionysii: *Noverint universi —— quoniam Guido Buticularius noster Silvanectensis, & Guido filius ejus fideli servienti nostro Rogero Picæ criagium suum de Stampis dederunt, & ipsi & heredibus suis libere & quietè in perpetuum possidendum concesserunt. Quia verè res hæc de feodo nostro est, & ad Buticulariam pertinet, nos ad petitionem utriusque partis prænominatæ donum stabile esse volumus, & præcipimus.* Sed in Chartæ lemmate habetur *gritagium.* Vide in hac voce.

CRIARE, ex Gallico *Crier*: Per præconem publicare. Charta an. 1221. apud Sammarthanos in Episcopis Cabilonenf. num. 39. *Si crietur pro communitate villæ, criari debet assensu Episcopi.*

CRIACIO, Creatio, vox Hispanica. At in Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis ann. 781. apud Sandovallium, videtur sumi pro *servis*, (quomodo *Creatures* appellamus) quos enutrivimus: nutritii. *Damus siquidem nostras criaciones, nominatas Saderno cum filiis & filiabus suis, Thomiro cum filiis & filiabus suis, —— & isti serviant Monasterio de sancta Maria, de Obona, in quantum & quale servitium ab Abbate vel Vicario hujus Monasterii eos vocaverint vel injungerint.*

CRIARIA, Officium eorum quos hodie Lutetiæ Parisiorum *les Crieurs de corps & de vin* dicunt. Charta Philippi Augusti Regis, in Regesto Herouvalliano Phil. —— *Notum —— quod nos mercatoribus nostris hansatis aquæ Parisius concedimus criarias Parisius in perpetuum tenendas, in eo puncto quo Simon de Pissiaco eas tenebat, & in eo puncto in quo eas postmodum tenebamus, & terram dicti Simonis quæ erat in firma criariarum Paris. Mercatores autem poterunt clamatores ponere & amovere pro voluntate sua, & mensuras ponere, &c. anno 1220.*

CRIBLUS. Charta Edvvardi II. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 424. *Viginti solidis annuatim percipiendis de molendino —— & 4. criblis farinæ avenarum de molendino bladonico, &c.*

CRIBRIONES, In zala executores, ac ministri juridici, juxta Sambucum. Decreta Andreæ Regis Hung. cap. 24. *Comites jure Comitatus sui tantùm fruantur, cætera ad Regem pertinentia, scilicet cribriones, tributa, boves & duas partes castrorum Rex obtineat.* Idem Decretum apud Raynaldum an. 1232. num. 18. habet *ibriones.*

CRICELLA, Avis species. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam Cod. Reg. 1486. *Attagines, i. cricellæ, quædam aves quæ vadunt juxta flumen.* Nos *Crecerelle* appellamus hos accipitres, quos Latini *Tinnunculos* vocant. Vide Julium Scaligerum in Arist. de Animal. pag. 250. & Salmasium ad Solinum pag. 340.

CRIDA.

CRIDA, Bannum, proclamatio quæ per præconem fit; *Grida*, Italis, Gallis, *Cry public*: *Criee*, in Charta 1314. apud Guichenonum in Hist. Sabaudica pag. 147. *Cride*, in Consuetudine Solensi tit. 29. art. 13. 19. & Baionensi tit. 15. art. 1. 6. *Cridar*, Itali, *nos Crier*. A *Quiritare* deducit Scaliger ad Priap.

CRIGNUM, Panis vel cibus qui fit ex tribus partibus farinæ, hordei grossi, & una parte subtili. Matthæus Silvatic.

CRIMINARE, Crimen alicui impingere, de crimine accusare, apud Matthæum Paris an. 1251. *Miles super hoc criminatus attachiabatur.*

CRIMINOSUS, *Reus*. Auxilius de causa Formosi. *Quidam itaque Presbyter, ut puta heri baptizavit, & ipse Criminosus, &c.*

CRINALE, Cereus instar plicæ seu Crinium complicatorum, cujus passim usus in Cracoviensi Ecclesia in Processionibus publicis. Occurrit in Vita S. Stanislai Canonici Regularis Lateranensis.

CRINES. *Punire in cute & crinibus*, in Speculo Saxon. lib. 2. art. 13. §. 1. *Crinis & cutis tormentis subjici*, art. 28. §. 3. *Ad cutem & crines condemnari*, lib. 3. art. 3. §. 1. *Demereri cutim & crines*, in Wichbild. Magdeburgensi art. 19. §. 1. art. 44. §. 1. art. 96. *Cute & capillis privari*, in Chron. Laurisham. p. 74. 75. *Cutem & capillos amittere*, in Lege familiæ Burchardi Ep. Wormaciensis. Vide *Decalvatio*, & *Cutis*.

Crines libidinosè virgini detrahere, in Lege Bajvvar. tit. 7. §. 5. Quibus ad amoris incitamenaum malis artibus uti solent.

Crines mulieri ingenua capulare, in Lege Burgund. addit. 1. tit. 5. Vide *Capillus*.

CRINILE, Sertum. Albertus Argentinensis in Chr. pag. 114. *Prandentibus autem illis cum Rege ejusque filiis, Rex quilibet filiorum & Joanni Duci unum crinile rosarum posuit super caput.*

Crinile nuptarum virginum, pro quo eis reformationem dotis non habentibus solvuntur marcæ 30. (marito mortuo para possessio, ubi 3. marcarum fit proventus: nam indotatæ mulieri 30. marcæ solvuntur, ex Consuetud. terræ Cracoviensis.

CRINITI, *Comati*, Εὐπλόκαμοι, in Glossis Græc-Lat. apud Francos Reges dicti, & præcipui ex nobilitate, quòd iis solis crines promittere liceret. *Merovingi, seu Criniti*, in Chron. Andrens. pag. 338. Lex Salica tit. 26. §. 1. *Si quis puerum infra 12. annos crinitum, sine incrinitum occiderit*. §. 2. *Si quis puerum crinitum sine voluntate parentum totonderit*. Decretio Childeberti Regis §. 2. *Ut nullus de crinosis incestum usum sibi societ conjugio*. Vide V. Cl. Stephan. Baluzium ad hunc locum. Chron. Moissiacense: *Ille dedit eis consilium, ut eligerent Faramundum, – – & levarent eum in Regem super se ex genere Priami crinitum*. Ado Viennensis in Chronico, ubi de Chlodione: *Abhinc Franci in finibus Thoringorum habitantes, crinitos Reges habere cœperunt*. Avitus Viennensis Epist. ad Clodovechum Regem: *Cùm sub casside crines nutritos salutaris galea sacræ unctionis indueret*. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 24. *Hic cùm natus esset in Gallia, & diligenti cura nutritus (ut Regum istorum mos est) crinium flagellis per terga demissis, &c.* Vide Aimoinum lib. 3. cap. 61. Idem Gregorius lib. 8. cap. 10. *Sed cùm ignorarem quisnam esset, à cæsarie prolixa cognovi Chlodoveum esse*. Et mox: *Una tantùm pars capillorum quæ subter fuerat, jam defluxerat; alia vero cum ipsis crinium flagellis intacta durabat*. Idem de Vitis Patr. cap. ult. *Nec ille ut quidam dimissis capillorum flagellis aut barbarum dimissione plaudebat, sed certo tempore capillum tondebat & barbam*. Gesta Dagoberti I. cap. 14. *Rex autem super ripam fluminis stans, galea induto capite, crinesque cum cantis obvolutos habens, & hæc audiens, galeam celerrimè à suo capite deposuit, cùm nudatum à galea apparuisset caput Regis, agnovit eum Berthoaldus Regem esse, &c.* Erchanbertus de Majorib. domus: *Danielem quondam Clericum cæsarie capitis crescente Regem Franci constituunt, quem Chilpericum nuncupant: —— quia Merovæi, ut ajunt, sicut antiquitus Nazarei, nullo capitis crine inciso erant*. Eginhardus in Carolo Magno: *Neque Regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantùm nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret*. Sidonius lib. 1. Epist. 2. Theodoricum Gothorum Regem describens, ait, *aurium legulas (sicut mos gentis est) crinium superjacentium flagellis operiri*. Carm. S. de Francis:

—— Rutili quibus arce Cerebri
Ad frontem coma tracta jacet, nudataque Cervix
Setarum per damna latet.

Ubi Savaro & Sirmondus. Scribit Scylitzes pag. 522. apud Armenios præcipuam fuisse τῶν Κριτῶν familiam, utpote Regiam. Manilius lib. 5. delicatorum fuisse scribit.

—— Tortos in plexum ponere crines,
Aut nodis revocare, & rursus vertice denso
Fingere, & appositis caput emutare capillis.

Ut & Martialis lib. 4. Epigram. 42.

—— Mollesque flagellent
Colla comæ, to tas non ..mo, Flacce, comes.

Hinc Starchaterus apud Saxonem Grammaticum lib. 6. *Virilibus comis muliebre redimiculum injici non oportere monet* Idem Saxo:

Splendida nexuerant tortum redimicula crinem.

Ejusmodi in Regibus prioris stirpis crinium flagella intueri licuit in Portali Ecclesiæ S. Germani Pratensis Lutetiæ. Vide Annulum Childerici apud Cl. Chifflet.

Cæteri è plebe tonsi erant, ut auctor est Agathias lib. 1. Gregor. Turon lib. 3. Hist. cap. 18. *Debes velociter adesse Parisius, & habito consilio pertractari oportet, quid de his fieri debeat: utrum incisa cæsarie, ut reliqua plebs habeantur, &c.* Vide Savaronem & Sirmondum ad Sidonium lib. 1. Epist. 2. Bignonium ad Legem Salicam tit. 26. Hotomanum & Matharellum in Franco-Gall. cap. 7.

At hæc quidem obtinuere sub prima Regum Francicorum stirpe: nam sub altera Reges non promissos ac in faciem flagellos, sed decurtatos crines, atque adeo cæteri e plebe gessere: quod potissimum colligi datur ex Caroli Magni & Ludovici Pii sigillis, & Lotharii & Caroli Calvi imaginibus, quas delineari curavir V. Cl. Stephanus Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Francicorum p. 1276. 1278. 1279. 1284. 1305. 1307.

CRINONES. Vide *Grani*.

CRIPTURA, Ruptura, fractura. Italis *Crepatura*, nostris *Creveure*. S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 32. *Vidit ex fronte Basilicæ —— parietem ex parte dissipatum, cripturamque imminentem ac ruinam minitantem instare*. Et cap. 45. *Apparuit subitò in pariete —— veluti arcus in rotundo prærupta ingens criptura, ut liquidò cunctis patefecere, Dei judicium fieri quod disponerent, ac per eum locum materiam debere evertere, quo nimirum viderent hoc opus cripturam praire.* Vide *Crepatura*.

CRISEUS, Canus, nostris, *Gris*. Durandus lib. 7. Rat. cap. 25. *Capilli ejus nigri & crisei, caro candida, &c. Cheveux gris*. Vide *Griseus*.

CRISOBOLIUM. Vide *Chrysobullum*.

CRISPELLÆ. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 25. & Udalricus lib. 2 Consuetud. Cluniac. c. 4. ubi de signis: *Pro signo crispellarum, (addit Udalricus, vel ut alii dicunt, frigdolarum) cum pugno accipe crines, quasi cupias eos facere crispos*

CRISPIDO. *Propiciatorium, vel 4. anguli altaris*. Ita Papias: Sed crepido legitur in Levit. cap. 1. 15. & apud Ezechiel. 43. 19. ubi de crepidine & angulis ejus, ut dicitur altaris.

CRISSARIUS. Conradus Fabariensis de Casib. S. Galli cap. 19. *Hujus auxilio protectus, non solum, sed & optimè, prout decuit Principem, Regis (ut ita dicam) Crissarium, susceptus est, ac aliquanto tempore honorificè habitus.* Ubi *Crissarius* perperam pro *Apocrisiarius*, editum videtur.

CRISTA, Mons, collis, montis apex. Charta Roberti Principis Capuani an. 1121. *Ecclesia S. Angeli sita in crista montis ditionis suæ.* Leo Ost. lib. 3. cap. 28. *Statuit* —— *ejusdem montis saxeam cristam igni ferroque excindere.* Will. Brito lib. 7. Philippidos:

Nec rupis cristam, qua turris pes erat imus.

Charta ann. 1157. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. cent. 1. c. 81. *Et inde per cristam collis usque ad summitatem montis Orselli pervenit.* Occurrit etiam in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 7. pag. 196.

Crestata, eadem notione. Charta Amedei Comitis Sabaudiæ an. 1360. apud Guichenon. in Episcop. Bellicensib. *Et à dicto loco rectè protendendo inferiùs semper per summitatem seu crestatam montis de Myeimont.*

Crista, Apex, feretri operculo imminens. S. Audoenus lib. 1. Vitæ S. Eligii cap. 32. *Fabricavit etiam Eligius mausoleum sancti Martyris Dionysii in Parisiensi civitate, & super illud tectum* (al. *tugurium*, f. tegurium,) *marmoreum mirifico opere, auro & gemmis ornatum, cristam quoque & species de fronte magnificè composuit.* Sugerius lib. de Admin. sua cap. 32. *Dum illam ammirabilem S. Eligii cum minoribus crucem, dum incomparabile ornamentum, quod vulgò Crista vocatur, aureæ aræ superponi intueremur, &c.* Rigordus, de Carolo Calvo: *Hic attulit ad Ecclesiam S. Dionysii clavum & spineam coronam,* —— *& cristam auream cum gemmis pretiosissimis, & preciabilem, &c.* Vitæ Abbatum S. Albani, ubi de feretro S. Albani: *Cristam tunc temporis minimè perfecit, expectans ad hoc tempora commodiora, quibus ad hoc auro & argento ac gemmis uberius abundaret.* Et mox: *Proposuerant tamen illam cristam adeo nobilem & sumptuosam procul dubio facere, ut ex ea totius operis series venustatem sortiretur, & pluris foret quàm totius feretri coopertura residua.* Vide *Repa.*

CRISTATICUM, *Genus humi*, Papiæ: sed legendum *numi*, licèt MS. præferat *vini*. Intelliguntur enim numi Imperatorum Constantinopolitanorum, in quibus Augusti cum camelaucio cristato effinguntur: de quibus copiosè egimus in Dissert. ad Joinvillam 24.

CRISTATUS. Gloss. Lat. Græc. *Cristatus*, λοφωμένος. Isidor. Gloss. *Cristatus, honestus, decens.* Item galeatus. Abbo lib. 1. de Bell. Paris.

Cristatosque vident cunctos, &c.

CRISTEGUM, Crystallus, vitrum crystallinum. Diploma Lotharii Imp. apud Brovverum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 504. 1. Edit. *Et aliam item capsulam modicam altari superpositam, necnon & crucem auream altari affixam cum diversis cristegis hinc inde connexis optimi generis, gemmis undique decoratam.*

CRITI *tu bilu.* Anonymus Barensis in Chron. ann. 1032. *Descendit Michael Protospata Criti tu bilu, Ke tu Ypodromu.* Id est, Κριτὴς τοῦ βήλου, καὶ τοῦ ἱπποδρόμου. De dignitate *Judicis veli*, quædam adnotavimus ad Cinnamum pag. 485.

CRO. *Croo, Croy*, Scotis, est Compositio vel satisfactio pro delicto, pretium hominis occisi, capitis æstimatio, *Weregildus*. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 24. §. 1. *Ita quod mortem inde subierit,* —— *reddat pro homine mortuo & taliter occiso Croo & Galnes, quasi eum propriis manibus occidisset.* Diversa porrò fuit istiusmodi capitum æstimatio pro dignitatis ratione, uti statuitur c. 36. *Nam Comitis Cro fuit 140. vaccæ, 3. oræ pro vacca: filii Comitis 100. vaccæ: filii Thani, 66. vaccæ, &c.* Videtur autem spectasse compositio ista parentes interfecti. Ibid. cap. 38. §. 5. *Si uxor liberi hominis sit occisa, vir suus habebit le Kelchin, & parentes ejus habebunt le Cro & le Galnes.* Adde §. 6. Statuta Jacobi I. Parl. 6. c. 89. *Homicida pendere jubetur Regi 40. lib. le Croy vero proximis interfecti.*

CRO, *Croy* Anglis, est Cænosa & cruda terra, vel palustris. Ingulfus pag. 853. *Et quia palustris hujus Croyland, ut ipsum nomen indicat, nam crudam terram & cænosam significat, &c.* Eadem habet Ordericus pag. 541. ex Vita S. Guthlaci cap. 41.

Croia, eadem notione. Prima Statuta Roberti I. Scotor. Regis c. 12. *Omnes illi qui habent croias vel piscarias, seu stagna, aut molendina in aquis ubi mare ascendit, & se retrahit, & ubi salmunculi, vel smolti, vel fria cujuscumque generis piscium maris, vel aquæ dulcis, ascendunt, vel descendunt, tales croiæ & piscariæ machinæ interpositæ sint ad minus 2. pollicum in latitudine.* Vide Skenæum lib. de Verbor. significat.

CROACA. Vide *Corvata*.

CROADA. Vide *Corvata*.

CROCA, sustentaculum, baculus incurvus vulgò *croce*. Miracula S. Petri Archiepiscopi Tarentas. num. 20. *Adducunt ei mulierem, quæ* —— *juncturæ femoris ossibus dislocatis, nisi cum Crocis, & aliquo sustentante non valebat incedere.*

CROCARDUS, Reprobum nummi genus. Pembrigius, anno 1300. *Numisma Pollardorum prohibetur in Anglia & Hibernia.* Matthæus Westmonaster. ann. 1299. *Hoc anno corrupta insula Angliæ de falsa moneta, quæ dicitur Crokard & Pollard, in Natali S. Stephani fundebatur, & pro obolo habebatur.* Adde eundem an. 1300. initio. H. Knyghton: *Rex Edvvardus damnavit subitò monetam surreptitiam & illegitimam, quam Pollardos, Crocardos, Rosarios nominabant, qui paulatim & latenter loco sterlingorum irrepserant. Et primò eos valere obolum fecit, deinde eos omnino exterminavit.* Thomas Walsinghamus in Edvv. I. an. 1300. p. 77. 78. *Cocodones* vocat. Vide in hac voce. Pollardos verò valuisse medietate nummorum sterlingorum observat Jacob. Waræus.

CROCCA *Covvellet*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 78. *Et si plures aliqui faciant homicidium, quorum crocca covvellet, si velint, simul componant.* Id est, quorum olla simul bullit: à Saxon. Crocca, olla, & Wallen, bullire, Co præposito, quod ut Con, in compositis *simul*, notat.

CROCEA, *Genus chlamydis longè ad terram usque, à parte anteriori aperta, à summo ad imum rugosa, in formam capparum Prælatorum, si demas cuculum.* Ita auctor Ceremonialis Romani lib. 1. sect. 1. qui Cardinalium vestem esse ait, ut & lib. 3. sect. 3. sed nescio an non legendum *Clocea*: nam *Cloccas* seu *Cloches* nostri vocabant, ut in voce *Clocca* docuimus.

CROCHUM, Uncus, quo arcubalistæ tenduntur. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 22. *Expedit etiam dari tendentibus balistas validas crochorum bonorum auxilium, & largorum; præsertim quòd à parte posteriori sint ampla crocha præfata, & quod prædictas balistas tendentes utantur prædictis crochis eam tendendo, quàm etiam balistando, &c.*

CROCEUS, *Croceolus*, Fulcrum subalare in modum Crucis supernè effictum, vulgò *Potence*. Historia Translationis S. Gorgonii num. 9. *Virtute renum carens, curva super croceos quodam vespere accessit, & recuperata virtute dimissis croceolis* —— *rediit.*

Croccia, eadem notione. Geminianus in Vita B. Finæ Virg. num. 14. *Qui sine baculorum sustentaculo, qui Crocciæ dicuntur vulgariter, ambulare non poterat.*

Crocia, in Miraculis sancti Richarii lib. 2. cap. 6. *Cœpit jam sustentaculo iter suum agere, quod vulgari nomine Crocia vocatur.* Vide *Crucca*.

Crocæ, in Vita sancti Arnulphi Episcopi Metensis cap. 29.

CROCIA Pedum, baculus pastoralis, Episcopalis. Papias: *Crocia, ducta a similitudine crucis.* Harulfus lib. 4. Chron. Centul. cap. 28. *Virga pastoralis quam vulgus Crociam vocat.* Vide *Cambuta*, *Investitura per crociam*.

Crochia. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. *Item crochiam unam cum baculo de ebore.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 97. *Et Dominus Episcopus laudavit & confirmavit per crochiam suam in manu Dom. Hugonis Prioris.* Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS.

En cel tans si fu afolés,
L'Arcevesques du Ruen Maugers,
Qui Dieu servi molt volentiers,
Et il a sa Croce rendué:
Mais li Dus sans longue attendué
Donna la Croce à Amaurri,
Moine de Fescans, né de Berri.

Vide *Croceus*.

Crocia. Charta Anglica apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 254. *Mandatum est etiam eidem quod faciat habere — Rogero omnes reditus & res Clericorum habentium reditus de feudo suo, —— & res Abbatum de feudo suo, si alicujus crocia habent de dono suo & Priorum, seu cujuscunque domus religiosæ, si sit de dono suo, quia ipse Dominus Regi inde respondebit.*

CROCIUM. Diploma Henrici II. Regis Angl. pro Hibernis: *Exceptis forestallis, thesauro invento, crociis,* Ubi Spelmannus *crocium* idem valere quod *Cro*, de quo suprà, suspicatur.

CROCUS, Cincinnus, capillus in uncum, quem *Croc* dicimus, retortus. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 479. *Sciatis quod concessimus & plenam potestatem vobis dedimus, capillos Clericorum nostrorum, qui sunt de hospitio nostro, & familia nostra, longos crines habentium, & ad crocos capillorum suorum deponendos, &c.*

CROEROLA. Lex Alamannor. c. 99. §. 19. *Cornicula, columba, & cohua, & croerola, &c.* Ubi Editio Heroldi, *harocralu*, Lindenbrogii *querola*. Fortè avis nocturna, quam nostri *Crecerelle* dicunt, proinde legendum *Crecerola*.

CROFTUM, *Croftus, Crofta*, Saxonibus, Cꞃoꝼꞇ & Cꞃuꝼꞇ, locus secretus. Est autem *Croftum*, inquit Spelmannus, prædiolum prope habitaculum rusticum à latioribus campis ideo distinctum, ut animalia rustica subitis usibus exhibeat: agellus inclusus, apud Somneru m: nostris *Clos*. Charta Ealredi Regis Angl. apud Ingulfum, & tom. 1. Monastici Angl. pag. 168. *Possunt etiam dicti Monachi de eisdem mariscis versus Occidentem adjacentibus pro se & hominibus sive tenentibus suis includere croftos, sive pratum seperaliter, quantum illis placuerit.* Charta Edvv. II. tom. 2. pag. 256. *De quodam mesuagio & crofto adjacente.* Infrà: *Cum ædificiis & curtilagio, & crofto incluso.* Ibidem: *De uno mesuagio cum orto & crofto, & cum medietate crofti palmerii.* Willelm. Thorn: *Cum gardino & crofto.* *Tofta & Crofta* in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 55. 99. 116. & tom. 3. pag. 139. Ingulfus pag. 875. *Possunt etiam includere croftos sive pratum circa pontem separaliter, quantum illis placuerit.* Historia vernacula Prioratus de Wigmore in agro Hereford. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 219. *Roger —— demanda des autres quele fu cele place que on apele le Tresor de Mortimer, & li fut dist que ce fut une croufte joignant à l'Abeye, assés bonne terre & large, & à merveille bien fructifiante.* Eadem Historia Latinè scripta: *Fertilissimum campum propè Monasterium situatum, Thesaurum Mortimer nuncupatum in —— eleemosynam donavit.* Catholicon Armoricum: *Crou an devet, Gallicè Bergerie ou Clais où cenc ... es brebis aus champs. Lat. Caula, ovile. Crou an vesti. — — capitle. Crou an moch —— hara. Crou an bozen, —— bostar.*

CROIA. Vide *Cro*.

CROFFERA, Hara porcorum. Vide Skenæum de Verbor. significat.

CROISUM. Vide *Truncus*.

CRONCULUS, Saxonicè, Anꝫꞃeꞇa, in Gloss. Ælfrici: id est, pustula, pusula, unde Somnerus *Furunculus* restituendum putat.

CRONTOCHIUM. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 872. *Dormitorium & Crontochium, & reliqua Cœnobitarum abdita ——securis ac mercenariis ... ruit.* Quid hoc loco sit *Crontochium*, non facile ... eum Græcam vocem sapere videatur. Unde ... ad eo expresserit *Gerontocomium*, quod γηροτροφεῖον, appellatur à Scylitze pag. 790. γηροκομεῖον à Codino in Originibus Lambecianis pag. 47. 48. & 53. & in Menæis ad 27. Febr. Est autem *Gerocomium*, uti definitur à Juliano Antecessore Constit. 7. c. 32. *Locus venerabilis in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curantur.* Huic qui præerat, *Gerontocomus* dicitur in Novella 7. Justin. Certe in Monasteriis domicilia senibus & infirmis destinata extitisse, colligere est ex Regula Sanctimonialium canonicè viventium cap. 23. in Concilio Aquisgranensi. Sed potius videtur vox conficta ex γηροδοχεῖον, tametsi vix occurrat.

CROPA, Equi tergum, Gall. *Croupe*. Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 7. *Caudam habeat longam cum paucis & planis crinibus: cropas latas & bene carnosas, &c.*

CROPRIA. Concilium Londinense an. 1342. can. 2. de abusu Clericorum in vestibus: *Caligis etiam rubeis ac scaccatis, viridibus, sotularibus etiam rostratis & incisis multimode, ac cropriis ad sellas, cornibus ad colla pendentibus, &c.* Fortè legendum *cropertis*, id est, postilenis, quas *Croupieres* Galli dicunt.

CROSNA. Vide *Crusina*.

CROSSA. Charta fundationis Abbatiæ de Miratorio Ordinis Cisterciensis, tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 312. *Et à termino illo per juxta campum usq. e ad crossam Vongeii, & à crossa illa usquè ad terminum Bellifortis & Calendiniaci.* Fortè pro *Crux* vice termini.

CROSSUS, pro *Grossus*. Leo Ost. lib. 3. c. 31. (al. 33. *Decem iconas —— crosso argento sculpsit ac deauravit.* Infrà. *crossa maceria.* Vide *Grossus*.

CROTA. Rupes. Will. Brito lib. 10. Philippid.

Dum tu conaris Monachi subvertere crotam.

Quo loco intelligit castrum quod *Rupes Monachi* dicitur, seu *Roche du Moine*. Suprà:

... Monachi rupem confundere demum
Funditur horrescens, armis verbisque minantur.

Aliàs:

Crota, est antrum, specus, nostris *Crotte*, vel *Grotte*, ex *Crypta*. Ita censet Bernardinus Balbus ad Vitruvium.

Le Roman de Garin:

Li destrier sont leans el fousterrin,
En une crote que firent Sarazin.

Alibi:

Ne treuve crote que il ne face emplir.

Est etiam

Crota, Domus. Charta an. 1157. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 128. *Uxor Guillelmi de Tortosa, timens mortem, in crota turris majoris ante diem Jovis qua ipsa mortua fuit, dixit, &c.* Tabularium Ecclesiæ Uticensis an. 1208. pag. 5. *Acta sunt hæc apud Ucetiam in crota Domini Episcopi, &c.* Charta Avenionensis apud Fantinum Castrucium to. 1. Hist. Avenion. pag. 177. *Item solarium supra crotam Magistri Raimundi Praterii.*

CROTINA. Vide *Crusina*.

CROTTA. Vide *Chrotta*.

CRUCA, Cremaster, Gallis, *Cremaillere*, ex Anglico *Crooke*, aduncus. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. §. 4. *De homine condemnato ad mortem, coram Justitiario, Coronator habebit ——— omnia utensilia infra interiorem partem domus, videl. infra crucam, super igne pendentem.*

CRUCCA, Furca subalaris, qua claudi se se sustentant, quòd pars superior in crucis formam, seu T. efficta sit. Joannes Monachus Bertinianus in Vita S. Bernardi Pœnitentis num. 10. *Ambo non nisi cum cruccis incedere valentes, ad Sanctum venerunt.* Vide *Cruceus*.

Croccia in Vita S. Zitæ Virginis Lucensis num. 18. Vide Skinnerum in Etymologico Anglico in *Crutches*.

CRUCEOLA, pro *Crucicula*. Lambertus Ardensis *Fecit sibi apportari parvam cruceolam, quam in collo suo per argenteam catenulam appensam de sepulcro Domini reportaverat.* Vide *Croceus*.

CRUCIATÆ, Expeditiones sacræ contra Saracenos & Hæreticos, quòd, qui iis se se adjungerent, Crucis signum in vestibus deferrent. Occurrit non semel apud Will. Thorn, & apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecor. an. 1292. ubi Loccenius, nescio quam *historiam de Cruce Christi* somniat: vulgò *Croisade*. Vide infrà *Crux*.

CRUCIARIUM. Commodianus Instr. 32.

Auro licèt censeantur, bacchent aulica semper.
Cruciarium Domini si non adorasti, peristi.

Crucem, vel cruciatum Christi interpretatur Rigaltius. Vide, an aliud sit σαυρεῖον, de quo Nicetas Rhetor in Passione S. Stephani & corporis ejus Inventione: Προλαβοῦσα τοίνυν Ιουλιανὴ, καὶ διαπεράσασα τοῦτον εἰς τὸ ἐπιλεγόμενον σαυρεῖον. ὅτεν δὴ τὰς ἡμιόνους ὑποζεύξαντες τῷ ἅρματι, &c.

CRUCIATIO, Miseria, calamitas, tormentum. Vitâ Ursmari Abbatis Laubiensis num. 5. *Neque audivimus quemquam, qui in corpore tale aut tam prolixum sustinuisset martyrium, aut qui tantam cruciationem sustinuisset in vita præsenti.*

CRUCIBULUM, Ugutioni, *Lucerna, ad quam vigilamus, quòd cruciet bolum, id est, bolum sepit.* Risum contine. Gloss. Lat. Gall. *Crucibolum, Lumiere de nuit.* Catholicon Armoricum: *Creuseul, Gall. Croissol. Lumiere de nuit, Crucibolum, vel Crucibolus.* Vitæ Abbatum S. Albani p. 70. *Legebantur autem eadem voce 12. de B. Virgine lectiones, quas corde tenus sine candela bajuli transcurrere consueverunt, cum suis, quæ sequuntur responsoriis, tenui tamen lumine cruciboli per vitrum diaphanum translucente.* Vita B. Colettæ num. 74. *De nocte proferenti sæpius extinguebat candelam, crucibulum & oleum effundebat.* Quidam à *Cruca*, Gallis *Cruche*, German. *Cruyke*, deducunt: malim ego quòd ejusmodi lucernæ in formam Crucis effictæ quadrimyxæ sint. Hinc fortè nostri Picardi, *Cracets* vocant, quasi *Crucets*: vel certè quòd uncis ferreis ad parietes appendantur, quos *Crochets* vulgò dicimus. Sed & *Crucivolo* Itali appellant vas fictile, in quo metalla funduntur, nostri *Creuset*, quod ejusdem formæ est ac materiæ, ex quibus est vas illud, in quo infunditur oleum ad lucernas istas. Nam & Rulandus in Lexico Alchymiæ, *Crucibulum* dixit *vas esse fusorium, ex terra igni contumacissima factum, acutiore basi & tereti, in ampliorem capacitatem, forma triangulari, vel rotunda, desinente ad fundenda & eliquanda mineralia & metalla formatum.* Sic Geber Arabs lib. de Investigatione magisterii: *Ponatur veneris stratum super stratum de sale communi optimè mundato in crucibulo.* Vide Stephan. Skinnerum in Etymologico Anglico, verbo *Crucible*. Meminit Saxo Grammaticus lib. 8. nescio cujus *Frosti, cognomento Crucibulum*.

Crucibolus, Scyphus. Charta Witlasii Regis Merciorum apud Ingulfum pag. 857. *Scyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem vinitoribus ad dracones pugnantibus cælatum, quem Crucibolum meum solitus sum vocare, quia signum Crucis per transversum scyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis simili impressione protuberantibus, &c.* Cruciboli Witlasii meminit rursum infrà Ingulfus pag. 870. Hinc fortè Germanis *Kraus* est genus poculi, ut est in Turcograph. Crusii pag. 490.

CRUCICOLÆ, appellati Christiani ab Ethnicis. Vide Aldhelmum de Laudibus Virginit. cap. 17.

CRUCIENTATUS, in Gloss. Lat. Gall. *Conchié de sang.* Sed legendum *Cruentatus*, ut apud Joan. de Janua.

CRUCIFER, Qui Crucem ante Papam defert, apud Pandulfum in Actis Gelasii II. PP.

Cruciferi, Ordo Monasticus, sic dictus, quòd Monachi Cruces in baculis deferrent, ut auctor est Matth. Paris an. 1244. pag. 439. Fasciculus Temporum, & M. Chronic. Belgic. *Circa hæc tempora Ordo Cruciferorum renovatus est per Innocentium III. anno Pontificatus sui 18. jam devicta hæresi Albigensium per Crucesignatos.* Adduntquosdam scribere, B. Quiriacum Jerosolymorum Episcopum, istius Ordinis primum auctorem extitisse, & sub Innocentio IV. apud Lugdunum crevisse, & privilegiis donatum ab eodem, anno scilicet 1248. præterea primum & initiale Monasterium totius Ordinis extitisse in Hoio in diœcesi Leodiensi ab Joanne Episcopo Leod. ædificatum an. 1233. Vide Aubertum Miræum lib. 1. Originum Monastic. cap. 12. 13. 14. Vide Chron. MS. Andreæ Dandulian. 1154. & Bohuslaum Balbinum in Epist. Rer. Bohemic. p. 270.

Cruciferos etiam vocat Chronicon Aulæ Regiæ cap. 11. & 17. Fratres & Milites Ordinis Theutonici: ut & Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 61. lib. 5. p. 148. & alibi.

Extat Epistola Urbani III. PP. ad Magistrum & Fratres Cruciferos Hospitalis Bononiensis, qua eorum Ordinem approbat: post Epist. 4. in nupera Conciliorum Collectione.

Crucifer. Charta Ottonis Episcopi Frisingensis ann. 1154. apud Wiguleium Hondium in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 243. *Unus cruciferus apud Hachin, cum molendino aliisque pertinentiis, &c.* Alia apud eundem Hondium tom. 3. pag. 469. *Cum tribus cruciferis, quæ ad possessionem Monasterii pertinebant, &c.* Sedlegendum videtur *curtiferis*, ut alibi passim. Vide in hac voce.

CRUCIFRATRES, seu *Fratres Crucis*: ita se se appellitabant quidam hæretici, exorti in oppido *Sangerhusen* in Marchionatu Misnensi sub an. 1414. qui etiam *Fratres Flagellatores* dicebantur: de quorum hæresibus consulendus Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 93. diversi ab iis, qui *Fratres Crucis* appellati sub annum 1309. Vide *Crux*.

CRUCIGIRA. Ephemerides Monasterii S. Galli: *Eodem die dantur 4. fercula, scilicet carnes, caseus, ova, crucigira, cum vino & majori leib.*

CRUCILIÆ, Cruces per vias erectæ, & Gallico *Croisilles*. Concilium Suession. an. 744. *Constituimus, ut illas crucilias, quas Adalbertus per parochiam plantaverat, omnes igne consumantur.* Codd. alii habent *cruciculas*.

CRUCIOLA, Crucicula, in Actis Monasterii Murensis pag. 26.

CRUCIZARI, Crucem assumere, cruce insigniri ad peregrinationem Hierosolymitanam. Historia Hierosolymitana in Gestis Dei pag. 1156. *Rex Franc. Philippus & Rex Angliæ Henricus apud Gizortium crucizantur.*

CRUDARIUM, Ὠμόλινον, in Gloss. Græc. Lat.

CRUDITARE, *Non digerere*, ἀπεπτεῖν, in Gloss. Gr. Lat.

CRUMA, *Crumena.* Joan. de Janua.

CRUMELUM. Gregorius Turon. de Gloria Conf. c. 98 *Sæpius in hoc vasculo vel olus, vel crumelum coctum cum illo sumpsisse.* Occurrit in Notis Tyron. pag. 112.

CRUMENIA, *sunt propriè fragmenta auri.* Glossæ Isonis Magistri.

CRUMINARE. Fortunatus lib. 2. de Vita sancti Martini:

Et levis umbriferæ volitavit imago figuræ,
Visibus exclusus cellam pedore cruminans

Ubi Interpres: *Crumina*, sacculi genus apud Plautum: unde *Cruminare*, prisci festivè traxerunt ad eam corporis partem, qua operari naturæ solemus. Id satis in illo expressit.

CRUPPA, Gloss. Lat. Græc. *Cruppa*, Κάλος παχύς. *Crupes*, χοινία, *funis*.

CRUPELLARII, Gallorum gladiatores cataphracti. Tacitus lib. 3. Annal. *Adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen, Crupellarios vocant.* Boxhornius ab Hebræo *Cirbel*, amicire, vocem deducit.

CRUPPONUS, Uropygium, summa clunium, vulgò *Crupion*. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 36. *A lumbis verò desuper renes usque ad principium caudæ super anum, dilatantur spondilia, & intercipiuntur inter duo ossa ancharum, & in quibusdam avibus dilatantur plus, in quibusdam minus: & hic locus à quibusdam appellatur Crupponus & solidiores sunt ipsorum juncturæ, & foramina illic ampliora, &c.*

CRUPTA. Vide *Crypta*.

CRURALIA, quibus *crura* vestiuntur. Vita Ludovici Pii an. 786. *Habitu Vasconum —— indutus, amiculo scilicet rotundo, manicis camisiæ diffusis, cruralibus distentis, calcaribus caligulis insertis, missile manu ferens.* Vide *Coxale*.

CRURARIUM, Σκελόδεσμος, in Gloss. Gr. Lat. Fascia cruralis, nostris, *Jarretiere*.

CRUSCUMULUS, *Tumor crurum*. Joan. de Janua.

CRUSELINUM, Vas potorium parvulum fictile, cujusmodi sunt, quæ *Creusets* vocamus. Cæsarius lib. 12. cap. 41. *Portabat enim vas parvum & fictile, quod vulgò Cruselinum dicitur, in manu sua, in quali in tabernis potare solebat.*

CRUSELLUS Charta an. 1144. apud Catellum lib. 2. Rerum Occitan. cap. 17. *De crusellis, quos extranei attulerint, & vendiderint, præbeant domino 4. den. & de barda duos.*

CRUSNA, *Crosna*, *Crusina*, Pallii, seu vestis genus, Mastruca, vel mastruga. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Mastruga*, Cꞃuꞅne. Somnero Cꞃuꞅene dicitur, tunica scilicet ex ferinis pellibus. Hinc emendandæ Glossæ Isonis Magistri: *Vocamus etiam mastrugas Renones, quæ rustice Crotina vocatur.* Legendum enim *Crosina*. Hincmarus Remensis Opusc. 57. *Mitto vobis per eum crusnam de pellibus variis, cum panno coloribus vario.* Charta an. 1180. apud Ughellum in Episcopis Vercellens. *Et ad hanc confirmandam promissionis chartam, accepimus nos Othonus & Allus Launeschildt crosnam unam, ut nostra hæc promissio, sicut suprà habetur, firma permaneat atque persistat.* Statuta Veneta lib. 1. cap. 55. *Accipiet etiam de bonis Viri per Crosnam & pelliciam vidualem, quam mulieres ex consuetudine habent.* Quam vocem non intellexit Interpres Italicus. Charta Ottonis M. Imp. an. 937. apud Meibomium: *Nisi tantùm singulis annis unum cavallum, scutum, & lanceam, & lanceas, vel duas crusinas dent, ut sciant in mundiburdio Regis se esse.* Christianus de Scala in Vita S. Wenceslai p. 55. *Tribuens abunde auri vel argenti copiam, crusinas, mantiperiaque, vel vestimenta hilariter largiens.* Ubi perperam Edit. *Trusina*. Bruno de Bello-Saxonico pag. 135. *Unus ex ipsis cujusdam nobilis ex Curia crusinam, gulis ornatam, quasi furtim præcidit, & inde quasi furtum volens abscondere recessit, & tamen volebat deprehendi, ut acciperet, quod accepit. Nam ille, cujus honesta vestis erat dehonestata, ut illum, qui sua vestis partem gestabat, insequutus est, colaphum ei tantùm dedit, suique vestimenti particulam recepit.* Quo loco *crusina gulis ornata*, est pallium, pellibus rubricatis ornatum. Hinc *Crusinatus* apud Ditmarum lib. 5. pag. 54. *Vivente egregio Hudone, pater istius Misico, domum, in qua eum esse sciebat, crusinatus intrare, vel eo assurgente, nunquam præsumpsit sedere.*

CRUSTA, Vestis species variegato colore ex purpura & alio mixta. Lex 11. Cod. Theod. de Scenicis: *Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis utatur auratis, his quoque vestibus noverint abstinendum, quas Græco nomine a Latino Crustas vocant, in quibus alii admixtus colori, puri rubor muricis inardescit.* Sic videntur, appellatæ crustæ, quòd ut crustati parietes dicuntur, qui subinde crustis marmoreis exornantur, ita ejusmodi vestes assutis in *crustarum* modum segmentis vel limbis distinguerentur. Nam *Crustæ* non modò de marmoribus dicuntur; sed etiam de vasis auri & argenti, quæ interdum *Emblemata* vocantur, uti usurpat Tullius Orat. 5. in Verrem, & Paulus IC. in l. 32. §. 1. D. de Auro, arg. leg. *Cymbia argentea crustis aureis illigata.* Vide *Crustum*, *Purpura*.

CRUSTIBIA, *Crux*, *Cruciatus*, in Gloss. Arabico-Lat. ubi fortè legendum *Crucilia*. Vide suprà.

CRUSSICA, Census, qui pro agris & prædiis rusticis Imperatori, vel domino feudi pensitabatur apud Græcos. Innocentius III. PP. lib. 3. Epist. 192. *Salvo tamen terrarum censu, qui Crustica Græco vocabulo nuncupatur, & dudum solvebatur à Græcis.* Lib. 14. Epist. 110. *G. de Villaharduini, ad quem ratione feudi dicta crustica pertinebat.* Occurrit hæc eadem vox non semel in Epistolis ejusdem PP. Est autem *Crustica* census, qui agri nomine pendebatur, Græcis ἀγροστικὸν, nostris *agrarium* dictus. Conjecturam nostram firmat Epistola Roberti Imp. Constantinop. in Regesto Honorii III. PP. lib. 6. Epist. 85. apud Odoric. Raynald. in Annalib. Eccles. an. 1221. num. 25. *Omnes Ecclesiæ Cathedrales habeant possessiones suas, quas habuerunt tempore Alexii Bambacoraci Imper. liberè ab omni exactione, & laïcali jurisdictione, salvo tamen debito, & justo acrostico, si quod debent pro possessionibus ipsis.* Vide *Ager*, & *Acra*.

CRUSTUM, *Crustulum*. Joan. de Janua: *Crustum, vel Crustulum, pro fragmento panis.* Ita Servius ad 3. Georgic. & 7 Æneid. *Crustum de his, quæ comedi possunt*, dici ait. Gloss. Græc. Lat. Κάπυρον, *Crustum*, κατύλιον, *Crustulum*. κατύλια de panibus dici annotat Athenæus. Spartianus in Adriano meminit tetrapharmaci, *quod erat de fasiano, sumine, perna, & crustulo. Perna crustulata* apud eundem in Ælio Vero. Vide S. Hieron. Epist. 12. initio, præter Horatium & alios. At longè aliud est

Crustum, in Charta Eadredi Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 210. *Duas patenas argenteas, auro decenter ornatas, cum 2. urceolis pretiosissimis, & crusto aureo, columnis de liciis 96. à Rege Henrico Ecclesiæ donata in sua extorsit.* Et apud Matth. Paris an. 1252. *Auri sititor, talenta, vel crusta, vel jocalia emunxit.* Eadem videntur hoc loco *crusta aurea*, quæ *Crustæ* dicuntur Scriptoribus Latinis, seu *Emblemata* vasorum. Vide suprà *Crusta*.

CRUSTALIA, in Notis Tyronis pag. 161. inter lapillos pretiosos

CRUX *Crucem figere*, πηγνύειν σταυρὸν, in Nov Justiniani 5. cap. 1. Nov. 67. cap. 1. Nov. 14. cap. 7. in signum scilicet Dedicationis Ecclesiarum. Julianus Antecessor Const. 61. *Nullus audeat ædificare Ecclesiam, vel Oratorium, antequam civitatis Episcopus veniat, & vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco, publicè procedens, & rem omnibus manifestam faciens.* Ennodius in Vita B. Epiphanii Episcopi Ticinensis pag. 388. *Jam jamque tamen fastigia perfectionis majoris Ecclesiæ opus attigerat, ædificio & dedicationis insignibus adornato.* Capitula Caroli Magni lib. 5.

lib. 5. c. 229. *Nemo Eccleſiam ædificet, antequam civitatis Epiſcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè.* Eadem ſtatuuntur & habentur in Ordine Romano & apud Herardum Turon. Archiepiſc. in Capitul. c. 46. quibus conſona tradunt Balſamon in can. 7. Synodi VII. Libri Baſilicon Eclog. 4. Theophylactus in Epiſtola a Meurſio laudata, qui ejuſmodi crucis fixionem σταυροπήγιον appellant: qua de voce multa habent Gretzerus tom. 1. de Cruce lib. 2 cap. 8. & in Apolog. pro S. Cruce cap. 8. p. 1022. Cruſius in Turco-Græcia p. 300. Meurſius in Gloſſ. Allatius de Conſenſu utriuſque Eccleſ. p. 269. Goarus ad Euchelog. Græcor. pag. 612. & eruditus Poſſinus in Gloſſ. ad tom. 1. Pachymer. pag. 414. Neque verò Epiſcopo licebat in aliena diœceſi Oratorium aut Eccleſiam dedicare, ut eſt in Concilio Arauſicano can. 10. & Arelat. II. can. 36.

Crucem ubique præferendi jus habet ſummus Pontifex. Anaſtaſius in Leone IV. *Fecit idem benigniſſimus Crucem auream: noviter & ipſa Crux, ut mos antiquitus eſt, Subdiaconi manibus ferebatur, ante equum prædeceſſorum Pontificum, quam Deo juvante in auro & argento ac gemmis meliùs renovavit.*

Majores Patriarchæ ubique etiam habent jus præferendi Crucem, præterquam in urbe Roma, & niſi Summus Pontifex præſens extiterit, vel Legatus ejus utens inſignibus Apoſtolicæ dignitatis, cap. Antiqua. extr. de Privileg.

Primates & Metropolitani, & qui jus habent pallii, intra Primatus ſui limites. Anſelmus Cantuar. Archiepiſc. lib. 3. Epiſt. 72. ad Samuelem Dublinienſem Epiſcopum: *Præterea audivi, quia facis portari Crucem ante te in via. Quod ſi verum eſt, mando tibi ne ampliùs hoc facias: quia non pertinet niſi ad Archiepiſcopum a Romano Pontifice pallio confirmatum.* Vide eundem lib. 4. Epiſt. 27.

Patriarchis, Primatibus, & Epiſcopis in præſentia Cardinalium ante ſe deferri vetuit Gregorius XI. PP. ea Conſtitutione quæ deſcripta legitur in tom. 2. Concil. Angl. & in nupera Concil. Editione Pariſienſi. Vide Willel. Neubrigenſem lib. 2. cap. 16. Gervaſium Dorobernenſem an. 1193. p. 1584. 1585. Continuatorem Florentii Wigornienſis an. 1226. Geſta Innocentii III. PP. p. 61. Bromptonum an. 1125. Matth. Weſtmonaſt. ann. 1279. Will. Thorn. an. 1378. Monaſtic. Anglic. tom. 3. pag. 147. Petrum Mariam Campum in Hiſtor. Eccleſ. Placentinæ in Regeſto parte 2. n. 167 & Baronium an. 1177. ubi de Romualdo Salernitano Archiepiſcopo ex ejus Chronico, &c. præterea Sauſſaium in Tractatu ſuper hoc edito, & Marcam in Diſſertat. de Primatib. n. 128.

Crucem de Chriſmate faciunt Epiſcopi in Eccleſiæ parietibus, cùm illam conſecrant. Ordo Romanus: *Et faciat crucem per parietes cum pollice ſuo de ipſo chriſmate in 12. locis.* Vide Librum Sacrament. Gregorii Magni, Ivonem Carnotenſem de Sacramentis, & Petrum Damiani Serm. 1. de Eccleſiæ dedicat. Solebant verò Chriſtiani ſigno crucis actiones omnes ſuas munire, juxta illud Hieronymi Epiſt. 22. cap 15. *Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem.*

Cum cruce ſignare, Epiſcoporum tantùm fuit. Privilegium conceſſum ab Urbano II. PP Abbati Cavenſi: *Concedentes——ut, inquam, ſucceſſores tui per terras tui Monaſterii habitas & habendas liberè poſſis Eccleſias conſtruere, cum cruce ſignare, aliaque Pontificalia & ſpiritualia exercere, &c*

In Cruce, vel ante Crucem, in altaribus, vel ante altaria oblationes facere, in Charta an. 1123 apud Puricellum in Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ pag. 568. 569.

Crux pectoralis Ἐγκόλπιος, quam Epiſcopi ad pectus appenſam deferunt, in Ceremoniali Epiſcopor. lib. 1. cap 29. lib. 2. cap. 38. Vide *Encolpium.*

Crucem ex cinere & aqua ſuper pectus infirmi faciebat olim Sacerdos, cùm Extremæ-unctionis conferebat Sacramentum. Vide Ratoldum Abbatem de Ordine unctionis infirmi, apud Menardum in Librum Sacram. Gregor. p. 337. 339. 345.

Crucem bajulare. Otto Morena in Hiſtoria Rerum Laudenſium p. 3. *Quæ prædicti Laudenſes qui ibi aderant, conſiderantes, placuit eiſdem de mercato, quod Mediolanenſes Laudenſibus abſtulerunt, ante ipſum Regem querimoniam proponere: ſtatimque in quandam Eccleſiam, introeuntes, duaſque inde maximas cruces ad humeros levantes, coram ipſo Rege* (Friderico I. Imp.) *ceteriſque Principibus redierunt, & precibus ipſi Regis cum ipſis crucibus proſtrati ſunt, maximè lugentes, &c.* Radevicus lib. 4. de Geſt. Frideric. cap. 5. *Videns autem multitudinem eorum, qui cruces bajulabant: is enim Italorum mos eſt, ut habentes querelas, crucem manibus præferant, miſertus illorum, ait, &c.* Guntherus lib. 8. Ligurini:

——Ex omnibus undique multi
Urbibus ac vicis aderant, queruloq; ferebant
Innumeras clamore Cruces: hoc quippe querelas
More ſolent aperire ſuas.

Conradus Abbas Uſpergenſis: *Poſtremò cives ad id devenere conſilii, ut ſe & ſua Imperatoris traderent voluntati. Gladios itaque denudatos ſuper colla ponentes, cruces quoque & alia inſignia præferentes, nudis plantis ad pedes Imperatoris miſerabiliter ſe proſtraverunt.* Vide Glabrum lib. 5. Hiſt. cap. 1. extremo.

Bajulatio crucis. Charta Edvv. I. Reg. Angl. an. 6. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. p. 215. *Portionem agiſtamenti paſturæ à feſto Paſch. uſque ad feſtum Pentecoſt. quæ ceſſit bajulationi crucis Archiepiſcopatus illius* (Cantuar.) *pro rata temporis ſui, &c.*

Crucem levandi, ponendi, portandi ubilibet Parochis & Curionibus facultatem concedebant Epiſcopi. Charta Amati Archiepiſc. Salernitani, apud Ughellum tom. 7. p. 508. *Vel ad ipſos Presbyteros, qui in ſupradictis Eccleſiis fuerint ordinati, nullam angariam aut ſervitium pars noſtri Archiepiſcopii illorum imponere queat, neq; ad Cruces levandum, vel Codices, aut Baptiſmum faciendum, aut illos excommunicare, &c.* Infra: *Et poteſtatem habeant, quando meruerint, cereum benedicere, & Baptiſmum facere, & aquam ſanctificatam per vices vicinantes ſpargere, & Cruces ponere, & mortuos ibidem ſepelire, &c.* Charta Alphani Archiepiſc. Salern. apud eundem p. 541. *Et extra ipſam Eccleſiam ſepelire, & per domos eorum qui ad ipſam Eccleſiam annualiter ad Dei officium audiendum ierint, ire, & aquam ſanctificatam ſpargere, & Crucem in ipſis omnibus ponere abſque ulla——contrarietate.* Alia Joannis Archiepiſcopi Barenſis, p. 853. *Habeat etiam poteſtatem recipere mortuos, & ſepelire in ſepulturis ſuis, & portare Crucem ſuam ubi voluerit, ut adducat mortuos qui debent ibi ſepeliri.* Vide Monumenta Paderbornenſia p. 134

Crucis adoratio in die Paraſceves. S. Stephanus in Regula Grandimontenſium cap. 5. *Rurſus Crucem ſanctam in die ſancto Paraſceve nullis ad Eccleſias ſuas eodem die recurrere valentibus, in Eccleſiis veſtris adorare permittatis.* Vide *Oblatio Crucis.* Ad *Crucis oſculum*, in die S. Paraſceves, neminem accedere debere, niſi qui à mortali peccato immunis ſit, ſancit Synodus Nemauſenſis an. 1248. cap. *de Euchariſtia.*

De Cruce cantare. Capitula Adalhardi Abbat. de Admonitionibus in Congregatione cap. . . *De Cruce decantare & legere qui non poteſt, dimittat, & qui poteſt; ſe non ſubtrahat; & qui negligenter facit, corrigatur.* Hoc eſt, ni fallor, de ambone, de pulpito, ubi major Crux etiamnum ſtatuitur, adeo ut qui voce non valeret, in eo canere vel legere non præſumeret. Vide *Pronuntiator.*

Crucem

Crucem apponere solebant in Wallia, qui rem sibi competere asserebant, *saisiebant*. Charta Edvv. I. Reg. Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. pag. 219. *Quod quidam de partibus illis asserentes quædam blada, quæ idem David —— emit —— sua esse, quandam Crucem super blada prædicta, prout moris est in partibus illis, apponi fecerunt: occasione cujus Crucis prædictus David aliquam administrationem de bladis illis habere non potest, &c.*

Crucem sanctificare. Capitula Theodori Cantuar. c. 49. Edition. Acherianæ: *Presbytero liceat soli Missam facere, si necesse est, & populum benedicere in Parasceve, & Crucem sanctificare.* Totidem ferme habentur in Pœnitentiali ejusdem Theodori cap. 2. Editionis V. Cl. Jacobi Petiti.

Jurare in Cruce consecrata, pejerare, in Pœnitentiali Gregorii III. PP. cap. 7. Bedæ cap. 3. 12.

Ad Crucem confugere, veluti ad locum asyli & immunitatis jure donatum, in Concilio Claromontensi ann. 1093 can. 29. 30. *Si quis ad aliquam Crucem in via persequentibus inimicis confugerit, liber ac sic in ipsa Ecclesia permaneat. Quod si quis pro securitate Ecclesiæ vel prædictæ Crucis aliquod crimen peregerit, —— & ad Ecclesiam vel crucem confugerit, accepta securitate vitæ & membrorum, reddatur justitiæ.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 23. *Si comme il advient de ceux qui sont fuitifs pour aucun crime, ou qui sonten chartre, ou en lieux, qui eschappent & s'enfuient en l'Eglise, où ils embrassent une Croix:* Cap. 82. *Se aucun damné ou fuitif s'enfuit à l'Eglise, ou en Cymitiere, ou en lieu saint, ou si il s'aert à une Croix qui soit fichée en terre, la Justice laye le doit laisser en paix par le privilege de l'Eglise, si qu'elle ne mette la main a luy, &c.* Ubi Latina Editio, *vel Crucifixè adhæret.* Vide Anonymum Combefisianum in Leone Philos. n. 22.

Cruce super caput posita jurare. Vide *Juramentum.*

Crucis judicium, quo quis reus cujuspiam factus delicti seu criminis, sese expurgabat, cujusmodi per Crucem purgationis mentio est passim apud Scriptores ævi medii. Synodus Vermeriensis an. 751. can 17. *Si qua mulier se reclamaverit, quòd vir suus nunquam cum ea mansisset, exeant inde ad Crucem, & si verum fuerit, separentur.* Charta Divisionis Imperii Caroli Magni c. 8. *Si causa, vel intentio controversiæ talis inter partes, propter terminos aut confinia regnorum, orta fuerit, quæ hominum testimonio declarari, vel definiri non possit, tunc volumus, ut ad declarationem rei dubiæ judicio Crucis Dei voluntas, & rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna, vel campus ad examinationem judicetur.* Similia leguntur in Præcepto Ludovici Pii de Divisione Imperii cap. 10. nisi quòd pro *judicio Crucis,* habetur *vexillo Crucis*: quæ quidem *purgatio* usurpari potissimùm solita fuit in controversiis Ecclesiasticis. Capitula Ludovici Pii ad Legem Salicam: *In sæculari quidem causa hujusmodi testium diversitas campo comprobetur: in Ecclesiasticis autem negotiis, Crucis judicio rei veritas inquiratur.*

At qualis illa fuerit Crucis examinatio, ambigunt doctiores, & in varias varii secedunt sententias. Quidam enim, atque in iis Delrius lib. 4. Disquisit. magic. sect. 3. quæst. 6. §. 2. Lindenbrogius in Gloss. & alii, genus fuisse purgationis per sortes, quibus ad Crucem aliquam manus imponens, vel eam amplectens, quis sese expurgabat. Certè ad Crucem juramenta exacta testantur passim Scriptores. Nithardus lib. 2. Hist. an 841. *Quæ dum sprevissent, classisque appropinquari videretur, Crucem in qua juraverunt, & Karolum ut cognoverunt, relicto littore protinus fugerunt.* Beda de Remediis peccat: cap. 4. *Qui perjurat in manu Episcopi, aut Presbyteri, vel altari, vel Cruce consecrata, unum annum pœniteat.* Pius PP. I. apud Gratian. 12. quæst. 5. *Qui pejerat se in manu Episcopi, aut in Cruce consecrata, tres annos pœniteat. Si verò in Cruce non consecrata, annum unum pœniteat.* Eadem habentur in Pœnitential. Gregorii II. PP. cap. [illegible]. apud Rhabanum in Epist. ad Heribald. cap. 18. Reginonem lib. 2. cap. 331. 332. & Burchardum lib. 12. cap. 5.

Censent præterea idem Delrius, Spelmannus, & Lalandius, examen Crucis istud forsitan esse quod in Legibus Frision. cap. 14. describitur, & fit per duos ramusculos, seu *tenos*, uti vocantur, quorum alter Cruce insignitur, altari impositos.

Alii, quos inter Gretzerus tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 21. & tom. 3. lib. 5. Paralip. ad cap. cit. & Ferrandus lib. 2. Disquisitionis reliquiariæ 1. part. cap. 3. putant hanc Crucis explorationem factam ipso Crucis ligno in ignem conjecto, ut si illæsum permansisset, reus absolutus fuerit; si contrà, damnatus.

Verùm his repugnant sententiis istius examinationis per Crucem formulæ, quibus eæ conceptæ leguntur, *Cruce contendere, decertare,* in Capit. 4. an. 803. cap. 3. in Lege Langobard. lib. 2. tit. 28. §. 3. tit. 55. §. 22. Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 46. lib. 4. Append. 2. §. 33. Unde quidam, ait Delrius, *Crucem* fuisse genus armorum, frustra hariolati sunt.

Legimus etiam non semel *Stare, Adstare ad Crucem.* Capitul. an. 779. cap. 10. & Additio 4. cap. 129. *Si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stet ad Crucem.* Formula vetus edita à Bignonio & Lindenbr. *Taliter fuit ei judicatum, in ipso placito ante ipsum Vigarium, ves ante ipsos pagenses, ut ad Crucem, ad judicium Dei, pro ipsa terra in noctes 42. in ipso placito pro hoc deberent adstare, quod ita & fecerunt.* Exire ad Crucem, in Concilio Vermeriensi an. 752. can. 17. Ordo Romanus: *Singula quæque dijudicet, & aliquos à cibis abstinendo, alios eleemosynas dando, nonnullos sæpius flectendo genua, sive in Cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi quod ad animæ salutem pertinet.* Eadem habet Beda in Præfat. ad libr. de Remediis peccator.

Extat porro aliud præclarum istius judicii exemplum in veteri Notitia, quam in Cancellaria Canonicorum Veronensium asservari auctor est Hieronymus *dalla Corte* lib. 4. Hist. Veronensis pag. 178. quo non minimè illustrantur quæ paulò videntur intricatioria in suprà allatis verbis, etsi rem non omnino expediant. Sic autem Chronicon istud sub. an. 798. *Tandem habito consilio pacti sunt, ut hæc Dei & sancti Spiritus reservaretur judicio, eligentes duos juvenes Clericos, sine ullo crimine existimatos, statuerunt in Ecclesia S. Joannis Baptistæ ad Domum, & ad Crucem stare fecerunt, quorum unus Aregaus, pòst Archipresbyter Ecclesiæ majoris, nomine, ex parte publica, alter verò ex parte S. Zenonis, Pacificus videlicet, qui pòst Archidiaconus Ecclesiæ majoris fuit. Hi ambo ab introitu Missæ usque ad mediam Passionem tantùm, quæ est secundùm Matthæum, pariter starent, ille qui de parte publica datus fuerat, in terram velut exanimis corruit, Pacificus verò usque ad finem Passionis stetit. His gestis, & omnibus gratias Deo agentibus, quartam partem tam civitatis, quam castelli, pars Episcopi —— accepit.* Notitiam integram descripsit ex Panvinio Ughellus in Episcopis Veronensibus pag. 610.

Ex his planè docemur eos qui hujusmodi subibant examen, reverà in pedes stetisse, illumque qui hoc victus divino videbatur judicio, in terram corruisse: quod & indicant verba laudatæ à nobis Formulæ: *Sed & ipse in ipso placito ad ipsam Crucem visus cadisse: sed dum hæc causa sic fuit inventa, quòd ipse ille qui ad ipsum judicium,*

cium, vel ad ipsam Crucem cadisset, &c. Eò etiam referenda videntur quæ habet Agobardus Lugdun. lib. contra Judicium Dei, num. 1. *Jube ferrum, vel aquas calefieri, quas manibus illæsus attrectem: aut constitue Cruces, ad quas stans immobilis perseverem.* Illius autem qui ad Crucem ceciderat, & hac examinatione victus fuerat, *Crux evindicata* dicitur in Lemmate ejusdem Formulæ.

Sed ut verum fatear, quale fuerit ad Crucem examen, ex his non omnino percipi constat. An enim qui illud subibant, ante Crucem aliquam in pedes stabant, quod vult Hieronymus *dalla Corte? E davanti ad una croce gli fecero in piedi fermare.* An verò ad *Crucem stetisse* dicti sunt, quòd expansis brachiis, efformata quodammodo Crucis specie, certo temporis spatio starent, quæ fuit pœnitentiæ species, potissimùm apud Monachos, uti mox indicabimus? Verùm nodum videtur solvere Rudolphus Fuldensis in Vita S. Liobæ Abbatissæ Biscofheimensis cap. 15. Cùm enim infantulus recens natus in stagno Monasterio vicino inventus fuisset, crimenque alicui è Sanctimonialibus adscriberetur, Lioba Abbatissa ut an revera alicujus è suis Sanctimonialibus partus esset, detegeret, *præcepit omnibus Oratorium ingredi, & extensis in Crucis modum brachiis stare, quoadusque singulæ Psalterium totum ex ordine psallendo complerent, & deinde per tres in die, hoc est, tertia hora, sexta, & nona, vexillo Crucis elato, cum Litaniis Monasterium circuire, & pro purgatione sua divinam misericordiam invocare. Quod cùm fecissent, & in hoc ordine jam bis expleto, hora nona omnes Ecclesiam intrarent, cunctusque populus pariter congregatus adesset, Beata virgo Lioba perrexit ad altare, & stans ante Crucem, quæ jam tunc tertiò portanda parabatur, extendit manus in cælum, & cum gemitu ac lacrimis precabatur dicens: Domine Jesu Christe Rex Virginum, integritatis amator, invictissime Deus, ostende virtutem tuam, & libera nos ab hac infamia, quæ improperia improperantium tibi ceciderunt super nos. Hoc cùm dixisset, paupercula illa,* (Mendica) *antiqui hostis & captiva pariter & ministra, dæmonio repletur, & quasi flammis circumdata, nomen invocat Abbatissæ, crimenque quod commiserat, confitetur. Tum verò in cælum clamore sublato, plebs omnis ob stupent miraculo, &c.* Ex his, inquam, percipitur eos, qui Crucis judicium subibant, expansis in Crucis formam brachiis, ad Crucem revera stetisse certo ac definito tempore, & donec recitaretur, vel Evangelium, vel Oratio Dominica, &c. qui si immobiles permanerent, innocui; si verò divino quodam judicio caderent, aut crimen fateri ultro cogerentur, rei habebantur. Proinde eò referendum existimaverim quod habet Halitgarius Cameracensis in Pœnitentiali cap. 10. *Si titubaverit Sacerdos super Orationem Dominicam, quæ dicitur Periculosa, una vice 50. Psalmos, secunda vice centum plagis.* Eadem ferme habet Cumeanus Abbas de Mensura pœnitentiaria cap. 13.

Hanc demum per Crucem examinationis & judicii speciem abrogavit Ludovicus Pius Imp. ut habetur in Capitulari Aquisgran. an. 816. c. 27. in Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. § 32. & in Capitulis Caroli Magni lib. 5. cap. 102. *Sancitum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præsumat, ne Christi Passio quæ glorificata est, cujuslibet temeritate contemptui habeatur.* Sed &, ut suprà attigimus.

Ad Crucem expansis brachiis stare, vel se prosternere, pœnitentiæ species fuit, ut legere est in Canonibus Saxonicis Edgari Regis cap. de Magnatum pœnitentia, §. 3. *Sæpe etiam se extendat super signum Crucis, nunc erectus, nunc in terram prostratus.* Chrodogangus Metensis Episcop. in Regula Canonicor. cap. 33. *Si quis Clericus contumax aut inobediens, —— aut indicti jejunii transgressor, aut juxta Crucem standi & adorandi contemptor —— fuerit, &c.* Ubi Eonio Labei cap. 17. *aut ad Crucem stare jussus contempserit, &c.* Eò etiam referenda, quæ habet auctor Vitæ S. Austrebertæ num. 15. *Evigilansque Præposita, nesciens esse Dei famulam, valde eam increpavit, dicens: Cur ita agis, Soror? quare inquietas quiescentes? vade, inquit, ad Crucem. Illa autem gavisa, cucurrit quantociùs, stetitque immobilis, psallens, donec hora competenti, signo dato, consurgerent omnes.* Ubi rectè Tepizius observat fuisse in ulu ea ætate apud Monachos ejusmodi pœnitentiam, idque firmat ex Vita S. Lamberti: quæ quomodo inde videtur fluxisse, quòd qui criminis arguerentur, in purgationis judicium ita ad Crucem stare cogerentur. Pia allatis addo quæ habet Petrus Damian. lib. 1. Epist. 19. *Is itaque quandam scriptiunculam reperit, ubi dicebatur, quia si quis duodecim illic notatos Psalmos vices quater erectis in modum Crucis manibus caneret, pro una posset anno pœnitentia regulariter compensare, &c.* Histor. Translat. S. Antonini: *Et collo suprà pectus aptata Crux aurea cum imagine Christi, quæ Crux pectoralis appellatur.*

Cruces appellatæ Litaniæ publicæ, seu Processiones Ecclesiasticæ, in quibus præferri solent Cruces. Vita Nes Flotildæ: *Cùm venissent ad civitatem homines illarum villarum, inter quos habitabat, Deum precaturi cum Crucibus, vidit B. Remigium & sanctum Martinum deforis eisdem Crucibus obviantes.* Woltardus Presbyt. lib. 3. de Mirac. S. Walburgis num. 11. *Hebdomadam Crucium* vocat, quæ nostris *Rogationum* dicitur. Ibidem: *Accidit —— ut eo tempore, quo per universum mundum Cruces in Rogationibus solenniter solent elevari, &c.* Infrà: *Dum paratis omnibus Cruces à fidelibus efferrentur.* Vita S. Cunigundis Imp. num. 12. *Dum ipsa cum Conventu Crucem (nam dies Dominicus erat) sequitur, Abbatissa defuit.* Num. 22. *Cùm ad sua à Crucibus homines essent reversi, nam dies Rogationum instabant, &c.* Vita S. Arnulfi Metensis Episcopi cap. 10. *Extra civitatem cum Crucibus atque promiscuo genere populi orandi gratia secundùm morem processit.* Supplex Libellus Monachorum Fuldensium Carolo Magno oblatus cap. 19. *Ut Crucis gloriatio in singulis diebus Dominicis fiat ante Missam, fratribus omnibus circa vicina quæque loca Monasterii Crucem sequentibus Hymnos & Antiphonas cantantibus, sicut apud majores nostros usus erat, in diebus Dominicis Passionis & Resurrectionis Domini gloriam celebrari, & quòd in diebus jejuniorum ab Episcopo decretis, Crucem portare, & Litanias facere liceat.* Quo loco, *Gloriatio Crucis*, non est adoratio, uti vult Browerus, sed *elevatio*. Arresta an. 1260. in 1. Regesto Parlamenti fol. 22. *Super equo, quem Dominus de Bailleul debet ipsi Domino de Caumont redditum in domo sua de Caumont quolibet anno: super quo Dominus de Curmont facit cum submoneri quolibet anno ad primas Cruces.* Id est, Processiones quæ fiunt in die S. Marci 25. April. nam secundæ sunt, quæ in Rogationibus. Processiones porro etiamnum, in Andaino & vicinis locis in Ducatu Luxemburgico *Cruces* appellari, auctor est Joannes Robertus ad Vitam S. Huberti cap. 4. Vide Eckeardum juniorem de Casib. S. Galli cap. 6. & Chronicon Montis-Sereni pag. 125. Præterea Nov. Justiniani 123. cap. 31. & Eclog. Leonis & Constantini Impp. tit. 9. §. 17.

Cruces nigræ, ita dicta Litania major, seu Gregoriana, quòd, cùm agebatur, ædes sacræ, altaria atque ipse populus ipse nigris ornamentis & vestibus induerentur. Durandus lib. 6. Ration. cap. 102. num. 2. 10. *Litania hæc*

hæc dicitur Gregoriana vel Romana: vocatur etiam Cruces nigræ, quoniam in signum mœroris ex tanta hominum strage & in signum pœnitentiæ homines nigris vestibus induebantur, & Cruces & Altaria nigris velabantur. Quò spectant, quæ ab ipso Gregorio scribuntur in Epist. ad Episcopum Ravennatem, in qua Litania ista: *Tempus cineris & cilicii* appellatur: & in Ordine Romano & ab auctore Micrologi cap. 57. narrantibus eam ob causam à Patribus sancitum, ut *non equitando, non vestibus pretiosis utendo; sed in cinere & cilicio* perageretur. Meminit porrò Joinvilla *Crucum nigrarum*, dum ait, natum S. Ludovicum in festo die sancti Marci Apost. *Celui jour portoit-on les Croix en Procession en plusieurs lieux de France, & les appelloit-on Croix noires.*

Cruces Bannales. Peregrinationes & Processiones, non quæ Imperiali banno & Edicto statutæ & confirmatæ erant, ut censet Joannes Robertus; sed quæ intra parœciarum seu Ecclesiarum *bannum* & districtum peragebantur, vel potius Processiones districtus cujusvis parœciæ, ut docuimus ad Joinvillam. Catalogus Abbatum Andainensium, apud eundem Robertum: *Item obtinuit confirmari Monasterio oblationes fidelium, quæ vulgò Cruces bannales dicuntur de tribus Decaniis.* Charta Guidonis Cardinalis Prenestini an. 1202. apud Bolandum 22. Martii pag. 391. *Dilecti filii fratres Eykensis Ecclesiæ humiliter à nobis postularunt, quòd Sacerdotes & parochianos quarumdam villarum Ecclesiam suam infra milliare circumjacentium —-literis nostris commoneremus, ut singulis annis cum bannalibus crucibus sicut de jure & antiqua consuetudine ad alias Conventuales Ecclesias per Episcopatum Leodiensem fideles solent convenire, ipsi quoque pro salute animæ suæ peregrinantes, infra 4. dies Pentecostes prædictam Ecclesiam visitarent, &c.* Alia Charta pag. seq. *Ut singulis annis cum bannalibus Crucibus suis & eleemosynis suis Eykensem Ecclesiam visitarent.*

Schola Crucis, seu eorum, qui in processibus Cruces præferunt. Cencius Camerarius in Ceremoniali: *Præfecti navales, schola Crucium, & Capellani tale Presbyterium —- accipiunt.*

Cruce subscribere, seu Signum Crucis, subscriptionis vice, chartis & instrumentis apponere. Concilium Celichytense an. 816. can. 6. *Sancitum est, ut non frangantur judicia Episcoporum, quæ à nobis nostrisque prædecessoribus synodali decreto constituta sunt, —-seu etiam de omni re quæcumque cum vexillo sanctæ Crucis Christi roborata est, sic stare servareque præcipimus.* Concilium Triburiense an. 821. can. ult. *Et Imperator & pene omnes Galliæ & Germaniæ Principes subscripserunt, singuli singulas facientes Cruces.* Charta Philippi Regis Fr. an. 1076. in Chronico Abbatiæ S. Joannis de Vineis: *Sicut usus postulat, imposita Cruce, & imposito meo sigillo regali adstipulationem litteris retractam confirmavi.* Charta Henrici II. Regis Angl. in Monastico Angliæ. tom. 3. pag. 7. *Has donationes & ordinationes confirmarunt & cruce signarunt Henricus Rex & Mathildis Regina, &c.* Ordericus Vitalis lib. 4. *Dunstanus etiam Archiepiscopus cum suffraganeis suis prædictarum rerum donationem facto Crucis in Charta signo corroboravit.* Idem lib. 12. *Ipse verò* (Rex) *libenter eam* (Chartam) *Cruce facta firmavit, & optimatibus suis, qui aderant, Crucis signo similiter corroborandam tradidit.* Adde lib. 11. pag. 840. Arnulfus Lexoviensis Episcopus in Epist. ad Abbatem S. Ebrulfi: *Qui obedientiam Prælato suo viva voce & scripto, juramento etiam corporaliter interveniente, & adhibita salutiferæ Crucis impressione signavit.* Ingulfus: *Nam chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea usque ad Edwardi Regis tempora fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis, aliisque signaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes, chirographa Chartas vocabant, &c.* Ubi observare licet, in subscriptionibus effictas cruces aureas, ut & apud Matthæum Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 52. *Cumque in Juventur Regum Anglicanorum, Offæ scilicet ac cæterorum scripta, in quibus pro sigillis novo more dependentibus veteri consuetudine Cruces aureæ manu Regum depictæ, in principio positæ erant, &c.* Illius porrò moris Crucem apponendi in subscriptionibus prostant passim exempla, præsertim in Chartis Anglo-Saxonicorum Regum, apud Ingulfum, & in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 14. 15. 17. &c. Vide Ordericum pag. 603.

Quinetiam is mos apud Græcos obtinuit, ut perinde Cruce subscriberent. In Synodo VIII. act. 10. subscribunt Imperatores Basilius, Constantinus, & Leo, *πήξαντες ἰδιοχείρως ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν τύπον, —γεγραφότες τὰς οἰκείας ὀνομασίας.* S. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. pag. 134. *Ἀλλὰ καὶ πρὸς πλείονα πληροφορίαν, τοῖς ἰδιοχείροις μου σταυροῖς ὑπογράφω τῷ τῆς ὀρθοδοξίας λιβέλλῳ ἑτοίμως.* Infrà, *παραβάτης τῶν ἰδιοχείρων σταυρῶν*, dicitur perjurus, vel qui fidem scripto consignatam fallit, qui *σταυροπάτης* aliis appellatur. Interdum verò in ipsis Chartulariis cruce subscribebant, qui quidpiam Ecclesiæ donabant. Liber Chirographorum Absiæ fol. 61. *Concessit eisdem Monachis omnia dona matris suæ, faciendo crucem cum matre in Chartulario.* Hujusmodi subscriptionum complures extant in Tabulario ejusdem Monasterii, hisce formulis ad Crucis figuras adscriptis: *Hanc Crucem fecit Goffridus Rufus. Hanc fecit Paganus frater ejus, istam fecit Reginardus frater ejus.* Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinop. *Τῷ μυριάκις τὸν τίμιον τοῦ Χριστοῦ καταπεπατηκότι σταυρόν.* Scylitzes in Michaële Calaphate, qui jusjurandum ruperat, pag. 730. *Ἡμεῖς σταυροπάτην Καλαφάτην βασιλέα οὐ θέλομεν.* Auctor incertus post Theophanem pag. 436. *Καὶ ἀθετήσας τὸν σταυρὸν, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν, ἣν ἐποίησεν, ἐστράφη εἰς τὸ ἐναντίον μέρος.*

Interdum quò solennius ac firmius esset pactum, quod subscribebatur, cruces ipsæ exarabantur calamo in pretioso Christi sanguine intincto: cujus rei exempla produnt Theophanes sub ann. 20. Heraclii pag. 275. Leo Grammaticus in Michaële Theophili filio pag. 465. Vide Chronici veteris fragmentum apud V. C. Steph. Balusium ad Agobard. pag. 129. Et Allatium lib. de utriusque Ecclesiæ perpet. Consens. pag. 1634. 1635. Denique cruce subscribebant, qui literas nesciebant. Vide Glossar. med. Græcit. in *σταυρός*.

Inde porrò origo vocis *signum*, pro *subscriptione* petenda, quòd qui subscriberent, *signum Crucis* non modò exararent; sed & in iisdem subscriptionibus *signum sanctæ Crucis* imprimere, vel *signo sanctæ Crucis* chartas firmare se testarentur: quod quidem adhibuere ut plurimum fideles, tanquam symbolum juramenti, seu sacramenti: cùm duplex sit Sacramentum, corporale scilicet, & quod in instrumento continetur: *Instrumento* enim *jurare* dixit Lex. 3. Cod. Si quis minor se majorem dixerit, ut *manu jurare*, vetus Scheda Abbatiæ Moissiacensis: *Comes Tolosanus hanc eandem donationem ibi deveniens rogatu nostro corroboravit, firmavit, manuque propria juravit*, id est, subscriptione sanctæ Crucis. Nam ut sacramentum corporale fiebat tactu sanctæ Crucis, ita sacramentum instrumentale, ut ita dicam, fiebat appositione, & impressione signi ejusdem sanctæ Crucis. Atque ita censet vir doctissimus Marca lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 25. Vide *Signum*.

Crux collaria, quæ collo appenditur, *ἐγκόλπιον*, Episcoporum scilicet apud Osbernum in Vita sancti Elphegi Archiepiscopi Cantuariens. num. 40.

Crux triumphalis, dicta Durando lib. 1. Ration. cap. 1. num.

num. 41. *quæ in plerisque locis in medio Ecclesiæ ponitur.* *Crux triumphalis*, Crux Dominica, quam *Veram Crucem* vulgò dicimus, apud Vincentium Belvacens. lib. 32. cap. 97. In Charta Balduini II. Imp. Constantinop. an. 1247. fit mentio *Crucis triumphalis*, quam Byzantio in Franciam ad S. Ludovicum Regem misit idem Princeps. Vide Addit. ad Matth. Paris cap. 108. & Notas ad Villharduinum pag. 311.

Cruces vice terminorum, in agrorum confiniis, non semel occurrunt. Charta Childeberti Reg. an. 706. apud Mabillon. de Re Diplomat. pag. 481. *Et oratorio ille ad Cruce, qui conjungitur ad ipso terminum de ipsa villa solemio, &c.* Charta fundationis Abbatiæ S. Guillelmi in deserto an. 838. *Omnia hæc cum omni integritate, sicuti à Misso genitoris nostri Caroli Leydrath Archiepiscopo traditum est in arboribus per Cruces & terminationes assignatum fuit.* Liber mirabilis, seu Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 1. *Per concava loca, & sicut mons dividitur per Cruces, quas manibus nostris posuimus & ibi construximus.* Charta Calixti PP. an. 1120. pro Ecclesia Matisconensi apud Chiffletium in Tornutio: *Infra quos videlicet terminos, sicut per Cruces juxta terræ consuetudinem distincti sunt, captiones, deprædationes, —penitus prohibemus.* Charta ann. 1277. pro Libertatib. Villæ Pluriacensis: *Si aliquis ex justitia nostra alicui de burgo intra Cruces injuriam intulerit, &c.* Id est, intra banleucam. Vide Catellum in Hist. Occitan. pag. 786. Doubletum in Hist. Sandionysiana lib. 3. cap. 12. pag. 835. Mabillonium tom. 5. Vitarum SS. Ordinis S. Benedicti pag. 90. Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 59. Ingulfum pag. 856. 878. 881. Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 143. &c. Hispani porrò *Encruzijada*, appellant vias duas, quæ ad unam Crucem tendunt, vel desinunt. Vide Thomasserium in Consuetud. localib. Bituricensib. lib. 1. cap. 16. 57.

Fidantiam de prima, secunda & tertia Cruce, appellant Fori Arragonenses, & Vitalis Oscensis Episc. apud Hier. Blancam in Comment. Rer. Arag. cùm quis idoneum fide-jussorem tenebatur dare. Siquidem in villa ista, in qua morabatur, invenire non poterat, qui in ea hæreditatem, id est, prædia vel immobilia possideret, jurando quòd non poterat habere, alium tenebatur è duobus proximioribus oppidis dare. Quòd si neque id, tunc se tradere debebat custodiæ creditoris. Et hanc veteres Fidantiam, de prima, secunda, & tertia Cruce appellabant, nempe à lapideis vel ligneis crucibus, quæ ad locorum portas, seu ad bivia poni solent. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. in Observantiis lib. 4. tit. de Fidejussorib. §. 29. *Fidancia de Cruce dicitur, qui habet bona sufficientia.* Fori Oscenses an. 1247. fol. 8. *Ipsa fidantia debet esse infantionia, & etiam quòd sit hæres de illo loco, secundùm quod judicat Forus: quòd si fortè habere non poterit de illo loco, donet eam de Cruce. Si pignoratus non potest dare fidantiam de loco, ubi habitat pignorator, det eam de prima Cruce: quam si habere non potest, jurando quòd non potest, det de secunda Cruce: quam si adhuc habere non potest, jurando quòd non potest habere, det eam de tertia Cruce: quam si habere non potest, tradat se custodiæ Curiæ, quousque jus compleat conquerenti.*

Cruces erigere. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 37. *Quia multi tenentes erigunt Cruces in tenementis suis, aut erigi permittunt in præjudicium Dominorum suorum, ut tenentes per privilegia Templariorum & Hospitaliorum tueri se possent, contra capitales dominos feodorum: statutum est, quòd hujusmodi tenentes capitalibus dominis aut Regi incurrantur.*

Cruces erectæ, in magnatum funeribus, iis locis, in quibus pausabant, qui feretrum deducebant: quod docent etiamnum stantes in eo itinere Cruces, quod à Lutetia Parisiorum ad Monasterium Sandionysianum ducit, in quo Regum Franciæ humo reconduntur cadavera. Liber Miraculor. S. Wandregisili, de ejusdem Sancti reliquiis: *Ipso autem fluvii ponte beatissimis cum corporibus transito, in loco, ubi pausaverant, Crux lignea à fidelibus populis ponitur.* Thomas Walsinghamus an. 1291. de Reginæ Angliæ Edw. I. uxoris funere: *In omni loco & villa, quibus corpus pausaverat, jussit Rex Crucem miro tabulatu erigi, ad Reginæ memoriam, ut à transeuntibus pro ejus anima deprecetur, in qua Cruce fecit imaginem Reginæ depingi.*

Crucem assumere dicebantur, qui ad sacra bella profecturi Crucis symbolum palliis suis assuebant & affigebant, in signum votivæ illius expeditionis, cujus originem Concilio Claromontano sub Urbano II. adscribunt Scriptores omnes Rerum Hierosol. & alii passim.

Accipiebantur autem Cruces ab Episcopis, Abbatibus, & majoris dignitatis Prælatis, cujus moris exempla proferunt Guibertus lib. 2. Gestor. Dei cap. 2. Otto Frisingensis lib. 1. de Gestis Frideric. cap. 37. 40. Joinvilla in Hist. S. Ludovici, Villharduinus num. 22. Matth. Westmonasteriensis an. 1178. Godefrid. Monach. an. 1188. Malbrancus lib. 11. de Morin. c. 12 & alii sine numero.

Variè porrò in his expeditionibus sacris Cruces vestimentis suis affixere Peregrini. Nam in Hierosolymitanis, eas in dextris scapulis posuere. Urbanus II. PP. apud Robertum Monachum lib. 1. Hist. Hierosolymit. *Qui verò voti compos ingredi voluerit, inter scapulas* (Crucem) *retro ponat.* Tudebodus lib. 1. *Franci audientes talia eloquia, protinus in dextra fecere Cruces suere scapula.* Iisdem consona habent cæteri Scriptores Rerum Hierosolymitanar. præterea Lupus Protospata an. 1096. Galterus Tervan. in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 3. Willelmus Neubrig. lib. 3. cap. 23. Gesta Ludovici VII. cap. 3. Villharduinus num. 22. &c. Quibus hæc addo ex Poëmate MS. inscripto *le Roman du Renard:*

Mais coment que il en doie estre,
La Crois est en m'épaule destre,
L'escharpe & bordon li aportent, &c.

Erant Cruces illæ ut plurimùm sericæ, vel auro textæ, ac denique ex quolibet panno in *chlamydibus, aut birrhis, sive tunicis*, seu *in vestibus superamictis*, assutæ, ut habent Guibertus lib. 2. cap. 5. Fulcherius Carnotens. lib. 1. cap. 1. & Baldricus Dolensis. Sed ut plurimùm earum color erat coccineus, ut est apud Annam Comnenam lib. 10. Alex. pag. 284. Postmodum in ea, quam anno 1188. Philippus Franciæ & Henricus II. Angliæ Reges inierunt Hierosolymitana expeditione, *prædicti Reges in susceptione Crucis, ad cognoscendam gentem suam, signum evidens sibi & suis providerunt. Rex namque Franciæ & gens sua susceperunt Cruces rubeas, & Rex Angliæ cum gente sua suscepit Cruces albas, & Philippus Comes Flandriæ suscepit Cruces virides.* Ita Hovedenus, & alii à nobis laudati ad Alexiadem pag. 350.

In expeditione, quæ contra Manfredum Siculum, tanquam hæreticum decreta est an. 1264. Crucem detulere Peregrini *partitam* ac *divisam*, cujus pars una albi, altera rubei erat coloris. Chronicon MS. quod extat in Tabulario S. Maglorii Parisiensis:

L'an mil deux cens soixante-quatre
S'alla Charles li Rois combatre,
En Puille encontre Mainfroy,
Alors fu une Croiserie,
Dont on portoit la Crois partie,
Les Crois furent si come semble,
De blanc & de vermeil ensemble.

In aliis aliquot expeditionibus sacris, ad discrimen Hierosolymitanarum, non in scapulis; sed alibi assutæ Cruces leguntur. Verbi gratiâ, in ea, quæ contra Albigenses

genses suscepta est, in pectore eas detulere Peregrini, ut observant Rigordus an. 1213. Chronicon Andrense an. 1212. & Chronicon Flandriæ vernaculum cap. 13. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Vexilloque Crucis munito pectore Regis,
Tota cohors Procerum signo se munit eodem.

Et Chronicon MS. Tabularii S. Maglorii Parisiensis:

Et lors fist l'en un Croisement,
Don l'en portoit la Croiz devant.

In prælio contra Mauros Hispanos anno 1212. Christiani pariter Crucem in pectore detulere, ut est in Epistola Arnaldi Archiepiscopi Narbonensis, quam descripsit Ughellus in Episcopis Sabinensibus pag. 191. In ea expeditione, quam Saxones adversus vicinas quasdam gentes idolorum cultui deditas suscepere, Cruces ii assumpserunt, quæ *non simpliciter vestibus assutæ erant; sed à rota subter posita in altum protendebantur*, ut ait Otto Frising. lib. 1. de Gestis Frid. cap 40.

Ut porrò Crucesignati, domo excedentes, solenni ritu, cum Ecclesiastica Processione deducerentur extra Parochiæ fines, vide in verbo *Peregrinatio.*

Crucis privilegium, seu Crucesignatorum, multiplex fuit: Summi quippe Pontifices ac Principes, quò fideles ad expeditiones Hierosolymitanas subeundas pro Terræ-Sanctæ tuitione provocarent; eos identidem variis donavere privilegiis, in quibus sequentia recensentur.

A debitis persolvendis induciæ eis concedebantur, donec rediissent ab expeditione, vel aliquot definitos annos, ut est in Constitutione S. Ludovici mensis Octob. an. 1245. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 467. & apud Rigordum pag. 26 &c.

Ab usuris pecuniarum sibi à creditoribus creditarum exempti pariter erant, ex Conciliis Lateranensi IV. & Lugdunensi. Vide Otton. Frisingensem lib. 1. de Gest. Friderici cap. 35. Rigordum an. 1188. Gesta Innocentii III. pag. [illegible]7. &c.

A collectis & talliis erant immunes, nisi illæ essent reales. Vide Concil. Lugdun. an. 1245. apud Matth. Paris, & Spicileg. Acher. tom. 6, pag. 456. 467. Sed &

Licebat Crucesignatis terras sive posessiones suas inconsultis dominis, Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis; vel aliis quoque fidelibus pignori dare, ex Rescripto Eugenii PP. apud Ottonem Frising. lib. 1. de Reb. Frider. cap. 35. & Will. Neubrig. lib. 3. cap. 23.

Eorum bona & personæ post Crucem assumptam erant in protectione B. Petri & summorum Pontificum, atque adeo omnium Prælatorum, ut est in eodem Concilio Lugdun. & Lateranensi IV. apud Rogerum Hovedenum pag. 639. Petrum Fontaneum nostrum in Consilio cap. 17. §. 7. 14. Chopin. lib. 3. de Sacra Polit. tit. 4. §. 15. &c.

Eorum lites ac causæ agitabantur in foro Ecclesiastico. Vide Innocent. III. lib. 15. Epist. 197. Gervasium Dorobern. pag. 1522. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 467. 468. veterem Consuetudinem Normanniæ cap. 45. Sammarthanos in Archiepisc. Rotomagens. sub an. 1267. & quæ notamus ad Stabilimenta sancti Ludovici pag. 180.

Cessabant tamen ejusmodi privilegia in casibus criminalibus. Vide eadem Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 82. Consuetud. Britan. art. 666. & Regestum 31. Chartophylacii Regii fol. 7. & 8.

Cùm igitur ejusmodi Crucesignatorum privilegia non creditoribus modò; sed ipsis etiam Crucesignatis damnosa essent, ut quæ æs alienum propter ingruentes necessitates contrahendi facultatem iis adimerent, inducta postmodum in eorum favorem, & creditorum, in contractibus publicis, *Renunciatio privilegio Crucis*, vel *Crucesignatorum*, quam iis verborum formulis conceptam legere est in Charta an. 1273. in Regesto Comitum Inculismensium: *Renuncians per fidem in hoc facto exceptioni doli mali, actioni in factum, omni privilegio Crucesignatorum & Crucesignandorum indulto & indulgendo, &c.* Et in alia vernacula an. 1272. in eodem Regesto: *Et ont renoncié au privilege de Croix prise ou à prendre, au benefice de division, à l'aide de fait, à l'Epistre Velleien.* In alia denique an. 1278. *Renuntiantes --- immensæ donationi, & cuilibet ingratitudini, & privilegio Crucis sumptæ & sumendæ, &c.* Occurrit ejusmodi formula in Chartis aliis apud V. Cl. Ægid. Menagium in Originib. Gallic. pag. 830. 831. Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 981 &c. His videntur addenda, quæ habet Statutum Philippi Pulcri an. 1303. quod descriptum legitur in Regesto 36. Chartophylacii Regii, Charta 133. *Item ordinamus, quòd si quis expressè & ex certa scientia renuntiaverit privilegio exercitus Crucis, novæ bastidæ, seu quinquennalium induciarum, in instrumento debiti, vel alterius contractus expressi, non possit ex tunc se juvare dicto privilegio.*

Cruces binas in vestibus deferre jubentur hæretici sponte conversi, in detestationis veteris erroris argumentum, in Concilio Tolosano an. 1229. can. 10. *alterius coloris quam sint vestes eorum, unam a dextris, alteram à sinistris.* Ita in Concilio Biterrensi an. 1233. can. 4. Tarraconensi an. 1242. Biterrensi an. 1246. in Consilio Archiepisc. Narbon. cap. 26. &c.

Crux, pro acie militari, quæ nostris olim *Scala* & *Scara*. Laurentius Veronensis de Bello Balearico:

Inde viris nummi veniunt, Balearque ruina,
Pisanos equites cunctos jugulare, simulque
Constituit in totis circumdare noctibus agmen:
Tresque cruces noctis quibus alternare labores
Continuos possent, & se recreare quiete,
Sub tribus egregiè generosis distribuerunt.
Ergo Crucis primæ curam Gualandus habebat,
Gualando genitus, fuit Ildebrande secundæ
Tradita cura tibi, Otti pulcherrima proles,
Præsidet extremæ Leo, clara propago Leonis,
Hi lorica[illegible] sociis [illegible]omitatibus ibant
Murales aditus crebro terrore petentes, &c.

Fratres Crucis. Levoldus à Nortoff in Chron. Markano an. 1 5 09. *Eo anno Crucesignati, qui Fratres Crucis vocabantur, in diversis terris & nationibus se per turmas collegerunt, & ad Romanam Curiam concurrerunt intendentes, ut dicebant, mare transire in subsidium Terræ Sanctæ. Sed cùm venirent Avenionem vel ad mare, divisi ab invicem per vias diversas redierunt.* Iidem qui *Pastorelli.* Vide in hac voce, & supra *Crucifratres*, & in verbo *Stan[illegible]a.*

Crux, pars Ecclesiæ, quæ vulgò *la Croisade* nostris dicitur. Vide in *Cancellus.*

CRYPTA, *Cripta*, Locus subterraneus, quomodo *Cryptas* usurpat Ulpianus in leg. 1. §. 5. D. Uti Possid. Gloss. S. Benedicti cap. de Civitatibus. *Cripta* ῥαγὰς [illegible]. Gloss. Lat. Græc. *Crupta*, Βαίτης. Hesychio verò Βαίτης, est τὸ [illegible]κρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ. At unde vox Βαίτης, & Β[illegible], planè incertum? Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 6. *Cryptæ sunt specus subterranea, dictæ à profunditate abrupta, sicut & Crepidines dicimus abruptas summitates quorumlibet corporum.* Senator lib. 4. Epist. 51. *Caveas illas saxis pendentibus absidatas, ita juncturis absconditis in formas pulcherrimas convenisse, ut cryptas magis excelsi montis crederes, quàm aliquid fabricatum esse judicares.* Gregorius Turon. lib. 10. Hist. Franc. cap. 31. *Ac per cryptas & latibula cum paucis Christianis per eum conversis mysterium solennitatis diei Dominici clanculò celebrabat.* Vide Gregor. Magn. lib. 9. Epist. 38. Anastasius Biblioth. in S. Hadriano PP. *Constituit Monasterium SS. Hadriani atque Laurentii, quod in ruinis marcescebat à priscis temporibus, & tanquam crypta à sæcularibus inhabitabatur.* Sed & in *cryptis* condita & sepulta Martyrum & aliorum cor-

pora, docent S. Hieronymus lib. 12. in Ezechiel. cap. 40. Gregorius Turon. lib. 1. Hist. cap. 9. &c.

Cryptæ potissimùm appellantur Oratoria & Sacella subterranea, cujusmodi plurima etiamnum occurrunt in vetustioribus ædibus sacris, quæ in quibusdam provinciis *Croutes* dicuntur. Gregorius Turon lib. 1. Miracul. cap. 8. *In qua Basilica est crypta abditissima, &c.* Cap. 43. *Hujus enim altare, positus in altum pulpitis, locatum habetur, cujus pars inferior in modum cryptæ ostio clauditur.* Cap. 50. *Hic in crypta Basilicæ B. Joannis sub altari est sepultus.* Adde eundem lib. 4. Histor. cap. 12. Hist. Episcoporum Autissiod. c. 44. *Patefecit quoque mediam cryptam ipsius cochleæ ad introitum commeantium.* Cap. 45. *Ambonem ibi vilem aspiciens, cryptis honeste compositis desuper honorifice constructum locavit.* Cap. 52. *Parietes Chori Ecclesiæ vitreavit, deinde cryptas, antea nimium tenebrosas, geminis ingressibus illustravit.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti sect. 12. cap. 3. *Egresso toto Conventu, accepta absconsa, si nox est, vadit per cryptam, & cætera membra Monasterii.* Cap. 4. *Circumeat omnia altaria in cryptis, & quæ ex utraque parte Chori subtus sunt.* Anselmus Leod. cap. 65. seu potiùs Ægidius Aureæ vallis Monachus:

Cujus præscriptam titulavi nomine criptam.

Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. c. 18. *Unde & cryptam satis insignem condidit, — quam consecrare obtinuit ad honorem S. Dei Genitricis Mariæ. In qua crypta per 4. quæ ibi sunt altaria — Sanctorum reposuit pignora.* Infrà: *Quarum* (reliquiarum) *multitudine decoratur majus altare cryptæ Centulensis.* Aimoinus lib. 2. de Mirac. S. Benedicti cap. 6. *Cryptas ipsius Ecclesiæ ingressa est, in quibus pretiosi Patris nostri Benedicti oratorium habetur.* Candidus Monachus Fuldensis apud Browerum lib. 1. Antiq Fuld. cap. 2.

Arcubus atque interpositis hinc inde columnis
Binas magnificè erexit pulcro ordine cryptas.

Infrà, cryptas istas *spelæi* & *antri* appellatione donat:

Nec minus hoc spelæum capitis in vertice gestat
Altare, &c.

Et mox:

In parte Occidua constructum cernitur antrum, &c.

Will. Thorn. pag. 1992. *Ut ista Collecta --- in Missa sancta Maria in criptis habeatur perpetuò.* Vide Ditmarum lib. 6. pag. 66. Baldricum in Chron. Cameracensi lib. 3. cap. 19. Ughellum tom. 6. pag. 867. &c.

Crypta, pro Grypta, in Charta an. 1157. apud Ughellum tom. 5. pag. 1529. *Consecravimus griptam majoris Ecclesiæ, quæ est sedes Reatini Episcopatus, cum majori altari in eadem gripta posito, &c.* Adde tom. 6. pag. 269.

Cryptatim, In modum & ad instar cryptæ, seu porticus cameratæ. Nam *crypta* Latinis Scriptoribus sunt porticus subterraneæ, quæ ideo etiam *Cryptoporticus* dicuntur Vitruvio, Plinio, Sidonio, & aliis: & cryptas cum porticibus jungit Spartianus in Adriano. Ado Viennensis in Chron. *Non multò post venerabilis etiam Bonifacius Pontifex Ecclesiam S. Michaëlis Archangeli nomine constructam dicavit in summitate Circi, cryptatim miro opere altissimè porrectam.* Auctor Mamotrecti ad Legendam ejusdem S. Michaëlis: *Cryptatim, id est, per cavernas sive cryptas porrectam & extensam.* Vide Baron. ad 8. Maii. Sidonius lib. 1. Epist. 5. *Vel certè pervii pontes, quos antiquitas à fundamentis ad usque aggerem, calcabili silice crustatum crypticis arcubus fornicavit.* Gregorius Turonens. lib. 1. de Mirac. cap. 38. *Crypta super eos miro opere fabricata est, quæ in arcum modo transvoluta, firmissima stabilitate subsistit.* Hieronymus Præfat. in Daniel. *Cùm & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem.* Monachus S. Mariani an. 1024. *Quam* (Ecclesiam) *protinus idem Præsul cœpit majore ambitu ac cryptarum curvaturis, quadris lapidibus certatim readificare.*

Cryptatus, In cryptæ modum fornicatus. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 92. *Cum atrio & subaula, quæ Palatium regium, quia duplex est & cryptata, dici potest.*

CUADA. Gloss. Arabico-Lat. *Ros, Cuada.*

CUBA, Cisterna, Syris. Hieronymus in Vita S. Pauli Eremitæ cap. 5. *In cisterna veteri, quam gentili sermone Syri Cubam vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur.* Vide eundem ad cap. 6. Hierem.

CUBA, Cupa, labrum, Gall. *Cuve.* Ratherius Veron. in Itinerario: *Cubam frumento onerari præcepit.* Hepidannus de Vita S. Wiboradæ cap. 20. cujus lemma sic concipitur: *Qualiter dissoluta cuba, ejus precibus rejuncta est*, in ipso textu *tyna*, pro *cuba* ponitur. Occurrit præterea apud Monach. Sangallensem in Carolo M. lib. 1. cap. 17. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Rutenis Ch. 252. *Cum mansione, cum trolio, cum tonnas, cum cubas, cum hortos, &c.* Ch. 298. *Cum ipsa vinea & cum ipsas cubas, &c.*

Cuba, alia notione, fortè pro *cumba*, Locus subterraneus. Rufinus Monachus S. Sabini apud Ughell. in Placentin. Episc. *Ad pedes B. Sabini est altare S. Martini --- in alia cuba, juxta Orientem, sepulchrum SS. Victoris, Domnini, &c.*

Cuba, in Glossario Cambronensi, *extrema pars navis, dicta quòd incubet aquis. Cumba vero dicitur lectica, à cubando.* Vide *Cumba.*

CUBARE *ova*, pro, *ovis incubare*, ex Gall. *Couver*, apud Fridericum II. lib. 2. de Arte venandi cap. 7. *Le tempore cubationis avium rapacium certi non sumus, -- opinamur tamen ipsas cubare ova sua infra 40. dies.*

CUBIA, idem quod *Excubia*: Gallis, *la Garde.* Charta Libertatum Baugiaci an. 1250. apud Guichenon. & Charta Libertatum Sangiaci an. 1280. apud Perardum pag. 510. *Item si cubia vel excubia alicui imposita fuerit, & eam per se, vel per idoneum substitutum non impleverit, vel fecerit, nobis in 3. solidis teneatur.* Charta Libertat. Jasseronis apud eundem Guichenonum: *Non tenentur nos juvare ad guerras nostras, --- nec cubiam, vel excubiam in castris nostris facere.*

CUBICULARIS. Sosipater Charisius lib. 1. Instit. Grammat. & ex eo Beda l. de Orthogr. *Cubicularius, custos cubiculi: Cubicularis verò, lectus cubiculo aptus. Cubiculares & tricliniares lecti*, apud Lampridium in Heliogabalo. Vide *Cubilaris.*

Cubicularis puella, in Vita B. Mathildis Reginæ num. 4. Et apud Berardum Archidiac. in Vita Geraldi Archiep. Bracarensis num. 12.

CUBICULARIUS. Papias, ex Sosipatro: *Cubicularius custos cubiculi.* Gloss. Græc. Lat. κοιτωνίτης, *Cubicularius.* Præsertim verò ita appellati Eunuchi, quòd præcipuum illorum fuerit munus, ut ait Corippus,

Conservare domum, sanctumque intrare cubile.

Gloss. Lat. Græc. *Cubicularius*, εὐνοῦχος. Lex penult. Cod. de Præpositis sacri cubiculi: *Cùm quis dederit Eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhæsurum.* Scholiastes Juliani Antecess. ad cap. 83. *Quæsitum est, & quid Cubicularii non sunt servi? & dictum est, immo & constitutio posita est Leonis, ut mox oblatus fuerit aliquis Eunuchus Principi, mox in ipsa oblatione fiat liber.* Evagrius lib. 4. οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσι, οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. Sed & à cubiculi custodia εὐνούχους appellatos indicat Novella 98. Leonis: καὶ τῆς εὐνῆς ἀνυποπτους φύλακας εἶναι, τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις ἐγγυᾶται.

Cubicularios Regum Franciæ 1. & 2. stirpis aliquot commemorant Scriptores, ac *Eberonem* sub Childeberto Austrasiæ Rege, *Faraulfum* sub Chilperico I. *Eberulfum*, sub eodem Chilperico, & *Chundonem*, sub Gunthranno, Gregorius Turon. lib. 7. cap 18. 21. lib. 10. cap. 10. *Bertharium*, sub Theoderico II. Fredegarius cap. 38. *Austrapium*, sub Dagoberto I. vetus Charta pro Monasterio S. Dionysii apud Miramontium, *Adalgisum*, sub Carolo Magno Eginhardus, Poëta

Saxonic.

Saxonic. & alii ad ann. 782. *Reginfredum*, sub eodem Carolo, Annales ejusdem Eginhardi an. 791. *Rothbertum*, sub Carolo Calvo, an. 852. Audradus in Revelat. &c.

Cubicularii, apud Julianum Antecessor. Constitut. 60. *Chartularii*, scilicet *sacri cubiculi*, intelliguntur, ut est apud veterem Scholiastem.

Cubicularius tonsuratus, in familia Summi Pontificis, in Ordine Romano, ad discrimen *Cubicularii Laici*, cujus etiam meminit idem Liber. *Tonsurati* autem munus erat circa vestes Ecclesiasticas, ut Laici circa quotidianas. *Laico* autem, ut est in eodem Libro, *hac cura est præscripta, ut sella Pontificis in sacrario sit parata, donec ille veniat celebraturus divina Mysteria.* De Tonsurato, idem alio loco: *Pontifex autem per manus Subdiaconorum mutat vestimenta hoc ordine: defert ea plicata Cubicularius tonsuratus, accepta de manibus Ostiarii.* Eligebantur autem Cubicularii isti Pontificii ex Schola Cantorum. Idem Ordo Romanus: *Primum in quacumque schola reperti pueri bene psallentes tollantur inde, & nutriantur in Schola Cantorum, & postea fiant Cubicularii. Si autem Nobilium filii fuerint, statim in cubiculo nutriantur, & hanc accipiant potestatem ab Archidiacono, ut liceat eis super linteum villosum sedere, quod mos est ponere super sellam equi.* Ceremoniale Roman. lib. 1. Sect. 2. *Hos sequuntur quatuor nobiles, pilea quatuor supra baculos quosdam deferentes, qui Scutiferi honorarii vocantur Cubicularii.*

Cubicularii, iidem, qui apud nos *Capellani*, Sacellorum, seu *Cubiculorum*, de quibus mox, custodes. Anastasius Bibl. in S. Leone I. PP. *Hic constituit super sepulcra Apostolorum custodes, qui dicuntur Cubicularii, ex Clero Romano.*

Cubicularius Ecclesiæ, Æditüus, *Mansionarius*. Itinerarium S. Willibaldi num. 25. *Et primo anno illuc veniens, Cubicularius fuit Ecclesiæ: & in secundo Decanus erat in Monasterio.*

Cubicularius novæ Romæ. Ita indigitatur quidam Monachus apud Ughellum tom. 5. Italiæ Sacræ pag. 1505. *Hilarius Sacerdos & Monachus, & magnæ Ecclesiæ novæ Romæ Cubicularius.* Quæ quidem dignitas alia non videtur ab ea, quam κουβουκλείου appellat Pachymeres lib. 12. cap. 2. qua etiam donatus fuit Romanus quidam. κουβουκλήσιος τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας, Πρωτονοτάριος τοῦ βασιλικοῦ ξενῶνος τοῦ Μεγάλου καὶ ἀνδρός, cujus liber περὶ ὄξεων laudatur à viro doctissimo Petro Lambecio lib. 6. Comment. de Bibl. Cæsarea pag. 141. ut & Joannes Cameniata, cujus narrationem de Excidio urbis Thessalonicæ edidit Leo Allatius, in cujus Epigrapha dicitur κληρικὸς καὶ κουβουκλείσιος. Hujus etiam dignitatis Ecclesiasticæ meminit Balsamon ad Concil. VI. can. 7. Sed quæ illa fuerit, haud omnino promptum est definire, cùm de ea sileat Codinus in Catalogo dignitatum Ecclesiæ Sophianæ. In Concilio Nicæno II. act. 1. & 4. memoratur Cosmas Diaconus, Νοτάριος καὶ κουβουκλείσιος τοῦ εὐαγοῦς Πατριαρχείου. In Act. 5. κουβουκλεισίων dicitur. Eadem fortè dignitas, quæ ὁ Κουβουκλῆς appellatur in Catalogo dignitatum S. Sophiæ Medoniano, ubi ejus officium sic describitur: ὁ Κουβουκλῆς, ἵνα ὀψίζει τὸ δικανίκιον τοῦ Ἀρχιερέως, ὅταν λειτουργεῖ. Ita *Cubuclesius* fuerit Capellanus Patriarchæ. Vide *Cubicularius*.

Cubicularius, interdum idem qui *Camerarius*, seu Thesauri Regii custos. Ita apud Ealredum in Vita S. Edwardi Confess. cap. 2. num. 9. *Camerarius accessit ad thecam, in qua as Regium servabatur.* Et mox: *Hoc enim cubicularii nomen erat, &c.* Adde Vitam S. Wlstani Episcopi Wigorn. apud Capgravium c. 2. Ughellum tom. 1. pag. 121. &c.

CUBICULUM, Cubile, lectus. Vita S. Joannis Traguriensis Episc. *Nec secus toto vitæ suæ cursu fuit usus thalami proprii cubiculo, quod à Cubiculariis ejus egregiè paratum spernebat, — & admisso secretiùs pauperem eum in memorato cubili locabat.*

Cubiculum, Tumulus, sepulcrum, cubile, quomodo *lectus* eadem notione dicitur. Liber Miraculorum S. Andeoli apud Columbum in Episcopis Vivariensibus lib. 2. pag. 202. *Cùm frequens oratio esset cuncto populo, ut dominus cubiculum servi sui revelaret, &c.*

Cubiculum, Oratorium, Capella. Paulinus Epist. 12. ubi templum S. Felicis Nolanum describitur: *Cubicula intra porticus quaterna longis Basilicæ lateribus inserta, secretis orantium, vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent. Omne cubiculum binis per liminum frontes versibus prænotatur.* Anastasius Bibl. in Marcellino: *Hic sepultus est in Cœmeterio Priscillæ, in cubiculo claro.* In Symmacho PP. *Fecit autem oratoria 2. S. Joannis Evangelistæ & S. Joannis Bapt. — quæ cubicula omnia à fundamento perfecta construxit.* In Sergio: *Hic tectum & cubicula, quæ circumquaque ejusdem* (S. Petri) *Basilicæ sunt — studiosiùs innovavit ac reparavit.* Ita *cubiculum* hac notione usurpat Anonymus de Locis SS. cap. 1. Καὶ εἰς τὸ μέσον τῆς ἐκκλησίας εἰς τὸ ἔδαφος τῆς γῆς ... κουβούκλιον πέτρινον ὡραιότατον. Cap. 15. ... Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ numero 39.

Cubiculum, idem quod *Camera*, Ærarium, Thesaurus Principis, seu locus, ubi reconditur: ... Annæ Comnenæ lib. 2. Alexiad. pag. 56. Ita usurpat non semel Senator lib. 4. Epist. 11. lib. 5. Epist. 14. 39. 44. lib. 11. Epist. 15. Inde *Cubicularius*, Regii ærarii custos. Vide *Bibliotheca*.

Cubiculum secretum, Latrina, quam *Chambre aisée* appellant aliquot ex nostris Consuetudines municipales. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. 1. *Cùm ad purgandam alvum secretius cubiculum peteret.* Vide *Privata*.

CUBICULUS, pro *Cubiculum*. Itinerarium Burdegalense: *Ibi etiam constat cubiculus, in quo* (Salomon) *sedit; & Sapientiam scripsit: ipse verò cubiculus uno lapide est tectus.*

CUBIERTA, vox fori Hispanici. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. lib. 2. Observantiar. Regni Aragon. tit. de Probationib. §. 4. *Vel poterat petere pecuniæ aliquam quantitatem, vel alia, quod fuerat pactum in fide; vel pro cubierta, non admittetur hoc ad probandum per testes, &c.* Lib. 9. eod. tit. §. 17. *Si dicatur, quòd instrumentum fuerit factum pro cubierta, non admittitur probatio cum aliis testibus, &c.*

CUBILA, *Poculorum genera*, apud Papiam MS. Edit. habet *Cubia copulorum genera.*

CUBILARIS, Prædium rusticum, villa. Charta Alarici Regis Aragon. æræ 608. ex Tabulario S. Joannis Pennensis apud Bivarium ad Pseudomaximum pag. 570. & Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap 6. *Insuper ego Rex do illum cubilarem; qui nominatur Aranzela, &c.* Occurrit non semel in Charta Sanctii Majoris Regis Navarræ æræ 1052. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensib. pag. 32.

CUBILE, Cubiculum. Cassianus lib. 4. cap. 12. *Considentes intra cubilia sua, & operi ac meditationi studium impendentes.* S. Hieronym. Epist. 22. *Et quia nocte extra orationes publicas in suo cubili unusquisque vigilat, &c.* Paulinus Nat. 5.

Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluvium, angusto brevia inter tecta cubili.

Berengosius Abbas lib. 3. de Invent. S. Crucis cap. 2. *Sed & cubile ejus aureis seris instructum & insignitum, nobilitatem in ea* (D. Helena) *quasi Romanorum testabatur.* Vide Cassiod. lib. 6. Epist. 13. Leonem Ost lib. 3. Chron. Casin. cap. 26. al. 28 & Heraldum in Adversariis pag. 64.

Cubilia, *Promptuaria*, in Glossis MSS. ad Canones Conciliorum.

CUBIO, *Masculus*, in Gloss. Isid. & apud Joan. de Janua.

CUBITAL, ἀγκωνόδεσμος, in Glossis Lat. Græc. MSS. S. Germani Paris.

CUBITALE, *Super quod cubitum, vel cervicem reclinamus, ut aurealia, id est, pulvinaria*, Ugutioni. Glossæ antiquæ MSS. *Pulvinar, Cubitale.*

CUBITARE, Cubito inniti. Hugo Parisiensis de Instit. Novitiorum: *Alii caput jactant, comam excutiunt, vestimenta adaptando componunt, & latera cubitando, pedesque extendendo ridiculam satis ostentationis formam fingunt.* Vide *Accubitare.*

CUBITORIUM. Ceremoniale Cencii Camerarii lib. 2. *Transiens autem Pontifex per ipsam Basilicam, intrat cameram suam, ubi in scypho argenteo à Camerario Presbytero, eoque sicut in Nativitate Domini, erogato, surgit, & ducitur à Magistro Senescalco & Pincerna in locum, qui dicitur Cubitorium.* Ubi Alemannus in Dissertat. de Lateranensib. Parietinis cap. 4. *Cubitorium*, ait fuisse lectum, qui Pontifici sternebatur sub tribunali nempe summo triclinii, in quo cum Clero & Proceribus epulari solebat, loco, quasi fortè *accubitorium.*

CUBITUS, Versura, flexus, Græcis ἀγκών. Auctor incertus inter Agrimensores: *Pentigonum, quod interpretatur cubitos quinque.* Vide Plin. lib. 3. cap. 13. ubi de Ancona.

Cubitus usualis. Will. Brito in Vocab. MS. *Cubitus, mensura geometrica, à qua differt cubitus noster usualis.* Id observare est ex auctore Auroræ, ubi de Arca Noë:

Hæc mensura fuit geometrica quæ facit archam,
Non aliter caperet tanta tot illa silex.
Hic cubitus quo mensor habet geometricus uti,
Senos seu novem fertur habere pedes.
Sed cubitus noster, quem communis tenet usus,
Ex uno constat dimidioque pede.

Apud Heronem in Belopœecis cubitus geometricalis est digitorum 24. Apud Vitruvium pes duas tertias partes cubiti continet, hoc est, digitos sexdecim. Dimensio per cubitos familiaris fuit Hebræis, ut ex Libris sacris colligitur.

Cubitus terræ, Modus agri, in Charta an. 1152. tom. 11. Spicilegii Acheriani pag. 335.

Cubitus candelæ, in veteri Charta apud Catellum lib. 1. Rer. Occitan. pag. 873.

CUBUCELLUM. Vetus Charta apud Ughellum tom. 5. p. 1539. *Oratorium S. Pantaleonis super pusterula, cum scala marmorea, & duobus cubucellis, uno terrineo, & alio solarato, subtus tunc castellum Ponte, &c.*

CUBUCLARIUS, pro *Cubicularius.* Vetus Inscriptio Romæ, IIII. I. M. LIVIUS. AUGUSTÆ. L. AMARANTHUS. SUPRA. CUBUCLARIOS. Alia: DIS. MANIBUS. POLYBI. CUBUCULARI. Sic Græci κουβούκλειον, pro *Cubiculum* dixerunt, uti observatum à Meursio. Vide suprà *Cubicularius Novæ Romæ.*

CUBULUS, Mensura vinaria apud Hungaros. Vide Innoc. III. PP. lib. 15. Epist. 7. Brocardus in Descript. Terræ sanctæ lib. 2. cap. 2. Edit. Venetæ an. 1519. *Christiani in lapidibus signum Crucis inscripserunt, illi autem signum cubuli.* Sed an hæc vox idem sonet quod apud Hungaros, non definio.

CUCUBA, Noctua, apud Papiam. Ita emendat Meursius pro *cucuma*: unde *Cucubare* in Carmine de Philomela, quod Ovidio adscribitur. Hesychius κουκέβα, ἡ γλαύξ. Ita etiam emendat idem Meursius: hine κικκάβαιος, cæsius, noctuinus, apud Scholiastem Oppiani. Nostri *Coucous* Cuculos vocant.

CUCUCIA. Vide *Cugucia.*

CUCUFA. Vide *Cuphia.*

CUCULATA. Gloss. Arabico-Lat. *Lodix, cuculata.*

CUCULLUS, *Cuculla, Cucullio, Cucullus*, Vestis nota Scriptoribus Latinis, qua scilicet caput operiebatur. Vetus Scholiastes Juvenalis *Cucullum* esse ait *galerum fuscum & horridum ardeliunculum, quales sunt latrunculorum. Nocturni cuculli*, apud eundem Juvenalem Sat. 6. qui *nocturnales* Sidonio lib. 7. Epist. 16. *Cucullus talaris*, apud Guibertum lib. 2. Hist. Hier. cap. 8.

Cuculla, femin. gen. dicitur prætereà id genus vestis aliquot Scriptoribus; sed ævi inferioris, S. Ambrosio Serm. ult. S. Hieronymo de Testamento Hilarionis, Paulino in Epist. ad Citherium, Ennodio, & aliis: sed præsertim iis, qui monachicam vestem faciunt. Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis num. 9. de eodem Sancto: *Succinctus cuculla non cucullo.*

Cucullarum monachicarum forma varia fuit pro temporum ratione. Cassianus de Habitu Monachi lib. 1. cap. 4. *Cucullis perparvis usque ad cervicis humerorumque demissis confinia, quibus tantùm capita contegant, indesinenter diebus utuntur ac noctibus.* Additio 1. Capit. cap. 2. *Ut mensura cucullæ duobus consistat cubitis.* Ardo in Vita S. Benedicti Abbatis Anianæ num. 40. *In habitu quoque dissimiles fecerat multorum consuetudo: siquidem nonnullis usque ad talos cuculla pendebant. Quamobrem vir Dei uniformem cunctis tenendum Monachis instituit modum, ut non ampliùs à duobus cubitis excederet mensura, vel usque ad genua pertingere possent.* Apologia Henrici IV. Imp. pag. 230. *Cuculla est tunica talaris, & cucullata atque manicata, habens speciem Crucis per quatuor partes extensa, &c.*

Cucullam autem, & *Casulam*, & *Capam* vocitatam apud Monachos constat. Papias: *Cuculla per diminutivum dicitur à Casula, quasi minor cella.* Infrà: *Cucullus, genus vestis monachalis, quam Capam dicimus.* Theodemarus in Epist. ad Carolum Magn. *Cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine Casulam vocamus. Et hæc est, quod in hieme villosam, in æstate puram aut vetustam Beatus Pater habendam instituit, quia scilicet hoc genus indumenti solet vilius intexi. Illud autem indumentum, quod à Gallicanis Monachis Cuculla dicitur, nos Capam vocamus.* Ut *capa* caput tegebat, ita & *cuculla.* Ugutio: *Cucullus vel Cuculla, vestis caputiata, & lata, humeros tamen & caput tegens instar capucii.* Papias: *Cucullus, generis masculini, velamen nigrum vel venetum capitis est.* M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio:

Vestis longa tegit corpus, caput ampla cuculla.

Poëta seu Grammaticus ævi infimi MS. post Vocabularium W. Britonis:

Dic Monachi cullam vestem fore, sive cucullam.
Vestis lata tegens caput, armos, esto cucullus.

Gregorius Turon. lib. 7. Hist. cap. 39. *Dum obtecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio, caput ejus cum cucullo decidit.* Vide Addit. 1. ad Capit. Caroli M. cap. 35.

Nec desunt, qui *Cucullam* cum *Flocco* confundunt. Gloss. Lat. Gall. *Cuculla, Froc, ou Coule de Moine.* At Clemens V. in Concilio Viennensi discrimen inter utramque vestem statuit: *Cucullæ nomine habitum longum & amplum; sed manicas non habentem: nomine verò Flocci habitum longum, qui longas & amplas habet manicas, nos intelligere declaramus.* Vide Haëftenum pag. 474. & in V. *Culla.*

Cuculla memorialis, Cuculla, quam deferre jubebantur Canonici Regulares, qui Ordinem regularem Canonicorum, sine Abbatis licentia deseruerant, & monasticum susceperant: ii enim in Choro ultimi sedere, *in memoriam* (unde adjectivum) & pœnam desertionis jubebantur. Quippe id erat contra Sanctiones Ecclesiasticas. Concilium Aquisgran. *Ne Canonici cucullas Monachorum induant.* Ratherius Veron. in Apologet. de Clericis in Abbatiam introductis: *Cucullum nemo illorum portet.* Urbanus II. PP. can. 2. 19. qu. 3. *Præcipimus, ut redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat,*

ferat, & ultimus in choro maneat. Perperam editum cellulam, apud Steph. Tornac. Epist. 1. ubi hic canon laudatur. Innocentius III. PP. lib. 2. Ep. 12. de Canonico, qui habitu Regularium Canonicorum rejecto, sine Abbatis sui licentia monasticum susceperat Ordinem: *Ad Ecclesiam redire priorem—compellas, ubi & memorialem eum cucullam deferre facias, & ultimum in choro manere.* Et in Cap. Intelleximus. de ætate & qualit. ord. *Ultimus in Choro manendo cucullam ad memoriam delaturus.* Narratio de ejusmodi Canonico, qui cucullam induerat: *Nuper te, frater Rigranne, Canonicum dimisi, & modò cucullatum video*, in Appendice ad Capitul. n. 88. Vocem *memorialis* eadem notione usurpat Vita S. Theodardi, Archiepiscopi Narbon. apud Catellum in Hist. Occitan. p. 752. ubi *memorialis conditio* dicitur, quæ in memoriam rei alicujus imposita dicitur.

Cuculla Ecclesiastica, qua in sacris Liturgiis utuntur Diaconi & Sacerdotes Monachi, in Statutis antiq. Ord. Cartusiensis 1. part. c. 37. §. 27. cap. 43. §. 6. cap. 46. §. 1. Statut. an. 1368. 3. part. c. 5. §. 20.

Coculla, in Capitulis Theodori Cantuar. Archiep. c. 2. *Septem dies velat caput coculla sua.* Vide ejusdem Pœnitentiale c. 3.

Cocullumpedo, & *Pedocucullum*, in Notis Tyronis pag. 157.

Cucullare, idem quod *Monachizare*, Cucullâ obtegere, κουκουλλόνειν apud Demetrium Zenum in Batrachom. Liber de Fundat. Monast. Gozecensis p. 230. *Laïcus erat, se tonsuraverat, se cucullaverat.* Will. Westmonast. an. 1254. *Loco eorum, qui recesserunt, indignos cucullavit.* Hinc

Cucullati appellati S. Æmilianus Confessor, & Petrus Abælardus ab aliquot Scriptoribus, uti observatum ad Alexiadem pag. 349. i. Monachi. Certè ita usurpat Petrus Cellensis lib. 7. Epist. 14.

Cucullio, Gloss. Lat. Gr. *Cucullio*, σκεπαστήριον. ubi Casaubonus reponit σκέπας ρ ι, id est, quo caput tegitur.

Cucullio viatorius, Cucullus, quo peregrè proficiscentes utebantur. Capitolinus in Heliogab. *Qui nocte vagabatur obtecto capite cucullione viatorio.*

Cucullio mulionicus, quo muliones utebantur, apud Lampridium in Heliogab.

CUCUMA, vas æreum, in quo aqua calefit, aut aliquid maceratur, lato ventre instar cucumeris. Gloss. vet. *Cucuma*, θερμοφόρον. Gloss. Ælfrici: *Cucumas*, Cẏpeᵹen hƿeƿ, i. æreus lebes. Ugutio: *Cucuma, à sono ferveris, sicut & cacabus, i. vas æneum desuper coopertum, in quo aqua vel cibus coquitur.* Acta SS. Juliani & Basilissæ c. 5. *Dii vestri aut ærei sunt, aut lapidei: si ærei sunt, meliores sunt illis cucumæ, quæ ad usus hominum ex ipso metallo fiunt.* S. Ambros. in Vita S. Agnetis c. 2. *Dii autem tui ærei sunt, ex quibus cucumæ meliùs fiunt ad usus hominum.* Historia Miraculi S. Georgii in Puero Paphlagone n. 27. Τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον, ὅπερ εἰώθειν ὁ ἐπιχώριος διάλεκτος κουκούμιον καλεῖν, &c. Vide Fortunatum in Vita S. Germani Episc. Paris. c. 4. Collationem Legis Mosaïcæ tit. 1. Casaubonum ad Theophrasti Characteres pag. 219. & Meursium in Κουκούμιον.

Cucumellum, diminutivum à *Cucuma*, inter sacra ministeria vulgò reponitur. Indiculus rerum, quas Paulus Cirtensis Episcopus tradidit Felici Flaminii curatori, apud Baronium an. 303. n. 12. *Calices 2. aurei, item calices 6. argentei, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ 7. &c.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 90. *Concas duas librarum octo, cucumellum librarum sex.*

Cucumula, Minor cucuma, apud Cyprianum lib. 1. Vitæ S. Cæsarii Arelat. n. 13.

CUCUMERARIUM. Gloss. Ælfrici Saxon. *Pomarium vel Cucumerarium*: æppel-hus. i. pomorum domus.

CUCURBA. Isidorus lib. 10. Orig. & ex eo Papias: *Spiræ, funes, quibus in tempestatibus utuntur, quos nautici suo more Cucurbas vocant.* In aliis exemplaribus habetur *curcubas*. Gloss. Arabico-Lat. *Corcuba, lorum.* Ita emendant viri docti, pro *lorcum*. Vide *Cucurma, Curcuma*.

CUCURBITA, *Ventosa, unde trahitur sanguis*, Joanni de Janua. Vox Celso & Medicis notissima.

CUCURBITARE, Cucurbitam, seu *ventosam* adhibere, more Medicorum, instrumentum nempe concavum, in cucurbitæ formam effictum, cùm flamma corporibus adhibetur. Cælius Aurelianus lib. 2. de tardis passion. *Post cucurbitationem, atque dropacis usum, &c.* Vide Gariopontum l. 3. c. 24. & Gorræum in Definition. medic. verbo Σικύα. Nescio, an ea significatione *cucurbitare* intelligant Glossaria, an verò sequendæ Gloss. Lat. Græc. *Cucurbitat*, σικυάζει. Gloss. Gr. Lat. Σικυάζω, *Cucurbito*?

Cucurbitare, Uxorem alterius adulterio polluere: propriè de vassallo, qui domini uxorem adulterio polluit, & ejus ventrem instar *cucurbitæ* inflat, i. imprægnat. At Rodolfus Goclenius in Lexico Philosoph. pag. 298. vocem effictam ait à *Corbita*, Longobardico vocabulo, quod *stuprum*, seu *infamiam* sonat. Henrici Imp. Edictum, cui titulus: Quot testes sunt necessarii ad probandam ingratitudinem: *Si vassallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum offenderit,—vel si eum cucurbitaverit, seu in campestri bello suum dominum dereliquerit, feudo privabitur.* Liber Feudor. lib. 1. tit. 5. §. 1. lib. 2. tit. 38. §. 57. lib. 3. tit. 2. §. 1. *Si fidelis cucurbitaverit dominum, id est, cum uxore ejus concubuerit,—vel si cum filia, &c.* Ubi vetus Interpres Gallicus MS. *Si avient, que le vassal gise charnellement avec la feme du Seigneur, dont il tient fié, il pert son fié. Si geve laidement a li, ou si gist avec la niece du Seigneur, &c.* Extat apud Boncompagnum in Arte dictaminis MS. lib. 1. ejusmodi Epistola: *Audeo vestræ consulere sapientiæ, ut postposito studio literarum ad propria reverti curetis, quia uxor vestra est plurimùm habilis & formosa, unde sancti Spiritus igne non uritur; sed carnalis amoris, & multi student partibus, & laborant, ut fundum Cornelianum mereamini possidere, in quo vobis plantabitur cucurbita ortolana.* Vide Stabilim. S. Ludov. lib. 1. c. 50. Continuatorem Nangii an. 1314. & Consuetud. Andegav. art. 193.

CUCURMA. Joannes de Janua: *Cucuma vel Cucurma dicitur quoddam genus clavæ.* In l. 1. D. ad Leg. Aquil. *Si clava percussit aut cucuma.* Ita etiam legitur in Collatione Legum Mosaïc. tit. 1. Vide *Curcuma*.

CUCURUM, Pharetra, corytus, theca sagittarum, ex Germ. *Koker*, theca. Capitulare de Villis c. 64. *Et ad unum quoque carrum, scirtum, & lanceam, cucurum, & arcum habeant:* κούκουρον Græcis inferioris ævi, Constantino in Tacticis p. 10. Cedreno p. 441. & aliis à Rigaltio & Meursio laudatis Scriptoribus.

CUCUSSIUS. Vide *Cugus*.

CUCUTIA. Vide *Cugus*.

CUCUTIUM. Trebellius Pollio in Claudio: *Bardocucullum unum, cucutia villosa duo, &c.* Cucullorum speciem hic auguratur Casaubonus. Vide Salmasii Conjecturas p. 344.

CUDA, Charta an. 857. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 815. *Et per jam dictum callem descendit in fossatum, quod vulgari nomine dicitur Cuda.*

CUDIS, in Gloss. Lat. Gall. *Coing à faire monnoye*, Instrumentum, quo moneta cuditur.

CUDREACH, Hibernis, Plegius, seu fidejussor, quem quis post tergum suum, vel post se relinquit. Nam qui petit aliquem remitti ad Curiam domini sui, debet fidejussorem dare, & relinquere in Curia, à qua petit hominem replegiari, si scilicet replegiatio fuerit admissa

admissa per judicem. Hæc Skenæus ad cap. 8. §. 4. Quoniam attach. *Relinquet ibidem unum Culreach, scilicet unum plegium, &c.*

CUETELLA, Ugutio: *Laganum, quoddam genus cibi, quod prius in aqua coquitur, postea in oleo frigitur; & sunt lagana de pasta quasi quædam membra iliæa, quæ quando in oleo statim friguntur, postea melle conduntur,* (condiuntur) *illa vulgò dicuntur Cuetella, ista Lassaaia: & dicuntur sic, quia sunt suavia ad comedendum, &c.*

CUFA. Gloss. Lat. Græc. *Cufa, καμάρια.* Est autem καμάριον, cerebri pars superior, in cameræ formam efficta. Atque inde fortè *cofiarum* etymon petendum, ejusmodi scilicet capitis tegumenti, quod vulgò *Coiffe* dicimus, quòd supremam capitis partem, seu cerebrum tegat: quomodo *Cervellerium* appellarunt nostri eam Capitis armaturam, quæ caput & cerebrum tegit. Vide *Cuphia, & Cervellerium.* At Salmasius ad Hist. Aug. pag. 390. pro καμάρια, restituendum καμασία censet.

Cufa, Cucurbita, σικύη, ventosa. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. *Ceber, id est, Cufa, quæ dicitur Ventosa.* Matth. Silvaticus: *Sicia, ventosa, cuffa, cucurbita chirurgicorum.* V. Gariopont. l. 1. c. 5. 8. 9. &c. & *Cuphia.*

CUGUS, Gallis *Cocu*, vel *Coucou, Cornard*, Occitanis *Couyoul*, nostris olim *Couz*. Lexicon Lat. Gall. *Niminvir, Couz, c'est de qui sa femme fait avouterie.* Usatici Barcinonenses MSS. cap. 67. *Si quis — appellaverit aliquem Cugus, propter bannum emendet ad Principem 20. unciis auri* Usatica Regni Majoric. an. 1248. *Si quis dixerit alicui Cugus, vel Renegat, & statim ibi aliquod damnum acceperit, non teneatur respondere alicui domino, vel ejus locum tenenti.* Joannes de Condato MS.

Ce fu li kuqus de pute aire.

Occitanis *Cougot*, idem valet ac *Cagot, Cafart*, iners, piger: cujusmodi sunt viri, quorum uxores mœchantur, iis tacentibus, quos ideo *Argas* vocabant Longobardi. Vide in *Arga*.

Has verò voces nostri unde usurparint, non planè constat, etsi plurimi in eam concedant sententiam, ut ita dictos censeant adulterarum conjuges, à cuculis avibus, quæ in aliarum avium nidis ova edunt. Nam *Cucus*, pro *Cuculus* inferior ætas dixit, uti in Glossario Arabico-Lat. restituit Meursius, pro *Tucus*. *Cucus, quem Spani Cuculum vocant, à voce propria nominatus.* Suidas: Κόκκυξ, εἶδος ὄρνεου, ὃ παρ' ἡμῖν κοῦκκος. Le Songecreux fol. 51.

Plusieurs l'aiment pour sa beauté.
Et par amour complait à tous,
Garder donc ne peult feauté,
A son mary, mais le fait coux, &c.

At nostri olim non *Cocu*, sed *Coux* dicebant, ita ut *Cocu*, vox sit *Coux* repetita, tametsi istius etymon haud planum sit. Apud Philippum Bellomanerium quæstio proponitur de eo, qui alium interfecerat, quòd sibi exprobrasset *d'avoir geu ô se feme, & l'avoir fait Cos. Le Roman de la Roze:*

Suis-je mis à la Confrairie
Saint Arnoul le Seigneur des Coux.

Vide quæ de vocis etymo conjectarunt viri doctissimi Ægidius Menagius, & Oct. Ferrarius in voce *Becca*.

Cucussus, Cucutiatus, idem quod *Cugus*. Petrus Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Statuimus, quòd si quis uxorem, quæ nondum 15. annum explevit, desloratam exiens de terra nostra per 7. annos reliquerit, si postea fortè eam accusaverit, id est, cucussum fecerit, non teneatur, nec pœnam aliquam patiatur.* Infrà: *Et hac ipsa ratione ipse accusatus, id est, cucutiatus fuerit, &c.*

Cucucia, Cugucia, Adulterium, vel raptus virginum, aut viduarum: propriè Placitum, quod in Gallia *Raptus* dicitur. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 99. *De rebus & possessionibus Cucuciorum, si maritis nolentibus erit facta cucucia, ipsi & eorum Seniores æqua portione habeant partem totam adulterantium conjugum. Si verò, quod absit, maritis volentibus, & præcipientibus sive assentientibus fuerit facta ipsa cucucia, illorum talium jus & justitiam habeant integriter illorum Seniores.* Alibi: *Cùm verò ambo simul fuerint, & eam* (uxorem) *maritus sæpe & sæpius aggravaverit & molestaverit, vel malè inductam secum habuerit, & hac ratione ipse accusatus cucutiatus fuerit, nullo modo ipsa increpetur, aut in aliquo puniatur.* Charta Raimundi Comitis Paliarensis an. 1055. edita à V. C. Stephan. Baluzio: *Valentiam filiam vestram in conjugio accipio, & vobis manifestè convenio, ut eam semper cum honore teneam, sicut homo debet tenere suam legitimam uxorem, & nunquam eam dimittam, dum vixero, nisi propter cucuciam, quam ipsa mihi faciat, & ipsa cucucia mihi sit probata à me legaliter, & manifestè convicta, & non sit facta per meum assensum, nec per meum consilium, nec per meum stabilimentum.* *Lenocinium*, in Glossis antiquis MSS. dicitur *esse uxoris meretricatio mariti consensu.* Vide *Licentia mala*. Charta Hugonis *de Belpin* Militis, qua Gaucerando *de Pinos* vendit villam *de Pi* in Ceritania an. 1238. *Et ostem, & cavalcatas, & sequis, & cucucias, & exorquias, & homicidia, & intestationes, & arsinas, &c.* Alia Rogerii Comitis Fuxensis 13. Kl. Madii 1250. *Enfranquimus omnes & singulos homines & feminas de valle de Meranges & eorum proles in perpetuum de Exorquia, Intestia, Arsena, & Cucugia, — & de questis — justitiis, monetaticis, exceptis exercitibus & cavalcatis, &c.* Alia an. 1304. *Item pronuntiamus, quod Vicarius Ceritaniæ det tertiam partem de his, quæ habebunt ratione justitiarum, exorquiarum, cogociarum & arsinarum ab hominibus Ceritaniæ, &c.* Alia vetus Charta Hispanica MS. *Ego Minimill D. de Plano de Curtis accipio per te Oliba Comitem meum Seniorem ad fevum — meum alod de Placurt — & ego Oliba Comes — & sic totum dono & firmo & laudo, videlicet homicidias, cugucias, firmancias & justitias, quæ ibi esse possunt, &c. Facta est scriptura 5. Kl. Aug. an. 22. regnante Leutario filio Lodenarii.* In alia Charta, *Cugucia* videtur reddi per *raptum virginum & viduarum.* Michaël Carbonellus in Chron. Hisp. fol. 97. *Especialment los enfranqui quels vene los usòs e costums mals: ço es intesties, exorquies, cucucies, e arsies; hon encara lo bovatge, rebotvage, e herbage à tots aquells, qui volgueren e comprar ne pogueren.* Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 268. 270.

CUJUSMODI, pro *qualibuscumque*, utitur crebrò S. Augustinus. Vide lib. 2. de Ordine cap. 14.

CULBARE, *Substillare*, στραγγίζειν, in Gloss. Græc. Lat. Ibid. στραγγισμός, *Culbicio, substillatio.*

CULCA, *Culcare, Exculcator.* Vide *Collocare*.

CULCITRARIUM, vel *Culcitrarum exactiones*, quæ fiebant à vassallis & tenentibus ad dominorum exceptiones, cùm peregrè ibant. Quæ quidem *culcitarum præbitiones* Comitibus, vel Tribunis, aliisve Magistratibus fieri vetantur in leg. 2. 3. Cod. Theod. de Salgamo hospitibus non præbendo. Charta Willelmi Nothi Regis Angl. pro fundatione Abbatiæ S. Trinitatis Cadomensis an. 1082. *Sed & gablum & consuetudinem culcitrarum, quod in eadem parte burgi habebat, Ecclesiæ S. Trinitatis adscribit.* Charta Communiæ Bituricensis an. 1281. *Ab omni tolta, tallia, & botagio, & culcitrarum exactione quieti & liberi erunt.* Charta Hugonis Decani Autisiodorensis an. 1280. in Tabular. Eccles. Autisiodor. fol. 249. *Item consuetudinem de culcitris tradendis, quotiescumque Decanum, vel Camerarium, seu alios Canonicos ad locum illum declinare contigerit, & ibidem pernoctare, remittimus.* Tabularium Fossatense: *Tenentes dictas terras de quarta debent culcitras & linteamina ad opus D. Abbatis & eju*

ejus familia, quando pernoctat ibidem. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. an. 1232. pro Communia Aisiaci: *Item si contingat nos Abbatissam in dicta villa jacere, homines villæ tenentur nobis ministrare in qualibet hostisia culturam* (f. culcitram) *& pulvinar ad petitionem majoris, vel alicujus Scabinorum, ubi viderit bona fide, quod haberi possit, &c.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 47. *Quando Dominus Susæ, vel Domina ad Susam venerint, Præco debet quærere paleam & bucham, & culcitras, & lintea, & napas, & cyphos per domos burgensium, per amorem, non per feodum: & debet quærere ea, quæ necessaria fuerint in hospitio Domini.* Charta Alani Episcopi Autisidior. apud Sammarthanos: *Si Episcopus venerit in villam, vel hospites ei supervenerint, accipiet patellam, cacabum, scutellas, aphos, culcitras, quissinos, & pannos adjacendum.* Tabularium Fiscanense fol. 67. *Et 2. corveias ad opus fœnorum suorum, & accommodationem culcitrarum & linteaminum meorum, & foragium vinorum meorum, &c.* Charta an. 1210. in Chron. Andrensi: *Consuetudinaliter solebamus habere apud Hames — dimidiam frescengam, tres bustelles avenæ, unam culcitram, quoties supervenirent hospites.* Charta Philippi VI. Regis Franc. an. 1340. *Quod fuerint in possessione & saisina talis libertatis & immunitatis, quod dictus Archiepiscopus existens in villa Remensi, aut gentes suæ, lectos, culcitras, cussinos, coopertoria, aut alia lectorum estoramenta, in domibus istorum conquerentium capere nequeunt, nisi ad hoc eorundem conquere itium voluntas occurrat, &c.* Compotus Præpositurae Parisiensis pro termino Ascensionis an. 1333. per Joannem de Milone Præpositum Parisiens. *De Præpositura Montislerici: De hallagio, — de pondere & costuma bestiarum, de egruno, de arrivagio, — de trubla, — de costuma culcitrarum, &c.* Majus Tabularium Corbeiense, ubi de juribus Abbatis: *— Item pluisour de ledite vile li doivent coutes à court, quant il en sont semons.* Charta an. 1247. apud Perardum in Burgundicis: *Que nuls ne en nostre venuë, ne sons nostre venuë, ne pregne a Rouvre, geline, ne pucin, — ne coutte, ne cuissin, ne charroi, &c.* Acta Murensis Monasterii pag. 39. *Adducit etiam ante Nativitatem Domini duo plaustra ligni, & ter in anno lectos hospitibus præstabit.* Charta an. 1312. in 48. Regesto Tabularii Regii num. 179. *Tam in corveis, quàm in captione culcitrarum, & aliis quibuscumque, &c.* Neque, opinor, aliud fuit servitium, cujus non semel mentio in Charta Grodegangi Episcopi Metensis an. 765. apud Meurissium: *Debent autem curtim indominicatam muro circumdare, vineas vallo munire, vigilare, lectos dare, arare, &c.* Adde Chartam Libertatum villæ S. Hilarii an. 1324. in Probat. Hist. Castilionensis.

Culcitram auferre, jure *Mortuæ manus.* Magnum Chronicon Belgicum an. 1133. de Adalberone Episcopo Leodiensi, qui *Mortuæ manus* jus in sua diœcesi extinxit: *Maxima pax Leodiensium hoc tempore fuit: unde de nocte dicitur orare solitus hic Episcopus pro grege sibi commisso ante fores diversarum Ecclesiarum, ubi semel vidit mulierem flentem mortem mariti sui, & præsertim propter mortuum maritum culcitram suam auferri ab Episc.*

Culcitra puncta. Gall. *Coute pointe*, quam perperam vulgus *Courtepointe* vocat. Ebrardus in Græcismo c. 12.

Est que Thoral lecto quod supra ponitur alto,
Ornatus causâ, quod dicunt Culcitra puncta.

Perperam editum *picta* in Editione Lugdunensi anno 1490. Rainaudus Abbas Cisterciensis in Institutis ejusdem Ordinis c. 29. *Nullus ferat secum in via punctam culcitram ad jacendum, nisi is, cui in Capitulo concessum fuerit.* Ubi Manriquez perperam *pulvinum sellæ equestri impositum* interpretatur.

Culcitrarum usum ac nomen à Gallis primùm promanasse, sunt qui putant, ex hoc Plinii loco lib. 1. cap. 18. *Sicut in culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent, Galliarum hoc & tomenta pariter inventum.*

CULDEI. Vide *Colidei.*

CULEATA. Charta an. 1290. in Tabulario S. Maglorii Parisiensis fol. 96. *Habent mortuum nemus tam in communi, quàm in defenso, quoquo modo ceciderit, remota culeata.*

CULFUM, Sinus maris, Italis *Golfo*, nostris *Golfe.* Occurrit non semel apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25.

CULINA. Isid. Gloss. *Culina, latrina, secessum.* Gloss. Lat. Græc. *Conclavis & Culina*, ἀφεδρὼν, ἀπόϐατος. *Culina*, ἀπόϐατος. *Cuiina*, λουτρών. Gloss. Græc. Lat. ἀπόϐατος, *Culina, Recessum.*

Culina, Polyandrium. Aggenus de Limitibus agror. lib. 1. *Sunt in suburbanis loca publica inopum destinata funeribus, quæ loca Culinas appellant.* An hac notione sumatur *Culina* in veterib. Inscript. apud Gruter. 24. 2. 49. 3. & in alia apud V. C. Jacob. Sponium in Itinerario to. 3. p. 47. planè incertum.

CULUSTA. Fragmentum Petronii: *Nam mihi nihil novi potest afferri, sicut ille feri culusta mel habuit praxim.*

CULLA, *Genus vestis Monachorum, unde Cuculla, id est, parva Culla, & Cullatus, culla indutus.* Ita Joan. de Janua, qui addit *Cullam* idem esse quod *Cuculla*, sic dicta, quasi minor *culla.* Poëta infimi ævi MS.

Dic Monachi cullam vestem fore sive cucullam,
Vestis lata tegens caput, armos, esto cucullus.

Certè in Ordine Cisterciensi Moniales amplum & latum pallium, quo in majoribus Festis utuntur, etiamnum *Coule* vocant. *Le Roman de Vacces MS.*

Du chef de son braier une clef desfermerent,
Et cole & estamine, & un froc en osterent.

Vide *Cuculla.*

CULMEN, Tectum domûs, nostris *Comble.* Gloss. Lat. Græc. *Culmen*, ὄροφή. Servius ad Ecl. 1. *Culmen* dici ait tectum, quòd veteres ædificia culmis tegerent, id est, paleis è messibus. Ita etiam Iso Magister in Glossis ad Prudentium. Lex Bajwar. tit. 9. de Incendio domorum, cap. 1. §. 2. *De scuria verò liberi, si conclusa parietibus, & pessulis cum clave munita fuerit, cum 12. sol. culmen componat.* Cap. 6. *Si quis — liberi culmen ejecerit, domino domus cum 40. sol. componat.* §. 2. *Si eam columnam, à qua culmen sustentatur — ejecerit, &c.* Beda in Vita S. Cuthberti Episcopi Lindisfarn. num. 29. *Culmina verò* (habitaculo) *de lignis informibus & fœno superposuit.* Charta Edgari filii Malcolmi Regis Scotor. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 45. *Quæ* (Ecclesia) *cùm per 15. annos deserta sine tecto durasset, eam Monachi culmine imposito revocaverunt, & per tres annos possederunt.*

Culmen, Titulus honorarius summorum Magistratuum, qui crebrò occurrit in Constitutionibus Impp. in utroque Codice.

Culmen, Culmus, calamus: Gallis, *Chaume.* Tabularium S. Egidii Pontis Audomari: *Habet — unam dietam ad garbas quadrigandum, unam ad poma terendum, unam ad culmen colligendum.*

CULMISES, *pro Divites ponitur* Papias.

CULMO *subnixa, connixa.* Traditiones Fuldenses lib. 1. trad. 5. & lib. 2. trad. 16. 21. 28. 42. 43. *Firmissimam habeatis potestatem culmo subnixam.* Alibi: *Hoc sit actum coram testibus subterpositis culmo subnixum.* Tradit. 11. *Firmissimamque habeatis potestatem stipulatione subnixam.* Unde liquet, *culmum* & *stipulationem* idem sonare. Est autem *culmus* idem quod stipula. Gloss. Lat. Græc. *Culmus*, καλάμη, σταχύς. Will. Britto in Vocab. MS. *Stipulæ sunt folia seu* vagina

*vagina, quibus culmus ambitur, atque fulcitur, ne pondere fruges * cuetr.* Vide *Stipulatio.*

CULPAM *facere*, Culpam expiare, agnoscere. Hugo Flaviniac. in Chron. an. 1097. *Pro retentione culpam fecit, & absolutus est.* Infrà: *Multo tempore à nobis excommunicatus, tandem culpam fecit apud Conedam, & absolutus à nobis est.*

Culpa gravis, & *gravior*, dicitur non modò gravius Monachi delictum, quod graviori pœna expiatur; sed etiam ipsa pœna, qua punitur. Joannes Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis Abbatis Cluniac. *Ab illis non solùm est auditus; verùm contra sub gravi culpa adjudicatus.* Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 60. *Nec silendum est, quod omnis, qui ei, qui in gravi culpa est, loquitur, aut signum facit sine Abbatis jussu, dignus est poni in eadem culpa.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. c. 2. de Abbate: *Sibi soli repositum est, ut quemlibet fratrem mittat, ut aiunt, in culpam graviorem.* Quæ autem sit ista *culpa*, seu potiùs pœna *gravior*, pluribus docet cap. proximè seq. Vide Statuta Ord. Præmonstrat. Dist. 2. c. 2. Dist. 3. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 10. Stat. Prædic. &c.

CULPARE, Delinquere. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 17. & Lex Longobard. lib. 2. tit. 56. *Pro satisfactione hominis illius, contra quem culpavit, &c.* Constitut. fratrum Caritatis B. Mariæ cap. 18. & seqq.

CULPATURA, Culpa, delictum. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1125. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon. pag. 76. *In diebus verò mercati, si homines sanctæ Mariæ cum aliis hominibus in illo mercato culpaturam fecerint, habeat sancta Maria medietatem de calumnias, & senior mercati alteram medietatem.*

Culpatura, Cæsio, Scissio, ex Gallico *Coupeure*. Rogerus Hovedenus pag. 784. *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per esbrancaturam, sive per foditionem turvarum, sive per excoriationem mora, sive per culpationem desub nemore, sive per essartum, &c.*

CULPONES, vel *Culponei*, Papiæ & Ugutioni, *Rustica calciamenta.* Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in Chronico MS. an. 1132. *Sacramenta Ecclesiæ, id est, sanctum chrisma, in suis peronibus deridendo, seu culponibus fundebant.*

CULTELLARE, *Cultellata vestes*, de vestibus, quas Franci nostri subinde in ligulas incidere solent: *Tailladér les habits, Habits tailladez.* Cæsarius Heisterbach. lib. 4. Mirac. cap. 15. *Superbia verò sic in eis regnavit, ut cogitare non sufficerent, quali modo vestimenta sua inciderent, stringerent, atque cultellarent.* Idem lib. 5. cap. 45. *Dæmonem in specie viri, tunica cultellata contra se stare conspexit.* Lib. 10. cap. 11. *Erat indutus vestibus purpureis atque cultellatis.* Et mox: *Concedam tibi unam lingulam pallii mei.*

Ejusmodi vestium scissuras, quæ frequentes fuere apud nostros, damnarunt passim Scriptores. Vita S. Gerlaci Eremitæ cap. 9. *Milites de percussione & scissura vestium, de oppressione pauperum, de vanitate alearum, — arguebat.* Chronicon Vosiense: *Dehinc repertæ sunt pretiosæ ac variæ vestes, designantes varias omnium mentes, quas quidam in sphærulis & ligulis minutissimè frepantes, picti Diaboli formam assumunt.* De ejusmodi vestibus sic statuit Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Item statuimus, quòd nos, nec aliquis subditus noster non portet vestes incisas, listatas, vel tropatas, nec portet aurum vel argentum, nec aurifrigium, nec setam sudam, nec sembellinum, nec erminium, nec lutriam, nec aliam pellem fractam, nec affiblays cum auro vel argento; sed erminium, vel lutriam integram simplicem solummodo in longitudine incisam circa capucium capa, & operturas manicarum, quæ dicuntur Brassaleres, & in capitibus manicarum, & in mantellis similiter & cotis, sive garnariis.* Balduinus de Condato MS.

---- Et quis hons es tu,
Qui voisi faitement vestu
De draps ouvers & fenestrez.

Ejusmodi scissæ vestes Clericis potissimùm interdicuntur in Concilio Melfitano can. 13. & Remensi can. 2.

Cultellare agrum, Frontino de Limitib. agror. *est agrum eminentiorem ad planitiem redigere*, & quasi cultello decidere tumores. *Cultellatus ager*, est libratus, & ad planitiem exæquatam redactus. Vide Salmasium ad Solinum pag. 690.

CULTELLUS, Dentale, dens aratri: Plinio, *Culter prædensam proscindens terram*: nostris *Coultre*. Lex Salica tit. 29. §. 12. *Si quis cultellum alienum furaverit, &c.* Vide *Cultellare.*

Cultellus, Inter arma bellica recensetur in Mandato Regis super juratis ad arma: *Unusquisque habeat cultellum.* Rigordus an. 1214. *Habebant cultellos longos, graciles, triacumines, quolibet acumine indifferenter secantes, à cuspide usque ad manubrium, quibus utebantur pro gladiis. Coustilles* vulgò. Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Et s'avoient coustilles, qui bien furent tranchans.

Infrà:

Châcun lance deus cos, ains qui fussent finez,
Puis traient les coustilles par vive poesté.

Hinc

Cultellarii, Milites ejusmodi cultellis instructi, quemadmodum *Sicarii*, de quibus Josephus & alii. Statutum Raimundi Comitis Tolosæ an. 1152. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 218, 219. *Si quis aliquem hominem malum, quem Cultellarium dicimus, cum cultellis euntem nocte causâ furandi occiderit, nullum damnum patiatur propter hoc.* Occurrit passim infrà. *Coustillers* appellantur à Froissarte 1. vol. cap. 19. Monstrelleto 3. vol. pag. 29. Berrio in Historia Caroli VII. pag. 144. 156. & Ravestano in [illegible]ticis pag. 81. Vide *Cultellus*, *Cutellus*, *Coterellus.*

Cultelli barbarini. Statuta antiqua Ordinis Cartusiensis 2. part. cap. 19. §. 21. de Mercenariis: *Cultellos barbarinos non portent, &c.* E Barbaria, seu Africa fortè allatos.

Cultelli, in alis avium. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. *Pennæ majores alarum, tam cooperta, quàm illæ, quæ cooperiunt, quas cooperientes vocamus Vanos, & coopertas vocamus Cultellos, sunt planæ, non crispæ, amplæ, & duræ. Cousteaux* ejusmodi pennas etiamnum vocant.

CULTRUM, *Patella*, Joanni de Janua. *In cultrum posita, collocata*, dicuntur apud Vitruvium l. 10. c. 14. ea, quæ perpendiculariter sunt collocata, ita ut opponantur planis.

CULTURA, Ager cultus, Gallis, *Couture*, Gloss. Lat. Græc. *Cultura*, Γεωργία, γεώπονία. Lactantius de Mortibus Persecut. n. 7. *Ut enormitate indictionum consumptis viribus colonorum desererentur agri, & cultura verterentur in silvam.* Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 9. *De silvis, quæ indivisæ forsitan resederunt, --- & fortasse fecerit culturas.* Adde §. 13. Polyptychus Floriacensis: *Nonus mansus est indominicatus, ubi habet culturas 5. & pratum, & silvas, & aquas cum farinario.* Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. c. 37. *Hic potitur vineis, ille culturis.* Sugerius de Reb. à se gestis cap. 12. *Culturas nostras, quas ibidem habebamus dominicas ---- colonis, qui ibidem inhabitarent, censuales fecimus.* Charta Gaufredi Comitis Andegav. apud Chopin. lib. 3. de Sacra polit. tit. 1. §. 8. *Terram quoque, quam pater meus bubus propriis excole-*

excolebat, *& dicebatur Cultura Comitis.* Fleta lib. 2. cap. 71. §. 3. *Quot campi, & quot sunt culturæ in dominico, & quot acræ arabiles in qualibet cultura.* Occurrit hæc vox passim in utroque significatu, apud Gregor. Turon. lib. 6. Hist. cap. 20. lib. 9. cap. 24. Ingulfum pag. 888. Silvestrum Giraldum lib. 1. Itinerar. Cambriæ c. 2. Hemeræum in Augusta Viromand. p. 228. in Probat. Hist. Vergiac. p. 145. apud Doubletum pag. 882. Vassorium in Hist. Noviomensi p. 925. Perardum p. 17. 21. 22. 47. in Miraculis sancti Vedasti n. 10. &c. Habetur etiam pluries apud Agrimensores, locis à Rigaltio indicatis.

Cultura sæpe sumitur pro modo agri, qui colitur & aratur. Tabularium S. Remigii Remensis: *Sunt ibi culturæ tres, ubi possunt seminari inter utramque sationem, siqulæ, frumenti, hordei, modii* 116. Chronicon Valcidiorense pag. 526. *Ipse verò Comes, quæ eidem Abbatiæ ab eodem Rege conferebantur, ibidem replicavit, & designatis* 95. *terræ mansis, culturis* 10. *cum magnis redditibus, &c.* Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 25. *Mansos* 60. *culturas* 11. *Ecclesias* 11. *&c.* Κολτέρα, eadem notione in Diplomate Rogerii Comitis Siciliæ apud Ughellum tom. 1. p. 1023.

Costura, idem quod *Cultura*, ex Gallico *Couture*, in Charta Hugonis Comitis S. Pauli an. 1129. *Et duo arpenta terræ in costura nostra desuper Volengiatum.* Maistre Vacces en son Roman de Rou MS.

N'y a beuf ne charue, ne villain en arée,
Ne vigne provignie, ne couture semée.

Le Roman du Renard MS.

La sus emmi cele couture,
Me faites une sepulture.

Cultura, Cultus, adoratio, in leg. un. Cod. Theod. de Imag. Imp.

CULVERTAGIUM. Matth. Paris anno 1212. *Rex Francorum omnes cum equis jussit sub nomine culvertagii convenire, ne crimine læsæ majestatis damnum exhæredationis incurrere viderentur, &c.* Infrà: *Rex Joannes brevi suo ad Vicecomites jussit, ut nullus remaneat, qui arma portare possit, sub nomine culvertagii, & perpetuæ servitutis.* Ibidem: *Nihil magis quàm opprobrium culvertagii metuentes, &c.* Eadem habet Matthæus Westmonasteriensis an. 1213. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 269. Vox servitutem quandam ignominiosam denotans Francis perinde ac Anglis; sed incertæ & ignotæ prorsus significationis utriusque gentis peritioribus. Nam vix est, ut quampiam ex prolatis à Spelmanno in *Nidering*, ut & à Watsio, Somnero, & Twisdeno sententiis amplectar, qui à *culum vertere*, seu fugam arripere, vocis etymon accersunt, nullo sanè fundamento. Si tamen cum aliis divinationi liceat indulgere, *culvertagium* idem valet hoc loco quod *confiscatio*, feudorum scilicet. Nam in Consuetudine Solensi tit. 10. art. 8. *Couvrir le feu de son fivatter*, seu ignem sui vassalli operire, dicitur dominus, cùm ex defectu vel delicto aliquo, vassallorum feudalium feuda ac tenementa in manu sua ac potestate ponit. Verba autem *sub nomine culvertagii*, idem sonant, quod Sub pœna confiscationis.

CULULLI, *Calices fictiles.* Papias.

CUMACUS. Epistola Valeriani apud Pollionem in Claudio: *Fibulam auream, cumacum, cypream, unam.*

CUMADA. Capitulare de Villis cap. 42. *Unaquæque villa -- habeat -- catenas, cramaculos, delaturas, secures, id est, cumadas, terebras, &c.* Ubi legendum indubiè *cuniadas* ex Gallico *Coignée*, securis. Vide *Cuneata.*

CUMATILIS, vox formata ex Græc. κῦμα, fluctus; unde Commodianus, de Neptuno:

Patet esse Deum cumatilem illo paratu.

CUMBA, Cymba, navis, seu potiùs navis species. Glossar. Arabico-Latinum: *Lembus, navicula brevis, dicta & Caupulus, & Cumba, & Lintris.* Papias: *Cumba, navicula, locus navis.* Gloss. Gr. Lat. Σκάφη, τὸ πλοιάριον, *Alveum, Alveus, cumba.* Alibi: Ἀκάτιον, *cumba.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Cumba, vel caupolus, &c.* Lexicon MS. Regium: κύμβαι, πλοῖα διαφέρει, Ῥωμαίοις. Ugutio: *Cumba & Cimba, ima pars navis & vicinior aquis, sic dicta, quod aquis incumbit, unde & ipsa navis, & præcipue parva dicitur.* Festus Avienus in Descript. Oræ maritimæ:

— Cumbis turbidum latè fretum
Et belluosi gurgitem Oceani secant.

Flodoardus lib. 14. Carm. 18.

Sistere sic triduo cogens sine gurgite cumbam.

Alibi:

Applicitas quæ littoribus propellere cumbas
Insurgunt.

Utitur & Prudentius lib. Peristeph. Hym. 2. 25. Occurrit etiam in Notis Tyronis. Hinc fortè Κομβάριον navigium majus, apud Constantin. Porph. in Basilio cap. 42. τελάκινα πλοῖα μέγιστα, ἃ κομβάρια [illegible]. Cap. 43. εἴκοσι κομβάρια. Utitur etiam Leo Imp. in Tactic. cap. 18. §. 140. (qui à Saracenis vocabulum accersit, dicto cap. 18.) & cap. 19. §. 70. ut & Cedrenus pag. 580. 581. Edit. Reg. & Zonaras in Basilio. κομπάριον idem Constantinus dixit lib. 2. de Themat. cap. 11. pag. 106. Gombarias vocat Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 992. *Naves, quas Veneti Gombarias nominant, contra Narentanos Sclavos misit.* Vide Glossar. med. Græcit.

Cumba, Hispanis *Comba*, est Curvatura, Vasconibus locus declivis & propensus, qui in vallem desinit. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. & Glossæ Isidori. *Cumba, cuneus, crypta. Cripa*, in Glossis Isidori. Alii pro *Cuneus*, legunt *Cuniculus*. Anglo-Saxonibus etiam *Comb* est vallis, montibus undique obsita, quemadmodum veteribus Britannis *Kum*, ut observat Camdenus in Dammoniis. Sic autem dicta, quòd *Cumba*, seu navigii ita nuncupati, quod cavum est, & longius, speciem referat: seu ab alveo navis, qui Cumba etiam dicebatur. Historia fundat. Monaster. Miratorii in diœcesi Lugdunensi MS. *Tempore verò præcedente D. Guerricus prædicti Humberti filius anno* 1156. *cumbam Offei, & omnem terram prædictæ cumbæ circumquaque adjacentem prædictis fratribus vendidit.* Tabularium Bellilocense in Lemovicibus n. 83. *Mansos meos in Bretenis dimitto tres — itaquidem dimitto, ut frater meus Ratbodus teneat ad obedientiam S. Stephani ad sacrarium denarios* 2. *de vinea in Tiberia intrante in illa cumba.* Eadem habentur in Charta an. 1131. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 311. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 116. *Et in circum volvitur per rupes, infra quas cumba permaxima tendens ad cursum Susionis, & per ipsum cursum pergit usque ad terram, unde fluunt ollæ.*

Comba, eadem notione. Charta Henrici Comitis Augi tom. 1. Monastici Anglic. pag. 920. *Wertham cum comba juxta fo. estam meam, &c.* Chron. Besuense pag. 640. *Et pro tali commercio dedit illi* 25. *sol. & unam combam, quæ in plantata erat.* Occurrit præterea in aliquot Chartis apud Duchesnium in Probat. Hist. Vergeiacensis pag. 135. 143. & Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 5. *Le Roman de Garin MS.*

Por chevauchier le bruel de Selve longue,
Si descendirent lés une basse combe.

Hinc *Altacomba* in Sabaudia, & *Combalonga* in Conforannis, Monasteria seu Abbatiæ, nomen accepere, quod in altis, profundis, & longis vallibus exstructæ sint. Vide *Catacumbæ.*

Cumba. Theloneum Monasterii S. Bertini: *Carteia de cumbis falconum,* 2. *den.*

Subcumbus, Terminus cavus. Latinus de Terminis:

Terminus si subcumbus positus fuerit, limitem ostendit: quidam maximè per convallia pergunt. Si autem in plano subcumbus positus fuerit, ubi vallis non sit, in proximo ante se claudet finem. Alius Agrimensor: *Terminus decum* X. *habuerit, quadrifinium exponet: si succumbum fuerit, limitem ostendit, aut vallem desiderat.*

CUMBRI. Vide *Combri.*

CUMBUS. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 4. *Arrepto Eligius sarculo cœpit —terram sanctis effodere manibus: mox reperit cumbum sanè veterrimum, tegentem corpus sacratum.* Ubi legendum puto *tumbum*, seu *tumulum*, id est, *tumbam.*

CUMERA, *Vas frumentarium de festucis.* Ugutio.

CUNA. Vide *Cuva.*

CUNCTALIS, *Generalis.* Papias.

CUNCTIGENA, Omnis generis, in Decretis Synodi Ænhamensis an. 1009. can. 22. *Nequitia cunctigena, &c.*

CUNCTIPOTENS, pro *Omnipotens. Cunctipotentia*, in Prologo ad Vitam S. Turiani, Episcopi Dolensis.

CUNCTUS, *Scyphus, patera.* Ita Papias MS. Edit. habet *Cundus.*

CUNEATA, Gall. *Coignée*, Securis. Tabularium Vindocin. Ch. 54. *Favente Hilgodo fratre suo Securi, sive, ut vulgus loquitur, Cuneata cognominato.* Vide Meursium in Κονιον, & suprà in *Cumada.*

CUNEUS, Sigillum ferreum, quo nummi cuduntur. Gallis *Coin*: à cudendo dictum censet Cokus ad Littletonem sect. 335. Alii à cunei figura, & probabiliùs. Lexicon Gr. MS. Ἀργυροκοπεῖον, ἐν ᾧ κόπτεται τὰ νομίσματα, ὃ νῦν ἱμαντέοι χαλῶσι. Leg. σήμαντρον, Matth. Paris an. 1248. *Cuneus monetalis: Cunei emolumentum.* Monastic. Angl. tom. 2. pag. 308. 313. *Carucatam terræ, quæ jacebat olim ad cuneos monetæ.* Adde Will. Thorn in Chron. pag. 1816. Fleta lib. 1. c. 22. §. 5. *Fabricatores cuneorum.* §. 6. *Fabricatores falsæ monetæ sine cuneo.* Vide *Moneta.*

Sæpe etiam sumitur pro ipso jure cudendi monetam, in Assisiis præsertim Hierosol. MSS. *Le chief Signor a Cour, Coins, & Justice, qui est la haute Cour.* Passim ibi.

Cuneus, Species vel forma panis. Chron. Windesem. Buschii lib. 2. cap. 43. *Uno cuneo, hoc est, albo pane, modicoque cibariis in hebdomada sustentabatur.* Picardi *Cuignet* etiamnum appellant, panem lacte subactum, & in varios angulos formatum. Auctor Mamotrecti 7. Levit. *Collyridis, id est, panes similagineos triangulos, vel circulos.*

Cuneus, Latinis, est instrumentum ferreum, aut ligneum, quo finduntur ligna. Vita S. Joannis Episc. Traguriensis: *Accedentes autem plures prioribus, adjectis ferreis palis & cuneis, submovere illum* (lapidem) *non potuerunt.* Miracula S. Richarii Abb. lib. 1. c. 1. *Cùm findere tentassent cum malleis & cuneis, & omni hujus generis machinamento, &c.* Vide Ordericum Vital. lib. 8. pag. 698. & Meurs. in κωνία.

CUNICULARIA, Vivarium cuniculorum, Gallis, *Lapiniere, Garenne.* Occurrit non semel in Fleta l. 2. cap. 52. §. 12. cap. 71. §. 12. cap. 72. §. 14. &c.

Cunicularis, qui cuniculos venatur. Fori Leyrenæ: *Cunicularis post unam noctem det unum Cuniculum cum sua pelle.*

CUNICULUS. Vide *Duciculus.*

CUNITÆ, Hæretici, quorum auctor *Cunus* quidam, in Anglia noti an. 1147. M. Chron. Belgic.

CUPA, Vas vino condendo paratum, Latinis, à Κουπαρ Anglis, nostris, *Cuve.* Lucanus lib. 4. de Bello civ.

— Ratem vacuæ sustentant undique cupæ.

Vide Petrum Blesens. Epist. 63. *Navis capacitatis* 40. *cuparum*, in Novella Valentiniani de Navicularis amnicis. Nos dicimus: *Un Vaisseau de* 40. *tonneaux.* Gloss. Ælfrici: *Cupa*, Tunne.

Cupa, Cuppa, Coppa. Hesychius: κύββα, ποτήριον. Gloss. Lat. Gr. *Cupa*, βοῦτις μεγάλη, ἣν τινες γαυλὸν καλοῦσιν. Est autem γαυλὸς, certa navigii species: & apud Hesychium, κύπαι, εἶδός τι νεώς, pariter esse dicuntur. Idem Glossarium κόψα, *urna, hydria.* Ubi fortè legend. κόπα. At apud Heronem Mathematicum, κοῦπα, & βοῦτις, pro vasis vinariis sumuntur; sed *cupa* major est *butti.* Recentioribus verò *Cupa* & *Cuppa*, usurpantur pro poculo, seu vase potorio, quod videtur sic appellatum, quòd *Cupæ* formam referat. Nostri *Coupe* vocant. Vita sancti Guidonis Abbatis Pomposiani: *Cuppam, qua bibebat Abbas, ab eo sibi petiit porrigi. Cuppæ aureæ & argenteæ*, in Constitut. Siculis lib. 3. tit. 36. §. 1. Liber de Contemptu mundi:

Insignesque thori, cupæ, cyphique decori.

Vide Lupum Ferrariensem Epist. 85. & Salmasium ad Hist. Aug. pag. 253.

Cuppa, eadem notione, & apud Simeon. Dunelmen. Charta Æthelstani Regis Angl. tom. 1. Monastici: *Tria tapetia, & duas coppas argenteas cum cooperculis, Cuppas* vocat mox idem Dunelmensis. Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Coppam auream Domini tui — pincernæ meo confestim offero.* Suprà *cantharum* appellavit. Chronicon Casinense lib. 3. cap. 57. (al. 58.) *Coppas duas argenteas deauratas cum nigello librarum* 15. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. *Scrinium Hugolini Boni Comitis fregerunt, & ex eo coppam unam argenteam, & privilegium, quod Rex Imperatori fecerat, asportarunt.* Otto Morena: *Et ipsi unam copam auri & denariis plenam ipsi Regi portaverunt.*

Cuparius major, dignitas in aula Regum Lusitaniæ. Vide Brandaonum in Monarch. Lusitan. to. 5. pag. 304. v.

Cupha, idem quod *Cupa.* Vita S. Godehardi n. 62. *Petendo eum, ut benedicat parum vini in Cupha vel scypho suo.*

CUPHA. Vide in *Cupa.*

Cupa ad reponendam Eucharistiam. Necrologium Eccl. Parisiensis Id. Aug. *Dedit nobis Calicem aureum cum patena ponderis* 4. *marcarum auri, de quo facta fuit cuppa ad reponendum Eucharistiam:* Charta Anglica apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 3. pag. 798. *Mandatum est Justiciario Hiberniæ, quod in singulis Ecclesiis Cathedralibus Hiberniæ inveniat unam cuppam ad Eucharistiam in ea reponendam.*

Cuppa. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 2. pag. 834. *Cùm ex consuetudine approbata & obtenta habere consueverimus palefridos & cuppas Episcoporum & Abbatum regni cedentium & decedentium, &c.* Habentur similes aliæ Chartæ aliquot tom. 3. hujusce juris Regii testes. Vide *Heriotum.*

Cupa, Mensura frumentaria. Charta anni 1241. tom. 10. Spicileg. *Super sexterali, & corda, ferro, pondere, & cupis.*

Cupa octavalis. Consuetudines MSS. Solempnaci in Arvernis: *Omnes homines de dicta communitate debent molere unum sextarium bladi pro una cupa octavali, persolvenda de tali blado, quo persolvi consuevit, nec debent desengranari.*

Cupa, Mensura frumentaria minutior, vox pariter formata à *Cupa.* Charta Alphonsi Comitis Tolosani an. 1144. pro Montalbanensibus apud Catellum lib. 2. Rerum Occitanar. cap. 17. *Usus talis est: de duobus sextariis avenæ, quam asportabunt extranei ad vendendum, habeat dominus unam copam, de uno sextario mediam copam. — de saumata salis — habeat*

beat dominus unam copam. Charta an. 1246. in lib. 1. Feodorum Burbonensis dominii fol. 96. *Gerardus de Beria duas copas ordei sisenals, & 2. denarios, &c.* Infrà: *B. Raimundi 4. copas sisenals siliginis, &c.* Occurrunt hæc verba pluries.

Coponagium, *Copponagium*, Jus exigendi ejusmodi *copas* ex frumentarii mercibus, quæ in mercatis veneunt. Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1266. apud Perardum p. 511. *Item homines dictæ villæ ad præstandum, leida & pedagio penitus sunt immunes: coponagium verò debent die mercati solvere tantummodo, & non aliis diebus.* *Copponagii* mentio occurrit in aliquot aliis Tabulis apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 64. 107. & in Genelogia Dominorum *de Thoiré*, pag. 231.

Cupella, Minor cupa. Epistola Bonifacii Archiepisc. Moguntini: *Vice osculi duas cupellas vini Celsitudini vestræ — transmisimus.*

Cupellus, vel *Cupella*. Vasis potorii species, ex *Cupa*, aut à Græco κύπελλον, quod Hesychio est εἶδος ποτηρίου ᾠωτῦ. Ubi fortè legendum ᾠωτῶ, in formam ovi. Alii à Germanico *Kuebel* deducunt. Gloss. Lat. Græc. *Cupillum*, γευστείδιον, f. γευστήριον, poculum, quo vini gustus capiebatur, apud Athenæum: *Gustatorium*, in Fragmento Petronii de Cœna Trimalcionis. Apitius lib. 1. cap. 2. *Piper tritum cum melle dispumato in cupellum conditi modo mittito.* Alia Editio habet *cupellam.*

Cupella, Vas potorium. Vita S. Paterni Episcopi Abrincat. cap. 5. *Potum per cupellas dispositum evellere voluerunt.* Est etiam *cupella*, parva cupa, apud Gregorium Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 35.

Cupellus, Mensura frumentaria. Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Molendina habebit dominus in dicta villa bannalia, & erunt cupelli rationabiles & mensurabiles, quorum cupellorum sexdecim faciunt sextarium.*

Cupa, *Cuppa*, Tributi vel pensitationis species apud Occitanos, eadem fortè quæ *coponagii*. Charta anno 1292. apud Sammarthanos in Episcopis Magalonensib. *Quantùm ad cupas & leudas.* Usatica, seu Leges Municipales MSS. urbis Monspeliensis cap. 71. *Quilibet habitator Montispessulani pro domo, vel locali suo, cujuscumque sit pretii, debent salvare cuppas & lesdas, & Bajulus Montispess. debet ei laudare illum domum vel localé.* Vernaculum sic concipitur: *Casquun habitaire de Monpeslier per maison & per logal sien de qel prés que sia petito gran, deu saluar copas e leidas, &c.* Et cap. 91. *Captalarius non debet præstare Lesdam vel cuppas, nisi pro ea parte, pro qua pertinet ad eum lucrum, jam Curiæ acquisitum.* Vernacul. *Captalier non deu donar leidas ni copas, si non per aqella parte per la qal azel perten lo captal, o per aqella part, per la qal parten azel la gazanh que a dona.* Charta an 1231. in Regesto Comitum Tolosæ: *Item petebat medietatem* del cop, *qui datur ab illis, qui vendunt bladum in villa Galliacensi ad pilam.* Infrà: *Abbas autem & Monasterium Galliacense habebit tertiam partem in toto blado, quod colligitur del cop. ab illis, qui vendunt bladum in villa Galliaci.* Charta Libertatum oppidi de Meneto in Biturigib. an. 1260. *De tous blez de sextier une cope de laide, &c.*

Cupa, Urna, arca sepulcralis. Vetus Inscriptio Romæ: *D. M. D. Apuleius Jonicus fecit Eutychiæ sorori suæ & Eutycheti filio ejus, in hac cupa mater & filius positi sunt.* Vetus Scheda apud Ughellum tom. 2. Ital. sacræ pag. 247. *In alia cuba juxta Orientem sepulcrum SS. Victoris, Dominici, &c.* Vide *Cuba.*

Cupus, pro *Cupa*, in veteri Charta, sub Justiniano scripta apud Brisson. de Formul. pag. 647.

Cupata domus, in modum *cupæ*, seu *cupellæ* tecta, in Charta an. 1356. in Hist. Bononiensi Ghirardacci lib. 1. pag. 25. Vide *Cupella.*

CUPERAMENTUM, Acquisitio, *recuperamentum.* Tabular. Montismorilionis. *In Pictaviensis Joannes Arcos donavit pauperibus Dei de Monmorlo se & omnia sua cuperamenta, quæ fecit in vita sua.* Et fol. 44. *Donaverunt Pauperibus domus Dei de Monmorlo -- omnia cuperamenta sua, quæ cuperaverant Domini domus Dei, vel quæ cuperaturi fuerant in omni terra sua &c.* Occurrit ibi non semel.

CUPERIA. Charta Ildephonsi Comitis Tolosæ apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 192. *Et feminæ cuperiæ, quæ salem voluerint revendere, emant ad salinum, &c.*

CUPHIA, *Cofea*, *Coffia*, *Coifa*, *Cucufea*, Tegmen capitis, quod caput totum ambiebat. Ugutio: *Caleptra propriè dicitur Cuphia equi.* Olim virorum maximè, nunc mulierum, Gallis, *Coife.*

Cuphia. Papias: *Cydaris, mitra, tyara, pileus sacerdotalis, cuphia.* Alcuinus de Offic. divin. ait, Græcos *pileos, id est, cuphias gestare in capite, dum assistunt altaribus.*

Cuphia. Joan. de Janua: *Caleptrum est propriè cufia* (al. *Cuphia*) *equi.*

Coffia, *Cofia*. Chronicon Vosiense cap. 74. *Mitras in capite gestabant juvenes utriusque sexus, quas vocabant Bonetos, pòst Capellos de lino, vel Coffias, dehinc Capellos de pilis cameli.*

Cofea. Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 13. *Stapionem, camisas, manicas, cofeas, fibulas, cuncta auro, quædam gemmis exornata — sancto tradit altari.*

Cucufa, eadem notione. Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. c. 22. *Omnibus ornamentis Pontificalibus, etiam casula, & mitra albis, videlicet de bougran revestiti, & etiam propter unctionem, cucufati quadam magna cucufa subtus mitram.* Occurrit rursum infrà, & in ejusdem Statutis Synodalibus an. 1314. Regestum Parlamenti Paris. sign. B. fol. 44. inter Aresta an. 1277. *A distantia unius leugæ venient pedites in caligis ad domum dicti Militis, in tunicis sine ...conis, sine capuciis & sine cucufis, &c.* Occurrit etiam apud Continuatorem Nangii an. 1326. & in Statutis Collegii Navarræi an. 1315. apud V. Cl. Joan. Launojum in Hist. ejusdem Collegii pag. 29.

Cucufatus, Cucufâ caput tectus, in Synodis Rotomagensib. an. 1299. & 1313. can. 1.

Σκεφίαν dixit Codinus de Offic. cap. 2. num. 52. Corona pretiosa σκεφία, capitium. Calliætiamnum dicimus *Scoufion.* Vide Pseudo-Chronicon Luithprandi pag. 322.

Coifis hodie etiam caput operire *Servientes ad legem* in Anglia, testantur Spelmannus & Watsius, ad tonsuram cælandam Clericalem, uti opinatur idem Spelmannus, indeque vulgò vocari *Sergeants of the coife.*

Cofiarum ferrearum meminit Froissartes 4. vol. cap. 38. *Cottes de fer, Gantelets, Goiffettes d'acier.* Guill. *Guiart* an. 1301.

Boucliers espoins, coifes laciées.
Et blanches espées sachiées.

Idem an. 1304.

Armées de cotes à leur tailles,
Et de bons haubersons à mailles,
De fors gans, de coiffes serrées,
De gorgieres, & d'espées.

Le Roman de Garin:

Parmi la coiffe de blanc hauberc saffré.

Charta Odardi Dom. Hamensis an. 1328. *Haubregon, bachinet, coiffete, ou plate, ou autre armeure semblable.*

Hoc porrò tegumento Clerici caput operiebant,

 præ-

præsertim cùm itineri se fecommittebant: nam aliàs id iis vix indultum. Constitutio Ottoboni apud Lindwodum, seu Concil. Londinense an. 1268. can. 5. de habitu Clericorum: *Clerici non nisi in itinere constituti unquam aut in Ecclesiis, vel coràm Prælatis suis, aut in conspectu communi hominum publicè infulas suas, vulgò Cloyphos* (Lindwodus legit *Coyfas*) *vocant, portare aliquatenus audeant vel præsumant.* Alibi: *Quin tamen hujusmodi cloypham vel tenam portare possit in bursa, vel crumena sua ad utendum de nocte. Coifam* Clericis etiam tribuit Matth. Paris an. 1259. *Willelmus de Bussey — cùm non posset objectis responderc, quia multis irretitus erat sceleribus, voluit ligamenta coifæ suæ solvere, ut palam monstraret tonsuram se habere Clericalem.* At in Constitutione Petri Episcopi Rutenensis in insula Cypro an. 1313. *Cofiæ* interdicuntur Clericis, cap. 8. *Et repertus portare cofiam, solvat pro pœna 2. solidos, & perdat cofiam.*

CUPIDENARIUS, *Mercator, cupidus denariorum.* Ita nugatur Ugutio, pro *Cupedinarius.*

CUPIDITIA, pro *Cupiditas.* Ratherius Veronensis Episc. in Synodica ad Presbyter. *Qui cupiditia æstuant, qui invidiâ vel odio tabescunt.*

CUPIENTIA, ἐπιθυμία, in vett. Glossis, Cupido.

CUPILLUM. Gloss. Lat. Græc. *Cupillum*, γευσίδιον.

CUPLA. Papias: *Cuplæ in tectis domorum, quòd copulent in se luctantes.* Addit Joan. de Janua derivari à *copulare* & *luctantes* appellari, quòd erecti invicem se teneant more luctantium. Vide Philandrum ad Vitruvium lib. 4. cap. 2.

Cupla, Copula canum venaticorum, Gall. *Couple*. Capitula Caroli Magni an. 879. cap. 15. *Ut Episcopi & Abbates & Abbatissæ cuplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres.* Capitula Placitor. Coronæ sub Ricardo I. Rege Angl. apud Hovedenum: *Qui — canes duxerint sine copula per forestam — Regis, — erit in misericordia Regis. Copula*, est ἀλυσίδιον, in Gloss. Lat. Græc. id est, interprete Suida, πλοκὴ γένος περὶ τὸν τράχηλον. Ovid. 7. Metamorph.

Copula detrahitur canibus.

Et lib. 5. Trist.

Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ
Luctantem frustra copula dura tenet.

Nemesianus in Cynegetico:

Libera nunc primùm consuescant colla ligari,
Concordes & ferre gradus, clausique teneri.

Συνδυάζειν τὰς κύνας, apud Xenophontem de Venat. cap. 10. Vide Sidon. lib. 8. Epist. 6. Roger. Hoveden. pag. 785. & in verbo *Discopulare.* *Le Roman de Garin MS.*

Cueilliez ces coples por ces chiens retenir.

CUPPA. Vide *Cupa.*

Cuppa Mazerina. Vide *Mazer.*

CUPPULA, Tholus, trullus, fornix rotundus in altum porrectus, & in modum *cupæ* effictus: *Cupola*, Italis; *Coupele*, Gallis. Occurrit apud Baron. anno 682. num. 41. Matthæus Villaneus lib. 3. cap. 42. *Una folgore cadde in Roma, & percosse il campanile di santo Petro, & abbate la cupola.* Ita apud Hesychium κουπῆιον, est καμάρα ἡ ἐπὶ τῶν ἀμαξῶν γινομένη, tegumentum curruum in *cupæ* formam cameratum.

Cuppula. Charta Eberhardi Archiepiscopi Saltzburgensis anno 1246. apud Wiguleium Hondium tom. 2. pag. 69. *Nudi salis libram dimidiam cuppularum — in salina nostra tradidimus annuatim.* Vide *Cupa.*

CUPRUM, Latinis *Cyprum*, sive *æs Cyprium*, vel etiam quodlibet æs: nostris *Cuivre.* Spartianus in Caracalla: *Ex ære & cupro cancelli superpositi esse dicuntur.* Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 1. *Item Cruciculas aureas 3. argenteas 6. ex cupro 2. &c.* Occurrit apud Vegetium de Re veterinaria non semel, & apud aliòs Scriptores. Hinc *Cupratus, Cupreus*, apud Ebrardum Betun. in Græcismo cap. 25. Commendatur verò præsertim cuprum Hispanicum. Gesta Francor. usque ad Robertum Reg. MSS. ex Bibl. Loisselliana, an. 1014. *Chorum etiam psallentium tabulis Hispanici cupri circumdedit opere fusili. Hispanicum metallum* paulò ante appellatur. Sed & *Cyprum*, pro Cuprum, dixit Ethelwelfus, lib. de Abbat. Lindensarn. cap. 14.

Nec minus ex cypro sonitant ad gaudia fratrum
Ænea vasa cavis crepitant quæ pendula fistris.

Vide in *Cyprum.*

CUPSONES. Vox incertæ notionis apud S. Augustin. in Sermonibus.

CUPTARE, Papiæ, *Cupere multùm.*

Alia notione vocem usurpat Pactus Legis Salicæ tit. 61. §. 1. *De eo, qui chrenecrudam* peragit, de qua suprà: *Et postea debet in casam suam intrare, & de quatuor angulis terræ pulverem in pugno colligere, & postea in duropello stare, & intus casam cuptare debet, & sic de sinistra manu trans suas scapulas jactare super proximiorem parentem.* Lex Salica recentior habet: *Et stare in durpilo, hoc est, in liminari, & intus captare, &c.* Ubi Wendelinus *cuptare* idem esse vult, quod Belgis *Kuppen*, obtegere, occultare, ita ut ille se intra casam ab aliorum conspectu se submovere debeat. Nec scio, an à *captare*, quæ in aliis Editionibus occurrit, vox nostra *Cacher*, pro *occultare*, deduci debeat?

CUPUS. Vide *Cupa.*

CUR, pro *quia*, usurpat Lucifer Calaritanus pag. 24.

CURA, Dignitas seu munus Curionis, *Cure.* Concilium Rotomagense an. 1072. *Venduntur Curæ Pastorales, scilicet Ecclesiæ Parochiales* Stephanus Tornacensis Epist. 179. *Laborat & murum se opponit contra filios inobedientiæ, qui extra claustrum sub obtentu parochialium Curarum morari desiderant atque mori, &c.* Ubi plura in hanc sententiam. Braulio Cæsaraugustanus in Vita S. Æmiliani cap. 5. *Quapropter in Ecclesia Bergegii Presbyteri est functus officio. Tunc relictis, quibus dediti esse solent istius ordinis, nostri quidam homines temporis sanctam impartiebatur Curam, &c.*

Cura, Domus Curionis. Odo Cluniac. lib. 4. Collat. p. 243. *Timentes eos, in Curam Ecclesiæ diverterunt.*

Cura, in Monasteriis, qui curam hospitum habet, seu *Hospitalis.* Statuta Monastica in Vitis Abbatum S. Albani: *In æstate statim post Fratrum refectionem, & gratiarum actionem, in locutorio hospitum divertant, seu in alio quolibet loco sibi deputato, Curacum ipsis existente, qui propter Ordinis disciplinam, hora illa cum eis remaneat.* Infrà: *Hora vespertina semper remaneant, Cura cum ipsis remanente, qui cum ipsis manducet, &c.* Eadem nempe forma, qua *Cura Palatii*, dignitas, de qua mox, *Cura Prætorii*, genus servi apud Trebellium Pollionem, *Cura Epistolarum*, inter officia Præfecti urbis in Notitia Imperii, *Cura domus*, in Capitul. Caroli Magni lib. 6. c. 127. *Cura haræ*, pro subulco, apud Ovid. in Epist. Penelop.

Cura-pacis, apud Anianum ad leg. 1. Cod. Theod. de Pignorib. in qua *Præfectus pacis* is dicitur, qui Græcis εἰρηνάρχης. Vide Jacobum Gothofred. ad hanc legem.

Cura Palatii, Dignitas Palatina, cui Senator lib. 7. Epist. 5. Palatinorum ædificiorum instaurandorum, & de novo extruendorum curam potissimùm incubuisse ait: qua qui donatus à Principe fuerat, *aurea*

virga

virga decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regios primus incedebat. De qua quidem virga videtur intelligendus S. Asterius Orat. in Oeconomum Iniquit: τί δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἀξίας ἡ σκηνὴ, τὸ ἀργυροῦν ὄχημα, ἢ καλαμὶς ἡ χρυσῆ. Ejusmodi est dignitas illa apud Reges nostros: *Intendant des bastimens du Roy.*

Certè quidquid sit de *Cura Palatii*, cujus muneri ædificia Palatina incumbebant, apud Gothicos fortasse Italiæ Reges, alia fuit istius dignitatis functio apud Augustos Byzantinos, quantùm conjecturâ licet assequi, qua donatos Apollinarem & Saturninum sub Constantio tradit Ammianus lib. 14. & 22. De Apollinare: *Paulò antè agens Palatii Cæsaris Curam.* De altero: *Saturninus ex Cura Palatii.* Idem lib. 31. *Tribunus Æquitius, cui tunc erat Cura Palatii credita.* Sidonius carm. 23.

Intra aulam soceri mei expetitus,
Curam cùm moderatus es Palatii.

In Codice Theod. *Curæ Palatii* mentio occurrit, jungiturque *Tribuno* & *Comiti Stabulorum* in leg. unic. de Comitib. & Trib. Schol. & leg. 1. Qui præbit. tyronum excusentur. Sed quod illius potissimum fuerit munus, non omnino constat: etsi probabile sit, eosdem fuisse ejusmodi officiales, qui postmodum *Curatores Palatiorum*, vel qui *Præpositi Palatii* appellati sunt. At Alamannus existimat, eum, qui vulgò *Cura Palatii*, & postmodum *Curopalates* appellatus est, esse, qui Scriptoribus aliis *Præfectus Prætorianorum* indigitatur, quique Prætorianis militibus præerat: idque potissimùm elicit ex Procopio, in Hist. Arcana scribente, Justinum Principem custodem Palatii constitutum ab Anastasio Augusto: Ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν Ἀναστάσιος Βασιλεὺς κατεστήσατο τῶν ἐν Παλατίῳ φυλάκων. Quæ quidem dignitas eadem est, quæ *Curopalatæ*. Nam cæteri Scriptores hac donatum passim tradunt. Evagrius lib. 5. cap. 1. Ἰουστῖνος τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν Κουροπαλάτην ἡ Ρωμαίων λέγει φωνή. Vigilius PP. Epist. 15. *Sed & Justinum Exconsulem & Curapalatii.* Cujus quidem dignitatis auctoritas magna erat, ut quæ primas ab Augustali teneret, ut habent Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 18. S. Nicephorus in Breviario pag. 16. primæ Edit. Photius in Biblioth. &c. Corippus lib. 1. de Laud. Justini junioris:

Par extans curis, solo diademate dispar
Ordine prærerum, vocitatus Cura Palati.

Et lib. 2.

Dispositorque novus sacræ Baduarius aulæ
Successor soceri, factus mox Cura Palati.

Hinc viros primarios, & qui proxima Augustos attingebant necessitudine & affinitate, hac potissimùm donatos legimus, in Chronico Alexandrino pag. 868. apud Luithprand. in Legatione, Zonaram pag. 82. 127. 166. &c. Apud Gregorium Turon. lib. 2. Hist. cap. 8. Aëtius *Curam Palatii gessisse dicitur*, quo loco meminit *Joannis Cura-Palatii.*

Curopalatas Iberiæ Principes appellatos docemur ex Constantino de Adm. Imp. cap. 43. 45. & Zonara pag. 178.

Curopalates. Paulus Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 108. *Maurum quoque Curopalatem Palatii Imperatoris Constantinopolitani.*

Choropalasius, eidem cap. 17.

Corpalatius, apud Baldricum in Histor. Hierosolymitana pag. 93.

Corpalasius, apud Petrum Tudebodum lib. 1. Vide *Major domus.*

CURADIA. Charta an. 1149. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentinæ in Regesto 2. part. Ch. 41. *Super causa, quæ vertebatur inter D. Theobaldum Episcopum Placentiæ ex una parte, & Consules & Commune Placentiæ ex alia, de pedato Florenciolæ, de advocatia, & curadia, &c.*

CURAGENDARII, qui & *Curiosi*, in leg. 1. Cod. Theod. de Curiosis, *qui Curas agunt*, in leg. 2. 4. & 5. eod. *Curam publicam agentes*, in veteri Formula. Historia S. Clementis Episcopi: *Post mysteria autem facta, prostravit se ad pedes B. Clementis Theodora, dicens, virum suum curas agentem secretorum Domini nostri J. C. cæcitatem incurrisse oculorum amborum, & utrarumque aurium auditum perdidisse.* Cum is nimirum ad Christianorum collectas venisset, inspecturus, quid in iis ageretur? Passio S. Bonifacii Martyris, edita ab Holstenio: *Habens sub se septuaginta & tres Procuratores, qui curas agebant in possessionibus ejus.* Vide *Curiosus.*

CURAGULUS, Curam gerens. Glossæ MSS. *Curagulus, sollicitus.* Gloss. Isidori, *Curagulus, curiosus.* Quæ verba videtur hausisse à Prisciano lib. 4. Partitionum, qui tamen non dicit idem sonare *Curagulum*, ac *Curiosum*; sed vocem utramque à *Cura* derivari. Charta Edmundi Regis tom. 2. Monastici Anglic. *Ego Edmundus — Rex Anglorum, & Curagulus multarum gentium.*

CURANDERII telarum, in Charta an. 1337. in M. Pastorali Eccl. Paris. pag. 368. *Curatores*, Λιναχνεταί, seu πλύνται, Theophilo Antecessori.

CURANTIA, Acquisitio. Charta Philippi Episc. Pictav. an. 1236. apud Beslium in Episcop. Pictav. pag. 82. *Si verò in dicta Ecclesia aliquem monachando, seu consensu proprio aliquo modo acquisitiones, sive curantias fecerit, eidem permanebunt propriæ: & si Capellanus ibidem fecerit sumptibus propriis acquisitiones, seu curantias, eidem & successoribus suis remanebunt.*

CURARE, Ἐνταφιάζειν, Curare funus, lavare, ungere, sepelire, & omnia præstare, quæ requiruntur ad sepulturam. Palladius cap. 10. *Quem cùm ego curassem, & linteis sancti corpus involvissem, & deposuissem, &c.* Vid. *Procurare.*

CURATA. Vide *Curatura.*

CURATORES, in civitatibus dicti, qui rebus venalibus pretia imponebant, Curialibus præerant, vectigalibus ac tributis persolvendis invigilabant, ut est in *Curatoris civitatis* formula apud Senatorem lib. 7. Epist. 12. Ex qua præterea Curatores civitatibus ac Principibus datos docemur: quod firmant etiam aliquot veteres Inscriptiones apud Gruterum. Capitolinus in Antonino Philosopho: *Curatores multis civitatibus è Senatu dedit.* Reditus etiam civitatis colligebant: unde & Λογισταὶ dicti. Gloss. S. Benedicti c. de Magistr. *Curator*, Φροντιστὴς, λογιστής. Glossæ Nomicæ MSS. Κουράτωρ, φροντιστής. Julius Firmicus lib. 5. cap. 1. *Faciet — Curatores vel principales civitatum publicis rationibus præpositos, Rationales & qui fiscales rationes fideli semper officio exigant. Curatores pecuniæ publicæ, ærarii*, in aliquot Inscriptionibus: *Curatores urbis*, aut *civitatis*, nudè in aliis. *Curator civitatis*, in Actis Proconsularibus Martyrii SS. Didymi & Theodoræ num. 1. *Curator urbis*, apud Ammian. lib. 14. Apud Augustinum lib. 3. Contra Crescon. cap. 29. ex Actis Munatii Felicis: *Flaminis perpetui Curatoris Coloniæ Cirtensis*: in Collat. 1. contra Donat. cap. 1. fit mentio *Curatoris celsæ Carthaginis*: *Curatoris Alexandriæ*, apud Pollionem in Æmiliano: *Curatoris Aquini*, apud Spartianum in Pescennio, &c.

Megas Curator, Dignitas in aula Byzantina. Habetur tom. 1. Histor. Francor. Epistola Childeberti Regis inscripta *Viro glorioso Meganti Curatori*: qui, nisi fallor, non alius est ab eo, qui *Curator Imperialium domorum* dicitur in Hist. Miscella, lib. 18. Κουράτωρ τῶν βασιλικῶν οἴκων, Theophani p. 220. τῶν θείων οἴκων

οἴκω, in Novella Tiberii Imperat. cap. 1. Agathias l. 5. de Anatolio: ἄνδρα τῆς τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένων, καὶ πρόσγε τὸ φροντίδα τίθεσθαι, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν Βασιλέως οἴκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα, Κουράτωρας δὲ τούτους καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Tradit Theophanes p. 412. Nicephorum Imperatorem præcipua subditorum prædia εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν redegisse, id est, Magno Curatori subjecisse, qui eorum reditus fisco inferret. Extat apud Gregorium Magnum lib. 8. Epistola (quæ est 7.) inscripta *Theodoro Curatori*, ex qua colligitur, Curatorem dignitate admodum illustrem, milites que illius quodammodo imperio fuisse subditos. *Summus Curator*, occurrit in veteri Inscriptione 431. 1. sed alius forte à *Magno Curatore*.

Curator divinæ & dominicæ domus, in leg. ult. Cod. de Quadrienn. præscript. & Nov. 1. Justin.

Curatores verò singulorum *Palatiorum* non semel memorant Scriptores Byzantini: *Curatorem Palatii Hormisdæ*, sexta Synodus Act. 1. & Chronicon Alexandrinum pag. 868. 870. *Curatorem Palatii Manganorum*, Leo Grammaticus pag. 496. *Curatorem Palatii Antiochi*, Chronicon Alexandr. pag. 870. *Curatorem Palatii Marinæ*, Theophanes an. 35. Justiniani. Ita porrò appellati, non quòd ipsorum Palatiorum curam haberent; sed ærariorum, quæ in iis reposita erant, & asservabantur, quod ex Scriptoribus Byzantinis licet colligere. Vide Henr. Valesium ad Evagrium lib. 5. cap. 18.

Curatores operum publicorum,
Curatores ærarii,
Curatores annonæ,
Curatores aquarum,
Curatores viarum,
Curatores Calendarii,
Curatores ædium, &c. habent passim veteres Inscriptiones, quas indicant Index Scaligeri, & JCtorum Libri.

Curatores domus, vetantur esse Clerici & Monachi, id est, *villici*, in Capitulis Caroli Magni lib. 6. c. 122. Vide Meursium in Κουρατωρεία.

Curatores regionum, in veteri urbis Constantinop. descript. in Inscriptionibus apud Gruterum pag. 250. 251. apud Capitolinum in Antonino Philosopho, &c.

CURATORICII, *equi*. Lex 29. Cod. Theod. de Annona & trib. *Ut vicenis solidis, qui in præteritum pro equis curatoriciis petebantur, duo solidi detrahantur.* Meminit præterea l. 2. eodem Cod. de equorum collat. *Equorum, qui curatoricio nomine flagitantur.* Ubi ejusmodi equos dictos putat Jacobus Gothofredus, quòd iis uterentur *Curatores*, & *Curagendarii*, vel *Palatini*, qui *ad agendas curas reipublicæ* in provincias destinabantur. Vide alias ejusdem conjecturas ad has Leges.

CURATORIUM, Ædes curatoris. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Κουρατωρεῖον, ὅνῳ ὁ κουράτωρ.

CURATURA, vel *Curata*, telonei species ex mercibus in nundinis distractis. Charta Berengarii Imp. an. 916. apud Ughellum tom. 4. pag. 794. in Episcopis Cremonensibus: *Placita custodire, mansionatica facere, portatica tollere ac telonea, ac curatam publiciter erigere quærebat.* Infrà: *Aut Curatam aut portaticum ibi tollat nemo, &c.* Ita pag. 817. At

Curatura, scribitur in Charta Henrici Imp. ibidem pag. 808. Alia Ardoini Regis Italiæ an. 1011. apud Guichenonum in Biblioth. Sebusiana pag. 249. *Omnem districtum, mercata, teloneum, curaturam, &c.* Alia Anselmi Archiepiscopi Mediolan. anno 1100. apud eundem Ughellum, & Puricellum pag. 482. *Stabilitur quoque & communi institutione à nobis laudatur, quatenus ibi sit mercatum annuale omnium rerum fluens & venale, ex quo nullus præsumat curaturas quærere, &c.* Turadia, perperam pro *Curadia*, editum apud eundem Puricellum pag. 519. *Coloneum*, (l. teloneum) *quod vulgò Turadia dicitur, sive Portenaticum.* Sed &

Currita, perperam, ni fallor, exaratum legitur in Charta Lotharii III. Imp. anno 1133. apud eundem Ughellum & Cælestinum in Episcopis Bergomensib. *Theloneum videlicet, quod Currita vulgariter dicitur, de omni mercato, quod infra civitatem fit, &c.* Ut &

Curritura, in Charta Friderici I. Imp. anno 1156. apud eundem Ughell. ibidem. *Cum usibus, conditionibus, fodro, districto, atque teloneo, quod vulgò Curritura dicitur, ubicumque mercatum fuerit, &c.* At unde dictum ejusmodi teloneum? non planè assequor, nisi debitum illud fuerit civitatum *Curatoribus*, tametsi extremis sæculis ejusmodi dignitatis vix mentio occurrat. Vel potiùs, quod tributa in *Curatorias*, de quibus suprà in Voce *Curator*, inferrentur.

CURATUS, Curio, Sacerdos Ecclesiæ, vulgò, *Curé*. Thomas Walsinghamus pag. 275. *Docuit etiam decimas & oblationes subtrahendas Curatis, si constaret subjectum aut Parochianum melioris vitæ fore quàm Curatum suum.* Charta Joannis Regis Franc. anno 1363. de Episcopo Parisiensi: *Inter alias dignitates prælatus est & quasi Curatus Regum Franciæ.*

• CURBACULUM, Instrumentum ad capiendas aves tempore nivium, ex paucis virgulis confectum, interiùs concavum, & in parte postrema acutum, habens ostiolum, quod in terra jacet, coopertum palea, quod cum uno vimine in terram infixo elevatur, & posterius percutit avem ad escam intrantem, quæ intus est, quam aliunde accipere nequit, cùm sit undique terra tectum. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28.

CURCINBALDUS, *Curceboldus*, Vestis species. Odo Cluniacens. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 23. *De suo quoque vestimento, videlicet curcimbaldo indutum latenter extra tentoria deduci fecit.* Wolphardus Presb. lib. 1. de Vita S. Walburgis num. 19. *Curceboldum, quem priùs ad texendum erexerat, flexis digitulis texere cœpit.* Quidam Codd. habent *curciboldum*: alii *cucilboldum*. Innocentius III. PP. lib. 1. Epist. pag. 31. Edit. Venetæ, & 29. Edit. Colon. de Canonicis Regularibus: *Cortibaldum insuper, subaros quoque in hieme, sotulares habeant in æstate, caligas tam lineas quàm laneas, & scafones similiter habeant duplicatos, capas nigras singuli de mantellario habeant vel nadivo, pelles agninas albas, &c.* Ex his emendanda Acta Murensis Monasterii pag. 33. *De stola sancti Desiderii, & thurciboldo ejus, & caligula ejus.* Legendum enim *curcinbaldo*, ut & in Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guiffredum Archiepisc. Narbon. *Non chlamydes neque capas polemitas, non cyclades, non dalmaticas, non curebaldi, non lignum dominicum, &c.* Ubi leg. *curcinbaldos.*

CURCULIÆ. Papias: *Curculias nautæ suo more vocant, quibus in tempestatibus utuntur.* Eadem habent Ugutio & Joan. de Janua.

CURCUMA, Capistrum, κούρκουμον Hesychio & Achmeti cap. 271. Vegetius lib. 2. Mulomed. cap. 33. *Curcumam constrictam oportet imponi, ne depravet dentes & labia.* Hanc vocem restituunt viri docti in leg. unic. Cod. Nulli in frenis, &c. Vide Meursii, Gloss. & *Cucurba.*

Curcuma, Sandalium, in Lexico Chaldaico, apud Cujac. lib. 11. Obs. cap. 10.

CURELLUM. Charta an. 1185. pro pedagiis pontis Avenionensis: *De bove 1. denar, de bacone 1. den. de*

de surcello 4. den. &c. ubi quidam *currum* interpretantur.

CURERHET, *Churearegth*, Curia recti, forum judiciarium, in quo jus seu *rect.* * dicitur. Charta Roberti Comitis Flandriæ in Tabulario sancti Bertini: *Quicumque in præfata villa Poperingehen de furto aut falsis nummis, vel de alio crimine, præter quod pertinet ad curerhet, convicti fuerint, ad Abbatem tota terra ipsius, & tertia pars substantiæ devolvatur.* Alia an. 1201. ibidem: *In villa & terra de Poperinghem churercgth, sicut Charta ejusdem avi nostri testatur, habeatis, & forum in eadem villa, & consuetudines, &c.* Vide *Chora.*

CURESCET. Vide *Criscet.*

CURFODI. Vide *Turfa, Zurb.*

CURIA, *Meretrix*: unde,

Curia jus curat, meretrix est Curia dicta.

Ita Joan. de Janua. Vide Meurfium in Κεζα.

CURIA, Dignitas vel Officium Curionis, *Cura.* Jacobus de Vitriaco in Histor. Occid. cap. 22. de Præmonstratensibus: *Habent autem Curias & Prioratus, non solum hominum; sed & terminorum, in quibus tam Clerici quam Laici, secundum quod eis a superioribus injungitur, commorantur.*

CURIA, Senatus civitatis, cujus Magistratus *Decuriones*, & *Curiales* dicuntur in Cod. Theod. & Justin. de Decurionibus passim, in Gloss. Lat. Græc. Βουλή, βουλευτήριον. Gloss. Græc. Lat. Βουλευτήριον, *Curia, ordo.*

Institutæ porrò *Curiæ* fuerunt in municipiis exemplo Senatus Romani, κατὰ τὴν βασιλεύουσης πόλεως μίμησιν, ut est in Justiniani Novella 38. unde & Senatus nomen iisdem inditum. S. Ambrosius 2. ad Timoth. *Quos constat in societatem Romanorum receptos, ut de cætero appellarentur Romani, idcirco necesse est eos Curiam habere, in quam more Romanorum peculiati conveniant.* Senator lib. 6. Epist. 3. *Curiales etiam verberat, qui appellati sunt legibus Minor Senatus.* Idem lib. 9. Epist. 2. *Non enim incassum vobis Curiam concessit antiquitas, non inaniter appellavit Minorem Senatum, nervos quoque vocitans ac viscera civitatum.* Ausonius in Mosella:

——— *Quos Curia summos*

Municipum vidit proceres, propriumque Senatum.

Adde S. Augustinum in Psalm. 121. Marculphus lib. 2. form. 37. *In civitate illa adstante viro illo laudabili Defensore, & omni Curia illius civitatis.* Vide Bertherium lib. 1. Pithan. cap. 10. Jacobum Gothofred. ad tit. Cod. Theod. de Decurion. & Jurisconsult.

Curiæ obnoxius dicitur, qui *ad munera curialia*, aut *ad Curiam devocatur*, ut est in leg. 7. & 11. Cod. Theod. de Episc. Nam olim pœnæ genus fuit *Curiis* mancipari, quòd gravissima Curialibus onera incumberent, quibus ex eo nec *Curiam* deserere fas erat, lege 122. Cod. Theod. de Decurion. &c. Anastasius in S. Bonifacio: *Nec servum Clericum fieri, nec obnoxium Curiæ. Pœnitentiæ, vel Curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxius*, apud Gregorium Magnum lib. 2. Ind. 10. Epist. 25. S. Ambrosius Epist. 17. *Ministri Ecclesiæ retrahuntur à munere sacro, & Curiæ deputantur.* Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. PP. *Ecce Clericos Curiæ & servos legibus traditos, num mutire fas erit? Si servi sunt patres, servi erunt & filii: servient itaque cum filiis patres in Curia, id est, curam super his tantum in publico habebant quæ ad solam Ecclesiæ utilitatem forent pertinebunt. Nulli obnoxius civitati*, in Edicto Theoderici c. 64. *Curialis conditio*, in Capitulis Caroli Magni lib. 6. c. 126. At Valentinianus l. 66. Cod. Theod. de Decurionibus vetuit supplicii loco quempiam in Curiam adgregari, mitti, addici. Adde l. 108. infrà.

Curia, inde, pro foro secu[l]ari sæpe [usurpatur in ju]ri & Consuetudines Normanniæ cap. 53. [...] *Curia est congregatio eorum certo loco & die [...] per quos jus est super querelis contentionis [...] ius exhibendum.* Anastasius in S. Silvest. PP. *Hic constituit, ut nullus Clericus propter causam quamlibet in Curiam introiret, nec ante judicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesia.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 51. §. 12. *Nemo Clericus, vel Diaconus, vel Presbyter pro qualibet causa intret in Curiam, nec ante judicem causam dicere præsumat: quoniam omnis Curia à cruore dicitur & immo atione simulacrorum.* Hildebertus Cenomanensis Episcop. Epist. 30. *Reos tormentis afficere, vel suppliciis extorquere confessionem, censura Curiæ est, non Ecclesiæ disciplina.* Ivo Carnotensis Epist. 22. *Calumniatoribus meis — respondere non subterfugiam, vel in Ecclesia si Ecclesiastica sunt negotia, vel in Curia, si sunt curtalia.* Epist. 53. de quodam Clerico: *Verberatum, spoliatum per manus servorum trahi fecistis ad carcerem, & Curiæ traditum nulla confessione refovistis.* Epist. 137. *D. Curia autem in causis Clericorum vitanda, &c.* Adde cap. *Novimus.* Extra de Verbor. signific. Ita Clerici *Curiæ tradi dicuntur*, cùm de crimine, quod vitæ dispendio luitur, accusantur, in Vita S. Anselmi Lucensis Episcopi num. 8. & apud Willelmum Neubrig. lib. 1. cap. 19. Vide Capit. Caroli Magni lib. 5. cap. 228. &c.

Curia Baronis, Anglis, est locus pedaneus, in quo dominus feudi intra limites feudi sui jurisdictionem in tenentes suos exercet. *Baro* enim in hac significatione à Domino feudi nihil differt. Ita Cowellus. Leges Edwardi Confess. cap. 9. *Barones vero, qui suam habent Curiam de suis hominibus, videant, ut sic de eis agant, quatenus erga Deum reatum non incurrant, & Regem non offendant.* Mox: *Si quis Baronum justitiam non habet, in hundredo, ubi placitum habitum fuerit, ad propinquiorem Ecclesiam, ubi judicium Regis erit, determinandum est.* Adde cap. 21. 35. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ: *Nullus Baro vel Comes — receptabit malefactorem aliquem — infra dominationem suam sub pœna amissionis Curiæ suæ in perpetuum.* Assisiæ Hierosol. *Il y a au Royaume de Hierusalem 4. Baronies & plusieurs autres Seigneuries, qui ont Cour, Coin, & Justice.* In Statutis Alexandri II. Scotiæ Regis, cap. 14. Barones non possunt tenere Curias suas nisi Vicecomes Regis, aut serviens Vicecomitis nomine, intersit, ad videndum si Curia rectè tractetur: & in omnibus eorum Curiis 4. placita reservantur ad Curiam Regis, videlicet de raptu mulieris, de incendio, de murdro, & de roboria, quæ dicitur rapina. Qualiter autem Dominus seu Baro perdat Curiam suam, docent pluribus Leges Baronum Scoticorum, seu Quon. Attach. cap. 8. &c. Agitur etiam de Curiis Baronum ibid. cap. 34. Britton. cap. 27. ubi Rex loquitur: *En Countés avons nous double Court, une des plees de nostre peas, lequel tiennent nos Coronnes & les Suters,* (sectatores) *& dount les Coroners seulement ont record. Et si avons Court come Court de Baron, & dont les Suters sount chargez de jugement, & n'ont point de records hors de leur Court, &c.* Extat in Libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, forma procedendi in Curiis Baronum, p. 82. & seqq.

Curia Capitalis. Charta Edw. II. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 271. *Cum omnibus libertatibus, liberis consuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad capitalem suam Curiam de Werle pertinentibus.* Alia ibidem p. 326. *Dedi etiam totum mancium de Thorne, cum capitali Curia & virgulto, &c.*

Curia Christianitatis, Brittoni pag. 46. v. *Cour Chrestienne*, aliis *Cour de Chrestiente*, Jurisdictio Ecclesiastica.

ſiaſtica, forum Eccleſiaſticum, in quo cauſæ ac quæſtiones, quæ ad religionem pertinent, agitantur. Quippe ex leg. 1. Cod. Theod. de Religione, *quoties de religione agitur, Epiſcopos convenit judicare, cæteras verò cauſas, quæ ad ordinarios cognitores vel ad uſum publici juris pertinent, legibus oportet audiri.* Ita in leg. ult. de Epiſcopali judicio eod. Cod. in Nov. Valentiniani III. de Epiſc. judicio, &c.

Religionis porrò voce Epiſcopi deinceps jurisdictionem ſuam adeo porrexerunt, ut ordinariis judicibus nihil ferè judicandum relinquerent; ex quo ſubinde graves querimoniæ exortæ de Eccleſiaſticis judicibus, qui Ordinariorum jurisdictionem contra fas ſibi adſcribebant ac uſurpabant: de quibus vide Chartam an. 1204. *De interceptionibus Clericorum adverſus Do. Regis Jurisdictionem*, in nupera Conciliorum Eccleſiæ Rotomag. Editione, Regeſtum Parlamenti ſignatum *Olim* fol. 63. Librum Jacobi de Cugneriis Advocati Regii an. 1329. cui titulus: *Hæc ſunt gravamina & uſurpationes, quæ & quas Prælati Franciæ, & aliæ perſonæ Eccleſiæ Regni Franciæ, vel eorum officiales & judices pro ipſis fecerunt & faciunt in præjudicium jurisdictionis temporalis D. Regis, Baronum & aliorum ſubditorum ſuorum dominorum temporalium*: & Reſponſionem Cardinalis Bertrandi ad eundem librum: Brittonum in Legib. Angl. cap. 3. Philippum Bellomanerium cap. 61. 66. veterem Conſuetud. Franciæ, Will. Stanfordium lib. 2. de Placit. Coronæ cap. 41. & ſeqq. Guliel. Prynneum in Libertatibus Angl. paſſim, &c. Ad jurisdictiones denique iſtas Epiſcopales hæc ſpectant Guilielmi Neubrigenſis lib. 2. cap. 16. *Nempe Epiſcopi dum defendendis magis Clericorum libertatibus vel dignitatibus, quàm eorum vitiis corrigendis reſecandiſque invigilant, arbitrantur, obſequium ſe præſtare Deo & Eccleſiæ, ſi facinoroſos Clericos, quos pro officii debito, Canonicæ rigore cenſuræ coercere vel nolunt, vel negligunt, contra publicam tueantur diſciplinam.*

Curiæ igitur *Chriſtianitatis* ampliſſima fuit jurisdictio, cùm quæſtionum ac cauſarum omnium, quæ non modò res Eccleſiæ; ſed & ſacramenta, & quidquid ex iis dubietatis oriretur, ſpectant, cognitionem ſibi arrogaſſet. Cognoſcebat enim

De cauſis Clericorum ac tonſuratorum. Vide Appendicem Codicis Theodoſ. Conſtit. 6. 17. Capitul. 3. an. 811. c. 1. veterem Chartam apud Diago de Comitib. Barcin. lib. 2. c. 31. Bractonum lib. 5. tract. 5. c. 2. §. 5. c. 10. §. 1. &c. Petrus de Cugneriis in Gravaminibus, ait, Prælatos, ut jurisdictionem ſuam augerent, & omnium pæne ad ſe cauſas traherent, *ſolere facere magnam multitudinem tonſurarum pueris ætate minoribus.*

In rebus criminalibus Clericorum judex Eccleſiaſticus non habet jurisdictionem; ſed tantùm judicii executionem, v. gr. degradationem. Vide Matth. Paris p. 113. & Bracton. lib. 5. tr. 5. cap. 9. §. 3.

De cauſis ſpiritualibus, vel ſpiritualitati annexis, &c. Vide Bracton. lib. 5. tract. 5. cap. 2. §. 5.

De decimis, & aliis Eccleſiæ proventibus. Vide eundem Bractonum lib. 5. tract. 5. cap. 2. §. 5. c. 10. §. 1. 6. cap. 16. §. 1.

De cauſis, in quibus fidei aut ſacramenti interpoſitio occurrit. Vide Matth. Paris p. 113. Bract. lib. 4. tract. 1. c. 12. Aſſiſias Hieroſol. c. 20. Concilia Rotomagenſia pag. 185. &c.

De Hæreticis. Vide Matth. Weſtmonaſt. pag. 333. & Gariellum in Epiſcop. Magalonenſ. pagin. 275.

De infractura Eccleſiæ vel atrii, de læſione Clerici, de oppreſſione & violatione feminæ. Vide Conſuetud. S. Audomari anno 1127. in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 194.

De advocationibus Eccleſiarum. Vide Regiam Majeſtat. lib. 1. cap. 2.

De privilegiis Cruceſignatorum. Vide eundem Bract. lib. 5. tract. 5. cap. 9. §. 1. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 82. &c. nuperam Edit. Concilior. Rotomagenſis Eccleſiæ p. 179. 180. 181.

De cauſis matrimonialibus, dotibus, & earum acceſſoriis. Vide Joannem Sarisber. Epiſt. 89. Regiam Majeſt. lib. 1. c. 2. Matth. Weſtmonaſt. an. 1247. pag. 333. Matth. Paris p. 113. 488. Bracton. lib. 5. tract. 5. c. 2. §. 2. c. 10. §. 1. c. 12. §. 3. Stabilimenta ſancti Ludov. lib. 1. cap. 18. 131. Aſſiſias Hieroſ. cap. 20. Rocchum Pirrum tom. 1. p. 145. Concilia Rotomagenſia pag. 185.

De adulteriis. Vide eundem Rocchum Pirrum in Notit. Eccleſ. Sicil. tom. 1. pag. 125. veteres Chartas apud Ughellum tom. 7. pag. 400. 1327.

De baſtardia, legitimatione, ſeu de natalium jure. Vide Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 50. §. 4. cap. 59. §. 4. Bractonum lib. 4. tract. 3. cap. 19. lib. 5. tract. 5. cap. 6. §. 1. cap. 19. §. 1. Matth. Paris pag. 488. veterem Conſuetud. Norman. cap. 27. Guliel. Prynneum in Libertatibus Anglic. tom. 2. pagin. 393. &c.

De Teſtamentis & cauſis teſtamentariis. Vide Regiam Majeſt. lib. 1. cap. 2. Matth. Paris pag. 113. 488. Bractonum lib. 2. cap. 26. §. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 12. lib. 5. tract. 5. cap. 2. §. 3. cap. 10. §. 1. 2. 4. Fletam lib. 2. cap. 57. §. 13. Aſſiſias Hieroſol. c. 20. Foros Beneharn. Rubr. de *Jugiament*, art. 8. Rocchum Pirr. p. 145. Sed per Areſta Paris 11. Januar. 1355. 18. Novembr. & Decemb. 1372. 14. Novemb. 1376. 15. Decemb. 1377. &c. dictum fuit, Regem de jure & uſu habere præventionem in cognitione teſtamentorum omnium in regno ſuo decedentium.

De catallis, quæ ſunt de teſtamento vel matrimonio. Vide Concil. Inſulæ bonæ an. 1205. Bractonum lib. 5. tract. 5. c. 2. §. 5. 6. cap. 5. §. 1.

De uſuris. Vide Matth. Paris p. 113. Matth. Weſtmonaſt. pag. 333.

De feudis & tenementis, datis in liberam eleemoſynam. Vide Bracton. lib. 5. tract. 5. §. 1. cap. 10. §. 1. Inter querelas, quas Barones Franciæ Regi Ludovico VII. detulerunt contra uſurpationes Eccleſiaſticorum, illa eſt: *Quòd Clerici trahunt cauſam feodorum in Curiam Chriſtianitatis, propter hoc quod dicunt, quòd fiduciæ vel juramentum fuerunt inter eos, inter quos cauſa vertitur, & propter hanc occaſionem perdunt Domini juſtitiam feodorum ſuorum. Reſponſio. In hoc concordati ſunt Rex & Barones, quòd bene volunt, quòd ipſi cognoſcant de perjurio, & transgreſſione fidei: ſed nolunt, quòd cognoſcant de feodo. Et ſi convictus fuerit de perjurio, vel transgreſſione fidei, injungant eis pœnitentiam: ſed propter hoc Dominus non perdit juſtitiam feodi, nec propter hoc ſe capient ad feodum.* Sed *de fori Eccleſiaſtici* origine & uſu conſulendus Morinus lib. 1. de Pœnitent. cap. 9.

Curiæ Dominicales, Germanis *Dinckef*, quæ Dominis villarum vel territoriorum competunt: de iis Zazius part. 11. de feud. §. 3.

Curia inferior, ſeu *Baronis*, *Cour baſſe*, in Conſuetud. Aquenſi tit. 14. art. 1.

Curia Major, ſic appellata apud Beneharnenſes Curia illa, in qua reſidebant Epiſcopi duo, totidem Abbates, cum Provinciæ magnatibus, qui de majoribus & publicis negotiis, & de vaſſallorum litibus ſupremo judicio dijudicabant, ut auctor eſt Marca lib. 5. Hiſt. Beneharn. c. 3. n. 2. Vide Foros Beneharnenſes Rubr. *de Cort Major*, ubi de illius jurisdictione, & eundem Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. c. 17. n. 6. lib. 6. c. 23. num. 3. cap. 24. num. 7.

Stare

Stare in Curia, & *in Curia detineri*, apud Venetos, quid sit? docent Statuta Venetorum, edita à Jacobo Theupulo Duce an. 1242. lib. 1. cap. 51. Quippe debitor, qui judicis sententia ad solutionem debiti condemnatus erat, submonebatur & citabatur per ministerium à Duce, ut in Curia staret, & debitum exsolveret intra 8. dies, aut pignus vel *vadium* daret. Quòd si juri non staret, capiebatur, & detinebatur in Curia. *Stare autem in Curia sic intelligimus* (verba sunt Statuti) *ut in territorio Ecclesiæ S. Marci per dies 30. stet, ita ut pontem aliquem non transeat: quòd si recedens pontem aliquem transierit, Dux faciat eum capi, & in carcerem retrudi, ubi erit per 30. dies. Si verò à Curia non recesserit; sed præfato modo in Curia & in territorio S. Marci steterit, & creditori suo infra eosdem 30. dies non persolverit debitum, debet in carcerem retrudi usque ad alios 30. dies: quibus expletis, si debitum non persolverit, jurabit manifestare quidquid habet, quòd Dux accipiens dabit illud creditori. Pro his vero, quæ defecerint creditori suo de suo debito, faciet debitor cartulam promissionis, & jurabit quòd de omnibus, quæ lucratus fuerit, tertiam partem creditori suo dabit, usque quo redditum erit debitum universum. Alioquin stabit in carcere, donec hæc fecerit, aut persolvat.* Id postea immutatum à Francisco Dandulo Duce, lib. 6. cap. 14. eorundem Statutorum, ubi *stare in Curia*, est *remanere reclusum inter carceribus Communis Venetiarum*, ubi incarcerari solent debitores, de quo exire non possit, nisi post 2. menses: quibus exactis, stare debent in Curia S. Marci per alios 2. menses, ex qua exire ei non licet: quòd si exeat, vel pontes transeat, à Duce rursum in carcerem conjicitur, in quo per alios 2. menses detinetur, si debitum non solverit.

Curiam tenere, eadem ferme notione habent Libertates urbis Barcinonensis à Petro Rege Aragon. concessæ an. 1283. *In electione est creditoris vel convenire principalem debitorem, vel fidejussorem, salvo quod possit tenere Curiam per unum annum.*

Curia pedis pulverizati. Vide *Pede pulverosi.*

Curia publica. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 3. *Gestis municipalibus cum Curia publica & defensore prosequi & alligare deberem.* Id est, *la Cour assemblée.*

Curiam reddere, dicitur dominus aut vassallus, cùm ad vassallum, aut Dominum lis ante alterutrum intentata remittitur. *Rendre la Cour*, in Consuetudine Andegavensi art. 79. 80. & Cenomanensi art. 9. Regestum Parlamenti B. f. fol. 67. *Cùm — tenens locum Comitis Campaniæ Curiam sibi reddi petiisset, &c.* *Curiam repetere, amittere* fol. 70. Occurrit passim in hoc Regesto.

Curia Franciæ, in Charta Galcheri de Castellione Comitis Porceani & Comitis Stabuli Franciæ 20. Febr. an. 1316. apud Duchesnium in Probat. Hist. Castilion. pag. 209. videtur fuisse Magnatum ac Procerum Francicorum Conventus post mortem Ludovici Hutini Regis ad Regni gubernationem coactus, donec Clementia Regina ad partum veniret: seu *Curia Baronum*, vel *Parium Franciæ*, hoc est, *Curia Parlamenti* Parisiensis. Ubi hæc verba subinde repetita notanda: *Par jugement de nos grans Seigneurs: Par le jugement de la Cour de France: Et avons encore promis — loyaument & en bonne foi, & en nom de nos grans Seigneurs dessusdiz, que si-tost comme on commencera à escrire & à seeller au nom de celui ou de ceus, qui le Royaume de France deveront gouverner, nous leurs baillerons Lettres seellées, &c.*

Curia de Arcubus, ita appellatur Curia Archiepiscopi Cantuariensis Londini, quòd teneatur juxta *Ecclesiam B. Mariæ de Arcubus*, ut Rastallus auctor est: quæ quidem *Curia, Fama celebris*, dicitur in Synodo Cantuariensi an. 1295. in Præfat. Ea autem Synodus continet Statuta Roberti Winchelsei, Archiepiscopi Cantuariensis *pro meliori ejusdem suæ Curiæ regimine*: ubi *Consistorium de Arcubus* appellatur cap. 2. 32. &c. Habetur Regestum vetus, cujus titulus ita concipitur: *In nom. D. N. J. C. incipit Registrum Curiæ Franciæ de litteris & instrumentis sigillatis cum sigillis authenticis, prout ipsæ litteræ & instrumenta fuerunt in ipsa reposita per Magistrum Bartholomæum de Portu, Clericum D. Regis Judicem Carcass. ..., cum mag. Nicolao de Autholio D. Regis Clerico, & quandoque cum Dom. Joanne de Murlento Canonico Capellæ Dom. Regis in sex scriniis per numerum & ordinem, de mandato Dom. Ludovici inclytæ recordationis Regis Franciæ an. Dom. 1269. mensibus Octobr. Novembr. & Decembr. quæ quidem scrinia sunt his litteris signata in thesauro Capellæ Parisius ejusd. Dom. Regis.* Deinde: *Hoc est, Registrum Curiæ Franciæ D. Regis de Feudis & negotiis Senescalliarum Carcass... & Bellicadri ac Tolosæ & Caturcensis & Rutenensis an. 1269.*

Curia Rogationum. Libertates villæ Martelli in Lemovicibus an. 1219. apud Justellum: *Nemo debet vendere ad talum res extraneas, nisi per concessum procuratoris par ... in Curia Rogationum, & qui fecerit, pro justitia 60. solidos dabit.*

CURIA, Prædium rusticum, possessio, *Curtis, mansus.* Charta Leonis IX. PP. apud Meurissium in Episc. Metens. lib. pag. 355. *Cum Ecclesia & decimatione in villa sive Curia, quæ vocatur Rumeliacum.* Charta Ruperti senioris Comitis Palatini Rheni an. 1380. apud Freherum lib. 2 Originum Palatin. *Curtes, sive Curias in Nuwenhoffe prope villam Altripf.* Speculum Saxonicum lib. 2. art. 54. §. 3. *Ubi pretium Pastori solvitur de mansis, seu curiis.* Art. 49. *Unusquisque tenetur partem Curiæ suæ sepire.* Art. 50. *Qui curiam sepit virgis, &c.* Adde art. 48. §. 7. & Wichbild. Magdeburg. art. 124. §. 1. art. 126. §. 1. Chronicon Laurishamense p. 91. *Tres Abbatiæ curtes, videlicet Obbenheim, Wibe ingen, Cingen regiæ potestati in cambium tradidit.* Et infrà: *Præter hæc etiam fratrum utilitati consulens, 2. huobas cum area in Winenheim sitas, multa pecunia ab hæredibus comparatas, itemque Curiam cum vineis in Hophenheim ipsorum victualibus adjecit.* *Curia Marsnensis* in Diplomat. Friderici I. an. 1152. apud Miræum in Donat. Belgic. Burchard. de Casib. sancti Galli c. 8. *In hac pestilentia fideles hujus Ecclesiæ possessiones nostras dividebant optimos mansus curiarum nostrarum eligebant.* Cap. ult. & alibi non semel utitur. Lib. 2. Feud. tit. 51. *Quidam Capitaneus in quadam Curte sua beneficium dedit militibus, & postea eandem curiam vendidit.* Charta Cunradi Regis in Privileg. Eccles. Hamburg p. 178. *Insuper duas curtes Wiselam & Goganheim — matri suæ dedit, hac interposita rationis constantia, ut non ex jure beneficii easdem curias teneant; sed, &c.* Adde p. 190. Vide præterea Statuta Ordinis Præmonstratens. dist. 4. c. 2. 10. Diploma Joannis Comitis Holsatiæ an. 1330. apud Pontanum lib. 7. Hist. Danicæ p. 552. Conradum Urspergens. an. 1209. Albertum Stadensem an. 1105. 1112. &c.

Curia, Atrium, impluvium, quod vulgò *Cour* dicimus. Ebrardus in Græcismo, c. 10.

Curia planities in terris; Curia Regum:
Sed Curtis propriè dicitur Canonicorum.

Leges Edwardi Confess. *Si* (reus) *fugiendo domum Sacerdotis vel curiam ejus intraverit, eandem securitatem & pacem habeat, quam & apud Ecclesiam: dum tamen domus Sacerdotibus & curia ejus in fundo Ecclesiæ consistant.* Ita passim Scriptores. Vita Ludovici Pii an. 811. Cæsarius Heisterb. lib. 4. Mirac. c. 76. 7. 94. lib. 5. c. 28. l. 8. c. 96. l. 11. c. 63. l. 12. c. 5. Speculum Saxon. 3. art. 51 §. 2. Thwrocz. 1. part. Chron. Hung. c. 41. &c.

Curia, Ambitus, incinctus domus. Charta Ludovici Regis Franc. an. 1120. pro Monasterio Sandionysiano apud Duchesnium in Hist. Drocensi pag. 220. *Curiæ etiam & propriis domibus Beatorum Martyrum in eadem curia perennem indulgemus libertatem, vicariam omnimodam in curia ipsa, & curiæ domibus conferimus.* Quod verò *Curia* hìc dicitur, *Curtis Monasterii* appellatur Joanni Diacono lib. 4. Vitæ S. Gregorii cap. 197.

CURIA, Regius Comitatus, vulgò, *la Cour.* Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 41. *In qua etiam cunctis in Palatio ministrantibus, & in Curia Regia servientibus, juxta singulorum personas, donativa largitus est.* Guntherus lib. 4. Ligurini:

Nec tamen emissa tantorum plebe virorum
Vel Princeps vacuus, vel Curia sola remansit.

Et mox:

Sive novi veniant, seu qui venere recedant,
Semper inexhausta celebratur Curia turba.

Curia, nudè pro Papali, vulgò *la Cour de Rome.* Gesta Abbatum S. Germani Autissiodor. c. 15. *Pro qua postulatione — missus fuit ad Curiam: sed Papa postulationem hujusmodi non admittens, &c.* Rythmi antiqui de origine Monasterii Pratensis in Flandria:

Bis perrexit ad Curiam formam nequiens habere,
Paucam habebat monetam, nihil poterat præbere,
Et qui nihil potest dare, non est opus in Curia.
Bonum facit variare plures atque pecunia.

Adde Joannem Sarisber. lib. 5. Policrat. c. 16. Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ c. 30. & alios passim.

Carmen de Curia Romana:

Versibus eloquere, quis sit status Urbis avitæ
Detur materia Curia nostra tua.

Infrà:

Plurimus impugnat Romam detractor, & ipsa
Curia multorum morsibus alma patet.

Curiæ præterea dicti illi solennes Regum Conventus, quos in præcipuis anni festivitatibus celebrabant, advocatis omnibus Regni Magnatibus & Prælatis: iisque *Curiarum* nomen inditum, quòd ut plurimùm majoris momenti negotia in iptis disceptarentur, & lites ac controversiæ Magnatum dirimerentur. Eæ porrò

Curiæ solennes appellantur apud Hariulphum lib. 4. cap. 6. Petrum de Vineis libro 3. Epist. 1. 21. Thwroczium part. 1. cap. 15. 17. in Charta anno 1129. apud Duchesnium in Histor. Drocensi pagin. 221. &c.

Curiæ generales, apud eundem Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 5. 77. in Chronico Longipontis p. 8. in Hist. Cortusior. lib. 6. cap. 2. &c.

Curiæ augustales, in Vita S. Ermenoldi Abbatis lib. 1. cap. 3. num. 3.

Curia publica, in Diplomate Friderici II. Imp. an. 1220. apud W. Hedam in Episc. Traject.

Curia Paschalis, quæ in festo Paschatis tenebatur, apud S. Anselmum lib. 2. Epist. 26.

Curiæ istæ indicebantur, & *banno* seu edicto publico Magnates, Prælati, & urbium ac civitatum nuncii totius Regni ad eas submonebantur. Hinc *Curia indicta*, quæ *Corte bandita*, Scriptoribus Italis dicitur. Fridericus II. Imp. apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 1. *Apud Parmam solennem Curiam duximus indicendam, ad quam ab Urbe citra omnes urbium Italiæ nuncios invitamus.* Epist. 5. *Indicta etiam Moguntina Curia generali, &c.* Adde Epist. 76. & Arnoldum Lubec. lib. 3. cap. 9.

In his porrò Curiis quid potissimùm ageretur, multis prosequitur Richardus de S. Germano in Chronico an. 1233. ut & Anonymus de Gestis Friderici II. Imp. p. 852. ubi earum magnificentiam describit: de qua [illegible] quæ habet Ditmarus lib. 4. p. 36. *Celebrata proxima Paschalis solennitas in Quidilingeburg à Rege* (Henrico Imp.) *ubi quatuor ministrabant Duces, Henricus ad mensam, Conradus ad Cameram, Hecil ad Cellarium, Berahardus equis præfuit.* Albertus Argentin. an. 1356. *Eodem anno venit Carolus Imperator ad civitatem Metensem in Adventu Domini celebrans ibidem Natalem Domini: fueruntque ibi Electores & Officiales seu Ministrales Imperii, quorum quilibet ministrabat Imperatori, sedenti in mensa in officio seu ministerio suo proprio. Quilibet autem veniebat super equo usque ad mensam. Descendentes verò de equo coram mensa, histrionibus & mimis dabatur equus, & aliæ plures solennitates fiebant ibi, &c.*

Interdum ob angustias civitatum seligebantur ad ejusmodi solennes Curias amplæ planities, in quibus & tentoria, & ædes, & Palatia ex lignis tumultuario opere erigebantur; ut in illa Curia solenni, quam ad Moguntiam tenuit Fridericus I an. 1182. apud Arnoldum Lubec. loco proximè laudato, ubi multa perinde habet de harum Curiarum magnificentia, in qua *officium Dapiferi seu Pincernæ, Camerarii seu Marschalci, non nisi Reges, vel Duces, aut Marchiones administrabant.*

Reges ac Principes in hisce occasionibus coronati procedebant, & sacris Liturgiis intererant, & conviviis publicis, *in tribus solennitatibus*, ut est apud Gillebertum Lunicensem Episcopum de Usu Ecclesiastico sub finem: cujus moris passim extant exempla apud Scriptores: in Gestis Dagoberti Regis cap. 51. in Annalib. Francor. Metensib. an. 837. apud Witikindum lib. 2. pag. 32. Wipponem anno 1039. Conradum Uspergens. pag. 305. Edit. 1540. Godefridum Mon. S. Pantaleon. an. 1231. 1235. Rogerum Hoveden. pag. 491. Will. Neubrigensem lib. 4. cap. 42. Hermannum Monach. lib. 3. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 22. Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 515. 516. 669. 699. Ivonem Carnotens. Epist. 66. Continuatorem Florentii Wigorn. an. 1126. Turpinum cap. 20. Albertum Aqu. lib. 12. cap. 7. Gaufridum Monemuthensem lib. 5. cap. 5. lib. 7. cap. 4. Sugerium in Ludovico VI. pag. 318. in Legibus Alfonsinis part. 2. tit. 5. lege 5. apud Ægidium de Roya anno 1313. in Chron. Flandr. c. 52. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 1. p. 1248. & alios à nobis laudatos Scriptores in Dissertat. 5. ad Joinvillam, & in Descript. ædis Sophianæ num. 43.

Corona verò eorum capitibus imponebatur inter sacræ Liturgiæ solennia ab Archiepiscopis vel Episcopis, ut observare est ex iis, quæ habent S. Anselmus ad Ernulphum Priorem, lib. 3. Epist. 90. Eadmerus lib. 4. Hist. Novor. pag. 105. Ivo Carnotensis Epist. 66. 67. 84. Joan. Sarisberiensis Epist. 34. Baldricus lib. 3. Hist. Camerac. c. 55. Bromptonus an. 1125. p. 1016. Will. Neubrigens. lib. 1. cap. 18. &c. Hinc solennes isti Regum Conventus

Curiæ Coronatæ appellantur in Charta Ludovici VI. Regis Franc. an. 1128. pro Communia Laudunensi: *Dies Coronæ Regis*, apud Eadmerum lib. 4. & Hugonem de Cleeriis de Senescallia Franciæ; denique *Coronamentum* nudè apud eundem Hugonem.

Descripta legitur Charta S. Ludovici Regis anno 1260. in Tabul. S. Dionysii, qua duas coronas aureas cum lapidibus pretiosis, quæ à Rege Philippo avo pro coronandis Regibus & Reginis Franciæ, olim factæ, in Thesauris Regiis servabantur, & unam coronulam auream cum lapidibus pretiosis, quam consueverat Rex die coronationis suæ in prandio deportare, Abbati & Conventui S. Dionysii custodiendas, & in Thesauro Ecclesiæ deponendas statuit, ut de

ut dein Theraco cum aliis in lumentis & ornamentis regalibus pro coronandis Regibus & Reginis Franciæ assumantur, &c. Extat alia in hanc rem Matthæi Abbatis S. Dionysii m. Octobr. ejusdem an. quæ quidem Chartæ de Coronationibus Regum in præcipuis festivitatibus accipiendæ sunt.

Curiam tenere, seu solennem Conventum celebrare, apud Turpinum de Carolo Magno cap. 20. Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 77. in Addit. ad Willelm. Gemeticensem pag. 327. &c.

Curiæ generales Aragonum, de Foro, celebrantur de biennio in biennium. Has Rex in quocunque loco regni ad arbitrium convocat: cui soli intersunt, qui reverà Baroniam habent. His præest Justitia Aragonum, &c. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. pag. 79.

Curia Gaiorum. Vide *Roncalia*.

Curia Jesu Christi, vel *Dei*. Godefridus Monachus S. Pantaleon. ann. 1188. *Lætare Hierusalem, Curia celeberrima apud Maguntiacum celebratur a totius Teutonici regni Capitaneis, tam de Clero, quàm de ordine Laicali, præsente Henrico Cardinale, quæ à serenissimo Imperatore & filio ejus Rege Curia Jesu Christi antè fuit intitulata.* Quòd nempe indicta esset ad decernendam *Cruciatam* contra Saracenos. *Curiam Dei* dictam scribit Silvester Giraldus lib. 2. de Expugn. Hibern. cap. 26.

Curia plenaria. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 242. *Eodem anno Aymo reddidit 3. solidos censuales — de terris in circuitu castri ad jus Ecclesiæ Flaviniacensis pertinentibus in festivitate S. Petri, in plenaria Curia, quos retinuerat pluribus annis, &c.* Charta Willelmi Nothi Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 44. *Et ut Curiam suam plenariam & Wrech in terra sua habeant, concedo.* Charta Henrici II. Reg. Angl. tom. 2. pag. 281. *Et Curiam suam plenariam, præterquam de furtis & de propriis hominibus ipsius Comitis, &c.* Charta Petri Comitis Bigorræ in Regesto Bigorræ fol. 13. *Curia namque ibi erat magna & plenaria.* In Tabulario Vindocinensi fol. 250. extat Judicatum, *plenaria Curia vidente.* Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin*:

Et toute sa vaisselle face amener droit là;
Pour ce que Cour plainiere ce dit tenir voudra.

Curiam autem *plenam* & *plenariam* propriè vocabant, quæ constabat pluribus *Paribus*, seu vassallis judicibus. Id potissimùm discimus ex Consuetudine Belloquercensi art. 5. *Le Seigneur de fief, qui a un homme de fief, que l'on dit communement de Court, ou plusieurs hommes de fief, que l'on dit pleine Court, il à Justice de Vicomte: & s'il n'a qu'un homme de fief, il peut emprunter hommes pour faire ses Jugemens.*

Magna Curia, à Friderico II. Imp. instituta, cui præsidebat Magister Justitiarius, qui in Curia cum Imperatore commorabatur, & cum 4. assessoribus judicibus de crimine læsæ majestatis, de feudis, de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum interjectis, de causis Curialium, seu eorum, qui Curiam sectabantur, &c. cognoscebat. Vide Constit. Sicul. lib. 1. tit. 37.

CURIALES, *iidem & Decuriones*, ait Isidorus lib. 10. cap. 4. *Et dicti Curiales, quia civilia munera procurant.* Senator lib. 9. Epist. 2. *Curiales, quibus à provida gubernatione nomen est.* Gloss. Græc. Latin. Βουλευτής, *Decurio, Curialis.* Πολιτικοὶ δικασταί, in Novellis Justiniani. Salvianus lib. 3. *Quanquam non solùm injuria contemnamus Deum, qua contemni à servis suis Curiales solent.* Infrà: *Quid aliud est Curialium, quàm iniquitas?* Idem lib. 5. *Quæ enim sunt non modò urbes; sed etiam municipia atque vici, ut non quot Curiales fuerint, tot tyranni sint?* Maximè verò

Curiales dicuntur, qui *Curialium* oneribus & præstationibus obnoxii sunt & adscripti, apud Jurisconsult. Vide Edictum Theoderici cap. 27. 52. 69. 113. 126. & Legem Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 19. Πραγματευόμενοι, in Concilio Calchedon. Act. 13. Ε' ισαν αὐτὴν τὴν πόλιν, κ λαβὼν ἀπὸ Νικαίας πραγματευομένους κατέστησεν ἐκεῖ. Ubi Interpretes *Curiales* vertit.

Curiales dicuntur etiam *Homines Curiæ*, *Hommes de Cour*, in Consuetudine Belloquercensi. Charta anno 1275. in Tabulario S. Flori Arvern. *Si verò aliquis de prædicta familia nostra — tale crimen committeret, per quod cognitum Curiam nostram debere decapitari vel puniri, judicatus hujusmodi per Curiales nostros traderetur Curialibus vestris ad ipsius judicati sententiam exequendam.* Statuta Philippi Pulcri Regis Franc. anno 1302. art. 3. pro reformatione Regni: *Et volumus, quòd in Parlamento & Curia per Curiales nostros tractentur.* Vide Ægid. Aureæ Vallis Monachum cap. 26.

Curiali jure feudum possidere dicitur, qui illud possidet sine homagio, ut Ministeriales. Vide Jus feudale Saxonum cap. 22. §. 2.

Curiales, Palatini, Magnates, Regum Officiales, & cæteri, qui Principum Curias sectantur, vulgò *Courtisans*. Gloss. Lat. Gall. *Aulicus: Curjaux.* Sueno de Legib. Curialib. Danicis cap. 5. *Priscorum autem Curialium, qui & nunc Militari censentur nomine, hæc vigebat consuetudo, &c.* Petrus Damiani lib. 2. Epist. 3. *Sicut ii, qui Ecclesiæ militando promoti sunt, vocantur ex more Pontifices: ita qui famulando Principibus fiunt, dicuntur à Curia Curiales.* Will. Tyrius lib. 20. cap. 25. *Ibi verò occurrentibus ei magnis sacri Palatii Principibus, eum maximo Curialium numero.* Lib. 22. cap. 4. *Si famulorum & Curialium numerositatem scripto comprehendere tentemus.* Charta Simonis Comitis Leicestriæ ann. 1211. qua donat Raimundo de Cadurco castrum *de Tornes, consilio Procerum & Curialium suorum.* Alia an. 1126. *Actum est hoc sub præsentia strenui Comitis Theobaldi & ejus Curialium apud Vitriacum.* Libertates, concessæ villæ Montisbrusonis à Guigone Comite Forensi an. 1223. MSS. *Si aliquis de Curialibus, vel de familia Comitis verberaverit aliquem de villa, &c.* Vide Joannem VIII. PP. Epist. 199. Constit. Sicul. lib. 1. tit. 9. tit. 37. tit. 29. §. 2. &c.

Magnus Curialis, Dignitas in civitatibus. *Grand Curial de Baugé, d'Yenne*, apud Guichenonum in Probat. Hist Bressensis pag. 51. 59.

Curialis. Bulla Benedicti VIII. PP. Ind. 1. apud Ughellum in Episc. Portuensib. *Concedimus vobis & vestris successoribus in perpetuum de civitate Portuense duos piscatores, & duos Curiales, quales vos eligere volueritis de ipsis hominibus, qui ibidem fuerint.* Et infrà: *Ipsi namque duo piscatores & duo Curiales ulteriùs nullam dationem aut servitium facient.* Charta Libertatum villæ S Germani in Foresto anno 1247. *Quod si aliquis de Curialibus vel de familia nostra verberaverit aliquem de villa, — nisi Curialis faceret illud causa correctionis, &c.* Ubi *Curiales* iidem videntur, quos *Hospites* & *Mansionarios* vocabant: *Curiæ* & præstationibus ac muniis *Curialibus* obnoxii.

Curialis. Joan de Janua: *Comis, suavis, curialis.* Henricus Huntindonensis de Contemptu mundi cap 1. *Gillebertus versibus & prosa & habitu curialissimus.*

Curialitas. Joan. de Janua: *Comitas, curialitas, vel suavitas.* Alibi: *Facetia, Curialitas.* Gallis *Courtoisie*. Philippus de Pergamo in Catone Moralizato *Curialitas est quasi idem quod nobilitas morum: Mox: Sicut virtus legalis, quæ est justitia, est omnis virtus ex eo, quod facit actum omnis virtutis: sic Curialitas, quæ dicitur à Curia, est magna domus Nobilium, quantum* ad

ad mores, &c. Deinde: Ille, qui *Curialis est, liberalis est, quia promptè tribuit: & est magnificus, quia magnos sumptus facit in magnis operibus, & est temperatus — affabilis, &c.* Metellus in Quirinalibus:

Ut convivarum primo summoque suorum,
Et curialitate se vivere mandat adhuc.

Nangius in S. Ludovico pag. 365. *Eos adtrahebat ad pacem & benevolentiam suis curialitatibus & auxiliis opportunis.* Rodericus Toletan. lib. 5. de Reb. Hispan. cap. 2. *Quos curialitate, affabilitate & bonis moribus sic instruxit, &c.* Hist. Cortusiorum lib. 7. cap. 4. *Tanta curialitatis & largitatis, ut vix sibi equum & tunicam retineret.* Charta vernacula an. 1399. in Hist. Vergiacensi lib. 5. cap. 4. *Les loags & agreab.es services & curialitez qu' elle m' a fait au temps passé.* Vide Guichenonum in Episcopis Bellicensib. pag. 44. 79. & Hemeræum in August. Viromand. pag. 202.

Curialitas Angliæ & Scotiæ. Ea olim, nescio an & hodie, inoleverat in Anglia Lex, quâ, qui uxorem duxerat feodo simplici vel talliato saisitam, illa extincta, si liberi, qui ex eorum matrimonio nati fuerant, seu mas, seu femina, vel stante matrimonio, vel post uxoris mortem obiissent, feodo illo frueretur ad vitam. Quæ quidem Lex *Curialitas Angliæ* ideò dicta, quòd in eo tantummodò regno locum haberet, inquit Littleton sect. 35. cujus lemma concipitur: *Curtesie d' Angleterre.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 645. *Lequel Sire Jean (le Spenser) engendra sur ly un fis, ou une fille, que mourust, issi ke aprés la mort Jeanne, Sire Jean le Despenser tint le maner du Chastel per la Curtayse de Engleterre.*

Neque tamen in Anglia duntaxat locum habuit *Curialis* seu officiosa Lex illa; sed & in Scotiâ, atque adeò in burgagiis. Leges Burgorum Scoticorum cap. 44. cujus lemma est: *De curialitate Scotiæ in burgo: Si aliquis capiat burgagium cum aliqua in liberum maritagium, & cum ea genuerit masculum vel feminam, & casu contingente moriatur uxor viri illius, & post mortem, si filius vel filia vivat, vel moriatur, vir illo burgagio omnibus diebus suis vita gaudebit, &c.* Vide *Tenens*, & *Viduitas*: prætereà Skenæum de Verbor. significat. in verbo *Curialitas.*

Curialiter, Comiter, humaniter, *Courtoisement*: more *curialium*, *à la maniere des Courtisans.* Auctor de Disciplina Scholarium cap. 4. *Quæsivit, cujas esset? secumque me adduxit, curialiter consolans, &c.* Adde cap. 5. Fulbertus Carnotens. Epist. 21. *Qui noster neque Monachus sit, neque Clericus, & plures habeat testes curialiter agitandi,* (f. *agendi*) *quam monasticè vivendi.* Nangius in S. Ludovico pag. 356. *Et omnia necessaria — abundanter & curialiter ministrari fecit.* Occurrit non semel in Hist. Cortusiorum, lib. 4. cap. 10. lib. 6. cap. 7. lib. 7. cap. 19. &c. Huic voci opponitur alia,

Incurialiter, in Concilio Avenionensi anno 1326. can. 4. *Manus temerarias ad capiendum Clericos aliasque personas Ecclesiasticas incurialiter — extendere non verentur.* Ubi vir doctus ad marginem, f. *inciviliter*; sed perperam.

CURIALIS. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781. *Quatuor tapetes, & tres vasos Salomoniegos, & duodecim curiales argenteas, & unum (aquimanile) argenteum.* Ubi Sandovallius editor vertit, *doze eucharas de plata, y un aguamanil de plata.* Proinde *aquimanile* deest in Latin. Est autem *Euchara*, Hispanis, *Cochleare*, nostris *Cueilliere.*

CURIARIA, Prædium, *Curia*, Curtis. Charta Baresoni Regis Sardiniæ ann. 1164. apud Ughellum tom. 4. pag. 1203. *Dabo etiam operi S. Laurentii duas curiarias, quas consules Janua praelegerint in tota Sardinia, ex quarum reditibus ipsa Ecclesia perficiatur.*

CURIATIO, Curia, seu Comitatus, vel etiam *Curia solennis.* Concilium Budense ann. 1279. cap. 2. de vestib. Prælatorum: *Cum ad exercitus, seu curiationes, aut expeditiones ex certis & necessariis causis eos contigerit proficisci.*

CURIA TOGA, *id est, advocatio juridica.* Papias.

CURITIS, pro *Curtis.* Occurrit non semel in Diplomate Mathildis Comitissæ anno 1078. apud Franc. Mariam in Mathilde.

CURIOSUS, κουριωσός, Palladio in Vita Chrysostomi pag. 15. Edit. V. Cl. Emerici Bigoti. Gloss. Basil. Κουριόσος, εἶδος ἀξιώματος. Sic autem appellabantur, qui delecti ex *Memorialibus*, atque etiam ex *Agentibus in rebus*, ab Imperatoribus, per singulas provincias, modò duo, modò singuli, annuum munus acturi mittebantur, qui & cursui publico invigilarent, ne videlicet citra evectionem quis eo uteretur, & omnia, quæ geri in Republica viderent, ad Principis notitiam deferrent. Unde rectè Scaliger ad Manilii lib. 5. dixit, *Curiosos* idem munus obiisse, quod in Gallia *Contrarotulatores* dispositorum equorum, *les Controlleurs des Postes.* In Notitia Imperii occurrunt *Curiosi cursus publici præsentalis*, & *Curiosi per omnes Provincias*, sub dispositione Magistri Officiorum: *Curiosi litorum*, in Novella Theod. & Valent. de Tribut. fiscal. Curiosorum fit etiam mentio apud Firmicum lib. 3. cap. 13. Tertullianum lib. de Fuga in persecut. Athanasium Apolog. 2. Suidam in Vita Chrysostomi, &c. qui cùm multiplici nequitia & concussionibus infamarentur, sublati demum sunt à Juliano Imp. De his pluribus agit prætereà titulus Codicis Theod. de Curiosis, & ibi Jacobus Gothofredus.

Curiosi apud Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 704. videntur iidem, qui *Curiales.*

Curiosi & Correctores Fratrum Ordinis Grandimontis, in Aresto Parlam. Paris. 15. Jan. 1322.

CURITA. Vide *Curritura.*

CURITZE, Modius, Slavorum linguâ, apud Helmodum lib. 1. cap. 88.

CURMEDIA, Servitutis species in Germania, quæ ejusmodi erat, ut obeunte aliquo obnoxiæ conditionis, dominus jus haberet rem, quam vellet, in illius bonis, verbi gratiâ equum, vestem, annulum, &c. seligere, sibique asserere. Quæ species est *laudimii*, seu *relevii*, Germanis *Chur muart* dicta, ut auctor est Rosentalius lib. de Feudis cap. 2. §. 39. cap. 6. §. 131. Cæsarius lib. 4. Miracul. cap. 62. *Cui cùm Conversus responderet: Talis homo eum* (pullum equinum) *nobis legavit; ait Præpositus, utrum ex devotione, vel ex aliquo jure legavit eum? Respondit conversus: Ex decessu illius emersit, nam uxor ejus, eò quòd esset de familia nostra, jure Curmediæ illum obtinuit.* Charta Caroli IV. Imp. an. 1349. apud Willelm. Hedam pag. 360. 1. Edit. *Super solutione censûs, ceræ, pecuniæ, vestium, equorum, pecorum, & jurium (vulgariter Cormede) aut aliarum quarumcumque rerum, quæ in vita vel post mortem cujuslibet hominis, conditionis hujusmodi* (servituti obnoxii) *Episcopis & Prælatis ac Ecclesiasticis personis hactenus dari consueverunt.* Huc etiam pertinet Diploma Henrici Imp. & Cunegundis pro Fundatione Monasterii S. Michaëlis Bambergensis apud Bruschium de Monast. Germ. pag. 87. Hæc servitus, inquit Molanus lib. 3. de Canon. c. 36. multis in locis primùm redempta fuit pecuniâ, deinde ex magna summa in parvam est derivata, & paulatim per negligentiam & rebellionem evanuit. Vide *Catallum melius.*

CURMEN, κοῦρμι, Dioscoridi lib. 2. cap. 110. aliis *Furmen*, Potus quidam ex hordeo, similis zytho.

zytho. Gloss. Lat. Græc. *Curmen*, ζυθ... Occurrit apud Ulpianum. Vide Hadrian. Junium lib. 2. Animadvers. c. 12. Salmasium ad Inscriptionem Herodis pag. 51. & Camdenum in Agro Dorbiensi.

CUROPALATES. Vide suprà in *Cura*.

CURRABIUS, Species navis. Laurentius Diaconus Veronensis de Bello Balearico lib. 1. pag. 899.

Hoc variæ fiunt diverso robore naves,
Gatti, Drumones, Carabi, celeresque Galeæ,
Barcæ, Currabii, Lintres, grandesque Saginæ,
Et plures aliæ variantes nomina naves.]

Ubi fortè legendum *Cursarii*, vel *Currarius*. Vide in hac voce.

CURRALE, Curtis atrium. Fori Oscæ ann. 1247. f. 5. *Qui pignorat boves, bravos*, (branas) *equas, vacas, vel oves, & miserit eos in currali, peytet pro calonia* 60. *sol. &c.*

CURRAX, in leg. 18. D. de Ædil. Edict. ut *Vigilax* eodem loco.

CURRERE dicebantur, qui ob crimen aliquod per urbem traducebantur. Charta R. Abbatis Carofensis ann. 1308. ex Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. num. 11. in Tabulario Regio: *Item adulter & adultera, si deprehensi fuerint in adulterio, si inde factus fuerit clamor, vel per homines fide dignos convicti fuerint, vel confessi in jure, quilibet in centum solidis per justitia puniatur, vel nudi currant per bastidam, & sit optio eorundem. — Item quicumque aliquid valens duos solidos vel infrà de die vel de nocte furatus fuerit, currat villam cum furto ad collum suspenso, & in quinque solidos pro justitia puniatur, & restituat furtum, cui furatus est, &c.* Vide *Trotare*.

CURRERIUS, Apparitor, *Sergeant*. Charta ann. 1258. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Placentinæ Ecclesiæ, in Regesto 2. part. Ch. 98. *Citatis dictis vicinis, & ipsis Templariis per parabolam Currerii Communis ostiatim, ad quos ista divisio pertinere videbatur.*

CURRICULUM, Annus, *le Cours d'un an*, nostris: quomodo *anni*, & *annorum curricula* non semel in Cod. Theod. Vetus Diploma profert *Diago* in Comitibus Barcinon. lib. 2. cap. 34. quod sic clauditur: *Actum est hoc annorum Dominicæ Incarnationis quater quinquagenis & quinquies, quinis lustris, & tribus curriculis, mensibusque quinque peractis.* Ubi innuitur annus 1028. nam quater 50. conficiunt 200. rursum quinquies 200. conficiunt 1000. quinque lustra 25. tria curricula 3. annos.

Curriculum, Semita, via. Charta donationis Ecclesiæ Cornutianensis, edita à Suaresio: *In pronao velum lineum — ante secretarium, vel curricula, vela linea rosulata pensilia habentia arcus duos.*

CURRICULO', *Celeriter*. Papias.

CURRILES *aquæ*, & *incurriles*, quæ fluunt, *cursum* habent, aut non habent, in Chartis Alfonsi VI. Regis Hispan. apud Antonium *de Yepez* in Chron. Ordinis sancti Benedicti tom. 6. pag. 489. & 490.

CURRITORES, iidem, qui *Cursores*, infrà. Tudebodus lib. 1. Hist. Hierosol. pag. 788. *Cœperunt Curritores nostris anteire, donec pervenerunt ad Eracleam.*

Curritores, Proxenetæ, nostris *Couretiers*. Curia Generalis Cataloniæ in villa Montis-albi ann. 1333. sub Alphonso Rege Arag. MS. *Mercator vel draperius, & eorum negotiatores seu factores — hoc idem observari jubemus in Curritoribus & peleriis, — qui pels o robes recipiunt ad vendendum, &c.* Vide *Cursor*, *Corraterius*.

CURRITURA. Vide *Curatura*.

CURRODREPANUS, vox hybrida, Currus falcatus; ex *Currus*, & Δρέπανον, *falx*. Extat apud Anonymum *de Rebus bellicis*, subjectum Notitiæ Imperii' *Expositiones Currodrepani, Currodrepani singularis, & Currodrepani clypeati*, quas consulere poterit, qui volet.

CURSA, Gall. *Course*, Excursus militaris, incursio, præda ipsa, in Capitul. Sicardi Princip. Benev. in Præfat. Vide *Cursus*.

CURSARII, Prædones maris, nostris *Corsaires*, Piratæ. Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 14. lib. 18. *Mas por razon de furto no deve m. tar, ni cortar membro ninguno, fueras ende si fuesse ladron conocido, que manifestiamente tovielle caminos, e que robasse otros en la mar, con navios armados, aquien dizen Cursarios, &c.* Tit. 26. leg. 31. *Cursarios fazen muchas vegadas grandes dannos sobre mar, matando los omes, e prendiendo los, e robando les lo que traen, &c.* Epistola Gregorii PP. apud Matth. Paris anno 1234. *Cursarii & piratæ nimis impediunt subsidium Terræ Sanctæ.* Utuntur idem Paris ann. 1245. Jacobus à Vitriaco in Hist. Occident. cap. 2. Sanutus lib. 1. part. 5. cap. 2. &c. Ita Græco-Barbaris Κουρσάριος, in Gloss. Meursii. Ex quo emendare licet Glossas Βασιλικῶν, pag. 5. Γσαυροι, οἱ φονεῖς, ἅρπαγες οἱ καὶ κοσιάριοι, legendum enim κουρσάριοι. Vide *Cursor*, & *Cursus*.

Cursaria. Vide *Cursoria*.

CURSITORES, iisdem qui *Cursores*, *Coureurs*. Apud Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 731. 732.

CURSOR, Tabellarius, isve, qui ad aliquid perferendum mittitur. Gloss. Græco-Lat. *Excursor*, ταχυδρόμος, δρόμων καὶ κούρσωρ. Gloss. Lat. Græc. *Cursor*, δρομεύς. Gesta Purgationis Felicis: *Subornatus est quidam privatus homo, qui modum Cursoris haberet*. Vetus Inscriptio Trevirensis, apud Brovverum in Treveri:

Nuncius augusti, velox pede, cursor ut aura.

In alia Christiana Inscript. apud eundem: *Ursacius cursor Dominicus.* Lupus Ferrar. Epist. ult. *Cursor noster, donec veniamus, pauperis apud vos locum implebit.* Matthæus Paris anno 1276. *Cùm — contra Regem tenere ausi fuissent, & paulò ante cursorem Regis apprehendissent, & sibi manum amputassent.* *Cursores ordinis*, Tabellarii, in Nomastico Cisterciensi pag. 335. Vide Fabrotum in Gloss. ad Cedrenum, verbo Κούρσωρ, & Casaubonum ad Spartianum.

Cursores, ut est apud Academicos Cruscanos, *sono detti in Roma i Mandatarii publici del Papa, che intimano i Cardinali à Concistoro, & ad alli atti publici, &c.* Concilium Avenionense anno 1279. *Si Officiales vel locorum domini quilibet sæculares, seu eorum Cursores aut Bannerii ceperint Clericum aliquem, &c.*

Cursores, Tacticis dicuntur, qui aciem in præliis antecedunt. Vide Leonem in Tacticis cap. 4. §. 20. cap. 7. §. 36. & alios, quos laudat Meursius in Gloss. Qui iis præerat, Πρωτοκούρσωρ dictus.

Cursores, Qui agmen Imperatorii comitatus præcedebant, & in Palatio cum Decanis, Lampadariis, Mensoribus, & aliis militabant. Corippus lib. 3. de Laud. Justini:

——— *Jamque ordine certo*
Turba Decanorum, Cursorum, in rebus Agentum, &c. Lampadariis adjunguntur in leg. ult. Cod. de Divers. Offic. de quibus idem Corippus:

——— *Prænuntius ante*
Signa dedit Cursor posita de more lucerna.

Ubi tamen alii legunt *lacerna*. De iis etiam intelligendus Philostorgius lib. 2. cap. 4. Videntur id muneris obiisse, quod in Regum nostrorum Palatio *les Guides des Chemins*, qui Comitatum Regium præcurrunt, ne quod in viis impedimentum obstet, qui-

quibus, qui præest, *Capitaine des Guides* dicitur. Qui cursoribus Palatinis præerat, *Præpositus cursorum* dicitur in vetere Inscriptione: *Sep. Aug. lib. Zibi Præp. Cursorum.*

Cursores, ταχυγράφοι, ὀξυγράφοι, Joanni Euchaïtarum Episcopo p. 16. ταχέως γράφοντες apud Eunapium in Proæresio, & Damascium in Vita Isidori: Notarii, qui notis verba cursim expediunt, in leg. 33. D. Ex quibus causis majores. Ita describuntur à Nicolao de Clemangis Ep. 109. *Cessavit igitur cum dictatu antiqua scribendi formula, qua perfectam ac rite formatam litteram cum certa distinctione clausularum notisque accentuum tractim antiquarii scribebant, & surrexerunt scriptores, quos Cursores vocant, qui rapido juxta nomen cursu properantes, nec per membra curant orationem discernere, nec pleni aut imperfecti sensus notas apponere, &c.* Sidonius lib. 9. Epist. 11. *Tribuit, & quoddam dictare celerantium scribarum sequacitas fastidiosa, compendium, &c.* Vide *Brodiator.*

Cursarii videntur appellari in Fleta lib. 2. cap. 36. §. 1

Cursores, Proxenetæ, qui aliis *Curaterii*, & *Curritores*. Libertates Barcinonæ anno 1283. *Quòd aliquis non possit repetere aliquam rem ab illo, qui emerit eam per cursorem publicum, & publicè, nisi restituerit pretium.* In alio capite *Corredores* & *Curritores* dicuntur.

Cursatores, eadem notione in Charta Libertatum Carotiens. oppidi in Biturig. anno 1194. apud Thomasserium.

Cursor publicus, Præco, qui subhastationi præest. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 2. *Tamen si voluerit pignoratus, quòd bestia illa ponatur in manu cursoris publici, & vendatur, pretium illud tribuatur pignoratori.* Fol. 3. *Si ille, qui misit in pignore hæreditatem sæpe dictam, non habuerit, unde possit eam redimere, dicit Forus, Per buccam Justitiæ mittatur ipsa hæreditas in manu Cursoris, & ex illa die, qua fuerit posita in manu Cursoris, usque ad 30. dies vendatur, &c.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. §. 39. *Et facta est venditio sine traditione, & sine carta, & sine arra, & sine cursore, &c.* Lib. 8. tit. de Contumacia, §. 12. *Et post 30. dies cursor faciat fidem de præconizatione.* Lib. 9. tit. *Declarationes* §. 2. *Cursor seu Sagio.*

Cursores, Baccalarii. Vide *Baccalarius.*

Cursores, apud Nicolaum Uptonum lib. 1. de Militari officio cap. 9. dicuntur *Nuncii peditantes* Imperatorum, Regum, & Principum, *quorum officium est pedibus transire, qui insuper portant arma Dominorum suorum in pixidibus depicta, pendentibus in suis cingulis, sive cinctoriis supra renes. Nec eis est permissum suorum Dominorum arma alio aliquo loco portare. Et isti possunt esse Milites propter peritiam in officiis habitam, non tamen sunt nobiles, & vocantur Milites Caligati, ut C. de Nuptiis, L. A caligato, per Accursium.* Vide *Prosecutor.*

Cursores de oreia, qui dicantur apud Cæsaraugustanos? vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 79.

Cursor equus, *Coursier*, in Consuetudine Andegavensi art. 47. & Cenomanensi art. 55. Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Angl. cap. 6. *Equos cursores plurimos, cum phaleris fulvum, ut Maro ait, mandentes sub dentibus aurum.* Guntherus lib. 7. Ligurini:

Non tamen aut galea muniri tempora curat,
Aut cursoris equi, quo prælia semper agebat,
Officio fungi, &c.

Constitutio Caroli Crassi pro Expeditione Romana anno 884. *Bini ducantur equi, unus currens, alter ambulans.* *Cursorii equi*, apud Ingulfum pag. 878. Frampaia Bernaldum Archidiacon. in Vita B. Geraldi Archiepisc. Bracarensis num. 11.

CURSORIÆ, Naves expeditiores, veloces, Isidoro lib. 19. cap. 1. *Navires de Courses.* Sidonius lib. 1. Epist. 5. *Ticini cursoriam (sic navigio nomen) ascendi, qua in Eridanum brevi delatus, &c.* Willelmus Brito lib. 7. Philippid. pag. 171.

Septuaginta rates, quibus est Cursoria nomen.

Naves Cursoriæ Rigordo an. 1213. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Anno eodem applicuerunt ibi naves & busciæ plusquam 500. exceptis galeis & cursoriis, quæ multæ fuerunt.* Bromptonus habet *cursariis.* Vide Scaligerum ad Auson. lib. 2. cap. 6. *Couraux* videntur appellari à Guiarto:

Engins r'ont de part & d'autre,
De just parfais & achevez,
En nez & en couraux levez,
Desquiex grosses pierres eschappent.

CURSUS *limitis*, *Cursorius terminus*, *Cursorium*, voces Agrimensorum, apud quos ita dicitur limes, terminus procurrens, quomodo se exporrigit in latitudinem, vel longitudinem. Vide Glossarium Rigaltii ad Agrimensores.

CURSUS, Officium Ecclesiasticum, seu series Orationum, Psalmorum, Hymnorum, & cæterarum precationum, quæ quotidie in Ecclesia decantantur, quam à D. Hieronymo, Damasi PP. rogatu, dispositam scribit Honorius Augustodunensis lib. 3. cap. 1. Concilium Calchutense an. 787. cap. 7. *Ut omnes Ecclesiæ publicæ Canonicis horis cursum suum cum reverentia habeant.* Asserus de Ælfredi reb. gest. *Post hæc cursum diurnum, id est, celebrationes horarum, &c.* Item: *Libellum, in quo diurnus cursus & Psalmi scripti habebantur.* Beda lib. 4. de Gest. Angl. c. 18. *Accepit & præfatum Joannem Abbatem in Britanniam perducendum, quatenus in Monasterio suo cursum canendi annuum—edoceret.* Abbo lib. 2. de Bell. Paris.

Qui missas, cursusque sacros illic celebrassent.

Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 3. *Plerumque cursus & Missas negligebat.* Cap 4. *Matutinas deinde Laudes, cursum de S. Cruce — persolventes.* Passim Scriptores, Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 21. lib. 8. c. 15. lib. 10. c. 19. lib. 1. de Mirac. cap. 11. de Gloria Confess. c. 38. Anastasius in S. Thelesphoro PP. S. Bonifac. Moguntin. Epist. 17. Cæsarius Heisterbach. lib. 1. cap. 6. Vita S. Bertilæ cap. 2. 6. Vita S. Alberti Gambron. num. 12. Leo IV. PP. de Cura Pastorali, initio: S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 20. Jonas lib. 2. Vitæ S. Joann. Abbat. Reomaens. cap. 7. Lib. de Miracul. S. Quintini cap. 18. Willelm. Malmesb. lib. 2. de Gest. Angl. cap. 4. Hariulfus lib. 4. cap. 35. Vita S. Odon. Abbat. Clun. lib. 1. pag. 27. Paulus in vita S. Hilari Abbat. Galeat. num 9. Vita S. Ottonis Episc. Bamberg. lib. 2. cap. 44. Egbertus Eborac. Archiep. in Pœnitent. p. 14. Vita S. Geraldi Auriliac. lib. 2. cap. 9. Baudovinia in Vita S. Radegundis cap. 18. &c. Wandelbert. in Vita S. Goaris. Hist. Episc. Saltzburg. pag. 250. Fortunat. in Vita S. Germani Episc. Paris. c. 63. 76. idem lib. 2. Poëm. 19. & in Vita S. Radegundis cap. 4. 11. 18. 22. Beda lib. 1. de Wiremuthensi Monast. cap. 14. Riculfus Suessionensis in Constit. cap. 3. Vita Burchardi Wormaciensis Episcopi. Vita S. Valarici cap. 26. Vita S. Goaris cap. 4. 5. Vita S. Serenici cap. 9. 15. Vita S. Fructuosi Episc. Bracar. cap. 13. Vita S. Eparchii c. 17. Vita S. Nicetii Lugd. Episc. pag. 97. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 63. 65. Amalarius de Ord. antiph. cap. 1. Regulæ SS. Patrum parte 2. cap. 5. Regula S. Macarii cap. 9. S. Ferreoli c. 12. S. Columbani cap. cap. 7. 10. S. Aureliani ad Virgines c. 38. Sic δρόμος, Græcis. Vide Joan. Phocam cap. 1.

Regula & cursus sancti Benedicti, in Charta S. Drausii episcopi Suessionensis.

Cursarius, *Cursinarius*, Liber Ecclesiasticus, continens *Cursum*, seu Officium Ecclesiasticum. Acta Murensis Monasterii pag. 10. *Lectionarius autem vetustus, & Cursarius antiquorum, & Liber regulæ, &c.* Alibi: *Sunt & duo Cursinarii, & tres Benedictionales libri.*

CURSUS, Excursus, præda, quæ in ipsis excursibus capitur. Gregor. Magn. lib. 12. Epist. 23. *Hostem collectum habet, — & si hue cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos loca ipsius, quantum vos Dominus juverit, deprædamini, &c.* Ubi *mittere cursum*, nihil aliud sonat quàm *mittere ad prædam*, seu prædatores. *Cursus* enim, ut Tacticis Græcis κῦρσος, prædam sonat. Leo in Tactic. cap. 12. §. 27. Ἀπὸ κυρσόρων, ἤγουν τῶν εἰς κῦρσον τεταγμένων στρατευμάτων. Joannes Cananus: Ὅτι τε τῆς πόλεως τε τὸν πλοῦτον — εἰς διανομὴν παραδίδη, καὶ κῦρσος τοῖς Μουσουλμάνοις. Et mox: οἱ ἐπιστήμονες εἰς τὰ κούρση. Hinc κουρσεύειν, prædari. Historia Bellissarii MS. Ἀπλῶς τον, κουρσεύουσιν ταῖς χώρες τῶν Ῥωμαίων. Alia suggerunt Rigaltius, Meursius, & Fabrotus in Glossariis Gr.

Cursus. Fori Morlanenses art. 32. de Homicida: *Si verò istas leges dare nequiverit, quidquid habet, sit in cursu meo, & sepeliatur subtus mortuum.* Ubi legendum, *in incursu meo.* Vide *Incursus.*

Cursus equorum, Ἱπποδρόμιον. Libertates, concessæ Villæ Franchæ ab Archembaldo D. Burbonensi anno 1217. *Dom. Archimbandus & Agnes ejus uxor constituerunt cursum equorum apud Villam Francham in crastinum nundinarum, quæ sunt in octabis Pentecostes, & dederunt illi, qui cursum lucraretur unam marcham argenti, & illi, qui equos equaret ad pontem de Baria 5. sol.* Vide Thomasserium in Consuetud. Bituric. lib. 1. c. 100. 101.

Cursus monetæ. Vide *Moneta.*

CURSUS, *Cursus publicus*, Vehicularius, cujus Augustum auctorem memorat Suetonius in Aug. cap. 49. Trajanum, Aurelius Victor Schotti cap. 13. De cujus usu, & cæteris ad hanc rem pertinentibus, vide Titulum de Cursu publico in Cod. Theod. & quæ ibi notavit Jacobus Gothofredus, Casaubonum ad Spartianum, Savaronem ad Sidon. &c.

Cursuales equi, Ad cursum publicum destinati, in l. 64. Cod. Theod. de Curs. & apud Senatorem lib. 4. Ep. 47. lib. 5. Ep. 5. *Qui ad continuos cursus constituti sunt* lib. 1. Epist. 29. *Cursualis tractus*, apud eundem lib. 4. Ep. 47. *Cursuale ministerium*, apud eundem Senatorem lib. 5. Ep. 5. *Præpositi cursus publici*, in leg. 35. Cod. Theod. de Curs. lib. 9. de Curios. *Primi, quibus cursus publici cura sollicitudoque mandatur*, Firmico lib. 3. cap. 4. *Mancipes cursus publici*, lib. 15. de Curs. &c. Gregor. Mag. lib. 3. Dial. cap. 8. *Andreas — qui quondam in stabulis itinerum cursum servaverat equorum.* Vetus Inscriptio, apud Gualterum in Tabul. Sicul. pag. 18. *Instante Fl. Valeriano Ducenario Agente in reb. & PP. Cursus publici.* Extat Dialogus Theodori Abucaræ scriptus Περὶ τὴν τοῦ δρόμου Εὑρέσεως.

CURTALINUS. Vide *Cohortalis*, *Cortis.*

CURTAMISIA. Historia de Fratribus conscriptis tom. 2. Alamannicorum Goldasti: *Unicuique fratrum pellicium cum pelle — curtamisia dari præcepit.* An *cum pelle & curta camisia?*

CURTANA, *Curtein*, S. Edvvardi Confessoris Angl. Regis gladius, vel ensis, qui in Regum Anglorum coronatione à Cestrensi Comite præfertur, cuspide acieque retusus, in signum misericordiæ, populis à Rege præstandæ, unde nomen. Matthæus Paris de Apparatu nuptiarum Henrici III. anno 1236. *Comite Cestriæ gladium S. Edvvardi, qui Curtein dicitur, ante Regem bajulante, in signum, quòd Comes est Palatinus, & Regem, si oberret, habeat de jure potestatem cohibendi.* Id etiam juris spectasse Ducem Lancastriæ, docet Processus, factus ad coronationem Regis. . . . 2. *Joannes Rex Castiliæ & Legionis, Dux Lancastriæ, coram dicto D. Rege, & Consilio suo comparens clamavit, ut Comes Leicestriæ officium Senescalciæ Angliæ, & ut Dux Lancastriæ ad gerendum principalem gladium D. Regis vocatum Curtana, & ut Comes Lincolnensis ad scindendum & secandum coram ipso D. Rege sedente ad mensam dicto die coronationis, &c.* apud Edvv. Cokum ad Littleton. sect. 35. De hoc ense sic etiam Poëta nostras neotericus Morellus in Triumpho Henrici Magni:

Ces lames de Damas, ces coutelas chantez,
Ce branc que nos guerriers portoient à leurs costez,
Soûs des titres pompeux bruient dedans l'Histoire,
Mais Joyeuse, Corto, Flamberge, Dordonnois,
Rompie, Durandal, & Courtin le Danois,
Cedent à son taillant, & bien plus à sa gloire.

Neque id Anglis duntaxat familiare fuit, ut ensis Regius peculiari interdum nomine donaretur. Nam similia narrantur de ense Regio Danico apud Saxonem lib. 2. *Biarco utebatur præstantis acuminis, insolitæque longitudinis gladio, quem Lovi vocabat.* Lib. 4. *Erat Regi inusitati acuminis gladius Skrep dictus, qui quodlibet objaculi genus uno ferientis ictu medium penetrando diffinderet.* Et lib. 7. *Haldenus avitos à matre gladios recepit, quorum alter Lusingus, alter Hvvyntingus ob collimati acuminis nitorem vocabulum habuit.* Ita Arthuri Brittonum Regis gladius *Caliburne* dictus, ut auctor est Rogerus Hovedenus in Ricardo I. Vide Garassum in sacris Remensibus c. de ense Regio, & infrà in verbo *Durandal.*

CURTARE, Gloss. Lat. Græc. *Curtatus*, Κολοβός. Gloss. Græc. Lat. Κολοβὸς, ὁ μέρος τοῦ σώματος ἀφῃρημένος, *mutilus, truncus. Comam alieni caballi turpare, aut caudam curtare*, in Legib. Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 3. *Curtatus caballus*, in Lege Burgund. tit. 73. §. 3. cui cauda decisa est. *Curtus canis*, apud Auctorem Queroli. *Membris decurtare*, in Epistola inter Sugerianas 59. Vide *Decorticare*, *Caudatus.*

CURTESTA. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 18. *Papiensis verò iterum viriliter pugnantes, omnes Mediolanenses tunc debellassent, ac maxima curtesta eos cepissent, nisi Dominus sua pietate ——— quandam pluviam eis tribuisset, &c.*

CURTI. Tudebodus lib. 4. Hist. Hierosolym. pag. 794. *Saracenos, Publicanos, & Azymitas, & Curtos, & Persas, & Agulanos, & alias multas gentes.* Horum meminit rursum sub finem libri 5. pag. 814. Populi ita appellati; sed qui ii fuerint, & an nomen factionis sit, ut *Publicani*, & *Azymitæ*, mihi non constat? nisi iidem fuerint cum Turcis, quomodo vocem hanc usurpare constat Albertum Argentin. p. 141. *Eo tempore Humbertus Delphini, qui per annum erat inter Curtos, &c. Rex enim Curtorum, cùm venisset Delphinus in terram suam, &c.* Vide Hist. nostram Franco-Byzantinam lib. 8. c. 6. ubi de hac Delphini expeditione.

CURTI. Tabularium Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 415. *Et habet censum ad Calendas duos solidos de curtos, & 2. gallinas, ——— & in Augusto duos solidos de curtos, & unum porcum, &c.*

CURTIS, *Curtina*, *Curtisanus*, *Curticula*, *Curtarii*, *&c.* Vide *Cortis.*

CURTORIA. Charta Henrici II. Regis Angliæ pro Monasterio de Bernajo in Norman. in 106. Regesto Tabularii Regii Ch. 84. *Videlicet villam, quæ dicitur S. Albini, & Ecclesiam ejusdem villæ,*

villa, fagetum, logias, curtoriam, cum suis appendiciis, &c.

CURUADA. Vide *Corvata*.

CURVARE. Vide *Cravare*.

CURVATURA. Index errorum Valdensium §. 25. *Omnia paramenta Episcoporum, infulas, chirotecas, curvaturam, annulos* (reprobant.) Legendum fortè *paraturam*, nisi *curvaturæ* nomine intelligatur pedum Episcopale incurvum.

CURUCHA, Navis, aliàs *Carrucha*, nostris *Carrache*. Gildas in Epist. sect. 15. *Itaque de illis ad sua remeantibus emergunt certatim de curucis, quibus sunt trans Styticam vallem evecti, quasi in alto Titane, &c.* Polydori Virgilii Editio *carruchis* præfert; Editio Joan. Josselini *curucis*.

CURVIS. Vetus Charta Longobardica in Chronico Monasterii S. Sophiæ Beneventani pag. 613. *In primis casas cum curvibus & ortis, molinio, balneo, seu clausuris, &c.* Videtur legendum *curtibus*.

CURULLUM, Supellectilis mensariæ species. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Ut quicunque Cœnobita deinceps sacrilegium facere ausus fuerit, subripiendo de Refectorio cyffum, aut curullum, aut mantile, aut quodlibet utensile refectorii, ultimus maneat ubique velut fur.*

CUSCHA. Charta anno 1158. apud Ughellum in Archiepiscopis Mediolan. *cum — campis, pratis, vineis, chuschis, gerbis, &c.* Fortè *taschis*. Vide *Tascha*.

CUSIRE, Isidoro in Gloss. *Consuere*. Italis *Cucire*, Gallis, *Coudre*. Gloss. Græc. Latin. Περιῤῥάπτω, *suo, cusio, Cusuere*, ῥάπτειν, in Gloss. Lat. Græc. Gloss. Arabico-Lat. *Insuo, sagitto, cosno*. *Cusare* dixit Pelagius in Vitis Patrum: *Faciebat quoque pectam de ipsis palmis, & cusabat usque ad horam sextam.* Occurrit præterea lib. 2. de Miracul. S. Bertini cap. 5.

CUSORES *linarii*, in leg. 1. de Excusat. artif. lib. 10. τῶν λιναρίων κνῆσαι, qui cudunt lina. Cujac.

CUSPUS, Ligneum sandalium. Gloss. Latin. Græc. *Cuspus*, ξύλινον σανδάλιον. Glossæ Basilicων: κοῦσπος ξυλόπυς. Regula Magistri cap. 81. de calceis Monachorum. *Ad Nocturnos verò in æstate ligneos cuspos utantur, ne inquinatis pedibus ad suum revertentes stratum, lectorum sagos coinquinent.* Ita Codex Regularum apud Menardum.

Græcis recentioribus, κοῦσπος, est *Cippus*, genus tormenti, quo servi torquentur. Glossæ Basilic. Ποδοκάκκη, ξύλον τὸ ἐν εἱρκτῇ, ἐν ᾧ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες ἔχουσιν, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται κοῦσπος. Glossar. Latin. Græc. *Cippus*, ποδοκάκκη. Vide Gloss. Meursi. & Fabroti ad Cedrenum.

CUSSINUS, Pulvinus, Gall. *Coussin*. Occurrit apud Arnoldum Lubecens. lib. 3. cap. 29. in Speculo Saxon. art. 22. §. 4. art. 24. §. 2. in Chronico Centulensi Hariulfi lib. 3. cap. 3. in Vita B. Dodonis *de Hasch* Ord. Præmonstr. num. 2. in Chronico Abbatiæ S. Trudonis lib. 1. pag. 350. apud Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 43. &c. Ex quibus emendandum Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis anno 915. *Facistergio uno, cessinos pallio uno, &c.* Legendum enim *cussinos*. Videtur autem vox hæc Gallica *Coussin*, efficta, quasi *Coessin*, derivarique à *Coite*, culcita. Vide in *Cottus*.

Cusinus. Epistola Incerti ad Pipinum, tom. 2. Histor. Francor. pag. 664. *Dirigo munuscula parva, non tamen parvo voluntatis affectu, id est, cusinos 2. &c.*

CUSSOLS, Species tributi, ac pensitationis. Curia Generalis celebrata Barcinone an. 1291. à Jacobo II. Rege Aragon. MS. *Item quòd Clerici & Milites non teneantur solvere in Ilerda, vel in aliis locis leudas, pedagia, vel cussols de reditibus eorum propriis.*

CUSTAMENTUM. Vide *Custus*.

CUSTODIÆ, Vigiliæ, excubiæ Latinis Scriptoribus. Decretio Chlotarii II. Regis cap. 1. *Decretum est, ut quia in vigilias constitutas nocturnos fures non caperent, eò quòd per diversas intercedente conludio scelera prætermissa custodias exercent, Centenas fieri.* Infrà: *Capitale tamen qui perdiderit, à Centena illa accipiat absq; dubio, hoc est, de secunda & vel tertia custodia.*

Sumitur etiam pro ea obligatione, qua tenentur vassalli *excubias* facere in castris dominorum, quas vulgò *Gardes* vocant. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 22. *Hi sunt homines, qui debent custodiam apud Castrum Lidi, Dominus Montis aurei per duos menses, &c.* Fol. 26. *Hi sunt, qui debent garde apud Castrum Lidi. Alainnus de Semblençai duos menses, &c.* Fol. 37. *Comes habet in terra de Corcillon hostem, custodiam, talliatam, &c.* Vide *Warda*.

Custodia, idem qui *Circa, Circator*, qui vigilias circa Monasterium noctu obit. Vita S. Aicadri Abbatis Gemeticensis cap. 28. *Quadam nocte ille pastor egregius vigilias divinas super gregem dominicum faciens, fratribus omnibus præter custodias soporatis, vidit, &c.*

Custodia, sic Monasterium suum, seu *Custodis* Monasterii dignitatem vocant Franciscani, quo modo Græcis Φυλακαὶ dicuntur mulierum Monasteria, apud Palladium in Hist. Lausiaca cap. 15. Ὁ μὲν γὰρ πάντα διασκορπίσας ἔδωκεν ἀσκητηρίοις, καὶ Ἐκκλησίαις, καὶ Φυλακαῖς. Idem cap. 39. Οἰκοδομήσαντες τὰ τῶν γυναικῶν Μοναστήρια καὶ Φυλακάς. Adde cap. 144.

Custodia, Dignitas Custodis Ecclesiastica, apud Ughellum tom. 4. pag. 410.

Custodia dicitur, quoties judex officialibus suis reum custodiendum tradit, quæ *Custodia officii* dicitur in leg. 2. Cod. Theod. de Exhib. reis & l. 4. de Abolit.

Custodia terræ. Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 163. *Hugo de Bolcio tenet custodiam terræ suæ, unde debet duos menses de custodia.* Infrà: *Unde debet exercitum & equitationem ad custum domini, & unum mensem de custodia ad suum.* Vide *Stagium*.

Custodia. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item aliud Omelium,* (Homeliarium) — *incipiens, præter ea, quæ scribuntur in custodiis, Dominica prima Adventus, in illo Evangelio, &c. præter ea, quæ scribuntur in custodia. — Item novum sanctorum Ricardi, de Ely, incipiens in translatione S. Thomæ Martyris, quasi in primis custodiis, & initio aliarum legendarum anni, & finit in legenda S. Edmundi Archiepiscopi.*

Custodia, Theca, Gall. *Custode*. Charta anno 1321. apud Catellum in Hist. Occit. pag. 901. *Et unum amictum, & quædam palla, & 2. custodiæ, & quidam manipulus de aurefrisio, &c.* Petrus de Alectis Episcop. Senogalliensis in Itinerario Gregorii XI. *Reservata Eucharistia, repositaque per suas manus sacratissimas in custodia.* Occitanis, *Custodio* exponitur, *Coffre ou poitrine d'animal, Squelete*, in Dictionario Occitanico Goudelini.

CUSTODIARIUS, Ugutioni & Joan. de Janua, *Custos*. Vetus Inscriptio: *Sanctissimo. Herculi. invicto. corpor. custodiar. L. Curtius, &c.*

CUSTODIRE Festum, seu observare festum alicujus Sancti; quomodo *Garder une Feste*, dicimus. Anonymus de Miraculis S. Bertini cap. 14. apud Mabillonium: *Nulla istic antiquitus de præfato Christi martyre custoditio agebatur solennitatis, nisi tribus lectionibus totidemque responsoriis.* Infrà: *Aram ipsius Martyris in eodem* (Oratorio) *jussit constitui, & ex tunc omni anno ejus natalem in albis cum omni devotione decentissimè custodiri.* Observare, cap. 29.

Custodire se se invicem dicuntur virgines Deo sacratæ, in Capitulari 1. Caroli Magni incerti anni c. 20 tanquam vitæ testes: *Ut virgines Deo sacratæ simul habitantes invicem se custodiant, nec passim vagando Ecclesiæ lædant existimationem.* Vide *Syncellus*, & *Concedaneus*.

CUSTOS, Presbyter aut Clericus, cui Ecclesiæ seu templi cura incumbit, æditnus, qui *Custos Ecclesiæ* dicitur in Ordine Romano. Adrevaldus lib. 1. de Miraculis S. Benedicti cap. 26. *Excubitorum officium sacris templis dicatum non modò modernis temporibus constat: verùm prisca ætate sub B. Moyse à Domino legimus tabernaculo sacrato custodum munia subrogata: quæ processu temporis à sancto Propheta, necnon Rege mirabili David, ampliori dispositione ordinata, morem nobis nostræque religioni, ut ita dixero, suggessere. Et quidem vetusta ætas idem officium per successionem prolis excipiebat: nostra verò non propagatione prolis; sed magis puritate vitæ, morumque probitate Officiales admittit, &c.* Custodis munus sic describit S. Isidorus in Regula cap. 19. *Ad custodem sacrarii pertinet cura vel custodia templi, signum quoque dandi in vespertinis nocturnisque officiis, vela, vestesque sacræ, ac vasa sacrorum, codices quoque, instrumentaque cuncta, oleum in usus sanctuarii, cera & luminaria.* Similia habentur ex Concilio Toletano lib. 2. Decret. tit. 27. c. 2. & apud Bernardum Præpositum Papiensem lib. 1. tit. 19. cap. 1. Walafridus Strabus de Vita S. Othmari cap. 11. *Presbyter quidam — dum in Ecclesia Custodis officium gereret, nocturnæ quietis tempore præficiendis luminaribus Basilicam solitus introire, &c.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 8. *Custodi Ecclesiæ, quando sunt omnia signa pulsanda pro anniversario cujusque, &c.* Willelmus Abbas Andrensis in Chron. *Quidam ejusdem loci æditnus, quem nostro more Custodem vocamus.* Eadmerus lib. 1. Vitæ S. Anselmi Arc. Cantuar. cap. 20. *Riculphus Secretarii, id est, Custodis, officio in ipso Cœnobio fungebatur.* Adde cap. 33. Ea notione occurrunt *Custodes Basilicarum*, seu *Ecclesiarum*, apud Julianum Antecessor. Constit. 61. in Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. §. 18 lib. 3. tit. 10. §. 1. in Capitulis Caroli Magni lib. 5. cap. 229. apud Matth. Paris an. 1244. & in Vitis Abbatum S. Albani pag. 35. Will. Thorn. pag. 1937. Paulum Warnefrid. lib. 5. de Gestis Langobard. cap. 40. Baron. anno 872. n. 15. &c. Adde Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 10.

Custos altaris, idem qui *Custos Ecclesiæ*. Charta Isarni Tolosani Episcopi, apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. *Statuo & firmo cum Hunaldo Abbate Moissiacensi de loco S. Saturnini, quem ego laudo & committo domino Hugoni Abbati Cluniacensi & Hunaldo suprascripto. — hoc videlicet pacto, quòd habendum semper retineo quartam partem omnium oblationum Ecclesiæ supradicti Martyris, & proprium custodem altaris, & victum ipsius custodis de Claustro accipiendum, & domum ad opus custodis prope ostium Ecclesiæ, &c.*

Custodes in Collat. I. Carthagin. c. 132. 224. dicuntur, qui Notariis vel Exceptoribus publicis ac delectis adjunguntur, nequid contra verifidem in acta referant: *Qui Notariis & Exceptoribus videntur appositi*, ut est in Collat. II. cap. 19. Adde c. 53.

Custos Angliæ, qui aliàs *Gubernator*, *Rege absente*, nostris *Regent*. Florentius Wigorn. & Simeon. Dunelmensis an. 1067. Rex *Guillelmus Normanniam repetiit — fratremque suum Odonem Bajocensem custodes relinquens, &c.* Tradit Matthæus Westmonaster. anno 1254. Henrico III. in Vasconia agente, *Reginam & Richardum* (Cornubiensem) *Comitem regni custodes* fuisse: Henricus Knygthon Comitem Cornubiæ *Gardianum terræ Angliæ* constitutum anno 1284. ab Edvvardo I. in Vasconiam proficiscente: & Seldenus, Joannem Bedfordiæ & Hunfredum Glocestriæ Duces, quibus vicissim regimen Angliæ, Henrico Rege V. in Galliis agente, permissum est, *Custodes Angliæ* vocitatos. Sic Arthurus Princeps Walliæ *Custos Angliæ* constitutus est, Henrico Rege VII. ex Anglia profecto. Sic Petrus Gavestonus *Custos Angliæ* erat, Edvvardo II. Rege in Galliis agente. Sic alii. Adde Chronicon Flandr. cap. 74. Sed & Hiberniæ Prorex, *Custos Hiberniæ*, & dignitas ejus, *Hiberniæ Custodia*, stylo solenni, Joannis & Henrici III. Regum maximè ævo nuncupabatur.

Custodes Regni, dicti etiam apud nostros, qui postmodum *Regentes* in Epist. 116. ex Sugerianis. Extat Charta Philippi III. Regis ann. 1270. data in Castris juxta Carthaginem, descripta à Duchesnio in Probat. Hist. Castilioneæ pag. 69. qua, si quid sibi humanitus contingeret, fratrem suum Carolum *Custodem Regni* constituit, donec Ludovicus filius Regis filius annum 14. complevisset. Vide *Regens*.

Custos Assisarum, in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 22.

Custos Cambii, apud Anglos, in Fleta lib. 1. cap. 22. §. 12. Liber Rubeus Scacarii Dublinensis apud Jac. Waræum in Antiquit. Hibernicis c. 25. *Magister Gullelmus de Wimundham Custos Cambiorum Dom. Regis in Anglia.*

Custodia captorum, ad quam tenebantur ex Lege, urbium aut oppidorum incolæ. Charta Ludovici Comitis Blesensis & Claromontis pro villa Credulienti, seu de Creil, anno 1197. *Nullus Creduliensis manens extra villam corvatam faciet. Custodiam captivorum quito, &c.* Eadem habentur in Charta Communiæ Britulliensis anno 1224. Vide *Escapium*, *Priso*.

Custodes castrorum vel maneriorum Regis, in Fleta lib. 1. cap. 20. 114. qui aliàs *Villici*.

Custos ciborum, Officium in Coquina Regia, in Ordinat. Hospitii sancti Ludovici Regis Franc. an. 1269. vulgò, *Garde-manger*.

Custodes civitatis ad recognitiones debitorum accipiendas deputati, in Fleta lib. 2. cap. 64. §. 2. 7.

Custodes Communiæ, Major & Scabini urbis, penes quos observationis Chartæ Communiæ cura incumbebat, in Charta Communiæ Belnensis an. 1202. apud Perardum pag. 275. & Valliaci an. 1187. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 325. Vide Chron. Flandr. cap. 76.

Custos corporis Regis, Qui vestium Regis curam habebat, *Vestiarius*. Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Evocat sui corporis custodem, & ut aliud sibi ejusdem generis deferat ornamentum, humillimis verbis imperat.*

Custos Crucis, Cui sacræ, ut opinor, Crucis Christi Hierosolymis in sancta Anastasi servandæ cura incumbebat, ut in aliis Ecclesiis reliquiarum Martyrum custodia penes eos erat, qui *Custodes Martyrum*, & *Martyrarii* nuncupati sunt. Victor Tunnensis in Chron. in Anastasio: *Elias Episcopus Hierosolymitanus — exilio traditur, & pro eo Joannes Crucis custos Episcopus ordinatur.* Ubi Theophanes pag. 134. καὶ ἐχειροτονήθη Ἰωάννης ἀπὸ σταυροφυλάκων. Sanè Francis nostris Hierosolymitanum regnum obtinentibus, hoc ce titulo, Dominicam crucem servabat Canonicus sanctæ Anastaseos. Vide Gretzer. de Cruce pag. 256. & 2584.

Custos Dominicorum Regis, apud Anglos, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 278. id est, Domanii Regii.

Custos domus infirmorum, Officium Monasticum, idem quod *Infirmarii*, de quo Chronicon S. Trudonis lib. 10. pag. 464.

Custos Dormitorii, in Libro MS. Ordinis S. Victoris

ris Parisiensis cap. 68. Cui Dormitorii Monastici cura incumbit.

Custos Ecclesiæ. Vide suprà *Custos.*

Custodes Ecclesiarum & sanctorum locorum, in leg. 26. Cod. Theod. de Episcop. quam legem de Ecclesiis & locis sanctis Palæstinæ interpretantur viri docti. Vide Baron. anno 381. num. 16. & in verbo *Warda.*

Custodes seu *Magistri, & Custodes Forestarum & Aquarum*, in Statuto Philippi Pulcri pro reformatione Regni an. 1302. art. 7. nostris: *Maistres des Eaux & Fore s de France.* Vide *Forestarius.*

Custodes gaolarum, seu carcerum, quorum munus fuit quandoque in feodo, & quædam *Serjantia* reputabatur, ut est in Fleta lib. 1. cap. 26. §. 5.

Custodes Gaugeriæ, in Itinere Camerarii Scotici cap. 1. Vide *Gaugeria.*

Custodes hostiorum in itineribus, qui virgam portant coram Justitiariis de Banco, de quibus Fleta lib. 2. cap. 39. & Statutum 2. Westmonasteriense cap. 48.

Custos laboris, in Monasteriis, qui Monachorum labori invigilat, in Usibus antiquis Ord. Cisterciensis cap. 75.

Custos Martyrum. Vide *Martyrarius.*

Custos meretricum. Charta Roberti Ducis Normanniæ Richardi filii, in Regesto Normanniæ sign. P. in Camera Computorum Paris. *Et prædictus Baldricus & Regardator & Panagator mearum forestarum habens tantum in donis & liberationibus reguardi & panagii, quantum unus ex magistris Reguardatoribus & panagatoribus meis per totam Normanniam & * custodum meorum ad justitiam gladii mei pertinentium, & custos meretricum publicè venalium in lupanari de Roth & Marescallus meus, quando moror Roth. habens unaquaque die pro ordinationis meæ Roth. de liberatione 6. panes, & 6. fercula coquinæ, & unum sextarium vini, &c.*

Custodes Monetæ, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 46. §. 2. qui Monetæ cudendæ præfectus est, nostris: *Garde de la Monnoie.* Statuto S. Ludovici Regis, *le Garde de la Monnoie devoit jurer, que il gardera bien & loiaument la Monnoie, & que les Trousseaux & les Piles, que li tailleur d'icelle monnoie lui baudra, que il les gardera bien & loiaument, & ne les baillera à nulli, fors que as monnoiers, qui la monnoie monnoieront.* Custodes Monetæ in unaquaque officina monetaria ad duos redaxit Carolus V. Regens, 27. Februar. anno 1359.

Custodes nundinarum Campaniæ, in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. pro reformatione Regni §. 7. qui quidem ut plurimùm ex Militari & Nobilium ordine erant, & mercatorum, qui ad has nundinas confluebant, lites & controversias dirimebant. In Regesto Magnorum dierum Campaniæ fol. 34. 35. mentio fit Joannis *de Breonne*, & Guillelmi *de Villar. ey* Militum custodum nundinarum Campaniæ, quo loco hæc habentur: *Ratione custodiæ & officii nundinarum prædictarum, quòd secundùm usus & consuetudines dictarum nundinarum, si custodes earumdem nundinarum ponunt, vel poni faciunt in prisionem aliquem debitorem de corpore nundinarum, ad requisitionem alicujus mercatoris, si evadat à dicta prisione sine voluntate & assensu dicti mercatoris, dicti custodes ratione dicti officii, & Dominus Campaniæ, cujus personam repræsentant, in casu isto tenentur reddere & solvere, seu reddi & solvi facere mercatori prædicto suum debitum, ratione cujus dictas nundinas frequentantes erant & fuerant in tali prisione.* De nundinis verò Trecensibus, ita Monachus S. Mariani anno 1189. *Incrastinum ejusdem festi* (S. Magdalenæ) *Trecæ civitas populosa, referta opibus, tectis amplissima, repentina conflagratione [illegible] fanatus est eversa. Cen[illegible] tot [illegible] dinæ, in quibus diversa congesserant op[illegible], qui de diversis partibus conjunxerant institores.* Vide Statuta 2. Roberti I. Regis Scotiæ cap. 20. & infrà in verbo *Nundinæ.*

Custodes Ordinis appellantur *Decani* in Ordine Cisterciensi, ut observat Haeftenus lib. 3. Disquisit. Monast. tract. 6. disq. 4. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1209. Historia depositionis Arnulfi Remensis Archiepiscopi: *Habitaque ratione totius summæ Synodi, dignitas prælatura ac potestas quasi primaria stetit penes Archiepiscopum Signinum* (Senonensem) *quem & ætas & vitæ meritum ac scientia commendabat. Arnulfus autem venerabilis Episcopus* (Aurelianensis) *Ordinis custos, ac omnium gerendorum interpres declaratus est, eò quòd inter omnes Galliarum Episcopos sapientia & eloquentia clarior haberetur.* Consuetud. Eoveshamensis Cœnobii in Anglia: *A Celerario igitur singulis diebus debeat venire in Refectorium 72. panes monachiles, quorum quilibet erit ponderis 65. solidorum: ex quibus singuli Monachi singulos percipient: Prior & per duplum, nisi cum Abbate comederit. Nihilominus qui ad superiorem mensam, & custos Ordinis, sederit, duplum: qui Missam majorem celebraverit, duos, &c.*

Custodes & Gardiani pacis, in Anglia, qui à Rege statuuntur, ut in delinquentes contra pacem Regiam animadvertant, eamque curent & tueantur. Hi sub Edvv. III. *Justitiarii pacis* appellari cœpere. Multi horum, ait Spelmannus, in singulis urbibus & Comitatibus, cum è majori nobilitate, tum è minori, à Cancellario seu Custode magni sigilli Angliæ designati. Prima institutione duo vel tres solummodo, & juxta Statutum 13. Ricardi II. non ultra sex: sed aucto in dies eorum munere, reperti demum sunt 60. atque eò ampliùs in uno aliquo Comitatu, ad hoc sustinendum. Erant olim *pacis custodes* à populo electi in Comitatibus: nonnulli ex tenuræ ratione, & quidam virtute officii, de quibus Lambardus Eirenar. lib. 1. cap. 3. Vide *Paciarius,* in Pax.

Custos Palatii. Quidam Ludovicus hac dignitate donatus, inter *Ministeriales* subscribit Chartam Lotharii Imp. ann. 1131. apud Duchesnium in Probat. Hist. Luxemburg. 34. Idem fortè, qui *Cura Palatii.*

Custodes quinque portuum Angliæ. Vide *Baro.*

Custos puerorum Regis, *Maître des Pages du Roy.* Guillelmus Carnotensis de Vita & Miracul. S. Ludovici: *Dominus Petrus de Launduno Miles Custos puerorum Domini Regis Philippi.*

Custos puerorum, infantium, seu eorum, qui adhuc pueri Monasterio oblati erant, Magister, qui iis præfectus est: nam *Custodes* propriè juvenum & puerorum dicuntur, ut ex Tullio annotat Servius. Horatius:

> *Imberbis juvenis tandem custode remoto.*
> *Gaudet equis, &c.*

Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 41. *Et singuli* (Fratres) *sedent in sedili suo caput cooperti, juvenes, qui in custodia sunt, juxta custodes suos, de quibus summoperè cavetur, ne simul ita sedeant, ut non habeant inter se probabilem & boni testimonii mediatorem.* Lib. 3. cap. 6. ait, *Circatores, Magistros puerorum, juvenum Custodes*, subesse Priori Claustrali. Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. cap. 14. *Ut humilitatis ejus constantia certiùs nosceretur, factus est puerorum Custos, ut qui Dei judicio pastor animarum erat eligendus.* *Custodes infantum*, apud Florentium Wigorn. pag. 631. Vide Consuetud. Floriacensis Monast. pag. 399. Chron. Trudonense lib. 3. 6. 8. pag. 381, 400. 439.

S. Bo-

S. Bonifacium Mogunt. Epist. 17. & Haeftenum lib. 4. Disquisit. Monast. tract. 1. disquisit. 6.

Custodia pupillorum, quæ dominos feudales spectat in Vassallis. Duplex autem est, altera *Regalis*, altera feudalis. *Garde noble Royale, & garde noble Seigneuriale*, in Consuetudine Normanniæ art. 214. *Custodia pupillorum Regalis* illa est, quæ ad Regem ipso jure devolvitur ratione feudorum ab eo nudè pendentium, qui non modò ejusmodi feudorum pupilli vassalli; sed etiam aliorum feudorum & *rupturarum* ab aliis dominis feudalibus pendentium redditibus fruitur, tenetur que tanquam bonus paterfamilias & tutor ædificia ac prædia in bono statu continere, pupillumque juxta ejus natalium prærogativam alere & educare. Dominus verò feodalis iis tantummodo feodis nobilibus vassallorum gaudet, quæ ab ipso nudè pendent, ut est in eadem Consuetudine Norman. art. 215. & 216. Jus feudale Saxonum art. 18. §. 6. *Dominus etiam est tutor pueri in bonis, quæ de ipso tenet infra annos pueriles, dum nulli contulit hoc emolumentum: & debet inde reditus accipere, donec puer ad annos perveniat suprascriptos, infra quos puer se negligere non valebit, si à Domino non potuerit investiri.* Charta Libertatum Angliæ an. 1215. *Si autem alicujus hæres talium fuerit infra ætatem, & fuerit in custodia, dominus ejus non habeat custodiam ejus, nec terræ suæ, antequam homagium ejus ceperit, perdat Curiam; & postquam talis hæres fuerit in Custodia, & ad ætatem pervenerit, scilicet viginti & unius anni, habeat hæreditatem suam sine relevio, & sine fine: ita tamen, quòd si ipse, dum infra ætatem fuerit, fiat Miles, nihilominus terra remaneat in custodia dominorum suorum usque ad terminum prædictum. Custos terræ hujusmodi hæredis, qui infra ætatem fuerit, non capiat de terra hæredis, nisi rationabiles consuetudines, & rationabilia servitia, hæc sine destructione & vasto hominum vel rerum, &c.* De Custodia Regali, hæc etiam habet Willelmus Malmesbur. lib. 5. de Ricardo Cestrensi Comite pag. 157. *Erat ille tunc pro ætate parvulus, & Regis fidei tutelæque accommodatus. De Custodiarum exitibus, (p: t. n. tibus ad coronam*, rationes inibantur, ut est apud Matthæum Paris pag. 258. 277.

Custodias istas Regales Rex aliis donare, vel vendere ut plurimùm consuevit, qui de iis computa ad pupillorum commodum reddunt, ut est in Consuet. Norman. art. 215. Matth. Paris an. 1231. pag. 253. *Adhæc Rex dixit Comitem præfatum de se tenere in capite, & vacantes custodias Comitum & Baronum & eorumdem hæredum ad suam Coronam usque ad ætatem legitimam pertinere: unde sibi licere proposuit tales custodias, cui voluerit vendere vel conferre.* Idem an. 1245. pag. 445. *Obiit —— Gilbertus de Humfrevilla parvulum suum quemdam relinquens hæredem, cujus custodiam statim concessit Rex Comiti Legecestriæ.* Idem an. 1257. *Concessa fuit Reginæ custodia terræ Willelmi de CanteluPo, quæ priùs concessa fuerat Edwardo, & custodia terræ Willelmi Longaspathæ.* De ejusmodi custodiis pupillorum vide præterea eundem Matthæum Paris pag. 253. Rogerum Hovedenum p. 549. Leges Malcolmi Regis Scotiæ c. 1. §. 3. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 41. 42. & seqq. Quoniam attachiamenta c. 18. Stabilimenta S. Ludovici l. 1. c. 115. veterem Consuetudinem Normanniæ cap. 33. novam art. 129. 213. & seqq. Bractonum lib. 2. c. 35. §. 1. 6. c. 37. §. 1. 3. 5. Fletam lib. 1. c. 9. §. 2. Brittonem c. 66. Littletonem sect. 103. & seqq. & sect. 125. Christophorum de S. Germano de Consuetud. Angl. cap. 7. pag. 25. Froissartem 4. vol. cap. 90. pag. 271. Thomam Smith. de Republ. Angl. lib. 2, cap. 4. Chopinum lib. 1. de Domanio tit. 1. n. 18. lib. 3. tit. 19. num. 8. 9. 10. Cambdenum in Britannia pag. 108. Edit. 3. &c.

Custos regalis. Ita indigitatur Samuël Abbas S. Joannis Reomaënsis sub an. 691. in Catalogo Abbatum ejusce Monasterii. Vide Conjecturas Petri Roverii de hac nomenclatura num. 93.

Custos Regis Ingelrannus subscribit cum aliis Proceribus Præceptum Philippi Regis Fanc. an. 1060. Regis Philippi I. quo vix septennis Rex erat. Vide *Bajulus*.

Custodes saltuum villarumque regiarum, in Chronico Fontanellensi cap. 1. pag. 194. iidem, qui *Saltuarii* ac *Villici*.

Custodes sepulcrorum. Julius Firmicus lib. 3. cap. 11. *Pollinctores, & funerarios, mortuorum cadaverum custodes, aut sepulcrorum facies janitores.* Lib. 4. c. 1. *Faciet quoque pauperes, miseros, destitutos, — custodesque sepulcrorum, &c.* Vide cap. 6. *Monumentorum custodes*, lib. 8. cap. 26. In Concilio Parisiensi III. can. 9. *Degeneres servi, qui sepulcris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii deputantur.* Vide leg. 2. Cod. Theod. de Sepulcr. violat. Alii Christianis fuere *Custodes sepulcrorum*, qui scilicet corpora, reliquias, & confessiones Martyrum custodiebant. Ademarus Cabanensis in Abbatibus S. Martial. Lemovicensis pag. 272. *Et intra 15. dies crypta aurea cum gemmis à novo restaurata est à Josberto custode sepulcri* (S. Martialis) *Monacho.* Vide *Martyrarius*.

Custodia sigillorum regalium. Statutum Philippi Regis anni 1302. pro Reformatione Regni: *Item volumus, & tenore præsentium sancimus, quòd sigilla Senescalliarum & Bajuliarum, Vicariarum, & Judicaturarum regni nostri de cætero non vendantur; sed in custodia tradantur personis legalibus & bonæ famæ.* Idem Statutum legitur à Philippo Rege, 13. Maji an. 1347. in Regesto *Olim* fol. 20.

Custodes silvarum. Vide *Forestarius*.

Custos summariorum & carectarum Regis, in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 4.

Custodes vinearum, in lege Burgundion. Addit. 1. tit. 1. §. 3. Vide *Messarius*.

Custos vini. Vide *Vinarius*.

Custodiam dare. Species infeudationis, fortè ad vitam. Benedictus Abbas in Hist. Henrici II. Regis Angliæ: *Tradidit autem Dom. Rex Willelmo filio Aldelmi Dapifero suo civitatem Wexfordiæ in custodia, cum omnibus pertinentiis suis, & statuit, ut subscripta in posterum pertinerent ad servitium Wexfordiæ, Arkelouv cum pertinentiis suis, &c.* Infrà: *Tradidit autem ibidem Dom. Rex Roberto le Poer in custodiam civitatem Waterfordiæ cum omnibus pertinentiis suis, & statuit, ut hæc subscripta in posterum pertinerent ad servitium Waterfordiæ, &c.* Rursum: *Postquam autem Dom. Rex apud Oxenford in prædicto modo terras Hiberniæ, & eorum servitia divisisset, fecit omnes, quibus custodias commiserat, homines suos, & Joannis filii sui devenire, & jurare iis ligeantias & fidelitates de terris Hiberniæ.* Vide *Feudum Gardiæ*.

CUSTRIX, Officium, seu dignitas in Monasteriis feminarum, ut *Custodis* in virilibus, cui scilicet incumbebat Ecclesiæ cura: occurrit hac notione apud Wolfardum Monachum lib. 3. de Vita S. Walburgis cap. 2.

Custrix, Abbatissa. Formulæ vett. Lindenbrogianæ 21. 22. *Ubi inlustris Abbatissa ill. custrix præesse videtur, unà cum normà plurima ancillarum, ibidem consistentium.*

CUSTUMA, *Custumare*, *Custumarius.* Vide *Consuetudo*.

CUSTUS, *Costus*, *Costagium*, *Constamentum*, Expensæ, impensæ, ex Gallico *Coust*, Hispan. *Costa*. Matth. Paris an. 1244. *Ad proprium suum custum ipsum compellent.* An. 1258. *Sine omni custu appo-*

 nendo,

Occurrit apud Will. Thorn non semel, & in Prob. Hist. *des Chastaigners* p. 53.

Costus, ex Anglico & Cambro-Britannico *Cost*, sumptus. Regiam Majest. lib. 3. cap. 3. *Si res talis fuerit, quòd expensas, aut costum, vel sumptus exigat necessarios.*

Costagium, in Fleta lib. 2. cap. 1. §. 27.

Costagium. Statuta secunda Roberti I. Scotorum Regis cap. 19. §. 10. *Et reserventur semper mercatori sua damna & costagia necessaria & rationabilia, &c.* Knyghton. an. 1357. *Convenerunt dare Duci 100. mille scutorum pro suis costagiis.* Hist. Prioratus Wigmoriensis tom. 2. Monastici Anglic. *Et vesquit entre les Chanoines à ses costages demeines.* Ibidem: *Més aprés il l'achevy à ses costages demeines.* Et mox: *Laquelle il fist tost perfere à ses costages.* Id est, propriis impensis.

Constangium, seu fortè *Coustangium*, in Chronico Senoniensi cap. 16. *Unde contigit Abbatem ipsius Monasterii constangiis dictorum armatorum ita attritum, &c.* Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Lesquels aprés merveilleuse coustange
En ce lui cas acquirent grand loüange.

Custancia, in Domesdei, in Monastico Anglic. to. 3. pag. 306. *Dictum manerium reddit duas firmas in pane & cerevisia, & custancias pistrini & bracini, &c.*

Constamentum, eadem notione, unde vocabula priora à *constare* deducunt viri docti. Scriptum de servitiis Militum Norman. post Ordericum Vitalem: *Richardus filius Rou, 1. Mil. —— uno die cum constamento suo, & deinceps cum constamento Comitis.* Occurrit ibi pluries. Henricus Huntindonensis de Contemptu mundi c. 6. *Quibus jam dudum magni constamenti servitium impendere jocundum mihi videbatur.* *Costement*, apud Villharduinum numer. 101.

CUT, Tributi species apud Scotos. Leges Burgorum Scoticorum cap. 59. *Et sciendum est, quod stallangiator non potest habere lot, cut, vel cavel, ullo tempore de aliquo mercimonio cum burgense, nisi infra nundinas.*

CUTARIA. Charta an. 1179. exarata Papiæ, MS. *Cum omnibus honoribus, conditionibus, districtis, albergariis, fodris, bannis, collectis, cutariis, & aliis rebus, &c.* In alia an. 1298. *Fodris, bannis, teloneis, curadiis, & aliis rebus.* Idem valet ac *Conredium.* Vide in hac voce.

CUTELLUS, pro *Cultellus*, ex Gallico *Couteau.* Will. Brito lib. 5. Philipp.

———— Et nudis agitur res dura cutellis.

Lib. 8.

Hastis nil agitur, gladiis solumq; cutellis.

Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 25. *Pro signo Cutelli, &c.*

CUTICA, Cutis, cuticula. Lex Longobard. lib. 1. tit. 7. §. 2. *Si quis alii plagam fecerit in capite, ut cutica tantùm rumpatur, quam capilli cooperiunt, &c.* Occurrit rursum tit. 8. §. 16. Dantes in Inferno cant. 32.

Alhor li prese per la cutticagna.

Id est, per capillos.

CUTIONES, vel *Cuciones*, inquit Marcellus Empir. cap. 9. & 15. *bestiolæ sunt multipedes, cute dura & solida, quæ tactæ complicant se in orbem pilulæ rotundissimæ; Polypodes Græci appellant.* Nostri *Clausportes* vocant; sed malè, ait Salmasius ad Solinum, pro *Clausporos.* Certè *Porcelliones* dicuntur Cælio Aureliano lib. 1. de Tardis Passion. cap. 4. *Porcellets* Campanis nostris, atque inde vocem *Coche*, pro porca, & *Cochons*, pro porcello deducunt viri docti.

CUTIS *olearia*, perperam, ni fallor, scribitur pro *butis olearia*, in Charta plenariæ securitatis apud Brissonium lib. 6. Formul. pag. 647.

· CUTIS. Vide *Crinis.*

CUVA, Cupa, ex Gall. *Cuve.* Domesdei tit. Cestria: *Quando Rex ibi veniebat, reddebat ei, unaquaque carrucata 200 hestas & unam cuvam plenam cervisiæ.* Ubi Spelmannus perperam *cunam* legit. Vitæ Abbatum S. Albani: *Unam majorem cuvam de drasco.* Alibi: *Cuva plena aqua.* Rursum: *Quidquid in corpore repertum est, in quadam cuva repositum est.* Vide *Cupa.*

CYBURIUM. Vide *Ciborium.*

CYCLAS, Vestis, undique clausa per extremum ambitum, sinuosa, & dum terram verrebat, circulum quempiam efficiens, unde nomen à Græco κύκλος inditum videtur. Papias: *Cyclas, genus vestis, à rotunditate dicta, sursum stricta, deorsum ampla.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Cyclas, vel oraria, Oꝼlaꝼ.* Saxonibus Oꝼl est limbus. Gloss. Græc. Lat. κυκλὰς, ἡ περὶ τὴν χλανίαν πορφύρα κύκλῳ, *limbus.* Ibid. Πέζα, ἡ κυκλὰς, *limbus.* Isidorus lib. 19. Orig. cap. 24. *Circumtextum est, quod Græcè κυκλὰς dicitur, de quo Virgilius:*

Et circumtextum roseo velamen acantho.

Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium. In vocis origine aberrat Guillelmus Britto lib. 9. Philippid. qui à *Cycladum* insularum incolis primò adinventas ejusmodi vestes putavit:

Stamina Phœnicum, serum, Cycladumque labores.

Cyclas autem propriè feminarum fuit. Britannicus ad Satyr. 6. Juvenal. *Cyclas vestis est muliebris tenuissima & rotunda.* Hanc pronubis tribuit Sidonius lib. 1. Epist. 5. *Jam cyclade pronuba.* Regino an. 753. *Sed & Bertradam conjugem ipsius Regis, indutam cycladibus regiis.* Et Monachus Pegaviensis an. 1096. *Juditha Comitissa, filia Uratislai Boemici Regis, coronata, & auro textis induviis regaliter adornata, processit, & coronam auro gemmisque insignitam, & cycladem auro textam, instar Dalmaticæ, & pretiosissimi operis, quam sub mantello ferebat, etiam auro texto induta.* Cosmas Pragensis an. 1086. *Et imposuit diadema super caput ipsius, & ejus conjugis Zuatavvæ cyclade regia amictæ.* S. Althelmus de Laude virgin.

Et peplo chlamydis, nec non cycladibus ornat.

Et alibi de S. Anastasia:

Ut nullus membris posset auferre cyclades.

Vide Lampridium in Alexandro, Vopiscum in Saturnino, Chilienum in Vita S. Brigidæ virg. cap. 1. numer. 9. Chronicon Reicherspерg. anno 753. &c.

Cyclas virorum etiam fuit. Anonymus in Revelatione corporis S. Austremonii: *Podera quoque & cyclades, quarum amiciebantur tegmine, nivium superabant candorem.* Matth. Paris an. 1236. de civibus Londoniensibus: *Sericis vestimentis ornati, cycladibus auro textis circundati.* Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. describens cerimonias, in Militia ejusdem Ducis observatas, tradit pòst corporis ablutionem, *Gaufredum bysso retorta ad carnem indutum, & cyclade auro texta supervestitum.* Joann. Sarisber. lib. 8. Policrat. cap. 12. *Alter solis lineis brumæ horrores excludit, & dum omnia gelu constricta rigent, tenui sudat in cyclade.* Anonymus vernaculus in Ritibus creationis Militum *de Balneo*, *cyclade* pariter novitios tyrones vestiri solitos refert, apud Edwardum Byssæum: *Il sera amendé, c'est assavoir avec un couverton d'or, appellé Sigleton.* Et infrà, *avec le singleton.* Sed & vestem

vestem militarem facit Chronicon Bertrandi Guescli-ni MS.

Voit son frere venir, qui Hanry ot a nom,
Qui devant sa bataille venoit sur un Gascon,
Armez de haubregon, convert d'un singlaton,
C'estoit Hanris armés à loy de champion.

Istiusmodi vestimenti non semel etiam meminit *le Roman de Garin MS.*

Si a vestu un hermin peliçon,
Et par desseure unvermeil ciglaton,
Mantel a riche, qui n'est mie trop lon,

Alio loco:

Vent & engage tes aluës & tes fiés,
Emprunte pailles, & ciglatons plaiés,
L'or & l'argent, les mars, les deniers,

Le Roman de Roncevaux MS.

Hascons couvert d'un vermoil syglaton.

Fatendum tamen his locis pro pretioso panni genere, ex quo conficiebantur, cyclades interdum usurpari: unde Ebrardus Bethuniensis in Græcismo *cycladem*, pannum esse dixit:

Est cyclas pannus, circundat cycladapontus.

Joan. Bromptonus: *Portabant autem diversi generis species pretiosas, aurum & argentum, pallia oloserica, purpuram, ciclades, ostrum, & multiformium vestium ornamenta.* Et Knyghtonus an. 1392. *Vestibus cultioribus, aureis & argenteis, velvetis, syndonicis ficladibus aliisque pretiosis, &c.* Ubi fortè legendum *syndonibus*. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis Idib. Aug. *Dedit nobis unum cyclatum pretio 12. libr.* Charta Aldephonsi Imp. Hispaniæ æræ 1191. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 7. *In ornatum Ecclesiæ trium marcarum pretio, tres frontales, duos de ciclaton, infulas tres, unam de ciclaton, aliam de palio, duas dalmaticas palias, unam capam de ciclaton, duo vestimenta linea cum stolis & manipulis, &c.* Monasticum Anglic. tom. 3. pagin. 316. *Capa Joannis Maunself, de panno aureo, qui vocatur Ciclatoun.* Adde pag. 314. &c. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1352. *Pour une piece de chigaton de Luques achetée, &c.*

CYCLUS, Circulus, κύκλος. *Cyclum orbis peragrare Sol & Luna* dicuntur, apud Victorinum Aftum de Principio diei, pag. 199.

Cyclo curare, Certo modo ac methodo curare, cùm imperata dierum aliquot abstinentia, aut præscripto corporis exercitio, non primo saltu aut impetu proceditur; sed ordine servato per augendi ac minuendi status vices. Occurrit apud Vegetium lib. 2. de Re veterinaria cap. 5. 6. Cælium Aurelian. lib. 1. Tardarum Passion. cap. 1. Octav. Horatianum lib. 2. Rer. medic. cap. 15. &c. Hoc genus curationis, Græci Περιοδεύειν vocant. Περιοδεύειν, *Cyclo curare*, apud Pelagonium cap. 187. & 333. Interdum quolibet modo ac methodo curare, apud Eumelium cap. 535. 653. 654.

Cyclus metasyncriticus, &

Cyclus resumptivus, voces Medicorum, de quibus idem Cælius Aurelian. libro 1. Chron. cap. 1.

Cyclus Paschalis, ad Lunæ ætatem investigandam, & diem Paschatis inveniendum. Vide Isidorum lib. 6. cap. 17. Durandum lib. 8. Ration. cap. 13. Scaligerum lib. 2. de Emendat. temporum, Bucherium ad Canones Paschales in Præfat. Gassendum in Kalendario Rom. c. 4. &c.

Cyclus aureus, de quo Compotistæ passim, & sequentes Versus in MS. Thuano, quos hîc apponam, ne pereant.

Prima dies Iani, quæ janua dicitur anni;
* *Taurum tenet, ne posterius ordo vacillet.*
Majori numero debetur tertius ordo,
Sicque minor sequitur, majori continuatur
Per duodena loca, non est hac regula vera.
Undeno Februi numerum conjunge sequentem.
Sunt quoque sex menses, Julius prior, atque sequentes;
His, quamvis crescat, undenis summa propinquat.
Octavo minor numerus sequitur, nec continuatur,
Octavo succedentem conjungit, a in au.
October quintus prope debet habere sequentem,
Nonarum quartis duodeni denique mensis
Terdecimum numerum conjunctos atque secundum.
Linea sola tamen nemo sic esse recusci:
Tali quippe modo componitur Aureus ordo.

Cyclum, seu Κύκλον Græci vocabant Indictionem: ἐπινέμησιν verò κύκλου, id est, *partitionem circuli*, annum Indictionis. Vide Henricum Valesium ad Evagrium lib. 3. c. 33.

CYFUS, aut *Cyphus*, Scutula, vel *Scyphus*. Burchardus de Casib. sancti Galli c. 7. *Præter* 14. *cyfos lampadum.* Occurrit passim. Vide *Crater*.

CYGNOS habendi jus non omnibus erat. Tabularium sancti Bertini Ch. 83. *Super jure habendi cygnos in mera, & super jure tendendi retia ad capiendas aves in mera eadem, &c.*

CYMBALUM, Campana, qua Monachi cientur ad refectorium, quæque appenditur in claustro, ut observat Durandus lib. 1. Ration. c. 4. num. 11. & Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 9. p. 406. *Cymbalum refectorii*, lib. 4. Histor. Vezeliacensis p. 643. Lanfrancus in Decretis pro Ordin. S. Benedicti cap. 1. *Cantata Nona exeant, Prior ad percutiendum cymbalum, Hebdomadarii coquinæ & cæteri, qui servituri sunt ad injuncta sibi officia.* Alibi: *Qua* (Nona) *cantata, pulsato cymbalo à Priore, pergant omnes in refectorium.* Constitut. Ordinis Præd. dist. 1. cap. 5. *Postmodum pulsetur cymbalum, sicubi sit paratus.* Vita S. Willelmi Abbat. Roschild. num. 20. *Horâ refectionis accessit ad cymbalum, & percusso cymbalo convocavit Conventum.* Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 11. *Pertinet ad Cellerarium, ut auferat malleolum, qui pendet ad cymbalum.* Acta Episcoporum Cenoman. p. 303.

Hoc tantùm paucis volui concludere verbis,
Quod dedit Ecclesiæ duo cymbala maxima nostræ.

Et pag. 308.

Detulit plane duo pretiosa cymbala, &c.

Cymbalum porrò ita expressit Ethelvvlfus de Abbat. Lindisfarn. cap. 10.

Continuo insonuit percussis cudo metallis,
Malleus & vacuas volitans cum verberat auras,
Jam cœnam fratrem peditans caldor eos ornat.

Occurrit crebriùs in Ordine Romano, in ordine conversationis monasticæ cap. 11. & in Vitis Abbat. S. Albani.

Cymbalum etiam pulsatum ad mortuos indicat Gregorius Magnus lib. 1. Dialog. cap. 9. Vita & obitus S. Leonis IX. PP. apud Ughellum tom. 8. *In cujus obsequio B. Petri cymbalum à semetipso, nullo cogente, sonare cœpit.* Ad Ecclesiam perinde accitos *cymbalo*, Monachos, colligitur ex Vita S. Telliai Episcopi Landavens. cap. 2. apud Capgrav. & Boland. 9. Febr. *Cymbalum* denique in Choro etiam statuit Beletus de Divin. Offic. c. 86. & ex eo Durandus loco citato.

CYMBILIA, pro *Cimelia*; apud Anastasium Bibl. in Severino PP. pag. 47. *Sigillaverunt omne vestiarium Ecclesiæ, sex cymbilia Episcopi.*

CYMBOLA. Vita S. Heldradi Abbatis Novalicensis num. 24. *Ob frequentiam itaque populi, custodibus per Ecclesias deputatis, unus de ipsius Monasterii clientibus ad B. Heldradi Oratorium accedens, cymbolum à custode petiit; sed non impetravit. Instinctu*

junctu igitur diaboli, custode nesciente, cymbolum de altari furtiva temeritate capere præsumpsit. Ubi vir doctissimus Henschenius *symbolum* legendum censet, esseque aut intelligi rei alicujus esculentæ oblationem, quæ super altare fieri solita esset à tenuioris fortunæ Fidelibus.

CYNEBOT, vox Anglo-Saxonica: idem quod Cẏneᵹilꝺ & Ceneᵹilꝺ, compensationis pars, quæ populo debetur ob Regis cædem. Saxonibus Cẏn, est gens, boꝺ, & ᵹilꝺ compositio. Vide *Botha*, & *Geldum.* Leges Athelstani, & Concilium Grateleanum an. 928. an. 3. de Regis cæde: *Ipsum natale ejus pertinet cognationi, & cynebot ipsius, terræ nationi.*

CYNEDOMAS. Leges Athelstani Regis apud Bromptonum pag. 845. & Concilium Grateleanum an. 928. cap. 13. *Regis vveregildum est cum Anglis in jure publico triginta millia thrimsa, id est, trium, quindecim millia thrisma sunt de vvera & quindecim millia cynedomas, id est, regiæ censuræ, ipsum natale ejus pretium pertinet cognationi, & cynebot ipsius terræ nationi:* Est autem Anglo-Saxonibus Cẏneꝺome, imperium, regnum, Cẏneꝺomaꞅ, fasces, dignitas, magistratus.

CYNOCAUMA, Æstus Caniculæ, ex Græc. κυνόκαυμα. Ruricius Episcopus Lemovicensis lib. 1. Epist. 17. *Et sic inundatio roris aspergit, ut contracti frigore, vel coacti apricitatem ignis plurimi diebus cynocaumatis quærimus.*

CYPIACUS. Vide *Cippus.*

CYPIARIUM. Vide *Manupiarium.*

CYPRENSE *opus.* Liber anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Joan. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Quinque aurifrygia, quorum tria sunt opere Cyprensi nobilissima, & unum est de opere Anglicano, &c. —— item 4. camisas de cortina, cum pectoralibus & gramiciis de opere Cyprensi.*

CYPRIANA. Ita annuum festum S. Cypriani vocabant Carthaginenses, quod ii ad ejus ædem sacram, ante urbem ad littus maris sitam, solenni cultu celebrabant: quo etiam nomine donabatur à nautis insignis quædam ac periculosa tempestas: quæ in mari circa id festum ferè semper oriebatur. Vide Procopium lib. 1. Vandal. c. 20. & 21. & Gregor. Nazianzen. orat. 18.

CYPRINUM *metallum*, Cuprum, æs Cyprium: in Cypro enim prima æris inventio fuit, ut ait Plinius l. 34. c. 2. unde *ærosam* & πολύχαλκον appellarunt Veteres, ut auctor est Festus. *Cyprini clavi*, Palladio. *Acutum Cyprinum*, clavus æreus, apud Innocent. Agrimensorem. *Acus Cyprea*, in Epistola Valeriani apud Pollionem. *Cypria trabs*, pro ærea, apud Horatium. Anastasius in Leone III. PP. p. 139. *Alias fenestras ex metallo Cyprino reparavit.* Idem p. 128. *Necnon & fenestras ipsius Ecclesiæ ex metallo Cypsino decoravit.* Sed ibi legendum *Gypsino* censet Salmasius: est enim *Gypsum* specularis lapis, quo erant decoratæ fenestræ, διόπτρος καὶ διαφανής. Vide *Cuprum.*

CYPSINUM. Vide *Cyprinum.*

CYREATH, vox Anglo-Saxonica, Jusjurandum electum, id scilicet quod quis cum aliis conjuratoribus, è majori numero selectis præstat, cui opponitur *Rimeath*, quod vide. Leges Athelstani c. 15. *Et jurent, quòd illud pecus N. intertiatum in peculio suo natum sit sine rimath, & stet thes Cyreath, id est, jusjurandum electum super 20. den.*

CYRICSEAT. Vide *Ciricseat.*

CYRIUS, Dominus, ex Græco κύριος. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Ad doxam onomatis Cyrii*: πρὸς δόξαν ὀνόματος Κυρίου.

CYROGRAPHUM. Vide *Chirographum.*

CYROGRILLUS. Vide *Chirogrillus.*

CYROICUS, *Medicus Cyroicus*, Chirurgus, in Statut. Mediolanens. 2. part. cap. 354. cui opponitur *Medicus Physicus.* Vide *Physicus.*

CYULA. Vide *Ceola.*

FINIS PARTIS PRIMÆ.



